ſummiſſus, iacens. pro Clu.37.a. Non quòd illi cauſam pecuniæ publicæ contemptam & abiectã putarent. At.12.a. Senatum abiectum excitaui. de Fin.104.a. Cum ipſi inter nos abiecti neglectiq; ſumus. de Cla.186.a. Verba non abiecta, res cõpoſitæ diligenter. I.C.118.b. Examinata uxor, abiecta metu filia. pro Cæl.54.a. Hic abiectus nõ tã ad pedes, quàm mores, ſenſusq; noſtros. Am.107.a. Sæpe in quibuſdam eſt animus abiectior, et ſpes amplificandæ fortunæ fractior. At.40.a. Sum animo perculſo & abiecto. Oratio humilis & abiecta. )(. alta & exaggerata. Or.215.b. cõtra Rul.85.a. Homo cõtemptus & abiectus. Epiſt.5.b. Deſertus et abiectus. Itẽ de Fin.138.b. Humilis et abiectus. Summiſſus & abiectus. )(. ſe efferens. Off.25.a. Abiectus et ſemiuiuus. I.P.86.a. Comicorũ ſenarij abiecti. Or.215.a.

Abiectè. I.A.189.a. Nec abiectè, nec ſine aliqua dignitate caſum illum temporum tuli. & Tuſc.387.a. Ne quid abiectè faciamus.

Abies arbor. Tuſc.200.a. Toſti alti ſtant parietes, deformati, atq; abiete criſpa.

Abiegnus, a, um, ex abiete. ad Her.12.b. Abiegnæ trabes. et, Niſi enim cecidiſſent abiegnæ ad terram trabes, Argo illa facta non eſſet. Top.226.a.

Abigo, gis. pello, expello, eijcio, ago. de Or.131.b. Puer abige muſcas. pro Clu.24.a. Mulier partũ ſibi ipſa medicamentis abegit. I.P.97.b. Illi familias arripuerunt, pecus abegerunt. I.V.81.b. Iſte greges equarum abigẽdos curauit. Acad.22.b. Peſtem abige à me.

Abijcio, cis. depono. pro Seſt.16.b. Atq; inſigne regium, quod de ſuo capite abiecerat, repoſuit. de Pro.70.a. Virgines ſe in puteos abiecerunt. de Fin.146.b. Polycrates annulum quo delectabatur in mare abiecit. pro S.R.20.a. Suſceptum onus aut propter perfidiã abijcere, aut propter imbecillitatem animi deponere. Off.20.b. Relinquunt enim & abijciunt obedientiam. de Or.128.a. Gloria parta non delectari, ſed totam abijcere atq; deponere. pro Seſt.20.b. Hic ſe abiecit exanimatus. Abijcere et proſternere ſe. Parad.118.a. & At.55.a. Clodius abiecta toga ſe ad generi pedes abiecit.

Abijcere ſe ad pedes alicuius. At.123.b. Frangere & abijcere aliquem. de Fin.151.a. & Epiſt.151.a.b. Quantáq; contentione Titium interceſſorem abiecerim, ex aliorum te literis malo cognoſcere. de Or.121.b. Abijcere uoluntatem diſcendi ſimul cum ſpe perdiſcendi. At.74.a. Fannius ædificandi conſilium abiecerat. Epiſt.138.b. Nam omnem noſtram de rep. curã, cogitationem de dicenda ſententia, cõmentationem cauſarum abiecimus. At.156.a. Quæ cum audiſſem, abieci conſilium profectionis. Epiſt.70.a. Quãquam tuis monitis & præceptis omnis abijciendus eſt dolor. Leg.161.a. Natura cùm cæteras animantes abieciſſet ad paſtum, ſolum hominem erexit. Off.15.a. Abiecta omni cunctatione facere aliquid. I.A.175.a. Omnem ſe amorem abieciſſe illinc. At.254.a. Quæ minus antea ob infirmitatem ætatis conſtanter ab eo fieri uidebantur, ea ille abiecit. de Am.102.a. Qui omnes cogitationes ſuas abiecerunt in rem tam humilem, tamq; contemptam. Ep.178.a. Abijcere omnẽ timorẽ. pro Mur.134.b. abijcere haſtas.

Abitus, tus. diſceſſus. I.V.175.b. Poſt abitũ huius, &c.

Abiudico, as. )(. adiudico. propriè autem abiudicare eſt, per ſententiam auferre, & alteri addicere. I.V.68.b. Nulla res per triennium niſi ad nutum iſtius iudicata eſt, nulla res cuiuſquam tam patria, atq; auita fuit, quæ non ab eo, imperio iſtius abiudicaretur. pro Cecin.304.a. Populus iudicat ipſum ſibi libertatem abiudicaſſe. de Or.118.a. Vbi plus mali quàm boni reperio, id totum abiudico, atq; reijcio. I.V.77.a. Rationem ueritatis ab hoc ordine abiudicari.



Abiudicare aliquid ab aliquo. contra.74.b.

Abiungo, gis, remoueo, ſeparo. At.21.b. Demoſthenes ſe ab hoc refractoriolo iudiciali dicendi genere abiunxit.

Abiuro, as. aliquid me non habere, uel non promiſiſſe iuro. At.5.a. Mihi abiurare certius eſt, quàm dependere.

Ablego, gas. amando, remoueo, dimitto. I.V.124.a. pòſt illos adhibuit, quos ablegarat. I.V.125.a. Qui honeſtos homines, qui cauſam norint, ableget, conſilióq; dimittat. Remouere & ablegare aliquẽ. I.V.252.b. & I.V.123.b. Dimiſſo, atq; ablegato conſilio. At.33.b. Hæc legatio à fratris aduentu me ablegat.

Abluo, is, eluo, purgo. pro S.R.30.a. Ita iactantur fluctibus, ut nunquã abluantur. Tuſc.222.a. Perturbatio animi placatione abluitur. Abluere pedes alicui. Tuſc.237.b. & ad Her.28.b. Tui clariſſimi nepotes ſuo ſanguine abluerunt inimicorum crudelitatem.

Abnuo, is. nego, recuſo. de Fat.140.b. Nihil enim unquam abnuit uoluntas tua ſtudio meo. de Fin.64.b. Et intelligas quid quiſq; concedat, quid abnuat. pro Milon. 1.a. Non abnuo, non recuſo. de L.164.a. Quorum nemo unquam tam audax fuit, quin abnuerit à ſe commiſſum facinus.

Abnuto, as. de Or.158.a. Quid te adiri abnutas?

Abortio, onis. fœtus antè tempus pariendi, abiectio. pro Clu.24.b. Si hæc ſolutio legatorum, & non merces abortionis appellanda eſt.

Abortus, tus. intempeſtiuus ortus. At.235.a. Tertullæ nollẽ abortũ. tam enim Caßij ſunt iam, quàm Bruti ſerẽdi.

Abrado, dis. pro Cecin.228.b. Poſteaquam uidet nihil ſe ab Cecinna poſſe litiũ terrore abradere. pro Quint. R.48.a. Supercilia illa penitus abraſa.

Abripio, pis. abſtraho. I.V.226.b. Verres abripuiſſe Cererem uidetur. I.V.205.a. Quẽ in uincula abripi iußit. I.V.184.a. Frumentum auerſum à rep. abreptum ab aratoribus. & alibi: Te quaſi quidam æſtus ingenij tui procul à terra abripuit, atq; in altum à conſpectu penè omnium abſtraxit. Antequam.197.b. À liberis ſuis abſtrahi, à cõiuge abripi, ab aris focisq; proijci. pro Lig.142.b. Tempeſtate abreptus eſt unus.

Abrogatio, onis. At.50.b. Nulla lex eſt, quæ non ipſa ſe ſepiat difficultate abrogatiouis. ad Her.9.a. Num quæ abrogatio aut derogatio ſit.

Abrogo, as. adimo, refigo, abdico, reſcindo, diſſoluo, irritum facio, ne lex aliqua ualeat legem fero, antiquo. I. Ver.136.b. Si tibi magiſtratum abrogaſſet, minore ignominia te affeciſſet. & Off.60.a. Item pro Mil.115.a. Qui collegæ magiſtratum per ſeditionẽ abrogauit. de Cla.184.b. M. Octauius legem Semproniam frumentariam, populi frequentis ſuffragijs abrogauit. At.50.b. Cum lex abrogatur, id ipſum rogatur quomodo eam abrogari oporteat. & ibi. Derogare, obrogare. pro Dom.230.a. Eiq; imperium eſt abrogatum. pro Q.R.51.a. Si iam tibi deliberatum eſt, quibus abroges fidem iuſiurandi, reſponde. Academ.10.a. Aequaliter omnibus abrogatur fides. Ad Her.4.a. Quæ res fidem abrogat orationi. & Abrogare fidem famæ. 8.b. de Leg.172.a. Lex illa neq; tolli neq; abrogari poteſt. & ibi: Eas tu leges rogabis, uidelicet, quæ nunquam abrogentur? de Leg.188.b. Gracchus poteſtatem



tem intercedendi collegæ abrogauit. de In.79.a. Abrogare legem, derogare aliquid de lege, & commutare legem aliqua ex parte. Quin.Fr.308.a. Cato legem promulgauit de imperio Lentuli abrogando. Ad Her.9.a. Cui legi abrogatum uel derogatum ſit.

Abrumpo, pis. I.A.264.a. Hæc ſe prima latrocinio abrupit Antonij: id eſt, deſciuit ab Antonio.

Abruptio, onis. de D.126.a. Abruptio corrigiæ. Item, At.171.a.

Abruptus, a, um. At.171.b. Iſta re, quã ſcribis, abrupta.

Abs. Orat.212.a. Vt iam neſcias ab ne uerum ſit, an abs. I.A. & Ab.

Abſcedo, dis. recedo. de D.116.a. Caput eſt in iecore, cor in extis, iam abſcedet, ſimul ac molam & uinum inſperſeris.

Abſceßio, abſceſſus. diſceſſus. de Vn.202.b. Cum ad corpora tum acceßio fieret, tum abſceßio.

Abſceſſus, ſus. abſceßio, diſceſſus. de N.7.a. Abſceſſus ſolis à nobis. )(. Appulſus ad nos.

Abſcindo, dis. diſcindo, lacero, amputo. At.26.b. Orationes à me duas poſtulas, quarum alteram nõ libebat mihi ſcribere, quia abſcideram, alteram, &c. I.V.236.a. Aquilium conſtituit in conſpectu omnium, tunicamq; eius à pectore abſcidit. de pro.76.a. Quanquam ſunt abſciſſæ, tamen efferent ſe aliquando. I.A.231.b. Pòſt autem ceruicibus caput abſcidit.

Abſciſio, onis. præciſio. ad Her.41.a. figura eſt.

Abſconditè. de In.70.b. Abſoluta eſt, quæ ipſa in ſe, nõ ut negocialis implicitè et abſconditè, ſed patentius, & expeditius, recti & nõ recti quæſtionem cõtinet. de Fin.90.a. Quæ enim de uoluptate dicuntur, ea nec acutißimè, nec abſconditè diſſeruntur.

Abſconditus, a, um, Abſtruſus, abditus. I.A.180.b. Erant fortaſſe gladij, ſed abſconditi. I.C.111.a. In tantis tãq; abſconditis inſidijs. pro Dom.241.a. Nihil de abſcondito iure pontificum dicam. ad Her.25.b. Aperire fontes penitus abſconditos.

Abſcõdo, dis. occulto, celo, abdo, abſtrudo, retrudo, opprimo. pro S.R.38.b. Quod quò ſtudioſius ab ipſis opprimitur, & abſconditur, eò magis eminet & apparet.

Abſens, tis. Off.76.b. Et præſens tecum propediem (ut ſpero) & dum aberis, abſens loquar. Epiſt.255.b. Vt utriuſq; noſtrum abſentis deſiderium crebris & longis epiſtolis leniatur. At.112.a. Vt loquerer tecum abſens, quo mihi, cum coràm id nõ liceret, nihil eſt iucundius. I.V.117.a. De abſente ſecundum præſentem iudicare. I.V.121.a. Oſtendit enim nouo modo, ſi quis quid abſente peteret, ſe auditurum. At.276.a.b. Exiſtimo omnino abſentium rationem ſacerdotũ comitijs poſſe haberi: nã etiã factum eſt antea. C. enim Marius cũ eſſet in Cappodocia lege Domitia factus eſt augur. & infrà. Quæ uerba apertè indicant poſſe rationem haberi etiã non præſentis. I.A.165.a. Nõ patiar fieri, ut abſentis eius ratio habeatur.

Abſentia, tiæ. deſiderium, diſceſſus. Am.110.a. & I.P.87.a. Confer ſi audes abſentiã tuam cum mea. M. Ant. At.228.b. Vereor, ne abſentia mea leuior ſit apud te.

Abſoluo, uis. perficio, conficio, tranſigo, finio, libero, ſoluo, ad exitum perduco. I.V.90.b. Non tu abſolutus es improbitatis, ſed ille damnatus eſt cædis: & 113.a. Hunc hominem, Veneri abſoluit, ſibi condemnat. Epiſtol.139.b. Iam pater eius accuſatus à M. Antonio, ſutorio atramẽto abſolutus putatur. pro Plã.275.a. In Cyprio nihil abſolutæ ſunt iam preces tuæ. Off.54.a. Qui è diuiſione tripartita duas partes abſoluerit, huic neceſſe eſt reſtare tertiam. At.11.b. Senatorum urna copioſè abſoluit. pro Mil.107.b. Solui ſcelere, id eſt, abſolui. I.V.223.b. Seruus ille innocens omnibus ſententijs abſoluitur. Quint. Fr.309.b. Seſtius noſter omnibus ſententijs abſolutus eſt. pro Quin. R.51.a. Vt ne Roſciũ ſtipulatione alliget, neque à Fannio iudicio ſe abſoluat. Quin.Fr.317.a. Druſus erat de præuaricatione à tribunis ærarij abſolutus. ad Her.10.a. Abſoluere aliquem iniuriarum. At.209.a. Dialogos confeci & abſolui. de N.32.b. & de Fin.114.a. In natura neceſſe eſt abſolui aliquid, atq; perfici. de Fin.110.b. His initijs, etc. omnis honeſtas perfectè abſoluta eſt. de Fin.87.a. Vita beata ſapientis abſolui non poteſt, nec ad exitum perduci. Epiſt.55.a. Reliquamq; iuriſditionem abſoluerem. Off.54.a. Nemo pictor inuentus eſt, qui Veneris eam partem, quam Appelles inchoatã reliquit, abſolueret. At.1.b. Propterea quod curator eſt uiæ flaminiæ, quæ cum abſoluta erit, &c. Epiſt.55.a. Reliquamq; iuriſditionem abſoluerem. de Leg.157.b. Hiſtoria nec inſtitui poteſt, niſi præparato ocio, nec exiguo tempore abſolui. de Leg.157.b. Nec tam facilè interrupta contexo, quàm abſoluo inſtituta.



Abſolutè. ad Her.4.a. Breuiter & abſolutè. Top.223.b. Subiungitur abſolutè.

Abſolutio, onis, perfectio. de Orat.95.b. Hanc ego abſolutionem, perfectionemq; in oratore deſidero. de In.65.b. Habitus in aliqua perfecta & conſtanti animi aut corporis abſolutione conſiſtit. de Vn.202.a. Quibus prætermißis cœli abſolutio perfecta eſt.

Abſolutio pro liberatione. I.C.112.b. Decimus annus poſt uirginum abſolutionem. pro Clu.33.a. Sentẽtijs XVI. abſolutio fieri poterat.

Abſolutus, a, um, perfectus. de In.83.b. Simplex & abſoluta neceßitudo. )(. cum adiunctione. de Fin.83.a. Vita beata confecta & abſoluta. Part.238.a. Abſolutum & perfectum per ſe. ad Heren.12.a. Ratio uniuerſalis et abſoluta.

Abſonus, a, um. priuatũ ſono, malè ſonans. de Orat.146.b. Vox extra modũ abſona & abſurda. de Or.94.b. Sunt quidã ita lingua hæſitantes, ita uoce abſoni, ut, &c.

Abſorbeo, bes. de Leg.171.a. Ne æſtus nos conſuetudinis abſorbeat. de Cla.191. Sed hunc quoq; abſorbuit æſtus quidam gloriæ. I.A.173.a. Quæ Charybdis tam uorax, tot res tam citò abſorbere potuiſſet.

Abſtergeo, ges, abſterſi, deleo, diluo. Q.Fr.313.a. Conſolabor te & omnem abſtergebo dolorem. de Sen.77.a. Confectio huius libri omnes abſterſit ſenectutis moleſtias. Top.228.b. Oratio ægritudinem abſtergens. I.A.264.b. Atq; utinã his omnibus abſtergere fletum ſentẽtijs noſtris conſultisq; poſſemus. Epiſt.178.b. Si timidus eſſem, tum iſta epiſtola mihi omnem metum abſterſiſſes. Tuſc.199.b. Tum planè luctum omnem abſterſeris.

Abſterſus. I.A.177.b. Idẽ tamẽ quaſi fuligine abſterſa, reliquis diebus in Capitolio præclara Sen. conſulta feciſti.

Abſterreo, res. deterreo, terreo. I.V.137.a. Vt uideamur à pecunijs capiendis homines abſterrere. Antequam.196.b. Aliquem ſupplicem à ſe abſterrere & excludere. de Orat.158.a. Quid te adiri abnutas? melius eſſet, uetas, prohibes, abſterres. Pro Plan.273.a. Eorum neminem à congreſſu meo, neque ianitor meus, neq; ſomnus abſterruit.

Abſtinens,tis.ſuo cõtentus,continẽs, temperãs. At.81.b.Homo mirificè abſtinens.Off.49.a.Laudat Africanum Panetius,quod fuerit abſtinens.Quin.Fr.296.a.Nam eſſe abſtinentem, continere omnes cupiditates, præclarũ eſt. Off. 29. a. Prætorem Sophocle decet, non ſolum manus, ſed etiam oculos abſtinentes habere.

Abſtinẽter.In.Sal.275.a.At in prætura modeſtè ſe geſſit,& abſtinenter. pro Seſt. 11.a. Et in cauſa populari, ſi non moderatè, at certè populariter abſtinenterq; uerſato ceßit.

Abſtinentia,nentiæ.At.77.a.Sic in prouincia nos gerimus,quod ad abſtinentiã attinet,ut nullus teruntius inſumatur in quenquam.& alibi:Nulla re facilius conciliatur beneuolentia multitudinis, quàm abſtinentia & continentia.pro Seſt.4.a.Poſſum multa dicere de prouinciali eius in eo magiſtratu abſtinentia.Off.49.a. Laus abſtinentiæ eſt temporum illorum.

Abſtineo,nes.cohibeo, tempero. At.41.b. Quod me ad uitam reuocas, unum efficis ut à me manus abſtineam. Abſtinere maledicto.I.A.161.b.& At.287.a.Is ſe maledictis non abſtinet.I.V.234.a.Nihil ægrius factum eſt multo labore meo, quàm ut manus ab illo appellatore abſtinerentur.Cor.N.272.b.Sic cum biduum cibo ſe abſtinuiſſet, ſubitò febris deceßit.I.V.73.a. Abſtineant in hoc iudicio manus animosq; ab hoc ſcelere nefario. I.A.161.b.Abſtinere ſe à nefario ſcelere. I.V.236.a. Abſtinere manus ab alienis pecunijs. Pro Syl.182.b. Nos qui à cæteris cauſis coniurationis abſtinuimus. de D.101.b. Vt iurgijs & litibus ſe abſtinerent. de D.133.a.Faba Pythagoræi ſe abſtinuerunt. At.140.a. Pecunijs locupletum non abſtinere. de Or. 101.a. Ab alienis mentes, oculos, manus abſtinere. At.81.b. Abſtinere ſe in omnibus rebus. Off. 66. a. Quotus enim quiſq; reperietur, &c.qui abſtinere poßit iniuria?

Abſtractus,a,um.de D.94.a.Cum à corpore animus abſtractus diuino inſtinctu concitaretur.& Tuſc. 217.a. Abſtractus à ratione.

Abſtraho,ſtrahis. abripio, euello, auoco, abduco. de Orat.91.b.Deinde illud uerendum eſt, ne abſtrahamur à conſuetudine dicendi. pro Deiot.151.a. Ego me ab omni ſolicitudine abſtraxi. de Cla.188.b. Cotta ſe ualde dilatandis literis à ſimilitudine græcæ locutionis abſtraxerat. de Cla.188.b. Pompeium maioris gloriæ cupiditas ad bellicas laudes abſtraxit. de D.97.b. In Aeſopo ſæpe uidi tantum ardorem uultuum,atque motuum,ut eum uis quædam abſtraxiſſe à ſenſu mentis uideretur. I.A. 189.b.Antonius ab hoc impetu abſtractus eſt conſilio & copijs Cæſaris. de Sen.80.a. Senectus abſtrahit à rebus agendis. & ibi: Senectus auocat à rebus agendis. Epiſt. 154.b. Abſtrahere aliquos milites ab aduerſarijs. Antequam.197.b. À liberis ſuis abſtractum,à coniuge abreptum,ab aris focisq; proiectum,uitam degere in exilio. pro Cæl.50.a. È ſinu gremioq; patriæ abſtrahi. pro Arch. 188.a. À nullius me unquam tempore aut commodum,aut ocium abſtraxit,aut uoluptas auocauit,aut deniq; ſomnus retardauit.de Som.131.a.Quàm maximè ſe à corpore abſtrahere. pro Syl.168.b. Quare nihil eſt quod à cæteris me unum abſtrahas.de Or.156.a.Atq; in altum à conſpectu penè omnium abſtraxit.

Abſtrudo,abſtrudis. abſcondo, abdo. Acad. 9.b.Natura in profundo ueritatẽ, ut ait Democritus,penitus abſtruſit.At.190.a. Cum manè me in ſyluam abſtruſi, denſam atq; aſperam,non inde exeo ante ueſperum.

Abſtruſus,a,um.abditus, reconditus.contra Rul. 63.a.Nullus nummus tam abſtruſus eſt, quem architecti huius legis non olfecerint. Ibidem: Penitus abſtruſas inſidias alicui ponere.pro Dom.218.a. Nimium diu reconditus et & penitus abſtruſus animi dolor.

Abſum, abes. remotus ſum, diſiunctus ſum, abhorreo, deſum. Epiſtol.18.a. Ego te abfuiſſe tam diu à nobis doleo. Epiſtol.47.b. Longè abfuturus ſum. I.V. 252.b. Abeſſe à domo. Epiſtol.51.b. Abeſſe domo & foro. & 71.b. Abeſſe urbe. Epiſtol.47.b. Abeſſe à ſuis, & abeſſe à multis miſerijs. I.Ver.208.b. Abeſſe ab domo pauliſper maluit, quàm argentum illud amittere. Epiſtol.33.b. Procul abſum ab re ipſa & locis. pro Cecin.296.a. Qui in Italia non ſit, abſitq; Reipublicæ cauſa. At.211.a. Nunquam ab oculis meis abfuerunt. pro Syll.181.a. P. Sylla abfuit ab oculis ueſtris. At.276.b. Filius tuus à me abeſt. pro Planc. 262.b. Longißimè abeſſe ab aliquo. pro Seſt.8.a. Edixit que ut ab urbe abeſſem mille paſſus. Attic. 77.a. Cum in caſtra proficiſcerer, à quibus aberam bidui. At.76.b. In caſtra properabam, quæ bidui aberant. pro Cecin.290.a. Interrogatus quot millia fundus ſuus abeſſet ab urbe, dixit minus LIII. pro Cæl.41.a.Domus mea à foro longè abeſt. Propius abeſſe. At. 1.b. Loca, quæ à Brunduſio propius abſunt, quàm tu, biduum, aut triduum. Epiſtol.245.a. Aberam ab Amano iter unius diei. pro Clu.23.a. Teanum abeſt à Larino XVIII. millia paſſuum. Acad.20.b. Mille & DCCC.ſtadia, quod abeſſet, uidebat. Epiſtol.174.a. Abeſſe ab aliquo loco millia paſſuum XXX. Top.221.b.Abeſſe, longeq; diſiunctum eſſe. Epiſtol.47.a. Abfui magnam partem conſulatus tui. At.91.a.Longè abſum. Attic.92.a. Quippe res eſt in manibus,tu autem abes longè gentium. Tuſcul.246.a. Nunc quidem parumper à ſole abſis. Attic.152.a. Nihil à me abeſt longius crudelitate. de Cla.183.a. Ab hoc uis aberat Antonij, Craßi ab illo lepos. Epiſtol.47.b.Quod eodem tempore à multis & magnis moleſtijs abes. Epiſtol.157.a. Dum ſi quid acciderit mihi, à reprehenſione temeritatis abſim. At. 214.b.& 46.a.Hoc non longè abeſt à ſcelere. At.128.a. Et illi ciues optimi ſunt, & ego ab iſta laude nõ abſum. de Cl.195.a. Eloquentia,unde longè abſum. Epiſtol.80.a. Ferendam eſſe fortunam, præſertim quæ abſit à culpa. ad Her.7.a. À maleficio non abeſſe.At.116.b. À conſilio fugiendi abſum.I.A.227.b. Abſum à bello:id eſt, animum à bello alienum habeo. de Fin.161.b. Abeſſe plurimùm à uicijs. de Or.107.b.Equidem tantum abſum ab iſta ſentẽtia,ut,&c.de Cla.184.b.Multum ab his aberat.L.Fuſius: id eſt,inferior erat.de Fin.91.a.Sed ab eo plurimũ abſum. ad Her.6.b.À ſimili turpitudine hominem nunquam abfuiſſe. pro Syl.169.a. Vt mirari Torquatus deſinat, me qui Antronio abfuerim,Syllam defendere.de D.89.a.Hæc etiam ſi ficta ſunt à poeta,non abſunt tamen à conſuetudine ſomniorum. At.296.b. Neque diſcordiarum domeſticarum calamitas abfutura eſt. Off.46.b. Auaritiæq; abſit ſuſpicio.pro Fl.164.b. Vis abſit, ferrum remoueatur,operæ faceſſant, ſeruitia ſileant. pro Rab.93.b. Nomen ipſum crucis abſit non modò à corpore ciuium Rom. ſed etiã à cogitatione,oculis,auribus,&c. Or.220.a.Abeſſe nõ poteſt,quin eiuſdẽ hominis ſit,qui improbos probet,probos improbare. At.143.b. Prætores autem cum





ita rogentur,ut,&c.aberit non longè,quin,&c.Att.211.a.Tantum porrò aberat, ut binos ſcriberent, uix ſingulos confecerunt.de Cl.190.a. Tantum abfuit, ut inflammares noſtros animos,ſomnum iſto loco uix tenebamus. I.A.238.a.Ego uerò iſtos tantum abeſt ut ornem, ut effici non poßit,quin eos tam oderim,quàm Rempub.diligo.de N.58.a.Tantum abeſt ut hæc beſtiarum cauſa parata ſint, ut ipſas beſtias hominum gratia generatas eſſe uideamus. Off.9.b.Id autem tantum abeſt ab officio, ut nihil officio magis poßit eſſe contrarium.Tuſ.164.b. Tantum abeſt ab eo ut malum mors ſit,ut uerear ne, &c.Orat.219.b. Tantum abeſt ne eneruetur oratio compoſitione uerborum,ut aliter in ea nec impetus ullus,nec uis eſſe poßit. et alibi:Parum abfuit quin occideretur.&,Propius nihil eſt factum,quàm ut occideretur.l.Propior. de Clar.190.b. Hoc unum illi,ſi nihil utilitatis attulit, abfuit:ſi opus erat, defuit.de Or.89.a.Quid huic abeſſe poterit de maximarum rerum ſcientia? de Leg.157.a.Abeſt enim hiſtoria literis noſtris:id eſt,deeſt.de Clar.190.b. Aberat tertia illa laus,qua permoueret animos.

Abſumo,mis.conſumo.pro Q.6.a. Hortenſius à me petit,ne dicendo tempus abſumam.

Abſurdè.Tuſcul.177.b.Aut ſi abſurdè canat is, qui ſe haberi uelit muſicum.contra Rul.71.b.Prætori imperat, quàm idipſum abſurdè, nihil ad me. de D.133.a. Nihil tam abſurdè dici poteſt,quod non dicatur ab aliquo philoſophorum.

Abſurdus,abſurda,abſurdum.abſonus, quod omnium mentes aſpernentur ac reſpuant.de Orat.116.b. Sin planè abhorrebit & erit abſurdus, ut ſe contineat,admonebo.de Orat.146.b. Vox extra modum abſona & abſurda.pro Syl.178.a. Iam uerò illud quàm incredibile?quàm abſurdum?qui,&c.pro Cor.62.b. Et ſimul abſurda res eſt,caueri fœdere,ut,&c.de pro 76.b. Nam & non ſortiri abſurdum eſt,&,&c. I.A.215.a. Quo quid abſurdius dici aut exiſtimari poteſt?de Fin.73.a. Quo nihil mihi uidetur eſſe abſurdius. de D.83.a. Abſurdoq; ſono fontes & ſtagna cietis. Attic.252.b. Tempus diſceſſus abſurdum.

Abſyrtus,ti.Frater Medeæ,apud Pacu. Aegialeus. de N.69.a.

Abundans,tis.affluens,circumfluens,copioſus. de N. 23.b. Vita abundans bonis.de Orat.92.a. Homo abundanti doctrina,incredibili quadam uarietate rerum et copia.de Or.86.b.Græci non ſolũ ingenio & doctrina, ſed etiam ocio ſtudioq; abundantes.de Or.113.b. Timæus rerum copia,& ſententiarum uarietate abundantißimus. de Cl.186.b. Non erat abundans, non inops tamen. pro Q.7.a.Nepos non adeſa iam,ſed abundanti pecunia. Off. 16.a. Vir abundans bellicis laudibus Cn.Pompeius.I.A. 173.a. Multa & lauta ſupellex,non illa quidem luxurioſi hominis,ſed tamen abundantis.

Abundanter.copioſè,largè.de Or.122.b. Copioſè & abundanter loqui de aliqua re. & 147.b. Item ad Her. 16.a.Satis abundanter demonſtratum eſt. &, Abundantius.)(.anguſtius.Top.224.a.

Abundantia,tiæ.copia,ubertas,affluentia, magnitudo,copia rerum. de In 83.a.Aliquarum copiarum magna abundantia.de Or.154.a.Rerum abundantia.Epiſt.95.b. Abundantia ocij. Alibi, Abundantia quadam amoris erga me tui.contra Rul.64.a.Vbertas agrorum abundantiaq; rerum omnium.de Am.106.a Circumfluere omnibus copijs,atq; in omnium rerum abundãtia uiuere.de Am.112.b.Suppeditare alicui omnium rerum,quas natura deſiderat,abundantiam & copiam.

Abũdè,affatim,largiter,copioſè,plena manu.At.275.b.Omnia alia ſic abundè adſunt,ut cum quolibet antiquorũ comparari poßit.de D.109.a. Erit abundè ſatisfactũ toti huic quæſtioni.At.39.b.Plena manu aliquẽ laudare.

Abundo.as.affluo,redundo,circumfluo, magnam copiam habeo.)(.Deficior.Ep.153.a.Tu conſilio non eges, uel abundas potius. Off.1.a.Quanquam te.M.Fili annum iam audientem Cratippum,abundare oportet præceptis inſtitutisq; philoſophiæ.de Or.148.a. Cum ipſi doctrina & ingenijs abundarent.pro Cor.58.a.Cuius oratio omnibus ornamentis abundauit.I.V.149.b. Circumfluere & abundare omnibus rebus. de Leg.186.b. In cod.germ. Theophraſtus uerò,ut ſcitis,abundauit in eo genere rerũ. At.245.b. Cum ex reliquis,quæ nonis April.fecit,abundare debeam,cogor mutuari. At.3.a. Caietam,ſi quando abundare cœpero,ornabo.de In.80.a. Cum æquitate cauſa abundabit.Epiſt.53.b. Abundare ingenio.Epiſtol.95.b. Abundare ocio.Off.35.a. Earum rerum,quibus abundaremus exportatio, & earum quibus egeremus, inuectio nulla eſſet. At.102.b.Cauſam ſolum illa cauſa non habet, cæteris rebus abundat.de D.93.b.Siue deeſt naturæ quippiam,ſiue abundat atq; effluit.de Am.100.a.Amici egentes abundãt.pro Cl.56.b.Mulier abundat audacia, conſilio ratioñeq; deficitur.

Abuolo,as.de Fin.87.a. Fluit igitur corporis uoluptas, & prima quæq; abuolat.aliter,Aduolat,& melius.

Abuſio,onis.Orat.205.a.Abuſio,quam catachreſim uocant,ut cum minutum animum dicimus,pro paruo, & abutimur uerbis propinquis.

Abuſus,ſus.Top.222.a.Non debet mulier,cui uir bonorum ſuorũ uſumfructum legauit,cellis uinarijs et oleariis plenis relictis,putare id ad ſe pertinere:uſus enim,non abuſus legatus eſt:id eſt, non ut utendo conſumat legatũ.

Abutor,abuteris.utor.aliquo modo,non rectè,uel nõ ſuo loco,uel ut non conuenit,utor.de N.14.a. Abuteris ad omnia atomorum regno atq; licentia.de N.56.b.Nos ſagacitate canum ad utilitatem noſtrã abutimur.i.utimur. pro Mil.102.b.Quanquam in hac cauſa iudices,T.Annij tribunatu,rebus omnib.pro ſalute reipubl.geſtis ad huius criminis defenſionẽ non abutemur,ideſt,utemur. pro Lig. 137.a. Vt ignoratione tua ad hominis miſeri ſalutem abuterer.pro S.R.28.a.Prorſus ut ueſtro conſeſſu pro ſumma ſolitudine abutatur.pro Q.18.b.Ornamentis alicuius pro ſpolijs abuti.At.111.b.Et hic ſermone aliquo arrepto pro mandatis abuſus eſt.pro S.R.27.a. Abuti legibus & maieſtate iudicum ad quæſtum atq; ad libidinem.I.C.97.b.Quouſq; tandem abutêre Catilina patientia noſtra? de Fat.145.a.Communi igitur conſuetudine ſermonis abutimur,cum ita dicimus,&c.Epiſt.129.a.Quæ igitur ſtudia magnorum hominum ſententia uacationem habẽt etiam publici muneris, ijs concedente repub. cur non abutamur?Epiſtol.183.b. Sed immoderatè facilitate noſtra abutuntur.Orat.214.a.Gorgias his feſtiuitatibus inſolentius abutitur.

Abydos.ad Her.41.a. Statim potitur Abydo.

Ac.et.pro Dom.239.a.Si illa lex eſt,ac nõ uox ſceleris. pro Dom.239.a.Sit ſanè hoc de noſtris ædibus, ac non de publicis templis.Epiſtol.187.a. Fauebam & reipub. cui ſemper faui, & dignitati ac gloriæ tuæ. I.C.104.a. Hunc à tuis aris cæterisq; templis ac tectis urbis ac mœnibus arcebis.de Or.106.b. Virtutem non minis,& ui,ac

metu tradi. pro Mur. 125. a. Ac de officio defenſionis meæ, ac de ratione accuſationis tuæ fortaſſe etiam alia in parte orationis dicendum nobis erit.

Ac Cum, initia comprehenſionum eleganter tenet, ſequente uoce quæ à conſonante incipiat. de Or. 85. a. Ac fuit tempus, cum, &c. de Or. 68. a. Ac primò quidẽ, &c. I. V. 64. a. Ac uide quid differat, &c. I. V, 60. a. Ac uide quantum, &c. Epiſt. 69. a. Ac ne fortè mirere cur, &c. de Or. 85. b. Ac ne quis fortè, etc. Epiſt. 68. b. Ac non uereor, ne, &c. de In 42. b. Ac mihi quidem uidetur, &c. de In 42. a. Ac me quidem, &c. de In 42. a. Ac ſi uolumus, &c. de In. 42. b. Ac ſi primò ſic, &c. & item poſt ea, &c.

Ac pro quàm. I. V. 100. a. Contrariũ decernis ac paulo antè decreueras. Or. 209. b. Vt contrà dicat, ac accipi ac ſentiri uelit. de Or. 162. a. Alia dicentis ac ſignificantis diſsimulatio. de D. 89. b. Hebes æquè ac pecus. I. V. 202. a. Omnia contrà ſunt ac dixiſti. Att. 93. b. Quò maiorem ſpem habeo, nihil fore aliter ac deceat.

Ac pro ut, uel quemadmodum. de N. 60. a. Non mihi par ratio cum Lucilio eſt, ac tecum fuit.

Ακανία, id eſt, animus terrore liber. de Fin. 145. a.

Academia, miæ. Gymnaſium Athenis, Ceramicus græcè. Ακαδήμεια uel Ἐκαδήμεια, ex Steph. de Or. 93. a. Et longè Academiæ illi ac Lycæo tuum hoc ſuburbanum gymnaſium antepono. de Orat. 148. b. Ab ipſo Platone Ariſtoteles & Xenocrates, quorum alter peripateticorum, alter Academiæ nomen obtinuit. de Cla. 175. a. Brutus ex uetere Academia philoſophorũ ſectam ſecutus eſt. Epiſtol. 129. b. Noſti enim profectò os adoleſcentioris Academiæ: ex ea enim media, &c. de Orat. 88. b. Inſtaret Academia, quæ quicquid dixiſſes, idipſum te negare cogeret. de Leg. 163. b. Perturbatrix harum omnium rerum Academia ſi inuaſerit in has rationes, &c. nimias ædet ruinas. de Orat. 91. b. Hic mos erat patrius Academiæ, aduerſari ſemper omnibus in diſputando. Att. 212. b. O Academiam uolaticam & ſui ſimilem, modò huc, modò illuc. Off. 56. a. Nobis autem noſtra Academia magnam licentiam dat, ut quodcunque maximè probabile occurrat, id noſtro iure liceat defendere. Or. 198. a. Omnis ubertas & quaſi ſylua dicendi ducta ab illis eſt. Orat. 198. a. Fateor me oratorem, ſi modò ſim, aut etiam quicunque ſim, non ex rhetorum officinis, ſed ex Academiæ ſpatijs extitiſſe. de D. 139. b Cum proprium ſit Academiæ, iudicium ſuum nullum interponere, ea probare quæ ſimillima ueri uideantur, conferre cauſas, & quicquid in quamque partem dici poßit expromere, nulla adhibita ſua autoritate, iudicium audientium relinquere integrum ac liberum, tenebimus hanc conſuetudinem à Socrate traditam. de D. 85. a. Inq; Academia umbrifera nitidoq; Lycæo. Verſus Cic. de Fin. 125. b. Academia noua & uetus quid. & ibidem. Ariſtoteles in Academia uetere numeratur. de Fin. 124. a. Conſtituimus inter nos, ut ambulationem poſtmeridianam conficeremus in Academia. & ibidem. Inde uario ſermone ſex illa à Dypilo ſtadia confecimus, cum autem ueniſſemus in Academiæ non ſine cauſa nobilitata ſpatia, ſolitudo erat ea, quàm uolueramus. de Orat. 149. a. Ab Arceſila recentior Academia emanauit.

Academicem ſyntaxim. At. 208.

Academicus, a, um. de N. 74. a. Ille in Synephelis Academicorum more contra communem opinionem non dubitat pugnare ratione. de Orat. 156. a. Academicorum ancipites uiæ rationesq;, & pro omnibus, & contra omnia diſputandi. Off. 56. a. Peripatetici, qui quondam ijdem erant, qui academici. de Fin. 125. b. 129. a. academici ueteres & peripatetici, ijdem. de Fin. 5. a. Plato academicorum & peripateticorum autor. Acad. 3. a. academicorum & aliorum differentia. de Fin. 96. b. Ratio academicorum erat obſiſtere uiſis, aſſenſusq; ſuos firmè ſuſtinere. De ratione academicorum. Off. 24. a. & Tuſc. 244. b. Omnia in dubium incertumq; reuocari. pro Cecin. 299. b.

Acarnania regio. I. P. 100. b.

Accedo, dis. adeo, uenio, appello, addor, ſeu adiungor. )(. Decedo. I. V. 225. b. 226. a. Qui acceßiſtis Ennam, uidiſtis ſimulacrum Cereris. I. P. 93. b. Non audebat accedere ad ludos. I. V. 255. a. Prædones accedere incipiunt ad Syracuſas. I. V. 211. b. Ipſe in oppidum accedere noluit. Att. 129. b. Non eſt nobis committendum, ut has legiones quas dubio animo habeo, hoſtis accedere, aut itinere me conſequi poßit. de Leg. 183. b. Pitacus omnino accedere quempiam uetat in funus aliorum. I. V. 262. a. Cum ego noctu ad Heracliam accederem. I. A. 180. b. Cum inde Romam proficiſcens ad Aquinum accederet, obuiam ei proceßit magna ſanè multitudo. I. A. 244. a. Potero ne Ariminum tutò accedere? Epiſt. 17. b. Accedere in Apuliam. Epiſtol. 46. a. Accedere ad urbem. pro Cecin. 292. a. Accedere in ædes ſuas. Att. 104. a. Ne antè in Senatum accederem, quàm rem confeciſſem. de Leg. 170. b. Nullum frigidius flumen attigi, cum ad multa acceſſerim. Att. 23. b. Ad te, ut uideo cominus acceßit. I. P. 90. a. In regnum iniuſſu populi aut ſenatus accedere. Quin. Frat. 322. b. Conſurrexit Senatus cum clamore ad unum, ſic ut ad corpus eius accederet. Att. 9. b. Ad pedes omnium ſigillatim accedente Clodio. aliàs Accidente. Parad. 120. a. Cauſa, quæ quando accedit alteri, id fit propenſius. de Claris Or. 180. a. Antonio Philippus proximus accedebat, ſed longo interuallo tamen proximus. At. 12. b. Dolor acceßit bonis uiris. de Or. 107. b. Quò plus cuiq; ætatis accedit (id eſt, additur,) eò fit tardior. pro Cæl. 53. a. Cum Paulum iam roboris acceßiſſet ætati. At. 79. a. Caßio, qui Antiochia tenebatur, animus acceßit. In Vat. 29. b. Non putas fas eſſe uerbum ex ore exire cuiuſquam, quod non iucundum & honorificum ad aures tuas accedat. Epiſt. 199. a. Vt quàm maximus his literis cumulus accedat. de Cla. 175. a. Manus extrema non acceßit operibus eius. pro Quin. 1. a. Illud quoque nobis accedit incommodum, quod, &c. Or. 216. a.

Id ad numeros proximè accedit. de N. 20. b. Ad ſimilitudinem deo propius accedit humana uirtus. At. 100. a. Nam Alexidis manum amabam, quod tam propè accedebat ad ſimilitudinem literæ tuæ. I. V. 110. a. Siculi proximè accedunt ad noſtram diſciplinam. Acad. 10. b. Si magna parte ad uerum ipſum aut quàm proximè accedant. de Orat. 108. a. Sanè dubitare uiſus eſt Sulpitius, utrius oratio propius ad ueritatem accederet. pro Mil. 112. b. Proximè acceßit ad deos Clodius, propius quàm tum, cum ad ipſos penetrarat. de Or. 229. a. Accedit, ut ne in ipſum quidem Clodium meum inſigne odium fuerit. contra Rul. 78. b. Poſtremò etiam uectigalia ueſtra uenierint, acceſſerint in cumulum manubiæ ueſtrorum imperatorum. Att. 283. a. Accedebat ad beneficij memoriam gratam ratio illa, quæ, &c. id eſt, addebatur. I. A. 106. a.



160. a. Huc ſiquid acceſſerit, non tam mihi quàm uobis acceſſerit. At. 7. a. Accedit eò, quod, &c. Epiſtol. 156. a. Acceßit eò, ut, &c. At. 9. b. Accedit eòdem etiam noſter Hortenſius Epiſtol. 57. b. Accedit eòdem uulgi opinio. de Or. 126. b. Accedit ut ego, &c. Tu autem, &c. Att. 211. a. Accedit enim quod patrem, &c. & ibidem. De Scrofa etiam proximè accedit. Quin. Fr. 289. b. Annus tertius acceßit deſiderio noſtro, & labori tuo. I. V. 162. a. Condemnari malebant quàm ad eius conditiones pactionesq; accedere: id eſt, quàm eius pactiones comprobare. pro Clu. 53. a. An ut de cauſa eius periculi nihil decederet, ad cauſam nouum crimen accederet. pro Quin. 14. a. Cur ex tot creditoribus alijs ad iſtam rationem nemo acceſſerit? Off. 18. a. Ne iraſcamur intempeſtiuè accedentibus. pro Flac. 151. b. Etenim iam his cognitis accedam ad alia. de Fin. 111. a. Vt propius ad ea Cato accedam, quæ à te dicta ſunt. Att. 102. b. Tibi non multum ad dignitatem poteſt accedere. de Aruſp. 244. b. Non multum mihi ſanè pòſt ad odium acceßit. de N. 52. b. Aeſtus maritimi accedentes & recedentes. pro Cl. 19. b. Huic nihil poteſt offenſionis accedere ſine acerbißimo animi ſenſu ac dolore.

Acceleratio, onis. Ad Her. 20. b. Continuatio eſt, orationis enunciandæ acceleratio clamoſa.

Accelero, ras. maturo, celero, propero, celeritatem adhibeo. I. C. 105. b. Si accelerare uolent, ad ueſperam eum conſequentur.

Accendo, dis. Off. 11. a. Quaſi lumen de ſuo lumine accendat, facit ut nihilo minus ipſi luceat, cum illi accenderit. de Vn. 200. a. Deus ipſi ſolem, quaſi lumen accendit, ad ſecundum ſupra terram ambitum. pro Arch. 188. a. Quæ iacêrent in tenebris omnia, niſi literarum lumen accenderet. de Som. 128. b. Luna radijs ſolis accenſa. I. P. 80. b. Ego faces iam accenſas ad huius urbis incendium extinxi. de Or. 94. a. Præclarè enim ſe res habeat, ſi hæc accendi aut commoueri arte poßint.

Accenſus, ſi. Accenſus, ut inquit Aſconius, nomen eſt ordinis in militia. Erant etiam accẽſi milites, qui ſupplendis militibus, ſeu legionibus, quaſi ad legionũ cenſum adſcribebantur, hiq; uel in demortuorum locum ſurrogabantur, uel ad neceſſarias res accerſebantur. I. V. 90. b. P. Tetius, qui tum accenſus C. Neroni fuit. & 122. b. Item, Quin. Fr. 292. a. Accenſus ſit eo etiam numero, quo eum maiores noſtri eſſe uoluerunt, qui hoc non in beneficij loco, ſed in laboris ac muneris non temerè niſi libertis ſuis deferebant, quibus illi quidem nõ multo ſecus ac ſeruis imperabant. de Leg. 182. b. Vtatur accẽſo, atq; lictoribus.

Acceptus, a, um. )(. expenſus & datus. Am. 107. a. Hoc quidem eſt nimis exiguè & exiliter ad calculos reuocare amicitiam, ut par ſit ratio acceptorum & datorum. & ibidem. Nec obſeruat ſtrictè, ne plus reddat quàm acceperit. Referre aliquid acceptum, uel in acceptum. Item, Ferre uel offerre pecuniam expenſam. Epiſtol. 76. b. & 114. a. & I. V. 95. a. Expenſa Chryſogono HS ſexcenta, accepta pupillo Maleolo retulit. & ibidem, Chryſogono expenſa lata ſunt. & 106. a. b. Negabat opus in acceptum referre poſſe. & ibidem, Opus in acceptum retulit. pro Quin. R. 47. a. Pecuniam expenſam latam eſſe, uel non eſſe. pro Deiot. 151. a. Deiotarus omnem quietem ſenectutis acceptam refert clementiæ tuæ. Or. 212. a. Tabulæ accepti. pro Quin. 45. a. Tabulæ accepti & expenſi. I. V. 143. a. b. Quas pecunias ferebat ijs expenſas, quibus cum contrahebat, eas ipſi iſti referebat acceptas. de N. 77. b. Virtutem nemo unquam deo acceptam retulit. pro Quin. R. 45. a. Scripſiſſet ille, ſi non iniuſſu huius expenſum tuliſſet? non ſcripſiſſet, quod ſibi expenſum ferre iußiſſet. pro Cecin. 288. a. Se habere ait argentarij tabulas, in quibus ſibi expenſa pecunia lata ſit, acceptaq; relata. pro Quin. R. 46. a. Hoc nomẽ in codicem acceptum & expenſum eſſe debuit. pro Flac. 150. a. Falſas rationes inferre, & in tabulas quodcunque commodum eſt, referre. I. A. 168. a. Ego amplius HS ducenties acceptum hæreditatibus retuli. At. 9. a. Quòd uiuo, tibi acceptum refero. I. A. 162. b. Quorum nemo fuit, qui non mihi uitam ſuam, liberos, fortunas, rempub. referret acceptum. I. a. 168. a. Omnia mea mala tibi uni accepta refero. Ad Her. 9. b. Quod argentario obtuleris expenſum, à ſocio eius rectè repetere poßis. Antequam. 192. b. Sit is animis ueſtris acceptißimus, qui, &c. de Som. 127. b. Nihil Deo acceptius, quàm, &c. Tuſ. 237. a. Quod approbaris id gratum acceptumq; habendum. Ep. 190. b. Dolobella in oppugnando malè acceptus, in Aſiam ſe contulit. Bru. Epiſt. 174. a. Recurri ad copiolas meas, ſic enim eas uerè appellare poſſum. ſunt enim extenuatißimæ, & inopia omniũ rerum peßimè acceptæ.

Accerſio, ſis. aduoco, accio, aſciſco, aſſumo. de Ar. 249. b. Quorum ludorum religio tanta eſt, ut ex ultimis terris accerſita in hac urbe conſederit. At. 258. b. Eum locũ Poſſidonius perſecutus eſt, ego autem eius librum accerſiui. I. V. 227. a. Sacra adſcita atq; accerſita ab exteris nationibus. pro Cæl. 41. a. Vt riuulus accerſitus & ductus ab ipſo capite accuſationis tuæ. I. A. 206. a. Qui ad opprimendam rempubl. Brunduſio legiones accerſierit. pro Dom. 214. a. Quem à cuncta Italia deſideratum, accerſitum, reuocatum confiteris. Epiſt. 189. b. Tarſenſes ultrò Dolobellam accerſierunt. Epiſt. 173. b. Poſtridie mane à Panſa ſum accerſitus Bononiam. Ep. 165. a. Senatuſconſultũ, quo Plancum in Italiam accerſiſtis. Ep. 164. b. Cum legionem unã ad ſe initio belli accerſiſſet Antonius. At. 11. a. Accerſiuit ad ſe, promiſit, interceßit, dedit. de Cl. 196. b. Artes quas cum domi haurire non poſſes, accerſiuiſti ex urbe Athenarum.

Accerſire, accuſare. Ad Her. 4. b. & 5. b. Accerſitur Cepio maieſtatis. de In 74. b. Quidam eum capitis accerſierunt. pro Cæl. 40. b. Ipſe alterum iterum ambitus crimine accerſiret. pro Cæl. 40. b. Nec ipſe alterum ambitus crimine accerſiret.

Accerſitus, a, um. Tuſc. 209. a. Studia doctrinæ aliunde accerſita.

Accerſitus, tus. de N. a. Ad eum ipſius rogatu accerſitu ueneram.

Accerſo, ſis. idem eſt quod accerſio. At. 121. b. Dicæarchum mehercule diceres accerſi, non unum omnium loquacißimum. At. 173. a. In oppido aliquo mallem reſediſſe, quoad accerſerer. At. 5. b. Te non modò non accerſam, ſed prohibebo. At. 35. a. Et ſi erit pugnandum, accerſunt ad ſocietatem laboris. I. V. 217. b. Optimum quenq; ad ſe accerſebat. de D. 78. a. Quo factum eſt ut eum ad ſe rex accerſeret. Att. 276. b. Quod ſi ſtatueris in Aſiam tibi eundum, nulla erit ad comitia noſtros accerſendi facultas. I. V. 137. a. Quis erit tam amens, qui te pòſt quinquennium ſtatuarum nomine accerſat? de Orat. 157. a. Translationes oratoris ſplendoris aliquid accerſunt. Brut. Att. 288. a. Cum id malum quod uitare potueris, ultrò

ultro accerſas atq; attrahas. Q. Fr. 308. b. Pompeius ſe comparat, homines ex agris accerſit. Epiſt. 106. a. Vbi ſint, quando accerſantur.

Accerſere, etiam accuſare. I. V. 131. a. Quod tum magis inuidioſo crimine, quàm uero accerſeretur.

Acceßio, onis. adiectio, incrementum, lucrum ſuper ſortem. )(. diſceßio, abſceßio. pro R. P. 127. b. Non intelligo hoc quale ſit, utrum acceßionem decumæ centeſima, an deceßionem de ſumma fecerit. & ibi. Acceßionem mille talentûm eſſe factam. I. V. 173. a. & 164. b. & 166. a. HS quinq; acceßionis cogebantur dare. Off. 54. b. Eorum neq; acceßione melior uita fit, nec diſceßione peior. de Vn. 202. b. Cum ad corpora tum acceßio fieret, tum abſceßio. de D. 115. b. Hæc deceßio capitis, aut acceßio, ſubitóne fieri poteſt? Or. 208. a. Vt quanta ad rem, tanta ad orationem fiat acceßio. Epiſt. 134. b. Magnam perditi hoſtes acceßionē ſibi feciſſent, ſi, &c. At. 193. b. Meq; hac ad maximas ægritudines acceßione non maxima liberа. At. 261. a. Ad ueteres neceßitudines magnam attulit acceßionem tua uoluntas erga me. Epiſt. 18. b. Quantæcunq; tibi acceßiones fient & fortunæ & dignitatis. I. P. 99. a. Cum tibi ad priſtinas clades acceßio fuiſſet Aetoliæ interitus. I. P. 97. b. Tum quidem tibi etiam acceßio fuit ad necem Platoris, Pleuratius eius comes, Off. 28. a. Hanc Scaurus demolitus, acceßionem adiunxit ædibus.

Acceſſus, ſus. acceſſio, appulſus, aduentus. )(. Receſſus. de N. 52. b. Acceſſus ad res ſalutares, à peſtiferis receſſus. At. 23. a. Id à tuis literis, quas ad me de acceſſu tuo miſeras, diſcrepabat. Pro Mil. 111. b. Illi acceſſus ad urbem nocturnus metuendus eſt. de N. 30. a. Solis acceſſus diſceſſusq;. de Or. 159. b. Luna acceſſu & receſſu ſuo ſolis lumen accipit. de D. 115. b. Quid de fretis aut de marinis æſtibus dicam? quorum acceſſus & receſſus lunæ motu gubernantur. & 127. a. Acceſſu & receſſu ſtellarum cœlum commutari.

Accidit, bat. euenit, uſu uenit, cadit, caſus incidit, tempus incidit, fit ſæpe ut, &c. id accidit, &c. id factum eſt, &c. poteſt accidere ut, &c. poteſt fieri ut, &c.

Accido, dis. euenio, obtingo, aduenio, interuenio. de N. 13. b. Quod in illo mihi ſæpe uſu uenit, idem modò cum te audirem acciderat, ut, &c. Epiſt. 93. a. Timebam ne euenirent ea, quæ acciderunt. pro Cecin. 287. b. Vt negocia mulieris, ſi qua acciderent, ſuſciperet. Att. 127. b. Accidere autem mihi nolebam, quod doleo uiris fortiſſimis accidiſſe. de Som. 139. a. Exuſtiones terrarum, quas accidere tempore certo neceſſe eſt. de D. 112. a. Nihil fieri, nihil accidere, nihil euenire poteſt, niſi quod, &c. Att. 10. b. Id autem ut accideret, commiſſum eſt Hortenſij conſilio. Off. 55. a. Credo ſi quando dubitatio accidit, quale ſit id de quo conſiderat. At. 10. a. Quæris ex me quid acciderit de iudicio. de D. 92. b. Mihi à peritis in Aſia prædictum eſt, fore eos euentus rerum, qui acciderunt. pro Q. 2. a. Id accidit prætoris iniquitate. & ibi. Quod eorum potentia factum eſt, qui, &c. Att. 129. a. Quod ueritus ſum factum eſt, ut Domitius implicaretur. de D. 112. b. Nihil pro certo futurū eſt, quod poteſt aliqua procuratione accidere ne fiat. pro Plan. 262. a. Nihil, ut plerunque euenit, præter opinionem accidet. I. P. 86. b. Illud etiam accidit præter optatum meum, ſed ualde ex uoluntate, ut in furorem incideres. Att. 263. b. Cum Cæſar oſtendiſſet, &c. accidit ut ſubitò ille interiret. Ep. 40. a. Nihil tam præter opinionem meam accidere potuit. de In. 70. a. Si quid pupillo accidiſſet. I. A. 154. b. Si quid mihi humanitus accidiſſet. I. V. 257. a. Calamitas, quæ omnis propter auaritiam ipſius accidit. pro Pom. 15. a. Si quid de eo factum eſſet. de Am. 97. a. Nihil mali accidiſſe Scipioni puto, mihi accidit ſi quid accidit. Att. 122. b. Moriar, ſi magis gauderem, ſi id mihi accidiſſet. Epiſt. 206. a. Tamen mihi crede, ſingulares huic municipio calamitates accidiſſe. Ad Her. 16. a. Multa mala alicui caſura eſſe. de In 50. b. Quid ipſi caſurum ſit. Epiſtol. 241. a. Quid caſurum ſit, incertum eſt. I. V. 231. b. Mirum quendam dolorem accidere alicui. Part. 237. a. Aliquid diuinitus accidere. de Orat. 127. a. Nihil mihi ad dolorem acerbius accidere potuit. I. V. 30. b. Quid mihi optabilius ad immortalitatem gloriæ potuit accidere? At. 85. a. Quod uideo tibi etiam nouum accidiſſe tanquam mihi. Epiſt. 40. b. Quæ ſcribis ad me, minimè mihi miranda, & maximè iucunda acciderunt. Epiſtol. 30. b. Cognoui omnia, quæ à me profecta ſunt in te, tibi accidiſſe gratißima. pro Plan. 271. b. In quibus ipſi aculei, ſi quos habuiſti in me reprehendendo, tamen mihi non ingrati acciderunt. At. 3. b. a. Nam mihi omnia, quæ iucunda ex moribus alterius homini accidere poſſunt, ex illo accidebant. Epiſtol. 41. a. Illud mihi permirum accidit, tantam temeritatem, &c. At. 110. b. Hoc mihi accidit iucundiſſimum. At. 49. a. Quod me uetas quicquam ſuſpicari accidiſſe ad animum tuum, quod, &c. de In 62. b. Hoc mihi uoluntatis accidit, ut ſcriberem, &c. Att. 9. b. Ad pedes omnium ſigillatim accidente Clodio. aliàs, accedente. Abijcere & proijcere ſe ad pedes alicuius. l. Pes. & Abijcio.

Accio, cis. accerſo, uenire iubeo, euoco. At. 68. b. Tu inuita mulieres, ego acciuero pueros. At. 220. b. Hic igitur, ſi accierit, accurram. de Ar. 249. b. Aruſpices acciendos ex Hetruria arbitror. de Or. 156. a. Philippus, qui filio Ariſtotelem doctorem accierit.

Accipio, pis. capio, recipio, tracto, interpretor, intelligo, mutuor. Quin. Fr. 315. b. Accepi literas tuas datas Placentiæ, deinde alteras poſtridie datas Blandenonæ. Itaque præclarum à maioribus accepimus morem rogandi iudicis. de Off. 60. b. Quas eum dolo malo mancipio accepiſſe de Vario diceret. i. à Vario. At. 1. b. Certè humanitatem ijs tribuere debemus, à quibus accepimus. Q. Fr. 295. a. b. Cum optatißimum nuncium accepiſſem, te mihi quæſtorem obtigiſſe. Epiſt. 29. b. Cum imparatam iam Capuā accipere nolui. At. 128. a. Accipere aliquid in bonam uel malam partem. Epiſt. 36. a. Accipere beneficium in contumeliam. At. 242. b. Accipere aliquid grauiter. de Or. 128. a. Quicquid in eum officij contuleris, id ita accipiam, ut in meipſum te putem contuliſſe. Epiſt. 144. a. Atq; fortiter hoc uelim accipias, ut ego ſcribo. At. 247. Ea te moderatè accepiſſe. Ep. 167. a. id eſt, æquo animo. Quanto nunc hoc idem accipiet aſperius? At. 135. b. Accipere aliquid ſeuerè. pro Cæl. 49. a. Cum de plebe conſulem non accipiebant. de Or. 163. b. Tenere, quæ didiceris in accipienda cauſa. de Or. 141. a. Accepimus conditiones, ſed ita ut remoueat præſidia. Epiſt. 261. a. Quæ contuens animus, accipit ab his cognitionem deorum. de N. 57. a. Quin iudicium acciperet in ea ipſa uerba, quæ Næuius ædebat, non recuſabat. pro Q. 11. b. ibidem. Cum is iudicium acciperet pro Quintio, cui tu, &c. Cum exploratum habere cœpero, Cæſarem honoribus quos acceperit, extraordinarijs fore contentum. At. 275. a. Nunc primùm hoc aures tuæ crimen accipient. I. V. 113. a.





Imperat Agyrinenſibus, ut Decumas ipſi publicè accipiant. I. V. 153. a. Quemadmodum ij ludi accipiantur. At. 249. a. id eſt, placeant. Aut de quibus memoriam accepimus. de Off. 103. b. Animus mollis, & ad accipiendā, & ad deponendam offenſionem. At. 14. a. Terga boum non eſſe ad onus accipiendum figurata. de Fin. 58. a. Cum palmam iam primus acceperit. de Cla. 180. a. Tam bonus gladiator, tam citò rudem accepiſti. I. A. 174. b. Cum par uoluntas accipitur & redditur. Epiſt. 60. a. Remp. illis accepi temporibus, eam, quæ penè amiſſa eſt. Poſtquam. 199. a. Rogationem ſuaſit eam, qua accepta eſt hoſtibus deditus. de Off. 74. a. Quæ deprecante accepta lex non eſt. Off. 74. a. Laodiceæ me prædes accepturum arbitror. Epiſt. 28. b. Cum me pro puero reſp. accepiſſet uadem. Att. 289. a Accipere uulnus. At. 79. b. Accipere plagam. ibidem. Accipere pecuniam ob rem iudicandam. Att. 23. a. Pecuniam adoleſcentulo grandi fœnore, fiducia tamen accepta occupauiſti. pro Flac. 157. a. Qui teſtimonium publicum mandataq; acceperant. I. V. 111. b Luna ſolis lumen accipit. de Or. 159. b. Hoc & ſi multis modis reprehendi poteſt, tamen accipio quod dat. de Fin. 82. a. Quod dat, accipimus. Epiſt. 2. b. Et tamen ab illo apertè tectè, quicquid eſt datum, libenter accepi. At. 9. a. Si ſe dant & ſua ſponte, accipio quod datur. de Or. 125. a. Bibulus prouinciā acceperat. Epiſt. 23. a. Suaue mihi quidem, ut uidetur ἔπος ad Cæſarem, ſed quæro locupletem tabellarium accipiat. At. 328. b. Quod ego ita libenter accipio, ut, &c. Epiſt. 77. a. Sit enim mihi tinctus literis, iſta ipſa præcepta acceperit. de Or. 116. b. Voluptatem hanc eſſe ſentiunt omnes, quam ſenſus accipiens mouetur. de Fin. 65. a.

Accipere, pro interpretari ſeu intelligere. Periculoſè dico, quemadmodum accepturi P. C. ſitis horreo, ſed quæſo oroq; uos, ut accipiatis ſine offenſione, quod dixero. I. A. 210. b. Vt uolet quiſque accipiat, ego, &c. pro Deiot. 148. b. Quod rogas ut in bonā partem accipiam, ſi qua ſunt in tuis literis quæ me mordeant, &c. Att. 175. a. Accipiet in optimam partem C. Panſa, etenim dicam animo amicißimo. pro Cæl. 49. a. Illud non accipio in bonam partem, quod ad me refers. At. 204. b. Cum uerbum in duas plures ue partes accipi poteſt. ad Her. 40. b. Quæ quidem à te in eam partem accepta ſunt, ut eum amplißimo regis honore affeceris. pro Deiot. 146. a. Ea iudices ſpero à uobis eſſe in bonam partem accepta. pro Arch. 192. a Quod dicam, in bonam partem accipias. At. 273. b. Tento te quo animo accipias. Epiſt. 253. a. Sed bonam in partem accipies. At. 52. a. Accipere aliquid in aliam partem ac dictum ſit. ad Her. 13. b. Et hæc accipienda amicè, cum beneuolè fiunt. de Am. 112. b. Vereor quomodo hoc accipias. ad Her. 36. a. Quemadmodum hoc accepturas exteras nationes putaſti? I. V. 215. b. Velim ſic hoc accipias, ut à me dicitur, dicam certè quod ſentio. de Arch. 255. b. Patienter accipere admonitionem. de Am. 113. a. Durius accipere hoc mihi uiſus eſt. At. 2. a.

Accipere aliquem bene uel malè, id eſt tractare. Epiſt. 107. b. Tum quod Epicurum tuum Stoici malè accipiunt. Accipitur ſatis malè à Curione, & totus eius ſecundus conſulatus exagitatur. Epi. 121. b. Copiæ extenuatißimæ, et inopia omniū rerum peßimè acceptæ. Bru. Epiſt. 174. a. Spartæ pueri uerberibus accipiuntur ad necem. Tuſc. 182. a. Nos Aſia accepit admirabiliter. At. 75. b. Malè accipere aliquem uerbis. I. V. 104. b. Hominem multis uerbis malè à me acceptum dimiſi. I. V. 120. a. Aliquem ad epulas recipere, & eum bene uel malè accipere. Tuſ. 222. b. Poſt autem regio apparatu accepti, ſermonem in multam noctem produximus. de Som. 126. b. Ego uerò hilarè à te acceptus ſum. de Or. 135. b. Conuiuæ hilarè & bene accepti. At. 252. b. Leniter clementerq; hominem accepit. I. V. 220. b. Accipere hoſpitem. Epiſt. 103. a. Accipere aliquem hoſpitio. At. 32. a.

Accipere pro admittere. Hic tu me etiam inſimulas, nec ſatisfactionem meam accipis. Epiſt. 101. b. Sed in hoc homine nullam accipio excuſationem. Epiſt. 25. b. et 198. b. Accipere iniuriam. l. Iniuria. Accipere cauſam, ideſt excuſationem. Epiſt. 264. a. & Att. 274. b. Cauſam tuam noſco, ideſt accipio. & I. P. 82. a.

Accipiam equidem dolorem, mihi illum iraſci. Att. 85. b. Accipere detrimentum. pro Pomp. 6. b. & 16. b.

Admitto, tis. recipio, intromitto, ſuſcipio, cōmitto, perficio, alligo, edo, adhibeo. I,A.219.b. Domū recipere legatū hoſtium, in cubiculum admittere & reducere, hominis nihil de dignitate, nimiū de periculo cogitantis. Off. 28. a. Domus in quā & hoſpites multi recipiendi, & admittēda hominū multitudo cuiuſq; generis. Sal. In Cic.271.b. Quē Iupiter in concilio deorū admiſit. I.A.169.a. Cum tu tamen nocte ſocia per tegulas admitterere. At.222.a. Cæſar tertijs ſaturnalibus ad Philippū, nec quenquā admiſit. pro Clu.41.b. Si quæ in eum lis capitis illata eſt, non admittūt. I.V.62.b. Si te ſemel ad meas capſas admiſero. pro Mar. 132.a. Nec ad conſilium caſus admittitur. Quin. Fr.296. a. Facilem ſe in hominib. audiendis, admittēdiſq; præbere.

Committere At.145.a. Tamē ſpes quædā me obtentabat fore, ut aliquid conueniret potius, quàm aut hic tantū ſceleris, aut ille tantum flagitij admitteret.

Admittere & committere maleficium. pro S.R.28.b.

Admittere dedecus. I.V.75.a. & At.138.b. pro Rab.96 a. Rabirius fraudem capitalē admiſit, quod, &c. de In. 68 a. Qui illa in re peccauit, hoc quoq; admiſit. Admittere tetrum facinus. Off.71.a. pro Clu.44.a. Si à multis eſſet flagitiū rei militaris admiſſum. pro Clu. 53.a. Quid unquam Habitus in ſe admiſit, ut hoc tantum ab eo facinus non abhorrere uideretur. de Leg.172.b. Deos, qualis quiſq; ſit, quid agat, quid in ſe admittat, intueri. ad Her.12.b. Aduerſarij hoc in ſe facinus admiſerunt. I. A.169. b. Tu autē ea in te admiſiſti, quæ à uerecundo inimico audire nō poſſes. pro Mil.121.b. Quod'nam concepi tantū ſcelus? aut quod in me tantum facinus admiſi? cum, &c. Ep.49.b. Si quid à me prætermiſſum fuerit, cōmiſſum facinus, & admiſſum dedecus cōfitebor. de Leg.176.b. Pūblicus ſacerdos, audaciam in admittendis religionibus fœdis damnet.

Admodum. ualde. per. I.V.217.a. Erat admodum amplum & excelſum ſignum cum ſtola. de N.73. b. Res admodum paucis ſalutaris. de Fin.137.a. Theophraſti de beata uita liber, in quo multum admodum fortunæ datur. Alibi, Me ſuperiores literæ tuæ admodum delectarunt. Epiſt. 57.b. Qui me admodum diligunt. de N. 53.b. A corde in totum corpus diſtribuitur per uenas admodum multas. de Cla. 183. b. Curio literarum admodum nihil ſciebat. ad Her.27.b. Elocutio perfecta, quæ maximè admodum oratori accommodata eſt. de Am.98.b. Quamobrem utriq; noſtrûm gratum admodum feceris.

Admoneo, es. commoneo, moneo, ad memoriam alicuius rei aliquē excito. Top.221.a. & Ep. 55.a. Putaui ea de re te eſſe admonendum. & 86.b. Item, Ep.102.a. Vt ego quoq; te aliquid de ueſtris cautionibus admoneam. At. 68 a. Nunc uenio ad trāſuerſum illum uerſiculum, in quo me admones de ſorore. de Ar.254. Diſcordiæ noſtræ, de quibus ipſis his prodigijs recentibus à dijs immortalibus admonemur. Ep.128.a. Caninius noſter me tuis uerbis admonuit, ut ſcriberem. At.98.b. At uellem à principio te audiſſe amiciſsimè admonentem. At. 217.a. Quod me amiciſsimè admones, ut. &c. gratum eſt. At.143.a. Illud me præclarè admones, ut cum illum uidero, &c. Quint. Fr. 297.b. Sed te illud admoneo, ut, &c. At. 127.a. A multis admoniti ſumus, ut caueremus, etc. pro Dom.238.b. Neq; erat cauſa cur prohibendo non tam deterrere uideretur, quàm admonere. de D.136.a. Multi nullo ſomnio ad theſaurum inueniendum admonentur. de N.59.b. Multa extis admonemur. Epiſt.17. a. Ea tantæ mihi curæ ſunt, ut me



nolim admoneri. de N.50.b. Tum admonita à Squilla Pinna morſu comprimit conchas. Epiſtol. 8.b. Scribo tamen, ut te admoneam, quod ipſe literis omnibus à pueritia deditus cognoui, ut diſcas, &c. Attic. 5. b. Etenim ibi ſedens hæc ad te ſcripſi, ut me locus ipſe admoneret. de Fin. 79. a. Et eam tantum ad aurem admonerent, ut caueret, ne, &c. de N. 3. a. Qui admonent amicè docendi ſunt. de N. 11.a. Ac de forma partim natura nos admonet, partim ratio docet. Top.221.a. Vt ueni Veliam, admonitus huius æris alieni, nolui deeſſe ne tacitæ quidem flagitationi tuæ.

Admonitio, onis. monitum, præceptum. de Or.139.b. Admonitio quaſi lenior obiurgatio. de Or. 135.a. Admonitio in conſilio dando familiaris. de Off.29.b. Quæ facilè apparent, nec magnopere admonitionem & præcepta deſiderant. de Fin.124.b. Tanta uis admonitionis eſt in locis, ut non ſine cauſa ex his memoriæ ducta ſit diſciplina. Ep.2.a. Sed planè nec precibus noſtris, nec admonitionib. reliquit locum. Epiſt.145.b. Quare ſi aut aliter ſentirem, certè admonitio tua me reprimere, aut ſi dubitarem, hortatio impellere poſſet, ut, &c.

Admonitor, oris. Top.221.a. Vt diligentia mandatorum tuorum te quoq;, etſi admonitore non eges, ad memoriam noſtrarum rerum excitarem.

Admonitū, ti. admonitio. de Or.114.a. Præcepta, admonita tractanda ſunt omnia diſertiſsimè. de Or. 124.b. Sed ut uſus noſtri quædam admonita tradamus.

Admonitus, tus.. admonitio. I. C.112.a. Atq; interea admonitu Allobrogum miſi. qui, &c. At.208. Ego interea admonitu tuo perfeci ſanè argutulos libros ad Varronē. At.145.b. Quē φιλόπατριν καὶ πολιτικὸν hominis prudētis & amici, tali admonitu, nō moueret autoritas. de Ar. 257.a. Sed tamen huic malo pop.Rom. ipſe nullo Aruſpicum admonitu ſua ſponte proſpexit. Ep.151.a. Recitatis literis oblata religio cornuto eſt, pullariorū admonitu, nō ſatis diligenter eum auſpicijs operā dediſſe.

Admotio, onis. applicatio. de N.56.b. Manus apta ad neruorum eliciendos ſonos admotione digitorum: id eſt, admouendis digitis.

Admoueo, ues. appono, adhibeo, porrigo, extendo. de Am.102.a. Quam qui appetunt, applicant ſeſe, & propius admouent. Tuſc.288.b. Cum faces ei doloris admouerentur. Tuſc.222.b. Sed alia quædam ad eum eſt admouenda curatio. contra Rul. 63.a. Admouent manus uectigalibus populi Romani. Off.40.b. Dolorum cum admouentur faces, præter modum pleriq; exterrentur. I.V. 269.a. Quid cum ignes, ardenteſq; laminæ, & cæteri cruciatus admouebātur. Admouere ſtimulos alicui. pro Seſt. 5. a. id eſt, excitare aliquem. Admouere orationem ad ſenſus animorum. de Or.90. a. Admouere aſpidem ad corpus. pro R.P.126. a. Admouere ſe ad aliquam rem. de Am. 215.a. Admouere uultum ad aliquem. ad Her. 21.a. de Or. 139. b. Maxima pars orationis adhibenda eſt ad animorum motus. de Ar.248.a. Adhibete animos ac mentes ueſtras, non ſolum aures ad aruſpicum uocem admouete. Or. 202.a. Vtcunq;e animum audientis moueri uoles, ita certum admouebis uocis ſonum. I. A. 206.b. Dum me exercitum propius urbem Romam CC. Mil. admoueret. de Or. 125.b. Nulla materia niſi admoto igni, ignem concipere poteſt. Admouere aurem & ſubauſcultare. de Or.122.b. Admouere propè.)( Amouere procul. ad Her.22,a. Acad.36.b. Cum autem læuam manum admouerat, & illum, &c. Tuſc. 199.b. Faſciculum ad nares admouebis, incendes odores. pro Cluent. 24.b. Oppianicus continuò ſperare cœpit hoc ſe Aiulio tanquam aliqua machina admota, fortunas Aſinij expugnare poſſe.

Admurmuratio, onis. approbatio, & applauſio murmure facta. pro Pō.11.a. Veſtra admurmuratio facit Quirites, ut, &c. Q.Fr.306.b. Clodium accuſaui multis & ſecundis admurmurationibus cuncti ſenatus. I.V.74.b. Grata concionis admurmuratio. I.P.86.a. Qui non admurmuratione, ſed uoce & clamore furorem illius fregiſtis. I.V. 205.b. Riſus populi atq; admurmuratio omnium facta eſt. I.V.244.a. O diuina ſenatus admurmuratio.

Admurmuro, as. admurmurationem facio. I.V.244. a. Memoria tenetis iudices, quàm ualde uniuerſi admurmurārint? At.7.b. & pro Pom.11.a. Idq; admurmurante ſenatu, neq; me inuito eſt factum.

Adnecto, ctis. alligo. Tuſ.180.a. Nauem ut horriſono freto noctem pauentes, timidi adnectunt nauitæ.

Adnitor, ris. adplico ſeu applicor, & ualde nitor. de Am.112.a. Natura ſolitarium nihil amat, ſemperq; ad aliquid tanquam adminiculū adnititur. At.97.a. Ego niſi Bibulus adniteretur, de triumpho æquo animo eſſem. aliàs, adnumeretur.

Adnumero, as. numero, ad numerum addo. pro S.R. 42.b. Omnia ſua tibi conceßit, adnumerauit, appendit. I. V.179.a. Dare & adnumerare nūmos alicui. In Sal.273. a. Si tu unà cum illis adnumeratus eſſes. At. 97.a. Niſi Bibulus adnumeretur de triumpho. aliàs adniteretur.

Adnuncio, as. nuncio. At. 75.b. Tamen interea hæc uellem, quæ mihi adnunciabātur.

Adoleſco, ſcis. creſco. de Fin.138.a. Eaq; cupiditas agēdi aliquid, adoleſcit unà cum ætatibus. de Leg. 160.b. Ratio cum adoleuit atq; perfecta eſt, nominatur ritè ſapientia. In Sal. Hinc enim facilè intelligetur, quàm petulāti pueritia tā impudicus & procax adoleueris. de N.21.a. Qui natus ſit, qui adoleuerit, qui didicerit. de Sen.87. b. Viriditas herbeſcens, quæ nixa fibris ſtirpium ſenſim adoleſcit. I.C. 103.a. Extinguetur atq; delebitur hæc tam adulta Reip. peſtis.

Adoleſcens, tis. ephebus, iuuenis, pubes. de Or.94.b. Neq; hæc dico, ut homines adoleſcētes à dicendi ſtudio deterream. Ep.50.a. Adoleſcens primarius. Ep.26.a. Homo adoleſcens. Off.25.a. Officium adoleſcentis eſt, maiores natu uereri. de Sen.79.a. Hic & bella gerebat, ut adoleſcens, cum planè grandis eſſet. I.A.184.a. C. Cæſar adoleſcēs penè potius puer. Or.200.b. Adoleſcens etiam nunc ô Phædre Iſocrates eſt. de D.88.a. P. Africani filia adoleſcens.

Adoleſcentia, tiæ. iniens ætas. à XIIII. anno uſq; ad XXV. etiam XXX. Off.25.a. & pro Quin.R.52.b. Magis mea adoleſcentia indiget illorum bona exiſtimatione, quàm illorum ſeuerißima ſenectus deſiderat meam laudē. Top.223.b. Adoleſcentia eſt flos ætatis. Off.23.b. Ineunte adoleſcentia, cui ineſt maxima imbecillitas conſilij. Ep.16 b. Muſæ, quæ me maximè, ſicut iam à prima adoleſcentia delectarunt. de Sen.78.a. Quî enim citius adoleſcentiæ ſenectus, quàm pueritiæ adoleſcentia obrepit.

Adoleſcentulus, li. admodum adoleſcens. Pro Rab.95. a. Q. Catulus admodum tum adoleſcens. pro Dom.220.b. Imberbis adoleſcentulus. Item I.C.100. & alibi.

Adonis, idis. de N. 71. a. Venerem Adonidi nupſiſſe traditum eſt.

Adoptio, onis. pro Dom. 220.a. Quod eſt Pontifices ius adoptionis? nempe ut is adoptet, qui neq; procreare

eſt admiratio, copioſè ſapiẽterq; dicentis. Ep.68.a. Varij caſus habent admirationẽ. de Or.97.a. Hæc ſunt quæ clamores, & admirationes in bonis oratoribus efficiunt. de Cla.192.a. Crebræ aſſenſiones, multæ admirationes. Or. 197.b. Hæc ingreſſio mea reprehenſionis aliquid, aut certè admirationis habitura eſt. Off.40.a.b. Admiratione uerò quadã afficiuntur ij, qui anteire cæteros uirtute putantur. Ep.95.a. Quæ popularẽ admirationẽ habuerũt. Or. 216.a. Traducere eos, qui audiũt in magnã admirationẽ.

Admiror, aris. ſuſpicio, admiratione afficior. Ep.8.a. Magnitudinẽ animi tui ſemper ſum admiratus, ſemperq́; amaui. de Opt.244.a. Thucydidis quidã eloquentiã admirãtur. de Or. 92.b. Quibus dicere Carneades ſolebat, ingenium tuum Craſſe uehementer admirans. de Or. 103.b. Quorum magnitudinem cognitionis atq; artis, nõ modò non contemno, ſed etiã admiror. At.101.a. Nam de illo altero minus ſum admiratus. I.C.98.b. Quid tu admirere de multitudine indocta? At.148.a. De Dionyſio ſum admiratus. de Or. 89.a. In hoc maximè admiror Platonẽ, quod, &c. Admirari ingeniũ alicuius εἰρωνικῶς. de Or.106.a. Admirari res geſtas alicuius. de Cla. 195.b. At.97.a. Admiratus ſum breuitatem epiſtolæ tuæ. de Or.120.a. Ego in uobis hoc maximè admirari ſoleo, quod, &c. de Cla. 186.a. Admirando irridere. Off.13.b. Nihil hominem admirari. aut optare oportet, niſi quod ſit honeſtum. de Or. 152.a. Aſpicere, admirari, ſtupeſcere. de Fin. 40.b. In quibus hoc primũ eſt, in quo admirer, cur, &c. de Sen. 88.b. Cuius quidem uillam ego contemplans, admirari ſatis nõ poſſum. de N.50.b. In quo admirandum eſt, congreſſu ne aliquo inter ſe, &c. de D.139.a. Aeternam naturã eſſe ſuſpiciendã, admirandãq; hominũ generi. de D.109.b. Nec adulatus, nec admiratus fortunã ſum hominis. At. 169.b. De diplomate admiraris, quaſi, &c. At.97.a. Admiratus ſum, quod nihilominus ad me tua manu ſcripſiſſes. de N.3.a. Partim admirantur, unde hoc philoſophandi nobis ſubitò ſtudium extiterit. I.C. 98.b. Verum id, quod multo magis eſt admirandum. Offic.40.a. Admirantur igitur communiter illi quidem omnia, quæ, &c. Tuſcul. 156.a. Plato, quem tu quanti facias, ſcio, & quem ex ore tuo admiror.

Admiſceo, ſces. miſceo. Tuſ.180.b. Admiſcere uerſus orationi. de Or.127.a. Tunc admiſcere huic generi orationis illud alterum cœpi. de N.31.a. Atq; aquæ etiã admiſtus eſt calor. & ibid. Aquam admiſto calore liquefactã diffundi. At.99.a. Sed hoc tamen quicquid eſt precianum, cum his rationib. quas ille meas tractat, admiſceri uolo. Quin. Fr.319.b. Trebatium meum, quod iſtò admiſceas, nihil eſt. de N. 31.a. Aer multo calore admiſtus eſt. de Vn.196.a. Deus bonis omnib. mundũ expleuit, mali nihil admiſcuit. Acad.40.b. In illis ueteribus noſtris ſcriptis multa admiſta ſunt ex intima philoſophia. I.A.242.b. Ego ad id conſilium admiſcear? in hac legatione ſim?

Admiſſarius, rij. equus qui ad prolem ſeruatur, translatũ uerò pro libidinoſo capitur. I.P.94.b. Itaq; Admiſſarius iſte, ſimul atq; audiuit, &c. nihil expiſcatus eſt, &c. I. adhinnire.

Admiſſus, a, um. incitatus. de Fin.77.b. Et equo admiſſo, in mediã aciẽ Latinorũ irruebat. & alibi. Qui autẽ uolunt, &c. difficilẽ quandã temperantiam poſtulant in eo, quod ſemel admiſſum coerceri, reprimiq; non poteſt.

Admiſtio, nis. cõcretio. de Sen.93. Cũ animus omni admiſtione corporis liberatus, purus, & integer eſſe cœpit.

Admiſtus, a, um. concretũ. de Sen.93.b. Animus nõ habet in ſe quicq̃ admiſtũ, diſpar ſui atq; diſſimile. Tuſ. 163.a Quoniã nihil ſit animis admiſtum, nihil concretũ, &c.

Admitto, tis. recipio, intromitto, ſuſcipio, cõmitto, perficio, alligo, edo, adhibeo. I.A.219.b. Domũ recipere legatũ hoſtium, in cubiculum admittere & reducere, hominis nihil de dignitate, nimiũ de periculo cogitantis. Off. 28.a. Domus in quã & hoſpites multi recipiendi, & admittẽda hominũ multitudo cuiuſq; generis. Sal. In Cic.271.b. Quẽ Iupiter in concilio deorũ admiſit. I.A.169.a. Cum tu tamen nocte ſocia per tegulas admitterere. At.222.a. Cæſar tertijs ſaturnalibus ad Philippũ, nec quenquã admiſit. pro Clu.41.b. Si quæ in eum lis capitis illata eſt, non admittũt. I.V.62.b. Si te ſemel ad meas capſas admiſero. pro Mar. 132.a. Nec ad conſilium caſus admittitur. Quin. Fr.296. a. Facilem ſe in hominib. audiendis, admittẽdisq; præbere.

Committere At.145.a. Tamẽ ſpes quædã me obtentabat fore, ut aliquid conueniret potius, quàm aut hic tantũ ſceleris, aut ille tantum flagitij admitteret.

Admittere & committere maleficium. pro S.R.28.b.

Admittere dedecus. I.V.75.a. & At.138.b. pro Rab.96 a. Rabirius fraudem capitalẽ admiſit, quod, &c. de In. 68 a. Qui illa in re peccauit, hoc quoq; admiſit. Admittere tetrum facinus. Off.71.a. pro Clu.44.a. Si à multis eſſet flagitiũ rei militaris admiſſum. pro Clu. 53.a. Quid unquam Habitus in ſe admiſit, ut hoc tantum ab eo facinus non abhorrere uideretur. de Leg.172.b. Deos, qualis quiſq; ſit, quid agat, quid in ſe admittat, intueri. ad Her.12.b. Aduerſarij hoc in ſe facinus admiſerunt. I.A.169.b. Tu autẽ ea in te admiſiſti, quæ à uerecundo inimico audire nõ poſſes. pro Mil.121.b. Quod nam concepi tantũ ſcelus? aut quod in me tantum facinus admiſi? cum, &c. Ep.49.b. Si quid à me prætermiſſum fuerit, cõmiſſum facinus, & admiſſum dedecus cõfitebor. de Leg.176.b. Pũblicus ſacerdos, audaciam in admittendis religionibus fœdis damnet.

Admodum. ualde. per. I.V.217.a. Erat admodum amplum & excelſum ſignum cum ſtola. de N.73. b. Res admodum paucis ſalutaris. de Fin.137.a. Theophraſti de beata uita liber, in quo multum admodum fortunæ datur. Alibi, Me ſuperiores literæ tuæ admodum delectarunt. Epiſt. 57.b. Qui me admodum diligunt. de N. 53.b. A corde in totum corpus diſtribuitur per uenas admodum multas. de Cla. 183.b. Curio literarum admodum nihil ſciebat. ad Her.27.b. Elocutio perfecta, quæ maximè admodum oratori accommodata eſt. de Am.98.b. Quamobrem utriq; noſtrûm gratum admodum feceris.

Admoneo, es. commoneo, moneo, ad memoriam alicuius rei aliquẽ excito. Top.221.a. & Ep. 55.a. Putaui ea de re te eſſe admonendum. & 86.b. Item, Ep.102.a. Vt ego quoq; te aliquid de ueſtris cautionibus admoneam. At. 68 a. Nunc uenio ad trãſuerſum illum uerſiculum, in quo me admones de ſorore. de Ar.254. Diſcordiæ noſtræ, de quibus ipſis his prodigijs recentibus à dijs immortalibus admonemur. Ep.128.a. Caninius noſter me tuis uerbis admonuit, ut ſcriberem. At.98.b. At uellem à principio te audiſſe amiciſſimè admonentem. At. 217.a. Quod me amiciſſimè admones, ut, &c. gratum eſt. At.143.a. Illud me præclarè admones, ut cum illum uidero, &c. Quint. Fr. 297.b. Sed te illud admoneo, ut, &c. At. 127.a. A multis admoniti ſumus, ut caueremus, etc. pro Dom.238.b. Neq; erat cauſa cur prohibendo non tam deterrere uideretur, quàm admonere. de D.136.a. Multi nullo ſomnio ad theſaurum inueniendum admonentur. de N.59.b. Multa extis admonemur. Epiſt.17.a. Ea tantæ mihi curæ ſunt, ut



me nolim admoneri. de N.50.b. Tum admonita à Squilla Pinna morſu comprimit conchas. Epiſtol. 8.b. Scribo tamen, ut te admoneam, quod ipſe literis omnibus à pueritia deditus cognoui, ut diſcas, &c. Attic. 5.b. Etenim ibi ſedens hæc ad te ſcripſi, ut me locus ipſe admoneret. de Fin. 79.a. Et eam tantum ad aurem admonerent, ut caueret, ne, &c. de N. 3.a. Qui admonent amicè docendi ſunt. de N. 11.a. Ac de forma partim natura nos admonet, partim ratio docet. Top.221.a. Vt ueni Veliam, admonitus huius æris alieni, nolui deeſſe ne tacitæ quidem flagitationi tuæ.

Admonitio, onis. monitum, præceptum. de Or.139.b. Admonitio quaſi lenior obiurgatio. de Or. 135.a. Admonitio in conſilio dando familiaris. de Off.29.b. Quæ facilè apparent, nec magnopere admonitionem & præcepta deſiderant. de Fin.124.b. Tanta uis admonitionis eſt in locis, ut non ſine cauſa ex his memoriæ ducta ſit diſciplina. Ep.2.a. Sed planè nec precibus noſtris, nec admonitionib. reliquit locum. Epiſt.145.b. Quare ſi aut aliter ſentirem, certè admonitio tua me reprimere, aut ſi dubitarem, hortatio impellere poſſet, ut, &c.

Admonitor, oris. Top.221.a. Vt diligentia mandatorum tuorum te quoq;, etſi admonitore non eges, ad memoriam noſtrarum rerum excitarem.

Admonitũ, ti. admonitio. de Or.114.a. Præcepta, admonita tractanda ſunt omnia diſertiſſimè. de Or. 124.b. Sed ut uſus noſtri quædam admonita tradamus.

Admonitus, tus.. admonitio. I. C.112.a. Atq; interea admonitu Allobrogum miſi. qui, &c. At.208. Ego interea admonitu tuo perfeci ſanè argutulos libros ad Varronẽ. At.145.b. Quẽ φιλόπατριν καὶ πολιτικὸν hominis prudẽtis & amici, tali admonitu, nõ moueret autoritas. de Ar. 257.a. Sed tamen huic malo pop. Rom. ipſe nullo Aruſpicum admonitu ſua ſponte proſpexit. Ep.151.a. Recitatis literis oblata religio cornuto eſt, pullariorũ admonitu, nõ ſatis diligenter eum auſpicijs operã dediſſe.

Admotio, onis. applicatio. de N.56.b. Manus apta ad neruorum eliciendos ſonos admotione digitorum: id eſt, admouendis digitis.

Admoueo, ues. appono, adhibeo, porrigo, extendo. de Am.102.a. Quam qui appetunt, applicant ſeſe, & propius admouent. Tuſc.288.b. Cum faces ei doloris admouerentur. Tuſc.222.b. Sed alia quædam ad eum eſt admouenda curatio. contra Rul. 63.a. Admouent manus uectigalibus populi Romani. Off.40.b. Dolorum cum admouentur faces, præter modum pleriq; exterrentur. I.V. 269.a. Quid cum ignes, ardenteſq; laminæ, & cæteri cruciatus admouebãtur. Admouere ſtimulos alicui. pro Seſt. 5.a. id eſt, excitare aliquem. Admouere orationem ad ſenſus animorum. de Or.90.a. Admouere aſpidem ad corpus. pro R.P.126.a. Admouere ſe ad aliquam rem. de Am. 215.a. Admouere uultum ad aliquem. ad Her. 21.a. de Or. 139.b. Maxima pars orationis adhibenda eſt ad animorum motus. de Ar.248.a. Adhibete animos ac mentes ueſtras, non ſolum aures ad aruſpicum uocem admouete. Or. 202.a. Vtcunq; e animum audientis moueri uoles, ita certum admouebis uocis ſonum. I. A. 206.b. Dum me exercitum propius urbem Romam CC. Mil. admoueret. de Or. 125.b. Nulla materia niſi admoto igni, ignem concipere poteſt. Admouere aurem & ſubauſcultare. de Or.122.b. Admouere propè.)(. Amouere procul. ad Her.22.a. Acad.36.b. Cum autem læuam manum admouerat, & illum, &c. Tuſc. 199.b. Faſciculum ad nares admouebis, incendes odores. pro Cluent. 24.b. Oppianicus continuò ſperare cœpit hoc ſe Aiulio tanquam aliqua machina admota, fortunas Aſinij expugnare poſſe.

Admurmuratio, onis. approbatio, & applauſio murmure facta. pro Põ.11.a. Veſtra admurmuratio facit Quirites, ut, &c. Q. Fr.306.b. Clodium accuſaui multis & ſecundis admurmurationibus cuncti ſenatus. I.V.74.b. Grata concionis admurmuratio. I.P.86.a. Qui non admurmuratione, ſed uoce & clamore furorem illius fregiſtis. I.V. 205.b. Riſus populi atq; admurmuratio omnium facta eſt. I.V.244.a. O diuina ſenatus admurmuratio.

Admurmuro, as. admurmurationem facio. I.V.244. a. Memoria tenetis iudices, quàm ualde uniuerſi admurmurarint? At.7.b. & pro Pom.11.a. Idq́; admurmurante ſenatu, neq; me inuito eſt factum.

Adnecto, ctis. alligo. Tuſ.180.a. Nauem ut horriſono freto noctem pauentes, timidi adnectunt nauitæ.

Adnitor, ris. adplico ſeu applicor, & ualde nitor. de Am.112.a. Natura ſolitarium nihil amat, ſemperq́; ad aliquid tanquam adminiculũ adnititur. At.97.a. Ego niſi bibulus adniteretur, de triumpho æquo animo eſſem. aliàs, adnumeretur.

Adnumero, as. numero, ad numerum addo. pro S.R. 42.b. Omnia ſua tibi conceſſit, adnumerauit, appendit. I. V.179.a. Dare & adnumerare nũmos alicui. In Sal.273. a. Si tu unà cum illis adnumeratus eſſes. At. 97.a. Niſi Bibulus adnumeretur de triumpho. aliàs adniteretur.

Adnuncio, as. nuncio. At. 75.b. Tamen interea hæc uellem, quæ mihi adnunciabãtur.

Adoleſco, ſcis. creſco. de Fin.138.a. Eaq́; cupiditas agẽdi aliquid, adoleſcit unà cum ætatibus. de Leg. 160.b. Ratio cum adoleuit atq; perfecta eſt, nominatur ritè ſapientia. In Sal. Hinc enim facilè intelligetur, quàm petulãti pueritia tã impudicus & procax adoleueris. de N.21.a. Qui natus ſit, qui adoleuerit, qui didicerit. de Sen.87.b. Viriditas herbeſcens, quæ nixa fibris ſtirpium ſenſim adoleſcit. I.C. 103.a. Extinguetur atq; delebitur hæc tam adulta Reip. peſtis.

Adoleſcens, tis. ephebus, iuuenis, pubes. de Or.94.b. Neq; hæc dico, ut homines adoleſcẽtes à dicendi ſtudio deterream. Ep.50.a. Adoleſcens primarius. Ep.26.a. Homo adoleſcens. Off.25.a. Officium adoleſcentis eſt, maiores natu uereri. de Sen.79.a. Hic & bella gerebat, ut adoleſcens, cum planè grandis eſſet. I.A.184.a. C. Cæſar adoleſcẽs penè potius puer. Or.200.b. Adoleſcens etiam nunc ô Phædre Iſocrates eſt. de D.88.a. P. Africani filia adoleſcens.

Adoleſcentia, tiæ. iniens ætas. à XIIII. anno uſq; ad XXV. etiam XXX. Off.25.a. & pro Quin. R.52.b. Magis mea adoleſcentia indiget illorum bona exiſtimatione, quàm illorum ſeueriſſima ſenectus deſiderat meam laudẽ. Top.223.b. Adoleſcentia eſt flos ætatis. Off.23.b. Ineunte adoleſcentia, cui ineſt maxima imbecillitas conſilij. Ep.16 b. Muſæ, quæ me maximè, ſicut iam à prima adoleſcentia delectarunt. de Sen.78.a. Qui enim citius adoleſcentiæ ſenectus, quàm pueritiæ adoleſcentia obrepit.

Adoleſcentulus, li. admodum adoleſcens. Pro Rab.95. a. Q. Catulus admodum tum adoleſcens. pro Dom.220.b. Imberbis adoleſcentulus. Item I.C.100. & alibi.

Adonis, idis. de N. 71.a. Venerem Adonidi nupſiſſe traditum eſt.

Adoptio, onis. pro Dom. 220.a. Quod eſt Pontifices ius adoptionis? nempe ut is adoptet, qui neq; procreare

iam filios poßit,& cum potuerit,ſit expertus.& ibidem: Quas adoptiones hæreditates nominis, pecuniæ, ſacrorũ ſecutæ ſunt. de Fin.54.b.L.Torquatus filiũ in adoptionẽ D.Syllano mancipauit.Tuſc.154.b. Quid propagatio nominis? quid adoptiones filiorum.

Adoptiuus, a, um. qui in adoptionem acceßit. pro Dom. 220.a. Neque amißis ſacris paternis in hæc adoptiua ueniſti.

Adopto,as.filium facio,filium inſtituo. de Cla.171.a. Filius Scipionis, is qui minorem Scipionem à Paulo adoptauit. At.106.a. Adoptatus à plebeio patricius. pro Dom.220.a. Adoptat annos uiginti natus etiam minor ſenatorem. pro Dom. 220. b. Filium ſenatorem populi Romani ſibi adoptare. Epiſt.212.b.Adoleſcens,quem C. Memmius Patrenſiũ legibus adoptauit. de Cla.183.b.Liciniæ filius Craßi teſtamento,qui fuit adoptatus. At.120 a.Ille in Clodio adoptando augur. de Cla.187.a.C. Statienus, qui ſe ipſe adoptauerat, & de Staieno Aelium fecerat.

Adoptare pro eligere.I.A.180.b.Puteolani C. Caßium patronum adoptarunt. pro Seſt.4.b. Conuentus ille Capuæ me unum patronum adoptauit.Ep.65.b.Ego autem,quem potius adoptẽ aut inuocem, quàm illum quo defendente uincere didici? I.A.207.b. Atqui illum quinq; et trigintatribus patronum adoptarunt.I.V.63.a.& 65.a. Adoptare ſibi aliquem defenſorem ſui iuris & ultorem iniuriarum,& actorem totius cauſæ.

Adorior,iris,uel eris.aggredior,inuado. I.V.116.a. Hominem id ætatis quàm tumultuoſißimè adoriuntur. I. V.254.a.Poſtremam quoq; nauem Piratæ primam adoriebantur.pro Seſt.20.b. Adoriri aliquem inermem & imparatum.pro Mil.107.a. Adoriri aliquem à tergo.de Or. 127.a.Ne conuellere adoriamur ea,quæ non poſſunt commoueri.At.211.b.Hoc quoq; ipſum continuò adoriamur. ad Her.7.a.Occaſio idonea ad rem adoriendã. At. 252.a. Ηρακλειδειον,ſi Brunduſium ſalui adoriemur.

Adorno,as.inſtruo,orno,paro, comparo. pro Pom. 10.b.Pompeius Italiæ duo maria maximis claßib. ac præſidijs adornauit.pro Mur.135.a.Vt idem accuſationem et petitionẽ conſulatus diligenter adornet atq; inſtruat. pro Clu.21. a. Omnis teſtiũ copia à matre initiò eſt adornata, à matre nunc inſtruitur,ac omnibus eius copijs & opibus comparatur. pro Clu. 58.a. Comparatio huius criminis ab illa eſt, & inuenta & adornata.

Adornare,pro ornare.Ep.174.b. Lætor mea conſilia,measq; ſententias à te probari de decemuiris, de adornando adoleſcente.I.V.87.b.Vidi forum comitiumq; adornatum magnifico ornatu.

Adpromitto,tis.promitto, alienum promiſſum conconfirmo.pro S.R.22.b.Cum id ita futurum Titus Roſcius adpromitteret,crediderunt.At.lib.5.

Ad quid.At.66.b.Ad quid laboramus res Romanas?

Adquieſco,ſcis. Epiſt.51.a.Lectis tuis literis aliquantum adquieui.

Adramitenus Xenocles ex Adramiteo Aſiæ oppido. de Cla.194.b.Item pro Fla.252.b.

Adrianus,a,um.I.P.99.b.Adrianũ mare,& Her.23.

Adrimetum oppidum.I.V.160.b.

Adſciſco,ſcis.aſciſco,adprobo.recipio.pro Cor.59.a. Innumerabiles aliæ leges ſunt latæ, quas Latini uoluerũt, adſciuerunt.pro.Cor.58. b. Cum iußiſſet Prætor aliquid, id ſi adſciuiſſent ſocij populi ac Latini, & ſi, &c. ut tum lege eadem is populus teneretur. I.P.90.a.Alienam prouinciam ſibi adſciſcere.Tuſc.180.a.Iouiſq; numen Mulciberi adſciuit manus.

Adſcitus,a,um.receptus.I.V.227.a.Sacra adſcita atq; accerſita ab exteris nationibus.

Adſcribo,bis.aſcribo,appono,adiungo,addo. de In. 77.b.Nihil attinuit adſcribere,quæ uolet, eo enim non aſcripto, nihil ineſt dubij. Epiſt.204.a.Sed & Aruncius ita te mandaſſe aiebat,& tu adſcripſeras.Epiſt.155.a.Sed accepi literas,in quibus erat, te adſcripſiſſe à Lepido non recipi Antonium. contra Rul.76.a.Adſcribit idem auctioni agros Corinthios. Epiſt.75.b.Illud me non animaduertiſſe moleſtè ferrem,ut adſcriberem, te in fano pecuniam iuſſu meo depoſuiſſe,niſi,&c. pro Cec. 303. a. Sylla adſcripſit in eandem legem,ſi quid,&c.& ibid.b.Hoc in omnibus legibus adſcribitur. contra Rul. 76.b. P. Seruilius Pompeio Cn.filio,non credo adſcripturum eſſe magno. de L.160.a. Me quoq; adſcribito fratris ſententiæ. Att. 50. a. In altera epiſtola tua præter conſuetudinem diem non adſcribis. At. 85.a. Adſcribit etiam, & quaſi calcar admouet,interceßiſſe ſe pro ijs magnam pecuniam. Adſcribere aliquid ad legem. de In.53.b. de In.59.a. Hoc incommodum Scipioni adſcribendum eſt: id eſt, attribuendum.Ep.76.a.Non adſcripſi, quòd tua nihil referebat. contra Rul.71.a. Siue accepta lex eſſet, illum ſibi collegã adſcriberetis,&c. Epiſt.218. a.Is enim erat adſcriptus in id municipium ante ciuitatem ſocijs & Latinis datam. At. 88. b. Filiola tua gratum mihi fecit, quod tibi diligenter mandauit,ut mihi ſalutem adſcriberes. At.88.b. Tu quoq; ſalutem utriq; adſcribito.& 80.b. Alexis,quod mihi toties ſalutem adſcribit: eſt gratum,ſed cur non ſuis literis idẽ facit? At.4.a.Terentia tibi ſalutem adſcribit.

Adſcriptio,onis.pro Cecin.303.b.Declarata iſta adſcriptio eſſe aliquid,&c.

Adſcriptor,oris.contra Rul.70.b. Et uidelicet collegas ſuos adſcriptores agrariæ legis non repudiabit.

Adſcriptus,a,um.Quint.Frat.319.a.b.Antiquior dies in tuis erat adſcripta literis, quàm in Cæſaris. aliàs, Aſcripta.

Adſeruo,as.aſſeruo,ſeruo.pro Cecin.292.a.Si omnes in ædibus adſeruati ac retenti ſint.pro Cecin.299.a.Negligentius adſeruare aliquid.

Adſtipulator,oris.confirmator, defenſor. Oct.331.a. Quidam cuius auus fuit argentarius, adſtipulator pater. Acad.17.b.Sed illud falſum eſſe & Stoici dicunt, & eorũ adſtipulator Anthiocus. I.P.83.a. Nemo unquam iſto nõ modò propugnatore tutiorem ſe,ſed aduocato,aut adſtipulatore paratiorem fore putauit.

Adſtituo,is.colloco.ad Her. 22.b. Aegrotum in lecto cubantẽ faciemus,& reum ad lectũ eius adſtituemus.

Adſum,es.præſens ſum,interſum, appareo, adiuuo, præſto ſum.de Or.112.a. Cum uos Catule & Cæſar non adeßetis.pro Dom.221.a. Aderat præſens M.Bibulus.Ep. 242.a.Nunc ades ad imperandum,uel ad parendum potius. At.179.b. Ii ex Africa iam affuturi dicuntur. & 145.a. Nos qui adſumus,&c. de Cla. 182.b. Oratorem in cauſa non adeſſe. I.V. 76.b. Adeſſe ad iudicium. At. 78.a. Video enim te,& quaſi coràm adſis,ita cerno συμπάθειαν amoris tui. pro Clu.21.a. Adeſt præſens in ſingulari uirtute. Epiſt.51.a.Ego uerò Serui uellem,ut ſcribis,in meo grauißimo caſu affuiſſes. pro R. P.127.a.Ergo aderat uis,quæ,&c.Quin.Fr.325.a.Pomptino ad triũphum ad III.Nonarum Nouemb.uolebam adeſſe. de D. 92.b.Petijt ut manè ad portam adeſſet.& ibidem: Manè





præſtò ad portam fuit.pro Fla.157.b.Siluerũt principes, neq; in illa concione adfuerunt. pro Quin.14.b. Vos qui adeſtis in conſilio. pro Plan.277. a. Aderat mecum cunctus equeſter ordo.de Sen.93.a. Qui ad mortem propius adſum.pro Quint.8.b.Quæ mala iam adeſſe atq; impendêre uidentur. At.66.a.Tu aduẽtare,ac propè adeſſe iam debes. pro. Dom.222.b. Qui neq; adeſſe ſit iuſſus, neque citatus. de Leg. 166.b. Quæ cum adſunt perparua ſunt, & quandiu affutura ſint,certum ſciri non poteſt. At.1.b. Adeſſe alicui contra aliquem. Ep.91.a.Ego tamen tuis rebus adero,ut difficilimis. I.A.178.a. Semper enim abſenti affui Deiot. At.249.a.b.Ego autem, ſi mihi impoſuiſſet aliquid, quod penè fecit,niſi tua malicia affuiſſet, animo iniquo tuliſſem. pro Quin.5. a.Recuſabant qui aderant tum Quintio. pro Flac.155.a.Decreto ſcribendo primùm uideo affuiſſe Lyſaniam. Poſtquam.205.b.Caput,&c.ne quis pedibus iret,ne ſcribendo adeſſet.deOr.143.a. Et eundem,id quod in autoritatibus perſcriptis extat, ſcribendo adfuiſſe.Ep.117.a.Scribendo affuerunt L. Domitius, Q. Cælius,&cæt. Idem,248.a. & Attic.67.a. & 99.b. de N.4.b.Adſint,cognoſcant, animaduertant. de Som. 127.a.Ades,inquit,animo,timorem omitte. Adeſſe animo.pro Cecin.290.b.pro Syl.173.a. Adeſtote omnes animis,qui adeſtis corporibus.I.A.219.b.Vigilare,cogitare,adeſſe animo. Adeſſe,inſtare,ſubſequi.l. Inſto.Quin. Fr.308.a.Craſſus aderat Miloni animo non amico.deFin. 85. a.Tanti autem aderant morbi ueſicæ & uiſcerum,ut, &c. Off.3.a.Bellua ad id ſolum quod adeſt, quodq; præſens eſt ſe accommodat.

Aduebo,his.I.V.187.a. Cum frumentum ex decumis mancupes Romã aduexiſſent.Off.64.a.Si quis profectus Rhodum magnum frumenti numerũ aduexerit. I. A.175. a.Inde Caßia celeriter ad urbem aduectus,Romam redijt. Ep.55.a.Cum ab Epidauro Piræum naui aduectus eſſem. de D.92.b.Cum tu equo aduectus,&c.de D.128. a. Quidam caricas Cauno aduectas uendens,&c.

Aduena,næ.peregrinus,hoſpes.de Or.106.b.Ne in noſtra patria peregrini atq; aduenæ eſſe uideamur. contra Rul.85.a.Nos autem iam non hoſpites,ſed peregrini atq; aduenæ nominabamur.Tuſc.235.a. Zeno citiæus aduena quidam,& ignobilis uerborum opifex.

Aduenio,nis.accedo,appropinquo.de N.71.a. Quem ex Hyperboreis Delphos ferunt adueniße. Ad Her. 3.b. Athenis Megaram ueſperi aduenit Simo.de Sen.82. a. Senectus cum aduenit,apportat ſecum multa uicia.At.93.a. Eſt aliquid aduenientem non eſſe peregrinum atq; hoſpitem. pro Mur.141.b. Quid habet admirationis,tali uiro aduenienti obuiam prodiſſe multos? I.A. 237.a. Vtq; quãcunque in prouinciam eius belli gerendi cauſa aduenerit, ibi imperium habeat. de Sen. 91. b. Cum enim id aduenerit, tunc illud,&c. I.A. 232. a. Sapientis eſt, quicquid homini accidere poßit,id præmeditari ferendum modicè, ſi ſaduenerit, eſſe.pro Cecin.289.b. In aliquem aduenientem cum ferro inuadere. Att. 77.a. Appius noſter, cum me aduenientẽ uideret,profectus eſt Tharſum. de D.137. b.Medici ex quibuſdam rebus,& aduenientes morbos, & creſcentes intelligunt.

Aduentitius,a,um.fortuitus,inſperatus, non quæſitus. pro Pom.8. b. Mithridates magnis aduentitijs multarum nationum copijs iuuabatur.I.V.219.a. Neque ullum aduentitium requiratur auxilium. de N.31.a. Externus & aduentitius tepor.de Fin.139.a. Neque ſanè multum adiumentis externis & aduentitijs uteretur. de D. 133.b. Animos externa & aduentitia uiſione pulſari. de Or. 155.a.Hæc politißima Græcorum tranſmarina & aduentitia doctrina. Aduentitia pecunia. Att. 18. a. & de In.70.a. pro R. P. 130.a. Aduentitia pecunia petitur ab eo, cui ſua non redditur. Aduentitia bona. Att.18.a. Top. 226. b. Aſſumpta & aduentitia. )(. Innata & inſita.Top.

Aduento,as.aduenio,appropinquo,accedo. At.66.a. Tu aduentare ac propè adeſſe iam debes.Ep.20.a.Nondũ erat auditum,te ad Italiam aduentare,cum, &c. de Sen. 77.a.Onus aut iam urgentis, aut certè aduentantis ſenectutis.At.253.b.Legiones aduentare dicuntur.de Or.101. b.Quod uerè iam tempus aduentat.

Aduentus,tus.acceſſus.At.23.a. Quid cogites de aduentu tuo,ſcribe ad nos. & ibid.De acceſſu tuo. At.203. a.Vt me leuarat tuus aduentus, ſic diſceſſus afflixit. At. 57.a.Aduentus tuus mihi ſuauißimus,optatißimusq; erit. pro Pom.6.a.Ipſorum aduentus in urbes ſociorũ. At.118. a.& Ep.153. a. Ibimus Luceriam, nec eum fortaſſe delectabit aduentus noſter.pro Mil.111.a. Nocturnus Clodij ad urbem aduentus.

Aduerſaria,orum.præſcriptiones,ephemerides. Tabellæ extraordinariæ, in quibus memoriæ cauſa utcunq; notamus,ut ea poſtea in iuſtas fidei tabulas codiceſq; referamus:Sic dicta,quod præſtò,& ad manũ ſemper ſint, & aduerſa,nõ auerſa: uel ab aduertendo, quod propter animaduerſionem,& memoriam(ut dixi)conficerentur.pro Quin.R.45.b. Non habere ſe hoc nomen in codice fatetur,ſed in aduerſarijs patêre contendit.& ibid.Non ex tabulis,ſed ex aduerſarijs petere.& ibid.Suarum præſcriptionum & liturarum aduerſaria proferre,amentia eſt. Item ibidem.46.a.Quid eſt, quod negligenter ſcribamus aduerſaria? quid eſt,quod diligenter conficiamus tabulas? qua de cauſa? quia hæc ſunt mẽſtrua,illæ ſunt æternæ:hæc delentur ſtatim,illæ ſeruantur ſanctè:hæc parui temporis memoriam,illæ perpetuæ exiſtimationis fidem, & religionem amplectuntur:hæc ſunt deiecta,illæ in ordinẽ cõfectæ. Itaq; aduerſaria in iudicium protulit nemo, codicẽ protulit,tabulas recitauit.

Aduerſarius,a,um.aduerſus,oppoſitus,inimicus,hoſtis.de Or.123.a.Opinionem iſtorum ſtudiorum apud eos qui res iudicent,oratori aduerſariam eſſe arbitror. I.A. 187.b.Nec poterat aliter de aduerſarijs ducibus iudicari. pro Cec. 286.b. Vis ea, quæ iuri maximè eſt aduerſaria. Or. 208.a. Sua confirmare, aduerſaria euertere. pro Plan.259.a. Ea res in iudicio aduerſaria eſt Cn. Plancio. pro Clu.37.a. Tribunus non modò non ſeditioſus,ſed etiam ſeditioſis aduerſarius. de Ar.251. a. Theodoſius Hermachi acerrimus aduerſarius. de Fat. 146.a.b. Ergo ſiue habuerit aduerſarium Milo, ſiue non habuerit, luctabitur. & ibid. Sine aduerſario nulla luctatio eſt. pro Mil.109.a. Octo Tribuni plebis illius aduerſarij,defenſores mei. de Ar. 253.a. Acceptis à forti aduerſario uulneribus aduerſis. de Ar.255. b. Obtrectatores eorum atque aduerſarij.In Vat.29.a. Hic refutandus eſt, ut grauis aduerſarius. Brut.165. a. Aduerſarius & obtrectator laudum mearum. Ep. 19. b. Eſt enim tibi grauis aduerſaria conſtituta & parata incredibilis quædam expectatio. In Epiſtolis familiaribus 114.a.Qui ſe intenderant aduerſarios in eius tribunatum.

Aduerſor,aris.repugno,obſiſto,contrauenio,contra rem alicuius uenio, cõtrà pugno,cõtrà facio,aduerſarius ſum,in aliquẽ eo,reſiſto,reclamo, obtrecto.)(.Suffragor.

I.V.252.b.Hanc Cleon amabat,ueruntamen huius libidini aduerſari non audebat.de Or.91.b.Aduerſarij omnib. in diſputando. Acad.12.b. Duæ cauſæ perſpicuis & euidentibus rebus aduerſantur.Ep.42.b.Contentio mea aduerſans actionibus aliorum.de Or.213.b.Quis Iſocrati aduerſatus infenſius quàm Ariſtoteles? pro Syl.176.b. Ego uerò quibus ornamentis aduerſor tuis? aut cui dignitati ueſtræ repugno? Part.238.a. Neq; ſolum ea ſunt quæ nobis ſuppetunt, ſed etiam illa quæ aduerſantur uidenda. Off.67.b.& 12.b.Aduerſante etiam & repugnante natura.de Or.125.b.Aduerſantem & repugnantem capere.

Aduerſum & aduerſus.contra,erga.Off.73.b.Hoſtis legitimus,aduerſus quem totũ ius fœciale eſt. Oct.330.a. Aduerſus quos aciem ſtruis? Oct.330.a.Aduerſum ſe amare aliquem.I.V.192.a. Pecuniæ cõciliatæ aduerſum leges, aduerſum Remp.At.228.b.Si duriorem te præbes,non cõtendam ego aduerſus te.

Aduerſum pro erga.Off.7.b.Officia aduerſus eos ſeruanda,à quibus iniuriã acceperis.Ep.45.b.Modeſtus aduerſum aliquem.Off.47.b.Vtendum eſt excuſatione aduerſus eos,quos inuitus offendas,quacunq; poßis.At.287.a.Flectere iudicium aduerſus aliquos. At.186.a. Blandus aduerſus aliquem.Off.20.a.Adhibenda eſt etiam quædam reuerentia aduerſus homines.de N.1.b.& 24.a.Pietas aduerſus deos.de N.24.a.Iuſticia aduerſum deos.Off. 57.b. Ii aduerſus deos impij ſunt iudicandi.Ep.181.b.Quónam modo me gererem aduerſus Cæſarẽ,uſus tuo conſilio ſum. Off. 20. a. Quemadmodum nos aduerſus homines geramus.de D.101.a.Ara enim Aio loquenti,quam ſeptam uidemus,aduerſus eum locum conſecrata eſt.

Aduerſus,a,um.cõtrarius,incommodus,fluxus.)(.proſper.Top. 224. b.quæ ex eodem genere contraria ſunt. appellantur aduerſa,ut celeritas, tarditas. Or.18.b. Vt aduerſas res,ſic ſecundas immoderatè ferre leuitatis eſt. At.275.a.Nihil nobis aduerſi euenire poteſt.pro Syl.172 b.Omnium mentes improborum mihi uni maximè ſunt infenſæ & aduerſæ.pro Mil.102.a. Vnum genus eſt aduerſum infenſumq; nobis.At.162.b. Omnia ſecundißima nobis,aduerſißima illis acciderunt. pro Syl. 181.a. Per quos res eius ſecundæ quondam erant ornatæ, nunc ſubleuantur aduerſæ.

Aduerſus,oppoſitus,et anteriora oſtentans.de Sõ. 129. a.Intueri ſolem nequitis aduerſum.pro Dom.243.a.Vulnus aduerſum. de Or.119.b.Iudicibus cicatrices aduerſas oſtendere.de Ar.253.a.Acceptis à forti aduerſario uulneribus aduerſis.de Or.132.b.&165.b.Aduerſus & auerſus impudicus es.de D.92.b. Eodẽq; equo aduerſam aſcendit ripam.de N.51.a.Aer ab ijs aduerſus pellitur. Or.202.b. Referre paria paribus, aduerſa contrarijs. Dentes aduerſi & acuti.de N.53.a.)(.intimi. I.V. 256.a. Cicatrices aduerſo corpore exceptæ.Acad.36.a.b. Zeno cum extenſis digitis aduerſam manum oſtenderat,uiſum inquiebat huiuſmodi eſſe.I.A. 176.a. Caput in aduerſam lecticam inferens,beneficia,quæ uenderet,à collega petebat.Acad.31. a.& 36. a.Antipodes aduerſis ueſtigijs ſtãt contra noſtra ueſtigia.de Som.129.b.Sed eorum partim obliqui,partim uerſi,partim etiam aduerſi ſtant nobis. & ibidem. Qui aduerſa nobis urgent ueſtigia.

Aduerto,tis.obſeruo,attendo,animaduerto.At.57.b. De librarijs,ſi me amas,diligenter aduerte.Ep.2.b.Nã aduertebatur Pompeij familiares aſſentire Volcatio.

Aduesperaſcit,bat.fit ueſpera.I.V.234.a.Itaq; tũ de foro,cum iam aduesperaſceret, diſceßimus. & 224.a.& I.C.111.b.Item de Fin.114.a.Sed quoniam aduesperaſcit, nunc quidem hactenus. Epiſt.245.a. Cum aduesperaſceret.)(.cum luceſceret.



Aduigilo,as.uigilo,diligenter uigilo. de Leg.175.b. Vt aduigiletur ad cuſtodiam ignis.de Pet.213.b.Si aduigilamus pro rei dignitate.

Adulatio,onis.aſſentatio,ſimulatio. de N. 58.a.Canum tam fida cuſtodia, tamq; amans dominorum adulatio. de Am.113. a.Sic habendum: in amicitijs nullam peſtem eſſe maiorem, quàm adulationem, blanditias,aſſentationem.

Adulo,as.& Adulor,aris.blandior,aſſentor,auribus do,omnia ad uoluntatẽ loquor,nihil ad ueritatẽ. Ad alterius non modò ſenſum ac uoluntatem,ſed etiam uultum ac nutum conuerti.de Am.113.b.& de D.109.b. Nec adulatus,nec admiratus fortunam ſum illius.I.P.101.a. Adulãs omnes.Off.18.b. Cauendum eſt ne aſſentatoribus patefaciamus aures, nec adulari nos ſinamus, in quo falli facilè eſt.Ep.194.b.Noli putare mi Cicero,me hoc auribus tuis dare.de Am.114.a. Apertè adulantem nemo non uidet,niſi admodum eſt excors.Tuſc.180.a. Pinnata cauda noſtrũ adulat ſanguinem Poetæ.

Adulator,aſſentator,homo leuis,fallax,ad uoluntatẽ loquens omnia,nihil ad ueritatem.ad Her. 31.a. Nolo eſſe laudator,ne uidear adulator.de Am.113.a. & ibid.b. Qui ad alterius non modò ſenſum, ſed etiam uultum atq; nutũ conuertitur.

Adulter.mœchus, alienæ coniugis corruptor. In Sal. 275.b.Tu omnium cubiculorum ineunte ætate pellex, & idẽ poſtea adulter. pro Seſt.11.a. Clodius ſororis adulter. I.C.106.a.Quis adulter? quæ mulier infamis?

Adulterinus,a,um.non uerus,non naturalis, fucatus, adũbratus.pro Clu.25.b. Oppianicus teſtamentũ in alias tabulas translatum ſignis adulterinis obſignauit.Off.70. a.Nummos adulterinos pro bonis accipere.

Adulterium,rij.ſtuprũ.de Or.134.a. Qualem exiſtimas,qui in adulterio deprehenditur? tardũ. de Sen.85.a. Stupra & adulteria,& omne tale flagitium,uoluptatis illecebris excitari.Tuſ.225.b.Stupra dico, & corruptelas, & adulteria,inceſta deniq;.

Adultero,as.corrũpo,ſtupro. Part.237.b. Voluptas boni naturam fallaciter imitando adulterat.pro Cec.299 a.Ius ciuile pecunia adulterari non poteſt.pro Q.R. 47. a.Adulterare tabulas. de Am.113.b.Simulatio tollit iudicium ueri,idq; adulterat.de Leg.164.b.Latrocinari,adulterare,teſtamenta ſupponere.

Adulteror,aris.cubile alterius ineo.Off.26.a.Latrocinari,fraudare, adulterari turpe eſt,ſed dicitur non obſcœnè.

Adultus,a,um.grandior ætas,adulta ætas,progreſſus ætatis.de Cla.167.a.Thucydides et Pericles,qui nõ naſcentibus Athenis,ſed iam adultis fuerũt. Tuſc.239.b.Ab ijs ipſis,cum iam eſſent adultæ,ferrũ remouit. de Cla.196.a. Eamq; tueamur,ut adultã uirginẽ caſtè, &c.I.V. 184.a. Puer adulta ætate.Tuſ.177.b.Philoſophia ea mandat animis,et ut ita dicã,ſerit,quæ adulta fructus uberrimos ferãt I.C.103.b.Delebitur hæc tam adulta reip,peſtis.

Adumbratio,onis.umbra. Or.296. a.Alicuius rei ſi non perfectio,at conatus tamen,atq; adumbratio.

Adumbratus,a,um.fictus,nõ uerus.)(.expreſſus. de Leg.168.a.Principiò quaſi adumbratas quaſdã intelligentias animo ac mente cõcipimus. I.V.164.b.Hic Aeſchrio Pippæ uir adumbratus. Tuſcul. 190. b. Gloria eſt ſolida





quædam res expreſſa,non adumbrata.)(.& ibi.Eminens effigies uirtutis,adumbrata imago gloriæ. de Fin.141.b. Adumbrata opinio honeſtatis. pro Syl.177.a. Cornelius etiam nunc de indicando dubitat, informat adhuc adumbratum iudicium filij. de N.16.a.Cedò mihi iſtorum adumbratorum deorum formas. pro Cæl.39.b. Habuit ille multa maximarum nõ expreſſa ſigna,ſed adumbrata uirtutum.contra Rul.72.a. Comitia adumbrata.)(.comitia uera.

Adumbro,as.effingo,imitor. de Fin. 138. b. In qua hæc honeſta,quæ intelligimus à natura tanquam adumbrantur,ſed in pueris expreſſa.de Or.126.a. Heroum ueteres caſus imitari atq; adumbrare dicendo. de Or.144. a.Id genus ſumus in eorum ſermone adumbrare conati. Or.201.a.Excellentis eloquentiæ ſpeciem & formam adumbrabimus.pro Dom.229.a. Qui ne ementiendo quidẽ potueris autorem adumbrare meliorem.

Aduncitas,tis.de N.50.a. Quædam animalia roſtrorum adunciate cibum capeſſunt.

Aduncus,a,um.curuatus,tortuoſus. pro Cl.55.b.Serrula adunca ex omni parte dentium,& tortuoſa. de Nat. 14.b.Corpuſcula curuata,& quaſi adunca. Tuſ. 180.a. Aduncis lacerans unguibus,Iouis ſatelles.

Aduocatio,onis.aduocati officiũ.pro Seſt.25.a. Scio quid grauitas ueſtra,quid hæc aduocatio poſtulet. Epiſt. 100.a.In re militari multo es cautior,quàm in aduocationibus. pro Q.8.a.Nihil tam copioſa aduocatione uterer, ſi petendum eſſet. pro Syl.182.b.Parens tuus aduocationem hominis improbißimi ſella curruli honeſtauit. pro Cecin.293.a. Quòd exercitus armatos mouet,id aduocationem togatorum non uidebitur mouiſſe? pro Dom. 224.a.Cùm eorum aduocationem manibus,ferro,lapidibus diſcuſiſti.

Aduocatus,qui in iudicio aut ius ſuggerit,aut præſentiam ſuam commodat amico. de Cl.192.a.Non modò à corona,ſed etiam ab aduocatis relinquuntur.ad Q.Fr.307. b.Milo affuit,ei Pomponius aduocatus uenit.At.11.a. Crete ex acclamatione Clodij aduocatorum audiſſe,quæ conſurrectio facta ſit.pro Syl.182.b.Pater tuus Catilinæ reo fuit aduocatus.pro Cl.40.b.Quis enim unquam non modò in patronis, ſed in laudatoris aut aduocati loco uiderat? pro Mur. 126.a. Si turpe exiſtimas te aduocato illum ipſum,quem contrà ueneris, cauſa cadere. de Offic. 7.a. Vt ſi conſtitueris te cuipiam aduocatum eſſe uenturum.de Or.126.b.Cum ipſum aduocatum ad communem Imperatorum fortunam defendendam inuocarem.

Aduocatus,ta,tum,participium. Acad.21.b.Sed adhibes artem aduocatam ſenſibus. Tuſc.249.b. Sapientis enim cogitatio, non fermè ad inueſtigandum adhibet oculos aduocatos.

Aduoco,as.accerſo,in auxilium uoco. Attic. 191. a. Nam quod non aduocaui ad obſignandum, primùm mihi non uenit in mentem, deinde, &c. pro Quint. 1.b.Iis, quos tibi aduocaſti, uiris electißimis ciuitatis ſummam ſpem habeo. Tuſcul.164.a.Cum à negocio omni ſeuocamus animũm, quid,inquantum agimus, niſi animum ad ſeipſum aduocamus? pro Quint. 8. a.Potentes, diſerti, nobiles omnes aduocandi ſunt. Eodem 12. a. Neuius uiros bonos complures aduocat,teſtatur, &c. Eodèm 13. a.Quia tamen aliquem contra te aduocare poterat. pro Cecin.389.b.Ait ſe Ebutio cum ſeruis armatis ueniſſe aduocatum.ad Octauium 330.a. Duabus legionibus à pernicie patriæ ad ſalutem aduocatis.In Verrem. 190.a.Aduocare concionem.In Vat.31.b.Aduocare conſilium.



Aduolo,as.ad aliquid uolo. de Nat.50.b.Auis aduolans ad eas aues, quæ, &c. pro Cluen. 21.a.Ipſa nuper huius opprimendi cauſa Romam aduolauit. pro Mur. 144.b.Catilina prorumpet: quà minatur, in agros ſuburbanos repente aduolabit. Epiſtol. 253. a. Si inſulam Britaniam cœpero cogitare,eius εἴδωλον mihi aduolabit ad pectus. Ad Attic.9.a.Hic tibi roſtra Cato aduolat. Eodem 30.a.Aduola in Formianum. Eodem 33.a. Sed ita te para, ut ſi inclamaro,aduoles. Et 57. a. Aduola ad nos.

Aduolatus,us.Tuſ.180.a.Triſti aduolatu poetæ.

Aduro.ris.uro.In Tuſ.quæſt.239.b. Candentibus iuglandium putaminibus barbam ſibi et capillum adurebat. de Off.37.b.Dionyſius candente carbone ſibi adurebat capillum.In Tuſ.quæſt.243.b. Indi cum ad flammam ſe applicuerint,ſine gemitu aduruntur.

Aeacides.Aeaci filius,uel nepos. de D. 132. b. Aio te Aeacida Romanos uincere poſſe.Ennij.de Off. Regalis ſanè,& digna Aeacidarum genere ſententia. Item. de D. 131.b.

Aedepol.Iurandi uerbum, per ædem Pollucis. Epiſtol.22.b.

Aedes,dis.domus uel templum.ad Quin.Frat.320. b. Epiſtola in qua de æde telluris me admones.In Ver.68.b. Aedium ſacrarum, publicorumq; operum depopulatio. pro Dom. 238. a. Conſecrabantur ædes non priuatorum domicilia. pro Fl. 155.b.Pecuniam in ædem ſacram reficiendam perſcribunt.I.V.85.a.Aedes Mineruæ in fano Apollinis.Epiſt.117.a. In æde Apollinis S.C. Factum eſt.Tuſ.240.a.Magnificentia ædium regiarũ.I.V. 86.a. Quæ uidi egomet apud iſtum in ædibus. & ibi. In medijs ædibus.de N.39.b.Limina profanarũ ædiũ.Q.Fr.320.b. Abſolutũ offendi in ædib.tuis tectũ.de Cl.172.a.Ex teſtudine quadam exijt in ædes. ad Her.40.a. Venit ad ædes quaſdam,in quibus ſodalitium erat eodem die futurum.

Aedicula,læ.Parad.125.b. M. Manilius pauper fuit, habuit enim ædiculas in Carinis.pro D.240.b. Eam aram & ædiculam,& puluinar ſub ſaxo ſacro dedicauit.

Aedificatio,onis.Q.Fr.310.a.Aedificationem Arcani ad tuum aduentum ſuſtentari placebat. I.P. 90.a. Immenſa & intolerabilis ædificatio.

Aedificatiuncula,læ. Q.Fr. 319. a.Quæſiuiq; ab eo, quid ei de illa ædificatiuncula Lateri mandauiſſes.

Aedificator,oris.de N.6.a.Opifex ædificatorq; mundi Platonis Deus.de Vn.196.a.Neq; mundo quicquã pulchrius,neq; eius ædificatore præſtantius.

Aedificium,cij.Q.Fr.328.b. Quid ſi cæmentũ non haberem,deturbem ædificium? pro Mil.115.b.Extruere ædificium in alieno.

Aedifico,as.extruo,exædifico,conſtituo,pono,colloco,facio,efficio,conſtruo,parietem duco. Quin.Fr.209. b.Domus utriuſq; noſtrûm ædificatur ſtrenuè. Off.28.a. Ad domum ædificandi deſcriptio eſt accommodanda. Off.35.b. Vrbes ſine hominum cœtu non potuiſſent ædificari,nec frequentari.Quin.Fr.311.a.Tribus locis ædifico, reliqua reconcinno. Tuſc. 161. a. Qui in Timæo mundum ædificauit Platonis Deus.Epiſt.127.a.Si quis adhibere uolet non modò ut architectos, uerùm etiam ut fabros ad ædificandam rempub.pro Pom.5.a.Qui maximas ædificaſſet,ornaſſetq; claſſes.I.V.244.b.Verres nauim ædificauit. I.V.240.a. Cur carcer ædificatus? pro Syl.180. b. Ad illius pœnam carcer ædificatus eſt. I.V.228.a.

Vrbs, quæ quia poſtrema ædificata eſt, Neapolis nominatur. Domus benè & ratione ædificata. Off.63.a.)(.malè materiata, ruinoſa. At.252.a. Prædiola noſtra bellè ædificata, & ſatis amœna. Aedificare hortos. At.150.a. Aedificare porticum. pro Dom.236.a. de Leg.169.a. Villa lautius ædificata.

Aedilis, lis. de Cl.190.a. M. Cœlius ædilis curulis factus eſt. de Leg.185.a. Sunto ædiles curatores urbis, annonæ, ludorumq; ſolẽnium: olliſq; ad honoris amplioris gradum, is primus aſcenſus eſto. pro Mur.133.a. Ego, qui trinos ludos ædilis feceram. I.V.243.a. Nunc ſum ædilis deſignatus. I.P.79.b. Me ædilem priorem populus Rom. fecit. Att.148.b. Prætores ius dicunt, ædiles ludos parant. De ædili & magiſtro, & ludis, l. Ludus. De officio ædilis, & de eius habitu, & inſignibus, de toga prætexta, & ſella curuli. I.V.243.a.

Aedilitas, tis. de Off.45.a. L. Craſſus cum Q. Mutio magnificentiſſima ædilitate functus eſt. Quin. Fr.307.a. Furioſa ædilitas. pro Dom.235.b. Hoc ſimulachrum quidam homo nobilis, &c. ad ornatum ædilitatis ſuæ deportauit. Off.45.a. Splendor ædilitatum ab optimis uiris poſtulabatur. pro Cluen.31.b. Aedilitatem ſe petere cum hominibus nobiliſſimis dicebat. de Ar.250.a. Curulis ædilitas. At.22.a. Qui Romæ tribunatum pleb. peteret, cum in Sicilia ædilitatem ſæpe dictitaſſet.

Aedilitius, a, um. de Cl.174.b. Sed omnia is ſumma ſperans ædilitius eſt mortuus. de Off.45.a. Craſſus functus eſt ædilitio maximo munere. In Vat.32.a. Vir ædilitius. pro Plan.269.b. Aedilitia repulſa. Quin. Fr.294.b. Inique & graui ædilitiorum uectigali Aſiam liberaſti. pro Cl.34.a. Homo ædilitius.

Aeditimus, mi. ædium cuſtos. l. Poſtliminium.

Aedituus, tui. ædis ſacræ cuſtos. I.V.222.b. Illi fores ædis effringunt, æditui cuſtodeſq; maturè ſentiunt: aliàs, æditimi.

Aedo, dis. l. Edo. de Cl.166.b. Quare ſi tibi eſt commodum, æde illa quæ cœperas, & Bruto, & mihi.

Aeeta, tæ. de N.70.b. Solem Colchis Aeetam, & Circen procreaſſe.

Aegæum, gei. de Leg.191.b. Aegæum mare. & pro Pom.14.b.

Aeger, a, um. ægrotus.)(.Valens. de N.28.b. Ne ægri quidem omnes cõualeſcunt. I.C.103.b. Homo æger morbo graui. de Cl.180.b. Is ſemper infirma atq; etiam ægra ualetudine fuit. pro Cæl.41.a. Medea animo ægra. Tuſ.195.a. Corpus etiam ſi mediocriter ægrum eſt, ſanum non eſt. Off.35.b. Quis ægris ſubueniſſet? quæ eſſet oblectatio ualentium? Poſtquam.198.b. Qui nunquam ægro corpore fuerunt. At.257.a. Familia ægra eſt. At.89.a. Pinnarium, quem mihi commendas, diligentiſſimè Deiotarus curat, grauiter ægrum. de D.91.b. In eo igitur oppido, ita grauiter æger fuit, ut omnes medici diffiderẽt. At.96.b. Tyro ad te dediſſet literas, niſi eum grauiter ægrum Eſeæ reliquiſſem. I.V.77.a. Aegra & propè depoſita reipub. pars. Valere.)(.ægrum eſſe. de Fin.122.a. de Dom.200.b. Ad ægros non uates, ſed medicos ſolemus adducere. Aeger animo. ad Her.12.b. pro Mil.114.b. Omnes tibi reip. partes ægras & labentes, ut eas his armis ſanares, et confirmares, eſſe commiſſas. Ep.235.a. Mulier ægra, & corpore, & animo confecta.

Aegina, næ. Off.61.a. Nimis enim imminebat propter propinquitatem Aegina Piræo.

Aegineteis populi. Off.61.

Aegrè. aduerb. de D.95.b. Quem cum non potuiſſet extrahere, diſceſſit ægrè ferens. Tuſc.222.a. Vt ſi quis ægrè ferat, ſe pauperem eſſe. At.258.a. Ab haſta ea ægrè me tenui, itaq; perſtringam ſine ulla contumelia. de Sen.92.a. Omnis conglutinatio recens ægrè, inueterata facilè diſſoluitur. Tuſc.227.a. Inueterata uicia ægrius depellũtur. de Pro.70.b. Byzantij totum pontum efferueſcẽtem in Aſiam ægrè repulſum ſuſtinuerunt. I.V.234.a. Nihil ægrius factum eſt multo labore meo, quàm ut manus ab illo abſtinerentur. pro Pom.6.a. Eum propè eſſe uident, quo etiam carent ægrius. At.100.a. Nihil eo uidi melius, itaq; careo ægrè.

Aegrimonia, niæ, ægritudo. At.199.a. Ferrem grauiter, ſi nouæ ægrimoniæ locus eſſet.

Aegritudo, nis. ægrimonia. Tuſc.195.a. Maiores noſtri ſolicitudinem, angorem, moleſtiam, propter ſimilitudinem corporum ægrorum, ægritudinem nominauerũt. & ibidem: Sed propriè ut ægrotatio in corpore, ſic ægritudo in animo. de Fin.57.b. Omnes metus & ægritudines ad dolorem referuntur. Tuſc. Aegritudo eſt opinio magni mali præſentis. Item Tuſ. Eſt igitur ægritudo, opinio recens mali præſentis, in quo demitti, contrahiq; animo, rectum eſſe uideatur. Att.139.b. Epiſtola tua non me ſolum, ſed meos omnes ægritudine leuauit. At.144.a. Aegritudo me ſomno priuat. de D.108.b. Liber de ægritudine lenienda. At.136.b. Ne me totum ægritudini dedam. At.207.a. Id mihi erat ſatis firmum ad leniendã ægritudinem. Ep.51.b. Me autẽ non oratio tua ſolum, et ſocietas penè ægritudinis, ſed etiã autoritas conſolatur. Aegritudo criminis. pro Q.R.49.a. Id eſt, leuitas. Tuſ.191.a. Quibus duobus morbis, ægritudine et cupiditate, qui tãdẽ poſſunt in corpore eſſe grauiores? Ac.34.b. Illi miſericordiã ægritudinẽq;, clementiæ quaſi cotem eſſe dicebant.

Aegrotatio, onis. morbus. Tuſ.195.a. Sed propriè ut ægrotatio in corpore, ſic ægritudo in animo. Tuſ. Quomodo autem in corpore eſt morbus ægrotatio, et uicium, ſic in animo. Morbũ appellant totius corporis corruptionem: ægrotationem, morbũ cum imbecillitate. Vicium cũ partes corporis inter ſe diſſident: ex quo prauitas, mẽbrorum diſtortio, deformitas. Item ibidem. Aegrotationes autẽ et morbi animorũ difficilius euelli poſſe putãtur: ect.

Aegroto, as. ægro corpore ſum, morbo ſum affectus. pro Cluen.54.b. Is ibi in morbum incidit, ac ſatis uehemẽter diuq; ægrotauit. de Sen.91.a. Adoleſcentes facilius in morbos incidunt, grauius ægrotant, triſtius curantur. Grauiſſimè ægrotare.)(.optimè ualere. de Fin.73.b. Att.119.a. Homo quotannis periculoſè ægrotans. Tuſ.226.b. Vt ea res, ex qua animus ægrotat, oriatur. Off.7.a. Si grauiter ægrotare filius cœperit. Tuſc.166.b. Pompeio noſtro familiari, cum grauiter ægrotaret Neapoli, melius eſt factum.

Aegrotus, a, um. æger. Ep.133.a. Cum ad L. Cæſarem ægrotum Neapolim ueniſſem, quanquam erat oppreſſus totius corporis doloribus, tamen, etc. Item, Vt ſi medicus, cum ægrotus alij medico traditus ſit, iraſci uelit, &c. I.V.66.a. Hoc remediũ eſt ægrotæ ac propè deſperatæ reip.

Aegyptius, a, um. de N.10.b. Portenta magorum, Aegyptiorumq; dementia. I.P.90.a. Rex Aegyptius. de N.67.a. Omne ferè beſtiarum genus Aegyptij conſecrauerunt. Tuſ.243.b. Aegyptiorum imbutæ mentes prauitatis erroribus: quamuis carnificinã prius ſubierint, quàm ibim, aut aſpidem, aut felem, aut canem, aut crocodilũ uiolent. Tuſ.243.b. De Aegyptiorum ſuperſtitionibus.

Aegyptus,

Aegyptus, ti contra Rul.74.a. Alexandria, cunctaq; Aegyptus.

Aelianus, ab Aelio equite Romano, & Stoico. de Cl. Cottam autem miror ſummum ipſum oratorem, minimeq; ineptum, Aelianas leueis oratiunculas, uoluiſſe exiſtimari ſuas.

Aemilia regio. Ep.162.

Aemulatio, onis. uirtutis imitatio, inuidia. Tuſ.212.b. Aemulatio dupliciter dicitur, ut & in laude et in uicio nomen hoc ſit. nam & imitatio uirtutis, æmulatio dicitur: et eſt æmulatio ægritudo, ſi eo quod concupierit, alius potiatur, ipſe careat. Tuſ.221.b. Illa uicioſa æmulatio, quæ riualitati ſimilis eſt.

Aemulator, oris. At.23.a. Seruilius æmulator Catonis.

Aemulor, aris. imitor, inuideo. pro Fl.159.b. Omnes eius urbis inſtituta laudare facilius poſſunt, quàm æmulari. Tuſ.157.b. His æmulamur, qui ea habent, quæ nos habere cupimus. Item, Obtrectare alteri, aut illa uicioſa æmulatione, quæ riualitati ſimilis eſt, æmulari, quid habet utilitatis? cum ſit æmulantis angi alieno bono, quod ipſe nõ habeat: obtrectantis autem alieno bono, quod id etiam alius habeat.

Aemus uel Hæmus. Traciæ promotoriũ. pro Fl.152.b. Hac claſſe M. Craſſus uir ampliſſimus ab Hæmo in Aſiam, his manib. Flaccus ex Aſia in Macedoniã nauigauit.

Aemonenſis ciuitas, pro Flac.153.a. Hinc Aemonenſis, & æmonenſe. ibidem: Citat præco uoce maxima legatos Aemonenſes.

Aemulus, la, lum. pro Mar.131.a. Ille æmulus atq; imitator ſtudiorum meorum. Att.93.b. Licet Brutum ſolum ames, me æmulum non habebis. de In 51.b. Rei alicuius cõprobatores atq; æmuli. pro Cæl.44.b. Quin. illa Claudia æmula domeſticæ laudis. I.A.66.a. Is me potiſſimum teſtatus eſt, ſe æmulum mearum laudum extitiſſe. I.V.252.b. Si non tanquam uirum, at tãquam æmulum remouiſſet. pro Mur.138.b. Stoici æmuli inuentorum Zenonis.

Aenaria, inſula. At.167.

Aeneas, neæ. I.V.216.b. Aeneas fugiens à Troia, &c.

Aeneus, a, um. quod ex ære eſt. de N.65.b. & I.V.213.b. Lecti ærati, candelabra ænea. Off.59.b. Equus æneus. I.A.223.a. Aenea ſtatua. pro Deiot.147.b. Signũ æneũ. de In 71.a. Aeneum trophæum. I.V.200.a. Signum Aeneum, marmoreum, eburneum.

Aenigma, tis. Scrupus latine dicitur teſte Gelio. de Or.158.a. Ex hoc genere fiunt ea, quæ uocantur ænigmata. non eſt autem in uerbo modus hic, ſed in oratione, id eſt, in continuatione uerborum. At.111.a. Aenigma oppiorũ ex Velia planè non intellexi. et ibi. Iam intellexi tuũ ænigma. de D.135.b. Iam uerò, quò pertinent obſcuritates & ænigmata ſomniorũ? At.96.a. Literæ græcè ἐν αἰνίγμασι. At.34.b. Cætera erunt ἐν αἰνίγμασι.

Aeoleis, ci. pro Fl.159.b. Tria Græcorum genera ſint uerè, quorum uni, ſunt Athenienſes, quæ gens Ionum habetur, Aeoleis alteri, Doreis tertij nominabantur.

Aequabilis, le. de In 70.b. Par, quod inter omnes æquabile eſt. de Fin.133.a. Moderati æquabileſq; habitus. Offic.1.b. Aequabile & temperatum orationis genus. de Orat.113.b. Tractu orationis leui & æquabili perpoliuit illud opus. pro Cecin.298.b. Quod æquabile inter omnes & unum omnibus eſſe poſſit. Offic.41.a. Aequabilis prædæ partitio. pro Fl.152.b. Prætoris diligentia requirenda in numero nauium, & in deſcriptione æquabili ſumptus. Q. Fr.296.a. Iuris æquabilem tenere rationem. de Nat.12.a. ἰσονομίας, id eſt, æquabilis tributio. de N.30.b. Motus certus & æquabilis.

Aequabilitas. ἰσονομίας. de Or.128.a. Quidam intolerantius ſe iactant, & æquabilitatem communis iuris, præſtantia dignitatis aut fortunæ ſuæ tranſeunt. Aequabilitas motus. de N.28.b. et 23.a. aliàs æquilibritas. de Or.140.b. In laude iuſticiæ explicandum erit, quid cum fide, quid cum æquabilitate factum ſit. Or.201.b. Lenitas & æquabilitas orationis. Off.22.a. Aequabilitas uniuerſæ uitæ, tũ ſingularum actionum maximè decora eſt. Off.18.a. In liberis populis, et iuris æquabilitate, exercenda etiam eſt facilitas. At.286.b. Fortis animus ſine conſtantia & æquabilitate nihil eſt. Off.18.b. Præclara eſt æquabilitas in omni uita, & idem ſemper uultus, eademq; frons.

Aequabiliter. de Or.128.b. Genus facetiarum æquabiliter in omni ſermone fuſum. Off.41.a. Aequabiliter prædam diſpartiri. de Or.114.a. Oratio cum lenitate quadã æquabiliter profluens.

Aequalis, le. par, æquabilis, ætate coniunctus, eadem ætate, eiuſdem ætatis. de Orat.91.b. Virtutes ipſas eſſe inter ſe æquales & pares. Orat.215.b. Partem pedis æqualem eſſe alteri parti. Orat.208.a. Oratio par & æqualis rebus ipſis. de Leg.171.a. Quæ uis non modò ſenior eſt, quàm ætas populorum, ſed æqualis dei. de Clar.187.a. Sed ordinem ſequens, in memoriam notam & æqualem neceſſariò incurro. Parad.119.b. Peccata eſſe æqualia. Orat.206.a. Demoſthenes ſucceſſit magnis, & maximos oratores habuit æquales. de Dom.88.b. Philiſtius æqualis temporum illorum. de Leg.157.b. Ipſe autem æqualem ætatis ſuæ memoriam depoſcit. Or.218.a. Et cretici æqualis pæan, qui ſpacio par eſt, ſyllaba longior. de Orat.160. Quod metiri poſſumus interuallis æqualibus. de Ar.252.a. Hoc ſacrificiũ quod à regibus, æquale huic urbi accepimus. de Clar.171.a. Liuius Ennio æqualis fuit. I.A.237.b. Deiotarus cuius beneuolentia in populum Romanum eſt ipſius æqualis ætati. Or.217.a. Imparibus an æqualibus? de Legibus.174.b. Paupertatem diuitijs etiam inter homines æqualem eſſe uolumus. Bru.165.a. Memoriæ proditum eſt, poetas nobileis poetarum æqualium morte doluiſſe. In Sal.272.a. Aequalem & parem uerbis uitam agere.

Aequalitas, tis. de L.193.b. Quidam uirtutibus exceptis atq; uicijs, cætera in ſumma æqualitate poſuerunt. de Cl.178.b. Aequalitas ueſtra & pares honorum gradus. pro Leg.142.b. Quis eſt, qui horum conſenſum conſpirãtem, & penè conflatum in hac propè æqualitate fraterna non nouerit? pro Mur.134.a. Prætor offenſionem uitat æqualitate decernendi. de Or.100.b. In rebus cauſiſq; ciuium æqualitatis conſeruatio. Part.231.b. Similitudo æqualitaſq; uerborum.

Aequaliter, æquè, æquabiliter, æqua parte, æqua cõditione, uno tenore, conſtanter. de Am.106.b. Vt noſtra in amicos beneuolentia, illorum erga nos beneuolẽtiæ pariter, æqualiterq; reſpondeat. & de N.49.a. l. Nitor. & de Vn.201.a. & ad Her.27.b. pro Mil.116.b. Clodius æqualiter in alienos & in ſuos irruebat. Quin. Fr.296.b. Quod Græcis æqualiter Sylla deſcriberet. Ep.177.a. Aequaliter aut ſorte agros legionibus aſſignari puto oportere. I.V.184.b. Frumentum, quod ciuitatibus æqualiter eſſet diſtributum. pro Fl.163.a. Communis hæreditas, quæ æqualiter ad utrunq; lege ueniebat.

Aequatio, onis. pro Mur.135.b. Aequatio gratiæ & dignitatis. Off.48.b. Aequatio bonorum.

Aequè.

Aequè.tam,pariter,ſimiliter,æqualiter,peræque. de Or.128.a.Afferendum eſt aliquid,quod ſit grauius aut æquè graue.de Or.160.b.Nam uerſus æquè prima,& media,& extrema pars attenditur.pro Quint.16.a.Procurator æquè utriuſq; neceſſarius.Epiſt.211.b.Id utriq; noſtrum æquè gratum eſt. Off.39.a.Beneuolentia ciuium non æquè omnes egent.& ibidem:Sed ea non pariter omnes egemus. pro Cluent. 59.a.Quos tamen ipſos æquè, & eos qui,&c.hæc cura ſolicitat. pro Dom.219.a.Cn. Pompeius æquè ut unuſquiſq; ueſtrûm pro ſalute mea laborauit.de Arch.247.b.Qui æquè atq; ego ſunt occupati.de In 51.a.b.Maius,minus,æquè magnum.de Fin.63.a. Neq; ipſam amicitiam tueri poſſumus,niſi æquè amicos et noſmetipſos diligamus.de Fin.63.a. Nam & lætamur amicorum lætitia æquè ac noſtra,& pariter dolemus,&c. de Dom.89,b.Hebes æquè ac pecus. de Nat.68.b.Hi coluntur æquè atque illi. pro S.R.37.b.Hoc æquè turpe eſt atq; illud.I.V.56.a.Nihil æquè cupio atq; bonam famam. Off.47.b.Diuites cum magnum aliquid ab aliquo acceperint,æquè à ſe aut poſtulari, aut expectari aliquid arbitrantur.de Or.147.a.Non æquè quid dicant attendo. I. V.135.b.Verũ etiam ſui meminerat æquè, id eſt, pariter. Att.277.a.Hoc ad officium meum,æquè atq; ad ullam aliam rem pertinet.

Aequilibritas, aliàs Aequabilitas uel æqualitas. de N.23.a.Confugis ad æquilibritatem, ſic enim ἰσονομίαν, ſi placet appellemus.

Aequimelium,lij.pro Dom.233.b.Sp. Melij regnum appetentis domus eſt complanata. Et quid aliud æquum accidiſſe Melio populus Rom. iudicauit:nomine ipſo æquimelij,ſtultitia pœna comprobata eſt.& de D.116.b.

Aequinoctium,ctij.At.169.b.Nunc quidem æquinoctium nos moratur,quod ualde perturbatũ erat. At.195. b.Publius ſi æquinoctium expectat,nauigaturus uidetur. In Arat.In quo autumnali atq; iterum ſol lumine uerno, Exæquat ſpacium lucis cum tempore noctis.

Aequiparo,as.æquo.Tuſ.238.a.Nemo eſt qui factis me æquiparare queat.

Aequitas,tis.æquum & bonum,æqualitas, æquum. Part.241.b.Aequitatis uis eſt duplex, cuius altera directi & ueri,& iuſti,& (ut dicitur) æqui & boni ratione defenditur:altera ad uiciſsitudinem referendæ gratiæ pertinet:quod in beneficio gratia, in iniuria ultio nominatur. Aequitas animi.Tuſc.169.a.id eſt,tranquillitas.Offic.13. b.Difficile eſt,cum præſtare omnibus concupieris,ſeruare æquitatem,quæ eſt iuſtitiæ maximè propria.At.67.b. Perſpice æquitatem animi mei.pro Mur.134.a. Aequitatis largitio.de Sen.77.a.Noui enim moderationem animi tui & æquitatem.pro Cecin.297.b.Ex æquo & bono,nõ ex callido uerſutoq; iure rem iudicari oportet.de Cl.177. b.In explicanda æquitate nihil erat Craſſo copioſius. pro Plan.267.b.Fugiſti ſententiam legis, æquitatem omnem reieciſti.de Or.105.b.Pro æquitate contra ius dicere. I.P. 85.b. Quo in ſpectaculo mira reipub. æquitas erat,uter eorum periſſet tanquam laniſta. de Orat.99.a. Iudicia in quibus ſæpe non de facto,ſed de æquitate & iure quæritur. de Orat.106.a.Nónne arripuiſti patrocinium æquitatis,& defenſionem teſtamentorum ac uoluntatis mortuorum? Epiſt.17.b. Aequitatem tuam non potui non probare. de Or.118.a.Tres perſonas unus ſuſtineo ſumma animi æquitate,meam,aduerſarij,iudicis.Off.50. a.Hoc nullam habet æquitatem.At.263.a.Summa bonitas & æquitas cauſæ. pro Cecin.292.a.Omninò iam benè agis,à uerbis enim recedis,& æquitate uteris.



Aequo,as.exæquo,aſſequor,gradus tollo,parẽ facio, nec maius,nec minus fieri.l.Minor.de Cla.177.a. Exiſtimo in his primùm cum Græcorum gloria Latinè dicendi copiam fuiſſe æquatã.I.V.225.a.Aequata agri planicies. de L.189.a.Inuentum eſt temperamentum,quò tenuiores cum principibus æquari ſe putarent.de In 42.b.Aequari cum aliquo.Off.1.b.Hi libri iam ſe illis ferè æquarunt. I. V.80.a.Vix cũ huius parua parte æquari, conferriq; poſſe.de D.87.b.Oracula,quæ æquitatis ſortibus ducuntur. I.P.82.a.Productus in concionem ab eo, cui ſic æquatum præbebas conſulatum tuum.

Aequor,ris.planities.de D.99.b.Babilonij in camporum patentium æquoribus habitantes.

Aequus,a,um.quod habet æquitatem,non iniquus,æqualis,planus.I.V.234.a.Prætor æquus & ſapiens. Att. 130.a.Aequum eſt me à te impetrare,ut,&c. Item. Cum de iure ciuili,cum de æquo & bono diſputatur.de Cl.177. b.& ibi.Craſſus multa contra ſcriptum pro æquo & bono dixit.& ibi.Scæuola peracutus ad excogitãdum, quod in iure aut in æquo,uerum aut eſſet, aut non eſſet. Part. 241.b.Directum,& uerum, & iuſtum, & ut dicitur æquum & bonum.pro S.R.19.b. Aequa atq; honeſta poſtulatio.At.262.a.Cæſar reſcripſit Attico,æqua eum poſtulare.Ep.179.b.Vt æquum erat,ut par erat.pro Quin. 2.a.Magiſtratus æquus reperiri hodie non poteſt. de In 48.a.Præter æquum & bonum. pro Q.8.a.Quis nobis iſta iura tam æqua deſcribit? Top.226.b. & Off.64.a. Aequum bonum,et æquius melius in arbitrio rei uxoriæ. pro Quint.8.a.Quis hoc ſtatuit,quod æquũ ſit in Quintium,id iniquum eſſe in Næuium? de Fat.141.b. Sed Poſsidonium,ſicut æquum eſt, cum bona gratia dimittamus. pro Cor.67.b.Et erat æqua lex,& omnibus utilis. Attic. 199.b.Conſequêris tamen,ut eos ipſos, quos contrà ſtatuas,æquos,placabilesq; dimittas.de Pro.72.b.Quem animo æquo uidere nõ poſſumus. At.97.a.Eſſe animo æquo de aliqua re.Ep.18.a.Quare ſi iniquus es in me iudex,etc. ſin me id facere noles,te mihi æquum præbere debebis. Q. Fr.308.b.Populo à ſe alienato,nobilitate inimica,non æquo ſenatu,iuuentute improba.Quin.de Pet.212.a.Tamẽ hi poſſunt abs te placati æquiq; diſcedere.I.V.266.a. Aequo animo uidere aliquid. pro Cl.18.b. Animis aut libentibus aut æquis remittatis.I.V.267.a. Vide quàm me ſis uſurus æquo.pro Syl.177.b.Vtinam hæc nõ modò iniquorum inuidiæ, ſed & æquorum expectationi ſatisfacere poſſit. Att.105.b.Tranquilliſsimus autem animus meus, qui totum illud æqui boni facit. Aequo animo facere aliquid,l.iniquus. pro S.R.42.a.Concedo,& quod animus æquus eſt,& quia neceſſe eſt. Quin. Fr.317.a. Ab æquis uerò,etiam à propenſis in hanc partem diligimur. Epiſt. 35.a.Vt me tibi amiciſsimum eſſe, & æqui & iniqui intelligant.pro R.P.129.b.Satis multa hominibus non iniquis hæc eſſe debent,nimis etiam multa uobis,quos æquiſsimos eſſe confidimus.At.275.a.Aequo animo te moneri patieris.Ad Her.36.b.In æquos & pares faſtidioſus.I.V.210. b.Peræqua proportio.Off.25.a.Priuatum oportet æquo & pari cum ciuibus iure uiuere. pro Cec.294.b.Aequus & planus locus.

Aer,aeris.cœlum,anima,ſpiritus,æther,Iupiter. de N.31.a.Aer,qui natura eſt maximè frigidus, minimè eſt expers caloris:ipſe enim oritur ex reſpiratione aquarũ, & earum quaſi uapor habẽdus eſt.Acad.44.a. Itaq; aer quoq; (utimur enim pro latino) ignis,& aqua, & terra prima



ſunt.de N.46.a.Aer ſpiritu ductus, alit & ſuſtentat animantes:idem huc & illuc effluens,uentos efficit. Top.227.b.Aeris ſonitus & ardores. de N.46.a. Aer tũ fuſus & extenuatus in ſublime fertur,tum concretus in nubem cogitur,humoremq; colligens, terram auget imbribus:tum effluens huc & illuc,uentos efficit.In Arat.Quæ uolat,& ſerpens geminis ſecat aera pennis.Acad.20.b. Ergo ut illis aqua,ſic nobis aer craſſus offunditur.de Nat. 34.a.Aer purus & tenuis.)(.cœlum craſſum atq; concretum.de D.127.a.Perinde utcunq; temperatus ſit aer, ita pueros orientes formari. Et ibi. Tempeſtates cœli,id eſt, ſerenæ uel turbulentæ.

Aerarium,rij.pecunia publica,uectigalia, locus ubi ea pecunia aſſeruabatur.At.85.a.Ariobarzanes nullum ærarium,nullum uectigal habet.Off.69.b.Cato nimis præfractè ærarium,uectigaliáq; defendebat.pro Flac.155.a. Hi etiam ærarij noſtri tabulas falſas eſſe uoluerunt, nam, &c.I.P.92.b.Rationes ad ærarium retuli. de Ar.247.a. Meam domum ſenatus ex ærario ædificandam putauit. Et ibi.Mea domus ædificatur pecunia publica. Q.Fr.317. a.Druſus à Tribunis ærarij de præuaricatione eſt abſolutus.I.V.67.a.Depeculator ærarij.I.V.132.b. Primùm mihi literas publicas,quas in ærario ſanctiore conditas habebant,proferunt. At.13.a.Hirudo ærarij. Contra Rul.80. b.Pecuniam referre in ærarium lex uetat, exigi prohibet. Att.99.a.Referre in ærarium ad HS. mille. At.99.a. Vt ego amicior inuenirer Phrygum & Ciliciũ ærarijs, quàm noſtro.

Aerarius,a,um.quod ad ærarium pertinet. Pro Q. 3.a.Hoc eò per te agebatur,quod propter ærariam rationem non ſatis erat in tabulis inſpexiſſe quantum deberetur,niſi,etc.de Or.133.b.Is qui te ex ærarijs exemit,luſtrũ condidit. At.11.a.Milites non tam ærarij, quàm, ut appellantur,ærati.pro Cl.42.b.In ærarios referri & tribu moueri. Q.Fr.311.b.Senatorum urna copioſè abſoluit, equitum adæquauit,Tribuni ærarij condemnarunt.

Aeratus,a,um.quod ære tectum eſt. I.V.213.b.Lecti ærati,candelabra ænea.At.11.a.Milites ærati : id eſt, ære alieno obſtricti.

Aerumnoſum ſalum.Poetæ.Tuſ.205.a.

Aere dirutus. I.V.242.b. Aleatoris caſtra,in quibus cum frequens fuiſſet,tamen ære dirutus eſt:id eſt, euerſus, uictus,& ære alieno obſtrictus.

Aerius,a,um,uel Aereus,a,um.animalis,ſpirabilis,flabilis.de Vn.201.a. Erant animantium genera quatuor, quorum unum diuinum atq; cœleſte, alterum pennigerũ & aerium,&c.Top.227.b.Aerei uolatus auium.

Aerugo,ginis.quaſi æris quædam ſcabies ipſum corrumpens. Tuſcul.215.b. Aes corinthium in æruginem incidit.

Aes,æris.metali genus.de N.65.b.Nihil eſſet æneum, quod commutari non poſſet,ſi commutabilis eſſet natura æris.I.A.189.a. Antonius falſas leges in æs incidendas, & in Capitolio figendas curauit.I.A.223.b.Statua pedeſtris ex ære.

Aes alienum,debitum,pecunia debita.I.A.233.a. O ridiculum hominem, qui ſe exire ære alieno putauit poſſe, cum uenderet aliena.Off.44.b.Suſcipere æs alienum amicorum cauſa. Epiſt.172.b. Meos iam omneis amicos ære alieno obſtrinxi. Att.23.a.Tuſculanum & Pompeianum me ualde delectant,niſi quod me illum ipſum uindicem æris alieni,ære non corinthio,ſed hoc circumforaneo obruerunt.Att.277.a.Dyrrhachini ſibi donatum æs alienum à Cæſare dicunt. At.23.a.Multæ ciuitates omni ære alieno liberatæ,multæ ualde leuatæ ſunt. At.23.a. Liberare ſe ære alieno. At.232.b.Liberare ſe magno ære alieno. pro Font.276.a.Galliam ære alieno eſſe oppreſſam.I.V.205. b.Metuiſtine æs alienum tibi creſceret.I.C.108.b. In magnum æs alienum incidi.I.V.202.a.Habes æs alienum. Et alibi. Magnum & graue æs alienum.Ep.63.a. Habere æs alienum. Q.Fr.294.b. Contrahere nouum æs alienum. At.220.a.Ex quibus mihi etiam æs alienum faciendũ puto.I.C.109.a.Partim etiã ſumptibus in uetere ære alieno uacillant. pro Syl.177.b.Prædijs uenditis, æs alienum eiuſdem diſſolutum. Top.221.a.Aes alienum. I. C.105.a. Alicuius æs alienum contractum in popinã pro Syl.178. a.Cuius æs alienum non libidine,ſed negocij gerẽdi ſtudio contractum eſt.In ære eſſe,ideſt,debere, & alicui obſtrictum eſſe.Ep.251.a. Multi anni ſunt cum ille in meo ære eſt.Epiſt.226.a.Eſſe in ære alicuius.I.V.202.a.Non modò ipſum in ære alieno nullo,ſed in ſuis nummis multos eſſe,ſemperq; fuiſſe.



Aeſchines,nis.orator.de Op.244.a.

Aeſchylus,li.Poeta.de Or.145.a.

Aeſculapius,pij.Aeſculapij multi fueruut. de N.70. b.71.a.

Aeſernia,æ.oppidum.At.126.

Aeſerninus,ni.de Op.244.b.Aeſchines tãquam Aeſerninus,ut ait Lucillius,cum Pacidiano hic componitur. Quint.Fr.324.a. Si cum Aeſerrino Samnite Pacidianus comparandus uideretur.

Aeſopus,pi.de Or.108.a.Aeſopus hiſtrio.

Aeſtas, tis. anni pars feruentior,æſtiuum tempus.de D.99.b.Arabes campos & montes hyeme & æſtate peragrantes,&c.de Sen.86.b.Refrigeratio in æſtate & uiciſsim in hyeme aut ſol,aut ignis hybernus.

Aeſtifer,a,um.In Arat.Aeſtiferos ualidis erumpit flatibus ignes.& ibi.Aeſtifer cancer.

Aeſtimabilis,le.de Finib.94.a. Aeſtimabile eſt quod pondus aliquod habeat dignum æſtimatione.)(.Inæſtimabile.

Aeſtimatio,onis.precij iudiciũ,impoſitio precij.I.V. 135.a.In cenſu habendo poteſtas omnis æſtimationis habendæ Cenſori permittitur.& 191.a.Item Parad.125.b. Non æſtimatione cenſus, ſed uictu atq; cultu terminatur diuitiarum modus. Ep.207.a. A M. Laberio C. Albinus prædia in æſtimationem accepit. Q.Fr.298.b.Non eſt tibi his ſolis utendum æſtimationibus ac iudicijs.pro Cl.41. b.Aeſtimatio litis non eſt iudicium.

Aeſtimator,oris.iudex. I.P.98.a. Vnus tu dominus, unus æſtimator frumenti omnis per triennium fuiſti. Par. 125.b.Callidi rerum æſtimatores,prata & areas quaſdam magni æſtimant.pro Mar.133.a. Nemo erit tam iniuſtus rerum æſtimator,qui dubitet,&c.Or.210.a. Quis tandẽ id iuſtus rerum æſtimator reprehenderit?

Aeſtimo, as. facio, puto, duco, habeo, pono,ſpecto, pondero,tribuo,pendo,expendo,perpendo,metior, cenſeo,cenſum habeo, æſtimationem habeo, mihi graue & ſanctum eſt,aliquo loco,numero,nullo loco,numero.I.V. 190.b.Senatus quaternis HS tritici modium æſtimauit. I. V.240.a. Deinde crimen ſine accuſatore, ſententia ſine conſilio,damnatio ſine defenſione,æſtimata harum rerum omnium precia. Pro Cluen.41.a.Aeſtimare litem.l.lis. I.V.99.b.Illarum rationum ex ea fece legationis illa ſunt nomina,quæ Dolobellæ neceſſariò ſunt æſtimata.Off.50. b.Præficere aliquem æſtimandis poſſeſsionibus. In Sal. 273.b.

273.b.Tanti me ſugacem hi æſtimauerunt. Att.54.a.Superficiem Coſs.ex S.C.æſtimabunt. pro Q.R.50.a. Vulgus ex ueritate pauca, ex opinione multa æſtimat. pro Quin.R.52.a.Cluuius, quem ſi ex cenſu ſpectas eques R. eſt:ſi ex uita,homo clariß.eſt.pro Quin.R.49.b. Nemo illum ex trunco corporis ſpectabat, ſed ex artificio comico æſtimabat.Poſtquam. 207.a. Expendunt atq; æſtimāt uoluptates.Att.286.a.Br. Valde carè æſtimas tot annos, quos iſta ætas recipit,ſi,&c.pro Dom. 236.b. Is domum emit propè dimidio carius,quàm æſtimabat.de Fin. 76.a. Magni æſtimabat pecuniam.Ep.145.b.Aeſtimare aliquā rem carius.I.V.196.b. Eodem tempore Antonius tribus denarijs æſtimauit poſt meſſem.Ep.39.a.Quanti me illud æſtimare putas? I.V.204.a.Deinde hæc expendite et æſtimate pecunia.& ibi.Hæc pecunia æſtimari non queunt. Tuſc.233.a.Tantiſper hoc magni æſtimabo.Ep.50.a.Animus callere iam debet,atq; omnia minoris æſtimare.Attic. 4.b.Hoc ſi quanti æſtimes ſciam,tum quid mihi elaborandum ſit,ſcire poßim.De Fin.92.b. Næ ego iſtam glorioſam uirtutem non magno æſtimandam putem. Att.112.a. Is autoritatem ſuam quàm magni æſtimat. Parad. 126.a. Si callidi rerum æſtimatores prata, & arcas quaſdam magni æſtimant,quod ei generi poſſeßionum minimè quaſi noceri poteſt,quanti eſt æſtimanda uirtus? Tuſ.151.b. Me eſſe mortuum nihil æſtimo.de Fin.120.b.Valetudinē,quia ſit,non nihilo æſtimandam.Fin.83.b.Niſi uoluptatem tanti æſtimaretis. Et ibid. Qui uoluptatem nullo loco numerāt.Epiſt.54.b.Ponere in minimis,id eſt,minimi æſtimare.de Fin. 96.b. Cum uoluptatem in ſummis bonis ponerent.de Fin.96.a.Putare omnia pro nihilo. Tuſc.229.b. Habere omnia pro nihilo.Parad.123.b. Quæ ſeruitus eſt, ſi hæc libertas æſtimari poteſt? de Vn. 203.b. Aeſtimant uel exiſtimant.pro R.P.128.b. Aeſtimari uel exiſtimari. de Finib.96.b.Ducere omnia humana infra ſe.Acad.23.d. Ponere multum in aliqua re. Att. 186.b. Mihi μακάρων νῆσοι non tanti ſunt,ut ſine te ſim.pro Cecin. 295.b.Reſpuere & pro nihilo putare aliquid. Aeſtimandi locutiones ſi plures quæris,lege librum figurarum noſtrarum.

Aeſtiua,orum.loca ſunt in quibus æſtatis ardorem uitantes,beſtias aut milites continentur.)(.Hyberna. Epiſt. 26.a.Mihi erat in animo cum prima æſtiua attigiſſem,militaremq; rem collocaſſem,decedere ex ſenatuſcon.Epiſt. 102.Sin æſtiuorū timor te debilitat,aliquid excogita.Att. 77.a.Cicerones noſtros Deiotarus filius ſecū in regnum, dum in æſtiuis nos eſſemus. I.V. 255.a. Ac primò ad illa æſtiua prætoris accedunt.I.P. 100.b. Nulla trinis æſtiuis gratulatio.

Aeſtiuus,a,um.quod ad æſtatem pertinet. Att.75.b. Erat mihi in animo rectà proficiſci ad exercitum, æſtiuos menſet reliquos rei militari dare.I.V.252.a. Hic dies æſtiuos ſexaginta Prætor populi Rom.ſic uixit,ut,etc. Quin. Fr.318.a.Locus æſtiuus bonus.Q.Fr.184.a.Vnus æſtiuus dies.& de Leg.159.a.Aeſtiuo die.

Aeſtuo,as.ardeo,ferueo.)(.Algeo.I.V.124.a.Itaque æſtuabat dubitatione,uerſabat ſe in utranq; partem. Ep. 103.b.Sed magis ut deſiderio noſtri te æſtuare putarem. Tuſc.182.a.Eſuriendo,ſitiendo,algendo,æſtuando. de A. 243.b.Ille exanguis atq; æſtuans,ſe è curia repente proripuit.I.V.120.a.Quod ibi auditum eſt,æſtuare illi qui dederant pecuniam.pro Flac.156.a.Hunc æſtuantem et tergiuerſantem iudicio ille proſequitur. Acad. 18.a. Sic ille cum æſtuaret umbram ſecutus eſt.

Aeſtuoſus,a,um.æſtu,caloreq; plenus.At.75.b.Nunc iter conficiebam,æſtuoſa & puluerulenta uia.



Aeſtus,tus.feruor,motus et agitatio fluctuum. de N. 30.a. Aeſtus maritimos ortu aut obitu lunæ commoueri.de D.115.a.Quid de fretis & æſtibus marinis plura dicam? de N.52.b.Aeſtus maritimi multum accedentes & recedentes.I.C.103.b.Cum æſtu febriq; iactantur.de L.171. a.Ne æſtus nos conſuetudinis abſorbeat. de Clar. 191.a. Sed hunc quoq; abſorbuit æſtus quidam gloriæ. de Orat. 156.a.Repente te quaſi quidam æſtus ingenij tui,procul à terra abripuit.de Or.157.a.Feruet æſtu pelagus.

Aetas,tis.tempus,memoria,ſeculum.de Sen.83.b. Vt infirmitas puerorum eſt, ferocia iuuenum, grauitas iam conſtantis ætatis, ſic ſenectutis maturitas naturale quiddam bonum habet,quod ſuo tempore percipi debeat. de In 50.a. Aetate,puer, an adoleſcens,natu grandior an ſenex.de Sen.86.b. Aetas media & ætas extrema. de Sen. 83.b. Niſi fortè adoleſcentes pueritiam paululum ætate progreßi,adoleſcentiam debent requirere.I.A.203.b.Progreſſus ætatis.de Sen.83.b.Curſus eſt certus ætatis & uia una naturæ,eáq; ſimplex,ſuáq; cuiq; parti ætatis tempeſtiuitas eſt data. At.103.b.Quo in ſtudio hominum ingenioſißimorum & ocioſißimorum totas ætates uidemus eſſe contritas.de Clar.172.b.Atticus me inflammauit,ſtudio illuſtrium hominum ætates & tempora perſequendi. de Clar.188.b. Aetatis illius iſta fuit laus. Or.200.b. Quorum ætas in eorum tempora,quos nominaui incidit. de S. 87.a.Liuius uſq; ad adoleſcentiam meam proceſſit ætate. I.A.203.a.Maior ætate,robuſtior.Quin. Fr.326.a. Noſtrum hoc tempus ætatis,quod in illa autoritate ſenatoria florere deberet,aut forenſi labore iactatur,aut,&c. Att. 274.a.Mihi quidem ætas acta fermè eſt. de Clar.180.a. Moleſtè tulit,ſe non effugere hoſpitis ſpeciem, cum ætatem ageret Athenis.de Leg.169.b.Pater meus hic ferè ætatem egit in literis.pro Cl.28.a.Illi ætati qua tum eram, id laudi dari.pro Rab.96.a. Aetas illa,qua tum fuit.de D. 126.b.Panætius nominat Archelaum aſtrologum illius ætatis,qua erat ipſe.I.C.108.b.Homo ætate confectus, exercitatione robuſtus.Acad.18.b. Cleantes,Chryſippus, reliquiq; inferioris ætatis.I.A.203.a. Is adoleſcens ſubuenit reipub.ſed ætate multo robuſtior.de Clar.176.a. Aliquis longius ætate prouectus.At.145.a. Aetas iam à diuturnis laboribus deflexa ad ocium.de Or.85.a.Si infinitus forenſium rerum labor ætatis flexu conſtitiſſet. de Or. 107.b. Quò plus cuiq; ætatis accedit,eò ſit tardior.de Orat.102. b.Homo id ætatis.I.V.116.a. Hominem id ætatis quàm tumultuoſißimè adoriuntur. At.64.a.Si hominem id ætatis in tam longo ſermone retinuiſſet. Ep.93.a. Id ætatis iam ſumus,ut,etc.I.V.89.b.Homo qui iam id ætatis eſſet. I.V. 223.b.Homo ætate affecta & uiribus infirmis. de Sen.86. a.Aetate progrediente.I.V.262.a. Vir grandis natu hoc iam exacta ætate laboris ſuſcepit.pro Quin.18.b. Propè acta iam ætas decurſáq;.Tuſc.149.a. Anteire alios ætate. Or.214.a.Præcurrere alium ætate. Aetas corroborata. pro Cæl.46.a.Et ætas firmata.b.& Epiſt.18.b. Aetas noſtra iam ingraueſcens.& de Sen.78.a. Item, I. A. 203.b. Grandior ætas.pro S.R.43.b.Si iam ſatis ætatis & roboris haberem. Ep. 144. b. Aetas confirmata.Epiſt.180.a. Aetas præcipitata.Ad Her.29.b.Aetas maturißima.pro Quin.R.52.b.Exacta ætas ſeuerißimè.de Sen.86.b. Cum eſſet exacta iam ætate. Epiſt.92.a.Maturitas ætatis. Ac. 18.b.Cæteriq; inferioris ætatis.Tuſc.243.b.Nudi ætatem agunt.de Sen.86.b.Honeſtè acta ſuperior ætas.Ep.50.a. Agere ætatem cum aliquo.Tuſc.168.a. Aetas exacta. & ibidem. Aetas prouecta & decrepita.



Aetatula,læ.de Ar.253.b.Qui primam illam ſuam ætatulam ad ſcurrarum locupletum libidines detulit. Item de Fin.138.a.

Aeternitas,tis.tempus fine carens, immortalitas. de D.112.a. Nihil fieri,quod non ab omni æternitate certum fuerit eſſe futurum rato tempore. de N. 6.a.Aeternitas, quam nulla temporis circunſcriptio metiebatur. de In.51. a.Tempus eſt pars æternitatis.de N. 23.b. Deum in omni æternitate nihil aliud cogitantem, niſi,&c. de N. 62.b. Quod ſemper ex omni æternitate uerum fuerit,id eſſe fatum.de D.106.b. Animus uixit ab omni æternitate.de D. 85.b. Diuinatio eſt ab omni æternitate repetita. de D. 104.a.Ea eſt ex omni æternitate fluens ueritas.de D.112. a.Quæ fiant ex omni æternitate,definita eſſe fataliter. Top.225.b.Cauſæ ex æternitate pendentes.de Vn.196.a. Quod immutabili æternitate continetur.de Fat.144.b.Si alterutrum ex æternitate uerū ſit.de Fin.83.a.Cur ita ſemper Deum appellet Epicurus beatum & æternum? dempta enim æternitate,nihilo beatior Iupiter quàm Epicurus.de N.6.a.Fuit quædā ab infinito tempore æternitas.I. P.80.b.Mihi populus Rom.non unius diei gratulationē, ſed æternitatē,immortalitatemq; donauit.I.A.264.b.Ea extructio, quæ ſit ad memoriam æternitatis ara uirtutis.

Aeternus,a,um.ſempiternus,immortalis,perpetuus, quod toto tempore uitæ durat. Quod immutabili æternitate continetur. de N.6.a. Nihil quod ortum ſit,æternum eſſe poteſt. de Fin. 83.a. Deus beatus & æternus.de N.10. a. Legis perpetuæ & æternæ uis. de Som. 128. b. Supra lunam ſunt omnia æterna. de Fat. 145.b. Cauſæ immutabiles & æternæ. & ibid. Cauſæ incluſæ in rerum natura atq; mundo. de Fin.52.a. Motum atomorū nullo à principio,ſed ex æterno tempore intelligi conuenire. Poſtquā, 211.b. Si mihi æternam eſſe propoſitam ærumnam arbitrarer, morte me ipſe potius,quàm ſempiterno dolore multaſſem.de Vn.177.a. Mundum ſimulachrum æternum eſſe alicuius æterni.

Aether,ris.ſuperior mundi pars tota.de N.44.a. Aether,qui cōſtat ex altißimis ignibus,mutuemur hoc quoq; uerbum,dicaturq; tam æther latinè,quàm dicitur aer. de N.49.b.Stellæ atq; omnis æther.de N.44.a.b.De æthere multa pulchra. Acad.33.a. Stoicis æther uidetur ſummus Deus.de N.9.a.Strato æthera deum dicit eſſe. de N.34.a. Ardor cœli,qui æther uel cœlum nominatur.& ibi,de Aethere.Item,de N.37.a. Tenuis ac perlucens & æquabili calore ſuffuſus æther,de N.68.a.Aether & dies,parentes cœli.& ibi.Cœlum parens Saturni.In Arat. Igniferū mulcens tremebundis æthera pennis.

Aethereus,a,um.de D.86.b.Aethereus ignis.de D.37. a.Sphæra ab æthereá coniunctione ſecreta & libera.

Aethiops,pis.Poſtquā.207.a.Cum homine,aut cū ſtipite æthiope,ſi in foro conſtitiſſes,nihil crederes intereſſe. de Fin.89.b. Degere ætatem omnem in trāquillitate.

Aethra,thræ.idem quod æther.de N.49.a.Sūma pars cœli quæ æthra dicitur.aliàs Aether.

Aetna,næ.mons Vulcano ſacer.de D.117.a. Non enim te puto eſſe eum, qui Ioui fulmen fabricatos eſſe Cyclopas in æthna putes.

Aethneus,a,um.de N.45.a.Nos autem tenebras cogitemus tantas,quantæ quondam eruptione æthneorū ignium finitimas regiones obſcurauiſſe dicuntur,&c.

Aetolia,liæ.I.P.99.a.Aetolia medio ferè Græciæ gremio continetur.



Aetolus,a,um.pro Arch.191.a.Fuluius qui cum Aetolis Ennio comite bellauit.

Aeuum,æui.ætas.de Som.127.b.His eſt definitus in cœlo locus,ubi beati æuo ſempiterno fruuntur. Tuſc.154.a. Romulus in cœlo cum dijs agit æuum.

Aeuitates,uel æuitatis,id eſt, ætates.de L.185.Cenſores populi,æuitates,ſoboles,familias,pecuniaſq; cenſeto.

Afer,a,um.de N.17.b. Alia eſt nobis, alia Afris Ammonis Iouis ſpecies.& 158.a.Item pro Cor.63.a.

Affabilis,le.Off.23.a. Cum & mulieribus inſeruiret, & in omni ſermone omnibus affabilem ſe eſſe uellet.

Affabilitas,tis.facilitas alloquendi,audiendi lenitas, facilitas in audiendo,comitas ſermonis.de Off.42. Difficile dictu eſt, quantopere conciliet animos hominum comitas affabilitaſq; ſermonis.

Affabrè,fabrè,pulchrè & artificioſè.I.V.69.a.Deus paulo magis affabrè,atq; antiquo artificio factus.

Affaris,re,tur.alloqueris,& re.Brut. 166.a. Liber quo me hic affatus quaſi iacentem excitauit.de D. 119.a. Et eum affatus eſt,qui arabat.de Cla. 188.a. Nam ſcripſit his uerbis,cum hunc nomine eſſet affatus.de Sen.77.a. Licet uerſibus iiſdem mihi affari te Attice,&c. I.A.167.a. Qui locus eſt tam inhumanus, qui illos cum acceſſerint, non affari atq; appetere uideatur?

Affatim,abūdè.At.32.a.Puto me Dicæarcho affatim ſatisfeciſſe.& 231.b. Tum iecore optimo farta & ſatiata affatim,clangorem fundit uaſtum.de N.51.b.Iiſdemq; ſeminibus homines affatim ueſcuntur. Att.251.a. HS. LXXII.ſatis eſſe affatim prorſus.

Affectio,onis.perturbatio,concitatio animi,affectus, motus animi,ſenſus,impetus. πάθος animi quidam dolor, ſtudium,cupiditas.de Vn.203.a.Cum perturbationem ratione depulerint,& ad primam & optimam affectionem animi peruenerint.de In.64.a.Impulſio eſt,quæ ſine cogitatione per quandam affectionem animi facere aliquid hortatur,ut amor,iracundia,ægritudo,uinolentia,&c. de In,64.a.Ergo accuſator cum aliquid impulſione factū eſſe dicet,illum impetum,& quandam commotionem animi affectionemq; uerbis & ſententijs amplificare debebit. de In.50.b.Affectio eſt animi aut corporis ex tempore aliqua de cauſa commutatio:ut læticia,cupiditas,metus,moleſtia,morbus,debilitas,& alia,&c.de In.64.a. Impetus & quædam commotio animi affectioq;.Tuſc.215.a.Vicia enim affectiones ſunt manentes, perturbationes autē mouentes,ut non poßint affectionum manentium partes eſſe. de Fin.103.b.104.a. Ex hac animorum affectione teſtamenta,commendationeſq; morientium natæ ſunt.Off.58. a.Animi talis affectio, neminem ut uiolem commodi mei cauſa.de Fat.141.b.Affectio aſtrorum ad quaſdam res ualet. de N.129.a. In puero refert,&c.qua affectione cœli primum ſpiritum duxerit. de In.84.a. Affectio eſt quædam ex tempore,aut ex negociorum euentu, aut adminiſtratione,aut ſtudio hominum,cōmutatio rerum,ut,&c. de Or.124.b.Impetu quodam animi,perturbatione potius quàm iudicio,aut conſilio regi.& ibid.de affectionibus multa. de Or.125.b. Motus animi & ſenſus, pro affectione.pro Cæl.35.b.pro Plan.260.b.

Affecto,as.appeto,quaſi arceſſo,nimis exquiro.pro Q. R.42.a.Nunc uerò quam uiā munitet, quod iter affectet, uidetis.At.269.a. Omni diligentia mundiciam non affluentem affectabat.ad Her.31.a.Nam hic in quibuſdam uerbis quædam ſimilitudo,non tam affectanda quàm illæ ſuperiores, ſed tamen adhibenda nōnnunquam.

Affectus,a,um.animatus.de Fin.63.a.& de Am.106.b. Vt eodem modo erga amicũ,affecti ſimus quo erga noſmetipſos.Ep.257.b. Non queo ad te ſcribere, quo animo ſim affectus.Off.13.b.Cũ ita ſis affectus animo, &c. Par.122.b.Niſi qui ita ſit affectus, eſſe liberũ neminẽ. de Leg.161.a.Oculi nimis arguti,quemadmodũ animo affecti ſimus,loquũtur.pro Mur.137.a.In his tantis periculis, ita ſum animo affectus,ut nõ queã ſatis communẽ omniũ noſtrorũ fortunã miſerari.de D.93.b.Iubet igitur Plato, ſic ad ſomnũ proficiſci corporib.affectis,ut nihil ſit,quod animis errorẽ afferat. de Fin.130.a.Aliquẽ ita affectũ eſſe,ut optimè ſecũdũ naturã affectus eſſe poßit.At.211.b. Et mehercule,nunc cũ ita ſimus affecti,ut nõ poßimus planè ſimul uiuere.Of.56.a.Si enim ſic erimus affecti,ut propter ſuũ quiſq; cõmodum,etc.neceſſe eſt,etc.Par.236.b. Atq; ſi ſunt quidẽ ferè quaſi qdã habitus animi,ſic affecti,et cõſtituti,ut ſint ſinguli inter ſe proprio uirtutis genere diſtincti.

Affectus.cõmotus.Or.202.a.Orator,utcũq; ſe affectũ uideri,& animũ audientis moueri uolet,ita certũ uocis admouebit ſonũ.de Fin.56.b.Qui enim ſentit quẽadmodũ ſit affectus,eũ neceſſe eſt,aut in uoluptate eſſe,aut in dolore. Ep.258.a. Variè ſum affectus tuis literis.I.A.223.a.Eſt enim ita affectus, ut nemo unici filij mortẽ magis doluerit, quã ille mœret patris.Tuſ.192.a. Eos ſanos intelligi neceſſe eſt,quorũ mens motu,quaſi morbo perturbata nullò ſit: qui cõtrà affecti ſunt, hos inſanos appellari neceſſe eſt. de In.64.a.Animus ita uidetur affectus fuiſſe,ut rẽ cũ cõſilio perſpicere nõ poſſet.At.200.b.Auidè ſum affectus de Fano.de Or.127.a.Si iuſto,ſi pio dolore me affectũ uides.& 92.a.Sic magis affectis animis iudicũ,quã,&c.de Of.46.a.Non uno modo in diſparib. caſibus affecti eſſe debemus.

Affectus.cumulatus,uel mulctatus.I.P.86.b.Cũ tantis à uobis P.C.affectus ſim beneficijs,tãtis honoribus.Of.30.a. et pro Mur. 124.b. Homines aliquo honore,aut imperio affecti.I.P.99.b.Qui erãt affecti præmijs,etc.de N.73.a. Magno deorũ munere affecti.Ep.203.b. Affectus magno alicuius beneficio.& 15.b. Affectus magna moleſtia,&c. de D.94.a.Qui ſunt morbo graui et mortifero affecti.At.275.a.Magna ſum lætitia affectus.et 234.a.Magna deſperatione affectus ſum.pro Q.2.a.Tot tantiſq; difficultatib. affectus,etc.Ep.206.a.Affectus ſummis difficultatib. de Or.149.a. Q.Metellus iam affectus ſenectute.Tuſ.227.a Affectus optima ualetudine.Ep.56.a. Vir clariß. ab,&c. morte affectus eſt.I.A.259.b.His uicijs affectos et,etc.Par.233.a. Animi aũ,aut quemadmodũ affecti ſunt uirtutib. uicijs,&c.aut quemadmodũ cõmoti, &c.ſpectantur.

Affectus.uexatus,afflictus,tractatus,acceptus.I.V.235.a.Syracuſanã quidẽ ciuitatẽ,ut abs te affecta ſit,ita in te eſſe animatã uidemus.Oct.330.a. Affectã,ac proſtratã rem pub.tuis opibus extuliſti.Ep.228.b. Reſp.malè affecta.

Affecta ætas.id eſt grauis,effœta,infirma,ſenectus ipſa.I. V.222.b.de Or.101.b.

Affectus ſine ablatiuo,pro ægroto,et morbo affecto.At.232.a.L.Cæſarem Neapoli affectum grauiter uiderã.I.A.221.a.Qui cum ita affectus eſſet,ut ſi ad grauẽ ualetudinẽ labor uiæ acceßiſſet,ſibi ipſi diffideret, non recuſauit.

Affectus,nundũ planè perfectus, inchoatus.de Pro.73.a Bellũ affectũ uidemus,&,uerè ut dicã,penè confectũ. et 74.b.ut ea quæ per ipſum affecta ſunt,perfecta,&c.

Affectus,aptus.Tuſ.192.a.& 93.b.Oculus cõturbatus, non eſt probè affectus ad ſuum munus fungendum.

Affectus,diſpoſitus,cõpoſitus.de D.138.b. Ad rem pertinet,quomodo cœlo affecto,cõpoſitiſq; ſyderibus quodq; animal oriatur.de Fin.57.a.Nunquid nam manus tua ſic affecta,quemadmodum affecta eſt,deſiderat?

Affectus, cognatus, affinis, quod rem attingit, quod refertur ad aliquid. Top.221.b.& Part.230.a. Ducuntur etiam argumenta ex ijs rebus.quæ quodammodo affectæ ſunt ad id de quo quæritur. de Or. 123.b. Ex ſua ui, cũ aut res quæ ſit quæritur,etc. aut quippiã rem illã quod attingat.Itẽ ibidẽ paulo pòſt:Sin ab eo quod rem attingat plures ſunt argumentorum ſedes, ac loci. Top.221.b.Ducuntur etiã argumenta ex ijs rebus,quæ quodammodo affectæ ſunt ad id de quo quæritur.

Affectus,ctus.affectio,πάθος,ſtudium, cupiditas. pro Flac.150.b.Tuſc.237.b.Qualis cuiusq; animi affectus eſt, talis eſt homo.& ibi. Affectus animi in bono uiro laudabilis.de Or.127.b. Amor,odium,iracundia, inuidia, miſericordia,ſpes,lætitia,timor,moleſtia. At.186.b.Ego te quoque ponam in eodem πάθει.

Affero,fers.adfero,defero,infero,deporto,nuncio, apporto,adhibeo. At. 122.a. Lepidus Pompeij literarũ ad Coſſ.exemplũ attulit, & ibid. Literæ mihi à L. Domitio allatæ ſunt. pro Mar. 132.b. Quantum operibus tuis diuturnitas detrahet,tantum afferet laudibus.Or.205.a. Ridicula ex tempore ficta,uel domo allata. Pro S.R. 19.b. Ego contrà breuem poſtulationem affero. de Or. 105.b. Galba autem ſimilitudines afferebat. Epiſt.240. b. Quo nuncio allato, &c. de Cla.165.a. Cùm eò mihi de Quinti Hortenſij morte eſſet allatum. Ep.40.a.Cum eſt allatum ad nos de temeritate eorum, qui, &c.At.96.b. Batonius miros terrores ad me attulit.de Or.128.b. Aut ſi nõ ita reſellas,afferendum eſt in contrariam partem,quod ſit grauius,aut æquè graue. & alibi.Ex ea, te imperatore nuncius ad ſenatũ allatus eſt nullus.Or.208.a.Hoc & autoritatem orationi affert,& fidem.Or. 141.a.Ordo eſt,qui memoriæ lumen affert.de Of.1.a.Quam quidem ad rem nos,(ut uidemur)magnum attulimus adiumentum hominibus noſtris. Quin.Fr.299.a. Afferre acerbitatem alicui. At. 111.a. Aliquantum animi mihi uidetur attuliſſe Labienus. pro Mur.138.a.Nolo accuſator in iudicium,potentiã afferat, &c. pro Clu. 53.b. Vt ne cui innocenti mœror tuus calamitatem & falſum crimen afferret. de N. 27.b. Qui riſus,claſſe deuicta multas ipſi lachrymas,et pop.Roman. cladem attulit.de Or.156.a.Neceſſe eſt tamen aliquem cumulum illorum artibus afferre uideatur. Ep. 51.a. Maior mihi nulla leuatio afferri poteſt.At.238.a. Quid enim illi afferre conſilij poſſum? Q.Fr.296.a. Atque huic tuæ uoluntati ac diligentiæ difficultatem magnam afferunt publicani.Ep.95.a. Hoc delectationem mihi nullam affert. Of.29.b.Non alienum ad ea eligenda quæ dubitationẽ afferunt,adhibere doctos homines. At. 14.a. Quod afferet Quin.Fratri meo aut offenſionem tam grauem,aut cõmutationem tantam uoluntatis.pro S.R.20.b. Cui nõ modò luctum mors patris attulit,uerùm etiã egeſtatem. Of. 14.b.Vt tranquillitas animi adſit, quæ afferat tum conſtantiam,tum etiã dignitatẽ. Ep.106.a.Hæc enim duo ſigna putarem mihi æs alienũ attuliſſe.Of. 52.b.Itaq; duæ res, quæ languorem afferunt cæteris, illum acuebant. Tuſc. 219.b. Cuius ingreßio lætitiam attulit ſocijs, terrorem autem hoſtibus.Or.142.a.An ætatem afferet? pro Quin. 18.b. Vt quam exiſtimationem,quam honeſtatem in iudicium attulit,ei liceat ex hoc loco ſecum efferre.pro Rab.95.b.Quæ domi poſita peſtem atq; exitium Titio attuliſſet.At.14.a. Qua ex re moleſtia tanta ſum affectus, quantam mihi amor meus erga utrunq; ueſtrũ afferre debuit. At. 183.b.





Pharnaces quoquo modo agit,affert morã. de Or.136.b. Vterq; enim iſtorũ nõ mihi attulit aliquã,ſed ſuã ſignificauit facultatẽ.I.V.248.b.Naues,quæ prædã prætori, non quæ prædonib.metũ afferũt.de Of.49.b,Vt unius imperatoris præda ſinẽ attulerit tributorũ.I.V.98. b.Si ſinẽ prætoris edicto afferunt Calen.Ianuarij. Or.215.a. Numerus quaſi quandam palæſtram & extrema lineamenta oratori attulit.Ep.93.a.Quæ aut interitũ allatura eſſet aut ſeruitutem.Of.5.b.Cõmunes utilitates in mediũ afferre. At. 183.b.Qui mihi laborem affert in dolore. pro Mil. 103.a. Latroni uerò,quæ poteſt afferri iniuſta nex.Ep.56.a.Inuentus eſt amicus,qui ei mortẽ afferret.pro Q.16.a. Domino à familia ſua manus allatas eſſe. Of.44. a. Afferre manus alienis bonis.I.V.89.b. Pro ſe quiſq; manus affert: id eſt,depugnat.pro Mur.124.a.Eaq; res uobis pacẽ,trãquillitatem, ociũ concordiãq; afferat.Of.42.a.Quibus cũ ſi frequentes ſunt,opinionẽ afferunt populo,eorũ fore ſe ſimiles,&c.Of.45.a.Nam Mamerco prætermißio ædilitatis,conſulatus repulſam attulit.Or.217.a.Si enim ſemper utare,ſatietatẽ affert. de Or. 147.a. Vt oratio quæ lumẽ rebus adhibere debet, ea obſcuritatẽ & tenebras afferat. de Or.141.a.Qui memoriæ lumẽ afferret.pro Deiot.145.b.Tuæ res geſtæ cæterorũ laudibus obſcuritatẽ attulerũt. Ep.47.a.Vt ea mihi ſalutẽ afferre uideatur. At.14.a. Et plus à uobis præſidij,quàm à cæteris opis ad ſalutẽ poteſt afferri.de N.56.a.Quorũ celeritas atq; ius nobis ipſis affert uim & celeritatẽ.Ep.137.a.Ego tibi unum ſumptũ afferam,quod balneum calefacias oportebit.At.106.a.Taciturnitas tua mihi ſuſpicionẽ affert. de Som.230.b. Quod motũ affert alicui,&c.I.A. 224.b.Sed mihi neceßitatẽ attulit paulo plura dicendi,etc.de D.109.b.Afferre munus alicui. de Fin. 124.b. Cuius etiã illi hortuli memoriã mihi afferũt.pro Mil.101.b.Me ad eius cauſam parẽ animi magnitudinẽ afferre non poſſe.At.35.a. Tamẽ medicina nulla affertur.Or.203.a. Nã etiã poetæ quæſtionem attulerunt,quid nã eſſet illud,etc.Ep.32.b. Collegij quoq; cõiunctio non mediocre uinculũ mihi quidẽ attuliſſe uidetur ad uoluntates noſtras copulandas.I.V.218.a. Tibi illa Diana religionẽ nullã attulit? Ep.172.a. Magnã perturbationẽ rerum urbanarũ attulit obitus conſulũ. I.P.99.a.Sic odiũ quod in ipſam attulerant,id in eius imaginẽ profuderunt. At.265.a.Ne illa peregrinatio detrimentũ aliquod afferret.Q.Fr.210.b.Præterea magnã affert laudẽ,& ſummã dignitatẽ.Q.Fr.315.a.Hominũ dignitas aliquantũ orationi ponderis afferebat.Ep.57.a.Reliquũ eſt,ut conſoler,et afferã rationes,quibus coner,&c. Tuſ.163.a. Cur credã, afferre poſſum.pro Q.R.48.a.Si quam coniecturã affert hominibus tacita corporis figura.de Or.97.a. Qui à ſcribendi cõſuetudine ad dicendũ uenit, hanc affert facultatẽ, ut,&c.& ibid.Si quando in dicendo ſcriptũ attulerit aliquid.At.262.a.Ad paternas neceßitudines magnã attulit acceßionem uoluntas tua erga me.de D.93.b.Vt nihil ſit, quod errorẽ animis perturbationẽq; afferat.de D.94.a. Diuinare aũt morientes etiã illo exemplo confirmat Poßidonius,quo affert Rhodiũ quendã,&c.pro Cæl.48.b. Atque ita Cælius ad illã attulit,ſe,&c.At.148.b.Victores armati uim & manus afferent.At.46.a. Afferre manũ ſuis uulneribus.Ep.157.b.Is manus ſibi afferre conatus eſt. In Vat.33.b.Is confeſſus eſt ſe Cn.Pompeio ſuis manibus necẽ afferre uoluiſſe.I.V.88.a. Afferre uim matribus familias. At.148.b.& pro Clu.52.a. & Ep.14.a.Afferre uim & manus alicui.I.V.89.b.ut filiæ ſuæ uis afferretur.Of.44.a. Cum enim dando egere cœperunt, alienis bonis manus afferre coguntur.Oct.330.b.Ego ipſe ſenatũ ſibi manus afferre coegi.Pro Cec.204.b. Eum detrudi cui manus afferantur.Of.5.b. Qui iniuſtè impetum in quempiã facit, is quaſi manus uidetur afferre ſocio.

Afficio,cis.permoueo.At.229.a.Literæ tuæ ſic me affecerũt,ut nõ dare tibi beneficiũ uiderer,ſed accipere,etc. pro Mil.117.a.Quo nã modo ille uos uiuus affecerat,qui mortuus inani cogitatione percußit? pro Mil.116.b.Milo pop.Rom.maxima lęticia affecit.At.284.b.Studiũ tuum curaq; de ſalute mea nulla me noua uoluptate affecit. At. 80.a.Ego in uita mea nulla unquã uoluptate tanta ſum affectus,quanta afficior hac integritate.At.237.a.O factum malè de Alexione: incredibile eſt quanta me moleſtia affecerit.At 92.b.Magna igitur,ut uides,ſolicitudine afficior, magni inopia cõſilij.de Cl.196.b.Ex te duplex nos afficit ſolicitudo,quod & ipſe rep.careas,et illa te. de Or.92.a. Et uti qui audirẽt,ſic afficerẽtur animis,ut eos affici uellet orator.de N.9.b.Res ſordidas deorũ honore afficere.

Afficere,cumulare,mulctare.Ep.19.a. Afficere aliquẽ plurimis maximiſq; muneribus.Top.229.a.Nam aut negari poteſt id factum eſſe,quod laudetur:aut non eo nomine afficiẽdum,quo laudator affecerit.pro S.R.37.a. Qua is tandem pœna afficietur? & ibid.Macula affici. de In.76.b. Afficere aliquem præmio.Bru.91.b.Res quæ ne laude quidem ſatis idonea affici poßit.Or.209.a.Satietate affici.pro S.R.43.a.Magno honore filius ex patris dignitate afficitur.Para.121.b.Exilio affici.de In.50.b. Affici turpi morte.Ep.67.b.Affici à gratia & à uoluptate.aliàs,allici,aliàs flecti.Ep.92.b.Affici doloribus pedum. pro S.R. 37.a.Qui ignominia mortuũ affecerit.de Fin.98.a.Quis eſt qui Africanorum facta,dicta,conſilia cognoſcens,nullo animo afficiatur uoluptate?

Affigo,gis,xi.xum.ad aliquid figo, inſero, addo.de N. 71.b.Minerua,cui pinnarũ talaria affigunt.de Vn.198.a Itaq; nec ei manus affixit,quia nec capiẽdum quicq̃ erat. I.V.264.a.Hoc in ſenſu meo penitus affixũ et inſitum eſt. de Or.101.a.Ithaca in aſperrimis ſaxulis affixa. pro S.R. 27.b.Literã illam ita uehementer ad caput affigẽt,ut,etc. de Or.138.b.Vt non tanquã citharœdi procemium affictũ aliquid,ſed cohærens cum omni corpore mẽbrum eſſe uideatur. Q.Fr.321.Iubes illum mihi eſſe affixum tanquam magiſtro.Ep.9.b.Habere aliquẽ ſibi affixum. Item, Quæ ſemper affixa ſunt ad aliquã rem.l.Affixus.

Affingo,gis.fingo,ſeu fingendo accõmodo,et adiungo. I.A.154.a.Qui boni aliquid uolunt afferre, affingunt aliquid,quo faciant id,quod nunciãt lætius.de Or.146.a.Sed tantum alteri affinxit,de altero limauit.Or.203.b. Poeta peccat cum probam orationem affingit improbo ſtultoq; ſapientis.pro Clu. 19.b. Faciãq; ut intelligatis in tota illa cauſa,quod res ipſa tulerit,quid error affinxerit, quid inuidia conflarit.de Or.159.b.Nulla pars corporis ſine aliqua neceßitate afficta eſt.de D.105.a.Paruis enim momẽtis natura multa,aut affingit,aut detrahit,aut mutat.pro Pom. 5. b. Ne illi uera laus detracta oratione noſtra, nec falſa afficta eſſe uideatur.Tuſ.208.a.Sapiens,qui nihil opinione affingat aſſumatq; ad ægritudinem.

Affinis,ne. Affines propriè ſunt,uiri & uxoris cognati inter ſe, quod duæ cognationes inter ſe diuerſæ,per nuptias coniuguntur,& altera ad alterius cognationis finem accedit,ut Iuriſconſulti docent.coniunctus. Poſtquã. 207.b.Item alibi. Tu me affinem tuum conſtrictum inimicis reip.tradidiſti.poſtquã.200.a. Alter mihi affinis erat, alter,etc.Poſtquã.208.a.Tu affinẽ tuã,filiã meam,à geni

bus repuliſti.de Or.90.b. Marius affinis noſter.Ep.184.
a.Alter item affinis nouis cōmentaris Cæſaris delinitus eſt.
Affinis,coniunctus.I.C.119.a.Huic facinori ſi paucos pu-
tatis affines eſſe,uehementer erratis.pro Syl.170.a.Homi
nes huius affines ſuſpicionis.I.V.127.b.Affinis rei capita-
lis.de In.65.b.Si nulli uicio affinis oſtenditur.pro S.R.21.
b. Affinis alicui culpæ.et de In. 78.b. Affinis alicuius cul-
pæ. ad Her.26.b.Huius ſceleris affines.pro Cl.44.a. Du
os ſolos uideo autoritate cenſorum affines ei turpitudini
iudicari.

Affinitas,tis.cōiunctio affinitatis, neceßitudo.de Cla.
173.a.P.Craſſus cum ſummo illo oratore Ser.Galba, cui-
ius C.filio filiā ſuam collocauerat, affinitate ſeſe deuinxit.
de Fin. 140.b. Serpit ſenſim foras,cognationib. primùm,
tū affinitatib.deinde amicitijs,pòſt uicinitatib.&c. & de
Or.118.a.Cognationes,affinitates,&c.pro Clu. 58.a. &
59.b.& Ep.45 a. Affinitatis coniunctio.Of.2.b.

Affirmatio,onis.Of.73.a. Iuſiurandum eſt affirmatio
religioſa.Ep.155.b.Credidi chirographis eius, et affirma
tioni præſentis Laterenſis.Ep.147.a.Quo magis iudica-
res omnia me Reip.cauſa præſtitiſſe,quæ & tua exhorta
tione excepi,& mea affirmatione tibi recepi.

Affirmatè. aſſeueranter. Of. 73.a. Quod affirmatè,
quaſi Deo teſte promiſeris,id tenendum eſt.

Affirmo,as.confirmo,aſſero,aſſeuero,adiuro,aio. de
Or.122.a.Nihil enim aliud affirmare poſſum,niſi ſenten-
tiam & opinionem meam. At.189.b.Affirmo tibi nullam
conſolationē eſſe talem.de D.106.b. Nam id quidem diſ-
ficile eſt affirmare.pro Mar.131.b.Tamen hoc affirmo.et
hoc pace dicam tuā,nullam,&c.At.212.a.Omni tibi aſſe-
ueratione affirmo,quod mihi credas uelim,mihi, &c. de
D.110.a.Dicā igitur ad ea quæ ſunt à te dicta,ſed ita nihil
ut affirmem,quæram omnia. At.106.b. Quid opus eſt de
Dionyſio tam ualde affirmare? an mihi nutus tuus non fa
ceret fidem? de In.55.a.Approbatio,per quā id quod bre
uiter expoſitum eſt, rationibus affirmatum probabilius
& apertius fit. At.273. a.Non ſoleo temerè affirmare de
altero.Or.135.a.Toto capite annuere.

Affixus,a,um.de In. 50.b. Continentia cum negocio
ſunt ea , quæ ſemper affixa eſſe uidentur ad rem , neq; ab
ea poſſunt ſeparari.Tuſcul . 229.b. Prometheus affixus
Caucaſo.

Afflatus,tus.inflatus,inſtinctus,furor,impetus,anheli-
tus, ἐνθουσιασμὸς,cōcitatio mentis,incitatio mentis,permo
tio mentis.de N.59.b.Nemo uir magnus ſine aliquo affla-
tu diuino unquā fuit.Itē,Poeta nemo ſine inflāmatione a-
nimi,& ſine quodā afflatu,quaſi furoris eſſe poteſt.de D.
87.b.Oracula,quæ inſtinctu diuino afflatuq; funduntur.
de D.132.b.Quid tam diuinū,quàm afflatus ex terra?men
tem ita mouens,ut eam prouidam rerum futurarum effi-
ciat.de D.88.b.Poteſt autem uis illa terræ,quæ mentē Py-
thiæ diuino afflatu concitabat,euanuiſſe uetuſtate.

Afflictatio,onis.ægritudo, cum uexatione corporis.
Tuſ.213.a.& 212.b.

Afflictio,onis.Tuſ.196.b.Habet ardorē libido,etc.Sed
ægritudo maiora quædam,tabem,cruciatū, afflictionem,
fœditatem.aliàs,afflictationem.

Afflicto,as.conficio,crucio,iacto.At.44.a.Hic tu me
accuſas,quod me afflictem.

Afflictari.Tuſ.207.b.Itē At.170.b.Scire nihil potuit
de noſtris domeſticis rebus,de quibus acerbißimè afflictor.
I.C.103.b.Deinde multo grauius uehementiusq; afflictan
tur.pro Mil.105.a.Squalent municipia,afflictantur Colo



niæ.de Ar.253.a. Hoc etiam turpius afflictatur Reſpubli-
ca,quod,&c.

Afflictor,oris.I.P.93.b.Afflictor,proditor ſenatus.

Afflictus,a,um.proſtratus,iacens.)(.Florēs.I.V.196.
a.Prouinciam afflictam & perditam erexiſti atq; recrea-
ſti.pro Q.13.b.Aliquis afflictus & euerſus.Poſtquā.209.
a.Qui mihi afflicto & iacenti dexterā porrexit.I.A.239.
b.& de Ar.255.b.Domum Antonij afflictam mœrore au
dio.pro Syl.174.a.Afflicta fortuna alicuius.pro Syl.169
b.Fractus & afflictus calamitate.At.193.a.Afflictus & fra
ctus animus.pro Q.17.a. Ab afflicta amicitia transfuge-
re,& ad florentem aliam deuolare.pro Pom.8.a.Regum
afflictæ fortunæ,&c. At. 12.a.Senatum abiectum & affli-
ctum excitaui.I.C.104.b.Quanto tandem illum mœrore
afflictum eſſe & profligatum putatis? pro Rab.95.b.Nec
tuas unquam rationes ad eos ſcopulos appuliſſes, ad quos
S.Titij afflictam nauem uideres.pro Pom.8.a.Aliquem fu
gientem excipere,diffidentem rebus ſuis confirmare, af-
flictum erigere,perditumq; recreare.de Or.98.b. & 87.
b.Excitare afflictos.de Leg.178. b. Religiones proſtratæ
afflictæq; ſunt. pro Flac. 149.a. Græcia quæ iam diu ſuis
conſilijs perculſa & afflicta eſt.Ep.131.b. Grauißimè affli
ctus.de Or.128.a. Afflicta & proſtrata uirtus maximè lu
ctuoſa eſt.

Affligo,gis.profligo,proſterno,deprimo.)(.Erigo,re
creo. At.203.a. Vt me leuarat tuus aduentus, ſic diſceſſus
afflixit.de Cl.168.b.Rem laudando augere.)(. uituperan
do rurſus affligere. contra Rul. 83.b. Non ſolum afflixe-
runt,ſed etiam ne quando recreata exurgere, & erigere
ſe poſſent,funditus ſuſtulerūt.Tuſ.216.b.Curæ animos af
fligunt.pro Mur.145.a.Si hunc ueſtris ſententijs afflixe-
ritis.de Sen.83.b.Senectus eneruat et affligit homines.pro
Dom.234.b.Alicuius domum non ſolum affligere,ſed eti-
am religione ſempiterna obligare.pro Cæl.54.b. Adole-
ſcentiam plenam ſpei maximè perculiſſe atq; afflixiſſe ui-
deamini.I.P.96.b.Illi ſtatuam iſtius deturbant, affligunt,
comminuunt,dißipant.pro Cæl.54.a.Qui Catuli monu-
mentum afflixit.de Vn.197.b.Nullus morbus mundū po-
teſt,aut ſenectus affligere.pro S.R.24.a.Mors. Q. Scæuo
læ omnes ciues ſuos perdidit & afflixit. At.12.b.Magnis
clamoribus afflictus conticuit & concidit.

Afflo,as.excito,incito.pro Arch.189.a.Poetas men-
tis uiribus excitari,& quaſi diuino quodam ſpiritu affla-
ri.I.V.83.a.Sperat ſibi auram pòſt aliquam afflari in hoc
crimine. de Sen.89.b.Suauitates odorum, qui afflantur è
floribus. Ad Her.39.b.Si quem reperiat, cui aliquid mali
faucibus afflare poßit.

Affluens,tis.abundās,refertus,plenus.pro Arch.186
a.Vrbs eruditißimis hominibus,liberalißimisq; ſtudijs af-
fluens.de Fin.83.b.Vita affluens uoluptatib. de Am. 106.
a.Homo diuitijs affluens.contra Rul.82.b. Opibus & co-
pijs affluens.Off.31.a.Omnium rerum affluentibus copijs
ditari.pro Q.R.49.b.Homo bonitate affluens. de N. 12.
a.Affluens bonis omnibus.pro Seſt.6.b.Conſul unguentis
affluens.I.V.265.a.Homo affluens omni lepôre & uenu-
ſtate.pro Clu.157.b.Domus ſcelere omni affluens. de Or.
148.a.Homines ocio nimio,& ingenijs uberrimis affluen
tes.& 86.a.Ingenijs abundantes.

Affluentius.Tuſ.231 . b. Quo affluentius uoluptates
undiq; hauriat.

Affluentia,tiæ.contra Rul.85.b. Copia atq; affluen-
tia rerum omnium.

Affluo,is.abūdo.de Fin.57.a.Si ea ſola uoluptas eſſet,
quæ



quæ quaſi titillaret ſenſus,ut ita dicam,& ad eos cum ſua-
uitate afflueret & illaberetur.Q. Fr.323.a.Iamdiu nihil à
te ex iſtis locis non modò literarum, ſed ne rumoris quidē
affluxit.

Affore.Ep.52.a.Maior mihi ratio affore nulla poteſt,
quàm,&c.aliàs,Leuatio afferri: & quidem melius. Ep.
143.a. Non me hercule ſuſpicatus ſum illam affore Afra-
nia fabula.pro Cæl.52.b.Vt illa uetus Afrania fabula re-
fricaretur.

Africa,cæ.pro S.R.35.b.Africa tertia pars orbis ter-
rarum.Poſtquam.202.b.Marius cum parua nauicula tra
iecit in Africam.contra Rul.76.a.Carthago uetus in Afri
ca. In Sal.275.a.Salluſtius Africam interiorem obtinens.
de N.18.a.Vulcanus in Africa.de Or,158.a.Africa terri-
bili tremit horrida terra tumultu.Ennij.

Affricus,ca,cum.de N.21.b.Cum uolucres angues ex
uaſtitate Lybiæ,uento Affrico inuectas,interficiunt.

Africanus,a,um.pro Deiot.148.a. Qui rumores Afri
canos exciperent.Quin.Fr.308.b.Africanus quē C.Car-
bo interemit.de Cla.172.a.Ex bellica laude aſpirare ad A-
fricanū nemo poteſt.pro.S.R.35.b.Africanus, qui ſuo co-
gnomine declarat,tertiā partē orbis terrarū ſe ſubegiſſe.

Age. At.98.b. Age hoc malum quod mihi cōmune eſt
cum omnibus,nihil tibi mando, ut de eo cogites.pro S.R.
26.a.Age nunc refer animum,etc.de Fin.83.b.Age, inqui
es,&c.I.A.199.b.Age ſi paruerit,poſſumus,&c. de Or.
113.a.Age uerò,inquit.pro Font.283.a.Age uerò nunc in
ferte oculos,&c.de In.42.b.Age uerò,urbibus cōſtitutis.
Ep.85.b.Age uerò,laudo aliquē,num offendo?de Fin.126
a.Et ille ridens,age age,inquit,&c.de Fin.89.b.Age ſanè,
inquam.de In.79.a.Age porrò,quid ſi,&c. I. V.247.a.
Age porrò tu, &c.de N. 17.b.Age,& his uocabulis deos
eſſe facimus,&c.pro Clu.34.b.Age quoniam,&c.

Agedum.pro Syl.180.b.Agedum conferte nunc cum
illius,uitam P.Syllæ.

Age ſis,id eſt,age ſi uis,hortantis uox.Part.233.b.Tuſ.
184. a.Agite.de Or.142.b.Agite uerò,ille inqt,ut uultis.

Agellus,li.de N.77.a.Dij nec agellos ſingulorum,nec
uiticulas perſequuntur.& I.V.166.b.

Agens,tis.de Or.141.b.Vtendum eſt imaginibus agē
tibus,acribus,inſignitis.

Agerenſis ager.contra Rul.76.

Ager,gri.territoriū,ſeges,ſolum,campus,ſaltus. de
Cl.166.a.Ager,qui multos annos quieuit,uberiores effer
re fruges ſolet.I.V.218.a.Fines agri.id eſt,territorij.con-
tra Rul.88.a.Fundus Irpinus,ſiue ager Irpinus,totum e-
nim poßidet.pro.Q.R.50.b.Tum erat ager incultus ſine
tecto,nunc eſt cultißimus cum optima uilla. & ibid. Qui
ager neq; uillā habuit,neq; ulla ex parte fuit cultus. cōtra
Rul.62.a.Ager Corinthius optimus & fructuoſißimus.
Ep.204.b.Is habet in Volaterrano poſſeßionē: id eſt, in
agro Volaterrano. pro Q.4.b. Quintius de ſaltu agroq;
cōmuni ui detruditur.pro Fl.161.a.Agros habent & na
tura perbonos,& diligentia culturaq; meliores.

Agger, ris.terræ aut cuiuſuis rei coaceruatio ad loca
munienda.I.A.196.a.Aditus hoſtium caſtellis & aggeri-
bus prohibetur.At.79.b. Oppidum cinximus uallo & foſ
ſa,aggere maximo.I.A.226.a.Græcia eſſet uel receptacu
lum pulſo Antonio,uel agger oppugnandæ Italiæ.

Agyrium oppidum.I.V.162.a.Agirinenſis, ibid.

Agglutino,as.adnecto.At.255.a.Tu illud deſecabis, et
hoc agglutinabis.

Agrinæ populi. I.P.99. Agrigentum. I.V.121.b.



Agrigentinus. I.V.133.b.

Aggredior, ris.adorior,aßilio,inuado, peto, attento,
ingredior,incipio,adeo,accedo.I.A.244.b. Quis audeat
bene comitatum aggredi? de Or.148.b.Non repelletur in
de,quò aggredi cupiet.pro Cec.298.b.Quid agat,quomo
do aggrediatur iudicem non habet. de Or.125.b. & At.
197.b.Cum aggredior ancipitē cauſam. de N.13.a. Ante-
quā aggrediar ad ea quæ à te diſputata ſunt,de teipſo dicā
aliquid.aliàs,Aggrediar ea.de N.61.a. Sic aggredior ad
hanc diſputationem,quaſi,&c.Q.Fr.314.b. Aggredi ad
hiſtoriā.Off.5.b.Quidam aggrediuntur ad iniuriam faci
endam,ut,&c.de Or.109.b.Quod hoc etiā ſpe aggredi-
or maiore ad probandū,quia,&c.de Cla.177.a.Antoni-
us imparatus ſemper aggredi ad dicendum uidebatur.
pro Clu.19.a.Sed ne diutius uos teneam, aggrediar ad cri
men.pro Mur.127.a.His rebus fretū ad conſulatus petiti-
onem aggredi par eſt.Off.15.a.In omnibus negocijs, pri-
uſquam aggrediare,adhibenda eſt præparatio diligens.
Off.33.a.De quibus dicere aggrediar, ſi, &c.Or. 209.a.
Ex eo loco unde de ſuis meritis in rep.aggreſſus eſt dicere.

Aggrego,as.coniungo, congrego.Ep. 12.a. Si meam
uoluntatem ad dignitatem alterius aggregaſſem.I.C.103.
b.Si ſecum ſuos eduxerit,eodemq; cæteros undiq; collectos
naufragos aggregauerit. pro Mur.127.a. Quare ego te
ſemper in noſtrum numerum aggregare ſoleo.In uat.34.
a.Huius filium eodem crimine ad patris interitum aggre-
gare uoluiſti.

Aggreßio,onis.principium, exordium. Or. 201.b.
Cumq; animos prima aggreßione occupauerit, infirma-
bit excludetq; contraria.

Agilitas,tis.agendi dexteritas.At.14.b.Agilitas,ut i-
ta dicam,mollitiesq; naturæ.

Agitatio,onis.cōmotio.de D.135.a.Nunquam animus
agitatione & motu uacuus eſſe poteſt.de N.53.a. Agitati
one & motibus linguæ cibus depellitur.Off.4.b.Ad quod
adhibenda eſt quædam actio,non ſolum mentis agitatio.
pro Mur.132.a.Motus & agitatio fluctuum de Sen.81.b.
In omnibus his ſtudiorū agitatio uitæ æqualis fuit. de Or.
151.a.Ita fit ut agitatione rerum ſit infinita cognitio. de
N.11.a.Actio mentis & agitatio in Deo.

Agitator,oris.auriga,qui equos currumq; agit. At.
210.b.Nec eſt melius quicquam,quàm ut Lucullus ſuſtine
at currum equoſq;,ut bonus ſæpe agitator.Acad. 23.b. E-
go enim ut agitator callidus,priuſquam ad finem ueniam,
equos ſuſtinebo.

Agitatus,a,um.tractatus,iactatus.pro Clu.18.b. Res
agitata in concionibus,iactata in iudicijs, cōmemorata in
ſenatu.de Som.131.a.Agitatus et exercitatus in optimis cu
ris.pro Q.2.a.Vt æquitas multis iniurijs iactata atq; agi-
tata in hoc tandem iudicio conſiſtere & confirmare poſ-
ſit. de Or.147.b. Quæ omnia oratori tractata atq; agi-
tata eſſe debent. de Vn:196.b. Immoderatè agitatus
& fluctuans.)(.quietus & tranquillus.Off.16.b. Eſt uiri
magnanimi rebus agitatis punire ſontes,multitudinem cō
ſeruare.

Agito,as.concutio,impello.de N.24.a.Cum deus pul
ſetur agiteturq; incurſione atomorum.de N.65.a. Natu-
ra omnia ciens & agitans motibus ſuis.Off.65.b.Excita-
re & agitare feras.de N.23.a. Atomos pellere ſe ipſas,&
agitari inter ſe concurſu fortuito.

Agitare.perſequi,inſectari.pro S.R.29.a.Agitari et
perterreri furiarum tedis ardentibus.de Leg.163.b. Fu-
riæ agitant,& inſectantur impios.pro S.R.29.a. Tamen

eos agitant furiæ, nec uſquam conſiſtere patiuntur. de D. 138. a. Aquila inſectatur & agitat alias aues.

Agitare. uerſare, commouere, tractare. pro Clu. 35. a. Omnia quæ ad rem pertinẽt, ex huius & ex aliorum tabulis agitatis, tractatis, inquiſitis. Tuſ. 241. a. Mens agitandis exquirendiſq; rationibus alitur. pro Cor. 67. a. Adoptio Theophanis agitata eſt, per quã, &c. pro Dom. 214 b. Sententia quæ erat ſuperioribus diebus agitata in ſenatu. At. 18. a. Agraria lex à Flauio Trib. pleb. uehementer agitabatur authore Pompeio.

Agmen, nis. exercitus, acies, militum copiæ. I. P. 90. b. A Brunduſio uſq; Romã agmen perpetuũ totius Italiæ uidi. At. 243. b. Nec duces ſimus, nec agmẽ cogamus. I. A. 180 b. et 198. a. Agmine quadrato cũ gladijs ſequuntur ſcutati milites. I. A. 197. b. Ad hanc peſtẽ agmẽ armatorũ ſequebatur. & ibi. Certum agminis locum tenebant barbari ſagittarij. Item: Educere dictionem ex umbratili exercitatione in medium agmen & puluerem.

Agnaſcor, ſceris. poſt, uel iuxta naſcor, ut frater fratri adnaſcitur. quod ſi ad patrem referas, agnaſci dicitur, qui poſt factum teſtamentum, patri naſcitur. pro Cec. 298. b. Cui filius agnatus ſit, eius teſtamentũ eſſe ruptum. de Or. 106. a. Nemo hæreditatem petit eo teſtamento, quod pater fecit antequam ei filius natus eſt: nam conſtat agnaſcendo rumpi teſtamentum.

Agnatio, onis. de Leg. 160. b. Ex quo uerè uel agnatio nobis cũ cœleſtibus, uel genus, uel ſtirps appellari poteſt. ad Her. 5. a. Lex agnationis. de Or. 99. a. Gentilitatum et agnationũ iura. de Leg. 160. b. In ciuitatibus ratione quadam agnationibus familiarum diſtinguuntur ſtatus. & ibi. Homines deorum agnatione & gente teneri.

Agnatus, a. Agnati qui dicantur, ex ijs quæ in uerbo agnoſcor dicta ſunt, intelligi poteſt. Dicuntur enim, qui per uirilis ſexus perſonas, cognatione coniuncti ſunt, quaſi à patre congeniti (ut Caius ait) ueluti frater eodem patre natus, filius fratris, nepoſ'ue ex eo. Inter agnatos autẽ & cognatos hoc intereſt, quod inter genus & ſpeciem. Nam qui eſt agnatus, & cognatus eſt: non utiq;, qui cognatus eſt, & agnatus eſt. Cognationis enim nomen, naturale eſt: agnationis uerò, ciuile. Propriè enim ciuilis cognatio, agnatio uocatur: uidelicet, quæ per mares cõtingit. de Vn. 101. b. Iupiter, Iuno, & reliqui, quos fratres inter ſe & agnatos appellare uidemus. de In. 80. b. Agnati & gentiles. ad Her. 5. a. Lex ſi furioſus eſt agnatorum gentiliumq; in eo, pecuniaq; eius poteſtas eſto.

Agnitio, onis. cognitio. de N. 1. a. Quæſtio, quæ ad agnitionem animi pulcherrima eſt.

Agnomen, nis, idem quod cognomen. de In. 65. a. Nomen autem cum dicimus, cognomen quoq;, & agnomen intelligatur oportet.

Agnoſco, ſcis. cognoſco, attendo, ſentio, exaudio, recipio, ſuſcipio, confiteor, probo. de N. 11. b. Hæc ſunt dicta ſubtilius, quàm ut quiuis ea poßit agnoſcere. de Am. 115. a. Aſpicere & agnoſcere aliquid. pro Flac. 156. a. Sex. Schola, qui & rem agnoſcit, neq; hominẽ ignorat. Or. 218. a. Primũ enim numerus agnoſcitur, deinde ſatiat, poſtea cognita facilitate cõtemnitur. At. 255. a. Agnoui erratũ meum. de Fin. 71. b. Leuiter agnoſcere aliquid. Acad. 21. b. Simul inflauit tibicen, à perito carmẽ agnoſcitur. Ep. 134. b. Moriar, ſi præter te quenq̃ reliquũ habeo, in quo poßim imaginẽ antiquæ & uernaculæ feſtiuitatis agnoſcere. de Som. 127. a. Quod ut agnoui, equidẽ cohorrui. Ep. 75. b. Id ego agnoui meo iuſſu eſſe factũ. pro Rab. 93. b. Ego, ſi mihi eſſet integrũ, ſuſciperẽ hoc crimẽ, agnoſcerẽ, confiterer. At. 174. b. Cauſam tuã noſco: id eſt, agnoſco uel accipio. Aca. 21. a. Ecquæ poterit in agnoſcẽdo eſſe diſtinctio? pro Plan. 265. a. Iacis adulteria, quæ nemo nõ modò nomine, ſed ne ſuſpicione quidẽ poßit agnoſcere. de Am. 97. a. Tu aũt Fanni, quod tantũ mihi tribuiſti, quantũ ego nec agnoſco, nec poſtulo, facis amicè. Epiſt. 48. b. Quod dicis, &c. nec noſco, nec probo: quod aũt ſcribis, &c. illud quidẽ agnoſco. de Or. 142. a. Humanitatẽ & facilitatẽ agnoſcimus tuã. de N. 19. a. b. Deorũ cognationẽ libẽter agnoſcerẽ. Ep. 8. b. Quod mihi de filia gratularis, agnoſco humanitatẽ tuã. Ep. 47. a. Dolorẽ tuũ, mecum quodãmodo agnoſco. Or. 213. b. Et apud Græcos quidẽ iã anni propè quadringenti ſunt cum hoc probatur, nos nuper agnouimus. Tuſ. 163. a. Vt deũ agnoſcis ex operibus eius, ſic ex memoria rerũ, et inuẽtione & celeritate motus, omniq; pulchritudine uirtutis uim diuinam mentis agnoſcito. At. 260. b. In tuis quoq; epiſtolis Alexim uideor agnoſcere. pro Mil. 109. a. Cum tota Italia facti illius gloriã libenter agnoſceret. pro Plan. 268. a. Sequeſtrẽ'ne Planciũ? reſpuerent aures, agnoſceret nemo, repudiaretur. de D. 108. a. Nec Pſychomantiã agnoſco. id eſt probo. I. P. 82. a. Ipſe certè agnoſcet et recordabitur. pro Plan. 266. Agnoſco enim ex me: id eſt, cõijcio. de Am. 109. b. Tantum cuiq; tribuere debemus, quantũ is cui tribuimus poßit agnoſcere et ſuſtinere.

Agnus, gni. de N. 71. b. Agnus inter pecudes aurea clarus coma. & de D. 116. b. bis. de Sen. 89. a. Villa abundet porco, hœdo, agno.

Ago, agis. gero, traduco, agito. I. A. 190. a. Quod agendum & faciendum eſt, non recuſo. de Vn. 197. b. Qua ex coniunctione cœlum ita actum eſt, ut ſub aſpectum & tactum cadat. Epiſt. 5. a. Hic quæ agantur, quæq; acta ſint, ea te literis multorum cognoſcere arbitror. de Or. 138. a. Sic omnia quæ fiunt, quæq; aguntur acerrimè, lenioribus principijs natura ipſa prætexuit. de Off. 6. b. Sunt qui ſtudio rei familiaris tuendæ ſuum ſe negocium agere dicant. Off. 70. a. Quid ſi pater fana expilet, cuniculos agat ad ærariũ. de D. 100. a. Noſtri nihil in bello ſine extis agunt, nihil ſine auſpicijs domi habent. At. 130. b. Te animo magno & forti rem iſtam agere exiſtimo. At. 197. b. Tuam in agendis rebus noſtris diligentiam amo. Epiſt. 244. a. M. Manneio imperaui, ut coacto in unum locum exercitu, caſtra in Lycaonia apud Iconium faceret: quod cum ab illo diligenter eſſet actum, ego in caſtra ad Sep. Calend. Septembris ueni. Ep. 35. b Quàm uellem Romæ mãſiſſes: quod egiſſes profectò, ſi, &c.

Agere. moliri, tranſigere, cõtendere, curare. pro Mur. 143. b. Id mihi crede, & agunt & moliuntur. Ep. 1. a. Res agitur per eoſdem creditores, per quos cum tu aderas agebatur. Quin. Fr. 324. b. Ego mihi ipſi iſta per quem agã nõ habeo, nã confici niſi per hominem peritũ nõ poſſunt. de N. 34. b. Mihi enim, qui nihil agit, eſſe omnino nõ uidetur. de N. 37. b. Non ceſſans deus, nec quæ agit moliens cũ labore operoſo ac moleſto. de N. 16. b. Agere & moliri aliquid. At. 51. a. Cum Egnatio de re tua uehementer egi, is grauiter ſe acturũ cum Aquilio cõfirmauit. Off. 1 b. Neq; ſi tecũ agas, neq; ſi cum altero contrahas. de Or. 93. a. Cũ & per meipſum egiſſem, & per Brutum ſæpe tentaſſem. At. 254. a. Is agit mecũ accuratè multis uerbis, ut tibi reſponderem. At. 36. b. & 37. a. Cũ hoc Pompeius egit, & uehementer egit, cũ diceret, &c. At. 53. b. Agere cum aliquo, ut aliquã rem ſuſcipiat. Ep. 25. b. Agere accuratè & prudenter de aliqua re. Attic. 1. b. & Epiſtol. 230. b. Agere





cum aliquo de aliqua re. At. 264. b. Cum aliquo de eadem re agere ſæpius. de Clar. 191. a. Quæ ego cum Craſſo ſæpe egi, cum eum uehementer hortarer, &c. Epiſt. 46. b. Vt ad te ſcriberem mecum egerunt. de Am. 96. a. Cum ſæpe mecum egiſſes Attice, ut de amicitia aliquid ſcriberẽ. Quin. Fr. 298. a. Non hortatione, neq; præceptis, ſed precibus tecum fraternis ago. de Or. 124. a. Neq; enim nunc id agimus, ut explicemus, &c. Attic. 125. a. Dominatio quæ ſita ab utroque eſt, non id actum, beata ciuitas ut eſſet. pro S. R. 19. b. Aliud agitur nihil, niſi ut, &c. & ibi. Hoc ſolum hoc tempore pugnatur, ut, &c. pro S. R. 20. b. Nil aliud hoc iudicio tentatur, niſi ut, &c. pro Dom. 215. a. Nonne id agendum nobis fuit, ut materiem ſubtraheremus furori tuo? Off. 9. a. Qui tum cum maximè fallunt, id agunt, ut uiri boni eſſe uideantur. Tuſcul. 166. a. Sed quid neceſſe eſt, cum id agam, ne poſt mortem miſeros nos putemus fore, uitam etiam efficere deplorando miſeriorem? Att. 139. b. Ego enim non iam id ago, ut proſperos exitus conſequar. Ep. 52. b. Ego id ſemper egi, ne bellis intereſſem.

Agere. cum aduerbijs benè, malè, atq; idem ſignificantibus, habere, accipi, tractariq; ſignificat. de Am. 98. a. Cũ illo quidem actum optimè eſt, mecum autem incommodius. I. V. 162. b. Hæc conditio fuit aratorum, ut ſecum præclarè agi putarent, ſi uacuos agros Apronio tradere liceret. pro Seſt. 14. a. Præclarè cum ijs agimus, quos pacatos eſſe patimur. I. V. 77. b. Qui hoc non perſpicit, præclarè nobiſcum actum iri. de Am. 97. b. Cum illo quis neget actum eſſe præclarè? Epiſtol. 50. a. Hiſce temporibus non peßimè cum ijs eſſe actum, quibus ſine dolore licitum eſt mortem cum uita commutare. Epiſtol. 73. b. Vt optimè actum cum eo uidatur eſſe, qui quàm leuißima pœna ab hac republica diſceſſerit. I. V. 174. a. & 173. b. Cum ſenſerit populus iſtum, &c. intelliget ſecum actum eſſe peßimè. I. A. 161. a. Secum malè actum putet. Item, Malè enim mecum ageretur, ſi, &c. I. A. 263. b. Sed facilè eſt benè agere cum ijs, à quibus etiam tacentibus flagitari uideamur. Actum agere, id eſt, fruſtra conari & laborare, inanem operam terere, ludere operam. de Am. 112. a. Præpoſteris enim utimur conſilijs, & acta agimus, quæ uetamur ueteri prouerbio. Attic. 139. a. Sed acta ne agamus, reliqua paremus. Attic. 153. a. Tu mallem inquies, actum ne agas. Alias res agere, id eſt, non attendere, negligenter rem agere. )( adeſſe animo. Epiſt. 254. a. Itaque facio me alias res agere, ne conuicium Platonis audiam. pro Cecin. 290. b. Vt facilè intelligeretis eum non affuiſſe animo, cum ab illis cauſa ageretur: ſed tantiſper de aliquo reo cogitaſſe, &c. pro S. R. 28. a. Vſque eò animaduerti iudices eum iocari atque alias res agere. Orat. 205. b. Ridiculum, cuius genera plura ſunt, ſed nunc aliud agimus. pro Cluen. 55. b. Oppius aliud agens, & nihil eiuſmodi cogitans. pro Flac. 154. b. Quieſcant igitur, & me hoc in lucro ponere, atque aliud agere patiantur. de Orat. 147. b. Atqui uides, inquit Antonius, cum alias res agamus, quàm te inuiti audiamus, qui, &c. Tuſc. 168. a. Virtutem neceſſariò gloria, etiam ſi id tu nõ agas, conſequitur. Or. 214. a. Quæ ſua ſponte, etiam ſi id non agas, cadunt. de Clar. 186. a. Miror tam alias res agere populum, ut ſit inſano inter diſertos locus. Ad Her. 21. a. Vt res ex animo agi uideatur.

Agere. circumducere, agitare. de Orat. 126. a. Magna uis eſt earum ſententiarum atq; eorũ locorum quos agas tractesq; dicendo. I. V. 210. b. Hic nolite expectare dũ ego hoc crimen agam hoſtiatim.

Agere. diſceptare, decertare, dicere, litigare. pro Cec. 292. a. Omnino iam benè agis, à uerbis enim recedis, & æquitate uteris. Quin. Fr. 306. b. Non gladijs mecum, ſed litibus agetur. pro Cecin. 291. a. Quid agas mecum ex iure ciuili ac prætorio, non habes. pro Mur. 132. a. Agere cum aliquo ex ſyngrapha. pro Quint. 5. b. Agere ex ſponſo. I. V. 211. a. & 220. a. Qui hæc palàm de loco ſuperiore ageret, pro imperio ac poteſtate. Epiſtol. 61. a. Ad III. nonas Ianuarias, cum agere cœpiſſet, tertio quoque uerbo orationis ſuæ, me appellabat. I. A. 239. a. Nunc quod agitur agamus. Quint. Fr. 306. a. Lupus egit cauſam agri Campani ſanè accuratè. Attic. 135. b. Nec ſuam cauſam agit, ſed publicam. I. V. 237. a. Videte quàm non inimico animo ſim acturus. pro Cluen. 52. a. Agere furti cum aliquo. de Or. 118. a. & Tuſcul. 180. a. Agere cauſam aduerſarij, ut ille agat ſuam. pro Quint. 13. b. Ego experiri nõ potui, id eſt, agere. Antequam. 195. b. Virtus mea me tacente agit cauſam meam. Tuſcul. 234. b. Agere cum aliquo tabellis obſignatis, id eſt, conuincere illum teſtimonio literarum ſuarum. de Or. 88. b. Agere cum aliquo lege. Contendere cum aliquo interdicto. Ad Her. 4. b. Agere iniuriarum cum aliquo. Ad Her. 9. b. Quod cũ hærede mandati ageretur. de Orat. 99. a. Cum miles domum reueniſſet, egiſſetq; lege in hæreditatem paternam. de Orat. 98. b. Alter plus lege agendo petebat, quàm quantum lex permittebat. de Orat. 98. b. Alter iniquum putabat plus ſecum agi, quàm quod eſſet in actione. pro Mur. 129. b. Poſſet agi lege necne, pauci quondam ſciebant. Off. 64. a. Inter bonos benè agier. Off. 64. a. Ex fide bona agere.

Agere. tractare, & tentare aliquid. Att. 6. b. Eodem tempore aget prætor ad populum. de Leg. 192. b. & Ep. 3. b. Agere cum populo, aut cum ſenatu. de Leg. 186. a. Conſuli ius eſto cum patribus agendi. At. 7. a. Conſul nihil agens cũ rep. In Vat. 32. b. Agere cum plebe, Tribuni erat. Agi, id eſt, in diſcrimine uerſari, in diſcrimen & periculum uocari. pro Pom. 5. a. Agitur enim ſalus ſociorum, pro qua, &c. aguntur certißima populi Rom. uectigalia, aguntur bona multorum ciuium. de Am. 107. a. In quibus eorum aut de capite agatur aut fama. de Fin. 76. b. Agitur magna res. I. V. 226. b. Aguntur iniuriæ ſociorum. I. A. 213. b. Sed uos moneo, libertas agitur populi Rom. quæ, &c. uita & fortuna optimi cuiuſque, quo, etc. autoritas ueſtra, quam, &c. de Orat. 126. a. Cum agitur ingenij noſtri exiſtimatio. pro S. R. 35. b. Tua quoq; res permagna agitur. Attic. 264. b. Attici permagna res agitur.

Agere. exequi, obire, tractare, repreſentare. de Clar. 164. b. Cum Cotta princeps adhibitus eſſet, priores tamẽ agere partes Hortenſium. Ibidem. 193. b. Primas in cauſis agebat Hortenſius, id eſt, principatum in cauſis obtinebat. Ep. 125. b. Dum mihi pacis mandata das ad Cæſarẽ, mirificũ ciuem agis. pro Mur. 125. a. Ego has partes lenitatis et miſericordiæ ſemper egi libenter, &c. de Or. 129. b. Agere tragœdias. I. A. 233. a. Quorum alter commentatus eſt mimos, alter egit tragœdiam. pro Q. R. 48. a. Roſcius Ballionem lenonem cũ agit, agit Chæreã. & ibi. Chæreæ perſonã præclarè Roſcius in ſcena tractare conſueuit. & ibi. Imitare aliquem in perſona alicuius. de Or. 152. b. Nunquam agit hunc uerſum Roſcius eo geſtu quo poteſt. Ep. 22. a. Egiq; omnes illos adoleſcentes, quos ille iactitat.

Agere. emittere. Tuſ. 152. a. Nam & agere animã, &

efflare dicimus.pro Quin.R.48.b.Eodem tempore & geſtum,& animam ageres.Epiſt.123.a. Quin. Hortenſius cum has literas ſcripſi,animam agebat.de Or.107.a.Agere uocem.pro Cec.294.b.Neminem ſtatu detruſum, qui non adhibita ui,manu demotus, & actus præceps intelligatur.Id eſt,celebrare.I.V.225.a.Agere diem feſtum.pro Arch.188.b.Hæc ſtudia adoleſcentiam agunt: id eſt, ducunt.de Sen.78.b.Si octuageſimum annum agerent. Tuſ.154.a.Agere æuum in cœlo:id eſt,uiuere. de Orat.132.a. Aſellum agas:id eſt,ducas.I.V.77.a.Agunt eum præcipitem pœnæ,id eſt,impellunt. de Sen.78.b. Moderati ſenes tolerabilem agunt ſenectutem:id eſt,traducunt. Tuſ.229.a.Agere unum diem benè uel malè ex præceptis ſapientũ:id eſt,uiuere,& traducere.I.V.270.a.& de Fin.146.b.Agi in crucem:id eſt,tolli. At.13.b. Agere gratias alicui nomine alicuius.Ep.226.b.Nero meus mirificas apud me tibi gratias egit.

Agrarius,a,um.contra Rul.65.a.Lex agraria. & I.A.212.b.Non ſollicitabit rurſus agrarios? I.C.118.b.

Agreſtis,ſte.quod ad agros pertinet,ruſticanũ, incultum,aſperũ,ſyluestris. Tuſ.243.b.Quæ Barbaria India uaſtior,aut agreſtior? contra Rul.85.a.Ligures montani, duri,& agreſtes. I.V.253.b.Palmarũ agreſtiũ multitudo in Sicilia.pro Mur.138.b.Aut in aliquo cõuentu agreſtiũ. de Or.87.b.Fera agreſtiſq; uita.Part.237.b. Genus hominum indoctum & agreſte.de Off.26.b. Agreſtis & inhumana negligentia. de Or.87.b. Ruſtica uox & agreſtis. pro Mil.108.a.Serui agreſtes & barbari. de Sen.87.a. Agreſtis & furioſus dominus.de Or.94.b.Quidam uultu motuq; corporis uaſti atq; agreſtes. Attic. 202.a. Iſto enim animo nihil agreſte,nihil inhumanũ eſt.de Or.164.a.A principio clamare,agreſte quiddam eſt.

Agricola,læ.pro Deiot.148.b.Deiotarus diligentiſſimus agricola,& pecuarius habebatur. de Or.112.a.Si de ruſticis rebus agricola quiſpiam diſertè dixerit. pro S.R.25.b.Qui ſuos filios agricolas aſſiduos eſſe cupiunt. pro S.R.34.b.At ego agricola & ruſticus,&c.

Agricultura,ræ.cultura agri,cultio agri. de Or.106.b.Si mandandum aliquid procuratori de agricultura, aut imperandum uillico ſit.Off.30.b.Omnium rerum,ex quibus aliquid exquiritur,nihil eſt agri cultura melius, nihil uberius,nihil dulcius,nihil libero homine dignius. de Or.106.b.Libri Magonis Carthaginenſis de agricultura.de Sen.88.b.& 89.a.Heſiodus de cultura agri ſcripſit. & ibi.Nihil eſt tam regale, quàm ſtudium agri colendi. ibid. De laubibus agriculturæ,&c. de Fin. 90.b.Quinetiã agricultura,quæ abhorret ab omni pollitiore elegantia, tamen eas res,in quibus uerſatur,nominibus notauit nouis.

Agripeta,tæ.agri competitor. de N.15.b. In Samum pater Epicuri Neocles agripeta uenerat. At.250.b.Agripetas eiectos à Buthrotijs.

Ah.reclamãtis interiectio.de Or.133.a.Ah,inquit,patres conſcripti nõ ego mihi illũ iniquũ eiero,uerũ omnib.

Aiaces Oileos.de Or.133.b.

Ain',At.88.a.Ain' tu? & 91.b.Ain' tandem? de Leg.186.b.Ain' tandem etiam à ſtoicis iſta tractata ſunt? Or.211.a.Ain pro ais'ne.

Aio,ais.affirmo,dico,loquor.)(.Nego. de D.123.a.Quid ergo,Aius iſte quando eum nemo norat,aiebat et loquebatur,&c.poſteaquam & ſedem,& aram inuenit,obmutuit. de D.132.b.Aio te Aeacida Romanos uincere poſſe.de Fin.79.a.Quaſi ego id curẽ quid ille aiat aut neget. Acad.26.a. Vt neq; neget aliquid neq; aiat.de Off.70.a.



Diogenes ait,Antipater negat. de Or.130.a.Docebo ſus (ut aiunt)oratorẽ eum,quem,&c. pro Fl.151.a.Aliquid quammaxime intentis oculis(ut aiunt) acerrimè contemplari.Top.224.b.Sunt etiã ualde contraria alia,quæ appellantur negantia,ea ἀποφατικὰ Græci, contraria aientibus:ut ſi hoc eſt,illud nõ eſt.I.P.94.b.Iſte Claudus (quomodo aiũt)pilam retinere,&c.pro Pom.8.a. Aiũt,dicũt, dicitur,prædicãt.de Ar.248.a. Vt hominũ fama eſt. Vt perhibẽt.in Ar.pro Fl.154.a.Vt apparet,ut dicitur. pro Fl.156.a.Hic cornici oculum(ut dicitur.)

Aius,aij.Deus quẽ Titus Liuius Allocutium uocat.de D.123.a.Quid ergo? Aius iſte loquens quando eum nemo norat,aiebat & loquebatur, & ex eo nomen inuenit.& ibid.Aio loquenti ara conſecrata eſt.

Ala,alæ.ordo,ſeu turma equitũ,per translationẽ. Propriè uerò qua uolant aues.Off.42.a.Quo in bello te Pompeius alæ alteri præfecit.de D.120.a. Galli cãtu plauſuq; præmunt alas.Or. 211.a. Quomodo enim ueſter Axilla ala factus eſt? fuga literæ uaſtioris.

Alabandus,di.Deus. & Alabandi populi.de N.76.a.Alabandi Alabandum conſecrauerunt.

Alabandeus.de Cl.195.b.

Alabandenſis.Ep.224.de Or.95.117.de N.69.

Alacer,cris,cre.)(.perterritus.pro C.51.b. pro Mur.136.a.Catilina alacer atq; lætus.Ep.69.a.Alacres animo ſumus,ut,&c.id eſt,cupimus. de Orat.100.a.Alacri & prompto ore,et uultu huc atq; illuc intueri.Ad Her.11.b. Alacres & erectæ uadunt,ut alteri noceant. de Som.127.b.Quo ſis alacrior ad tutandam remp.de D.95.b. Reſpexitq; & equum alacrem lætus aſpexit.de In.60.Quartus locus per quem demonſtramus multos alacres expectare quid ſtatuatur,ut ex eo,&c.Ad Her.15.b.Si huic ſit remiſſum,multos alacriores ad maleficia futuros.

Alacritas,tis.lætitia.Tuſ.216.b.Sic hilariores illæ perturbationes,cupiditas auidè ſemper aliquid expectans,& inanis alacritas, id eſt, lætitia geſtiens,non multum differunt ab amentia.de D.120.a.Galli uictores alacritate,& lætitia ad canendũ excitãtur. Br.91.b.Quæ lætitia ſenatus,quæ alacritas erat? At.252.b.Addis mihi ſcribẽdi alacritatẽ.I.A.191.b.Frequentia ueſtrûm quirites alacritatẽ mihi ſummã affert defendendæ reip.de C.58.a.Canũ mira alacritas in uenando.Ep.13.b. Qui & ſumma uoluntate ceſſerit, & egregia animi alacritate abfuerit. Q.Fr.326.a.Opus eſt quadam animi alacritate.

Alarius,a,um.quod ad alã equitũ pertinet. Ep.29.a. Quod autem meum erat proprium,ut alarijs tranſpadanis uti negarem,id etiam populo ſe remiſiſſe ſcribit.

Alaudæ,arum.legionis nomẽ. At. 257.b.Antonius cum legione alaudarũ ad urbem pergit. I.A.246.b.Huc accedunt alaudæ,cæteriq; ueterani.I.A.196.b. Anteſignanos,& manipulares,& alaudas iudices ſe conſtituiſſe dicebat.& 156.b.Legio alaudarum.

Alba,urbs.I.A.184.192.

Albenſis.ad Her.16.

Albanus.mons.de D.84.a.& de Dom.122.b.& Albanus lacus.

Albatus,a,um.)(.Atratus.In Vat.35.a.Cum ipſe epuli dominus.Quin.Arrius albatus eſſet.

Albeſcit,fit album. Acad.26.b.Mare nunc quia à ſole collucet,albeſcit & uibrat.

Albinus,ni.de Cl.171.b.Albinus, is qui græcè ſcripſit hiſtoriam.

Album, bi. tabula uel matrix (ut hodie locuntur.) in qua





in qua nomina alicuius ordinis,uel res geſtæ breuiter notabantur,ut fieret populo copia. de Or.113.a. Pontifex max.res omnes ſingulorum annorum mandabat literis,efferebatq; in album, & proponebat tabulam domi, poteſtas ut eſſet populo cognoſendi.

Albus,a,um.)(.Niger,ater. de D.110.a.Quæ alba ſint,quæ nigra dicere. Ep.108.b.Quod quaſi auem albã uidentur bene ſentientem ciuem uidere. Tuſ.250.a.Democritus alba & atra diſcernere non poterat.de L.179.a.Calor albus præcipuè decorus deo eſt,cùm in cæteris,tũ maximè in textili.I.A.168.a.Qui albus ater'ue fueris ignoráns fratris filium præterijt.

Alcæus,cæi.Poeta lyricus.de N.17.a.Næuus in articulo pueri delectat Alcæum.

Alea,leæ.omnis ludus,in quo temeritas et caſus,nõ ratio nec conſilium ualet:qualis eſt,talorum,& teſſerarum. de D.126.a.& I.A.171.b.Homo nequiſſimus,qui non dubitaret uel in foro alea ludere,lege ea,qua eſt de alea cõdemnatus.I.C.106.b.In uino & alea, comeſſationes & ſcorta quærere.pro Arch.188.a.Quantum alij temporis tribuunt aleæ, quantum pilæ:tantum ego,&c. de D.115.b. Non perſpicitis aleam quandam ineſſe hoſtijs deligendis. aleam:id eſt fortunam, & caſum. Legitur etiam: Aliam quandam uim,etc. I.A.171.a.Licinium de alea condemnatum colluſorem ſuũ reſtituit, ut quod in alea perdiderat, beneficio legis diſſolueret.

Aleator,oris. I.A.173.b. Domus erat aleatoribus referta.I.C.109.a.Omnes aleatores,omnes adulteri, &c.I.V.242.a.Aleatoris Placentini caſtra commemorabãtur. At.224.a.Ab aleatore φυγμὸς πολύς.

Alei campi.Tuſ.204.

Aleatorius,a,um.I.A.173.a.Suggerebantur etiam ſæpe damna aleatoria.

Aletrinas,municipium.pro Cl.26.

Aletrinenſis.pro Cor.65.

Ales,alitis.uolucer.de D.105.a.Aues quæ tum huc tũ illuc uolant:alites,quæ tum à dextra, tum à ſiniſtra parte canant:oſcines.de N.58.b. Aues,& alites,et oſcines, ut augures noſtri appellant.de In 48.a. Angues ingẽtes alites iuncti iugo. de N. 48.a.Inde eſt ales auis lato ſub tegmine cœli.In Arat. Ales nuncius Iouis.

Alexander,dri.de D.90.a.& At.214.a. Alexander Babylone eſt mortuus.

Alexandria,driæ.urbs.At.25.a.Cupio Alexandriam reliquamq; Aegyptum uiſere. contra Rul.74.a. Alexandria cunctaq; Aegyptus.

Alexãdrinus,a,um.cõtra R.74.a. Rex Alexãdrinus.

Alexis,idis.At.106.a.Alexim humaniſſimum puerũ ſaluere iubeas uelim.At.260.b.In tuis quoq; epiſtolis Alexim uideor agnoſcere.At. 100. a. Nam Alexidis manum amabam,quod,&c.

Algeo,es.frigeo.de Or.135.a.Sapiens, ſi algebis, tremes.& Tuſ.182.a. Algere.)(. Aeſtuare.Ep.125.b.Noſtri milites facilè algere & eſurire conſueuerunt.

Algidus,a.um.frigidus. Orat.211.a.Vos qui accolitis Hiſtrum fluuium,atq; algidã,&c.algidam regionem ſcilicet,ut Catullus,algida loca,de Berecynt.

Aliàs.aliquando. de Or.124.b. Et ex iiſdem illis locis interdum concludere,relinquere aliàs,alioq; tranſire. de Or.111.a.Itaque illi aliàs aliud iiſdem de rebus iudicant. Or.216.b.Quorum deſcriptus ordo aliàs alia terminatione cõcluditur. de D.109.b. Sed hæc aliàs pluribus,nunc, &c.de Or.111.b.Vt uterq; ueſtrûm eadẽ de re aliàs aliud



defendat.de D.131.b.Vt iidem uerſus aliàs in aliam rem accommodari poſſint.Ep.99.a.Sed plura ſcribã aliàs. Ep.102.a.Sed aliàs iocabimur. At.8.a.Hoc ad te ſcribam aliàs ſubtilius.At.210.a.Huic epiſtolæ quam tu miſiſti reſcribam aliàs,nunc alijs malo.de Fin.143.a. Ego uerò uolo in uirtute uim eſſe quammaximam:ſed quanta ſit,aliàs.nũc tantum,&c. At.54.a. Si unquam in dicendo fuimus aliquid,aut etiam ſi unquam aliàs futuri ſumus, tum profectò,&c.At.259.a.* Alij enim ſunt aliàs,noſtriq; familiares ferè demortui.Or.211.b. Aliàs ita loquor ut cõceſſum eſt,aliàs ut neceſſe eſt.de Fin.83.a.Nemo poteſt aliàs beatus eſſe,aliàs miſer.de Or.162.b.Aliàs contentius,aliàs remiſſius.I.V.100.b.Aliàs reuocabat,aliàs decernebat, etc. Tuſ.216.b.Ex quo intelligitur qualis ille ſit,quem tũ moderatum,aliàs modeſtum & temperantem, aliàs conſtantem continentemq; dicimus. de In.60.b.Atq; hic item,ut in noſtra perſona licebit aliàs ſingillatim tranſire omnes argumentationes,aliàs ad partitiones ſingula genera referre,aliàs ab auditore,quid deſideret,quærere, aliàs hæc facere per comparationem ſuarum & contrariarum argumentationum.de Am.102.a.Mutantur etiam ſæpe hominum mores, aliàs aduerſis rebus,aliàs ætate ingraueſcẽte. de Or.106.a.Cũ in eiuſmodi cauſis aliàs ſcriptũ,aliàs æquitatem defendere doceamur.Ac.3.b.a.Quibus de reb. & aliàs ſæpe nobis multa quæſita ſunt, & quondam in Hortenſij uilla,quæ,&c.de Sen.87.b. Terra nunquam ſine uſura reddit quod accepit,ſed aliàs minore,plerunque maiore cum fœnore.de Or.162.a.Geminatio uerborũ habet interdum uim,lepôrem aliàs.de Cl.177.b.Idq; cum ſæpe aliàs,tum apud centumuiros cognitum eſt. Off.6.b. Cum ſæpe aliàs,tum maximè bello punico ſecundo.de Or.88.a.Quorum pater & ſæpe aliàs,& maximè cenſor ſaluti reipub.fuit.

Alibi. Cum Cæſar præteriret,omnis armatorum copia,dextra ſiniſtra ad equum, nec uſquam alibi. Acad. li.4.nuſquam alibi.

Alicubi.uſpiam,uſquam.pro Fl. 161.a.Si te Craſſi agri delectabant,hic alicubi in Cruſtumino, aut in Capenati parauiſſes.

Alicunde.ex alio loco.de Or.107.a. Alicunde arripere aliquid.& pro Cec.293.b. Alicunde diſcedere.

Alienatio,tionis.defectio.Q.Fr.305.b.Subita defectio Pompeij,alienatio cõſulum.I.A.160.a.Tuamq; à me alienationem ad ciues impios tibi gloriæ fore putaſti. de Am.110.b.Statim alienatio diſiunctioq; facienda eſt. Or.210.a.& de L.193.b.Quibus uerbis ſacrorum alienatio fiat.

Alienatus,a,um.abhorrens,alienus. At.260.b. Gaudeo mihi cauſam oblatam,in qua omnes ſentiant me ab illo alienatum.At.15.a.Animus alienatus & offenſus.

Alienigena,næ.peregrinus,alienus,externus, alia ex gente.pro Deiot.145.b.Homo longinquus et alienigena. de L.174.b.Deos alienigenas coli, confuſionem habet religionum.pro Cor.59.b. Alienigenarum nos hominũ ſtudijs atq; externa uirtute priuari.pro Fon. 280.b. et 284.a. Alienigenas domeſticis anteferre.I.C.123.a. Hoſtes alienigenæ.)(.Hoſtes domeſtici.

Alieno,as.abalieno,immuto,diſiungo,uẽdo, diminuo, mentem meam ab omni ſtudio ſenſuq; alicuius flecto.)(.reconcilio.I.V.231.a.Precio paruo,ea quæ à maioribus acceperis uendere atq; alienare.contra Rul.72.b. Alienare uectigalia. cõtra R. 77.a. Venire ueſtras res proprias,et in perpetuum à uobis alienari. Ep.34.b. Maleuoli ignari conſtantiæ meæ conabantur alienare à te uoluntatem meam.

meam.de Pro.73.a.Quibus cum omnibus eadem reſpub. me reconciliauit,quæ alienarat. At.15.b.Summū erat periculum,ne ſi nihil impetrarent,à ſenatu alienarentur. Ep.26.a.Hominem adoleſcentem non tam allicere uolui, quàm alienare nolui. Ep.64.a. Qui & te nonnunquam à me alienarunt,& me immutarunt tibi.de Fin. 93. b.Simul atq; natum ſit animal,ipſum ſibi conciliari, & commendari ad ſe conſeruandum,&c.alienari autem ab interitu,iiſq; rebus quæ interitum uideantur afferre.

Alienus,a,um.remotus,auerſus,diſcrepans,abhorrēs, relictus,alienatus.)(.Suus. I.V.121. b.Letilius homo non alienus à literis.Off.6.b.Difficilis eſt cura rerum alienarum.Epiſt.29.a.Sin ille à me eſt alienior, nihil tibi literæ meæ proderunt.pro Mur.137.b. Cato à Murena nulla re unquam alienus fuit.pro Pl.261.a.Allicere uoluntates alienas:id eſt,alienatas.pro Deiot.147. b. Cū is à te animo eſſet alieno. de Am.101.a.Ab altero non alienos animos habemus.pro S.R.41.a.Non uereor ne quis alienum me animum habuiſſe à cauſa nobilitatis exiſtimet. Ep.73.a. Nō putaui eſſe alienū inſtitutis meis,hæc ad te ſcribere.Q. de Pet.205.a. Tamen amore noſtro non ſum arbitratus alienū hæc ad te ſcribere.Ep.181.b.Sū admiratus te,quicquam à me commiſſum,quod eſſet alienum noſtra amicitia,crediдiſſe.de D.98.a.Neq; hoc dij alienū ducunt maieſtate ſua.de Pro.72. b. Sed alienū mihi uidetur dignitate imperij,quo,&c.Ep.52.a.Quæ non aliena eſſe ducerem à dignitate tua. de Fin.51.a.Quis alienum putet eius eſſe dignitatis,quam mihi quiſq; tribuit,quid in omni munere uitæ optimum,et uerißimū ſit exquirere?Ep.182.a. Quo nec mihi grauius quicquam poteſt eſſe,nec à te alienius. pro Plan.259.b.Id ab hoc alienum eſt. At.252.b.Nauigationis labor alienus ab ætate noſtra.pro Cec.289.b.Id dicit quod illi cauſæ maximè eſt alienum.Ep.14.a. Tantum enitor,ut neq; amicis,neq; etiam alienioribus deſim. Ep. 84.a.Vt tuum factum alieni hominis,(ut leuißimè dicam) meum uerò coniunctißimi,et amicißimi eſſe uideatur.pro D.227.a.Homines alienißimi à P.Clodio: id eſt, minimè coniuncti,& propinqui.de Fin.52.a. Epicurus in Phyſicis totus eſt alienus )(.Suus.

Alimentarius,a,um.Ep.116.a.Lex alimentaria.

Alimentum,ti.nutrimentum.de Vn.198.a.Nec uerò mundus deſiderat alimenta corporis.

Aliò.in alias terras.At.li.9.Ex illius ſermone ſtatuā, Arpinum'ne mihi eundum ſit, an quò aliò. de Or. 96.a. Sed ſi placet,ſermonem aliò transferamus. pro Cl. 30.b. Tamen uocat me aliò iamdudum tacita ueſtra expectatio. I.V.104.a.L.Domitius aliò reſponſionem ſuam deriuauit.de Fin.70.b.Appellet hæc deſideria naturæ:cupiditatis nomen ſeruet aliò.

Alioqui.alioquin,aliàs.Or.201.b. Quorum ab oratoris iudicio delectus magnus adhibebitur:aliòqui quomodo ille in bonis hærebit,& habitabit ſuis?

Alioquin.alioqui,cætero quin. Or. 204.b.de.L.182. b.Minima olim iſtius rei fuit cupiditas, alioquin multa extarent exempla maiorum.

Allifanus.ager.contra Rul.79.pro Pl. 263.

Alipbera,urbs.At.90.

Aliptes,tæ.unctor. Ep.13.b.Sed uellem non ſolum ſalutis meæ quemadmodum medici, ſed etiam ut aliptæ,uirium & coloris rationem habere uoluiſſent.

Aliquammulti.I.V.212.b.Sunt ueſtrûm aliquammulti,qui L.Piſonem cognouerunt.aliàs quammulti, & quidem correctius.

Aliquando.aliàs,nonnunquam,interdum,quodā tempore,tandem,aliquo tempore.At.195.b.Velim aliquando puerum uiſas.pro Cæl.39.b. Quis bonis uiris quodam tempore coniunctior?quis ciuis meliorum partiū aliquando? Acad.4.a.Num hæc ex ullo audiuiſti aliquando? pro Cec.287.b.Magis oportuna opera nonnunquam, quàm aliquando fideli.Ep.64.a.Et te nonnunquā à me alienârunt,& me aliquando immutarunt tibi.Off.28.a.Et maximè ſi aliquando alio domino ſolita eſt frequentari. pro Mil.114.b.Erit illud profectò tempus,et illuceſcet aliquādo ille dies,cum tu,&c.de Ar.254.b. Sit diſcordiarum finis aliquando.de Or.96.a.Et noſtro more aliquando, nō rhetorico loquamur. pro Q.7.b. De controuerſijs uult dijudicari ſerò,uerùm aliquando tamen.pro Quin.17.b. Spes eſt hunc miſerum aliquando tandem poſſe cōſiſtere. pro Fl.146.a.Sed ſi fortè aliquando beneficij huius obtrectator extitiſſet,&c.& ibi.Quod ſi eſſet aliquando futurum,ut aliquis,&c. de Or.92.b.Non deſpero fore aliquē aliquando,qui,&c. Or.212.a. Aliquando,idq; ſerò mihi extorta ueritas eſt.

Aliquandiu.ſatis diu,aliquando. Acad. 41.a.Nā Ariſtum Athenis audiuit aliquandiu.& At.29.b. pro Cl.22. b.Off.109.b.

Aliquantulum.paululum. de In 65.b.Et de natura licet aliquantulū ducere ſuſpicionis.Ad Her.26.b.In mediocri figura uerſabitur oratio,ſi hæc aliquantulū demiſerimus,&c.pro Q. 3.a. Cum æris alieni aliquantulum relictum eſſet.de D.95.b. Cum aliquantulū progreſſus eſſet. de Am.104.a.Aliquantulum deflectere de ſpacio.

Aliquantum.paulum,nonnihil,leuiter,pauliſper, ne ſcio quid,aliqua ex parte.Parad.119.a. Auri nauem euertat gubernator an paleæ,in re aliquantū,in gubernatoris inſcitia nihil intereſt.Ep.51.a.& 69.b. Lectis tuis literis aliquantum adquieui.At.111.a. Aliquantum animi uidetur nobis attuliſſe Labienus.pro Syl.177.b. Cincius profectus eſt aliquanto ante furorem Catilinæ.Ep.143.a. Non modò non contra legem, ſed etiam intra legem,et quidem aliquanto. At.83.b.Literas tuas minus paulo expecto, q̃ ſi Romæ eſſes:id eſt,aliquanto minus.de In.81.b.Poſtea aliquanto ipſos quoq; tēpeſtas uehementius iactare cœpit.

Aliquid.aliqua,uel ulla pars.)(.nulla pars.pro Deiot. 150.a.Nihil à me arbitror prætermiſſum, ſed aliquid ad extremam cauſæ partem reſeruatum : id autē aliquid eſt, te ut planè Deiotaro reconciliet oratio mea. Off. 41. a. Qui cuipiam furatur aliquid.pro Deiot.151.a.Ne tibi illum ſuccenſere aliquid ſuſpicêre.

Aliquis,qua,quod.quidam,quiſpiam,aliquiſpiā,ullus, nonnullus,unus aliquis,nō nemo,aliquot,partim,paucus, quis.I.V.134.b.Eſt conſuetudo Siculorū,ut nonnunquam eximant unum aliquem diem aut ſummum biduum ex mēſe. pro Mar.134.a.Neq; enim culpa tua eſt,ſi te aliqui timuerūt.de Or.109.b. Bene dicere non habet definitā aliquam regionem. Attic.47.b.Meq; ut facis, uelis eſſe aliquem,quoniam qui fui, eſſe non poſſum. Att.120.a.Nullus priuatorum dolor bonorum erat aliquis, ſed hebes.I. V.192.b. Alicuius facti ſi non bonam,at aliquam rationē afferre.pro Lig.140.a.Atq; is tamen aliquis Ligarius nō fuit.de N. 45. b. Cum machinatione quadam moueri aliquid uidemus.Off.41.a.Confugere ad unum aliquem uirtute præſtantem.pro Cluen.57.a.Atq; iſtam ipſam quæſtionem dicite,quis obſignauit:unum aliquē nominate. de Or.112.a.Multi ſine doctrina, aliquid omnium generum atq; artium conſequuntur. de Leg. 187.a.Puto poſſe & quidem



quidem aliquem de tribus nobis. pro Cecin. Aliquis de familia.Epiſt.187.b.Sed geſta res expectatur,quam quidem aut iam eſſe aliquam,aut appropinquare confido. de Orat. 93.b. Quid mihi tanquam alicui græculo quæſtiunculam ponitis?de Orat.122. b. Timidè tanquam ad aliquem ſcopulum libidinis, ſic tuam mentem ad philoſophiam appuliſti. Acad.9.b.Illos,&c. quaſi deſperatos aliquos relinquamus.de Fin.77.b.Leonides, Epaminondas, tres aliqui,aut quatuor. Att.208. b. Quo die has dabam, expectabam aliquem meorum. At.208.b. Et ſi tuæ literæ rectè ſperare iubent,tamen expecto recens aliquid. Tuſc. 194.a. Num aliquod quodpiam membrum tumidum ac turgidum non uicioſè ſe habet? At.208.b.Nunc eadem illa,quid Brutus cogitet,aut ſi aliquid egit,&c.Am.112. b. Si aliquis,&c.&,Si aliquid,&c.112.a.

Aliquiſpiam,quiſpiam.pro Seſt.17.a. Atq; ille etiam ſi aliquapiam ui pelleretur ex hac urbe, facilè pateretur. aliàs.alia quapiam ui.

Aliquot.numerum ſignificat,nec uariatur.At.147.b Aliquot ſunt anni,cum uos duos elegi,quos præcipuè colerem. de D.135.a.Aliquot ſomnia uera, inquit Ennius,ſed omnia non eſt neceſſe.de Vn.195.a.Diſciplina Pythagoreorum aliquot ſecula in Italia Siciliaq; uiguit. Ep.103.b. Accepi à te aliquot epiſtolas uno tempore.

Aliquotiens,uel aliquoties,aduerbium numeri. pro Quint.1.a.M. Iunius, qui hanc cauſam aliquotiens apud te egit.de L.171.a.Aliquoties iam iſte locus à te tactus eſt. pro Fon.281.a.Quod ego profectò nō crederē,niſi aliquotiens ex ipſis accuſatorib.audiſſem,cū præciperent, &c.

Aliter.ſecus,alio pacto,alio modo,non eodem modo, non perinde.pro D.219.b.Quod certò ſcio aliter eſſe. At. 259.a.Ne ſim ſaluus,ſi aliter ſcribo ac ſentio. Off.65.b. Sed aliter leges,aliter philoſophi tollūt aſtutias. At.260. a.De Antonij itineribus neſcio quid aliter audio, atq; ut ad te ſcripſeram.Or.219.b.Tantumq; abeſt ne eneruetur oratio compoſitione uerborum, ut aliter in ea nec impetus ullus,nec uis eſſe poßit. pro D. 219. b. Proinde quaſi iſti de illo aliter,atq; ego exiſtimo ſentiant.pro D. 241.b Omnia aliter ac uos in monumentis habetis pronūciauit. Ep.92.b.Sed tamen aliquid uidebimus in quo ſit ſpes:aliter quidem non modò non appetendum, ſed etiam fugiendū puto.de Am.110.a.Aliter enim amicitiæ ſtabiles permanere non poſſunt.pro R.P. 127. a. Si qui in prædones inciderint,aliter quidpiam coacti faciant: id eſt, turpiter uel indecorè.At.93.b.Quo maiorem ſpem habeo nihil forè aliter ac deceat. At.65.b. Aſſentior,fieri non potuit aliter.de D.138.b.Cum eadē ſomnia, & alijs aliter euadant, & eiſdem non ſemper eodem modo.

Aliunde.ex alio loco,uel ex alia re.pro Lig.137.a.Cū id neq; per te ſcires,neq; aliunde ſcire potuiſſes. Ep. 69. b. Aliunde pendêre.de Or.112.a. Hic niſi domeſticis ſe inſtruxerit copijs,aliunde dicendi copiam petere non poſſit.& ibi. Aliunde aſſumptum bonum.Or.204.a.In alienis aut translatum,aut factum aliunde,ut mutuo.

Alius,alia,aliud.nō idem,reliquus,cæteri, præterea, alter.de In.63.a.Cū communiter quædā de omnibus præcipi poßint,ſeparatim tamē ſunt aliæ cuiuſq; generis, & diuerſæ præceptiones.de Fin.130.b.Sed naturas eſſe diuerſas,ut aliud equo ſit natura,aliud boui,aliud homini.de D. 114.b.Si eadem hora aliæ pecudis iecur nitidum atq; plenū eſt,aliæ horridū & exile.de N.50.b.Quib.beſtijs erat is cibus,ut alius generis beſtijs ueſcerentur:aliàs, Alij generis.Nam alij & aliæ in genitiuo apud Cic. repertum eſſe, teſtis eſt Priſcianus lib.6.Epiſt. 168.b. Nos ab initio ſpectaſſe ocium,nec quicquam aliud à libertate cōmuni quæſiſſe,exitus declarat. Tuſcul.160.b.Ita nihil aliud eſt diſcere,niſi recordari.de Leg.158.b.Aliud ex alio quærere. Epiſt.138.b. Me quotidie aliud ex alio impedit. Or.200. a. Aliud alijs uidetur optimum. Epiſt.107.a.Habes Sardos uenales,alium alio nequiorem.hic alius de duobus dici uidetur.Quin.Fr.321.b.Multa in epiſtolam conieci,aliud alio tempore. de Dom.126.b. Orbis unamquanque partem aliam alio modo mouere atq; immutare cœlum. & alibi:Signa alia alio in loco lachrymantes intuebantur. At.260.b.Sed ut aliud ex alio,mihi non eſt dubium,quin, &c. Att.144.b.Nec unquam aliud ex alio peccare deſtitit.I.V.89.b.Hic tum alius ex alia parte,&c. pro Seſt. 19.b.Omnes certatim alius alio grauius atq; ornatius de mea ſalute dixerunt. Att.100. a. Accepi epiſtolas tuas aliam alia iucundiorem.de Orat. 111.a. Itaq; illi aliàs aliud iiſdem de rebus iudicant.de Dom. 96.a. Simia omnia diſturbauit,& aliud aliò dißipauit. Or.216.b.Quorum deſcriptus ordo aliàs alia terminatione cōcluditur. de Som. 129.a.Vt nihil inter ipſos ab alijs ad alios manare poßit. de D.131.b.Vt ijdē uerſus aliàs in aliam rē accommodari poßint.Or.203.b.Res alio atq; alio elata uerbo.Or.203. b.In alio ponitur,aliudq; totū eſt,utrū oportere an decere dicas.Or.217.a.Cū aliud uideatur eſſe numerus, aliud numeroſum,quid interſit.pro Cæl.38.b. Aliud eſt maledicere,aliud accuſare.de Or.106.b.Aliud eſt eſſe artificem, &c.aliud non eſſe hebetem, &c. de L.166.b.Videtiſ'ne quanta ſeries rerum ſit?atq; ut ex alio alia nectātur? Tuſ. 242.a.Cauſæ aliæ ex alijs aptæ,et neceßitate nexæ.de Or. 98.b.Aliquem ita labi ut alijs miſerandus,alijs irridendus eſſe uideatur. Eodem 104.a.Sed aliud quiddā longè aliud Craſſe quærimus. Att.218.b. Aliud tu honeſtū in hac cauſa iudicas,atq; ego exiſtimem.de Or.162.a. Alia dicere ac ſignificare.Sall.in Cic.271.b. Aliud ſtans, aliud ſedens de repub.ſentis.de L.172.a.In alijs rebus uerſor atq; tu. Eodem.105.a.Tantum dico aliud eſſe illud atq; hoc. Eodem 111.b.Quid ſit quare alij melius,quàm alij dicant. de Or. 149.a.Virtus habet plures partes,quarum alia eſt ad laudationem aptior.I.V.206.a.Siciliæ cum eſſem ſic ab omnibus audiebam,tam te has Phaleras à Philarcho Centuripino abſtuliſſe dicebant,quàm alias item nobiles ab Ariſto Panormitano,quàm tertias à Cretippo Tyndaritano. Top.228.a. Comparationum duo genera ſunt : unum de eodem & alio,alterum,&c. & ibi.b. Huic generi finitimum eſt illud,quod appellari de eodē, & altero diximus. de Som.128.b.Alios,reliquos,cæteros,idem.de Or. 149. a.Alia, & bona,& mala uidentur Stoicis,& cæteris gentibus.pro Cec.295.b.Non alia cauſa eſt æquitatis in uno, & in pluribus.de Off.46.a.Alia cauſa eſt eius qui calamitate premitur,et eius qui res meliores quærit.pro Cæl.52. a.Lux lōgè alia eſt ſolis,& lychnorū. Att.165. a. De puero aliter ad te ſcripſit,& ad matrē. Or.220.b. Aliud mihi ac tibi uideri poteſt.pro Pl.269. a.Nec erit hæc alia ratio Plācio ac Laterenſi.Itē alibi:Cū alia dicūtur ac ſentias.

Aliuſmodi.de In 64.Nā opinio dupliciter fallit homines:cum aut res aliuſmodi eſt,ac putatur : aut nō is euentus eſt,quem arbitrati ſunt.

Allabor,ris.labor,fluo.de D.120.b. Et humor allapſus extrinſecus, ut in tectorijs uidemus, auſtro ſudorem imitari poteſt.

Allecto,as,prolecto,allicio,inuito blandè.de S. 89.a. Ad agrū fruendū non modò non retardat, uerū etiam inuitat

uitat atq; allectat ſenectus. de Am.114.b. Qui ipſi illam allectant & inuitant: id eſt, aſſentationem.

Allegatio, onis. priuata quædam legatio. I.V.103.b. Cum ſibi omnes ad iſtum allegationes difficiles, omnes aditus arduos ac potius intercluſos uiderent.

Allego, as. lego, mitto. I.V.106.b. Petit à me Rabonius, & amicos allegat, facilè impetrat. Ep.247.a. Extremum illud eſt, ut philoſophiam ad te allegem. & 249.b. Allegarem ad te illos, &c. pro S.R.22.b. Homines nobiles allegat ijs, qui peterent, ne ad Syllam adirent. Quint. Fr.309.a. Sed idem Nerius iudex edidit ad allegatos Cn. Lentulum, & C. Cornelium.

Allegoria, riæ. Or.205.b. Iam cum fluxerunt continuæ plures translationes, alia planè fit oratio: itaq; genus hoc Græci appellãt ἀλληγορίαν, nomine rectè: genere melius ille, qui iſta omnia translationes uocat. Attic.35.a. Si erunt mihi plura ad te ſcribenda, ἀλληγορίαις obſcurabo.

Alleuamentum, ti. pro Syl.179.b. In aduerſis ſine ullo remedio atq; alleuamento permanere.

Alleuatio, onis. alleuamentum. Ep.126.a. Et ſi tot tãtisq; rebus urgemur, ut nullam alleuationem quiſquã non ſtultiſsimus ſperare debeat. de Fin.57.a. Vt doloris diuturnitatem alleuatio conſoletur.

Alleuio, as. de In 57.a. Reprehenſio eſt, per quam argumentando aduerſariorum confirmatio diluitur, aut infirmatur, aut alleuiatur: aliàs, alleuatur, & rectius.

Alleuo, as. leuiorem facio, lenio, mitigo. de Cl.166.a. Quod aliqua ex parte ſolicitudines alleuaret meas. At.199.b. Alleuor cum loquor tecum abſens. de Am.100.a. Amicitia res aduerſas partiens communicanſq; leuiores facit. At.98.a. Acaſtus quæ uellẽ de alleuato corpore tuo nunciauit. pro S.R.20.a. Hoc onus, ſi uos aliquò ex parte alleuabitis, feram ut potero.

Allienſis, ſe. At.137.b. Allienſis pugna.

Allicio, cis. allecto, inuito, capio, capto, prolecto, traho, duco, attraho, induco, excito, titillo, illicio, obſeruo, ſeruo. de In.82.a. Eſt quiddã, quod ſua ui nos alliciat ad ſeſe, non emolumento captans aliquo, ſed trahens ſua dignitate. de Orat.138.a. Eum qui audit permulcere atq; allicere. Epiſt.26.a. Hominem adoleſcentem non tam allicere uolui, quàm alienare nolui. de Orat.87.b. Dicendo tenere hominum cœtus, mentes allicere. pro Mur.141.b. Cato negat uerum eſſe, allici beneuolentiam cibo. Quint. de Pet.213.b. Hoc & tenentur homines Romæ, & alliciũtur. pro Plan.261.a. Allicere uoluntates alienas, retinere partas. I.V.273.a. Nullis noſtris ſtudijs beneuolentiam illorum allicere poſſumus. pro Pom.8.b. Regũ afflictæ fortunæ facilè multorum opes alliciunt ad miſericordiam. de Am.101.a. Virtus allicit homines ad diligendum. I.A.182.a. Si te laus allicere ad rectè faciendum non poteſt, ne metus quidẽ à fœdiſsimis factis poteſt auocare. pro Mur.142.b. Nulla re allici mentes hominum oportet ad magiſtratum mandandum. Off.36.b. Hominum ſtudia ad noſtras utilitates allicere & excitare. Off.42.b. Oratione benigna multitudinis animos ad beneuolentiam allicere. Off.11.b.12.a. Omnis uirtus nos ad ſe allicit. de D.98.b. Magnes lapis eſt, qui ferrum ad ſe allicit & trahit. Tuſc.149.a. Qui cogitationes ſuas nec diſponere nec illuſtrare poſsit, nec delectatione aliqua allicere lectorem. Ep.16.a. Cum in hunc ſenſum, & alliciar beneficijs hominum, & compellar iniurijs, facilè patior, &c. de Fin.71.b. Ea uoluptas quæ in motu eſt, & paruos allicit & beſtias.

Allido, dis. Quint. Fr.311.b. Damnationes inimicorũ, in quibus me perlubente Seruius alliſus eſt: id eſt, læſus, uel impegit.



Alligatus, a, um. aſtrictus, & colligatus. )( Solutus. de Am.104.a. Ne exiſtiment ita ſe alligatos, ut ab amicis peccantibus non diſcedant. pro Dom.221.b.a. Vbi per ſuum tribunatum Cæſaris actis alligatus teneretur.

Alligo, as. deuincio, aſtringo. At.134.a. Cedendum eſt celeriter, ne forte qua in re impediar atq; alliger. de Or.159.a. Neq; uerba alligata ſint, quaſi certa aliqua lege uerſus, neque ita ſoluta ut uagentur. Attic.33.a. Cum uideas uoluntatem ciuitatis ſolutam, uirtutem alligatam. pro Cluen.49.a. & pro R.P.125.a. Lex ubi omnes mortales alligat, ita loquitur, &c. pro Plan.276.b. Beneficio alligari. pro Flac.155.a. Metuit ne L. Flaccus nunc ſe ſcelere alliget. I.V.238.a. Producuntur, & ad palum alligantur. de Dom.133.b. Alligandi eſſent omnes, qui cubitum irent. pro Quin.R.51.a. Aliquem ſtipulatione alligare. de L.180.a. Sacris alligari.

Allino, nis. lino, applico. I.V.69.b. Nullæ ſordes uidebantur his ſententijs allini poſſe.

Aliſium. oppidum. At.21. Hinc,

Aliſienſis. pro Mil.111.

Allobrox, gis. Græci ἀλλόβρογξ, uulgo Sabaudienſis. de D.84.b. At clades patriæ flãma ferroq; parata, Vocibus Allobrogum patribus populoq; patebat. de Pro.75.b. C. Pomptinius Allobroges domuit. I.C.111.112.113.

Alloquor, ris. compello, προσφωνῶ, affaris. Ad Her.28.b. Te nunc alloquor Africane, cuius, &c. pro Cl.54.

Alludo, dis. Alludere, eſt ludere, & aliò quod dicas referre. de Or.205.b. Galba autem alludens uariè, & copioſe, multas ſimilitudines afferebat.

Alluo, is. lauo, rigo, abluo. I.V.255.a. Non alluuntur à mari mœnia extrema, ſed influit in urbis ſinum portus. Orat.206.b. Ita iactantur fluctibus ut nunquam alluantur. pro Flac.159.b. Cum hæc ciuitas Barbariæ fluctibus alluatur. de Leg.170.a. Fluuius diuiſus latera inſulæ alluit.

Alluuio, onis. inundatio. de Or.99.a. Alluuionum & circumluuionum iura.

Almus, a, um. ſanctus, Auguſtus. Off.73.a. O fides alma, ex Ennio. In Arat. Hanc illi tribuunt pœnam Nereides almæ.

Alo, alis. educo, nutrio. de N.30.b. Omnia quæ alũtur & creſcunt, continent in ſe uim caloris. & 36.a. Multa, quibus animantes alantur augeſcantq; & pubeſcant. I.V.150.a. Hac pecunia alimur & ſuſtinemur. de N.51.b. Animantes quæ lacte aluntur. pro S.R.27.b. Anſeribus cibaria publicè locantur, & canes aluntur in Capitolio. de N.15.b. Cum agellus eum nõ ſatis aleret. pro Deiot.147.b. Deiotarus antea maiores copias alere poterat, nunc exiguas uix tueri poteſt. Parad.124.a. Alere exercitum ſuis fructibus. de Vn.198.a. Ita ſe ipſe conſumptione & ſenio alebat ſui. Att.272.a. Nam mihi ſtat alere morbum deſinere. At.104.b. Serò reſiſtimus ei, quem per annos decem aluimus cõtra nos. de Cl.167.b. Intraq; parietes aluit eam gloriam, &c. pro Cecin.287.a. Ebutius iſte Cæſenniæ uiduitate alitur. de In.82.b. Alere aliquid & maius facere. pro Mar.135.b. Illa eſt uita tua Cæſar, quæ uigebit, &c. quam poſteritas alet. I.C.116.b. Memoria ueſtra, quirites, noſtræ res alentur, ſermonibus creſcent, &c. de Am.115.b. Sed nec illa extincta ſunt, alunturq; potius & augentur cogitatio & memoria. Off.21.b. Hominis mẽs diſcendo alitur. I.C.103.a. Qui ſpem Catilinæ cum mollibus ſen-



-tentijs aluerunt. pro Seſt.21.a. Quorum effrenatus furor alitur impunitate diuturna. Or.200.a. Ab hac & uerborum copia alitur. de In.42.b. Dicendi aſsiduitas aluit audaciam. de N.49.b. Vapores, quibus altæ renouatæq; ſtellæ, atq; omnis æther, refundunt eoſdem. pro Plan.276.b. Locus ille mutus ubi quiſq; altus aut doctus eſt. de Cl.168.a. Vrbs, in qua nata & alta eſt eloquẽtia. Ep.79.a. In ea urbe es, ubi nata et alta eſt ratio et uitæ moderatio

Alpes, pium. montes altiſsimi Galliam ab Italia diſterminantes. de Pro.76.a. Alpibus Italiã munierat antè natura, etc. Ep.172.b. Antonius Apẽnino alpibuſq; ſe tenet. I.P.79.a. Vallũ Alpium cõtra aſcenſum transgreſsionẽq; Gallorũ. I.A.201.b. Vt eius furorem ne alpium quidẽ muro cohibere poſſemus. I.C.119.a. Hoc malũ manauit non ſolum per Italiam, uerùm etiam tranſcendit alpes.

Alſium. Att.

Alſus, a, um. Quint. Fr.319.a. Iam ἀποδυτηρίῳ nihil alſius, nihil muſcoſius. At.59.a. Antio nihil quietius eſt, nihil alſius, nihil amœnius. aliàs, Salſius.

Altare, ris. ara. Antequam.196.b. À deorum quondã altaribus impiam manũ ciuium remoui. I.C.102.a. À cuius altaribus ſæpe te ad necẽ ciuiũ tranſtuliſti. de Ar.245.b. Ab altaribus religioſiſsimis fugatus.

Altè. ſublimè. I.A.165.b. Altè extollere manum. Tuſc.235.b. Altè à terra. & de N.51.b. Tollere ſe à terra altius. Or.204.b. Cum uerbum aliquod altius transfertur. de Ar.251.a. Tollere tectum altius. de Som.130.a. Altè ſpectare atq; ad cœlum contueri. de D.119.a. Cum terra araretur & ſulcus altius eſſet impreſſus. I.V.70.a. Indignũ uidebatur ijs qui altius perſpiciebant. Or.205.b. Altè enim cadere non potes. id eſt, ex alto.

Alter, a, um. Tuſ.154.b. Agricola ſerit arbores, quæ alteri ſeculo proſint. de Cla.183.a. O magnam, inquit, artem Brutus, ſiquidem iſtis, cum ſummi eſſent oratores, duæ res maximæ, altera alter defuit. At.233.b. Vt factum Dolobellæ tantopere laudarem, adductus ſum tuis & unis & alteris literis. At.211.b. Alteris iam literis nihil ad me de Attica. pro Clu.25.a. Cum is unum iam & alterum diem deſideraretur. de Cla.165.a. Sed contrà ſemper alter ab altero adiutus. Or.214.a. Id eſt genus, ex tribus collocationis partibus alterum. de N.51.a. Ergo alter alterius, ubicunq; nactus eſt oua frangit. de Sen.82.b. Nec nunc quidem adoleſcentis uires deſidero: is enim locus erat alter de uicijs ſenectutis. Off.50.a. Ptolomæus, qui tũ regnabat alter poſt Alexandriam conditam. I.A.159.a. Quo ſenatus die lætior? proximo, altero, tertio, deniq; reliquis conſecutis diebus nõ intermittebas, &c. I.A.227.a. Equitatus qui in Syriam ducebatur bipartitò: alter eum à quo ducebatur reliquit: alterum Cn. Domitius à legato Syriaco abduxit. pro Deiot.44.a. Accedit ut accuſatorũ alterius crudelitate, alterius indignitate perturber. Ep.b.a. Quorũ alterũ mihi facere neceſſe eſt, alterũ facio libenter. Tuſ.169.b. Neceſſe eſt enim alterum ſit de duobus: ut aut, &t. aut, &c. Tuſ.251.b. Ad Brutũ noſtrum hos libros alteros quinq; mittamus. de D.96.b. Non modò his tribus, qui, &c. ſed etiã alteris tribus, qui, &c. I.A.248.a. In altero pudor, in illis libidines, ſcelera, &c. I.V.206.a. Tam has phaleras, &c. quàm alias, &c. quàm tertias, &c. de In.63.b. Caupo cum illum alterum, uidelicet qui nummos haberet, animaduertiſſet, gladium propè appoſitum è uagina eduxit, & illum alterum occidit. At.46.b. Me ipſum accuſo, deinde te, quaſi me alterum. At.53.b. Ad omnia me alterum ſe fore dixit. Ep,98. Vide quàm mihi perſuaſerim te eſſe me alterum.



At.282.a. Ad te tanquam ad alterum me proficiſcens. Ep.26.a. Quem ſi reliquiſſem, dicerent iniqui non me planè poſt annum ex prouincia deceſsiſſe, quoniam alterum me reliquiſſem. Top.228.b. De eodem & altero. & ibi. De eodem & alio. Altero tanto maior, id eſt duplo. l. Seſqui. At.224.b. Ego è Formiano exiens XVII. Calendarum, ut inde altero die in Tuſculanum, ſcripſi hæc.

Altercor. concerto, contendo. de Cl.178. Iam in altercando inuenit parem neminem. Item.180.

Altercatio, onis. concertatio, contentio, ἀγών, ſtudiũ contentionis. At.12.b. Redeo ad altercationem, ſurgit pulchellus &c. de N.5.a. Oritur mihi magna de re altercatio cum Veleio. de Cl.179.a. Nulla eſt altercatio clamoribus unquam habita maioribus. At.61.b. Altercationes, quas in ſenatu factas audio. Ep.3.a. Idib. Ianuarijs in ſenatu nihil eſt confectum, propterea quod dies magna ex parte conſumptus eſt altercatione Lentuli & Caninij.

Alternus, a, um. quod uiciſsim fit, aut uiciſsitudinẽ habet. I.V.115.a. Senatus ex aliqua ciuitate qui iudicet, datur cum alternæ ciuitates reiectæ ſunt. In Vat.34.b. Lex de alternis conſilijs reijciendis. pro Arch.190.b. Epigramma in aliquem alternis uerſibus longiuſculis. Tuſ.226.a. Alternis enim uerſibus intorquẽtur inter fratres grauiſsimæ contumeliæ. pro Clu.47.a. Ex duabus orationibus capita alterna contraria inter ſe recitanda curauit. de Or.161.a. Pedes aut heroos, aut chorios, aut alternos eſſe oportet. nam horũ uiciſsitudine efficiẽt, ut, &c. pro Plan.266.b. Senatus de ambitu, de reiectione fieri uoluit iudicium alternorum.

Alteruter, a, um. è duobus alter. At.129.b. Duellio mãdaueram ut alteruter ueſtrûm ad me ueniret. de In.64.a. Nam horũ in genus alterutrũ illa quoq; incident, in quib. &c. I.V.64.a. Video eſſe neceſſe alterutrũ. & de N.15.a. At.154.b. Solõ capite ſanxit, ſi quis in ſeditione nõ alterutrius partis eſſet. At.142.a.b. Non eſt tuæ dignitatis atq; fidei, ut contra alterutrum, cum utriq; ſis cõiunctiſsimus, arma feras. pro M.134.a. Si in alterutro ſit peccandũ, malim uideri nimis timidus, quàm parũ prudens. Ep.49.b. Si alterutrũ neceſſe ſit, audire ea malis, quàm uidere. Ep.118.b. Alterutrum ad conditionem deſcendere uult Cæſar, ut aut, &c. aut, &c. Ep.115.b. Pompeium puto alterutrũ de filijs ad te miſſurum. Ep.190.b. Dum ipſorum alteruter uenit. de D.121.a.b. Cur alterutrũ emiſerit. Alteriusutrius. ex Priſciano.

Altiſonus, a, um. ex alto ſonans. de D.102.a. Hic Iouis altiſoni ſubitò pennata ſatelles, &c. poetæ.

Altitonans, tis. ex alto tonãs, pro Ioue ponitur. de D.84.a. Nam pater altitonans, &c. poetæ.

Altitudo, nis. excelſitas, uel celſitas. I.V.249.b. Latumiæ opus ingens in mirandam altitudinem depreſſum. de D.100.b. Labes agri Priuernatis cum terra ad infinitam altitudinem deſediſſet. I.V.225.a. Spelunca conuerſa ad aquilonem infinita altitudine. de N.45.b. Speluncarum concauæ altitudines. de N.12.b. In hac immenſitate latitudinum, longitudinum, altitudinum. contra Rul.76.b. Altitudo montium. At.150.b. Altitudo maris. Off.65.a. Demoliri ædes quarum altitudo officeret auſpicijs. de N.45.b. Impendentium montium altitudines. de Cla.170.b. Elatio atq; altitudo orationis. Or.210.b. Omniũ magnarum artium ſicut arborũ altitudo nos delectat. Part.236.b. Altitudo animi in capiendis incommodis. Off.18.a. In liberis populis exercenda eſt etiam facilitas & altitudo animi quæ dicitur. pro R.P.129.b. Altitudo fortunæ et glo

riæ alicuius. de Vn.203.b. Cum ſpeculorum leuitas hinc illincq; altitudinem aſſumpſit.

Altiuolans,tis. Altè & ſublimè uolans,uolucris. de D. 102.b. & de N.102.b. Ennij. Cernẽs genus altiuolantũ.

Altor. de N.43.a. Omnium autem rerum quæ natura adminiſtrantur,ſeminator,& ſator,& parens, ut ita dicam,atq; educator,& altor eſt mundus.

Altrix,cis. pro Flac.159.a. Et eorum terra parens, altrix,patria dicitur. de D.84.b. Romani nominis altrix, Martia &c. de Vn.201.b. Terra altrix noſtra,&c.

Altum,ti. mare. de In.74.a. Cum nautæ in alto iactarentur. & ibi.b. Cũ magna in alto tempeſtas eſſet. de Fin. 120.b. Si plures ex alto emergere uelint,&c. I.V.242.b. & 253.a. In ore portus, ubi primùm ex alto ſinus ad urbẽ ab littore inflectitur.

Altus,a,um. ſublimis,excelſus, celſus, erectus, in altum editus,excitatus humo.)(.Humiliatus. de Or.156.a. Procul à terra abripi,atq; in altum à conſpectu penè omnium abſtrahi. I.V.169.a. Sic eſt hic ordo quaſi propoſitus atq; editus in altum,ut ab omnibus uentis inuidiæ circunflari poſſe uideatur. de Leg.183.b. Columellã non altiorem tribus cubitis ſuper tumultum ſtatuere. de N.46.a. Vltimus, & à domicilijs noſtris altiſſimus cœli complexus. de Or. 144.b. Hoc eſt altius quàm ut id nos humiſtrati ſuſpicere poſſimus. pro S.R.32.a. Sua uirtute in altiorem locũ peruenire. I.A.93.b. Virtus eſt altiſſimis defixa radicibus. pro Dom.232.b. Præcipitari ex altiſſimo dignitatis gradu. de Am.102.a. Nihil enim altum, nihil magnificum ſuſcipere poſſunt,qui,&c. I.A.155.b. Altiſſimus dignitate gradus. Or.215.a. Alta & exaggerata oratio.)(.humilis & abiecta. pro Mil.105.b. Homo ſapiens & alta quadam mente præditus. pro Clu.49.b. Altiorem gradum dignitatis aſſequi. pro Seſt.7.a. In altiſſimo gradu poni. Tuſc.234.b. Magnus & altus uir. de Fin.96.a. Vir altus & excellens. Tuſc.177.a. Altus,excelſus,humana deſpiciens. Tuſc.193. a. Ita ſunt ſtirpes altæ ſtultitiæ.

Alueolus,li. tabula in qua teſſeris,et talis luditur. de Fin. 138.a. Et cum re nulla impediantur neceſſaria,aut alueolum poſcere,aut quærere quempiam ludum.

Alueus,uei. uas amplum,quo in balneis utebantur. pro Cæl.52.a. Ex quibus requiram quo'nam modo latuerint, alueus'ne ille,an equus Troianus fuerit. Ad Her. 27.a. Deinde ubi uiſum in alueum deſcendit.

Alumnus,a,um. qui alit,quiq; alitur. de Cla.168.a. Eloquentia bene conſtitutæ ciuitatis quaſi alumna quædã. I. A.210.b. Ego itaq; pacis,ut ita dicã,alumnus,&c. de Fin. 122.b. Ariſtoteles cæteriq; Platonis alumni. Ep.133.a. Aliquis quaſi alumnus diſciplinæ alicuius. de D.83.a. Vos quoque ſigna uidetis aquai dulcis alumnæ.

Aluus,ui. pars corporis ſubiecta ſtomacho. d N.53.b. & 21.a. Aluus ſubiecta ſtomacho,cibi & potionis eſt receptacum: eſt aũt multiplex et tortuoſa. pro Clu.24.b. Spes illa quam mulier in aluo commendatam à uiro continebat. de D.88.b. Cum mater filium aluo contineret. de N. 71.a. Aeſculapius primus purgationem alui,dentiſq; euulſionem inuenit. de N.51.a. Vomitione canis purgare aluos ibes Aegyptiæ curant.

Alyzia,æ. urbs. Ep.257.

Amabilis,le. quod dignum eſt amari, dulce, ſuaue. At 78.b. Filiolam tuam amo,& amabilem eſſe certò ſcio. Ep. 175.a. Mihi autem nihil amabilius officio tuo. de N.25.a. Nihil eſt uirtute amabilius. & de Am.101.b. Nihil eſt amabilius uirtute. At 261.b.& 188.b.& 252.b. Nihil iucundius literis Sexti,nihil amabilius. Part.231.b. Oratio, quæ ſignificat oratoris ipſius amabiles mores.

Amabiliter. At.228.b. Sed mehercule ſi humaniter & ſapienter & amabiliter in me cogitare uis, facilem te profectò præbebis. M.Antonij.

Amabo. ſi me amas. At.23.b. Cura,amabo te,Ciceronem noſtrum. At.24.b. & 27.a. Cura, amabo te, ut cum Ticinio tranſigas. Ep.110.a. Vrbanitatis poſſeſſionem,amabo, quibuſuis interdictis defendamus. & ibi. Pugna ſi me amas,&c. At.47. Noſtra autem negocia, quoniã Romæ cõmoraris,amabo te,explica. At.98.b. et Qu.Fr.305. a. Expecta,amabo te, dum Atticum conueniam. Ep.21.b. Sed amabo te,cura ac cogita nihil noui. Ep.116.a. et 354. a. Amabo te,ſi quid,quod opus fuerit,Appio facies,ponito me in gratiam. At.67.b. Si me amas, apud me cum tuis maneas. Qu.Fr.313.a. Adduc,ſi me amas Marium. At. 77.a. Amabo te,incumbe in eam rem.

Almathea,theæ. At.23.a. Almathea mea te expectat, & indiget tui. & 13.b. Velim ad me ſcribas cuiuſmodi ſit ἀμαλθεῖον tuum, quo ornatu,qua τοποθεσία,etc. et.7.a.

Amandatio,onis. reiectio,relegatio pro S.R.25.b. Tamen ne hæc uita ruſticana relegatio atq; amandatio appellabitur?

Amando,as. ablego,remoueo,relego,dimitto.mando. I.V.249.b. Amãdat hominẽ,quò? Lilybeũ. Poſtquã.200. a. Re quidem infra omnes mortuos amãdatus eſſet. de N. 54.b. Sic natura res ſimiles procul amandauit à ſenſibus. pro S.R.25.a. An amandarat hunc ſic,ut eſſet in agro, ac tantũmodo aleretur ad uillam? pro Dom.226.a. Hunc modò amandam dum eſſe,ſic M.Cato inuiſus,quaſi per beneficium Cyprum relegatur. & paulo infra. Me expulſo,Catone amandato.

Amãs,tis. diligẽs,obſeruãs,cupidus,ſtudioſus,gratioſus, fautor. pro R.P.129.b. Equitẽ Romanũ ueterẽ amicũ ſuũ ſtudioſum,amantẽ,obſeruantẽ ſui,labentẽ excepit. Ep.71. a. Me,leniſſimis & amãtiſſimis uerbis utẽs,re grauiter accuſas. At.128.a. Gallus Fabius amãtiſſimus utriuſq; noſtrũ. Ep.181.a. Trebatius utriuſq; noſtrũ amãtiſſimus. I.C.118. b. Frater chariſſimus atq; amantiſſimus. Qu.Fr.292.b. Si quẽ forte tui cognouiſti amantiorẽ quàm tẽporis. At.154. a. Ciuis amans patriæ. Ep.257.a. Ad nos tui amantiſſimos ueni. Tuſcul.214.b. Aliud eſt eſſe amatorem,aliud amantem. Ep.5.a. Qu.Selicio neminem eſſe amantiorem tui.

Amãter. peramanẽter ſtudioſè. At.24.b. Valde hoc uelim amãter diligẽterq; cõficias. Ep.74.a. Literæ tuæ,quibus expectatũ meũ aduentũ abs te amanter uidebam. Ep. 139.a. Qui me perofficioſè & peramãter obſeruant. pro Clu.20.a. Quo enim eſt ipſum nomen amantius indulgentiuſq; maternũ,hoc,&c. Qu.Fr.327.b. Nihil fuit faciendum iſtorũ,quæ amantiſſimè cogitata ſunt. At.88.b. Deinde me obſecras amantiſſimè,ne,&c. de Am.95.b. Coniunctiſſimè & amantiſſimè uiuere cum aliquo.

Amantia,tiæ. urbs. I.A.236.a.

Amanus,ni. mons. At.79.a. Amanus Syriam à Cilicia aquarum diuortio diuidit. Ep.23.

Amanienſis Ep.23.

Amarus,a,um. de N.65.b. Animal ſentit calida & frigida dulcia et amara. de Fin.72.b. Senſus iudicat dulce,amarũ, etc. pro Clu.32.a. Itaq; minimè amarus is uiſus eſt. At 236.a. Amariorẽ me ſenectus facit, ſtomachor omnia.

Amator,oris. cultor,obſeruator. I.V.181.a. Alba tuus non ſolum amicus,ſed etiam amator. Tuſ.214.b. Aliud eſt eſſe amatorẽ, aliud amantem. Poſtquam 206.a. Alter à me Catilinam



me Catilinam amatorem ſuum repoſcebat. de N.71.a. Amatores puerorum Q.Catulus.& Alceus poeta. pro Cæl. 47.b. Vtrum hic tibi adulter an amator uidetur? de Vn. 204.a. Qui ſapientiæ amatorẽ ſe profitetur. de Cla.170. a. Amatores Catoni deſunt, ſicuti multis iam ante ſeculis Thucydidi. At.20.b. L.Papirius Petus uir bonus,& amator noſter.

Amatoriè. I.V.175.a. Epiſtola amatoriè ſcripta.

Amatorius,a,um. quod ad amorem pertinet, quod ad amorẽ allicit. Tuſ.225.a. Anacreontis tota poeſis eſt amatoria. & 225.a. Amatoria uoluptas. & 206.a. Amatorius ſermo. At.144.b. ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς.

Ambigo,gis. dubito. pro Cec.288.b. Fundus de quo ambigitur,&c. de Or.106.a. In eo autem iure,quod ambigitur inter peritiſſimos,non eſt difficile,&c. de Fin. 64.b. Vt inter eos qui ambigunt,conueniat quid ſit id de quo agatur. de Or.118.a. Nihil eſt enim quod inter homines ambigatur,in quo,&c. de Or.118.b. Quæ propter ſcriptum ambiguntur. de Or.153. Omnis res eandem habet naturã ambigendi,de qua quæri & diſceptari ſolet,ſiue,&c. de Or.118.b. Ex contrarijs ſcriptis,ſi quid ambigitur, de In. 76.b. Ambigunt agnati cũ eo qui eſt ſecundus hæres. Or. 208.a. Nihil ambigi poteſt,in quo nõ,&c. Or.208.b. Niſi cũ de uero ambigitur,quod quæri cõiectura ſolet. de In. 70.a. Si plures ambigent, &c. Top.224.a. Ambigerẽ de aliqua re. & I.V.100.a. Si de hæreditate ambigitur.

Ambiguè. Or.207.a. Ambiguè dicta diuidere & explanare oportet.

Ambiguè loqui. de N.18.a.& de Or.96.b. Ambiguè ſcriptum aut contrariè. pro Cec.300.b. Verbum ambiguè poſitum.

Ambiguitas,tis. amphibologia,anceps,dubia,incerta, multiplex uerborum poteſtas. Part.231.b. Obſcurum aũt aut longitudine,aut contractione orationis,aut ambiguitate,aut inflexione atq; immutatione uerborum. de In.56 b. Sed nobis ambiguitate nominis uidentur errare. l. Amphibologia.

Ambiguus,a,um. anceps,dubius,incertus,multiplex. de Or.118.b. Ambiguorũ complura ſunt genera. quæ,&c. de Or.118.a. Statim occurrit animo quæ ſit cauſa ambigui. Top.227.a. Ambiguum eſt, cum duæ differẽtes ſententiæ accipi poſſunt. Or.208.a. Nam ſi quando aliud in ſententia uidetur eſſe,aliud in uerbis,genus eſt quoddam ambigui,quod ex præterito uerbo fieri ſolet, in quo, quod eſt ambiguorum proprium,res duas ſignificari uidemus. Ep. 175.a. Ego tamen non habui ambiguum,& ſtatim,&c. id eſt,non dubitauit. de Cla.178.a. Rem ambiguã diſtinguere. de Or.132.a. Ex ambiguo dicta uel argutiſſima putantur. Or.206.a. Verba ambigua diſtinguere. de D.104.b. Oraculis,quod erãt multa obſcura,multa ambigua, explanationes adhibitæ ſunt. Tuſ.194.b. Vt effugiam nomẽ ambiguum inuidiæ. de D.132.a. Oracula partim flexiloqua et obſcura, partim ambigua & quæ ad dialecticũ referenda ſint. ad Her.41.a. Ambigua quemadmodum uitanda ſunt, quæ obſcurã reddũt orationẽ,ita hæc conſequenda,quæ cõficiunt huiuſmodi ſignificationẽ. ea reperientur,ſi nouerimus uerborum ancipites aut multiplices ſignificationes. Top.229.a. Id autem contingit cum ſcriptum ambiguum eſt,& duæ differentes ſententiæ accipi poſſunt.

Ambio,bis. circumeo,prenſo. At.56.a. Clodius uicatim ambire,ſeruis apertè ſpẽ libertatis oſtendere. de Vn.200. a. Vt terram Lunæ curſus proximè ambiret. I.A.234.b. Quod ſi comitia placet in ſenatu haberi,petamus,ambiamus: tabula modò noua detur nobis,ſicut populo data eſt. pro Planc.260.b. Populus facit eos à quibus eſt maximè ambitus.

Ambitio,onis. ſtudiũ cupiditaſq; honorũ. I.V.135.a. Vt ſtudia cupiditateſq; honorũ ambitioneſq; ex omnibus ciuitatib. tolleret. de Cla.187.a. Nõ puto exiſtimare te ambitione me labi,quippe de mortuis. Tuſ.188.b. Quid de noſtris ambitionibus? quid de cupiditate honorũ loquar? Off.17.b. Miſerrima eſt omnino ambitio, honorumq; contentio. pro Mur.141.a. Hæc ſiue ambitio eſt,ſiue liberalitas,&c. I.A.234.b. L.Cæſar comitia & ambitionem introduxit in ſenatũ. pro Mil.109.b. Scio enim quàm timida ſit ambitio, quantaq;,& quàm ſolicita cupiditas conſulatus. In Sal.273.a. Non dico hanc popularẽ ambitionem,ſed illam pernicioſam contra leges. At.14.b. Me ambitio quædam ad honorũ ſtudiũ duxit. At.1.b. Domitius,in quo uno maximè ambitio noſtra nititur. Q.Fr.291.b. Præſertim cum ij mores ad nimiam ambitionem incubuerint.

Ambitioſè. Ep.35.b. Cum in iſto genere multo etiam ambitioſius facere ſoleam, quàm honos meus & dignitas poſtulat. At.238.a. Petiuit à me,ut eius orationẽ ne ambitioſè corrigerent.

Ambitioſus,a,um. At.16.a. Illæ ambitioſæ noſtræ fucoſæq; amicitiæ ſunt in quodã ſplendore forẽſi. In Sal.273.a. In honoribus petendis nimis ambitioſus. pro Mur.128.b. Ambitioſus imperator. Q.Fr.300.a. Ne fortè me in Græcos tam ambitioſum factũ eſſe mirere. pro Fla.155.a. Qui ita ambitioſus,ut omnes nos quotidie perſalutet.

Ambitus,tus. de corporeis rebus. conuerſio, circuitus, orbis. Top.222.b. Q.Scæuola id ſolum eſſe ambitus ædium dixit,quantũ parietis communis tegendi cauſa tectũ projiceretur. de Vn.200.b. Cum ſe octo ambitus confectis ſuis curſibus ad idem caput retulerint. de N.35.b. Stellarum rotundi ambitus. de Vn.200.a. Secundus ſupra terram ambitus. de Vn.199.b. Sic animus extremitatem cœli à ſuprema regione rotundo ambitu circumiecit.

Ambitus. ambitio,ambitionis crimen. pro Mur.124. b. M.Cicero legis ambitus lator. Q.Fr.312.a. S.C. factũ eſt de ambitu in Afranij ſententiam. pro Clu.41.a. Iudiciũ ambitus. de Or.118.a. Raro illud datur, ut poſſis liberalitatẽ ac benignitatẽ ab ambitu atq; largitione ſeiungere. Epiſt. 175.b. Sed is ambitus extat,ut omnia pertimeſcã,& totam lamiæ petitionem mihi ſuſtinendã putem. Q.Fr.316.b. Ambitus redit immanis,nunquam fuit par.

Ambitus. orationis ſeu uerborum circuitus. de Or.160. a. Ille quaſi uerborum ambitus, ſic enim has orationis conuerſiones Græci uocant. de Cla.179.a. Comprehenſio & ambitus ille uerborum,ſi ſic periodũ appellari placet. de Or.161.b. Circuitus & quaſi orbis uerborum. Or.200.a. Arguti certiq; & circunſcripti uerborum ambitus. Orat. 213.a. Meæ aures perfecto completoq; uerborum ambitu gaudent. l. periodus.

Ambo,orum. uterq;,duo. de D.95.a. Quorum amborum generum una ratio eſt. At.89.b. Sumus enim ambo curioſi. de Cla.171.b. De ipſius Scipionis & Lælij ingenio ea iam eſt laus,ut plurimũ tribuatur ambobus. At.131.b. Epiſtolæ duæ Pri.Cal. ambæ datæ. de N.61.b. Idem obtutus amborũ oculorũ. Ep.132.a. Hos igitur ambos tibi commendo. Ep.64.b. Quos ego ambos unicè diligo. ad Her. 35.b. Horum amborum generũ exempla ſubijciemus. Or. 198.b. Vicinus amborum, in neutro excellens, utriuſque particeps,&c.

Ambracia urbs. I.P.99.a. Ambraciæ ſedens.

Ambraciota. Tuſ.166.a. Callimachi quidem epigramma, in Ambraciotam Cleombrotum eſt.

Ambroſia, ſiæ. herba & cibus deorũ. de Or.130.b. Præſertim cum ita dicat ipſe, ut ambroſia alendus eſſe uideatur. Tuſ.161.b. Non enim ambroſia aut nectare deos lætari arbitror.

Ambulatio, onis. ipſa ambulandi actio. de Or.87.a. Poſtero autẽ die cum illi maiores natu ſatis quieſcẽt, in ambulationem uentũ eſſe dicebat, tum Scæuolam duobus ſpatijs tribus' ue factis dixiſſe, &c. de Fin.114.a. Conſtituimus inter nos, ut ambulationem in Academia conficeremus. At. 24.b. Sed hæc ambulationibus compitalitijs reſeruemus.

Ambulatio. locus & ſpatium ad inambulandum, ambulacrum. pro Dom.237.b. Ibi enim poſtis eſt, ubi aditus templi eſt, & ualuæ ambulationis. At.60.b.& 61.a. Noſtram ambulationem uelim, cum poteris, inuiſas. Q.Fr.318.a. Nihili ei reſtabat præter balnearia & ambulationem & auiarium. Q.Fr.319.a. Edera cõueſtiuit quà baſim uillæ, quà intercolumnia ambulationis.

Ambulatiuncula, læ. At.214.b.& Ep.24.b.

Ambulo, as. uado, eo, iter facio, deambulo, inambulo, cõtendo, decurro, peruolo, pedibus peragro, uel obeo. Att. 237.a. Si enim rectè ambulauit is qui hanc epiſtolã tulit, in ipſum tuũ diẽ incidit. de Fin. 88.a. Xerxes tantis claßibus Helleſponto iuncto Athoq; perfoſſo maria ambulauit, terramq; nauigauit. & ibi. Xerxes maria pedibus peragrãs, claßibus montes. de Or.114.a. Ambulare in ſole. At.98.a. Sed ut philoſophi ambulãt, has tibi redditũ iri putabã prius. At.132.a. Eo dũt modo ambulat Cæſar, ut timeã ne citius ad Brunduſiũ, quàm opus ſit acceſſerit. pro Q.14.b. Triduo ſeptingenta millia paſſuũ ambulare. de Cl. 182.a. Adoleſcens delicatus in litore ambulans. de Or. 155.a. M. Manliũ nos etiã uidimus tranſuerſo ambulantem foro. Acad.13.b. Ambulare cum aliquo. & de Fin.89.b.

Amburo, ris. circumuro. pro Mil.118.b. Vt Clodius ſine exequijs ambureretur.

Ambuſtus, a, um. I.V.90.a. Hic ſociorũ ambuſtus incẽdio tamẽ euolauit. pro Dom. 236.a. et de Ar.224.a. Qui ambuſtas fortunarũ mearũ reliquias domos ſuos cõportarent. pro Seſt. Herculis corpus ambuſtũ. pro Mil.103.b. Huius ambuſti Tribuni Pl. illæ intermortuæ conciones.

Amentatus, a, um. amentis, id eſt, loris ligatum, ad acrius iaculandũ, & feriendum. de Or.102.a. Amentatas haſtas ab aliquo accipere, & eas oratoris lacertis uiribusq; torquere. & de Cla.189.b. Vt haſtæ uelitibus amentatæ traduntur, ſic argumenta, &c.

Amens, tis. mente motus, perturbatus. pro S.R.25.a. Pater igitur amens, qui odiſſet filium ſine cauſa. Or.219. a. Incurriſti amens in columnas. I.A. 201.b. Homo amentißimus, atq; omnibus cõſilijs præceps ac deuius. I.P.83.b. Cum tu ô uecors atq; amens complexus es illud funeſtum animal, &c. pro Flac.166.a. Quem poſthac tam amentem fore putatis? qui, &c.

Amentia, tiæ. Tuſ.192.a. Amentia eſt animi affectio lumine mentis carẽs. I.C. 109.b. Mens ſana cõfligit cum amentia. Antequã.195.b. Ego inimicorum amentiæ paucorum omnium ſalutis cauſa decedã. de Aruſp.254.a. Hanc ob amentiam arreptus eſt unus ex patritijs, cui, &c.

Ameria. oppidum, & municipium. pro S.R.21.

Amerinus, na, num. pro S.R.21.

Amica, cæ. I.A.171.b. Mater amicã filij tanq̃ nurũ ſequebatur. At.164.b. Hic tamẽ Citherida ſecum lectica aperta portat, altera uxorem, ſeptem præterea cõiunctæ lecticæ amicarũ. de D.138.a. Alcibiades amicæ amictus amiculo.

Amicula, uel annicula. de Or.131.

Amicè. beneuolè. Of.19.a. Viuere ſimpliciter, fideliter, uitæq; hominum amicè. I.V.59.b. Familiarißimè & amicißimè uiuere cũ aliquo. de Fin.59. Amicè & beneuolè feciſti. de Am.97.a.& pro Plan.274.b. Tu autem, quod mihi tantũ tribuis, &c. facis amicè. Part.232.a. Vt amicè, ut intelligenter, ut attentè audiamur.

Amicio, cis. ueſtio, operio. de Cla.169.b. M. Popilius, ut erat lena amictus, ita uenit in concionẽ. I.A.176.a. Cæſar amictus toga purpurea. de Or.154.b. Hippias gloriatus eſt pallium quo amictus, ſaccos quibus indutus eſſet, ſe manu ſua cõfeciſſe. I.C.109.a. Velis amicti, nõ togis. I.P. 93. a. Hæc toga qua ſum amictus. de D. 218.a. Alcibiades paulo ante interitũ uiſus eſt in ſomnis amicæ amictus amiculo.

Amicitia, tiæ. beneuolentiæ coniunctio, familiaritas, neceßitudo. de In.83.a. Amicitia eſt uoluntas erga aliquẽ rerum bonarũ, illius ipſius cauſa quem diligit, cum pari eius uoluntate. de N.25.b. Hominũ charitas & amicitia gratuita eſt. de N.25.a. Charũ ipſum uerbũ eſt amoris, ex quo amicitiæ nomen eſt ductum, quam ſi ad fructum noſtrũ referemus, non ad illius commoda quem diligimus, non erit iſta amicitia, ſed mercatura quædam utilitatum ſuarũ. de Am.101.a. Amor, ex quo amicitia eſt nominata, princeps eſt ad beneuolentiam coniungendã. Par.237.b. Amicitiæ charitate & amore cernuntur. de Am.105.a. Solem è mũdo tollere uidentur, qui amicitiam è uita tollunt, qua nihil à dijs immortalibus melius habemus, nihil iucundius. Off. 12.a. Eſt ea iucundißima amicitia, quam morũ ſimilitudo cõiugauit. de Am.105.b. Similitudo illicit & attrahit ad amicitiã. pro Plan.266.b. Quæ poteſt eſſe iucunditas uitæ, ſublatis amicitijs. quæ porrò amicitia poteſt eſſe inter ingratos? de Leg.162.b. In amicitia illud efficitur, quod quibuſdam incredibile uidetur. eſt autem neceſſariũ, ut nihil ſeſe plus, quàm alterum diligat. de Am.113.b. Amicitiæ uis in eo eſt, ut unus quaſi animus fiat ex pluribus. Off. 12. a. Efficiturq; id, quod Pythagoras uult in amicitia: ut unus fiat ex pluribus. de Leg.162.b. Amicitiæ eſt ea uis, ut ſimulatq; ſibi aliquid quàm alteri maluerit, nulla ſit. pro Plan. 259.b. Vetus eſt lex illa iuſtæ ueræq; amicitiæ, quæ mihi cum illo iam diu eſt, ut idem amici ſemper uelint: nec eſt ullum certius amicitiæ uinculũ, quàm conſenſus & ſocietas conſiliorum & uoluntatũ. de Am.104.b. Hæc igitur prima lex amicitiæ ſanciatur, ut ab amicis honeſta petamus, amicorũ cauſa honeſta faciamus. et idẽ 103.b. pro Deiot. 148.b. Iungere conſuetudinem & amicitiam cum aliquo. de Am.99.b. Eſt autem amicitia nihil aliud, niſi omniũ diuinarum humanarumq; rerum, cum beneuolentia & charitate cõiunctio. de Am.98.b. Et id in quo eſt omnis uis amicitiæ, uoluntatũ, ſtudiorũ, & ſententiarũ ſumma cõſenſio. Off.24.b. Amicitias magis decere cenſent ſapiẽtes, ſenſim diſſuere, quàm repentè præcidere. de Vn.197 b. Mundus ipſe ſe concordi quadam amicitia & charitate complectitur. pro Quin.4.b. Si amicitia ueritate colitur, qui amicum prodit, uanus ſit neceſſe eſt. pro Clu.41.b. Nam mihi cũ ambobus eſt amicitia, cum altero uerò magnus uſus, & ſumma utriuſq; officijs cõſtituta neceßitudo. pro Mur.125 b. Cũ graue eſt uerè accuſari in amicitia, tum etiã ſi falſò accuſeris, nõ eſt negligendũ. pro Dom.218.b. Quod enim par amicitiæ fuit unq̃ in hac ciuitate cõiunctius, quàm fuimus ipſi inter nos, ego & Põpeius? pro R.P.126.b. Nec me pœnitet mortales inimicitias, ſempiternas amicitias habere. de Cl.191.a. Craſſus initio ætatis ad amicitiã meam ſe contulit. At.35.a. Recipere aliquem in amicitiã. Att.106. b. Tu ſoles conglutinare amicitias teſtimonijs tuis. Ep. 12. b.& 38.a. Hic multum ualuit uetus amicitia, quã tu non ignoras mihi & Q. Fratri cum Cæſare fuiſſe. Item: Et doctißimi homines, quorum ſunt de amicitia gerenda præclarißimè ſcripti libri. de Off. 61.a. Damon & Pythias Pythagorei. & ibi multa de amicitia. de Am.115.b. Vos hortor ut uirtute excepta, nihil amicitia præſtabilius eſſe putetis. de Fin.62.b. Omnium rerum, quas ad beatè uiuendũ ſapientia comparauerit, nihil eſt maius amicitia, nihil uberius, nihil iucundius. & ibi de amicitia multa.



Amictus, ctus. Tuſ.246.a. Mihi amictui eſt Scythicũ tegmen. At.88.a. Statua, quam eſſe eiuſdẽ ſtatus, amictus, annulus, imago ipſa declarat. de Or.117.a. Imitari alicuius amictum, aut ſtatum, aut motum.

Amiculũ, li. palliolũ, ueſtis. de N.76.b. Dionyſius aureũ Ioui detraxit amiculũ, grandi pondere, eiq; laneũ palliũ iniecit. de D.158.a. Alcibiades amicæ amictus amiculo.

Amiculus, li. I.V.165.a. Decimus amiculus meus.

Amicus, a, um. beneuolus, neceſſarius, beneuolentia cõiunctus, totus noſter, effuſus in aliquem. de Fin.62.b. Amici maxima amoris conſpiratione conſentientes. At.262.b. Mihi nemo eſt amicior, nec iucũdior, nec charior Attico. At.280.b. Charitas liberorum amiciores parentes Reip. reddit. de Am.106.b. Vita inculta & deſerta ab amicis, nõ poteſt eſſe iucunda. Off.11.a. Vt in Græcorum prouerbio eſt, amicorum omnia eſſe cõmunia. de Leg.162.b. Vnde enim illa Pythagorea uox τὰ τῶν φίλων κοινὰ, καὶ φιλίαν ἰσότητα. Q.Fr.303.a. Tribuni pl. deſignati ſunt nobis amici, conſules ſe optimè oſtendunt, prætores habemus amicißimos. Ep.32.a. Vt omnes intelligant, nec me beneuolentiori cuiquã ſuccedere, nec te amiciori potuiſſe prouinciã tradere. I.A.237.b. Deiotarus unus in toto orbe terrarum ex animo amicus, uereq; beneuolus, unus fidelis populo Ro. Ep.31.b. Succeſſor coniunctißimus & amicißimus. de Am. 98.b. Ex omnibus ſeculis uix tria aut quatuor nominãtur amicorum paria. pro Q.10.b. Amicos obſeruantia retinere. de Am.115.a. Acquirere amicos. de Am.111.a. Eſt enim is amicus quidem, qui eſt tanquã alter idẽ. Of.13.a. Vir bonus et ſimplicis ueritatis amicus. pro Clu.36.a. Amicus neceſſariusq; communis pro Fla.149. a. Amicus & perneceſſarius meus. Off.11.a. Illud enim honeſtum nos mouet, atq; illi in quo eſt, amicos facit. Tuſ.240.b. Vtinam ego uobis tertius amicus aſcriberer. At.190.a. Nihil eſt mihi amicius ſolitudine. At.99.a. Vt ego amicior inuenirer Cilicum ærarijs, quàm noſtro. At.4.b. Iſte noſter amicus. de Or. 115. a. Vbi iudex amicus aduerſario, & inimicus tibi eſt. At.36.a. Ille noſter amicus ſemper in laude uerſatus. Ep. 6.b. Præterea nemini de conſularibus amici animi erga te poſſum eſſe teſtis.

Amißio, onis. I.P.88.a. Oppidorũ turpis amißio. Ep. 47.b. Amißio omnium rerum & deſperatio recuperãdi. I.P.88.b. Amißio dignitatis.

Amiſſus, a, um. At.137.b. Cauſam reip. amiſſam puto.

Amita, tæ. ſoror patris. pro Clu.23.b. Cluentia, quæ amita huius Habiti fuit.

Amitto, tis. dimitto, offendo, iacturam facio, perdo. I. A.226.b. Omne ius imperij & exercitus amiſiſti. pro S. R.37.b. Omnem honeſtatem amittere. de Or.118.a. Quarum rerum negligentia pleraſq; cauſas uidemus amitti. pro S.R.44.b. Aßiduitate malorum ſenſum omnẽ humanitatis ex animo amiſimus: id eſt, dimiſimus, eiecimus. de Pro.72.b.& pro Mur.134.b. Hoc tempore amiſſo annus eſt integer expectandus. Poſtquam.212.b. Præſertim cum illa amiſſa recuperauerim, uirtutem & fidem nunquã amiſerim. de Ar.251.a. Amittere mentem, id eſt, inſanire. de Or.100.a. Amittere ciuitatem. Ep.9.b. Amittere dignitatem. pro Mil.108.b. Amittere uitã. pro Mar.133.b. Quos amiſimus ciues, id eſt propter mortem. pro Cæl.51.a. Cur Licinium de manibus amiſerunt? pro Q.A.46.b. Totam litem aut obtinere, aut amittere. pro S.R.23.b. Per ſummũ dedecus uitam amittere. Ep.51.b. Amittere ornamenta. Ep.51.b. Qui filium conſularem magnis rebus geſtis amiſit. Tuſ.250.a. Amittere lumina. Off.79.a. Mea opera Q. Fabi Tarentum recepiſti. certè, inquit, ridens: nam niſi tu amiſiſſes, nunquam recepiſſem. Ad Her.38.a. Decius amiſit uitam, at non perdidit: accepit patriam, amiſit animã. Tuſ.163.b. Cum acriter oculis deficientem ſolem intuerentur, ut aſpectum omnino amitterent. de N.66.b. Corpora intereunt humore aut ſpiritu amiſſo. & 77.b. Quaſi ego non ſim queſtus de amiſſa ſalute. I.V.209.b. Præda de manibus amiſſa: id eſt, elapſa. Ep.107.b. Cogito commorari, quoad me reficiam. nam & uires & corpus amiſi. de N. 51.a. Amittere aliquem captum: id eſt dimittere. I.V.154. b. Amittere rem de manibus. I.V. 68.b. Claſſes amiſſæ ac perditæ. de Or.100.b. Amittere ciuitatem. id eſt, perdere ius ciuitatis. pro Cecin.287.b. Amittere occaſionem. & At.242.b. Occaſio amiſſa. pro. Deiot.145.b. Amittere receptum. l. Receptũ. Amittere memoriã alicuius, id eſt, obliuiſci. ut de Sen. 81.a. Nec ſepulchra legens uereor, quod aiunt, ne perdam memoriam. pro Mur.134.b. Amißo iam tempore.)(. Re integra.

Ammon, onis. Iupiter, qui in arena templum haberet. de D.80.b. Ammonis oraculum. & 100.a.

Amnis, nis. fluuius. de N.45.b. Liquores perlucidi amnium, riparum ueſtitus uiridißimi. Or.200.b. Alter ſine ullis ſalebris quaſi ſedatus amnis fluit, alter incitatior fertur. de D.88. b. Quoſdam exaruiſſe amnes, aut in alium curſum contortos & deflexos uidemus.

Amo, as. diligo, charum habeo, ſtudio proſequor, beneuolentia complector, magno amore uel ſtudio in aliquem ſum uel exiſto, faueo, in delicijs habeo, in oculis fero, amore captus ſum. Qui tanto amore ſuas poſſeßiones amplexi tenebant, ut, &c. l. Amplector. At.35.a. Pompeius amat nos charoſq; habet. Ep.133.b. Mihi deniq; nunc amare uideor, antè dilexiſſe. Item, Clodius ualde me diligit, uel ut ἐμφατικώτερον dicam, ualde me amat. Ex his apparet aliquanto plus eſſe amare, quàm diligere: uerùm hoc non ſemper obſeruatur, ut I. V. 211. b. Homo qui & amari & diligi uellet. Attic.8.a. Diligere, amplecti, amare, apertè laudare aliquem. de Am.115. a. Amare nihil aliud eſt, niſi eum ipſum diligere quem ames, nulla indigentia, nulla utilitate quæſita. Ep.8.a. Magnitudinem animi tui ſemper ſum admiratus, ſemperq; amaui. Ep. 135. a. Delectauerunt me literæ tuæ, in quibus primùm amaui amorem tuum. At.100.a. Nam Alexidis manum amabam, quod, &c. I.C.113.a. Auus tuus clarißimus uir amauit unicè patriã & ciues ſuos. I.A.187.a. Quem ego & frater meus certatim amamus, omnibus horis, oculis, auribus, cõplexu tenemus. de Ar.248.a. Quàm uolumus P.C. licet ipſi nos amemus, tamen nec numero Hiſpanos, nec robore Gallos ſuperamus. Off.6.b. Facilè quod cuiuſq; temporis officium ſit, poterimus, niſi noſmetipſos ualde amabimus, iudicare. Top.225.a. Nimium ſe amare. At.65.a. Et in eo me ualde amo. At.83.b. Habes meam cauſam, quæ ſi Bruto non probatur, neſcio cur illum amemus. Q.Fr.313.a. Adhuc

huc(ſi me amas) Marium. At.77.a. Si quicquã me amas, hunc locũ ama.I.C.106.a. Qui alios ipſe amabat turpiſſi mè,aliorum amori flagitioſiſſimè ſeruiebat. Q.Fr.327.b. Põpeius quàm ſe ipſe amãs ſine riuali. At.189.b. Perierũt ea quæ amabas. At.101.a.De Randuſculo multũ te amo. Item:Te tamẽ mi Brute amo,quod uoluiſti,&c. At.2.b. Si gna quæ nobis curaſti,ea ſunt ad Caietã expoſita.te multũ amamus,quod ea abs te diligẽter paruoq; curata ſunt.Ep. Senſi ex literis tuis ualde te laboraſſe,amo igitur uoluntatem.Ep.126.b. Et in Attilij negocio te amaui. I. A.159.a. Amari & charũ eſſe. At.28.b.Volo ames conſtantiã meã. Off.14.a.Amare diuitias. Q.Fr.293.b. Amare ex animo. At.86.b. Cicerones pueri amant inter ſe,diſcunt.

Amœnitas,tis.de N.46.a.Amœnitates orarum & litorum.Q.Fr.520.b.Domus ſuppeditat hortorum amœni tatem.de Pro.74.b.Amœnitas locorum. Ep. 94.b. Ocio tibi perfrui mirificè licuit,cum eſſes in iſta amœnitate penè ſolus relictus.pro Pom.11.b.Non illum amœnitas ad de lectationem reuocauit.Q.Fr.317.b.Summa amœnitas flu minis. Parad.117.b. Cogitatio amœnitatum ad delectationem.

Amœnus,a,um.uoluptarius,iucundus.I.V.252.a. Amœnus ſanè & arbitris ſemotus locus. de Or.135.b. Nec amœnum,nec ſalubrem locum cenſeo. de D.89.a. Per amœna ſalicta. Att.252.a. Prædiola noſtra bellè ædificata, & ſatis amœna.

Amor,oris.charitas,beneuolentia,gratia,ſtudium,pie tas,deliciæ. de Or.127.b.Hæc res amorẽ magis conciliat, illa uirtutis defenſio charitatem.Ep.194.a.Filius tuus,cui nos & charitate & amore tuũ officium præſtaturos non debes dubitare.Part.237.b. Amicitiæ charitate & amore cernuntur.de Am.101.a.Amor ex quo amicitia eſt nominata,princeps eſt ad beneuolentiã coniungendã.de N.25. a.Amor ex quo amicitiæ nomen eſt ductum. At.273.a.Ni hil mihi minus hominis uidetur, quàm non reſpondere in amore ijs à quibus prouocere.pro Flac.164.a.Nimia pie tas,& ſummus amor in patriam.de Or.101.a.Magno amore inflammatum eſſe in patriam. pro Arch.191.a. Amor gloriæ nimis acer. pro Syll. 181. a. In alijs etiam fuit iſte conſulatus amor. Off.4.a. Facies honeſti, quæ ſi ocu lis cerneretur, mirabiles amores excitaret ſapientiæ. de Fin.75.a. Sapientia ardentes amores excitaret ſui,ſi uide retur.de Or.69.a.Studiũ & ardor quidã amoris. At.89. b.Vincula amoris arctiſſima mihi tecum ſunt.Off.8.a. Ca tonis filius Tyro amore pugnandi in exercitu remanſit. de N.8.a.Canum amor in dominos, odium in externos. Ep.145.a.Oſtendere amorem ſuum alicui. Q.Fr.291.b. Demonſtrare amorem fraternum in aliquẽ.Poſtquã.199 b.Qui tanto amore in me extitit,&c. pro Flac.150.a. Is ſummo in amore eſſe non potuit.pro Clu.20.a.Socrus generi amore capta.de Fin.81.a.Si te amor ipſe ceperit.I.A. 207.b.Sed redeo ad amores & delicias noſtras,L. Antoniũ.I.V.200.b.a.Quæ ciuitas tibi una in amore atq; in de licijs fuit. At.255.b. Piliæ ſalutem dices & Atticæ, delicijs atq; amoribus noſtris. de D.97.a. Quid amores & deliciæ tuæ Roſcius? pro Cel.47.a. Amores autem & hæ de liciæ quæ uocantur, firmiore animo præditis diutius moleſtæ non ſolent eſſe.pro Cæl.44.b.Mulier amorum turpiſſimorum quotidie fœdera feriens.Tuſ.239.b.Habebam adoleſcentes amore coniunctos more Græciæ. I. C.106.a. Qui alios ipſe amabat turpiſſimè, aliorũ amori flagitioſiſſimè ſeruiebat. I.A.175.a. Omnẽ amorem abiecit illinc, atq; in hanc transfudit. At.38.a. Non ignoro quàm ſit



amor omnis ſolicitus atque anxius. pro Dom,234.a. Pro amore quem habetis in rempublicam, & ſemper habuiſtis.Epiſt.133.b. Amor quem erga te habebam. At.235.a. Suus cuiq; amor,mihi meus. de Or.127.b. Conciliare amorem alicui. Attic.208.a. Φιλαυτία,id eſt, amor in ſeipſum. I.V.132.b. Verres ardebat amore illius hoſpitæ. pro Cæl.41.a. Medea animo ægra,ſæuo amore ſaucia.de In.57.a. Nemo poteſt uno aſpectu neq; præteriens in amorem incidere. Tuſc.225.a. Ibicus Rheginus maximẽ omnium amore flagrauit. & ibid. Atq; horum omnium libidinoſos eſſe amores uidemus. Tuſc.224.b. Totus iſte, qui uulgò appellatur amor, tantæ leuitatis eſt, ut, &c. & ibid. Amorem flagitij & leuitatis autorem in concilio deorum à poetis collocari. Epiſt.143.b. Amor, quem à tua pueritia ſuſceptum non ſeruaui ſolum,ſed etiam auxi. Ep.133.b.Nihil unquam in amore fuit ardentius. Ep. 62. a.b.Si quid reſidet in te amoris erga me. Epiſt.18.b. Meus incredibilis in te amor.& ibi.Summus amor in te meus. Ep.131.b.Tuus amor erga me ſingularis.Ep.61.b. Citius amore tui fratrem tuũ odiſſe deſinã, quàm illius odio quic quam de noſtra beneuolentia detrahatur.Ep.21.b.Sed tamen efficeret magnitudo & uis amoris mei, conſilio te ut poſſem iuuare.

Ante.antea,præ,pro,à fronte,ob, in cõſpectu poſitus, ante hoc tempus,ante id tempus,ante hũc diem,plus. pro S.R.20.b.Vt non modò clàm, uerùm etiã hic in foro,ante tribunal tuum.M.Fanni,ante pedes ueſtros iudices, inter ipſa ſubſellia cædes futuræ ſint. & ibid.Ne hic ibidem ante oculos ueſtros trucidetur.pro Mil.106.b. Clodius antè ſuum fundũ Miloni inſidias collocauit.de D.95.b. Cum Sylla in agro Nolano immolaret ante prætorium, tum ante oppidum Nolam Samnitum caſtra cepit.I.V.246.a. Hi ne in freto ante ſua tecta et domos nauigarent,precio abs te ius fœderis emerunt.At.234.a. Id ipſum quod me mones quatriduo ante cogitaram.de In.64.a. Ille multo ante lucem ſurrexit de Fin.71.a.Vt qui Aſoti eſſe uelint,philoſophi ante fiant.Ep.35.b. Mandauiq; utriq; eorum, ut ante ad me excurrerent. & alibi. Multum intereſſe mihi eſt uiſum,inter eum qui tum erat, et qui anno ante fuerat. Tuſ.196.b.Quæ uenientia longè ante uideris. Poſtquam. 199.a. C. Marius tertius ante me conſularis ſubijt, &c. At.111.b. De quibus antè ad te falſum ſcripſeram. I.A. 204.b.Vt ei triennium ante legitimum tempus petere liceat. I.V.99.b.Minutius mortuus eſt ante iſtum prætorem. I.V.68.a.Qui,dum hic quæ opus eſſent,compararet,cauſam interea ante eum diceret. Att.133.b. Crucior, quod eum quem ante me diligo, uideo in conſulatu.quiduis potius eſſet,quàm Coſ. de N.38.a. Vt fides,ut mens, quas in capitolio dedicatas uidemus proximè à M.Aemilio,antè autem ab Atilio Calatino erat fides conſecrata de Fin.132.b. Vt ſi aut manibus ingrediatur quis, aut non antè, ſed retrò, fugere planè ſe ipſe uideatur. de Orat.101. a. Omnia enim ſunt poſita ante oculos. I.V.249.a. Hominem noſtis,qui ducem prædonum ceperit, quàm libenter cum palàm ante oculos omnium eſſe patiatur. Ad Her. 5.a. At in ſenatum,aut ante Imperatorem,& in conſilium talis cauſa poteſt uenire.de L.175.Religio in fundi uillæq; conſpectu poſita: id eſt, lucus ante fundum, uillamque poſitus.

Antea.ante hac,ante hoc tempus,ſuperioribus diebus, ſuperioribus temporibus. At.102.b. Poſthac neq; hercule antea negligẽtes fuimus. At.244.a. Quod ad te antea, atq; adeò prius ſcripſi(ſic enim mauis ad ſcribendũ tibi uerè dicere)feciſti me acriorem. De In. 66.a. Si integer antea fuiſſe demonſtrabitur. Ep. 5. b. Nactuſq; tempus hoc magis idoneum,quàm unquam antea,ita ſum cum illo locutus,ut,etc.Ep.34.a. Quin niſi ego ſucceſſor eſſem,quem tu cuperes uidere, te anteaquam tibi ſucceſſum eſſet, deceſſurum fuiſſe.

Anteactus,a,um.ſuperior.de In.66.b.Ex ante acta uita facere iudicium,&c.

Antecanis,nis.Procyon.de N.48.b.l.Procyon.

Antecapio,pis.de N.10.b Antecepta animo rei quædam informatio,Græcè πρόληψις.

Antecedens,tis.præcurrens, antegrediẽs, antegreſſus, præpoſitus,antepoſitus,primũ.)(.quod conſequitur. de Fat.145.a.Omnia quæ fiant, fieri cauſis antecedentibus. & ibidem. Voluntatis noſtræ non eſſe cauſas externas & antecedentes.de Or.230.a.Ex ijs rebus, quæ quodãmodo affectæ ſunt ad id de quo quæritur, alia ex antecedentibus appellãtur,alia ex conſequentibus, alia ex repugnãtibus. de In.70.b. Obſeruantia, per quam ætate, aut ſapientia, aut honore,aut aliqua dignitate antecedentes reueremur. de Fat.143.a. Si quod primum in connexo eſt,neceſſariũ eſt,fit etiam quod conſequitur neceſſariũ. de Fat.141.b. Cauſæ naturales & antecedentes. de In.82.b. Homines aliqua dignitate antecedentes. Oct.329.b. Et quæ non inſequens hora antecedente calamitoſior populo Romano illuxit? de Cla.171.b.Sed inter hos paulum ætate his antecedens Galba,eloquentia præſtitit.de Cla.174.a.M.Pennus Paulum Gracchum ætate antecedens.

Antecedo,dis.anteeo,præeo,præcurro, prægredior, antegredior,anteuerto.Top.228.b.Si huic rei illa antecedit,huic non antecedit. Top.225.a. Quicquid antecedit quamq; rem,id cohæret cum re neceſſariò. de Fat. 147.a. Non ſic cauſa intelligi debet,ut quod cuiq; antecedat id & cauſa ſit,ſed quod cuiq; efficienter antecedat.de Fat. 149. a.In omnibus quæcunque fiunt, ueriſimile eſt cauſam antecedere. Epiſt.174.a. Antecedere aliquem ætate.l. Antecedens.Biduo me Antonius anteceſsit. Att.124.a.Pompeius expeditus anteceſſerat legiones. Acad. 39.b. Ea res longè cæteris antecedit.de Vn.199.a. Septima, quæ ſeptem & uiginti partibus, antecederet primæ. de In.58.a. Si id quod ſequitur,non uideatur neceſſariò cum eo quod anteceſsit,cohærere.I.V.232.a.Incipit is loqui,qui & autoritate,& ætate,& ut mihi uiſum eſt,uſu rerum antecedebat Timarchides.

Antecello,lis.excello,præſto,anteſto.I.V. 150. a. Hæc cauſa magnitudine iniuriæ criminibus cæteris antecellit.I. V.227,b.In ea ſunt ædes ſacræ complures,ſed duæ quæ lõgè cæteris antecellunt. de In.43.a. Præclarum mihi quiddam uidetur adeptus is, qui qua re homines beſtijs præſtent,ea in re hominibus ipſis antecellat.de N.55.b.Senſus



hominum multo antecellit ſenſibus beſtiarum. ad Her. 15. b.Inferiores,qui omnibus his rebus antecellunt. pro Mur. 130.b. Dicendi conſuetudo longè & multum iſti ueſtræ exercitationi ad honorem antecellit. pro Mur.129.a. Summa dignitas eſt in ijs,qui militari laude antecellunt. pro Mur.133.a. Vir humanitate, ſapientia, integritate antecellens.de Sen.90.b. Vt quiſq; ætate antecellit,ita ſententiæ principatum tenet.de D.99.a. Chaldæi in Syria cognitione aſtrorum antecellunt.pro Arch.186.a.Antecellere omnibus ingenij gloria.

Anteceptus,a,um.de N.10.b.lege Anticipatio.

Anteceſsio,onis.præcurſio,prægreſsio.Off.3.a. Homo autem qui rationis eſt particeps, per quam conſequentia cernit,principia & cauſas rerum uidet, earumq; progreſſus quaſi anteceſsiones non ignorat.Top.225.a.Tripartitò igitur diſtribuitur locus hic,in conſecutionem,anteceſſionem,& repugnantiam.

Antedico,cis.prædico,antepredico.de D.113.a. Hæc qui antedicunt,quam rationem ſequantur,uides. I.A.158. a.& 157.b.Atq; ego hoc dico de futuris, quod eſt augurũ, antedicere ea quæ uitari poſſunt. I.A.206.b.Itaq; quod paulo antè feci in ſenatu,faciam apud uos, teſtificor, denuncio,antepredico.

Anteeo,is.antecedo.contra Rul.85.c.Lictores prætoribus anteibant cum faſcibus duobus. Tuſ.149.a. Cato qui hos ætate anteibat.I.A.221.a. Seruius ætate illis anteibat, ſapientia omnibus.de Fin.149.b.Præſtantiam animi omnibus bonis corporis anteire dicimus. de Fat.149.a.Si illi fateantur aſſenſiones non ſine uiſo antecedente fieri, alia ratio eſt:ſed ſi concedunt anteire uiſa,&c.uide ne idem dicant.de Cla.185.b.Conſules,qui omnes intelligentia anteibant.Tuſ.124.a.Fortunam ipſam anteibo fortunis meis. pro Syl.171.a. Nec ſe æquales tui propter iſtam cauſam abs te anteiri putant.Off.40.a. Qui anteire cæteros uirtute putantur.

Anteſero,fers.antepono, præpono, præripio. Part. 229.b.Deinde iſta tua ſtudia uel maximis meis occupationibus anteferrẽ libenter. Ep.83.b. Vel iniquiſsimam pacẽ iuſtiſsimo bello anteferrem.pro Cor.64.a. Quis dubitaret de toto iure pacis & belli omnibus iuriſperitiſsimis imperatores noſtros anteferre? contra Rul. 67.a. Vos, qui me antetuleritis nobilitati. Ep.74.b. Tamẽ ita exiſtimes uelim,me antelaturum fuiſſe, ſi ad me ueniſſes, uoluntatẽ tuam commodo meo.de Pro.74.b. Cum ipſe cæteris omnibus eſſet omni honore antelatus. pro Syl.184.b. Vt nemo ei ſe honore anteferret. Ep.29.b. Præſertim cum ſine cuiuſquam reprehenſione, legatis quæſtorẽ poſsis anteferre.Ep.11.a.Bibuli fortunã,quam ille afflictam putat, omnium triumphis uictorijſq; antefero. Ep.72.b. Certè nos quod eſt dies allatura, id conſilio anteferre debemus. Or. 198.b.Sed ego idem,qui,&c.recordor longè omnibus unum anteferre Demoſthenem. Quint. Frat. 306.b. Comitia iudicijs anteferre. Attic.96.b. Qui ſe ſolet anteferre puero ſororis tuæ filio. de Cla.180.a. Anteferre ſe alicui.

Antegredior,ris.prægredior,antecedo,anteuerto.de N.36.b.Lucifer latinè dicitur,cum antegreditur ſolẽ,cum ſubſequitur autem,heſperos. de Fat.144.b. Quod ſi ita eſt, omnia quæ fiunt, cauſis fiunt antegreſsis. & ibid.a. Cauſæ fortuitò antegreſſæ. & de D.85.b. Iiſdem ſignis antegreſsis. Offic.19.a. Id tum apparet cum antegreſſa eſt honeſtas.

Antehac.antea.Ep.197.a.Atq; antehac ſperare quidem licebat, nunc etiam illud ereptum eſt. Epiſtol.7.b. Simul quod uideo, non ut antehac putabam, nouitati eſſe inuiſum meæ.

Antelucanus, a, um. quod ante lucem fit.Epiſt.245. a. Ex antelucano tempore uſque ad horam diei decimam. Tuſcul.218.b. Qui dolere ſe aiebat, ſi quando opificum antelucana uictus eſſet induſtria. I.C.109.a. Antelucanæ cœnæ.

Antemeridianus,a,um.quod ante meridiẽ fit.)(.Promeridianus.At.211.b. Antemeridianis tuis literis heri ſtatim reſcripſi,nunc reſpondebo ueſpertinis. de Or.144.b.& 145.a. Antemeridianus ſermo.

Antenna,næ.trãſuerſum in naui lignum ad malum,cui uelum adligatur.de Or.159.b. Quid tam in nauigio neceſſarium,quàm prora? quàm puppis? quàm antennæ? quàm uela? quàm mali? &c.

Anteoccupatio,onis.Rhetorica exornatio eſt, alia ab occupatione.de Or.162.a. Erroris inductio, in hilaritatẽ impulſio,anteoccupatio,&c.

Anteoccupo,as.præoccupo.Or.209.b.Vt anteoccupet quod putat opponi.de eadẽ anteoccupatiõe loquitur.

Antepono,nis.præpono,præfero,priorem duco,antefero,præſtabilius puto,primas omnium alicui do,aliquid primum & ſummum habeo. At.14.b. Vera quidẽ laude probitatis,neq; me tibi,neq; quenquam antepono. Q.Fr. 300.b.Si te illi anteponis,ualde magnum facis. de Or.93. a.Et longè Academiæ illi & Lycæo tuum hoc ſuburbanum antepono.Tuſcul.203.b. Cuius iudicium longè antepono tuo.Epiſt.52.a.Ea te ſapientia eſſe iudico, ut meum conſilium non anteponam tuo.Epiſt.36.a. Nec me hercule aliter uidi exiſtimare Cn. Pompeium,quem omnibus qui unquam fuerunt, uel P. Lentulum, quem mihi ipſi antepono. de Cla.188.a. Hanc autem gloriam, teſtimoniumq; Cæſaris,tuæ quidem ſupplicationi non ſolum, ſed triumphis multorũ antepono.In Vat.Nemo ſe anteponet, quo minus reus fiat. de Sen.79.a. & Off.17.b.Non ponebat enim rumores ante ſalutem.

Antequam.priuſquam. At.75.a. Antequam aliquo loco conſedero,literas à me nõ habebis.At.16.b.Equidẽ antequam tuas legi literas, in hominẽ ire cupiebã.pro Dom. 241.b.Præſertim illo magiſtro,qui cogeretur docere,antequam ipſe didiciſſet.I.V.246.a. Nunquam in Sicilia frumentum publicè eſt emptũ,antequã iſte hoc præclarũ conſilium dedit,ut,&c.de Or.156.a. Neq; defatigabor antequam percepero,&c. I.V.136.b.Neq; in hac re ſola fuit eiuſmodi, ſed antequam ego in Siciliam ueni, in maximis rebus ac plurimis.Parad.124.b.Nunquam eris diues, antequam tibi tantũ ex tuis poſſeſsionibus reficiatur, ut tueri ſex legiones poſsis.Ep.102.a.Sin noſtri oblitus es, dabo operam ut iſtuc ueniã antequã planè ex animo tuo effluo. I.A.244.a. Cui fui ſemper amicus antequam ille reip. eſt factus inimicus.Q.Fr.301.b.Ne quid de bonis quæ L. Octauij fuiſſent,diminuerent,antequam Cn.Fundanio pecuniam ſoluiſſent.pro Mil.121.b. Vtinam dij immortales ut P.Clodius uiueret antequam hoc ſpectaculum uiderem. I. A.218.b.Dixitq; ſe non antea renunciaturum ſenatui,niſi prius ſibi reſpondiſſet quid facturus eſſet, quàm ex illa circunſcriptione excederet.

Anteros. Veneris & Martis filius. de D.71.a.& 71. b.Tertius Cupido quidem eſt Anteros.

Anteſignanus,ni.miles qui ante ſignum in acie collocatur.I.A.174.a.& 196.b.Fueras in acie Pharſalica anteſignanus.

Anteſto,as.præſto,antecello,excello.de In.62.b.Crotoniatæ quondam omnibus corporis uiribus & dignitatibus anteſteterunt.

Anteuerto,tis.præuerto,antecedo. de Am.98.b. Atque id ipſum cum tecum agere conarer, Fannius anteuertit. pro Mil.110.a. Vidit neceſſe eſſe Miloni proficiſci Lanuuium, illo illo ipſo quo profectus eſt die, itaq; anteuertit. de N.36.b. Stella tum anteuertens ſolem, tum ſubſequens.

Anticipatio, onis. Græcè πρόληψις.de N.10.b. Quis non habet ſine doctrina anticipationem quandam deorum? id eſt, anteceptam animo rei quandam informationem,&c.l.prænotio.

Anticipo,as.anteoccupo,anteuerto.At.132.a. Dices, quid igitur proficis? qui anticipes eius rei moleſtiam,quã triduo ſciturus ſis.de N.16.a.Ita eſt informatum,anticipatumq; mentibus noſtris.

Αντινομία.contraria lex.l.Lex.

Antilibanus.mons. Att.31.b.

Antiochia,æ.urbs.244.b.

Antiochij.philoſophi ab Antiocho.Acad.18.a.

Antipodes, dum. Acad.31.a. Antipodes è regione nobis, è contraria parte terræ aduerſis ueſtigijs ſtant contra ueſtigia, quos antipodas uocatis. de Som.129.b. Sed eorum partim obliquos, partim uerſos, partim etiam aduerſos ſtare nobis. & ibid. Qui aduerſa nobis urgent ueſtigia.

Antiquitas,tis.uetuſtas.de Leg.175.a. Antiquitas proximè accedit ad deos.Item:In exemplis autoritatem habet antiquitas.de D.123.a. Errabat enim multis in rebus antiquitas,quam uel uſu iam,uel doctrina,uel uetuſtate immutatam uidemus.ad Her.24.b.Non omnia antiquitati concedenda eſſe. pro Font. 292.b. Generis antiquitas ex clariſſimo municipio profecta. Antequam. 197.a. Generis antiquitas.Or. 211.b. A quibuſdam ſeriò iam emendatur antiquitas,qui,&c.de Or.146.b. Quo magis antiquitatem eorum ſermo retinere uideatur.pro R.P.127.a.P.Rutilius,qui documentum fuit hominibus noſtris uirtutis, antiquitatis,prudentiæ.de Or.101.a.Plurima in XII.tabulis antiquitatis effigies.

Antiquior,us.carior,melior,potior. Ep.178.b. Si in aduentu tuo bellum confici poteſt,nihil ſit antiquius. At. 192.a.Me id multo magis mouet, quod mihi eſt ſanctius, & antiquius. Att.101.b. Ne dubitaris, quin quod honeſtius,id mihi futurum ſit antiquius.Q.Fr.294.b.Quod tibi & antiquiſſimum eſſe,et ab initio fuiſſe,omnium ſermone celebratum eſt. At.37.a. Nihil mihi antiquius amicitia noſtra eſt.de D.124.b. Antiquiorem Deiotaro fuiſſe laudem & gloriam,quàm regnum & poſſeſſiones ſuas. Ep. 170.a. Nec quicquam habui antiquius, quàm ut Panſam ſtatim conuenirem. At.187.b. De Tullia mea tibi antiquiſſimũ eſſe uideo. Qu. Fr.306.b. Is iudiciorum cauſam ſuſcepit, antiquiſſimamq; ſe habiturum dixit. de In. 55.b. Hoc trophæo nihil carius, nihil antiquius habere conuenit. Att.160.b. Naualis apparatus ei ſemper antiquiſſima cura fuit. Att.238.b. Id quidem ſic ſuſceptum eſt mihi,ut nihil ſim habiturus antiquius. Ad Her.32.a. At ſalus antiquior eſt militum,quàm impedimentorum. Epiſt. 166.a. Nihil antiquius communi ſalute iudicaui. de In. 57.a. Qui pauperes ſunt,ijs antiquior officio pecunia eſt. I.A.247.a.Nihil uita antiquius exiſtimare,omnia poſteriora libertate ducere.

Antiquo,as.abrogo.de Leg.191.b. Vos demum,ut uideo,legem antiquaſtis ſine tabella. Att.9.a. Et populum ut rogationem antiquaret rogabant. At.8.a. Piſo operam dat,ut ea rogatio,&c.& de religione antiquetur. Off.48.b. Philippus legem agrariam tulit, quam tamen antiquari paſſus eſt.

Antiquus,a,um.priſcus.uetus,credulus,ſimplex,probus.)(.Recens.I.V.87.a. Hæc nimis antiqua & obſoleta ſunt.At.142.b. Igitur antiquiſſimæ cuiq; epiſtolæ primũ reſpondebo.Q.Fr.319.a.Antiquior dies in tuis erat aſcripta literis.pro Rab.95.b.Cauſam ſuſcepiſti antiquiorem memoria tua.de Vn.198.b.Animus & ortu et uirtute eſt antiquior corpore.de Am.101.a. Antiquior & pulchrior & magis à natura profecta cauſa amicitiæ. de Cla.172.a. Sed multo tamen antiquior et horridior ille quàm Scipio. pro S.R.12.b.Homines antiqui,qui ex ſua natura cæteros fingerent,crediderunt.pro S.R.23.a.In qua muliere ueſtigia antiqui officij remanent.pro Clu.33.b. Homines ex uetere illa diſciplina iudiciorum.

Antiſtes,tis.primarius unius templi ſacerdos.pro Dõ. 234.a.Vos qui eſtis antiſtites cerimoniarũ & ſacrorum, autorem habetis & magiſtrum publicæ religionis. de Ar. 246.b.Antiſtites ſacrorũ.de D.131.b.Cum antiſtitibus agamus,ut proferant,&c.pro Dom.213.a. Alij antiſtites deorum immortaliũ, alij interpretes religionũ requirẽdi. de Or.102.a.Eum quærimus,qui ſit eius artis antiſtes, cuius eſſe Deus putatur.

Antiſtita,tæ.I.V.223.b.& 226.b. Cereris ſacerdotes atq; illius fani Antiſtitæ.Sic enim legendum eſt, non antiſtites,autore Gellio, & Priſciano. Significat enim fœminam ſacerdotem.

Antoniaſter.ab Antonio per contemptum factum nomen, ut ab olea oloaſter. Pro Vareno citante Priſciano.31.

Antiſthenes,nis.de Or.148.b. Ab Antiſthene,qui patientiam, & duriciam in Socratico ſermone adamauit Cynici.

Antitheton.Or.213.a. Græci ἀντίθετα nominant, cũ contrarijs contraria opponuntur. Id quod ſcis prodeſt nihil,id quod neſcis obeſt.

Antium.oppidum.At.24.a.Hunc Antiates.26.a.

Anus, ani. Epiſt.140.a. Anum appellas alieno nomine, cur non ſuo potius? Anus, ima excrementorum uia.

Anus, anus. uetula mulier. Tuſcul.214.b. Quæ eſt anus tam delira, quæ iſta timeat? de D.137.b. An tu cenſes ullam anum tam deliram futuram fuiſſe, ut ſomnijs crederet?

Anxietas,tis.procliuitas ad angorem. Tuſ.214.b.Ex quo in alijs anxietas,unde anxij,in alijs iracundia dicitur, quæ ab ira differt.Eſtq; aliud iracundum eſſe, aliud iratũ, ut differt anxietas ab angore.neq; enim omnes anxij, qui anguntur aliquando,neq; anxij ſemper anguntur, ut inter ebrietatem & ebrioſitatem intereſt.

Anxifer,a,um.quod anxietatem affert.de D.85.a. Tu tamen anxiferas curas requiete relaxas.Tuſ.179.b.Anxiferi uertices.

Anxitudo,nis.anxietas. de Rep. Quartaq; anxitudo prona ad luctum & mœrens, ſemperq; ipſa ſe ſolicitans. ex Non.

Anxius,a,um.qui natura procliuior eſt ad angorem. Tuſ.214.b.Non omnes anxij ſunt qui anguntur aliquando,nec anxij ſemper anguntur. Tuſ.216.a. Aegritudo anxia atq; acerba.de Sen.90.b. At ſunt moroſi,& anxij,& iracundi, & difficiles ſenes. At.38.a. Solicitus & anxius amor. de Fin.76.a. Anxio & ſolicito animo eſſe. Off. 15.a. Si quidem nec anxij futuri, & cum grauitate conſtantiaq; uicturi.

Aonium.oppidum.At.82.a.

Apamea,eæ.oppidum.At.76.b.

Apamenſis.At.82.a.300.a.

Apameus,a,um.aliàs Apianus.Ep.39.

Apage,& apagete.abigentis uox,& faſtidientis aliquid.Ep.66.a.De Catilio neſcio quid ad me ſcripſiſti deprecationis diligentiſſimæ, apagete cum noſtro Sexto Seruilio.

Apenninus,ni.mons Italiam interſecans.I.A.244.b. Num idem in Apennini tramitibus potero facere? Epiſt. 172.b. Antonius Apennino alpibuſq; ſe tenet.I.C.109.b.

Aper,pri. Sylueſter porcus. I.V.222.b. Aiebant in labores Herculis non minus hunc immaniſſimum Verrem, quàm illum aprum Erimanthium referri oportere. Tuſc. 219.b. Iratum'ne Herculem cenſes conflixiſſe cum Erimanthio apro?

Aperio,ris.patefacio,palàm facio,illuſtro,aditum facio,emergo,refero,diduco,diuarico,reſigno. de D.96.a. & 122.b.In templo Herculis ualuæ clauſæ repagulis ſubitò ſeipſæ aperuerunt. de N.54.b. Palpebræ aptiſſimæ & ad claudendas pupillas,& ad aperiendas. pro Clu.31.a. Quæ in diuturna obſcuritate latuerunt,ſic aperiam,ut ea cernere oculis uideamini. At.74.a.Epiſtolam aperui, legi. At.7.b.& 112.a.& rurſus At.166.a. Aperire literas. & ibid.Reſignatæ literæ.de N.36.b.Stella tum deliteſcẽs, tum rurſum ſe aperiens.& 36.a.Tum occultari, tum aperiri.de Fin.68.a. Aperiendũ eſt igitur quid ſit uoluptas, aliter enim explicari quod quæritur non poteſt.Off.26.a. Verentur ne ſi quo caſu euenerit,ut corporis partes quædam aperiantur,afficiantur non decore. I.A.175.a. Cum mulier fleret uberius,is caput aperuit,in collũ inuaſit. de Fin.55.a. Altera occulta quædam,& quaſi inuoluta aperiuntur,altera prõpta & aperta indicãtur.Off.44.b.Quãobrem nec ita claudenda eſt res familiaris, ut eam benignitas aperire nõ poſſit:nec ita reſeranda,ut pateat omnibus. Ep.137.b.Dionyſius Corinthi dicitur ludũ aperuiſſe. Ep. 88.b.Tibi uirtus tua reditum ad tuos aperuit. At.279.a. Nec in ſenatu ſceleratiſſimorum conſiliorũ fontes aperire dubitaui. pro S.R.39.a.Id quod poſtea aperietur. Antequã.194.a.Aperuerunt non fortes eſſe ſe amicos,ſi,&c. ad Her.25.b.& 16.a. Aperire fontes penitus abſconditos. I.A.261.a. Si de clementia,qua in alios uſi ſumus, aperiemus.Item:Multis apertus curſus ad laudem.Tuſc.146.b. Multo ſtudioſius philoſophiæ fontes aperiemus. de Orat. 91.b. Carneades uerò multo uberius iiſdem de rebus loquebatur,non quo aperiret ſententiã ſuam( hic enim mos patrius Academiæ,aduerſari ſemper omnibus in diſputando) ſed,&c.

Apertè.planè,nõ obſcurè,non diſſimulanter,rectè.)(. Circuitione,ex inſidijs,tectè.I.V.69.b.Apertè palamq; dicere aliquid.pro Q.R.52.a.Planius & apertius dicã. de Fin.67.a.Planè & apertè loqui.I.V.140.b.Apertiſſimè & planiſſimè explicare quidpiam.de Or.137.a.Ponere aliquid apertè falſum.de Cla.190.a.Numeri nõ apertè,ſed diſſimulanter concluſi. Or.200.a.Non ex inſidijs, ſed apertè & palàm facere aliquid.pro Plan.266.a. Sed cum dolorẽ hic tuli paulo apertius. A.227.b.Lætitiã apertiſſimè tulimus omnes. At.276.b. Quæ uerba apertè indicãt poſſe rationẽ haberi etiã nõ præſentis. At.9.a. Et tamẽ ab illo apertè,tectè,quicquid eſt datum,libenter accepi.

Apertus,a,um.patens,manifeſtus,planus, ante oculos poſitus.)(.Obſcurus,occultus,inſidioſus.de D.80.a. Aſſyrij cœlum ex omni parte patens atq; apertum intuentur. I.C.104.a.Cum illum ex occultis inſidijs in apertũ latrocinium cõiecimus.pro.Pom.17.b.Multas ſimultates,partim obſcuras,partim apertas ſuſcepi.pro.Mur.136.a. Atque ille,ut ſemper fuit apertiſſimus,nõ ſe purgauit,ſed indicauit.pro Clu.27.a. Nemo unquam apertior in iudiciũ adductus eſt.de N.26.b.Nihil poteſt eſſe tam apertũ, tãq; perſpicuũ.At.120.a.Apertus dolor.)(.Hebes dolor. de Am.114.a.Apertũ pectus,ut dicitur,uidere & oſtendere. Ep.3.b.Quod iam omnibus eſt apertũ.Parad.116.b.In apertum referre aliquod opus:id eſt,edere.pro Cec.285.b. Cauſa aperta & ſimplex.de In.48.b.Aperta et lucida narratio.I.V.209.b.Statuerunt ſe nihil tam clauſum neq; tã reconditum poſſe habere, quod non iſtius cupiditati apertiſſimum promptiſſimũq; eſſet. pro S.R.34.b. Vnum hoc ſumo,quod mihi apertũ tuum ſcelus,reſq; manifeſta dat. Or.218.b.Dochimus iteratus numerum apertum, & nimis inſignẽ facit.

Apex,cis.de Sen.90.a. Apex ſenectutis eſt autoritas: id eſt,ſumma dignitas.nam apex cuiuſq; rei faſtigium ſignificat.de Leg.156.b.Nec dubito quin ab aquila Tarquino apicem impoſitum putent. id eſt, Diadema, regis inſigne.

Aphractum,cti.& Aphractus,cti.genus nauigij,quo Rhodij utebantur.At.74.b. Nauigauimus tardius propter aphractorum Rhodiorum imbecillitatem. Att.97.a. Aphractis cæteriſq; longis nauibus tranquillitatem aucupaturi eramus.At.96.b.Detraxit uiginti ipſos dies etiam aphractus Rhodiorum.

Apiani.legati.Ep.35.a.

Apis,pis.Off.31.a.Apum examina non fingendorum fauorũ cauſa congregantur,ſed cum cõgregabilia natura ſint,fingunt fauos.Tuſ.186.b.Cum liqueſcimus fluimuſq; mollitia,apis aculeum ſine clamore ferre nã poſſumus. de Aruſp.249.b.& de D.95.b.Si examen apum ludis in ſcenam ueniſſet. Off.35.a. Apes quorum opere efficitur aliquid ad hominum uſum atq; uitam.

Apiſci.pro adipiſci.Ep.51.a.Sulpitij.

Apis,apidis. de N.17.b. Apis ille ſanctus Aegyptiorum bos.

Απόδειξις.demõſtratio.l.argumentũ et demõſtratio.

Apodyterium,rij.locus ubi balnearium ingreſſuri,ſe expoliabant.Q.Fr.318.a.In balnearijs aſſa,in alterum apodyterij angulum promoui.Q.Fr.319.a.Iam ἀποδυτηρίῳ nihil alſius.

Apollinares.ludi,id eſt, Apollini dicati. At.34.a.

Apollo,linis.de N.39.b.Iam Apollinis nomẽ eſt græcum,quem ſolẽ eſſe uolunt.& 71.a.Apollinum antiquiſſimus.& ibid.de Apollinib. multis.I.V.228.a. Apollo Theſmotes,uel Tẽnites.pro Fõt.280.a.Hæ ſunt nationes,quæ quondã Delphos uſq; ad Apollinem Pythium, atq; ad oraculum orbis terræ uexandum profectæ ſunt.

Apollonia,niæ.At.273.b.Ep.217.a.

Apollonienſis,ſe.pro Flac.161.a.At.301.b.

Apolloniates. Diogenes. de N.8.a.I.P.98.a.

Apollonicenſis.At.75.a.

Apollonius,nij.de Or.91.a.95.b.

Apologus,gi.fabula in qua bruta animalia inducuntur loquentia.de Or.133.b.Ad hoc genus adſcribuntur etiam narrationes apologorum.de In.47.b.& ad Her.2.

b. Ab aliqua re iam parata incipere, quæ uel apologum, uel fabulam, uel aliquam contineat irriſionem.

Αποφατικά. l. Negans.

Apophthegma, tis. l. Dictum. Epiſt. 135. b. Sic audio Cæſarem cum uolumina iam confecerit ἀποφθεγμάτων.

Apoproegmenon, id eſt reiectum. )( Proegmenon, id eſt, præpoſitum. de Fin. 93. a. l. Reiectus.

Apotheca, cæ. taberna, uel potius cella uinaria. In Vat. 31. a. Cum omnium domos, apothecas, naueiſq; furaciſſimè ſcrutarere. I. A. 173. a. Apothecæ totæ hominibus nequiſſimis condonabantur.

Apparatè. Att. 222. a. Itaq; edit & bibit ἀδεῶς, & iucundè, opiparè ſanè & apparatè. De Cæſare hoc dicit Cicero.

Apparatio, onis. )( Inapparatio. Off. 44. b. Magnificentia & apparatio popularium munerum. ad Her. 3. a. Genus eſt narrationis, quod intercurrit nonnunquam, aut fidei, aut criminationis, aut alicuius apparationis, uel laudationis cauſa.

Apparatus, a, um. pro Seſt. 25. a. & I. A. 159. b. Qui ludos apparatiſſimos magnificentiſſimosq; fecit. ad Her. 3. a. Quod nimium apparatis uerbis compoſitum eſt. de In 54. a. Domus omnibus rebus instructa & apparata. ad Her. 3. a. Vt non apparata oratio uideatur.

Apparatus, tus. apparatio, inſtrumentum, magnificentia. Off. 6. a. Delectant etiam magnifici apparatus, uitæq; cultus cum elegantia & copia. Or. 204. b. Apparatus epularum à magnificentia recedens. de Som. 126. b. Pòſt autem regio apparatu accepti, &c. In Vat. 35. a. Omitto feſtum diem argento, ueſte, omni apparatu ornatuq; uiſendo. I. A. 179. b. Quid prandiorum apparatus proferam? Ep. 95. a. Apparatus enim ſpectatio tollebat omnem hilaritatem. de Cla 189. a. Præcepta, quæ maiorem habent apparatum. de N. 6. a. Omnis totius orbis deſignatio & apparatus. de Or. 104. b. Dixit Q. Mutius more ſuo, nullo apparatu purè & dilucidè.

Appareo, es. uideor, compareo, adſum, exto, exiſto, cõſtat, eluceo, emineo. in conſpectu relinqui, in conſpectu eſſe, ſpeciem offero, ſpeciem præ me fero, ſpeciem habeo, in conſpectum me do. de D. 122. a. Anguis ille, qui Syllæ apparuit immolanti. Ep. 162. a. Cum equites Antonij apparuiſſent. pro S. R. 38. b. Quod quo ſtudioſius ab ipſis opprimitur & abſconditur, eo magis eminet & apparet. de Cl. 171 b. Itaq; exaruerunt uix iam ut appareant. pro Clu. 48. b. Quid cæteri, quos apparere huic quæſtioni uideo, uolũt? pro Syl. 167. b. An uerò in quibus ſubſellijs hæc ornamenta reip. uiderem, in his me apparere nollem? pro Flac. 152 a. Nulla uſpiam prædonum nauis apparuit. Epiſt. 74. b. Quid rectum ſit apparet, quid expediat incertum eſt. de N. 9. b. Ita fit ut deus ille nuſquam prorſus appareat. de Cla. 137. a. & 175. b. Aulus Porcinna fuit, ut apparet ex orationibus, ſcriptor ſanè bonus. Or. 204. b. Idq; apparet ex genere & granditate uerborum. Item: Aliquid manifeſtò deprehenſum apparere. Epiſt. 15. a. Illud odium omne repente apparuit. pro Flac. 154. a. Siue hoc Romæ confictum eſt, ut apparet: ſiue miſſum domo eſt, ut dicitur. de N. 29. b. Hoc ſi quis quærat unde habemus, apparet quod à terra ſumpſimus. Epiſt. 52. b. De quo quid ſentiam nihil attinet dicere, cum appareat ipſe quid fecerim. de Or. 91. a. Tamen apparet atq; extat, utrum ſimus earum rerum rudes, an didicerimus. de Orat. 88. a. Quid in Numa Pompilio? num quod eloquentiæ ueſtigium apparet? Attic. 288. a. Tamen illud apparebit, uerba rebus eſſe contraria. de D. 137. a. Equus in quo uehebar mecum unà demerſus, rurſus apparuit. I. A. 189. a. Nihil apparet in eo ingenuũ, nihil moderatum. Parad. 116. b. Quoniam illud maiorum uigiliarũ opus in tuo nomine apparuit. de Fin. 95. a. Membra nobis ita data ſunt, ut ad quandam rationẽ uiuendi data eſſe appareant.

Apparitio, onis. pro officio apparitoris. Ep. 223. b. Quod in longa eius apparitione ſingularem eius fidem abſtinentiamq; cognoui.

Apparitor, oris. ſatelles, ſtipator, miniſter. I. V. 160. b. Mittit ad eum Venerios, id eſt, apparitores à prætore aſſignatos. Q. Fr. 292. a. Si lictor non ſuæ, ſed tuæ lenitatis apparitor. I. A. 176. b. Quis unquam apparitor tam humilis, tam abiectus?

Appareo, as. comparo, paro. I. V. 210. a. Ornare & apparare conuiuium. pro Pom. 11. a. Pompeius extrema hyeme bellum apparauit, ineunte uere ſuſcepit, media æſtate confecit. Quint. Fr. 309. a. Crimina quæ in Seſtiũ apparabantur. I. A. 205. a. Facilius apparabitis ea quæ neceſſitas flagitat. pro Mil. 106. b. Qui iter illud ad cædem faciendam apparaſſet. Quin. Fr. 327. b. Is ludos apparat magnificentiſſimos, ſic inquam, ut nemo ſumptuoſiores. ad Her. 1. b. Animus iudicis conſtituitur uel apparatur ad audiendum. & 7. b. Nunquid apparatit: id eſt, parauit.

Appellatio, onis. compellatio. pro R. P. 124. b. Qua appellatione litium? in qua Poſthumi mentio facta nulla eſt. de Cla. 188. b. Lenis appellatio literarum: id eſt, pronunciatio. pro Dom. 239. a. Regum appellationes uenales erant. pro Q. 12. a. Videtur'ne interceſſiſſe appellatio Tribunorum?

Appellator, oris. I. V. 234. a. Nihil ægrius factum eſt multo labore meo, quàm ut manus ab illo appellatore abſtinerentur.

Appello, as. nomino, nuncupo, uſurpo, dico, perhibeo, uoco, inuoco, debitum peto, compello, alloquor, aliquem nomine affari. de N. 70. b. Hunc Aegyptij Thoyth appellant. de Vn. 201. b. Iupiter, Iuno, & reliquos fratres inter ſe agnatosq; uſurpare & appellare uidemus. pro Cecin. 295. b. Seruos non numero diſtinguunt, ſed appellant uno familiæ nomine. & ibid. De liberis quiſquis eſt, procuratoris nomine appellatur. Epiſt. 29. b. Accedit etiam moleſta hæc pompa lictorum meorum, nomenq; imperij quo appellor. I. A. 251. a. O Spartace, quem enim te potius appellem? Epiſtol. 140. a. Appellare rem ſuo nomine. de Vn. 200. b. Cæterorum autem ſyderum ambitus ignorantes homines præter admodum paucos, neque nomen appellant, neq; inter ſe numero commetiuntur. Tuſcul. 232. b. 233. a. Ex maiore parte unaquæq; res appellari, ſpectariq; debet. pro Clu. 32. a. Tuum appellat hilari uultu hominem Balbus, ut blandiſſimè poteſt, quid tu, inquit, Pacete? Q. Fr. 312. b. Tu ut me, & appelles, & interpelles, & colloquare, & obloquare uelim. I. A. 246. b. Salutare benignè, comiter appellare unumquenq;. de Leg. 191. b. Ne quis inſpiciat tabellã, ne roget, ne appellet. Off. 42. b. Appellare milites blãdo ſermone. Anteq. 195. a. Vos ego appello, quorũ de me maxima eſt poteſtas. de Or. 126. b. Cum ego illũ crebrò appellans collegam ei ſuum commendarem. de In. 72. a. Appellare nomen alicuius identidem. I. A. 158. b. Te autem M. Antoni abſentem appello, nónne, &c. pro Clu. 31. a. Te appello Oppianice, te T. Acti, audere negare, &c. pro Mur. 143. b. Te appello Cato, nónne proſpicis? &c.





I. V. 195. b. C. Marcelle te appello, num? etc. pro Pom. 5. b. Appellare aliquem ſuperbius. contra Rul. 78. b. Appellare aliquem aſperius. I. V. 178. a. Appellare aliquem uerbo grauiore. de Orat. 105. a. Vt eum triſtem Galba uidit, nomine appellauit. & Acad. 4. b. Me autem nomine appellabat. At. 77. a. Deiotarus filius, qui rex ab ſenatu appellatus eſt. At. 77. a. Qui rex ab ſenatu eſt appellatus. Epiſt. 23. b. Ita uictoria iuſta imperator appellatus apud Iſſum. Ep. 3. a. Quod tum dicendo, tum ſingulis appellandis rogandiſq; perſpexeram. Epiſt. 61. a. Is cum agere cœpiſſet, tertio quoq; uerbo orationis ſuæ me appellabat. Ep. 15. a. Quidam homines, & ijdem illi, quos ſæpe nutu ſignificationeq; appello. pro Flac. 166. b. Qui etiam me uultu appellat ac repetit etiam, etc. Epiſt. 84. a. Cæſar nũquam niſi honorificentiſſimè Pompeium appellat. Epiſt. 255. a. Tu mi Treboni, quo tolerabilius feramus igniculũ deſiderij tui, crebris nos literis appellato. de Leg. 164. a. *Quæ ſi appellare audent impij, quo tandem ſtudio colentur à bonis. pro Flac. 146. b. Quem enim alium appellem? quem obteſter? quem implorem? I. V. 274. b. Vos etiam imploro atq; appello ſanctiſſimæ deæ. pro S. R. 31. a. Te nunc appello P. Scipio, meminiſti'ne? &c. pro Q. 17. b. Sin, &c. quid agendum eſt? qui Deus appellandus eſt? cuius hominis fides imploranda eſt? pro R. P. 124. a. Neminem unquam, quò ea pecunia perueniſſet cauſam dixiſſe, qui in æſtimandis litibus appellatus non eſſet: in litibus autem nemo appellabatur, niſi ex teſtium dictis, &c. pro Quin. 18. a. Ab omni magiſtratu agitatus, quem præter te appellet habet neminem. pro Cecin. 295. a. Aedes, quæ in lege non appellantur. Off. 18. a. Cauendum eſt ne ijſdem de cauſis alij plectantur, alij ne appellentur quidẽ. pro Cl. 21. a. Hæc omnia niſi perſpexeritis in cauſa, temere à nobis illam appellari putatote. I. A. 174. a. Appellatus es de pecunia, quam pro ſectione debebas. At. 78. b. De Attiliano nomine ſcripſi ad Philotimum, ne appellaret Meſſalam. contra Rul. 86. b. À me petere quod debeo, me ipſum appellare debetis. Att. 189. b. Cocceium uelim appelles, quod enim dixerat, non facit. pro Q. 7. a. Cum tibi quotidie poteſtas fuiſſet admonendi, uerbum nullum facis: biennio iam confecto ferè appellas. Ep. 266. b. Dolobellæ procuratores fac ut admoneantur, appellabis etiam Appiam. At. 6. a. Tulliola tibi diem dat, ſponſorem appellat. At. 5. a. Tulliola tuum munuſculum flagitat, me ſponſorẽ appellat. de Clar. 166. b. Videor enim iam te auſurus eſſe appellare, quoniam, &c. At. 261. a. Poſſumus enim ut ſpõſores appellemus, procuratores introducere. Att. 211. b. Ad Tribunos quod appelles ualde probo. pro Quin. 11. b. Cuius procurator à prætore ad Tribunos appellare auſus ſit. I. V. 233. b. Atq; adeò cum iam diſceſſio facta eſſet, prætor appellatur. & ibi. Quis igitur prætorem appellat? qui quæſtor iſtius fuerat Cæcilius. I. V. 35. b. Appellaſti Tribunos plebis, ne cauſam diceres. pro Plan. 246. a. Appellaui populum, tribubus me ſubmiſi. pro Q. 5. a. Appellantur Tribuni, à quibus cum eſſet certum auxilium petitum, tamen, &c. de Cl. 176. b. Nam de ſono uocis & ſuauitate appellandarum literarum, quoniam filium cognouiſti, noli expectare quid dicam.

Appello, lis. applico. I. V. 85. b. Cum Perſæ mille numero nauium claſſem ad Delum appuliſſent. & 248. b. Appellitur nauis Syracuſas. & 244. b. Nauis appulſa Veliã eſt. & 250. a. Quos in Siciliam appulſos eſſe nauigijs dicebat. & 224. a. & 265. b. Claſſe ad eum locum appulſa. At. 210. a. Cum ad uillam noſtram nauis appelleretur. de Or. 122. b. Timidè tanquam ad aliquem libidinis ſcopulũ, ſic tuam mentem ad philoſophiam appuliſti. pro Rab. 95. b. Nec tuas unquam rationes ad eos ſcopulos appuliſſes, ad quos S. Titij afflictam nauem uideres. de D. 89. b. Viſus eſt in ſomnis paſtor ad me appellere.

Appendicula, læ. corollarium. pro R. P. 123. b. Eſt enim hæc cauſa quò ea pecunia peruenerit, quaſi quædam appendicula cauſæ iudicatæ atq; damnatæ.

Appendix, cis. additamentum, corollarium. In Hort. Vidit enim quod uidendum fuit, appendicem animi eſſe corpus.

Appendo, dis. pendo, annecto. l. Appenſus. I. V. 212. b L. Piſo aurifici palàm appendit aurũ. pro S. R. 42. b. Omnia ſua tibi conceſſit, adnumerauit, appendit. I. A. 178. b. Tanti acerui nummorum apud iſtum conſtruuntur, ut iã appendantur non numerentur pecuniæ. de Opt. 244. a. Non uerba me annumerare lectori putaui oportere, ſed tanquam appendere.

Appenſus, a, um. Tuſc. 240. a. Gladium è lacunari ſeta equina appenſum demitti iuſſit.

Appetens, tis. auidus, cupidus. pro Pom. 5. a. Quoniã ſemper appetentes gloriæ præter cæteras gentes atq; auidi laudis fuiſtis. de Am. 105. b. Nihil eſt tam appetens ſimilium ſui, nihil rapacius quàm natura. de Or. 125. a. Gratus animus non appetens, non auidus. Tuſ. 187. b. Studioſiſſimus appetentiſſimusq; honeſtatis. contra Rul. 70. a. Homo cupidus atq; appetens.

Appetentia, tiæ. Tuſ. 212. b. Libido efficit effrenatam appetentiam.

Appetitio, onis. græcè ὁρμή )( Declinatio. de Fin. 95. a. & 117. a. Appetitio animi, quæ Græce ὁρμὴ dicitur. Offic. 36. b. Appetitiones, quas græci ὁρμὰς nominant, obedientes efficere rationi. de N. 37. b. Natura mundi habet motus uoluntarios, appetitionesq;, quas Græci ὁρμὰς dicunt. Off. 3. b. Huic ueri uidendi cupiditati adiũcta eſt appetitio quædam principatus. de N. 69. a. Appetitio & declinatio naturalis in animali. Off. 59. a. Detractio & appetitio alieni. de D. 90. a. Ei magi dixerunt, ex triplici appetitiõe ſolis XXX annos Cyrũ regnaturũ eſſe portẽdi.

Appetitus, a, um. tẽtatus, expetitus. l. Appeto. pro Q. 18. a. Quintius è fundo ornatiſſimo deiectus, ignominijs omnib. appetitus, nihil alienum tamen uita ſuperiore commiſit. pro Q. 23. a. Vita eius ſæpe ferro inſidijsq; appetita.

Appetitus, tus. appetitio, appetẽtia, impetus. ὁρμή de N. 50. a. Natura dedit belluis & ſenſum & appetitũ, ut altero conatũ haberent ad naturales paſtus capeſcẽdos, altero ſecernerent peſtifera à ſalutarib. de N. 31. b. Natura belluis dedit ſenſum & motum, & cũ quodã appetitu acceſſum ad res ſalutares. & ibi. Ratio qua reguntur animi appetitus. Off. 20. b. Duplex eſt uis animorum atq; naturæ, una pars in appetitu poſita eſt, quæ eſt ὁρμὴ græcè, quæ hominem huc & illuc rapit: altera in ratione, quæ docet & explanat quid faciendũ fugiendumq; ſit. ita fit ut ratio præſit, appetitus uerò obtemperet. Off. 26. b. Motus animorũ duplices ſunt, alteri cogitationis, alteri appetitus. et ibi. Cogitatio in uero exquirendo maximè uerſatur, appetitus impellit ad agendum. de D. 95. a. Pars animi, quæ ſenſum, quæ motũ, quæ appetitũ habet. Off. 35. a. Animalia, quæ habent ſuos motus & rerũ appetitus. & 21. b. Si quis eſt paulo erectior, occultat & diſſimulat appetitũ uoluptatis. Off. 20. b. Appetitus rationi ſunt ſubiecti lege naturæ. & ibi. Efficiendum eſt ut appetitus rationi obediant. & 26. b. Appetitum rationi obedientem præbeamus. & 3. a. Com-

3.d.Commune animantium omnium eſt coniunctionis ap
petitus.& 21.d.Contrahere & ſedare omnes appetitus.

Appeto,tis.requiro,expeto,aſciſco, apprehẽdere co
nor.)(.Declino,depello,aſpernor. I.V.218.b.Non alienã
mihi laudem appeto. contra Rul.78.a.Nihil ſibi appetit
præcipuè Pompeius.I.V.228.a.In hac partitione ornatus
non plus uictoria Marcelli populo Rom.appetiuit,quàm
humanitas reſeruauit.pro Seſt.15.b. Ea ſibi ille non colen
di,ſed uiolandi cauſa appetierat.de N.52.a. Animalia mo
ueri,& ſentire,& appetere poſſunt.& 66.a.Appetun-
tur quæ ſecundũ naturam ſunt,declinantur cõtraria.pro
S.R.26.b.Suos agros ſtudioſè colebant,nõ alienos cupidè
appetebant.de Or.154.b.Multũ illi de præclariſsimis ar-
tibus ſibi appetierunt.contra Rul.85.a. Nonne arbitrami
ni paucis annis fuiſſe conſulum nomen appetituros? Off.
7.b.Cum utriq; ſeparatim locutus eſt, ne cupidè quid age
rent,nec appeterent,atq; ut regredi quàm progredi mal
lent.de Am.111.a.Deinde requirunt atq; appetũt ad quas
eiuſdem generis ſe applicent animantes. At.125.a.Genus
illud Syllani regni iampridem appetitur, multis qui unà
ſunt cupientibus.de L.180.b.Quid eſt quod ad ius ponti-
ficium ciuile appetatis? Att.273.b. Qui ex Aſia fugere di
cebatur,Europam conatur appetere. I.A.167.a. Hunc
uel ipſi parietes affari atq; appetere uidentur. pro Syl.
182.b.Graue ſi appetimus aliquid, &c. I.A.190.a.Hoc
non modò non recuſo,ſed appeto etiam atq; depoſco. de
Ar.245.a.Is inimicitias non ſolum ſuſcepit propter ſalu-
tem meam,ſed etiam appetiuit.de Fin.54.b.& 55.a. Om
ne animal ſimul atq; natum eſt,uoluptatem appetit, eaq;
gaudet ut ſummo bono:dolorem aſpernatur ut ſummum
malum,& quantum poteſt à ſe repellit. pro Mil. 121.a.
Ego inimicitias potentium pro te appetiui. de D.126.a.
Puer lactens,mammam appetens.de D.90.a. Is ter ſolem
fruſtra appetiuit manibus,cum ſe conuoluens ille elabere
tur.de N.46.a.Mare terram appetens littoribus cludit.
pro D.215.b.A quibus ille ſe lapidibus appetitum & per
cuſſum eſſe dixit.pro Plan.274.b.Vitam meam inimico-
rum modeſtia non eſſe appetitam.pro S.R.23.a.Filij uita
infeſta ſæpe ferro atq; inſidijs appetita.I.P.94. a. Hic nõ
fugit eius amicitiam, cum eſſet præſertim appetitus. de
Sen.90.a.Salutari,appeti,decedi,aſſurgi,&c. pro Dom.
233.b.M. Manlius regnum appetiſſe eſt iudicatus.pro D.
233.a.Sp. Melij regnum appetentis domus eſt complana-
ta. pro Mil.115.a. Sp. Melius in ſuſpicionem incidit re-
gni appetendi. de Sen.89.a.Appetere & occupare reg-
num. I.A.182.a.Qui propter ſuſpicionem regni appe-
tendi ſunt necati.& ibi.In regnum appetentem impetum
fecerunt.

Appingo,gis. At.27.b.Epiſtolam ſuperiorem reſti-
tue nobis,& appinge aliquid noui,id eſt,adde,adiunge.

Appius Claudius cæcus pacem Pyrrhi diremit, aquã
adduxit,uiam muniuit.pro Cæl.44.b.

Applauditur.imperſonale.pro Seſt.25.a.Cui generi
ciuium maximè applauditur.

Appias,apiados.ab Appio.Ep.30.b.

Appietas,atis.Ep.36.a. Vllam appietatem, aut len-
tulitatem ualere apud me plus,quàm ornamenta uirtutis
exiſtimas:id eſt,ullam Appij aut Lentuli nobilitatem.

Applauſus,ſus.fauor popularis. de Dom.130.a.En-
nius,qui magno applauſu loquitur, aſſentiente populo,
ego,&c.

Applicatio,tionis.adiunctio animi. de Am.101.a.À
natura mihi uidetur potius,quàm ab indigentia orta ami



citia:applicatione magis animi cum quodam ſenſu aman-
di,quàm cogitatione quantum illa,&c. de Or.99.b.Ius
applicationis.

Applico,as.applicui & applicaui.confero, adiungo,
appello.Off.23.b.Itaq; ſe alij ad philoſophiam, alij ad ius
ciuile applicant.Acad.16.b.Ad hanc potiſsimum philoſo
phiam me applicaui.de Fin.72.b.Voluptas nõ poteſt ad
honeſtatem applicari.de Or.113.b.Qui ad ſcribendam hi
ſtoriam maximè ſe applicauerunt. de In.67.a.Ante rem
erit,quod in itinere ſe tam familiariter applicauerit. de
Cl.194.a.Meq; ad Molonem applicaui. pro Cl.31.b. &
27.a.Oppianicus ſe ad Staleni familiaritatem applicauit.
I.V.109.a.Sicilia ſe ad amicitiam fidemq; populi Rom.
applicuit.de Am.105.b.Applicare & adiungere ſe ad uir
tutem. de Fat.148.a.Chryſippus medium ſe fieri uoluit:
ſed applicat ſe ad eos potius,qui,&c. Epiſt.43.b.Omnes
uires ciuitatis ſe ad Pompeij ductum applicauerunt. de
Fin.113.b.Omne animal applicatum eſt ad ſe diligendum,
et ad id quod in eo eſt optimum. de Am.102.a.Quam qui
appetunt,applicant ſeſe & propius admouẽt.de Am.111.
a.Deinde requirunt atq; appetunt, ad quas ſe applicent
eiuſdem generis animantes.I.A.165.b. Si ille ad eam ripã
quam conſtituerat,non ad contrariam nauim applicuiſ-
ſet.Ad Her.13.a.Fortuna nihil cernit,quò ſeſe applicet.de
In.81.b.Nautæ nauim ad eum applicauerunt. de Or.99.
b.Cui Romæ exulare ius eſſet,ſi ſe ad aliquem quaſi patro
num applicuiſſet.Tuſ.243.b.Indi cum ad flammam ſe ap
plicuerint,ſine gemitu aduruntur.

Applicatus,a,um.de In.50.b.Occupatio uehemens ad
aliquam rem magna cum uoluntate applicata. & de Fin.
113.b.leg.Applico.

Appono,nis.affingo.I.P.95.a.Ariſtarchus, qui notã
apponebat ad malum uerſum. Epiſtol.205.a. Reliquis
epiſtolis tantum faciam,ut notam apponam eam, quæ mi
hi tecum conuenit. de In. 63.b. Caupo alterius gladium
propè appoſitum è uagina eduxit. I.V.105.a.Omnes il-
læ columnæ machina appoſita,nulla impenſa deiectæ.Br.
91.b.Nec ſignum tuum in epiſtola,nec dies appoſitus eſt.
I.V.241.a.Reticulumq; ad nares ſibi apponebat,plenum
roſæ.Off.64.a.Non licitatorem uenditor,nec qui contrã
ſe liceatur,emptor apponet. I.V.91.a. Accuſator appo
nitur ciuis Rom. & 113.b. Verres calumniatores appo
nebat. I.A.165.a.Apponere ſibi præuaricatorem. I.V.
104.b.Apponere mancupem in locatione. I.V.211.a.Ar
gentum illi cæterum purum appoſuerat, ne purus ipſe re
linqueretur. Tuſc.246.a.& 226.a.Xenocrates adduxit
legatos ad cœnam in Academiam,ijs appoſuit tantũ quod
ſatis eſſet,nullo apparatu. I.V.211.a.Is cœnam iſti dabat,
appoſuit patellam,in qua ſigilla erant egregia. At.87.a.
Quid te in uaſis fictilibus appoſiturum putem? Att.224.
b.Hæc ad te ſcripſi appoſita ſecunda menſa. Epiſt.136.b.
Volo enim uidere animum,qui mihi audeat iſta quæ ſcri-
bis,apponere.

Apporto,as.affero.I.V.87.b.P. Seruilius ornamen-
ta hoſtium populo Rom.apportauit.I.V.191.a. Appor-
tare frumentum ad difficillima loca. I.V.261.b. Quæ nõ
ab hoſtibus uictis capta & apportata ſit.Off.30.b. Mer-
catura magna & copioſa multa undiq; apportans,&c.
de Sen.82.a. Ex Cæcilio. Senectus apportat ſecum mul-
ta uicia.

Appoſitè.aptè,accõmodatè.de In.43.a.Dicere appo
ſitè ad perſuaſionem & ibi.Curare appoſitè ad ſanandũ.

Appoſitio,onis.Parad.117.a.Sed hæc uideri poſſunt
obſcuriora



obſcuriora cum ſine appoſitione exemplorum lentius di-
ſputantur.

Appoſitus,a,um.aptus,accommodatus,propinquus,
finitimus.de D.97.a.Noctu lumine appoſito nutrix ani-
maduertit puerum,&c.de In.83.a.82.b. Propter ſe fugiẽ
da ſunt etiam illa,quæ propinqua uidentur ac finitima eſ
ſe,abſunt autem longiſsimè, quod genus fidentiæ contra-
rium eſt diffidentia:audacia autem non cõtrarium,ſed ap
poſitum ac propinquum eſt.de In.76.a. Loci appoſiti ad
præmij quæſtionem.de In.77.a.Si quid ad id appoſitũ ſit,
quod nos interpretemur.Ad Her.39. a. Forma appoſita
ad dignitatem.I.V.82.a.Menſes tres ad dicendum maxi-
mè appoſitos mihi eripuiſtis.At.45.a.Locus minimè ap-
poſitus ad tolerandam calamitatẽ. I.V.229.b.Operarius
appoſitior ad deferenda,quàm ad auferenda ſigna.et 257
b.Homo bene appoſitus ad iſtius audaciã.At.123.a.Cæte-
ra appoſita tibi mandabo. Q.Fr.307.a.Habet quiddam
Sardinia appoſitũ ad recordationẽ præteritæ memoriæ.

Apprehẽdo,dis.arripio,appeto.de N.50.a.Vites cla
uiculis adminicula tanquam manibus apprehendunt. pro
Q.18.a.Ipſius Sex.Neuij lachrymans manũ apprehẽdit.
de N.12.b.Atomi cohæreſcunt inter ſe,et aliæ alias appre
hendentes continuantur.At.160.a.Neceſſe eſt iſtũ appre
hendere Hiſpanias. de Or.148.a.Ex Socratis diſputatio-
nib.uarijs alius aliud apprehẽdit.pro Cl.28. a. Quicquid
ego apprehẽderã,ſtatim accuſator extorquebat è manib.

Apprimè.ualde,multum,perquã.de Fin.97.a.Id ap-
primè rectiſsimè dicitur.

Approbatio,onis.comprobatio. de Cl.181.a.Id uulgi
aſſenſu & populari approbatione iudicari ſolet. Acad.
20.b.Nunc de aſſenſione atq; approbatione, quàm græci
συγκατάθεσιν uocãt,pauca dicemus.Tuſ.175.b. Effectus
eloquentiæ, eſt audientium approbatio. de Cl.189.b.Præ
ſertim tantis plauſibus,tanta approbatione infimorum.
Off.20.a.& 29.a.Sic hoc decorum mouet approbatio-
nem eorum,quibus cum uiuitur. de In.55.a.Approbatio
eſt,per quam id quod breuiter expoſitum eſt, rationibus
affirmatum probabilius & apertius fit.

Approbator,oris.autor,comprobator. Attic.256.a.
Quamuis nõ fueris ſuaſor et impulſor profectionis meæ,
approbator certè fuiſti. Item: Cn. Pompeius, qui uoluit
me ſui facti,ſui iudicij,ſui beneficij eſſe & prædicatorem,
& autorem.

Approbo,as.comprobo,laudo,autoritatem alicui rei
tribuo,fidem alicui rei tribuo,aſciſco. Acad.24.a. Hoc ne
gas te noſſe,nec approbare,nec improbare. Quint. Fr.
324.b. Ego meum conſilium uehementer approbo. pro
Ar.190.b.Milites magno illud clamore approbauerunt.
Quin.Fr.306.b.Approbare ſententiã alicuius. pro Seſt.
19.b. Cn. Pompeius approbauit ac laudauit ſententiam
Cottæ.I.P.80.b.Populus meum iuſiurandum una uoce,et
conſenſu approbauit.pro Deiot.149.a.Si hoc à tanta au
toritate approbatum fuerit.Att.97.a.Id etiam uidebatur
approbare,quod erat in extremo, febriculam tum te ha-
bentem ſcripſiſſe,&c.de Fin.96.a.Quo poſito & omniũ
conſenſu approbato illud aſſumitur.Epiſtol.15.a. Dijs ho
minibusq; approbantibus. At.95.b.Id quidem,inquis,Dij
approbent,ita uelim.Epiſt.26.a.Quod actum eſt,dij ap-
probent.

Appromitto,tis. Att. 68.a.De Oppio factum eſt ut
uolui,& maximè,quod DXX appromiſiſti. aliàs, ape-
ruiſti,& rectius.

Appropero,as.propero.At.58.b.Luciumq; ut appro



peret,adhortabor.pro Mil.110.a.Quem diem ille niſi ad
cogitatum facinus approperaret, nunquam reliquiſſet.
Q.Fr.313.a.Adduc,ſi me amas,Mariũ,ſed approperate.

Appropinquatio,onis.de Sen.91.a. Appropinquatio
mortis.de Fin.132.a.

Appropinquo,as.accedo,aduento, propè accedo,pro
pius accedo,proximè accedo,propè ſum,propius ſum,ad
ſum,propè adſum,propius adſum,uicinus ſum ad facien-
dum aliquid,admoueo,propius admoueo, impendeo, pe-
dem cõfero,ut aiunt.ſubſum.)(.longè abſum.Q.Fr.327.a
Sed eius rei maturitas nondum uenit, & tamẽ iam appro
pinquat.I.C.106.b.Quibus ego confido impendêre fatũ
aliquid,aut inſtare iam planè, aut certè iam appropin-
quare.& 115.a.Totius urbis occaſus appropinquat. Ep.
20.a.Sed tamen cum appropinquare tuus aduentus puta
retur,magnitudo rei fecit,ut,&c.& 52.a.Quanquã ſpe-
rabam tuum aduẽtum(ſic enim audiebam)appropinqua-
re.pro Cl. 58.a. Cum appropinquare huius iudicium ei
nunciatum eſſet.de Fin.131.b.Quis eſt enim,cui mors cum
appropinquet,non refugiat,&c. de Fin.120.b.Propius
eſſe eos ad reſpirandum,qui ad ſummam iam aquam ap-
propinquant.de Fin.200.a.Nec Catulus ille, qui iam ap-
propinquat ut uideat,plus cernit, quàm is qui modò eſt
natus.I.A.193.a.Illi pœna,libertas nobis appropinquat.
Cæſar 44.a.Hos item alij ex primis proximis nauibus cũ
conſpexiſſent,ſubſecuti hoſtibus appropinquarunt.

Appulſus,ſus.de N.7.a.Pars terræ appulſu ſolis exar
ſit.)(.Longinquo ſolis abſceſſu obriguit. de N.56.b. Vt
omnes ictus omneſq; nimios,& frigoris,& caloris appul
ſus ſentire poſsimus.de N.54.b.Tactus omnes appulſus ni
mios,& frigoris,& caloris ſentit.de D.94.a. Tribus mo
dis deorum appulſu homines ſomniant.

Apricatio,onis. At.108.b. Vnam me hercule tecũ a-
pricationem in illo Lucretino tuo ſole malim, quàm om-
nia iſtiuſmodi regna. de Sen.89.a.Caleſcere uel aprica-
tione uel igni.

Apricor,aris.ad ſolem maneo.Tuſ.246.a.b.Dioge-
nes Alexandro roganti ut diceret, ſi quid ſibi opus eſſet:
nunc quidem paululum,inquit,à ſole abſis, offeceras uide
licet apricanti.

Apricus,a,um.ad ſolem apertus.Epiſt.263.b.Helluo
nequiſsimus ſeſtert.CC dabat,nullo aprico horto,nullo e-
miſſario,nulla maceria,nulla caſa.Par.233.a. Locus apri
cus.)(.Locus opacus.

Aptè.appoſitè,accommodatè,congruenter. de Fin.
100.a. Vt ſi cothurni laus illa eſſet,ad pedem aptè conue-
nire.de Or.163.b.Oculi ſunt quorum tum intentione, tũ
remiſsione, motus animorum ſignificemus aptè cum gene
re ipſo orationis. Part.232.b.Dicere aliquid ad tẽpus ap-
tè.Off.29.b.Facilè iudicabimus quid eorũ aptè fiat,quidq;
ab officio naturaq; diſcrepet. de Or.96.b.Loqui ad rerũ
dignitatem aptè & quaſi decorè.Or.218.b.& 220.a.Ap
tè numeroſeq; dicere.de Or.146.a. Vt ad id quodcunque
agetur,aptè congruenterq; dicamus.

Apto,as. de Or.157.b. Hoc uerbum eſt ad id aptatũ,
quod antè dixerat.

Aptus,a,um.accõmodatus,appoſitus,conueniens,cõ
gruẽs,quod decet,cõſtitutus,habilis,idoneus,cõſentaneus,
cohærens,connexus.)(.Diſſolutus. I.V.135.b.Reperiebã
hũc ad iſtius libidines natũ atq; aptum fuiſſe. de Or.93.a.
Cum te unum ex omnibus ad dicendum maximè natũ ap-
tumq; cognoſſem.Part.234.b. Actio congruens & apta
ad animos permouẽdos.de Op.244.a. Verba apta ad no
ſtram

ſtram conſuetudinem. At.121.a. Vir minimè aptus ad do-
cendum.pro Mil.114.b.Simulatio apta ad tempus. Att.
147.b.Ad eam rationem exiſtimabam ſatis aptam eſſe na
turam & perſonã meam.Or.216.a.Pæan minimè eſt ap-
tus ad uerſum.de N.54.b.Palpebræ aptiſsimæ factæ & ad
claudendas pupillas,& ad aperiendas. pro Mil.111.a.V-
tri locus ad inſidias aptior fuerit. de N.76.b.Cum id pal-
lium eſſe aptum ad omne anni tempus diceret. Tuſ.149.
a.Non eruditus,ſed tamen aptus ad dicendum. de Or.85.
a.Explicatio apta ad id quod requiris. de Or.105.a.Cal-
ceis Sicyonijs non uterer,quamuis eſſent habiles atq; apti
ad pedem.de D.127.a.Prædicere ad quam quiſq; maximè
rem aptus futurus ſit. Ep.53.b.Qui locus ad exulandũ eſt
aptiſsimus.de Am.99.a.Nihil eſt tam aptum,tam conue-
niens ad res uel ſecundas uel aduerſas,quàm amicitia. de
N.35.a.Epicurus homo non aptiſsimus ad iocandum. &
34.a.Oſſa commiſſuras habent & ad ſtabilitatem aptas,
& ad artus finiendos accommodatas.de Fin.116.b. Initia
apta & accommodata ad naturam.Ep.34.a.Et ſi ille ad-
uentus ad multas res mihi minus erat aptus.de Fin.107.a.
Ita nati ſumus,ut communiter ad uirtutẽ apti ſimus.Part.
228.b. Omnes illi loci, quos ſuprà diximus,ad pleraſq;
ſunt,ſed alij ad alias quæſtiones aptiores.Quin.Fr.305.b.
Quod certè,et ad honeſtatẽ,& ad effugiẽdos dolores fuit
aptiſsimum. Tuſ.193.b.Animus conturbatus nõ eſt aptus
ad exequendũ munus ſuũ.Tuſc. 167.a.Cũ id non habeas,
quod tibi nec uſu nec natura aptũ ſit,non careas, etiam ſi
ſentias te non habere. Off.20.b.Neq; enim ſolũ corporis
qui ad naturam apti ſunt,ſed multo etiã magis animi mo-
tus probandi,qui item ad naturam accommodati ſunt. de
Cl.185.a.Aptior etiam Palicanus auribus imperitorũ. &
195.b.Hæc genera dicendi aptiora ſunt adoleſcentib. At.
196.a.Huic meo conſilio nihil eſt iſto loco aptius. Off.3.
b.Quod uerũ ſimplexq; eſt,id eſt naturæ hominis aptiſsi-
mum.Ac.41.a.Aut enim huic ætati hoc maximè aptũ eſt,
aut ijs rebus,ſi quas dignas laude geſsimus, hoc in primis
conſentaneũ.Or.203.b.Decere quaſi aptũ eſſe conſenta-
neumq; tempori & perſonæ.I.A.188.a.In ſortitione pro
uinciarũ,quæ cuiq; apta erat,ea cuiq; obuenit. Off.26.a.
Nec hiſtrionibus cõcedendũ eſt,ut his hæc apta ſint, nobis
diſſoluta.de Or.169.a.Hunc ille numerũ clauſulis aptum
putat.In Sal.275.a.Cylones nulla in parte caſtris apti.de
Or.162.b.Nunc quid aptũ ſit, id eſt, quid maximè deceat
in oratione,uideamus.de Sẽ.78.b.Aptiſsima ſunt omnino
arma ſenectutis,artes exercitationesq; uirtutũ.At.217.a.
Nihil fieri poteſt nec commodius nec aptius quàm ut ſcri-
bis.Off.29.a.Ordo eſt compoſitio rerũ aptis et accommo
datis locis.Off.26.a.Quemadmodũ in oratione cõſtante,
ſic in uita omnia ſunt apta,& inter ſe conuenientia.de L.
167.b.Ex natura uiuere ſummũ bonum eſt:id eſt,uita mo
dica & apta uirtute perfrui.de Or.147.b. Ii ſunt in eo ge
nere laudandi laudis,quod ego aptum et congruens nomi
nem.de In.67.a.Hæc & illa inter ſe apta ſunt:id eſt, con-
nexa. Parad.120.b.Vita quæ omni geſtu moderatior,&
omni uerſu aptior eſſe debet. de Orat. 96.a.Neminem
nec motu corporis, nec ipſo habitu atq; forma aptiorem
uidi.

Aptus.cohærens,connexus,coniunctus. de N.60.a.
Balbus multa dixit,etiam ſi minus uera, tamen apta inter
ſe & cohærentia.In Ar.Orbes uincti inter ſe,& nodis cœ
leſtibus apti.pro Cec.295.a.Non ex uerbis aptum pendẽ
re ius.de Fat.147.a. Si ea cauſa non ex æternis cauſis ap-
ta dicatur. Tuſc.235.b.Nam cui uiro ex ſeipſo apta ſunt



omnia,quæ ad beatè uiuendum ferunt,nec ſuſpenſa aliorũ
aut bono caſu, aut contrario pendêre ex alterius euentis
& errare coguntur, huic, &c. de Or.113.b.Thucydides
uerbis aptus et preſſus.Part.242.a.Tanta ſeries artis eſt,
ſic inter ſe ſunt pleraq; connexa & aptaſut,&c. Parad.
118.b.Is beatiſsimus eſt,qui eſt totus aptus ex ſeſe,qui in ſe
uno ſua ponit omnia.de Fin.118.a.Eſt apud illos ordo re-
rum conſeruatus,& omnia inter ſe apta & connexa. de
In.67.a.Hæc & illa inter ſe apta ſunt. Or.220.a.Faci-
lius eſt apta diſſoluere,quàm diſsipata connectere.de Vn.
202.b. Qui rectè uixerit, ad illud aſtrum,quo cum aptus
fuerit,reuertetur.

Apud.prope.ad.Attic.131.a. Cæſar apud Corfinium
caſtra poſuit. de In.78.a.Hoſtes prope muros caſtra
habent.Attic.150.a.Ad murum caſtra poſui. Epiſt.244.
a.Apud oppidum Cybiſtra caſtra feci. & ibid. Ad Cybi-
ſtra quinq; dies commoratus ſum. & alibi. Curio fuit ad
me ſanè diu.contra Rul.62.a.Agri in Hiſpania apud Car
thaginem nouam. de Or.109.b.Cum etiam tum Craſſus
in lecto eſſet,& apud eum Sulpitius ſederet? Epiſt.15.b.
Craſſus cum mihi condixiſſet,cœnauit apud me in mei ge
neri Craſsipedis hortis.Att.67.b.Si me amas,apud me cũ
tuis maneas. Att.71.a. Pompeius à me petierat ut ſecum,
& apud ſe eſſem quotidie.Ep.3.b.Eo die caſu apud Pom-
peium cœnaui.Attic.60.b.Malo tecum apud te ambula-
re,quàm cum eo,quo cum uideo eſſe ambulandum.de Or.
103.a.M.uerò Scaurus,quem non longè ruri apud ſe eſſe
audio,iam credo huc ueniet.apud ſe,id eſt,domi ſuæ. Ep.
229.a.Apud eum ſic Epheſi fui,quotienſcunq; fui,tanquã
domi meæ. pro Seſt.12.a. Eiuſq; uitæ à me inſidias apud
me domi poſitas eſſe dixerunt. de Leg.178.a.Alexander
in Cilicia depoſuiſſe apud ſolem in delubro pecuniam di-
citur.Quin.Fr.318.a.Apud Herum rectè erat. Attic.4.
b.Apud matrem rectè eſt. & ibid. Apud te eſt, ut uolu-
mus.Tuſcul.150.a.Triceps apud inferos Cerberus.Attic.
96.b.Vt confectas rationes lege Iulia apud duas ciuitates
poſsim relinquere.de In.52.a.Impijs apud inferos pœnas
eſſe præparatas. de Dom. 90.b.Apud Agathoclem ſcrip
tum in hiſtoria eſt,eum,&c.de Fin.131.a.Vt ille apud Te
rentium,qui decreuit,etc.de Fin.64.b.Apud cæteros phi
loſophos qui quæſiuit aliquid,tacet.de Or.100.a. Quæſi
tum eſt apud maiores noſtros,num,&c. de Off.61.a. Vt
Petronius apud patres noſtros, Papius nuper. pro Mur.
142.a.Fuit eodem ex ſtudio uir eruditus apud patres no-
ſtros.Quin.Tubero. pro Dom.233.b. Vt apud poſteros
noſtros coniurationis autor fuiſſe uidear. Off.12.a.Non
compellar præmijs, quæ apud me minimum ualent. At-
tic.142.b. Plus apud me ualere beneficij gratiam,quàm
iniuriæ dolorem uolo. pro S.R.19.b.Qui apud me & a-
micitia,& beneficijs,& dignitate plurimum poſſunt.
pro R.P.129.a.Tum ſubinuiſum apud maleuolos Poſthu
mi nomen. de Or.92.b.Apud mediocres homines ex com
muni quadam hominum opinione dicere. At.54.a.Secu-
ta eſt contentio de domo noſtra,diximus apud pontifices.
de In.71.a.Thebani accuſantur apud Amphyctiones. I.
A.196.b.Apud iudicem pro reo dicere. de Orat.117.b.In
ea cauſa quam ille contra me apud Centumuiros pro fra-
tribus Coſsis dixit.de Or.129.b.Nulla unquã apud popu-
lum grauior oratio. I.V.118.b. Facere uerba apud ſena-
tum.de Cl.171.b.Cum eo ipſo anno contra Seruiũ Galbã
ad populum ſumma contentione dixiſſet. de Clar.169.
b.Dicitur etiam C.Flamminius ad populum ualuiſſe dicen
do. pro Quint.1.b. Si apud hoc conſilium ex opibus,
non





non ex ueritate cauſa pẽdetur.I.V.211.a.Eupolemus, qui
nunc apud exercitum cum L.Lucullo eſt.Att.245.a.Is ti-
bi apud me gratias egit.pro Seſt.4.b. Conuentus ille huic
apud me P.Seſtio maximas gratias egit. At.39.b.Cum ali
quem apud te laudaro tuorum familiarium, uolam illum
ſcire ex te,me id feciſſe. At.12.a.Non enim mihi uideor in
ſolenter gloriari,cum de me apud te loquor, in ea præſer
tim epiſtola quam nolo alijs legi. At.83.b.Lucius queri-
tur apud me per literas,eſſe,&c.

Apulia,liæ.At.120.a.Apulia inaniſsima pars Italiæ.
de D.100.b. Apulia maximis terræmotibus conquaſſata
eſt.I.C.105.b.Video cui Apulia ſit attributa.

Apulus,la.pro Cl.23.a.59.a.

Aqua,aquæ.humor,gelidus riuus.pro Q.R.47.b. Ig
nis in aquam coniectus continuò reſtinguitur. Q.Fr.317.
b.Aquam,quam ij ducebant nõ longè à uilla bellè ſanè flu
entem uidi.& ibi.Colligere uberiorem aquam. Q.318.b.
Ducere aquam per fundũ alterius. de D.83.a.Vos quoq;
ſigna uidetis aquai dulcis alumnæ. de D.122.b.Deducere
aquam.& Aquæ deductio.l.Deductio. pro Pl.273.a.Cũ
Puteolos fortè ueniſſem,cum plurimi & lautiſsimi ſolent
eſſe in his locis,&c.me unum feci ex ijs qui ad aquas ueniſ
ſent.I.A.216.a.Aquæ puteolanæ. de aquis Puteolanis &
Baiarum.l.Puteoli & Baiæ.Off.76.b.Sed aqua hæret, ut
aiunt.Quin.Fr.310.b.In hac cauſa mihi aqua hæret.

Aquæductus.us.ductus aquæ,tubus,euripus.de L.169.
a.Ductus uerò aquarum, quos iſti tubos & euripos uo-
cant,quis non irriſerit?At.205.a.De aquæductu probè fe
ciſti.Off.35.b.Adde ductus aquarum,&c. pro Cec.299.
a.Aquæductus,hauſtus,iter,actus.

Aqua intercus,tis.Off.70.b.Si quis medicamentũ cui
piam dederit ad aquam intercutem: id eſt, ad hydropen
curandam.

Aquarius,a,um.In Vat.31.a. Cum tibi aquaria pro-
uincia ſorte obtigiſſet: id eſt, aquarum & aquæductuum
cura.

Aquarius ſubſtantiuum,ſignificat aquarum & aquæ
ductuum curatorem,qui Plinio Aquilex dicitur. Ep.115.
b.Niſi ego cum tabernarijs & aquarijs pugnarem, ueter
nus ciuitatem occupaſſet.

Aquarius. ſignũ cœleſte,uir fundens aquas.In Ar.Et
gelidum riuum fundens aquarius.de N.48.a. Capiti equi
proximat aquarij dextra,totuſq; deinceps Aquarius.

Aquatilis,le.natans,aquarum incola,ut beſtiæ aqua-
tiles.de N.22.a.et 50.b.Beſtiæ aquatiles,quæ in terra gig
nuntur.& 56.b.Beſtiæ terrenæ,aquatiles,& uolatiles.

Aquatio,tionis.Off.63.b.Hic aquatio,hac uilla iſti ca
rere non poſſunt.

Aquila,læ.ales nũcius Iouis.de D.138.a.Curſor ad in
terpretem detulit,aquilam ſe in ſomnis uiſum eſſe factum:
at ille,uiciſti:iſta enim aui uolat nulla uehementius. de D.
85.b.Deiotarus ex itinere iam conſtituto reuertit, aqui-
læ admonitus uolatu. & 102.a. Hic Iouis altiſoni ſubitò
pennata ſatelles,&c.Ep.162.b.Aquilæ duæ, ſigna ſexa-
ginta ſunt relata Antonij.I.C.102.a. A quo etiam aquilã
illam argenteam ſcio eſſe præmiſſam.I.A.263.a. Cũ Hir-
cius ipſe aquilam quartæ legionis inferret.& 243.a. At-
que hic idem latro Italiæ cũ aquilæ primipili aureos num
mos daret,de meis bonis ſe dare dixit.

Aquileia,æ.Vrbs.I.V.36.a.

Aquilo,onis. ſeptentrionalis mundi pars,et uẽtus ex
ea flans.de L.156.b.Orithiã Aquilo ſuſtulit.de Som.129.
b.In aquilonis auſtri'ue partibus.I.V.125.a.Spelunca cõ-



uerſa ad aquilonem infinita altitudine.de N.31.a. Et aqui
lonibus & reliquis frigoribus dureſcit humor.

Aquilonalis,le.de N.36.a.Regio aquilonalis.)(. Au-
ſtralis,aliàs Aquilonaris.

Aquinum,ni.urbs.I.A.180.b.

Aquinates,atium.pro Cl.58.a.I.A.180.b.

Aquula,læ.exigua aqua. de Or.87.a.Platanus,quæ
mihi uidetur non tam ipſa aquula quæ deſcribitur,quàm
Plationis oratione creuiſſe.& 123.b.l.Secluſus.

Ara,aræ.altare,focus,puluinar.de D.123.a.Ex eo Aio
loquenti ara in noua uia conſecrata eſt.& 101.a. pro D.
204.b.Licinia uirgo ueſtalis aram & ædiculam ſub ſaxo
ſacro dedicauit.de Ar.250.a.Qui ſacerdotem ab ipſis aris
puluinaribuſq; detraxiſti. pro Fl.163.a.Is ſi aram tenens
iuraret,crederet nemo.de N.64.b.Quod uos cum facere
non poteſtis,tanquam in aram confugitis ad Deũ. & 68.
b.Aras delubraq; Hecates in Græcia uidimus. pro Quin.
R.50.a.Erotes ſicut in aram confugit in huius domum.
Epiſt.245.a.Caſtra in radicibus Amani habuimus apud
aras Alexandri.Poſtquam.206.a. Qui niſi in aram Tri-
bunatus confugiſſet,uim prætoris effugere non potuiſſet.
I.A.246.b.Eaq; extructio,quæ ſit ad memoriã æternita-
tis ara uirtutis.de N.79.a.Pro aris fociſq; certare. Ante-
quam.197.b.Innocens ab aris fociſq; proiectus.

Ara.ſidus cœleſte.de N.48.b.Aram, quam flatu per
mulcet ſpiritus auſtri.

Arabia,æ.regio.At.147.a.

Arabs,bis.de D.99.b.

Arabarches:id eſt,Pompeius.At.33.a.

Araneola,læ.de N.50.b.Vt in araneolis aliæ quaſi re
te texunt,aliæ ex inopinato obſeruant.

Arateus,a,um. ab Arato aſtronomo.de D.111.a. No
ſtra quædam aratea,&c.

Aratio,onis.I.V.199.b.Arationes tota Sicilia deſertas at
que à dominis relictas eſſe cognoſcitis.& 193.a.Tuſ.245.
a.Aratio fructuoſa.

Arator,oris.colonus,bubulcus. I.A.187.b.Ex arato-
re oratorem fieri. I.V.199.b.Coloni populi Romani at-
que oratores in agros ſuos reuertantur.

Aratrum,tri.contra Rul.79.b. Quod ſolum tam exi
le & macrum eſt,quod aratro perſtringi non poſsit. I.A.
179.b.Vt aratrum circumduceres, cuius quidem uomere
portum Capuæ penè perſtrinxiſti. pro S.R.26.a. Cũ ab
aratro arceſſebantur qui conſules fierent. de N.58.a. Boũ
uires ad aratra extrahenda.

Aratus,ti.de Or.90.b.l. Aſtrologia.

Arbiter,tri.præſens,teſtis,diſceptator domeſticus,ho
noraria amici opera.Off.74.b.Pomponius ſurrexit è le-
ctulo,remotiſq; arbitris ad ſe illũ iuſsit uenire. Ad Her.7.
b.Spes cælandi quæritur ex conſcijs,arbitris,adiutoribus,
etc. contra Rul.77.a.Decemuiri ueſtra uectigalia nõ mo
dò ne uobis quidem arbitris,ſed ne præcone quidem teſte
uendent. At.246.a.Loca ab arbitris remota. I.V.252.a.
Locus amœnus & arbitris remotus.I.V.274.a.Caſtor et
Pollux legum iudiciorumq; arbitri & teſtes, celeberrimo
in loco prætorij locati. Top.224.b.Aqua iubetur ab arbi
tro arceri.Ep.215.a.Sic enim præſcripſimus ijs,quibus ea
negocia mandauimus,ut omnibus in rebus, quæ in aliquã
controuerſiam uocarentur te arbitro,& quod commodo
tuo fieri poſsit,te diſceptatore uterentur.Tuſ.251.b.Quo
rum controuerſiam ſolebat tanquam honorarius arbiter
iudicare Carneades. Off.7.b. Quint. Fabius Labeo ar-
biter Nolanis & Neapolitanis de finibus agri à ſenatu
datus.

datus.de Leg.166.b.Sed ego planè uellem me arbitrum
inter antiquam Academiam & Xenonem datũ. At.237.
b.Antonius arbitrum me ſtatuebat non modò huius rei,
ſed totius conſulatus ſui.pro S.R.37.b.Damnatus per ar=
bitrum, & rem reſtituit,& honeſtatem omnem amittit.
pro Cecin.288.b.Is nomine hæredis arbitrum herciſcun=
dæ familiæ poſtulauit. pro Quin.R. 46.b.Quis in hanc
rem fuit arbiter? Offic. 65.a. Itaque Calphurnius arbi=
trum illum adegit,quicquid ſibi de ea re facere oporteret
ex fide bona. aliàs, Ad arbitrum. pro Quint.R.46.b.
De arbitro & arbitrio,& compromiſſo,multa præclara
dicuntur.

Arbitratus,tus.uoluntas. de Or.93.b.Qui mihi nunc
quæſtiunculam,de qua meo arbitratu loquar,ponitis? de
Fin.64.a.Quæ mihi facultas ut id meo arbitratu facerẽ,
ante hoc tempus nunquam eſt data.de Fin.106.b.Quo lo
co niſi iniquum poſtulo,reſponde arbitratu meo. de Am.
96.a.Quas ſententias in hoc libro expoſui meo arbitra=
tu.At.251.a.Ego literas ipſius arbitratu dabo,eæ te ne mo
ueant.Epiſt.95.b.Quæro cauſas omneis aliquando uiuen
di arbitratu meo.Q.Fr.316. b. Tribunitij candidati com=
promiſerunt HSCCCC in ſingulos apud M.Catonem de=
poſitis petere eius arbitratu, ut qui contrà feciſſet ab eo
condemnaretur.de In.50.b.Apud quos, quo more, cuius
arbitratu ſit educatus.At.153.a.Veni igitur & age de pa
ce,meóne,inquam, arbitratu?an tibi, inquit,ego præſcri=
bam?contra Rul.79.a.Cum ſummam tantæ pecuniæ nul
lo teſte,ſibi ipſe ſuo arbitratu & ſua uoluntate feciſſet.

Arbitrium,trij.arbitratus,uoluntas, libido, amicum
& honorarium iudicium, aut diſceptatio, aut ſententia
arbitri.I.V.72.a.Ad noſtrum arbitrium libidinemq; ad=
uerſariorum minas eludemus.I.V.255.a.Hic Heracleo ad
arbitrium ſuum nauigauit.I.V.269.b. Secũdum arbitriũ
tuum teſtes dabo. pro Mur.128.a.Ad aliorum arbitrium
uiuere,non ad ſuum. In Vat.34.a.Cum Vectius ad arbi=
trium tuum peroraſſet. de Or.115. a. Mentes iudicum ad
arbitrium ſuum mouere poſſe.de Fin.50.a. Quid Epicu=
rei?num deſiſtunt de iiſdem,de quibus ab Epicuro ſcrip=
tum eſt,ad arbitrium ſuum ſcribere? Orat.199.a.Ad ali=
cuius arbitrium & nutum,totum ſe fingere & accommo
dare.Epiſt.94.b.Delectationes, quas tibi ipſi ad arbitriũ
tuum compares.& ad Her.22.a.Et in ea ſitum loci cuiuſ=
dam ad ſuum arbitrium fabricari.At.275.a. Quod ſena=
tus nondum cenſuit,id arroganter non præiudico, nec ad
arbitrium meum reuoco.Ep.177.a. Omnia ad arbitrium
unius collata ſunt.de Fin.52.b. Ipſa declinatio ad libidinẽ
fingitur.Parad.122.b.Animus fractus & abiectus,& ar=
bitrio carens ſuo.At.115.b. Sed uideo quorum arbitrio ſit
acturus.de Or.94.a.Res ab opinionis arbitrio ſeiunctæ,
& ſcientia comprehenſæ.I.V.242.b.Maximas res arbi=
trio multitudinis agi. Iura omnia nutu atq; arbitrio ali=
cuius gubernari.I.A.206.a.Antonius in ſua poteſtate nũ
quam fuit,nihil unqnam arbitrio ſuo fecit,ſemper eò tra=
ctus quò rapuit libido. pro S.R.40. Iouis nutu & arbi=
trio omnia regi.pro Dom.214.b.Puto arbitrio ſuo quem
que timere oportere. Att.243.b.Eius orationis cuſtodien
dæ & proferendæ arbitrium tuum ſit. At.825.a.b Anto=
nius poſtulat eſſe arbitrium ſuum de repub. Att.6.a. Ta=
metſi iactat ille quidem illud ſuum arbitrium. pro Quint.
R.46.b. Aliud eſt iudicium,aliud arbitrium: iudicium eſt
pecuniæ certæ,arbitrium incertæ.& ibi.De iudicio & ar
bitrio multa.Off.64.a.et Top.226.b.In arbitrio rei uxo
riæ melius,æquius in fiducia, inter bonos benè agier, etc.



pro Quin.R. 49. Cur non arbitrum pro ſocio adegeris
Quin.Roſcium quæro.aliàs,Arbitrium. pro Quint.2.b.
Quaſi ij,qui magna fide ſocietatem gererent, arbitrium
pro ſocio condemnari ſolerent.I.P.84.a. Eodem in tem=
plo arbitria non mei ſolum, ſed patriæ funeris abſtuliſti,
id eſt,præmia.Poſtquam.208.a. Nondum palàm factum
erat concidiſſe rempubl.cum tibi arbitria funeris ſoluebã
tur.pro Dom.232.b.Vidi prætextatos inimicos nondum
morte complorata arbitria petentes funeris. de Fat.144
a.Qui introcludunt cauſarum ſeriem ſempiternam,hi mẽ
tem hominis uoluntate libera ſpoliant,neceßitate fati de=
uinciunt.Voluntate libera,id eſt,ut alij dicunt,libero arbi
trio. de Fat.141.b. Non enim ſi alij ad alia propenſiores
ſunt propter cauſas naturales & antecedentes, idcirco
etiam noſtrarum uoluntatum & appetitionum ſunt cau
ſæ naturales & antecedentes: nam nihil eſſet in noſtra po
teſtate,ſi res ita ſe haberet.Hæc pauca uerba idcirco addi
di,quod ad liberam uoluntatem pertinent.

Arbitror,aris.cenſeo.Quin.Fr.306.b. Ego quod ad
me attinet,idemq; arbitror cæteros, idcirco taceo quod,
&c.Att.273.a.Quinq; cohortibus quid ſe nam facturum
arbitratur?At.273.a.Non ſoleo mi Brute (quod tibi no=
tum eſſe arbitror)temerè affirmare de altero.pro Cluen.
55.a.Tamen(ut arbitror)autoritate aduocatorum addu
cti in ueritate manſerunt.de D.81.a.Atq; hæc, ut ego ar=
bitror,ueteres rerum magis euentis moniti,quàm ratione
docti putauerunt.

Arbor,ris.de Or.159.b.In arboribus trunci,rami, fo
lia,&c.de Sen.81.b.Serere arbores,quæ alteri ſeculo pro
ſint.de Sen.89.b.Multæ iſtarum arborum mea manu ſunt
ſatæ.de Fin.133.b.Itaq; & uiuere uitem & mori dicimus,
arboremq; & nouellam & uetulam, & uigere et ſeneſce
re.At.239.b.Exciſa eſt arbor,non euulſa:itaq; quàm fru=
cticetur uides.de Sen.89.b.Proceritates arborum & dire
cti in quincuncem ordines. de Diui. 115.a. Arbores ſimul
cum luna ſeneſcentes tempeſtiuè cædi,quia tum exſiccatæ
ſint.pro Rab.92.b.Da mihi ex iſta arbore,quos ferã ſur=
culos.pro Rab.92.b.Caput obnubito,arbori infelici ſuſpẽ
dito.de D.83.b.Ne hoc quidem quæro cur hæc arbor una
ter floreat,aut cur arandi maturitatem ad ſignum floris
admouet:id eſt,lentiſcus.pro Fl.145.b. Homo Phryx qui
arborem fici nunquam uiderat.

Arbuſtum,ſti.arbores multæ ad fructum conſitæ. de
Sen.88.a.Segetibus,pratis,uineis,arbuſtis,res ruſticæ læ=
tæ ſunt.In Arat.Arbuſta ornata tegmine foliorum. de D.
90.Tum uiſam belluam,quacunq; incederet, omnia arbu
ſta,uirgulta,tecta peruertere.

Arca,cæ.armarium,capſa.de D.126.a. Eorum iuſſu
ex illa olea,arcam eſſe factam. Top.222.a. Argentum in
arca poſitum.& pro Dom.235.b.Parad. 124.b. Animus
hominis diues,nõ arca appellari ſolet.pro Mil.113.a.Ser=
ui in arcas coniiciuntur,ne quis cum eis colloqui poßit.
At.5.a.Quicquid eius generis habebis, ne dubites mitte=
re,& arcæ noſtræ confidito.de Or.134.b.Cato percuſſus
ab eo qui arcam ferebat.

Arcadia,æ.regio.de.N.70.a.

Arcades,dum.de N.70.b.

Arcanum uilla.At.68.152.

Arcanus,a,um.commiſſus,occultus. de Fin.82.b.Qui
cum ioca,ſeria,ut dicitur,qui cum arcana,qui cum occul=
ta omnia.

Arceo,ces,arcui:prohibeo,propulſo,cohibeo, defen=
do,pello,coherceo,contineo. I.C.104.a.Tum tu Iupiter
hunc



hunc ab urbis mœnibus arcebis.pro.Mur.129.a Ille ſcit ut
hoſtium copiæ,tu ut aquæ pluuiæ arceantur.Off.25.a.A=
doleſcentia à libidinibus arcenda eſt.I.A.231.a.Brutus in=
uadentem in Aſiam à progreſſu arcuit, à reditu refrena=
uit. I.A.201.b.Brutus illum non ut conſulem recepit, ſed
ut hoſtẽ arcuit.I.A.180.a. Omnes te illis ſedibus arcebũt.
de Ar.244.b.Videbam illum nõ poſſe arceri ocij finibus,
ſed erepturum aliquando. Tuſ.167.a.Non L.Brutus ar=
cens eum reditu tyrannum,quẽ ipſe expulerat.de L.164.
a.Natura nõ pœna debet arcere homines ab iniuria. Tuſ.
185.b.Ergo hos quidem, ut famulos uinculis & cuſtodia
arceamus.de L.174.b.Cur paupertatem ſumptu ad ſacra
adhibito deorum aditu arceamus? de Som.128.a.Orbis ex
timus arcens & cõtines cæteros.de N.53.b.Aluus arcet et
cõtinet illud quod recipit. Top.224.a.Si aliqua pluuia in
urbe nocet,quoniã res tota magis agrorum eſt, aquæ plu
uiæ arcendæ adiicere non poßis arbitrũ.& ibi. Aqua plu
uia nocens iubetur ab arbitro coerceri.de N.52.a.Nos flu
mina arcemus,dirigimus,auertimus.

Arcera, arceræ. plauſtrum ruſticum, undique te=
ctum quaſi arca.hoc uocabulum eſt apud Ciceronem, au=
tore Nonio.

Arceßio,ſis.uoco,aduoco,accerſo,arceſſo. Q.Fr.318.
b. Chilonem arceſſiueram Venafro. Poſtquam. 210. a.
Quo die nos P. Lentulus comitijs centuriatis arceßiuit
in patriam.pro S.R. 31.a. Arceßiuit aliquem, at quan=
do? de Orat. 132.b. Cauendum eſt,ne arceßitum dictũ
putetur.

Arceſſo,ſis.pro S.R.26.a.Cum ab aratro arceſſeban=
tur,qui conſules fierent. pro Dom.214.a.Cum P. Lentu=
lus,Q.Metellus me arceſſerent in ſenatum, non uenirem?
At.225.a.Pelopẽ ad te arceſſe. At. 224.a. Interea narrat
eadem,Baſum arceßi,Caßium expectari. de Orat. 119.a.
A capite quod uelimus arceſſere, & unde omnia manãt
uidere. Top.224.a. Non erit neceſſe id uſque à capite ar
ceſſere. Off.43.b.Arceſſere aliquem in iudicium capitis.
pro Deiot.149.b.Arceſſere aliquem capitis.pro Rab.96
a. Deinde non intelligis quos eodem crimine in ſummum
capitis periculum arceſſis. pro Flac. 149. a. Vt hunc hoc
iudicio arceſſeret.

Archetypus,pi.prima forma,exemplar. At. 252.b.
Archetypus crebris locis inculcatus & refectus.

Archilochius,a,um. At.36.a. Archilochia edicta Bibuli.

Archilochus,chi.poeta.At.258.b. Mihi,ut Ariſtophani
Archilochi iambus, ſic epiſtola longißima quæque opti=
ma uidetur.

Archimedes.dis. Mathematicus nobilißimus fuit, cu=
ius eruditißima opera diu ab omnib.deſiderata,nuper pri
mum ab Heruagio Typographo Baſilienſi,græcè & lati=
nè,unà cum explicatione,præclarè edita ſunt, & publica
tã.Tuſ.161.b.& de Fin.137.a.

Archipirata,tæ.princeps piratarum.Off.41.a. Ille au
tem qui Archipirata dicitur,niſi æqualiter prædã diſper=
tiat,aut occiditur à ſocijs, aut relinquitur. Poſtquã. 206.
b.Cum à latrone archipirata productus eſſet.I. V.248.b.
Omnes ſic habent perſuaſum,iſtum clàm à piratis ob hunc
archipiratam pecuniam accepiſſe.

Architector,aris.fabricor.de Fin.75.b. An quod illa
callida eſt? ut optimè poßit architectari uoluptates? ad
Her.22.a.Mens poteſt in ea regione ſitum loci cuiuſdam
ad ſuum arbitrium fabricari & architectari.

Architectura,ræ.architectandi ars.Off.30.b.Quibus
autem artibus aut prudentia maior ineſt, aut non medio=



cris utilitas quæritur,ut medicina, architectura, &c. hæ
ſunt hijs,quorum ordini conueniunt honeſtæ.

Architectus,cti.princeps architectandi,machinator.
de N.15.b.Mali ædificij dominus glorians ſe architectum
non habuiſſe.de Or.90.a.Philo architectus,qui Athenien
ſibus armamentariũ fecit.Ep.129.a. Si quis adhibere uo=
let non modò ut architectos,uerùm etiam ut fabros ad ædi
ficandã Rempub.pro Mil. 115.b. Qui cum architectis &
decempedis uillas multorum hortosq; peragrauit. At.223
b.Torumbus bellus eſſe dicitur architectus.pro S.R.40.b.
Scio omnium architectum & machinatorem unum eſſe
Chryſogonum. Epiſt. 102.b. Cyrus architectus. Attic.
25.a. Vectius. de Cla. 175. a. Stoici ſunt architecti penè
uerborum. de Fin.55. b. Epicurus inuentor ueritatis, &
quaſi architectus beatæ uitæ. pro Clu. 29.c.Princeps &
architectus alicuius ſceleris. pro Dom. 223. a. Archite=
cti operum.

Archonte.id eſt,imperante. de Fat.144.a.

Arcitenens,tis.ſagittarius.In Arat.

Arctè.ſtrictè.de D.101.a.Arctè complecti aliquem. de
D.93.a.Arctè & grauiter dormire. de Fat. 146.b. Hæc
arctius aſtringi ratio non poteſt.de In.63.b. Arctius dor=
mire. Parad.118.a. Illud tamen arctè tenent, accurateq;
defendunt.

Arctophylax,cis.urſæ cuſtos.de N.47. b. Arctophy=
lax uulgo qui dicitur eſſe Bootes.& in Arat.

Arctos.urſæ ſignum.de N. 46.b. Circum polum ἄρ=
κτοι duæ feruntur nunquã occidentes,altera cynoſura, al
tera helice.In Arat.388. a.Arctos minor.

Arcturus,ri.de N.47.b.Booti ſubter præcordia fixa
uidetur Stella micans radijs,arcturus nomine claro.

Arctatus,ta.pro R.P.120.a.Nauis arctata.

Arctus,a,um.Or.218. b. Nec tamen hæc ita ſunt arcta
& aſtricta,ut ea cum uelimus laxare,nequeamus.de N.31
a.Terra denſior calorem continet arctius. de Som. 126.b.
Arctus ſomnus me complexus eſt. I.V. 78.b. Arctioribus
laqueis teneri. At.89.b. Vincula amoris arctißima. Off.
57.b.& 74.b.Cuius ſocietatis arctißimum uinculum eſt,
magis arbitrari,&c.

Arculanum,uel Aculanum.uilla.At.252.

Arcula,læ.parua arca, capſula. de Off.38.a. Dio=
nyſius præmittebat de ſtipatoribus ſuis, qui perſcruta=
rentur arculas muliebres. Attic.21.a. Meus liber to=
tum Iſocratis μυροθήκιον,& omneis eius diſcipulorum ar
culas conſumpſit.

Arcus,cus.iaculandi inſtrumentum.de Sen.84.b.Ap
pius animum intentum tanquam arcũ habebat. pro Seſt.
6.a.Fuerat ille animus,&c.tanquam intentus arcus in me
unum. Arcus Iris & Taumantias poetis. de N.69.b.Cur
arcus ſpecies non in deorum numero reponitur? eſt enim
pulchra,& ob eam cauſam,quia ſpeciem habeat admira=
bilem,Thaumante dicitur eße nata.& ibid.Arcus ipſe ex
nubibus efficitur quodammodo coloratus.

Ardeas, tis. ab Ardea urbe. de N. 68. b. In agro
Ardeati.

Ardens,tis.inflammatus,flagrans. At.226.a. Matri
ardentes in eum literas ad me miſit.Or.209. a. Niſi ardẽs
ad eum perueniret oratio.I.A.192.a.Antonius ardens o=
dio ueſtri.de Or.154.b. Græci ardentes his ſtudijs. pro S.
R.33.a.Qui ardens auaritia fertur,&c.Q.Fr.315.b.& de
Fin.77.b.Ardenti ſtudio facere aliquid. I.A.179.a. Amo
re ardens,&c.I.A.193.b. Ardens & erectus ad libertatẽ
recuperandam.

Rab.96.b.An non intelligis quales uiros mortuos ſummi ſceleris arguas? pro Cæl.37.b.Arguere aliquem alicuius facinoris.I.V.244.b.Nunc non modò te hoc crimine nō arguo,ſed ne illa quidem cōmuni uituperatione reprehendo.de In.66.b.Negare oportebit de uita eius & moribus quæri,ſed de eo crimine,quo de arguatur. ad Her.14.a. Hoc tametſi rei arguendæ cauſa poteſt ſine malicia dici,tamen,&c.ad Her.22.b.Vt ſi accuſator dixerit ab reo hominē ueneno necatum,& hæreditatis cauſa factū arguerit.

Argus,gi.homo,ſeu potius monſtrum centū oculis (ut in fabulis eſt) præditum.de N.70.b.Mercurius,qui Argū dicitur interemiſſe.

Argutè.pro Cæl.41.b.Si mihi acutè argutéq; reſpōderit.de Cl.195.a.Breuiter argutéq; incluſo aduerſario laxare iudicū animos. de Or.110.a. & Acad.40.a. De rebus difficillimis argutißimè diſputare. de Cl.169.a.Acutè arguteq; cōijcere aliquid.Or.205.b.Callidè argutéq; dicere.

Argutiæ,arum.acumen,elegantia.de Cla.179.b. Huius orationes multum argutiarum & urbanitatis habebant. Or.296.b. Argutiæ & acumen Hyperidis. Or.202.a. Nulla mollitia ceruicum, nullæ argutiæ digitorum. de Am.104.b. Sed nihil eſt, quod illi non perſequantur ſuis argutijs.

Argutulus,a,um.At.208.b.Perfeci ſanè argutulos libros ad Varronem.

Argutus,a,um. habens aliquid argutiarum,celeriter mobilis, acutus,acer,elegans. de Orat.132.a. Ex ambiguo dicta uel argutißima putantur. I.P.94.b. Poema facit ita feſtiuum, concinnum,elegans, ut nihil fieri poßit argutius.de Cla.170.a.Quis illo in ſententijs argutior? in docendo ediſſerendoq; ſubtilior? de Opt.243.a. Sententiæ delectandi quaſi argutæ. de D.114.a.Gallinaceum fel, ſunt enim qui uel argutißima hæc exta eſſe dicant.de Leg.161.a.Oculi nimis arguti,quemadmodum animo affecti ſimus,loquuntur.de Or.163.b.Manus minus arguta digitis ſubſequens,uerba non exprimens.At.94.b. Literæ quàm argutißimæ.Ep.111.b.Vereor ne tibi arguta nimium hæc ſedulitas uereatur.

Aridus,a,um.exiccatus,tenuis.de D.115.a. Puleium aridum floreſcere dicitur ipſo brumali die. de Fat.141.b. Exiccatus atq; aridus.)(.Pituitoſus, & quaſi redundans. I.P.100.b.Folia arida.pro S.R.30.b.In ruſticis moribus, in uictu arido,in hac horrida incultáq; uita. de Or.123.a. Genus ſermonis exile,aridum,conciſum,minutum.)(.Liquidum,fuſum,profluens. pro Q.17.b.Vita horrida atq; arida mihi cordi eſt.

Aries,tis.animal notum,ſignū cœleſte,& bellica machina ad euertendos muros.de N.48.a. Exin contortis aries cum cornibus hæret.Or.212.b. Auratus aries Colchorum. & de D.89.b. ad Her.12.a. Pellis inaurata arietis. Off.8.a.Quamuis murum aries percuſſerit.

Arietinus,a,um.ad Her.22.b.Teſticuli arietini.

Arieto, as. cornibus impeto. de D.89.b. Deinde eius germanū cornibus conitier in me arietare. Accij poetæ.

Ariminum,ni.urbs.Quint.Fr.315.a. Epiſtola ex Arimino data.I.V.83.b.

Ariminenſes.I.V.83.b.pro Cec.304.b.

Ariolatio,onis.diuinationis genus.de D.94.b.Superſtitioſæ ariolationes.Accij.

Ariolor,aris.de D.108.a. Nec eos, qui quæſtus cauſa ariolantur,agnoſco.At.125.a. Προθεσπίζω igitur noſter Attice,non ariolans ut illa,cui nemo credidit,ſed coniectura proſpiciens iam iamq; maiora.

Ariolus,li.de N.12.b.Aruſpices,augures,arioli,uates, coniectores,etc. de D.80.b. Ariolorū & uatū furibundæ prædictiones.ad Her.39.b.Iſte qui diuitias ſuas iactat, ſicut Gallus è Phrygia,aut ariolus quiſpiam,&c.

Arion.Tuſ.189.b.Eijce te de naui,præſto eſt qui excipiat Delphinus,ut Arionem Methymneum.

Ariſta,ſtæ.quæ ut acus tenuis è grani gluma eminet.de Sen.88.a. Viriditas herbeſcens cum è uaginis emerſerit, fundit frugem ſpicæ ordine ſtructam, & contra auium minorum morſum munitur uallo ariſtarum.

Ariſtæus,ſtæi.de N.58.b. Quid Ariſtæus? qui oliuæ inuentor dicitur, Apollinis filius.I.V.230.a.Ariſtæus Liberi filius,olei inuentor.

Ariſtarchus,chi.i.Criticus.I.P.95.a.Quoniam te non Ariſtarchum, ſed Phalarim grammaticum habemus, qui non notam apponas ad malum uerſum,ſed poetam armis proſequare.At.9.a.Orationes quarum tu Ariſtarchus es. id eſt,iudex,cenſor.

Ariſtides,dis.pro Seſt.27.a.& de Off.69.b.Ariſtides, qui unus omnium iuſtißimus fuiſſe traditur.

Ariſtippus.paßim uoluptatis defenſor.

Ariſtippeus,a,um.de Fin.68.a.Illud Ariſtippeū,&c.

Ariſtocratia,tiæ.optimatum Reſpublica.At.9.a.Totum hunc locum,quem in ariſtocratia ego uariè meis orationibus ſoleo pingere,de flamma,de ferro,&c.ualde grauiter pertexuit.

Ariſtogiton,nis. Tuſcul.174.a. Harmodius & Ariſtogiton.

Ariſtolochia,chiæ.herba. de D.83.b. Quid Ariſtolochia ad morſus ſerpentum poßit,quæ nomen ex inuentore reperit,rem ipſam inuentor ex ſomnio.de D.118.a.Scāmonea Ariſtolochiáq; radix.

Ariſtoneus,a,um.ab Ariſtone philoſopho.de Fin.115 a.In Ariſtonea uicia incidemus.

Ariſtophanes, nis. facetißimus poeta ueteris comœdiæ. de Leg.177.a.

Ariſtophaneus,a,um. Or.215.b.Ita factus eſt anapæſtus is,qui ariſtophaneus nominatur.

Ariſtoteles,lis.de Fin.125.b.Ariſtoteles,quem excepto Platone haud ſcio an rectè dixerim principē philoſophorum.Or.213.b. Quis omnium doctior? quis acutior? quis in rebus uel inueniendis, uel iudicandis acrior Ariſtotele? Acad.30.a.Ariſtoteles aureum orationis flumen fundens. Or.197.a.Ariſtoteles admirabili quadam ſcientia & copia. de Cla.175.b. Quis Ariſtotele in dicendo neruoſior? de Cl.201.a.In hac theſi Ariſtoteles adoleſcētes nō ad philoſophorum morem tenuiter diſſerendi,ſed ad copiā Rhetorum in utranq; partem exercuit. Or.218.a. Ariſtoteles pæana ut optimum probat, à quo diſſentio.de Or.122.b. & 123.a.& 155.b.Ariſtoteles is,quem maximè ego admiror,propoſuit quoſdam locos,ex quibus omnis argumentatio inueniretur.de N.8.b.34.a.34.b.et Acad.44.b.Sententiæ & opiniones Ariſtotelis.

Ariſtotelicus,a,um.uel potius Ariſtotelius,aut Ariſtoteleus.At.21.a.Ariſtotelia pigmenta.& Ep.104.b.Topica Ariſtotelea.& 16.b.Ariſtotelea & Iſocratea ratio oratoria.& ibid.Ariſtoteleo more.

Ariſtotelius,a,um.de Or.149.b.Vobis hæc Carneadia, aut illa Ariſtotelia uis comprehendenda eſt.ibid.150.a.

Aritia,æ.oppidum.I.Rul.85.b.

Aritinus,a,um. I.A.186.a.

Arithmetica,orum.At.227.b.Veſtorius homo remotus à dialecticis,in arithmeticis ſatis exercitatus.





Arma,orum.ferrū,ferramenta,telum.Off.15.b.Parum enim ſunt foris arma,niſi eſt conſiliū domi.pro Mil.103.a.Silent leges inter arma.At.12.b.Arma,quæ ad me miſſuri eratis,ijs cenſeo armetis milites,quos uobiſcum habetis. pro Cec.299.b.Tanquam ſi arma militis inſpiciunda ſint. de Or.87.b.Arma quibus uel tectus ipſe eſſe poßis,uel prouocare improbos,uel te ulciſci laceßitus.pro Cec.296.b. Arma eſſe ſuis nominibus,alia ad tegendum,alia ad nocendū,quæ qui nō habuerint inermes fuiſſe uinces.I.P.98.b. Cū pater armis faciendis tuus præfuiſſet.& ibid. Officina armorum.pro Syl.170.a. Ille arma miſit, cornua, tubas, falces. I.A.170.b.Tum contra te dedit arma hic ordo cōſulibus.At.105.a.Niſi fortè hæc illi tum arma dedimus, ut nunc cum bene parato pugnaremus.pro Rab.94.b. Pro ſalute communi arma capere. At.105.a. Sentio omnia facienda ne armis decernatur. Tuſcul.182.a. Si nudus es, da iugulum: ſin tectus Vulcanijs armis, id eſt,fortitudine, reſiſte. Tuſcul.187.b. Ira exardeſcit, in eandem arcem confugiendum eſt,eadem ſunt arma ſumenda. de Or.120.b.Vocare ad arma. pro Rab.94.b. Cum ex ſenatuſconſulto conſules ad arma uocauiſſent. I.A.207.b.Propter æs alienum uenire ad arma. & 220.a. Diſcedere ab armis. & ibid. Cum eſt in ſagis ciuitas. Ire ad ſaga. l. Sagum. pro Dom.229.a. Cum illi etiam tum eſſent in armis. pro Seſt.10.a. Portare arma. id eſt, eſſe cum telo. de Sen.78.b. Aptißima omnino ſunt arma ſenectutis artes exercitationeſq; uirtutum. de Or.99.a. Armis prudentiæ cauſas tueri.

Armentarium,rij.locus ubi armamenta, armáq; ſeruantur. pro Rab.94.a. Ex ædificijs armamentarijſq; publicis arma populo Romano C.Mario conſule diſtribuente dantur. de Or.90.a. Philo architectus; qui Athenienſibus armamentarium fecit. de Ar.251.a. Armamentarium telluris.

Armamenta, torum. omnis generis inſtrumenta, ut nauis,plauſtri,belli.In Arat.Omnia cautè Armamenta locans tutò labêre per undas.

Armariū,rij.in quo ueſtes,ſtragulæ et alia profana ſeruantur.I.A.205.b.Minus clarum putauit fore quod de armario,quàm quod de ſacrario eſſet ablatum. pro Cl.55.b. Cum eſſet in ædibus armarium,in quo ſciret eſſe nummorum aliquantum,ipſe armarij fundum execuit, &c. pro Cæl.48.a. Aurū ex armario tuo promere auſa es.

Armatura,ræ. armandi genus & forma. At.87.a. Deiotarus habet cohortes quadringentarias noſtra armatura.I.A.227.a.Noſtri ſunt equites,noſtra leuis armatura. de Cla.177.a.Equites,pedites,leuis armatura.Ep.95.a.Armatura uaria peditatus & equitatus in aliqua pugna.ad Her 34.a.Nec tam facilè ex Italia armatura tranſalpina depulſa eſt.de D.118.a.Sed hoc fuerit nobis tanquā leuis armaturæ prima excurſio,nunc cominus agamus. Ep.142.a.Contra equitem Parthum negant ullam armaturam meliorem inueniri.

Armatus,a,um. pro Cec.296.b.Armatos eos uerè poſſumus appellare, qui ſcutis teliſq; parati ornatíq; ſunt.& ibi.Sed perinde ualebit quaſi armatißimi fuerint. pro Do.241.b.Et erat incredibili armatus audacia.I.A.213.b. At uerò parati, armati animis iam eſſe debemus. contra Rul.83.b.Vrbs ipſa natura ac loco ſuccincta portibus,armata muris.

Armenia,æ.regio.

Armenius,a,um.At.26.b.pro Pomp.8.a.

Armentum,ti.maiorum beſtiarum grex. Att.106.a. Pecudes,quæ depulſæ ſui generis ſequuntur greges,ut boues, armenta,&c.Item: Antonius cædit greges armentorum, reliquíq; pecoris,quodcunq; nactus eſt.

Armiger,ri.qui arma domini ſui gerit. pro Dom.215.b. Sergius armiger Catilinæ,ſtipator tui corporis, ſignifer ſeditionis.

Armipotens,tis.Antequam.196.b. Tritonia armipotens,&c.

Armo,as.)(.Nudo.At.129.b.Arma, quæ ad me miſſuri eratis, ijs cenſeo armetis milites, quos uobiſcū habetis. pro Mil.114.b.Si Capitolinæ cohortes contra Milonis impetum armatæ ſunt.pro Plan.277.b.Egentes in locupletes armabantur.Ep.85.b.Quod te ad omnia ſummum atq; excellēs ingenium armauit.pro Mil.101.b. Temeritatem cōcitatæ multitudinis autoritate publica armare.pro Cec.291.a.Multitudinē hominū cogere,armare,inſtruere. & 285.a.Conuocare & amare homines.pro Clu.58.a.Armare accuſatorem omnibus rebus pro Dom.213.a. Perditos magiſtratus ſceleratorum ciuium præſidio nudare,uel eoſdem deorum immortalium religione armare.

Aro,as.aratro perſtringo.cōtra Rul.79.b.Ager, qui arari aut coli poßit, non qui aratus aut cultus ſit. de D.83.a. Lentiſcus, ter fruges fundens, tria tempora monſtrat arandi. de D.118.b. Terram arare & ſulcum altius imprimere.de Or.120.b.Ager non ſemel aratus,ſed nouatus & iteratus,quo meliores fœtus poßit & grādiores edere.I.V.172.a. Fieri non poterat ut plusquam decem medimna ex iugere ararent.

Arpinum,ni.opp.At.27.b.

Arpinas,tis.cōtra Rul.88.a.Meus paternus fundus Arpinas.& At.249.b.In quo flexus eſt ad iter Arpinas.

Arpi,orum.opp.At.136.b.

Arrepo,pis.I.V.183.b. Senſim & moderatè arrepere ad amicitiam alicuius.

Arreptinus,a,um.Sal.In Cic.270.b.

Arrideo,es.placeo,rideo,applaudo.)(.Derideo. At.210.a.Inhibere illud tuū quod ualde mihi arriſerat, uehementer diſpicet.de Opt.243.b.Aut adhibiti derideantur, nam ſi arrideantur eſſet idipſum Atticorum.de N.5.b.& de Or.96.a.Tum ille arridens,inquit,&c.de Som.127.b. Hic leniter arridens Scipio,quæſo inquit,&c. Tuſ.240.a. Cum arriſiſſet adoleſcens,utrunq; iußit interfici.

Arriſio,onis.ad Her.2.b.

Arripio,pis.apprehendo,per uim adduco.I.P.97.b. Macedones ſocios noſtros in ſeruitutem adduxerunt,familias arripuerūt,pecus abegerunt. pro Clu.36.b. Iunius ad quæſtionem arreptus eſt. de Or.98.a. Si quencunq; patremfamilias arripuiſſetis ex aliquo circulo,eadem uobis percontantibus reſpondiſſet. Or.212.b.& pro Mil.103.a.Eſt enim hæc nō ſcripta,ſed nata lex,quā non didicimus, accepimus,legimus:ſed ex natura ipſa arripuimus, hauſimus,expreßimus.de Fin.90.b. Arripere uerba de foro. At.111.a.Niſi fortè hic ſermone aliquo arrepto pro mandatis abuſus eſt.pro Mur.126.b. Arripere maledictū ex triuio. pro Flac.150.a. Libenter arripere facultatem lædendi,quæcunq; detur.pro Q.R.50.a.Celeriter arripere quod doceatur. pro Mur.139.a. Hæc homo ingenioſißimus M.Cato autorib.eruditißimis inductus arripuit,neq; diſputandi cauſa,ut magna pars,ſed ita uiuēdi. de Sen.82.a.Literas græcas ſenex didici,quas quidem ſic auidè arripui,quaſi diuturnā ſitim explere cupiens.de N.58.b.Illud uerò,quod uterq; ueſtrū fortaſſe arripiet ad reprehendendum,mihi uel maximè probatur.de N.65.a. Quærit apud

Xenophontem Socrates, unde animā arripuerimus, ſi nulla erat in mundo. pro Dom.215.b. Hinc pacis hoſtem cauſam arrepturū fuiſſe ad incendia, cædes, rapinas, nolo ſuſpicemini, niſi, &c. de Fin.93.a. Tibi aliquid ex mea reſpōſione arripere cupiēti, nō reſpondebo ad ſingula. pro Seſt. 18.b. Qui cognomen ſibi ex aliorum imaginibus arripuit. Acad.9.a. Itaq; mens alia uiſa ſic arripit, ut his ſtatim utatur: aliqua ſic recōdit, é quibus memoria oritur. de D.113.b. Genus diuinandi naturale, quod animus arriperet, aut exciperet extrinſecus ex diuinitate. de Ar. 254.a. Arreptus eſt unus ex patricijs, cui, &c. Off.59.a. Quare error hominum non proborū, cum aliquid quod utile uiſum eſt, arripuit, id cōtinuò ſecernit ab honeſto. de Or.128.b. Argumentum ſimulatq; poſitū eſt arripitur. & 107.a. Vox & geſtus ſubitò ſumi & alicunde arripi nō poteſt. de Fin. 83.a. Maximus dolor, qui ſimulatq; arripuit, interficit. Ep.67.b. Sed ad properationem meam quiddam intereſt non te expectare, donec ad locum uenias, at ſtatim cauſam illam totam & tempus arripere.

Arrodo, dis. rodo, circumrodo. pro Seſt. 19.a. Vt illa ex uepreculis extracta nitedula Rempublicam conaretur arrodere.

Arrogans, tis. inſolens. pro Font.281.a. Indutiomaro iſti minaci atq; arrogāti. pro Dom.119.b. Quid enim eſt tam arrogans, quàm de religione pontificū collegiū docere conari? de Ar. 247.a.b. Nec uereor ne hæc mea ueſtrorum beneficiorū prædicatio non grata potius, quàm arrogans uideatur. I.A.228.a. Quorum ſi eſſent arrogantes, non poſſem ferre ſententiam. pro Mur.143.a. Audite conſulem iudices. nihil dicam arrogantius: tantū dicā, totos dies ac noctes de Rep. cogitantem.

Arroganter. At.86.a. Ad me aūt cōtumaciter, arrogāter ἀκοινωνήτως ſolet ſcribere. de In.63.a. Ne cui rei temere atq; arroganter aſſentiamus. pro Lig. 142.a. Si nemo impetrauit, arroganter peto. At.275.a. Id nō arrogāter præiudico, neq; reuoco ad arbitrium meum. Off. 1. a. Nec hoc dictum arroganter exiſtimari uelim.

Arrogantia, tiæ. ſuperbia, inſolentia, intolerantia, faſtidiū, cōtumacia. Q. Fr.326.b. Et illud γνῶθι σεαυτόν, noli putare ad arrogantiā minuendā ſolum eſſe dictū, uerùm etiam ut bona noſtra norimus. de In. 91.a. In ſuperbiā & arrogantiam odium concitatur. & 51.b. Ex arrogantia odium, ex inſolentia arrogantia oritur. pro Q.R. 52.a. Dic, aude, eſt tuæ contumaciæ, arrogantiæ, uitæq; uniuerſæ uox. Or.209.a. Dicerem perfectū, ſi ita exiſtimarē, nec in ueritate crimen arrogantiæ extimeſcerem. de Cla. 191.a. Vir grauis ſine arrogantia, et ſine ſegnitia uerecundus. pro Mur. 136. a. Sermo arrogantiæ plenus. pro Cluen. 40.a. Quàm grauis & intollerabilis arrogantia. de Or. 106.b. & 99.a. Qui eius artis arrogantia, quaſi difficillima ſit, ſubnixi ambulant. ad Her.1.a. Quas ob res illa, quæ Græci inanis arrogantiæ cauſa ſibi aſſumpſerunt reliquimus. & 2.a. Si noſtrū officiū ſine arrogantia laudabimus.

Arrogo, as. poſtulo, aſſumo, uendico, ſumo, tribuo, aſciſco.)(. Derogo. de Cla.192.a. Eſt enim faceti hominis cum de ſapientia diſceptetur, hanc ſibi ipſum detrahere, eis tribuere illudentem, qui eam ſibi arrogant. pro S.R. 33.a. Neq; ego non poſſum, non enim tantum mihi derogo, tametſi nihil arrogo, ut te copioſius, quàm me putem poſſe dicere. pro Quint. 10. a. Quoniam tu tibi id arrogas & concedi poſtulas. pro Plan. 272.a. Non uereor ne mihi aliquid uidear arrogaſſe, ſi de quæſtura mea dixero. pro Plan.259.a. Mihi non ſumo tantum iudices, neq; arrogo, ut, &c. Ep.46.a. Ego tibi tantum tribuo quantum mihi fortaſſe arrogo. Acad.28.b. Tu cum id pleniſſimum temeritatis eſſe dicas, tantum tibi arrogas, ut exponas diſciplinam ſapientiæ, &c.

Ars, tis. artificiū, ratio faciēdi, facultas, præcepta, uirtus, doctrina, ſcientia, ſtudiū, diſciplina, uia, manus, opera.)(. Inertia. de Or. 92.b. Ars eſt, quæ cognitis penituſq; perſpectis & in unum exitū ſpectantib. & nunquā fallentibus rebus continetur. & 111.a. Res mihi uidetur eſſe, inquit, facultate præclara, arte mediocris. ars enim earum rerum eſt quæ ſciuntur: oratoris autem actio opinionibus nō ſcientia continetur. ad Her. 1.b. Ars eſt præceptio, quæ dat certā uiam rationēq; faciendi. de Fin.100. b. Artes efficiuntur ex cognitionib. comprehenſionibuſq; rerū. de Cla. 189.a. Ars dat rationes certas & præcepta faciendi aliqd quæ habent ordinem & quaſdā errare in faciendo nō patientes uias. Acad. 7.a. Ars ex multis animi perceptionib. conſtat. de Or.94.a. Ars definitur ex rebus penitus perſpectis planeq; cognitis, atq; ab opinionis arbitrio ſeiunctis, ſcientiaq; comprehenſis. Or.215.a. Notatio naturæ et animaduerſio peperit artē. de Or.161.a. Artem à natura proficiſci. Off.34.a. Nullā dicere maximarū rerū eſſe artem, cum minimarum ſine arte nulla ſit, hominum eſt parum conſiderate loquentium. de N. 27. a. Artis maximē proprium eſt creare & gignere. de D.85.b. An medicina ars nō putanda eſt? quam tamen multa fallunt, & gubernatores falluntur. de Fin.130.a. Omnes artes in aliqua ſcientia uerſantur. & 108.b. Ars eſt dux certior quàm natura. & 57.b. Gubernatoris ars bene nauigandi rationē habet. de Or.100.b. Nihil eſt, quod ad artē redigi poſſit, niſi ille prius, qui illa tenet, quorū artē inſtituere uult, habet illam ſcientiā, ut ex ijs rebus quarū ars nondū ſit, artem efficere poſſit. de Or.119.b. Hæc omnia artē & præcepta requirunt. & 112.b. Nō omnia, quæcunq; loquimur, mihi uidentur ad artem & ad præcepta eſſe reuocanda. pro Cæl. 49.a. Vir illa humanitate præditus, illis ſtudijs, artibus, atque doctrina. Q. Fr.295.b. Studia & artes, quæ ſunt nobis Græciæ monimentis diſcipliniſq; traditæ. de Or.154. b. Artes, quibus liberales doctrinæ atq; ingenuæ cōtinentur, geometria, muſica, literarum cognitio, & poetarum. Ep. 48.a. Artes ingenuæ. pro Arch.186.a. Erat tū Italia plena græcarū artium & diſciplinarum, ſtudiaq; hæc in Latio colebātur, & hic Romæ, &c. Off.34.a. Si eſt aliqua diſciplina uirtutis. id eſt, ars. Colere bonas artes, & colere diſciplinā Stoicā. l. Colo. pro Arch.187.b. Homo mediocris, & aut nulla, aut humili aliqua arte præditus. Epiſt.97.b. Habere ſcientiam magnarum artium. Off.30.b. Opifices omnes in ſordida arte uerſantur. de D.85.b. Ars gubernādi, ſcientia imperatorum, ratio atq; prudentia reip. gerendæ. de Or.85.b. Recōdita in arte et multiplici ſubtiliq; uerſari. & 145.a. Vna fingendi eſt ars, in qua, &c. & ibi. Vna eſt ars ratioq; picturæ. de Or.122. a. Ad inueniendū in dicendo hæc tria ſunt, acumen, deinde ratio quam licet (ſi uolumus) appellemus artē, tertium diligentia. & ibi. Atq; hoc totum eſt, ſiue artis, ſiue animaduerſionis, ſiue conſuetudinis, noſſe regiones intra quas, &c. de Fin.123.b. Omnibus artibus uolumus attributam eſſe eam, quæ cōmunis appellatur prudentia, quā omnes, qui cuiq; artificio præſunt debent habere. de In. 42. a. Hæc res, quæ uocatur eloquentia, ſiue ars, ſiue ſtudium, ſiue exercitatio quædā, ſiue facultas à natura profecta. Or.210.b Verſus ille, qui uetat artē pudere proloqui, quam factites. Facere argentariā, facere nauiculariā, facere præconiū, facere aruſpicinam, exer=



exercere medicinam, facere mercaturā, facere topiariā. hæc & alia huiuſmodi multa apud Ciceronem reperiuntur, quæ locis ſuis poſita ſunt, id eſt, in ſuis uocabulis. et itē hoc quod ſequitur: M. Brutus accuſationem factitauit. de Cl.176.a. Item: de Or.123.a. Tradere artem diſſerendi. et dare præcepta. Ep.95.b. Libenter me hercule artem deſinerem. Acad.7.a. Artium aliud eiuſmodi genus eſt, ut tantummodo animo rem cernat, aliud ut moliatur aliquid & faciat. & ibi. Artes quarum omne opus eſt in faciendo & agendo. & ibi. Quid enim eſt quod arte effici poſſit, niſi is qui artem tractabit multa perceperit? pro Ar.190.a.b. Nam niſi illi ars extitiſſet illa, idē tumulus qui corpus obruerat, nomen etiam obruiſſet. Part.233.a. Animi quemadmodum affecti ſint, uirtutibus, uicijs, artibus, inertijs ſpectantur. de Sen. 78. b. Aptiſſima ſunt omnino arma ſenectutis, artes exercitationeſq; uirtutum. Off.35.a. Inanimata pleraq; ſunt hominum effecta operis, quæ non haberemus, niſi manus & ars accederent. neq; enim ualetudinis curatio, neq; nauigatio, neq; agricultura ſine hominū opera ulla eſſe potuiſſet. Tuſ.229.b. Leon quæſiuit ex eo, qua maximè arte conſideret. Ep.104.b. Nulla ars literis ſine doctore & interprete percipi poteſt.

Arſinoa, æ. urbs. I.P.99.a.

Artemitanus, na. num. At.18.a.

Artata. pro R.P.129.a. * aliàs, arctata, & melius.

Arteria, riæ. de N.30.b. Iam uerò uenæ & arteriæ micare non deſinunt. de N.53.a. Aſpera arteria (ſic enim à medicis appellatur) oſtium habet adiunctum linguæ radicibus, paulo ſuprà quàm ad linguam ſtomachus annectitur, eaq; ad pulmones uſq; pertinet, excipitq; animā eam, quæ ducta ſit ſpiritu, eandemq; à pulmonibus reſpirat & reddit. & 54.a. Sanguis per uenas in totum corpus diffunditur, & ſpiritus per arterias. Ad Her.29.a. Nam læduntur arteriæ, ſi antequam leni uoce permulſæ ſunt, acri clamore compleantur. & ibi. Recreatur enim uox ſpiritu & arteriæ reticendo acquieſcunt.

Arthemiſia, Mauſoli Cariæ regis uxor, quæ nobile illud Halicarnaſi fecit ſepulchrum. Tuſ.206.b.

Arthriticus, a, um. qui ex pedibus laborat, & articulorum dolores habet. Ep.141.a.

Articulatim. ſeparatim, ſeorſim. de L.173.a. Quæ fuſe olim diſputabantur ac liberè, ea nunc articulatim diſtincteq; dicuntur. de N.73.a. Membraq; articulatim diuidit, id eſt, per ſingulos articulos.

Articulatè, a, um. At.95.a. Valebis igitur, & puellæ ſalutem articulatè dices: id eſt, diſertè, diſtinctè, clarè.

Articulus, li. nodus in corpore, & membro etiam orationis. At.4. a. Terentia magnos articulorum dolores habet. de Sen. 88.a. Ineunte uere in uitibus exiſtit tāquam ad articulos ſarmentorum, ea quæ gemma dicitur. de Or. 141.b. Verba, quæ quaſi articuli connectunt membra orationis. & 160.a. Oratio articulis membriſq; diſtincta. de N.17.a. Næuus in articulo pueri delectat Alcæum. pro Q.3.b. Tum iſte, qui hunc in ſummas anguſtias adductum putaret, ut eum ſuis conditionibus in ipſo articulo temporis aſtringeret, aſſem ſeſe negat daturum: id eſt, puncto, et momento rei gerendæ. Ad Her.27.a. Oratio fluctuans & diſſoluta, quæ ſine neruis & articulis fluctuat huc & illuc. Or.202.a. Ad numerum articulus cadens. Ad Her.30 a. Articulus dicitur, cum ſingula uerba interuallis diſtinguntur, cæſa oratione.

Artifex, cis. opifex. artis ſciens, & peritus. pro Mur. 130.a. Vt aiunt in Græcis artificibus eos aulædos eſſe, qui citharœdi fieri non potuerunt. Ep.68.b. Atq; illi artifices corporis ſimulachra ignotis nota faciebant: id eſt, Apelles et Lyſippus. I.V.200.b. Nimirum didici etiam artificum nomina: id eſt, eorum, qui ſtatuas fecerant. Or.212.b. Conſuetudo artifex ſuauitatis. de Or.87.a. Græci dicendi artifices & doctores. Or.213.b. Theodectes politus ſcriptor atq; artifex. pro Ar.187.b. Scenicus artifex: id eſt, hiſtrio. de Fin. 89.a. Artifex callidus comparandarum uoluptatum. Q. de Pet.212.a. C. Cotta in ambitione artifex dicere ſolebat, ſe, etc. de Vn.195.b. Artifex mundi: id eſt, Deus. pro Quin.14.a. Ne quid mihi eiuſmodi accideret, cum cōtra talem artificem dicturus eſſem, uerebar.

Artificioſè. de N. 37.a. Quod in operibus noſtrarum artium manus efficiat, id multo artificioſius naturam efficere.

Artificioſus, a, um. habens artem. de N.37.a. Ipſius uerò mundi natura non artificioſa ſolum, ſed planè artifex, &c. de N.37.a. Zeno ita naturam definit, ut eam dicat ignem eſſe artificioſum, ad gignendum progredientem uia. & ibi. Natura, id eſt, ut dixi, ignis artificioſus, magiſter artium reliquarū. de N.54.a. Artificioſum & diuinū opus. de F.67.a. Mathematici de re artificioſa loquūtur. de D. 95.b. & 103.a. & 113.b. Ea genera diuinādi artificioſa dicūtur. Item, Artificioſa præſentio.)(. naturalis diuinatio.

Artificium, cij. ars, opus, opera. I.V.214.a. Off.30.a. Iam de artificijs & quæſtibus qui liberales habendi, qui ſordidi ſint, hoc ferè accepimus. de Or.95.b. Atqui uide, inquit, in artificio & opera quàm tenui & leui quanto plus adhibeatur diligentiæ, quàm, &c. pro S.R.26.a. Obliuiſci artificium. de Or.116.a. Componere artificium de iure ciuili. Acad.9.a. Natura maximo quaſi artificio fabricata eſt primùm animal omne, &c. de Fin.123.b. Qui cuiq; artificio præſunt eam, quæ cōmunis appellatur prudentia, debent habere. de Fin.60.b. Ne opifices quidē tueri ſua artificia poſſent, niſi, etc. Acad.36.a. Quo enim ſpectat illud? cum artificia tolli quereris à nobis, niſi ut opifices concitentur? Ep 135.a. Non iam ſatis eſt cōſilio pugnare, artificium quoddam excogitandum eſt. pro S.R.26.a. Non tu in iſto artificio accuſatorio callidior es quàm hic in ſuo. pro Plan.263.b. Vicinitas non fallax, non erudita artificio ſimulationis. de Or.97.a. Non eſſe eloquentiam ex artificio, ſed artificium ex eloquētia natum. de Or.92.b. Artificium dicendi. At. 64.a. Reliqui libri Τεχνολογίαν habent. de Or.123.a. Suſpicio artificij imminuit oratoris autoritatem et orationis fidem. I.V.216.b. Simulachrum ſingulari opera artificioq; perfectum. I.V.210.b. Hæc omnia antiquo opere & ſummo artificio facta, et ſumma arte. 224.b. I.V.210.a. Vt intelligatis hominem artificij cupidum, non argenti fuiſſe. & 209. b. Hydria præclaro opere. 223.a. Galeæ cælatæ opere Corinthio.

Artolaganus, ni. panis genus delicati, qualia ſunt liba, ſeu placentæ. Ep.138.b. Dediſcendæ tibi ſunt ſportellæ & artolagani tui.

Artus, tus. membrum. de Fin.84.a. Quos dij immortales ille, cum omnes artus ardere uiderentur, cruciatus perferebat? Tuſ.188.a. Cum audiuiſſet eū grauiter eſſe ægrū, quod uehementer eius artus laborarent. de Cl.184.a. Cn. Octauius qui multis medicamentis erat propter dolorem artuū delibutus. de Or.95.a. Et tota mente, atq; omnibus artubus contremiſco. de N.56.a. Digitorum molles commiſſuræ & artus. Q. de Pet.211.a. Nerui atq; artus ſapientiæ ſunt, non temere credere. de D. 88.b. Excita cum tremulis anus attulit artubus lumen.

Aruſpex,cis.extiſpex. de N.12.b.Aruſpices,augures,arioli,uates,coniectores,&c.de D.114.a. Perſuaderi igitur cuiquam poteſt,ea quæ ſignificari dicuntur extis,cognita eſſe ab aruſpicibus obſeruatione diuturna? I.C.115.a.Cum aruſpices ex tota Hetruria conueniſſent,totius urbis ac imperij occaſum appropinquare dixerunt.

Aruſpicina,næ.diuinationis genus,Hetruſcorum diſciplina,ars extiſpicum.de D.114.a.Vt ordiar ab aruſpicina,quam ego reip. cauſa, communisq; religionis cauſa colendam cenſeo.Ep.91.b.Cum qui hodie aruſpicinam facerent,in ſenatu Romæ legerentur. de D.118.b.De ortu aruſpicinæ & de Tage.

Aruſpicinus,a,um. de D.95.b. Quod Hetruſcorum declarant & aruſpicini,& fulgurales,& rituales libri.

Aruum,ui.campus,ager.Or.212.b.Fragifera & fertā arua Aſiæ.Ennij.de N.25.a.

Arx,cis.caſtellum,receptaculum.de Or.134.a.Tarĕto amiſſo arcem tamen Liuius Salinator retinuit. de Sen. 79.a.Salinator amiſſo oppido fugerat in arcē. I.P.97.b. Qui cum oppido deſperaſſent,munire arcem cœperunt. de Leg.156.a.Niſi fortè Athenæ tuæ ſolæ ſempiternam in arce oleam tenere potuerunt Parad.116.b.Non enim tale eſt ut in arce poni poßit,quaſi illa Minerua Phidiæ.pro Syl.182.a. Munite communem arcem bonorum, obſtruite perfugia improborum.Antequam.193.b. Arcem urbis ab incendio liberaui.1.P.81.b.Cui templum illud fuit arx ciuium perditorum,receptaculum ueterum Catilinæ militum,caſtellum forenſis latrocinij.pro Lig.140.b.Africa omnium prouinciarum arx.cōtra Rul. 64.a.&I.C.120.b.Hoc templum Iouis Opt. Max.atq; hæc urbs arx omnium gentiū.pro Cluen.51.a.In arce legis præſidia defenſionis ſuæ conſtituere.

As aßis.libra,pondo,numus quidam exiguus,res tota ut hæreditas,quam poſtea in ſuas partes diuidunt.Off.45 b.M.Seius in caritate annonæ aſſe modium populo dedit. pro Q.3.b.Tum iſte aſſem ſeſe negat daturū. pro Quin. R.53.a.Dic HSCCCLIII.dediſſe,qui aſſem nullum dedit. pro Cec.288.a.Facit hæredem ex deunce & ſemuncia Cecinnam,ex duabus ſextulis M. Fulcinium, Ebutio ſextulā aſpergit.Ep.217.a.Teſtamento,quod Antiſtius Romæ fecerat,hæres ex parte dimidia & tertia Capito eſt, in ſextante ſunt hi,qui,&c.

Aſcēdo,dis.ſcando.Ep.245.a. Expedito exercitu ita noctu iter feci,ut ad III.Idus Octob. cum luceſceret,in Amanum aſcenderem.At.13.a.Aſcendere in caſtellū.de Fin. 80.a.Aſcendere in concionē.Tuſ.163.b. Is ita locutus eſt, ut non ad mortem trudi,uerùm in cœlum uideretur aſcendere.pro D.228.a.Quibus tāquam gradibus mihi uideor in cœlum aſcendiſſe.pro Mil.120.b. Gloria cuius gradib. homines uidentur in cœlū aſcendere.de Am.112.b.Si quis cœlum aſcendiſſet,&c.Acad. 37. a. Nos ad nauiculas noſtras aſcendimus.I.V.211.b.Aſcendit in oppidum Archagatus. de Or.117.b.Lex peregrinum uetat in murū aſcendere.& 59.b.Sol ſenſim aſcendens in diuerſam partē.pro S.R.32.a.Creſcere,aſcendere,ſua uirtute in altiorem locū peruenire.pro Cl.40.b.In altiorē locū aſcēdere.et.49.b. Altiorē gradū dignitatis aſſequi.de D.92.b.Eodē equo aduerſam aſcēdit ripā.pro Mur.137.a.Ex cōtinuis honorib. familiæ maiorūq; ſuorū,unū aſcēdere gradū dignitatis conatus eſt.de Cla.191.a.Is aſcēdens gradib. magiſtratuū ad ſummā amplitudinē peruenit.Off.46.a. Nō ſolū ut ne affligātur,ſed etiā ut ad altiorē gradū aſcendāt. Or.208.b. Ornatus ille admirabilis propter quē aſcēdit in tantū honorē eloquentia.de Cl.187.a.Aſcendere ad honores.de Sē. 83.b.a.Cum ingreſſus iter pedibus ſit, in equum omnino non aſcendere.pro Cluen. 49.b.In ſummum locum ciuitatis aſcendere. Part. 230. b. Aut à minoribus ad maiora aſcendimus. de Orat. 164. a. In omni uoce eſt quiddam medium,ſed ſuum cuiq; uoci:hinc gradatim aſcendere uocem utile & ſuaue eſt. At.275.b.Timeo de conſulatu, ne Cæſar tuus altius ſe aſcendiſſe putet decretis tuis, quàm inde,ſi conſul factus ſit,deſcenſurum.& 54.b. Tum ſubitò ille in concionem aſcendit.

Aſcenſus,ſus.pro Dom. 224. a. Homines audaces ab eius templi aditu atq; aſcenſu repuliſti.I.V.211.b. Ipſe in oppidum accedere noluit,quod erat difficili aſcenſu atq; arduo.de Ar.253.b.Atq; hic ei gradus ad rempub. hic primus eſt aditus & aſcenſus ad popularem iactationem. de L.185.a.Olliſq; ad honoris amplioris gradum is primus aſcenſus eſto.de Or. 108. a. Neq; is conſiſtens in loco,ſed inambulans atq; aſcenſu ingrediens arduo.

Aſcia,aſciæ.dolabra,inſtrumentum quo ligna dolantur,& poliuntur.de Leg.182.a.Hoc plus,inquit, ne facito rogum,aſcia ne polito.

Aſciſco,ſcis,iui,itum.aſcribo,approbo,expeto,adiungo,aſſumo,attribuo,accerſo.)(.reprobo, declino. de N. 27.a.Hos augures ne ipſæ quidē fabulæ aſciuiſſent,ſi res omnino repudiarent.I.V.204.b.Aſciuerunt ſibi illud oppidum piratæ. de Leg.173.b.Alterum quod interpretatur fatidicorum effata incognita, cum ſenatus populuſq; aſciuerit. de Am.105.b.Bonos boni diligunt aſciſcuntq; ſibi quaſi propinquitate coniunctos. pro Dom. 232. b. Neq; iſtam mihi aſciſco ſapientiam, quam nonnulli in me requirebant.de Or.92.a.Eos expertes eſſe illius prudentiæ quam ſibi aſciſcerent. pro Dom.232.a. Nihil unquam de me dixi ſublatius aſciſcendæ laudis cauſa. I.C. 106.a.Is omnes perditos ad hoc incredibile ſceleris fœdus aſciuit. pro Arch.186.a. Aliquem non modò non ſegregandum, cum ſit ciuis,à numero ciuium,ſed etiam ſi non eſſet,aſciſcendum eſſe. pro Cor. 59. a. Innumerabiles aliæ leges ſunt latæ, quas latini uoluerunt, aſciuerunt. pro Dom. 231.b.Sed tamen ego mihi ſororem uirginem aſciſco, tu ſororem tuam uirginem eſſe non ſiuiſti. I.P.85.a.Me patronum unum aſciuerant.pro Cor. 60.a. Omnes maturè ciuitatem poſſunt,modò aſciſcantur ab ea ciuitate. de Ar. 250. a. Sacra iſta aſcita ex Phrygia fuerunt. de Clar. 183.b.Idcirco hanc conſuetudinem libenter aſciuimus. de Leg. 162. b. Id enim, ut ſuauitate delectans,ſic ab errore mentis tanquam ſalutare aliquid aſciſcitur, ſimiliq; inſcitia mors fugitur,uita expetitur. Attic.286.a.Qui tyranni nomen aſciuit ſibi. de Clar.189.b.Is quæ clarorum uirorum eſſet non dubitabat aſciſcere.de Fin.105.a.Minimè uerò probatur huic diſciplinæ,de qua loquor, aut amicitiam aut iuſtitiam propter utilitates aſciſci aut probari. & 128. a. Alij cenſent primum aſcitum doloris uacuitatem,primum declinatum dolorem. & 53.a.Natura ipſa, ut ait Epicurus,aſciſcit & reprobat, id eſt,uoluptatem et dolorem. Epiſtol. 66. a. Viginti oppida ſunt Dalmatiæ antiqua,quæ ipſis ſibi aſciuerunt amplius ſexaginta. Or. 199.a.Aſciuerunt aptum ſuis auribus optimum quoddā dictionis genus.

Aſcitus,ta tum. I.V.274.b.Sacra Cereris à Græcia aſcita & accepta.de N.93.b. Illa, quæ natura prima ſunt aſcita,natura diligimus.Item, Amitti ciuitatem Romanā alia aſcita.Cor. Nep.in uita Attic.ibidem. Vt appareret in eo natiuum quendam lepôrem eſſe non aſcitum.

Aſcle-



Aſclepiades medicus & amicus L.Craßi oratoris. de Or.90.a.

Aſcribo,bis.attribuo,adiungo,aßigno,aſciſco. de N. 78.a.Bonos exitus bonorum aſcribimus attribuimuſq; ſine ulla ratione dijs immortalibus.At.232.b. & Ep.133.a. Gaudeo quod uulgo hominum opinio ſocium me aſcribat tuis laudibus. pro R.P.122.b. Aſcribe ad iudicium tuum meam quoq; ſententiam. de Opt.224.a.Qui Thucydidē laudauit,aſcribet ſuæ noſtram ſententiam. Q.Fr. 292.a. Hunc ad tuum numerum libenter aſcribito. de Or.133.b. Et ad hoc genus aſcribamūs etiam narrationes apologorum.I.A.167.a.Tu uerò aſcribe me talem in numerum. Tuſ.240.b.Vtinam ego tertius uobis amicus aſcriberer. I.A. 261. a. Tyrannus petiuit ut ſe in amicitiam tertium aſcriberent.pro Arch.187.a.Archias Heraclææ aſcriptus eſt.& ibid.b. Præſertim cum in alijs ciuitatibus fuerit aſcriptus. & 186.b Qui fœderatis ciuitatibus aſcripti eſſent. de Arch. 157. a. In certam ſedem ciuitatis aſcribimur. pro Dom. 236. b. His non eſt auſus nomen ſuum emptioni illi aſcribere.I.A.207.b.Altera ſtatua ab equitibus Rom.equo publico,qui item aſcribunt patrono. Att. 90.a.Quid ad Statium aſcripſerit neſcio. pro Cor.58.b. Aſcribere pœnam fœderatis. de Leg.171.b.Oſtenderunt ea ſe ſcripturos atque laturos,quibus aſcriptis ſuſceptiſq; beatè uiuerent. de D. 86.a.At illud minimè fuit auguris quod aſcripſit,ob eam cauſam populum Rom. calamitatem cepiſſe.

Aſcriptitius,a,um.aſcriptus. de N.67. a.Quoſdam quaſi nouos & aſcriptitios ciues in cœlū receptos fuiſſe.

Aſcriptor,oris.Poſtquam.210.a.Itaq; is fuit nō modò ſalutis defenſor,uerùm etiam aſcriptor dignitatis meæ. Poſtquam.206.a.Cum eum in me reſtituendo autorē fuiſſe aſcriptoremq; uideatis. pro Dom. 223.a.Ille nouitius Ligur uenalis aſcriptor tuus & ſubſcriptor.

Aſcriptus,a,um. pro Arch.187.a.Qui eum aſcriptū Heraclienſem dicunt.Item ibidem, Heracliæ aſcriptum eſſe:id eſt,ciuem eſſe.

Aſculum,li.urbs. pro Cl.21.b. de Cl.179.b.

Aſculanus,a,um.de Cl.179.b.pro Font.282.b.

Aſellus,li. At.13.a. Aſellus onuſtus auro.

Aſia,aſiæ.pro Fl.159.b. Aſia ueſtra conſtat ex Phrygia,Miſia,Caria,Lydia.& ibi. Aſiæ ora maritima. contra Rul.74.a.Pergamum,Smyrna,Trallis,Epheſus,Miletus,Cizicus,tota deniq; Aſia.pro Fl.162.a.Cum Aſiā prouinciam conſulari imperio obtineres.At.82.a. Ipſe in Aſiam profectus ſum Tharſo Non.Ian.& ibi de Aſia Att.

Aſianus,na. At.15.b.

Aſiaticus,a,um.de Cl.195.b.Genera aſiaticæ orationis duo ſunt,&c.pro Pom.7.b.Aſiaticæ pecuniæ. de Cl. 169.a. Aſiatici oratores non contemnendi quidem,nec celeritate,nec copia,ſed parum preßi & nimis redundantes. Or.199.a.Inclinatè ululantiq; uoce Aſiatico more canere. de Or.146.b.De Aſiaticis & Atticis.

Aſinus,ni.de N.58.a.Longum eſt mulorum perſequi utilitates & aſinorum. I.P.95.a. Quid nunc te aſine literas doceam?non opus eſt uerbis ſed fuſtibus.

Aſotus.prodigus,effuſus.de Fin 69.a. Atqui reperiemus Aſotos,ita non religioſos ut edant de patella. de Fin. 69.b. Aſoti mundi elegantes optimis cocis, piſtoribus,piſcatu,aucupio,uenatione. de N.75.b.Poſſe Aſotos ex Ariſtippi,acerbos è Zenonis ſchola exire.

Aſpectabilis,le.quod ſub ſenſum oculorum cadit,quod uiſibile dicunt. de Vn.197.a.Corporeum & aſpectabile, itemq; tractabile omne neceſſe eſt eſſe quod natum eſt. & 196.b.Deus animal unum aſpectabile,in quo omnia animalia continerentur, effecit.

Aſpecto,as.intueor,aſpicio. pro Pl.280.b.Quid me aſpectas?quid mea promiſſa repetis?

Aſpectus,ctus.præſentia,conſpectus,quod uiſum appellant.de N.54.b.Oculi aſpectum,quò uolunt,facilè cōtorquent.de Pro.77.a.Referre aſpectum aliquò. de Or. 141.b.Omnes res,quæ ſub aſpectum ueniūt.Off.3.b.Quæ aſpectu ſentiuntur.de Vn.197.b.Qua ex cōiunctione cœlum ita actum eſt,ut ſub aſpectum & tactum cadat. Ad Her.7.b.Aut deniq; nunquid aliquo ſenſu perceptum ſit, aſpectu,auditu,tactu,&c.de N.58.a.Pomorum iucundus non guſtatus ſolum,ſed odoratus etiam & aſpectus. I.A. 174.a.Auctionis uerò aſpectus miſerabilis. de Or. 141. b.Res cæcæ,et ab aſpectus iudicio remotæ. Or.219.b.Res ad aſpectum pulchra. pro Syl.181.a.Hominum aſpectum lucemq; uitare. pro Cec.293.b.Aſpectus armatorum ad uim faciendam ualet,incurſus & impetus non ualebit? de Arch.245.b.Qui ſacra bonæ deæ aſpectu uirili uiolauit. I.C.120.b.Verſatur ante oculos aſpectus Cethegi, & furor in ueſtra cæde bacchantis. I.C. 100. b.Alicuius aſpectum præſentiamq; uitare. & ibi.Carere me aſpectu ciuium malo. Tuſcul.163.b.Cum acriter oculis deficientem ſolem intuerentur,ut aſpectum omnino amitterent.de D. 127.b.Illi orbes,qui aſpectum noſtrum definiunt.Ep.54. b. Noli remp. multis claris uiris orbatam priuare etiam aſpectu tuo.pro Arch.188.a.Ex literis aliquid in aſpectū lucemq; proferre. Ad Her.21.a.In contentione per diſtributionem acri & defixo aſpectu uti oportet. Ep.157.a. Adducere copias in aſpectum hoſtium. Quint. de Pet. 205.a.Vt ea quæ in re diſperſa atq; infinita uiderentur eſſe, ratione & diſtributione ſub uno aſpectu ponerentur. Attic.101.b.Ex literis tuis hanc primo aſpectu uoluptatem cœpi,quod,etc.de Or.151.b.Quæ primo aſpectu nos ceperunt.de Cl.182.b.Non aßidens et attentè audiens,ſed uno aſpectu & præteriens ſæpe iudicat. de Clar.166.a. Eorum aſpectu omnis cura conſedit. de Nat.44. a. Primo aſpectu inanimum quiddam ſe putat uidere, pòſt autem,&c.I.V.227.b. Situs urbis communitus & præclarus ad aſpectum.

Aſpellor,leris.Tuſ.180.a.Sed longè à leto numine aſpellor Iouis:id eſt,expellor,arceor.poetæ.

Aſpendum.oppidum.I.V.86.b.

Aſpendius,dia.um.I.V.86.b.

Aſper,a,um.durus, habens aliquid aſperitatis.)(.lenis,leuis.de Fin.72.b.Senſus iudicat dulce, amarum, lene, aſperum,propè,longè,&c. Part. 233. a. In locis ſpectatur,leues an aſperi,ſalubres an peſtilentes. de Fin.124.a. Homo aſper & durus oratione & moribus. pro Pl.267. a.Homo natura aſper & omnibus iniquus. de Cl. 176.a. Licinius aſper,maledicus,genere toto paulo feruidior atque commotior. pro Mur.138.b.Acceßit his tot,doctrina nō moderata nec mitis,ſed paulo aſperior ac durior. pro Cor. 59.a. In periculis & aſperis temporibus.Or. 198.b. Aſpera,triſtis,& horrida oratio.

Aſperè.de Or.104.b.M.Cato apud populum Romanum aſperè & uehementer eſt locutus. Quin. Fr. 311.b. Marcellinus Pompeium nimis aſperè tractat. Att. 151.b. Aſperius quàm tui patiantur mores de Dionyſio ſcripſiſti.Epiſt.5.b.Acerbè & aſperè accuſare aliquem. pro Pl. 266.a.Maledicta in aliquem aſperè & ferociter, & liberè dicta. pro Plan.265.b.Aſperius, inquit,locutus eſt, &c.im-

&c.imo fortaſſe liberius.

Aſpergo,gis.reſpergo. de N.77.b.Hoſtiam immolare noluit,ne aram ſanguine aſpergeret. I.V.37.a.Miloni nonnullam laudatione tua labeculam aſpergis.In Vat.32.a.Ne qua ex tua ſumma indignitate, labes illius dignitati aſpergatur. Ep.84.a. Eodem fonte ſe hauſturum intelligit laudes ſuas,è quo ſit leuiter aſperſus. pro Cæl.42.a. Qui iſtius facti non modò ſuſpicione, ſed ne infamia quidem eſt aſperſus. pro Cecin.288.a. Ebutio ſextulam aſpergit:id eſt,hæredem fecit ex ſextula. pro Planc.265.a.Hunc tu uitæ ſplendorem maculis aſpergis iſtis? Epiſt.27.b. Hæc aſperſi, ut ſcires me tamen in ſtomacho ſolere ridere.de Or.131.a.Quod tamen eſt mendaciũculis aſpergendum. Or.204.b.Huic generi orationis aſpergentur etiam ſales.Quin.Fr.312.b.Nunc mihi iucunditatis plena epiſtola,hoc aſpergit moleſtiæ,quod,&c. pro Cluen.32.a.Atq; etiam ipſe conditor totius negocij guttam aſpergit huic Bulbo.pro Mur.140.a.Si illius comitatem facilitatemq́; tuæ grauitati & ſeueritati aſperſeris. pro Cor.66.b.Idcirco illa in omni parte orationis ſua arte aſpergi uidebatis.de D.85.a.Aſperſa temere pigmenta in tabula, oris lineamenta effingere poſſunt.& ibid.Aſperſione fortuita. I.A.177.b.Senatus conſulta quaſi fuligine aſperſa. Ad Her.39.b.Quem ore attingere,dentibus inſecare, lingua aſpergere poßit.

Aſperitas,tis.ſalebra.de N.45.b. Saxorum aſperitates,impendentium montium altitudines. I.A.221.a.Aſperitas uiarum. de Or.85.a.In his uel aſperitatibus rerum, uel anguſtijs temporis obſequar ſtudijs noſtris. de Or.128 a.Oratio in qua aſperitas contentionis oratoris ipſius humanitate conditur.

Aſpernatio,onis.contemptus,contemptio. Tuſ.215.b.Perturbationes animi ex aſpernatione rationis eueniũt.

Aſpernor,aris,reſpuo,refuto, recuſo, repudio, reijcio,fugio,abhorreo. pro R.P.129.b.Quam uirtutem nõ modò aſpernari ac refutare,ſed etiam complecti & augere debetis.pro Cluen.27.a.Seruus ſermonem Fabricij non eſt aſpernatus.de Or.122.b. Philoſophiam hæc ciuitas nũquam aſpernata eſt. I.V.226.b.Quas illorum querimonias nolite per Deos immortales aſpernari,nolite contemnere ac negligere.de Or.152.a.Guſtatus, quod ualde dulce eſt,aſpernatur ac reſpuit. Att.113.b. Quanquam non aſpernor Trebatij literas. At.288.a. Cicero ſeruitutem honorificam modò non aſpernatur. & 243.b.Caßius frumentariam rem aſpernabatur.Quin.Fr.314.a.Iocus autem illius de ſua egeſtate ne ſis aſpernatus. pro S.R.44.a. Hanc proſcriptionem niſi hoc iudicio à uobis reijcitis & aſpernamini,uidete per deos, &c. pro Seſt.9.b.Is nunquam auſus eſſet equitum Romanorum preces aſpernari. pro Cluen.58.b.Cuius furorem deos immortales à ſuis aris aſpernatos eſſe confido. de Fat.149.b.Dicere aliquid quod omnium mentes aſpernentur ac reſpuant. I.P.89.a.Nemo ciuis eſt,qui uos non oculis fugiat,auribus reſpuat,animo aſpernetur,recordatione deniq; ipſa conſulatus tui perhorreſcat. Epiſt.18.a.& 54.b.& 67.b. Præſertim ſi in eo genere ſtudium meum non aſpernabere. Tuſ.246.a.Quos cum triſtiores uidiſſet, XXX minas accepit, ne aſpernari regis liberalitatem uideretur. de Fin.71.a.Appetere uoluptatem.)(.aſpernari dolorem. Att.217.b. Vtrum apertè hominem aſperner ac reſpuam. ἢ σκολιαῖς ἀπάταις. de Fin.52.a.Et tamen à philoſopho, ſi afferat eloquentiam, non aſperner: ſi non habeat, non admodum flagitem.



Aſperſio,onis.reſperſio.de Leg.174.b. Nam illud uel aſperſione aquæ,uel dierum numero tollitur.& de D.85.a.Aſperſione fortuita.

Aſpicio,cis.conſpicio,tueor,intueor,contueor,aſpecto,in aliquem oculos conijcio, alicuius in uultu habitant oculi mei,obtutum in aliqua re figo. de Or.98.a. Sic euolauit oratio,ut eius uim & incitationem aſpexerim, ueſtigia ingreſſumq́; non uiderim. & ibid.Sed ea cum contemplari cuperem,uix aſpiciendi poteſtas fuit. pro S.R.28.a. Propter quos hanc ſuauißimam lucem aſpexerit. de Clar.165.b.Tanquam ad aſpiciendam lucem eſſe reuocatum.de Or.154.a.Hoc cernes,ſi modò aſpexeris. I.C.113.b.Illi inter ſe furtim nonnunquam aſpiciebant. pro Syl.181.a.Aſpicite ipſum,contuemini os. de Arch.243.b.Sed uecors repente ſine uoce conſtitit:deinde reſpexit, & ſimul ad Cn.Lentulum Coſ.aſpexit,concidit in curiæ penè limine. de D.95.a.Reſpexitq́;, & equum alacrem lætus aſpexit.de Ar.245.b.Sacra,quæ uiri oculis ne imprudentis quidem aſpici fas eſt. I.A.175.a.At etiam aſpicis me, & quidem ut uideris iratus. Aſpicere ad aliquem. Contueri ad cœlum.

Aſpiratio,tionis,afflatus,exhalatio,halitus.de D.97.a.Quæ omnia fiunt,& ex cœli uarietate, & ex diſparidi aſpiratione terrarum.de N.42.b.Animantes autem aſpiratione aeris ſuſtinentur. aliàs, à ſpiratione. de D.107.b.Vt eius cœli aſpiratio grauis & peſtilens futura ſit.Or.212.a.l. H. Maiores nuſquam niſi in uocali, aſpiratione utebantur.

Aſpiro,as.peto,nitor,oculum adijcio,faueo. I.V.57.b.Nemo ad alienam cauſam inuitis ijs,quorum negocium eſt,accedere aut aſpirare debet. I.V.105.a. Quid enim quiſquam ad meam pecuniam me inuito aſpirat? I.P.81.a Cum tu non modò ad eum Ciceronem, cui, &c.nunquam aſpiraſti,ſed omnibus conſilijs, quæ ad me opprimendum parabantur,interfuiſti. Ad Her.34.b.Magno ſe prædicat auxilio fuiſſe,quia paululum in rebus difficillimis aſpirauit.Tuſ.230.b.Hæc in eculeum conijciuntur, quò non aſpirat uita beata.Tuſ.233.b.Occupaui,inquit,te fortuna, atq; cepi,omneſq́; aditus tuos intercluſi,ut ad me aſpirare non poſſes.Ep.100.a.Subinuideo tibi,ultro te etiam acceſſitum ab eo,ad quem cæteri propter eius occupationẽ aſpirare non poſſunt.I.V.124.b.Quando iſte niſi februario menſe aſpirabit in curiam?de Cl.172.a. Ex bellica laude aſpirare ad Africanum nemo poteſt. pro Syl.177.a. Quis tum dicit in campum aſpiraſſe Syllam? Or.209.b. Sed hæc ad eam laudem,quam quærimus,aſpirare nõ poſſunt. pro Q.17.a.Dixi Romæ domum fuiſſe, quò iſte ne aſpirauit quidem. pro Cec.292.b.Si mihi antè occurratur,ne non modò intrare,uerumetiam aſpicere aut aſpirare poßim.de N.53.b.Pulmones tum ſe contrahunt aſpirantes,tum ſpiritu dilatant.

Aſpis,dis.ſerpens exiguus pernicioſißimus.pro R.P.126.a.Demetrius aſpide ad corpus admota,uita eſt priuatus. & de N.69.a.Item: Si ſcieris aſpidem occultè latêre uſpiam, & uelle imprudentem ſuper eam aßidere,cuius mors tibi emolumentum factura ſit, improbè feceris niſi monueris ne aßideat.de Fin.77.a.

Aſporto,as.Parad.117.a.Cæteri ita fugiebant, ut multa de ſuis rebus aſportarent.I.V.226.a. Is hoc ſignũ auellendum aſportandumq́; curauit. I.V.86.b.Signa ploſtris euecta aſportataq́;. & 59.a. Aſportare aliquid ex aliquo loco.

Aſportatio,onis.I.V.226.a.

Aſſa



Aſſa,orum.Quin.Fr.318.a.l.Balnearia.

Aſſecla,aſſeclæ.aſſectator.At.93.b.et I.V.154.b.Qui potentißimorum contumaciam non tuli,ferrem huius aſſeclæ?de D.125.a.Cæſar Troginorum tetrarchiam Deiotaro eripuit,et aſſeclæ ſuo Pergameno neſcio cui dedit.In Sal.275.b.Tu omnium menſarum aſſecla.I.V.89.a.Legatorum aſſeclæ.

Aſſectatio,onis. pro Mur.140.b.Tenues homines, &c.habent hanc in noſtris petitionibus operam atq; aſſectationem.Q.de Pet.210.a.Sed quoniam aſſectationis mẽtio facta eſt,id quoq; curandum eſt,ut,&c.

Aſſectator,oris.aſſecla.pro Cor.68.a.Cũ ducibus ipſis non cum comitatu aſſectatoribuſq́; cõfligant. I.V.114.a.Quidam aſſectator ex numero amicorum. Q.de Pet.210.b.Tertia eſt ex hoc genere aßidua aſſectatorum copia.& ibi.Ipſi tecum aßiduè ſint.

Aſſector,aris. de Or.105.b.Cum ædilitatem P.Craſſus peteret,eumq́; Seruius Galba aſſectaretur,&c.

Aſſenſio,onis.aſſenſus,approbatio,plauſus, applauſus.de Cl.174.b.Orationis genus exile,nec ſatis populari aſſenſioni accommodatum.Acad.10.b. Nunc de aſſenſione atq; approbatione,quàm Græci συγκατάθεσιν uocãt, pauca dicemus.de Cl.192.a.Crebræ aſſenſiones,multæ admirationes. de In.52.b.Inductio eſt oratio,quæ rebus non dubijs captat aſſenſionem eius, qui cum inſtituta eſt. & ibid.Iudicatum eſt,res aſſenſione aliquorum comprobata.de Fat.148.b.Aſſenſio fieri non poteſt niſi commota uiſo. & ibid. Aſſenſio fieri non poteſt nulla ui extrinſecus excitata.& ibi.a.Appetitum ſequitur aſſenſio & actio. & ibi de Aſſenſionibus multa.

Aſſenſor,oris. Epiſt.93.a. Quotidie commemorabam te unum in tanto exercitu mihi fuiſſe aſſenſorem. ad Her.23.a.

Aſſenſus,a,um. Acad.35.a.Sapiẽs multa ſequitur probabilia,non comprehenſa,neq; percepta,neq; aſſenſa, ſed ſimilia ueri.

Aſſenſus,ſus.aſſenſio,approbatio. de Clar.181.a.Id uulgi aſſenſu & populari approbatione iudicari ſolet. de Nat.26.b.Qui potuiſſet aſſenſu omnium dicere Ennius? aſpice hoc,&c.de Fin.96.b.Obſiſtere uiſis,aſſenſuſq́; ſuſtinere.

Aſſentatio,onis.adulatio, blandiciæ, blanda uanitas, blandum mendacium. pro Cl.24.b. Is ſe blandicijs & aſſentationibus in Aſinij conſuetudinem penitus immerſit. At.213.b.Quàm enim turpis eſt aſſentatio?cum uiuere ipſum turpe ſit nobis.Quin.Fr.293.a. Græci diuturna ſeruitute ad nimiam aſſentationem eruditi.& pro Fl.162.b. Blandiciæ apertæ. de Am.114.b. Semper auget aſſentatio id quod is cuius ad uoluntatem dicitur,uult eſſe magnum.de Am.107.b. Beneuolentiam ciuium blandicijs & aſſentationibus colligere turpe eſt. & 113.a. Aſſentatio uiciorum adiutrix procul amoueatur.

Aſſentatiuncula,læ. Ep.68.b.Ac nõ uereor ne aſſentatiuncula quadam aucupari tuam gratiam uidear.

Aſſentator,oris.ad uoluntatem dicens.Off.18.b. Cauendum eſt,ne aſſentatoribus patefaciamus aures. & 9.b.Pernicioſus aſſentator. de Am.113.b. Aſſentator ad alterius non modò ſenſum ac uoluntatem, ſed etiam uultum atq; nutum conuertitur. Tuſ.249.b.Quidam ex eius aſſentatoribus Damocles,&c. Off.46.a.Aſſentatores populi,multitudiniſq́; leuitatem uoluptate quaſi titillantes. I.P.94.b.Græculus aſſentator.de Or.153.b.& Top.228.a.An aliquid interſit inter aſſentatorem & amicum. pro



Cec.287.b.Aſſentator mulierum.

Aſſentatoriè. Quin.Fr.316.b.Dubitare te non aſſentatoriè,ſed fraternè ueto.

Aſſentio,tis.aſſertione approbo,aſſentior, cũ aliquo ſentio,cõcedo. At.142.b.Aſſentio tibi,ut in Formiano potißimum commorer.Ep.2.b.Nam aduertebatur Pompeij familiares aſſentire Volcatio. de D.130.a.Ennius,qui magno applauſu loquitur aſſentiente populo.& 81.b.Omnibus in rebus temeritas in aſſentiendo errorq́; turpis eſt. Off.4.b. Cauendum eſt,ne his rebus temere aſſentiamus. ad Br.90.b.Acerbißimè tulit ſenatus, aſſenſum eſſe mihi de Planco. Ep.3.a.Bibulo aſſenſum eſt de tribus legatis.

Aſſentior,ris.aſſentio,conuenio,probo, blandè mentior,cũ aliquo ſentio,plaudo, audio, in ſententiã alicuius eo uel diſcedo,uel diſceßionem facio. de Or.103.b.Tibi ſenatus breuiter impolitéq; dicenti maximis eſt de rebus aſſenſus. Attic.261.b.Is in Caſca mihi ualde aſſenſus eſt. pro Cor.67.b. Neq; me diſſenſioni meæ priſtinæ putaui potius aſſentiri,quàm præſentibus reipub. temporibus et concordiæ conuenire.de Or.95.a. Illud uerò quod à te dictum eſt,eſſe permulta.&c.ualde tibi aſſentior. de Nat.72.a.De quibus habeo ipſe quid ſentiam, non habeo autẽ quid tibi aſſentiar.de Orat.160.a. Nanq́; ego illud aſſentior Theophraſto,&c. & 87.b.Tum ille,cætera, inquit, aſſentior Craſſo. Att.229.a. Timet multa,aſſentitur omnia.& 110.a.Item: De Venonianis rebus tibi aſſentior. et 99.b.Catoni aſſenſus eſt Fauonius. & Epiſt.25.b.Epiſt.2.b.Huic aſſentiuntur reliqui conſulares. Att.101.b.Habet enim res deliberationem,& ſi ex magna parte tibi aſſentior. Acad.17.b.Vicioſum eſt aſſentiri quicquam falſum.

Aſſentor,aris.adulor,blandior.de Cl.192.b.Hæc germana ironia eſt,cur ita ſentiam non dicam, ne me tibi aſſentari putes.Epiſt.132.a.Et tibi aſſentantur tandiu dum ades.de Am.124.a.Qui ipſe ſibi aſſentatur. Att.123.b. Non ſum ueritus,ne uiderer aſſentari, cui tali in re libenter me ad pedes abieciſſem.Acad.12.a.Vt nihil nobis aſſentati eſſe uideamur. de Or.119.b. Dicam enim non reuerens aſſentandi ſuſpicionem.de Am.113.b.Poſtremò imperaui egomet mihi aſſentari omnia.

Aſſequor,ris.conſequor.nanciſcor. de N.67.a. Ratione utimur ad eam rem,ut apertis obſcura aſſequamur. pro Planc.27.b.Eoſdem ſumus honorum gradus,quos illi aſſecuti. Poſtquam.199.a. Veſtros deniq; honores, quos eramus gradatim ſingulos aſſecuti.I.P.79.b. Aſſequi omnes magiſtratus ſine repulſa. de Am.101.b. Vt amicitia ſit,per quam quiſq; aſſequatur,quod quiſq; deſideret. de Ar.247.b.Nemo illorum prudentiam nõ dicam aſſequi, ſed quanta fuerit perſpicere poteſt. Epiſt.8.a.b. Itaq; omnia,quæ ne per populum quidem ſine ſeditione ſe aſſequi arbitrabantur,per ſenatum conſecuti ſunt. & 82.a.Beneuolentiam tuam erga me imitor,merita nõ aſſequor. pro Plan.278.b.Nunquam ego mortem potius,quàm immortalitatem aſſecutos putaui.de L.157.b.Quem imitaris nũquam aſſequêre.de Or.96.a.Quod neq; precibus unquã, nec inſidiando,nec ſpeculando aſſequi potui. Attic.41.a.40.b.Ad te quid ſcribam,neſcio:ſi enim es Romæ,iam me aſſequi non potes:ſin es in uia, cum eris me aſſecutus, coràm agemus. Ad Her.30.b. Vt longitudo aut plenitudo harum,multitudinem alterius aſſequatur & exæquet. de N.36.a. Augeſcantq́; & pubeſcant, maturitatemq́; aſſequantur.Off.22.b.Nihil ſequere,quod aſſequi nequeas. Tuſcul.168.b. Senectus nos in curſu à tergo inſequens,

nec opi-

necopinantes aſſecuta eſt. At.186.b.Nõ aſſequor,ut ſcribam quod æquo animo legas. At.227.b.& de D.111.a.Cõiectura uel ſuſpicione aſſequi aliquid. I.V.145.a. Aſſequor, παϑηϰτιϰὸν.Item:Nihil horum inueſtigari, nihil aſſequi poterit. de Am.99.a. Hos uiros bonos appellandos putemus,qui aſſequuntur quantum homines poſſunt. de In.79.b.Vt eſſent non qui ſcriptum ſuum recitarent, etc. ſed qui cogitationem aſſequi poſſent.

Aſſero,ſeris.affirmo,uendico.Off.63.a. Qui proſcribunt uillam(ut ipſi aſſerunt)benè ædificatam. Ad Her.38.b.Vt paulo antè cum de curſoribus aſſerebamus. pro Fl.154.b.Cum in cauſa liberali,eum qui aſſerebatur,cognatum ſuum eſſe diceret.

Aſſertio,onis.Acad.47.a.Academici cenſent nihil oportere, neq; profiteri, neq; affirmare quenquã,neq; aſſertione approbare,&c.

Aſſeruio,uis.ſeruio.Tuſ.187.a. Qui uolunt exclamare maius,toto corpore contentioni uocis aſſeruiunt.

Aſſeruo,as.adſeruo,ſeruo.I.V.159.b. Tum iſte imperat,dum res iudicaretur,hominem ut aſſeruarent:cum iudicatum ſit,ad ſe adducant. pro Arch.187.a.Cum Appij tabulæ negligentius aſſeruatæ dicerentur. I.C.101.a.Domi meæ te aſſeruari rogaſti.I.V.251.b.Aſſeruari priuatis cuſtodijs.

Aſſeßio, onis.Ep. 181.a.Oblitum' ne me putas,qua celeritate ad me Tarento aduolaris?quæ tua fuerit aſſeßio, oratio,confirmatio,&c.

Aſſeſſor,oris.quaſi ſecundarius iudex,qui iuris dicendi cauſa principi iudici aßidet. de Diuin.100.a.Lacedæmonij regibus ſuis augurem aſſeſſorem dederunt. pro Cl.39.a.Sedere propriè dicuntur iudices cum ius dicunt, unde aſſeſſores.

Aſſeueranter.affirmatè. At.247.a. Q.Cicero ualde aſſeueranter cũ eo locutus eſt.Acad.16.a.Hæc Antiochus ferè,& Alexandriæ tum,& multis annis poſt,multo etiã aſſeuerantius in Syria.

Aſſeueratio,nis.At.212.a.Omni aſſeueratione tibi affirmo,quod mihi credas,uelim maiori offenſioni eſſe,quã delectationi poſſeßiunculas meas.

Aſſeuero,as.affirmo.de N.44.b.Iſti quemadmodum aſſeuerant ex corpuſculis mundum eſſe perfectum? Acad.10.a.Nemo ulla de re poteſt contendere neq; aſſeuerare, ſine aliqua eius rei,&c.certa & propria nota. I.V.121.a Aſſeuerat ſe eius rei in primis actionem eſſe daturum. de Cl.183.b.Magni intereſt coràm uidere quemadmodum aduerſarius de quaq; re aſſeueret. pro Cluen.32. b. Is pulchrè aſſeuerat,ſe,&c. I.V.113.b. Vtrum aſſeueratur in hoc,an tẽtatur? de Clar.192.b.Bella ironia ſi iocaremur, ſin aſſeueramus,uide,&c. Orat. 220.b.Hoc meum iudicium de quo hoc libro tantopere aſſeueraui. Attic.167.b.Aſſeuerare aliquid firmißimè. I.A.175.b.Idq; ſe facturum aſſeuerauit.

Aßideo,des.aßiſto,propè ſedeo. I. V.125.b. Sthenius eſt is qui nobis aßidet,Thermitanus.& 232.a.Nos rogatu magiſtratus aſſedimus.I.P.96.b.Cum Cn.Pompeius P. Lentulo frequens aßideret. At.8.b.Mihiq; ut aſſedit, dixit,&c.At.83.a.Aßident,ſubducunt ad nummum, conuenit.I.C.100.b.Conſulares ſimul atq; aſſediſti,partem iſtã ſubſelliorum uacuam reliquerunt. de D.110.a.Tum in bibliotheca,quæ in Lycæo eſt,aſſedimus. de Orat.129.b. & pro Cluen.47.a.In Tiburti forte aſſedimus ego,et M. Filius.pro S.R.28.a.Perorauit aliquando,aſſedit,ſurrexi ego. Or.208.b.Curio cum cœpiſſet reſpondere, ſubitò aſſedit.I.V.258.b.Cum lachrymãs in carcere mater noctes dieſq; aßideret. de Or.93. b. Irriſi ſemper eorum hominũ impudentiam,qui cum in ſchola aſſediſſent, ex magna hominum frequentia dicere iuberent,ſi quis,&c. pro Plan.264.b.Macedones huius repentino periculo cõmoti huic aßident,id eſt,aßiſtunt.de Clar.182.b.Itaq; intelligens dicendi exiſtimator,non aßidens et attentè audiens, ſed uno aſpectu & præteriens de oratore ſæpe iudicat.de Fin.77.a.Si ſcieris imprudentem ſuper aſpidem aßidere uelle,improbè feceris niſi monueris.



Aßido,dis.conſido,coſideo,ſedeo. Acad.41.b. Et ſimul aßidamus,inquam,ſi uidetur.& ibi paulo infra: Quæ cũ ſunt dicta,in conſpectu conſedimus omnes.

Aßiduè.continenter ,uſq;, aßiduus,totos dies,quotidie,omni tempore,dies atq; noctes, diem & noctem,nullo puncto temporis intermiſſo.de Clar.194.b. Aßiduißimè mecum fuit Dionyſius Magnes.Epiſt.71.a.Literæ credo?quibus aßiduè utor.pro Mil.119.a.Voces, quas audio aßiduè,& quibus adſum quotidie.Poſtquam.198.b.Sic omnia deſiderata magis,quàm aßiduè percepta delectant. Ad Her.41.b.Vt frequenter & aßiduè conſequamur artis rationem.de D.96.a.Gallos gallinaceos ſic aßiduè cantare cœpiſſe,ut nihil intermitterent.

Aßiduitas,tis.opera quotidiana. de N.45.a.Sed aßiduitate quotidiana,& conſuetudine oculorum aſſueſcunt animi.Quin.de Pet.205.b.Quotidiana amicorum aßiduitas & frequentia. At.31.a. Terentiæ pergrata eſt aßiduitas tua & diligentia.Quin.Fr.304.b.Hortenſius ſumma aßiduitate me inſidioſißimè tractauit. pro Deiot.151.a. Eandemq; aßiduitatem tibi præbuit poſtridie. At.97.b. Medici aßiduitas,& tota domus omni genere diligens.& 254.a. Quintus aßiduitate orationis meæ cõmutatus eſt totus.pro S.R.43.b.Ipſe aßiduitate,conſilio, autoritate, diligentia perfecit,ut,&c. & 44.b. Aßiduitate malorum ſenſum omnem humanitatis amiſimus.pro Cor.56.a.Talis eius in remp.noſtram labor,aßiduitas,dimicatio. Off.48.b.Propter ærarij tenuitatem aßiduitatemq; bellorum tributum conferre.pro Mur.128.b.Aßiduitatis & operarum harum quotidianarum putat eſſe conſulatum. Epiſt.266.b.& 99.a.Noli cõmittere ut excuſatione potius expleas officium ſcribendi,quàm aßiduitate literarum. Ep.99.a.Et quo conſilio profectus es,id aßiduitate & uirtute conſequere.Ad Her.27.b. Et ſi uitabimus eiuſdem literæ nimiam aßiduitatem.

Aßiduus,a,um.quotidianus,frequens,continuus, diligens.At.59.b.Audiui Romæ eſſe hominem, & ſuis ſe aſſiduum.Epiſt.156.b.Frater meus in febriculam incidit aſſiduam.de Sen.89.a.Bonus aßiduus dominus.de Or. 97.a.Aßidua & diligens ſcriptura. pro S.R.21.b.Cum hic filius aßiduus in prædijs eſſet. pro Cæl. 239. a. Caßius fuit aßiduus mecũ.de Pet.210.b.Ipſi tecum aßidui ſint.de Or.148.a.Homines labore aßiduo & quotidiano aſſueti.pro Plan.263.a. Non enim tribum Tarentinam,ſed ſolidam & robuſtam,& aßiduam frequentiam præbuerunt. pro Cl.20.b.Quotidianæ quærimoniæ,aßiduus fletus. pro S.R.29.b.Hæ ſunt impijs aßiduæ furiæ. & 26.b.Hic ruri aßiduus ſemper uixit.& 25.b. Qui filios ſuos agricolas aßiduos eſſe cupiunt.de Or.123.b.Magiſtri aßidui uno opere eandem incudem diem noctemq; tundẽtes. Top.221.b.Locuples enim aßiduus,ut ait Aelius,appellatus eſt, ab ære dando.de Cl.166.a.Flagitator non moleſtus,ſed aßiduus tamen & acer.

Aßignatio,onis.attributio. Ep.207.a.Cæſar Syllanas uenditiones & aßignationes ratas eſſe uoluit. contra Rul.82.b.& I.A.193.a.& 208.a.Aßignatio agrorum.





Aßigno,as.attribuo,tribuo. I.V.160.b.Hoc quoq; attendite apparitores à prætore aßignatos habuiſſe decumanum.Ep.177.a.Aequaliter aut ſorte agros legionibus aßignari puto oportere. pro Dom.236.b.Inferiorem ædium partem aßignauit ſuæ gẽti Clodiæ. At.48.b.Mihiq; ex agro tuo tantũ aßignes,quantũ corpore meo occupari poteſt.de Som.128.a.Ne munus humanũ aßignatũ adeò defugiſſe uideamini.I.P.98.b.Quid per tuum ſeruulũ ordines aßignati? contra Rul.64.a.Aßignare agros colonis.I.A.168.b.Duo millia iugerum agri Leontini Sex. Clodio aßignaſti.I.A.205.a.Hiſq; militib. agros ita darent,aßignarent,ut quibus militibus amplißimè dati aßignati eſſent. contra Rul.88.b.Quis aßignauit? quis dedit? quis conceſſit præter Syllam? Quin.Fr.305.a. Amabo te,ne hoc ſceleri meo potius quàm imprudentiæ aßignes. Attic.157.b. Quoquo modo uerò ſe res habeat, nihil aßignabis, nec patruo,nec patri. Epiſtol.85. b. De quo quicquid detrahas neceſſe eſt aut infirmitati, aut inuidiæ aßignetur. pro R.P.126.a.Nec uerò id homini tum quiſquam,ſed tẽpori aßignandum putauit.ad Her.9.a.Hoc noſtris occupationibus aßignare debebis.At.89. b. Oἰϰονομίαι ſi perturbatior eſt,tibi aßignato,te enim ſequor σχεδιάζοντα. de Cl.171.a.Hæc ſi minus apta uidentur huic ſermoni Brute,Attico aßigna.Ep.154.a.Hoc omne aßignatũ iri pertinaciæ meæ uidebam.

Aßilio,lis.aggredior.de Or.128.b.Nec aßiliendũ ſtatim eſt ad illud genus.

Aßimilis,le.ſimilis.de N.53.b.In pulmonibus ineſt raritas quædam & aßimilis ſpongiæ mollitudo.

Aßimilo,las.ſimilem facio,confero.de In.51.a. Simile autem ex ſpecie comparabili, aut ex conferenda atq; aßimilanda natura iudicatur.

Aßimulo,as.ſimulo.Off.71.b. Vlyſſes furere aßimulauit.pro Cæl.40.a.Is multos fortes uiros ſpecie quadam aſſimulatæ uirtutis tenebat.pro Clu.25.a.Exitum huius aßimulatæ familiaritatis cognoſcite.I.V.147.a.Literæ lituræq; omnes aßimulatæ, expreſſæ de tabulis in libros transferuntur.

Aßimulatio,onis.ad Her.36.a.

Aßiſto,ſtis.aßideo.I.V.89.b.Seruis ſuis imperat Rubrius,ut ianuã clauderent,& ipſi ad fores aßiſterent.Tuſ.179.b.Accede nate,aßiſte,aſpice,&c.pro Arch.190.a. Alexander cum in Sygeo ad Achillis tumulum aſtitiſſet, ô fortunate,inquit,adoleſcens,&c.de Leg.171.a.Vt contra omnes hoſtium copias unus in ponte aßiſteret.

Aſſoleo,les.ſoleo. de Amic.96.b. Cum in hortos D. Bruti commentandi cauſa (ut aſſolet) ueniſſemus. I.A.176.a.Deinde(ut aſſolet) ſuffragia. de In.77.b. Deinde quæ aſſolent.

Aſſorũ,uel ut quidã legũt, Aſſerũ.oppidũ.I.V.222.b.

Aſſorinus,na.uel Aſſerinus.I.V.222.b.

Aſſuefacio,cis.uſu doceo.Epiſt.57.a.Itaq; orbus ijs rebus omnibus,quibus & natura me,& uoluntas,& conſuetudo aſſuefecerat,cùm cæteris,tum ipſi mihi diſpliceo. de Cla.175.b.Arma quæ tractare cœperam, & quibus me aſſuefeceram.de Pro.75.b.Cæſar cæteras nationes imperio Romano parêre aſſuefecit.

Aſſuefio,fis.de Or.146.a. Quorum ſermone aſſuefacti qui erunt,ne cupientes quidem poterunt non latinè loqui.de Cla.184. Curionis patrio inſtituto puro ſermone aſſuefacta domus.I.C.106.a. Aliquis ſcelerum exercitatione aſſuefactus.



Aſſueſco,ſcis.conſuetudinem,exercitationemq; capio. Acad.15.a.Sic tu internoſces,ſi aſſueueris.de Fin.125.a. Vt fremitum aſſueſceret uoce uincere.de N.46.a.Sed aßiduitate quotidiana & conſuetudine oculorum aſſueſcunt animi. Epiſt.141.a. Ego ſeruo & ſeruabo(ſic enim aſſueui) Platonis uerecundiam.

Aſſuetus,a,um.ſuetus,aſſuefactus.pro Plan.263.b. Vicinitas non aſſueta mendacijs.de Or.148.a.Homines labore aßiduo & quotidiano aſſueti.

Aſſum,ades.aßideo,præſto ſum.pro Quin.1.b.Certè aut apud te & eos qui tibi aſſunt,ueritas ualebit,aut,&c. & 17.Qui tibi in conſilio ſunt.pro Q.4.b. Tum Næuius amicos corrogat,ut ad tabulam Sextiam ſibi aßint,hora ſecunda poſtridie.

Aſſum,ſi.Epiſt.138.b. Ita uſq; ad aſſum uitullinum opera perducitur.

Aſſumo,mis.accipio,arrogo,attribuo.de Or.99.a.Neq; illum iure ciuili ſatis illi arti facere poſſe,niſi dicendi copiam aſſumpſiſſet.Ep.197.a. Equidem aliquantum iam etiam noctis aſſumo. de Or.123.b. Argumenta aut ex ſua ſumi ui,aut aſſumi foris.Top.221.b. Alij loci in eo ipſo de quo agitur hærent,alij aſſumuntur extrinſecus.de Or.103.b.Si quis in aliqua arte excellens, aliam quoq; artem ſibi aſſumpſerit. Or.217.b. Genus autem hoc orationis neq; totum aſſumendum eſt ad cauſas forenſes, neque omnino repudiandũ. At.34.b. Ego apud improbos meã retinuißẽ inuidiam,alienam aſſumpſißem. de Fin.55.b. Cum nihil impedit, quo minus,&c. omnis uoluptas aſſumenda eſt, omnis dolor depellendus. pro Mur.131.b. Quam laudem ille Africa oppreſſa cognomine ipſo præ ſe ferebat, eandem hic ſibi ex Aſiæ nomine aſſumpſit. Off.30.b. Illinc aſſumes,quæ ad hunc locum pertinebunt.Off.56.b. Quod alteri detrahat ſibi aſſumat. pro Syl.183.b. Dico illud, quod in his cauſis non autoritati aſſumo,ſed pudori meo. de Or.89.b. Orator tractationem orationis ſibi aſſumet. pro Plan.271.a. Vt eorum reprehenſionem uos ueſtræ prudentiæ aſſumere, meæ modeſtiæ remittere debeatis. pro Cor.66.a. Sacra Cereris aſſumpta de Græcia,id eſt, accepta.l. Aſcitus. Part.232.a.Aſſumpta uerba. Off.1.b. Si id mihi aſſumo,uideor id meo iure quodammodo uendicare. Ep.14.a. Neq; uerò ego mihi poſtea quicquam aſſumpſi neq; hodie aſſumo,quod quenquam maleuolentiſſimum iure poßit offendere. pro Syl.183.b. Ego uerò mihi nil aſſumo,ſed,&c.de D.130.a. Sed cum bis ſumpſit, quod uoluit,id tamen aſſumit,quod concedi non poteſt. & b.Deinde aſſumunt:Sunt autem dij,&c. de D.131.a. Aſſumit autem Chryſippus hoc modo: Sunt autem dij, &c.

Aſſumptio,onis. de D.131.a. Sed demus tibi iſtas duas ſumptiones,&c. aſſumptio tamen, quam πρόληψιν græci uocant,non dabitur. de In.55.a. Aſſumptio eſt per quam id quod ex propoſitione ad oſtendendum pertinet,aſſumitur.

Aſſumptiuus,a,um.de In.70.b. Iuridicialis partes ſunt duæ,quarum alteram abſolutam,alteram aſſumptiuã nominamus. & 71.a.De aſſumptiua,&c.

Aſſurgo,gis.honoris cauſa ſurgo.de In.52.b. Vt maioribus natu aßurgatur,ut ſupplicum miſereatur.I.P.85.a.Nemo tibi in curiam uenienti amplius aſſurrexit. & de Sen.70.a.Salutari,appeti,decedi,aſſurgi,&c.

Aſſus,a,um.torridus,aridus,ſquallidus. Att.188.a. Pro iſto aſſo ſole,quo tu abuſus es in noſtro pratulo, à te

nitidum ſolem unctumq; repetemus.

Aſſyria,æ.regio.de Fin.87.a.

Aſſyrij,orum.de D.80.a.

Aſt.At.13.b. Tu crebras à nobis literas expecta, aſt plures ipſe mittito.de * 185.b. Aſt ſi quando,&c. bis. Att. 94.b.Hoc tu indaga,ut ſoles:aſt hoc magis, &c. Aſt autẽ Cic.apud Priſcianum.

Aſtarte,es.dea.de N.71.a.

Aſteria,riæ.ſoror Latonæ.de N.68.a.

Aſto,as.I.C.118.b.Neq; ille, qui expectans huius exitum diei aſtat in cõſpectu meo gener.pro Mar.136.a.Non eſt aſtantibus omnibus neceſſe dicere.Poſtquam.210.a.Aſtante & audiente Italia tota.de Ar.264.a.Maxima frequentia ciuium aſtante.

Aſtrictus,a,um.Or.218.b.Nec tamen hæc ita ſunt arcta & aſtricta, ut ea cum uelimus,laxare nequeamus. Acad.3.a.Nã cæteri antè tenẽtur aſtricti,quàm quid eſſet optimũ iudicare potuerunt.pro Syl.182.b. Homines aſtricti tanto ſcelere.I.P.100.a. Quis nõ eos pari ſcelere aſtrictos arbitretur? de Cla.194.a. Dialectica quaſi contracta & aſtricta eloquentia putanda eſt.& 196.a. Verborũ aſtricta cõprehenſio.de N.5.b. Non adiutor huic ueni, ſed auditor et quidẽ æquus,libero iudicio, nulla eiuſmodi aſtrictus neceßitate,ut mihi uelim,nolim,ſit certa quædã tuenda ſententia.de Or.90.b.Poeta numeris aſtrictior, uerborum aũt licentia liberior & 159.b.Numerus aſtrictus. )(. numerus ſolutus.de Or.170.b. Hiſtrio aſtrictus certa quadam numerorum moderatione & pedum.

Aſtricte.aduerbium.de Or.160.a.

Aſtringo,gis.alligo,obligo,contraho. At.159.a.Quicquid ego aſtrinxi,ille relaxat.de N.53.b.Aluus tum aſtringitur, tum relaxatur. At. 89.b. Tantum abeſt, ut ex eo, quo aſtricti ſumus laxari aliquid uelim, ut, &c. de Vn. 170.a. Vinculorum id eſt aptißimum, quod ex ſe atq; de ijs quæ aſtringit, quàm maximè unum efficit. I.P. 86.a. Quorum mẽs erat oppreſſa præmio, lingua aſtricta mercede.Parad.116.b. Voluptates,quib.maximè aſtricti ſunt. At.192.b.Quod per ſe negligeret eas leges, quibus eſt aſtrictus.de Cla.168.a. À quo eſt diſciplina Lacedæmoniorum aſtricta legibus.de Pro.76.a.Sed tamẽ una æſtas, uel præmijs,uel armis,uel legibus,poteſt totam Galliam ſempiternis uinculis aſtringere. pro Plan. 275. a. Et huius tanti officij ſeruitutem aſtringam teſtimonio ſempiterno. de Fat. 146. b. Hæc arctius aſtringi ratio non poteſt. Tuſc. 193.a. Stoici, qui breuiter aſtringere argumenta ſolent. de L. 180. a. Tribus modis aſtringi ſacris hæreditatem. & 179. b. Quærunt enim qui aſtringantur ſacris. pro Seſt. 24. b. Aſtringi ſcelere. I.A. 193. a. Is magno ſcelere ſe aſtringeret. Offic.47. b. Aſtringere homines beneficijs. de Orat.195.a. Aſtringere orationem numeris. I. V. Quis eſt hic, qui ad ſtatuam aſtrictus eſt? pro Quin. 3. b. Aliquem ſuis conditionibus in ipſo articulo temporis aſtringere.

Aſtrologia,giæ.aſtrorum ſcientia.de D.80.a.Chaldæi diuturna obſeruatione ſiderum ſcientiam putantur efficiſſe, ut prædici poſſet, quid cuiq; euenturũ,& quo quiſque fato natus eſſet. de D.126.b. Eudoxus in aſtrologia facilè princeps ſcribit,Chaldæis in prædictione & notatione cuiuſq; uitæ ex natali die minimè eſſe credendum. de Or. 90. b. Conſtat inter doctos hominem ignarum aſtrologiæ ornatißimis atq; optimis uerſibus Aratum de cœlo ſtelliſq; ſcripſiſſe. de Sen. 87.a. Mori uidebamus in ſtudio dimetiendi penè cœli atq; terræ, Gallum familiarem patris tui Scipio. & ibid. Quàm delectabatur cum defectiones ſolis & lunæ multo nobis antè prædiceret.de Sen. 87.a. In aſtrologia C.Sulpitium audiuimus. Off. 4. b. Pro aſtrologia diuinante. de N.49.b. De ſtella Saturni, & Martis,& Iouis.

Aſtrologus,gi.Chaldæus,interpres aſtrorũ.de D.99 a.Chaldæi in Syria cognitione aſtrorum antecellũt. de D. 98.a.Quid aſtrologus? cur ſtella Iouis aut Veneris coniũcta cum Luna ad ortus puerorũ ſalutaris ſit? Saturni Martis'ue contraria? I. V. 134. b. Iſte nouus aſtrologus, qui non tam cœli rationem quàm cælati argenti ducit. de D. 111.b. Solis defectiones,itemq; lunæ prædicuntur in multos annos ab ijs,qui ſiderum curſus & motus numeris perſequuntur.& 112.a. Iidem uident,quo in ſigno quæq; errantium ſtellarum,quoq; tempore futura ſit, qui exortus quoq; die alicuius ſigni, aut qui occaſus futurus ſit. de D. 82.b. Aſtrologorum prædictiones. de D. 126.a. Aſtrologorum prædicta.Deſcribere uerbum eſt aſtrologorũ præcipuum.l.Deſcribo.

Aſtrum,ſtri.ſidus,ſtella.de D.99.a. Chaldæi in Syria cognitione aſtrorum antecellunt.de Som.130.a. Homines tantummodo annum ſolis,id eſt,unius aſtri reditum metiuntur.Tuſ.171.Et aſtra ſuſpeximus,tum ea quæ ſunt infixa certis locis, tum illa non re, ſed uocabulo errantia. de Vn. 201. a. Has igitur ob cauſas nata aſtra ſunt. I. V. 241.a. Notare initium ueris ab aliquo aſtro. Attic. 36.a. Ex aſtris cadere.

Aſtura,æ.urbs.At.200.a.Ep.92.b.

Aſturco, onis. ad Heren.39. b. Aut aſturconi locus ante oſtium detur. Eſt autem equus ab Aſturia Hiſpaniæ oppido.

Aſtus,ſtus.aſtutia.Off.65.b.Quorſum hæc? ut intelligas nõ placuiſſe maioribus noſtris aſtus.aliàs,Aſtutos.

Aſtutè.callidè.Q.Fr.399.b.Nihil nec temere dicere,nec aſtutè reticere debeo.At.129.a. Aſtutè nihil ſum acturus.

Aſtutia,tiæ. pro Clu. 56. b.Quod ſi aut confidens aſtutia, aut callida eſſet audacia,uix ullo obſiſti modo poſſet. de Fin. 132.a. Quibus abeſt ad præcauendum intelligendi aſtutia. Off. 65. b. Sed aliter leges, aliter philoſophi tollunt aſtutias.

Aſtutus,a,um.callidus,uafer,ueterator,ueteratorius, malitioſus.Off 63.a.Homo uerſutus,obſcurus,aſtutus,fallax,malitioſus,callidus,ueterator,uafer. )(. apertus, ſimplex,&c.Or.202.b.Nihil atrox,nihil mirabile,nihil aſtutum,&c.Ep.38.a. Quod ſi quis me aſtutiorẽ fingit, quid poteſt eſſe incallidius,quàm,&c.pro Mur.125.b. Id eſſet hominis & aſtuti & ingrati.

Aſty uel Aſtu. Locus in Græcia.de L. 170. a.in Aſtu ſe conferre.

Aſtypalea,leæ.Inſula una Cycladum.de N.68.b.

Aſyllum,li.locus profugij.I.V.93.b.

At.ſed, atqui,uerùm. At.108.b. Non eſt in parietibus reſp.at in aris & focis. At. 73.a. At uerò poſthac fruſtra potius dabo, quàm ſi rectè dari poterunt, committam ut non dem.de N.77.b. Nemo quod bonus uir eſſet, gratias dijs egit unquam, at quod diues, quod honoratus. Epiſt. 63.b. Ad properationem meam quiddam intereſt, non expectare,donec,&c. at ſtatim cauſam illam totam arripere. I. V. 192.b. Si non bonam,at aliquam rationem afferre. Epiſt.83.a. Animum tuum,& ſi non ſapientißimi, at amicißimi hominis autoritate confirmandũ puto. pro Dom.239.b.Eſſes omnia ſi minus re,at uerbis conſecutus. I.V.249. b.Si minus ſupplicio affici, at cuſtodiri oportebat.



bat.de Or.114.b.Si minus ut ſeparatim de his rebus reſpõdeat,at certè ut in cauſa prudenter poßit intexere.Ep.84. a.Cæſar nunquã niſi honorificentißimè Pompeium appellat,at in eius perſona multa fecit aſperius: armorum iſta & uictoriæ ſunt facta,non Cæſaris.& ibi. At nos quemadmodum eſt complexus? de Fin.81.a. At enim ſequor utilitatem:manebit ergo amicitia tam diu, quàm diu ſequetur utilitas.de N.77.a.At enim minora dij negligunt,&c. Sic enim dicitis,quaſi ego,&c.de N.65.a. At enim quærit apud Xenophontem Socrates,unde animã arripuerimus, ſi nulla fuerit in mundo:& ego quæro unde orationem,unde numeros,unde cantus.Ep.140.a.At hodie penis in obſcenis eſt.& ibi. At uerò Piſo ille frugi queritur, &c. de Or. 88. a. Atq; is non accurata quadam orationis copia reip.ſaluti fuit:at uerò eius filij diſerti,&c. ciuitatem dißipauerunt.de N.77.b. At uerò aut honoribus aucti, aut re familiari,&c. tum dijs gratias agimus, tum nihil noſtræ laudi aſſumptum arbitramur. de In. 68.b. At enim qui patria poteſtate tribunitiam poteſtatẽ infirmat,minuit is maieſtatem. id eſt,etenim.I.V.58.a. At enim ſolum id eſt, ut me Siculi maximè uelint,alterum illud credo obſcurum eſt,à quo Verres minimè ſe accuſari uelit.I.V.111.b. At enim iſtum ſoli Siculi perſequuntur,ciues Rom.qui in Sicilia negociantur,defendunt,diligunt.

Athamanum.gens.I.P.100.b.

Atauus,ui.pro Cæl.44.a.Pater,auus,proauus,atauus.

Atella,læ.urbs.contra Rul.83.a.

Atellanius,a,um.de D.113.b.Totum omnino fatum etiam Attellanio uerſu iure mihi irriſum eſſe uidetur.

At enim.uerùm.uerùm enim.l.At.

Ater,a,ũ.niger ut carbo.Tuſ.250.a.Democritus alba et atra diſcernere nõ poterat.Q.Fr. 314.a.Riſi niuẽ atrã. I.A. 168.a. Qui albus ater'ue fueris ignorans fratris filiũ præterijt.Tuſ. 191.b. Atra bilis.Nubes atræ.In Arat.

Athenæ,arum.de Or.86.a.Vt omitam illas omniũ doctrinarum inuentrices Athenas, in quibus ſumma dicendi uis,& inuenta eſt & perfecta.de Or.146.b.Domicilium tantum in illa urbe remanet ſtudiorum.de Cla.196.b. Ea urbs,quæ domus eſt ſemper habita doctrinæ.& 159.b.Athenienſes,quæ gens Ionum habetur.Or.199.a.Athenienſium ſemper fuit prudens ſyncerumq; iudicium. De quorum urbis poſſeßione propter pulchritudinem etiã inter deos certamẽ fuiſſe proditum eſt, quæ uetuſtate ea eſt, ut ipſa ex ſeſe ſuos ciues genuiſſe dicatur, ut eorũ eadem terra parens,altrix,patria dicatur: autoritate autem tanta eſt, ut iam fractum propè ac debilitatum Græciæ nomen huius urbis laude nitatur.

Athenienſis, ſe. Atticus.pro Flac.159.a. Adſunt Athenienſes,unde humanitas,doctrina,religio,fruges,iura,leges ortæ,atq; in omnes terras diſtributæ putantur.

Atheos,ſine deo. de N. 14.a. Diagoras atheos qui dictus eſt: poſteaq; Thedorus,nónne apertè deorum naturam ſuſtulerunt? Ibid.78.a.

Athlas,ntis.mons,& uiri nomen. Tuſ.229.b. Athlas ſuſtinere cœlum traditur.pro Seſt.7.a.

Athleta,tæ.ad luctationem,certamenq; inſtitutus. de Sen.82.b. Cum Milo iam ſenex eſſet, athletaſq; ſe in curriculo exercẽtes uideret,aſpexiſſe lacertos ſuos dicitur: illachrymanſq; dixiſſe, At hi quidem iam mortui ſunt. & ibi. Nec enim ex te unquam es nobilitatus, ſed ex lateribus & lacertis tuis.Tuſ.183.b.& 287.a.Subduc cibum athletæ, &c.Or.219.b.Athletæ & gladiatores,&c.

Athos.mons. de Fin.88.a. Helleſponto iuncto, Athoq; perfoſſo.

Atina,næ.oppidum.pro Plan.265.a.

Atinas,tis.pro Plã.263.a.& de D. 93.a.Cãpus Atinas.

Atlanticus,a,um.de Som.129.b.Atlanticum mare.

Atomus,mi.indiuiduũ corpuſculum.de Fin. 52. a. Ille atomos,quas appellat, id eſt, corpora indiuidua propter ſoliditatem cenſet in infinito inani,in quo,&c.ita ferri,ut concurſionibus inter ſe cohæreſcant,ex quo efficiantur ea quæ ſint,quæq; cernantur omnia:eumq; motum atomorũ nullo à principio,ſed ex æterno tempore intelligi conuenire.de N.12.b.Infinita uis innumerabiliũ atomorũ, quæ interiecto inani cohæreſcunt inter ſe,& aliæ alias apprehendentes continuantur,ex quo efficiuntur omnia. de N. 14.a.Abuteris ad omnia atomorũ regno, & licentia. de N.44.b.Miror eſſe quenquã qui ſibi perſuadeat corpora quædã ſolida,atq; indiuidua ui et grauitate ferri mundũq; effici ornatißimum,&c.Acad.40.a. De corpuſculorum (ita enim appellat atomos)concurſione fortuita loqui. de Fat.145.a.Democritus autor atomorum, accipere maluit neceßitate omnia fieri,quàm à corporibus indiuiduis naturales motus auellere.

Atq; etiam.& uerò.leg.Verò.

Atq;.& uerò,&.de D.122.a.Is à cõſtantia atq; à mẽte,atq; à ſe ipſe diſceßit.pro Flac.146.a.In maximis periculis huius urbis atq; imperij grauißimo atq; acerbißimo reip.caſu,ſocio atq; adiutore conſiliorum,periculorumq; meorum,&c.pro Mur.143.a.Qui ab illo in ſpeculis atq; inſidijs relicti, in capite atq; in ceruicibus noſtris reſtiterunt.I.C. 114.a.Atq; illùd, quod faciendum primùm fuit, factum atq; tranſactum eſt.de Or.93.b. Atq;,inquit Sulpitius,hoc primùm ex te quærimus.etc.de N.71.b.Atq; hæc quidẽ atq; eiuſmodi,ex uetere Græciæ fama collecta ſunt. de L.188.a.Atq; ut C.Flamminiũ,atq; ea quæ priſca ſunt, relinquam,quid,&c.

Atq; pro quàm. I.V.100.b.Iſte aliter atq; ut edixerat, decreuit. Tuſc.206. b. Qui ſuos caſus aliter ferunt, atque ut alijs autores ipſi fuerunt. Attic. 277. a.Hoc ad officium meum æquè atque ad ullam aliam rem pertinet. Att. 24. a. Hoc non dißimile eſt atque in Solonium.pro Dom. 223. b. Hoc unum & idem uidetur eſſe, atque id quod de meipſo nominatim tuliſti. I. C. 215. a. Simulachrum Iouis contrà atq; antè fuerat,ad orientem conuerſum. de L.172.b.In alijs rebus uerſor, atq; tu. de Or. 132. a.Vim uerbi in aliud atq; cæteri accipiant poſſe ducere. de Or. 153.b. Sed paulo ſecus à me atque ab illo perfecta ſunt.de Som.128.b.Stellæ errantes uerſantur retrò, contrario motu atq; cœlum.

Atq;,pro ut.de In.71. a.In hanc argumentationes ex ijſdem locis ſumendæ ſunt, atq; in cauſam negocialem. & cum præcedit æquè pro tam,illud atq;,quàm uel ut ſignificat.de N.68.b. Hi coluntur æquè atq; illi. pro Dom. 219. a.Pompeius æquè ut unuſquiſque ueſtrûm,pro ſalute mea laborauit.

Atq; adeò,I.V.109.a.Atq; adeò antequam de incommodis Siciliæ dico,pauca mihi uidentur eſſe dicenda de dignitate,&c.Antequã.104.b. Atq; adeò,cũ hæc omnia omnibus ſint acerba,tum uerò nobis intoleranda.I.V.65.b. Hoc inſtitui atq; adeò inſtitutũ referri moleſtè ferunt.At. 15.b.Ego princeps in adiutoribus atq; adeò ſecundus fui. pro Plan.191.a. Inſector,poſco, aque adeò flagito crimen.pro S.R.23.a.Hoc conſilio atq; adeò hac amentia impulſi,etc.pro S.R.35.a.Quæ ſi prodierit atq; adeò cũ prodierit,ſcio enim proditurum eſſe,audiet,&c.

Atqui.ſed,ſed enim,etenim. de Or.147.b.Atqui uides,

inquit,Antoni,&c.I.V.137.b.Quid uerò,modum haberi nullū placet,atqui habeatur neceſſe eſt. pro Plan.276.a. Atqui eum cum uides, quo me tandē animo in te eſſe putas? Ep.83.a.Atqui utebar familiariſsimè Cæſare,Pompeium faciebā plurimi.Ep.140.a.Atqui hocZenoni placuit, &c.pro Mil.111.b.Atqui excelſo loco ſuperiorem ſe fore putabat Milo.de N.29.b.Atqui certè nihil melius eſt mūdo.At.105.a.Atqui certè ille agere debuit.

Atramentum,ti.Ep.139.b.Iam pater eius accuſatus à M.Antonio ſutorio atramento abſolutus putatur. Q.Fr. 316.a.Calamo & atramento temperato, charta dentata res agetur. de N.51.b. Atramenti effuſione ſepiæ ſe tutantur.

Atratus,a,um.funebri ueſtimento indutus,funeſtus.)(. Albatus.In Vat.35.a.Cedo,quis unquam cœnauit atratus? id eſt,cum toga pulla. de D.100.a. Quid, quod fluuius atratus ſanguine fluxit?

Atride.Agamemnon,& Menelaus.ad Her.22.b.

Atrienſis,ſe.maior in familia ſeruus. I.P.94.a.Idem coquus,idem atrienſis.& Para.122.b.Serui atrienſes.

Atriolum,li.atriū minus.l.Atrium.Q.Fr.318.a.Quo loco in porticu quæ ſcribere aiunt, ut atriolum fiat, mihi ut eſt,magis placebat.& At.5.b.

Atrium,trij.primus intra ædes aditus.Q.Fr.318.a.Atriolum non ferè ſolet,niſi in ijs ædificijs fieri,in quibus eſt atrium maius. contra Rul.62.a.Vt in atrijs auctionarijs potius quàm in triuijs aut in compitis auctionentur. pro Q.4.a.b. Næuius ſuos neceſſarios ab atrijs Licinijs, & à faucibus macelli corrogat.

Atrocitas,tis.pro Quin.9.b.Rei atrocitas neceſsitudinis nomine leuatur.de In.68.a.Locus communis, per quē ipſius facti atrocitas aut indignitas, aut omnino culpa cū indignatione augeatur.Acad.34.b.Atrocitas iſta,quo modo in Academiam irruperit,neſcio. Quin.Fr.300.b. Hæ literæ cum leguntur inuidioſam atrocitatem habent. ad Heren.7.b. Augere atrocitatem peccati. I.C.120.b. Ego quod in hac cauſa uehementior ſum, non atrocitate animi moueor, ſed ſingulari quadam humanitate & miſericordia.

Atrociter.I.V.268.b. Nimis atrociter minitari cuipiam.Or.202.a.Contenta uoce atrociter dicere. pro Mil. 105.b.Atrociter ferre de aliquo.

Atrox,cis.habens atrocitatē,crudelis, atro horrēdoq; aſpectu.pro S.R.28.b.Res ſceleſta,atrox, nefaria. de Cl. 172.a.Conſules de re atroci magnaq; quærere.de Or.127 a.Genus orationis uehemēs & atrox.)(. lenitatis & manſuetudinis.pro Mar.134.a.Atrox ſuſpicio.

Attalicus,ca.ut Attalica Sicilia.I.V.205.b.Attalici agri.contra Rul.76.a.

Attalenſis,ſe.ibidem.Item ibidem 61.b.

Attamē.ueruntamē.Ep.105.b.Attamē iſthæc ipſa,quæ te emiſſe ſcribis,non ſolū rata mihi erunt,ſed etiam grata. Ep.107.b.Attamē ne mirere unde hoc acciderit,lex ſumptuaria,&c.Or.198.b.Quē ſi imitari atq; exprimere nō poſſumus,attamē qualis eſſe debeat,poterimus fortaſſe dicere.de Or.144.a.Atq; ei ſi nequaquā parem illius ingenio,at pro noſtro tamē ſtudio meritā gratiam referre. de Cla.166.a.Si non pari,at grato tamen munere.

Attellanus,a,um.ab Attella Campaniæ oppido hiſtriones dicti, unde Attellanæ & Attalaniæ fabulæ. Epiſt. 136.b.Quando tu ſecundum Oenomaum Accij, non ut olim ſolebas Attellanum, ſed ut nunc fit, Mimum introduxiſti.



Attendo,dis.animaduerto,animum attendo,noto,diligenter percipio,attento animo,ſummaq; cum benignitate audio,mentem aureſq; erigo, ſilentium orationi alicuius tribuo,animum & mentem adhibeo,aures ad alicuius uocem admoueo,attentum animum ad decoris conſeruationem teneo,adſum animo.)(. Alias res ago. de In.64.a. Hoc autem in horum locorum expoſitione oportebit attendere,non omnes,&c.& 67.a.de In.51.b.Si diligenter attendimus,hæc apta inter ſe intelligemus. & 84.a.bis. Poſtremò attendendum eſt,num,&c.de In. 43.b. Hermagoras quid dicat non attendit. Ep. Ego quia curo, attendoq; id tibi, affirmo te,&c. de Fin.126.a. Attende quæſo Brute,ſatis'ne,&c.pro Mil.106.a. Rem geſtam uobis dum breuiter expono, quæſo diligenter attendite. pro Plan.280.a.Audi,audi atq; attende Laterenſis.de Fin.91. a.Attendes igiiur,ut ſoles. Ep.80.a.Si attendes, quod facis,intelliges,&c.Ep.36.a.Nihil errabis,ſi paulo diligentius attenderis,ut intelligas,&c. Tuſ.224.b.Hæc lætitia quàm turpis ſit,ſatis eſt diligenter attendentem penitus uidere.I.A.212.a.Quæ tria dum explico,peto à uobis P.C. ut eadem benignitate,qua ſoletis,uerba mea audiatis. pro Seſt.9.b.Et ſi me attentiſsimis animis ſumma cum benignitate auditis,tamen,&c.I.C.102.b.Percipite quæſo diligēter quæ dicam,& ea penitus animis ueſtris mentibuſq; mādate.pro Syl.171.a.Erigite mentes aureſq; ueſtras,& me de inuidioſis rebus,ut ille putat,dicentem attendite. I.V. 128.b.Attendite quæſo & uidete, &c. pro Arch.186.a. Quoniam me in hac re tam diligenter attenditis. Part. 240.b.Excitare animos ut attendant. I.V.62.a.Quid in dicendo poſsis nunquam ſatis attendi. de Orat.147.a. Non æquè quid dicant, niſi admodum attendi,intelligo. I. V.81.b. Quis nos magnopere attendit unquam? in hoc quidem genere cauſarum, ubi,&c. Epiſt.13.a. Sed attende quæſo,quæ ſint conſecuta. de Fin.98.b. Attendere aliquem ſtudioſè. de Or.132.b. Attendere & aucupari uerba oportebit. de In.57.a. Quæ pertinent ad dicendum,ea nos melius quàm cæteri attendimus. Epiſt.173. b.Attendere te uolo, quæ in manibus ſunt. Orat.215.b. Sed non attendimus, neque exaudimus noſmetipſos. I.A. 166.a.Sed ſtuporem hominis attendite.I.V.266.a.Quod iſte neq; attendere unquam, nec intelligere potuit. pro Quint.14.b. Quod abs te quæſo,ut diligenter attendas. pro R.P.125.a. Vt cum lex aliqua recitaretur, primum uerſum attenderet, ſi,&c. de Or.98.a. Imo id me Hercule,inquit, ipſum attendo. de In.46.b. Humile genus cauſæ, quod negligitur ab auditore, & non magnopere attendendum uidetur. de Or.160.b. Nam uerſus æquè prima & media & extrema pars attenditur. pro Quin. 11.b. Cum attendo qua prudentia ſit Hortenſius, non arbitror, &c. Off.45.a. Sed cum attenderint ueniam neceſſitati dari,non mirabuntur,&c.I.A.244.b. Animus tamen erit ſolicitus,ut nihil poſsit de officijs legationis attēdere. At.249.a. Parua res eſt,ſed tu bene attendiſti. Off. 58.b. Sed ſi animum attenderis,turpitudinem uideas.I.V. 81.b.Quo tempore igitur aures iudex animumq; attenderet? contra Rul.75.b. Sed attendite animos ad ea quæ ſequuntur.

Attentè,ſilentiò,attento animo, benignè, diligenter, clementer.de Or.108.a. Itaq; nos raucos ſæpe attentiſsimè audiri uideo.pro S.R.20.Vos oro ut attentè bonaq; cū uenia uerba mea audiatis. Part.232.b. Intelligenter autē ut audiamur,& attentè à rebus ipſis ordiendum eſt. pro Clu.19.a.Quæſo ut me benignè attenteq; audiatis.& 30. b.A



b.A' uobis benignè attenteq; audior. I.A.160.a. Et ſum à uobis benignè & diligenter auditus. pro Cl.51.a. Agit enim ſic cauſam T.Actius,&c.uos attenditis & auditis ſilentiò. pro Do.219.b.Veſtra in me attentè audiendo,benignitas prouexit orationem meam. I.A.152.b.Alterum peto à uobis, ut pro me dicentem benignè,alterum ipſe efficiam,ut contra illum cum dicā,attentè audiatis. de Cla. 182.b.Aſsidens & attentè audiens.

Attentio,onis.de Or.122.a.Cura,attentio, animi cogitatio,uigilantia, aſsiduitas, labor, uno diligentiæ uerbo continentur.

Attento,as.tēto, pertento.pro Seſt.4.b. Quam urbē ab illa ſcelerata manu attētari ſuſpicabamur. de Ar.247. a.Cum ea attententur eius lingua,cuius antea manu euerſa ſunt. I.V.135.b. Omnium inimicos diligenter cognoſcere,colloqui,attentare. Or.217.a. Compoſitæ orationis inſidijs fidem auditoris attentare. de Or.153.a. Melius fuerat præterire quàm attentatum deſerere. Poſtquam 202.a. L. Hellius ſuam claſſem attentatā magno cum ſuo periculo penè ſenſit.

Attentus, a,um. diligens, diligentiam adhibens. I.V. 102.a. Qui in re aduentitia & hæreditaria tam diligens & attentus eſſet.& 268.b.Vt uarietate criminum uos attentos tenerem. Ad Her.27.b. Tenere auditorem attentum. de N.50.a.Præbebo me tibi uiciſsim attentum contra Stoicos auditorem. de Or.138.b. Attentum commonent Græci,ut principiò faciamus iudicem. Ad Her.1.b. Facere auditores attentos. de Or.116.a. Vt eum qui audiat, beneuolum nobis faciamus,& docilem,& attentum. Off.26.b. Si attentos animos ad decoris conſeruationē tenebimus.de D.131.b.Id certè magis eſt attenti animi quàm furentis. Or.216.a.Attento animo excipere aliquid. de Orat.144.a.Omne illud meridianum tempus Craſſum in acerrima & attentiſsima cogitatione poſuiſſe. Pro S. R.25.a.Attenta & ruſticana uita. pro Quin.2.b.Pater familias prudens & attentus.

Attenuatè.de Cla.182.b. Attenuatè preſſeq; dicere.

Attenuatio,onis.ad Her.6.b.Defenſoris narratio ſimplicem & dilucidam expoſitionem debet habere cum attenuatione ſuſpicionis.ibidem 30.b.

Attenuatus,a,um.de Cla.191.a.Oratio nimia religione attenuata. Ad Her.26.a. Attenuata eſt, quæ demiſſa uſq; ad uſitatiſsimam puri ſermonis conſuetudinem.

Attenuo,as.imminuo,demitto,deprimo.pro Pom.9. b.Bellum expectatione Pompeij attenuatum atq; imminutum eſt. Ad Her.17.a.Vt hæc attenuētur, quæ ſuprà demonſtraui.amplificare ibidem.

Atteſtor,aris.teſtor,teſtem facio.pro Mil.114.b. Te magne tamen atteſtaretur,&c.pro Sijlla. De his tantū dicam quod ſatis eſt,atteſtante memoria omnium,neminem eſſe,qui,&c.

Attexo,xis.adiungo,applico.de Vn.202.a.Vos autem ad id quod erit immortale partem attexitote mortalem.

Atticè.Atticorum more. de Opt.244.a. Bene dicere eſt atticè dicere.

Atticiſmus,mi.elegantia linguæ Atticæ. At.66.a. Et ille latinus ἀττικισμὸς ex interuallo reguſtandus.

Atticus.a,um.Or.198.b.199.a.Demoſthenes, quo ne Athenas quidem ipſas magis credo fuiſſe Atticas. de Cla. 179.b.Huius orationes tantum argutiarū, tantum exemplorum, tantum urbanitatis habent, ut penè attico ſtylo ſcriptæ eſſe uideantur.de Or.146.b.Suauitas ſermonis atticorum & romanorum propria. de Cla.170.b.Ea ſubtilitas,quam atticam appellant.Or.199.a. Atticorum eſt incultè & horridè dicere, modò id eleganter enucleateq; fiat.et ibi.Atticorum aures teretes & religioſæ.de N.19. b.Scito ſermone & attico loqui.



Attilius,lij.pro S.R.26.a.

Attineo,es.l.Attinet.Or.211.b. Quamq; attinēdi magni dominatus fient.ad Her.1.a. Græci ſcriptores ne parū multa ſciſſe uiderentur,ea conquiſiuerūt, quæ nihil attinebant,ut ars difficilior cognitu putaretur.

Attinet,bat.pertinet,oportet,attingit.de In.73.a. Iudicium de ea re fieri nihil attinuit.de Fat.141.a.Quid igitur attinet inculcare fatum.de Fin.119.a.Si autem eos nō probabat, quid attinuit cum his, quibus cum re conueniebat, uerbis diſcrepare? pro Q.11.a.Neq; quenquam attinebat id recuſare,quod,&c.Ep.52.b.De quo quid ſentiam nihil attinet dicere.At.191.a.Ea re non uenit, quia nihil attinuit.de Am.103.b. Nam hoc quidem in talibus uiris quid attinet dicere:ſi cōtendiſſent,ſcio impetraturū non fuiſſe. Off.22.b.Neq; enim naturæ attinet repugnare, nec quicquam ſequi,quod aſſequi nequeas.Ep.261.a.Vrbē reliquimus,quàm ſapienter nihil attinet diſputari.de Fin.114.b. & pro S.R.29.a.Hoc ad me nihil attinet.Si igitur illa cultura uitiū in uite inſit ipſa,cætera credo uelit, quæ ad colēdā uitē attinebunt. Q.Fr.306.b.Ego,quod ad me attinet, itēq; arbitror cæteros.idcirco taceo,&c.At.260.b.Caniniū perdidi hominē quod ad me attinet,nō ingratū.& 77 a.Sic in prouincia nos gerimus, quod ad abſtinentiā attinet,ut nullus terūcius inſumatur in quenquā.I.V.111.b. Alio loco, ut ſe tota res habeat, quod ad eā ciuitatē attinet, demōſtrabitur.Ep.3.b. Quod ad popularem rationem attinet,hoc uidemur eſſe conſecuti,ut ne quid agi,&c.

Attingo,gis.tango.At.79.a.Cappadociæ pars, quæ Ciliciā attingit.Ep.244.a.Cappadociæ regio, quæ Ciliciam attingit.I.P.87.b.Macedonia,quæ tantis barbarorum gentibus attingitur.At.22.b.Attingere cœlum digito. de Leg.107.b.Nullum hoc frigidius flumen attigi,cū ad multa acceſſerim.de N.53.a.Stomachus ex utraq; parte tonſillas attingit.Ep.28.b.De præda mea nec attigit,nec tacturus eſt quiſquam. Qu.Fr.293.a. Quæ res ad officium imperij tui pertinebunt, de his rebus ſerui nihil attingant. de Or.92.a. Quæ iſti rhetores ne primoribus quidem labris attigiſſent.pro Cæl.43.a. Qui primoribus labris aliquid guſtant, & extremis, ut dicitur digitis attingunt. pro Arch.189.a. Si ipſi hæc neq; attingere, neq; ſenſu noſtro guſtare poſſemus. de Ar.245.a. Voce tantum attigi legum initium & iudicij, conſedit ille, &c. Or.200.b. Iſocrates præſtat omnibus,qui unquam orationes attigerunt. pro Arch.191.a. Nam quas res nos geſsimus, attigit hic uerſibus, & inchoauit: quibus auditis, &c. ad perficiendum hortatus ſum.Pro Cec.294.a.Si ad uerbum rem uolumus attingere. de In.60.a. Singillatim unamquanq; rem attingere. pro Dom.235.a. Nemo fuit, qui rem ullam de meis bonis attigerit. de Or.123.b. Ab eo quod rem attingat, plures ſunt argumentorum ſedes. Off.4.b. Primus ille locus qui maximè naturam attingit humanam. & 16.a. Quanquam hæc res non ſolum ex domeſtica eſt ratione,attingit enim & bellicam. de Orat. 108.b. Opinio fuit L. Craſſum non plus attigiſſe doctrinæ quàm,etc.deLeg.169.b. Sed nimirū me alia quoq; cauſa delectat,quæ te non attingit.de Or.91.b. Ego, qui ſerò ac leuiter Græcas literas attigi,tamen, &c.& ibi. Si illa, quæ ego non attigi,acceſſerint:id eſt, artes & ſtudia. de Leg.171.b.Quæ nō magis legis nomē attingunt, quàm ſi, &c.

& c.id eſt,nõ magis ſunt leges,etc.Ep.42.b.Ne qua me illius tẽporis inuidia attingeret. Acad.35.b. Et quæcũq; res eum ſic attinget, ut ſit uiſum illud probabile, neq; illa re impeditum, mouebitur. de Or.127.a. Sic quid eſſet illud perquam breuiter perſtrinxi atq; attigi.Ep.19.b. Et hoc quicquid attigi non feci inflammandi tui cauſa,ſed,&c. At.21.a. Strictim attingere aliquem librum. Epiſt.14.a.Atq; hanc quidem ille cauſam ſibi ait non attingendæ rei publicæ fuiſſe. At.37.a. Rempublicam nos nulla ex parte attingimus.& 147.b. Nec ſumptis armis belli ullam partem attigi.Ep.64.b.Vt primùm attigi forum.pro Seſt.18 a. Qui aliquã partẽ in meo luctu ſceleris Clodiani attigiſſet.At.147.b.Si qua de Pompeio noſtro tuendo cura te attigit.Off.48.b. Eorum autem ipſorum partim eiuſmodi ſunt,ut ad uniuerſos ciues pertineant,partim ſingulos ut attingant. de Fin.130.a.Cum autem proceßit paulum,& quatenus quidq́; ſe attingat,ad ſeq́; pertineat, perſpicere cœpit,tum,&c.Epiſt.43.a. De ambitu uerò quid interest inquies, an de maieſtate? ad rem nihil: alterum enim non attigiſti, alteram auxiſti.I.V.252.b.Ciuitates,quæ officijs,fide,uetuſtate,& etiam cognatione populi Rom.nomen attingunt. Qu.Fr.290.b. Publicani nos ſumma neceßitudine attingunt. I.V.113.b. Is me cognatione maximè attingit. At.39.a.Deinde quos in ſenatu ne tenuißima quidem ſuſpicione attigerat,nominauit. Ep.206.a. Qui te aliqua neceßitudine attingunt. de Fin.72.a. Sed ne ſuſpicione quidem poſſum attingere.

Attraho,his.allicio.inuito,allecto,adduco. I.V.109.a. Ea me ad hoc negociũ prouincia attraxit. At.288.a.Cum id malum,quod uitare potueris, ultro accerſas atq; attrahas. In Sal.174.a. Salluſtius bis ad iudicis ſubſellia attractus extrema fortuna ſtetit. de Am.105.a. Similitudo illicit atq; attrahit ad amicitiam. At.155.a.Puto te attractũ iri,ſi de pace agetur.

Attrectatus,tus.Tuſ.186.a. Nam attrectatu & quaſſu ſæuum amplificatis dolorem. poetæ.

Attrecto,as.ſæpe tracto & tango, & quaſi manibus tero.de Ar.250.a.Libri,quos tu contaminatis manibus attrectas. pro Plan.265.a.Aſpicitur,non attrectatur:procul apparet,non excutitur, non in manus ſumitur. pro Cæl.41.b. Quidam dixerunt uxores ſuas redeuntes à cœna attrectatas eſſe à Cælio.

Attribuo,is.aſcribo,tribuo,aßigno,confero,conijcio, refero,addico,uendico,aſciſco,deſtino,affingo. de N.78.a.At nõnũquam bonos exitus habeat boni, eos quidem aſcribimus attribuimusq; ſine ulla ratione dijs immortalibus. de Sen.77.b. Qui ſi eruditius uidebitur diſputare quàm conſueuit, attribuito literis Græcis,quarum,&c. I.V.257.a. Vt alijs cauſam calamitatis attribueret, quæ omnis propter auaritiam ipſius accidiſſet. de Or.110.a. Hoc tu ſi cupidius factum exiſtimas,Cæſari attribues:ſi familiarius, utriq; noſtrûm. de In.43.b. Eas ſicut aliquas prauas res oratori attribuere magna amentia uidetur. pro S.R.20.b. Timor, quem mihi natura pudorq́; meus attribuit. Epiſt.29.a. Quod mihi cum illo commune erat,ſibi ſoli attribuit. & 37.b. Si autem hoc genere delectaris,ut quæ tibi in mentem ueniãt, alijs attribuas, genus ſermonis inducis in amicitiam minimè liberale. & I.A.195.b. Antonius mihi pecuniam attribuit. At.204.b. Videbis ut tantum attribuatur,quantum debetur. & 195.b. Velim aliquãdo puerũ uiſas,eiq; de mancipijs,quæ tibi uidebitur,attribuas. & 196.a. Pueros attribue ei quot & quos uidebitur. Q.Fr.296.b. Inſulæ,quæ erant ab Sylla



Rhodijs attributæ.de In.60.b.Attribuere orationẽ alicui rei:id eſt,inducere aliquã rem loquentẽ.I.C.105.b. Video cui Apulia ſit attributa,qui habeat Hetruriã.I.P.98.a. Seſtertiûm centies & octogies ex ærario tibi attributũ Romæ in quæſtu reliquiſti. & I.A.224.a. Quãtiq; locarint, tantã pecuniã redemptori ſoluendã attribuendãq; curẽt. pro Fon.278.b.Ne cupido teſti autoritas attributa uideatur.pro Seſt.18.a.Quæ negocij publici procuratio cogitari potuit,quæ nõ eſſet attributa atq; deſcripta? de In.50.a. Omnes res argumentando confirmantur, aut ex eo quod perſonis,aut ex eo quod negocijs eſt attributũ.ac perſonis has res attributas putamus,nomẽ,natura,uictus,&c. & ibi.b.Negocijs,quæ ſunt attributa,partim,&c.

Attributio,onis.At.244.a.Brutus ſcripſit ſeſe de attributione omnia ſumma feciſſe.& 251.a. Ait enim attributionẽ in idus,&c.& 253.a. Et attributione mihi nomina ignota.aliàs. Attributa ſunt mihi. de In.50.b. Ex his etiam attributionibus conſideratur, ſacer an profanus, publicus an priuatus, alienus an ipſius,de quo agitur, locus ſit, an fuerit.

Attritus,a,um.comminutus,conſumptus, uſuq; deterior factus & attenuatus. I.V.222.a.Mentum ſimulachri Herculis paulo attritius.

At uerò.de Cla.169.a. At uerò extra Græciã magnæ dicendi ſtudia fuerũt.pro Mar.132.b. At uerò hæc tua iuſtitia,&c.

Auarè.auidè,parcè,reſtrictè.Poſtquã.207.a.Intemperans non in auarè cœptis, ſed porrò intermißis uoluptatibus.

Auaritia,tiæ.ſordes,inhumanitas,auiditas. Tuſ.214.b.Eſt autem auaritia opinatio uehemens de pecunia,quaſi ualde expetenda ſit,inhærens & penitus inſita. ad Her.32.a. Auaritia eſt iniurioſa appetitio alienorum.Off.49.b.Nullum uicium eſt tetrius quàm auaritia, præſertim in principibus & rempub.gubernantibus. de Or.124.a.Auaritiam ſi tollere uultis, mater eius eſt tollenda luxuries. pro S.R.30.b.In urbe luxuries creatur, ex luxuria auaritia exiſtat neceſſe eſt, ex auaritia erumpit audacia. pro Quint.4.b.Nullum eſt officium tam ſanctum atq; ſolenne,quod non auaritia comminuere atq; uiolare ſoleat. I.P.98.a. Quid auaritiæ, quæ criminibus infinitis implicata eſt, ſummam nunc explicem? pro Quint.9.b. Si hæc tecum duo uerba feciſſes,quid ago? reſpiraſſet cupiditas atq; auaritia paululum. Off.40.b. Ad diuitias plerique inflammati auiditate rapiuntur. pro Dom.225.b. Cũ omniũ locupletũ bona ſpe & auaritia deuoraſſes. de Fin.98.a.Quis unquam fuit auaritia tam ardenti? aut tam effrenatis cupiditatibus? de Or.121.a.Quod alieni appetẽs de auaritia,&c.

Auaritias.de Fin.123.Nec enim omnes auaritias,ſi æquè auaritias eſſe dixerimus,ſequitur etiam ut æquas eſſe dicamus.

Auarus,a,um. appetens,alieni appetens, ſui nimium tenax,auidus,tenax,parcus,reſtrictus.de Orat.133.b.Cornelius homo, ut exiſtimabatur, auarus & furax. In Vat.36.b. Vatinius in Tribunatu gratis nihil fecit, qui omnia in pecunia poſuit.

Auceps,cupis.uenator. de Or.105.b. Leguleius quidã præco actionũ,cantor formularum,auceps ſyllabarum.

Auctio,onis.publica uenditio, in qua præciũ augetur. ad At.186.b. Ac uereor ne iſte iam auctionẽ nullã faciat.& ibi.Emptio ob haſtam. in C.Ver.118.a. Auctio facta eſt. pro Q.3.a. Auctionem in Gallia ſe facturũ eſſe proſcribit.





Cec.287.a.Cũ eſſet auctio hæreditaria cõſtituta.pro S.R.22.a.Bona alicuius auctione cõſtituta uendere.cõtra Rul.62.a.Cõſtituere auctionẽ.& 79.b.Tabula Veratianæ auctionis,in qua ſcriptum fuiſſe aiunt: Iugera CC.in quibus oliuetum fieri poteſt. pro Plan.266.a. Cum ille rogaſſet Granium quid triſtis eſſet,an quòd auctiones eſſent, imo uerò,inquit,quod legiones.In Ant.174.a. Auctionis miſerabilis aſpectus,ueſtis Pompeij, &c. & 196.b.Mulier auctionem prouinciarum faciebat.Epiſt.164.b.Circulator quidam auctionum notißimus. In Ver.202.a.Facere auctionem. pro Quin.3.b.Vendere auctionem. Sectores & coactores in auctionibus.l.Sector & coactor.

Auctionarius,a,um.l.Auctionor. In Cat.108.a.Meo beneficio tabulæ nouæ proferuntur,uerùm auctionariæ.

Auctionor,aris.auctionem facio,auctione uendo, per præconem uendo,ſub præcone ſubijcio.contra Rul.62.a. Vt in atrijs auctionarijs potius quàm in triuijs,aut in cõpitis auctionentur.& 76.b. Rullus haſta poſita cum ſuis formoſis finitoribus auctionans. pro Deiot.148.a. Deiotarus auctionatus eſt, ſeſeq́; expoliare maluit, quàm tibi pecuniam non ſubminiſtrare. pro Q.3.a.Ibi tum uir optimus Quintium deterret ne auctionetur.& 4.a. Ait ſe auctionatum eſſe in Gallia.

Auctus,a,um.cumulatus,ornatus,amplificatus, exaggeratus.Attic.2.a.Filiolo me auctum ſcito.& 273.a. Auctus Antonij beneficio ſum.ad Quint.Frat.327.b.Hircius auctus fore uidetur.pro Cluen.26.b. Mulier aucta pecunia:id eſt,ditior facta propter hæreditatem ſibi relictam. de Nat.97.b.At uerò honoribus aucti,aut re familiari,tũ dijs gratias agimus.In Ver.252.a.Hac tãta præda auctus, mancipijs,argento,ueſte locupletatus,cœpit,&c. pro S.Roſc.20.a. Vt ſpolijs Sex. Roſcij hoc iudicio ornati auctiq; diſcedant. de Fin.67.a. Tanta lætitia auctus ſum ut mihi non conſtem.

Aucupium, pij. auium captatio, & uenatio, atque etiam aliarum rerum. de Finib.69.b. Aſoti, mundi, elegantes,optimis cocis,piſtoribus,piſcatu,aucupio,uenatione,&c.Orat.216.a.Sic minimè animaduertetur delectationis aucupium.& 204.b. Ne elaborata concinnitas & quoddam aucupium delectationis manifeſtò deprehenſum appareat. pro Cec.197.b. Tum aucupia uerborum & literarum tendiculas in inuidiam uocant.de Sen.89.a. Tum conditiora facit hæc ſuperuacanei operis aucupium atq; uenatio.

Aucupor,aris.capto,conſector, obſeruo,quæro,uenor. At.97.a.Nos longis nauibus tranquillitates aucupaturi eramus.pro Cec.294.b.Leguleij aucupes ſyllabarũ. l.Auceps.Si uerba inter nos aucupabimur. de Or.132.b. Attendere et aucupari uerba oportebit.de Fin.79.b. Præcipitiſq; ut errantem aliorum opinionem aucupemur. de Or.111.b. Ars dicendi opiniones hominum,& ſæpe errores aucupatur. Ad Her.24.b.Venari laudem modeſtiæ. Epiſt.68.b. Ac non uereor ne aſſentatiuncula quadam aucupari tuam gratiam uidear.In P.9.b. Leuitatis eſt inanem aucupari rumorem, & omnis umbras etiam falſæ gloriæ conſectari. pro Cl.39.a.Imperitorum hominum rumuſculos aucupari. Orat.202.b. Delectationem aliquam dicendo aucupari. pro Sex.Roſ.22.b.Cum præſertim tam multi occupationem eius obſeruent tempuſq́; aucupentur.pro Seſt.25.a.Non ſum tam inſolens in dicendo,ut omni ex genere orationem aucuper. pro Flac.163.b.Cur epiſtolis,& ſororis,& matris imbecillitatem aucupatur? de Orat.114.a. Non ego utilitatem aliquam ad



dicendum aucupans,horum libros lego. Ad Her.4.b. Cũ res ſine propria lege uenit in iudicium,quæ tamen ab alijs legibus ſimilitudinem aucupatur.& 9.a.

Audacia,ciæ.confidentia,impudentia,ceruices,addere animos alicui. de Inuent.83.a. Audacia non contrarium eſt fidenciæ,ſed appoſitum ac propinquum, & tamen uicium eſt. pro Cecin.285.a. Audacia & confidentia idem. Part.237.a. Fortitudinem audacia imitatur. Offic.13.a.Animus paratus ad periculum ſi ſua cupiditate non utilitate communi impellitur, audaciæ potius nomen habet quàm fortitudinis. I.V.124.a. Vir incredibili importunitate & audacia. & 118.a. Noſtis os hominis, noſtis audaciam. I.A.248.a.Audacia ad omne facinus. pro Ligario 140.b. Vide quid licentiæ Cæſar nobis tua liberalitas det,uel potius audaciæ. pro Syl.181.b.Perſpicite quantas audacias,quàm incredibiles furores.&c. pro Dom.241. Quanquam & inſolentia dominatus extulerat animos,& erat incredibili armatus audacia.I.C.106.a.Non mediocres hominum libidines, inhumanæ audaciæ atq; intolerandæ. pro Cluen.56.b.Quod ſi aut confidens aſtutia,aut callida eſſet audacia,uix ullo obſiſti modo poſſet.pro Flac.153.b.Audacia & impudentia fretus id dicit, &c.de In.42.b.Temeritas & audacia ſtultorum, & improborum.

Audacius.Or.216.b.Poetæ transferunt tum crebrius tum audacius.

Audacter,fidenter.de Cl.187.a.Is ad dicendum ueniebat magis audacter quàm peritè. Or.199.a. Pòſt paulatim incedens exultabat audacius.in bonam partem.Br.91.a.Et quidem audacter dicebam,&c.id eſt, in bonam partem.I.V.135.b.Quamuis audacter,quamuis impudenter. pro Fon.276.a.Audacter hoc dico, non temere cõfirmo. pro Sex.R.25.b.Omnia non modò dicere,uerùm etiam libenter,audacter libereq́; dicere.

Audax,cis.confidens, proiectus ad audendum, cuius eminet audacia. Quin.309.b.Vatinius homo petulans & audax & de Inuen.42.b. Temerarius & audax homo.In Cat.196.a.Audax ad facinus. pro Cluen.21.a. Audax mulier.de Orat.124.a.Si cauſa nemini, & tu ſemper audax, quid eſt quod de facinore dubitare poſſumus. de Nat.55.b. Audax.)(.Timidus. de Fin.61.b. Alij audaceſq; & proterui.

Audeo,es.non dubito. pro Leg.38.a.Vide quæſo Tubero, ut qui de meo facto non dubitem dicere, de Ligarij non audeam confiteri. Att.91.b.Auſus es hoc ex ore tuo, Ennius inquit,me rogare? de Cl.166.a.Non ego tibi repromittere iſtuc quidem auſus ſim.pro Pom.8.b.Itaq; tãtum uictus efficere potuit, quantum incolumis nunquam eſt auſus optare.pro Pom.6.a.Imperatorem à nobis certum depoſcere neq; audent, neq; ſe id facere ſummo ſine periculo poſſe arbitrãtur. At.284.b.Verba tua recognoſce,& aude negare,ſeruientis aduerſus regẽ iſtas eſſe preces.Or.213.b.*Nos auſi reſerare.

Audiens,tis.auditor,obediens. Orat.202.a.Itaq; ille perfectus utcunq; ſe affectum uideri, & animum audientis moueri uolet,ita certum uocis admouebit ſonũ. de Cl.190.b.Inflammare animos audientium.& 172.b.Ad animos audientium permouendos. I.V.94.b. Sunt illi quidem dicto audientes,&c.I.V.205.b. & 253.a.Reſpondit dicto audientem fuiſſe Prætoris. de Diuin.136.b.Iſtæ imagines ita nobis dicto audientes ſunt, ut ſimulatq; uelimus accurrant.

Audientia,tiæ.audiendi attentio. I.V.61.a. Maxi-

mam audientiam orationi meæ improbitas illius factura eſt. de Sen.83.b.Facitq; perſæpe ſibi audientiam diſerti ſenis compta oratio & mitis. Ad Her.41.a.Illi præco faciebat audientiam. de Orat.138.b. Facere ſibi audientiam.

Audio,is.auribus accipio,exaudio,excipio,ſentio,aures meas alicui do,aures alicui patefacio,de aliquo memoriam accipio, auditionem accipio, ad aures meas uenit uel peruenit,fama & auditione accipio,auditor ſum,operam do,aures meæ ſonum alicuius rei capiunt. Ad Attic. 115.a.De malis noſtris tu prius audis quàm nos. Ad Att. 273.b.Quod non prius exercitum tuum Apollonia mouiſti,quàm de Antonij fuga audiſti. pro S.R.40.b. Vnde uix ter in anno audire nuncium poſſunt.de Nat.79.a. Audit igitur mens diuina etiam de ſingulis. Epiſt.137.a. De iſto periculo nihil audiui. & 150.a. De prælio facto audiui.Epiſtol.103.b.Ego te de rebus illis non audiam. Ad Attic.77.a.Etſi hoc te ex alijs audire malo. & 113.a. Audire de aliqua re.& In Ver.221.b. & pro Cluen.20. a.Acad.2.a.Lucullus delectabatur lectione librorum, de quibus audiebat. pro L. Flac.164.a.Nemo illorum iudicum,clariſſimis uiris accuſantibus, audiendum ſibi de ambitu putauit.Ad Attic.135.a. Audi igitur ad omnes: id eſt,literas.& de Orat.155.a.Audiui de ſocero meo:id eſt, à ſocero meo. & de Clar.173.a. Audiui iſta de maioribus natu:id eſt,à maioribus natu. I.P.88.b.In quo Dij immortales meas preces audiuerunt.Quin.Fr.305.a. Quod precarer Deos,niſi meas preces audire deſiiſſent. Epiſt.21.a. Nunquam labêre,ſi te audies. & ibi.b.Tecum loquere,te adhibe in conſilium,te audi,tibi obtempera. I.A.247.a. Næ ego iſtam ſapientiam non audiam. I.P.88.a. Græci, &c.quos utinam ita audires,ut erant audiendi, ſed audis in præſepibus,audis in ſtupris, audis in cibo & uino. de Nat.12.b.Tanta imbuerer ſuperſtitione, ſi te audire uellem,ut Aruſpices mihi eſſent colendi. & 59.b. Tu Cotta ſi me audias,eandem cauſam agas. Ad Attic.98.b.At uellem à principio te audiſſe amiciſſimè admonentem.Epiſt. 172.b.Si me Cæſar audiſſet, &c. de Orat.135.a. Poteſt fieri,inquit,ut omnino quod te audiſſe dicis, nunquam audieris. & 121.a. Ex Craſſo audiui,cum diceret,ſibi certum eſſe,&c. & 110.a.Valde ſum cupidus,te in illa longiore ac perpetua oratione audiendi,&c. pro S.R.20.a. Quapropter uos oro,ut attentè bonaq; cum uenia uerba mea audiatis.pro Cluen.19.a.Cauſa,quæ iam per octo annos ex contraria parte auditur. Epiſtol.139.a. Veniunt etiam,qui me audiunt, quaſi doctum hominem. Acad. 5.b.Qui mihi operam dant. de Fat.140.b.Te proponere aliquid,ad quod audiam uolo. de Natura deorum 9.b. Cleantes Zenonem audiuit:id eſt, Zenonis diſcipulus fuit. Offic.1.a.Audire aliquem:id eſt, eſſe diſcipulum alicuius. Contra Rul.89.b.Quæ data,uendita,patior,audio, quid deinde? I.V.249.b.Panormi igitur? audio. & ibi. Lilybeum fortaſſe? uideo.Tuſcul.161.b.Nec Homerum audio, qui Ganimedem à Dijs raptum ait:id eſt,nec Homero aſſentior.de Leg.166.a.Vt bene audiant, & rumorem bonum colligant,erubeſcunt.Attic.84.b.Qui me idcirco putant bene audire uelle,ut ille malè audiat. de Fin.102.a. Eſt hominis ingenui uelle bene audire ab omnibus. Tuſc. 250.b. Erat ſurdaſter M. Craſſus, ſed aliud moleſtius, quod malè audiebat. I.V.100.b.Ne gratis in prouincia malè audires. Off.71.b.Quid enim auditurum putas fuiſſe Vlyſſem, ſi in illa ſimulatione perſeueraſſet? qui cum maximas res geſſiſſet in bello, tamen hæc audiuit ab Aiace.de Orat.135.a.Cum læſiſſet teſtis Silus Piſonem, quod ſe in eum audiſſe dixiſſet,poteſt fieri,inquit,&c.id eſt,qui ei maledicerent.

Auditio,onis.auditus,ſermo diſperſus,rumor. pro Pl. 271.a.Nolite fictis auditionibus, nec diſſeminato diſperſoq; ſermoni credere. de Fin.134.b.Homines fabularum auditione ducuntur.In Ver.224.a. Expetere aliquid ſola auditione. Epiſt.112.a. Romam cum ueniſſem, tenuem quidem auditionem de ea re accepi. de Orat.120.a.Auditio & cogitatio, quæ ſtudio & diligentia præcurrit ætatem. de Nat.45.a. Accipere aliquid fama & auditione.

Auditor,oris.is qui audit,audiens,diſcipulus, is apud quem agitur.de N.9.b.Perſeus Zenonis auditor.de Finib. 137.b.Demetrius Theophraſti auditor.de Nat.60.b.Præbebo me tibi uiciſſim attentum contra Stoicos auditorem. Or.199.a.Oratorum eloquentiæ moderatrix eſt auditorum prudentia.& 208.a.Ordiri,&c.in quo aut concilietur auditor aut erigatur.de Or.103.b.Eorum, qui audiũt mentes inflammare.de Cl.181.a. Audiens multitudo. & ibi.b. Si Platonem unum auditorem haberet Demoſthenes. pro Dom.226.a. Ille ne auditor quidem ſuæ gloriæ, ego etiam ſpectator meæ laudis eſſe potuiſſem. de Cl.182. b.Præſtat etiam illo doctus auditor indocto,quod,&c. & 181.b.& Or.208.a.& 217.a.

Auditus,a,um. pro Cor.58.a.Virtus audita.)(.Virtus præſens,experta atq; perſpecta.

Auditus,tus.ſenſus audiendi,auditio.de N.55.a.Auditus autem ſemper patet,eius enim ſenſu etiam dormientes egemus,à quo cum ſonus eſt acceptus,etiam è ſomno excitamur.Ad Her.7.b.Nunquid aliquo ſenſu perceptum ſit, aſpectu,auditu,tactu,odore,guſtatu.de Som.129.a. Senſus audiẽdi hebes.Off.7.b.Labeo ſeu quis alius(nihil enim præter auditum habeo.)pro Mar.132.b.Hoc non perinde intelligi auditu poteſt,atq; ego ipſe cogitans ſentio.

Auello,lis.abſtraho,aufero.I.V.226.a.Hoc iſte ſignũ auellendum aſportandumq; curauit. de Sen.92.a.Poma ex arboribus,ſi cruda ſunt,ui auelluntur: ſi matura,decidunt.pro Font.283.b. Auellere atq; abſtrahere filium de matris complexu.pro Dom.242.b. Vt perpetuum dolorem auulſus à meis ſuſtinerem. & de Orat.144.b.Auulſum à cæteris.

Auena,næ.frumenti genus. de Fin.146.a.Si auenam in ſegete uſpiam uideris.

Auentinus mons.pro Mur.127.a.

Aueo,es.cupio,auiditas alicuius rei me tenet. At.10. a.Valde aueo ſcire quid agas.de Fin.74.b.Cum uacui curis etiam quid in cœlo fiat,ſcire auemus.At.33.a. Intellexi quàm ſuſpenſo animo ſcire aueres quid eſſet noui. Tuſc. 173.a.Aueo enim audire quicquid eſt. Att.55.b.& de D. 82.a.Auere te certò ſcio quid hic agatur.

Auernus,ni.Tuſ.155.b.Inde in uicinia noſtra Auerni lacus.

Auerrunco,as.amputo,tollo,prohibeo,auerto. Att. 135.b.Contrà igitur? dij,inquis,auerruncent.

Auerſor,aris. terga do,me auerto aliò.I.V.146.b.Cũ manifeſta res eſſet, quærere incœpimus de Carpinatio, quis nam eſſet is Verrutius. hærere homo, auerſari, rubere.

Auerſor,oris,qui aliò aliquid auertit.I.V.266.b. Verres ille auerſor pecuniæ publicæ.

Auerſus,a,um.qui terga dat,alienus. de Orat.132.b. Aduerſus & auerſus impudicus es.Epiſt.162.a. Auerſos



hoſtes aggredi.& 244.b.Cum uiderent copias à Cappadocia auerſas.Tuſc.216.a.Motus auerſi à ratione. Attic. 284.b.Deos auerſos eſſe à ſalute populi Rom. At.172.b. Ille auerſiſſimo à me animo eſt.Item.Quidam ita à repub. ſunt auerſi,ut huic ſe hoſti fauere præ ſe ferant. pro Ar. 189.b.Nemo eſt tam auerſus à Muſis,qui,&c. I.C.115.a. Auerſus à uero. de Dom.86.b.Auerſa aui ſoluere. de Or. 163.b.Tauriſcus quidam dicere ſolebat,eum eſſe actorem auerſum,qui in agendo contuens aliquid pronunciaret. Attic.164.b.Nihil ego uidi tam ἀνυθοποίητον, tam auerſum à ſuis.

Auerto,tis.oculos remoueo,abduco. Attic.133.b. Niſi ſe totum etiam atque etiam à ſermone noſtro auertiſſet Balbus. I.A.202.a.Lepidus Antonio diadema Cæſari imponente ſe auertit. pro Cor.57.a.Ex illis fuit nemo,quin remoueret oculos, & ſe totum auerteret,ne,&c.de Am. 96.b.Tu uelim à me animum parumper auertas,Lælium loqui ipſum putes.I.A.192.a. Cæſar Antonij furorem à pernicie reipub.auertit. Attic.256.b. Ego uerò auſtro miras gratias ago,qui me à tanta infamia auerterit.de N. 21.b.Ibes auertunt peſtem ab Aegypto. pro Cecin.291. b. Armis repellere,fugare,auertere aliquem. de Nat.54. b. Architecti auertunt ab oculis dominorum ea quæ, &c. Orat.209.b.Vt ab eo quod agitur, auertat animos. I.V. 83.a.Is auerſa pecunia publica aufugit. I.V.78.a.Hic in quæſtura pecuniam publicam Cn. Carboni Coſſ. datum auertit. & 184.b. Frumentum auerſum à repub.abreptum ab aratoribus. I.A.241.a. Antonius HS ſepties millies pecuniæ publicæ auertit. Epiſt.199.b.Ne patiare Erotem hæreditatem Turianam auertere. pro Mur.134. b.Hæc populi opinionem à ſpe adipiſcendi auertunt. At. 144.b.Sic me illius fugæ deformitas auertit ab amore. pro Flac.160.b. A iudicibus oratio auertitur, uox in coronam turbamq; effunditur. Attic.274.a. Et certè niſi is Antonium ab urbe auertiſſet,periiſſent omnia. & 283. a.Puer qui à ceruicibus noſtris auertiſſet Antonium. & 279.b.Sin aliter fuerit(quod dij omen auertant) reipub. uicem dolebo.I.A.193.a.O dij immortales auertite & deteſtamini quæſo hoc omen. & 232.a. Atque hoc quidem deteſtabile omen auertat Iupiter. Epiſt.186.a. Quod dij omen auertant.pro Seſt.18.a.Qui mentem optimi uiri fictis terroribus à defenſione meæ ſalutis auerterant. Off.68.b.Auertere aliquem ab errore.Epiſt.78.a.Auertere cogitationem à miſerijs. de Nat.63.a.Cum me ad reſpondendum compararim, repente auertas orationem. et 57.a.Nos flumina arcemus,dirigimus,auertimus.aliàs, Aduertimus. I.A.208.b. Auertere conatus alicuius à repub. & 226.a. Auertere legiones ab aliquo.& ibidem: Abducere.

Aufero,fers.eripio,abripio,auerto,adimo, tollo, abduco,detraho,remoueo,præcido.de Am.112.b. Solitudo aufert fructum uoluptatum.I.V.207.a. Ab hac abaci uaſa omnia abſtulit. pro S.R.22.a. Multa palàm domum ſuam auferebat,plura clàm de medio remouebat. I.V.57. b.Quod in unaquaque re beneficio populi Rom. iuris habebam,id tu mihi eripuiſti atque abſtuliſti.de Orat.133.b. Non pecuniam conſeruaſſe dico, ſed tanquam nudus nuces legeret,in uentrem abſtuliſſe. de Offic.54.a. Oris pulchritudo reliqui corporis imitandi ſpem auferebat. Attic. 207.b.Academiam ab hominibus nobiliſſimis abſtuli, trãſtuliq; ad noſtrum ſodalem. pro Quint.3.b. Quintius à Scapulis paucos dies aufert. Orat.105.b. Auferre reſponſum ab aliquo. Attic.258.b. A Varrone adhuc ἀγανλείαεν illud non abſtuli. pro Dom.217.b.Clodius pecunias conſulares abſtulit à ſenatu. Attic.262.b.Audiuimus Cæſarem,uerba fecimus pro Buthrotijs,liberaliſſimum decretum abſtulimus,quod obſignatum eſt ab ampliſſimis uiris.I.V.80.a.Auferre laudem ex aliqua re. pro Mil.113. b.Secum auferre gloriam ſempiternam. I.V.72.a.Hi ludi XV. dies auferent. pro Quint.5.b. Vnde eo plus opis auferret,quo minus attuliſſet gratiæ. Quin.Fr.524.a.b. Si is cum eo comparatus uideretur, auriculam fortaſſe mordicus abſtuliſſet. Attic.250.a. Atticæ confirmes me minimè totum amorem ab ea mecum abſtuliſſe. de Leg.191. a. Cui ne reditus quidem ad bonos ſalutem à bonis potuit auferre. Epiſtol.21.a. Ne te auferant aliorum conſilia.pro Quint.15.b.Auferre & abducere aliquid. Orat. 217.b.Detrahere,auferre,tollere.pro Quint.R.51.b. Auferre aliquid ab aliquo. At.85.b.Scaptio omnem pecuniã ex edicto meo auferendi poteſtas fuit.& 93.a.Sed quid potuit quæri is,qui auferre pecuniam cum potuit noluit? I. V.80.a. Vt alter dies defenſoribus iſtius non modò ſpem uictoriæ,ſed etiam uoluntatem defenſionis auferret. & 259.b. Ne cum ſenſu doloris aliquo aut cruciatu ſpiritus auferatur.

Aufugio,gis.fugio. Ep.232.b.Dionyſius cum multos libros ſurripuiſſet,nec ſe impune laturum putaret, aufugit.de Nat.48.a. Andromeda aufugiens aſpectum mœſtæ parentis.

Augeo,es.maius facio, amplifico, addo, acceſſionem facio,exaggero,cumulo,multiplico,oratione orno, uerbis extollo,oratione exaggero. pro Fl. 152.a. Minuis,inquit,gloriam Pompeij,immò tu auges moleſtiam. Off.1. a.Quorum alter te ſcientia augere poteſt, altera exemplis.contra Rul.80.a. Augere aliquem diuitijs & locupletare fortunis.pro S.R.26.b.Quibus rebus illi & agris,et urbibus remp.& hoc imperium auxerunt. de Ar.257.a. Hi ne honore augeantur,monemur. Poſtquam.204.a. Dij quorum beneficio & hæc tenuimus, & cæteris rebus aucti ſumus.I.C.122.b.Deorum benignitate auctas exaggeratasq; fortunas nox una penè deleuit. de N.46.a. Aer humorem colligens terram auget imbribus.de Fat.140.b. Nec ea quæ nunc tracto minuunt, ſed augent potius illam facultatem.de Fat.140.a. Sed decet augentem linguam latinam appellare moralem.& At.101.a. Augeri honore. Off.37.a.Quæ homines homini tribuunt ad eum augendum atq; honeſtandum.de Ar.257.a.Sequi illud, ne deterioribus repulſiſq; honos augeatur. pro Plan.263.b.Tota illa regio ſe huius honore ornari,ſe dignitate augeri arbitrabatur.I.A.361.a. Idem dies nõ modò me iniquiſſima inuidia liberauit,ſed etiam celeberrima populi Rom. gratulatione auxit.& 238.a.Hos uerò non tueri, ſed augere commodis debeo. & 223.b. Augeatur iſto etiam honore Sulpitius.de Ar.257.b. Eodem tempore ſuſcipimur in lucem,& hoc cœleſti ſpiritu augemur.de Sen.80.b.Quibus non modò nõ orbatur,ſed etiam augetur ſenectus. de Fin. 67.a.Tanta lætitia auctus ſum,ut mihi non conſtem. At. 273.a. Auctus Antonij beneficio ſum. de Am.102.a. Auxit beneuolentiam conſuetudo.de Cl.166.a.Vt impendijs etiam augere poſſimus largitatem tui muneris. At.183.a. Epiſtolæ tuæ auxerunt mihi dolorem.& 167.b.Hæc non animum eius augent,ſed timorem.I.V.136.a. Nam locupletiſſimi cuiuſq; cenſus extenuarant,tenuiſſimi auxerãt. de Cl.168.b.Rem augere laudãdo.)(.uituperando rurſus affligere.Ep.103.a.Te non modò tuendum mihi, ſed etiã augẽdũ atq; ornandũ putaui.de Or.92.b.Qui mirabilius & magni-

& magnificentius augere poſſet & ornare, quæ uellet. Or.201.b. Cumulatè augere aliquod munus. Off. 48. a. Neq; enim uerbis auget ſuũ munus, ſi quo fortè fungitur, ſed etiam extenuat. Quin.Fr.219.b. Cæſaris in nos amorem quibuſcunq; poterimus rebus augebimus. de L.160. b. Genus humanum ſparſum in terras, atque ſatum, diuino auctum eſt animorũ munere. Acad.44.a. Augere linguam copia uerborum. pro R.P.128.b. Augere rem bonis & honeſtis rationibus. Epiſt.226.a. Magnum beneficium tuum magno cumulo auxeris. de Fin.57.a. Augere & amplificare aliquid. & Or.208.b. Augere & amplificare res. & ad Her.7.b. Augere peccati atrocitatem. Part.231.b. Augere alterum, minuere ſeipſum. In Arat. Nam quorum ſtirpes tellus amplexa prehendit, Hæc augens anima uitali flamine mulcet.

Augeſco, ſcis. adaugeſco. de Sen.88.a. Vua et ſucco terræ, & calore ſolis augeſcit. de N.31.a. Semina temperatione caloris oriuntur & augeſcunt. & 36.a. Multa, quibus animantes alantur, augeſcantq; & pubeſcant.

Augur, ris. interpres auguriorum. I.A.248.b. Nos augures, qui Iouis Opt. Max. interpretes internuncijq; conſtituti ſumus. de N.25.b. Auſpicijs augures præſunt. pro Dom.221.a. Augurum eſt ſeruare de cœlo. I.A.158. a. & 157.b. Hoc dico de futuris, quod eſt augurum, antè dicere ea, quæ uitari poſſunt. de D.80.b. Romulus non ſolum auſpicatò urbem condidit, ſed etiam ipſe optimus augur fuiſſe traditur. At.120.a. Ille in Clodio adoptando augur. de Leg.173.b. Interpretes Iouis Opt. Max. publici augures ſignis & auſpicijs poſtera uidento. pro D.221.a. Libri augurum reconditi. de Leg.176.a. Maximum & præſtantiſſimum in rep. ius eſt augurum. & ibi. Augures poſſunt à ſummis imperijs & poteſtatibus comitia tollere, concilia uel inſtituta dimittere, uel habita reſcindere. & ibi multa de authoritate, poteſtate augurum.

Auguralis, le. de Cl.189.b. Vir auguralis, ut uir conſularis. libri augurales. de D.95.b.

Auguratio, onis. auſpiciũ, diuinatio. de D.122.a. Quæ tandem iſta auguratio eſt ex paſſeribus, &c.

Auguratus, a, um. auſpicatus. In Vat.33.b. In illo augurato templo ac loco.

Auguratus, tus. augurium, auſpicium. In Vat.33.a. Ne diutius loquar de auguratu tuo. de D.86.b. Lituus inſigne auguratus. & 87.a. Scientia auguratus.

Augurium, rij. auſpicium, authoritas rei benè gerendæ. de Ar.247.b. Rerum benè gerendarum authoritates augurio continentur. de D.87.a. Ille augurio acto poſſe reſpondit. Off.65.a. Cum in arce augurium augures acturi eſſent. In Vat.33.a. An quia ſemper tua ſic egiſſes auſpicia, fueris auguria diſſoluturus? I.A.177.a. O mea ſemper fruſtra ueriſſima auguria rerum futurarum. de D.80.b. Volatibus auium cantibusq; declarari res futuras. et 102. a. Addubitato ſalutis augurio. Ep.83.b. Conſtitui apud te authoritatem augurij et diuinationis meæ. Tuſ.155.a. Sed neſcio quomodo inhæret in mentibus quaſi ſeculorũ quoddam augurium futurorum.

Augurius, a, um. auguralis. Ep.30.b. Cum ipſam cognitionem iuris augurij conſequi cupio, tum, &c. de Sen. 79.b. Scientia iuris augurandi. aliàs, Augurij.

Auguro, as. diuino. de D.90.a. Nam quod ad dexteram cœpit curſum ab læua ſignum præpotens, pulcherrimè auguratum eſt, rem romanam publicam ſummam fore. de N.58.b. Aues quaſdam rerum augurandarum cauſa eſſe natas. de Leg.173.b. Sacerdotes uineta, & uirgeta, & ſalutem populi Rom. auguranto.

Augurare, ad Caluum. & de Rep. Nonius.

Auguror, aris. augurium ago, auſpicium ago, diuino, auſpicor. de D.99.a. Chalcas ex paſſerum numero belli Troiani annos auguratus eſt. & 86.a. Ille igitur mihi uidetur uerè augurari, nam noſtri quidem magiſtratus auſpicijs utuntur coactis. Tuſc.169.a. Eiq;, qui uenenũ præbuerat, mortem uerè eſt auguratus. de Sen.79.b. Scientia iuris augurandi. de D.94.a. & 95.b. Idq; euenit appropinquante morte, ut animi futura augurẽtur. Or.200.b. Sed quid de Iſocrate augurer, libet dicere. At.152.a. Rectè auguraris de me (bene enim tibi cognitus ſum.) pro Mur.139.b. Quantum ego opinione auguror. de Or.92. b. Ego quantum auguror coniectura, non deſpero fore, &c. & At.18.a. Quantum coniectura auguramur. I.V. 112.a. Cum ex nomine iſtius, quid in prouincia facturus eſſet, perridiculi homines augurabantur. Ep.83.b. Non igitur ex alitis uolatu, nec ex cantu ſiniſtro oſcinis, ut in noſtra diſciplina eſt, nec ex tripudijs ſoliſtimis, aut ſomnijs tibi auguror: ſed habeo alia ſigna, quæ obſeruem, &c. de Am.104.a. De Gracchi autem Tribunatu quid expectẽ, non libet augurari.

Auguſtè. de N.70.a. Auguſtè et ſanctè uenerari deos. & 83.a. Auguſtè ſancteq; conſecrare aliquem. de Cl.172. a. Aut quod de religione dici poſſit auguſtius.

Auguſtus, a, um. ſanctus. de N.24.b. Omitto Eleuſinam ſanctam illam & auguſtam. pro Dom.241.a. Locus auguſtus: id eſt, ſaxum ſacrũ. Tuſ.235.b. Ex hoc Platonis ſancto auguſtoq; fonte noſtra omnis manabit oratio. At. 183.b. Ipſum auguſtum audies.

Auia, uiæ. mater patris uel matris. de Ar.248.b. Cuius ab auia mater Dea manibus eſſet accepta.

Auiarium, rij. locus, ubi aues domi nutriuntur. Quin. Fr.318.a. Nihil reſtabat præter balnearia, & ambulationem, & auiarium.

Auidè. cupidè. At.258.a. Auidè expecto literas tuas. et 27.b. de Sen.82.a. Literas græcas ſic auidè arripui, quaſi diuturnam ſitim explere cupiens. & ibi. Auidè appetere aliquid. & At.220.b. Auidè ſum affectus de Fano. I.A. 258.b. Ea res, quam auidiſſimè ciuitas expectat.

Auiditas, tis. cupiditas, deſiderium. de Sen.86.b. Senectus mihi ſermonis auiditatem auxit, potionis & cibi ſuſtulit. Q.Fr.299.a. Me quædam tenet infinita in te auiditas gloriæ. de Fin.91.a. Erat in M. Catone inexhauſta auiditas legendi, nec ſatiari poterat. Parad.124.a. Auiditas pecuniæ. I.A.198.a. Huius mendicitas auiditati coniuncta in fortunas noſtras imminebat. Off.40.b. Ad diuitias pleriq; inflammati auiditate rapiuntur.

Auidus, a, um. ualde appetens, auarus, cupidus. pro Pomp.5.a. Quoniam ſemper appetentes gloriæ præter cæteras gentes, atq; auidi laudis fuiſtis. pro Mar.135.a. Auidiſſimus gloriæ. de Or.96.a. Nõ enim ſumus nimis auidi, iſta tua mediocri eloquentia contenti ſumus. & 125.a. Animus non appetens, non auidus. pro Q.R.48.a.b. Liberalis auidum fraudaſſe dicitur. Or.206.a. Demoſthenes non ſemper implet aures meas, ita ſunt auidæ & capaces, & ſemper aliquid immenſum infinitumq; deſiderant. de Sen.85.a. Voluptatis auidæ libidines effrenatæ ad potiundum incitantur. I.A.183.b. Mea feſtinatio non ſolum uictoriæ auida eſt, ſed etiam celeritatis. & 198.b. Antonius ualde auidus in pecunijs locupletum.

Auis, uis. de D.138.a. Iſta enim aui uolat nulla uehementius. de N.58.b. Aues quædam & alites, & oſcines,



ut noſtri augures appellant. ad Her.30.b. Auium dulcedo ducit ad auium. Ep.108.b. Quod quaſi auem albam uidentur bene ſentientem ciuem uidere. de D.86.b. Auerſa aui ſoluere.

Auitus, a, um. quod aui fuit. contra Rul.82.b. Paternæ atq; auitæ poſſeſſiones. I.V.68.b. Res patria & auita. Tuſ.157.b. Patria & auita philoſophia. Ep.219.a. Auitum mihi hoſpitium eſt cum Lyſone.

Auium, ij. ubi nulla eſt uia. ad Her.30.b. Auium dulcedo ducit ad auium.

Aula, læ. Atrium, regia. pro Dom.225.b. In fundum uicini conſulis non inſtrumentum aut ornamentum aulæ, ſed etiam arbores transferebantur. Ep.224.b. Rex omni authoritate aulæ communita regnum cum dignitate obtinuit.

Aulæum, læi. aulæ ornamentũ, peripetaſma, periſtroma, ſtragula. pro Cæl.51.b. Deinde ſcabella cõcrepant, aulæum tollitur.

Aulœdus, di. pro Mur.130.b. Vt aiunt in Græcis artificibus, eos aulœdos eſſe, qui citharœdi fieri non potuerint. auletas eſſe, id eſt, tibicines, habent exemplaria antiquiora.

Aulis, dis. oppidum & portus, in Beotia, in quo contra Troiam græci coniurarunt. Tuſcul.174.a. de Diuin. 121.b.

Auoco, as. traduco, abſtraho.)(. Voco. de Sen.80.a. Senectus auocat à rebus agendis. & ibi. Senectus abſtrahit à rebus agendis. de Ar.247.a. Literæ, quæ noſtros animos deterrent atq; auocant à religione. Ep.50.b. Ab hiſce rebus animum ad cogitationem tuam auoca. I.A.156.a. Ego nihil prætermiſi, quin Pompeium à Cæſaris coniunctione auocarem. & 182.a. Si te laus allicere ad rectè faciendum non poteſt, ne metus quidem à fœdiſſimis factis poteſt auocare. de Leg.171.a. Lex uim habet ad rectè facta uocandi, & à peccatis auocandi. pro Arch.188.a. A nullius me unquam tempore, aut commodum, aut ocium meum abſtraxit, aut uoluptas auocauit, aut deniq; ſomnus retardauit. pro Cor.67.a. Auocare aliquem ab aliqua contentione, à diſcordijs. Or.201.a. A proprijs perſonis & temporibus auocare controuerſiam. pro S.R.33.a. Mammæi quos iam ætas à prælijs auocabat. & de D.103.a. Qui ſe à corpore auocent. de Fin.49.b. Auocare aliquem à philoſophia. Acad.41.b. Auocare philoſophiam à rebus occultis. de Socrate.

Auocatio, onis. Tuſ.197.b. Auocatio à cogitanda moleſtia.)(. reuocatio ad contemplandas uoluptates.

Auolo, as. Attic.145.a. Experiar certè ut hinc auolem. de D.116.a. Cor enim potuit ſubitò neſcio quò auolare.

Aura, ræ. lenior uentorum flatus, fauor. In Arat. Et clinata magis paulo eſt aquilonis ad auras. & ibi. Niſi ara ſubitis auris nubem diduxerit. de Aruſp.254.a. Sulpitium longius quàm uoluit popularis aura prouexit. pro Seſt.24.a. Quem neq; periculi tempeſtas, nec honoris aura potuit unquam de ſuo curſu dimouere. pro Mur. 132.a. Totam opinionem parua nonnunquam commutat aura rumoris.

Auratus, a, um. inauratus. Orat.212.b. Auratus aries Colchorum. Ad Her.12.a. Pellis inaurata arietis. Poſtquam.210.b. Currus auratus. Parad.125.b. Aurata tecta in uillis.

Aurelia uia Romæ. I.C.105.b.

Aurelium tribunal, pro Seſt.10.a.

Aurelij gradus. pro Cluen.37.a. pro Flac.160.a.

Aureolus, a, um. Acad.34.a. Eſt enim non magnus, uerùm aureolus libellus. & de Nat.68.a. Aureola oratiuncula.

Aureus, a, um. ex auro, pulcher. I.A.176.b. Sedebat in roſtris Cæſar in ſella aurea, coronatus. pro S.R.39.a. Venio nunc ad illud nomen aureum Chryſogoni. Oct.330.b. Cum te matris tuæ partum aureum eſſe dixi. I.A.243.a. Aureus nummus.

Auricula, læ. quod circum foramen auris eminet. Q. Fr.316.a. Ita me, & eſſe, & fore auricula infima ſcito molliorem. Ad Her.27.a. Cui etiam nũc pædagogi lites ad auriculas uerſarentur. Quin.Fr.324.a. Auriculam fortaſſe mordicus abſtuliſſet.

Aurifer, a, um. ferens aurum. Tuſ.179.b. Aurifera arbor. poetæ.

Aurifex, cis. I.V.212.b. Cum uellet ſibi annulum facere, aurificem iuſſit uocari. de Orat.123.a. Aurificis ſtatera.

Auriga, gæ. curruum rector, ſignum cœleſte. de N. 47.b. Auriga ſub læua geminorum obductus parte feretur.

Auriger, a, um. de D.121.b. Aurigeris diuũm placantes numina tauris. poetæ.

Auris, ris. pars capitis, qua uocem haurimus, accipimus, audimus. de N.54.b. Aures cum ſonum recipere debeant, qui natura in ſublime fertur, rectè in altis corporum partibus collocatæ ſunt. Orat.211.a. Graues ſententiæ inconditis uerbis elatæ offendunt aures, quorum eſt iudicium ſuperbiſſimum. Ad Her.31.b. Aurium ſenſus faſtidioſiſſimus. I.V.18.a. Erigere aures & attendere animum. pro Font.278.b. Vnum eſt enim & ſimplex auriũ iudicium, & promiſcuè, & communiter ſtultis ac ſapientibus à natura datum. pro Plan.273.a. Populus Rom. aures hebetiores, oculos acres & acutos habet. I.A.219.a. Hæc uos non dico animo ferre, ſed auribus accipere potuẽſtis? Epiſt.37.a. Si cuius aures ad hanc diſputationem patent. I.A.262.a. Meæ aures ſemper omnium præceptis & monitis patuerunt. de Orat.103.b. Eſt boni oratoris multa auribus accepiſſe. Quint.Fr.294.b. Regum aures patêre debent querelis omnium. contra Rul.87.b. Completi ſunt animi aureſq; omnium, me, &c. pro Syl.169.a. Vix ad meas aures iſtius ſuſpicionis fama peruenit. pro Arch.190.b. Vt etiam malis poetis aures ſuas dederet. Antequam.194.b. Aequi auditores adhibebuntur, aures non obtuſæ criminatione, ſed uacuæ præbebuntur. pro Cluen. 31.a. Profectò nihil à me dicetur, quod non dignum ueſtris ſtudijs atq; auribus eſſe uideatur. de Or.95.a. Qui nihil poteſt dignum hominum auribus efficere atque edere. & 140.b. Hæc enim ferunt aures hominum. Oct.329.b. Deos fruſtra appello, quorum auris atque animus à nobis abhorret. Att.3.b. Dare aures ſuas alicui. Orat.199.a. Atticorum aures teretes & religioſæ. de Opt.244.a. Qui teretes aures habent, intelligenſq; iudicium. de Clar. 175.b. Tritæ noſtrorum hominum aures intelligenſq; iudicium. de Fin.79.a. Admouere aliquem ad aurem. Ep. 194.a. Dare auribus, id eſt, adulari. prouerbium, Treboníj.

Aurora, ræ. Diluculum. in Ar. Humida nõ ſeſe ueſtris aurora querelis Ocyus oſtendet, clari prænuncia ſolis. de D.83.a. Cum primùm gelidos rores aurora remittit.

Aurũ, ri. metallũ fuluũ, & præſtantiſſimũ. de Sen.88. b. Nõ aurũ habere præclarum eſt, ſed ijs, qui habent aurũ imperare.

imperare. pro Flac. 169. a. Pergami non multum auri ratio conſtat, aurum in ærario eſt, &c. de N. 74. b. Quæſtio auri Toloſani.

Auſcultator, oris. Part. 230. b. Nam aut auſcultator eſt modò, qui audit, aut diſceptator, &c.

Auſculto, as. aures ad alicuius uocem admoueo. de D. 170. b. Nam iſtis, &c. magis audiendum quàm auſcultandum cenſeo. pro S. R. 35. b. Mihi auſculta, uide, &c. Attic. 170. a. Κωρυκαῖοι uidentur ſubauſcultare quæ loquor. de Or. 122. b. Subauſcultando quid narretur attendere. Top. 227. b. Bonis uiris ſubauſcultantibus.

Auſpex, cis. qui uolatibus auium inſpiciendis futura prædicit. de D. 89. a. Auſpices nuptiarum. At. 26. b. Latores & auſpices legis curiatæ.

Auſpicatò. bono auſpicio, auſpicio captato. )(. Viciò. de D. 80. b. Romulus auſpicatò urbem condidit. de D. 85. b. Deiotarus nihil unquam niſi auſpicatò gerit. de N. 28. a. Ego non iuſtus? qui & conſul rogaui, & augur, & auſpicatò? pro Mur. 124. a. Illo die quo auſpicatò renunciaui, &c.

Auſpicatus, a, um. auguratus. pro Rab. 92. b. Qui in campo Martio comitijs centuriatis, auſpicato in loco, crucem defigi iubes.

Auſpicium, cij. ab aſpiciendis auibus, auguriū. de Sen. 79. a. Optimis auſpicijs ea geri quæ pro reip. ſalute gerātur, quæ contra remp. fierent, contra auſpicia fieri. de D. 80. b. Nihil publicè ſine auſpicijs, nec domi, nec militiæ gerebatur. de Leg. 173. b. Agere auſpicium publicum. de D. 86. a. Auſpicia, quæ alicui ſecunda euenerunt. At. 120. a. Ille legibus C. Metelli contra auſpicia ferendis anthor. pro Cl. 20. b. Nubit genero ſocrus nullis auſpicijs, nullis autoribus. de D. 86. b. Appius Cenſor P. Aethcum notauit, quod ementitum auſpicia ſubſcripſerit, ſed ueram fuiſſe obnunciationem exitus approbauit. In Vat. 31. b. Auſpicia, quibus hæc urbs condita eſt, quibus omnis reſp. atq; imperiū tenetur. & 33. a. An quia tua ſemper ſic egiſſes auſpicia, fueris auguria diſſoluturus. & 36. b. Omnes cum te uiderint, tanquam auſpicium malum deteſtantur. de D. 117. b. Fulmen optimum auſpicium habetur, ſi ſiniſtrum fuerit. & ibi. Comitiorum ſolum uicium eſt fulmen. & 124. a. Fulmen ſiniſtrum auſpicium optimum habemus ad omnes res præterquam ad comitia. & ibi. b. Augures præcipiūt, ne iuge auſpicium obueniat, ut iumenta iubeant diſiungere. & ibi. Ex acuminibus quod totum auſpicium militare eſt, M. Marcellus totum omiſit. & 123. b. Hæc auſpicia quibus utimur, ſiue tripudio, ſiue de cœlo, ſimulachra ſunt auſpiciorum, auſpicia nullo modo. & 124. b. Prætores & Proconſules auſpicia nō habent, itaq; nec amnes tranſeunt auſpicatò, nec tripudio auſpicantur. & 125. a. Alijs à dextra, alijs à læua datum eſt auibus, ut ratum auſpicium faciant. & 124. b. Auſpicio, quæ ipſi ad Pompeium proficiſcenti facta ſunt. & ibi. Efficere ut ne fieri poſſit auſpiciū. contra Rul. 72. b. Iubet auſpicij coloniarum deducendarū cauſa decemuiros habere pullarios. pro Mur. 124. a. Illa ſolennis comitiorum precatio conſularibus auſpicijs conſecrata. Poſt. 206. b. Tribunus plebis legem tulit ne auſpicijs obtemperaretur, ne obnunciare concilio aut comitijs liceret. & de Ar. 255. a. Leges Iuliæ contra auſpicia latæ. At. 13. a. Bono auſpicio facere aliquid. )(. uiciò nauigare. de D. 86. a. Auerſa aui ſoluere. I. Auis.

Auſpicor, aris. de cœlo ſeruo, auſpicium ago. de N. 28. a. Gracchus cum pomerium tranſiret, auſpicari eſt oblitus. de D. 124. b. Prætores auſpicia non habent, itaq; nec amnes tranſeunt auſpicatò, nec tripudio auſpicantur. de D. 96. b. C. Flaminius cum tripudio auſpicaretur, pullarius diem prælij committendi differebat.

Auſter, ſtri. uentus à meridie flans. At. 100. a. Ita bellè nobis flauit ab Epeiro leniſſimus auſter, & mitis. At. 255. b. Reiectus ſum auſtro uehementi ad eandem Leucopetram. de Som. 129. b. In Aquilonis auſtri'ue partibus. de D. 120. b. Et humor allapſus extrinſecus, ut in tectorijs uidemus auſtro, poteſt ſudorem imitari.

Auſterè. durè, duriter, ſeuerè. pro Mur. 141. b. Agit mecum auſterè & ſtoicè Cato.

Auſterus, a, um. I. P. 95. a. Fortaſſe auſterior & grauior eſſe potuiſſet. de Or. 152. a. Auſterus homo, id eſt, nimium ſeuerus & acerbus. pro Cæl. 44. a. Agere illo auſtero more & modo. de Or. 152. b. Suauitas auſtera & ſolida. )(. Suauitas dulcis, decocta.

Auſtralis, lis. quæ in meridie eſt regio. de N. 36. a. Aquilonalis regio. )(. auſtralis regio. & de Som. 129. b. & in Arat.

Aut. uel. I. P. 100. a. Res ipſa aut me ipſum, aut alium quempiam, aut inuitabit aut dehortabitur. I. V. 218. a. Quem tibi aut hominem, &c. aut uero Deum auxilio futurum putas? de Or. 87. b. Cætera, inquit, aſſentior Craſſo, ne aut de C. Lelij, aut de huius genere, aut arte, aut gloria detraham. de Sen. 89. a. Quid de pratorum uiriditate, aut arborum ordinibus, aut uinearum oliuetorum'ue ſpecie dicam?

Autem. ſed, &, quidem, porrò, uerò. de Or. 90. b. 91. a. Poeta numeris aſtrictior paulo, uerborum autem licentia liberior, multis uerò ornandi generibus ſocius ac penè par: in hoc quidem certè propè idem, nullis ut numeris, &c. de Leg. 160. b. Eſt igitur prima ſocietas, &c. inter quos autem ratio, &c. inter quos porrò eſt, &c. ſi uerò ijſdem imperijs, &c. de D. 132. b. Crœſus hoſtium uim ſeſe peruerſurum putauit, peruertit autem ſuam. pro Cl. 53. a. Quæ deinde interceptio poculi? cur non deintegrò autem datū? I. V. 68. b. Vt ea reſtitui nullo modo poſſit, uix autem aliquantum recreari poſſe uideatur. de Leg. 162. b. Tum illud effici, quod quibuſdam incredibile uideatur, ſit autem neceſſarium, ut nihil ſeſe pluſquam alterum diligat. pro Cec. 288. e. Cum pecunia Cæſenniæ ex illa hæreditate deberetur, eam porrò in prædijs collocari maximè expediret, eſſent autem prædia, quæ mulieri maximè conuenirent, ea uenirent, liceretur is quem, &c. de Nat. 13. a. Sed elatus ſtudio, uereor ne longior fuerim, erat autem difficile rem tātam inchoatam relinquere. I. V. 159. a. Cur non in media oratione mea conſurgitis ac diſceditis? uultis autem iſtorum audacias aliqua ex parte reſecare? deſinite dubitare utrum, &c. Ep. 265. b. Ego hic ceſſo, quia ipſe nihil ſcribo, lego autem libentiſſimè. & 67. a. Sed quia uidebam ciuilis belli hiſtoriam iam penè à te eſſe perfectā, dixeras autem mihi te reliquas res ordiri, deeſſe mihi nolui quin te admonerem. & 55. a. Sed cum leuiora non multo eſſent, quæ audirentur, quàm quæ uiderentur, ſuſpicarer autem multum intereſſe reip. &c. putaui te de ea re eſſe admonendum. & 68. b. Neq; enim tu is es, qui qui ſis neſcias, &c. neq; autem ego ſum ita demens, ut, etc. de Or. 94. b. Sed ſunt quidam ita lingua hæſitantes, ut, &c. ſunt autem quidam ita habiles, ut, &c. At. 147. a. Pridie autem apud me Craſſipes fuerat, qui ſe, &c. attende autem in primo membro epiſtolæ poſitum.

Authepſa, ſæ. uas. Ab αὐτὸς ἕψω, quod ſua ſponte coquat, ſuppoſitis in inferiore fundo (duos enim fundos habuiſſe uidetur) carbonibus accenſis, ibiq; cōcluſis. Sunt qui uas illud eſſe autument, quod paſſim in menſis patinis ſupponimus, ne cibi è iure refrigerentur. pro S. R. 40. b. Domus referta uaſis Corinthijs & Deliacis: in quibus eſt authepſa illa, quam tanto precio nuper mercatus eſt, ut qui prætereuntes precium enumerari audiebant, fundum uenire arbitrarentur.

Autor, ris. ſuaſor, impulſator, hortator, machinator, architectus, adiutor, monitor, conſiliarius, magiſter, dux, præfectus, princeps, effector, præceptor, laudator, ſignifer, teſtis, aſcriptor. At. 147. b. Senatui cum primùm potui pacis autor fui. & ibi. Eo tempore non modò ipſe autor dignitatis tuæ fui, uerùm etiam cæteris autor ad te adiuuandum. & 225. b. Ea ratio ædificandi initur, conſiliario quidem & autore Veſtorio. & 279. b. Nam illi magnopere autor fui, ne differret tempus petionis ſuæ. & 145. b. Ego quidem tibi non ſum autor, ſi Pompeius Italiam relinquat, te quoque profugere. & 242. b. Sed autor non ſum, ut te urbi committas. & 240. b. Hircius mihi ut abſim uehementer autor eſt. Epiſt. 36. a. À me conſilium petis, qui ſim tibi autor in Sicilia ne ſubſidas, an proficiſcare, &c. & 17. b. Ego tibi ſum autor, ut quibus rebus poſſis, eum tibi ordinem reconcilies. de Leg. 166. b. Tibi magnopere autor ſum, ut aliquando, &c. Poſt. 260. a. Cum eum in me reſtituendo autorem aſcriptoremq; fuiſſe uideatis. pro Dom. 219. a. Hic mihi grauiſſimus autor ad inſtituendam, fideliſſimus ſocius ad comparandam, fortiſſimus adiutor ad rem perficiendam fuit. de Ar. 247. b. Habeo autores & magiſtros religionum colendarum maiores noſtros, qui, &c. pro Plan. 265. b. P. Craſſus maximarum ſocietatum autor, plurimarum magiſter. At. 120. a. Ille legibus contra auſpicia ferendis autor. & 132. a. Non mihi ſatis idonei ſunt autores ij, qui à te probantur. de Orat. 147. b. Quare omnes iſtos me autore deridete. & 122. b. Quos tu cum haberes autores, miror cur, &c. & 135. b. Non uereor ne quis iam in iſto genere me leuiorem putet, quoniam quidem tu Fabricios mihi autores protuliſti. de Cla. 176. a. C. Licinius diligentia & uirtute animi atq; uita bonus autor in ſenatu. pro Flac. 135. b. Præclarus iſte autor ſuæ ciuitatis: id eſt, qui teſtis eam uituperat. Epiſt. 183. b. Autor alicuius interficiendi. pro Flac. 157. a. Hunc habent autorem Tralliani doloris ſui, & autorem querelarum. I. A. 165. b. Autor ad faciendum aliquid. Poſtquam. 201. a. Qui rerum mearum geſtarum autores, teſtes, laudatoreſq; fuerunt. & 200. b. Cum duo Conſules empti pactione prouinciarum autores ſe inimicis Reipublicæ tradidiſſent. pro Mur. 139. a. Hæc M. Cato autoribus eruditiſſimis inductus arripuit. Attic. 225. a. Id certis autoribus comperi. Orat. 197. b. Non ſolum intelligendi, ſed etiam dicendi grauiſſimus autor & magiſter Plato. de Cla. 169. b. M. Cethegus, cuius eloquentiæ eſt autor, & idoneus quidem mea ſententia, Quint. Ennius. Offic. 75. a. Polybius bonus autor in primis ſcribit, &c. Offic. 71. b. Apud Homerum optimum autorem talis de Vlyſſe nulla ſuſpicio eſt. Orat. 216. a. Ariſtoteles autor optimus. Attic. 166. a. & 167. b. Autor luculentus: id eſt, exploratus, certus. & 190. b. Habeo nonnullos ex ijs, quos nunc lectito autores, qui dicant fieri id oportere. pro Mur. 131. a. Vt ait ingenioſus poeta, & autor ualde bonus. de Orat. 163. a. Orationem eandem aliam eſſe putari autore mutato. & 168. b. Te rerum Romanarum autorem laudare poſſum religioſiſſimum. & 160. a. Cum differendo par eſſe non poſſet, ad autores confugit. Orat. 213. b. Iſocrates orationis ornandæ autor locupletiſſimus. Attic. 119. a. Quaſi locupletior mihi ſit quærendus autor quàm Socrates. Item. Ille Plato, quem ego autorem uehementer ſequor. de N. 4. a. Non enim tam autores in diſputando quàm rationis momenta quærenda ſunt. Attic. 103. a. Cæcilius malus autor latinitatis. pro Fon. 277. a. Quis eſt ex eo numero, qui uobis autor placeat? eo nos iam laudatore & teſte utemur. de Cla. 168. b. Thucydides autor locuples. I. V. 166. b. Habes autorem idoneum. de Clar. 165. a. b. Cum Appius Cæcus de plebe conſulem non accipiebat, M. Curius patres ante autores fieri coegit. Attic. 279. a. In hoc honore extraordinario nemo magiſtratus autor extitit. pro Flac. 157. b. Siluerunt principes, neque ipſius decreti ac teſtimonij autores eſſe uoluerunt. Top. 224. b. Soluere pupillo tutore autore. pro Cecin. 278. b. Quod mulier ſine tutore autore promiſerit, non deberi. pro Cecin. 295. a. Actio in autorem præſentem. & 290. a. P. Cæſennius autor fundi, non tam autoritate graui, quàm corpore. de Orat. 126. a. Neq; actor ſum alienæ perſonæ, ſed autor meæ. & 101. a. Multi ingenio ſibi autore dignitatem pepererunt. At. 44. a. Quidam boni nuncij non optimis tamen autoribus. & 118. b. Autor reipublicæ. Ep. 146. b. Præbere ſe autorem, principem, & ducem ſenatui. Or. 102. b. Definirem hunc reip. & rectorem publici conſilij autorē eſſe habendum. Item. Cn. Pompeius, qui uoluit me ſui facti, ſui iudicij, ſui beneficij eſſe & prædicatorem & autorem. de Cla. 174. a. Autor legis. )(. Diſſuaſor. Off. 74. a. Atq; huius deditionis ipſe ſuaſor & autor fuit. Part. 238. b. Non enim ſupplex ut ad iudicem uenit oratòr, ſed hortator atq; autor. Laudare autores. de Orat. 160. b. & de Cla. 168. b. id eſt, nominatim citare, uel nominare. de Fin. 128. b. Fruendi rebus his, quas, &c. princeps Carneades, non ille quidem auctor, ſed defenſor diſſerendi cauſa fuit. Acad. 2. a. b. Ego cum græcas literas M. Catonem in ſenectute didiciſſe acceperim, nullum iam græcarum literarum autorem requiro. At. 90. a. Cum mihi autor placeret, erat enim ἱστορικώτατος, & uixerat in Peloponneſo, admirabar tamen, &c.

Autoramentum, ti. obligatio & nexus. Offic. 30. b. Eſt enim in mercenarijs ipſa merces autoramentum ſeruitutis.

Autoritas, tis. pondus, momentum, teſtimonium, exiſtimatio, uis, fides, ius. )(. perſona leuis. I. V. 213. b. Exiſtimatio atq; autoritas nominis populi Romani imminuta. de D. 93. b. Hunc ergo antepones Platoni? qui ut rationem non redderet, autoritate tamen hos minutos philoſophos uinceret. de N. 61. b. Tu autoritates omnes contemnis, ratione pugnas. de N. 4. a. Autoritas ſine ratione plerunq; obeſt. de Cla. 196. b. Id autoritatis habet parum. Off. 39. b. Iuſtitia ſine prudentia ſatis habet autoritatis. de Sen. 90. a. Senectus honorata maximam habet autoritatem. de D. 81. a. Pythagoras diuinationi magnam autoritatem tribuit. & ibid. Dicæarchus ijſdem rebus fidem tribuit. Epiſt. 2. b. Nos in cauſa eo minorem autoritatem habemus, quòd tibi debemus. & Attic. 118. a. Quam enim ille autoritatem habeat in hac cauſa. de D. 131. b. et 132. a. Autoritatem nullam debemus nec fidem commentitijs rebus adiungere. Epiſtol. 6. b. Noſtra defenſio dignitatis tuæ propter magnitudinem beneficij tui pleriſque officij maiorem autoritatem habere uidetur, quàm ſententiæ. de N. 78. b. Stoici poetis dederunt autorita-

tem. de N. 77.a. Inuita hoc loco uerſatur oratio, uidetur enim autoritatem afferre peccandi. de Sen. 90. a. Non cani, non rugæ repente authoritatem afferre poſſũt. pro Deiot. 149. b. Si hoc à tanta authoritate fuerit approbatum. de Sen. 90. a. Apex ſenectutis eſt authoritas. At. 146. b. Peducei authoritas multũ apud me ualet. At. 242. a. Peducei authoritas magna quidẽ apud me, & in primis grauis. I. A. 215. a. Quàm igitur municipijs ad excludendum Antonium authoritatem damus? Off. 18. b. Hiſq; etiam maior quàm antè tribuenda eſt authoritas. I. A. 186. a. Vt præſtantiſſimis ducibus à nobis detur authoritas. de D. 137. a. Neminem cognoui qui maiore authoritate nihil diceret. I. A. 236. a. Opus eſt nobis homine, qui habeat authoritatem, nomen, &c. de Sen. 77. b. Vt maiorem authoritatem haberet oratio. I. A. 243. b. Lentonis Cæſennij Septemuiralis authoritas. pro Font. 278. b. Ne cupido teſti authoritas attributa uideatur. de Sen. 77. b. Ne parum authoritatis eſſet in fabula. Offic. 74. a. Vtilitatis ſpecies falſa ab honeſtatis authoritate ſuperata eſt. de Sen. 84. b. Appius tenebat non modò authoritatem, ſed etiam imperium in ſuos. de D. 87. a. Gracchus auſpiciorum authoritatem confeſſione errati ſui comprobauit. & ibi. Aruſpicum diſciplinæ magna acceſſit authoritas. & ibi. b. Sors contemnenda non eſt, ſi authoritatem habet uetuſtatis. pro Cor. 61. a. Authoritate & exemplo alicuius facere aliquid. At. 124. a. Tua autem authoritas uehementius mouet. pro Cor. 67. b. Si mea authoritas ſatis apud illos in hac re ponderis haberet. de Ar. 254. b. Et eo feciſſe authore ſe dicebat, cuius authoritatis neminem poſſet pœnitere. de Or. 101. a. Bibliothecas omnium philoſophorum unus mihi uidetur XII. tabularum libellus, & autoritatis pondere, & utilitatis ubertate ſuperare. & ibi. Autoritate nutuq; legum docemur coher cere omnes cupiditates. de Sen. 90. a. Quorum non in ſententia ſolum, ſed etiam in nutu reſidebat authoritas. Orat. 208. a. Hoc & autoritatem orationi affert & fidem. de Orat. 123. a. Suſpicio artificij imminuit, & oratoris autoritatem, & orationis fidem. pro Flac. 150. b. Nunc uerò quam habere autoritatem, aut quam fidem poſſunt. & 159. a. Habere autoritatem apud aliquem. Attic. 154. b. Eius igitur mihi uiuit autoritas, & filius eodem eſt apud me pondere. & 123. b. Quò plus in ſuadendo autoritatis haberem. & 262. b. Non dubitabam, quin conſulum literæ apud te plurimum autoritatis haberent. Or. 213. a. Habet autem ut in ætatibus autoritatem ſenectus, ſic in exemplis antiquitas. pro Syl. 168. b. Nec teſtimonio fidem tribui conuenit, nec defenſioni autoritatem. pro S. R. 45. b. Non eandem uim & autoritatem habent aduerſaria quam tabulæ. pro Quint. R. 45. b. Quod apud omnes leue atq; infirmum eſt, id apud iudicem graue & ſanctum eſſe dicetur? pro Flac. 148. a. Huius rei quæ ſit uis, quæ autoritas, quod pondus ignorant. pro Pom. 13. b. Tametſi cognoſcitis autoritates contrarias clariſſimorum uirorum, tamen omiſſis autoritatibus, ipſa re & ratione poſſumus exquirere ueritatem. Tuſ. 153. b. Autoritas ad aliquid probandum, & ſolet, & debet ualere plurimum. Ad Heren. 24. b. Quod ſi illorum autoritate remota res omnes uolent cum re comparare, intelligent, &c. & ibid. De autoritate & uetuſtate autorum. pro Mur. 140. a. Tolle mihi è cauſa nomen Catonis, remoue ac prætermitte autoritatem, congredere mecum criminibus ipſis. Pro Mur. 140. a. Si autoritatibus hanc cauſam confirmandã putatis, eſt uobis autor uir bellorum peritiſſimus, &c. pro Pom. 12. a. De quo homine uos, id quod maximè facit autoritatem, tanta & tam præclara iudicia feciſtis. pro Flac. 154. b. & pro Mur. 145. b. Quia de tabulis publicis recitat, quæ in accuſatoris poteſtate fuerunt, non debet labere autoritatem. pro Arch. 187. a. Tabulæ, quæ ſolæ obtinent publicarum tabularum autoritatem. Antequam. 195. a. Nemo tam perdita autoritate, tam facinoroſa uita inuentus eſt, qui, &c. & ibi. Qui neq; tanta ualetis autoritate, neque, &c. pro Dom. 236. b. Poſuerat enim autoritatem in uno, quæ in his omnibus. pro Dom. 237. a. Autoritas propter coniunctionem affinitatis minor eſt putanda. pro S. R. 18. b. Vir in quo ſumma autoritas eſt & amplitudo. de In 60. b. Grauiſſima autoritas. de Orat. 122. b. Vir autoritate grauis, gloria clarus. contra Rul. 75. a. Homines autoritate tenui. Epiſt. 67. a. Autoritas teſtimonij tui. At. 106. a. Tanta autoritate dux, tanta audacia. Att. 173. a. Habere pondus, id eſt, autoritatem. de Cla. 174. b. Eſſe in aliquo numero. de Orat. 162. b. Eſſe in nullo numero. Epiſt. 6. b. De autoritate & ſententia alicuius ſcribere aliquid, id eſt, ex autoritate. Epiſt. 54. a. Ex autoritate alicuius gerere magiſtratum. I. A. 201. b. Cæſar nondum interpoſita autoritate ueſtra, ſuo conſilio atq; iudicio Antonium ut hoſtem arcuit. Epiſt. 7. a. Offenſionem eſſe periculoſam propter interpoſitam autoritatem, religionéq; uideo. Epiſt. 3. a. De his rebus, pridie quàm hæc ſcripſi, ſenatus autoritas grauiſſima interceſſerat. Offic. 74. a. Sine autoritate ſenatus facere aliquid. Item. Iniuſſu ſenatus facere aliquid. pro Cecin. 299. a. Rata autoritas harum rerum à iure ciuili ſumitur. Off. 8. b. Aduerſus hoſtem æterna autoritas. I. V. 67. b. Legationes cum publicis autoritatibus ac teſtimonijs uenerunt. Item. In tabellis nihil erat autoritatis. I. V. 33. b. In roſtris, quò autoritatis exquirendæ cauſa cæteri Tribuni plebis principes ciuitatis ducere conſueuerunt. pro A. Cec. 295. a. Lex uſum & autoritatem fundi iubet eſſe biennium. Top. 222. b. Vſus autoritas fundi biennium eſt. Quæ autem extrinſecus aſſumuntur, ea maximè ex autoritate ducuntur. Item: Iuriſperitorum autoritas. Item Top. 227. a. Ad faciendam enim fidem autoritas quæritur. & ibi de autoritate multa præclara. de Ar. 246. b. & 247. a. Multæ ſunt domus in hac urbe iure optimo, ſed tamen iure priuato, iure hæreditario, iure autoritatis, iure mancipij, &c. Epiſt. 6. b. 7. a. Eaq; quæ de ea reductione ſcripta autoritas tantam uim habet, ut, &c. & 118. b. Si quis huic ſenatuſconſulto interceſſiſſet, autoritas perſcriberetur. de Or. 143. a. Et eundem, id quod in autoritatibus perſcriptis extat, ſcribendo affuiſſe.

Autoror, aris. militiæ ſacramento obligor. Epiſt. 164. b. Quia cum depreſſus in ludum bis gratis depugnaſſet, autorari ſeſe nolebat, & ad populum confugerat. aliàs, & quidem melius, autore.

Autumedon, ontis. pro S. R. 35. a.

Autumnalis, le. In Arat. Autumnale lumen.)(. Vernũ.

Autumnus, ni. Part. 233. a. Vt hyems, uer, æſtas, autumnus.

Autumo, as. opinor, cenſeo, puto. Or. 213. a. Bene quã meritam eſſe autumas, dicis malè mereri. Top. 225. b.

Auunculus, culi. matris meæ frater. de Orat. 140. a. P. Tubero Africanum auunculum laudauit. & de Finib. 91. a. de Clar. 194. b. Druſus tuus magnus auunculus.

Auus, ui. patris & matris pater. pro Mur. 120. a. Proauus L. Murenæ & auus Prætores fuerunt. & pro Deiot. 149. a. Idem auiæ frater, aut patris, matris'ue auunculus.



Axia. caſtellum. pro Cec. 288. b.

Auxiliarius, a, um. Epiſt. 165. a. Militem non modò legionarium, ſed ne auxiliarium quidem ullum quoquam miſi. de Pro. 72. a. Res in Sardinia à proprætore una cohorte auxiliaria geſta.

Auxilium, lij. ſubſidium, præſidium, adiumentum, opis adminiculum, numen, telum. de Or. 127. a. Nihil mihi ad exiſtimationem turpius, quàm ſi is, qui alieniſſimis à me ſaluti exiſtimarer fuiſſe, ſodali meo auxilium ferre nõ poſſim. Or. 210. a. Petere auxilium ab aliquo. de Fat. 144. a. & pro Quint. 5. a. Petere præſidium ab aliquo. I. C. 108. b. Deos immortales nobis contra tantam uim auxilium eſſe laturos. I. V. 110. b. Ferre opem & auxilium alicui. & pro Dom. 218. b. Academicarum Quæſtionum. 22. b. Fermi auxilium. pro. S. R. 37. b. Auxilium ſibi ſe putat adiunxiſſe, qui cum altero rem communicauit. pro Cor. 95. a. Qui noſtros duces auxilio laboris, commeatus, periculo ſuo iuuerit. Antequam. 196. b. In meis miſerijs diuinum aliquod auxilium & numen oſtendite. I. A. 236. a. Non ut ex ea acie auxilium haberemus, ſed ut ipſa acies ſubſidium haberet etiam tranſmarinum. Parad. 124. b. Magna equitum ac peditum auxilia. pro Deiot. 48. a. Et imperatoribus noſtris auxilia mitteret. Ad Heren. 2. a. Eſſe auxilio alicui. Ep. 56. b. In quo debebat eſſe, aut promiſſio auxilij alicuius, aut conſolatio doloris tui. pro Rab. 91. a. Dij quorum ope & auxilio hæc reſp. gubernatur.

Auxilior, aris. adiuuo, ſuffragor, opitulor, opem auxiliũq; fero, auxilio ſum, auxilio ſuccurro, ſubſidio eo uel uenio, præſto ſum, ſubuenio, auxilium fero, ſubleuo, adſum, præſidium fero, adiumento ſum, ſubſidio ſum, præſidio ſum, fidem dexteramq; porrigo, ſubſidio proficiſcor, alicui dextram tendo, meumq; illi præſidium polliceor. Epiſt. 62. a. Auxiliari cuipiam. & ad Her. 32. b. Nihil Numantinis uires corporis auxiliatæ ſunt.

Axilla, læ. locus ſubter brachium concauus. Inde. P. Seruil. Ala factus eſt. Orat. 211. a. Quomodo enim ueſter Axilla Ala factus eſt, niſi fuga literæ uaſtioris?

Axioma, tis. de Fat. 140. a. Enunciationes, quas græci ἀξιώματα uocant. de Nat. deorum 15. a. Epicurus totũ hoc, aut eſt, aut non, negauit eſſe neceſſarium. Nempe fundamentum dialecticæ eſt, quicquid enuncietur, id autẽ appellatur ἀξίωμα, quod eſt quaſi effatum, aut uerum eſſe, aut falſum. I. pronunciatum.

Axis, xis. linea quædam per mundi centrum ducta, circum quam mundus ipſe perpetuò conuertitur. de Vn. 201. b. Terra altrix noſtra, quæ tranſiecto axe ſuſtinetur. & Acad. 31. a. Terram circum axem conuerti. In Arat. Hoſce æquo ſpatio deuinctos ſuſtinet axis. de N. 12. a. Verſari circum axem cœli admirabili celeritate.

## B A

BAbylon, onis. urbs Chaldeæ gentis caput, in Syria. de D. 90. a. Alexander Babylone eſt mortuus. pro Dom. 225. b. Alteri Syriam, Babylonem, Perſas tradidiſti.

Babylonius, a, um. de D. 128. b. Ibidem 81. a. Tuſcul. 210. a.

Bacca, cæ. fructus arborum, quales ſunt corni, oleæ: de D. 111. b. Agricola cum florem oleæ uidet, baccam quoq; ſe uidere putat. Tuſ. 154. b. Ergo arbores ſeret diligens agricola, quarum aſpiciet baccam ipſe nunquam. de D. 161. a. Quæ frugibus atq; baccis terræ fœtu profundũtur. & 104. a. Nec fruges terræ, baccas'ue arborum dediſſet, niſi, &c. de Sen. 78. a. & de L. 173. a. Baccæ arborũ terræq; fruges.

Baccha, chæ. Signa Tracum mulierum bacchantium, à quibus Orpheus diſcerptus legitur. Epiſt. 106. a. Bacchis uerò ubi eſt apud me locus? at pulchellæ ſunt, noui optimè, &c.

Bacchanalia, orum. Bacchi ſacra. 177. a. Senatus autoritas de bacchanalibus, &c.

Bacchatio, onis. I. V. 82. b. Nocturnæ bacchationes et uigiliæ.

Bacchor, aris. furo, inſanio. de Cla. 190. b. Eos quorũ altior oratio actioq; eſſet ardentior, furere & bacchari arbitrabatur. I. C. 102. b. Hic tu quibus gaudijs exultabis? quanta in uoluptate bacchabere. 120. b. Verſatur ante oculos aſpectus Cethegi, & furor in ueſtra cæde bacchantis.

Bacchus, chi. Liber. pro Flac. 156. a. Euchyas, Bromius, Nyſius, Bacchus, Liber. de N. 38. a. Sine Cerere & Libero friget Venus. I. Liber.

Bacillum, li. baculus & uirga quædam. de D. 86. b. Lituus, id eſt, incuruum & leuiter à ſummo inflexum bacillum. de Finibus 71. b. Vt bacillum aliud eſt inflexum & incuruatum de induſtria, aliud ita natum. Ad Atticum 193. a. Quos ego cum bacillis in turbam conieci. contra Rul. 85. a. Lictores nõ cum bacillis, ſed cum faſcibus anteibant. I. V. 264. b. Bacillo oculos alicuius tundere.

Bacis. uates Bœotius. de D. 87. b.

Baiæ, arum. oppidum. pro Cæl. 43. a. Qui unguenta ſumpſerit, qui Baias uiderit. pro Cæl. 44. b. & At. 222. a. Conuiuia Baijs acta, commeſſationes. Item 228. a.

Baianus, na. At. 225. a.

Baiulus, li. operarius, appoſitus ad ferenda onera. de Or. 112. a. Remigem aliquem aut baiulum nobis oratorem deſcripſeras. Tuſc. 207. b. Nihil inter Alcibiadem ſummo loco natum, & quẽuis baiulum intereſſet. de Cla. 188. a. Operarij autem aut baiuli deeſſe non poſſunt. Parad. 120. a. Operarij & baiuli.

Balbus, a, um. Lingua hæſitans, cuius lingua inhæret, ita ut ægrè loqui poſſit. de Or. 109. a. Demoſthenes ita balbus fuit, ut rhetoricæ primam literam non poſſet dicere. Ep. 23. a. Balbus enim ſum, quod non putaram. & ibi. Sed balbi non ſumus.

Balbutio, tis. lingua hæſito.)(. Apertè & clara uoce loquor. Tuſcul. 243. a. Academici balbutire deſinant aliquando, aperteq; & clara uoce audeant dicere, &c. de D. 81. a. Epicurus balbutiens de natura deorum. Acad. 35. a. Sed ille noſter eſt planè, ut ſuprà dixi, Stoicus per pauca balbutiens.

Baleares. inſulæ. At. 186. a.

Balearicus, ca. de D. 81. a.

Balearis: id eſt, Balearicus. pro Sex. R. 43. a.

Baliſta, ſtæ. Arcus magnus, cum anſa ſeu manubrio. Tuſc. 187. a. Baliſtæ lapidum & reliqua tormenta telorũ eo grauiores ictus habent, quo ſunt contenta & adducta uehementius.

Balneæ, arum. Balnea erant bina ædificia coniuncta: alterum ubi uiri, alterum ubi mulieres publicè lauabãtur. autor Varro. pro S. R. 21. b. Occiditur ad balneas paletinas rediens à cœna Roſcius. ad Her. 27. a. Nam ut forte hic in bal=

in balneas uenit, cœpit, poſtquam perfuſus eſt, defricari. de Or.129.a. Quàm multa de balneis, quas nuper ille uendiderat, dixit. & ibi. Modò enim exiſti de balneis. pro Cæl. 50.b. Balneæ xeniæ. & ibi. Balneæ publicæ.

Balnearia, orum. Idem in uilla. Qu. Fr.318.a. Nihil reſtabat præter balnearia, & ambulationem, & auiarium. & ibi. In balnearijs aſſa in alterum apodyterij angulum promoui. At.214.b.

Balneator, oris. Balnearũ præfectus. pro Cæl.51.a. Mulier familiaris facta erat balneatori.. & I.A.252.a.

Balneum, nei. lauatio, ubi quiſq; priuatim domi ſuæ lauabatur. At.24.b. Balneum calefieri iubebo. At.244.a. Cum è balneo exiſſem, accepi literas tuas. pro Deiot.146. b. Huc te è balneo, priuſquam accumberes ducere uolebat. At.222.a. Cæſar inde ambulauit in litore, poſthæc in balneum.

Balo, as. balare eſt, ouis uocem emittere. de D.89.a. Rex ipſe Priamus, & cæt. exſacrificabat hoſtijs balantibus. Ennij.

Barba, bæ. Tuſcul.239.b. Regiæ uirgines ut tonſtriculæ tondebant barbam, & capillum patris. de N.76. b. Dionyſius Aeſculapij barbam auream demi iuſsit. cõtra Rul.68.b. Aliquis capillatior quàm antè barbaq; maiore. de Fin.94.a. Viris mammæ atq; barba.

Barbarè. inquinatè. Tuſ.177.b. Vt ſi grammaticum ſe profeſſus quiſpiam, barbarè loquatur.

Barbaria, riæ. barbaries. I.P.83.a. Quod nulla in barbaria quiſquam tyrannus fecit. pro Cor.65.a. C. Cæſar inueteratam quandam barbariam ex Gaditanorum moribus diſciplinaq; deleuit. de Orat.94.b. Hæc turba & barbaria forenſis dat locum uel uicioſiſsimis oratoribus. pro Fon.283.a. Iſti immani atque intollerandæ barbariæ reſiſtamus. de Fin.126.b. Omnes ciuitates non Græciæ ſolum, ſed etiam barbariæ. de Fin.75.a. À quo non ſolum Italia & Græcia, ſed etiam omnis Barbaria commota eſt.

Barbaricus, ca. Tuſ.166.b.200.a. poetæ.

Barbaries, ei. Barbaria. de N.17.b. Aegypti & Syri, & ferè cuncta barbaries. de Cla.188.b. Omnes tum ferè, qui nec extra urbem hanc uixerant, nec eos aliqua barbaries domeſtica infuſcauerat, rectè loquebantur.

Barbariſmus, mi. Ad Her.27.b. Barbariſmus eſt cum uerbum aliquod uicioſè effertur.

Barbarus, a, um. immanis. )( Humanus, doctus. pro Mur.132.a. Gentes immanitate barbaræ. pro Font.280. a. Immanis ac barbara conſuetudo hominum immolandorum. pro Mil.108.a. Serui agreſtes & barbari. de D.80.a. Gens humana atq; docta. )( Immanis atq; barbara. de Fin.120.b. Antiqui illi quaſi barbari, ut nos de noſtris ſolemus dicere. I.V.226.b. Neq; tam barbari lingua & natione illi, quàm tu natura & moribus. At.174. b. Auxilijs barbaris fallaciſsimæ gentis non eſſe Rempub. defendendam. de N.28.a. Vos Tuſci ac barbari. I.C.116. a. Allobroges barbari. Acad.39.b. De Amafanio & Rabirio indoctis & barbaris ſcriptoribus. Tuſ.176.a. Contra barbaros philoſophos.

Barbatulus, a, um. At.9.a. & 13.a. Concurſabant barbatuli iuuenes. Par.123.a. Barbatulus mululus.

Barbatus, a, um. de N.17.b. & 76.b. Iupiter barbatus, Apollo imberbis. I.C.109.a. Imberbis. )( bene barbatus. pro Mur.130.a. Hæc iam tum apud illos barbatos ridicula credo uidebantur. pro Cæl.44.a. Aliquis ex barbatis illis barba illa horrida, quam in ſtatuis antiquis uidemus. pro Seſt.6.b. Barbati illi ueteres. Attic.22.a. Mulus barbatus.

Barbula, læ. pro Cæl.44.a. Vnus ex barbatis illis non hac barbula, qua iſta delectatur, ſed, &c.

Bardus, a, um. ſtupidus, hæbes, tardus. de Fat.142.a. Zopyrus phyſiognomon ſtupidum Socratem eſſe dixit, & bardum.

Bargilætæ. populus. Ep.224.b.

Baro, onis. mulier fuit philoſophiæ ſtudioſa, autore Suida. ex qua interdum Cicero philoſophos effœminatos & molles, Barones appellat. Epiſtol.143.a. Ille Baro te putabat quæſiturum, unum cœlum eſſet, an innumerabilia. Videtur etiam ſtultum & ſtupidum ſignificare. de Fin.80.b. Hæc cum loqueris, nos Barones ſtupemus: tu uidelicet tecum ipſe rides. Item de D.138.a. Huic equidem Antipho, Baro, inquit, uictum te eſſe non uides.

Interdum Baro primarium uirum, & principem in aliqua re ſignificat: ut. Attic.74.a. Apud Patronem & reliquos Barones te in maxima gratia poſui. nam & Βάρος græcè, quod & grauitatem habet, ſignificat, atque etiam quod ad aliquid ſuſtinendum ualet.

Baſilica, cæ. Attic.66.b. Paulus in medio foro baſilicam texuit iiſdem antiquis columnis. I.V.201.a. Qui forum & baſilicas ornarent. & 266.a. Forum plenum & baſilicas uidemus. pro Mur.141.b. Si uno baſilicæ ſpatio honeſtamur. Attic.30.b. Baſilicam habeo non uillam frequentia Formianorum. Locus amplus & publicus in urbe.

Baſis, ſis. I.V.140.a. Videmus in baſi ſtatuarum maximis literis inciſum à communi Sicilia datas. I.A.224.a. bis. Vtiq; conſules eam baſim ſtatuamq; faciendam locent. I.P.99.b. Vt eſſet, quod in baſi trophæorum incîdi inſcribiq; liceret. I.V.141.a. Statua ablata, baſim tamen in foro manere uoluerunt. Tuſ.241.a. Quò cum patefactus eſſet aditus in aduerſam baſim, acceſsimus. I.V.217.a. Hæc ſtatua erat poſita Segeſtæ ſanè excelſa in baſi. de N.51.a. Baſis trianguli, quam grues efficiũt. Q.Fr.319.a. Edera conueſtiuit baſim uillæ.

Batuo, is. Ep.140.b. Batuit, inquit, impudenter, depſit multo impudentius.

Baiuli, orum. locus in littore Neapolitano. Epiſtol. 112.a. Ego qui ſcirem Quint. Pompeium Baiulis embæneticam facere: id eſt, nauiculariam. l. Embænetica. Acad.3.b.31.b.

Beatè. Par.118.a. Nihil eſt aliud bene beateq; uiuere, niſi honeſtè & rectè uiuere. & Off.3.b. & de Cla.165.a. )( Malè miſereq; uiuere. Tuſ.233.a.

Beatitas, tis. beatitudo. de N.20.a. l. beatitudo.

Beatitudo, nis. beatitas. de N.20.a. At iſta ſiue beatitas, ſiue beatitudo dicenda ſit (utrunq; omnino durum, ſed uſu mollienda nobis uerba ſunt) uerùm ea, quæcunq; eſt, cur aut in ſolem illum, aut in hunc mundum, aut in aliquã mentem æternã figura membriſq; corporis uacuam cadere non poteſt? nihil aliud dicis, niſi nũquam uidi ſolem aut mundum beatum, quod, &c.

Beatus, a, um. cui bene eſt. I.A.159.b. Beatus eſt nemo, qui ea conditione uiuit, ut non modò impunè, ſed etiam cum ſumma interfectoris gloria poſsit interfici. Parad. 118.a. Is beatiſsimus eſt, qui eſt totus aptus ex ſeſe, quiq; in ſe uno ſua ponit omnia. Tuſcul.234.a. Huic uerbo cum beatum dicimus ſubiecta notio eſt, ſecretis malis omnibus cumulata bonorum complexio. de Som.127.b. His eſt definitus in cœlo locus, ubi beati æuo ſempiterno fruantur.



fruantur. pro Dom.223.a. Amici illi tui te uno amico tecti ac beati. de Fin.61.b. Sapiens ab Epicuro beatus ſemper inducitur. I.V.229.b. Nos qui tam beati, quàm iſte eſt, non ſumus. de N.76.b. Opulentiſsima & beatiſsima ciuitas. Part.234.b. Nihil eſt tam mirabile, quàm ex beato miſer. de In.62.a. Crotoniatæ quondam florebant omnibus copijs, & in Italia imprimis beati numerabantur. Epiſt.76.b. In beata & libera ciuitate. In Sal. 275.a. Et dic unde tu repentè tanquam ſomnio beatus factus es? At.124.b. Moderatori ciuitatis beata ciuium uita propoſita eſt.

Belgæ. populi in tertia Galliæ parte. pro Font.279.b.

Belus, id eſt Hercules quintus, in India natus. de N. 60.a.

Bellator, oris. bellicoſus homo. de Cla.189.b. Is minus uehemens orator quàm bullator fuit. & pro Cor.66.a. Tuſc.218.a. Nec uerò de bellatoribus ſolum diſputant. At.128.b. Ecquæ pacifica perſona deſideretur, an in bellatore ſint omnia.

Bellatrix, cis. Tuſ.220.b. Iſta bellatrix iracundia.

Bellè. bene. Q.Fr.317.b. Aqua non longè à uilla bellè ſanè fluens. At.89.b. Sumus enim ambo bellè curioſi. At.2. a. Hermathena tua poſita ita bellè eſt, ut totum gymnaſiũ ἑρμαθήνα eſſe uideatur. de Or.152.a. Bene & præclarè quamuis ſæpe dicatur, bellè & feſtiuè nimium ſæpe nolo. de D.122.a. Hæc non tam admirabilia ſunt, quàm coniecta bellè. Ep.259.a. Belliſsimè nauigauimus. & 238.a. Belliſsimè mecum eſſe poteritis. At.65.a. Hæc quomodo fers? bellè Hercule. At.216.a. Horum ego uix attigi pènulam, tamen remanſerunt, cecidit bellè.

Bellicoſus, a, um. Ep.67.a. Dalmatæ ſemper habiti ſunt bellicoſi. & de Pro.75.b. Gentes bellicoſæ.

Bellicoſiſsimus, ma. pro Pomp.

Bellicum, ci. cantus ad arma uocans. I.A.210.a. Atq; iidem bellicum me cecinisſe dicunt. Or.200.b. Thucydides incitatior fertur, & de bellicis rebus canit quodammodo bellicum. pro Mur.131.a. Simulatq; motus aliquis nouus bellicum canere cœpit.

Bellicus, a, um. militaris. de Cla.172.a. Ex bellica laude aſpirare ad Africanum nemo poteſt. de D.124.a. Rem bellicam adminiſtrare. de N.58.b. Vt exerceamur in uenãdo ad ſimilitudinem bellicæ diſciplinæ. pro Mur.129.a. Virtus bellica. Off.73.b. Ius bellicum hoſti ſeruandum.

Belligero, as. bello, bellum uel bella gero. Poſtquã.202. a. Quoniam nobis cum fortuna belligerandum fuit. pro Font.281.a. C. Marius, qui iſti par in belligerãdo eſſe poſſit. ad Her.27.a. Belligerare cum hoſtibus.

Bellipotens, tis. bellator. de D.132.b. Aeacidæ bellipotentes ſunt magis, quàm ſapientipotentes. Ennij.

Bello, as. belligero, bellum gero. pro Arch.191.a. Fuluius, qui cum Aetholis bellauit. de Sen.78.a. & Off.16.b. Gigantum more bellare cum dijs. I.V.216.b. Cum illa ciuitas cum pœnis ſuo nomine ac ſua ſponte bellaret. I.A.231. b. Cum hoſte hoc bellandum eſt. pro Pom.10.a. Longè à domo bellare.

Bellouaci. pop. in Belgis. Ep.112.a.

Bellua, luæ. beſtia. Of.58.a. Feritas atq; immanitas belluæ in figura hominis. Off.35.b. Quem ex quaq; bellua uſum capere poſſemus. de N.67.b. Stellas belluarum nomine appellas, ut capram, taurum, &c. Ep.95.a. Eſt quædã illi belluæ cum humano genere ſocietas, id eſt, elephanto. de Nat.46.a. Belluæ ad ſaxa natiuis teſtis adhærentes. Tuſculan.218.b. Tetra & immanis bellua. Acad.27. b. Vt fera immaniſq; bellua.

Bellum, li. duellum, Mars, belli contentio, certamen belli, tempus belli, arma. de N.51.a. Miluo eſt quoddam bellum naturale cum coruo. I.V.239.a. Si fugitiui bellum in Sicilia facerent. pro Seſt.16.a. Antiochus magna belli contentione terra mariq; ſuperatus. pro Mil.113.b. Facere bellum patriæ. Pro Syl.178.a. Facere bellum alicui, & contra aliquem. Epiſt.132.a. Bellum commotum ab uno, confirmatum ab alio. contra Rul.81.b. Vrbs, quæ facere atq; inſtruere bellum poſsit. Brut.91.a. Perſequi aliquem bello. de Or.123.a. Indicere bellum alicui. & pro Deiot.149.b. Indicere atq; inferre bellum alicui. I.V.92. a.b. & Att.152.a. Mouere bellum. Off.8.b. Adeò ſumma erat obſeruatio in bello mouendo. I.A.170.b. Inferre bellum contra patriam. pro Cor.64.b. C. Marius plurima bella & geſsit & confecit. pro Pom.225.a. Qui mihi horrificum quoddam & nefarium omni imbutum odio bellum intuliſtis. Off.8.b. Cum aliquo bella gerere. pro Cor.63.a. Acre & magnum bellum gerere. Att.257.a. Planè hoc ſpectat Octauius, ut ſe duce bellum geratur cum Antonio. de Or.102.b. Imperator eſt adminiſtrator belli gerendi. & ibid. Res, quæ ſunt propriæ belli adminiſtrandi. pro Pom.15.b. Adminiſtrare bellum cum aliquo: id eſt, gerere bellum contra aliquem. I.A.234.b. Populus Romanus Craſſo conſuli bellum gerendũ dedit. & ibi. Serotorianum bellum à Senatu priuato datum eſt. contra Rul.69.a. Bellum habet neſcio quod ſuſceptum conſulatus cum tribunatu. pro Syl.172.a.b. Cum uni mihi cum omnibus improbis æternum uideam bellum eſſe ſuſceptum. pro Pom.9.a. Ea uos coniectura perſpicitis, quantum illud bellum factum putetis, quod coniungant reges potentiſsimi, renouent agitatæ nationes, ſuſcipiant integræ gentes, nouus imperator ueſter accipiat uetere expulſo exercitu. Att.130.a. Bellum crudele & exitioſum ſuſcipi à Pompeio uidebam. At.132.a. Video quantum id bellum & quàm peſtiferum futurum ſit. I.V.157.a. Vt hæ terræ ſolent, in quibus bellum acerbum, diuturnumq; uerſatum eſt. Att.113.b. Tum ad te ſcribam plura, ſi erit bellum. Attic.95.a. Cum arderet Syria bello. I.A.199.b. Bellum quod opinione plerunq; & fama gubernatur. & 228.b. Incertos exitus eſſe belli, marteniq; communem. & 249. a. Incertus exitus belli eſt. pro Seſt.5.a. Communem martem belliq; caſum nimium timens. Or.199.b. Thucydides res geſtas & bella narrat & prælia. Epiſt.54.b. Omnia ſunt miſera in bellis ciuilibus. de Pro.73.a. Bellum affectum, & uerè ut dicam, penè confectum uidemus. Quin. Fr.290.b. Bellum magnum & periculoſum. Ep.155.a. Bellum teterrimum & periculoſiſsimum. pro Cor.55.b. Duriſsimum bellum. At.156.b. Bellum calamitoſum & exitiabile. de Ar.255.a. Extinguere bellum. Ep.97.a. Ducere bellum.

Bellus, a, um. bonus & urbanus, feſtiuus, lepidus. At. 77.a. Illum pueris locũ belliſsimũ eſſe duximus. At.94.b. Pyliæ & puellæ Cæciliæ belliſsimæ ſalutem dicas. Ep.237. a. Cicero belliſsimus tibi ſalutem dicit. At.209.b. Theatrũ quidẽ ſanè bellum habuiſti. At.65.a. Recordor quàm bella paulisſper nobis gubernantibus ciuitas fuerit. At.72.b. Hæc ipſa fero equidẽ fronte ac uultu bellis, ſed angor intimis ſenſibus. de Or.106.b. Quàm ſit bellum, cauere malũ, nemo ignorat. Ep.126.b. Mihi in mentem uenit bellum eſſe, aliquò exire. At.2.a. Durius accipere hoc mihi uiſus eſt quàm uellent, & quàm homines belli ſolent.

Benè. probè, præclarè, ualde commodè, ratione, bona ratione.

ratione.)(.Mala ratione.ad Her.38.b. At.205.a. Quod reliquos hæredes conueniſti, feciſti planè bene. At.216.a. Othonem quod ſperas poſſe uinci, ſanè bene narras. I.A.202.a. Reſp. bene & feliciter geſta. Off.63.a. Domus bene & ratione ædificata. Epiſt.9.b. Rem te ualde bene geſſiſſe rumor erat. pro Quin.2.b. Res ruſtica ſanè bene culta. At.105.a. Hoc enim ipſum bene fecit, quod, &c. At.194.a. Bene fecit Silius qui tranſegerit. de Fin.93.a. Benè facis, quod me adiuuas. At.102.a. De animo meo erga rempublicam, bene facis, quod non dubitas. cõtra Rul.77.b. Adoleſcens non minus bene nummatus, quàm bene capillatus. Bene factus homo à deo. de Vn.293. Bene ueſtitus. de Fat.147. Bene ædificatus. Off.63.a. Bene conſtitutus. Off.105. Bene cultus. Off.89.b. Bene deſcriptus. Off.62. Bene inſtitutus. Off.87. Bene iratus. At.252. Bene firmus. I.A.208. Bene moratus. pro Mil.120. Bene ſanus. pro Seſt.7. Bene exiſtimans. de Or.138. Bene olens. Acad.6. Bene ſuadens. de Am.104. pro Dom.220.b. Imberbis adoleſcentulus, bene ualens ac meritus. de D.116.a. Quæ autem inconſtantia deorum eſt, ut primis minentur extis, bene promittant ſecundis? I.A.208.b. Itaq; Senatum ſua ſponte bene firmum firmiorem ueſtra authoritate feciſtis. Parad.119.a. Improbo nemini bene eſſe poteſt. de Or.141.a. Habetis ſermonem bene longum. de Cla.171.a. Fabius literarum & antiquitatis bene peritus. At.224.a. À Cicerone mihi literæ ſanè πεπυκνωμέναι, & bene longè. & 9.b. Puer bene ſibi fidens. I.V.143.a. Is bene penitus in iſtius familiaritatem ſeſe dedit. Ep.67.a. Antonius habet inermes bene multos. Ep.67.b. Qui ſemel uèrecundiæ fines tranſierit, eũ bene & nauiter oportet eſſe impudentem. Tuſc.184.b. Sed ſi eſt tantus dolor, quantus Philoctetæ, bene planè magnus mihi quidem uidetur. I.V.62.a. In clamando uideo eum eſſe bene robuſtum. At.60.a. & 168.b. Bene manè hæc ſcripſi. pro Mur.140.b. Cum bene magna caterua. de L.175.a. Bene uerò, quod fides conſecratur manu. pro Quin.14.b. Bene agis, quàm longè eſt hinc in ſaltum ueſtrum Gallicanum? pro Quin.R.50.b. Næui te rogo DCC. millia paſſuum, optime. & ibi. Tu tuum negocium geßiſti bene. & ibi. Præclarè ſuũ negocium geßit Roſcius. I.V.179.a. Bene agis Alba. pro Mur.127.a. Bene habet, iacta ſunt fundamenta defenſionis. de Cla.174.a. Is perbene latinè loqui putabatur. At.152.a. Rectè auguraris de me, bene enim tibi cognitus ſum. & Ep.151.b. Bene audire, & malè audire. l. audio. Bene paſcere, bene ueſtire. Offic.51. Catonis.

Benedico. de Opt.244.a. Benedicere, eſt atticè dicere. & de Or.86.b. Profeßio benedicendi. de Or.109.a. Benedicere, quod eſt ſcienter & peritè & ornatè dicere.

Benedicere alicui. pro Seſt.28.

Benedictum, cti. de N.75.b. Benedicta malè interpretari. de Cla.195.a. Philoſophia mater omnium benefactorum, beneq; dictorum.

Benefacio, cis. beneficio afficio, benignè facio, beneficium tribuo, uel do, bene uel optimè mereor, orno, beneficijs orno, bene promereor, beneficium confero, beneficio complector. de In.61.b. & 62.a. Ab ijs, quibus benefecerimus, malè tractari.

Benefactum, cti. rectè factum, honeſtè factum, uirtus. Off.46.a. Benefacta malè locata, malè facta arbitror. En. Tuſ.189.a. Omnia enim benefacta in luce ſe collocari uolunt. At.286.b. Benefacta pro debitis exigimus. de Sen.78.b. Multorum benefactorum recordatio iucundißima eſt. Parad.119.b. Benefacta rectè facta ſunt.

Beneficentia, tiæ. de Nat.25.a. Quid eſt melius aut præſtantius bonitate & beneficentia. de Orat.140.a. & Offic.5.a. Virtutes in quadam comitate & beneficentia poſitæ.

Beneficentißimus. de N.38.b.39.a. Iupiter optimus, id eſt, beneficentißimus.

Beneficium, cij. benefactum, benignitas, liberalitas, meritum, promeritum, officium, gratia, munus. At.162.a. Pompeius, qui tibi ut beneficium daret, prius iniuriam fecit. Att.133.b. & 162.a. Cæſar maximum beneficium te ſibi dediſſe putabit, ſi te huc reijcis. Antequam.192.b. Beneficia, quæ ſingulis ciuibus priuatimq; dantur. Attic.277.b. Nec coniunctiori dare beneficium potes. Att.229.b. & Epiſt.92.b. Dare beneficium alicui, & accipere beneficium ab aliquo. Attic.141.a. Pompeius à quo tantum beneficium te accepiſſe prædicas. pro Cor.62.b. Tribuere beneficium. I.A.156.a. Multa beneficia alicui tributa & data. Off.10.b. Dare beneficium, reddere beneficium, collocare beneficium, deferre beneficium. & 10.a. Conferre beneficium in aliquem. pro Seſt.13.b. Quod à me beneficium haberetis? cum pro uobis, ea quæ mihi uilia eſſent reliquiſſem? de Nat.74.a. Eos beneficium à patribus nullum habere. Attic.285.a. An hoc pro beneficio eſt habendum, quod ſe quàm Antonium eſſe maluerit? Offic.48.a. Melius apud bonos quàm apud fortunatos beneficium collocari puto. & 47.b. In collocandis beneficijs mores hominum, non fortunam ſequi conuenit. Epiſt.210.a. Bene collocare beneficium. I.V.136.a. & pro Mur.130.b. Collocare beneficium. Off.46.a. Benefacta malè locata malefacta arbitror. pro Syl.171.b. Ego tantis à me beneficijs in rep. poſitis, ſi, &c. de Am.114.a. Ea lege cooptatio collegiorum ad populi beneficium trãsferebatur. pro Mur.149.b. Homines tenues unum habẽt in noſtrum ordinem aut promerendi aut proferendi beneficij locum. Promereri officium. l. Promereor. Epiſt.215.a. Bene ponere beneficium apud aliquem. & 223.b. Ponere beneficium apud gratos homines. Poſtquam.203.a. Vlciſcendæ iniuriæ facilior ratio eſt, quàm beneficij remunerandi. contra Rul.63.a. Non enim unus afficitur beneficio, ſed unus priuatur iniuria. Epiſtol.152.a. Et rempub. diuino beneficio affeceris. pro Pomp.17.b. Ego hoc honore præditus, tantis ueſtris beneficijs affectus, ſtatui, &c. Poſtquam.198.a. Beneficio diuino immortaliq; ueſtro. I.A.177.a. Ne qua poſt idus Martias immanitatis tabula, ne ue cuiſquam beneficij figeretur. pro Plan.266.b. Complecti aliquem beneficio: id eſt, afficere. pro Cæl.38.b. Meum erga te beneficium tueri debeo. Attic.85.b. Ornare ciuitatem beneficijs. Poſtquam.200.b. Quem ego maximis beneficijs ornaueram. Epiſtol.10.a. Qui tuis maximis beneficijs ornatus in te potißimum fractam illam uim ſuam contulit. I.V.114.a. Hoc illis in beneficij loco deferendum eſt. Epiſtol.116.a. Dare aliquid alicui pro beneficio. I.V.172.b. Atque hoc in beneficij loco petitum eſt ab Apronio. & 191.b. Qui benignitate adducti per beneficium, & gratiam ciuitatibus conceſſerunt, ut nummos pro frumento darent. I.V.172.b. Hoc uix ab illo in ſummo beneficio impetratum eſt. et ibi. Beneficij gratiæq; cauſa concedere aliquid. I.V.191.a. In beneficij & gratiæ loco petere aliquid. & 246.b. Beneficium, ut dicitur, trabali clauo figere. contra Rul.78.a. Beneficio iſto legis & benignitate decemuirali nihil utor. pro Pl.256.a. Cui ſum obſtrictus memoria beneficij ſempiterna. I.C,





123.a. Hoſtes alienigenæ beneficio ſe obligatos putant. Ep.214.b. Hageſſaretus magnis meis beneficijs ornatus, & memor, et gratus fuit. contra Rul.70.a. Gratus ac memor beneficij. pro Plan.259.a. Multa extant in me tua merita. de Am.109.b. Officia meminiſſe debet is, in quem collata ſunt, non commemorare qui contulit. pro Arch.187.b. Archias in beneficijs ad ærarium delatus eſt à L. Luculo prætore & conſule. de N.73.b. Multi deorum beneficio peruerſè utuntur. de Fin.89.a. Si tuam ob cauſam cuiquam commodes, beneficium illud habendum non eſt, ſed fœneratio. Epiſt.20.a. & b. Neque enim ſum ueritus, ne ſuſtinere tua in me uel innumerabilia beneficia non poſſem, cum præſertim conſiderem, nullam eſſe gratiam, quam uel non capere animus meus accipiendo, uel remunerando cumulandoq; illuſtrare poßit. Epiſt.58.b. Quibus pro meis immortalibus beneficijs charißima mea ſalus eſſe debebat. & 122.a. Qui me odiſſe, quia magna mihi debebat beneficia, cœpit, & cum homo auarus, ut ea ſolueret, ſibi imperare non poſſet, occultum bellum mihi indixit.

Beneficus, a, um. benignè faciens, benignus. de N.25.a. Ne homines quidem cenſetis, niſi imbecilli eſſent, futuros beneficos & benignos fuiſſe? & 38.b. de Leg.166.a. Beneficus eſt, qui non ſui, ſed alterius cauſa benignè facit. de N.39.a. Iupiter optimus, id eſt, beneficentißimus. Off.9.b. Qui gratificantur cuipiam, quod obſit, &c. non benefici, neque liberales, ſed pernicioſi aſſentatores iudicandi ſunt. de D.197.b. & 129.b. Dij ſunt benefici, generiq; hominum amici. pro Mil.105.a. Beneficus & ſalutaris ciuis. Off.39.a. Benefica uoluntate mouetur, etiam ſi res fortè non ſuppetat.

Benemerens, tis. beneficus. Antequam.139.a. Opitulari benemerentibus.

Benemereor, ris. beneficio afficio, beneficium colloco. Ep.53.b. Libẽterq; ei ſum teſtimonio, omnibuſq; ero, qui benemerentur. & 146.a. De repub. benemereri. de Clar.188.a. Bene de nomine ac dignitate populi Rom. meritum eſſe exiſtimare debemus. de Am.102.b. Propenſiores que ad bene merendum, quàm ad repoſcẽdum ſimus. pro Plan.176.a. Ciues de patria benemerentes. Off.30.a. Benè de rep. ſentientes, ac benemeritos aut merentes colere debemus.

Benemeritus, a, um.)(.Malemeritus. Antequam.195.a. Igitur ex ciuitate benemeritus de rep. ciuis exturbatur.

Beneuentum. urbs. I.V.84.a.

Beneuentanus. ibidem.

Beneuolè. amicè. de Am.112.b. Et hæc accipienda amicè cum beneuolè fiunt. Epiſt.213.a. Præſto eſſe alicui fideliter & beneuolè. de Fin.56.a. Amicè & beneuolè feciſti.

Beneuolentia, tiæ. gratia, bona gratia, ſtudium, charitas.)(.Odium, offenſio. Off.10.a. De beneuolentia autem, quam quis habeat ergà nos, primum illud eſt in officio, ut ei plurimum tribuamus à quo plurimum diligimur. de Opt.244.b. Atq; ita prædicaretur eum donari uirtutis ergò, beneuolentiæq;, quam erga populum athenienſem haberet. Poſt.203.a. Mihi in ueſtris commodis augendis grata animi beneuolentia defutura non eſt. Ep.9.b. Mea in te pietas, quid enim dicam beneuolentiam? cum illud ipſum nomẽ pietatis leuius mihi meritis erga me tuis eſſe uideatur. At.170.b. Omnem ſpem habeo in tua erga me mihi perſpectißima beneuolentia, quam ſi his temporibus miſeris & extremis præſtiteris, hæc pericula fortius ferã. Epiſtol.55.b. Præſtare beneuolentiam alicui. Offic.64.a. Tribuere gratiam alicui, id eſt beneuolentiã. Offic.37.a. Malus cuſtos diuturnitatis metus, contràq; beneuolentia fidelis eſt, uel ad perpetuitatem. Attic.78.a. Exercitus ad beneuolentiam erga nos conſentiens. Ad Her.2.a. À perſona noſtra beneuolentiam contrahemus, ſi, &c. de Orat.125.a. Multum ualet ad uincendum animos eorum, apud quos agitur, conciliari quàm maximè ad beneuolentiam. Off.39.a. Beneuolentia beneficijs capitur maximè. & ibi.b. Benefica uoluntate beneuolentia mouetur, etiam ſi res fortè non ſuppetat. Epiſtol.4.b. Vt meam & cæterorum erga te fidem & beneuolẽtiam abſens experirere. & 6.a. Tuam erga me beneuolentiam facilè perſpexi. pro Seſt.4.a. Sed beneuolentiam & charitatem illius neceßitudinis mors filiæ non ademit. Attic.262.b. Hoc pro coniunctione & beneuolentia noſtra mihi ſumpſi. Offic.42.b. Oratione benigna multitudinis animos ad beneuolentiam allicere. de Orat.126.a. Hæc omnia ualde beneuolentiam conciliant. Epiſtol.36.b. Suſcipere & conſeruare beneuolentiam. Attic.86.a. Reportare beneuolentiam omnium ex prouincia. Epiſtol.40.b. Nauare beneuolentiam ſuam in aliquem. I.A.161.a. Gratia non uirtutis ſpecie, ſed ætatis flore collecta: id eſt, beneuolẽtia. pro Pomp.17.a. Nec Pompeij gratiam mihi per hanc cauſam conciliari puto: id eſt, beneuolentiam. & ibi. Nec mihi bonam gratiam quæro.

Beneuolentior. Ep.225.b. Nam beneuolentia qua ſemper fui, eſſe non poſſum. Ep.25.a. Beneuolẽtior tibi quàm fuerim, nihilo ſum factus.

Beneuolus, a, um. amans, inclinatione animi in aliquẽ propendens. l. Propendeo. Orat.116.a. Iubent exordiri ita, ut eum qui audiat beneuolum nobis faciamus, & docilem, & attentum. In.46.b. Si eum beneuolum, docilem, & attentum fecerit. & pro Cluen.55.a. Seruus domino beneuolus. de Orat.138.a. Iudices beneuolos beneq; exiſtimantes efficere. Antequam.197.b. Beneuolus huic ciuitati ab hoſte proijcitur in exilium. de In.82.b. Beneuolus patriæ. Epiſt.72.b. Exiſtimabam officio me eſſe functum beneuolentißimi atq; amicißimi, quem me tibi & fuiſſe ſemper exiſtimes uelim, & futurum eſſe confidas. Ad Her.2.a. Beneuolus auditor.

Benignè. comiter, liberaliter. I.A.246.b. Salutare benignè, comiter appellare unumquenq;. I.V.60.a. Quæ cum Quæſtore ſuo benignißimè communicauit. Attic.40.b. Adhuc inuitamur benignè. pro Flac.157.b. Iſta ciuitas neque ſeuerè Flaccum oppugnauit, neque benignè defendit. Offic.9.b. & Epiſt.216.a. & 228.a. Benignè facere alicui: id eſt, conferre beneficium in aliquem. Offic.43.b. Nam aut opera benignè fit indigentibus, aut pecunia. pro Cor.62.b. Benignè, non grauatè, comiter quidem certè, non communiter conuenit. pro Cluen.16.a. Benignè attenteq; audire. pro Deiot.150.b. Deiotarus dicere eſt ſolitus, benignè ſibi à populo Romano eſſe factum. I.V.192.b. Frumentum, inquit, me abs te emere oportet, optimè, modium denario, benignè ac liberaliter. Epiſt.57.a. Nunc P. Nigidio ne benignè quidem polliceri poſſum.

Benignitas, tis. liberalitas, beneficientia, clementia. comitas, humanitas. de Fin.140.b. Iuſtitiæ adiunctæ ſunt pietas, bonitas, liberalitas, benignitas, comitas. pro Quin.R.50.b. Nunc deûm immortalium benignitate omnium fortunæ ſunt certæ. Epiſtol.203.b. Deorum immortalium benignitate. pro Cecin.286.b. Veruntamen nos

ueſtræ benignitati pareremus: id eſt, ueſtræ clementiæ. pro Dom. 219. b. Veſtra in me attentè audiendo benignitas prouexit orationem meam. pro Seſt. 9. b. Et ſi me attentiſsimis animis ſumma cum benignitate auditis, tamen, &c. At. 55. b. Amicorum benignitas exhauſta eſt: id eſt, liberalitas. I. V. 191. b. Qui benignitate adducti per beneficium conceſſerunt, ut nummos pro frumento darent. de Nat. 52. b. Sed illa quanta benignitas naturæ? quæ tã multa ad ueſcendum gignit?

Benignus, a, um. liberalis, blandus, comis. de Nat. 25. a. Ne homines quidem cenſetis, niſi imbecilli eſſent, futuros beneficos & benignos fuiſſe? Attic. 283. a. Facilius in timore benigni, quàm in uictoria grati reperimur. Off. 42. b. Oratione benigna multitudinis animos ad beneuolentiam allicere, & blando ſermone. & I. V. 192. b.

Beroa, roæ. I. P. 98. b. Oppidum Beroa.

Bes. octo unciæ. Attic. 62. b. Fœnus ex triente factum erat beſsibus.

Beſsi, orum. populi. I. P. 97. b.

Beſsica gens. I. P. 97. b.

Beſtia, ſtiæ. bellua, nomen beſtiæ etiam piſcibus & cõchylijs conuenit. l. Bellua & Beſtiola. de N. 45. b. Varia genera beſtiarum, uel cicurum, uel ferarum. & 50. b. Beſtiæ aquatiles, ut crocodili, fluuiatilesq; teſtudines. de Am. 111. a. Hoc apparet in beſtijs, uolucribus, agreſtibus, natantibus, ſuibus, cicuribus, feris. Tuſc. 235. b. Aliæ beſtiæ nantes ſunt, aliæ uolucres, ſerpentes quædam, quædam gradientes. de Fin. 63. b. Si mutæ etiam beſtiæ loquerentur. Epiſt. 95. a. Cum homo imbecillus à ualẽtiſsima beſtia laniatur. pro Sex. R. 27. b. Canes tametſi beſtiæ ſunt, tamen, &c. I. P. 98. b. Quod populari illi ſacerdoti ſexcentos ad beſtias amicos miſiſti.

Beſtiarius, rij. qui cum beſtijs pugnabat in publicis ludis. Quint. Fr. 311. a. Nam ille uindex gladiatorum & beſtiariorum emerat de Coſconio beſtiarios, nec ſine ijs armatis unquam in publico fuerat. & In Vat. 37. a.

Beſtiola, læ. de Nat. 50. b. Diſsimilimæ beſtiolæ communiter cibum quærunt: id eſt, pinna & ſquilla. & Tuſc. 168. b.

Beta, tæ. holus hortenſiorum leniſsimum. Ep. 107. b. Beta & malua.

Bias, antis. de Am. 107. b. Bias, qui ſapiens habitus eſt unus è ſeptem.

Bibliotheca, cæ. tam libros, quàm librorum locũ ſignificat. Quin. Frat. 324. b. De bibliotheca græca ſupplenda, libris commutandis, latinis comparandis, ualde uelim iſta confici. Epiſt. 128. a. Si hortum in bibliotheca habes, nihil deerit. de D. 110. a. Tum in bibliotheca, quæ in Lycæo eſt, aſſedimus.

Bibo, bis. poto, perpoto, poculum exhaurio, uinum exhaurio, haurio, ſorbeo. I. A. 232. b. Quid eum non ſorbere animo? quid non haurire cogitatione? cuius ſanguinem non bibere cenſetis? Tuſ. 247. a. Darius, cum aquam turbidam bibiſſet, negauit unquam ſe bibiſſe iucundius. & 251. a. Lex, quæ in Græcorum conuiuijs obtinetur, aut bibat, inquit, aut abeat. I. P. 84. a. Conuiuium in quo nemo poteſt dicere, utrum iſte plus biberit, an uomuerit, an effuderit. In Ant. 180. a. Ab hora tertia bibebatur, ludebatur, uomebatur. pro Fla. 163. b. Nam iſte totam Aſiam magnitudine poculorum bibendoq; ſuperauit. Attic. 222. a. Itaque & edit, & bibit ἀδεῶς & iucundè. Tuſc. 247. a. Nunquam ſitiens biberat, nec eſuriens ederat. de Sen. 86. b. Me uerò magiſteria delectant à maioribus inſtituta, & is ſermo qui à ſummo adhibetur magiſtro in poculo. de Clar. 168. a. Excipere ſanguinem patera. de Nat. 75. b. Vinum meracius ſumere.

Biceps, tis. de D. 105. b. Si puella nata biceps eſſet.

Bicorpor, ris. Tuſc. 179. b. Hæc bicorporem afflixit manum. poetæ.

Bidis. oppidum eſt tenue ſanè, non longè à Siracuſis, in Sicilia. I. V. 119. b.

Bidinus, na. ibidem.

Bidenſes. ibidem.

Biduum, dui. duorum dierum ſpatium. de N. 45. a. Tãtæ tenebræ quondam eruptione ætneorum ignium finitimas regiones obſcurauiſſe dicuntur, ut per biduum nemo hominem homo agnoſceret. Att. 132. a. Romæ nihil auditur noui, nec in his locis, quæ à Brunduſio abſunt propius quàm tu biduum aut triduum. & 76. b. Nos in caſtra properabamus, quæ aberant bidui. & 67. a. Ab caſtris aberã bidui. & 132. a.

Biennium, nij. pro Cecin. 295. a. Lex uſum & autoritatem fundi iubet eſſe biennium. In An. 195. b. Tribuni Pleb. tulerunt de prouincijs contra acta Cæſaris, ille biennij, iſte ſexennij.

Bifariam. bipartitò. de Vn. 200. b. Aliqua bifariam contrariè ſimul procedentia. Tuſ. 195. b. Cumq; is motus aut boni aut mali opinione citetur, bifariam quatuor perturbationes diſtributæ ſunt.

Biformatus, a, um. Tuſ. 179. a. Hos non biformato impetu centaurus ictus corpori infixit meo. poetæ.

Bilis, lis. de N. 53. b. Ab eo cibo cum eſt ſecreta bilis, hiq; humores, qui ex renibus profundũtur, reliqua ſe in ſanguinem uertunt. Tuſ. 192. b. Quaſi uerò atra bili ſolum mẽs, ac non ſæpe uel iracundia grauiore, uel timore, uel dolore moueatur. Tuſc. 160. a. Sanguis, bilis, pituita, oſſa, nerui, &c. Tuſ. 213. b. Cum pituita redundat aut bilis in corpore. & 160. a. Sanguis, bilis, pituita. At. 26. b. Si (ut ſcribis) bilem id commouet.

Bimeſtris, ſtre. duorum menſium, bimenſis. Ep. 159. a. Conſulatus bimeſtris. Planci.

Bimus, a, um. duorum annorum. Epiſt. 38. b. Hortenſiumq; roges, ut de hac quoq; ſententia bima decedat, qua mihi nihil poteſt eſſe inimicius. & 159. a. Legio bima. Planci.

Binus, a, um. ternus uel trinus. quaternus, quinus, &c. I. V. 135. a. Deſcribebat Cenſores binos in ſingulas ciuitates Timarchides. I. V. 135. a. Vt dies XLV inter binos ludos tollerentur. & 172. b. Terna medimna, aut quaterna, aut quina in ſingula iugera exigere. & 185. a. Binæ centeſimæ. & 190. b. Quaternis denarijs. & 187. a. HS quinos denos. & 190. b. Quaternis HS tritici modium æſtimauit. & 192. b. Quaternos HS quos mihi ſenatus decreuit, ego habebo. I. V. 133. a. Pueri annorum ſenum ſeptenumq; denum: id eſt, XVI & XVII annorum. de N. 35. b. Bis bina quid ſint, Epicurus non didicit. Leg. 185. b. Bini cenſores ſunto. & 189. a. Cum deni Tribuni crearentur. contra Rul. 83. a. Et eo in duodena deſcribit in ſingulos homines iugera. & ibi. Et unicuiq; ueſtrûm, ubi conſiſtat, bini pedes aſsignentur. pro Cor. 64. b. Vt in ſingulas colonias ternos ciues Rom. facere poſſet. I. P. 94. a. Græci ſtipati, quini in lectulis, ſæpe plures. Att. 181. a. Tullia mea uenit ad me, mihiq; literas reddidit trinas. I. P. 100. b. Nulla trinis æſtiuis gratulatio. de Cl. 196. b. Nonne cernimus uix ſingulis ætatibus binos oratores laudabiles conſtitiſſe? Orat. 218. a. O M. Druſe, patrem appello, hæc quidem duo binis pedibus



pedibus inciſim. & ibi. Hæc item membra ternis pedibus. pro Font. 278. b. Senos uel quaternos denarios exigere. Parad. 125. b. Capit ille ex ſuis prædijs ſexcenta HS. ego centena ex meis. I. V. 248. a. Verres certo precio ſexcentenos nummos nautarum miſsione conſtituit. de Or. 108. a. Demoſthenes una contentione uerborum, binas contentiones uocis & remiſsiones continebat. Ep. 95. a. Binæ uenationes per dies quinq; magnificæ. Att. 86. b. Per binos tabellarios miſi Romam literas. Ep. 165. a. b. Binos tabellarios in duas naues impoſui. I. V. 245. a. Cn. Pompeius cũ P. Vectio inter bina caſtra collocutus eſt. At. 111. b. Pompeius diſtribuit binos ſingulis patribus familiarũ. de Or. 161. b. Terna aut bina aut ſingula etiam uerba dicebant. de Som. 127. b. Cũ ætas tua ſeptenos octies ſolis anfractus conuerterit. I. V. 192. b. Tu mihi octonos HS. dato. I. V. 246. b. Verum etiã quo plus darent quàm poterant, hæc ſexagena millia modiûm addidiſti.

Bipartior, iris. in duas partes diſtribuo, ſeu partior. I. C. 111. b. Atq; ibi omnes proximis uillis ita bipartiti fuerunt, ut Tybris & pons intereſſet.

Bipartitò. dupliciter, bifariã. )( ſingulari modo, ſimpliciter. pro Fl. 152. a. Bipartitò claſsis diſtributa fuit, ut, &c. I. A. 227. a. Equitatus, qui in Græciam ducebatur bipartitò, alter, &c. alterum, &c.

Bipartitus, a, um. Poſtquam. 201. b. Cuius oratio quẽadmodũ accepi, fuit tripartita: primùm, &c. tum, &c. deniq; ad extremum, &c. Ad Her. 11. b. Argumentatio tripartita, quadripartita, quinquepartita. & Off. 53. b. Diuiſio tripartita. & Or. 203. b. Tripartita uarietas.

Bipedalis, le. duorum pedum longitudine. de Fin. 53. a. Sol Epicuro bipedalis uidetur.

Bipes, dis. quod duos habet pedes. de N. 20. a. Quid obſtat quo minus ſit beatus, ſi non ſit bipes. pro Dom. 223. a. Omnium nõ bipedum ſolum, ſed etiam quadrupedum impuriſsimus.

Biremis, mis. nauis, quæ remorum duos ordines continet. I. V. 246. a. Ne hæc biremis aſcriberetur, &c.

Bis. ter, quater, &c. I. V. 247. b In una ciuitate bis improbus fuiſti, cum, &c. cum, &c. In Ant. 216. b. In quo bis falleris, primùm quòd, &c. deinde, quòd, &c. Epiſt. 134. a. De quo tu mihi antea ſcripſeras bis eodem exemplo. Item: Isq; ludos appareat magnificentiſsimos, ſtultè bis terq; uel quia, &c. uel quia, &c. uel quia, &c. de Som. 127. a. Cum ætas tua ſeptenos octies ſolis anfractus conuerterit. de Nat. 35. b. Bis bina quid ſint, Epicurus non didicit. Orat. 221. a. Nam ut duellum bellum, & duis bis, ſic, &c. I. A. Quinquies.

Bithynia, niæ. regio. I. V. 241. a. Bithyniæ reges lectica octophoro ferebantur.

Bithynicus, ca. Ep. 207. a. de Cl.

Blandè. comiter. At. 251. b. Amabo te mi Attice, uidesne quàm blandè? pro Q. R. 53. a. Appellare aliquem blandiſsimè. de Or. 94. a. Petere aliquid blandius.

Blandenona, næ. oppidum. At. 315. b.

Blandenius, a. Quin. Fr. 300. a.

Blandiloquentia, tiæ. de N. 72. b. Nam ut ego illis ſupplicarem tanta blandiloquentia? poetæ.

Blandimentum, ti. blanditia. pro Cæl. 46. a. Multa nobis blandimenta natura ipſa genuit, quibus ſopita uirtus conniueret. Tuſc. 245. b. Nec eam minimis blandimentis corrupta deſeret.

Blandior, diris. amplexor. Acad. 25. a. Video quàm ſuauiter uoluptas ſenſibus blandiatur. de Am. 114. b. Qui aduerſando aſſentatur, & litigare ſe ſimulans blanditur. de Orat. 92. a. b. Ita nati ſumus, ut & blandiri, & ſuppliciter inſinuare poſsimus. Quin. Frat. 313. b. Mirificè mihi blanditur Appius. pro Flac. 163. b. Cur matri blanditur? cur epiſtolis & ſororis, & matris imbecillitatem aucupatur?

Blanditia, tiæ. aſſentatio. )( Minæ. pro Plan. 265. a. Facilis eſt illa occurſatio & blanditia popularis. Quin. de Pet. 211. a. Ea deſiderat blanditiam, aſsiduitatem, benignitatem. de Am. 107. b. Beneuolentiam ciuium blanditijs & aſſentationibus colligere turpe eſt. pro Cluen. 24. b. Is ſe blanditijs & aſſentationibus in illius conſuetudinem penitus immerſit. Off. 66. b. Malitioſis blanditijs officiorum, non ueritate, ſed ſimulatione quærere hæreditates. de Finib. 55. b. Blanditijs præſentium uoluptatum deliniti atq; corrupti, non prouident. Quin. Fr. 300. a. Elicere aliquem blanditijs ad iudicium. I. V. 161. b. Sermo inquinatiſsimus & blanditiæ flagitioſæ. At. 19. a. Exprimere nummulos ab aliquo blanditijs.

Blandus, a, um. benignus, comis. Att. 186. a. Vnum te puto minus blandum eſſe quàm me. Item: Scis me minimè eſſe blandum, itaq; minus aliquãto dico quàm ſentio. Off. 42. b. Milites blando appellando ſermone delinire. I. A. 213. b. Ne blanda aut ſupplici oratione fallamur. de D. 89 a. Vocare aliquem blanda uoce.

Bœotia, tiæ. regio. pro Flac. 159. b.

Bœotius, a. um. de D. 87. a. Bacchis bœotius.

Bona, orum. commoda, fortunæ, res, poſſeſsiones. pro Sex. R. 21. a. pro Sex. Roſc. 22. a. Hæc bona emuntur HS. duobus millibus nummûm. pro D. 218. a. Imminebat tuus furor omnium fortunis & bonis. pro Cec. 292. a. Ad incertum reuocari, bona, fortunas, poſſeſsionesq; omnium. I. V. 99. a. Patres ſua bona cum filijs partiũtur. Top. 222. a. Mulier, cui uir bonorum ſuorum uſum fructum legauit. Attic. 280. b. Bonis publicatis eandem calamitatem ſubirent liberi.

Bona dea. de Arch. 245. b. Sacra Bonæ deæ, quæ uiri oculis ne imprudentis quidem aſpici fas eſt. pro Mil. 118. a. Sacrarium Bonæ deæ. de Arch. 246. a. & 252. a. Sacrificium Bonæ deæ, quod fiebat pro ſalute populi Rom.

Bona fortuna. dea apud ſiculos. I. V. 201. a.

Bonitas, tis. probitas, integritas, uirtus, fertilitas, ubertas, cum de agris loquimur. )( Malitia. de Am. 101. a. Sed eadem bonitas ad multitudinem pertinet. non eſt enim inhumana uirtus, neq; ſuperba. de Fin. 140. b. Iuſtitiæ adiunctæ ſunt pietas, bonitas, &c. de N. 25. a. Quid eſt melius aut præſtantius bonitate & beneficentia? de Fin. 104. a. Nec iuſtitiæ ullus eſſet nec bonitati locus. de Nat. 37. b. Id non ſine diuina bonitate erga homines fieri arbitrantur. Offic. 24. a. Nonnulli ſiue felicitate quadam, ſiue bonitate naturæ, ſiue parentum diſciplina rectam uitæ ſecuti ſunt uiam. Poſtquam. 209. a. Magnam uim naturæ bonitas habet. contra Rul. 89. b. Socer huius uir multum bonus eſt, neq; ego nũc de illius bonitate diſputo. Or. 212. b. Quare bonitate potius noſtrorum uerborum utamur, quàm ſplendore Græcorum. & 202. a. Ac uocis quidem bonitas optanda eſt. pro S. R. 26. a. Bonitas prædiorum. contra Rul. 74. b. Bonitas agrorum. Ep. 204. a. Eorum fortunas tuæ fidei, iuſtitiæ bonitatiq; commendo? pro Dom. 224. b. An eam cauſam probare non poteram? cuius tanta bonitas eſt, ut ea ipſa ſe per ſe probarit. At. 263. a. Summa bonitas & æquitas cauſæ. At. 141. b. Hoc mihi Cæſar ſua conceſsit

ceſſit bonitate. pro Dom.235.a. Vir ſingulari bonitate & modeſtia præditus. de Off.46.a. Summi cuiusq; bonitas commune perfugium eſt omnium. Off.2.a. Si non interdũ naturæ bonitate uincatur. pro Quin.R.49.b. Scilicet homo liberalis, & diſſolutus, & bonitate affluens. de In.76.b. Petere ſibi præmium laboris alieni aut bonitatis deorũ. Off.67.b. Cum fidem alicuius bonitatemq́; laudant, dignũ eſſe dicunt, qui cũ in tenebris mices. Off.54.b. Officia, quæ & ingenij bonitate, & progreſſione diſcendi multi aſſequuntur. de Or.140.a. Bonitas & moderatio.)(.ſuperbia & libido. de N.77.a. Is uti ſe deorum bonitate uelle dicebat, id eſt, liberalitate.

Bononia, æ. urbs Italiæ. Epiſt.185.b.173.a. Bruti.

Bononienſis, ſe. de Clar.179.b. C. Ruſticellus bononienſis.

Bonum, ni. commodum, commoditas, bona res. de Fin.73.a. Nimium boni eſt, cui nihil eſt mali. Att.283.b. Non tantum in ſtatuenda Lepidi ſtatua factum eſt mali, quantum in euertenda boni. pro Mar.132.b. Quare gaude tuo iſto tam excellenti bono. Ep.82.b. Niſi eo ipſo bono tuo, quo delectatur, ſe uiolatum putaret. de Am.105.b. Virtus ex bonis amici quaſi diffunditur, & incommodis contrahitur. Off.30.a. Magnis illi & diuinis bonis hanc licentiã aſſequebantur. de Clar.176.a. Vt facilè cerneres naturale quoddam ſtirpis bonum degeneraſſe. de Nat.77.b. Si quippiam nacti ſumus fortuiti boni. Top.228.b. Externa commoda: id eſt, bona. de N.77.b. Externæ commoditates: id eſt, bona. de bono præclara multa, in libris de finib.

Bonus, a, um. probus, præſtabilis, ſalutaris, cõmodus, lucule̅tus, honeſtus, frugi, benefrugi, integer, iuſtus.)(.Improbus. de Or.125.a. Probus bene moratus & bonus uir. de Clar.180.b. Vir bonus & innocens. Ep.209.a.b. Bonus planè uir. & At.105.a. Hic planè bonus uir. At.19.b. Coſſinius bonus homo, & non leuis mihi uiſus eſt. Off.13.a. Vir bonus & ſimplicis ueritatis amicus, minimeq́; fallax. de Or.125.b. Illa quæ à Poeta bono dicta eſt flexanima oratio. Quin. Frat.299.a. Poeta bonus & actor induſtrius. cõtra Rul.89.b. Socer huius uir multum bonus eſt. Att.92.a. Primùm quod uidetur eſſe bonus, nemo igitur potior. aliàs, Honos. pro Seſt.23.b. Sani & boni, & beati uiri. & ibi. Off.40.b. Qui integri ſunt & ſani. Iuſtitia ex qua uiri boni appellantur. & pro Quint.12.a. Viri boni complures, &c. Off.39.b. Iuſtus & fidus homo: id eſt, bonus. Off.67.a. Vir bonus innumerabilibus officijs & laudibus continetur, hinc Fimbria non modò Socrates nouerat. & ibi.b. Hunc cum laudant, dignum eſſe dicunt, qui cum in tenebris mices. de Or.102.a. Populum inflammare in improbos, aut incitatum in bonos mitigare. Att.253.b. Domitius bona plana habet dicrota. & ibi. Nauigia luculenta. I.V.208.b. Dicitur habere eum per bona toreumata. de Ar.252.a. Quam deam iſte idcirco bonã dicit, quod in tanto ſibi ſcelere ignouerit. Or.110.a. Bonam ſermonis partem in alium diem diſtulimus: id eſt, magnã. I.A.167.a. Quanquam illud fuit omnibus bono, qui ſeruire nolebant. & ibi. Illud Caſſianum cui bono fuit: id eſt, utile. pro S.R.20.b. Quibus occidi Roſcium bono fuit. Ad Her.7.a. Hoc alijs quoq; bono fuit. I.V.237.b. Quid ais bone cuſtos, defenſorq́; prouinciæ? pro S.R.27.b. Quid mihi ad defendendum dediſti bone accuſator? & 35.b. Quid tu uir optime. At.84.b. Perbono loco res eſt. I.C.109.b. Bona ratio confligit cum perdita. & ibi. Bona ſpes cum omniũ rerum deſperatione confligit. pro Mil.116.a. Spero multa nos in rep. bona eſſe uiſuros. Parad.116.b. Nunquam ego hæc in bonis rebus numeranda duxi. de Clar.182.a. In bonis omnia, quæ ſumma ſunt, iure laudantur. At.305.b. Aequi boniq; facere aliquid.

Bootes, otæ, & Bœotus, ti. de N.47.b. Arctophylax uulgo qui dicitur eſſe Bootes, & ibi. Booti ſubter præcordia fixa uidetur, Stella micans.

Bos, bouis. de N.58.a. Quid de bobus loquar? & ibi. De bobus pulcherrima. de Sen.83.b. Olympiæ per ſtadiũ ingreſſus eſſe Milo dicitur, cum humeris bouem ſuſtineret uiuum.

Boſphorus, ri. pro Mur.132.b. Anguſtum eſt fretum ad Mæotim paludem, cimerius boſphorus dicitur.

Boſphoranus, a, um. pro Pom.5.b. Boſphoranis finitimis ſuis bellum inferre ſimulauit.

Bouilla pugna. At.74.b.

Bouillanus, na.

Bouianus, na. pro Cl.59.a.

Brachatus, a, um. pro Font.280.b. Galli ſagati brachatiq́. & I.P.91.a. O brachatæ cognationis dedecus quemadmodum ueniſti? Ep.134.b. Brachatæ & tranſalpinæ nationes. Bracha, genus ueſtis erat, qua utebantur Galli trãſalpini, unde Brachati, & Gallia Brachata, pro tranſalpina dicta.

Brachium, chij. cubitus. de Or.131.a. Cum exte̅to brachio paululum etiam de geſtu addidit. pro Cæl.39.b. Nobis olim annus erat unus ad cohibendum brachium toga conſtitutus, ut exercitatione ludo' que campeſtri, tunicati uterentur. de Orat.132.a. Excuſauit ueſpa, quod eum brachium fregiſſe diceret. Attic.22.b. Obiurgare aliquem molli brachio. Attic.64.b. Agere aliquid leui brachio. Cõſules qui illud leui brachio egiſſent, rem ad ſenatum detulerunt. Ad Heren.21.a. bis. In contentione per diſtributionem, celeri proiectione brachij uti oportet, &c. Or.202.a. Brachij proiectio in contentionibus, contractio in remiſſis.

Braſſica, cæ. de N.50.a. l. Caulis.

Breui. breuiter, paucis uerbis, propediem, in breui, breui tempore, exiguo tempore, paucis diebus, paucis annis. Att.130.b. Cæſar magnas copias breui habiturus eſt. & ibi. Breui tempore. & 138.a. Ep.184.b. Reſp. breui te̅pore ius ſuum recuperabit. Epiſt.89.a. Nec ullo modo diuulgandum eſt de te iam eſſe perfectum, ſed id erit perbreui. pro Cec.303.a. Id tametſi extra cauſam eſt, percurram tamen breui. de Sen.89.a. Breui expediam. Parad.122.b. Illud breui conficiendum eſt, &c. pro Seſt.23.a. Sed genus uniuerſum breui circunſcribi et definiri poteſt. Item. Hæc ſi quis exiſtimat à me poſſe exponi tam breui, uehementer errat. de Or.100.b. Nunc complectar, quod propoſui breui. de Or.119.b. Quid in utranq; partem mihi in mentem ueniat, explicabo breui. Ep.36.b. Vt tuis literis breui reſponderem. de Or.225.a. Ad ea quæ requiris, breui reſpondebo. Ad Her.32.a. Tranſitio uocatur, quæ cum oſte̅dit breuiter quod dictum ſit, proponit item breui quod cõſequatur.

Breuiloquens, tis. At.114.b. Breuiloquentem iam me tempus ipſum facit.

Breuiloquentia, iæ. de rep. teſte Gellio.

Breuis, ue. paruus, puſillus, contractus, conciſus, anguſtus, exiguus, præciſus.)(.Longus, productus, procerus. de Am.115.b. Omnia breuia tolerabilia eſſe debent, etiam ſi magna. de Or.138.b. Breuis eſt L. Craſſi oratio. pro Seſt.5.a. Longum eſt dicere, ſed hoc breue dicam, ſi M. Petrei uirtus, &c. In Sal.272.b. Iam dabo operam, quàm maximè po-



mè potero ut breuè id faciam. de Orat.161.a. Aliquid contractione breuius fieri, aut productione longius. pro Ar.191.a. In hoc tam exiguo uitæ curriculo & tam breui. de In.84.b. Ac multos imitatio decipit breuitatis, ut cum ſe breues putent eſſe, longiſſimi ſint. de Cl.179.a. Ambitus uerborum contractus & breuis. Or.212.a. Inclytus dicimus breui prima litera, inſanus producta. de Or.160.a. Syllaba breuis.)(.Longa, producta. de Or.96.b. Quædã breuia, ſed magna cum exercitatione præcepta guſtarem. Oct.336.b. O miſeram & in breui tam celerem, & tam uariam reip. commutationem.

Breuitas, tis. anguſtia, contractio. de Or.138.b. Breuitas appellanda eſt, cum uerbum nullum redundat, uel cum tantum uerborum eſt, quantũ neceſſe eſt. de In.48.b. Multos imitatio decipit breuitatis, ut cum ſe breues putent eſſe, longiſſimi ſint. de Leg.192.a. Breuitas non modò ſenatoris, ſed etiam oratoris magna laus eſt in ſententia. Orat.216.a. Contractio & breuitas dignitatem non habet. de Or.161.b. Diſtinctè conciſa breuitas. At.5.b. Breuitate te̅poris tam pauca cogor ſcribere. de Cl.169.a. Breuitas autem laus eſt in aliqua parte dicendi, in uniuerſa eloquentia laudem non habet. Or.213.b. Iudicium longitudinum & breuitatum in ſonis. & 215.b. Breuitate & celeritate ſyllabarum uerba procliuius labuntur. de Clar.170.b. Cõciſæ ſententiæ, & non ſatis apertæ, cùm breuitate, tum nimio acumine. Orat.217.b. Breuitas pedum.)(.Proceritas pedum. de Leg.173.a. Eum igitur morem cum breuitate, ſi potero, conſequar. Or.218.b. Breuitas ambitus.)(.Longitudo ambitus. At.15.b. Breuitas diei. & de Or.146.b. Anguſtiæ temporis.

Breuiter. exiguè, leuiter, ſtrictim, breui, cum breuitate, ἐν ἐπιτομῇ, paucis uerbis.)(.Productè, plurib. uerbis. de Or.93.b. Non grauabor breuiter meo more, quid quaque de re ſentiam, dicere. Ad Her.2.a. Si ſummam cauſæ breuiter exponemus. Or.201.b. Breuiter ſummatimq́; deſcribere aliquid. Ad Her.62.a. Breuiter & abſolutè complecti aliquid. Ep.36.b. Quod ego ad te breuius ſcribo. de D.95.a. Expoſui quàm breuiſſimè potui oracula, &c. de N.26.a. Agam quàm breuiſſimè potero. pro Cec.288.a. Vt in pauca conferam. pro Cæl.40.b. Vide quàm pauca reſpondeam. pro Cl.43.a. Hæc pluribus uerbis dicerem, quæ nunc paucis percurrit oratio mea.

Britannia, niæ. Anglia, Albion, regio nota. Quint. Frat.317.a. O iucundas mihi tuas de Britannia literas. de N.43.b.

Britannicus, a, um. Epiſtol.99.b. Ego ueſtras Britannicas literas expecto. de Nat.64.b. Aeſtus maritimi britannici.

Bromius, mij. Bacchus. l. Bacchus, & Liber.

Bruma, mæ. brumale te̅pus, brumalis dies, hyems.)(.Aeſtas, ſolſtitium. de Nat.30.a. Solis acceſſum diſceſſumq́; brumis ſolſtitijsq́; fieri. de D.115.a. Muſculorum iecuſcula bruma dicuntur augeri, & puleium aridum floreſcere ipſo brumali die.

Brumalis, le.)(.Solſtitialis. de Vn.200.a. Aſtra per cœlum penetrantia, ſolſtitiali ſe & brumali reuocatione conuertunt. de N.66.b. Solſtitialis orbis, itemq́; brumalis. de Or.159.b. Sol accedens ad brumale ſignum. de Fat.140.b. Vt in brumali die nati. In Arat. Sol Brumali flecte̅s contorquet tempore currum.

Brundiſium, ſij. urbs. At.41.a.

Brundiſinus, na. ſæpe.

Brutij, orum. Italiæ regio. pro Cec.295.a.

Brutinus, a, um. Attic.282.b. Conſilia Brutina: id eſt, Bruti.

Brutus, a, um. Ad Her.13.a. Fortuna bruta, Pacuuij et Hor. terram brutam dixit.

Brutus, ti. Tuſc.209.a. L. Brutus patriam liberauit, præclarus author nobilitatis tuæ.

Bubulcus, ci. boum cuſtos. de D.92.a. Hoc ſomnio cõmotus manè bubulco præſtò ad portam fuit. & 19.a.

Bucca, cæ. os ipſum, & interior malarum pars concaua. Poſtquam.206.b. Conſul proceſſit grauibus oculis, fluentibus buccis. & I.P.84.b. Fluentes pulſatæq́; buccæ. de Or.133.b. Gallus pictus ſub nodis diſtortus, eiecta lingua, buccis fluentibus. Att.108.a. Tu ad me crebrò ſcribe, uel quod in buccam uenerit. At.7.a. & 225.a. Si nullam rem habebis, quod in buccam uenerit, ſcribito. At.186.a. Cum coràm ſumus & garrimus quicquid in buccam uenit. At.154.a. Quicquid uenerit in mentem ſcribas.

Buccina, næ. tuba belli. pro Mur.128.b. Te Gallorum, illum buccinarum cantus exuſcitat. I.V.222.b. Signũ buccina datur.

Buccinator, oris. præco. tubicen. Epiſt.264.b. Quod polliceris te fore buccinatorem exiſtimationis meæ, firmo id animo facias licet. Cic. filij.

Buccula, læ. I.V.131.b. Mironis buccula ex ære. & de D.90.b. Buccula ex auro: id eſt, uitula, ſeu iuuenca.

Buleuteriũ, rij. locus ſyracuſis ubi erat curia. I.V.119.a.

Bullienſes. populus eſt. I.P.100.b.

Bulliones. idem pop.221.b.

Bulla, læ. I.V.107.a. Bulla in toga prætexta erat ornamentum pueritiæ, indicium atq; inſigne fortunæ. I.V.229.a. Verres bullas omnes aureas ex ualuis non dubitauit auferre.

Buſtuarius, a, um. I.P.83.b. Cum illo buſtuario gladiatore decertandum fuiſſet.

Buſtum, ſti. locus, ubi aliquis combuſtus eſt, ſepulchrũ. Tuſ.248.a. Qui incidi iuſſit in buſto, hæc habui, quæ edi. de Leg.183.a. Pœna eſt, ſi quis buſtum (nam id puto appellari tymbon) aut monumentum uiolarit. I.A.153.b. Cum ijdem buſtum in foro facerent, qui illam inſepultam ſepulturam effecerant. I.P.82.b. Quorum ego furori niſi reſtitiſſem, in Catilinæ buſto mactatus eſſem. I.P.81.b. Cũ templum illud fuit te conſule buſtum legum omnium. pro D.240.a. Vt in uiri etiam ſpirantis caput buſtum ſuis manibus imponeret. pro Dom.235.b. Signum de buſto meretricis ablatum iſti dedit. I.P.81.a. Cum tu interim buſtum reip. &c. At.107.a. L. Quintius ad buſtum Baſilij uulneratus & deſpoliatus eſt.

Buthrotum. oppidum. At.26.a.

Buthrotus, ta. At.59.a. Ep.257.a.

Buthrotus, a. At.226.a. Item.230.b.

Byzantium, tij. urbs. pro Dom.223.b.

Byzantius, a, um. Or.200.b. Theodorus Byzantius. de Pro.70.a. Vrbem Byzantiorum uobis atq; hinc imperio, fideliſſimam.

## C A

CAchinnatio, onis. ſolutior riſus. Tuſ.224.a. Si ridere conceſſum eſt, uituperetur cachinnatio. & Ad Her.20.b.

Cachinnor, aris. ſolutius ridere. I.V.161.a. Ridere conuiuæ, cachinnari ipſe Apronius.

Cachinnus

Cachinnus,ni.riſus ſolutior.de Fat.142.a. In quo Alcibiades cachinnum dicitur ſuſtuliſſe.de Cl. 184.a. Curio in agendo cachinnos irridentium commouebat.

Cadauer,ris.mortuum corpus. pro Mil.108.a.Cadauer P. Clodij ſemiuſtulatum.Tuſ.247.a.Aqua turbida & cadaueribus inquinata.Ep . 50.a. Sulpitij cũ uno loco tot oppidorum cadauera proiecta iaceant. I.P. 83.a.Ab hoc eiecto cadauere quicquam mihi opis expectabam?& 97.a.Abiectum hoc cadauer,&c.

Cado,dis.concido,labor,delabor,decido,corruo,præcipito,accidit,euenit.Off.16.a.De manibus audaciſſimorum ciuium delapſa arma ceciderunt.Or.205.b.Si quando minus ſuccedet,magnum tamen periculum non adibit, altè enim cadere non poteſt.Or.205.b.Isq; in lubrico minimè uerſabitur,& ſi ſemel conſtiterit,nunquam cadet. Off.15.a.Quia ſi quid aduerſi eueniat , tam grauiter cadere non poſſunt.pro Mur. 138.b. Noluerunt illi ita quenquam cadere in iudicio,ut nimijs aduerſarij uiribus abiectus uideretur.pro Dom.240.a.Sed tibi tum oculi , uultus,uerba cecidiſſent.de Ar.253.a.Vt ſi tãta ciuitas cadat, quod dij omen obruant.Or.216.a.Verba melius in ſyllabas longiores cadunt.& 219.b.Et in ſpondeos cadit. Or. 202.a.Articulus ad numerum cadens.de Arch.258.a.Autoritas principum cecidit.Off.42.a. Tua laus pariter cũ rep.cecidit.Ep.78.b.Non debemus ita cadere animis,quaſi,&c.At.119.a.Cadendum eſt in unius poteſtatem. Or. 215.a.Pedes,qui maximè cadunt in orationem.& 197.a. Quæ ſub oculos nõ cadunt. I.V.276.b.Sub populi Rom. imperium ditionemq; ceciderunt.de Off.68.a.Cadit ergo in bonum uirum,mentiri emolumenti ſui cauſa? pro Syl. 181.a.Non cadit in hanc uitam iſta ſuſpicio. de Ar.252.a. Multi ſunt in quos huius maleficij ſuſpicio cadat.Or.205 b.In idem genus orationis uerborum cadunt lumina omnia.& 200.a.Neq; in unam formam cadunt omnia. de Or.109.a.Quæcunq; in diſceptationem cadere poſſunt. Off.2.a.Id quod in deliberationem cadit.Off.55.b.Tam id honeſtum,quod in noſtram intelligentiam cadit,conſeruãdum eſt nobis,quàm id quod,&c.de Ar.256.a. Habẽt Heruſci certa nomina, quæ in id genus ciuium cadere poſſunt.& 257.a.In eum cadit hoc uerbum maximè qui,etc. pro Cæl.52.b.Nihil eſt,quod in eiuſmodi mulierem nõ cadere uideatur.de D.87.b.Sortes eductæ in rem aptè cadere poſſunt diuinitus.Ep.30 . a. Verebar ne id ita caderet, quod nunc etiam uereor.de Leg.176.b.Augurum reſponſis multis multa incredibiliter uera cecidiſſe. At.40.a.Nihil mihi optatius cadere potuit.At.52.a. Hæc res quemadmodum ceciderit,ſcire uelim.At.41.b.Sanè ita cadebat ut uellem.de Or.110.a.Sed hoc cecidit mihi peropportunè. Ep.122.b.Quod melius caderet,non uidi.I.V.67.a.Verũ hoc adhuc percommodè cadit.Ep.74.a.Aliter cecidit res ac putabam.& 88.b.Aliter cecidit res atq; opinabar. Q. Fr.303.a.À te mihi omnia ſemper honeſta & iucunda ceciderunt,à me tibi luctus,mœror,&c. At. 216.a.Horum ego uix attigi penulam,remanſerunt tamen, cecidit bellè. Quin.At ſi reſtitero,fecero quod in Cinnæ dominatione. At.120.b. Mutius quoquo modo ea res huic quidem cecidit.pro Quint.9.a.Nil tibi iure incõmodi cadere poteſt. pro Mil.117.b.Si minus fortiſſimi uiri uirtus ciuibus grata cecidiſſet. Ep.241.a. Quid caſurum ſit incertum eſt. At.15.b.Verebar quorſum id caſurum eſſet.de Clar.177. b.Sed ita cadebat ut alter, &c. id eſt,eueniebat. de Orat. 93.a.Inſperanti mihi ſed ualde optanti,cecidit, ut, &c.id eſt,euenit. de Leg. 181.a.Ne in offenſionem Athenienſiũ caderẽt.de Or.160.a.Quib.hi tres heroipedes in principia continuandorum uerborum ſatis decorè cadunt. de In.52.a.Signum eſt,quod ſub ſenſum aliquem cadit. & ibidem.Res,quæ ſub eandem rationem cadunt. Or. 203. a.Quicquid eſt,quod ſub aurium menſuram aliquam cadit.de Nat.6.b.Quod ne in cogitationem quidem cadit. de Fin.103.a.Hæc ſub iudicium ſapientis cadunt.

Caduceum,cei.Mercurij uirga & ſceptrum,qua bella dirimuntur.de Or.102.a.Eum quærimus,qui non tam caduceo quàm nomine oratoris ornatus,incolumis poſſit inter hoſtium tela uerſari.

Caducus,a,um.fragilis,mobilis,mortalis,falſus,incertus.de Som.128.b.Infra lunam nihil eſt niſi mortale & caducum.de Or.206.a.de Sen.88.a.Vitis,quæ natura caduca eſt,niſi fulta ſit ad terram fertur.pro Dom. 143.a.Caduca ſemper & mobilia hæc eſſe duxi. I.A.193. b.Omnia alia falſa incerta ſunt,caduca, mobilia, uirtus eſt una altiſſimis defixa radicibus,&c. de Am.111.a.Res humanæ fragiles,caducæq; ſunt.I.A.226.b.Hæreditates caducæ.de N. deor.21.a.Corpus caducum & infirmum. de Leg.160.b. Corpus fragile & caducum.& de Fin.82.b.Quod fragile & caducum ſit.de Or.153.a.Poſſeſſio quaſi caduca & uacua.de Am.99.b.Illa autem caduca & incerta.Quaſi uietum & caducum.l.Vietum. de Off.48.b.Ficta omnia celeriter tanquam floſculi decidunt.

Cæcatus,a,um.obcæcatus,lumine priuatus.de Cl.189. a.Rabida & celeritate cæcata oratio. Tuſ.163.b.Aliquis cæcatus uicijs.

Cæcilius.pro S.R.25.b.

Cæcilianus,na.Tuſ.202.b.

Cæcitas,tis.priuatio ſenſus oculorum. Tuſ.250.a.Aſclepiadem ferunt, cum quidem quæreret, quid ei cæcitas attuliſſet,reſpondiſſe , ut puero uno eſſet comitatior. & 249.b.Horribilis iſta cæcitas,&c. pro Dom.234.b.Pœna omnis oculorum ad cæcitatem mentis eſt conuerſa. de Ar.252.b.An tibi luminis obeſſet cæcitas pluſquam libidinis.pro Dom.239.a.In furore animi & cæcitate: id eſt,furore & amentia.

Cæco,as.excæco,cæcũ facio uel efficio, perdo oculos, oculis priuo.Tuſ.239.a. Animi acies cæcatur erroribus.I. A.193.a.Sed ſpes rapiendi cæcat animos eorum. pro D. 225.a. Non enim te arbitror ſupellectilis meæ cupiditate eſſe cæcatum.de Fin.145.a.Democritus oculis ſe priuaſſe dicitur.pro Seſt.27.a. Qui largitione cæcarunt mẽtes imperitorum.

Cæcus,a,um. oculis captus,amens,furens.de Am.106 b.Non ſolum ipſa fortuna cæca eſt, ſed eos etiam plerunq; efficit cæcos quos complexa eſt.I.A.248.a. Quis hoc non uidet? quod fortuna,quæ dicitur cæca,uidit? pro D.234.b. Quem unquam audiſti tuorum cum ſacrificiũ Bonæ deæ fieret,interfuiſſe? neminem,ne illum quidem qui cæcus factus eſt.de Fin.121.a.Catuli qui iam deſpecturi ſunt , cæci æque ut hi,qui modò nati. pro Plan.260.b.Sed ego cæcũ me & præcipitem ferri confitear in cauſa,ſi,&c. I.P.92. a.Cupiditate cæca rapi.pro Cl.59.b.Mater,quam cæcam crudelitate & ſcelere ferri uidetis. pro Quint.15.a.Aliquem cæcum cupiditate atq; auaritia eſſe.de Inuen.42.a. Cæca & temeraria cupiditas. pro S. R.35.a.Ipſos cæcos reddit cupiditas & auaritia . pro Seſt.6.b.Ille cæcus atq; amens furore.& de Ar.255.a.Cæcus amentia. cõtra Rul. 73.a.Cur hoc tam eſt obſcurum atq; cæcum? de Or.141.a. Res cæcæ & ab aſpectus iudicio remotæ. pro Mil. 111.a. Cæca nox.





Cædes,dis. occiſio.Ep.58.a.Bellũ ex altera parte cædẽ oſtentat,ex altera ſeruitutem.Ep. 184.a. Cædem gladiator quærit.pro S.R.31.a. Qui in cæde atq; ex cæde uiuũt. pro Mil.118.b.Clodius multorum priuatorum cædes effecit.& 103.b.Cædẽ,qua P. Clodius occiſus eſſet,contra rem pub.eſſe factam. pro S.R.20.b. Cædes indigniſſimæ maximæq; facta ſunt.de Cl.172.a.Cum in ſylua ſua facta cædes eſſet &c. pro Cec.293.a.Tu uim negabis eſſe factam, ſi cædes & occiſio facta non erit? Ante .195.b.Neq; patiar ut cædes ciuium inter ſe fiat. pro Syl. 180.b. Facere cædem uicinorum. de Pro.75.a. Conducere aliquem ad cædem faciendam . pro Plan.278.a. À ſeruis cædem fieri ſenatus,Reip.exitioſum fuiſſet.At.246.b. Mihi res ſpectare ad cædem uidetur.

Cædo,dis,cecìdi,cæſum. tundo uerbero, occido. I.A. 213.b.Cum enim ſerui publici loris ceciderunt. & 252.a. Quos Antonius in conuiuio loris cædi iubebat . Antequã. 195.b.Serui ad ſupplicium cæſi uerberibus trahũtur. I.V. 264.b.Cædere aliquem uirgis.& de D.92.a. I.V.90.a. Cædere ianuam ſaxis. de D. 126.a . Cædere ſilicem. I. V. 106.a. Lapis aliquis cædendus & aſportandus fuit. I. A. 189.b.Antonius cædit greges armentorũ. At.79.a. Hic ad III.Id.Octob. magnum hoſtium numerum cæcidimus. pro Mil.104.a.Ille dies,in quo T.Gracchus eſt cæſus. de D.126.b.Qui robur illud cæcìdit,dolauit,inſcripſit.de D. 115.a.Arbores ſimul cum luna ſeneſcentes tempeſtiuè cædi,quia tum exſiccatæ ſint.de Leg.158.a. Roſcius in ſenectute numeros in cantu ceciderat.

Cælo,as.occulto,obſcurè fero.)(.Indico. I.V. 249.a. Quamobrem ita iſte pyrata cælatus eſt? de N.16.a.Nec tu me cælas,ut Pythagoras ſolebat alienos. Ep.61.a . Exiſtimare debes te maximis de rebus à fratre eſſe cælatum. Ep. 105.b.Baſſus noſter me de hoc libro cælauit.pro Cl. 57.b. Non eſt profectò de ueneno illo cælata mater. At.167.b. Iam cælandum magis de noſtro conſilio,quem ad diem uideretur.Or.219.b.O uirum ſimplicem, qui nos nihil cælat. Acad.15.b.Vnum tamen illud non cælant.contra Rul. 68 . a. Cum familiariter me in eorũ ſermonẽ inſinuarẽ ac darẽ,cælabar,excludebar. Q.Fr. 317.b. Sed heus tu cælari uideor à te.pro Syl.174.b.Credo iudices cælatum eſſe Caſſium de Sylla uno. Acad.15.b. Aut cur cælatis quaſi turpe aliquid ſententiã ueſtram? At.239.a.Saufeium pete, cælemus,ego nunquam indicabo.Q.Fr.326.a.Sed tamẽ indicabo tibi,quod in primis te cælatũ uolebã. Off.59.a.In omni deliberatione,& cælandi & occultandi ſpes remouẽda eſt. Acad.39.a.Nec tamẽ iſtum ceſſare, ſed cælare quæ ſcribat exiſtimo.Off.59.b.Si omnes deos homineſq; cælare poſſimus,nihil tamẽ iniuſtè faciendũ eſt.pro Deiot . 147.a.Si te palàm interemiſſet,deos quidem nunquam cælare potuiſſet,homines uerò fortaſſe cælaſſet.

Cæmentum,ti.lapides rudes & fracti. pro Mil . 115.b. Repentè lintribus in eam inſulam,materiam, calcẽ & cæmenta conuexit.Q.Fr.328.b.Quid ſi cæmentum non haberem,deturbem ædificium? de D.129.a.Num hæc in latere aut in cæmento ex quibus effecta eſt,ualere potuit. pro Dom.225.b.Nec illi cæmenti ac tegulis meorum tectorum ſe famem ſuam expleturos putauerunt.

Cæpto,as.incipio.de Fin.130.a.

Cæruleus,lea.color cœli,cærulus,cumatilis. de N.17. b.Oculos cæruleos eſſe Neptuni.

Cærulus,a,um.de D.89.a.Ad cœli cærula templa. & In Arat.Cærula aſtra.

Cærula.id eſt,maria.de Fin.136.b.poetæ.

Cæſar,ris.de Cla.188.a.De Cæſare ita iudico,illũ omnium ferè oratorũ latinè loqui elegantiſſimè. & ibi. Cæſar de ratione latinè loquendi accuratiſſimè ſcripſit ad Ciceronem. At.124.a.Sed hoc τέρας horribili uigilantia,celeritate,diligentia eſt plenum.id eſt,Cæſar. de D.113.a. Cæſar in Curia Pompeiana occiſus eſt.Tuſ.239.a.C. Cæſar à Cinna interfectus,&c.& L.Cæſar eodem tempore.

Cæſarianus,a,um.At.258.a.Cæſariana celeritas.

Cæſena.urbs. *

Cæſim.inciſim.Or.219.a. Membratim adhuc , deinde cæſim diximus,&c.

Cæſius,a.um.cæruleus,glaucus color, quales ſunt feliũ oculi.de N.17.b.Cæſios oculos Mineruæ. ad Her. 39 . b. Hominem cæſium.

Cæſtus , ſtus. Tuſcul. 183.b. Pugiles cæſtibus contuſi ne ingemiſcunt quidem. Genus eſt clauæ ex corio & plumbo.

Cæſus,a,um.I.A.258.b.Exercitũ hoſtiũ cæſum fuſumq; cognoui.At.277.a.Hoſtes cæſos fugatoſq; eſſe. pro Clu 58.b.Hoſtiæ cæſæ.At.77.b.Ne quid inter cæſa & porrecta,ut aiunt,oneris mihi addatur.

Cætera,um.reliquus,alius. Q. de Pet.107.a.Sed hoc nomẽ amicorũ in petitione latius patet,quàm in cætera uita. At. Cætera in re. At.90.b.Iam cætera iuriſdictio,nec imperita,nec demẽs,cum admirabili facilitate. cõtra Rul. 63.a.Tu Rulle,miſſos enim facio cæteros. I.V.209.b. Q. Calidius eques Rom.cum cæteris Siculis. de In.62.a.Is & cæteras tabulas complures pinxit,& Helenæ ſe pingere ſimulachrum uelle dixit.de In.73.b.Et id ſignis confirmandum huiuſmodi,ex cætera diligentia,ex antè factis,&c. I. V.211.a.Argentum illi cæterum purum appoſuerat. de In.53.a.Si ueſtes & cæterum ornamentum habeat. Epiſt. 49.a.Cæteri & cætera eiuſmodi ſunt,ut,&c. de Fin.64. b.Apud cæteros autem philoſophos, qui quæſiuit aliquid tacet.de Fin. 54.a.De cætero uellem equidem aut ipſe doctrinis eſſet inſtructior, aut ne deterruiſſet alios à ſtudijs. de In.51.a.Moleſtia,amor,& cætera,quæ in ſimili genere uerſantur.cõtra Rul.73.b.Sed attendite animos ad ea quæ ſequuntur , hunc quaſi gradum quendam atq; aditum ad cætera iactum intelligetis. de Or.121.b. Si mihi filius gignitur,iſq; prius moritur,& cætera. & 132.b. Agas aſellum,& cætera. Top.223.a.Et cætera.At.34.a.Itemq; cætera.Or.20.a.Et quæ ſequuntur:id eſt, & cætera. Off.2. b.Et quæ ſunt generis eiuſdem.& 3.a. Vt alia eiuſdem generis.Et Top.224.b.Et cætera generis eiuſdem.Off.12.b. Et ſi quid eiuſmodi.Tuſcul.214.b.Et ſi qua ſunt ſimilia.de Fin.140.b.Benignitas,comitas, quæq; ſunt generis eiuſdem. At.231.a.O loca cætera, quàm ualde expetenda , interpellantium autem multitudine penè fugienda:id eſt, in cæteris rebus.Q.Fr.315.a.Ego me in Cumano & Pompeiano,præterquam quod ſine te,cæterum ſatis commode oblectabar:id eſt,in cæteris rebus.

Cæteroquin, uel cæteroqui.alioquin.Or.204.b.Illam autem concinnitatem adhibet quidem hic ſubtilis,quem niſi quod ſolum, cæteroquin rectè quidam uocant Atticum. de N.13.b.Sed Simonidem arbitror:non enim poeta ſolum ſuauis, uerùm etiam cæteroqui doctus,ſapienſq; traditur. Ep.92.b.At.186.a.

Cæterũ.ſed. At.230.a.Cæterùm quis non? id eſt,impetrabit.At.285.b.Cæterũ nequicquã perijt ille,&c.Ep.92 b.Cæterũ is mihi quidem locus non diſplicet.

Caicus.fluuius . pro Flac.161.a.Longè eſt à Tiberi ad Caicum.

Caieta,tæ.urbs à nutrice Aeneæ ſic dicta.pro Pom.10.a.Portus Caietæ celeberrimus & pleniſſimus nauium.

Caiuiæ.pro Mur.130.a.Vt quia in alicuius libris exēpli cauſa id nomen inuenerant,putarunt omnes mulieres, quæ coemptionem facerent Caias uocari.

Calamiſter,ſtri. Arcus quædam, qua calfacta capilli intorquentur,& ornatus accerſitus. Or.204.a. Remouebitur omnis ornatus,quaſi margaritarū, ne calamiſtri quidem adhibebuntur. Poſtquam.207.b.Frons calamiſtri notata ueſtigijs. De Cla.189.a.Cæſar ineptis fortaſſe gratum fecit,qui uolunt illa calamiſtris inurere.

Calamiſtratus,a,um. calamiſtris inuſtus. pro Seſt.6.b. Calamiſtrata coma. & Poſtquam.207.a. Calamiſtratus ſaltator.

Calamitas,tis.miſeria,erumna, pernicies, aduerſa uel incōmoda fortuna,incōmodæ res,offenſio. pro Pom.6.b. Hæc uobis prouincia non modò à calamitate, ſed etiam à metu calamitatis eſt defendenda. At.277.a. Nemo maiorē calamitatem morte Panſæ accepit. I.A.212.b. Reſp. nullā calamitatem accipere poteſt ſine culpa ſenatus. At.42.a. Proparauit,ne quid abſens acciperet calamitatis.pro Pō.12.b. Accepta in Ponto calamitate ex eo prælio, hoſtium opes animiq; creuerunt. I.C.99.b. Quanquam uidebam perniciem meam cum magna calamitate reip. eſſe coniunctam.de D.86.b.Ob eam cauſam pop.Rom.maximam calamitatem cepit.

Calamitoſus,a,um.erumnoſus,calamitate affectus.Octa.329.b.Quæ non inſequens hora antecedente calamitoſior pop.Rom.illuxit? Tuſ.217.b. Miſeri,afflicti,erumnoſi,calamitoſi. Ep.132.b. Aliquis magis fortuna quàm culpa calamitoſus. At.118.a.Flagitioſa & calamitoſa fuga. de Or.130.b.Calamitoſus homo.I.V.96.a. Calamitoſa tempeſtas.de Fin.137.b.Calamitoſum ocium.Ep.93.a. Calamitoſiſſimum bellum.

Calamus, mi. frutex aquaticus ad ſcribendum aptus. At.96.b.Cum inſtituiſſem ad te ſcribere,calamumq; ſumpſiſſem,&c. Q.Fr.316.a.Calamo & atramento temperato,charta etiam dentata res agetur.

Calantica,cæ.tegmen capitis muliebre. Cic.in Clodium apud Nonium: Tunc cum metiretur pedes fuſci cum calanticam capiti accommodares,&c.

Calatia,æ.oppid.At.257.a.

Calata,tæ.idem.I.T.169.b.pro Seſt.19.a.

diebamus. At.130.b.Caſtra propter anni tempus & militum animos facere non poſſum. I. A.245.a. Cn. Pompeius cum P. Vectio inter bina caſtra collocutus eſt. Ep. 245.a. His rebus ita geſtis caſtra in radicibus Amani habuimus apud aras Alexandri quatriduum. At.150.b. Nos ad portas caſtra habemus. & 127.a. Cum Cæſar ad oppidum caſtra haberet. & 131.a. Cæſar apud Corfinium caſtra poſuit. de In.78.a. Hoſtes prope muros caſtra habent. Attic. 150.a. Ad murum caſtra poſui. de D.96.b. Cum Aretium uerſus caſtra mouiſſet. I. A. 233. a. Saxa caſtrorum antea metator, nunc, ut ſperat, urbis. Epiſt.240.b. Pacorus Euphratem tranſiuit, & caſtra poſuit Tybæ. & 241.b. Caſtraq; ad Cybiſtra, quod oppidum eſt ad montem Tauru͂, locaui. & 166.b. Itaq; continuis itineribus ad forum Vocontium ueni, & ultra caſtra ad flumen argenteum contra Antonianos feci. & 244.a. Caſtra in Lycaonia apud Iconium feci. & 138.b. In Epicuri nos aduerſarij noſtri caſtra coniecimus.

Caſtrenſis, ſe. militaris. pro Cæl.29.b. Eadem erat caſtrenſis ratio & militaris. I. C.114.b. Niſi eum ex domeſticis inſidijs in caſtrenſe latrocinium compuliſſem.

Caſtro, as. execo, uirilia amputo, caſtratus, exectus. de Orat. 157. b. Nolo morte dici Africani caſtratam eſſe rempub. Ennij.

Caſtulonenſis. ſaltus. Ep.163.

Caſtus, a, um. purus, integer, incorruptus. Att.173.b. Pompeius uir integer, caſtus, & grauis. & ad Her.7.a. de D.105.b. Caſtus animus & purus. Ad Her.29.a. Corpus caſtum, animus corruptus. pro Font. 280.b. Mens caſta & integra. de In.66.b. Integer & caſtiſſimus uir. I.A. 186.a. Adoleſcens caſtus & modeſtus. de In. 76. b. Præmia uirtutis ſancta & caſta eſſe oportet. de Ar.250.a. Fœmina, quæ matronarum caſtiſſima putabatur. & ibidem. Qui caſtiſſimos ludos omni flagitio pollueres. pro Cæl. 39.a. M. Craſſi caſtiſſima domus. pro Rab.92.b. Qui caſtam concionem, ſanctum campum, inuiolatu͂ corpus, omnium ciuium Rom. integrum ius libertatis ſeruari oportere defendo. de Leg. 179. a. Ebur haud ſatis caſtum donum Deo. I. A.247.b. Res familiaris cùm ampla tum caſta à cruore ciuili. Tuſ.263.b. Qui ſe integros caſtoſq; ſeruauiſſent, his, &c. pro Quin. R.48.a. Periuru͂ caſtus fraudaſſe dicitur.

Caſus, ſus. ruina, fortuna, euentus, ſors, fors. pro Cæl. 46.a. Via lubrica, qua inſiſtere aut ingredi ſine caſu aliquo aut prolapſione uix poſſis. de D. 89.b. Deinde eius germanum cornibus connicier in me arietare, eoq; ictu me ad caſum dari. de D.111.b. Quomodo ergo id quod fit cæco caſu & uolubilitate fortunæ præſentiri poteſt? de D. 118.b. Caſus poteſt imitari ueritatem. & 85.a. Nunquam perfectè ueritatem caſus imitatur. & 132.a. Caſum prælij omnes timebamus. pro Cluen.33. a. Atq; etiam caſu tum Stalenus ipſe non aderat. de Fat.140.a. Id in hac diſputatione de fato caſus quidã ne facerẽ impediuit. pro Seſt. 15.a. Cum meu͂ illu͂ caſum tam horribilẽ, tam grauẽ, tam repentinu͂ non ſolùm homines, ſed tecta urbis ac templa lugerent. de Or.126.b. Grauis & miſerabilis caſus alicuius. Ep.51.a. Vellẽ ut ſcribis in meo grauiſſimo caſu affuiſſes. pro Dom.230.a. At uide quid interſit inter illum iniquiſſimu͂ patris tui caſum, & hanc fortunã conditionemq; noſtrã. de Or.140.b. Ferre ſapienter caſus aduerſos. & 128.a. Caſus humanaru͂ miſeriaru͂ uarij ſunt. pro Pom.15.a. Maiores noſtri ſemper ad nouos caſus temporum nouorum conſiliorum rationes accommodabant.



Qu.Fr.305.b. Si releuare potes cõmunem caſum. de Cl. 191.a. Ita grauiſſimo ſuo caſu dum Alexandri ſimilis eſſe uoluit, L. Craſſi & multoru͂ Craſſorum inuentus eſt diſſimillimus. I.A.209.a. Fuit aliquis fatalis caſus, ut ita dicã, quem tulimus, &c. nunc ſi quis erit, erit uoluntarius. Ep. 56.b. Aliorum opibus caſus meos ſuſtentabam. de Or.85. a. Quam ſpem cùm graues cõmunium temporu͂, tum uarij noſtri caſus fefellerunt. de N.19..a. Illud quæro, quæ fuerit tanta fortuna, quis tãtus caſus, ut, &c. pro S.R.35. a. Ille miſer ignarus caſus ſui, &c. Antequam.194.a. In noſtro euentu aliorum reminiſcentes caſus. pro Syl.178. b. Eum tamen in hoc caſu, quo afflictus iacet, conſeruare cupiunt. pro Syl. 167.a. Sed quoniam ita tulit caſus infeſtius, ut, &c. Ad Her. Hæc res magnum caſum habet. Off. 36.b. Hæc igitur fortuna cæteros caſus rariores habet. de Sen. 91.a. Aetas illa multo plures quàm noſtra mortis caſus habet. Ep.156.b. Si caſus inciderit, pro uobis mori paratus ſum. At.248.b. Caſus conſilium noſtri itineris iudicabit. I. C. 117.a. Vt ea uirtute, non caſu geſta eſſe uideantur. pro Syl.183.b. Aliquid caſu magis & felicitate ab aliquo, quàm uirtute & conſilio geſtum eſſe. pro Seſt.5.a. Communis Mars belliq; caſus eſt incertus. pro Flac.152.b. Caſus eſt enim in capiendo locus, euentus, occaſio. de D. 173.b. Niſi iſta caſu nonnunquam fortè temerè concurrerent. Ep. 61.a. Quis eſſet, qui me in conſulatu non caſu potius exiſtimaret, quàm conſilio fortem fuiſſe. & 21.a.b. Iudicio enim tuo, non caſu in ipſum diſcrimen rerum contuliſti tribunatum tuum. & 207.a. Et caſu permulti ſunt in ea ſocietate ualde mihi familiares. de N.27.a. Idq; euenit non temerè, nec caſu, ſed quod, &c. de D. 112.a. Quid eſt tandem quod caſu fieri fortuna putemus. de D. 112. b. Ne in deum quidem cadere uidetur, ut ſciat quid caſu, & fortuitu futurum ſit. Off.43. a. Habere aliquid aliquo caſu atq; fortuna. pro Plan.266.b. Si ſortis nullum crimen eſt in caſu. At.179.a. Is meliore in caſu eſt, quòd iam receptus, &c. Or.212.a. Abſurdum erat, aut tantum barbaris caſibus græcam literam adhibere, aut recto caſu ſolu͂ græcè loqui. & ibi.b. Verba quæ habent caſus in exitu ſimiles. Ad Her.30.b. Verba quæ ſimiliter iiſdem caſibus efferuntur. de N.38.a. Iupiter quaſi iuuans pater, quem cõuerſis caſibus appellamus à iuuando Iouem. de Or.141.b. Verba immutata caſibus. Ep.147.b. Sed cum in eu͂ caſum me fortuna demiſiſſet, ut aut, &c. & 98.a. Caſus uerò mirificus quidam interuenit, quaſi uel teſtis opinionis meæ, uel ſponſor humanitatis tuæ.

Caſu. fortè, temerè, fortuitu, fortuitò. )( Conſiliò.

Catachreſis, ſis. abuſio. Or.205.a. Abuſio quam catachreſim, uocant, &c. l. Abuſio.

Catadupa, duporum, quæ alio nomine cataractæ nominantur, ſunt loca ubi Nilus ſe præcipitat ingenti cum ſonitu. de Som. Sc.129.a. Sicut ubi Nilus ad illa quæ catadupa nominantur, præcipitat ex altiſſimis montibus, ea gens, quæ illum locum accolit, propter magnitudinem ſonitus, ſenſu audiendi caret.

Καταγραφή. l. Deſcriptio.

Κατάληπτον. l. Comprehenſibilis.

Κατάληψις. l. Comprehenſio.

Catamitus, ti. Ganimedes, puer meritorius. I. A.175. a. Vt te catamytum præter ſpem mulier aſpiceret, &c.

Catella, læ. de D.101.a. Erat autem mortua catella eo nomine.

Caterua, uæ. turba. I.P.91.a. Lictores togulas acceperu͂t, & caterua͂ imperatori ſuo nouam præbuerunt. pro Dom.



Dom.235.b. Cum forum armatis cateruis perditorum hominum poſſideres. de Or.100.a. Vagari magna caterua toto foro. & 161.a. Cateruæ atq; conuentus hominum. Tuſ.164.b. Cateruæ ueniunt contradicentium. I. V.258.b Teſtium cateruas in iudicium tuu͂ eſſe uenturas. pro S.R. 41.a. & pro Mur.140 b. Magna caterua togatorum.

Catina urbs. I. V.146.a. Ep.218.a.

Catinenſis, ſe. I. V.132.b. Epiſt.218.a.

Cathegorema, tis. Tuſc. 213.b. Res, quæ dicuntur de quodam aut quibuſdam, quæ καθηγορήματα Dialectici appellant.

Cathena, næ. in qua aliud ex alio nectitur. I. V.257.a. Iſte hominibus innocentibus inijci cathenas iubet. & pro Mur.134.a. pro Seſt.6.a. Clodius legum ſacrarum cathenis conſtrictus. Ad Her.36.a. Iſte ſicut aliqua beſtia ſoluta ex cathenis uolitat & uagatur toto foro.

Καθῆκον. l. officium.

Cato, onis. de Cl.175.a. Vnum excipio Catonẽ, in quo perfectiſſimo ſtoico ſummam eloquentiam nõ deſiderem. & de eo rurſus.170.a. & de Am.96.b. Cato quaſi cognomen iam habebat in ſenectute ſapientis. de Cl.171.b. Cato annos quinq; & LXXX. natus exceſſit è uita.

Catonianus, a, um. ut Catoniana familia. Q. Fr.311.b.

Catorthoma, tis. rectum factum. Off.2.b. Perfectu͂ autem officium rectum opinor uocemus, quod Græci κατόρθωμα. de Fin.99.b. Sic recta affectio ( κατόρθωσιν enim ita appello, quoniam rectum factum κατόρθωμα ) recta igitur effectio, &c. et 95.a. Quæ autem nos aut recta, aut rectè facta dicamus, ſi placet, illi autem appellant κατορθώματα, omnes numeros uirtutis continent.

Catorthoſis, ſis. recta effectio. de Fin. 99.b. l. Catorthoma.

Catulus, li. de N.33.b. Chryſippus docet omnia in perfectis & maturis eſſe meliora, ut in equo quàm in equulo, in cane quàm in catulo, &c. de Fin.121.a. Catuli, qui iam deſpecturi ſunt, cæci æque, ut hi qui modò nati.

Catus, a, um. cautus, acutus, callidus, prudens. de Leg. 165.a. Prudens & (ut ita dicã) catus. de Or.101.b. Egregiè cordatus homo catus Aelius Sextus.

Catè, aduerbium. In Arato. Tum tornare catè, contortus poſſidet orbis.

Caua. uena. de N.53.b.

Cauatus, a, um. l. Cauo.

Cauda, dæ. de Fin.94.a. Cauda Pauoni à natura donata eſt ad ornatum. In Arat. Atq; auis ad ſummam caudam primaſq; recedit Pinnas.

Caudinum prælium. de Sen.85.b.

Caudium, dij. opp. de Off.74.a.

Caucaſus, ſi. mõs. Tuſ.180.a.186.b.243.b. de D.88. de Som.129.b.

Cauea, ueæ. ſeptum in quo aues & beſtiæ includuntur, & locus ubi populus ſedens ludos ſpectabat. de D.123. b. Auis incluſa in cauea. de N.27.b. Cum cauea liberati pulli non paſcerentur. Ad Her.36.a. Quod ſi iſtum liberaueritis, ſtatim ſicut è cauea leo miſſus, aut aliqua teterrima bellua ſoluta ex cathenis uolitabit. de D.123.b. Attulit, inquit, in cauea pullos is qui ex eo nominatur pullarius. Itẽ: Magis delectatur qui in prima cauea ſpectat, quàm qui in ultima. de Am.100.b. Qui clamores tota cauea nuper in noua fabula M. Pacuuij? de Legib. 177. a. Ludi publici ſunt cauea circoq; diuiſi. de Ar.249.b. Illi cum ludos facerent, ſeruos de cauea exire iubebant, tu in alteram ſeruos immiſiſti.



Caueo, ues, uito, fugio, cautionem adhibeo, proſpicio, obſeruo, uideo, declino. de Or.136.a. Hoc ego oratori maximè cauendum & prouidendum puto. pro Q. R.50.b. Quid ita Flauio ſibi cauere non uenit in mẽtem. I. A.219. a. Caueri uult ijs, qui ſecum ſunt, Muſtellæ & Tyroni proſpicit. de Clar. 166. a. At tibi ego Brute non ſoluam, niſi prius à te cauero, amplius eo nomine neminem cui petitio ſit, petiturum. de Leg.182.b. Altera lex priuatorum ædificijs, altera ſepulchris cauet. Top.221. a. Tu mihi meiſq; multa ſæpe cauiſti. At.85.a. Pompeius clementer id fert, fortè cauet uſuræ. I. V.105.a. Prædibus & prædijs populo cautum eſt. contra Rul.62.b. Agri de quibus cautu͂ eſt fœdere. Off.46.b. In iure cauere & conſilio iuuare. pro Dom.219.a. Metuere, & cauere aliquem. Ep.8.a. Vt conſiderares quibus crederes, & quos caueres. & 177.b. Nec metuam quicquam, & omnia cauebo. Poſtquam. 201.b. Nihil credam & omnia cauebo. Att.169 a. Cætera, quæ quidem conſilio prouideri poterunt, cauebuntur. & 258. a. Caleni interuentum & Caluenæ cauebis. de Ar.249.b. Monere aliquem ut caueat ab aliquo. I. V.120.a. & I. A. 182.b. Cauere ab aliquo. I. A.244.b. Qui ab homine nefario non cauerit. de Fin.140.a. Cauere à ueneno. Tuſ.212. a. Declinare à malis. de Or.106.b. Nam ſine cognitione iuris, quàm ſit bellum cauere malum, ſcire poſſumus. Epiſt. 85.b. Auges etiam tu mihi timorem, qui in oratore tuo caues tibi per Brutum, & ad excuſationem ſocium quæris. & 28.b. Vt & tibi & populo cautum ſit. & 31.a. Melius ei cauere uolo quàm ipſe alijs ſolet. Item: Cauerat enim ille ſibi, ut ſi tibi prouinciam dediſſet, omnium ſuorum ſcelerum adiutorem te præberes. At.71.b. Deinde ut Fauſtæ, cui cautum ille eſſe uoluiſſet, ratum eſſet. de Fin.86.a. Epicurus diligenter cauet & ſancit, ut hæredes ſui dent, &c. de In.77.b. Amentia eſt cum hæredi uelis cauere, id aſcribere, quo non adſcripto nihilominus hæredi caueatur. & 79.a. Ita diligenter perſcripta lex eſt, ita cautum unaquaque de re, & ita quod oportuit exceptum, ut, &c. & ibi. b. Quædam tacitis exceptionibus cauentur. pro Cec. 300. b. Nulla res eſt, quæ aut comprehendi ſatis, aut caueri, aut excipi poſſit. de Cl.177.a. Non ſatis paratus ad cauendum fui. At.216.b. Caue facias, inquit: nã iſta lex perferretur. Ep.45. a. Caue ne cui ſuſpicionem des fictæ reconciliatæ gratiæ. & 142.a. Sed caue, ſi me amas, exiſtimes me, &c. & 150.b. Caue enim putes, ullas literas unquam gratiores, quàm tuas in ſenatu eſſe recitatas. At.282.a.281.b. Caue enim exiſtimes Brute, quanquam es, ſed tamen, &c. caue putes, quicquam illi, &c. pro Quin.44.a. Cauete per deos immortales iudices, ne, &c. & ibi. Videte per deos immortales quem in locum, &c.

Cauerna, næ. locus in terra cauus, antrum, ſpelunca. de N.56.b. Nos è terræ cauernis ferrum elicimus. & de D.97.a. In Arat. Dicitur & latè cœli luſtrare cauernas. de N.31.a. Magnam uim caloris terræ cauernis contineri. Tuſ.242.a. Vnde terra & quibus librata ponderibus, quibus cauernis maria ſuſtineantur.

Cauillatio, onis. locus, facetiæ, urbanitas, dictum, ridiculum. de Or.128.b. Illa ſuperior cauillatio, hæc dicacitas uocatur. l. Dicacitas.

Cauillator, oris. At.7.b. Conſul ipſe paruo animo & prauo, tantum cauillator genere illo moroſo.

Cauillor, aris. iocoſè ludo, dicta dico. At.22.a. Iam familiariter cum ipſo cauillor etiã ac iocor. apud Nõ.1261. 38. de N.76.b. Atq; in eo etiam cauillatus eſt, æſtate graue eſſe aureu͂ amiculu͂, hyeme frigidum. de Or.154.a. Aut irriden-

irridentes oratorem,ut ille in Gorgia Socrates cauillatur. Q.Fr.313.b.Sed prӕterea togam eius prӕtextam magno hominum riſu cauillatus ſum.

Caula,læ.ſtabulum.pro Seſt.5.b.Cum Catilina Italiæ caulas & paſtorum ſtabula præclara cepiſſet. aliàs, Callis.

Caulis,lis.braßica.de N.50.a.Vites à caulibus braßicisq́; ſi propè ſati ſint,ut à peſtiferis & nocentibus refugere dicuntur,nec eos ulla ex parte contingere.

Caunus,ni.opp.de D.126.a.

Cauneus,ei.ibidem.

Caunij,orum.populi.At.296.b.Ep.224.b.

Cauo,as.excauo.de Leg.179.a.Ligneum autē quodcunq; uoluerit,uno è ligno cauato,itemq́; lapideum.

Caupo,onis.copo,tabernarius. de D.92.b.Cum duo quidam Arcades iter unà facerent,alter ad cauponem diuertit,alter ad hoſpitem. pro Cl.52.b.A.Binnius quidam copo multorum hoſpitum de uia latina, qui ſibi ab huius ſeruis in ſua taberna manus allatas eſſe dixit.

Caupona,næ.taberna.I.P.91.a.Tibi ſolitudo erat pro frequentia,caupona pro oppido.

Cauponor,aris.lucri cauſa bellū gero,aut aliud quiduis facio.Off.9.a.Non cauponantes bellum,ſed belligerātes.ex Ennio.

Cauponula,læ.I.A.175.a.Is delituit in quadam cauponula.

Cauſſa,ſæ.caput,origo,fons,radix,principium, ſeminarium,ſtirps,effector,pignus,ratio,ſequor,nomen, ergo,gratia,res:ut res efficiens:id eſt,cauſa efficiens: & incognita re iudicare: id eſt, incognita cauſa. Top.[illegible] Proximus locus eſt rerum efficientium quæ cauſæ appellantur,deinde rerum effectarum ab efficientibus cauſis. et ibi.Cauſarum genera duo ſunt,unum quod ui ſua id quod ſub ea ſubiectum eſt,certè efficit,ut ignis accendit: alterū quod naturā efficiendi non habeat,ſed ſine quo effici non poßit:ut ſiquis æs cauſam ſtatuæ uelit dicere, quod ſine eo non poßit effici.et ibi de cauſis multa pulcherrima. de D.120.b.Quicquid oritur qualecunq; eſt, cauſam habeat à natura neceſſe eſt,ut etiam ſi præter conſuetudinem acciderit,præter naturam tamen non poßit exiſtere.Or.215.a.Iniquum eſt,quod accidit non agnoſcere, ſi cur id accidat reperire nequeamus.de Fat.147.a. Cauſa eſt,quæ efficit id cuius eſt cauſa: ut uulnus mortis,cruditas morbi, ignis ardoris. & ibi.b.Nulla igitur earum cauſa eſt, quoniā nnllam rem ſua ui efficit, cuius dicitur cauſa, nec id ſine quo quodpiam non fit,cauſa eſt,ſed quod cum acceßit, id cuius cauſa eſt,efficit neceſſariò. & 148.b.Cauſarum aliæ ſunt perfectæ & principales, aliæ adiuuantes & proximæ. & 149.a.Proxima & continens cauſa mouet aſſenſionem. & ibi.Cauſæ antecedentes & neceſſariæ. de N.1.a.Cauſam,id eſt,principium philoſophiæ eſſe ſcientiam. de D.121.a.Nihil fieri poteſt ſine cauſa.de Vn.195.b.Nullius rei cauſa remota reperiri origo poteſt. pro S.R.30.b.Nemo ne minimum quidem maleficium ſine cauſa admittit.pro Mur.127.a. Tu mihi id arripis, quod neceſſe eſt omnium uiciorum eſſe poſtremum:relinquis illa, quibus remotis hoc uicium eſſe non poteſt.Off.3.a. Principia & cauſæ rerum. At.137.b. Cauſæ euentorum magis mouēt quàm ipſa euenta.Acad.40.a.Quid eſt enim magnū, cum cauſas rerum efficientium ſuſtuleris, de corpuſculorum concurſione fortuita loqui? noſtra tu phyſica noſti, quæ contineantur ex affectione & ex materia ea, quam fingit et format effectio.I.A.222.a.Is mortem attulit, qui mortis cauſa fuit. & 171.a. Vt Helena Troianis,ſic iſte reip.cauſa belli,cauſa peſtis & exitij fuit. & ibi. Vt igitur in ſeminibus cauſa eſt arborum & ſtirpium, ſic huius luctuoſißimi belli cauſa tu fuiſti. & 170.b.Nulla cauſa cuiquam iuſta eſſe poteſt contra patriam arma capiēdi.Off.38.b.Nec unquam bellorum ciuilium ſemen & cauſa deerit,dum,&c.pro Cæl.41.a.Reperietis hanc migrationē huic adoleſcenti cauſam omnium malorum fuiſſe.Attic.8.a.Vereor ne hæc cauſa neglecta à bonis, defenſa ab improbis magnorum in repub. malorum cauſa ſit. I.A.158.a. Nec erit iuſtior in ſenatum non ueniendi morbi cauſa quā mortis.Att.118.a.Tu ſi tibi eadem cauſa eſt,me remunerere ſanè uelim. & 128.b.Huius autem epiſtolæ non ſolum ea cauſa eſt,ut ne quis,&c.ſed etiam hæc iuſtior, ut, &c. de D.137.a.Hanc credo cauſam ſomniandi de illo fuiſſe. pro Rab.90.a.Quæ mihi iuſtißima cauſa ad hunc defendendum eſſe uiſa eſt,eadem uobis ad abſoluendum debet uideri. & ibi.Cum omnibus ciuibus in eorum periculis ſemper iuſtam mihi cauſam neceßitudinis eſſe duxi. pro Syl.177.b.Quæ cauſa cæteros ad facinus impulit, ea Cincio non fuit.de Or.86.b.Mirari deſinamus quæ cauſa ſit eloquentium paucitatis. At.131.a.Lippitudinis meæ ſignum tibi ſit librarij manus,& eadem cauſa breuitatis. Off.41.b.Eadem conſtituendarum legum cauſa fuit, quæ regum. de Am.97.a.Quod autem non affuiſſes, ualetudinem reſpondeo cauſam non mœſtitiam fuiſſe.de Fat.147.b. Hoc enim modo uiator bene ueſtitus cauſa graſſatori fuiſſe diceretur,cur ab eo ſpoliaretur.pro Q.10.b. Quibus omnibus cauſa iuſtißima eſt cur ſcire potuerint,nulla cur mentiantur.pro Dom.213.a. Sin autem ea reſcinduntur,erit cauſa,qua poßimus,&c.id eſt,cur uel quamobrem.de Ar.252.a.Quare autē de his dici ſuſpicer,hæc cauſa eſt,quod, &c.Ad Her.10.a.Maior annis LX.& cui morbus cauſa eſt,cognitorem det. I. A. 205.b. Cauſa conſulibus de rep. referendi fuit,ex eo quòd ſenatus me autore decreuit,etc. de Fin.91.b.Cauſa enim fuit huc ueniēdi, ut quoſdam hinc libros promerem. & 110.b.Scire cupio,quæ cauſa ſit,cur Zeno deſciuerit,&c.de Or.95.a.Cuius quidem rei cū cauſam quærerem,quid nam eſſet,cur ut in quoq;, &c. has cauſas reperiebam duas,unam quod, &c. altera eſt hæc, de qua,&c. & 125.b.De me nulla cauſa eſt cur mentiar. Att.196.a.Sed erant cauſæ,cur hoc tempore iſtic eſſe nollem.At.260.b.Noli putare pigritia facere me, quòd non mea manu ſcribam.pro Q.10.b.Eo die Romæ ſi fuit,cauſæ nihil dico,quin tibi uadimonium promiſerit. & 15.b. Nunquid eſt cauſæ C.Aquili,quin ſi longè aliter poſſedit, quàm prætor edixit,iſte ex edicto non poſſederit? & 5.b. Cum in altera re cauſæ nihil eſſet,quin ſecus iudicaret ipſe de ſe.Ep.6.a.Quod ſi rarius fiet,id erit cauſæ,quod,&c. & At.244.b.Sed tamen ne miraretur cur,&c. hoc cauſæ ſumpſi,quod,&c. & 130.a. Miror quid cauſæ fuerit, quare conſilium mutaris. & 55.a.Dices, quid igitur cauſæ fuit? dicunt illi quidem pudorem meum,&c.ſed non eſt id.pro S.R.19.b. Si præter eam prædam quicquam aliud cauſæ inueneritis. Epiſt.2.a.In cauſa hæc ſunt, Ammonius Regis legatus apertè pecunia nos oppugnat. At.241.b. Puto me hercule id quoq; eſſe cauſæ,ſed tamen,&c.de In.69.b.Atrocitas iniuriarum ſatiſ ne cauſæ ſit, quare, &c. pro Seſt.14.b.Nec erit iuſta cauſa illi, quare, &c. I.V.171.a. Penſum magis in Leontino agro eſt exigendum, propter hanc cauſam,quod ipſi Leontini,&c.de In.55.b. Quamobrē igitur leges ſeruari oportet,ad eā cauſam ſcripta omnia interpretari conuenit.de Clar.167.a.Grandes





erant uerbis,compreßione rerum breues,et ob eam ipſam cauſam interdū ſubobſcuri.de N.69.b.Eſt enim pulcher: & ob eam cauſam,quia ſpeciem habeat admirabilē, Thaumante dicitur eſſe nata.Ep.9.a.Hæc ad te ob eam cauſam maximè ſcribo,ut meditere,&c.I.V.128.b.Quo tempore omnis illa mea feſtinatio fuit,cum periculo capitis,ob eam cauſam ne tu ex reo eximerere,ſi,etc. de In.56.a.Quod ſi uos iudices legib.obtemperare debetis,quid cauſæ eſt,quin iſtum cōtra legē feciſſe iudicetis.de Cla.173.a.Hanc igitur ob cauſam uidetur Lælij mens ſpirare etiā in ſcriptis. de Fin.80.a.Et cognomē induit,nullā aliam ob cauſam, niſi quod,&c. At.122.a.Hanc epiſtolā ad me referri uolo, nec ullā aliam ob cauſam Pollucē ſeruū à pedibus meū Romā miſi.Ep.25.a.Quid eſt cauſæ,cur mihi nō in optatis ſit cōplecti hominem? de Or.111.b.Si quis animaduerterit quid ſit,quare alij melius quàm alij dicant. Tuſ.190.a. Quid nám eſſe Brute cauſæ putem,cur,&c. I.A.174.a. Quid fuit cauſæ cur Cæſarem non ſequerere.At.60.a.Quid ſit, quod ſe à me remouit,ignoro.Tuſ.190.a. Quod ſi natura &c.haud erat ſanè,quod quiſquam rationem requireret. I.V.73.a.Cognoſcet ex me pop. Rom. quid ſit,quamobrē ne tenuißima quidem ſuſpicio,&c. & ibi. Quid ſit quod, &c.I.V.132.a.Venus quæ totā illam accuſationē iudiciūq; cōflaret. & 87.b.Nihil eſt quod quiſquam dubitet de exitio ſociorum,&c.de Or.100.a.Quod quidē certis de cauſis aliter exiſtimatur. & At.85.b.His de cauſis credo,&c. Ep.75.a. Quanquā iuſtis de cauſis rationes deferre properarim.Off.30.a.In quibus uidendum eſt quid quiſq; ſentiat,atq; etiā de qua cauſa quiſq; ſentiat.ad Her.11.b. Pollicitus ſum me daturum cauſam, qua inductus Vlyſſes acceſſerit ad maleficiū:id eſt,allaturū.Tuſc.164.a. Vetat enim Deus iniuſſu hinc nos ſuo demigrare, cum uerò cauſam iuſtā Deus ipſe dederit,næ ille uir ſapiēs lætus morietur.Ar.245.b. Gaudeo mihi de toto hoc oſtento datā non modò iuſtā,ſed etiā neceſſariā cauſam eſſe dicendi.Ep.182.a.Quare habeo gratiā Trebatio,qui mihi dedit cauſam harum literarū.pro Syl.177.b.Hic profectus eſt nō modò ob cauſam,ſed etiā cauſam neceſſariā.I.A.170.b.Tu C.Cæſari cauſam belli cōtra patriā inferēdi dediſti.et ibi.Cauſa eius belli in perſona tua cōſtitit. de Or.130.a. Nō cōmittā, ut ſi defugerim,tibi cauſam aliquā dem recuſandi. de Am.112.b.Multæq; cauſæ ſuſpicionū offenſionūq; dātur.de D.109.b.Ac mihi quidē explicandæ philoſophiæ cauſam attulit grauis caſus ciuitatis.et ibi.Niſi quæ cauſa grauior obſtitiſſet.I.A.174.a. Ego ad illū belli ciuilis cauſam attuli. de Fin.40.b.Cauſam aūt probabilē tu quidē affers, aut enim,&c.At.170.b.Iuſtā cauſam affers,quod me hoc tempore uidere nō poßis.de N.3.b. Quæ cauſa nos impulerit, ut hæc tam ſerò literis mandaremus. Ep.190.b. Nā quod huc properent in magiſtratū uenire,cauſam nō habēt.pro Q.16.b.Teſtes,qui & ſcirēt,& cauſam mentirētur nō haberent.Off.42.a.Si quis ab ineunte ætate habet cauſam celebritatis,&c. At.256.b.Reuerſionis has ſpecioſas cauſas habeo,iuſtas illas quidē & magnas,ſed nulla iuſtior quàm quod,etc.Ep.145.a.In quo officio tuēdo habeo cauſas plurimas,uel paternæ neceßitudinis,uel,&c.uel,&c.At.151.b.De Philargyro bene certè cauſam habuiſti, & uerā & bonā.pro Clu.34.b.Modò ne hanc cauſam habeat ad iniuriam:corrūpendi iudicij cauſas ille multas & graues habuit,hic nullā.de Fat.140.a.Cum omnes nouarū perturbationū cauſæ quæri uiderentur.I.A.189.a.Qui cædis & incendiorū cauſam quæſierit ex funere.de Fin.131.a.Quare quotieſcūq; dicetur,etc.intelligatur aliquā ſubeſſe eiuſmodi cauſam,ut ex eo ipſo poßit intelligi,ſibi quenq; eſſe charū.At.5.b.Nullā uideo grauē ſubeſſe cauſam. pro Syl.171.a.Sed tamē te pro magnis cauſis noſtræ neceßitudinis moneo,etc. pro Dom.215 b. His ducibus tu cum in fortunas locupletum per cauſam inopū, repentinos impetus cōparares,nónne,&c.I.V.265.b.At quæ cauſa tum ſubijciebatur ab ipſo huius tam nefariæ crudelitatis? eadē quæ &c.de D.139.b.Cōferre cauſas & quid in quanq; ſententiam dici poßit,expromere.Q.Fr.300.a.Certè enim ſcio te feciſſe cum cauſa.de D.96.b. Equus ſine cauſa repentè cōcidit.de Or.131.b.Nos cū cauſa dicimus ut proficiamus aliquid,illi totum diem & ſine cauſa.At.211.a.De Varrone nō ſine cauſa,quid tibi placeat,tum diligenter exquiro. At.105.b.Nā id niſi graui de cauſa non feciſſet.I. V.55.a. Si conſilij mei cauſam rationemq́; cognouerit.Off. 14. a. Cauſa autem & ratio efficiens magnos uiros eſt in priore. Ep.67.b.Explicare cauſas rerum.d Leg.169.b. Sed nimirum me alia quoq; cauſa delectat, quia ſi uerum dicimus, &c.At.102.a.Eiuſq́; rei cauſam uerè explicas. pro S. R. 25.a.Veriſimile non eſt odio fuiſſe parenti filium ſine cauſis multis,& magnis,& neceſſarijs. Ep.132.a.Eam orationem tibi miſi,uelim ſic legas,ut cauſam tenuem & inopem nec ſcriptione magnopere dignam.Of.72.b.Regulus tum cum uigilando necabatur, erat in meliore cauſa, quàm ſi domi ſenex remanſiſſet.de N.59.b. Tu Cotta ſi me audias, eandem cauſam agas. At. 102.b. Cauſam ſolū illa cauſa nō habet,cæteris rebus abūdat.pro Lig.138.b.Ligarius habet meliorē cauſam quàm tu.de Or.85.a. Vſus, quem ex cauſis,quas diximus,tot ac tantis conſecuti ſumus.de Cla.172.a.Cauſam pro aliquo accuratè eleganterq́; dicere. de Or.104.b.Nec ornatius cauſam ſuam dici paſſus eſt. pro Q.5.a.Priore loco dicere cauſam de capite ſuo. pro S.R. 28.a.Antea cauſam publicam nullam dixi.de Cla.168.b. Nemo unquam melius ullam orauit capitis cauſam. pro Seſt.6.b.Dicere cauſam de ambitu: id eſt,reum eſſe de ambitu. de Fin.53.b.Dicere cauſam apud aliquem iudicem. de Or.112.b.Quæ in ciuium cauſis diſceptationibuſq́; uerſantur. de Or.127.a.Equites,apud quos tum iudices cauſa agebatur.de Or.94.b. Multitudo litium ac uarietas cauſarum. Ep.4.a.Cauſam enim frequenti ſenatu,magna inuidia eorum qui à te cauſam regiam aliò transferebant, obtinebamus. & 5.b.Itaq; Alexandrina cauſa,quæ nobis adhuc integra eſt,uidetur ab illo planè eſſe depoſita. & 115.b.Et expectes quēadmodū exeat ex hac cauſa.Or.199.b. Thucydides laudatus eſt,ut rerum explicator prudēs,etc. non ut iudicijs uerſaret cauſas.pro R.P.123.b.Cauſa iudicata atq; damnata.de Or.127.a.In illa omni defenſione atq; cauſa. & ibi.His duabus partibus omnis eſt à me illa cauſa tractata.de Fin.60.a.Itaq; concedo,quod modò dicebas, cedere cauſæ,ſi qui è noſtris aliter exiſtimant.de In.69.a. A' cauſa cadit is,qui non quemadmodum oportet,agit.Ep.192.a.Quod ſi ſcribere oblitus es,minus multi iam te aduocato cauſa cadent.de Or.98.b. & ad Her.41.b.Cauſa cadere.pro Mur.126.a.Si turpe exiſtimas te aduocato, illum ipſum,quem contra ueneris,cauſa cadere.de Or.118.a.Siue ex crimine cauſa conſtet,ut facinoris,ſiue ex controuerſia ut hæreditatis,ſiue ex deliberatione ut belli,ſiue ex perſona,ut laudis,ſiue ex diſputatione,ut de ratione uiuendi. Top.227.b. De qua cauſa,quæ eſt quæſtio definita, & à Græcis appellatur ὑπόθεσις. Ep.254.a. Te abeſſe mea cauſa moleſtè fero, tua gaudeo. & 227.b. Peto à te maiorem in modum,ut honoris mei cauſa,hac laude Hyſponem affici uelis. de Finib.56.b. Vt aut uoluptates omittantur

maiorum uoluptatum adipiſcendarum cauſa, aut dolores ſuſcipiantur maiorum dolorum effugiendorum gratia. Antequam.195.b. Omnium ſalutis cauſa decedam. Ep.4.b. Nemo eſt qui neſciat, quo minus diſceßio fieret, per tuos aduerſarios eſſe factum. In Vat.30.b. Tu me charum eſſe dixiſti populo Rom. non tam mea cauſa quàm reip. nomine. Epiſt.239.a. Dolobellæ cauſa & cupio & debeo. At.245.a. Te rogo ut hoc honoris mei cauſa ſuſcipias. de Am.110.b. Ab amicitia Quin. Pompeij meo nomine te remouerat Scipio: id eſt, mea cauſa. Antequam.195.b. Neque patiar ut opera mea manus inter uos conferatis: id eſt, cauſa mea.

Cauſidicus, ci. non ſatis peritus cauſæ, patronus. de Or.101.b. Non enim cauſidicum, neſcio quem, neq; proclamatorem aut rabulam conquirimus, ſed, &c. Or.199.b. Cauſidicus non ille quidem amplus atq; grandis, ſubtilis & elegans tamen.

Cauſor, ris. cauſam affero. pro Q.R.51.b. Nũquid cauſare, quin ab iudicio abeas turpißimè uictus? de Or.142.a. An ætatem afferet? id eſt, cauſabitur?

Cauſula, læ. de Opt.243.b. Lyſias paruarum rerum cauſulas ſcripſit.

Cautè. callidè. pro Cl.42.a. À me tamen omnia cautè pedetentimq; dicentur. de D.111.a. & de Leg.180.b. Sed animaduerti Quinte, te cautè ab ijs rebus, quæ ſenſib. perciperentur abducere diuinationem.

Cautio, nis. prouiſio. Of.9.b. Liberalitate nihil naturæ hominis accõmodatius, ſed habet multas cautiones: uidendum eſt enim, ne, &c. Tuſ.212.a. À malis natura declinamus, quæ declinatio ſi cum ratione fit, cautio appellatur. Ep.177.b. Quæ cautionem non habent, de ijs non laboro. pro Mar.134.a. Tua enim cautio noſtra cautio eſt. de D.119.b. Omnis enim prædictio mali tũ probatur cũ ad prædictionẽ cautio adiungitur. de Am.111.a. Omnino horũ uiciorum atq; incõmodorum ſumma cautio eſt atq; una prouiſio, ut ne nimis citò diligere incipiamus. At.19.a. Vt priuatis rebus meis adhibeã quandã cautionem. et 70.b. Chartam tibi deeſſe mea cautio eſt. de Or.136.b. Neq; illa mea cautio atq; timiditas in cauſis negligenda eſt. pro Fl.152.b. Defendendi facilis eſt cautio, latibulis occultorum locorum. pro Seſt.6.a. Hunc Pompeius omni cautione, fœdere, execratione deuinxerat, nihil contra me eſſe facturum. pro Font.276.a. Videte quò deſcendã iudices, quàm longè uidear à cõſuetudine mea & cautione ac diligentia diſcedere. pro Q.R.51.a. Eſt hoc & ex conditione iuris, & cõſuetudine cautionis firmißimum teſtimoniũ. Ep.103.b. Itaq; quando ueſtræ cautiones firmæ ſunt, græculã tibi miſi cautionem chirographi mei. pro Dom.239.a. Cautiones fiebant pecuniarum. Orat.210.a. Perſecutionum, cautionumq; præceptio in iure ciuili.

Cautor, oris. cautor alieni periculi. pro Seſt.6.a.

Cautus, a, um. tutus, prouidus, protectus. pro S.R.38.a. Is putatur parũ cautus prouidusq; fuiſſe. I.A.244.a. Vir cautus & prouidus. Q.Fr.393.a. Cautus & diligens. contra Rul.65.b. Cautus in periculis, non timidus in contentionibus. I.A.244.a. Nemo minus timidus, nemo cautior. & 247.b. Sapientia cautioribus utitur conſilijs, eſt omni ratione protectior. pro S.R.27.b. In eam partem potius peccant, quæ eſt cautior. pro Cecin.295.a. Quid? uerbis ſatis hoc cautum erat? minimè. pro Cecin.287.a. Vt mulieri res eſſet cautior, curat, &c. Qu. Fr.328.a. Te uolo cautum eſſe in ſcribendo. At.275.b. Cauta & moderata liberalitas.

Cauus, ua, uũ. concauus. de N.54.a. Ventriculus, in quẽ ſanguis à iecore per uenam illam cauam influit.

Ce. particula. I.V.62.a. Atq; huiuſce rei iudicium iam continuò uideo futurum. & 72.b. Ea cupiditas, qua per hoſce annos in quibuſdam iudicijs uſus es. pro S.R.19.a. Bona patris huiuſce Sex. Roſcij. de Or.104.a. Philoſophorum autem libros reſeruet ſibi ad huiuſcemodi Tuſculani ocium. pro Pom.11.a. Itinera quæ per hoſce annos in Italia per agros ciuium Roman. noſtri imperatores fecerunt, recordamini. pro S.R.36.b. Venit in caſtra Capito, totã naturam hominis cognoſcite: nullum ius tam ſanctum eſt, quod non eiuſce uis atq; perfidia uiolarit. & ibid. Capito illum acuere, hos fallere, illum identidem monere ut caueret, hiſce inſidioſè ſpem falſam oſtendere, cum illo contra hos inire conſilia, horum conſilia illi enunciare, cum illo partem ſuam depaciſci, hiſce omneis aditus ad Syllam intercludere. de In.84.a. Haſce inter ſe neceſſe eſt comparari: id eſt, honeſtatem & incolumitatem, quas ſuprà diximus. pro S.R.23.b. Teſtes in hunc & accuſatores huiuſce pecunia comparant. de Or.89.b. Quis neſcit maximã uim exiſtere oratoris, in hominũ mentibus uel ad iram aut odium aut dolorem incitandis? uel ab hiſce ijſdem permotionibus ad lenitatem miſericordiamq; reuocandis? & 91.a. Sic in orationibus hiſce ipſis iudiciorum, concionum, &c. id eſt, de quibus loquimur. Tuſ.185.a. Natura nihil habet præſtantius, quàm honeſtatẽ, quàm laudem, quàm dignitatem, quàm decus. hiſce ego pluribus nominibus unam rem declarari uolo. I.V.248.a. Recita teſtimonia ciuitatum, hunccine hominem? hanccine audaciam, hanccine impudentiã iudices? Ep.50.a. Hiſce temporibus nõ peſſimè cum ijs eſt actum, qui, &c.

Cedò. dic, da, exhibe. I.V.93.a.b. Cedò, mihi ipſius Verris teſtimonium recita. de Cla.192.b. Cedò quæſo orationes, ſunt enim, & dic, &c. I.V.209.b. Cedò tabulas. pro Flac.155.b. Fratres exhibe. I.V.98.b. Cedò mihi leges Attinias. de D.138.b. Cedò tandẽ, qui ſit ordo ſomniorum? de Sen.81.a. Cedò, qui remp. tantam amiſiſtis tam citò. Att.153.a. Vidiſti igitur uirum, ut ſcripſeras? ingemuiſti? certè, cedò reliqua. & 259.b. Obuiam mihi fit tabellarius, & ego ſtatim, cedò inquã, ſi quid ab Attico. I.V.130.a. Cedò cui Siculo, cum is reus fieret, ciuis Romanus cognitor factus unquam ſit.

Cedo, dis. cõcedo, locum do, decedo, me retraho. de N.42.b. Quacunq; mouemur, aer uidetur, quaſi locum dare & cedere. pro Mil.120.a. Ego cedam atq; abibo. Att.79.b. Hoſtes cedentes ab oppido Caßius inſecutus eſt. Ep.13.b. Metellus, qui & ſumma uoluntate ceſſerit, & egregia animi alacritate abſuerit. At.115.b. Rectè ſic cenſeo cedendum de oppidis ijs. de Or.162.b. Aeſchines propter ignominiam iudicij ceßit Athenis. pro Mil.117.b. Cedere ex ciuitate. At.145.b. Si Cn. Italia cedit, in urbem redeundum puto. Ep.168.a. Dandus eſt locus fortunæ, cedendum ex Italia. de Clar.185.a. Maiores conſequi non poterat, & minori neceſſe erat cedere. Attic.280.a. Cedere precibus alicuius. de Cla.166.b. Tibi ætas noſtra cedit, faſceſq; ſummittit. de N.57.a. Vita beata nulla re, niſi immortalitate cedens cœleſtibus. de Leg.191.a. Vi opprimi in bona cauſa melius eſt, quàm malè cedere. de Or.136.a. Nõ fugiendi hoſtis, ſed capiendi conſilij cauſa cedere. pro Cecin.285.a. Cedere alicui in aliqua re uel in agendo aliquid. Ep.2.b. Luculli ſententia cedit religioni de exercitu. de Leg.157.b. Te hiſtoriam tractante effici poteſt, ut in hoc etiam genere Græciæ nihil cedamus. Tuſ.198.a. Cur ſuccumbis cediſq;



cediſq; fortunæ? Parad.122.b. Cui quidem, quæ maximam uim habere dicitur, fortuna ipſa cedit. Tuſ.149.a. Deinde ita magnos noſtram ad ætatem, ut non multum, aut nihil omnino Græcis cederetur. At.282.b. Cedebas enim Brute, cedebas, quoniam Stoici ueſtri negant fugere ſapientis. Antequam.193.b. Cedo inuitus de rep. cedo oppreſſus de fortuna, de dignitate. & 196.a. Non illis uictus cedo, ſed incolumibus uobis me condono. pro S.R.38.a. Nam ille laniſta iam à gladiatore ceßiſſe uidetur. Ep.53.b. Cedere tempori. I.V.143.a. Ea autem erat fœneratio huiuſmodi, ut etiã hic quæſtus huic cederet. Oct.329.a. Cedam tibi in præſentia foro & curia. & ibid. Cedam urbe. pro Mil.116.a. Cedere alicui poſſeßione hortorum. At.218.a. Cedere alicui domo. de Sen.91.b. Horæ quidem cedunt & menſes & dies. de Cla.165.a. Hortenſius è uita ceßit. de In.84.a. Concedere alteri: id eſt, cedere.

Cedrus, dri. arbor odorata. Tuſ.200.b. Cedrum incendamus. aliàs hedychrum, quod unguentum eſt, ad nitidam cutem efficiendam.

Celeber, & celebris, bre. quod celebratur, frequentatur, & colitur. ad Her.7.a. Locus quæritur celebris an deſertus, &c. Part.233.a. Loci celebres.)(. Deſerti. pro Pom.10.a. Portus celeberrimus & plenißimus nauiũ. pro Arc.186.a. Antiochiæ (nam ibi natus eſt loco nobili, & celebri quondam urbe) pro Dom.242.b. Vrbis partes celeberrimæ & maximæ. At.191.b. Nihil uideo, quod tam celebre eſſe poßit. de D.88.a. Nunquam illud oraculum tam celebre, & tam clarum fuiſſe, niſi, &c. I.P.87.a. De mea ſalute P. Lentuli, Cn. Pompeij cæterorumq; principum celeberrimæ & gratißimæ conciones fuerunt. I.A.261.a. Hic dies me celeberrima populi Romani gratulatione auxit. de Am.97.b. Ex multis diebus, quos in uita celeberrimos lætißimosq; uidit, illum clarißimum fuiſſe, cum, &c. I.V.160.b. Clara res eſt tota Sicilia celeberrima atq; notißima. & 177.b. Cum in foro celeberrimo, tanta frequentia hoc tibi obiectum eſſet.

Celebratio, onis. pro Plan.279.b. Nihil ex meis eſt temporibus, quod minus mea celebratione cõmemoratum ſit. id eſt, prædicatione. pro Syl.181.a. Quæ domus? quæ celebratio quotidiana? quæ familiaris dignitas. At.250.a. De celebratione ludorum Bruti tibi aſſentior.

Celebratus, a, um. frequẽtatus, diuulgatus. de Cla.194.b. Cum iam in foro celebratum meum nomen eſſet. pro Cl.24.b. Res clara atq; omniũ ſermone celebrata. pro Mur.127.a. Vir nulla illuſtri laude celebratus. I.A.171.a. In rebus celebratißimis ſermone omnium uerſor.

Celebritas, tis. hominum cœtus, concurſus, nomen, fama, honor, uſus. At.41.a. Odi celebritatẽ, fugio homines, lucem aſpicere uix poſſum. At.48.b. Celebritas mihi odio eſt. At.45.a. Ego propter uiæ celebritatem non commoui me adhuc Theſſalonica. & 214.b. Hic locus nunc habet celebritatem maximam. pro Dom.228.a. Nullis unquam comitijs campus Martius tanta celebritate omnis generis hominum floruit. Off.53.a. In maxima celebritate atq; in oculis omnium uiuere. de Or.154.b. Cum Olympiam ueniſſet in maxima illa quinquennali celebritate ludorum. Item. Conſequi celebritatem ſermonis hominum: id eſt, famam. Q.Fr.298.a. Theatrum celebritate refertißimum, magnitudine amplißimum. pro Arch.186.b. Hac tanta celebritate famæ cum eſſet iam abſentibus notus, Romam uenit. Tuſ.154.a. Celebritas famæ. Of.42.a. Si quis ab ineunte ætate habet cauſam celebritatis & nominis à patre acceptam. Ep.96.b. Nos hic multitudine & celebritate iudiciorum diſtinemur. Tuſ.220.b. Mercatus, qui haberetur magno ludorum apparatu, totius Græciæ celebritate. de In.50.b. & Ep.233.a. Celebritas loci.)(. Solitudo loci. I.P.93.b. Celebritas domeſtica. pro Cæl.47.b. Sed in turpißimis rebus frequentißima celebritate & clarißima luce lætatur. de L.183.a. Sublata etiam erat celebritas uirorum & mulierum. pro Mil.118.b. Clodius ſpoliatus illius ſupremi diei celebritate. id eſt, funere & exequijs.

Celebro, as. concelebro, frequento, prædico, facio, orno. I.V.89.b. Celebratur omnium ſermone lætitiáq; conuiuium. At.19.a. Conuentus, qui initiò celebrabantur, iam diu fieri deſierunt. pro Plan.279.a. Laudes C. Cæſaris populi Romani plurimis iudicijs uideo eſſe celebratas. pro Arch.189.b. Archias populi Romani laudem gloriamq; uerſibus celebrauit. & ibid. Cuius ingenio putabat ea quæ geſſerat poſſe celebrari. & 190.a. Quorum ingenijs hæc feruntur, ab ijs populi Romani fama celebratur. pro Dõ.239.a. Seruorum omniũ uicatim celebratur tota urbe deſcriptio. pro Dom.241.b. Hoc delatum tum eſt ad uos Põtifices, pòſt omnium ſermone celebratum, quemadmodum iſte omnia fecerit, &c. I.A.223.a. Semper illius uirtutem omnium mortalium fama celebrabit. de Pro.73.b. Cæſaris literis, fama, nuncijs celebrantur aures quotidie meæ nouis nominibus gentium uictarũ. pro Seſt.27.b. Aliquem literis & memoria eſſe celebratum. de D.80.b. Nec unum genus diuinationis publicè priuatimq; celebratum. & ibi. Noſter populus multa genera complexus eſt. pro. R.P.129.b. Hæc laus poetarũ carminibus celebratur. pro Seſt.24.a. Hæc fama celebrantur. & 26.a. Viæ multitudine legatorum undiq; miſſorũ celebrabantur. & pro Seſt.44.b. Is ideo uiam muniuit? ut tu eam alienis uiris comitata celebrares? I.P.90.b. Qui dies quaſi deorum immortalium feſti atq; ſolennes ſunt aduentu meo celebrati. pro Syl.167.b. Quorum ſtudio ac dignitate celebrari hoc iudicium & ornari uides. I.P.86.a. Qui frequentia ſua egreſſum ueſtrum ornauerunt ac celebrauerunt. pro Flac.149.a. Ludi quos in Palatio noſtri maiores fieri celebrariq; uoluerunt. I.A.166.b. Ludi Apollinares incredibili M. Bruti honore celebrati. de Or.101.b. Q. Mutij ianua maxima quotidie ciuium frequentia celebratur. de Or.153.a. Nunc apud Philonem harum cauſarum cognitio exercitatioq; celebratur. Q.Fr.294.b. Quod ita eſſe conſtanti fama atque omnium ſermone celebratum eſt. pro Flac.164.a. Sepulchrum L. Catilinæ floribus ornatum hominum audaciſſimorum conuentu epuliſq; celebratum eſt. pro Clu.38.a. Quod omnium accuſatorum non criminibus, ſed uocibus maledictiſq; celebratum eſt. pro Flac.160.a. Quid porrò in Græco ſermone tam tritum atq; celebratum eſt, quàm, &c. pro Mur.145.b. Quibus in locis nuncij literæq; celebraſſent Murenam factum eſſe conſulem. & 142.a. Huius in morte celebranda, grauiter tulit populus Rom. hanc peruerſam ſapientiam Tuberonis. I.C.116.a. Quamobrem Quirites celebratote illos dies cum coniugibus & liberis ueſtris, erepti enim ex crudelißimo interitu uiciſtis. pro Arch.288.a. Celebrare dies feſtos ludorum. de Fin.86.b. Celebrare memoriam nominis alicuius poſt mortem. Ep.67.a. Nomen ut noſtrum ſcriptis illuſtretur & celebretur tuis. Acad.2.a. Ea ferè ſunt & græcis literis & latinis celebrata. de In.71.a. Summæ uirtutis celebrandæ cauſa Graij de Graijs æternum inimicitiarum monumentum ſtatuerunt. de Pet.212.b. Sed quæ dicta ſunt omni ſuperiore oratione, eadem ad celebrandum rumorem ualent. de Or.85.a. Ad eas artes, quibus à pueris dediti fuimus celebrandas,

lebrandas,inter noſq; recolendas. At. 53.b. Similiſq; frequentia & plauſus me uſq; ad Capitolium celebrauit. de Or.101. b. Senectuti uerò celebrandæ & ornandæ quod honeſtius poteſt eſſe perfugium, quàm iuris interpretatio? pro Mil.120.b. Nos omni in hominum cœtu gratijs agendis, gratulationibus habendis, omni ſermone celebramur. pro Rab. 122.b. * Quod ſermo hominum ad memoriam patrum uirtute celebratur. Item:Natura impellit ut hominum cœtus,& celebrari inter ſe,& ſibi obedire uelit. de Or.157.a.Tertius ille modus transferendi uerbi latè patet,quem neceſsitas genuit inopia coacta:pòſt autem delectatio, iucunditaſq; celebrauit. pro Muren. 141.a. À quibus ſi domus noſtra celebratur,diligenter obſeruari uidemur.

Celer,ris.incitatus,uolucer,uelox.de Fin.132.a. Configebat tardus celeres ſtans uolantes. ex Actio. pro Dom. 226.a. Videbam celerem mihi reditum fore. Or. 216. b. Mens,qua nihil eſt celerius.ad Her.21.a. Si contendemus, per continuationem brachio celeri,mobili uultu utemur. de Or.116.b.Oratione celeri & concitata dicere.Oct.330 b.O miſeram & in breui tam celerem & tam uariam reipublicæ commutationem.de Cla.195.b. Genus dicendi uolucre atq; incitatum.& 196.a.Oratio incitata & uibrãs. Or.215.b. Oratio incitata.)(.Oratio tarda.

Celeritas,tis.)(.Tarditas. Tuſ.215.b. Velocitas corporis,celeritas appellatur.pro S.R.34.b.Quid hæc tanta feſtinatio celeritaſq; ſignificat?de D.138.a.Id enim & celeritas ſignificat,& uis equorum.de N.55.a. Palpebræ clauduntur & aperiuntur identidem cum maxima celeritate. & 12.a. Deum aſsiduè uerſari circum axem cœli admirabili celeritate. I.A.205. a. Celeritate opus eſt, qua ſi eſſemus uſi,bellum nullum haberemus.& 199.b.Legatorum nomen ipſum belli celeritatem morabitur. Epiſt. 156.b. Adhibere celeritatem in aliqua re. Off. 26. b. Cauendum eſt ne in feſtinationibus ſuſcipiamus nimias celeritates. Acad.42.b. In pedibus celeritas, uis in manibus. pro Qu. 16.b.Tum illam incredibilem celeritatem protuli. Acad. 42.b.Celeritas ad diſcendum. pro Flac.156.b. Homo uolubilis præcipiti quadam celeritate dicendi. Or.215.b. Breuitate & celeritate ſyllabarum uerba procliuius labi. de Cla.184.b. Expedita ac perfluens in dicendo celeritas. de Or.95.b. Mobilitas linguæ,celeritas uerborum.& 92. b. Exercitatio eloquendi celeritatem incitat. At.258.a. Aiunt enim eum Cæſariana uti celeritate. I.A.226.b. Quem niſi in uia quidam retardaſſent, uolaſſe eum, non iter feciſſe diceres.

Celeriter.citò,breui tempore,maturè. At.249.b.Librum tibi celeriter mittam.Epiſt.31.a. Quod ut putabamus, celeriter eras facturus.& 131.b.& 43.b.Lætor uirtute alterius principis iampridem iuuentutis,celeriter(ut ſpero)ciuitatis. de D. 93.a. Nam illud mihi celeriter nunciatum eſt. At.153.a.Quo quidem non dubito quin iſtum offenderim,eo maturius agendum eſt.I. V. 169.a. Vt eo celerius de iſto tranſigamus,quò maturius ad Apronium poſsimus uenire.

Celeriuſculè.ad Her.20.b.Celeriuſculè dicere.

Celerrimè.de Fin.*.

Celero,as.celeritate utor,celeritatem ſuſcipio.de Vn. 201.a.Vnum,quod ſemper uno modo celeraret.

Cella,læ. locus ubi aliquid reconditur & aſſeruatur, ut granum,uinum,oleum,carnes, & quicquid ad penum pertinet.contra Rul.84.a. Capua cella & horreum Campani agri.I.V.59.b.Cum frumentum ſibi in cellam imperauiſſet. & 194.a. Pecunia qua frumentum tibi emeres in cellam. & 109.b. M. Cato ſapiens cellam penuariam reipublicæ noſtræ nutricem plebis Romani,Siciliam nominauit. & 190.b.Cum ex Sicilia & ex legibus frumentum ei in cellam ſumere liceret.& iterum 191.a.I.A. 173. a. Conchiliatis periſtromatis ſeruorum in cellis lectos ſtratos uideres. Attic. 234.a. Cui totam uillam cellamq; tradidi. de Sen.89.a. Semper boni & aſsidui domini referta cella uinaria, olearia,& penuaria eſt. Top.222.a. Cellis uinarijs & olearijs plenis relictis. I. P. 94.a. Piſtor domi nullus,nulla cella, panis & uinum à propola atque decupa. I.A.189.b.Armatos in cella Concordiæ incluſit. & 164.a.Cum in hac cella Concordiæ cum gladijs homines collocati ſtent.

Celſitas,tis.elatio,excelſitas.Off.56.b. Celſitas animi & magnitudo.aliàs,Excelſitas.ex Nonio.

Celſus,a,um.ſublimis,erectus,elatus.de N.54.a.Deus homines humo excitatos celſos & erectos conſtituit. Tuſ. 236.b. Vir celſus & erectus,& omnia quæ accidere poſſunt,parua ducens.de Or.100.a. Aliquem celſum & erectum uagari huc & illuc.pro Syl.167.b. Celſiſsima ſedes dignitatis.de D.82.b.Celſo è uertice montis. Or.202.a. Status celſus & erectus.

Celtiberia.regio.I.A.233 a.

Celtiberi.Tuſ.189.a.de Off.8.b.

Ceminoris.urbs.Ep.245.

Cenſeo,ſes.arbitror,puto,exiſtimo,ſtatuo, decerno, æſtimo,cenſum habeo,æſtimationem habeo. Attic. 165.b. Quid mihi animi in nauigando cenſes fore? & ibid.Quid duro tempore anni actuaria fore cenſes? de Orat. 142. b. Sed nunc,quoniam id temporis eſt,ſurgendum cenſeo. I. C.113.b. Et quoniam nondum eſt perſcriptum S. C. Ex memoria urbis Quirites,quid ſenatus cenſuerit exponam Attic.284.a. De cæteris rebus quid ſenſerim quidq; cenſuerim,audiſſe te arbitror. de Clar.194.b. a. Cum cenſerem remiſsione uocis me periculum uitare poſſe, in Aſiam profectus ſum. At.129.b.Aliter uideo cenſeri Marcello & cæteris,qui hic ſunt. I.A.221.b. Ego ſic interpretor ſenſiſſe maiores,ut cauſam mortis cenſuerint, non genus eſſe quærendum. & 190.b.De ea re ita te cenſeo, ut C.Panſa,&c. Ep.2.b.Craſſus treis legatos decernit,nec excludit Pompeium,cenſet enim etiam ex ijs,qui cum imperio ſunt.I.V.191.a.Conſules,ſi eis uidebitur, primo quoq; tempore ad hunc ordinem referant,ita uti de republica ſi deq; ſua cenſuerint.& 136.b. Quinto quoq; anno Sicilia cenſetur,erat cenſa prætore Peduceo,quintus annus cum te prætore incidiſſet,cenſa denuò eſt. pro Arch.187.b.Illis cenſoribus nullam populi partem eſſe cenſam.& ibid. Eum qui ſit cenſus, ita ſe iam tum geſsiſſe pro ciue. pro Flac. In qua tribu deniq; iſta præda cenſuiſti? & ibidem. Voluiſti magnum agri modum cenſere. I.V.75.b. Frequẽtia, quæ conuenit undiq; cenſendi cauſa. & 98.a. Cum is unicam filiam haberet,neq; cenſus eſſet, &c. At. 17.b.Ne abſens cenſeare, curabo edicendum & proponendum locis omnibus: ſub luſtrum autem cenſeri Germani negociatoris eſt. de Or.100.a. Quæritur, is qui domini uoluntate cenſus ſit,ſi non ſit conditum luſtrum, ſit'ne liber. Parad.125.a.Si cenſenda nobis atq; æſtimanda res ſit, utrum pluris æſtimabimus pecuniam Pyrrhi, & cætera:an continentiam Fabricij.

Cenſor,oris.qui præeſt moribus populi,magiſter morum,præfectus moribus.de Leg.193.b.Cenſores apud Romanos,nomophylaces apud Græcos. & ibid. De officio utriuſq;.



utriuſq;.pro Clu.42.a.Hic poſtea populi Romani moribus præfuit. de L.185. a. Cenſores populi, ciuitatis, ſoboles,familias,pecuniaſq; cẽſento:urbis templa,uias, aquas, ærarium,uectigalia tuento:populi partes in tribus diſtribuunto: exin pecunia ciuitatis ordines partiunto: equitũ, peditumq; prolem deſcribunto:celibes eſſe prohibẽto: mores populi regunto:probrum in ſenatu ne relinquunto:bini ſunto:magiſtratum quinquennium habento:reliqui magiſtratus annui ſunto,eaq; poteſtas ſemper eſto. pro Clu. 44.b.Cenſor præfectus moribus,& magiſter ueteris diſciplinæ & ſeueritatis.Ep.45.b.Cum hæc ſcribebam, Cenſorem iam te eſſe ſperabam,eo breuior eſt hæc epiſtola, & ut aduerſum magiſtrum morum modeſtior. pro Cæl. 42. b.Is fuit in hac cauſa pertriſtis quidam patruus,cenſor,magiſter.pro Dom.239.b.Cenſor,penes quem maiores noſtri iudicium ſenatus de dignitate eſſe uoluerunt. pro Cl. 44.a.Quod idem facere cenſores in delectu dignitatis, et in iudicio ciuium, & in animaduerſione. Off. 75. b. Eoſq; à cenſoribus omnibus ignominijs notatos. pro Dom. 238.a.Quin.Metellus C.Attinium ex ſenatu Cenſor reiecerat. pro Dom.229.b. Vbi cauiſti,ne meo me loco Cenſor in Senatu legeret? & 230. a. L.Philippus cenſor patrem tuum præterijt in recitando ſenatu.de Or.134.a.Africanus cenſor militem quendam ignauum notauit ac tribu mouit.pro Clu.42.a.C. Geta à L. Metello & Cn. Domitio cenſoribus ex ſenatu eiectus eſt.& ibid.Video igitur iudices animaduertiſſe cenſores in iudices quoſdam illius iudicij Iuniani,cum iſtam ipſam cauſam ſubſcriberent. & ibi. Atq; etiam ipſi inter ſe cenſores ſua iudicia tanti eſſe arbitrantur, ut alter alterius iudicium non modò reprehendat,ſed etiam reſcindat,ut alter de ſenatu mouere uelit,alter retineat,& ordine ampliſsimo dignum exiſtimet: ut alter in ærarios referri,ac tribu moueri iubeat, alter uetet. de Or.151.b.Putaui eſſe cenſoris,ne longius id ſerperet,prouidere.

Cenſorius,a,um.de Or.142. b.Sed uide ne quid Catulus attulerit religionis, opus hoc cenſorium eſt: id autem cõmittere uide quàm ſit homini turpe cenſorio. pro Seſt. 15.b.Cenſoria notatio.I.P.81.a.Magiſtra cẽſoria.de Pro. 79.a.Cenſorium iudicium,ac notatio. I.P. 81.b. Iudicium ratioq; cenſoria. ibidem:Cenſoriam poteſtatem minuere. Q.Fr.297.b.In pactionibus faciendis non legem ſpectare cenſoriam,ſed commoditatem conficiendi negocij & liberationem moleſtiæ.pro Clu.26.a.Tabulæ publicæ cenſoriæ Larini corruptæ.de Pro.79.a.Cenſorium iudicium ac notionẽ de ciuitate eſſe ſublatam.pro Clu.42.b. Cenſoria ſubſcriptio & notatio cenſoria.pro Cæl.44.b. Cenſoria grauitas. pro Clu.41.b.Cenſoria animaduerſio.& 44. a.15.Cenſoriæ ſeueritatis nota non inureretur. pro Clu. 42.b.Cenſoriæ ſubſcriptiones.

Cenſura,ræ.cenſoris dignitas.At.60.a.Sanè uelim ſcire,num cenſum impediant tribuni diebus initiandis(hic enim eſt rumor)totaq; de cenſura quid agant,quid cogitẽt. de In.52.b.Gracchus pater,quem pop. Rom. ob id factũ, quod inſciente collega in cenſura nihil egiſſet, poſt cenſuram conſulem fecit.

Cenſus,a,um.)(.Incenſus.pro Arch.187.b.Eum qui ſit cenſus,ita ſe iam tum geſsiſſe pro ciue.l.Cenſeo.

Cenſa,cenſorum.Nonius.

Cenſus,ſus.bonorum æſtimatio,et ipſa bona.pro Cec. 304.a.Populus cum in cenſum uendit,hoc iudicat,cum ij, qui in ſeruitute iuſta fuerunt,cenſu liberentur:eum qui cũ liber eſſet,cenſeri noluerit, ipſum ſibi libertatem abiudicaſſe. pro Cor.55.b.Is ſuratus eſſet ciuitatem,genus ſuum ementitus,irrepſiſſe in cenſum dicitur. Item:Scire uelim num cenſum impediant tribuni diebus initiandis.l. Cẽſura. pro Flac.157.a.Homo ſine honore,ſine exiſtimatione,ſine cenſu.pro Clu.47.b.Eas ſe tamen ab eo balneas nõ ex libris patris,ſed ex tabulis & ex cenſu quærere.& 45. b.Cum in equitum cenſu C.Licinius ſacerdos prodiſſet. I. V.121.b. Cenſus qui iſto prætore ſunt habiti,non ſeruaturum ſe Metellus oſtendit.134.a.Siculi ex cenſu quotannis tributa conferunt,& in cenſu habendo poteſtas omnis æſtimationis habendæ ſummæq; faciundæ cenſori permittitur.pro Clu.45.b.Africanus cum eſſet cenſor,& in equitum cenſu C.Licinius ſacerdos prodiſſet,clara uoce dixit, ſe ſcire illum uerbis conceptis peieraſſe.Parad.125.b. Aeſtimatio cenſus.pro Arch.287.b.At cenſus noſtros requiris,&c.Item:pro Flac.Illud quæro ſint'ne iſta prædia cenſui cenſendo.& ibid.multa de cenſu & cenſoribus, & ærario.

Centaurus,ri.monſtrum ex homine & tauro conflatum, nubis pro Iunone & Ixionis congreſſu. de N.69. b. Nubium una centauros genuiſſe dicitur.& in Arat.

Centenus,a,um.centũ.Parad.125.b. Cẽtena ſeſtertia.

Centeſimus,a,um. At.83.a.Centeſimas me obſeruaturum dixi,cum Antiochi anniuerſario.& ibid.b.Qui centeſimis cum annotociſmo contentus non eſſet. & 6.b. Centeſimæ nummûm. Brut.289.b. Tributum ex centeſima collatum.

Centeſima uſura eſt,cum pro ſingulis centenis duodena quotannis perſoluuntur: quæ ideo centeſima appellatur, quod in centum menſibus τὸ ἀρχαῖον adæquat: id eſt ſortem.

Centies.Centies,ſexagies, & cæteris huius formæ, cũ de pecunijs loquimur addendum eſt, centum millia, ſcilicet ſeſtertiûm,nummûm. I.P.98.a.Nónne H S.centies & octogies ex ærario tibi attributum Romæ in quæſtu reliquiſti.I.A.168.a.H S.ducenties.

Centrum,tri. Tuſ.156.b.Terra in medio mundi ſita ad uniuerſi cœli complexũ,quaſi puncti inſtar obtinet, quod κέντρον illi uocant.de N.49.a.Omnes partes terræ in medium uergunt:id autem medium infimum in ſpæra eſt. & ibid.Medius terræ locus.

Centum.pro Mil.113.a.Serui centum dies penes accuſatorem fuerunt.

Centumuiri,orum.decemuiri, centumuiri, & cætera huiuſmodi nomina delectorũ uirorũ ſunt, ad aliquod munus obeundum.Nam centumuiri iudices erant rerum capitalium.de Orat.99.a. Res delata eſt ad centumuiros. & ibid.b. Quid qua de re inter Marcellos & Claudios centumuiri iudicarunt?

Centumuiralis,le.de Or.99.b.Centumuirale iudiciũ. & 99.a.Iactare ſe in cauſis centumuiralibus.

Centuria, riæ.centum homines.erat enim populus Romanus in centurias diſtributus.I.V.243.a.Præco qui te toties ſeniorum iuniorumq; centurijs illo honore affici pronunciauerit.de Or.133.a. Cum M. Scipio ex centuria ſua renunciaret Acidinum conſulem, præco ei dixit, dic de L. Manlio,&c.I.A.212.a. & de Pet.209.b.210.a. & pro Mur.141.b.Idem centurias equitum ſine ſuffragio eſſe uoluit.pro Pom.4.a.Prætor primus centurijs cunctis renunciatus ſum.de Cla.186.b.Itaq; paucæ centuriæ ad conſulatum defuerunt.pro Dom.242.a.Vobis campus centuriarumq; una uox omniumq;,&c.pro Mil.109.b.Illa auguſta centuriarum auſpicia.Poſtquam.310.a.Vt eædem centuriæ

turiæ quæ me conſulem fecerant,conſulatum meum comprobarent.contra Rul.72.b.Deinde ornat eum mulis,tabernaculis,centurijs,ſupellectili.

Centuriatim. aduerbium, per centurias. pro Flacco.149.a. Tributim & centuriatim deſcriptis ordinibus.

Centuriatus,a,um.in centurias diſtributus.pro Dom. 20.b. Centuriata & curiata comitia. & contra Rul. 71. b.De lege centuriata & curiata. de Leg. 193.a. De comitijs centuriatis.

Centuriatus, tus. centurionis munus. pro Pom. 11.a. Imperator,cuius in exercitu ueniant centuriatus atq; uenierint.I.P.98.a.Quid centuriatus palàm uenditos?

Centuriari. in centurias diſtribui.Poſtquam. 200. b. Cum homines in tribunali Aurelio palàm conſcribi,centuriariq; uidiſſem.

Centurio,onis.centuriæ præfectus & dux. pro Mur. 132.a.Nihil tibi ex iſta laude centurio,nihil præfectus decerpit.pro Cor. 62.a.L.Martius primipili centurio.& I. C.107.a.Manlius iſte centurio.

Centuripæ,arum.opp.I.V.211.

Centuripinus.I.V.122.

Cephaledum.opp.I.V.134.a.

Cephaleditani.I.V.134.b.

Cera,ræ. Tuſ. 171.b. Perſæ mortuos cera circunlitos condunt.de Or.159.a.Sed uerba nos cum iacentia ſuſtulimus è medio, ſicut molliſſimam ceram ad noſtrum arbitrium formamus & fingimus.de N.65.b. Si omnis cera commutabilis eſſet,nihil eſſet cereum,quod commutari nō poſſet.I.V.95.a.Codicis extrema cera:id eſt,tabularū. & 58. b.Tabella cerata cera legitima,non illa infami ac nefaria. pro Flac.154.a.De cera & creta, qua olim in obſignandis literis utebantur.

Ceramicus,ci. locus Athenis:id eſt, Academia.de Fin. 57.a. Statua eſt in Ceramico Chryſippi. de Leg. 183. l. Academia.

Ceramium,mij.locus Romæ.At.56.a.

Cerarius,rij.qui ceram tractat.l.Collybus.

Ceratus,a,um.cera inductum & illitum. I.V.58.b. Tabella cerata cera legitima,non illa infami ac nefaria.

Cerberus,ri.Tuſ.150.a.Triceps apud inferos Cerberus.de N.68.

Cerebrum,bri.Tuſ.152.a.Alij in cerebro dixerunt animi eſſe ſedem.

Ceres,ris.de N.38.a.Fruges Cererem appellamus, unum autem Liberum.ex quo illud Terentij:Sine Cerere et Libero friget Venus. de D.39.b. À gerendis frugibus Ceres tanquam Geres. & 70.a. Ceres à gerendo,&c.De ſacris Cereris. pro Cor. 66.a. Sacra Cereris,&c.I.V.223. a.Sacra Cereris per mulieres ac uirgines confici ſolita. de N. 38.a.Cerere nati liber & libera. & 10.a. Terra, quæ Ceres diceretur.

Cereus,a,um.ex cera fictum.de N.65.b. Omne cereum commutari poteſt.l.Cera. & 15.b. Fingere aliquid in cereis aut fictilibus figuris.

Cereus,rei.fax cerea.Off.68.a.Omnibus uicis ſtatuæ factæ ſunt,ad eas thus & cerei.

Cerimonia,niæ.religio,religio ſacrorum, religio pontificum.I.V.274.b.Quorum ſacra maximis & occultiſſimis cerimonijs continentur.pro Cor.66.a. Sacra Cereris ſumma maiores noſtri religione confici cerimoniaq; uoluerunt.de I.70.b.Religionem eam,quæ in metu & cerimonia deorum ſit,appellant. & 82.b. Religio eſt quæ dei curam cerimoniamq; affert. pro Rab.96.a.L. Flaccus homo in ſacerdotio,cerimonijſq;,quibus præerat, diligentiſſimus.pro Dō.219.b.At etiam alio modo ſit conſtituturus de religione pontificum, quàm cerimoniarum ius coegerit. de Ar. 247.b. Statas ſolenneſq; cerimonias pontificatu contineri.& 252.a.Sacrificium,quod fit incredibili cerimonia.& 248.b.Omnia ſolennia ludorū omnibus rebus ſumma cum cerimonia ſunt ſeruata.I.V.243.b.Facere ludos maxima cum cerimonia.pro S.R.37.a. Qui legationis cerimoniā polluerit.contra Rul.69.b.Domitius,quod per cerimonias populi fieri non poterat, ratione aſſecutus eſt,ut,&c.& ibid.Quòd populus per religionē ſacerdotia mandare nō poterat.de L.181.a.Hoc ſummā religionem ceremoniāq; declarat.& 164.a.Cerimoniæ religioneſq; in deos.pro Dom.253.a.Sacræ religionis cerimoniæ. Tuſ.153.b.Cerimoniæ ſepulchrorum.

Cerno,nis,creui,cretum.uideo, diſcerno,ſpecto, æſtimo,adeo.de D.129.b.Quod omne eſt, id non cernitur ex alio extrinſecus.Top.221.a.Verecundè tu quidem ut omnia,ſed tamen ut facilè cernerē te ardere ſtudio,mecum,ut tibi illa traderem,egiſti.Tuſ.158.a.Ne nunc quidem oculis cernimus,quæ uidemus.Ep.67.b.Cerno iam animo quanto omnia uberiora futura ſint.I.C.120.b.Videor mihi uidere,&c.cerno animo,&c.uerſatur ante oculos. de Or. 157.b.Quæ cernere & uidere non poſſimus. de N. 11.b. Cernere animo,uidere mente. Top.222.b. Cernere atque intelligere aliquid animo.

Cernere.diſcernere,uel ſpectare. Top. 227.b. Cauſa certis perſonis & locis cernitur.Of.13.b.Omnino magnus animus duabus rebus maximè cernitur. Part. 236.a. Atq; hæ quidem uirtutes cernuntur in agendo. & ibidem b. Temperantia duobus modis in rebus commodis diſcernitur.Tuſ.232.b.Res genere,non numero cernuntur. de L. 166.a. Gratus eſt, qui in referenda gratia non ſuum commodum,ſed eum ipſum,cui refert gratiam,cernit.

Cernere.pro æſtimare,adire,uel poſſidere. At. 171. a.Pridie nonarum ex teſtamento creui hæreditatem. & 188.a. Galeonis hæreditatem creui.ad Heren.41.a. Vt de eo ſi dicas,qui multas hæreditates adierit, proſpice tu,qui plurimum cernis. At. 86.b. Is fratris Apij amorem erga me cum reliqua hæreditate creuit. At.219.b. & 220.a. Non committendum eſt,ut iniuſſu meo cernat, &c. bis. contra Rul.74.a.Hæreditatem creuimus. Ep.133.b. À te autem peto,ut me hanc quaſi falſam hæreditatem alienæ gloriæ ſinas cernere:id eſt adire.

Certamen, nis. certatio, contentio, prælium. de N. 79.a. Eſt enim mihi tecum pro aris & focis certamen. de Orat. 85.a. Et conſulatu deuenimus in medium rerum omnium certamen atque diſcrimen. Brut. 91.b. Magnum mihi eſt cum illo certamen. de D.100.a. In bello, in quo maius erat certamen & diſcrimen ſalutis. pro Flac. 150.a.Qua de re etiam inter deos certamen fuiſſe proditum eſt.de Or.138.a. Gladiatorium uitæ certamen,quod ferro decernitur.Of.8.b. Cum altero certamen honoris & dignitatis eſt.de Cla.195.a.In patrocinio Siciliensi maximè in certamen ueni cum Hortenſio. Ep. 154. a. Si à certamine belli tā neceſſarij me remouiſſem. Acad. 47.a.Inſtituere ſibi certamen cum aliquo.Tuſ.188.b.Deſcendere in aliquod certamen.de Fin.79.a.Certamen honeſtum,diſputatio ſplendida.

Certatim.Ep.167.a.Etſi omni tempore ſumma ſtudia officij mutuò inter nos conſtiterunt:id eſt,certatim. pro Seſt.19.b. Cum omnes certatim alius alio grauius atque



ornatius de mea ſalute dixiſſent.I.A.182.b.Certatim poſt hac mihi crede ad hoc opus curretur.

Certatio,onis.contentio. pro Q.12.b. Non fuit mihi par certatio cum illo. & ibid. Tibi cum eo par contentio erat.de Fin. 74.a. Virtuti cum uoluptate certatio eſt.de L.185.a. Cum populus iudicaſſet, per populum mulctæ pœnæ certatio eſto. de Am. 102.b. Atq; hæc inter eos ſit honeſta certatio.de L.174.a.Quod ſine curriculo & certatione corporum fiat.

Certè.ſcilicet,profectò,certò,ſine dubio,ſine ulla controuerſia.At.48.a. Cauſam noſtram Pompeius certè ſuſcepturus eſt.At.198.b.Druſus enim certè uendere uult. Q.Fr.300.b.Certè enim ſcio te feciſſe cum cauſa. de Clar. 175.b.& At.252.a.Certè enim boni aliquid attulimus & nocuimus fortaſſe.pro Mar.131.b.Et certè in armis locorū opportunitas multum ualet. At.128.b. Nā certè neque tum peccaui,cum,&c.neq; cum,&c.de D.112.a. Si Deus ſcit,certè illud eueniet:ſin certè eueniet, nulla fortuna eſt. pro Seſt.20.a.Num illo die fuerit?certè non fuit. Att.7.a. Quod te moleſtè ferre certè ſcio. At.55.b.Certè ſcio te auere,&c.I.V.76.b.Iſte certè ſtatuerat non adeſſe.pro Fō. 277.b.Quod certè ſcire potes,&c. At.255.a. Quod quidem certè enitar.& 195.a.& 288.a.* Certè quidem negas te noſſe.de D.113.a.Certè igitur ignorare melius eſt. de N.2.a.Alterum profectò poteſt,&c. alterum certè nō poteſt,&c.Tuſ.234.a.Vbi eſt animus? certè quidem in te eſt. Acad.26.b.Hæc ſint falſa ſanè,inuidioſa certè nō ſunt. Tuſ.174.a.Homines mortem optare incipiant, uel certè timere deſiſtant. At.142.a.Tibi conſilium dabimus, quod ſi non fuerit prudens, at certè ab optima fide proficiſcetur.Or.210.a.Ad dignitatem docere non habet, certè ſi quaſi in ludo,ſed ſi,&c.de Or.91.b.Nobis ſi ingenium, ut tu putas non maximè defuit,doctrina certè & ocium, & hercule ſtudium illud dicendi acerrimum defuit.I.A.192. a.Hoc inſperatum omnibus conſilium, incognitum certè cepit. At.105.a.Atqui certè ille agere debuit.& 256.a.Et ſi quamuis non fueris impulſor et ſuaſor, approbator certè fuiſti.de Fin.83.b.Epicurus naturales diuitias dixit parabiles eſſe,quòd paruo eſſet natura contenta, certè, niſi uoluptatem tanti æſtimaretis:id eſt, rectè diceret Epicurus,niſi,&c.

Certò,certè.Ep.57.b.Cætera,quæ tibi à multis prompta eſſe certò ſcio,à me ſunt paratiſſima. At.38.a.Nam id te cupere certò ſcio.Ep.81.a. Aliquid iam actū putabā,nō quo ego certò ſciam,ſed quod haud difficilis erat coniectura.et 78.b: Ab altera te ipſum nunquā timuiſſe certó ſciò. & 131.a.De quo etiam nihil ſcribente me,te non dubitare certò ſcio. At.37.b.Sed certò uidentur hæc aliquò eruptura. Tuſ.244.a.Nihil ita expectare quaſi certò futurum.

Certo,as.decerto,contendo,belligero,certamen mihi eſt cum aliquo.de Or.99.a.Iudicia in quibus ſæpe non de facto,ſed de æquitate ac iure certatur.de Or.115.b.Annibal,qui tot annos cum pop.Romano de imperio certauit. de Cl.180.a.Cū aliquo dicacitate certare. Acad.17.a. Certare cum aliquo pugnaciter de aliqua re.I.C. 108.a.Certare cum uſuris fructibus prædiorū.I.A.226.b. Qui duorum fratrum ætatibus medius interiectus uicijs cum utroque certabat.Tuſ.243.b. Adoleſcentium greges Lacedæmone uidimus ipſi incredibili contentione certantes pugnis,calcibus,morſu.

Certus,a,um.non dubius,nō incertus,compertus,notus,exploratus,minimè dubius,definitus, ratus, nihil habens dubitationis,in quo nulla dubitatio eſſe poteſt, quod manu tenetur,uel in manibus habetur,res erat non in opinione dubia,ſed in præſentia atq; ante oculos propoſito periculo.de N.62.a.Græci,quæ affirmāt,certiora eſſe dicunt,quàm quæ apud Sagram. At.95.a.de Cælio adhuc nihil certi habebamus.& 81.a.Sed poſthac omnia quæ certa non erunt,pro certo negato.& 44.a. Ad me, obſecro te,ut omnia certa perſcribas. de N.3. a. Quid quaq; de re certi habeas ſcire cupio.de Fat.142.b. Quoniam in Fabio certum ponitur,ortum eſſe eum canicula oriēte. At.260. a.Omnia igitur uelim explices,& ad me certa mittas. & ibi.Tu mihi de his rebus quæ nouantur, omnia certa, clara.At.248.a.Ita eum placaui,et quidem CCCC M.certa, reliqua in ſpe.Ep.70.a.Non habeo certū, quæ te res hinc retrahat. At.143.b.Certum non habeo,ubi ſis.& 7.b. Neque idipſum tamen certum habeo. Epiſt.157. b. Is tamen adhuc uiuit,& dicitur uicturus,ſed tamen de hoc mihi parum certum eſt.& 17.a.Mihi non tam de iure certum eſt (quanquam ne id quidem ualde dubium eſt) quàm illud, &c.& 163.b.Quem enim impedimento futurum putas, cum de nobis certum ſit nos quieturos.et 185.a. Hyemem credo adhuc prohibuiſſe,quo minus te certū haberemus. pro Syl.174.a.Reſpondit ſe neſcire certum.Epiſt. 141.a. Cras ad te fortaſſe,ſed cum certum ſciam, faciam te paulo antè certiorem. At.159.a.Pompeium pro certo habemus per Illyricum proficiſci in Galliam.& 193.b. De Orobio opinor,ſed certum neſcio.& 152.a. De aduentu Cæſaris pro certo habebamus.& 276.b. Non nunciabatur quicquā quod pro certo haberemus.de N.35.b.Neq; enim mūdum pro certo rotundum eſſe dicitis. Att.152.a.Nunciatum eſt nobis Cæſarem ad VIII.Calendarum Capuæ, hoc pro certo putauimus. Epiſt.79.a.Id futurum,quod euenit,exploratius poſſem promittere.& 114.b.Præterea nunciatum nobis,& pro certo iam habetur, regem Alexandrinum mortuum. Aliquid manifeſtò comperiſſe & manutenere. l.Manuteneo. Mihi non erat explicatum quid agerem.l. Explicatus.de Cl.165.b.Dicere aliquid pro certo. pro S. R.23.b.Certum eſt deliberatumq;,quæ ad cauſam pertinere arbitror omnia dicere. de Or.121.a. Mihi certum eſt à iudicijs cauſiſq; diſcedere.contra Rul.87.a.Pro certo polliceor hoc uobis atq; confirmo,me,&c. Att.103.b. Mihi certum eſt ab honeſtiſſima ſententia digitum nuſquam.& 38.b.Mihi certum eſt abire.pro S.R.32.a. Quod certum eſt non facere:id eſt,deliberatum. At.205 b.Sibi certū eſt Romæ manere.& 5.a.Mihi abiurare certius eſt quàm dependere.& 247.a.Certum mihi eſt ad Brutum tranſire. et 5.a.Certius tibi eſt me eſſe hic,quàm mihi te iſtic.et 77. a.Habebam paucis diebus certos homines, quibus dare poteram.Ep.6.a.Quoties mihi certorū hominum poteſtas erit,quibus rectè dem,non prætermittam. Quin.Fr.300. a.Certiſſimus matricida. Att.248.a.Quem tu illo certiorem nebulonem?pro S.R.32.a.Iam intelliges certum crimen quibus ſuſpicionibus coarguatur. de N.9.b.Cleāthes æthera certiſſimum deum iudicat.I.V.59.b. Qualis erat iſta tua accuſatio?quæ domeſtici periculi, metu certiſſimi & maximi criminis non modò ſuſpicionem,uerùm etiam mentionem ipſam pertimeſcat.pro Seſt.14.a. Hoc ſummi in patriam amoris mei ſignum eſſe debet certiſſimum. I.P.89.b.Deorum hæ ſunt in impios pœnæ certiſſimæ cōſtitutæ.Quin.Fr.307.b.Tu uelim quamprimum bona & certa tempeſtate conſcendas pro Quint. 2.b. Is non ita inſtitutus eſt,ut iura ſocietatis,& officia certi patrisfamilias noſſe poſſit.I.A.226.b.Certi fines Macedoniæ,certiſſima conditio, certiſſimo modo erat etiam illius exercitus,

cum Vatinij uerò legionibus quid erat Antonio? de Nat. 45.b.Qui tam certos cœli motus,tam ratos aſtrorum ordines uiderit.Ep.36.b.Prima duo capita epiſtolæ tuæ nihil habent,quod aut definitum ſit aut certum, niſi me, &c.de N.64.a Stellæ curſus certos & conſtantes habēt. de Som.127.b.His certus eſt in cœlo ac definitus locus. Or.216.b.Certa quædam & definita lex. pro Pom.5.a. Aguntur certiſſima populi Romani uectigalia. pro Q. 6.a.Certos mihi fines terminosq; cōſtituam,extra quos, &c.& ibi:Totā cauſæ meæ dictionē in certas partes diuidā.Ep.185.a.Vt Antonio ex ſenatus ſententia certas res nūciarent.pro Mar.133.b. Certorum hominū ferociam extimeſcens.de Cl.170.a.Habet enim certos ſui ſtudioſos,qui,&c.At.117.b.Ei ſtatim reſcripſi,hominemq; certum miſi de comitibus meis.pro Dom.218.b.Hanc noſtrā coniunctionem certi homines fictis ſermonibus diremerunt.de Orat.100.a.Certis quibuſdam uerbis diuortium fieri.& 107.b.Aſtrictus certa quadam moderatione pedum.& 108.a.Quod quidem certis de cauſis aliter exiſtimatur. de In. 55.a. Certum quiddam & breui exempli cauſa ponam.de Or.112.b.Infinitum genus quæſtionum. )(.Certum,in quo quid in perſonis,& in conſtituta re,et definita quæritur.& 119.b.Hæc artem requirunt ut certis dicendi luminibus ornentur.pro Quint.5.a. Tribuni, à quibus cum eſſet certum auxilium petitum,tamen,&c. de Som.130.a.Eluuiones terrarum,quas accidere tempore certo neceſſe eſt.de L.183.b.Et huic procurationi certum magiſtratum præfecerat.de D.126.a. Cum uideretur certo in loco ſilicem cædere.& 99.a.Elis in Peloponneſſo familias duas certas habet, aruſpicinæ nobilitate præſtantes.de In.55.a.Sed utraq; ſuo loco poſita uim ſuā tanquam propriam & certam obtinet. pro Quin.14.a. Diffido ſatis animo certo & confirmato me poſſe in hac cauſa conſiſtere.pro Cor.60.b.Vidi ego quoſdam Athenis numero Iudicum, atq; Areopagitarum certa tribu, certo numero.de Or.146.b.Sunt certa uicia, quæ nemo eſt quin libenter fugiat.Off.24.a.Implicari aliquo certo genere curſuq; uiuendi.de In.79.a. Cur in certa uerba iurent,cur certo tempore conueniant, certo diſcedant. de D.104.b.Certis rebus certa ſigna præcurrere. I. V.134. a.Cephaledi menſis eſt certus,quo menſe,&c.Att.136.a. Feceris igitur commodè mihiq; gratū,ſi me de his rebus, & ſi quid erit aliud,quod ſcire opus ſit,feceris certiorem. & 135.b.Pompeius certiorem me ſui conſilij fecit.et 127. b.Vtinam tui conſilij certior factus eſſem.Br.92.b.Me uelim de tuis rebus conſilijsq; facias diligentiſſimè certiorem.At.10.a.Tu quid agas,ubi ſis,cuiuſmodi iſtæ res ſint, fac me quàm diligentiſſimè certiorem.At.10.a.Tu uelim me certiorem facias,quid de meis mandatis egeris, atque etiam quid de negocio tuo.

Ceruix,cis.poſterior colli pars,audacia. de D.136.a. Teſtudo capite breui,ceruice anguina.I.V.258.a. Prætorem tu accuſas?frange ceruicem. Or.202.a.Nulla mollicia ceruicum,nullæ argutiæ digitorum.I.A.231.b.Pòſt autem ceruicibus caput abſcidit.I.V.257.b.Cum iſtius auaritiæ pœnam collo,& ceruicibus ſuis ſuſtinerent. de N.12. b.Itaq; impoſuiſtis in ceruicibus noſtris ſempiternum dominum.pro Mur.143.a.Qui ab illo in ſpeculis atq; inſidijs relicti in capite,atq; in ceruicibus noſtris reſtiterunt. de N.58.a.Boum terga non ſunt ad onus accipiendum figurata,ceruices autem natæ ad iugum. Att.283.a.Puer, qui à ceruicibus noſtris auertiſſet Antonium. pro Mil. 116.a. Ego Clodij furores à ceruicibus ueſtris repuli.I.C. 114.b. Non facilè tantam molem mali à ceruicibus noſtris depuliſſem.pro.S.R.23.b.Dare ceruices alicui. I.A. 202.a.Dandæ ceruices erant crudelitati nefariæ. Antequam.196.a.Ore oppreſſo ceruices eſſe præbendas.Tuſ. 240.a.Gladium demitti iuſſit, ut impenderet illius beati ceruicibus.197.b.Legiones ad urbem adducere,& eas in ceruicibus noſtris collocare cogitat.Ad Her.21.a. Sin erit in demonſtratione ſermo, paululum corpus à ceruicibus demittemus.pro D.242.a.Remp.in hac cauſa ueſtris ceruicibus ſuſtinetis.pro Seſt.26.b.Qui tanta munia ſuis ceruicibus ſuſtinent.& 22.a.Vt aliquo præſidio caput et ceruices,& iugulum ac latera tutetur.I.V.178.a.Bene agis, tamen ſi qui erunt tantis ceruicibus recuperatores,qui audeant in prouincia,cum prætor adſit,contra uoluntatem eius iudicare:id eſt,tanta audacia.

Ceruicula,læ.I.V.158.

Cerula,rulæ.At.258.a.Cerulas enim tuas illas miniatulas extimeſcebam.& 245.

Ceruſſatus,ta.Ceruſſa illitus & dealbatus, ſeu fucatus.I.P.84.b.

Ceruus,ui.Tuſ.205.a.b.Natura ceruis et cornicibus uitam diuturnam dedit.

Ceſenna,næ.urbs.Ep.267.a.

Ceſpes,tis.pro Cec.266.b.Non eſſe arma ceſpites neque glebas.

Ceſſatio,onis.Ep.26.b.Sic tu etiam,ſi quid ſcribas nō habebis,ſcribito tamen,ne furtū ceſſationis quæſiſſe uidearis.de N.21.b.Epicurus nihil ceſſatione melius exiſtimat. de L.157.b.Legationē aliqua oratio iſta poſtulat,aut eiuſmodi quampiam ceſſationem liberam atq; ocioſam. At.3. b.De literarum miſſione ſine cauſa abs te accuſor.

Ceſſator,oris.Q.Fr.326.a.De libris Tyrannio eſt ceſſator,Chryſippo dicam,ſed res operoſa eſt. Q.Fr.326.b. Cum Electram & Troadem ſcripſeris, ceſſator eſſe noli. Ep.137.b.Hæc tibi antea non reſcripſi, non quo ceſſator eſſe ſolerem,præſertim in literis,ſed,&c.

Ceſſio,onis.à cedo,ceſſi. Top. 223. a. Abalienatio eſt eius rei,quæ mancipi eſt,aut in iure ceſſio,aut,&c.

Ceſſo,as.nihil ago,uaco,intermitto,ceſſator ſum,deſiſto,finē facio,deſino,cōquieſco,reſpiro,lāgueo.de N.6.a. Iſto tā immenſo ſpacio quæro Balbe cur pronoe ueſtra ceſſauerit.de N.79.a.Cur tā multos deos ceſſare et nihil agere patitur?de N.79.a.et 21.b.At pueri etiā cū ceſſant, exercitatione aliqua delectantur. At.26.a.Deniq; aliud aliquid extabit,ne tibi planè ceſſaſſe uideamur.Epiſt.265.b. Ego hic ceſſo,quia ipſe nihil ſcribo,lego autē libentiſſimè. Q.Fr.320.b.Cicero noſter,dū ego adſum non ceſſauit apud Rhetorem.Ac.39.a.Nec tamen iſtum ceſſare, ſed cælare quæ ſcribat exiſtimo.Quin.Fr.325.b. Illos libros ſcribere non ceſſaui,neq; ceſſo.de Sen.79.b. Gorgias centum & ſeptem compleuit annos,nec unquam in ſuo ſtudio & opere ceſſauit.At.177.a.Ille non ceſſat de nobis detrahere.Q.Fr.306.a.Sin,&c.ne ceſſaris me certiorem facere, ut accurram.& 307.a.De ædificatione tua Cyrum urgere non ceſſo.de Pro.72.a.Alterum,ſi tabellarij non ceſſarint,neceſſe eſt paucis diebus pœniteat audere.

Cetarius,tarij.qui magnorum piſciū mercaturā exercet.Off.30.b.Cetarij,lanij,coqui,fartores,piſcatores,etc.

Cetus,ti.piſtrix ingens piſcis,beiua marina.de N.48 b.Centaurus Cedit,equi parteis properans ſubiungere cetis.aliàs,& rectius,chelys.

Ceos,uel Ceus,ei.Inſula.At.74.a.

Ceus,ea.de D.107.b.





Chalcedonius,ia.ab urbe chalcedone.Acad.42.de Orat.154.

Chalcidicus,ca.idem.de N.64.

Chaldæi,orum.Babylonij,aſtrologi.pro Mur.129.b. À quibus dies tanquam à Chaldæis petebantur. de D.80. a.Aſſyrij qua in natione Chaldæi non ex artis, ſed ex gentis uocabulo nominati ſiderū ſcientiam putantur effeciſſe. & 99.a.Chaldæi in Syria cognitione aſtrorum ſolertiaq; ingeniorum antecellunt.& 139. b.Chaldæis in prædictione & in notatione cuiusq; uitæ ex natali die credendum non eſſe.Tuſ.169.a.Chaldæorum promiſſa.

Chaldaicus,a,um.de D.126.b.Scylax totum hoc chaldaicum prædicendi genus repudiauit.

Chaonia.regio.At.92.

Character,eris.Or.209.a.Sed iam ipſa forma reſtat, & character ille qui dicitur. Item: In omni re difficillimū eſt formam,quod χαρακτὴρ græcè dicitur,exponere optimi,quòd aliud alijs uidetur optimum.Q.Fr.317.b.Dic mihi num aut res,aut χαρακτὴρ non delectat?

Charitas,tis.amor.de Am.111.a.Ipſe ſe quiſq; diligit, non ut aliquam à ſe ipſo mercedem exigat charitatis ſuæ, ſed quod per ſe quiſq; ſibi charus eſt.de N.25.b. Hominum charitas et amicitia gratuita eſſe debet. de Am.102.a.Senſum diligendi et beneuolentiæ charitatem à natura gigni. de Fin.59.b. Liberalitas,qua qui utuntur, beneuolentiam ſibi conciliant,& quod aptiſſimum eſt ad quietè uiuendū, charitatem.de Am.101.b.Ea charitas,quæ eſt inter natos & parentes,quæ dirimi niſi deteſtabili ſcelere non poteſt. de Am.109.b.Cum cogniti ſunt & regum filij inuenti,retinent tamen charitatem in paſtores,quos patres ſuos diu eſſe crediderunt.At.280.b.Vt charitas liberorum amiciores parētes reip.redderet. de Or.127.b.Hæc res amorem magis conciliat,illa uirtutis defenſio charitatem. & 150. b.Parcendum eſt autem maximè charitati hominum, ne temerè in eos dicas,qui diligūtur. pro Seſt.15.a.Patriam, quæ mihi erat chariſſima,propter ipſius patriæ charitatem reliqui. Off.12.a. Omnes omnium charitates patria una complexa eſt.pro Seſt.4.a.Sed beneuolentiam et charitatem illius neceſſitudinis mors filiæ non ademit. I.A. 243.b.Nec id fit faſtidio meo,ſed charitate reipub. Epiſt. 194.a.Filius tuus,cui nos,& charitate,et amore tuum officium præſtaturos non debes dubitare.de Fin.59.a.Quid ex eo conſecutus eſt?laudem et charitatem.I.A.158.b.Credo uos homines nobiles,&c.charitatem ciuium & gloriā concupiſſe.

Charon,ontis.Inferorum nauta.de N.68.a.

Charta,tæ.chartula,membranula,macrocolum, διφθέρα. Q.Fr.316.a.Calamo & atramēto temperato charta etiam dentata res agetur.pro Cæl.46.a.Chartæ quoq;, quæ illam priſtinam ſeueritatem continebant,abſoluerūt. At.35.a.Iam enim charta ipſa ne nos prodat pertimeſco. & 70.b.Chartam tibi deeſſe mea cautio eſt.Epiſt.104.a. An hoc ſignificas, nihil fieri?frigere te?ne chartam quidē ſuppeditari?pro R.P.129.a.Merces fallaces chartis, linteis,ac uitro delatæ. de D.84.b. Voces triſtificas chartis promebat hetruſcis.

Chartula,læ.Ep.104.a.

Charus,ra,rū.acceptus,iucūdus,antiquus,qui ſuauitatem filij apud aliquem obtinet,in ſinu eſſe.de N.25.a. Charum ipſum uerbum eſt amoris,ex quo amicitiæ nomen eſt ductum.I.C.120.b.Comes alicui charus atq; iucūdus. pro Cl.60.a.Hic multis charus atq; iucundus eſt.de Cl.165.b. Vir mihi charus atq; iucundus. pro Arch.190.a.Ennius



charus fuit Africano.de Or.137.a.Si in homines charos iudicibusq; iucūdos inuehare.de Or.110.a. Cū uiderē apud me homines mihi chariſſimos et amiciſſimos.Ep.8.b.Quē in primis amamus charumq; habemus.pro Cor.67.a. Aliquē diligere charumq; habere.Poſtq̄.204.a. Parentes chariſſimos habere debemus.142.a.Paucos æquè ac te charos habeo.& 165.a.Omneis ſuos charos habet, me quidem ſe ipſo chariorem.& 35.a.Pompeius nos amat charosq; habet.I.C. 118.b. Frater chariſſimus & amantiſſimus.I.A. 158.a.Dolobella,qui es mihi chariſſimus.de Or.86.b.Cæteriq; quorum gloria nobis dignitasq; chara eſt. Ep.230. a.Mihi tua fama multo antiquior eſt,quàm illa neceſſitudo.pro Syl.170.b.Quorum alter apud me parentis grauitatem,alter filij ſuauitatem obtinebat.Off.12.a.Omniū ſocietatum nulla eſt charior, quàm ea, quæ cum rep. eſt. chari ſunt parentes, chari liberi, propinqui, familiares: ſed omnes omnium charitates patria una complexa eſt. Off.38.b.Atq; in has clades incidimus, dum metui quàm chari eſſe & diligi uolumus.de Fin.131.a.Sibi quenq; charum eſſe.& ibi.Qui ſibi chari ſunt,ſeſeq; diligunt. et 60. a.Diligi & charum eſſe,iucundum eſt.

Charybdis,dis.locus in mari ſiculo,periculoſus nauigantibus,quòd ibi mare ſit uorticoſum et præceps.de Ar. 258.a.Quam deniq; tam immanem Charybdim poetæ fingendo exprimere potuerunt?quæ tantos haurire gurgites poſſet?quantas,&c.I.A.173.a.Quæ Charybdis tā uorax tot res tam citò abſorbere potuiſſet? I.V.265.b. Non Charybdim tam infeſtam,neq; Scyllam nautis fuiſſe arbitror.de Or.157.b.Charybdim bonorum, uoraginem potius dixerim.

Chirurgia,giæ. Medicinæ pars quæ manu medetur. ad Attic.56.a. Sed ego diæta curari incipio, chirurgiæ tædet.

Chele, les.Scorpij brachia, in cœlo ſignum. In Arat. Exin proiectæ claro cum lumine chelæ. & ibi. Et paucæ cheles ſtellæ.

Cherroneſus,ſi.locus Thraciæ & urbs. Attic. 273.b. Quod ſcribis poſtea ſtatuiſſe te ducere exercitū in Cherroneſum,&c.facis ex tua dignitate.contra Rul.76.a.

Cherronenſis,ſe.I.P.98.

Chimæra,ræ.monſtrum confictum. de N.22.b.Res quæ nunquam eſſe potuerunt,ut Scylla & Chimæra. Att. 32.a. Πρόσθε λέων, ὄπιθεν ἢ δράκων, μέσση ἢ χίμαιρα.

Chirographum,phi.ſcriptum manu propria, quæ dicitur.Ep.183.b.Cuius æra refigere debebamus,eius etiam chirographa defendimus.I.A.162.a. Quo me teſte conuinces?an chirographo?at literæ ſunt librarij manu. Att. 35.b.Non utar meo chirographo neq; ſigno,ſi modò erūt eiuſmodi literæ,quas in alienum incidere nolim.de N.74. b.Id quoq; L.Labienus fecit, qui chirographum ſex primorum imitatus eſt.Ep.103.b.Græculam tibi miſi cautionem chirographi mei. I. A. 156.a. An in commentariolis & chirographis,& libellis acta Cæſaris firma erunt? Ep. 155.b.Credidi chirographis eius & affirmationi præſentis Laterenſis. & 25.a. Extrema pagella pupugit me tuo chirographo.& 156.a.Laterenſijs ſuo chirographo miſit mihi literas,in quibus,&c.exemplar eius chirographi Titio dedi,ipſa chirographa omnia,& quibus credidi,& ea quibus fidem non habēdam putaui,Leuciſpio dabo perferenda.de Cl.190.b.Chirographa, teſtificationes, indicia,quæſtiones, manifeſtam rem deferre.

Chius,ij.Inſula.I.V.86.& 261.

Chius,a,um.de Sen.77.b. Ariſto Chius.

*Chlamydatus,a,um.ut crepidatus.*pro R.P.126.b.L. *Sylla imperator chlamydatus.*

*Chlamys,dis.ueſtis militaris & regia, paludamentū.* pro R.P.126.b.L.*Scipionis non ſolum cum chlamyde,ſed etiam cum crepidis in* Capitolio *ſtatuam uidetis.* Ad Her. 38.*b.*Citharœdus *palla inaurata indutus, cum chlamyde purpurea coloribus uarijs intexta.*

Chorda,*dæ.neruus.*de Orat. 163. *a.* Voces *ut chordæ ſunt intentæ,quæ ad quenq; tactum reſpōdeant.*de N.56. *a.*Itaq; *plectri ſimilem linguam noſtri dixere,chordarum dentes.*

*Choragium,gij.ſcenicus apparatus totus,& pompa.* Ponitur *pro thraſonica quadam oſtētatione.* Ad Her.39. *b.*Aut *aliquod fragile falſæ choragiū gloriæ comparetur.*

*Choreus,rei.trocheus.aliàs* Chorius *pes eſt.* -u. Or. 217.*b.*Dichoreus *eſt,cum duo extremi chorei ſunt, id eſt, è ſingulis longis & breuibus.* -u -u.

*Chorus,ri.corona,multitudo.pro Mur.*136.*a.* Catilina *ſtipatus choro iuuētutis.* At. 225.*a.*Baiana *negocia chorumq; illum,de quo ſcire uis,cum proſpexero,tum ſcribā.* Off.75.b.Poteſt *eſſe utile, quod ſit huic talium uirtutum choro contrarium.*de Fin.54.*a.*Epicurum *penè è philoſophorum choro ſuſtuliſti:id eſt,è numero.*

*Chryſes,ſæ.amnis Siciliæ.*I.V.222.*b.*

*Chryſippus,pi.philoſophus* Stoicus.Acad.19.*a.*Chryſippus *qui fulcire putatur porticum Stoicorum.*

*Chryſippæus,a.*Acad.24.*a.*

*Cibaria,orum.omnia quibus animantes ueſcuntur et aluntur.*pro S.R.27.*b.*Anſeribus *cibaria publicè locantur,& canes aluntur in* Capitolio.*& ibi.b.* Cibaria *uobis præberi uidemus.*I.V.11.*a.*Quæſtores *liberaliter ex iſtius cibarijs tractati.& ibi.b.*Menſtrua *cibaria.&* 197.*a*. At *uberiora cibaria facta ſunt caritate, credo, &c.*At.93.*b.* Vnde,*inquit,me iubes petere cibaria? & ibi.*Dare *cibaria alicui.*Ep.76.*b.*Et *exiſtimare debes eo minus ad te, uel de tuis cibarijs,uel de mea liberalitate perueniſſe.* Tuſc.182. *b.*Ferre *plus dimidiati menſis cibaria.*

*Cibarius,a,um.*Tuſ.247.*a.*Ptolemæo *peragranti* Aegyptum *comitibus non conſecutis, cibarius in caſa panis datus eſt.*

*Cibus,bi.eſca,paſtus,epulæ.* de N.50.*a.* Animalia *cibum partim oris hiatu et dentibus ipſis capeſſunt, partim unguium tenacitate arripiunt,partim aduncitate roſtrorum,&c.*de N.30.*b.*Cleanthes *negat ullum eſſe cibum tā grauem,quin is die ac nocte concoquatur.*de Fin.78.*a.*Epicurus *utebatur eo cibo,qui & ſuauiſsimus eſſet,& idem facillimus ad concoquendum.*de L.183.*b.*Terra *cibos fert, et ut mater cibos ſuppeditat.*de D.93.*b.* Ex *quo etiam* Pythagoricis *interdictum putatur,ne faba ueſcerētur, quod habet inflationem magnam is cibus.et* 120.*a.* In *omne corpus diuiſo & modificato cibo.aliàs,*Mitificato.I.V. 260. *a.*Parentes *liberis ſuis cibum ueſtitumq; introferre prohibentur.*de Sen.84.*a.*Tantum *cibi & potionis adhibendū, ut reficiantur uires non opprimantur.* de D.93. *a.*Nunc *onuſti cibo & uino perturbata & confuſa cernimus. & ibi.*Mens *immoderato obſtupefacta potu atq; paſtu.* pro Mur.141.*b.Cato negat uerum eſſe, allici beneuolentiam cibo.*de Fin.56.*b.*Cum *cibo & potione fames ſitiſq; depulſa eſt.*Ep.257.*a.Si poſteaquam cibum cepiſti, uideris tibi me poſſe conſequi,tuum conſilium eſt.*

*Cibuſtra,orū.locus ad montē* Taurū *in* Cap.At.77.*b.*

*Cicatrix,cis.ſignum quod ſanato uulnere uel ulcere, hæret in corpore.* I.A.212.*b.* Luculentam *tamen ipſe plagam accepit,ut declarat cicatrix.*de In.92.*a.* Quoniam *cicatrix eſt,fuit uulnus.*Tuſ.202.*a.*Nec *ille liber uulneribus mederetur,ſed cicatricibus.*contra Rul.88.*a.*Ne *refricare obductam iam reipub.cicatricem uiderer.* I. V.236. *a.*Vt *oſtenderet cicatrices aduerſo corpore exceptas.* de Orat. 119.*b.*Et *iudicibus cicatrices aduerſas ſenis imperatoris oſtendere.*

CICERO, ONIS. *cōtra* Rul.65.*b.Cicero equeſtri loco ortus.& pro* R.P.125.*a.*Nunc *equites ſcitis me ortum è uobis.*contra Rul.66.*a.Cicero primus homo nouus conſul factus eſt.*Antequam.193.*b.*M.Tullius *cuſtos urbis,defenſor omnium,pater patriæ.*de Leg. 158.*a.* Cicero *à pueritia ſtuduit iuri.*de Or.133.*b.* M.Cicero *ſenex,&c.*de Cl. 170.*a.* Vt *ſi ego me à* M.Tullio *eſſe dicerem,qui* Patritius *cum* Ser.Sulpitio *conſul fuit.*pro Dom.225.*b.* Domus *Ciceronis in palatio.*

*Ciconia,niæ.auis nota.*de Fin.103.*b.*

*Cicur,ris.animal manſuetum.)(.ferus,immanis.*de N. 45.*b.*Varia *genera beſtiarum,uel cicurum, uel ferarum. &* de Am.111.*a.*Beſtiarum *immanes alias, quaſdam cicures.*Tuſ.235.*b.*

*Cieo,es.moueo,agito.*de N.30. *b.* Omne *quod eſt calidum & igneū,cietur & agitatur motu ſuo. &* 42.*a.*Naturam *eſſe uim ſine ratione cientem motus in corporibus neceſſarios.&* 65.*a.*Natura *omnia ciens & agitans motibus & mutationibus ſuis.*de Fin.84.*b.*Cui *uiperino morſu uenæ uiſcerum ueneno imbutæ tetros cruciatus cient.* Tuſ.152.*a.*Sic *ex corporis totius natura & figura uarios motus cieri.*de Vn.199.*a.*Cuius *orbis ſemper eodem modo ciebatur.*Tuſ.159.*b.*Animatū *eſt quod motu cietur interiore.*de D.83.*a.*Abſurdoq; *ſono fontes et ſtagna cietis.*

*Cilicia,æ.regio.*I.V.204.

*Cilices,licum.ibidem.*de D.80.*b.*

*Cilicienſis,ſe.*Ep.228.*a.*

*Cilicenſis,ſe.*Q.Fr.300.*b.*Cilicenſis *prætor.*

*Cilicium,cij.ueſtis è pilis caprarum cōtexta.* I.V.95. *b.*Cum *iſte coria,cilicia,ſaccos imperaret.*

*Cimbri.populi.*pro Pomp.15.I.A.223.Tuſ.189.

*Cimbricus,ca.*pro Arch.189.*b.*

*Cimmerij,orū.populi.*Acad.16.*a.* Et *Cimmerijs quidem,quibus aſpectum ſolis ſiue deus aliquis,ſiue natura ademerat,ſiue eius loci quem incolebant ſitus, ignes tamen aderāt,quo tum illis uti lumine licebat: iſti autem quos tu probas,tantis offuſis tenebris ne ſcintillam quidem ullam nobis ad aſpiciendum reliquerunt.*

*Cincinnatus,a,um.*Poſtquam.206.*b.* Quo *uultu cincinnatus ganeo patriæ preces repudiauit. &* pro Seſt.8. *a.*Cincinnatus *conſul.aliàs,*Cirratus.de Fin.66.*b.* Maiores *noſtri ab aratro adduxerunt* Cincinnatum *illum ut dictator eſſet.*

*Cincinnus,ni. capillus ad ornatum intortus.*de Or.152 *a.*Atq; *eo citius in oratoris aut in poetæ cincinnis ac fuco offenditur,quod,&c.* I.P.84.*b.*Erant *illi compti capilli & madentes cincinnorum fimbriæ.*

*Cincinnatus.*pro Seſt.8.*a.*

*Cincinnatæ,pro cometis,aut crinitis.*de N.28.*b.*

*Cingo,gis.coerceo.*pro Mil.101.*b.*Nō *enim corona cōſeſsus ueſter cinctus eſt,ut ſolebat.*pro Fl.151.*b.*Regio,*quæ mari cincta eſt.*de N.79. *a.* Diligentiusq; *urbē religione, quàm ipſis mœnibus cingitis.*At.66.*b.* In *cāpo* Martio *ſepta marmorea ſumus et tecta facturi,eaq; cingemus excelſa porticu.*de Pr.75.*a.*Aſia *nunc nouis trib.prouincijs cingitur.*pro Pom.9.*b.*Sicilia *multis undiq; cincta periculis.* I.V.229.



I.V.229.*a.*Gorgonis *os cinctum anguibus.*

*Cingulum,li.opp.*At.111.

*Cingulus,li.zona.*de Som.126.*b.*Cernis *terram quaſi quibuſdam redimitam cingulis,è quibus duos maximè inter ſe diuerſos uides,&c.*

*Cinis,ris.* pro Q.8. *a.*Eum *obſecrauit per fratris ſui mortui cinerem.*I.V.99.*a*. Cur *hunc dolorem cineri eius atq; oſsibus inuſsiſti?*I.A.250.*b.*Sceleratum *dediſſe pœnas cineri atq; oſsibus clariſsimi uiri.* Ad Her.26.*b.* Niſi *miſerandum patriæ uiderint cinerem.*

*Cinna,næ.* de Nat.76.*a.* Cur *tot ciuitatis principes à* Cinna *interempti?*At.106.*a.*Nec *in cæde principum clementior hic erit quàm* Cinna.

*Circa.circum.*At.60.*b.*Noſtram *ambulationem, & ea quæ circa ſunt,uelim cum poteris,inuiſas.*Epiſt.134.*a.* Ex *literis tuis intellexi perſpectum tibi eſſe animum meū circa curam ualetudinis tuæ.*I.V.102.*a.*Aiebat *multa ſibi opus eſſe,multa canibus ſuis,quos circa ſe haberet.* contra Rul.64.*b.*Cum Rullus *Capuam & urbes circa Capuam occuparit.*

*Circe,ces.maga.*de N.69.*a.*Circe *&* Paſiphae *è* Perſide Oceani *filia natæ,patre ſole.* de N.70.*b.* Solem Colchis Aeetam *& Circen procreaſſe.*Off.23.*a.* Vlyſſes *in illo errore diuturno mulieribus(ſi* Circe *&* Calypſo *mulieres appellandæ ſunt)inſeruiuit.*

*Circeienſes.pop.*de N.69.

*Circenſes ludi.*I.V.207.

*Circeus,a,um.*I.V.63.*b.*Sed *repentè ex homine tanquam aliquo Circeo poculo factus eſt* Verres.

*Circei,orum.locus.*At.191.*b.&* 242.

*Circiter.ad,non multo ſecus,propè,ferè.*Ep.33.*b.* Circiter Idus Quintiles *puto me ad* Iconium *fore.* Att.25.*a.* Nos *circiter* Cal.*in* Formiano *erimus.&* 195.*a.*Panſa *circiter calendas affuturus uidetur.*I.A.175.*a.*Hora *diei decima ferè ad ſaxa rubra uenit.* pro Cl.40.*b.*Cum *annos ad* XL.*natus eſſet.*

*Circuitio,onis.circūſcriptio,anfractus,periphraſis,ornamentū oratoriū.*de D.116.*b.*Epicurus *circuitione quadam deos tollens rectè non dubitat diuinationē tollere.* Ad Her.34.*a.*Circuitio *eſt oratio rem ſimplicem aſſumptam circūſcribens elocutione.*de D.134.*b.*Iam *uerò quid opus eſt circuitione & anfractu? ut ſit utendum interpretibus ſomniorum,potius quàm directo? deus ſiquidem nobis cōſulebat,hoc facito,hoc ne feceris diceret,idq;,&c.*

*Circuitus,tus.conuerſio,periodus, comprehenſio & ambitus uerborum.*de N.35.*b.*Circuitus *ſolis orbium conuerſionem conficiunt annuam.*de Som.127.*a.*Cum *hi duo numeri circuitu naturali ſummam tibi fatalem confecerint.*de Vn.210.*a.*Nox *igitur & dies unum circuitum orbis efficit.* de Or. 160. *b.* Modò *ne circuitus uerborum ſit aut breuior quàm aures expectent,aut longior quàm uires atq; anima patiatur.* Or.204.*a.*Circuitus *continuatioq; uerborū.*Or.217.*a.*Circuitus *orationis,quam* Græci περίοδον, *nos tum ambitum,tum circuitum,tum comprehenſionem,aut continuationem, aut circunſcriptionē dicimus.*de Or.161.*b.*Cum *illi ueteres circuitum & quaſi orbem uerborum conficere non poſſent, terna aut bina, aut nonnulli ſingula etiam uerba dicebant.* de Or.160.*b.* Oratio *conuerſiones habeat abſolutas.*

*Circulator,oris.circunforaneus homo, uulgaris, uagus,ſordidus,quem* Hor.*Cyclicū dicit.*Ep.164.*b.* Circulator *quidam actionum notiſsimus.*Pollionis.

*Circulo,as.*de Clar.182.*b.*Oſcitans *iudex, loquens cū altero,nonnūquam etiā circulans. id eſt,caput modò huc modò illuc,quaſi in circulum agentem.*

*Circulus,li.orbis,forma plana in orbem acta, gyrus, rotundus ambitus,corona hominum colloquētium.* de N. 35.*a.*Duæ *formæ præſtātes ſunt:ex ſolidis globus(ſic enim* σφαῖραν *interpretari placet)ex planis circulus aut orbis, qui* κύκλος *græcè dicitur.*de Som. 128. *a.* Stellæ *circulos ſuos orbeſq; conficiunt celeritate mirabili.& ibi.* Orbis *lacteus & circulus lacteus.*de Or.98.*a.* Si *quemcunq; patrē familias aripuiſſetis ex aliquo circulo, eadem uobis reſpōdiſſet.* At.33.*Sermo in circulis duntaxat,et in conuiuijs eſt liberior quàm fuit.* Q.Fr.324.*a.* Cato *diruptis tabellis de circulo ſe ſubduxit.*de Fin.138. *a.* Quoſdam *uidemus cum non habeant ingenuas ex doctrina oblectationes, circulos aliquos aut ſemicirculos conſectari.*

*Circum.circa.*I.V.143.*a.*Is *prætorem circum omnia fora ſectabatur.*At.130.*b.*Si Cæſar *circum iſtæc loca commorabitur.*de Opt.243.*b.*Templa,*quæ circum forū ſunt.* Ac.31.*a.*Nicetas *cenſet terram circum axem ſe ſumma celeritate conuertere.*At.144.*a.*Ii *qui circum eum ſunt omnia poſtulantes.*de N.12.*a.* Verſari *circum axem cœli.* At. 129.*b.*Ea *copia,quam* Capuæ *et circum* Capuam *comparaſtis.et* 123.*b.*Volo *circum uillulas noſtras errare.* cōtra Rul.64.*b.*Vrbes,*quæ circum* Capuam *ſunt.* pro Quint. 4.*a.*Tum Næuius *pueros circum amicos dimittit.*

*Circuncirca.* Epiſt.50.*a.* Cœpi *regiones circuncirca proſpicere.*Sulpitij.

*Circuncurſo,as.*Ep.95.*b.*

*Circumeo,is.circuo.eo circum, circundo.* Ep. 121.*a.* Furius *&* Lentulus *unà nobiſcum circumierunt.* At.236. *a.*Antonij *conſilia narrabat,illum circumire ueteranos.*I.A.250.*a.*Qui *ſe totius belli fluctibus circumiri, quàm illū progredi maluit.*

*Circūligo,as.implico,cōplico.*de D.122.*a.*De Roſcio *poteſt illud quidē eſſe falſum,ut circūligatus fuerit angui.*

*Circumlitus,ta.unctus,& inductus.*Tuſc.171.*b.*Cera *circumlitus.*

*Circumluuio,onis.aquarum inundatio.* de Or.99.*a.* Alluuionum *& circumluuionum iura.*

*Circumpedes.ſerui.*I.V.95. *a.* Circumpedes *homines formoſi & literati.l.à pedibus,&* Pes.

*Circumplector,eris.circumplico.*I.A.248.*a.*Qui *domini patrimonium complexus quaſi theſaurum draco, agri* Lucani *poſſeſsiones occupauit.*de Vn.199.*a.*Eoq; *motu undiq; eſt eos circumplexus.*

*Circumplico,as.circumplector.*de D.121.*a.* Si *anguis uectem circumplicaſſet. & ibi.Si anguis uectem circumuectus fuiſſet.*de D.90.*b.* Bellua *uaſta & immanis circumplicata ſerpentibus.&* 97.*a.*Puer *circumplicatus ſerpentis amplexu.*

*Circumpotatio,onis. cum pocula de manu in manum traduntur,& in circuitum redeunt.*de L.182.*a.* Hæc *præterea ſunt in legibus de unctura,quæ ſeruilis unctura tollitur,omniſq; circumpotatio.*

*Circumretio,tis.implico,impedio,inuoluo.* I.V.266 *b.*Cum *te implicatum ſeueritate iudicum,circumretitum frequentia populi* Romani *eſſe uideam.*

*Circumrodo,dis.arrodo.* At.57.*b.*Dudum *circumrodo,quod deuorandum eſt.*

*Circumuallo,as.obſideo,circūuenio,munio.* At.148. *a.*Mihi *epiſtola affertur à* Lepta,*circumuallatū eſſe* Pompeium.*ualle munitum.*

*Circumuectio,onis.*de Vn.200.*a.*Solis *circumuectio, &c.*

&c.& At.32.a.Portorium circumuectionis.

Circumuectus,ctus.de N.39.a.Aether qui tenero terram circumuectu amplectitur.

Circumueho,his.circumduco, circũporto.de D.121.a.Si anguis domi uectem circumuectus fuiſſet.& ibi.Si anguem uectis circumplicaſſet.

Circumuenio,nis.decipio. Ep. 59.a. Nunc uideo illũ circumuentum,me deſertum.de Cl.188.b. Circumuenior, inquit, iudices niſi ſubuenitis.pro Q.17.b. Acerbũ eſt ab aliquo circumueniri. Antequam.194.a.Subitò ipſi ſimili periculo circumuenti,&c.I.V.203.a.Tua te Meſſana circumuenit.Tuſ.159.b.Aliquis iudicio iniquorum circumuentus.de Cl.168.b. Quia quaſi committeret contra legem,quo quis iudicio circumueniretur. pro Cluen. 19.b. Innocentem pecunia circumuentum eſſe.pro Cl.23.b. Aliquem iudicio oppreſſum & circumuentum eſſe innocentem.Off.43.b.Subuenire alicui,qui potentis alicuius opibus circumueniri urgeriq; uideatur.pro Quin. R. 49.a. Quem per arbitrum circumuenire non poſſes.

Circuncido,dis.amputo,reſeco,demo,aufero. de Or. 90.b.Licet hinc quantum cuiq; uidebitur, circuncidat atque amputet.Acad.35.a.Teſtatur ſæpe Chryſippus treis ſolas eſſe ſententias quæ defendi poßint de finibus bonorũ, circuncidit & amputat multitudinem.de Fin. 134.a.Ars agricolarum,quæ circuncidat,amputet,erigat, extollat, adminiculetur.& 58.a.Amputata circunciſaq; inanitate omni & errore.

Circuncirca.ab omni parte,undiq;.Ep.50.a.Cœpi regiones circuncirca proſpicere.Sulpitij.I.V.225.a. Locus omni aditu circunciſus atq; diremptus.

Circuncludo,dis.I.C.98.b.Mea diligentia circunclusus,commouere te contra rempub.non potuiſti. & 107.a.Si Catilina meis conſilijs circuncluſus pertimuerit.

Circundatus,a,um.de Som. 129.b. Terra quaſi quibuſdam redimita & circundata circulis.

Circundo,as.cingo,ſepio,uallo,ſtipo,circunſepio,circunfundo,ueſtio,circumueho, circumplico, circumligo, circunijcio.de Or.108.b.Tu autem exiguis quibuſdam finibus totum oratoris munus circundediſti.pro Q. 6.a. Si extra hos cancellos egredi conabor,quos mihi ipſe circundedi.pro Flac.151.b.Regio,quæ inſulis circundata eſſet. de D.136.a.Inuenit auri aliquantum, idq; circũdatum argento. I. C. 111.a. Tectis omnibus ſubiectos propè iam ignes circundatosq; reſtinximus.I.C.119.b. Cæſar illis horribiles cuſtodias circundat.I.P.99.b. Milites ignes circundederunt.I.V.90.a.Omnes ad eam domum profecti ſunt. cædere ianuam ſaxis,ligna & ſarmenta circundare. & 92.b.Obſeſſum te dicis,ignem allatum, ſarmenta circundata.Tuſc.239.b.Cum foſſam latam cubiculari lecto circundediſſet.Ep.245.b.Oppidum uallo & foſſa circundedi.de Vn.168.b.Deus animum ueſtiuit corpore,& circũdedit extrinſecus.& ibi.a.Deus totam figuram mundi omni leuitate circundedit.

Circunduco,cis.I.A.179.b.Vt uexillum uideres & aratrum circunduceres.

Circunfero,fers.circungeſto.I.V.129.b. Quæſo codicem circunfer,oſtende. pro Cor.57.a. Cum ipſius tabulæ circunferrentur inſpiciundi nominis cauſa. de Or.159.b. Sol circunfertur ut accedat ad brumale ſignum,&c.

Circunflo,as.I.V.169.a.Circũflari ab omnib. uentis.

Circunfluo,is.abundo.I.V.149.b.Circunfluere & abundare omnibus rebus.pro Mur.136.a. Circunfluente colonorum Aretinorum exercitu.de Am.106.a.& Parad. 116.b.Circunfluens omnibus copijs. Att.36.a. Ille noſter amicus ſemper in laude uerſatus,circunfluens gloria.

Circunforaneus,a,um.qui circum forum ſpaciatur uẽditans aliquid. pro Cluen. 25.b. Clodius pharmacopola circunforaneus,qui properaret,cui fora multa reſtarent. Att. 23.a. Tuſculanum & Pompeianum ualde me delectant,niſi quod me ære non Corinthio,ſed hoc circunforaneo obruerunt.de D.108.a.Aſtrologi de circo, uicani Aruſpices.l.circulator.

Circunfundo,dis.de Natur.29.b.Terram craßißimus circunfundit aer. de Som. 129.b.Terra circunfuſa illo mari,quod Oceanum appellatur.de Vn.198.a.Neq; erãt aere circunfuſa extrema mundi.pro Mil.115.a.Pompeius in illis publicorum præſidiorum copijs circunfuſus ſedet. Acad.30.b.Latent omnia craßis circunfuſa tenebris. & 12.b.Circunfuſus luce.

Circunijcio,cis.de Vn.199.b.Sic animus à medio profectus,extremitatem cœli à ſuprema regione rotundo ambitu circuniecit.

Circungeſto,as.circunfero.Quin.Fr.300.b.Eam epiſtolam T.Catienus circungeſtat.

Circunſcribo,bis.definio,determino,concludo,conſtituo.pro Rab.96.b.Exiguum nobis uitæ curriculum natura circunſcripſit,immenſum gloriæ. pro Arch. 191.a. Si quibus regionibus uitæ ſpacium circunſcriptum eſt,eiſdem omnes cogitationes terminaret ſuas.I.V. 206.b. Ille ſe fluuio Rubicone CC Mil.circunſcriptum eſſe patiatur? I.A.218.a.Virgula ſtantem circunſcripſit, dixitq; ut reſponderet,&c.priuſquam ex illa circunſcriptione excederet.Oct.330.a.Cur immemor beneficij ſui ſcelerate circunſcribis ſenatum.Parad.119.a.Exilium terribile eſt illis,quibus circunſcriptus eſt habitandi locus. de Fin. 129.b.In hunc orbem,quem circunſcripſimus, incidere nõ poſſunt.pro Seſt.23.a.Sed genus uniuerſum breui circunſcribi ac definiri poteſt.de Orat.91.a. Orator nullis terminis circunſcribit aut definit ius ſuum. Att.107.b.Aut addita cauſa,ſi forte Trib.pleb.S.C. Circunſcriptus aut ſublatus, aut expulſus ſit.de Or.89.b.Quaſi certarum rerum forenſibus cancellis circunſcripta ſcientia.& 114.b. Sed ita ut ſit circunſcripta modicis regionibus.& 216.b.Antè enim circunſcribitur mente ſententia, confeſtimq; uerba concurrunt.Pro ci[illegible] ducere,et pluribus declarare. ad Her. Circuitio eſt oratio, [illegible]em ſimplicem aſſumptam, circunſcribens elocutione. [illegible]ro reijcere & excludere. I.V.138.b. Itaq; uno genere o[illegible] nor circunſcribere habetis in animo genus hoc aratorum,quod eos infenſo animo ueniſſe dicatis, quia fuerit in decumis iſte uehementior. I.V.84.b. Quamobrem hoc omni tempore Syllano ex accuſatione circunſcripto,legationem eius præclaram cognoſcite. de Fin.96.b.Circunſcriptis igitur ijs ſententijs, quas poſui, relinquitur,&c. I.A. 250.a. Parata de circunſcribendo adoleſcente ſententia conſularis. pro Mil. 119.a.Senatus credo prætorem eum circunſcripſiſſet.& ibi.An conſules in prætore coercendo fortes fuiſſent?Pro circunuenire,decipere.pro Q.R.49.a.Dic nunc te ab Roſcio HSLIII.circunſcriptum eſſe.Acad.12.b.Alterum eſt, quod fallacibus & captioſis interrogationibus circunſcripti ac decepti quidam,cum eas diſſoluere non poſſunt, deſciſcunt à ueritate.

Circunſcriptè.definitè,paucis,breuiter. de N.55.b.Singulas res definimus,circumſcripteq; complectimur.

Circunſcriptio,onis.definitio,circuitio. de N.6.a. Aeternitas,quam nulla temporis circunſcriptio metiebatur. de Clar.



de Cla.167.b.Natura ipſa circunſcriptione quadam uerborum comprehendit concluditq; ſententiam. Pro fraude & deceptione.pro Cl.26.b.Ab his inſidiæ circunſcriptionesq; adoleſcentium naſcebantur.Of.64.a. Circunſcriptio adoleſcentium lege plectoria erat uindicata.pro Fla. 161.a.Aperta circunſcriptio.Or.212.a.Circunſcriptio etiam periodum ſignificat.l.Periodus.

Circunſcriptor,oris.I.C.105.b.Quis teſtamentorum ſubiector? qui circunſcriptor inueniri poteſt? qui ſe, &c.

Circunſcriptus, a, um. Or.200.a. Arguti certiq; & circunſcripti uerborum ambitus.ad Her. 31.a. Ne patres conſcripti circunſcripti putentur.

Circunſeco,cas.circuncido.pro Cl.55.b.Serrula,qua illud potuit circunſecari.

Circunſedeo, es.circunſideo.At.242.a. Circũſedemur copijs omnibus.I.A.206.a. Cum Antonius Brutum oppugnet,Mutinam circunſedeat.& 213.a.Qui Mutinam circunſedent.pro Deiot.148.a.Cæſarem in caſtello circunſederi.ad Her.31.b.Circunſederi ab hoſtibus.At.225.b.Cum ab eo Catilius circunſederetur.I.A.164.a.Senatum ab Ithyreis circunſederi.At.156.a.Qui filios miſerunt ad Cn. Pompeium circunſedendum.Ep.112.a.Ipſum apud Bellouacos circunſederi intercluſum ab reliquo exercitu. I.A. 199.b.Ne coloniam circunſedeat.

Circunſepio, pis.circundo.Oct.329.a.Cohortibus armatis circunſeptus ſenatus.de Ar.254.b.Vos ijſdem ignibus circunſepti.

de Leg.169.a.Nihil in his locis niſi montes & ſaxa cogitabam.pro Fon.278.b.Vos ſæpius eandem rem animis agitare,et diutius uno de teſte cogitare poteſtis?cõtra Rul. 78.b.Vos tamen id poteſtis cum animis ueſtris cogitare. de Leg.169.a.Nam illo loco libenter ſoleo uti, ſiue quid mecum ipſe cogito,ſiue aliquid ſcribo,aut lego. de D.136. b.Nulla ſpecies cogitari poteſt niſi pulſu imaginum. pro Mil.112.a.Clodius nihil de extremis Milonis comitibus cogitauit. Attic.159.a.Ad hæc igitur cogita uel potius excogita.de Orat.118.a.Et quicquid de ſua re cogitarit in medium proferat.pro Rab.96.b.Longius quàm uitæ termini poſtulant,ſpe atq́; animo de ſe & gloria ſua cogitare. Ep.6.b.Is uiſus eſt mihi toto animo de te ac de tuis ornamentis & commodis cogitare.I.C.108.a. Sed eos hoc mo neo deſinant furere,& proſcriptiones,& dictaturas cogitare.At.207.b.De hortis toto pectore cogitemus. Tuſc. 187.b.Ad ferendum dolorem placidè & ſedatè, plurimũ proficit,toto pectore,ut dicitur,cogitare,quàm id honeſtum ſit.Ep.50.a.Cœpi egomet mecum ſic cogitare, Hem nos homunculi,&c.Tuſ.349.b.Docto et erudito homini uiuere eſt cogitare.Ep.153.a.Si inſulam Britaniam cœpero cogitare,eius εἴδωλον mihi aduolabit ad pectus. Att. 228.b.Sed me hercule ſi humaniter,& ſapienter,& amabiliter in me cogitare uis,facilem te profectò præbebis. Acad.10.b.Nihil enim agens ne cogitari quidem poteſt, quale ſit.At.27.a.Ludi Antij futuri ſunt pridie Non. eos Tullia ſpectare uult,inde cogito in Tuſculanum.Att.235. b.Quæris ut ſuſcipiam cogitationem,quidnam tibi agendum putem?conſilia temporum ſunt. At.206.b.Mihi eſt in animo proficiſci VI.Cal.& 134.b.M.Lepidus cras cogitat:id eſt,diſcedere,uel proficiſci.

Cognatio,onis.agnatio,coniunctio.I.V.216.b. Segeſtani cognatione ſecũ populo Romano coniunctos eſſe arbitrantur.de N.19.a.Deorum cognationẽ libenter agnoſcerẽ.de Fin.114.a.L.Cicero frater noſter cognatione patruelis,amore germanus.de In.50.a.Cognatione, quibus maioribus,quibus conſanguineis.I.A.195.b. An poteſt cognatio ulla propior eſſe quàm patriæ.I.V.219.a.Quæ cognatio ſtudiorũ & artium non minus eſt cõiuncta, quàm illa naturæ. de D.137.b.Hæc uerò qua cũ ſomnijs naturali cognatione iunguntur.de Or.118.a.Cognationes, affinitates,&c.de Fin.146.b.Et tota domus coniugio & ſtirpe coniungitur,ſerpit ſenſim foràs,cognationibus primùm, tum affinitatibus,deinde amicitijs, pòſt uicinitatibus cum ciuibus.pro Syl.178.b.Cincius nũquam ſibi cognationem cum prædijs eſſe exiſtimauit ſuis.At.202.b.Pro cognatione quæ mihi tecum eſt.de D. 94.a. Animus, qui deorum cognatione teneatur.Or.225.a.Habere aliquam neceſsitudinem aut cognationẽ cum aliquo.de D.115.b. Cum rerũ autem natura quam cognitionem habẽt? Poſtquam.207. b.Cognatio materna tranſalpini generis.de D.115.b. Diſtantium rerum cognatio naturalis.& ibi.Cognatio naturæ & quaſi concentus atq́; conſenſus,quam συμπάθειαν græci appellant.de N. 65. a. Naturam quaſi cognatione continuatam cõſpirare.pro Lig.138.a. Propinqua cognatio.pro Cl.20.b.Tulit hoc cõmune dedecus iam familiæ, cognationis,nominis,grauiter filius.

Cognatus,a,um.ſanguine coniunctus, habens cognationem cum aliquo,qui alicuius cognatione tenetur, affinis,conueniens.Poſtquam.299.a.Pro reditu P. Pompilij multi cognati & affines deprecati ſunt. pro S. R. 34. b. Propinqui cognatiq́; optimè conuenientes. de Or. 161.a. Nihil eſt tam cognatum mẽtibus noſtris quàm numeri atque uoces.pro Cec.287.b.Amici cognatiq́; illius. At.213. b.Incidiſſemus etiam in illos,in eis in cognatum tuum. de Vn.198.a.Formam autem maximè & ſibi cognatam & decoram dedit:id eſt, ſimilem.

Cognitio,onis.agnitio,intelligentia, inſpectio, cura, prudentia,notio,iudicium,ſcientia,iudicatio.Top.226.b. Cauſarum cognitio cognitionem euentorum facit. de Fin. 132.b.Nam quæ corporis ſunt ea cognitionem habent faciliorem.de N.54.a.Vt homines deorum cognitionem cœlum intuentes capere poſſent.de Or.100.a.Cognitionem iuris magnam ac difficilem eſſe. & ibi. Nullius mihi artis facilior cognitio uidetur.de Or. 153.a. Nam aut cognitio rei ſcientiaq́; perquiritur,aut,&c. de Fin. 132.b. Natura hominis,in qua ſit mirabilis quædam uis rationis,& cognitionis,& ſcientiæ.pro Flac. 151.a. Vtrum hic tandem diſceptationem & cognitionem ueritatis, an innocentiæ labem aliquam aut ruinam fore putatis?At.263.b.Quæ lex earum rerum,quas Cæſar egiſſet,magnam conſulibus cognitionem dedit.& ibi.Coſs.quorum & lege, & S.C.cognitio & iudicium fuit.Or.208. a. Nam ipſæ quidem res in perfacili cognitione uerſantur.Off.3.b. Cognitio rerũ aut occultarum aut admirabilium,ad bene beateq́; uiuendum neceſſaria eſt.contra Rul.72.b.Orbis terrarũ cognitionem alicui ſine conſilio dari,& pœnam ſine prouocatione. pro Cor. 61.a.Ipſæ enim leges te à cognitione ſua iudicio publico repulerunt.Off.31.a.Cognitio contemplatioq́; naturæ,&c.de Cl.172.a.Cũ dies cognitionis eſſet:id eſt,iudicationis,uel iudicij.de N.57.a.Quæ contuens animus accipit ab his cognitionem deorum.

Cognitor, oris.qui cognoſcit,qui alium in iure defendit,procurator.pro Q.R.51.a.Tu Q.Roſcium pro opere & labore quod cognitor fuiſſet,quod uadimonia obiſſet,rogaſti ut,&c.pro Q.R.51. a. Nemo alteri petit, niſi cui cognitor eſt factus.& 50.a.In hanc rem me cognitorem dediſti.et 54.a.Niſi te in ſuam litem dediſſet cognitorem.& ibi.Quoniam tuus cognitor non eſt factus.de Ar. 254.b.Cum in me cognitorem harum omnium rerum illa flamma conijciebatur:id eſt,qui cognoſcebam.I.V.270.a. Homines tenues ademit ad ea loca,quæ nunquam antea uiderunt,ubi neq́; noti eſſe ijs,quò uenerunt,neq́; ſemper cũ cognitoribus eſſe poſſunt.& ibi.Cognitorem locupletem dare.I.V.78.b.Ciuem Romanũ, qui cognitores homines honeſtos daret,ſublatum eſſe in crucem I.V.129.b. Videte porrò aliam dementiam, cognitorem aſcribit Sthenio, quem?cognatum aut propinquũ?non,&c.& 230.a. Sthenius inuenire neminem Siculum potuit, qui pro ſe cognitor fieret. & ibi. Cedò cui Siculo, cum is reus fieret,ciuis Romanus cognitor unquam factus ſit? & ibid. At credo Sthenius hoc ſibi amplũ eſſe putauit, eligere è ciuiũ Rom. numero,quem cognitorẽ daret. Ad Her.10.a. Maior annis LX,et cui morbus cauſa eſt,cognitorem dat. Qui per ſe litigat.)(.Qui cognitorem dat.

Cognitus,a,um.ſpectatus,perceptus, comprehenſus, compertus,perſpectus,iudicatus.pro Mur. 129.b. Veriti ſunt ne dierum ratione peruulgata & cognita,ſine ſua opera lege poſſet agi.Off.4.a.Incognita pro cognitis habere.Ep.6.a.Re perſpecta & cognita. de Cl.177.b.Satis mihi uidebar habere cognitum Scæuolam ex ijs rebus, quas, &c. pro Cec.301.a.Homo uirtute cognita & ſpectata fide ampliſsimus.de Or.92.b.Artẽ cognitis penituſq́; perſpectis rebus contineri.pro Cec.305. a. Homo in utraque fortuna cognitus,multis ſignis,& uirtutis,& humanitatis.Br.91. D. Clodij animum perſpectum habeo, cognitum,

tum,iudicatum.de Or.94.a.Res penitus perſpectæ planeq; cognitæ.Br.Ex me illud eſt,quod te uelim habere cognitum.de Fin.142.b.An uerò quiſquam poteſt probare quod perceptum,quod comprehenſum,quod cognitũ nõ habet?I.V.132.a.Vt aliquando de rebus ab iſto cognitis iudicatiſq; & de iudicijs datis dicere deſiſtamus.

Cognomen,nis.cognomẽtum.de Am.96.b. Cato quaſi cognomen iam habebat in ſenectute ſapientis.Off.75.a. T.Manlius,qui Galli torque detracto cognomen inuenit. de Fin.53.b.Neq; Torquatus, qui hoc primus cognomen inuenerit.pro S.R.21.a.Duo iſti Roſcij,quorum alteri Capitoni cognomen eſt,iſte qui adeſt magnus uocatur. Off. 45.a.P.Craſſus cùm cognomine diues,tum copijs. At.30. a.Noſter amicus Magnus,cuius cognomẽ unà cum Craſſi diuitis cognomine conſeneſcit.pro Cluen.32.b. Quid tu inquit,Pacete(hoc enim ſibi Stalenus cognomen ex imaginibus aliorum delegerat,ne ſi ſe Ligurem feciſſet,nationis magis ſuæ quàm generis uti cognomine uideretur.) pro Mur.131.b.Quam laudem ille Africa oppreſſa cognomine ipſo præ ſe ferebat,eandem hic ſibi ex Aſiæ nomine aſſumpſit.de Som.127.a.Eritq; cognomen id tibi per te partum,quod habes ex nobis adhuc hæreditarium. I.A.186. b.Bombalio,qui propter hæſitantiam linguæ ſtuporemq; cordis cognomen ex ignominia traxerit. & 207.b.Hinc enim puto Trebellium ſumpſiſſe cognomẽ.de In.65.a.Nomen autem cum dicimus,cognomen quoq; & agnomẽ intelligatur oportet. Ad Her.34.a. Cognomen, quod pro certo nomine collocamus.

Cognomentum,ti.cognomen. pro Mil.110.b.C.Caſsinius cognomento Schola.de Fin.67.a.Vt Heraclitus, cognomento qui σκοτεινός perhibetur.pro R.P.126.a. Demetrius,qui Phalereus uocitatus eſt.

Cognominatus,a,um.Par.234.b.Verba ponẽda ſunt quæ uim habeant illuſtrandi,nec ab uſu ſint abhorrentia, grauia,plena,ſonantia,iuncta,facta, cognominata, non uulgata,ſuperlata,&c.

Cognoſcens,tis.Ad Her.29.b.Qui priuatus intolerabili ſuperbia fuerit,cum commodum & ſui cognoſcentem uidere in poteſtate quis ſperet?

Cognoſco,ſcis.noſco,agnoſco,percipio,attendo,diſco, exaudio,animaduerto,cognitum habeo,intelligo, notum habeo,mihi notum eſt, perſpectũ mihi eſt,cerno,rationẽ habeo,notitiam alicuius rei habeo,cognitionem capio. de Or.104.a.Nihil certum ſciri,nihil planè cognoſci ac percipi poſſe.& 102.a.Studium cognoſcendæ percipiẽdæq; uirtutis.& 96.b.Etiam illa cognoram & acceperam, cõciliandos eſſe,&c.Epiſt.8.b.Ex eodem de toto ſtatu rerũ communium cognoſces. Att.81.b. Habes conſilia noſtra, nunc cognoſce de Bruto.Ep.5.a.Quæ hic agantur, quæq; acta ſint,ea te ex literis multorum & nuncijs cognoſcere arbitror.& 48.b.De Marcelli ſalute paulo antè quàm tu cognouimus.& 161.b.De meo ſtudio erga ſalutem & incolumitatem tuam credo te cognoſcere ex literis tuorum. At.86.b.De me imperatore ſcribis,te ex Philotimi literis cognouiſſe.de N.4.b.Adſint,animaduertant,cognoſcant. pro Flac.157.a.Quem tu cum Ephebũ Tenni cognoſſes, quoniam te nudus delectarat,ſemper nudum eſſe uoluiſti. Ep.69.a.Vt cæteri uiuentibus nobis ex libris tuis nos cognoſcant.I.V.237.a.Id adeò nõ tam ex re, quàm ex iſtius decretis cognoſco.At.152.a.Bene enim tibi cognitus ſum. Off.42.b.Facillimè autem in optimam partem cognoſcũtur adoleſcentes,qui ſe ad claros & ſapientes uiros bene conſulentes reip.contulerunt.At.70.b.Idq;,quoniam Philotimum habes,perfice & cognoſce rationem.Item: Conſulibus & lege,& S.C.permiſſum erat,ut de Cæſaris actis cognoſcerent,ſtatuerent,iudicarent. I.V.113.b.Cauſam Verres cognoſcebat,Verres iudicabat. Off.50.b. Aratus adhibuit ſibi in concilium quindecim principes, cum quibus cauſas cognoſceret.I.A.204.b. Vt cõſules cognoſcãt, qui ager colonus ſit,qui contrà,&c.de Or.117.a.Hoc primum præcipiemus,quaſcunq; cauſas erit acturus,ut eas diligenter penituſq; cognoſcat. I.A.205.a.Vt conſules rationem agri habeant,qui ſine iniuria priuatorum diuidi poſsit.de Cl.137.b.a.P.Craſſus domi ius ciuile cognouit. id eſt,didicit.de Or.103.b.Rerum omnium naturam penitus perſpicere.

Cogo,gis.uim facio,uim adhibeo,uim affero, neceſsitatem affero,exprimo,coaceruo,congrego,compello,cõuoco,conduco,concludo.Off.62.b.Diogenes contrà,num te emere coegit?qui ne hortatus quidem eſt.de Am.101.a. Vim hoc quidem eſt afferre,quid enim refert qua me ratione cogatis?cogitis certè. Ep.5.a. Quorũ utrum minus uelim,non facilè poſsũ exiſtimare,ſed ſi res coget,eſt quiddam tertiũ.de L.172.a.Plato hoc quoq; legis putauit eſſe perſuadere aliquid,nõ omnia ui ac minis cogere.et 171. a.Mens omnia ratione aut cogentis,aut uetantis dei. pro D.240.b.Fieri particeps alieni ſceleris inuitus cogor.I. V.90.b.Cum frumẽtum imperarem, cum ſtipendiũ cogerem.& 111.a.Iſte nauem maximam,Meſſanæ publicè coactis operis ædificauit.I.A.355.a.Quid erat cauſæ cur in Senatum heri tam acerbè cogerer?I.C.110.a. Etiam ſi hominum ſtudia deficiant,dij ipſi,&c. cogant ab eis uirtutibus uicia ſuperari.At.91.b. Vt equites Scaptio ad pecuniam cogendam darem.de In.74.b. Vi & neceſſariò ſumus in portum coacti.pro Rab.91.b.Qui me ex cõſtituto ſpacio in ſemihoræ curriculũ coegiſti.de Or.121.b. Craſſus pollicitus eſt ſe ius ciuile, quod nunc diffuſum & diſsipatum eſt,in certa genera coacturum,& ad artem facilè redactũ rũ.& 100.b.Interea dũ hæc,quæ diſperſa ſunt coguntur, licet,&c.At.130.b.Itaq; non amplius XIIII.cohortes Nuceriam coegi.pro Cec.296.a.Coacti ſunt ij,qui ab aliquo ſunt unum in locũ congregati.At.130.b. Quæ ſi copiæ in unum locum coactæ fuerint,hærebis.et 129.b. Vt reliquæ copiæ omnes Brunduſium cogerẽtur.pro Cec.296.a. Neminem coegeris,ipſi conuenerint ſua ſpõte.& 291.a. Manum facere,copias parare,multitudinem hominum cogere,armare,inſtruere. & 190.a. Cogere homines armatos. Att. 245. a. Nec duces ſimus,nec agmen cogamus. de In.62.b.Sed omnibus unum in locũ coactis ſcriptoribus, quod quiſq; commodiſsimè percipere uidebatur, excerpſimus.& ibi.Tum Crotoniatæ publico de conſilio uirgines unum in locum conduxerunt.Ep.60. a. Recordare cæterа quàm citò Senatum coegerim. de Fin. 91. a.b.Cato in ipſa curia ſolebat legere,dum Senatus cogeretur. Ep. 56. a. Marcellus,me rogauit,ut cogerem medicos:coegi, & è ueſtigio eò ſum profectus.pro R.P.127.b.Ait enim dũ Gabinio pecuniam Poſthumus cogeret,ex decumis imperatorum pecuniam ſibi coegiſſe.I.V.286.b.Cogere pecuniam à ciuitatibus.& 187.a.de L.174.a.Cogere ſtipem. de N. 46.a.Aer extenuatus in ſublime fertur,concretus autem in nubem cogitur.de N.66.a.Multa ſunt ex quibus effici cogiq; poſsit,nihil eſſe,&c.id eſt,concludi,& conuinci.de Leg.176.a.Ex quibus id quod uolumus efficitur & cogitur.de In.58.b.Hic cõplexio eſt infirma,aliud enim quàm cogebatur illatum eſt. Br.91.b.Hoc cogere uolebat, falſas literas eſſe.

Cohæra=



Cohærarius,rij.qui cohæret,& alteri ad aliquod munus adiunctus eſt.de L.186.a. At ſi quid erit quod extra magiſtratus cohærario æſuſsit,qui cohæret populus creato,eiq; ius cohærendi dato.In cod.Germ.

Cohærentia,tiæ.compoſitio,natura.de N.57.b. Circuitus ſolis & lunæ, reliquorumq; ſiderum, quanquam etiam ad mundi cohærentiam pertinent,tamen & ſpectaculum hominibus præbent.

Cohæreo,res.cohæreſcoco,nuenire, conſtare. Orat. 210.b.Vt inter ſe quàm aptiſsimè cohæreant extrema cũ primis.de N.60.a.Res ſi minus ueræ, tamen aptæ inter ſe & cohærentes.Acad.43.b.Neq; enim materia cohærere potuiſſet,ſi nulla ui contineretur.Acad.44.a.b.Omnis natura cohærens & continuata cum ſuis partibus.de Vn. 197.b. Mundus ita aptè cohæret,ut diſſolui nullo modo poſsit.de Leg.160.b.Namq; alia quibus cohærent homines è mortali genere ſumpſerunt.Off.54.b.Qui primùm hæc natura cohærentia opinione diſtraxiſſet.de Or.138. b.Membrum cohærens cum omni corpore. de In.46.b. & 58.a.Ad Her.3.a.Cohærere cum aliquo. Top.225.a. Quicquid antecedit quanque rem, id cohæret cum re neceſſariò:quicquid repugnat, id eiuſmodi eſt, ut cohærere nunquam poſsit.pro Cec.295.a. Sermo familiaris non cohærebit,ſi uerba inter nos aucupabimur. pro Pom.7.a. Hæc ratio pecuniarum,&c.implicita eſt cum illis Aſiaticis & cohæret.de Ar.258.a.Etenim hæc uix innixa in omnium ueſtrûm humeris cohærebũt.pro Cæl.40.b. In quo non modò crimen non hærebat,ſed uix diſerti adoleſcentis cohærebat oratio.Item:Illud dico,ea quæ dicat præclarè inter ſe cohærere.

Cohæres,dis.At.106.b.Dolobellam uideo Liuiæ teſtamento cum cohæredibus eſſe in triente. & pro Quint.R. 54.a.Epiſt.221.b.Lucius eſt cohæres meus: id eſt, mecum hæres.

Cohæreſco,ſcis.cohæreo.de N.12.b. Atomi, quæ cohæreſcunt inter ſe, & aliæ alias apprehendentes continuantur.de Fin.52.a.Atomos ita ferri,ut concurſionibus inter ſe cohæreſcant.

Cohibeo,bes.refreno,contineo.I.A.184.a.Niſi Cæſar illius furẽtis impetus crudeliſsimoſq; conatus cohibuiſſet. I.A.201.b.Vt eius furorem ne alpium quidem muro cohibere poſſemus.pro Mil.116.a.Nunquam ille à coniugibus ueſtris effrenatas libidines ſuas cohibere potuiſſet. Acad.17.b.Effectum illud erit, ſapientem aſſenſus omnes cohibiturum.de Nat.1.a.& Acad.23.b. Prudenter Academicos à rebus incertis aſſenſionem cohibuiſſe. Acad.47. b.Cohibere ſemper & ab omni lapſu continere temeritatem.Off.36.b.Cohibere motus animi turbatos. pro Mar. 132.a.Animum uincere,iracundiam cohibere, uictoriam temperare.pro Pom.16.b.Qui ab auro gazaq; regia manus,oculos,animum cohibere poſsit.de Fat.144.a. Sed intereſt inter cauſas fortuitò antegreſſas,& inter cauſas cohibentes inter ſe efficientiam naturalem.

Cohibitio,onis.interdictum.I.V.155.a.Sic deportandi dies præſtituta tollere cogebat ex area, cohibitio tollendi niſi pactus eſſet, uim adhibebat pactioni, non uoluntatem.

Coboneſto,as.honeſto,decoro.pro Q.9.b. Funus, quò amici conueniunt ad exequias coboneſtandas. Antequam. 197.b.Quem ſæpe ueſtra laude coboneſtaſtis.I.V.143.a. Eorum authoritate ſtatuas coboneſtare tuas conatus es. Ep.209.a.Coboneſtare aliquem.

Cohorreo,res.horrore,et frigore, aut magno affici. de Or.143.a.Ex quo ſudore cum cohorruiſſet, cum febri domum redijt.At.23.a.Cohorrui primò,etenim erat interitus ciuitatis.& 98.a.Sin iam illas accepiſti,ſcis cohorruiſſe me,quod tuæ literæ de legionibus Cæſaris afferrẽt. de Som.127.a.Quem ut agnoui,equidem cohorrui.

Cohors,tis.militum manus & acies.pro Mil.114.b. Si capitolinæ cohortes contra Milonis impetum armatæ ſunt.pro Mar.132.a.Nihil tibi ex iſta laude cohors,nihil turma decerpit.Quin.Fr.292.a.Domeſtici & neceſſarij apparitores,qui quaſi ex cohorte Prætoris appellari ſolent.I.V.122.a.Prætorem de ſua cohorte iudicem dare. I. C.109.b.Cum hanc ſit habiturus Catilina ſcortatorum cohortem prætoriam.

Cohorticulæ,arum.Ep.116.Cælij.

Cohortatio,onis.hortatio. Att.260.a.Incredibiliter me commouet tua cohortatio.de Or.102.a. Cohortatione alicuius concitari ad ſtudium cognoſcendæ ueritatis. At.278.b.Cohortationibus excitari.Epiſt.8.a.Quæ quidem mea cohortatio ne tibi inanis aut ſine cauſa ſuſcepta uideatur,illa me ratio mouet,ut,etc.pro Cl.46.a. Cohortatio iudicum παθητικῶς. At.68.a. Ἐγκελεύσματα illa tua non abieci,quæ mihi hærent in uiſceribus. pro Cor. 65.b.Neq; ille ſummus poeta noſter Annibalis illã magis cohortationem, quàm communem imperatorum uoluit eſſe,hoſtem qui feriet,&c.

Cohortor,aris.hortor,adhortor.Epiſt.19.b.Teq; ad ſtudium ſummæ laudis cohortabor.de Or.107.a. Illud uereor ne maiorem uim ad deterrendum habeat, quàm ad cohortandum,&c.111.b. Cohortari ad uirtutem ardentius,à uicijs acrius reuocare.

Coinquinor,aris.turpificari,commaculari.de N.73. a.Summum eſſe arbitror periculum,matres coinquinari, regiam contaminari ſtirpem.Poetæ.

Coitio,onis.ſocietas,ſodalitas.pro Plan.270.a. Dubitatis,inquit,an coitio facta ſit? pro Cæl.42.b. Fera quædam ſodalitas lupercorum,quorum illa ſylueſtris antè eſt inſtituta,quàm humanitas atq; leges. Q.Fr.320.b. Quod audiſti in candidatorum conſularium coitione me interfuiſſe,falſum eſt.pro Cl.49. a. Si item de coitione uoluiſſet,adiunxiſſet.

Colchi,orum.regio,& pop.Or.212.b.Auratus aries Colchorum.& ad Her.12.b.& Att.143.a.

Colei,leiorum.teſtes,ſeu teſticuli,& familiæ nomen, lanuuij opp.Ep.140.b.At honeſti colei Lanuuini,Cliternini non honeſti.

Colophon,onis.urbs.pro Pomp.10.a.

Collachrymatio,onis. de Orat.125.b. Nec ad miſericordiam adducetur, niſi ei tu ſigna doloris tui uerbis,ſententijs,uultu,uoce,collachrymatione deniq; oſtenderis.

Collachrymo,as.de Som.126.b.Ad quem ut ueni, cõplexus me ſenex,collachrymauit. pro Seſt.* Hiſtrio caſum meum toties collachrymauit.

Collatatus,a,um.dilatatus.Or.115.a. Oratio collatata atq; diffuſa.

Collatia,tiæ.regio & opp.contra Rul.85.b.

Collatio,onis.comparatio,ſimilitudo.de In.52.b. Collatio eſt oratio,rem cum re ex ſimilitudine conferens. de D.116.b. Quanquam tu quidem non hoſtiarum caſum confirmas ſortium ſimilitudine, ſed infirmas ſortes collatione hoſtiarum. de Finib.123.b. Collatio iſta te nihil iuuat,nec enim,&c.Et ibi nõnulla collationis exẽpla pulcherrima.de Or.102.b. De collationibus ſignorũ. de N. 74.b.

74.b.Quæ eſt in collatione iſta ſimilitudo? Tuſc.228.a. Philoſophia ex rationum collatione conſtat.

Collato,as.dilato.Or.215.a.Oratio collatata & diffuſa.)(.Anguſta atq; conciſa.

Collatus,a,um.comparatus.Acad.18.b. Qui mihi cũ illo collati quintæ claſsis uidentur.pro Pom.16.b.Si quem haberetis,qui collatis ſignis exercitus regios ſuperare poſſe uideretur.

Collaudatio,onis.de In.78.a.& ad Her.8.b.

Collaudo,as.comprobo,laudo.Ep.7.a. Illud tibi affirmo fore,ut cum redieris ab omnibus collaudere.I.A.200.a.Eodem die D.Bruti factum collaudauiſtis. de Or.87.b. Aliquem non cohortandum,ſed potius collaudandum uideri. At.152.a. Clementiam Cæſaris per literas collaudaui.& Antequam.192.b.

Collecta,ctæ.pecunia quæ colligitur à multis, ut fieri ſolet in diuerſorijs,à conuiuis,& alijs in locis.de Or.136.a.Ego uerò,inquit ille,quoniam collectam à cõuiua Craſſe exigis,non committam,ut ſi defugerim,tibi cauſam aliquam dem recuſandi.

Collectio,onis. συναγωγὴ. pro Pom.8.a. Vt eorum collectio diſperſa celeritatem perſequendi retardaret. de Cl.193.a.Attuleratq; duas res,quas nemo alius, partitiones,quibus de rebus dicturus eſſet,& collectiones,memor & quæ eſſent dicta contrà,quæq; ipſe dixiſſet. Att.255.a. Mearum epiſtolarum nulla eſt συναγωγή.

Collectitius,a,um.collectus.Ep.97.a. Signa Tirone, & collectitio exercitu cum legionibus robuſtiſsimis contulit.

Collectus,a,um.ut exercitus collectus ex ruſticis mendiculis & decoctoribus.I.C.105.a.

Collega,gæ.qui eiuſdem cum altero officij & poteſtatis eſt.Off.29.a.Bene Pericles, cum haberet collegam in prætura Sophoclem,&c.I.A.176.b.Eum, quem collegã regni habebas,dominum habere uelles.de Pro.73.a.Vt cõmune officium cenſuræ communi uoluntate defenderent. de Am.103.b.Aliquos duos bis unà conſules & collegas in cenſura fuiſſe.

Collegium,gij.concilium,cõſilium.de L.188.b.Quod enim eſt tam deſperatum collegium,in quo nemo è decem ſanæ mentis ſit?Ep.42.a.Ampliſsimi ſacerdotij collegiũ, in quo non modò,&c.ſed ne optari quidem ſacerdotem licebat,qui cuiquam ex collegio eſſet inimicus. Off.67.b. Cum prætorium collegium Tribuni plebis adhibuiſſent. pro Dom.219.b. De rebus diuinis pontificum collegium docere.de Cl.176.b.Hic,qui in collegio ſacerdotum eſſet, condemnatus eſt.pro Dom.222.b. Collegia mediusfidius Tribunorum Pl.tota reperientur, hoc iure ſublato, quæ coeant de hominum locupletiſsimorum bonis.I.V.129.a. Collegium Tribunorum Plebis.pro Seſt.9.b. Nulla ſocietas uectigalium,nullum collegium,nullum concilium, nullum commune conſilium,&c. pro Dom.228.a. Nullum eſt in hac urbe collegium,quod,&c.Or.276.a.Cooptare aliquem in collegium.I.V.225.b. Ampliſsimum collegiũ decemuirale.de Cl.165.& 173.b.Cooptatum me ab eo in collegium recordabar.

Collibet,bat.libet.In Sal.274.b.Salluſtius in eo honore nihil non æquum & uerum duxit, quod ipſi facere collibuiſſet.Sal.In Cic.270.b.Nihil flagitioſum corpori putaſti,quod alteri collibuiſſet. Ep.253.a. Vt ſimul ac mihi collibitum ſit de te cogitare,ſpectrum tuum occurrat. de Nat.22.b. Quod ſimul ac mihi collibitum eſt, præſto eſt imago.

Collido,dis.frango,contero.de N.65.b.Humor facilè comprimi collidiq; poteſt.

Colligatio,onis.connexio, uinculum. de Fat.146.b. Omnia naturali colligatione conſertè contexteq; fieri. de D.106.b.Qui colligationem cauſarum omnium perſpiciat animo.Off.11.b.Arctior uerò colligatio eſt ſocietatis propinquorum.de Vn.199.a.Seſquialteris autem interuallis,& ſeſquitertijs,& ſeſquioctauis ſumptis, ex his colligationibus in primis interuallis ſeſquioctauo interuallo ſeſquitertia omnia explebat.

Colligo.as.conſtringo,ligo,uincio. Or.207.a. Atticus annorum ſeptingentorum memoriam uno libro colligauit.pro Rab.92.b.I lictor,colliga manus. de Vn.197.a. Vt unum medium extrema colligaret. Or.213.a.Id enim expectant aures,ut uerbis colligetur ſententia.I.A.236.a. Ni Brutum colligaſſemus in Græciam.Off.4.a.Quæ quatuor inter ſe colligata atq; implicita ſunt. de Vn.202.a. Omne colligatum ſolui poteſt. & ibi. Corpora colligata uinculis naturalibus.I.A.231.a. Alterum Brutus omnia diripere cupientem uitæ ſuæ periculo colligauit,à progreſſu arcuit.

Colligatus,a,um. de N.4.a. Vt alia ex alia nexa, & omnes inter ſe aptæ colligatæq; uideantur.

Colligo,gis. cogo, conſtringo, quæ diſperſa ſunt ſub uno aſpectu pono.I.C.106.a.Catilina ex agris magnum numerum perditorum hominum collegerat.& 105.a.Exercitus collectus ex ruſticis.pro Dom.225.b. Vt improborum diu collecta & inueterata compreſſo odio & tacito iam erumpebat in actum.pro Pom.8.b. Manus eorũ qui ſe ex Mithridatis regno collegerunt.Off.21.a.Multa multorum facetè dicta,ut ea quæ à ſene Catone ſunt collecta, quæ uocãtur ἀποφθέγματα. Off.32.a.Ea Poſsidonius collegit permulta.de Or.97.a.Quæ ſua ſponte homines eloquentes facerent,ea quoſdam obſeruaſſe atq; collegiſſe.de Cl.184.a.Curio nullam memoriam antiquitatis collegerat.At.278.a.Me quidem tum rationes, quas collegeras, tum autoritas tua à nimio mœrore deterruit.de Cl.189.b. Si ij,quos iamdiu colligis,uiuerẽt.Item.Et oratores, quos colligo.Quin.de Pet.213.b. Colligere multa in unum locum.de Fin.56.a.Colligere multa argumenta contra aliquem.de Or.100.a.Vel paſsim licet carpentem & colligẽtem repleri iſta iuris ciuilis ſcientia. et 137.b.Colligere argumenta.de Or.151.a.Res undiq; collectæ & comportatæ.pro Cl.33.a.Qui omnes rumores & concionum uentos colligere conſueſſet.

Colligere.recipere,recreare. de Or.87.a.Craſſus quaſi colligendi ſui cauſa, ſe in Tuſculanum contulit:id eſt,reficiendi & recreandi.Tuſ.160.b.Cum animus ſe collegit atq; recreauit.de Or.107.a.Vocem ab acutiſsimo ſono uſque ad grauiſsimum ſonum recipere,& quaſi quodã modo colligere.At.278.a.Tum me,inquit,collegi,uerens ne, &c.& 103.a.Ipſi ſe collegerunt admiratione integritatis meæ.et 278.a.Iudicium tuum magni æſtimans, idq; ueritus,me ipſe collegi.Ep.40.a.Tamen ut me collegi,cætera facillima uidebantur.& 11.b.Collegi ipſe me, & cum ipſa quaſi rep.collocutus ſum. & 73.b. Rogo te colligas uirumq; præbeas.& 176.a.Sin aliquid uiriũ fortè collegerit,ſentiat,&c.Tuſ.226.a.b.Quid eſt autẽ ſe ipſum colligere,niſi diſsipatas animi partes rurſum in ſuum locũ cogere.pro Q.9.b.Tu te collige,aliquid loci rationi & conſilio da.de Som.128.b.Quæ cũ intuerer ſtupens, ut me recepi,quis hic inquã?&c. de D.92.b. Is primo perterritus ſomnio ſurrexit;deinde cum ſe collegiſſet,&c recubuit.

Colligere.



Colligere.capere,aucupari.Ep.135.b.& Q.Fr.301.a. Ad iſtorum beneuolentiam cõciliandam & colligendam. de Am.107.b. Beneuolentiam ciuium blanditijs & aſſentationibus colligere turpe eſt. de Leg.166.a.Vt beneuolentiam & bonum rumorem colligant, erubeſcunt,&c. Ad Her.2.a. Colligere beneuolentiam à perſona alicuius. Q.Fr.517.a. Ex hoc labore magnã gratiam dignitatemq; colliges. I.V.66.a. Exiſtimatio multo labore collecta.de Orat.155.a.Colligere gratiam ex priuatorum negocijs.I.V.66.a. Conſeruare famam antè collectam.de Fin.116.a Colligere bonum rumorem. Q.Fr.298.a.Colligere laudem omnium undiq;.

Colligere.percipere,cognoſcere.I.V.239.b.Vt ex eo crudelitatis inuidiam colligam. At.37.b. Ex eo colligere potes quanta occupatione diſtinear.Off.45.a.Vnde colligitur,hæc pueris & mulierculis eſſe grata.

Colligere rurſum. cogere & conſtringere, ſeu componere.de Clar.191.a.Is metuẽs ne uicioſum colligeret,etiam uerum ſanguinem deprauabat. de N.46.a.Aër humorem colligens,terram auget imbribus.I.V.209.a.Mouere caſtra ex aliquo loco,& uaſa colligere.

Collineo,as.dirigo,propoſitum aſſequor.de D.133.b. Qui eſt enim, qui totum diem iaculans non aliquando collineet? de Fin.94.b.Vt ſi cui ſit propoſitum collineare haſtam aliquo aut ſagittam. & ibi.Huic in eius ſimilitudine omnia facienda ſint ut collineet, & tamẽ ut omnia faciat, quò propoſitum aſſequatur.*

Colliqueſio,ſis.pro Cl.54.a. Venenũ colliquefactum in potione:id eſt,diſſolutum.

Collina porta,romæ.de Leg.182.a.

Collis,lis.mons pro Cl.52.a. Cum quædam controuerſia in collibus eſſet orta. In Arat.Excelſi colles.

Collocatio,onis.diſpoſitio.Off.28.b.Itaq; uidetur eadem uis ordinis & collocationis fore. de Or.158.b.Collocationis eſt componere & ſtruere uerba ſic,ut néue aſper eorum cõcurſus,néue hiulcus ſit, ſed quodammodo coagmentatus & leuis. & 113.a.Or.220.a.Compoſiti oratoris bene ſtructam collocationem diſſoluere permutatione uerborum.de Or.97.a.Ipſa collocatio conformatioq; uerborum perficitur in ſcribendo. de Orat.124.b.De ordine uerborum et collocatione aliquid dicere.pro Cluen.57.b. Collocatio filiæ.& de Off.44.

Colloco,as.loco,pono, diſpono,ſtatuo. pro Pl.280.a. Huius ego manibus in naui tuta collocatus, Brunduſiũ petere contendi. Q.Fr.318.a. Columnas neq; rectas neq; è regione Diphilus collocarat. & ibi.Ea erat loco poſita.de Or.98.a.Suo quicq; loco collocare. & 154.a. Collocare aliquem in regno maiorum ſuorum. pro Dom.229.b.In eo loco ſum, in quo me honores populi Rom. collocauerũt.Brut.90.b.Qui eſſet eo,quo ego ſum gradu, Senatus populiq; iudicio collocatus. Poſtquam 204.a.Populus Rom.cuius honoribus in ampliſsimo conſilio, & in altiſsimo gradu dignitatis, et in hac omnium terrarum arce collocati ſumus.Par.120.b.a.Violatur is qui procreauit,qui aluit, qui ſede ac domo atq; in repub.collocauit. Ad Heren.29.a.Fortuna te collocauit in ampliſsimo ſtatu. I.P.92.b.Collocare ſibi domicilium in aliquo loco. I.A.212.a.In hac cuſtodia tanq̃ in ſpecula collocati ſumus. pro Q.15.a.Collocare ſpem in incerto futuri temporis euentu.I.C.110.a.Sedes ac domiciliũ collocare. pro D.223.a.Si uos me in meis ædibus collocatis. pro Mil.105.a. P. Clodius ſeruum in templo Caſtoris ad Pompeium interficiendum collocarat.I.P.85.b.Quem ad Cn.Pompeium interimendum collocatum fuiſſe conſtabat. pro Seſt.21.a.Collocare ſtatuam in foro. I.C.115.a. Simulachrum aliquod ita collocare,ut ſolis ortum conſpiciat.& ibi.Cum ſignum ſtatueretur,quo collocato atq; ad uos ſenatumq; conuerſo uidiſtis,&c.de Or.98.a.Tabulas ac ſigna propalam collocare. I.V.160.b. Statuitur Lollius in illo conuiuio.de Clar.188.b.Tabulas bene pictas collocare in bono lumine.Ep.197.b.Legiones ad urbem adducere cogitat, eaſq; in ceruicibus noſtris collocare.Or.213.b. Acutarum grauiumq; uocum iudicium ipſa natura in auribus noſtris collocauit.Tuſc.183.b.Collocare aliquem in cubili. de Ar.256.b. Collocare aliquem in tuto. de In.77.b.Non iſto loco uerbum iſtud collocaſſet. Statua ad Opis per te poſita in excelſo eſt. l.Statua.de Clar.190.a. Nullum niſi loco poſitũ uerbum,& tanquam,&c.Epiſt.25.b.Mihi erat in animo cum prima æſtiua attigiſſem, militareq; rem collocaſſem, decedere ex Senatuſconſulto. pro Cecin.288.a.Pecuniam in prædijs collocare. Item: Pecuniæ collocandæ ratio eſſe debet.pro Cecin.287.a. Is curauit ut in eo fundo dos collocaretur.Ep.216.a. Bene collocare beneficium. Off.48.a. Collocare beneficium apud aliquem. Att.284.a. Tua nobis autoritate opus eſt ad collocandum aliquem ciuitatis ſtatum. I.V.247.a. Se bene apud iſtum tam multa precia ac munera collocaſſe. I.V.243.a. Aedilitas alicui data & rectè collocata & in loco poſita.pro Mur.130.b.Itaq; beneficij collocandi ſpem perdidiſtis.Sumptus nuſquam melius poteſt poni. l.Sumptus. de Cl.173.a.Collocare filiam alicui. & Of.48.a.& ibi. Adiuuare aliquẽ in collocatione filiarũ.de D.101.b.In matrimoniũ colloco.de In.59.a. P. Scipio Corneliã filiam Tiberio Graccho collocauit.I.A.184.a.Non enim patrimoniũ ſuum effudit,ſed in ſalutem populi Rom.collocauit.de Cl.184.a.Q.Catulum in præſidijs reipub.collocemus.pro Mil.106.a.Collocare inſidias alicui. Q.Fr.295.b.Qui omne ſtudium ſuum in doctrina & ſapientia collocaſſent. Off.32.a.Tum optimo quiſque ingenio totum ſe in ſolitudine & ſcientia collocaret. Q.Fr.296.a. In quibus tuas uirtutes conſecratas & in numero deorum collocatas uides.Off.56.b.Hercules ille, quem hominum fama beneficiorum memor in concilio cœleſtiũ collocauit.I.A.197.b.Lecticæ collocabantur:id eſt,deponebantur. I.C.116.a. In animis ego ueſtris omnes triumphos meos condi & collocari uolo. Part.130.a.& b.Sed & res & uerba inuenienda ſunt, & collocanda: & alia plura ibi.

Collocupleto,as.dito,augeo. Ad Her.11.a.Exornatio eſt, qua utimur rei honeſtandæ et collocupletandæ cauſa.

Collocutio,nis.colloquium,ſermo.Epiſt.10.b.Hac mente fuiſſe,& ſenatus ex me te conſule audiuit, & tu in noſtris ſermonib. collocutionibusq; ipſe uidiſti.At.186.a. Λέσχη quædam, quæ habet collocutione ipſa ſuauitatem. Ad Heren.5.b.Venire in collocutionem cum aliquo.I.A.231.a.Collocutio familiariſsima cum aliquo.

Colloquium,quij.collocutio,ſermo,congreſſus, dialogus,ſermonis communicatio. Attic.224.a.Antonij colloquium cum Heroibus noſtris pro re nata non incommodum. Acad.2.b.Quaſi uerò clarorum uirorum aut tacitos congreſſus eſſe oporteat,aut ludicros ſermones,aut rerum colloquia leuiorum. Att.190.a.In hac ſolitudine careo omnium colloquio,Ep.157.b.Colloquia facta improbabam. I.A.221.a.Cum ad colloquium congreſſumq; eius peruenero.& 244.b.Nempe in Antonij congreſſum colloquiumq; ueniendum eſt. & ibi.Memini colloquia cum acerrimis hoſtibus.Off.52.b.Vt neq; ceſſaret unquam,&

n inter=

interdum colloquio alterius non egeret. I.A.162.a.Colloquia amicorum abſentium:id eſt,literæ. de Sen.85.a.Cum hoſtibus clandeſtina colloquia. Part.232.b.Colloquia perſonarum.

Colloquor,ris. cum aliquo ſermonem habeo uel confero,communico, colloquium facio. Attic.89.a.Tu uelim quàm ſæpiſsimè mecũ per literas colloquare. & Ep.6.a. Per literas tecum quàm ſæpiſsimè colloquar. de D.99.a. Magi congregantur in Fano commentandi cauſa,atq; inter ſe colloquendi. Ep.45.b.Vtinam ſerui ſaluis rebus colloqui potuiſſemus iuter nos. de D.94.a.& de Ar.258.b. Dij cum morientibus colloquuntur. Q.Fr.312.b.Tu uerò ut me appelles,& interpelles,& obloquare;et colloquare uelim. At.179.a.Quibus cum tu de hoc ipſo colloquare uelim,& ad me quid tibi reſponderint,ſcribas.de Orat. 87.a. Qui primo die de repub. inter ſe collocuti ſunt. & Ep.11.a.Cum ipſa quaſi rep.collocutus ſum. At.97.b.Eadem omnia,quaſi collocuti eſſemus,uidimus. de Or.87.b. Hoc enim uno præſtamus uel maximè feris,quod colloquimur inter nos, & quod exprimere dicendo ſenſa poſſumus.At.257.a.Antonius à me poſtulat ut clàm colloquatur mecum. de Clar.184.a.In eo libro ubi ſe cum Curione colloquentem fecit. de Fin.91.b.Sæpius iſta loquemur inter nos,agemusq; communiter.

Colluceo,ces.luceo, illumino.de N.33.b.Sol longè lateq; collucet. I.V.87.b.Vidi collucere omnia furtis tuis.et 216.a. Fulgore auri collucere & illuſtrari templum. de Vn.200.b. Vt mundus omnibus colluceret. Acad.26.b. Mare nunc,quia à ſole collucet, albeſcit,& uibrat,diſsimileq; eſt proximo ei continenti.

Colludo, dis. I.V.120.b.Qui tibi inimicus eſſet tanta contumelia accepta, niſi tecũ colluſiſſet, et tuæ potius exiſtimationi ſeruiſſet quàm ſuæ.

Collum,li.ceruici ſubiecta pars,ceruix,ceruices. I.V. 257.b. Cum iſtius auaritiæ pœnam collo et ceruicibus ſuis ſuſtinerent. & 208.a.Homini iam collum in laqueum inſerenti ſubuenire.I.A.175.a.In collum inuaſit: id eſt,complexus eſt. Q.de Pet.206.a. Qui uiuo ſtanti collum gladio ſecuerit.de Clar.194.a.Procerum & tenue collum.de N.50.b. Cameli adiuuantur proceritate collorum. I.V. 241.a.Ipſe autem coronam habebat unam in capite,alteram in collo. Acad.6.a.Neq; uerò hoc loco expectandum eſt cum de remo inflexo aut de collo columbæ reſpondeã.

Colluſio,onis. I.V.154.b.Cum uero uerbo iudiciũ ſit in edicto, re quidem uera tuorum comitum hominum nequiſsimorum colluſio cum Decumanis ſocijs tuis,atq; adeò procuratoribus, tamẽ audes illius iudicij mẽtionẽ facere?

Colluſor,oris. I.A.171.a.Lenticulam de alea condemnatum colluſorem ſuum reſtituit. & 179.b.Hunc tu compranſoribus tuis & colluſoribus diuidebas. & 197.a.Vt ei cum M. Curio confeſſore eodem & colluſore facillimè poſsit conuenire.

Colluſtro,as.illuſtro. de N.44.b.Sol omnia clariſsima luce colluſtrans. & de D.83.b.de D.127.b.Luna ſolis lumine colluſtrari putatur.Tuſc.241.a.Cum omnia colluſtrarem oculis, animaduerti,etc.Orat.200.a.Pictura colluſtrata.)(.opaca.

Colluuies,ei.ſordes,feces. Attic.146.a.Et te in certamine uinci cum illo facilius patiaris, quàm cum hoc in ea, quæ perſpicitur,futura colluuie regnare.

Colluuio,onis. Idem pro Seſt.6.a.Ille ſceleratiſſimus ex omnium ſcelerum colluuione natus.de Seſt.94.b.Cum ex hac turba & colluuione diſcedã. de Ar.257.a.Hæc tanta colluuio tantaq; euerſio ciuitatis. In Vat.33.b.Leges, quæ in Gracchorum ferocitate, & in audacia Saturnini, & in colluuione Druſi, & inter Syllana arma uixerunt.

Collybus,bi.pecuniæ detrimentum,quod fit apud argentarios, cum ea e regione in regionem tibi defertur, & redditur.I.V.89.a.Nam collybus eſſe quî poteſt, cum utantur uno genere nummorum? I.V.189.a.Certis nominibus deductiones fieri ſolebant, primùm pro ſpectatione & collybo,deinde pro,neſcio,quo cerario.Att.187.b.De Cælio uide quæſo ne qua lacuna ſit in auro, ego iſta nõ noui,ſed certè in collybo eſt detrimentum.

Colo,lis.excolo,ueneror,obſeruo,cultum tribuo,cultu quodam & honore dignor,culturam adhibeo, cultum adhibeo,concelebro,incolo,habito. pro S.R.26.b.Maiores noſtri ſuos agros ſtudioſè colebant, non alienos cupidè appetebant. & ibi.a.Quod alijs prædia coluit,nõ ſibi. & ibi.Qui præeſſe agro colendo flagitium putes. & ibi. Studium quod ad agrũ colendum attinet. pro Quint.2.b. Erat ei res ruſtica ſanè bene culta & fructuoſa.de Finib. 114.b.Si igitur illa cultura uitium in uite inſit ipſa, cætera credo uelit quæ ad colendam uitem attinebunt. contra Rul.83.b.Vt eſſet urbs, quæ res eas, quibus ager Campanus coleretur,ſuppeditare poſſet. pro S.R.25.a.Tot prædia,tam pulchra, tam fructuoſa pater filio ſuo colenda ac tuenda tradiderat. contra Rul.79.a. Ager qui arari aut coli poſsit, non qui aratus aut cultus ſit. de N.56.b.Nos è terræ cauernis ferrum elicimus,rem ad colendos agros neceſſariam. I.V.228.a.Coliturq; ea pars urbis & habitatur frequentiſsimè. de N.59.a. Qui has nobiſcum terras ab oriente ad occidentẽ colunt. Antequam 194.a.Quam nunc colere gentem inſtituã? id eſt,habitare. I.V.274.b. Deæ,quæ illos lacus lucosq; colitis. Epiſt.24.b.Vrbem mi Ruſe cole,et in iſta luce uiue. de Or.107.b.Vereris ne tua domus,ſi à litigioſis hominibus non colatur, à cæteris deſeratur.de N.68.b.Achillem Aſtypalea inſula ſanctiſsimũ colit.contra Rul.85.a.Is in Deorum immortalium numero uenerandus à nobis & colendus eſt. de Nat.24.b.Dij quos nos colere,precari,uenerariq; ſolemus. de N.70.a. Deos auguſtè & ſanctè uenerari. de N.12.b.Piè ſancteq; colere Deum. & 11.a.Piè colere Deos.de In.62.a.Crotoniatæ templum Iunonis religioſiſsimè colebant. Ad Heren.17.a. Religioſè & caſtè colere aliquid. de Fin.86.a. Colere diem natalem.pro Arch.191.a.In qua urbe imperatores propè armati Poëtarum nomen et Muſarum delubra coluerunt.de Leg.171.b.Colere ius & iuſtum. pro Fon.280.a.Colere religionem. & de Arch.247.b. Colere religiones. & Offic.54.b. Colere uirtutem. Colere bonas artes l.Recolo. pro Arch.186.a.Colere ſtudia literarum. Colere ſtudium philoſophiæ l.Cultus. Tuſcul. 154.a.& 153.b. Nec cerimonias ſepulchrorum tanta cura coluiſſent, niſi,&c. de In.81.b. Tribuere alicui diligentem cultum. de Arc.250.a.Quæ Perſæ ſemper ſumma religione coluerunt. pro Flac.148.a.Teſtimoniorum religionem & fidem nunquam iſta natio coluit. de Clar. 175.a.Tubero uita ſeuerus, & congruens cum ea diſciplina,quam colebat.de In.82.b.Obſeruantia eſt,per quam ſuperiores reueremur & colimus.& 26.b.Obſeruantia eſt per quam homines aliqua dignitate antecedentes, cultu quodam & honore dignantur. de Orat.123.a.Illi qui hoc ſolum colendum ducebant:id eſt,rhetoricam. Par.122.a. Sequi & colere leges.de Som.129.a. Qui in uita humana diuina ſtudia coluerunt. pro Arc.188.b.Literæ adiuuãt ad percipiendam colendamq; uirtutem. Ad Heren.17.a. Studioſe



Studioſè colere ſocietates atq; amicitias.de Am.106.a.Amicitiæ non propter indigentiam,ſed propter amorem coluntur. & Ep.144.a.Nam tibi me profiteor & in repub.ſocium,& in quotidiana uita coniunctum, cum ijs artibus ſtudijsq; quæ colimus. Poſtquam 203.a.Colere bene meritos.Off.2.a.Colere amicitiam,iuſtitiam, liberalitatẽ. pro Q.4.b.Amicitia ueritate,ſocietas fide, propinquitas pietate colitur. de Orat.122.a.Diligentia præcipuè colenda eſt nobis.Ep.46.a.Colere doctiſsimos uiros.de Cl.165. a.Colere aliquem loco parẽtis. et de Sen.79.a.I.A.179.a. Quem patris loco colere debebas. de Am.161.a.Coli & obſeruari ab aliquo. pro S.R.36.a.Colere atq; obſeruare aliquem. Attic.264.a.Meq; ille mirificè coluit et amauit. Ep.135.b.Coli & obſeruari à multis. Ep.134.a.Coli et amari à multis.At.34.b.Hic Cæcilium colimus & obſeruamus diligenter. pro Flac.157.a.Ciuitas quam meus frater in primis colit ac diligit.pro Mur.141.b.Obſeruari ab aliquo & coli. dt Leg.185.a.Colere & diligere aliquem. de Sen.64.b.Pater tuus,quem colui & dilexi. Epiſt.64.b. Mihi tui colendi,aut amandi,aut ornandi uoluntas nunq̃ defuit. Att.147.b.Aliquot ſunt anni,cum uos duos elegi, quos præcipuè colerem. Attic.161.b.& Epiſt.87.b.Nihil mihi unquam gratius accidit, quàm quod meam Tulliam ſuauiſsimè diligentiſsimeq; coluiſti. Ep.256.a.Colere aliquem abſentem memoria.Ep.49.a.& 199.b.Colere aliquem ſumma obſeruantia. At.195.b.Nunc planè nec uictum,nec uitam ullam colere poſſum. Ad Her.28.b.Colere uitam cum uirtute:id eſt,uiuere. Off.2.a.In officio colendo ſita uitæ eſt honeſtas omnis,& in negligendo turpitudo.de Leg.159.a.Cuius muneris colendi efficiẽdiq; cauſa nati ſumus. Off.1.b.Sed hoc quoq; colendum eſt æquabile & temperatum orationis genus. Poſtquam.203.a.Memoriam ueſtri beneficij colam beneuolentia ſempiterna. At.207.a. Poſthac enim poterimus commodiùs colere inter nos in Tuſculano. de Am.111.b. Neq; ſolum colent ſe inter ſe ac diligent,ſed etiam uerebuntur.

Colonariũ,rij.uectigal quod pro re pẽderetur ruſtica. in quo ſẽſu etiã uſus eſt Cæſar De bello ciuili,3.At.205.a.

Colonarij,orum.qui uectigal colonarium exigebant, ut arbitror.Ep.119.b.Cælij.

Coloneus, nei. locus,in quo Sophocles Oedipum tragœdiã ſcripſit. de Sen.81.b.Oedipus coloneus.Ac.124.b.

Colonia,niæ.populus ex urbe, aut regione, in aliam urbem regionemúe deductus & tranſlatus. Coloniæ tamẽ etiam priuilegio fiebant, ſine ſoli mutatione. pro Font. 276.a.Narbo Martius colonia noſtrorũ ciuium.pro Cecin.304.a. In colonias latinas ſæpe noſtri ciues profecti ſunt,aut ſua uoluntate, aut legis mulcta.cõtra Rul.84.b. Cum cæteris in colonis Duumuiri appellentur,hi ſe Prætores appellari uolebant. de Cl.171.b.Cum Triumuir coloniam deduxiſſet. contra Rul.63.b.Deducere colonias. & ibid.In Ianiculo coloniam conſtituere. & 73.a.Deducere nouas colonias,renouare ueteres. de D.80.b.Mittere coloniam in Aſiam.I.C.109.b.Vrbes coloniarũ ac municipiorum.pro Syl.178.b.Hic patronus,defenſor, cuſtos illius coloniæ.& ibid.Vt non alteros demouiſſe,ſed utroſque conſtituiſſe uideatur. Item.Qui coloniam deducebat patronus erat colonorum l.Colonus.de D.101.b.Itèm in colonia luſtranda ab eo, qui eam deducebat. I.A.179.b. Mos in colonijs deducendis ut ille qui deduceret aratrum circumduceret,&c.

Colonus,ni.pro Cecin.303.a.Qui colonus habuit conductum de Cæſennia fundum. & ibid.Dubium eſt quin ſi Cæſennia tum poſsidebat cum erat colonus in fundo, poſt eius mortem hæres eodem iure poſſederit? I.V.199.b.Coloni pop.Rom.atq; aratores. I.V.260.b.Coloni agrorũ. de Or.135.b.Optimus colonus,parciſsimus,frugaliſsimus. cõtra Rul.64.a. Deducãt colonos quos uelint et ijs agros aſsignent. & 81.a.In omnes colonias totius Italiæ colonos deducant. pro Syl.178.b.Colonorũ diſſenſio delata ad patronos eſt. I.A.204.b.Vt conſules cognoſcerent qui ager colonus eſſet, quò milites ueterani deducti eſſent.

Colophon,onis.urbs.pro Pomp.10.a.

Colophonius,a,um. pro Arch.189.b.Homerum Colophonij ciuem eſſe dicunt ſuum.& ibi de Homeri patria.

Color,oris.pigmentum.Off.26.b.Formæ dignitas coloris bonitate tuenda eſt,color exercitationibus corporis. de Or.151.b.Ornatur oratio genere primùm & quaſi colore quodam,& ſucco ſuo.pro Dom.243.b.Sed uecors repentè ſine ſuo uultu,ſine colore,ſine uoce conſtitit.de Or. 161.b.His tribus figuris inſidere quidam uenuſtatis nõ ſuco illitus,ſed ſanguine diffuſus debet color.de Orat.193.a. Catonis lineamentis nihil, niſi eorum pigmentorum quæ inuenta nondum erant,flos & color defuit.pro Clu.28.b. Crebra coloris mutatio.de Clar.179.b.Vrbanitatis color. de Leg.179.a.Color autem albus præcipuè decorus Deo eſt,cũ in cæteris,tum maximè in textili,&c. Tuſc.237.b. Candiduli dentes,uenuſti oculi,color ſuauis.

Coloratus,a,um.tinctus.de N.69.b.Arcus ipſe ex nubibus efficitur quodammodo coloratus.de Clar.179.b.Vrbanitate quadam quaſi colorata oratio.

Coloro,as.colorem induco,tingo.Or.201.a.Eloquentia educata nutrimentis epidictici generis, ipſa ſe poſtea colorat & roborat. de Or.114.a.Vt cum in ſole ambulẽ, etiamſi ob aliam cauſam ambulem, fieri natura tamen ut colorer: ſic cum iſtos libros ad Miſcenum lego,ſentio orationem meam illorum quaſi cantu colorari.de N.23.a.Atomi formare,figurare,colorare,animare non poſſunt.

Columba,bæ. Acad.20.a. Tu autem ne negas infracto remo,neq; columbæ collo commoueri. de Fin.94.a.Plumæ uerſiculores columbis.

Columbinus,a,um.ut pullus columbinus.Ep.138.a.

Columella,læ.parua columna.de Leg.138.b.Statuere columellam ſuper tumulum. Tuſc.241.a.Animaduerti columellam è dumis eminentem.

Columen.culmen, princeps. I.V.188.a.Timarchides columen familiæ ueſtræ. I.A.252.a.Columen amicorum Antonij Cotyla. pro Flac.154.a.At iſtud columen actionis tuæ Mythridates ambulat cum lorica,etc.de D.84.a. Quid uerò Phœbi fax,triſtis nuncia belli: Quæ magnum ad columẽ flammato ardore uolabat? de D.84.b.Ni poſt excelſum ad columen,&c.pro Seſt.6.b.Columen reipub.

Columna,næ.de Or.159.b.Columnæ & tẽpla & porticus ſuſtinent. pro Dom.225.b.Columnæ marmoreæ ex ædibus meis ad ſocerũ conſulis portabantur. Q.Fr.318.a. Columnas neq; rectas,neq; è regione Diphilus collocarat. pro Cluent.25.b.Is in diſcordijs ciuitatis ad eam columnã, ad quam multorũ ſæpe conuicijs perductus erat, tum ſuffragijs populi peruenerat. Q.Fr.318.a.Columnæ porticus politæ ſunt. I.A.153.b.Euerſio illius execratæ columnæ. de D.84.b.Iupiter excella clarabat ſceptra columna. Orat.219.a.Incurriſti amens in columnas.Columna Menia l.Menius.

Colus, lus. bacillus è quo mulieres penſa nendo trahunt, & deducunt. de Orat.134.b. Quando ad me uenis cum tua colu & lana?

Comagene,nes.urbs,& regio.Ep.120.a.

Comagenus,na.EP.240.b.At.313.b.

Coma,mæ.capillus. pro.Seſt.6.b. Conſul unguentis afflues̃,calamiſtrata coma.Poſtquã.206.b.et de Ar.254.a.Primùm proceſſit madenti coma, cõpoſito capillo,&c.

Comatus,a,um. Gallia comata: id eſt, brachata, & tranſalpina.I.A.219.a.

Combibo,bis. imbibo, haurio. de Fin.91.b.Sed inficiam debet his artibus, quas ſi combiberit dum tener eſt,ad maiora ueniet paratior.

Combibo,onis.compotor.Ep.142.a.In controuerſijs quas ha ʾeo cum tuis combibonibus Epicureis.

Comburo,ris.uro,cremo,inflammo, incendo, exuro. pro Cl.23.a. & Ser.Ep.56.a.Puer ante noctem mortuus, & poſtridie anteq̃ luceret,cõbuſtus eſt. At.226.a.At Cæſar etiam in foro cõbuſtus.I.V.92.a.& Q.Fr.300.b.Comburere aliquem uiuum.Tuſc.186.b.Calanus indus ſua uoluntate uiuus combuſtus eſt. de N.14.a.& pro S.R.33.b. Libri Protagoræ in concione combuſti. de D.87.a.Comburamus annales. Q.Fr.300.b.Aliquem fumo comburi.

Comedo,dis, comedi,comeſum.cibum capio,edo, adedo. de Clar.184.a.Niſi ſe collega tuus iactauiſſet,hodie te iſtic muſcæ comediſſent.pro Seſt.24.b.Vſq; eo nõ fuit popularis,ut bona ſolus comeſſet. Ep.139.a.Ego te iacẽte bona tua comedam. & 176.b.Quocirca Sagulium negligamus, qui res nouas quærit, non quòd ueterem comederit, nullam enim habuit, ſed hanc ipſam recentem nouã deuorauit. pro Fl.163.b.Quid attinuit relinquere hanc urbẽ? quaſi bona comeſſe Romæ non liceret. At.80.a.Putat enim Pompeius ſuos nummos uos comediſſe, Cæſarẽ in merito reædificando diligentiorem fore. Ad Her.39.b.Iſte tanquam cochlea,&c. comeditur cum domo ſua & aufertur.de Or.131.a.Vt olim tu Craſſe, comediſſe eum lacertũ Largij.Comeſt.id eſt,comedit.Nonius.

Comes,tis.qui alterũ ſequitur, aſſectator,aſſecla.Ep. 219.b.Titus Auguſtus & comes meus fuit illo miſerrimo tempore,& omnium itinerum, nauigationum,laborum, periculorum meorum ſocius.pro Syl.179.b.Itaq; P.Sylla hoc importuniſſimo tum honoris tum etiã calamitatis ſocio atq; comite, et ſecundas fortunas amittere coactus eſt, & in aduerſis ſine ullo remedio atq; alleuamento permanere.Ep.16.a.Me quidem certè tuarum actionum,ſententiarum,uoluntatum,rerum deniq; omnium ſocium comitemq́; habebis.de Cl.168.b.Eloquentia pacis eſt comes,ocijq́; ſocia.Ep.10.a.In eis uerò ulciſcendis,&c. mirificum me tibi comitem præbuiſſem. de Or.91.a.Omnes artes comites ac miniſtras oratoris eſſe. At.117.b.Ei ſtatim reſcripſi,hominemq́; certum miſi de comitibus meis.de Am.113. b.Quanta illi in oratione maieſtas,ut facilè ducem populi Romani,non comitem diceres. de Am.103.b.Neq; ſe comitem illius furoris, ſed ducẽ præbuit.pro Mar.132.b.Huius rei tu ipſe es & dux & comes.Tuſc.213.a.Examinatio metum ſubſequens et quaſi comes pauoris. pro Mur.127. a.Multarum deliciarum comes eſt extrema ſaltatio. Att. 72.b.Marcellus ſedendi comes,& ſi ille magiſtratum non geſſerit,erit tamen tranſpadanus.

Comeſatio,uel comeſſatio,onis. Intempeſtiuum conuiuium,præſertim nocturnum & à cœna.pro Cæl.44.b. Comeſationes,conuiuia Baijs acta. I.A.197.a.Totus denique comeſationis Antonianæ chorus.I.C.106.b.In uino & olea comeſationes & ſcorta quærere. de Orat.158.a. Tempeſtas comeſationis, aut comeſatio tempeſtatis.

Comeſator,uel comeſſator,oris.qui intempeſtiuis conuiuijs indulget. pro Cæl.52.a.Non idem iudicum comeſatorumq́; conſpectus. & At.13.a.Noſtri iſti comeſatores coniurationis.aliàs,comiſſatores.

Comeſor,uel comeſſor, aris. intempeſtiuis conuiuijs et epulis utor.Ep.15.a.Si quando illa dicet, Phædriam intromittamus comeſatum.Tu,Pamphilam cantatum prouocemus.aliàs,comiſſatum.

Comeſus,a,um.cõſumptio. In Sal.275.a.Patrimonio non comeſo, ſed deuorato. pro Cl.54.a.Venenum epotũ quàm comeſum celerius poteſt,&c.

Cometes,tæ.ſtella crinita. de N.28.b.Stellæ quas Græci cometas,noſtri crinitas uocant, quæ nuper magnarum fuerunt calamitatum prænunciæ. de D.84.b.Vidiſti & claro tremulos ardore cometas l.Crinitus.

Comicus,a,um.pro Q.R.50.a.Comœdus ex artificio comico ſpectatur.Or.23.a.Comici poëtæ l.Comœdia.

Comicè.comico more.de Or.145.b.res tragicas penè comicè tractare.

Cominus.aduer.de propinquiore loco,propius.)(.Eminus. de D.116.a.Sed hæc fuerit nobis tanquam leuis armaturæ prima excurſio,nunc cominus agamus. pro Cor.59. a.Qui cum hoſte noſtro cominus in acie ſæpe pugnarit. de Sen.81.a.Eminus haſta,cominus gladio uti. pro Plan. 274.a.Cominus pugnare. At.23.b.Qui me epiſtola petiuit,ad te,ut uideo,cominus acceſſit. pro Cecin.293.a.Etſi non ſolum impulſu ſcutorum, neq; conflictu corporum, neq; ictu cominus,neq; coniectione telorum, ſed ſæpe clamore ipſo militum,&c.magnas copias pulſas eſſe,et uidimus,& audiuimus.Tuſ.219.b.Video enim utrunq; cominus ictu cecidiſſe contrario.

Comis,me.humanus, habens comitatem.de Sen.80.b. Cyrus omnibus in rebus comis erga Lyſandrum atq; humanus fuit. pro Cor.62.b.Comes benigni,faciles,ſuaues homines qui erranti comiter monſtrant uiam. de Fin.81. b.Vir bonus,comis & humanus.pro Mur.139.b.Quis C. Lælio comior? quis iucundior? & ibid.Nemo eo commodior,comior,moderatior fuit,&c. At.80.a.Nil come,nil ſimplex eſt. de Cl.183.b. Q.Scæuola augur percomis eſt habitus.pro Pl.272.b.Omnibus comis eram uiſus.

Comitas,tis.facilitas.)(.Seueritas,grauitas.Part.231. b.Idq́; comitate fit magis quàm uanitate.Q.Fr.294.a.Cyrus ille à Xenophonte ſcriptus, cuius ſumma grauitas ab illo philoſopho cum ſingulari comitate coniungitur. de Cl.177.b. Scæuolæ multa in ſeueritate non deerat comitas.de Sen.79.a.Comitate cõdita grauitas. de In.82.b.Clementia eſt,per quam animi temerè in odium alicuius inuectionis concitati, comitate retinentur. At.95.b.Mulieres quidem ualde intelligo delectari obſequio et comitate adoleſcentis.de Or.125.a.& 140.a. Verborum comitas. Off. 22.b.Contrà q; pater eius nullam comitatem habuit ſermonis. & 42.b.Comitas affabilitasq; ſermonis maximè conciliat animos hominum.pro Mur.140.a.Si illius comitatem facilitatemq́; tuæ grauitati ſeueritatiq; aſperſeris.Orat.199.b.Seueritas.)(.Comitas.

Comitatus,a,um.pro Dom.228.a.Quem pop.Romanus à porta in Capitolium,atq; inde domum ſua celebritate lætitiaq; comitatum honeſtauit.At.135.a.Si Cn.bene comitatus conſcendiſſet,& Coſſ.tranſiſſent.I.C.105.a.Moleſtè fero,quod ex urbe parũ comitatus exierit. pro Cæl. 44.a.Mulier multis uiris comitata.I.A.244.b.Quis audeat luci bene comitatum aggredi.

Comitatior,oris.Tuſc.250.a.

Comitatus,tus.aſſectatores, comitũ multitudo,clientella.



At.119.b.Si maneo,et illum comitatum optimorum ciuium deſero,cadendum eſt in unius poteſtatẽ. pro Cor. 68.a.Cum ducibus ipſis, nõ cum comitatus aſſectatoribus confligant. I.C.112.a.Cum iam pontem cum magno comitatu legati Allobrogum ingredi inciperent. & ibid.Literæ quæcunq; erant in eo comitatu integris ſignis prætoribus traduntur. Q.Fr.321.b.Ille ignarus ſui comitatus,repentè aperuit lecticam. Item: Quæ ſi quos inter ſocietas eſt, eorum habendus optimus comitatus.pro Mil.106.b. Muliebri & delicato ancillarum puerorumq́; comitatu. de Sen.82.b.Mihi uerò illi comitatu nobilium iuuenũ fortunati uidebantur. de Fin.88.a.Tantus uirtutum comitatus. Par.118.b.Regulus uirtutum præſidio munitus,tantoq́; uirtutis comitatu ſeptus. de Ar.243.b.Cepi equidem maximum fructum, & ex conſurrectione omnium,& ex comitatu publicanorum. Ep.92.b.Si modò tecti ſatis eſt ad comitatum noſtrum recipiendum.

Comiter.humanè,humaniter,benignè.I.A.246.b.Salutare benignè,comiter appellare unumquenq;. de N.13. a.Tum Cotta comiter ut ſolebat:atqui,inquit,&c. Of.11. a.Homo qui erranti comiter mõſtrat uiam. pro Cæl.40. a.Cum aliquo comiter uiuere. pro Cor.63.a.& 62.b.Benignè,non grauatè,comiter quidem certè,non communiter conuenit. Sic Cicero comiter interpretatur, contra quendam qui comiter,dicebat eſſe communiter.

Comitialis,le. tempus comitiorum.Q.Fr.307.b.Conſecuti ſunt dies comitiales,per quos ſenatus haberi nõ poterat.& 311.a.Dies comitiales exemit omnes. I.V.134.b. Offendit eum menſem comitialẽ, comitijs iam ab hinc triginta diebus habitis.

Comitiatus,tus.pro comitijs ipſis.de L.186.a.De capite ciuis,niſi per maximum comitiatum,&c.ne ferunto. Ibid.189.b.Omnib.magiſtratibus,auſpicia & iudicia dantur,&c. auſpicia, ut multos inutiles comitiatus probabiles impedirent more.

Comitium,tij. locus in quo comitia habebantur,campus martius,commune conſilium.I. V.149.b.Quid hoc cuiquam ferendum putas eſſe? huius argento domos ueſtras? huius ſignis & tabulis forum comitium ornari?pro Seſt.20.a.Cum forũ, comitium, curiã armatis hominibus occupauiſſent. I.V.86.a.Tenes,quem quõdam in comitio uidiſtis. & 87.a.Vidi ſimul cum populo Romano forũ comitiumq; adornatum, ad ſpeciẽ magnifico ornatũ,ad ſenſum cogitationemq́; acerbo & lugubri. de Leg.186.a.De capite ciuis niſi per maximum comitium ne ferunto.

Comitia,orum. Conuentus pop.Rom.cõmune conſilium omniũ ordinum, ad creandos magiſtratus, ad ferendas leges,& alia cum populo agenda.pro Pl.269.a.Conſul comitia habere cœpit, uocatæ tribus, latum ſuffragiũ, deſcriptæ, renunciatæ,longè plurimùm ualuit Plancius.I. A.176.a.Ecce Dolobellæ comitiorum dies, ſortitio prærogatiuè quieſcit, renũciatur,tacet,prima claſſis uocatur renunciatur:deinde,ut aſſolet, ſuffragia,tum ſecũda claſſis uocatur,&c.de L.193.a.Ferri de ſingulis niſi centuriatis comitijs noluerunt.deſcriptus enim populus,cenſu,ordinibus,ætatibus, plus adhibet ad ſuffragium auxilij q̃ fuſæ in tribus conuocatus. cõtra Rul.66.b.Eſt illud ampliſſimum Quirites,quod hoc honore ex nouis hominib.primùm me multis poſthabitis affeciſtis,quod prima petitione,quod anno meo: ſed tamẽ magnificentius eſſe illo nihil poteſt,quod meis comitijs nõ tabellam indicẽ tacitæ libertatis, ſed uocem uiuam præ uobis iudicem ueſtrarum erga me uoluntatũ tuliſtis. I.V.243.a.Tu cum prætor eſſes renunciatus, nõ ipſa præconis uoce excitatus es? qui te toties ſeniorũ iuniorumq́; centurijs illo honore affici pronũciauerit.Poſtquã.210.b.Comitia centuriata,quæ maximẽ maiores iuſta dici haberiq; uoluerũt.cõtra Rul.71.b.Nũc quia prima illa comitia tenetis centuriata & tributa, curiata tantũ auſpiciorũ cauſa remanſerunt. & ibid.& 72. a.& Ep.17.a.de comitijs multa, & de lege centuriata & curiata. Q.F.307.a.Gracchus augur recordatus eſt,quid ſibi in campo Martio comitia conſulibus habentibus contra anſpicia accidiſſet.pro Rab.92.Qui in campo Martio comitijs centuriatis, auſpicato in loco crucẽ defigi iubes. pro Mil.109.b. Quid comitijs in campo quoties poteſtas fuit? de Pet.213.b. Video nulla eſſe comitia tam inquinata largitione, quibus non gratis aliquæ centuriæ renuncient ſuos ſibi maximè neceſſarios. Q.Fr.323.b.Comitiorũ quotidie ſinguli dies tolluntur obnũciationibus magna uoluntate bonorum omniũ. de Cl.169.a.Habere comitia cõtra leges.At.143.b.Comitia conſularia à prætore haberi non poſſe. & 53.a.Legem comitijs centuriatis eſſe perlatam. I.V.134.b.Satis putabat ſe ad comitia tempore uenturũ, ſi pridie ueniſſet. Ep.109.a.In campo certè nõ fuiſti cum hora ſecunda comitijs quæſtorijs inſtitutis ſella Q.Maximi,quẽ illi conſulem eſſe dicebãt, poſita eſſet,quo mortuo nunciato ſella ſublata eſt.Ille aũt qui comitijs tributis eſſet auſpicatus,centuriata habuit, conſulem hora ſeptima renunciauit,&c.At.1.a.In campo Martio comitijs tribunitijs ad XVI.Cal.Sex.competitores qui firmi eſſe uidebantur,Galba & Antonius. I.A.234.b.Quod ſi comitia in ſenatu haberi placet,petamus, ambiamus,tabula modò noua detur nobis ſicut populo data eſt.de Leg.193.a.Comitia illa ſunt armis geſta ſeruilibus. At.63.a. Sed ea comitia puto fore,ut ducantur.

Comitor,aris.aſſector,ſector.de Fin.77.a.An eſt aliquid per ſeipſum flagitioſum, etiamſi nulla comitetur infamia.de In.63.b.In itinere quidam proficiſcentẽ ad mercatum quendam eſt comitatus.Tuſc.247.b.Cæteraq́;,quæ comitantur huic uitæ.

Commaculo,as.maculo,turpifico,fœdo.pro Cæl.40. b.Si ſe iſto infinito ambitu commaculaſſet.

Cõmeatus, tus. cibaria ad multitudinem aliquã alendam,præſertim belli tempore. Item tẽpus quod eundi,manendi,redeundi datur, & præſcribitur alicui.pro Pomp. 14.a. Cum ex omnibus prouincijs cõmeatu & publico & priuato prohibebamur. At.107.b.Suſcepto aũt bello aut tenenda ſit urbs,aut ea relicta ille à cõmeatu et reliquis copijs intercludendus. de Or.102.b.De cõmeatu,de inſidijs faciendis atq; uitandis,&c. Ad Her.5.a.Vt ille,qui ad diẽ cõmeatus non uenit,quod eum aquæ intercluſiſſent. I.V. 258.a.Hunc ſcitote fuiſſe Heraclium in ea cauſa,qui propter grauem morbũ oculorũ tum cum nauigaret,& iuſſu eius,qui poteſtatẽ habuit, in cõmeatu Syracuſis remanſerit. I.V.248.a.Hanccine impudentiã iudices? ciuitatibus pro numero militum pecuniarũ ſummas deſcribere,certo precio ſexcentenos nũmos nautarũ miſſione conſtituere, quos qui dederat,cõmeatum totius ætatis auferebat: iſte quod & nautæ nomine, & pro ſtipendio frumentoq́; acceperat,lucrabatur.

Cõmeditor,aris.meditari,uerſare.Ad Her.22.a.Quare locos,quos aſſumpſerimus, egregiè commeditari oportebit,ut perpetuò nobis hærere poſſint.

Commemini,ſti.memini. de Orat.104.b.Quem hominem probè commeminiſſe ſe aiebat. & 150.b.Id quod tu rectè commeminiſti. Tuſculan.150.b.Ego autem non

commemini antequam ſum natus,me miſerum.

Commemorabilis,le.memorabilis.pro Mar.152.b.Vir commemorabili uirtute præditus.& de N.52.b.

Commemorandus.a.um. I.V.74.a.Ò commemoranda iudicia præclaramq; exiſtimationem noſtri ordinis.

Commemoratio,onis.mentio,recordatio.Q.Fr.297.a.Me in ſcribendo commemoratio tuæ uirtutis delectauit. I.V.97.a.Verres in aſsidua commemoratione omnib. omnium flagitiorum fuit. Ep.67.a.Me commemoratio poſteritatis ad ſpem quandam immortalitatis rapit. et 146.a.Commemoratio huius rei magnam mihi lætitiam attulit.Or.208.a.Commemoratio antiquitatis, exemplorum prolatio. pro Arch.191.a. Commemorationem nominis noſtri non cum uitæ tempore dimittendam eſſe , ſed cum omni poſteritate adæquandam.

Cõmemoro.memoro,dico,memini,proſequor, profero,ſermone uſurpo,alicuius rei memoriã uſurpo.I.V.231 b.Longum eſt & non neceſſariũ, cõmemorare quæ apud quoſq; uiſenda ſunt. pro Q.1.b.Nam quid hoc iniquius, aut indignius dici,aut commemorari poteſt? Epiſt.48.b. Omnes enim cauſæ, quas cõmemoras,iuſtiſsimæ ſunt. de Or.123.a.Critolaus,quem ſimul cum Diogene ueniſſe cõmemoras. de Or.149.b.Metrodorus, de cuius memoria cõmemorauit Antonius.Q.Fr.297.a.Omnes de tua uirtute cõmemorant. pro R.95.b.C.Decianus,de quo tu ſæpe cõmemoras. pro Planc.279.b.Nihil ex meis eſt temporibus, quod minus mea celebratione cõmemoratum ſit. de Sen.84.b.Quid quoq; die audierim,dixerim,egerim,commemoro ueſperi. Acad.18.b. Primum quod initiò dixiſti uideamus quale ſit , ſimiliter à nobis de antiquis philoſophis cõmemorari , atq; ſeditioſi ſolerent claros uiros , ſed tamen populares aliquos nominare.de Am.109.b. Beneficia meminiſſe debet is in quem collata ſunt, non cõmemorare qui contulit. Parad.124.a.Quæ eſt iſta in cõmemoranda pecunia tua tam inſolens oſtentatio? Poſtquã 212. b.Qui deſiderium mei nominis renouari & memoriã rerum geſtarũ uſurpari coëgi. pro D.151.a.Quæ ſi priuatis glorioſa ſunt,multo magis cõmemorabũtur in regibus.

Commendatio,onis.comprobatio,laus , cõmiſsio.Ep. 4.a.Is cum antea & ſuo ſplendore & noſtra cæterorũq; amicorum commendatione gratiſsimus in prouincia ſemper fuit , tum hoc tempore propter tuum in me amorem noſtramq; neceſsitudinem uehementer confidit his meis literis ſe apud te gratioſum fore. & ibid.Omnibusq; rebus eum ita tractes, ut intelligat noſtram cõmendationem nõ uulgarem fuiſſe. At.121.b.Cui qui noſter honos? quod obſequium ? quæ etiam ad cæteros contempti cuiuſdam hominis commendatio noſtra defuit? ut meum iudicium reprehendi à Q.Fratre uulgóq; ab omnibus mallem , quàm illum non efferre laudibus? Tuſc.248.a. Vidéne plus commendatio in uulgus,et hæc quæ expetitur gloria moleſtiæ habeat quàm uoluptatis.Ep.8.a.Magna eſt hominum opinio de te,magna cõmendatio liberalitatis , magna memoria conſulatus tui.Or.207.a.Hunc librum ſi minus noſtra cõmendatione , tuo tamen nomine diuulgari neceſſe eſt.Off.42.a. Prima eſt igitur adoleſcenti cõmendatio ad gloriã,ſi qua ex bellicis rebus cõparari poteſt.Or.208.a. Principia acuta ſentẽtijs, uel ad offenſionẽ aduerſarij, uel ad cõmodationẽ ſui. de Or.128.a.Illa pars orationis quæ probitatis cõmendatione boni uiri debet ſpeciẽ tueri. I.P. 79.b.Obrepſiſti ad honores errore hominũ,cõmendatione fumoſarũ imaginum. I.C.103.a.Homo per ſe cognitus nulla cõmendatione maiorum.de Cl.173.a.Is magnos honores ſine ulla commendatione maiorum eſt adeptus.pro Flac.151.a. Aliquis infimo loco natus,nulla commendatione famæ. de Clar.186.a.Huius mores omnes commendationem ingenij euertunt. de Clar.194.a. Hæc cauſa tantum cõmendationis habuit,ut,&c. Off.42.b.Prima igitur commendatio proficiſcitur à modeſtia.pro Deiot.144.a Qui commendationẽ ineuntis ætatis ab impietate & ſcelere duxerit. pro Cæl.38.b.Et meus hic forenſis labor uitæq; ratio dimanauit ad exiſtimationem hominum paulo latius cõmendatione ac iudicio meorum. I.A.186.b.Nec ſentit amens commẽdationem eſſe compellationem ſuam. pro Plan.265.b. Hoc ualeret, inquam, in cõmuni cõſenſu omnium,& dulciſsima commendatione naturæ.de Orat. 141.a.Facillimè teneri ea,quæ auribus perciperentur,aut cogitatione, ſi etiam oculorum cõmendatione animis traderentur. de Fin.72.a.Epicurus in prima commendatione uoluptatem dixit.& ibid.Vt uoluptatem illam Ariſtippi in prima commendatione poneret.

Cõmendatitius,a,um.I.V.234.b.Tabellæ non cõmendatitiæ, ſed tributariæ. Ep.62.a.Etſi ſtatueram nullas ad te literas mittere,niſi commendatitias,tamen,&c.

Commendatrix,cis. de L.167.b.Lex eſt emendatrix uiciorum commendatrixq; uirtutum.

Commendatus,a,um.I.A.222.b. Vita Ser. Sulpitij multis erit præclariſq; monumentis ad omnem memoriã commendata. I.A.166.b.Quæ res unquam glorioſior? quæ commendatior hominũ memoriæ ſempiternæ? pro Cor. 63.a.Quis noſtrûm eſt cui nõ illa ciuitas ſit huius ſtudio, cura,diligentia commendatior? pro Seſt.7.a. Alter erat opinione hominum nobilitate ipſa blanda conciliatricula commendatus. & ibid.Homo falſa opinione,errore hominum comendatus. de Leg.174.a.Sacrum ſacróue cõmendatum qui clepſerit,patricida eſto.

Commendo,as.probo,fidei alicuius committo , in tua fide ac religione depono,cõcredo,in ueſtra fide atq; humanitate totam cauſam repono , ciuitas in Catonis fide locata,q nationes deuictas bello in fidẽ cepiſſet, omnia in fidẽ, & quodãmodo patrociniũ mei conſulatus ſunt collata,in fidẽ meã accipio,in tutela alicuius ſum,alicuius uirtuti,fidei,felicitati ſum cõmendatus.Poſtquam 207.a.Cum eum præter ſimulatam triſtitiam nulla res commendaret. Ep. 189.a. Neq; enim omniũ iudiciorũ malim me à te cõmendari , quàm ipſe tuo iudicio dignè ac mereor commendatus eſſe. de Or.109.b. Vt duos ſummos uiros,ijs qui neutrum illorum uiderint , eorum quibus ambo illi oratores cogniti ſunt, uiuorum & præſentium memoria teſte commendemus. pro Cæl.38.b.Nec enim uobis ſatis commendata huius ætas eſſe poſſet,niſi, &c.de Or.125.a.Lenis oratio commendat reos. Off.42.b.P.Rutilij adoleſcentiam ad opinionem & innocentiæ & iuris ſcientiæ.P.Mutij commendauit domus. de Cl.184.b.Nulla re una magis cõmendatur orator,quàm ſplendore uerborum.de Orat.107.a. Vox, quæ una maximè eloquentiam commendat. de Cl. 186.b.Huius actio non ſatis commendabat orationẽ. At. 209.a.Ligarianam,ut uideo,præclarè autoritas tua commendauit. & 49.a.Me totum tuo amori fideiq; commendo.& 229.a.Reſpub.ita te mihi commendauit,ut chariorem habeam neminem. Ep.21.a.Tibi me totum commendo atq; trado.& 218.b.Sed uereor, ne quia complures tibi præcipuè commendo, exæquare uidear ambitione quadam commendationes meas. Q.Fr.299.b.Item: Tibi me tibi meas omnes opes fortunasq; commendo,tibi committo exiſtimationẽ ac ſpẽ reliquæ uitæ. Ep.28.b. Petis à me ut Bibulo te q̃ diligentiſsimè cõmendẽ. At.276.b.& 277. a. Ad petitionẽ aut ad cõmendationẽ honoris tibi Glicona medicũ diligentiſsimè cõmendo. Ep.4.a.Quæ ne ſpes eũ fallat,uehementer te rogo,cõmendoq; tibi eius omnia negocia,liberos,procuratores,familiã. & 109.a.Quare mi Cicero perſeuera conſtanter nos conſeruare , & Sulpitio ſucceſſori nos de meliore nota cõmenda. & 194.b.Vale, & matrẽ meosq; tibi cõmendatos habe.et 300.a.Zeuxis, quẽ ſcribis certiſsimũ matricidã tibi à me intimè cõmendari. & 188.b.A te peto dignitatẽ meã tibi cõmendatã habeas.et 199.b.Rogo ut habeas eos à me cõmendatiſsimos. pro Cluent.24.b. Spes illa quã mulier in aluo cõmendatã à uiro continebat. pro Pomp.6.a.Vt ſe ſocios dignos exiſtimetis,quorũ ſalutem tali uiro cõmendetis. de Fin.93.a. Simulatq; natũ ſit animal, ipſum ſibi conciliari & cõmendari ad conſeruandũ.I.A.235.a.Harũ rerum omniũ decertatio conſulibus cõmiſſa et cõmendata eſt.pro Arch.189. a.Poëtæ quaſi deorũ aliquo dono & munere commendati nobis eſſe uidentur. pro.S.R.37.a.Cui fortunæ uiui commendatæ ſunt atq; concreditæ.pro Dom.242.a.Vobis erga meam dignitatẽ,ſtudiũ et iudiciũ non modò cõmiſſum, ſed etiã cõmendatum arbitrabantur. de Arch.246.b.Pontifices quorũ autoritati,et fidei,& prudentiæ maiores noſtri ſacra religionesq; cõmendarunt. pro Mur.124.a.Idẽ conſul eum ueſtræ fidei cõmendat, quẽ antea dijs immortalibus cõmendauit. de Pro.76.a.Quare ſit in eius tutela Gallia, cuius uirtuti,fidei, felicitati cõmendata eſt.de Or. 104.b.Filios ſuos paruos tutelæ populi cõmendare. Off. 25.a.Iura fidei magiſtratuũ cõmiſſa ſunt. de Orat.111.b. Hiſtoria qua uoce alia niſi oratoris immortalitati cõmendatur? Ep.68.b.Vt me ſempiternæ gloriæ per eum commendari nolim , qui non ipſe quoq; in me commendando propriã ingenij gloriã conſequatur. & 151.b.Nomenq; tuum cõmenda immortalitati. et 67.a.Cupio res noſtras quàm celerrimè monumentis cõmendari tuis. Epiſt.171. a.b.Satis me multa ſcripſiſſe , quæ literis cõmendari poſſint,arbitror:id eſt,committi.



Cõmẽtariolũ,li.libellus.I.A.156.a.An in cõmẽtariolis et chirographis et libellis acta Cæſaris firma erũt? de F.108. b.Quæ res efficit,ne neceſſe ſit,iiſdẽde rebus ſemper quaſi dictata decantare,neq; à commentariolis ſuis diſcedere.de Or.85.a. Quæ pueris nobis ex cõmẽtariolis noſtris inchoata ac rudia exciderũt.Q.de Pet.214.a.Volo enim hoc cõmentariolum petitionis haberi omni ratione perfectum.

Commentariũ,rij.liber ad ſubſidiũ memoriæ comparatus , in quo rerũ & negociorũ capita notantur.de Cl. 179.a.Ipſa illa cẽſoria contra Cn.Domitium collegã non eſt oratio,ſed quaſi capita rerũ, & orationis cõmentariũ paulo plenius. Ep.121.b.Quã quiſq; ſententiã dixerit,in cõmentario eſt rerũ urbanarũ,e quo tu quæ digna ſunt,ſelige. At.19.a.Cõmentariũ conſulatus mei Græcè ſcriptũ miſi ad te. Oct.329.b.M.Antonius ciuitates donabat ex cõmentario.Ep.113.a.Cõmentariũ rerũ urbanarũ primũ dedi L. Caſtrinio , ſecundum ei qui has literas tibi reddet. I.V.246.b. Audite decretum mercenarij prætoris ex ipſius cõmentario.& ibid.Recita cõmentariũ.pro Syl.175. b.Ego recentẽ putarem memoriã cuncti ſenatus cõmentario meo poſſe ſuperari? Tuſc.202.a.In eo eſt diſputatio ſcripta Carneadis, quam ſe ait in commentarium retuliſſe. At.102.b. Referre aliquid in commentarium manu ſua.de Orat.102.b.Illa quæ in cõmentarium meum retuli.

Cõmentarij,orũ. Idẽ quod cõmentariũ.Ep.69.a.b.Si enim ſuſcipis cauſam , conficiã cõmentarios rerũ omniũ. de Cl.289.a.Cæſar ſcripſit cõmentarios rerum ſuarũ.Of. 53.b.54.a.Quem locum miror à Poſsidonio breuiter eſſe tractatum in quibuſdam commentarijs.pro Rab.93.a.Ex annalium monumentis & ex regum commentarijs aliqd cõquirere.de Cl.171.a.Vt & Atticus ſcribit,& nos in antiquis commentarijs inuenimus.I.A.153.a. Nihil tum niſi quod erat notum in C.Cæſaris commentarijs reperiebatur.de Cl.169.a.Poſſumus T.Caruncanũ ſuſpicari deſertũ, quod ex pontificũ cõmentarijs longè plurimũ ingenio ualuiſſe uideatur. de F.92.a.Cõmentarios quoſdã Ariſtotelicos,quos hic ſciebã eſſe , ueni ut auferrẽ. de Or.129.b. Vbi ſunt fundi Brute, quos tibi pater publicis commentarijs conſignatos reliquit? id eſt, tribus libellis de iure ciuili.

Cõmẽtatio,onis.cogitatio,meditatio.de Or.97.a.Subitã orationẽ cõmentatio et cogitatio facilè uincit. & ibi.b. Et illa commẽtatio incluſa in ueritatis lucẽ proferẽda eſt. Ep.138.b.Commẽdatio cauſarũ.de Or.187.b.Is ſeſe quotidianis commẽtationibus exercebat. & 119.a.Quos locos multa commẽtatione ac meditatione paratos atq; expeditos habere debetis. de Cl.174.a.In exercitationib.cõmẽtationibusq; multum operæ ponere.de Or.107.b.Subitæ ad propoſitas cauſas exercitationes,& accuratæ ac meditatæ commẽtationes, multi ſudoris ſunt.Tu.164.a.Tota enim philoſophorum uita , ut ait idẽ, commentatio mortis eſt.Tuſ.184.a.De exercitatione et conſuetudine & commentatione dixi , apage ſis nunc de ratione uideamus. & 183.b.Tantum exercitatio,meditatio,conſuetudo ualet.

Commẽtitius,a,um. fictus. pro S.R.25.a.Ille quomodo crimẽ commẽtitium confirmaret,non inueniebat. de N.5. b.Commẽtitiæ futileſq; ſentẽtiæ. & 40.a.Commẽtitij & ficti dei.Of.59.a.Ficta & commẽtitia fabula.de F.146.a Nomina partim noua & commentitia,partim idem ſignificantia. de N.7.b.Parmenides commentitium quiddã coronæ ſimilitudine efficit. & 22.a.Omnem talem conformationem animi,philoſophi motum inanem uocant.

Cõmẽtor,aris.meditor,cogito,cõſidero,mecũ meditor. At.58.b.Verũtamẽ ad ipſum mecũ in his locis cõmẽtor,ut iſta improbẽ.I.A.190.b.Iã accedũt cõſules multos iã menſes de pop.Rom.libertate cõmẽtati atq; meditati.I.P.100 b.Sin aũt aliqd ſperare uolueras , cogitaras id , q illa tropæa plena dedecoris et riſus te commẽtatũ eſſe declarãt. Ep.95.b.Si me occupationib.relaxaro(nã ut planè exoluã nõ poſtulo, et ipſum quidẽ multos annos nihil aliud cõmentor)docebo,etc. Tuſ.196.b.Nã q hæc audita à docto meminiſſẽ uiro,futuras mecũ commẽtabar miſerias.de Cl. 193.a.Hortenſius tãta memoria fuit,ut quæ ſecũ commentatus eſſet,ea ſine ſcripto uerbis eiſdẽ redderet.de D.99.a Magi congregãtur in Fano cõmentãdi cauſa, atq; inter ſe colloquẽdi.de Am.96.b.Cũ in hortos D.Bruti cõmentãdi cauſa(ut aſſolet)ueniſſemus.Ep.184.a.Ad quẽ paratus uenerat,cũ in uilla Metelli cõplures dies cõmentatus eſſet.et ibid.Quæ aũt in luſtris et in uino cõmentatio potuit eſſe? de F.135.a.Animaduertuntq; ea quæ domi fiunt curioſius, incipiũtq; cõmentari aliquid et diſcere. Ep.5... Vt antẽ cõmentemur inter nos , qua ratione nobis traducendũ ſit hoc tẽpus.de Or.150.b.Magiſter hic Samnitũ ſumma iam ſenectute eſt,& quotidie commẽtatur .I.A.233.a.Quorũ alter commentatus eſt mimos,alter egit tragœdiã.pro Q. R.31.a.Quæ mihi iſte uiſus eſt ex alia oratione declamare,quã in alium rebum commentaretur. At.142.b. Θέσεις meas commentari non deſino:id eſt,propoſita.de Cl.194 b.Commẽtor declamitãs cum aliquo quotidie. & 172.a. Vſq; illum commentatum in quadam teſtitudine cũ ſeruis

literatis fuiſſe. de Cl.171.a.In conſideranda cõponendaq́; cauſa. Ep.266.b.Iſq; diu & multis lucubrationibus commentata oratione uide ut probare poſsit, te non peccaſſe.

Commentum,ti.res ficta, excogitata inuentio. de N.26.b.Opinionum enim commenta delet dies.de Clar.193.a.Idem ſua, & cõmenta, & ſcripta, & nullo referente omnia aduerſariorum dicta meminerat.

Commeo,as.eo,uenio,redeo. At.124.a.Crebrò enim illius literæ ab alijs ad nos commeant. pro Pomp.14.b.Inſula Delos, quò omnes undiq; cum mercibus atq; oneribus commeabant.I.V.245.a.Nauis, quæ ad ea furta, quæ reliquiſſes commearet. de N.65.b.Cum eadem uiciſsim retro commeant.& 35.b.Sol ab ortu ad occaſum commeans. de N.7.b.Animum eſſe per naturam rerum omnem intentũ & commeantem. pro Cæl.45.b.Cuius in hortos iure ſuo libidines omnium commearent.

Commercium,cij.uſus,familiaritas. de Sen.85.b.Voluptas nullum habet cum uirtute commercium. I.V.231.a Mihi commercium ullius rei cum illo non eſt. & 168.a.Is agrum in Segeſtano (nam commercium in eo agro nemini eſt) conductum habebat. & 133.b.Ei locum illum ſenatorium ille uendidit,cui ne cõmercium quidem eſſe oportebat.ad Brut.285.b.Si ſit commercio locus.

Cõmereo,res.mereor. de Orat.105.a.Interrogabatur reus,quã quaſi æſtimationẽ cõmeruiſſe ſe maximè diceret

Commeritus,ta. de In.12.b. & 59.b.Non caſtigabo pro commerita noxia.Plauti.

Commetior,ris.metior, ſimul metior. de In.51.a.Sæpe oportet commetiri cum tempore negociũ.de Vn.200.b.Neq; ſiderum ambitus inter ſe commetiuntur.

Commigro, as.migro, domiciliũ muto. Q.Fr.309.a. Domus tibi conducta eſt,ſed breui in tuam commigrabis.

Commilito,onis.in bello ſocius. pro D.149.a.Hic adoleſcens, qui meus in Cilicia miles, in Græcia cõmilito fuit.

Cõminatio,onis.minatio.de Or.162.a.Orationis autem ipſius tanquam armorũ eſt, uel ad uſum comminatio & quaſi petitio,uel ad uenuſtatem ipſa petitio.

Comminiſcor,ris.commentus ſum,fingo. de Fat.141. Quædam etiam Poſsidonius cõminiſci uidetur. de N.37.b.Epicurus monogrammos deos commentus eſt. At.86.a.Nec me hoc, uel potius Africanum (is enim loquitur) commentum putes. de Fin.116.a.Ille enim occurrentia neſcio quæ comminiſcebatur. Ad Heren.8.a.Confingere & comminiſci aliquid.

Comminuo,is.frango,diminuo. I.V.212.b.Is neſcio quo pacto dum armis exercetur,annulus aureus,quem habebat, fractus eſt & comminutus. I.P.99.b.Illi ſtatuam iſtius deturbant,affligunt,comminuunt,diſsipant.pro Q.4.b.Nullum officium tam ſanctum eſt,quod non auaritia comminuere atq; uiolare ſoleat.Off.41.a.Viriatus,quem C.Lælius prætor fregit & comminuit. At.57.a.Re familiari comminuti ſumus.

Commiſceo,ſces.permiſceo. pro Dom.242.b. Cuius ignem non ſum paſſus cum totius urbis incendio commiſceri.de Am.111.a.Cuius animum cum ſuo commiſceat, ut efficiat penè unum ex duobus. pro Mar.132.a.Nunquam enim temeritas cum ſapientia commiſcetur. de N.31.b.In mari & in fœmina commiſcendorum corporum miræ libidines. Ad Heren.35..a.Ius accuſatoris cum iure teſtimonij commiſcebis.

Commiſeratio,onis.miſeratio,miſericordia. de Orat.163.b.Aliud moleſtia, ſine commiſeratione graue quiddam,& uno preſſu ac ſono obductum. Ad Heren.16.a.



Commiſeratiouem breuem eſſe oportet, nihil enim lachryma citius areſcit.

Commiſeror, aris. miſeror, miſeratione afficior. In Arat.Commiſerans hominum metuendos undiq; caſus. I.V.61.b.Quid cum commiſerari,conqueri,& ex illius inuidia deonerare aliquid,& in te traijcere cœperit? Antequam 196.a.Conqueri & commiſerari non licere.

Commiſſator,oris.l.Comeſator.

Cõmiſſum,ſi.factum,facinus,delictũ. pro Syl.180.b. Ecquid huius factum aut commiſſum non dicã audacius, ſed quod cuiquam paulominus conſideratum uideretur factum,quæro. Tuſc.181.b.Enunciare commiſſa, prodere conſcios. de L.173.b.Sacrum commiſſum,quod neq; expiari poterit, impiè commiſſum eſt. uidetur hic Cicero loqui de quodam ſcelere,quod expiari non poteſt, cuiuſmodi Theologi noſtri appellãt, peccatũ in ſpiritũ ſanctũ.

Commiſsio,onis.exhibitio. At.254.a.Sed tamen rumoris neſcio quid affluxerat, commiſsione Græcorum frequentiam non fuiſſe. At.249.a. Et tecum ago ut iam ab ipſa commiſsione ad me, quemadmodum ij ludi accipiantur,deinde omnia.

Commiſſura,ræ.iunctura.de N.54.a.Quid dicam de oſsibus? quæ ſubiecta corpori mirabiles commiſſuras habent? et 56.a.Molles digitorum cõmiſſuræ.de Vn.199.a. Vt & ipſe ſecum,& inter ſe ex commiſſura iungerentur.

Commiſſus.a.um.ut pugna commiſſa l.Committo.

Committo,tis.credo,concredo,cammando,mando.I.A.235.a.Cum harum rerũ omnium decertatio conſulibus commiſſa & cõmendata ſit.pro Dom.213.a. Vt omnia ueſtræ ſapientiæ fidei poteſtatiq́; commiſſa creditaq́; eſſe uideantur.I.V.242.b.Mihi honorem illum non ſolum datũ, ſed etiam creditum ac commiſſum puto. Q.Fr.292.b.Si quis eſt in quo iam offenderis, huic nihil credideris, nullã partem exiſtimationis tuæ commiſeris. & 295.a.Vt eos quos tuæ fidei poteſtatiq́; S.P.Q.R.commiſit & credidit diligas. I.V.149.a.Qui Quæſtor conſulem ſuum conſilijs commiſsis, rebus omnibus creditis, ſpoliare,relinquere,prodere auſus eſt. pro Q.18.a. Tibi committo exiſtimationem ac ſpem uitæ meæ. pro Font.282.b.Frugi hominem iudices uidetis poſitum in ueſtra fide ac poteſtate, atq; ita ut commiſſus ſit fidei,permiſſus poteſtati. Offic.25.a.Iura fidei magiſtratuum commiſſa ſunt. Offic.17.b. Vt tutela, ſic procuratio reipub. ad utilitatem eorum qui commiſsi ſunt, non ad eorum quibus commiſſa gerenda eſt. Attic.242.b.Autor non ſum, ut te urbi committas. pro Dom.223.a.Qui ſe populo commiſerant, repellebantur.pro S.R.37.b.Cum per eius fidem læditur,cui ſe commiſerit. At.10.b.Satius eſt in infamiæ ſordibus relinqui, quàm infirmo iudicio committi. de Orat.99.a.Ego tibi ullam cauſam maiorem committendam putem? pro Planc.272.a.Committere magiſtratum alicui. Attic.131.b.Quantum ijs copijs committendum ſit non te præterit. pro Dom.216.b.Cn. Pompeio plurima bella extra ordinem ſunt commiſſa. Epiſt.204.b.Neque te impedio quo minus ſuſceptum negocium pro tua fide & diligentia ex uoluntate Cæſaris, qui tibi rem magnam difficilemq́; commiſit,gerere poſsis. pro S.R.39.a.Quæ poſita ſunt in ſuſpicionibus,ea ueſtris ingenijs coniecturæq́; cõmitto.I.V.205.a.In conſpectum pop. Rom. quo ore uos cõmiſiſtis? pro S.R.37.a.Res tanta, quæ publicè geſta atq; cõmiſſa ſit.Ep.42.a.Quid mihi ille non cõmiſit? quid non mecum cõmunicauit? At.7.b.Itaq; neq; Achaicis,neq; Eperoticis hominibus paulo liberiores literas committere audeo. At.8.a.



At.8.a.Huic terræ filio neſcio cui commitere epiſtolã tantis de rebus non audeo.Ep.16.b.Quos tamen ipſos libros, ſi quem cui rectè committam inuenero, curabo ad te perferendos. At.54.a.Præterea ſunt quædam domeſtica, quæ literis non committo. & 155.b.Fortunæ ſunt committenda omnia,ſine ſpe conamur ulla.Ep.258.a.Quare te neq; nauigationi,neq; uiæ committas.At.138.b.Quorum cauſa timidius me fortunæ committebam. At.232.a.Huic nihil credideris, nullam partem exiſtimationis tuæ commiſeris. In Arat.Hoc caue te ponto ſtudeas committere menſe. Acad.17.b. Vt tamen in præcipitem locum non debeat ſe ſapiens committere. I.A.244.a. Poſſum'ne ſatis uideri cautus,ſi me huic itineri tam periculoſo commiſero? pro Pomp.10.a.Quis nauigauit,qui non ſe aut mortis,aut ſeruitutis periculo committeret?

Committere.facere. de Leg.163.a.Quocirca uereor committere,ut non bene prouiſa principia ponantur. I.A.217.a.Ego nolo quenquam ciuem committere, ut morte mulctandus ſit. Ep.65.b.Non committam,ut tibi inſanire uidear. At.4.a.Non committam poſthac,ut me accuſare de epiſtolarum negligentia poſsis. Off.43.a.Id enim ipſi ſordidum eſt ad famam, committere ut accuſator nominetur.Ep.39.b.Non eſt meum committere,ut negligẽs fuiſſe uidear.& 176.b.Ipſum Cæſarẽ nihil ſanè de te quæſtum,niſi dictum,quod diceret te dixiſſe, laudandum adoleſcentem, ornandum, tollendum,ſe non eſſe commiſſurũ ut tolli poſsit.et 177.a.Non committendum putaui,prius ut alpes tranſgrederer,quàm ſcirem,&c. At.118.a.Non puto Cn.noſtrum cõmiſſurum, ut Domitium relinquat. & 124.b. Non placuit nobis committere ut temeritas noſtra reipub.noceret. & 10.b.Id autem ut accideret,commiſſum eſt Hortenſij conſilio. & 69.b.Non committã ut tibi cum poſsim prodeſſe,non proſim. & 213.Ne committas ut fruſtra properaſſe uidearis. Q.Fr.290.a.Præſertim cum id commiſerit, ut ille alter annus etiam tertium poſſet adducere.pro Q.11.a.Commiſſum nihil eſt, quare ad iſtam rationem perueniretur. de Or.130.a.Non committã, ut ſi defugerim,tibi cauſam aliquã dem recuſandi.

Committere.edere,ſuſcipere,exhibere.Ep.165.b.Sed ut rationem ineo,quo die prælium Panſa commiſit,eodem à Gadibus naues profectæ ſunt. pro Mur.132.a.Pugna, quæ cum rege commiſſa eſt,& ſumma contentione pugnata.I.C.112.a.Tum interuentu Pontini pugna, quæ erat cõmiſſa ſedatur. pro S.R.20.a.Longo interuallo iudiciũ hoc inter ſicarios primum committitur. Q.Fr.325.a.Ad VIII.Calendarum Nouembris, quo die ludi committebantur.

Committere.delinquere,peccare,admittere,edere.pro Mur.125.a. Nihil commiſſum contra legem eſſe defendo. de Cl.168..b.Sed cum ex eo,quia quaſi cõmitteret contra legem,quo quis iudicio circumueniretur, ſæpe ipſe in iudicium uocaretur,orationes alijs deſtitit ſcribere. pro Cl.36.b.Is condemnatus eſt quod contra legem commiſiſſet. I.V.136.b.Cenſoribus,ſi quid commiſiſſent, pœnæ erant legibus conſtitutæ.de In.64.b.Qui ſimili impulſu aliquid commiſerint. & ibi.Cum impulſione aliquem commiſiſſe quid dicet.I.V.60.a.Quæ tu ſine Verre commiſiſti: Verri crimini daturus ſum. pro Mil.113.a.Nihil timent, qui nihil commiſerunt.Ep.40.b.Sed quoniam accidit, ſi quid à me prætermiſſum fuerit, commiſſum facinus & admiſſum dedecus confitebor. pro Syl.168.a.Committere magnum ſcelus.pro Seſt.16.a.Edere ſcelus in aliquem.pro S.R.28.b,Committere maleficium. I.V.77.a.Verres multa



in Deos nefariè commiſit. & 84.a.Ea natura quæ tantũ facinus commiſit .I.A.205.b. Multis rebus nefarijs antè commiſsis.de Cl.184.b.Is ne legens quidem unquam ſenſit quantum flagitij commiſiſſet. pro Q.184.b. Is nihil alienum uita ſuperiore commiſit.

Committere.obligari. I.V.116.a.Faciemus ut paleſtritæ petant hæreditatem, quod eam paleſtræ cõmiſſam eſſe dicant. & 81.b.Calumniatores ex ſinu ſuo appoſuit, qui illam hæreditatem Veneri Erycinæ commiſſam eſſe dicerent.& 154.a.Pœnam octupli commiſſam perſequi. Hoc uulgo cadere in pœnam dicitur. pro Cl.39.a.Nihilominus enim poteſt,ut illam mulctam non commiſerit, accepiſſe tamen ob rem iudicandam. pro Dom.242.b.Hanc ego deuotionem capitis mei,cum ero in ſedes meas reſtitutus,tum deniq; conuictam eſſe & commiſſam putabo. & 198.a.Poſtquam.

Commodè.bene,rectè,commodùm.pro S.R.20.a.Nõ ſatis commodè dicere poſsim,nam commoditati ingenium eſt impedimento. de Am.95.b.Multa ab aliquo breuiter & commodè dicta.Of.51.b.Has res commodiſsimè Xenophon perſecutus eſt.de Or.104.b.Aliquid non tantũ parum commodè,ſed etiam turpiter & flagitioſum dictum. & 105.a.Oratio commodè ſcripta. At.175.a.Quod literas,quibus putas opus eſſe, curas dandas,facis commodè. pro S.R.24.a.Hunc pro dignitate laudare nemo ſatis cõmodè poſſet. Off.47.b.Commodè autem quicunq; dixit, pecuniam qui habet,&c.contra Rul.87.b.Commodius feciſſent: id eſt,melius. de In.64.b.Exercitus is,cui præpoſitus eſt ſapiens imperator,omnibus partibus commodius regitur,quàm is qui ſtultitia alicuius adminiſtratur. Att.111.b.Sanè commodè Põpeius diſtribuit binos ſingulis patribus familiarũ.et 156.a.Feceris igitur commodè, mihiq́; gratum,ſi me de his rebus feceris certiorem. & 255.a.Magis cõmodè quàm ſtrenuè nauigaui. Ep.175.a.Et ille,cui mandaui, ſatis ſcitè & commodè tempus ad te cepit adeundi. Off.52.a.Sed toto hoc de genere commodius à quibuſdam,&c.diſputatur,quàm,&c. At.29.b.Emerſeram cõmodè ex Antio in Appiam ad treis tabernas,cum in me incurrit Roma ueniens Curio meus. I.V.160.b.Commodè cum Apronius è palæſtra rediſſet, ſtatuitur Lollius in illo conuiuio.

Cõmoditas,tis.opportunitas. de in.66.b.In occaſione cõmoditas ad faciẽdũ idonea.pro S.R.20.a.Neq; ſatis cõmodè dicere poſſum, nam cõmoditati ingeniũ eſt impedimento.Of.35.b.Qui ex beſtijs fructus,aut quæ cõmoditas percipi poſſet? niſi,etc.de Am.100.a.Amicitia plurimas & maximas cõmoditates continet. Ad Her.1.a.Non parũ habet in ſe fructus copia dicendi & cõmoditas orationis. Off.2.b.& 3.a.Ad uitæ commoditatem iucũditatemq́;, ad facultates rerum atq; copias, conducat id nec ne,&c. de N.74.b.Omnes meos dolos,fallacias,præſtigias,præſtrinxit commoditas patris. & 77.b.Externæ commoditates, uineta,ſegeteſq́;,&c.id eſt, bona fortunæ quæ uocantur.

Commodo,as.accommodo,utendum do, inſeruio,benignè facio, benefacio, aliquẽ iuuo.l.Occupo.de Or.227.b.Inuidetur enim cõmodis hominum ipſorũ,ſtudijs autem eorum cæteris commodandi fauetur. de Fin.89.a.Nec enim ſi tuam ob cauſam cuiquam cõmodes, beneficiũ illud habendum eſt,ſed fœneratio.Ep.28.b.Quod ſcribis ad me de drachmis cccliij, nihil eſt quod in iſto genere cuiquam poſsim commodare. Off.11.a. Quicquid ſine detrimento poſsit commodari,id tribuatur cuiq;. I.V.204.a.At publicè commodaſti tritici modium LX.millia.pro Cæl.43.b.Mulier,

b.Mulier, quæ ſe aurum Cælio commodaſſe dicit. & ibi. Aurum ſumptum à muliere. et 49.b. Aurum reddere. Ad Her.40.a. Ait ſe ædes cuidam ad nuptias commodaſſe. I. V.204.a. Nomen ſuum alicui ad translationem criminis commodare. Ep.31.b. Quæ ſucceſſori commodare poteſt is qui prouinciam tradit. & 222.a. Quibus tu quæcunque commodaueris, erunt mihi gratiſſima. & 223. À te peto, quando apud gratos homines beneficium ponis, ut eo libentius his commodes, operamq́; des, quoad fides tua patietur, ut ſocrus adoleſcentis rea ne fiat. & 218.b. Quamobrem peto à te maiorem in modum, ut his omnibus in rebus, quantum tua dignitas fidesq́; patietur, commodes. & 223.b. Primùm ut omnibus in rebus ei te commodes, quoad fides tua patietur. & 219.a. Peto igitur abs te, ut omnibus rebus, quod ſine moleſtia tua facere poſſit, ei commodes. & 207.a. Cupio ei ſocietati, quibuſcũq; rebus poſſim commodare. & 211.a. Quicquid ei commodaueris, erit mihi maiorem in modum gratum. pro Mar.134.a. Hæc à uirtute donata, cætera à fortuna commodata eſſe uidentur. At.31.b. Commodare alicui.

Commodùm. uix, tantũ, cõmodè, opportunè. At.168. b. Commodùm ad te dederã literas de pluribus rebus, cum ad me bene mane Dionyſius fuiſſet. et 206.a. Commodùm diſceſſeras heri, cum Trebatius uenit. & 214.b. Commodùm ad te miſeram Demeam, cum ad me Eros uenit.

Commodum, modi. utilitas, bonum, ratio. de Orat.139. b. Qui utilitatem defendet, enumerabit commoda pacis, opum, &c. & ibid. Incommoda contrariorum. Off.17.a. Dimicare de honore, gloria, cæterisq́; cõmodis. de In.50. a. & ad Her.18.b. Præterea commoda & incommoda conſiderantur ab natura data animo aut corpori. pro Pomp. 17.b. Salutem reipub. meis commodis & rationibus prætuli. Q.Fr.294.b. Eſt eius, qui alijs præſit, eorum quibus præſit, commodis utilitatiq́; ſeruire. de N.25.a. Si amicitiã ad fructum noſtrũ referemus, non ad illius commoda quẽ diligimus. de N.* Incommoda uitæ ſapientes commodorum compenſatione leniunt. pro Mur.135.a. Quibus contra ualetudinis commodũ laborandũ eſt. de In.64.a. Cum commodum aliquod maioris adipiſcendi commodi cauſa præteritur. & ibi. Retinendi, augendi, adipiſcendiue commodi cauſa. At.196.b. Velim aliquando cum erit tuũ commodum, Lentulum puerum uiſas. de D.103.a. Vt oſtenderet etiam philoſophum, ſi ei commodum eſſet, pecuniã facere poſſe. Q.Fr.328.b. Nihil quod ad commodum meum attinet, ſine maximo tuo commodo & maxima tua facultate mi frater cogitaris. At.220.b. Id ſi tibi erit commodũ, cures uelim. & 57.b. Sed hæc, ſi tibi commodum eſt. Poſtquam.206.b. Neq; ſolum id dixit, ſed quos ei commodum fuit, compellauit. de Cl.166.b. Quare ſi tibi eſt commodũ de illa, quæ cœperas. I.V.76.a. Etiamſi ſpacium ad dicendum noſtro commodo uacuosq́; dies habuiſſemus. Ep.47. a. Tu quod commodo tuo fiat, quamprimũ uelim uenias. At.123.b. Ipſe quod commodo tuo fiat, cum eo colloquere. & 220.b. Heri neſcio quid in ſtrepitu uideor exaudiſſe, cũ diceres te in Tuſculanum eſſe uenturum, quod utinam, iterum utinam, tuo tamen commodo. & 207.a. Piſonem ſi poteris conuenias, uides quàm maturũ ſit, ſed tamen quod tuo commodo fiat. & 276.a. Si minus id commodo reip. facere poſſes, ut in ijſdem locis exercitum contineres. & 3.a. Nunc uerò ſentio, quod tuo commodo facere poteris, uenias ad id tẽpus quod ſcribis. de Cl.166.a. Ego uerò expectabo ea quæ polliceris, neq; exigam, niſi cõmodo tuo. & ibi. Quod ipſe, cui debes, in commodo exacturũ negat.

Commodus. a. um. opportunus, utilis, facilis. At.217.a. Nihil fieri poteſt nec commodius, nec aptius q̃ ut ſcribis. I.V.99.a. Vt filijs bona patria eriperes, & cui tibi cõmodum eſſet condonares. Q.Fr.322.a. Literæ, quas ego accepi ſatis commodas de Britannicis rebus. At.126.a. Ex literis tuis ea, quæ in agro Piceno geſta erant, cognoui cõmodiora eſſe multo q̃ ut erat nobis nunciatũ. pro Cec.286.b. Potuiſti ad tuum ius faciliore ac commodiore uia peruenire. pro Mur.139.b. Nemo Catone proauo tuo commodior, comior, moderatior fuit, ad omnem rationem humanitatis. Q.Fr.297.b. In hoc genere multo te eſſe iam commodiorem mitioremq́; nunciant. de Am.106.b. Qui antea commodis fuerunt moribus, eos proſperis rebus immutari. Ad Her.29.b. Qui priuatus intolerabili ſuperbia fuerit, eum commodum & ſui cognoſcentem uidere in poteſtate quis ſperet? At.136.b. Si commodius anni tempus eſſet, uel infero mari liceret uti.

Commolior, iris. molior. de N.74.b. Neq; dolũ ad eum neq; machinam commoliar. Statij poëtæ Comici.

Commonefacio, cis. cõmoneo, admoneo. Ep.61.b. De rationibus prouinciæ quid uellem fieri, ut is uos doceret et cõmonefaceret. Ep.229.b. Sed tamẽ Gereliæ procuratores ſcripſerunt, te propter magnitudinẽ prouinciæ et multitudinem negociorũ, etiam atq; etiam eſſe cõmonefaciendum. I.V.233.b. Irriſio quæ commonefaceret iſtius turpẽ calamitoſamq́; præturam. Sal. in Cic.270.b. Videlicet ut nos commonefacias, quàm conuerſa ſit reſp. Ad Her.31.b. Cum ipſe te ueteris amicitiæ cõmonefaceret, cõmotus es?

Commoneſio, ſis. I.V.258.b. Nemo eſt quin tui ſceleris ex illa oratione commoneſiat

Commoneo, es. admoneo. At.138.b. Attẽtum, cõmonẽt Græci, ut principiò faciamus iudicem. I.V.213.a. Hoc me commonuit Piſonis annulus, quod totũ effluxerat. de Fin. 99.a. Vt commoneri nos ſatis ſit, nihil attineat doceri. Part.238.b. & I.V.107.b. et 258.a. Commonere aliquem de aliqua re. Ad Her.34.b. Te nuptiales tibiæ eius matrimonij commonebant.

Commonitio, nis. Q. de Pet.113.a. Commonitionibus. aliàs, communitionibus.

Commonſtro, as. de Or.102.a. Sed ut commonſtrarem tantum uiam, & ut fieri ſolet, digitum ad fontes intenderem. de Or.123.b. Et illi ſedes & tanq̃ domicilia omnium argumentorum commonſtret. de Vn.202.a. Commonſtrauitq́; leges fatales.

Comonſtratus, ta. de Or.162.b.

Commoratio, onis. Ep.92.b. Nam & uilla & amœnitas illa, cõmorationis eſt, non diuerſorij. Q.Fr.321.b. Multos dies hanc epiſtolam in manibus habui, propter commorationem tabellariorum.

Commoratio, cum eſt exornatio ſententiarũ. Ad Her. 38.a. Cõmoratio eſt, cum in loco firmiſſimo, quo tota cauſa continetur, manetur diutius, & eodem ſæpius reditur. de Or.161.b. Nam & commoratio una in re, permultum mouet. Or.209.b. Verſari ſæpe multis modis eandem & unam rem, & hærere in eadem commorariq́; ſententia.

Commoror, aris. maneo, conſiſto, ſubſiſto. At.142.b. Aſſentio tibi, ut in Formiano potiſſimũ cõmorer. At.74. b. Noſtra negocia, quoniã Romæ cõmoraris, amabo te explica. et 75.a. Quoniam Romæ manes. Ep.33.b. Triduum Epheſi cõmoratus ſum. de Or.91.b. Cõplures ſum ibi dies cõmoratus: id eſt, Athenis. I.V.255.a. Prædones unã illam ſolam noctẽ ad Pelorum cõmorati, ad Syracuſas accedere incipiunt. Epiſt.28.a. Commoraturum me nuſquam ſanè arbitror.



arbitror. & 92.b. Ego me Aſturæ diutius arbitror commoraturum. pro Pomp.6.a. Vt illi beatiſſimi eſſe uideantur, apud quos ille diutiſſimè commoratur. de Sen.94.b. Commorandi enim natura diuerſorium nobis, non habitandi dedit. pro Q.4.a. Deinde Romæ dies ferè XXX Quintius commoratur. Epiſt.86.b. Quaſi tibi nõ liceret in Sicilia diutius commorari. & 33.a.b. Prope Cal. Sextiles puto me Lardiceæ fore, ibi perpaucos dies, dum pecunia accipitur, commorabor. & 244.a. Cum ad Cybiſtra propter rationem belli quinq; dies eſſem commoratus. & 257.b. Nos apud Alyziam unum diem commorati ſumus, & 213.a. Audio eum etiam nunc, ubi ego reliqui, Cybire commorari. & 229.b. Diutius ibi cõmorabimur. & 169. b. Lupus familiaris noſter, cum ad te ueniſſet, cumq́; Romæ quoſdam dies commoraretur, ego eram in ijs locis, in quibus, &c. At.130.b. Si Cæſar circum iſthæc loca commorabitur. pro Clu.25.a. Cum is apud mulierculam quãdam pernoctaret, & ibi diem poſterum cõmoraretur. pro Q. R.53.a. Ipſa mihi ueritas manum iniecit, & pauliſper conſiſtere & commorari coegit. Brut.288.b. Tardare & commorari te melius eſt. pro Q.R.49.a. Quoniam ille hic cõſiſtit pauliſper, mihi quoq; neceſſe erit paulum commorari. pro Mil.106.b. Milo pauliſper, dum ſe uxor cõparat, commoratus eſt. Q.Fr.304.b. Illud fieri non poteſt, me diutius quàm firma ſpes poſtulabit, in tam miſera uita cõmorari. Ep.87.a. Cõſilium tuum, uel caſus potius, diutius in armis ciuilibus commorandi ſemper mihi magno dolori fuit. At.175.a. Non poſſum præ fletu diutius in hoc loco commorari. de In.54.b. Cõmorari diutius in aliqua re. Or.209.b. Verſare ſæpè multis modis eandẽ & unã rem, & hærere in eadem commorariq́; ſententia. de Or.135.b. Id amplector, exorno, exaggero, ibi commoror, ibi habito, ibi hæreo.

Commotio, onis. motus. Tuſc.236.b. Temperantia eſt moderatrix omniũ cõmotionũ. & 192.a. Animi cõmotio.

Cõmotiuncula, læ. febricula. At.189.a. Atticæ hilaritatem libenter audio, commotiunculis συμπάσχω. id eſt, condoleo, afficior.

Commotior, oris. de Cl.176.a. Licinius genere toto feruidior atq; commotior. de D.97.b. Non poteſt eſſe uehemens actio niſi ſit animus ipſe commotior.

Commoueo, ues. moueo, perturbo, afficio, excito, concito, commuto. pro Rab.93.b. Nihil me clamor iſte cõmouet, nihil perturbat. At.87.a. Equidem ſum magna animi perturbatione cõmotus. Ad Her.33.a. Cõmotus non es, cũ tibi mater pedes amplexaretur, non es cõmotus. Ad Her. 36.b. Quid tibi nunc quicq̃ obijciam? ſi probus es, non meruiſti: ſin improbus, non cõmoueris. de Of.20.b. Qui aut libidine aliqua, aut metu cõmoti ſunt. de Or.125.b. In commouendis iudicibus, ijs ipſis ſenſibus, ad quos illos adducere uolo, permoueor. et 128.b. Cõmouere iudicẽ. Q.Fr.325. b. Miſerijs alicuius cõmoueri. pro Fon.285.b. Nunc eiuſdẽ miſerijs ac periculis cõmouetur. de Or.126.b. Non prius ſum conatus miſericordiã alijs cõmouere, q̃ miſericordia ſum ipſe captus. pro Cl.55.b. Omnis ſuſpicio in eos ſeruos, qui non comparebãt, cõmouebatur. de In.61.a. Cõmouere indignationẽ & concitare odium. Ad Her.36.b. Duæ res ſunt, quæ poſſũt hominẽ ad turpe compendiũ cõmouere, inopia et auaritia. At.2.b. Crebras expectationes nobis tui commoues. Of.39.b. Vehementer amor multitudinis commouetur, ipſa fama et opinione liberalitatis. de Or.94.a. Præclarè enim ſe res habeat, ſi hæc accẽdi aut commoueri arte poſſint. pro Pom.8.b. Tamẽ nimia lõginquitate locorũ ac deſiderio ſuorũ cõmouebatur. de Or.110.a. Hæc porticus et tot locis ſeſſiones græcarũ diſputationũ memoriã nobis cõmouent. de N.3.b. Multorũ non modò diſcẽdi, ſed etiã ſcribẽdi ſtudia cõmoui. I.V.210.a. Sed magnũ et acerbum dolorẽ cõmouent. I.V.125.a. Domo eius omnia abſtulit, quæ paulo magis animũ cuiuſpiam aut oculos poſſent cõmouere. & 239.b. Vt nemini minus expediret ullum in Sicilia tumultum aut bellum cõmoueri. At.45.a. Non commoui me adhuc Theſſalonica. Ep.93.a. Tu cura ut ualeas, & te iſtinc ne commoueas. At.232.a. Nunc quacunq; nos cõmouimus, ad Cæſaris acta uocamur. pro Fõt.283.b. Nec ſatis cõmoueor animo ad ea quæ uis canenda. I.A.187.a. Tũ à ſuis ſimilibus inuidiã in me aliquã cõmoueri putat.

Cõmunicatio, onis. pro Cor.61.a. Nunq̃ à maioribus noſtris intermiſſa eſt largitio & cõmunicatio ciuitatis. de F. 140.b. Nihil eſt quod latius pateat q̃ coniunctio inter homines hominũ, & quaſi quædam ſocietas & cõmunicatio utilitatũ. de Or.162.a. Cõmunicatio, quæ eſt quaſi cum ijs ipſis apud quos dicas, deliberatio, de ornatu quodã loquitur. At.15.a. Quin mihi nunc te abſente ſermonis communicatio, quæ mihi ſuauiſſima tecũ ſolet eſſe, maximè deeſt.

Cõmunico, as. confero, credo, partior, impartio, refero, cum aliquo ſermones aut conſilia confero, participo. At. 16.a. Nihil mihi nũc ſcito tam deeſſe, q̃ hominem eum, qui cum omnia, quæ me cura aliqua afficiũt, unà communicẽ. Ep.93.a. Multa præterea metuo, quæ cum Milone ueſtro cõmunicaui. At.183.b. Quod ad te ſcripſerã ut cum Camillo cõmunicares, de eo Camillus mihi ſcripſit, te cum eo locutum. pro Q.3.a. Cum de ſocietate inter ſe multa communicarent. Ep.6.b. Pompeius ſæpè mecũ de te communicat. & ibi. Re cum illo ſæpè cõmunicata. Ep.45.b. Et hoc tempore uelle te mecũ, ſi propius acceſſiſſem, de officio utriuſq; noſtrũ communicare. Ep.181.a. Multa prætereo, quæ tẽporibus illis inter nos familiariſſimè dicta, ſcripta, communicata ſunt. et 251.b. Tum ut quibus de rebus uellemus, tu tuis, ego meis inter nos communicaremus. de Or.90.b. Sin ei dicendum erit de iure ciuili, tecum communicabit. pro Dom.240.a. At ſi collegiũ pontificum adhibendum non uidebatur, nemóne horũ tibi idoneus uiſus eſt, ut cum eo dedicationẽ cõmunicares. Ep.72.b. Relinquetur enim ſimplex illa iam cura doloris tui, quæ nõ cum illis communicabitur, ſed ad te ipſum propriè referetur. Epiſt.183.b. Quod ego periculum non extimeſco, modò facti ueſtri gloriam cum mea laude communicem. Epiſt.255.b. Cum mecum inimicitias communicaſti. pro Syl.168.b. Neq; ego hoc partiendæ inuidiæ, ſed cõmunicandæ laudis cauſa loquor. pro S.R.42.a. Deſinant cauſam ſuam cum Chryſogono communicare. I.P.80.b. Ego prouinciam cum Antonio communicaui. I.V.236.b. Num tibi illius uictoriæ gloriã cum illo communicandam putas? pro Mur.142.a. Cum omnis poteſtas deorum immortalium, aut translata ſit ad uos, aut communicata uobiſcum. de Am.100.a. Amicitia res aduerſas partiens communicansq́; leuiores facit. et 109.b. Vt ſi quam præſtantiam uirtutis conſecuti ſunt, impartiant eam ſuis cõmunicentq́; cum proximis. et 100. b. In periculis aut adeũdis aut communicandis. de L.162. a. Sequitur igitur ad participandum alium alio communicandumq́; iuſtos natura eſſe factos. I.V.158.a. Socij putandi ſunt, quos inter res communicata eſt. pro Cluen.44.b. Eo tempore iudicia cum equeſtri ordine communicata ſunt. de In.76.b. Præmia uirtutis non oportere, aut cum improbis communicari, aut in mediocribus hominibus peruulgari.

Communio,onis.cõmunitas,conſociatio.de L.160.b. Inter quos eſt communio legis, inter eos communio iuris eſt. pro Mil.121.a. Ego fortunas meas in communionem temporum tuorum contuli. Acad.12.a.Si dicent ea de quibus different,ſe dilucidè perſpicere, nec ulla communione uiſorum impediri. Tuſc.229.a.Philoſophia homines inter ſe primò domicilijs, deinde coniugijs, tum literarum & uocum communione iunxit. de Orat.100.b.Genus eſt quod ſui ſimiles communione quadam,ſpecie autem differentes duas aut plures cõplectitur partes. pro S.R.28.b. Multum ualet communio ſanguinis. de Or.149.b.Si manere in priſtina communione uoluiſſent.

Communio,unis.munio, cõfirmo.I.V.227.b.Situs urbis communitus et præclarus ad aſpectum.pro Q.R.52.a. Sanctiſſimis teſtimonijs cauſa Roſcij communita eſt. pro Cecin.299.a.Quid refert habere fundum,&c. ſi parũ ſit communitum ius? Epiſt.244.b.Rexq; ſine tumultu, ſine armis, omni autoritate aulæ communita regnum cum dignitate obtineret.

Communitio,onis. de Or.138.a.Aut aditum ad cauſſam,& communitionem.aliàs,munitionem.

Communis,ne.coniunctus,uulgaris,contritus,de medio ſumptus,latè patens.)(. Singularis,proprius, præcipuus.I.V.79.b.Quam iſte laudem communem ait ſibi eſſe mecum. de Pro.69.b.Dolor meus,quem uos cõmunem ſemper uobis mecum eſſe duxiſtis. de Leg.182.a.Hæc locu pletibus ferè cum plebe communia ſunt. At.170.b.Hoc eſt mihi commune cum cæteris. pro Rab.91.a.Labor in hoc defendendo præcipuè meus eſt,ſtudium uerò conſeruandi hominis commune mihi uobiſcũ eſſe debet. pro Q.R.49.b.Is ſeruus fuit ei cum Roſcio cõmunis. Ep.32.b.Qui mos mihi cum Bibulo communis eſt. pro Q.R.49.b. Seruum gratis factum eſſe cõmunẽ cum alio, qui precio proprius fuiſſet.pro Syl.168.a.Quod mihi conſuli præcipuum fuit præter alios, id in priuato cum cæteris eſt commune. de Am.98.b.Quo cum mihi coniuncta cura de repub. & de priuata fuit,quo cum domus fuit & militia cõmunis. pro Seſt.9.a.Scelera, quæ tibi cum eo coniuncta atq; communia ſunt.pro Cæl.50.a.Paries qui cum eo mihi fuerat communis.Off.91.a.Quod illud eſt crimen ſenectutis,cum illud uideatis cum adoleſcentia eſſe commune? Offic.14.b. Quare cum hoc commune ſit potentiæ cupidorũ cum ijs, quos dixi ocioſos,alteri,&c. de Or.112.a.Hoc quod hæc ars profitetur,cum alia arte commune eſt. Off.12.a.Propinqui,quibus cõmunis plerunq; fortuna eſt. Or.206.b. Quid eſt tam cõmune quàm ſpiritus uiuis, terra mortuis, mare fluctuantibus,littus eiectis? I.A.153.b.Alia porrò propria Dolobellæ,quæ niſi collega abfuiſſet, credo eis fuiſſe futura communia. de Sen.91.a. Omni ætati mortem eſſe cõmunem. I.P.191.a.Supplicium legis & iudicij commune eſt probis & improbis. Ep.141.b.Sed poſteaquam literas communes cum Oppio ad te dedi,ab Cæſare epiſtolam accepi. de Sen.84.a.At id quidem non proprium ſenectutis eſt uicium,ſed cõmune ualetudinis.pro Cor.60.a Quod commune eſt liberorum populorum,non propriũ fœderatorum.de Clar.168.b.Hoc ſtudium non erat commune Græciæ,ſed proprium Athenarum. de Fin.140.b. Atque hæc ita iuſtitiæ propria ſunt, ut ſint uirtutum reliquarum communia. de Leg.160.b.Vniuerſus hic mundus una ciuitas communis deorum atq; hominum exiſtimanda eſt.de Or.96.a.Iſta omnium communia & cõtrita præcepta didici. Off.11.b.Omnia autem communia hominum uidentur ea,quæ,etc. de In.51.a.Cõmune eſt quod accidit omnib.eodẽ ferè tempore,ut meſſis,uindemia, etc. & ibi.Publicum,cõmune & ſingulare.I.V.131.a.Loca cõmunia.id eſt,publica.& 138.a.Iidem pro parte in commune Siciliæ contulerunt. de In.63.a.Ex noſtro quoq; nonnihil in cõmune contulimus. pro Q.2.b.Conferre aliquid in commune:id eſt,in ſocietatem. I.V.95.b.Iſte commune Milyadum uexauit. & 96.a.A cõmuni Milyadum. I.V. 131.b.Statuæ inauratæ à communi Sicilia datæ. & 143.a. Statuæ à communi Sicilia. de Or.92.b. Contra cõmunem opinionem ratione pugnare, ex cõmuni quadam hominũ opinione dicere. Off.40.a.Cum ad opinionem cõmunem omnis accõmodatur oratio.I.V.112.a.Cõmunis fama atq; ſermo. de Orat.161.a.Ea ſunt in communibus infixa ſenſibus.& 153.a.Quod in communi mente quaſi impreſſum ſit.I.V.240.a.Incluſum ſupplicium, atq; à libero ſpiritu & communi luce ſecluſum. de Am.99.a.Quæ ſunt in uſu uitaq; communi.de D.126.b.Sed hæc quidem uita iam cõmunis exploſit. pro Q.13.b.Communi luce priuari. de Am.103.b.Sed loquor de ijs, de quibus memoriam accepimus,quos nouit uita communis. de Orat.106.b.In cõmuni uita & uulgari hominum conſuetudine non eſſe hebetẽ nec rudem.de Am.99.b.Iam uirtutem ex conſuetudine uitæ,ſermoniſq; noſtri interpretemur. de Or.103.b.In communi uitæ conſuetudine.& 101.b.In ſermonibus quotidianis:id eſt,communibus. Q.Fr.295.b.Præter cõmunem fidem,quæ omnibus debetur,præterea,etc. pro Flac.151.a. Communis humanitatis iure,&c. pro Q.9.a.Hæc uiri boni faciunt & hominum exiſtimationis & communis humanitatis cauſa.de Orat.115.a.Homo non hebes,neq; inexercitatus, neq; communium literarum & politioris humanitatis expers. Or.207.b.Definire aliquid ad cõmune iudicium & ad popularem intelligentiam accommodatè. de Orat.106.b. Hac communi intelligentia contenti eſſe poſſumus.contra Rul.78.a.In cõmuni atq; eodẽ quo cæteri iure uerſari uolo. de Or.85.a.Graues caſus communiũ temporũ. & ibi.Fluctus à communi peſte depulſi.pro Pl. 265.b.Hoc ualeret,inquam, in communi conſenſu omniũ & dulciſſima commendatione naturæ.Epiſt.10.b.Quem animum antea tantummodo communi officio ciuium, nõ aliquo erga me ſingulari beneficio debitum præſtiti. Off. 62.a.b.Vt utilitas tua communis utilitas ſit,uiciſſimq; cõmunis utilitas tua ſit. pro Syl.168.b.Tempus agendi fuit magis mihi propriũ quàm cæteris, doloris uerò & timoris, & periculi fuit illa cauſa communis. Offic.11.b.Vt in Græcorum prouerbio, amicorum omnia eſſe communia. de Or.98.b.De communibus & peruagatis rebus loqui. & 128.a.Vicium commune et peruagatum. de Fin.90.b. In omni arte, cuius uſus cõmunis uulgariſq; ſit. Ep.16.b. Quos libros arbitror Lentulo tuo fore non inutiles, abhorrent enim à communibus præceptis.Tuſc.239.b.Idem cum in communibus ſuggeſtis conſiſtere non auderet,concionari ex alta turri ſolebat.Epiſt.59.a.Quare non debes aut propriam fortunam, aut præcipuam poſtulare, aut communem recuſare.de In.60.b.Commune autem præceptum hoc datur ad enumerationem,ut,&c. Epiſt.70.b. Te rogo ut ad conuictum noſtrum redeas & ad conſuetudinem, uel noſtram communem, uel tuam ſolius & propriam.de L.160.b.Inter quos ratio,inter eoſdem recta ratio cõmunis eſt. & ibi.Quibus aũt hæc ſunt inter eos communia, & eiuſdem ciuitatis ſunt.de Pro.73.a. Vt cõmune officium cenſuræ cõmuni animo & uoluntate defenderẽt. Off.67.b.Prætores & Trib.pleb.rem nummariã de communi ſententia conſtituerunt.de Am.108.b.Simplicẽ præterea & cõmunem & conſentientẽ amicum eligi par eſt.



Communitas,tis.cõmunio,ſocietas,ius,iuſtitia.de Am. 107.b.Tum ſit inter eos omnium rerum, ſine ulla exceptione communitas. de N.24.a.Cum deis quid poteſt nobis eſſe iuris,cum homini nulla cum eis ſit communitas.Acad. 10.a.In eo autẽ ſi erit communitas cum falſo, nullum erit iudicium. I.A.206.a.Quæ nobis poteſt cum hoc gladiatore conditionis,æquitatis,legationis eſſe communitas? Itẽ: Ea ratio, qua ſocietas hominum inter ipſos,& uitæ quaſi communitas continetur. Ac.35.b. Alterum ſi ſequare,multa ruunt, & maximè ſocietas cum hominum genere. Ep. 141.b. Nec id ad uoluptatem refero, ſed ad communitatẽ uitæ atq; uictus. de Fin.104.a.Quemadmodum membris utimur priuſquam didicimus cuius ea utilitatis cauſa habeamus,ſic inter nos natura ad ciuilem communitatẽ coniuncti & conſociati ſumus. & ibi.Præclarè Chryſippus, cætera nata eſſe hominum cauſa & deorum,eos autẽ communitatis & ſocietatis ſuæ.Offic.31.b.Cogitatio in ſeipſa uertitur,eloquentia uerò complectitur eos,quibus cũ communitate iuncti ſumus. de Fin.107.a. Homines natos eſſe ad congregationem hominum, & ad ſocietatem communitatemq; generis humani. Off.10.a.Communitas & ſocietas uitæ. Off.32.a.Conſociatio hominum atq; communitas.& ibi. Communitas coniunctioq; humana.Top.223 a.Vnum adde uerbum,iure iam à communitate res diſiuncta uidebitur.

Communitas.pro iure uel iuſtitia.Off.31.a Omnis honeſtas manat à partibus quatuor: quarum una ſit cognitionis, altera communitatis,tertia magnanimitatis, quarta moderationis.& ibi.Placet igitur aptiora eſſe naturæ, quæ ex cõmunitate, quàm ea quæ ex cognitione ducãtur.

Communiter.promiſcuè,de cõmuni ſententia.)(.Propriè, ſeparatim.de Fin.107.a. Nos ita eſſe natos, ut communiter ad uirtutes apti ſimus.de In.63.b.Cum communiter quædam de omnibus præcipi poſſint,ſeparatim quoq; aliæ ſunt cuiuſq; generis & diuerſæ præceptiones.Of.40 a.Admirantur cõmuniter illi quidem omnia,quæ,&c.ſeparatim autem ſi,etc. pro Font.278.b.Aurium iudicium promiſcuè & communiter omnibus à natura datum At. 47.a. Et nos aliquando aut obiurgare, aut communiter conſolari deſine. de In.80.b. Deinde utra lex de genere omni,utra de parte quadam,utra communiter in plures, utra in aliquam certam rem ſcripta uideatur.Ep.209.a. Alia epiſtola communiter commendaui tibi legatos Arpinatum,hac ſeparatim Q.Suffidium. de N.50.b.Sic diſſimillimis beſtiolis communiter cibus quæritur. Att.172.b. Literæ,quas communiter cum alijs ſcripſiſti, & quas nomine tuo. & 276.b.Cum eũ uidero,communiter conſtituemus de reditu eius. I.A.153.b. Atq; hæc omnia communiter cum collega.pro S.R.36.b.Poſſidere aliquid communiter cum aliquo. pro Mur.126.b. Vt rebus communiter geſtis penè ſimul cum patre triumpharet.Off.68.a.Conſcripſerunt communiter edictũ cum pœna: id eſt,de communi ſententia. & ibi.Edictum quod communiter compoſitum fuerat,ſolus edixit.de Fin.91.b.Sæpiuſq; iſta loquemur inter nos,agemuſq; communiter.

Commurmuror,aris. I.P.93.a.Scribo præſcriptis rationibus,ſecum ipſe caput ſiniſtra manu perfricans, commurmuratus eſt.

Commutabilis, le. mutabilis, inconſtans. pro Mil. 114.b.Vide quàm ſit uaria uitæ commutabiliſq; ratio: de Am.113.b.Aſſentatoris animus uarius,commutabilis, multiplex. de N.65.b.Si omnis cera commutabilis eſſet, nihil eſſet cereum quod commutari non poſſet.

Commutatio,onis.conuerſio,uiciſſitudo. Oct.330.b. Ò miſerã & in breui tam celerẽ reip.commutationẽ. de In.54.a.Annuæ commutationes quadã ex neceſſitate ſemper eodẽ modo fiunt.de D.127.a.Cum tẽporum anni tempeſtatumq; cœli conuerſiones cõmutationeſq; tantæ fiũt acceſſu & receſſu ſtellarum. Att.14.a.Quod afferret Q. Fratri meo commutationẽ tantam uoluntatis.de Am.110 b.Morum commutationem factam eſſe. de Fat.143.b.Ita fit,ut commutatio ex uero in falſum fieri non poſſit.

Commuto,as.muto,cõuerto,interuerto,contrariũ facio,cõmutatio morum fit,commutationẽ affero. Off.7.a. Sed incidunt ſæpe tẽpora,cum ea,quæ uidentur digna eſſe iuſto homine,commutantur,fiuntq; contraria. de F.142. a.b.Fures earum rerũ,quas ceperunt,ſigna cõmutant. de In.61.a. Quæ ſi ſit ſemel iudicata, neq; alio cõmutari iudicio,neq; ulla poteſtate corrigi poteſt. I.C.116.a.Quæ nõ ad delendam remp.pertinerent,ſed ad commutandã.de F. 107.b.Quibus etiam qui aſſentantur,nihil commutantur animo,& ijdem abeunt qui uenerant.de Or.128.a.Ad animos commutandos,& omni ratione flectendos. Ep.33. a.Tua ratio poſtea eſt commutata. de Pet.211.b.Commutare & uultum & ſermonem ad ſenſum & uoluntatem alterius.At.254.a.Quintus præceptis meis commutatus eſt totus.de N.65.b.Si omnis cera cõmutabilis eſſet, nihil eſſet cereum quod cõmutari non poſſet.de Ar.258.a.Quare prouidete ne rep.ſtatus cõmutetur. de Fat.143.b.Hæc cõmutari ex ueris in falſa non poſſunt. Poſtquam.211.a. Cuius & uultus & ſermo ad aliorum ſenſum & uoluntatem commutandus eſt. pro Seſt.11.a.Vt cum patriæ charitate conſtantiæ gloriã cõmutaret.pro Cl.44.a.Qui fidem ſuam ad perniciẽ innocẽtis pecunia commutauit. Ad Her.11.b.Multi leue compendium fraude maxima cõmutauerunt. contra Rul.63.b.Poſſeſſionis inuidiam pecunia commutare. de Or.158.a.Proprium proprio commutare.Ep.50.a.Mortẽ cum uita commutare.I.V.158.a.Quis unquam conatus eſt omnia iura, et conſuetudinẽ omnium commutare cum uituperatione ſine quæſtu? Off.9.a.Regulus de captiuis commutandis Romam miſſus eſt.

Comœdia,diæ.fabula,ſcena. Off.21.a.Quo genere iocandi eleganti, urbano, ingenioſo,faceto, Plautus noſter & antiqua comœdia referta eſt. de Cl.185.a. Athenienſis Hyperboli ueteres Atticorum comœdiæ notauerunt.Or. 203.a.Locutio comicorũ poëtarum,apud quos,niſi quod uerſiculi ſunt,nihil eſt aliud quotidiani diſſimile ſermonis. pro S.R.26.a.Etenim hæc conficta arbitror à poëtis eſſe, ut effictos noſtros mores in alienis perſonis, expreſſamq; imaginem noſtram uitæ quottidianæ uideremus.

Comœdus,di.actor comœdiarum. Or.206.b.Comœdum in tragœdijs,tragœdũ in comœdijs placere uidimus.

Compactio,onis.coagmentatio.de Fin.132.a. Videmus ea quæ terra gignit, corticibus & radicibus ualida ſeruari, quod contingit animalibus ſenſuum diſtributione & quadam compactione membrorum.

Compactò aduer.id eſt, conſultò, & quod Vergilius dixit,compoſitò.Attic.166.a. Nõ cõmittendum ut etiam compactò prohibiti uideamur.

Compactus,cta,ctum.coagmentatus. de Fin.105.b. Quid enim in operibus manu factis tam compoſitũ,tamq; cõpactum et coagmentatum inueniri poteſt?de Vn.199. b.Quippe qui ex eadem uinctus alteraq; natura,adiuncta materia temperatione trium partium proportione compacta ſe ipſe conuerſat,&c.

Compages,gium. commiſſuræ, uincula.de Sen.93.a. Dum ſumus in his incluſi compagibus corporis,&c.

Compar,ris.exornatio Rhetorica.Ad Her.30.a.Cōpar appellatur, quod habet in ſe membra orationis, quæ conſtant ex pari ferè numero ſyllabarum,&c.

Comparabilis,le.quod habet comparationē.de In.52.b.Comparabile eſt, quod in rebus diuerſis ſimilē aliquam rationem continet. & 57.a.)(.Diſsimile. de In.51.b. Simile ex ſpecie comparabili iudicatur.

Cōparatè.cum cōparatione.Top.228.a. Cū aūt quæritur quale qd ſit,aut ſimpliciter quæritur,aut cōparatè.

Comparatio,onis.collatio,contentio,ſimilitudo, apparatus,cōpenſatio. Off.12.a.Si contentio quædā & comparatio fiat,quibus plurimū tribuendum ſit officij, principes ſunt,patria & parentes,proximi,&c.deinceps,etc. & 30.b.Eorū autem ipſorū quæ honeſta ſunt, poteſt incidere ſæpe contentio et cōparatio,de duobus honeſtis utrū honeſtius. & 52.a.Vtilitatū cōparatio fieri ſolet. & 3.a. Primū igitur de honeſto,tum de utili,pòſt de cōparatione eorū diſſerendū. de Or.107.b. Et illa orationis ſuæ cum ſcriptis alienis cōparatio.Tuſc.235.b.Et ſi præſtantia debent ea dici,quæ habent aliquā comparationē, animus autem humanus cum alio nullo, niſi cum ipſo deo cōparari poteſt. de N.36.a. Cum ſolis & lunæ,& quinq; errantiū ad eandem inter ſe comparationem eſt facta conuerſio. de Cla.176.b. Cum autē ipſum audires ſine cōparatione, non modò contentus eſſes,ſed melius nō quæreres.et 189.a.Quæ qui ſine comparatione alicuius ſpectaret,ſatis magna diceret. pro Pom.11.a.Sed ea magis ex aliorū contentione,quā ipſa per ſeſe cognoſci atq; intelligi poſſunt.Ep.146.a.Ex literis tuis cœpi fructū duplicē,mihiq́; in cōparatione difficilem ad iudicandum, amorem ne erga me tuum, an animum in remp.pluris æſtimandum putarem. de In.52.b.Collatio eſt oratio, rem cum re ex ſimilitudine conferens. Top.227.a. Parium cōparatio nec elationem habet, nec ſubmiſsionem.

Comparatio.pro apparatu. pro Pom.5.a. Mithridates omne reliquū tempus non ad obliuionem ueteris belli,ſed ad comparationē noui contulit. Q.Fr.303.a.Nihil de mea comparatione diminuo:id eſt,de meo apparatu et cautione.de Cl.189.a. Has uias ille tenens, & paratus ad cauſas ueniens, uerborum non egens,ipſa illa cōparatione diſciplinaq́; dicendi iam in patronorum numerum peruenerat. de In.45.b. Comparatio criminis eſt cum aliud aliquid factum,rectum aut utile contenditur : id eſt,compenſatio. pro Clu.58.a.Totius deniq; huius criminis comparatio ab illa & inuenta & adornata eſt.

Comparatiuus,a,um.comparabilis.de In.71.b.Deinde oportebit ipſam illam comparatiuam iudicationem exponere,tanquam cauſam deliberatiuam.

Compareo,res.appareo. Antequam.194.b.Illa conſpiratio conflata ita reſtinſta eſt,ut nulla ſcintilla compareat incendij. Or.220.a.In Thucydide orbē orationis deſidero, ornamenta comparent. de Cl.175.b. Nobis quidem pueris oratio hæc omniū optima putabatur,quæ uix iam comparet in hac turba nouorū uoluminum. pro Cl.55.b. Omnis ſuſpicio in eos ſeruos,qui non comparebant. commouebatur. Att.186.a. Pompeium non comparere, nec in balearibus omnino fuiſſe. pro Syl.181.a.Quæ ita à fortuna deformata ſunt,ut tamen à natura inchoata compareant. pro Rab.95.a. Comparere in illa multitudine bonorum. I.V.103.a.Cum ille dixiſſet ſigna & dona comparere omnia. & 266.a. Quærite nunc ueſtigia, quibus exitus illorum ex illo loco compareant.

Comparo,as.paro,acquiro,emo,conflo. de N.63.a. Sed eas rationes tu ita refellis, ut cum me interrogaturus eſſe uideare,& ego me ad reſpondendū compararim, repentè auertas orationem,nec des reſpondendi locum.pro Mil.106.b.Milo pauliſper dum ſe uxor,ut fit,comparat, commoratus eſt. I.V.234.a. Hunc homini alieniſsimo à ciuitatibus laudationē per uim comparare.de Orat.152.b.Quare primùm ſylua rerum ac ſententiarū comparanda eſt.pro Q.1.a.Quo minus ingenio poſſum,ſubſidio mihi diligentiā comparaui. de Or.101.b.Equidem mihi hoc ſubſidium iam inde ab adoleſcentia comparaui. I.V.240.b.Primum temporibus hybernis ad magnitudinem frigorum præclarum ſibi hoc remedium comparat. & 89.a. Magnificè conuiuium comparat . Epiſt.94.b. Reliquas partes diei tu cōſumebas ijs delectationibus, quas tibi ipſi ad arbitrium tuum comparas. de Fin.62.b.Omnium rerum,quas ad beatè uiuendum ſapientia comparauit,nihil eſt maius amicitia. pro Dom.217.a.Inſtituere,comparare,perficere aliquam rem. Q.Fr.308.b.Pompeius ſe comparat,homines ex agris accerſsit.pro Cl.27.a.Comparare inſidias alicui per aliquem. Att.32.b.Nunquam huc ueniſſent,niſi ad alias res peſtiferas aditus ſibi compararēt. Ad Her.33.a. Tumultus C.Gracchi tumultus domeſticos comparauit:id eſt conflauit.pro Mil.106.b.Pauliſper ut fit,dum ſe uxor cōmparat,commoratus eſt. Q.Fr.297.b. Sed te illud moneo,ut te antè compares,& quotidie meditere,&c. pro Rab.91.b.Qui me ex comparato & conſtituto ſpacio in ſemihoræ curriculum coegiſti.de Fin.88.a.Quid enim tanto opus eſt inſtrumento in optimis artibus comparandis. Ad Her.30.b.Huic induſtria uirtutem comparauit.Tuſc.235.a.Nām cui uiro ex ſeipſo apta ſunt omnia quæ ad beatè uiuendum ferunt,&c.huic optimè uiuendi ratio comparata eſt. Q.Fr.328.a. Qui ludos HS CCC comparat.Orat.219.a.Cur de perfugis noſtris copias comparat contra nos.I.C.123.b.Quæ quidem nō minore labore tueor quàm cōparo.I.V.125.b.Studioſe comparare ſupellectilem. pro Cl.58.a. Neq; ſolum diligens fuit,ut accuſatorem filio ſuo compararet, ſed etiam, &c. pro S.R.37.a.Idcirco amicitiæ comparantur,ut commune commodum mutuis officijs gubernetur. Epiſt.19.b. Comparare laudem bonis artibus. Off.42.a.Comparare gloriam ex rebus bellicis. pro Q.2.b.Fecit ſocietatē earum rerum,quæ in Gallia comparabantur.

Cōparare.conſtituere,facere,conficere.de In.69.a. Maleficiū,de quo iudiciū comparatū ſit:id eſt conſtitutū. pro Cl.44.a.Idcirco illa ſortitio cōparata eſt,ne, &c.id eſt,conſtituta.Ad Her.29.a.Bene maiores noſtri hoc cōparauerunt,ut neminē regē,quē armis cepiſſent,uita priuarent.pro S.R.35.b.More maiorū cōparatū eſt,ut,etc. At.280.b. Præclarè legibus comparatū eſt,ut,&c. pro Q.9.a.Itaq; maiores noſtri raro id accidere uoluerunt, prætores,ut conſideratè fieret,cōparauerunt.pro Dom.228.b.Ius à maiorib. noſtris ita cōparatū eſt,ut ciuis Ro. libertatē nemo amittat inuitus.pro Cl.29.a.Iā hoc quoq; propè iniquiſsimè comparatū eſt,quod, &c. de D.133.b. Si ita natura cōparatū eſſet, ut ea dormiētes agerēt, quæ ſomniarēt,&c.pro Cl.61.a O mira,præclara,atq; diuinitus iā à principio Rom.nominis à maioribus noſtris ratio cōparata,ne quis,&c.de Am.115.a.Ita ratio cōparata eſt uitæ naturæq; noſtræ,ut alia ætas oriatur ex alia. Or.200.a.Genus ἐπιδεικτικὸν, q. quaſi ad inſpiciēdū delectatiōis cauſa cōparatū eſt. I.A.204.a.Ea natura rerū eſt,



eſt,ut qui, &c. pro R.P.122.b.Cum ſit hoc generi hominum propè à natura datum,ut,&c. Or.217.a. Id genus quod eſt ad delectationem comparatum. pro Seſt.22.a. Ita rerū natura tulit,ut quodam tempore,&c.pro Mur.124.b.Natura affert,ut eis faueamus, qui,&c. de Som.129.a.Natura fert,ut extrema ex altera parte grauiter, ex altera acutè ſonent. pro S.R.32.b.Sic uita hominum eſt,ut, &c.

Comparare.conferre,componere,contendere,comparationem facere,cōtentionem facere,pertendere. pro Dom.239.b.Quæſo pontifices,& hominem cum homine,& tempus cum tempore,& rem cum re comparate. Epiſt.33.b. Cum meum factum cum tuo comparo, & ſi, &c.tamen multo magis meo delector quàm tuo. pro Fon.280.a. Nemo Gallus cum ciue Romano comparandus eſt. pro Quint.Fr.324.a. Si cum Eſernino Samnite Pacidianus cōparatus uideretur.I.A.182.b. Cum illo ego te dominandi cupiditate conferre poſſum, cæteris uerò rebus nullo modo es cōparandus. Tuſc.148.b.Geſta Romanorum nulla cum gente ſunt conferenda. de Am.97.a.Sed hi nec comparantur Catoni. de Sen.80.a.Equi fortis ſenectuti cōparat ſuam. de Or.85.b.In hoc ipſo numero ſi diligenter & ex noſtrorum & Græcorū copia comparare uoles,multo pauciores oratores quàm poetæ boni reperientur. Or.205.b. Et niſi coràm erit comparatus ille fortior,per ſe hic,quem dico,probabitur.& 209.b.Comparare ſimilitudines, uti exemplis, &c. Off.3.a. Homo per rationem conſequentia cernit, ſimilitudines cōparat,&c. Or.200.a.b.Conferre pugnantia & comparare contraria. de Or.124.a. Maiora & minora & paria comparabimus ſic,&c. Off.36.b.Quæ ſi longior fuerit oratio cum magnitudine utilitatis comparetur: id eſt,quaſi compenſetur.

Compaſco,ſcis.Top.144.a.Ex coniugatione huiuſcemodi eſt argumentum: Si compaſcuus ager eſt, ius eſt compaſcere.

Compaſcuus,a,um.l.Compaſco.

Compellatio,onis.appellatio.I.A.186.b.Idem Q.Ciceronem compellat edicto,nec ſentit amens cōmendationem eſſe compellationem ſuam. Ep.198.b.Nec uerò poſtea deſtiti labefactare eum,qui,&c.itaq; quotidianas cōpellationes meas non tulit, ſeq́; in urbem recepit inuitus. Ad Her.28.b.Exclamatio eſt,quæ conficit ſignificationē doloris,aut indignatiōis alicuius, per hominis, aut urbis, aut loci,aut rei cuiuſpiam compellationem.hoc modo:Te nunc alloquor Africane,cuius,&c.

Compello,as.appello, nomino,alloquor. At.23.b.Nigidius minatur in concione ſe iudicem, qui non affuerit, compellaturū. I.A.248.a. Cum hoc compello, prætereo illius ex grege latrocinij neminem. I.A.178.a.Compellarat hoſpitem præſens,computarat,&c. I.A.186.b.Idem Q.Ciceronem compellat edicto.nec ſentit amens cōmendationē eſſe cōpellationem ſuam.Ep.122.a.Quibus,cum parum procederet ut ulla lege mihi poneret accuſatorē, compellari ea lege me uoluerunt, qua, &c. Ad Her.5.a. Mimus quidam Actium poetam cōpellauit in ſcena.cum eo Actius iniuriarum agit,hic nihil aliud defendit,niſi licere nominari eum cuius nomine ſcripta dentur agenda. Poſtquam.206.b.Neq; ſolum id dixit,ſed quos ei commodum fuit,compellauit. In Sal.273.a. Nec enim me ſperaſti mutuam tibi gratiam relaturum,ut uiciſsim tuos compellarē.Poſtquam.211.a.Nominatim alij cōpellebantur, alij citabātur,alij relegabātur.de D.89.a.Exin cōpellare pater me uoce uidetur, his uerbis.At.212.a. Quare da te in ſermonē,et perſeca,et confice,excita,cōpella,loquere.

Compello,lis.impello,cogo,congrego.pro Mar.133.a.Omnes,qui ad illa arma fato neſcio quo ſumus compulſi. I.P.82.b.Me domo mea expuliſtis, Pompeiū domum ſuam cōpuliſtis.de Pro.75.b.Cæſar cæteras nationes contriuit,compulit,domuit,&c.Ep.16.a.Cum uerò in hunc ſenſum,et alliciar beneficijs hominum,& compellar iniurijs,facilè patior,&c. Ac.28.a.Cum ſit cāpus in quo poſſit exultare oratio,cur eam in tantas anguſtias compellimus?de In.42.a. Qui diſperſos homines in agris ratione quadā compulit in unum locū & congregauit. I.P.98.b. Omni totius prouinciæ pecore compulſo pelliū nomine.

Compendiarius,a,um.breuis.Off.41.b. Socrates hāc uiam ad gloriā proximā,& quaſi compendiariam eſſe dicebat,ſi quis id ageret,ut qualis haberi uellet,talis eſſet.

Compendium,dij.quæſtus,utilitas.Off.64.b.Is omnino ſe negat facturū compendij ſui cauſa quod non liceat. pro Q.R.53.a. Si quando me uis peierare, ut paululū tu compendij facias,paratum fore ſcito. pro Flac.147.b.In uberrima re turpe compendium effugit.I.V.110.a.Ciues qui merces ſuppeditant cum quæſtu cōpendioq́;. & 171.b.In quæſtu ſunt cōpendioq́; uerſati. Ad Her.36.b. Duæ res ſunt,quæ poſſunt homines ad turpe compendiū commouere,inopia & auaritia. & 11.b. Multi leue compendium fraude maxima commutauerunt.

Compenſatio, onis.cōparatio.premiū,merces, remuneratio. de N.* Incommoda uitæ ſapientes cōmodorum cōpenſatione leniunt.Tuſ.246.a.Hac utitur cōpenſatione ſapiens,ut uoluptatē fugiat ſi ea maiorē dolorem effectura ſit,& dolorē ſuſcipiat maiorē efficientem uoluptatē.Ad Her.32.a.Fortitudo eſt,contēptio laboris & periculi cum ratione utilitatis & cōpenſatione commodorū.

Compenſo,as.comparo,remunero,repono,exæquo. aſſequor.Off.47.b.Certisq́; operis & officijs erit, quod uiolatū eſt,cōpenſandum. pro Dom.219.b.Veſtra in me attentè audiendo benignitas prouexit orationē meā, ſed hoc compenſabo breuitate eius orationis,quæ,&c. Or.220.a.Ii tamen hoc uiciū cōpenſant, uel facultate, uel copia. At.114.a.Vix ullo ocio compenſandam hanc reip. turpitudinē. de Or.144.a.Summi labores noſtri magna compenſati gloria mitigantur. pro Fon.276.b. Maſsilienſes Gallicorū bellorū pericula Pop.Rom.copijs remiſſisq́; compenſarunt. I.V.242.b.Damna in ſtipendijs ab iſto diſſoluta,& compenſata ætatis fructu. pro Clu.49.b.Atq; hæc omnia honoris cōmodis compenſantur. Or.218.a.Paucitatē pedum grauitatis ſuæ tarditate compenſat. I.P.95.b.Sed ſit offenſus,non ne cōpenſabit cum uno uerſiculo tot mea uolumina laudum ſuarū? de Fin.75.a. Compenſabatur tamen cum his omnibus animi lætitia, quam capiebā,&c. & ibi.Compenſabatur cum ſummis doloribus lætitia. de Fin.136.b.Et cum maximis curis & laboribus compenſare eam,quam ex diſcendo capiant uoluptatem. pro Mur.141.a.Neq; ulla re alia, quæ à uobis conſequūtur,niſi opera ſua cōpenſari putant poſſe:id eſt,quaſi remunerari. Antequā.194.b.Si facta cōpenſanda ſunt,cōferamus æquitatē:id eſt,cōparāda.pro Fl.161.a.Catonis eſt dictū,pedib.cōpēſari pecuniā.Ad Her.6.a. Quod negocio diminutū fuerit exæquabimus induſtria.

Comperendinatus,tus.de Cl.172.a.Galbam autē uerecundè & dubitanter cauſam recepiſſe,unū quaſi comperendinatus,mediū diem fuiſſe,quem totum ille in conſiderāda cauſa cōponendaq́; poſuit. I.V.81.a.Adimo enim

comperendinatum,bis ut cauſa dicatur.

Comperendino.as.amplius pronuncio,amplio, profero,procraſtino,differo.I.V.72.b.Tua ratio eſt ut ſecundum binos ludos mihi reſpondere incipias, mea ut ante primos ludos comperendinem. & 80.a.Nemo Verrem comperendinatũ ſed damnatum iudicabat.& 81.a.Glaucia primus tulit ut comperendinaretur reus: antea uel iudicari primo poterat,uel amplius pronunciari. & 207.a.Poſteaquam Verres eſt comperendinatus.

Comperio,ris.certũ reperio,deprehendo,cõprehendo,compertũ habeo.de Cl.190.b.Cum indicia mortis ſuæ ſe cõperiſſe manifeſtó, & manu tenere diceret.pro S.R. 24.a.23.b.C.Fimbria diẽ Scæuolæ dixit,poſteaquam comperit eum poſſe uiuere.I.V.145.b. Vt comperi remotas eſſe literas ſocietatis, habui rationẽ annorũ. At.225.a. Scripſit ſe id certis autoribus comperiſſe. pro Cl.58.a. Quod ego ex multis audiui & cõperi. Ep.62.a.Ex multis audiui,nam cõperiſſe me nõ audeo dicere. Acad.16.b. Et inquireret,qui tibi conſtaras. cum idem negares quicquam certi poſſe reperiri, idem te cõperiſſe dixiſſes.pro Cl.44.b.& 45.a.Nihil ipſos habuiſſe cogniti, nihil comperti. I.C.99.a.Hæc ego uix dum iam cœtu ueſtro dimiſſo comperi.pro Cl.26.a. Facinus manifeſtò compertum atq; deprehenſum. pro Syl.184.a.Nihil de hoc comperi.

Compertus,a,um. Sal.in Cic.271.a.Deniq; de eo tibi compertũ erat. pro Cl.44.a. Aut illud afferãt,aliquid eſſe quod de ijs duobus habuerint compertũ,&c.I.C.111.a.& pro Mil.114.a.

Compedes,dum.ſoleæ ligneæ, quibus pedes captiuorum conſtringi ſolent. At.120.b. Age iam,has compedes, faſces inquã hos laureatos,hæc ex Italia ferre q̃ moleſtũ eſt? pro Rab.94.b.Cum eſſet unà Glaucia,etiã ille ex cõpedibus atq; ergaſtulo Gracchus.Tuſ.164.a.Qui in compedibus corporis fuerunt,etiã cum ſoluti ſunt,tardius ingrediũtur.de In.81.a.Soleæ ligneæ in pedes inductæ ſunt.

Compeſco,ſcis. Q.de Pet.213.a.Nec tamen in petendo reſp.compeſcenda eſt.

Competenter.aptè,appoſitè. de Fin.84.b.Huic Epicurus competenter.aliàs,comparet ſe.

Competitor,oris.qui cum alio in petitione cõcurrit. Off.8.b. Vt cum ciuiliter cõtendimus, aliter ſi eſt inimicus,aliter ſi eſt cõpetitor:cum altero certamen honoris et dignitatis eſt,cum altero,&c. pro Plan.260.b.Non cõpetitor à quo es uictus, ſed populus, à quo es præteritus, in culpa eſt.pro Cl.31.b.Petere ædilitatẽ cũ multis hominib. nobiliſſimis. At.1.a.Cõpetitores, qui certi eſſe uidebãtur Galba & Antonius.& ibi.Catilina certus erit cõpetitor.

Competitrix,cis.pro Mur.133.b.Nam & nos habuimus ſcenam competitricem.

Compilatio,nis.furtum,fraus.Ep.22.a. Quid?tu me hoc tibi mandaſſe exiſtimas,ut mihi uadimonia, dilata & Chreſti compilationem mitteres?

Compilo,as.furor,fraudo, diripio. I.V.83.a. Verres apertiſſimè prouinciam compilauit.& 212.a. Vno imperio hoſtiatim totum oppidum cõpilauit. de N.18.b. Alij omnia,quæ poſſunt,fana compilãt.pro Mur.129.b.Qui ab ipſis cautis Iuriſconſultis eorum ſcientiam cõpilauit. I.V.29.b.Aerarium exhaurire,remp.compilare. de Or.133.b.Malo compilari,quàm uenire.

Compingo, gis.conſtringo. de Or.89.a. Oratorem in iudicia & in conciunculas tanquam in aliquod piſtrinum detrudi & compingi uidebam. At.123.b. Pompeius urbem reliquerat, Picenum amiſerat culpa, in Apuliam ſe compegerat,ibat in Græciam.

Compita,torum.quadriuia.contra Rul.62.In triuijs aut in compitis auctionari.

Compitalia,orum.feſti dies, qui in compitis agebantur.At.lib.2.Pridie compitalia.

Compitalitius,a,um.At.lib.7.& I.P.81.a.Compitalitiorum dies.

Complano,as.diruo,deijcio.pro Dom.233.a. Sp.Melij regnum appetentis domus eſt complanata.

Complaudo,dis.de Am.100.b.In Cod.Germ.

Complector,ris.contineo,circunſcribo,arceo, cõplexu teneo, meo ſinu complexuq́; recipio, in collũ inuado, afficio,cõprehendo,circunſcribo.de Or.106.b.Pater cõplexus eſſet filiũ, flenſq́; eum centum uiris cõmendaſſet. At.254.a.Complecti & oſculari aliquẽ.pro Fon.283.b. Soror fratrẽ complexa tenet.de D.101.b.Arctè complecti aliquẽ.de D.92.b.Vidi in quiete,te repentè lætum extitiſſe, noſq́; inter nos eſſe complexos. pro Plan.280.a. Hic me complexus eſt,conſperſitq́; lachrymis. At.261.a. Cum Oppius me hortaretur,ut adoleſcentẽ, totamq́; cauſam manũq́; ueteranorũ cõplecterer,dixi me id nullo modo facere poſſe.Ep.210.a.Rogo te ut hunc adoleſcentem humanitate tua comprehendas: id eſt,cõplectaris. Q.Fr.321.b.Frater eius mecum eſt multum,quare ut inſtituiſti, complectere adoleſcentẽ.Ep.20.b.21.a. De ipſo Tito Annio,tantũ tibi polliceor,te maores beneuolentiæ erga te, ſi complecti hominẽ uolueris,habiturum eſſe neminẽ.At.280.b.Veterem ex tuis literis libenter complexus ſum. Ep.22.a.Quare de te homine, complectetur mihi crede. de Vn.197.b.Mundus ipſe ſe concordi quadam amicitia & charitate complectitur.de Pro.77.a.Multos eſt hic ordo complexus honoribus et beneficijs ſuis. pro Plan.276.b.Complecti aliquem beneficio.pro Mur.132.b.Complecti aliquem beneuolentia.Off.12.a.Omnes omnium charitates patria una complexa eſt. Br.280.a.Veterẽ ex tuis literis libenter complexus ſum.de Cl.166.a.Liber,quo iſte omnẽ rerum memoriam breuiter complexus eſt. de Som.128.b.Circulus extimus,qui reliquos omnes cõplectitur. de Cla.195.a. Nemo erat qui philoſophiam complexus eſſet. de Or.90.b.Si quis uniuerſam ac propriam oratoris uim definire complectiq́; uult. de Or.159.a.Sententiã numero quodam complecti. Poſtquã.199.a.In ipſo beneficio tanta magnitudo eſt,ut eam complecti oratione nõ poſſim.de Sen.80.a.Cum cõplector animo,quatuor cauſas reperio,cur,etc. Ep.73.b.Nec enim minus noſtra ſunt quæ animo complectimur,quàm quæ oculis intuemur. et 43.a.Complexus igitur ſum cogitatione te abſentem. de Fin.88.a.Omne cœlum & totam terram mente complecti.de Or.86.b.Animo rei alicuius magnitudinẽ complecti.Or.197.b.Quod cogitatione tantũ & mente complectimur.Ep.31.b.Te rogo ut quæ ſucceſſori amiciſſimo cõmodare poteſt is,qui prouinciã tradit,ea pro noſtra conſtantiſſima uoluntate erga te,cura ac diligentia complectare. Off.36.b.Quibus autẽ rationibus hanc facultatem aſſequi poſſimus,ut hominũ ſtudia cõplectamur, eaq́; teneamus,dicemus. de In.56.a.Nam ita cõplectemur, ut in unũ conducamus propoſitionem & aſſumptionẽ.i.concludemus.I.A.186.b.Vt iam liceat una cõprehenſione omnia cõplecti & dicere, omnem naturam eſſe conſeruatricẽ ſui.I.P.95.b.Complecteris ampliſſimos uiros ad tuũ ſcelus:id eſt,adiungis. I.V.213.a.Nullo modo poſſum omnia iſtius facta aut memoria cõſequi,aut oratiõe cõplecti

Complexus, xa. patiendi forma uſurpatũ. pro S.R. 24.b.



24.b.Sceleſtum facinus,atq; eiuſmodi, quo uno maleficio ſcelera omnia complexa eſſe uideantur:id eſt,contineri.

Cõplementũ,ti.ſupplemẽtũ.Or.219.b.Inculcata reperias inania quædã uerba quaſi complementa numerorũ.

Compleo, es.impleo, conficio. de Som.128.b. Quis eſt iſte qui cõplet aures meas tantus & tam dulcis ſonus? At.216.b.Etenim hæc decãtata erat fabula, ſed complere paginã uolui.de Or.154.a.Onerandum & complendum pectus plurimarũ & maximarũ rerum ſuauitate, copia, uarietate. Q.de Pet.212.a. Vt de nocte domus cõpleatur. cõtra Rul.87.b.Completi ſunt animi aureſq́; ueſtræ, me, &c. Ad Her.20.a.Fauces caleſiunt,arteriæ complentur. pro Fl.153.a.Neq; eſt adhuc ea ſumma cõpleta. de Som.128.b.Sol cuncta ſua luce luſtrat & complet. I.A.197.b. Cum uentũ erat ad ædem cõcordiæ, gradus cõplebantur. de Cl.192.a.Occupetur locus in ſubſellijs, cõpleatur tribunal. I.T.264.b.Cum ſanguis os oculoſq́; cõpleſſet,etc. Tuſ.154.a.Totum cœlũ humano genere completum eſt. At.16.a.Cum domus bene cõpleta eſt.i.plena. cõtra Rul.83.a.Complere municipiũ colonis. de N.51.a.Complere ſe conchis.de D.233.a.Animorũ conſentientiũ multitudine completũ eſſe mundũ.pro Cl.37.a.Gradus theatri accuſator hominibus ſeditioſis compleat. contra Rul.80.b.Tu locũ compleas numero, confirmes præſidio. de N.35.b.Cum ſol terras larga luce cõpleuerit, &c.Or.209.a.Vt plangore & lamentatione compleremus forum. de Sen.86.b. Quæ quidem etiã in Sabinis perſequi ſoleo,& conuiuiũ uicinorũ quotidie compleo. de N.18.b. Sol annuos curſus conficit,luſtrationem menſtruo ſpacio luna cõplet.de In.83.b.Compleri ad exitumq́; perduci.de Fin.99.a.Illi enim corporis cõmodis compleri uitã beatã putant.I.V.141.b.Complent ea quidem beatiſſimã uitam.et 173.a.Vt ſummam mei promiſſi compleam. & de Sen.79.b.Gorgias Leontinus centũ & ſeptẽ cõpleuit annos.

Cõpletus,a,um.plenus,abſolutus. Ac.31.b.Ita cõpleta et cõferta ſunt omnia,ut & q, mouebitur corporũ cedat, & qua quicq; ceſſerit,aliud illico ſubſequatur.Or.213.a. Meæ aures perfecto cõpletoq́; uerborũ ambitu gaudent.

Complexio, onis.cõprehenſio uerborũ,periodus. Or.204.b.Nec aceruatim multa frequentans una cõplexione deuinciet. de Or.159.b. Longiſſima eſt complexio uerborum,quæ uolui uno ſpiritu poteſt.

Complexio. pro ratiocinationis concluſione. de In.58.b. Hic cum cõceſſeris propoſitionẽ & aſſumptionem, complexio eſt infirmanda: aliud enim quàm cogebatur illatũ eſt.de In.55.a.Complexio eſt,per quam id quod conficitur ex omni argumentatione,breuiter exponitur. Ad Her.11.a.Complexio eſt quæ concludit,breuiter colligens partes argumentationis. de In.56.a.Ne quod perſpicuũ ſit,id in complexionem inferamus.

Complexio.pro dilemmate,id eſt,argumẽto utrinq; concludente. de In.51.b.Complexio eſt,in qua utrum conceſſeris,reprehenditur,ad hunc modum:Si improbus eſt, cur uteris?Si probus,cur accuſas?

Complexio. pro quauis comprehenſione & implicatiõe. I.V.178.a.At quibus uerbis,modò æquũ ſibi uideri, modò non iniquum:mira uerborum complexio:id eſt,implicatio & confuſio.

Complexus,xus.amplexus.pro Fl.164.a.Qui uos in complexu coniugũ ueſtrarũ trucidare uoluit. I.A.172.a. Veniſti Brunduſium in ſinũ quidem & complexũ tuæ Mimulæ.pro Pl.280.b. Vi me Plancus & cõplexu ſuo retinuit.I.C.109.a. Poſtremũ genus eſt de Catilinæ delectu. imò uerò de complexu eius ac ſinu.Q.Fr.303.b.Quem ego ferus ac ferreus è complexu dimiſi meo. pro Fon.283.b.Abſtrahere filiũ de cõplexu matris. At.185.b. Atq; utinam continuò ad complexũ meæ Tulliæ, ad oſculum Atticæ poſſim currere.I.A.147.Reſp.illum ſinu complexuq́; recipiet.& 231.a.Complexus ſummæ beneuolentiæ falſi indices extiterũt in amore ſimulato. pro Cæl.47.b.Complexus & oſculatio. de Sen.87.b.Terra ſemen tepefactũ uapore & complexu ſuo diffundit,&c.de N.37.a.Mundus omnia complexu ſuo coercet & continet. & 46.a. Reſtat ultimus & omnia cingens & coercens cœli complexus. de D.137.b.Quidam cum in ſomnis complexu uenereo iungeretur,calculos eiecit.

Complico,as.inuoluo,claudo.At.185.b. Cum complicarem hanc epiſtolam,noctu Abundus ad me uenit.Q.Fr.321.a. Cum hanc iam epiſtolam complicarem,tabellarij à uobis uenerunt.Off.67.a.Si quis uoluerit animi ſui complicatam rationem euoluere.

Cõploro,as.pro Do.232.b.Videre prætextatos inimicos nondũ morte cõplorata,arbitraria petentes funeris.

Complures,rium.multi.de N.70.b. Vulcani itẽ complures:id eſt,multi. de Or.118.b. Ambiguorum autẽ complura ſunt.Ep.85.a.Multa ſuſtuli,cõplura ne poſui quidem. & 146.b.Complures conſules dicti,quorum nemo, &c. & 22.a.Ego cum Pompeio complures dies nullis in alijs niſi de rep.ſermonibus uerſatus ſum.

Compono,nis.coagmento,conflo,ex cõiunctione facio,conficio,conglutino,conſtruo,coniunctione uerborũ ex multis res una iungo, diſpono,conſtituo,miſceo, tempero,compoſitionẽ facio,comparo,confero )(.Deſtruo, diſſoluo. de Vn.203.a.Atq; is quidem qui cuncta compoſuit,conſtanter in ſuo manebat ſtatu: qui autem erant ab eo creati,cum parentis ordinẽ cognouiſſent, hunc ſequebantur.At 245.a. Teſtamentum compoſui,quod cum uoles,obſignabis.At.19.a.Commentariũ cõſulatus mei græcè cõpoſitum miſi ad te.At.240.a.Sed & componendum argumentum eſt,& ſcribendi expectandum tempus maturius.Q.Fr.320.a.Poema ad Cæſarẽ,quod compoſuerã, incìdi.aliàs inſtituerã.pro Mur.130.a.Deinde ne prætor aliquid ipſe ſua ſponte loqueretur, ei quoq; carmẽ compoſitum eſt.de Cl.168.b.Totumq́; ſe ad artes componendas tranſtulit. con.Rul.76.b.Literarum exemplum ab iſtis compoſitum eſſe arbitror. de Leg.159.b.Iura quæ compoſita & deſcripta ſunt. de Leg.158.b. Compoſui formulas iudiciorum,confeci libellos de ſtillicidiorum iure.& 176.a. Auſpicia ad utilitatẽ reip.eſſe compoſita. Or.210.a.In cognoſcendis cõponendiſq́; cauſis. Or.210.a.Cognoſcere & componere cauſas.de Or.119.a.Artificium,cuiuſmodi de ipſo iure ciuili heſterno die. Itẽ.Craſſus cõponi poſſe dicebat. Ep.264.a. Componere libros. de Or.129.b.Brutus tres libros de iure ciuili compoſuit. Ac.11.a.Componũt igitur primũ artẽ quandã de ijs quæ uiſa dicimus,eorũq́; & uim & genera definiunt.I.V.62.a.Si ab iſto libro,quẽ tibi magiſter ludi neſcio quis ex alienis orationibus cõpoſitũ dedit,uno uerbo diſceſſeris. de Cl.172.a. In conſideranda cõponendaq́; cauſa totũ diem ponere. de Leg.171.b. Quæq́; ita cõpoſita ſancitaq́; eſſent,ea uidelicet leges nominauerunt. de Fin.50.a.Libri Græci legũtur à Græcis iiſdem de rebus alia ratione compoſitis. de D.131.b.Callidè enim qui illa compoſuit, perfecit,ut quodcunq; accidiſſet,prædictum uideretur.de Cl.186.b. In inueniẽdis cõponendiſq́; rebus mira accuratio. & 185.a.Rẽ uidebat acutè,cõponebat diligenter. At.86.

a.C.Flauius ſcriba faſtos protulit,actionesq; compoſuit. At.199.a.Scio quid literarū, & cuius generis conficias. Ad Her.3.a.Exordiū nimiū apparatis uerbis compoſitū. Acad.11.a. Compoſita autem ea cōcluſio ſic eſt:eorū quæ uidentur,alia uera ſunt,alia falſa,&c. pro Cecin.294.b. Componere interdicto. At.272.a.Componere libello.Ep. 37.a.et Off.68.a.Romæ compoſui edicto.Ep.157.a.Ne. S.C.arbitratu noſtro componeretur,quis fuerit impedimēto arbitror te ex Planci literis cognouiſſe. de Cl.170. b.Ipſa uerba compone & quaſi coagmenta.de Or.158.b. Collocationis eſt componere et ſtruere uerba,ſic ut ne'ue aſper eorū concurſus,ne'ue hiulcus ſit,ſed quodammodo coagmētatus & leuis. pro Dom.237.b.Verba ad religionem deorū immortalium compoſita. de Cl.186.a.Verba non abiecta,res compoſitæ diligenter. Or.210.b.Verba componere & ſyllabas propemodum dinumerare & dimetiri.et ibi.Sed ſtylus exercitatus efficiet facilè hanc uiā componendi. Orat.212.b.Nec ſolum componentur uerba ratione,ſed etiam finientur. de Or.137.a. Componere ea quæ dicenda ſunt probandi & perſuadendi cauſa:id eſt,diſponere. At.249.a. Ego itinera ſic compoſuerā, ut Nonis Quin.Puteolis eſſem.At.60.a.Tibi etiam gratias agebat,quod ſigna componenda ſuſcepiſſes. pro Deiot. 146.b.Locus erat quidam, in quo erant compoſita, quibus te rex munerare conſtituerat.pro Mar.135.a.In hoc elaborandū eſt,ut remp.conſtituas,eaq; tu in primis compoſita ſumma tranquillitate & ocio perfruare. de Leg. 192.b.Compoſita & conſtituta rep.quicquā agi per uim minimè ciuile eſt. pro S.R.41.a. Compoſito & delibuto capillo paßim per forū uolitare.I.V.119.b.Ita cauſa componitur ut Bidenſes hæreditatē peterent. pro S.R.41.a. Fieri non poterat ut cōponeretur:id eſt,ut conueniret.de Op.244.b.Aeſchines tanquam Aeſerninus, ut ait Lucullius, cum Pacidiano hic componitur: id eſt, comparatur.

Comporto,as.multa portare.I.P.84.a.Cum arma in templum Caſtoris luce & palàm comportarentur. pro Dom.224.a.Cum arma in ædem Caſtoris comportabas. At.78.a.Frumentū ex agris in loca tuta cōportatur.I.V. 118.a. Omnia ad iſtum comportari neceſſe eſt. de Orat. 151.b.Res undiq; exquiſitæ,collatæ,accerſitæ, cōportatæ

Compos,tis.particeps.de N.30.a.Animans eſt igitur mundus,composq; rationis. de N.33.a.Mundum eſſe rationis & conſilij compotem. Tuſc.237.a. Omnes uirtutis compotes beati ſunt.& de Fin.141.b.Homines compotes uirtutum.At.138.a.Non ſum,mihi crede mentis compos, tantum mihi decoris admiſiſſe uideor.I.A.178.b.Tu mentis es compos? In Piſonem.89.b. Qui ſuæ mentis compos non eſt. de Oratore 102.b. Quarum rerum qui eſſent animo & ſcientia compotes,eos imperatores dicerē. Or.206.a.Illud quæro,cuius qui ſit compos,is ſit eloquēs. pro Seſt.28.b. An ego in hac urbe eſſe poſſum his pulſis, qui me huius urbis compotem fecerunt?

Compoſitè.diſpoſitè.de Or.89.a.Oratoris eſt, compoſitè,ornatè,copioſè eloqui. Or.220.b. Compoſitè & aptè dicere.) (.Sine uerborum modo & ordine dicere.

Compoſitio. confectio, quaſi ſtructura, coagmentatio,compages,conſtructio, σύνταξις, concordia,diſpoſitio, ordo, deſcriptio. de Leg.181.a. Totaq; huius iuris compoſitio pontificalis magnam religionem declarat. de N.55.b.Compoſitiones unguentorū,et ciborum conditiones,&c.& 11.b. Compoſitio membrorum, conformatio lineamentorum.Off.20.a. Apta compoſitio membrorū. de Or.113.b.Compoſitio uerborum.de Op.243.a. Verborum quaſi ſtructura. de Fin.101.b.Verū admirabilis compoſitio diſciplinæ Stoicæ,incredibilisq; rerum traxit ordo.Tuſc.156.b.Sonorum uaria compoſitio harmonias efficit plures.Off.29.a.Ordo eſt compoſitio rerum aptis et accommodatis locis.Or.214.b.Compoſitio,quæ tota ſeruit grauitati uocum,& ſuauitati.Or.101.b. Verbis ad aptam compoſitionem & condecentiam uti.I.A.165.a.Pacis,concordiæ, compoſitionis autor eſſe non deſtiti. At. 139.b.Spes compoſitionis me fefellit, qua facta uolebam, &c.& 141.b.Compoſitionis ſpem non deſperatißimam eſſe puto.& 150.a.De compoſitione aliquid me conficere ſpero. Ep.22.a. Quid?tu me hoc tibi mandaſſe exiſtimas,ut mihi gladiatorum compoſitiones & uadimonia dilata mitteres? Compoſitiones gladiatorum, cōmißionem intelligit,cum ipſi ad pugnam committuntur,& exhibentur.de Leg.186.b.Magiſtratuum compoſitio.de Sen.77. a.Ex magiſtratuum compoſitione,quod cuiuſq; reip.genus ſit intelligi.& ibi paulo infrà:Sic de magiſtratibus diſputes,quibus de cauſis maximè placeat ipſa deſcriptio. de Sen.77.a.Confectio libri:id eſt,compoſitio.

Compoſitor,oris.Or.202.b. Perfectum oratorē hoc uno excellere:id eſt,oratione. cætera in eo latere, indicat nomen ipſum.non enim inuentor,aut compoſitor,aut actor,hæc complexus eſt omnia,ſed & græcè ab eloquendo rhetor,& latinè eloquens dictus eſt.

Compoſitus,a,um.ornatus,conflatus, concretus,conglutinatus,factus,ex cōpoſitione factus.Or.217.a.Compoſitæ orationis inſidijs,fidem auditoris attentare.de Or. 89.a.Compoſita oratio & ornata, & artificio quodam & expolitione diſtincta. Ad Her.27.b.Oratio puris & electis uerbis compoſita.de Leg.163.b. Hæ rationes ſatis ſcitè uobis inſtructæ & compoſitæ uidentur.pro Seſt.12. a.Quem certi homines compoſiti monuerunt,ut à me caueret. de Or.157.a. Verba ex coniunctione facta: id eſt, compoſita. de D.128.b. Ad rem pertinet,quo modo cœlo affecto compoſitisq; ſideribus quodq; animal oriatur. de Fin.101.b.Quid enim aut in natura, qua nihil eſt aptius, nihil deſcriptius,aut in operibus manu factis tam compoſitum tamq; compactum et coagmentatū inueniri poteſt? pro Cl.32.b.Homo,qui eſſet totus ex fraude & mendacio factus. Ad Her.38.b. Equus natura bene compoſitus. de N.65.b.Corpus concretū ex elementis:id eſt,compoſitū.

Compoſitior.id eſt,quietior & tranquillior.I.V.72. a.Nemo unquam paratior, uigilantior, compoſitior, in iudicium uenit.

Compotatio,onis.de Sen.86.b. Græci conuiuium tum compotationem,tum concœnationem uocant.

Compotor,oris.combibo.I.P.93.b.Niſi forte ut cum P.Clodio,hoc eſt,compotoribus ſuis cœnet. et I.A.168.b.

Compranſor,oris.qui ſimul prandet. I.A.179.b. Agrum hunc tu compranſoribus & colluſoribus diuidebas.

Comprehendo, dis.capio, deprehendo, complector, contineo,concludo,cōprehenſum contineo,deuincio,percipio,intelligo,concipio.pro Cæl.51.a.Erant enim illi poſiti,ut comprehenderent Liciniū,ut manifeſtò Licinius teneretur.I.C.105.a.Quod tam capitalē hoſtem non comprehenderim potius quā emiſerim. Or.206.a. Tenemus igitur Brute quem quærimus, ſed animo:nā manu ſi comprehendißem,ne ipſe quidē perſuaſiſſet ut ſe dimitterē.I. C.114.a. Belli duces captos iam et comprehenſos tenetis. de N.19.b.Quid opus eſt manibus ſi nihil comprehendatur.de Or.124.a.Et tu cū gladio cruento cōprehenſus es. Q.Fr.302.b.Is hominē comprehēdit,& in cuſtodiā Epheſi tra-



ſi tradidit. pro Cæl.50.b. Vt ſerui proſilirēt,hominemq; comprenderent.Ep.92.a.Curtius conſenſerat cum Hiſpanis quibuſdam Pompeiū comprehendere, ad Cæſaremq; deducere. pro Mil.111.b.Cuius adulteriū in puluinaribus ſanctißimis nobilißimæ fœminæ comprehenderunt. pro Fl.160.b. Aliquid manifeſtè comprehenſum.pro Cæl.50. b.Vt uenenū cum à Licinio traderetur manifeſtò cōprehendi poſſet. pro Cor.55.a.Vt facinus ipſum manifeſtò comprehenderetur. pro Cl.27.a.Comprendere aliquam rem indicio alicuius. pro Cecin.300.a.Nulla res eſt, quæ aut comprehendi ſatis,aut caueri,aut excipi poßit.de D. 88.a.Qui CCCCLXX. millia annorū momētis cōprehēſa continēt. Of.65.a. Sed huiuſmodi reticētiæ iure ciuili oēs cōprehendi nō poſſunt: quæ aūt poßūt,diligēter tenētur. de Fin.68.b. In alio uerò libro breuiter comprehenſis grauißimis ſententijs quaſi oracula edidiſſe ſapientiæ dicitur.pro Q.R.47.a.In hanc formulam omnia iudicia concluſa & comprehenſa ſunt.& 52.b.Ex pactione uerborum,quibus iuſiurandum comprehenditur. At.192.b. Cato uerbis luculentioribus & pluribus rem comprehenderat. de Cl.167.b. Natura ipſa circunſcriptione quadā uerborum comprehendit concluditq; ſententiam. de Or. 87.b.Ac ne plura conſecter,cōprehendam breui. ſi enim ſtatuo,&c. de Cl.194.b. Proprijs uerbis ſolutè & facilè comprehendere ſententiam.pro Cæl.40.a.Comprehendere multos amicitia,tueri obſequio.Ep.210.a.Vehementer mihi gratum feceris,ſi hunc adoleſcentem humanitate tua comprehenderis. pro Plan.268.b. Is omnibus officijs per ſe & per patrem totam Atinatem præfecturam comprehēdit: id eſt,deuinxit.de Cl.166.b.Eisq; noſmetipſi ad rerum naturalium memoriā comprehendendam impulſi ſumus.de Or.86.a.Eſt enim ſcientia cōprehendenda rerum plurimarum.Tuſc.251.b.Sed quoniam mane eundū eſt,has quinq; dierum diſputationès memoria cōprehendamus. de N.72.b.Hoc non modò cōprehendere animo, ſed ne ſuſpicione quidē poßū attingere. de Or.121.a.Omnia quæ ſunt in rerum natura celeriter animo comprehēdere. pro Cl.18.b.Si quam opinionem mentibus ueſtris comprehendiſtis. de N.63.b. Eo minus,quod tu uis, poſſum mente comprehendere. Or.198.b. Habere aliquam formam comprehenſam animo.pro Fl.160.a.Sed tamen ueſtrum eſt iudices,omnia quæ in hūc dici poſſunt, etiam ſi à me minus dicuntur,ueſtris animis & cogitatione comprehendere. pro Cor.55.a. Qui omnes animo uirtutes penitus cōprehendiſſet. de N.26.b.Habere aliquid cognitum cōprehenſumq; animo. & 63.b. Id quod tu uis, non poſſum mente cōprehendere. & 23.b.Comprehende igitur animo,& propone ante oculos Deū, &c.de Fin.65. a.Mihi uideor habere bene cognitam uoluptatē, & ſatis firmè conceptā animo atq; comprehenſam. de Or.97.b. Comprendere aliquid memoria.Ep.94.a. Quæ à ſapientißimis uiris tradita memoria & ſcientia comprehendiſti.de Pet.209.a. Poſtea totam Italiam fac ut in animo ac memoria tibi diſtributam cōprehenſamq; habeas. de Or. 94.a.Res penitus perſpectæ planeq; cognitæ,atq; ab opinionis arbitrio ſeiunctæ,ſciētiaq; comprehenſæ. Ac.7.a. Quid quiſquam meminit, quod non animo cōprehendit ac tenet?& 6.a.Ex quo efficitur nihil poſſe cōprehendi. & ibi.Nihil poſſe comprehendi,ut planè confidas id perceptum cognitūq; eſſe.& 7.a. Virtutū cognitio confirmat,percipi & cōprehendi multa poſſe.et ibi.Non enim fortuitò hunc artificē dicemus, eſſe illum negabimus: ſed cū alterū percepta et cōprehenſa tenere uidemus, alterū nō itē.et 6.b.Animo iā tenemus hæc cōprehenſa, nō ſenſibus.de Fi.130.b.Hoc cōprehenditur ſuis cuiq; ſenſib. de Leg.161.a.Nam & ſenſibus eadē omnia comprehenduntur.et 172.b.Quæ uix ſumma animi ratione cōprehēdas. de Vn.195.b.Quod intelligētia et ratione cōprehēditur.

Comprehenſibilis,le.Acad.46.b.Viſum comprehenſibile.Græcè,καταληπτόν.

Comprehenſio,onis.complexio.I.A.164.a.Comprehenſio ſontiū mea,animaduerſio ſenatus fuit. de N.20.a. Ingreſſus,curſus,accubatio,inclinatio, ſeßio,comprehenſio. de Fin.131.a. Vt iam liceat unà omnia complecti,& dicere omnē naturā eſſe conſeruatricē ſui. de Cl.177.a. Verba eligere,collocare,et comprehenſione deuincire.et 179.a.Comprehenſio et ambitus ille uerborū(ſi ſic periodum appellari placet)de Cl.167.b.Spiritu quaſi neceßitate aliqua uerborum comprehenſio terminatur.& 173.a. Or.210.b.Comprehēſio numeroſè & aptè cadens.Acad. 25.b.Ex uno Epicuri capite comprehenſio & perceptio tollitur. & 9.a. Mens hominis amplectitur maximè cognitionē & κατάληψιν, quam,ut dixi,uerbum è uerbo exprimentes,comprehenſionem dicemus. & 36.b. de Fi. 100.b.Cognitiones comprehenſionesq; rerum, è quibus efficiuntur artes, ad appetitiones mouent.

Cōpreßio,onis.de Cl.167.a.Crebri ſentētijs,cōpreßione rerū breues,et ob cā ipſam cauſam interdū ſubobſcuri.

Compreſſus,a,um.pro Dom.225.b. Omnis improborum uis diu collecta & inueterata compreſſo odio atq; tacito iam erumpebat in actū.& 216.a.Quaſi ego frumentum aliquod compreſſum tenerē.de D.93.b.Duabus animi temerarijs partibus compreßis.

Compreßius.aduer. de Fin.68.a.Quod latius loquerentur rhetores:dialectici autem compreßius.

Comprimis.in primis. pro Q.4.a.L. Albius uir bonus & comprimis honeſtus.

Cōprimo,mis.reprimo,ſtringo,conſtringo, retardo, ſedo,frango,reſtinguo.de N.50.b.Tum admonita à Squilla Pinna morſu cōprimit conchas.& 65.b.Humor facilè cōprimi collidiq; poteſt.Acad.36.b.Zeno cū paulū digitos conſtrinxerat,aſſenſus huiuſmodi,tum cū planè compreſſerat,pugnumq; fecerat,cōprehenſionē illam eſſe dicebat. Or.207.a.Nā cum cōpreſſerat digitos pugnumq; fecerat,dialecticā aiebat eiuſmodi eſſe. At.82.a.Græci & ciues Rom.qui frumentū cōpreſſerant,magnum numerū pollicētur.At.44.b.Orationē illā ita cōpreſſerā,ut nunq̄ emanaturā putarē.de Ar.256.b.Iā iſta ſerpens compreſſa atq; illiſa morietur.I.V.29.a.Vt ferocitatē iſtam tuam comprimerē,audaciam frangerē, loquacitatem retardarem.pro Cæl.53.b.Voluptates cum incluſæ diutius & prima ætate compreſſæ & conſtrictæ fuerunt, ſubitò ſe nonnunquam profundunt atq; eijciuntur uniuerſæ.I.P.92.a. Meditare quibus uerbis incenſam illius cupiditatem comprimas atq; reſtinguas.Q.Fr.291.a.Paulo cupidiorē publicanum comprimere.At.157.a.Multa eius magna delècta cōpreßi.I.A.226.b.Niſi Cæſar furentis hominis conatum & audaciam compreßiſſet. & Ep.245.b.pro Mur. 129.a.Qui dicendo comprimat tribunitios furores. I.C. 99.b.Compreßi tuos nefarios conatus amicorum præſidio.& Off.45.b.Top.228.b.Comprimere exultantē lætitiam.de N.56.a.Hac deducimus perterritos à timore, hac geſtientes comprimimus:id eſt,eloquentia. de D.93. b.Duabus animi temerarijs partibus compreßis. pro Domo.241.b. Ne audaciæ quidem locus ad timorem comprimendum fuit.pro Deiot.150.a.Comprimere plauſum.

Comprobo,as.approbo,laudo,collaudo. pro Pom. 17.a. Sententiã tuam laudo, uehementiſſimeq́; cõprobo. Ep.24.5.b. Si tu honorẽ meum ſententia tua cõprobaris. At.154.b.Ita lætor,ut me quaſi patris eius iudicio cõprobari putẽ.& 264.b.Tota poteſtas eius rei tua eſt,ut quæ conſules decreuerũt,&c.non dicã comprobes,ſed ſtudioſè libenterq́; cõprobes. de In.52.b. Iudicatũ eſt res,aſſenſione aut autoritate,aut iudicio alicuius aut aliquorũ cõprobata.Or.218.a.Patris dictũ ſapiens filij temeritas cõprobauit.de Fin.62.b.Neq; uerò hoc oratione ſolum,ſed multo magis uita & factis & moribus cõprobauit. I.V. 132.b.Rẽ aliquã teſtimonio alicuius cõprobari. pro Cor. 65.a. Cũ Gaditanus iuſſa noſtra ſententia ſua cõprobat. Antequã.192.b.Illic animi uolũtas propẽſa cõprobatur, hic memoria collaudatur.pro Do.216.a.Dij immortales numine ſuo reditũ meum comprobauerunt. pro Cecin. 298.b. Has comproba tabulas. pro Cæl.50.a. Perceleri interitu ſerui aiunt eſſe ab hoc comprobatũ uenenum.

Compromiſſum,ſi.facultas à litigantibus arbitro data,arbitrium proferendi,& iudicandi. I.V.122.a.Quod iudiciũ ſecundum Heracliũ de compromiſſis factum erat. & ibi.Pœnis compromiſſisq́; interpoſitis. Ep.201.b. Sed à magiſtris cum contenderẽ de proferendo die, probauerunt mihi ſeſe,quo minus id facerent,& compromiſſo & iureiurando impediri. pro Q.R.46.b. Quæro abs te quid ita de hac pecunia, de tuarum tabularum fide compromiſſum feceris, arbitrum ſumpſeris, quanto æquius & melius ſit dari repromittiq́; ſi peteres?

Compromitto,tis.compromiſſum facio.Q.Fr.316.b. Tribunitij candidati compromiſerunt HS CCCC in ſingulas,apud Catonem depoſitis petere eius arbitratu.

Comptus,a,um.ornatus,compoſitus.I.P.84.b.Erant illi compti capilli & madentes cincinnorum fimbriæ. de Sen.82.b.Compta oratio & mitis.

Compunctus,a,um.natatus,inuſtus, quod ſeruis fieri conſueuit. Offic.37.b. Barbarum & eum quidem (ut ſcriptum eſt) compunctum notis threijcijs, diſtricto gladio iubebat anteire.

Compungo,gis. de Or.123.a.Dialectici ad extremum ipſi ſe compungunt ſuis acuminibus.

Computo,as.ſubduco,calculos ſubduco, rationes confero.I.A.178.a.Compellarat hoſpitẽ præſens,cõputarat, pecuniam imperarat. de Am.107.a.Hoc quidem eſt nimis exiguè & exiliter ad calculos reuocare amicitiam,ut par ſit ratio datorum & acceptorum.ad calculos : id eſt, ad rationes conferendas.

Conatus,tus.uis,impetus.de N.50.a. Appetitus, quo belluæ conatum habent ad naturales paſtus capeſcendas. I.A.129.b. Apuleius princeps fuit ad conatũ exercitus comparandi. Ep.60.b.Qui omnem ſui tribunatus conatum in meam perniciem parat. I.C.110.a.Is omnes motus conatusq́; Catilinæ prohibebit.& ibi.Si cuius incœptũ ullum conatum'ue contra remp.deprehendo. & 99.b. Compreſſi tuos nefarios conatus præſidio amicorũ.pro Syl.181.b. Non hominum ille impetus & conatus fuit,ſed belluarũ.Or.200.a.Hac ego religione nõ ſum ab hoc conatu repulſus.I.C.107.a.Catilina de ſpe conatuq́; depulſus.etc. Anteq.194.a.Conatibus malorũ obuiã ire.de Ar. 245.b.Si impetũ in me facere conabitur,reſiſtã,et eius conatum refutabo.Of.22.b.Pater eius,ille qui Tyberij Gracchi perditos conatus uindicauit. Or.206.a. Alicuius res, ſi nõ perfectio,at conatus tamen & adumbratio. pro Q. 8.a.Magno conatu ſtudioq́; agere aliquid.



Concalefacio,cis. & concalfacio apud Non. ex Cic. ad Panſam.de Or.138.a.Et ait idem cum brachium concaleſcerit,tum ſe ſolere pugnare.

Concalefio,fis. Tuſc.157.a.Quã tamen Democritus concalefactam et ſpirabilem,id eſt,animalem eſſe uoluit.

Concaleſco,ſcis.Tuſc.157.a.Corpora noſtra terreno principiorũ genere cõfecta ardore animi concaleſcũt.At. 63.a. Locus ille animi noſtri ſtomachus ubi hebetabat olim concaluit,ut digerat multa cruda facilius.& At.65.

Concalleſco,ſcis.ſeu potius concalleo.de N.64.b. Callidos uoco,quorum tanquã manus opere,ſic animus uſu concalluit.L.Calleo.

Concauus,a,um.cauus,uacuus.de N.45.b.Speluncarum concauæ altitudines. de Fat.142.a. Socrates iugula concaua non habebat.

Concedo,dis.permitto,do,tribuo,cõdono,offero,remitto,nõ nego,ueniã do,licentiã uel poteſtatẽ permitto, poteſtatẽ do,licentiæ aliquid do,poteſtatẽ defero,poteſtatem largior,poteſtatẽ facio,libertatẽ do,libertatẽ concedo,per me licet,cauſæ nihil dico quin,ſuccũbo,abeo,cedo, aſſentior,ignoſco.pro Cl.58.b.Multi ſæpe in iudicando liberũ peccata parentũ miſericordiæ conceſſerunt,uos ne huius uitã matris crudelitati cõdonetis,rogamus. Ep.56. a.Ab Athenienſibus locũ ſepulturæ intra urbẽ,ut darent, impetrare nõ potui,quod religione ſe impediri dicerent, neq; tamẽ id antea cuiquã cõceſſerant. de Pro.78.a. Ego dolorẽ & inimicitias meas reip.conceſſi. pro Arch.186. a.Si mihi hoc à uobis tribui cõcediq́; ſentiã.pro Mur.135. b.Conceſſit ſenatus poſtulationi tuæ. pro Plan.266.a. Quæ fuit olim præconi in ridendo, nunc equiti Romano in plorãdo nõ eſt cõceſſa libertas. I.V.82.b.Vos quæſo date hoc & cõcedite pudori meo. de Or.127.a.et pro Plan. 275.b.Tibi remitto atq; cõcedo,ut Cn.Plãc.defendas.pro Arch.188.a. Quantũ cæteris ad res ſuas obeundas cõceditur temporis,& ad ipſam requiẽ animi. de Or.111.a.Catulus,cui Græci ipſi ſolent ſuæ linguæ ſubtilitatẽ elegantiamq́; concedere.pro Cecin.305.a.Is ius ſuũ deſeruit,nec quicquam illius audaciæ petulantiæq́; conceſſit. Off.46. b.Multa multis de iure ſuo concedere. pro S.R.38.a. Is diſcipulus magiſtro tantulũ de arte nõ cõcedit. pro Q.17. b.Artes,quibus tu magnus es,tibi concedo. Ep.3.a.Conſules neq; cõcedebant,neq; ualde repugnabant.de Am.Concedere amicis quicquid petant, & impetrare ab eis quicquid uelimus. Off.46.b.Multa multis de ſuo iure concedere. de In.84.a.Qua in re uel cõcedere alteri, uel ad cõditionẽ alterius deſcendere oportebit. pro Fl.154.a. Leuitas totius Aſiæ, de qua nos & libenter & facilè concedimus.I.V.130.b.Vt uix Apronio illi de familiaritate concedere uideatur.Tuſc.223.a.Vt magnitudini medicinæ doloris magnitudo concederet. At.202.b.Et ſi de cupiditate nemini concedam. & 234.a.Non concedo tibi in deſperatione. pro S.R.19.a.Neq; temerè dicto concedi oportet: id eſt,ignoſci.Ep.Nemini concedo,qui maiorẽ ex reipub. pernicie moleſtiam traxerit.Ep.114.b.Nemini concedo, qui tibi uetuſtate neceſſitudinis potior poſſit eſſe. de Or. 89.b.Quibus ego,ut de his rebus omnibus diſſerant, cum cõceſſero,illud tamen oratori tribuã et dabo, ut explicet, &c.& ibi.a.Nã ſi quis hunc ſtatuet eſſe oratorẽ,qui, etc. tamen huic ipſi multa tribuat & concedat neceſſe eſt.I.C. 100.b. Vt opinor ab eorum oculis aliquò concederes : id eſt,abires.de D.117.b.Vnde fulmen uenerit, quò conceſſerit:id eſt,abierit. de N.19.a. Beatos eſſe deos ſumpſiſti, concedimus:beatum autem ſine uirtute neminẽ eſſe poſſe,id



quoq; damus,& libenter quidẽ,uirtutẽ autẽ ſine ratione conſtare non poſſe,cõueniat id quoq; neceſſe eſt: ad iungis,nec rationẽ eſſe niſi in hominis figura,quẽ tibi hoc daturũ putas?pro Fl.148.a. Tribuo illis literas,do multarũ artium diſciplinã,non adimo ſermonis lepõrẽ,ingeniorum acumen,& ſi qua alia ſibi ſumunt, non repugno. de N.60.a.Non magnopere pugno de hac re:id eſt, concedo. pro Cæl.43.a.Datur enim conceſſu omnium huic aliquis ludus ætati. pro Syl.175.b.Permitto aliquid iracundiæ tuæ,do adoleſcentiæ,cedo amicitiæ,tribuo parenti.

Concelebro,as.frequẽto,excolo.Q.de Pet.211.b.Conuiuia quæ facilè abs te & amicis tuis concelebrantur & paſſim & tributim. de In.42.b.Quare mihi uidentur poſtea cætera ſtudia recta atq; honeſta per ocium concelebrata ab optimis enituiſſe:hoc uerò,&c.

Concẽtus,tus.harmonia quaſi conſenſus. de Fin.123. a.Vt in fidibus plurimis ſi nulla earum ita contenta numeris ſit,ut concentũ ſeruare poſſit,omnes æquè incontẽtæ. de Leg.360.a.Concentus auium. Off.29.b. Maior & melior actionum quàm ſonorum concentus eſt. de Som.128. b.Hic eſt,inquit,ille ſonus, qui interuallis coniunctus imparibus,ſed tamen pro rata portione,diſtinctis impulſu & motu ipſorum orbium efficitur,qui acuta cum grauibus temperans æquabiliter concentus efficit. de D.115.a. Cognatio naturæ & quaſi concentus conſenſusq́;, quam Græci συμπάθειαν uocant.de Or.144.a. Omnium doctrinarum quaſi conſenſus, concentusq́;.de N.49.b.Stellarum concentus ex diſſimilibus motibus.

Conceptio,onis.conceptus,formula.de D.118.b.Conceptio mulæ contra naturã fortaſſe,ſed partus propè neceſſarius.de In.79.a.Ibi enim omnis conceptio priuatorum iudiciorum conſtituitur.

Conceptus,a,um.meditatus.pro Cl.45.b. Africanus cum eſſet Cenſor,& in equitum cenſu, C.Licinius ſacerdos prodiſſet,clara uoce dixit ſe ſcire,illum uerbis conceptis peieraſſe:id eſt,dictatis.

Conceptus,tus.conceptio.de D.99.a.Quædam etiam oriebantur ex hominum conceptu & ſatu. de Vn.201.b. Oceanum Salaciamq́; cœli ſatu terræq́; conceptu generatos editosq́; memorant.

Concerno,nis.cerno, uideo. Q.de Pet.307.b.Quod ſi ſatis grati homines eſſent,illa omnia parata eſſe debebant,ſicut parata eſſe concerno.aliàs,Confido.

Concerpo,pis.conſcindo,lacero.At.166.a. Tu tamẽ eas epiſtolas,quibus aſperius de eo ſcripſi,aliquandò concerpito,ego itẽ tuas.Ep.116.a.Quod tibi ſcripſi Curionẽ frigere,iam calet,nam feruentiſſimè concerpitur.

Concertatio,onis.certamen,contentio. de Or.101.a. Infinitæ concertationumq́; plenæ diſputationes. & 114. b.Ieiuna concertatio uerborũ. & Tuſc.181.b.Verborum concertatio. & de Fin.54.b.Concertationes in diſputando pertinaces.de D.93.b.Carneades cõcertationis ſtudio modò ait hoc,modò illud.

Concertatorius,a,um.contentioſus,uehemens.de Cl. 191.b. Thucydides hoc forenſe concertatorium iudiciale non tractauit genus.

Concertatus,ta.Part.238.

Concerto,as. pro Pomp.9.a. Qui ſæpius cum hoſte cõflixit,quàm quiſquã cum inimico cõcertauit.Antequã. 149.b.Nunc ſi lingua eſt concertandũ, innocentiæ uirtute fretus ſupero.At.44.b.Nunquã accidit,ut cum eo uerbo uno concertarim. de N.67.b.Hercules,quem concertaſſe cum Apolline de tripode accepimus.



Conceſſus,a,um.certus.)(.Dubius, controuerſus. de D.103.a.Vides ne ut ad rem dubiam,conceſſis rebus peruenerit? hoc uos dialectici non facitis: nec ſolum ea non ſumitis ad concludendum, quæ ab omnibus conceduntur, ſed ea ſumitis,quibus cõceſſis,nihilo magis efficiatis quod uelitis. & ibi.Quæ dubia ſunt,ea ſumere ipſos pro certis atq; conceſſis.

Cõceſſus,ſus.permiſſus,permiſſio, poteſtas.pro Cæl. 43.a. Datur enim omnium cõceſſu huic aliquis ludus ætati. & Ep.136.a. de Leg.171.b. Si latores leges aliquas conceſſu ſuo ſanxerunt. Ep.52.a.Magna deliberatio eſt, quæ ratio ſit ineunda nobis nõ agendi aliquid, ſed illius conceſſu & beneficio quieſcendi. de Vn.204.a. Philoſophia data eſt nobis deorũ conceſſu & munere.de Cl.172. a.Sed etiam ipſorum inter ipſos conceſſu ita tributũ eſt.

Concha,chæ.genus piſcis teſta cõtectum. de Or.110. b.Sed tamẽ ita ſolet narrare Scæuola,conchas eos & umbilicos ad Caietam & ad Lucrinũ legere conſueſſe. de N. 50.b.Pinna duabus grandibus patula conchis. & ibi.Admonita à ſquilla pinna morſu,comprimit conchas.& 51. a.Platalea conchis ſe complens,easq́; euomens.

Conchyliatus,a,um.murice tinctus.I.A.173.a. Conchyliata periſtromata.

Conchylium,lij.murex,conchæ genus,purpura.I.P. 94.b.Menſa extructa nõ conchylijs aut piſcibus, ſed multa carne,&c. de D.115.a. Oſtreis & conchylijs omnibus contingit,ut cum luna creſcant pariter, pariterq́; decreſcant.Ipſe dabat purpuram,amici opera. & ibid. Nihil niſi conchylio.

Concido,dis,concidi.cado,ruo. pro Pom.7.b. Ruere illa non poſſunt,ut hæc non eodem labefactata motu concidant.Cum ego unà cum rep.conſulari ictu concidiſſem. de D.96.b.Equus ſine cauſa repentè concidit.Or.210.a. Cum meæ forenſes artes & actiones publicæ concidiſſent. Antequam.192.b.Ne omnes concideretis,ardoreq́; flammæ conflagraretis.de Som.131.a. Vel concidat omne cœlum,omnisq́; natura conſiſtat. At.12.a. Senatus authoritas concidit. & ibi. Ne patres conſcripti una plaga accepta conciderent,ne deficerent. At.117.a.Pompeius malas cauſas ſemper obtinuit, in optima concidit. & 160. b.& 43.b.Quis unquam ex tam amplo ſtatu concidit? de Or.141.a.Hoc interim ſpacio conclaue illud ubi epulabatur ſcopas concidit,eaq́; ruina ipſe oppreſſus cum ſuis interijt. Acad.36.b. Artificia concidere dicebas. I.V. 202.b.Iuuat me, hæc præclara nomina artificum Verris æſtimatione ſic concidiſſe. de D.133.a.Contrahi animum & quaſi labi atq; concidere, & ipſum eſſe dormire. pro Dom.240.b.Et mens debilitata metu concidit. pro Pom. 7.a. Scimus Romæ ſolutione impedita fidem concidiſſe. de Clar.168.a.Themiſtocles ueneno epoto mortuus concidit.Item.Concidere animo.Tuſcul.167.b. Lucius Brutus in prælio concidit. Ad Heren.26.b. Vrbs conflagrata concidat.

Concìdo, dis.cædo. pro Flacco 161.a. Membra uxoris fuſtibus debilitauit, manus contudit, digitos confregit, neruos concidit. In Verrem. 101.a. Concidere aliquem uirgis. In Verrem 182.b.Cæde,concide. de Orat. 143.a. Cum omnem authoritatem Senatus in conſpectu populi Romani concideres.I.A.200.a. Vos decretis ueſtris Antonium concidiſtis. & 241.b. Antonius nondum erat ueſtris tam grauiſſimis,tamq́; multis iudicijs ignominijsq́; conciſus. Q.Fr.309.b. Vatinium arbitratu noſtro concidimus.Acad.11.b.Hæc autem uniuerſa concidunt

dunt etiam minutius. de N.20.a.Concidere aliquem totis uoluminibus. Or.220.a.Concidere & delumbare ſententias.Or.219.b.Infringere & concidere numeros. de Pro. 71.a.Pòſt conciſæ ſunt optimæ cohortes. At.76.b. Sed tamen equites noſtros conciſos à Barbaris nunciabant. Ep. 165.b.& 166.a.Panſæ exercitus conciſus eſt. At.250.a. Agripetas Buthroti conciſos audio.

Conciliatio,onis.cõmunio,cõmunitas.Off.30.a.Communem totius generis hominũ conciliationẽ & conſociationem colere,tueri,ſeruare debemus. Acad.33.a. Honeſtum autem quod ducatur à conciliatione naturæ Zeno ſtatuit finem eſſe bonorũ. de N.41.b.Deos inter ſe quaſi ciuili conciliatione & ſocietate eſſe coniunctos. de Or. 128.b.Quæ permotionis cauſa uehementer,uel conciliationis cauſa leniter aguntur:id eſt,beneuolentiæ,fauoris. pro Clu.35.a.Pecuniam Staleno dedit Oppianicus ad conciliationem gratiæ.

Conciliatricula,læ. pro Seſt.7.a.Alter erat nobilitate ipſa blanda conciliatricula commendatus.

Conciliatrix,cis.de N.16.b.Natura blanda conciliatrix,& quaſi ſui lena. de Am.103.a. Virtutis opinio eſt conciliatrix amicitiæ.de L.161.b. Oratio,quæ cõciliatrix eſt humanæ maximè ſocietatis.

Conciliatus,a,um. At.229.b.Puero quoq; hoc à me dabis,ut animum eius conciliatum reddas.

Concilio,as.coniungo,adiungo,iungo,beneuolum facio uel reddo,amicũ facio uel reddo,reconcilio,allicio, reficio,contraho,deuincio,beneuolentiam coniungo, charitatem inter aliquos iungo,cum aliquo conſuetudinem & amicitiã iungo, aliquem ad amicitiã adiungo, amicitiam cum aliquo conſtituo,ſtudia hominũ complecti tenereq́;, adiungere atq; inuitare aliquem ad amicitiã. de Fin.95. a.Simulatq; natum ſit animal ipſum ſibi cõciliari & commendari ad ſe conſeruandũ. de Ar.257.b. Parentibus & patriæ nos primùm natura conciliat. Off.11.a.Oratio conciliat inter ſe homines coniungitq́; naturali quadam ſocietate. pro S.R.28.b.Feras inter ſe partus atq; educatio & natura ipſa conciliat. Acad.33.a. Frui rebus ijs, quas primas homini natura conciliet. pro Pomp.27.b. Nec Pompeij gratiam mihi per hanc cauſam cõciliari puto. pro Clu.19.a.Si quis deus ueſtram mihi beneuolentiam ad audiendum conciliarit. pro Mur.143.a.Magnitudo negocij conciliat gloriam. & ibi.Largitio æquitatis conciliat gratiam. Or.212.b.Aut enim negligenda nobis fuit uoluptas audientium,aut ars eius conciliandæ reperienda. pro Arch.189.a.Ergo ille corporis motu tantum amorem ſibi conciliarat ab omnibus. Off.36.a.Conciliare ſibi animos hominum,& ad uſus ſuos adiungere. de Fin.59.b.Liberalitas,qua qui utuntur,beneuolentiam ſibi conciliant & charitatem. pro Deiot.151.a. Deiotarus,quo cum mihi amicitiam reſp.conciliauit, hoſpitium uoluntas utriuſq; coniunxit. Ep.160.b. & de In.59.a. Conciliare pacẽ inter ciues. I.A.242.b.Mea perſona ad iſtam pacẽ conciliandam minimè fuit deligenda. de Or. 127.a.Eumq́; cui concilies hunc amorem, ſignifices nihil ad utilitatem ſuam retuliſſe. & 127.b.Sentimus amorem cõciliari,ſi id uelle uideare,quod ſit utile ipſis, apud quos agas,defendere. & ibi.Nanq; hæc res amorem magis conciliat,illa uirtutis defenſio charitatem. & 125.a.Ea quæ omnia ualde beneuolentiam conciliant. & 208.a. Ordiri orationem,in quo concilietur auditor, &c. & 96.b. Etiam illa cognoram,initiò conciliandos eorum eſſe animos qui audirent. de Or.125.a.Multum ualet ad uincendum, animos iudicum conciliari quàm maximè ad beneuolentiam erga oratorem. & 119.a.Vt conciliemus nobis eos,qui audiunt. & 127.a.Conciliare ſibi beneuolentiam populi.& 277.a.Itaq; noſtra neceſsitudo debet conciliare te illi.Part.234.b.Amplificatio,quæ motu animorum conciliet in dicendo fidem. At.Conciliare ſibi uoluntatem alicuius. Ep.56.b.Careo omnibus amicis, quorum beneuolentiam nobis conciliarat reſp.et 41.a.Citius ueterem coniunctionẽ diremiſſem,quàm nouam conciliaſſem. & 63.b.Illud nõ dubito,quin ſi te mea ſumma erga te ſtudia parum mihi adiunxerunt,reſpub.nos inter nos conciliatura coniuncturaq́; ſit. Oct.331.a. Cui nulla dignitas maiorum conciliaſſet opem potentium. Part.234.a.Amplificatio,eſt grauior quædam affirmatio, quæ motu animorum conciliet in dicendo fidem. Ep.197.b.Antonius legiones ſibi conciliare pecunia cogitabat.I.V.136.a.Offenſionem & inuidiam pecuniæ conciliandæ cauſa ſuſcipere.& 137.a.Vtrum cum iudices ſitis de pecunia capta & conciliata, tantam pecuniam captam negligere poteſtis? & 137.b.Inuenta eſt ratio quare H S.C X X.millia uno genere conciliauit.

Concilium, lij.conſilium, conuenticulum, cœtus. de In.68.a. Hunc pater ſuus concilium plebis habentem de templo deduxit. de Fin.66.a.b.Quid neceſſe eſt tanquã meretricem in matronarũ cœtum,ſic uoluptatem in uirtutum conciliũ adducere. & 81.a.Opiniones,quæ apud populum,quæ in omni cœtu concilioq; proferendæ ſunt. de N.5.b.Tum Velleius fidenter ſanè,&c.tanquam modò ex deorum concilio & ex Epicuri intermundijs deſcendiſſet:audite,inquit,&c. de D.90.b. In deorum concilium uocari. Sal.in Cic.270.b. In concilio deorum fuiſſe. & ibi.In concilio deorum admitti.Tuſc.163.b.Iis deuium quoddam iter eſt ſecluſum à concilio deorũ. In Vat. 32.b.Conuocare concilium. Off.59.b. Concilium paſtorum. pro Dom.228.a.Quoniã plebi quoq; urbanæ mores, cõuenticula,& quaſi concilia quædam eſſe uoluerũt. de Som.127.b.Concilia cœtuſq; hominũ iure ſociati, quæ ciuitates appellantur. de Sen.94.b.Cum in illud animorũ conciliũ cœtũq; proficiſcar.de L.176.a.Augures poſſunt cõcilia uel inſtituta dimittere,uel habita reſcindere.

Concinnè.pulchrè,facetè. de Or.116.a.Hæc quidem ſunt concinnè diſtributa,ſed non peritè. de * 39.b.Concinnè ut multa Timæus:id eſt,facetè. pro Q.53.a. Hunc rogat blandè & concinnè.

Concinnitas, atis.cõpoſitio lenis,& numeroſa concinnitudo,condecentia. Or.204.a.Collocata uerba habent ornatum,ſi aliquid concinnitatis efficiunt. Or.210. b. Forma ipſa concinnitaſq́; uerborum conficiat orbem ſuum. & 204.b.Illa concinnitas,quæ uerborum collocationem illuminat. de Cla.168.a.Vt memoriam concinnitatis ſuæ relinqueret.& 191.b.& 195.b.Ornata ſententiarum concinnitas.

Concinnitudo, nis. concinnitas. de In.47.b. Exordium ſplendoris & feſtiuitatis & concinnitudinis minimum debet habere.

Concinno,as.adorno,infuco,pingo. Ep.194.b.Ego tamen nactus in nauigatione noſtra puſillum laxamenti, concinnaui tibi munuſculum ex inſtituto meo.

Concinnus,a,um.ornatus, numeroſus,elegans, politus,facetus. Q.Fr.318.a.Mihi erit curæ tectorium ut concinnum ſit. de Cl.195.b. Sententiæ non tam graues & ſeueræ,quàm uenuſtæ & concinnæ. Or.202.b.Sophiſtæ concinnas magis ſententias exquirunt quàm probabiles.



de Cla.190.a. Concinnæ acutæq́; ſententiæ. I.P.92. a.Homo ad perſuadendum concinnus,perfectus, politus è ſchola.de Fin.127.b. Ariſto concinnus & elegans. de Or. 125.a. Concinna,diſtincta,ornata,feſtiua oratio. ad Her. 31.a.Lepida & concinna exornatio. de Or.162.a. Reditus ad rem aptus & concinnus.Or.198.b.Alij in eadem ieiunitate concinniores: id eſt,faceti, florentes etiam & leuiter ornati.I.P.84.a. Hic autem nec tam concinnus helluo,nec tam muſicus iacebat,&c.

Concino,nis.ſimul cano,conuenio, quadro. pro Seſt. 13.a. Hæc tum à me tanquam fata in ipſa re gerenda concinebantur. Tuſcul. 171.a. Hæc cum preſsis & flebilibus modis concinuntur, difficile eſt, &c. de N.39.a. Omnes mundi partes inter ſe concinentes. de Fin.144.a. Vides'ne ut hæc concinant? & hercule mirabilis eſt apud illos contextus rerum, reſpondent extrema primis, media utriſq;, omnia omnibus.

Concio,onis.conuentus,uel multitudo hominum, corona,conſilium,concilium,ſcena,oratio. de N.14.a. Libri Protagoræ in concione combuſti. de Orat.131.a. Quid aliud fuit in quo concio rediret, niſi illa uultus & uocis imitatio? pro Seſt.8.b. Conſul aduocat concionem, habet orationem talem, qualem, &c. I.V.190.a. Aduocare concionem donandi cauſa. de Am.118.b.Concio quæ ex imperitiſsimis conſtat. de Fin.80.b.& Or.218.a. Clamor concionis. At.18.a. Ex hac ego lege ſecunda concionis uoluntate omnia illa tollebam, quæ, &c. pro Flac. 149.a. Nullam maiores noſtri uim concionis eſſe uoluerunt. pro Flac.149.a. Quæ ſciſceret, aut quæ populus iuberet, ſemota concione iuberi uetariq; uoluerunt. & ibid. Græcorum totæ reſp. ſedentis concionis temeritate adminiſtrantur. Ar.254.b. Iſta labes,ea facit conciones, ea miſcet,ea turbat.

Concio.pro oratione ad populum. pro Seſt.24.a.P. Lentulus habuit concionem de me,ad quam populi Romani concurſus eſt factus.I.P.87.a. De mea ſalute P. Lentuli,Cn.Pompeij, cæterorumq́; principum celeberrimæ & gratiſsimæ conciones fuerunt.Ep.60.b. Atq; ille me abeuntem magiſtratu concionis habendæ poteſtate priuauit. & 134.a.& 133.b.Legi concionem tuam,nihil illa ſapientius. Antequam.195.b. In concione mea nihil ponam de rebus meis geſtis. Ep.174.b. Meæq; ille uehementes conciones,tanquã σκιαμαχίαι eſſe uidentur. con.Rul.66. a.Eam primam habent concionem,qua gratiam beneficij ueſtri cum ſuorum laude coniungant.

Concio.pro ſuggeſto,& roſtris. At.54.b. Subitò ille in concionem aſcendit.& Poſt.206.b.de Fin.80.a.Quid enim mereri uelis iam cum magiſtratum inieris, et in concionem aſcenderis,ut dicas,&c.

Conciuncula,læ.de Or.89.a.

Concionalis,le. At.13.a.Illa concionalis hirudo ærarij.& Q.Fr.312.a. Clamor concionalis, id eſt, concionis.

Concionarius, a, um. Q.Fr.308.b.Populus concionarius.

Cõcionator,oris.I.C.120.a.Intellectũ eſt,quid intereſt inter leuitatẽ concionatorũ,& animũ uerè popularẽ.

Concionor,aris.concionẽ habeo. At.152.a.Cæſar poſtero die in oppidũ introiuit,concionatus eſt, inde Romã contendit. de Ar.245.a.De religionibus ſacris concionatus eſt Clodius. Q.Fr.311.b. Cato concionatus eſt,comitia haberi non ſiturum. Ep.163.b.Cum Lepidus concionaretur atq; omnibus ſcriberet,ſe conſentire cum Antonio. Tuſc.239.b.Idemq́; cum in communibus ſuggeſtis conſiſtere non auderet,concionari ex turri alta ſolebat. Tuſc.174.a.Quæ cum ita ſint, magna tamen eloquentia eſt utendũ,atq; ita uelut ſuperiore è loco concionandum, ut homines,&c.

Concipio,pis.cum ad ſemen,& ad generandum propriè pertinet, ſignificat, comprehendo, colligo, accipio, imbibo. de N.31.a.Omnia, quæ terra concipiat ſemina, temperatione caloris oriri & augeſcere. In Arato. Nam quorum ſtirpes,tellus amplexa prehendit,Hæc augẽs anima,uitali flamine mulcet. de N.42.a. Semen incidens in concipientem comprehendentemq́; naturam. de D.122. b.Ita'ne cenſes?antè coronam extitiſſe quàm herbarũ conceptum eſſe ſemen? & 118.b. Vtrum igitur cum conceperit mula,an cum peperit oſtentum eſt? pro Cluent.24.a. Vt id quod conceperat ſeruaret,ut ſaluum parere poſſet. & ibi. Vt unà & illa, & quod erat ex fratre conceptum necaretur.

Concipere.ad alia tranſlatum,pro apprehendere,et accipere; animo & ſpe magna ſuſcipere, credere. pro Cl.24.Hoc quod cõceptum reſpub.periculum parturit, conſilio diſcutiam. de D.125.b.Imbecilli animi ſuperſtitioſa iſta facilè concipiunt. de Orat.126.a.& 125.b. Mens parata ad comprehendendam uim oratoris.& ibi. Nulla materia niſi admoto igni,ignem concipere poteſt. de N.78.b. Is non à deo immiſſum dolorem, ſed conceptum à ſeipſo continebat. & 54.a.Animæ pars redditur reſpirando,pars cõcipitur parte quadam quam uentriculum appellant. I.V.75.a. Vos aliquot iam per annos conceptam huic ordini turpitudinem atq; infamiam delere potuiſtis. pro S.R.29.a. Sanguis paternus, ex quo ſi qua macula concepta eſt, laui non poteſt. pro Syl.179.b.Furor biennio antè conceptus erupit in meo conſulatu. Off. 25.a.Ipſa ſenectus concipit dedecus. Antequam.192.b. Si liberûm conceptam dulcedinem animo incluſam continetis.Poſtquam.198.a.Odium in aliquem conceptum iamdiu continere. de Ar.257.a. Veruntamen nocturnis uigilijs iuſtitium illud conceptum ac meditatum eſt.Tuſcul. 163.b.Qui in repub.uiolanda fraudes inexpiabiles concepiſſent.I.C.105.b.Concipere ſcelus. I.V.78.a.Non iſte maius in ſeſe ſcelus concepit,cũ fana ſpoliaret, &c.quàm ij,ſi qui iſtum,&c.ſententia ſua liberauerint. & 216.b. Magno ſcelere concepto. pro Syl.170.a. Quod flagitiũ non cum Antonio concepiſti? de N.14.b. Ita neceſſe fuit, aut hæc flagitia animo concipere, aut,&c. I.V.250.b. Concipere furorem ex maleficio. de L.190.b.Concipere uicium. I.V.224.a.Concipere magnam cupiditatem auribus:id eſt,ex auditu.de Fin.56.a.Voluptas animo concepta atq; comprehenſa. de L.168.a.Principiò quaſi adumbratas quaſdam intelligentias animo ac mente concipimus. Tuſcul.quæſt.213.b. Diſcordia, ira acerbior intimo odio & corde concepta. & 169.a.Cum iam in præcordijs conceptam mortem contineret.Offic.73.b.Quod ita iuratum eſt,ut mens conciperet fieri oportere, id obſeruandum eſt.

Concipere,eſt formulam aliquam proponere,& exprimere. Off.73.b.Quod ex animi tui ſententia iuraueris,ſicut uerbis concipitur more noſtro,id nõ facere periurium eſt. Q.Fr.316.a.Concipere uadimonium. In Arat. Nam quorum ſtirpes tellus amplexa prehendit, Hæc augens anima uitali flamine mulcet.

Conciſio, nis.part.231.b.Conciſione uerborum.

Cõciſus,a,um.minutus,cæſus,breuis.de Or.114.a.Philoſophi anguſtis & cõciſis diſputationib.alligati. et 158.b.

Quan=

Quanquā hoc ipſum imus, &c. conciſum eſt. de Cla. 170. b. Diſtinctè cōciſa breuitas. D. Or. 200. b. Traſimachus minutis numeris conciſus. At. 250. a. Agripetas Buthroti conciſos audio. pro Seſt. 20. b. Aliquis conciſus plurimis uulneribus. de Cla. 170. b. Conciſæ ſententiæ & interdum nō ſatis apertæ cùm breuitate tum nimio acumine.

Concitatio, onis. motus, commotio. Qu. Fr. 297. b. Vehementes animi cōcitationes. Tuſ. 237. b. Concitatio animi, quā perturbationem uoco. de Cl. 169. b. Plebis concitatione & ſeditione nunciata. de D. 87. b. Concitatione quadam animi aut ſoluto liberoq; motu futura præſentire. & 97. a. Atq; etiam illa concitatio declarat uim in animis eſſe diuinam. & 114. a. Concitatio declarat uim in animis eſſe diuinam. & 114. a. Concitatio mentis.

Concitator, oris. pro Dom. 215. a. Seditionis ſtimulator & concitator tu fuiſti. pro Dom. 215. b. Clodius concitator tabernariorum.

Concitatus, a, um. cōmotus. de Som. 129. a. Conuerſio cœli concitatior. pro Mur. 139. b. Ac teipſum & animi quodam impetu concitatum, & ui naturæ atq; ingenij elatum iam uſus flectet, dies leniet, ætas mitigabit.

Concito, as. cōmoueo, perturbo, ſtimulo, excito, cieo, inflammo. Acad. 36. a. Quò enim ſpectat illud, niſi ut opifices concitentur. Or. 208. b. Alterum quo perturbantur animi & concitantur. pro Mur. 139. a. Concitare ſeditionem ac diſcordiā. Ep. 18. b. Vt quam expectationē de te concitaſti, hanc ſuſtinere ac tuere poßis. pro Mil. 109. a. Cum totius Italiæ concurſus, quem mea ſalus concitauerat, facti illius gloriam libens agnouiſſet. Ep. 166. a. Non modò nationes, ſed etiam ſeruitia concitare. de D. 94. a. Cum à corpore abſtractus animus diuino inſtinctu concitatur. de Or. 102. a. Si quis eſſet ſatis concitatus cohortatione ſua ad ſtudiū cognoſcendæ ueritatis. de Cla. 193. b. Admirabili quodā ad philoſophandū ſtudio concitatus. I. C. 119. a. Noua quædā miſceri et concitari mala. Ep. 244. b. Cum magnū bellū in Cappadocia concitaretur. de Or. 126. a. Hominē iraſci, dolere, omni animi motu concitari. & 104. b. Concitare miſericordiā populi. & 130. b. Concitare riſum. Ep. 18. b. Concitare expectationem ſui. I. V. 239. b. Concitare inuidiam in aliquem. de In. 60. b. Concitare grauem offenſionem in aliquam rem. & iterum 61. a. Concitare magnum odium in aliquem hominem.

Concitus, a, um. commotus. pro Cecin. 287. b. Defenſor nimium litigioſus, concitus ad rixam.

Conclamo, as. I. A. 205. b. Cum uos uniuerſi una mente & una uoce iterum à me conſeruatam eſſe rempublicam conclamaſtis.

Conclaue, uis. cubiculum, triclinium. I. V. 213. a. Singula cōclauia, quæ iſte & Romæ & in omnibus uillis habet, tricenos lectos optimè ſtratos cum cæteris ornamētis conuiuij quærerent. de D. 86. a. Conclaue illud, ubi erat manſurus, ſi ire perrexiſſet, proxima nocte corruit. de Orat. 141. a. Hoc interim ſpacio conclaue illud, ubi epulabatur Scopas, concidit. Qu. Fr. 320. b. Tectum quod ſuper conclauia non placuerat tibi eſſe multorum faſtigiorum. pro Dom. 236. b. Porticus cum conclauibus pauimenta trecentûm pedum. Qu. Fr. 328. b. In primiſq; inferior porticus & eius conclauia fiunt rectè. pro S. R. 29. a. Cum pater cœnatus cubitum in idem conclaue cum duobus filijs iſſet.

Concludo, dis. peroro, efficio, conficio, infero, complector, colligo. pro Seſt. 26. a. Sed ut extremum habeat aliquid oratio mea, concludam illud de optimatibus. de Or. 137. a. Deinde ut concludamus atq; ita peroremus, natura ipſa præſcribit. Or. 208. a. Poſt omnia perorationem inflammantem reſtinguentem'ue concludere. & ib. Singulas argumentationes ita concludere, ut efficiatur, quod ſit conſequens ijs, quæ ſumētur ad quanq; rem confirmandam. & 209. b. Vt argumentum ratione concludat. de In. 36. b. Hoc ſi nolis inferre, & inferas quod ſequitur, fecit igitur inceſtum, & concluſeris argumentationem & perſpicuam fugeris complexionem. de Or. 128. b. Demonſtrare id quod concludere aduerſarij uelint, non effici ex propoſitis, nec eſſe conſequens. de N. 19. a. Argumenti ſententiam concludere more dialecticorum. Acad. 8. a. Quod ſi ita eſſet, quomodo quenquam concluſiſſe aliquid aut inueniſſe diceremus, aut quæ eſſet concluſi argumenti fides? de D. 95. a. Chryſippus ex ipſis exemplis ſolet ratione concludere hoc modo: ſi, &c. de Fin. 53. a. Epicurus non quomodo efficiatur, concludatur ratio tradit. de D. 121. a. Illa igitur ratio concluditur, nec id quod, &c. de Fin. 64. b. Commodius arbitror ex rebus conceßis concludi quid uelis, & ad exitū perueniri. et 78. a. Deinde concludebas, dolorem eſſe ſummum malum. de D. 97. b. Quæ quidem eſſe re uera, hac Stoicorum ratione concluditur, ſi ſint Dij, &c. de Fin. 82. b. Perfecto enim et concluſo, nec uirtutibus nec amicitijs uſquam locum eſſe, ſi ad uoluptatem omnia referantur, nihil præterea magnopere dicendum. de Or. 126. b. Concluſiq; ita, ut dicerem, &c. I. V. 184. b. Concluſurum me eſſe crimen decumarum dixeram. & 227. a. Vt aliquando totam huius generis rationem concludam atq; definiam. de D. 129. b. O acutos homines, qui paucis uerbis negocium confectum putant, ea ſumunt ad concludendum, quorum his nihil conceditur. Par. 122. b. Quod ſi ita eſſe pluribus uerbis diſſerendum eſt, illud tamē breui conficiendum eſt, niſi qui, &c. I. V. 122. b. Facinus crudelitate perfectum & concluſum.

Concludere. claudere, cogere, conſtringere, comprehendere. de Vn. 196. b. Deus intelligentiam in animo, animum coucluſit in corpore. de L. 159. a. Vt hoc ciuile ius quod dicimus, in paruum quendam & anguſtum concludatur locum naturæ. I. V. 255. a. Vrbe portus cingitur et concluditur. de Fin. 138. a. Ne beſtiæ quidem, quas delectationis cauſa concludimus, facilè patiuntur ſeſe contineri. de N. 30. a. Concluſa aqua facilè corrūpitur. de Cla. 167. b. Natura ipſa circunſcriptione quadam comprehendit, concluditq; ſententiam. Or. 219. b. Explere & concludere ſententias. Or. 213. b. Sententia aptè uerbis comprehenſa & concluſa. Or. 216. b. Quorum deſcriptus ordo aliâs alia terminatione concluditur. Ep. 68. a. Si alicuius ancipites uarijq; caſus exitu notabili concluduntur, expletur animus iucundißimæ lectionis uoluptate. pro Mur. 134. a. Prouincia in qua laus æquitatis, integritatis, facilitatis, ad extremū ludorum uoluptate concluditur. de Or. 100. b. Omnia quæ ſunt concluſa nunc artibus, diſperſa & diſſipata quondam fuerunt. & 108. a. Orator autem concludatur in ea, quæ ſunt in uſu ciuitatum uulgari & forenſi. pro Quint. 12. a. In hoc ſingulare iudicium cauſa omnis concluditur. pro Qu. R. 47. a. In hanc formulam omnia iudicia concluſa & comprehenſa ſunt. At. 214. b. Dolobellæ nomen iam expeditum uidetur, ut etiam repreſentatione concludam.

Concluſè. definitè, circunſcriptè. Or. 214. a. Aptè & concluſè aliquid dicere.

Concluſio, onis. clauſula, peroratio, epilogus, complexio, & argumentatio ipſa. de In. 60. a. Concluſio eſt, exitus



exitus & determinatio totius orationis. de Orat. 116. a. Tum alij concluſionem orationis, & quaſi perorationem collocant. de D. 129. b. Concluſio autem rationis ea probatur, in qua ex rebus non dubijs, id quod dubitatur, efficitur. Acad. 17. b. Hæc concluſio, quam habeat uim, conſidera: id eſt, argumentatio uel ratio. Quin. Fr. 299. a. In extrema parte & concluſione numeris ac negocij tui diligentißimus ſis. Or. 213. a. Concluſio ſententiarum. de Or. 159. a. Concluſio uerborum: id eſt, clauſula. de Cla. 167. b. Concluſio ad numerum.

Concluſiuncula, læ. Acad. 19. a. & Tuſ. 184.

Concluſus, a, um. de N. 30. a. Concluſa aqua facilè corrumpitur. & ibi. Anguſtia concluſæ orationis. Or. 198. b. Oratio non concluſa. )(. Oratio terminata.

Concœnatio, onis. Sympoſion. de Sen. 86. b. Græci cōuiuium tum compotationem tum concœnationem uocant.

Concoquo, quis. digero, extero, muto. de N. 30. b. Cleanthes negat ullum eſſe cibum tam grauem, quin is die ac nocte concoquatur. de Fin. 78. a. Cibus facillimus ad concoquendum. de N. 51. a. Platalea conchas ſtomachi calore concoquens, & poſtea euomens. & 53. b. Aluus arcet & continet illud quod recipit, ut id mutari facilè & cōcoqui poſſit. Q. Fr. 328. b. Hæc odia non ſorbeo ſolum, ſed etiā concoquo. pro Q. R. 52. b. Tibi diu deliberandum & concoquendum eſt, utrum, &c. Epiſt. 127. b. Nunc uide utra te κρίσις magis delectet, χρυσιωπεία ne, an hæc quam noſter Diodorus non concoquebat.

Concordia, diæ. conſenſus, conſpiratio. pro Clu. 50. a. Equites ordini ſenatorio concordia cōiunctißimos eſſe cupio. Antequam. 193. b. Pax & concordia extraneis gignetur, cum iam domeſticis non inſideat. Ep. 192. a. Hæc conſpiratio & concordia omnium ordinum ad defendendam libertatem. At. 133. a. Aliquos perfidia hominū diſtractos rurſus in priſtinam concordiam reducere. I. C. 116. b. Reconciliatio concordiæ. pro Clu. 38. b. Nummarius interpres pacis & concordiæ non probatur. I. A. 246. a. Si Cinna cōcordiam cum Octauio confirmare uoluiſſet. At. 101. b. Si ad concordiam res adduci poteſt. & 143. a. Demetrij liber de concordia.

Cōcordißimè. pro Rab. 93. a. Mors illi acerba eius fratris, qui cum concordißimè uixerat.

Concordo, as. conſlo, congruo, conſentio, cū aliquo ſentio, idem ſentio, concino, concentum ſeruo. )(. Diſſentio. Tuſ. 215. b. Sic animi ſanitas dicitur, cum eius iudicia opinioneſq; concordant. Ter. 131. a. Si cōcordabis cum illa, habebis, &c. Item. de Am. Omnes uno ore conſentiunt, & omnes ad unum ſentiunt.

Concors, dis. conſentiens, cōueniens, coniunctus. cōcordes ſunt quorum ſenſus in aliqua re congruunt. pro Lig. 137. b. An ille cum P. Actio, quàm cū concordißimis fratribus eſſe maluiſſet? de L. 190. a. Moderatus & concors ciuitatis ſtatus. de Vn. 197. b. Mundus ipſe ſe concordi quadam amicitia et charitate cōplectitur. de Ar. 254. a. Quod anno antè frater Metellus & concors etiam tum ſenatus principi Cn. Pompeio ſententiam dicenti excluſerat. I. V. 222. a. Eſſe coniunctißimo animo cum aliquo. Or. 207. b. Niſi inter eos conuenit, quid ſit, &c.

Concredo, dis. credo, commendo. pro Q. 11. b. Alphenus, cui tu rem tuam cōmendare proficiſcens, & cōcredere ſolebas. pro S. R. 37. a. Cui fortunæ uiui commendatæ ſunt atq; concreditæ.

Concrepo, as. Of. 66. a. Si uir bonus hāc habeat uim, ut ſi digitis cōcrepuerit, poßit in locupletium teſtamenta nomen eius irrepere, hac ui nō utatur. con. Rul. 82. a. Qui ſimul ac decemuiri cōcrepuerint, expediti ad cædem poſſint eſſe. pro Cæl. 51. b. Deinde ſcabella cōcrepant, aulæum tollitur. Or. 212. a. Concrepuit.

Concreſco, ſcis. de N. 31. a. Aqua neq; conglaciaret frigoribus, neq; niue pruinaq; concreſceret, niſi eadem ſe admiſto calore liquefacta & dilapſa diffunderet.

Concretio, onis. compoſitio. de Vn. 203. b. Cauſæ, quæ uim habeant caloris & frigoris, concretionis & liquoris. de N. 15. b. Epicurus corporum concretionem fugit, ne interitus & dißipatio conſequatur. Tuſ. 162. a. Deum eſſe mentem ſolutam quandam & liberam, ſegregatam ab omni concretione mortali, &c.

Concretus, a, um. conflatus, compoſitus, quaſi conglutinatus. Tuſ. 162. a. Nihil eſt in animis mixtū atq; concretū, aut quod ex terra natum atq; fictum eſſe uideatur. Tuſc. 163. a. Quoniam nihil ſit animis admixtum, nihil concretum, nihil copulatum, nihil coagmentatum, nihil duplex. & 161. a. Quid enim obſecro te, terra'ne tibi, aut hoc nebuloſo & caliginoſo cœlo, aut ſata, aut cōcreta uidetur tāta uis memoriæ? & ibi. Quid illa uis? quæ, &c. ex hac ne tibi terrena mortaliq; natura, & caduca concreta ea uidetur? & 158. a. Nam nunc quidem foramina illa, quæ patēt ad animū à corpore, terrenis concretiſq; corporibus ſunt interſepta quodam modo. Tuſ. 157. a. Neceſſe eſt ut animi ferantur ad cœlum, & ab his perrumpatur & diuidatur craſſus hic & concretus aer, qui eſt terræ proximus. de N. 34. a. Aer purus ac tenuis. )(. cœlum craſſum atq; concretum. de D. 107. b. Pingue & concretum eſſe cœlum. de N. 16. a. Species deorum, quæ nihil habeat concreti, nihil ſolidi, nihil expreßi, nihil eminentis. de Vn. 199. b. Deus omne quod erat concretum & corporeum ſubſternebat animo. de N. 46. a. Aer fuſus & extenuatus in ſublime fertur: concretus autem in nubem cogitur. Tuſ. 242. a. Initia unde omnia orta, generata, concreta ſunt. Tuſ. 160. a. Nam ſanguinem, bilem, pituitam, etc. uideor poſſe dicere, unde concreta & quomodo facta ſint. de N. 65. b. Corpus concretum ex elementis: id eſt, compoſitum. & 66. a. Etenim aut ſimplex eſt natura animantis, &c. aut concretū ex pluribus naturis. de D. 84. a. Cum claram ſpeciem concreto lumine luna Abdidit. I. P. 84. a. Animal ex nefarijs ſtupris, ex ciuili cruore, ex omnium impunitate concretum.

Concubina, næ. de Or. 100. a. Cum quæreretur, etc. & de eius matre, quæ ſi iudicaretur certis quibuſdam uerbis, non nouis nuptijs fieri cum ſuperiore diuortium, in concubinæ locum duceretur.

Concubitus, tus. coitus. de N. 10. b. Concubitus deorū cum humano genere.

Concubius, a, um. cum omnes cubant, intempeſtus. ut nox concubia. de D. 9 . b. Qui cum cœnati quieſcerent, cōcubia nocte uiſum eſt in ſomnis ei, qui, &c.

Conculco, as. protero, obtero. At. 125. a. Conculcari miſeram Italiam uidebis proxima æſtate, ab utriuſq; mancipijs, &c. I. P. 92. b. Piſo ad portā Aeſquilinā, Macedonicā lauream conculcauit. pro Fl. 157. b. & pro Dom. 235. b. Proterere & conculcare aliquem.

Concumbo, bis. uel concubo, as. de Fat. 146. a. Quia ita fatum ſit, & concubiturum cum uxore Laium, & ex ea Oedipum procreaturum. & 126. a. de In. 51. b. Si peperit, cum uiro concubuit.

Concupiſco, ſcis. cupio. de N. 6. b. Quid autem erat, quod concupiſceret deus mundum ſignis ornare? de Fin.

60.a. Quæ autem cupiditates inanes ſunt, his parendum non eſt, nihil enim deſiderabile concupiſcunt. de D.91.a. Cuius mors ita glorioſa fuit, ut eam concupiſceret filius. I. A.201.a. Quid concupiſcas tu uideris, quod concupiueris certè habebis. Ep.147.b. & 149.a. Concupiſcere aliqd perniciosum. pro Clu.22.b. Is Saßiam in matrimonium ducere concupiuit. pro Q.12.b. Sicut tu ſemper ſummè concupiſti. At.140.a. Cn. noſter Syllani regni ſimilitudinem cõcupiui: & 11.a. Cæſar omnia omnium concupiuit. Orat. 197.a. Qui res magnas & maximè expetendas concupierunt. pro S.R.36.a. Prædia alterius concupiſcere. Parad.125.b. Diuitias infinitè concupiſcere. I.A.158.b. Credo uos non opes uiolentas, &c. ſed charitatem ciuium & gloriam concupiſſe.

Concubitus, a, um. Tuſ.214.a. Nam cum eſt concupita pecunia, nec adhibita continuò ratio, &c. permanat in uenas illud malum, &c.

Concurro, ris. conuenio, conuolo, confugio, confligo. pro R.P.125.b. Si uobis nunciaretur hanc legem ferri, concurrendum ad curiam putaretis. & ibid. Conuolaretis ad roſtra. Quin. Fr.302.b. Si diem nobis Clodius dixerit, tota Italia concurret. pro Quin.14.b. Vt ſtatim de iure aliquis concurrerit, non toto triduo DCC. millia paſſuum conficiuntur. I.V.234.a. Concurrit ad me maxima multitudo. pro Mil. 109.a. Ipſe cunctæ Italiæ cupienti ſignum dedit, ut ad me reſtituendum Romam concurrerent. I.A. 228.b. Concurritur undiq; ad commune incendium extinguendum. contra Rul.68.b. Concionem aduocari iubet, ſumma cum expectatione concurritur. & ibid. Concurrunt plures uno tempore librarij, deſcriptam orationem ad me afferunt. Attic.20.b. Et raptim in eam ſententiam pedarij concurrerunt. Epiſt.162.a. In aciem copias de uico produxit, & ſine mora concurrit. At. 120.a. Nulla eſt ſedes, quò concurrant, qui remp. defenſam uolunt. ad Brut. 90.b. Ne darem perditis hominem parum ſanum, quò concurrerent. Or.211.a. Cum autem nobis nõ dicitur, quia obſcœnius concurrerent literæ. de Or. 159. a. Verba ne aſperè concurrant, ne'ue uaſtius diducantur. de D.137.b. Nemo ſomnijs crederet, niſi iſta caſu nonnunquam fortè temerè concurrerent. ad Her.7.b. 8.a. Si quæ ſuprà dicta ſunt, ſigna concurrent. de Fin.131.a. Res enim contrariæ concurrunt. I.A.255.b. Vtrum ſit æquius cõcurrere an conſentire, &c. Ex epiſtola M. Antonij. At.253.a. Ad Balbum ſcripſi, ut ſi quid tale accidiſſet, ut non concurrerent nomina, ſubueniret, &c. Off.10.a. Quæ ut concurrant omnia optabile. pro Plan. 276.a. Sæpe concurrit, ut eodem tempore multa mihi agenda ſint.

Concurſatio, onis. Ep. 2.b. Libonis & Hipſei non obſcura concurſatio & contentio. de Cla. 187.a. & 196.b. Multa concurſatione multoq; clamore. pro Dom. 216. a. Quid puerorum illa concurſatio nocturna? de D.138. b. Cedò tandem qui ſit ordo, aut concurſatio ſomniorum. I. A. 236. b. In tanta concurſatione perturbationum. l. Concurſus.

Concurſio, onis. concurſus. Or.211.a. In ea eſt crebra iſta uocum concurſio, quam magna ex parte ut uicioſam fugit Demoſthenes. ad Her.27.b. Crebræ uocalium concurſiones. Acad. 40.a. Corpuſculorum concurſio fortuita. de Fin. 25.a. Corpora indiuidua in infinito inani ita ferri, ut concurſionibus inter ſe cohæreſcant. Top.227.a. Concurſio rerum fortuitarum. de Or.162.a. Concurſio, quæ uerborum exornatio eſt.

Concurſo, as. Ep.95.b. Vt noſtras uillas obire & mecum ſimul lecticula concurſare poßis. pro S.R.31.b. Qui armati noctes dieſq; concurſabant. pro Mur. 134.b. Præſertim cum iam hoc nouo more omnes ferè domos omniũ concurſent. de D.135.a. Deos immortales concurſare omnium mortalium non modò lectos, uerùm etiã grabatos, &c. de N.48.b. Corpora huc & illuc temerè concurſantia. At.9.a. Concurſabant barbatuli iuuenes. I.V. 241.b. Tum, inquam, concurſant cæteri prætores. & 251.b. Obire prouinciam & concurſare.

Concurſus, ſus. conflictio, contentio, motus, effuſio, concurſio. At.76.b. Concurſus fiunt ex agris & uicis, et ex domibus omnibus. de Cla.192.a. Cum Demoſthenes dicturus erat, concurſus audiendi cauſa ex tota Græcia fiebant. At. 274.a.b. Nam tantæ multitudinis, quantam capit urbs noſtra concurſus eſt ad me factus. I.V. 211.a. Quem concurſum factum in oppido putatis? & 249.a. Ei concurſus undiq; fiebant. Att.10.b. Clamor concurſuſq; fit. pro Deiot.149.a. Quos concurſus facere ſolebat, quàm ſe iactare? de D.119.a. Cum Bubulcus clamorem edidiſſet, cõcurſum eſſe factum, totamq; in eum locum Hetruriam conueniſſe. At.74.b. De concurſu legationum priuatarum, & de incredibili multitudine, quæ mihi mirabilem in modum Epheſi præſto fuit, audiſſe te puto. I.P.90.b. Quid dicam effuſiones hominum ex oppidis, quid concurſum ex agris? pro Dom.242.a. Italiæ magnificentißimus ille motus, municipiorumq; concurſus. At.279.a. Omnis omniũ concurſus ad te futurus eſt. Acad.18.a. Mihi autem magis uidetur non potuiſſe ſuſtinere concurſum omniũ philoſophorum. Ep.69.b. Quæ cogitatio ui tempeſtatum & cõcurſu calamitatum erat aliquantum labefactata atq; conuulſa. de Cla.167.a. Concurſus quinq; artium maximarũ, &c. de Fin.88.b. Magnus concurſus honeſtißimorũ ſtudiorum. Part.239.a. Ex rationis, & ex firmamenti conflictione, & quaſi concurſu quæſtio exoritur. de N.14.b. Mundum eſſe factum concurſu atomorum fortuito. Part. 231. b. Concurſus aſper literarum. de Or. 158.b. Collocationis eſt componere & ſtruere uerba ſic, ut ne'ue aſper eorum concurſus ſit, ne'ue hiulcus. Or. 211.a. Extremorum uerborum cum inſequentibus primis concurſus, aut hiulcas uoces efficit aut aſperas.

Concutio, tis. uehementer commoueo. I.A.181.a. Is leges Cæſaris, ut remp. concutere poſſet, euertit. pro Mil.116. b. Concuſſa hominum licentia & cupiditatibus fractis.

Condecentia, tiæ. Cõcinnitas, decorũ, ornatus. de Orat. 161.b. Orator uerbis quidem ad aptam compoſitionem, & condecentiam: ſententijs uerò ad grauitatem orationis utatur.

Condemnatus, a, um. pro Seſt.21.b. Rerum capitalium condemnati.

Condemno, as. damno. )( Abſoluo, libero. Epiſt. 18.a Quare ſi iniquus es in me iudex, cõdemnabo eodem ego te crimine. I.V.95.b. Ego hoc uno crimine illũ condemnem, neceſſe eſt. de Pro.74.a. Qui Gabinij literas inſigni quadam nota & ignominia noua condemnaſtis. pro Cla. 41. b. Scæuola condemnatus eſt alijs criminibus. I.A.171.a. Antonius lenticulam de alea condemnatum reſtituit. de Or. 99.a. Cæteros non dubitabo primùm inertiæ condemnare ſententia mea, pòſt etiam impudentiæ. Ep.238.a. Piſo ſceleris condemnat generum ſuum. I.A.161.a. Cuius etiam familiares de ui condemnati ſunt. Ep. 84.b. Ea ciuitas, in quam tot nefariorum ſcelerum condemnati reuerterunt. de Or.105.a. Cuius reſponſo ſic iudices exarſerunt, ut capitis hominem innocentißimum condemnarent. pro *92.





b. Condemnari capitis. I.V.112.b. Condemnari iniuriarũ. pro Cec.302.b. Condemnari ſponſionis. )( Vincere ſponſionem. pro Fl.155.a. Poles item pecuniæ publicæ eſt condemnatus. I.P.82.b. Crudelitatis tu furcifer ſenatũ conſul in concione condemnas? pro Q.2.b. Arbitrium pro ſocio condemnari. pro S.R.37.a. Turpißimo iudicio condemnari. Brut.90.b. Ego fidem conſulum non condemnabã, quæ ſuſpecta uehemẽter erat. I.P.88.a. Amici tui ſilentio temeritatem tuã condemnauerunt. & ibi. Tuũ factũ eſt cõdemnatum iudicio amicorũ. de N.40.b. Condemnare aliquem cauſa incognita. Antequam.195.b. Sententijs iudicum cõuinci: id eſt, cõdemnari. I.V.113.a. Hunc hominem Veneri abſoluit, ſibi condemnat.

Condico, cis. dicto conuenire & ſignificare. Ep. 15.b. Craſſus penè à meis laribus in prouinciam profectus eſt, nam cum mihi condixiſſet, cœnauit apud me in mei generi Craßipedis hortis.

Condimentũ, ti. conditio, ſapor qui cibos cõmendat. de Fin.83.b. Socrates dicebat cibi condimentũ eſſe famẽ, potionis ſitim. Off.76.b. Nam ut tribuamus aliquid uoluptati, condimenti fortaſſe nonnihil, utilitatis certè non habebit. de Am.108.b. Accedat huc ſuauitas oportet ſermonũ, atq; morum, haud quaquam mediocre condimentũ amicitiæ. de Or.134.a. Hæc omnium ſermonũ condimenta ſunt. Q.Fr.294.a. Seueritatem acerbã multis condimentis humanitatis mitigare.

Condio, dis. aliquo ſapore commendo, tempero. Tuſc. 247.a. Labor in uenatu, ſudor, curſus ab Eurota, ſitis, fame: his enim rebus Lacedæmoniorum epulæ cõdiuntur. & ibi. Quis hoc non uidet, deſiderijs iſta condiri omnia? Ep. 107.b. Iſti herbas omnes ita condiunt, ut nihil poßit eſſe iucundius. Tuſc.171.b. Perſæ mortuos cera circunlitos cõdiunt. At.200.a. Hilaritate triſtitiam temporum condiebamus. de Or.128.a.b. Oratio illa temperata eſt, in qua aſperitas contentionis oratoris ipſius humanitate conditur. pro Clu.32.b. Qui uicia, quæ ab natura habet, artificio quodam malitiæ condiuit. Or. 215.a. Omnino duo ſunt quæ condiant orationem, uerborum numerorumq; iucunditas. pro Mur.140.a. Quare non erunt illa quidem meliora, ſed certè condita iucundius. Off.27.a. Sale conditus & facetijs Cæſar. de N.56.b. Mandare aliquid conditum uetuſtati. At.133.a. Conditiones ciborum & compoſitiones unguentorum.

Condiſcipulus, li. Tuſ.156.b. Dicæarchus cum Ariſtoxeno æquali & cõdiſcipulo ſuo. de N.8.b. Xenocrates Ariſtotelis condiſcipulus. pro Syl.170.a. Et ſe meum condiſcipulum in pueritia commemorauit fuiſſe. At.78.b. Tui condiſcipuli.

Conditio, onis. condimentum, modus, ratio, lex, pactio, pactum, fortuna, ſtatus, locus, ius, cauſa. de N. 55.b. Perſpicuum eſt enim, quò compoſitiones unguentorum, quò ciborum conditiones, quò corporum lenocinia proceſſerint. de Diuin.104.a. Natura fruges terræ, baccaſq; arborum generi humano dedit, & earum cultus conditioneſq; tradidit.

Conditio. modus, ratio, lex, pactum, pactio, fortuna, ſtatus, locus, ius, cauſa. Ep.163.b. Adde huc quod literæ perferri nulla conditione potuerunt. Ep. 174.b. Legionem Martiam & quartam negant, qui illas norunt, ulla conditione ad te poſſe perduci. de Fin.138.a. Appetit animus aliquid agere ſemper, nec ulla cõditione quietem ſempiternã poßit pati. pro Mar.132.a. Ea uiciſti, quæ & naturam & conditionem, ut uinci poſſent, habebant. pro Rabir. 63.b. Harum rerum non ſolum euentus atq; perpeßio, ſed etiã conditio, expectatio, mentio deniq; ipſa indigna homine libero eſt. Ep.71.b. Homines nos ea lege nati ſumus, ut omnibus telis fortunæ propoſita ſit uita noſtra, nec eſt recuſandum, quo'minus ea qua nati ſumus cõditione uiuamus. pro.Mur.138.a. Iniquam legem & miſeram conditionem inſtituet periculis hominũ, ſi exiſtimabit, &c. de Vn.202. a. Homines mortali conditione eſſe generatos. Tuſc. 198. b. Alienum appetis, qui mortalis natus conditionem poſtules immortalium. At.237.b. Ea conditione nati ſumus, ut nihil, quod homini accidere poßit, recuſare debeamus. Tuſ.151.a. Et quid ergo intelligit, quantum mali ex humana conditione deieceris? I.A.264.a. Ita pro mortali conditione uitæ immortalitatem eſtis conſecuti. Epiſt.197.a. Omnem conditionem imperij tui ſtatumq; prouinciæ mihi demonſtrauit Tratorius. de D.127.b. Omnes eodẽ tempore ortos eadem conditione naſci. pro Cor. 50. b. Alicui grauem legem uitæ & conditionem conſtitui. Epiſt.73.b. Et qua conditione omnes homines, & quibus temporibus nati ſumus cogitet. pro Mur.135.a. Sed non libenter duriorem fortunæ communi conditionem te autore conſtituit. pro Mil.119.b. Conditio atq; fortuna hominum infimi generis. Off. 9.a. Eſt autem infima conditio, & fortuna ſeruorum. pro Cæl.49.b. Serui, quos intelligebat non communi conditione ſeruitutis uti, ſed licentius cum domina uiuere. pro Cor.59.b. Serui, quorum uis & fortunæ conditio infima eſt. pro Mar.133.a. Cum ipſius uictoriæ conditione, iure omnes uicti occidiſſemus. At.285.b. Niſi fortè non de ſeruitute, ſed de conditione ſeruiendi recuſandum eſt à nobis. Parad.123.b. Qui cupiditate peculij nullam cõditionem recuſant durißimæ ſeruitutis. I.C.107.a. O conditionem miſeram non modò adminiſtrandæ, ſed etiam cõſeruandæ reipub. pro R.P. 125.a. Prouidete ne duriorem uobis conditionem ſtatuatis. I. C. 122.a. Seruus eſt nemo, qui modò tolerabili conditione ſit ſeruitutis, qui non, &c. pro Cor. 62.a.b. In ſuperiore conditione & cauſa poni. de Sen.91.b. At ſenex eo meliore conditione eſt, quàm adoleſcens, cum id quod ſperat ille, hic aſſecutus eſt. Ep. 79. a. Nec debes dubitare, quin aut aliqua rep. ſis futurus qui eſſe debes, aut perdita non afflictiore conditione quàm cæteri. contra Rul.89.a. Libera meliore iure ſunt, quàm ſoluta, &c. ſoluta meliore in cauſa ſunt, quàm obligata: immunia commodiore conditione ſunt, quàm illa quæ penſitant. Ep.47.b. Quæ quia non uides, mihi non uideris meliore eſſe conditione, quàm nos qui uidemus. & 48.b. Atque hoc ipſo melior eſt tua quàm noſtra conditio, quod tu quid doleas ſcribere audes, nos ne id quidẽ tutò poſſumus. I.C.123. a. Quanquàm ineſt in uno loco conditio melior externæ uictoriæ, quàm domeſticæ, quod, &c. Ep.119.a. Non expeditur ſucceßio, quando Galliæ, quæ habent interceſſorem, in eandam conditionem, quam cæteræ prouinciæ, uocantur. pro Do.226.a. Ego pro patria mori dubitarem? hoc meliore conditione quàm Decius, quod ille, &c. ego, &c. I.C.117.a. Earum rerum quas geßi, non eſt eadem fortuna atq; conditio, & illorum, qui, &c. quod mihi, &c. illi, &c. & 118.a Mihi hæc conditio conſulatus data eſt, ut omnes acerbitates perferrem. de Pro.72.a. Et in utriuſq; pari ſcelere diſparem conditionem facit. Ep.73. b. Ea deniq; uidetur conditio impendere legum, iudiciorum, temporum, ut optimè actum cum eo uideatur eſſe, qui, &c. pro Cluen.44.b. Hanc conditionem ſupplicij maiores in bello timiditati militis propoſitam eſſe uoluerunt. pro Flac. 151. a. Hæc etiamſi in homine ipſo, de

quo agitur, negligenda ſunt, tamen in cōditione atq; in exemplo pertimeſcenda uidentur. pro Clu.49.b. Conuerte nunc ad cæteros ordines, eaſdē uitæ conditiones non perferrent. contra Rul.77.a. Qui ſe miſericordia ſenatus, non agri conditione defendunt. pro Cæl.40.a. Quare iſta conditio iudices reſpuatur, nec Catilinæ familiaritatis crimen hæreat. I.C.111.a. Et quod ſalutis certa lætitia eſt, naſcendi incerta conditio. pro Quin.3.b. Quintius deteriore tempore abſens auctionatur, Scapulis difficiliore conditione diſſoluit. pro Cl.37.a. Aequa conditione diſceptare. & ibi. Iniqua conditione cauſam dicere. contra Rul. 69.b. Paucas tribus non certa conditione iuris ſe ſortis beneficio fortuito ad uſurpandam libertatem uocare. pro Plan. 251.a. Eſt enim conditio liberorum populorum, poſſe ſuffragijs uel dare, uel detrahere quod uelint cuiq;. & 260.a. Si illam accuſationis conditionem ſequar: id eſt, ut neceſſe habeam hunc illi anteponere. pro Cor.59.b. Hanc tu igitur conditionem ſtatuis tuis ciuibus, ut quod ijs, quos Gatitanis adiutoribus armis ſubegimus, liceat id'ne liceat ipſis, &c. pro Cæl.41.b. Et contra periculoſiſſimas hominum potentias, conditioni omnium ciuium prouidete. pro R. P.123.b. Quid ergo iſta conditio eſt teſtium, ut quibus creditum non ſit negantibus, ijſdem credatur dicentibus. & 125.a. Qui ſuo iudicio eſſent illam conditionem uitæ ſecuti. Epiſt.21.b.22.a. Eaq; mihi conditio maneat, qua profectus ſum. I.A.226.b. Certi fines Macedoniæ, certa conditio, certiſſimo modo etiam erat illius exercitus. I.A.209. b. Scilicet ad eum legatos miſimus, non ut parêret, ſed ut conditiones ferret, leges imponeret. & 206.a. Quæ uobis poteſt cum hoc gladiatore conditionis, æquitatis, legationis eſſe communitas. & 193.b. Hoſtis, cum quo nulla pacis cōditio eſſe poſſit. de Pro. 79. a. Præſertim cum ab illis aliquotiens conditio C. Cæſari lata ſit, ut eaſdem leges alio modo ferret, qua conditione auſpicia requirebāt, leges comprobabant. pro Cæl.45.a. Hinc licet conditiones quotidie legas: id eſt, tibi ab amatoribus latas. Epiſt. 118.b. Alterutram ad conditionem deſcendere uult Cæſar, ut aut, &c. aut, &c. & 123.b. Cæſar fert illam conditionem, ut ambo exercitus tradant. & 261. a. Feruntur omnino conditiones ab illo, ut Pompeius eat in Hiſpaniam, &c. & ibi. Accepimus conditiones, ſed ita ut remoueat præſidia ex ijs locis, quæ occupauit. & ibi. Sin ille ſuis conditionibus ſtare noluerit, bellum paratum eſt, eiuſmodi tamen quod ille ſuſtinere non poſſit, præſertim cum à ſuis conditionibus ipſe fugerit. Tuſc. 168. b. Quid eſt igitur, quod querare, ſi repetit cum uult? ea enim conditione acceperas. pro Quin. 16. a. Quo in loco conditionem tuli, ſi uellet pecuniam petere, Quintium iudicatum ſolui ſatiſdaturum, dum ipſe ſi quid peteret, pari conditione uteretur. pro S.R.23.b. Hanc conditionem miſero ferunt, ut optet, utrum malit, &c. At.133.a. Nec Pompeium ad ullam conditionem acceſſurum putabam. Or.220.b. Aut reperiam ipſa eadem conditione qui uti uelit, ut, etc. pro Q. R.52.a. Eſt hoc & ex conditione iuris, & ex conſuetudine cautionis firmiſſimū argumentū. Q.Fr.307.a. Si conditio ualde bona fuerit, fortaſſe non omittam. pro Q.18.a. Tranſigere cum aliquo qualibet dummodo tolerabili conditione. At.133.b. Qui ut adduci tali tempore ad ullā conditionem poſſit, magis opto quàm ſpero. pro Quin. Hunc conditionibus quoad poteſt perducit. pro Q.8.a. Conditionem æquiſſimam repudiare. & 4. b. Aliquem iniquis rationibus ad ſuas conditiones perducere. & 3.b. Aliquem ſuis conditionibus in ipſo articulo temporis aſtringere.

pro Arch.190.b. Iuſſit ei præmium dari ſub ea conditione, ne quid poſtea ſcriberet. pro Mil. 116.b. Fingite cogitatione imaginem huius conditionis meæ, ſi poſſim efficere, ut Milonem abſoluatis: ſed ita ſi Clodius reuixerit. Epiſt. 86.a. Aut ea conditione daret, ſi reciperes te correcturum.

Conditor, oris. qui cibos condit & parat, cocus. pro Clu.32.b. Atq; etiam ipſe conditor totius nogocij Guttam aſpergit huic Bulbo. Poſtquam.207.a. Conditor inſtructorq; conuiuij.

Condîtus, a, um. à condiendo. gratus, ſalſus, temperatus. de Sen. 89.a. Tum conditiora facit hæc ſuperuacanei operis aucupium & uenatio. Attic.222.a. Nec id ſolum, ſed bene cocto & condito ſermone bono. de Orat. 152. a. Vnguentum ſumma & acerrima ſuauitate conditum. de Clar. 174.b. Niſi id quod dicitur ſit, uoce, uultu motuq; conditior. & 180. b. Nemo unquam ſuauitate conditior. de Sen. 79.b. Comitate condita grauitas. de Orat.129.b. Nulla oratio unquam fuit lepôre & feſtiuitate conditior.

Conditus, a, um. à condendo, recunditus, repoſitus. de D.131.a. Quamobrem Sibyllam quidem ſepoſitam & conditam habeamus. Tuſcul. 148.b. Homerus fuit ante Romam conditam. Brut. 166.a. Fructus conditi. pro Mur. 136.a. Sic ut ei iam exploratus & domi conditus conſulatus uideretur.

Condo, dis. conſtituo, ædifico, recondo, repono. I.V. 216.b. Segeſtam ab Aenea conditam eſſe demonſtrant. de D.98.b. Qui Reſpublicas conſtituerunt, qui urbes condiderunt. I. C. 111.a. Romulus, qui hanc urbem condidit. I.V.86.a. Tenes, qui urbem illam condidiſſe dicitur. Or. 215.a. Ab hoc qui cœpit conditas, ab illa qui conſtitutas accepit captas dicetis Syracuſas. de D.126.b. Ex illa olea arcam eſſe factam & conditas ſortes. pro Dom.232.b. Rempublicam condere meo diſceſſu, quàm omnium interitu occidere malui. I.C.116. b. In animis ego ueſtris omnes triumphos meos condi & collocari uolo. de D.107.a. Sic in cauſis conditæ ſunt res futuræ. de Sen.81.b. Serere, percipere, & condere fructus. I.V.132.b. Literas in ærario ſanctiore condi imperauit. contra Rul.83.b. Vt eſſet locus comparandis condēdiſq; fructibus. de N.57.b. Scientia condendi ac reponendi fructus. & ibi. Neq; homines murium ac formicarum cauſa frumentum condunt. de Leg. 181.a. In eo ſepulchro regem noſtrum Numam conditum accepimus. & ibid. Nam ſiti dicuntur ij qui conditi ſunt. Tuſc.233.b. Metrodorus omne bonum in uiſceribus medulliſq; condidit. In Arat. Et Cepheus conditur ante lumborum tenus. pro Clu.32.b. Qui illi pecuniæ, quam condiderat, ſpe iam atque animo incubaret. contra Rul. 80.a. Vt liceat illi inuidiam deponere, pecuniam condere. de Or.133.b. Condere luſtrum. I.V. 251. a. Condi in carcerem. de Leg.171.b. Condere leges. Attic.13.b. Condere poema.

Condocefacio, cis. doceo, commoneo. Tuſ.245.b. Nemo eſt enim, qui eorum bonorum animum putet eſſe iudicem, eumq; condocefaciat, ut ea quæ bona, malá ue uideantur, poſſit contemnere.

Condocefactus, cta. doctus. de N.58.b. Belluæ domitæ & condocefactæ.

Condoleo, les. doleo. de Or.143.a. Namq; latus ei dicēti condoluiſſe, ſudoremq; multum conſecutum eſſe audiebamus. Tuſ.186.b. Nos ſi pes condoluit, ſi dens, ſed fac totum dolere corpus, ferre non poſſumus. Tuſ.156.b. Dicæarchus,



archus, ne condoluiſſe quidem unquā uidetur, qui animū ſe habere non ſentiat.

Condoleſco, ſcis. cōdoleo. Acad.40.a. Cum perturbationem animi illi ex homine non tollerent, naturáq; condoleſcere, & concupiſcere, & extimeſcere, & efferri lætitia dicerent.

Condono, as. dono, concedo, do, omitto. pro Q.R.54. a. Suam partem Roſcius ſuo nomine condonare potuit Flauio. Off.49.a. Cum alijs adimuntur, alijs condonantur pecuniæ. pro Mil.102.b. Nec deprecaturi ſumus, ut crimen hoc nobis propter multa eius in remp. merita cōdonetis. I.V.99.a. & 97.a. Vt literis eius bona eriperes, & cui tibi commodum eſſet, condonares. pro Cluen. 40.a. Qui illud acerbè tulit, non ſibi ac defenſioni ſuæ cōdonatum eſſe Oppianicum. Off.49. b. Qui pecunias creditas debitoribus condonandas putant. Epiſt.230.a. À te peto, ut eius filios, qui in tua poteſtate ſunt, mihi condones. Antequam.196.a. Non enim illis uictus cedo, ſed incolumibus uobis me condono. I.A.173.a. Apothecæ totæ nequiſſimis hominibus condonabantur. pro Plan.275.a. Datus eſt tibi ille, condonatus ille. Ep.66.d. & 74.a. Meam animaduerſionem & ſupplicium, quo uſurus eram in eum quem cepiſſem, remitto tibi & condono.

Conducibilis, le. utilis. ad Her. 12.b. Amicum caſtigare ob meritam noxiam, immane eſt facinus, uerùm in ætate utile & conducibile. ex Plauto.

Conducit, bat. utile eſt, conuenit. de Pro.69.a. Hoc maximè reip. conducit, Syriam Macedoniamq; decerni. Antequam. 192.b. Fidei conducit, in loco debitum retribuere: id eſt, conuenit. Att.1.b. Rationibus noſtris conducere uidetur Thermum fieri cum Cæſare. Off.2.b.3.a. Tum autem conſultant, cōducat id, nec'ne, de quo deliberant, ad uitæ commoditatem, ad facultates rerum, &c. Ep. 16. a. Facilè patior ea me de repub. ſentire ac dicere, quæ maximè cùm mihi, tum etiam reipub. rationibus putem conducere. Att.288.b. Quæſiuit, quid'nam mihi uideretur, ac cerſeremúſne te, atque tibi id conducere putaremus, an tardare & commorari te melius eſſet. Epiſt. 52.a. Scripſi ad te, quæ & ſaluti tuæ conducere arbitratus ſum, & non aliena eſſe duxi à dignitate. Ep.74.b. Ea maximè conducunt, quæ ſunt rectiſſima. de Fin. 59.b. Nec homini inſanti atq; impotenti iniuſtè facta conducunt, qui, & cæt. & ibi. Et opes uel fortunæ, uel ingenij liberalitati magis conueniunt: id eſt, conducunt.

Conduco, cis. ſimul duco, cōgrego, cogo. de I.62.b. Crotoniatæ publico de cōſilio uirgines unum in locū conduxerunt. de In.56.a. Nam ita complectemur, ut in unum conducamus propoſitionē & aſſumptionem, hoc modo. de In. 65.a. Verùm id breui faciendū eſt, & in unum multa ſunt conducenda, ut, &c. I.A.217.b. Res geritur, conductæ uineæ ſunt, pugnatur acerrimè.

Conducere. ad tempus redimere, operam alicuius emere.)(. locare. de In.52.a. Si Rhodijs turpe non eſt portorium locare, nec Hermacreonti quidem turpe eſt conducere. pro Cæl.41.a. Cælius conduxit domum in palatio. Q. Fr.309. a. Tuā domum in carinis mundi habitatores Camiæ conduxerunt. pro Cec.303.a. Qui conductum habuit de Ceſennia fundū. pro Cl.54.b. Solebat enim extra portā aliquid habere cōducti. I.V.158.a. Cū is arationes magnas conductas haberet à publicanis. pro Mur.140.a. Si mercede conducti obuiam candidatis iſſent. pro Seſt.11.a. Erat mihi contentio cum operis conductis. de Pro. 71.a. Conducere aliquem ad cædem faciendam. de Clu.172.a. Qui pecunia de cenſoribus redemiſſet. At.15.b. Aſiatici de cenſoribus nimium magno conduxerūt. de In. 62.a. Itaq; Eracleotē Zeuſim magno precio conductū adhibuerunt. Ep. 264.b. Nam quid ego de Bruto dicam? &c. huic ego locū in proximo conduxi. de D.118.a. Redemptor, qui columnam illam de Cotta & de Torquato conduxerat faciendā. I. A. 192.a. Cæſar exercitum inuictum ex Hiſpanis militibus conduxit.

Conductio, onis. redemptio, collectio, συναγωγή. pro Cecin. 303. a. Cum idem ex eadem conductione fuerit in fundo. de In.56.b. Quare in longis argumentationibus ex conductionibus, aut ex contrario complecti oportet. Conductionibus, id eſt, colligendis ijs quæ in argumentatione fuerant diſperſa.

Conductor, oris. redemptor. Q.Fr.319.a. Is reſpondit ſe eius operis, HSCCCVI conductorem fuiſſe.

Conductus, a, um. mercenarius. I. A. 157.a. Quis enim aut accuſator tam amens reperietur? qui reo condemnato obijci ſe multitudini cōductæ uelit? aut iudex? qui reum dānare audeat, ut ipſe ad operas mercenarias ſtatim protrahatur? & pro Seſt.27.

Conduplicatio, nis. exornatio quædam rhetorica. Ad Her.33.a. Conduplicatio eſt, eiuſdem unius, aut pluriū uerborum iteratio, &c.

Conduplico, as. de D.85.b. Tenebræ cōduplicantur. etc. & de Or.157.a. poetæ.

Confatalis, le. de Fat.146.a. Copulata enim res eſt & confatalis, ſic enim ille appellat. & ibid. b. Hæc ut dixi confatalia.

Confectio, onis. abſolutio, perfectio, compoſitio, comminutio. I.A.258.b. Cōfectio huius belli eſt D. Bruti ſalus. de Sen. 77.a. Confectio huius libri mihi iucunda fuit. de Or.113.a. Annalium confectio. & conficere annales. de N. 53.a. Intimi dentes, qui genuini uocantur, conficiunt eſcas, quæ confectio etiam à lingua adiuuari uidetur. pro Flac. 150. a. Confectio tributi. & conficere tributum: id eſt, colligere.

Confector, oris. Ep.155.b. Qui reliquias huius belli oppreſſerit, hic totius belli confector futurus eſt. I. V.130.b. Confector negociorum. de N.33. b. Hic noſter ignis confector eſt, & conſumptor omnium.

Confectus, a, um. perfectus. Epiſt.44.a. Orationes tuas confectas omnes expecto. de Pro. 73. a. Bellum affectum uidemus & uerè, ut dicam, penè confectum. At. 164. a. Dum hæc decernuntur, quæ iam erunt confecta. pro Pomp.9.a. Partem militum qui iam ſtipendijs confectis erant, dimiſit. Att.121. b. Confecta res eſt. & 253. b. Confecti ludi. I.A.258.b. Reditum ad ueſtitum confecta uictoria reſeruati. pro Quint.7.a. Biennio iam confecto ferè appellas.

Confectus. conſumptus, affectus, perditus, mulctatus. I.V.263.a. & I. C.102.b. Confectus ac perditus fame. I. C.108.b. Homo ætate confectus, exercitatione robuſtus. & 109.b. Gladiator ille confectus & ſaucius. Off. 331.a. Gladiator uulneribus & ætate confectus. pro Mur. 144. b. Homo miſer & cùm corporis morbo, tum animi dolore confectus. Ep. 235.a. Mulier ægra, & corpore & animo confecta. pro Dom.225.a. Nemo eum niſi lachrymantem confectumq; uidit. pro Mur.144.b. Confectus morbo, lachrymis, ac mœrore perditus. de Fin. 57.b. Confectus animi corporiſq; doloribus. I. A. 161. b. Vino luſtriſq; confectus. pro Rabir. 94. b. Confectus ſenectute. I. C.160. b. Qui uino languidi, confecti cibo, eructant

ſermonibus ſuis cædem bonorum.

Confero,fers. transfero,conijcio,defero,adhibeo.pro Cecin.289.a. Omnes eodem tempore ſe in fugam conferunt. de Orat.162.b. Cum Aeſchines ceſsiſſet Athenis,& ſe Rhodum contuliſſet. Epiſt.190.b.191.a. Excluſus ab Antiochia Dolobella, Laodiceam ſe contulit.de Clar. 191.a. Craſſus initio ætatis ad amicitiam meam ſe contulit. Attic.40.b. Illò cum peruenire non liceret, ſtatim iter Brunduſium uerſus contuli, ante diem rogationis. Epiſt.174.a. Meumq; iter eò contuli. Attic.207.b.Res ad me ſine controuerſia collata eſt. & ibid. Academiam ex duobus libris contuli in quatuor. pro Pom.5.a. Is omne reliquum tempus non ad obliuionem ueteris belli, ſed ad comparationem noui contulit. Att.98.a. Per fortunas confer te ad eam curam, ut de omni ſtatu meo cogites. Offic.33.a. Omnes meas curas & cogitationes in rempublicam conferebam. Att.52.b. Eundem te plurimum operæ, ſtudij, diligentiæ, laboris, ad conficiendum reditum meum contuliſſe. Epiſtol.151.b. Atque in his curis, quas contuli ad dignitatem tuam, cepi magnam uoluptatem, quod,&c. & 48.a. Omnem meam curam atque operam ad philoſophiam contuli. & 258.b. Quantam diligentiam in ualetudinem tuam contuleris, tanti me fieri à te iudicabo. & 144.a. Vt omne noſtrum conſilium, ſtudium, officium, operam, laborem, diligentiam ad amplitudinem tuam conferamus. & ibid. Quicquid in eum iudicij officijq; contuleris, id ita accipiam, ut in me ipſum te putem contuliſſe. & 146.a. Itaque commemoratio tua beneuolentiæ eius, quam erga me à pueritia contuliſſes, magnam mihi lætitiam attulit. pro Arch.189.b. Omne ſtudium atque ingenium contulit Archias ad populi Romani gloriam laudemq; celebrandam. Attic.52.b. Conferre plurimum laboris ad conficiendum aliquid. Epiſt.17.a. Quantum literis, quantum ſtudijs ueteribus, noſtris delectationibus, conſequi poterimus, id omne ad arbitrium tuum, qui hæc ſemper amaſti, libentiſsimè conferemus. & 211.a. Magnopere à te quæſo, ut ad eam uoluntatem, ſi quam in illum ante has meas literas contuliſti, quàm maximus commendatione poſtea cumulus accedat. pro Flac.158.b. Pecuniam filio auferre licuit ad patris honores collatam. I.P.93.b. Plebs, in cuius tu infamiam, ea quæ per latrones de me egeras, contuliſti. Offic.10.b. Conferre officia in aliquem. & ibid. a. Conferre beneficium in aliquem. pro Flac.154.b. Conferre inuidiam mortis alicuius in aliquem. de Orat.125.a. Conferre crimen in aduerſarium. pro Quin.R.47.b.Falſum crimen in puriſsimam uitam collatum. De Arat.251.b. Nec confero nunc in te unum omnia. Att.196.b. Cum in filium cauſam conferret. de Orat.164.b. Scitum eſt enim cauſam conferre in tempus.pro Q.2.b.Næuius uocem in quæſtum contulit.At.135.a.In me conferte omnẽ temporum illorum culpam.pro Plan.266.a.Multa in Plancum quæ nunquam ab eo dicta ſunt,cõferuntur.de In.51.a.Imprudentia in purgationem cõfertur.Ep.110.a. Ais enim, ut ego diſceſſerim,omia omnium dicta, in his etiã Seſtiana in me conferri.& 62.b. Nam comperiſſe me non audeo dicere, ne fortè id ipſum uerbum ponam, quod abs te aiunt falſò in me ſolere conferri.I.V.135.a. Siculi ex cenſu quotannis tributa conferunt. & 138.a.Iidem pro parte in commune Siciliæ contulerunt.pro Quin.2.b. Conferre aliquid id commune.

Conferre.cõiungere,conſerere.pro Font.276.b. Galli cum M.Fonteio ferrum ac manus contulerunt. I.P.90.a. Conferre ſigna cum hoſtibus.de D.131.a.Caſtra caſtris collata audiebamus. pro Plan.268.a. Conferre pedẽ, ut aiunt,aut propius accedere.Conferre capita.I.V.154.a. Conferrẽt boni capita,id eſt,capita inter ſe appropinquabunt,ut ſecretò inter ſe colloquantur.

Conferre.communicare. At.83.a. Quid opus eſt, inquã,potius,quàm rationes conferatis? aſsident,ſubducunt ad nummum,conuenit. Att.19.b. Cum erimus congreſsi, tum ſi quid res feret, coràm inter nos conferemus. At.39.b. Coràm breui conferre,quæ uolumus, licebit. & 260.a. Coràm igitur hoc quidem conferemus. de D.114.a. An hæc inter ſe aruſpices omnes contulerunt. & ibid.Quomodo iſta obſeruatio eſt collata inter ipſos? Item. Habere quibus cum poſsis familiares conferre ſermones.Epiſt.93.b. Interq; nos conferre ſolicitudines noſtras. de Fin.52.a. Quotidieq; inter nos ea, quæ audiebamus,conferebamus, neque erat unquam controuerſia quid ego intelligerem, ſed quid probarem. de Fin.113.a. Conferam tecum, quã cuique uerbo rem ſubijcias, nulla erit controuerſia. Attic.25.b. Si quid Θεοφάνης tecum fortè contulerit, ne omnino repudiaris.

Conferre.comparare,contendere,componere. de In.81.b.Similitudo infirmatur,ſi demonſtres illud quod conferatur, ab eo cui conferatur,diuerſum eſſe genere, natura,&c. I.P.86.b.Si meum turbulentiſsimum tempus tuo tranquilliſsimo præſtat,quid conferam reliqua? de D.139 b. Conferre cauſas,& quid in utranque partem dici poſsit expromere. de Cla.184.a.Vt conferamus parua magnis. de Opt.244.b. & I.C.109.b. Vt cum maximis minima conferam.Orat.198.a. Parua enim magnis ſæpe rectiſsimè conferuntur. pro Q.R.48.a. Vitam inter ſe utriuſq; conferte. Off.15.b. Tamen ne minima ex parte Licurgi legi conferendi ſunt. Tuſ.148.b. Geſta Romanorum neque cum Græcis,neq; ulla cum gente ſunt conferenda. Ep.20.b. Qui ſi ex omnibus unus exoptandus eſſet, quem tecum conferre poſſemus, non haberemus. & 24.b. Cum una me hercule ambulatiuncula atq; uno ſermone noſtro omneis fructus prouinciæ non confero. Acad.18.b. Quid loquar de Democrito? quem cum eo conferre poſſumus non modo ingenij magnitudine, ſed etiam animi? de N.27.b.& de Cla.190.a. Si conferre uolumus noſtra cum externis. Or.213.b. Conferte hanc pacem cum illo bello. I.V.191.b. Cum utris tandem iſtius factum collaturus es? pro Syl.180.b. Age dum,conferte nunc cum illius uitam P. Syllæ.

Confertus,a,um.refertus,plenus.de Fin.78.a. Vita deniq; conferta uoluptatum omnium uarietate. Tuſ.199.b. Totuſq; liber,qui eſt de ſummo bono, refertus & ſententijs & uerbis talibus eſt.& 200.a. Vel totus liber potius abijciẽdus eſt:eſt enim confertus uoluptatibus.pro Seſt.7.b.Ocioſa uita & conferta & plena uoluptatibus.Acad.31 b. Tú ne inane quicquam putes eſſe? cum ita completa & cõferta ſint omnia,ut,&c.

Confeſsio,onis.de D.87.a. Gracchus auſpiciorum autoritatem confeſſione errati ſui comprobauit.I.A.257.b. Vt confeſsionibus ipſius omnia patefacta eius parricidia uideretis. pro Seſt.28.a. Cum ad uos indicia,literas,confeſsiones communis exitij detuli. I.C.114.a. Lentulus patefactus indicijs & confeſsionibus ſuis. Octa.330.b.Liceat ſemel impunè peccare, ſit erranti medicina confeſsio. Epiſtol.117.a. Quid ſi nefarias de patre confeſsiones audiſſes? Acad.47.a Rerum obſcuritas ad confeſsionem ignorationis adduxit Socratem. In Verrem.124.b. Conuincitur à teſtibus,urgetur confeſsione ſua, manifeſtis maleficijs tenetur.pro Mil.104.a.In confeſsione facti defenſio iuris ſuſcipi poteſt.pro Cluen.48.b. Neq; hæc tua recuſatio,confeſsio ſit captæ pecuniæ, ſed, &c. Poſtquam.198.a.Confeſsione inimicorum eſſe conuictum,etc. At.16.b.Cõfeſsio temeritatis.de In.53.b. Taciturnitas imitatur confeſsionem.

Confeſtim.ſine ulla mora,illico,ſtatim,actutum. )( Ex interuallo. At.116.b.Ecce Caſsij literæ, Vibullium è Piceno currere ad Cn.confeſtim inſequi Cæſarem. pro Cl.58.a.Mulier confeſtim huc aduolauit. I.A.200.b.Rem adminiſtrandam arbitror ſine ulla mora, & confeſtim gerendam cenſeo.Ep.35.a.Confeſtim Iconium ueni. Ac.39.a.Confeſtim ad eum ire perreximus.de In.51.b. Et cætera quæ factum aliquod ſimiliter confeſtim,aut ex interuallo ſolent conſequi.de In.67.a.Quæ geſtum negocium confeſtim,aut ex interuallo conſequuntur.

Conficiens,tis.efficiens. de Finib.143.b.Sed hæc cum corporis bona ſint,eorum conficientia certè in bonis numerabis.Part.238.a.Conficiens autem cauſa alia eſt abſoluta & perfecta per ſe, alia aliquid adiuuans & efficiendi ſocia quædam.pro Flac.155.a.Ciuitas conficientiſsima literarum.

Conficio,cis.efficio,expedio,perficio,compleo, exequor,tranſigo.Part.238.a.Nam ſunt aliæ cauſæ,quæ ipſe conficiunt,aliæ quæ uim aliquam ad conficiendum afferunt.I.V.213.a. Mulier iſti ſtragulam ueſtem confecit. de Orat.154.b,Hippias gloriatus eſt,&c.annulum quem haberet,pallium quo amictus,ſoccos quibus indutus eſſet, ſe ſua manu confeciſſe. Ad Her.28.b.Exclamatio conficit ſignificationem doloris. At.52.b.Idemq; tu plurimum operæ,ſtudij, diligentiæ, laboris, ad conficiendum reditum meum contuliſti. Epiſtol.132.b. Reditum, ſi me tantum amas,quantum certè amas,hominibus confice. & ibidem. Quod ut perficias te etiam atq; etiam rogo.de Clar.188.a.Sed tamen lenis appellatio literarum,bene loquendi famam confecerat. Att.150.a. Cum in ſpem uenero de compoſitione aliquid me conficere,ſtatim te certiorem faciã. Att.51.a. Vno capite quo reuocabor,modò res cõficiatur, ero contentus. pro Cl.33.a.Sententijs decem & ſex abſolutio confici poterat.pro Quint.14.b.Triduo DCC.millia paſſuum conficiuntur.pro S.R.31.a. Per quos homines tantum facinus conficere potuit. Att.245.b. Sic enim annuum tempus conficitur.Ep.25.b.Et me hercule confecta res ex mea eſt ſententia.Epiſt.96.a.Quod ſi mihi permiſiſſes,qui meus amor in te eſt,confeciſſem cum cohæredibus.At.191.b.Tu cum Apellachio confice de columnis. & 3.b.De Acutiliano negocio,quod mihi mandaras, confeci.& 220.b.Te ſpero cum Publio confeciſſe.de Or.109.b.Conficere munus ſuſceptum, Epiſt.24.b. Cum tu hæc leges,ego iam annuum munus confecero. & 66.a. Nam ſi hoc expectandum ſit,dum totum bellum conficiam, uiginti oppida ſunt,&c.I.A.222.a.b.Exequi & conficere mandata.Quin.Fr.315.a.Facies,ut mea mandata digeras, perſequare,conficias. pro Pomp.9.b. Bella non ſolum geſta ab hoc,ſed etiam confecta. At.11.b. Biduo per unum ſeruum confecit totum negocium. & 263.a. Te oro ut hoc negocium ita agas,ita tractes,ita conficias,ut, &c. Attic.104.b.Conficere aut deponere negocium.pro Plan.264.b.Conficere legationem & mandata.Or.214.a.Iſocrates propè centum confecit annos.pro Cæl.45.a.Qui omnem uitæ ſuæ curſum in labore corporis conficeret.de Vn.202 a.Qui rectè curriculum uitæ à natura datum confecerit. Tuſc.168.a.Vt cum LX.annos confecerit, reliquos dormiat.de Nat.18.b.Sol curſus annuos conficit,cuius luſtrationem menſtruo ſpacio luna complet. & ibi. Eadem ſpacia conficiunt.de Orat.87.a.Eo autem omni ſermone confecto,&c.de Sen.78.a.Confeci longam uiam.Att.24.a.Valde hoc uelim amanter diligenterq; conficias. de Sõ.127.a.Scipio bellum maximum confecit, Numantiam excindens.Quin.Fr.309.b.De Tullia noſtra ſpero nos cum Craſsipede confeciſſe.pro Cor.64.b.Marius plurima bella & geſsit & confecit.Epiſt.66.b.De Dionyſio, ſi me amas,confice.pro Pom.15.b.Pompeius difficili reip. tempore exercitum confecit.At.125.a. Cõficere exercitus maximos.& 4.b.Quemadmodum bibliothecam nobis conficere poſsis. Epiſt.3.a. Idibus Ianuarijs in Senatu nihil eſt confectum,propterea quod.&c.de Orat.138.b. Conficere motus animorum.Pro Quin.R.47.a. Iam duæ partes cauſæ ſunt confectæ.Top.223.a. Nondum ſatis eſt, adde, nec ea,&c.confectum eſt:id eſt,perfecta eſt definitio.I.V.104.a.Permagnam is dicit ex ea re pecuniam cõfici poſſe.de Or.119.b.Quare illam partem,&c.perpoliam atq; conficiam.de * 195.b.Hortenſius tamen hunc curſum cõfecit.de Leg.195.b.Eadem ratio cum eſt in hominis mente confirmata & confecta,lex eſt.

Conficere.colligere,acquirere.contra Rul.72.b.Primùm permittitur infinita poteſtas innumerabilis pecuniæ conficiendæ de ueſtris uectigalibus alienandis.pro Fl.163.b.Vt pecuniam quam confecerat non conſumpſiſſe, ſed Flacco dediſſe uideatur.pro Syl.150.a. Duæ rationes conficiendæ pecuniæ,aut uerſura,aut tributo,nec tabulæ creditoris perferuntur,nec tributi confectio ulla recitatur.pro Flac.163.b.Patrimonium quod conficere potuit, diſsipauit.Att.96.b.Conficere rationes. Itẽ: Vt confectas rationes lege Iulia apud duas ciuitates poſsim relinquere.

Confici.concludi,fieri. de In.56.a. b.Aut ita,ut id ſolum quod conficitur,inferatur.de In.80.b.Ex quo conficitur,ut ſi,&c.id eſt,ex quo fit uel concluditur.

Conficere.conſumere,cruciare,afficere,perdere, exhaurire.pro Mar.132.b.Vetuſtas omnia conficit ac conſumit.Epiſt.234.a.Conficior enim mœrore mea Terentia,nec me meæ miſeriæ magis excruciant quàm tuæ ueſtræq;,& ibidem.Quare cùm dolore cõficior, tum etiam pudore. Att.42.a.Meus me mœror quotidianus lacerat & conficit.& 170.a.Non loquor plura, ne te quoque excruciem,ipſe conficior,ueniſſe tempus,cum, &c. de Nat.53.a.Dentes aduerſi acuti diuidunt eſcas, intimi autem cõficiunt.de Ar.253.b.Corpus noſtrum tenuiſsima ſæpe de cauſa conficitur.Epiſt.153.b. Sed ego eum hortatus ſum iſtò proficiſci,quòd illa ualetudine magis conficere ſe,quã me tueri poſſet in caſtris.Off.57.b. Fame & frigore confici.Orat.199.b.Deſiderium, quo conficior, requirens, &c.Epiſt.56.b.Conficior curis. & 153.b. Curis confectus. Attic.172.a.Me conficit ſolicitudo. & 177.a. Confectus cruciatu ſummorum dolorum. Attic.40.b. Maximo dolore conficior,&c.pro Mil.108.b. Hæc ſica nuper,ut ſcitis,me ad regiam penè confecit. & 105.a. Tota ciuitas confecta ſenio eſt.de Arch.243.b.Haud poteſt grauioribus à me uerbis uulnerari, quàm eſt ſtatim in facto ipſo à P.Seruilio confectus & trucidatus.Poſtquã.206.a. Qui cum ſuam rem non minus ſtrenuè, quàm poſtea publicam confeciſſet, egeſtatem & luxuriam domeſtico lenocinio ſuſtentauit.pro Mar.131.a. Nibil eſt opere aut

manu factum,quod aliquando non conficiat & cõſumat uetuſtas.I.P.97.a.Quem necaſti uerberibus ſumma ſenectute confectum.de D.131.a.Quæ uetuſtas eſt,quæ uim diuinam conficere poßit? pro Seſt.24.b. Cuius ille ordinis nomen retinet,ornamenta confecit.de In.76.a. Licinius hoſtes conſecutus eſt & confecit. I.V.266.b.In quibus te ab eodem me ſuperiore ex loco confici & concîdi neceſſe eſt.de N.21.b.Ibes maximam uim ſerpentum conficiunt. Poſt.201.a.Confectus uulneribus.de D.95.a.Reliqua diuinationis breui confecta ſunt:id eſt,euenerunt.de Or.91.b.Nos amicorum negocijs res ipſa antè cõfecit,quàm poſſemus aliquid de rebus tantis ſuſpicari.

Conficere.celebrare,facere.de N.71.a.Dionyſios multos habemus:primum,&c.quartum Ioue & luna natum, cui ſacra orphica putantur confici.

Confictio,onis.machinatio. pro S.R.24.a.Criminis confictio.

Confictus,a,um.fictus.ad Her.8.b.

Confidens,tis.pro Cec.290.a.Phormio nec minus niger,nec minus confidens quàm ille Terentianus Phormio. I.A.210.*.& 233.b.Nequam eſt homo ille atq; confidẽs. Tuſ.193.a.Qui fortis eſt idem eſt fidens, nam confidens mala conſuetudine loquendi,in uicio ponitur.

Confidenter.animoſè,audacter.de Or.111.a.Et eo quidem loquor confidentius, quod Catulus auditor acceßit, cui,&c. Ad Her.7.b. Confidentißimè reſiſtere.pro Cæl. 46.b.Dicam enim iam confidentius de ſtudijs eius honeſtis.Ad Her.2.a. Aliquid confidenter, malitioſè, flagitioſè factum.

Confidentia,tiæ,impudentia,audacia.de Orat.132.b. Tanta confidentia eſtis,auferte iſtam enim ſuperbiã. pro Fl.148.a.Videte quo uultu, qua confidentia dicant.I.A. 180.a.Confidentia & temeritas tua.Ad Her.7.a. Quæ ſigna confidentiæ ſunt,non innocentiæ.

Confido,dis.ſpero,nitor,adſum animo,timorẽ omitto,timorem depono.)(.Diffido,deſpero.cum datiuo.Att. 131.a.Non magnopere his legionibus confido.de Fin.55. a.Non exiſtimant oportere nimium nos cauſæ confidere. de Am.98.b.Ego uerò non grauarer, ſi mihi ipſe confiderem.pro Fl.147.a.Cur ſibi confidat,qui,&c. Att.137.b. Optimatibus uerò tuis nihil confido,nihil iam ne inſeruio quidem.& 262.b.Itaq; accuſabar ab eo,quod parum conſtantiæ ſuæ confiderem.I.A.194.b.Niſi ueſtræ uirtuti cõſtantiæq; confiderem.At.5.a.Ne dubites mittere,& arcæ noſtræ confidito.125.b.Quanto autem ferocius ille cauſæ ſuæ confidet,cum uos uiderit?&c.

Confidere cum ablat. Tuſc.236.a.Quî enim poterit, aut corporis firmitate,aut fortunæ ſtabilitate confidere? pro Q.R.45.a.Ego facultate cauſæ cõfiſus uide quò progrediar.pro Cl.18.a.Niti et magnopere confidere aliqua re.At.131.b.Illum,quo antea confidebant, metuunt. Ep. 190.b.Excluſus ab Antiochia Dolobella, nulla alia confiſus urbe,Laodiceam ſe contulit. At.131.a. Exercitum firmum habere oportet, quo confidamus perrumpere nos poſſe.Q.Fr.302.b.Confidere animo.de Ar.251.b.Hoc & tu confidis magis,& nos propè iure diffidimus.

Confidere.abſolutum.Off.15.a. In quo ipſo conſyderandum eſt,ne aut temerè deſperet propter ignauiã, aut nimis confidat,propter cupiditatem.Tuſ.193.a. Diſcrepat enim à timendo confidere.Epiſt.53.a.Ii autem,qui eſſent,auderem ſcribere,niſi te intelligere confiderem. Q. Fr.315.b.Hæc me,ut confidam,faciunt.Tuſ.164 b. Nihil nimis oportet confidere.At.96.a. Confido rem, ut uolumus eſſe.Epiſt.122.a.Quam rem tibi, confido magnæ laudi fore.At.97.b.Spero,quæ tua temperantia eſt, & hercule,ut me iubet Acaſtus,confido te iam,ut uolumus, ualere.I.V.272.a.Ego mei officij rationem confido eſſe omnibus notam.pro Cl.51.a.Sicuti ueſtra æquitate nixi confidimus.Ep.205.b.Tibiq;,ut confido,gratias agã.Tuſ.166 b.Quem te & opto eſſe & confido futurum. Ep.195.a. Id ego & ſperaram prudentia tua fretus,& ut confiderẽ fecerunt tuæ grauißimæ literæ.

Confieri.confici,fieri.Att.141.a.Quo facilius et cum maiore dignitate per te,qui utrique es coniunctus,res tota confieret.

Configo,gis.figo,uulnero. de Fin.132.a. Configebat tardus celeres ſtans uolantes.ex Actio.Acad.22.b.Hercules ut Euriſtei filios,ita ſuos configebat ſagitis. de Nat.51. b.Capræ in Creta feræ,cum ſunt confixæ uenenatis ſagittis,dictamum quærunt.pro Mur.129.b.Inuentus eſt ſcriba quidam Cn.Flauius, qui cornicum oculos confixerit. prouerbium.I.A.242.b.Diffidebant etiam Seruio, meminerant eius ſententijs confixum Antonium.de Arch.245. a.Clodius ducentis,ut ipſæ gloriari ſolet,confixus Senatus conſultis.I.A.210.a.Configere omnes curas & cogitationes in reip.ſalute.

Confingo,gis.fingo.pro S.R.23.b.Crimen incredibile confingunt.& I.V.278.a.pro S.R. 25.b. Hæc conficta à poetis arbitror eſſe,ut,&c.pro Deiot.146.b.Id uos facinus ab optimo uiro cogitatum eſſe confingitis. I.V.127. a.Confingere aliquid criminis. Ad Her.8.a.Confingere et comminiſci aliquem rumorem.

Confinis,ne. uicinus,finitimus. Ad Her.27.a. Qui perueniunt ad confine genus eius generis, quod appellamus fluctuans.

Confinium,nij.finis.Off.46.b.Conuenit autem in omni re contrahenda, in uicinitatibus & confinijs æquum & facilem eſſe,multa multis de iure ſuo concedentem.

Confirmatio,onis.fides.de In.52.a.Signum eſt,quod ſub ſenſum aliquem cadit,&c.& tamen indiget teſtimonij & grauioris confirmationis.ut cruor, &c. de In.50. a.Confirmatio eſt,per quam argumentando noſtræ cauſæ fidem & autoritatem & firmamentum adiungit oratio.Ep.80.a.Superioribus literis beneuolentia magis adductus,quàm quod res ita poſtularet,fui lõgior:neq; enim confirmatione egebat uirtus tua:id eſt,conſolatione.

Confirmator,oris.pro Cluen.32.b. Res parum certa uidebatur, ſequeſter & confirmator pecuniæ deſideratur.

Confirmatus,a,um.pro Q.14.a. Diffido ſatis animo certo & confirmato me poſſe in hac cauſa conſiſtere.Ep. 9.a.Difficile eſt ſenſum in rep.præſertim rectum & confirmatum deponere. pro Cl.23.a. Saßia lætanti iam animo & ſpe optima confirmata,nubit Oppianico. de Am. 110.a.Omnino amicitiæ corroboratis iam confirmatiſq; & ingenijs,& ætatibus,iudicandæ ſunt.

Confirmo,as.affirmo,firmo,roboro,corroboro, fulcio,ſancio,probo,autor fio.)(.Infirmo.de Or.92.b. Vt id quod intenderemus confirmare,& id quod contrà diceretur,refellere poſſemus.de Or.116.a. Noſtra confirmare rationibus & argumentis,deinde contraria refutare. de In.52.b. Exemplum eſt, quod rem confirmat aut infirmat,&c.de D.116.b.Quanquam tu quidem non hoſtiarum caſum confirmas ſortium ſimilitudine, ſed infirmas ſortes collatione hoſtiarum.I.V.113.a.Quorum omnium teſtimonijs de hac pecunia confirmatum eſt. de Finib. 55.a.



55.a.Confirmare aliquid exquiſitis rationibus.de D.95.a. Satis eſt ad confirmandam diuinationem,ſemel ita eſſe aliquid diuinatum.de Or.128.b.Argumentum ratio ipſa cõfirmat,quæ,&c. At.264.a.Decretumq; Coß. quod ij ſecundum Buthrotios fecerunt,des operam, ut Plancus noſter quàm primùm confirmet.I.A.228.a.De quibus confirmandis et ſanciendis legem comitijs centuriatis laturus eſt.pro D.222.a.Hoc uerbis ullis ſanciri aut ſuffragijs cõfirmari poteſt?Epiſt.32.b.Et reuera confirmata amicitia commemoratio officiorum ſuperuacanea eſt.I.V.148.a. Quam ſibi nondum confirmato conſilio,ſed ineunte ætate ſuſceperat. Antequam.195.a. Hoc incõmodum in uno confirmatum,multorũ infirmabit incolumitatem.de Am. 110.a.Omnino amicitiæ corroboratis confirmatiſq; ingenijs et ætatibus iudicandæ ſunt. Att.254.a. Hoc mihi non modò confirmauit,ſed etiam perſuaſit.de Am.97.a.Qualis,ut arbitror,nemo unquã erit, et ut cõfirmare poſſum, certè nunquam fuit.de Or.109.a.Certè(ut hominem confirmare oportet)nullus eſt,etc.Item.Hoc uerò fieri planè non potuiſſe confirmo.At.211.a.& pro Pom.17.b. Ego tibi confirmo,eam,&c.de Cl.167.a. Hoc ſine ulla dubitatione confirmauerim.Ep.83.a.Memini me ex multis audire,te de glorioſo & celeri reditu meo confirmare. contra Rul.68.b.Omni hoc uobis ratione confirmare poßũ, me, &c.Ep.80.b.Ego tibi hoc cõfirmo,nihilo te,&c.pro Ar. 188.b.Difficile eſt hoc de omnibus cõfirmare.Q.Fr.304. a.Nunc erige te & confirma, ſi qua ſubeunda dimicatio erit.Epiſt.40.a. De me tibi ſic promitto atq; confirmo, me,&c.& 9.a.Veruntamen ipſe me confirmo ad eius uoluntatem,à quo honeſtè diſſentire non poſſum.aliàs, Conformo.Att.12.a.Confirmare & excitare afflictos animos bonorum.Epiſt.80.a.Neq; enim confirmatione noſtra egebat uirtus tua,neq; erat ea mea cauſa atque fortuna, ut cui ipſi omnia deeſſent,alterum confirmarem.& 256.b. Mihi placebat,ſi firmior eſſes,ut te Leucadẽ deportares, ut ibi te planè confirmares.

Confiſio,onis.Tuſ.226.b.Fidentia:id eſt,firma animi confiſio.

Confiteor,eris.præ me fero,agnoſco.)(.Inficior. At. 38.b.Vectius quòd confeſſus eſſet ſe cum telo fuiſſe,in carcerem coniectus eſt.de N.28.a.Vir ſapiens peccatum ſuũ, quod celari poſſet,confiteri maluit.I.A.163.b.Cum homines nefarij de patriæ parricidio confiterẽtur.In Sal.274. b.Salluſtius confeſſus eſt uobis audientibus adulterium.I. C.113.a.Cum id poſſet inficiari,repentè confeſſus eſt. pro Seſt.11.a.Tacendo loqui non inficiando confiteri uideris. pro Arch.188.b.Quod tu nunc de tuo patruo prædicas, nemo unquam adhuc de ſeſe eſt confeſſus.pro Dom.231.b. De criminibus obiectis non confiteri. contra Rull.88.a. Concordiæ patronum me in hunc annum confeſſus ſum: pro Cluen.56.a.Stratonem aliquid de ueneno eſſe confeſſum.de N.10.b.Eſſe igitur deos confitendum eſt. Ep.59. b.Me abs te cupiſſe laudari,apertè atq; ingenuè confitebar.pro S.R.38.a.Confiteri de maleficio.de Leg.175.b. Confiteri religiones.I.A.208.b. Quo etiam, ut confitear uobis Quirites,minus hodierno die contendi.de Fin.69.a Quod mihi quidem uiſus eſt,cum ſciret,uelle tamen confitentem audire Torquatum.Ep.14.b.Nemo eſt cuius officijs me tam eſſe deuinctum non ſolum confitear,ſed etiam gaudeam.Part.245.b.Cõfiteri de aliqua re.& de Or.111. b.& pro Syl.174.b.& pro Ar.191.a.& pro Lig.137.a.

Confixus,a,um.de Or.131.a. Nuculam an confixum uis facere?id eſt,uerbis configere,& exagitare.

Conflagro,as.ardeo.Antequam.192.b. Ne omnes cõcideretis ardoreq; flammæ conflagraretis. I.V.84.b. Ille miſer furtorum iſtius inuidia conflagrauit. de N.44.b. Conflagrare terras neceſſe eſt.I.C.103.a.Inuidiæ incẽdio conflagrare.pro Mil.116.a.Cõflagrare inuidia. Ad Her. 26.b.Quomodo urbs acerbißimo concidat incendio conflagrata.

Conflatus,a,um.compoſitus,coagmentatus.pro Cæl. 39.b.Monſtrũ ex contrarijs diuerſiſq; atq; inter ſe repugnantibus naturæ ſtudijs conflatum.pro Lig.142.b. Aliquorum conſenſus conſpirans,& penè conflatus. pro S. R.18.b.Iniuriam nouo ſcelere conflatam.

Conflictio,onis.conflictus,contentio, quaſi concurſus. Part.139.a.Ex rationis autem,& ex firmamenti conflictione,& quaſi concurſu,quæſtio exoritur.& ibi.Rationum & firmamentorum contentio.Par.234.b.Rerum inter ſe pugnantium conflictio.& 239.a.Ille ſtatus & quaſi conflictio cum aduerſario.& de In.46.a.

Conflictor,aris.pro Q.7.b.An ut honeſtiore iudicio conflictere?at ſine ſummo ſcelere propinquũ tuum iugulare non potes.Ep.142.b.Noli pati litigare fratres,& iudicijs turpibus conflictari. At.156.b.Fortuna, qua illi florentißima,nos duriore conflictati uidemur.Ep.90.a. Cæſar diutius uelle uidetur eos habere ſolicitos,à quibus ſe putat diuturnioribus eſſe moleſtijs conflictatum.aliàs,Conflictum.Ad Her.13.a.Homines multis & magnis incommodis conflictantur,propter immenſam pecuniæ cupiditatẽ. de L.162.a.Qui canem & felem ut deos colunt,non eadẽ ſuperſtitione,qua cæteræ gentes conflictantur. de Arch. 253.b.Cum his conflictari, & pro patria ſalute quotidie dimicare,erat omnino moleſtum.

Conflictus,ctus.conflictio.de N.31.a. Lapidum conflictu atq; tritu,ignem elici uidemus.pro Cec.293.a.Impulſu ſcutorum & conflictu corporum magnas ſæpe copias pulſas eſſe.de D.217.a.Si nubium cõflictu ardor expreſſus ſe emiſerit,id eſſe fulmen.

Confligo,gis.contẽdo,concurro,dimico,prælior,prælio,decerto,præliũ facio,præliũ committo,ſigna confero, manũ confero.pro C.286.b.Potuiſti leuiore actione confligere.& 293.b.Vt confligendũ ſibi et armis decertandũ putent.de In.78.a.Sæpe id quod ſcriptũ eſt recitando,ſæpe cum ſcripto factũ aduerſarij confligendo. I.C.109.b. Cauſæ,quæ inter ſe confligunt. Ep.174.b.Reliquiſq; rebus pro noſtra ſalute contra ſceleratißimã hoſtium conſpirationem confligamus.de Fin.53.b.Torquatus cum latinis conflixit apud Veſerim. Tuſ.219.b. Iratum ne cenſes Herculem conflixiſſe cum Erimanthio apro?pro Pom.9. Qui ſæpius cum hoſte conflixit,quàm quiſquam cum inimico concertauit.Off.16.b.Temerè autem in acie uerſari,& manu cum hoſte confligere,immane quiddã & beluarum ſimile eſt.& 17.a.Cleonbrotus inuidiã timens, temerè cum Epaminunda conflixit.Poſtquã.211.a.Cũ mihi priuato confligendũ uiderẽ cum eo exercitu,qui,&c.pro D.226.b.Sperauit iiſdẽ ſe copijs cũ illo poſſe confligere, quibus cum ego noluiſſem dimicare.I.A.262.b. Pãſa princeps prælij faciendi & cum Antonio confligendi fuit.pro Cor.68.a.Cum ducibus ipſis,non cum comitatu aſſectatoribuſq; confligant.I.P.83.b. Confligere armis. de Offic. 16.a.Et manu cum hoſte confligere. Ad Her.3.b. De his rebus cautè confligendum eſt, in quibus tabulæ aut alicuius firma autoritas uidebitur interfuiſſe. pro Fontib. 276.b.Galli cum M.Fonteio ferrũ ac manus contulerũt. pro Pom.16.b.Collatis ſignis hoſtes ſuperare. pro Font. 283.a.

283.a.Infeſtis ſignis inferri in hoſtem.

Conflo,as.efficio,compono,machinor.Off.4.a.Quib. ex rebus conflatur et efficitur id quod quærimus honeſtũ. de N.46.a.Mare terrã littoribus ſic cludit, ut una ex duabus naturis cõflata uideatur.pro Syl.173.a.Exercitus perditorum clandeſtino ſcelere conflatus.I.C.102.b. Ex perditis conflata improborum manus.de In.63. a. Ex his duabus diuerſis ſicuti familijs unum quoddam eſt conflatum genus à poſterioribus.I.A.194.a. Ille cum exercitũ nullũ haberet, magnum repentè cõflauit.pro S.R.a. Eius rei, quæ conflauit hoc iudicium mentio facta noneſt.I.V.132. a.Venus,quæ totam illam accuſationem iudiciumq; conflarat.pro Cl.19.b.Faciãq; ut intelligatis in tota illa cauſa,quid res ipſa tulerit,quid error affinxerit,quid inuidia conflarit.& 21.a.Hoc totum à matre conflatum eſt, & perfectum.I.A.173.b.Bellum quod natum,conflatũ, ſuſceptum opera tua eſt. pro Q.R.53. a.Vnde hoc totũ ductũ & conflatum mendacium. pro Cl.34. a. Summam alicui inuidiam atq; infamiam eſſe conflatam.I.C.102.a.Si mihi conflare uis inuidiam.pro Cæl. 43.a. Conflare inuidiã alicui iuueni ex communi infamia iuuentutis. pro Syl. 174. a.Et ea domi eius pleraq; conflata ſunt.Off. 38.a. Cũ quæſtor eſſet in exercitu,ſeditionem eſſe cõflatam.Ad Her. 7. b.Nam quiuis horum ſenſus poteſt conflare ſuſpicionem. Part.240.b.A reo querela conflati criminis proferetur. pro Syl.169.a.Quibus ipſis tum conflari periculum putabatur.& ibi.b.Conflato gladiatorum tumultu.I.V.135. b.Quod cuiq; negocij conflari uolebat, nullo labore faciebat.pro S.R.18.b.Iniuria nouo ſcelere conflata.pro Seſt. 18.a.Quæ ratio aut auferendæ, aut conflandæ pecuniæ non reperiebatur?de Ar.253.b. Clodius nefarias cũ multis ſcelerum pactiones ſocietateſq; conflauit.

Confluo,is.concurro,conuenio,peruenio,fluo. de Cl. 188.b.Confluxerunt enim et Athenas,et in hanc urbẽ multi inquinatè loquentes,ex diuerſis locis.Tuſ.176.a. Quod accidet etiam noſtris,ſi ad hæc ſtudia plures confluxerint. de In.43.a.Hinc ad ipſos,qui eã adepti ſunt, laus, honor, dignitas confluit. In Sal. 274. b. Niſi fortè te in ea caſtra conieciſti,quò omnis ſentina reip.confluxerat.de L.170. a.Fibrenus rapidè dilapſus citò in unum confluit. pro Pl. 177.a.Cauſæ pleræq; ad nos cõfluunt.I.V.227.b. Aliqua diuerſa in exitu coniungi & confluere.Ep.166.b.A confluente Rhodano caſtra moui.

Confoſſus,a.confectus,necatus.pro Syl.173.a.Quinque hominibus comprehenſis atq; cõfoßis,interitu remp. liberaui.

Conformatio,nis.forma,compoſitio,exornatio.Top. 222.b.Non eſſe rurſus ea dico,quæ tangi demonſtrari ue non poſſunt,cerni tamẽ animo atq; intelligi poſſunt: ut ſi uſucapionem,ſi agnationẽ definias, quarũ rerum nullum ſubeſt quaſi corpus,eſt tamen quædã conformatio inſignita & impreſſa in intelligentia,q̃ notionẽ uoco, ea ſæpe argumentando definitione explicãda eſt.de Or.141.b.Facillimè animo teneri poſsũt ea,quæ percipiũtur auribus aut cogitatione,ſi etiã oculorũ commendatione animis tradãtur,ut res cæcas et ab aſpectus iudicio remotas conformatio quædã et imago,et figura ita notet,ut ea quæ cogitãdo cõplecti uix poſſemus,intuẽdo quaſi teneamus.de N.11.b. Cõpoſitio membrorũ et cõformatio lineamentorum. Tuſ. 158.b.Quaſi uerò intelligant animus qualis ſit in ipſo corpore,quæ cõformatio,quæ magnitudo, qui locus. de Or. 97.a.Ipſa collocatio cõformatioq; uerborũ perficitur in ſcribẽdo.de N.43.a. Animãtis figura cõformatioq; mẽbrorũ.de Or.94.b.Cõformatio quædã et figura totius oris et corporis.et 161.b.Inter conformationẽ uerborũ & ſententiarũ hoc intereſt,quod,&c.de Cl.177.a. Sententiarũ ornamenta & conformationes.de Or.86.b.Vocis conformatio atq; uarietas.de N.22.a. Omnem talẽ conformationẽ animi,philoſophi motũ inanem uocãt:id eſt, cũ de hippocentauro cogitamus. Off.71.b. Altera pars honeſtatis cernitur in conformatione,et moderatione continentiæ et temperantiæ. Ad Her.40.b.Conformatio eſt, cum aliqua quæ non adeſt perſona confingitur,quaſi adſit,&c.

Conformo,as.compono,fingo,effingo, figuro, formo, informo.pro Ar.188.b.Quas imagines ego mihi proponens,animum & mentem meam ipſa cogitatione hominũ excellentium conformabam.de Or.86. a. Oratio conformanda eſt non ſolum electione,ſed etiam cõſtructione uerborum.pro Mur.138.b.Conſilium tuũ uituperare non audeo,nonnulla in re forſitan conformare,& leuiter emendare poßim.pro Ar. 185.b.Quod ſi hæc uox huius hortatu præceptiſq; conformata nonnullis aliquãdo ſaluti fuit, &c.de Fin.53.b.Ad maiora quædã nos natura genuit & conformauit.Ad Her.22.b.In primo loco rei totius imaginem conformabimus.de Or.86.b. Orator ita conformandus eſt,ut,&c.de N.65.a.Mundum non ædificatum,ſed à natura conformatum puto.de Fin.107.a.Vna pars philoſophiæ,qua mores conformari putantur.

Confractus,a,um.de Leg.181.a. Quæq; in porca confracta iura ſint.

Confringo,gis.frango,infringo.pro Fl.161.a. Membra uxoris fuſtibus debilitauit,manus contudit, digitos cõfregit,neruos concidit.pro Mil.108.a.Niſi eſſet is conſul, qui eam præturam auderet poſſetq; confringere.

Confugio,gis.concurro,infugio, profugio,perfugio, præſidiũ uel auxiliũ ab aliquo peto.)(.Excipio.Tuſ.166. a.Priamũ cum in aram confugiſſet,hoſtilis manus interemit.Ep.51.b.Non enim ut tũ me à rep.mœſtũ domus excipiebat,quæ leuaret,ſi nunc domo mœrens ad remp.confugere poſſum,ut in eius bonis acquieſcam.Tuſ.229.a.Ad te confugimus,à te opem petimus.pro Q.2. a. Quintius tot tantiſq; difficultatibus affectus atq; afflictus in tuam fidẽ, ueritatem,miſericordiam confugit.pro Fon.280.b.Confugere ad opem alicuius.Off.41.a.Confugere ad aliquem uirtute præſtantem. pro Cl.41. b. Ille diffidens rebus ſuis ad Stalenum & ad pecuniam confugit.Poſtquam.266.a. Qui niſi in aram tribunatus confugiſſet,profectò,etc.pro S.R.22.b.Roſcius de amicorum ſententia Romam confugit.At.47.a.Ex quibus ſtatim in tuos agros confugiam. de Or.90.a.Illuſtrare oratione,ſi quis iſtas ipſas artes uelit,ad oratoris ei confugiendum eſt facultatem.

Confundo,dis.perturbo,conturbo,permiſceo. Ac.29. b.Anaxagoras dixit materiã infinitam eſſe,ſed ex ea particulas ſimiles inter ſe minutas,eas primum confuſas, poſtea in ordinem adductas mente diuina. pro D. 238.b. An tu hæc ita confundis & perturbas? Orat.216.a.Omnes in oratione eſſe quaſi permixtos & confuſos pedes. de D. 105.a.Vis quædam ſentiens,quæ eſt toto confuſa mundo. de Vn.203.b.Cum ignis oculorum cum eo igne, qui eſt ob os offuſus,ſe confundit & contulit. Ac.16.a. Ea philoſophia,quæ confundit uera cum falſis.de Or.124.b.Vt re diſtinguantur,uerbis confuſa eſſe uideãtur. At.123.b.Signa, quibus aliqua diſtinguuntur,perturbari: id eſt, confundi. de Or.147.a.Ita confuſa eſt oratio, ita perturbata, nihil ut ſit primum,nihil ut ſecundum.

Cõfuſe,permixtè.)(.Diſcretè,electè.de N.63.b.Quare,ſi uidetur,noli agere confuſè,ut hoc explicemus hac diſputatione,quod quæritur.de Fin.70.a.Epicurus contemnit differendi elegantiam,confuſè loquitur.de In. 52.b. In præſentia tantummodo partes argumentandi confuſè & permixtè diſperſimus, pòſt diſcretè & electè in genus quodq; cauſæ digeremus.Acad.12.Non confuſè.



Confuſius.I.A.214.b.Cõfuſius acta res eſt,quàm,etc.

Confuſio,nis.perturbatio.de L.174.b. Suos deos aut nouos coli confuſionem habet religionum. de Fin.140.b. Atq; hæc coniunctio confuſioq; uirtutum, tamen à philoſophis ratione quadam diſtinguitur.de N.1.b.Quibus ſublatis perturbatio uitæ ſequitur, & magna confuſio. pro Mur.135.b.Cõfuſionem ſuffragiorum flagitaſti. Off.47. a.Hæc confuſio temporum.

Confuſus,a,um.perturbatus,turbulentus,uarius,permixtus,habens confuſionem.de In.50.a. Veruntamen nõ incommodum uidetur,quandam ſyluam atq; materiã uniuerſam antè permixtam & confuſam exponere omnium argumentationũ.pro Seſt.3.b.Sed quoniã ſingulis criminibus cæteri reſponderũt,dicã ego de omni ſtatu P. Seſtij, de genere uitæ,&c.& ibi.Contendamq; in hac cõfuſa atq; uniuerſa diſputatione,ut nihil,etc.Off.19.b.Si hoc,de quo loquimur,decorum eſt,id totum quidem cum uirtute confuſum,ſed mente & cogitatione diſtinguitur.de D.115.b. Vis quædam diuina,quæ confuſa toto mundo eſt.& 92.a. Nunc onuſti cibo & uino, perturbata & confuſa cernimus.de Cl.173.b.Sed nec illa oratio eiuſmodi eſt ut à pluribus confuſa uideatur.

Confutatio,onis.diſſolutio,reprehenſio. Ad Her.1.b. Confutatio eſt contrariorum locorum diſſolutio.

Confuto,as.refello,reprehendo,diluo,coarguo,infirmo,diſſoluo,redarguo,explodo,cõuinco,frãgo,eijcio,abijcio,aduerſaria euerto,falſum eſſe doceo,tollo.de D.81.b Cotta ſic diſputat,ut ſtoicorum magis argumenta confutet,quàm hominum deleat religionem.Tuſ.245.b.Maximiſq; doloribus affectus eos ipſos inuentorum ſuorum memoria & recordatione confutat.Part.242. b. Confutare audaciam alicuius.pro S.R. 32. a. Erucij criminatio tota diſſoluta eſt,niſi fortè expectatis ut illa diluam, quæ, &c. Attic.187.b.Sed tu me γεωμετρικῶς refelleras. pro Cec. 294.b.Infirmare & conuellere facta aut ſtipulationes.

Congelo,as.conglacio.Ep.25.a.Erat in eadem epiſtola ueternus ciuitatis,gaudebam ſanè,& congelaſſe amicũ noſtrum lætabar ocio.

Congemo,mis.ſimul gemo.pro Mur.130. b. Senatus congemuit frequens.

Congero,ris.congrego,accumulo,comporto. pro Põ. 8.a.Res omnes pulcherrimas Mithridates ex tota Aſia direptas in ſuũ regnum congeſſerat.Item:Innumerabilis pecunia congeſta in illã domum eſt.de D.96.b.Midæ dormienti formicæ tritici grãna in os congeſſerunt.de Cl.192.a. Illud minus curo,quod congeßiſti operarios omneis. I. A. 186.a.Antonius in Cæſarẽ maledicta cõgeßit.de Cl. 196. b.Vt te eripias ex ea,quam ego congeßi in hunc ſermonẽ, turba patronorum.prõ D.145. b. In quem dij atq; homines omnia ornamenta congeſſerunt.pro Pl.264.a.Minturnenſes C.Mario uiaticum congeſſerunt,nauigium dederunt.de Am.107.a.Neq; uerendũ eſt ne plus æquo quid in amicitia congeratur.pro Pl.276.b.Sed hoc neſcio quo modo frequenter in me congeßiſti,ſaneq; in eo creber fuiſti,te idcirco,&c.pro Mil.113.b. Cõgerere crimina in aliquem.Tuſ.251.a.Congerantur in unum omnia. Att.286. a.Br.Si omnia ſimul congeſſeris.

Congeſtus,a,um.de D.122.a.Tritici grana in os pueri Midæ congeſta.

Congeſtus,ſtus.de D.122. b. Herbam autem aſperam credo extitiſſe auium congeſtu,non humano ſatu.

Congiarium,rij.Imperatoris donum,à congio menſuræ genus uini & ſimilium. At.257.b. Legiones congiariũ ab Antonio accipere noluerunt. Att.159. b. Vehementer auaritiam uideo fuiſſe,& ſpem magni congiarij.I. A.182. b.Cæſar muneribus,monumentis,congiarijs, epulis multitudinem imperitam lenierat.

Conglatio,as.congelo,dureſco.de N.31. a. Aqua neq; conglaciaret frigoribus,neq; niue pruinaq; concreſceret, niſi eadem ſe admiſto calore liquefacta diffunderet. Epiſt. 115.b.Curioni noſtro tribunatus conglaciat.

Conglobo,as.conſtringo, in globi formam congrego & colligo.de N.49.a.Mare cum ſupra terram ſit,mediũ tamen terræ locum expetens conglobatur undiq; æqualiter,neq; redundat uſquam.de N.45.b.Terra undiq; in ſeſe nutibus ſuis conglobata. Ac.29.b.Figura conglobata. Part.234.b.Definitiones conglobatæ.

Conglutinatio,onis.coniunctio. de Sen.92.a. Omnis conglutinatio recẽs ægrè,inueterata facilè diuellitur.Or. 204.a.Circuitus conglutinatioq; uerborum.

Conglutino,as.cõiungo,copulo,conflo,compono. de Sen.92.a.Sic hominem eadem optimè quæ conglutinauit, natura diſſoluit. Ad Her. 6.b.Ita poteris animi uicium cũ cauſa peccati cõglutinare.I. A.189.a. Antonius ex his tot uicijs cõglutinatus eſt. At.15.b.Sic tueor, ut poſſum illam à me conglutinatam concordiam.& de Am.102.b.Epiſt. 181.a.Vitæ dißimilitudo non eſt paſſa uoluntates noſtras conſuetudine conglutinari. At.106. b. Tu ſoles conglutinare amicitias teſtimonijs tuis.

Congratulatio,onis. At.274.b.Sed tamen omniũ ordinum conſenſus,gratiarum actio,congratulatioq; me commouet,propterea quod,&c.

Congratulor,aris.ſignis læticiam oſtendo, cũ aliquo gaudeo.pro Plan.273.a.Sed ea res haud ſcio an plus mihi profuerit,quàm ſi mihi eſſent omnes congratulati. pro Seſt.7.a.Mihi deniq; homines præcipuè congratulabantur,quod habiturus eſſem,&c.

Congredior,ris.conuenio.pugno. At.133.a. Sed ego cũ hæc ſcribebam,nec illos congreſſuros, nec ſi congreßi eſſent,Pompeium ad ullam conditionem acceſſurum putabam. At.249.b.Illud præclarè, quod te conſolata eſt ſpes breui tempore congrediẽdi.& 276.b.Filius tuus à me abeſt,in Macedonia congrediemur.& 19.b. Nihil duco eſſe commodius quàm de his rebus nihil amplius ſcribere: cum erimus congreßi,tum,ſi quid res feret,coràm inter nos cõferemus.et 38.a.Cũ eo,ut res indicat, ſepè congreſſus eſt. & 97.a.Sed explora rem totam,ut quo die congreßi erimus,conſilium capere poßimus.pro Cæl. 48. b. Vbi congreſſus cum ſeruis Luceij Cælius?pro Pl.261.a. Venio nũc ad populi partes,qui ſi tecum congrediatur,etc.de N.26. a.Næ ego incautus,qui tecum congredi conatus ſum. pro Lig.138.b.Tubero contra Cæſarẽ congreſſus eſt armatus. pro Mur.149.a.Quare remoue autoritatẽ,& congredere mecum criminibus ipſis.pro Syl.176.a. Nõdum ſtatuo te uirium ſatis habere, ut ego tecum luctari & congredi debeam.I.P.92.a.Si ipſi coràm cõgredi poteris. At.279. b. Antiſtius congreſſus P.Dolobella milites habẽte maluit, etc.Top.229.a.Status,in quo primùm inſiſtit,quaſi ad repugnandum cõgreſſa defenſio.de N. 46.b.Luna tum congrediens cum ſole,tum digrediens,&c.

Congregabilis,le.quod facilè congregatur, & amat ſocium. Offic.32.a. Apum examina congregabilia natura ſunt.

Congregatio,onis.de Fin.107.a.Homines natos eſſe ad congregationem hominum.de Fin.104.a.Nos ad coniunctionem congregationemq́; hominum,& ad naturalem communitatem eſſe natos.

Congregatus,a,um.pro Dom.226.b. Ex quo iudicare poteſtis,quanta uis illa fuerit oriens & congregata, cum hæc Cn. Pompeium terruerit iam diſtracta & extincta.

Congrego,as.colligo,contraho, conuoco, coaceruo, aggrego,cogo,frequento,coniungo,in unum locum compello,copias unum in locum cõuenire.pro Quin.9.b. Is, qui cum te aut uoluntas congregauit, aut fortuna coniunxit.de N.9.b.Chryſippus magnam turbam congregat ignotorum deorum:id eſt,colligit.pro Cecin.296.b. Coacti ſunt,ij qui ab aliquo ſunt unum in locum congregati.I.A.261.a.Ciues unum ſe in locum ad curiam congregabant. Parad.121.a.Latronum multitudo unum in locum cõgregata.de Or.87.b.Homines diſperſos & diſsipatos unum in locum congregare. & pro Seſt.22.b. Tuſc.161.a.Qui diſsipatos homines congregauit. de Fin.134.b. Homines æqualibus delectantur,libenterq́; ſe cum his congregant. pro D.231.a. Multitudo hominum congregata ex ſeruis conductis. Acad.25.b.a. Niuem ex aqua eſſe congregatam.In Vat.34.a. L. Paulum in eundem hunc numerum congregaſti.pro Rab.95.a.Atq; ibi ſe cum tuo patruo et cæteris congregare.de N.50.b.In quo mirandum eſt, congreſſu'ne aliquo,an iam inde ab ortu naturæ congregatæ ſint.pro Quin.9.a. Funus, quo amici conueniunt ad exequias cohoneſtandas:id eſt,congregantur.

Congreſsio,onis.congreſſus,colloquium,ſermo.)(.Digreſsio.Top.225.b. Amori congreſsio cauſam attulit, amor flagitio.Quin.Fr.304.a.His de cauſis hoc malum, quod te non uidi, minus acerbum fuit, quàm fuiſſet tum congreſsio,tum uerò digreſsio noſtra.pro Cluen.26.a.Nemo illum aditu,nemo congreſsione, nemo ſermone dignũ putabat.I.A 169.a.Perſuaſiq́; ut eum à tua non modò familiaritate,ſed etiam congreſsione prohiberet. Off.26.b. Congreſsiones familiarium.de Or. 101.a.In congreſsionibus hominum.

Congreſſus,ſus.congreſsio.)(.Digreſſus.I.A.244.b. Nempe in Antonij congreſſum colloquiumq́; ueniendum eſt.pro Seſt.25.a.Omnes aditum,ſermonem, congreſſum tuum fugiunt.Acad. 2. b. Quaſi uerò clarorum uirorum aut tacitos congreſſus eſſe oporteat, aut ludicros ſermones,aut rerum colloquia leuiorum.pro Syl.170.a. Cũ interim Sylla cum eiſdem ne mediocri quidem ſermone & congreſſu coniungeretur.pro Plan.273.a. Eorum neminem à congreſſu meo ianitor abſterruit.Or.199.b. Congreſſus noſtros,conſuetudinem uictus,ſermonesq́; doctiſsimos requiro.At.20.a.Mihi uerò ut inuideant piſcinarij noſtri,aut ſcribam ad te aliàs,aut in congreſſum noſtrum reſeruabo. Att.178.a. Si quis congreſſus fuerit mihi cum Cæſare. At.14.a.Ac mihi perſuaſeram fore, ut omnia placarentur inter uos, nõ modò ſermone ac diſputatione,ſed conſpectu ipſo congreſſuq́; ueſtro.de N.50.b. In quo admirandum eſt, congreſſu'ne aliquo inter ſe,an iam inde ab ortu natura congregatæ ſint. de Or. 138.a. Ante congreſſum multa fiunt,quæ non ad uulnus,ſed ad ſpeciem ualere uideantur.

Congruens,tis.aptus,accommodatus,conueniens, cõſentiens.)(.Repugnans,diſcrepans. de Orat.163.b.Actio menti congruens eſſe debet.de Fin.138.b.Actiones uirtutibus congruentes.de Leg.163.b.Siue Ariſtotelem & Theophraſtum cum illis re congruentes,genere docendi paulũ differentes.de Cl.175.a.Tubero uita ſeuerus & congruens cum ea diſciplina,quam colebat.Par.234.b.Actio congruens & apta ad animos permouendos.de Or.147.b. Ii ſunt in eo genere laudãdi laudis,quod ego aptũ & cõgruens nominem.de Fin.74.a.Eadem ratio fecit hominem appetentem,cumq́; his natura & ſermone & uſu congruentem.Ep.141.b.Initium ſuſpicionis mihi fuerũt literæ tuæ, quibus literis congruentes fuerunt aliæ poſtea multorum. Ep.106.a.Sed tamen erat aptum bibliothecæ ſtudijſq́; noſtris congruens.Acad.12.a.Maximè autem conuincũtur, cum hæc duo pro congruentibus ſumunt,tam uehementer repugnantia.

Congruenter.conuenienter.de Or.146.a. Ad id quod agitur,aptè congruenterq́; dicere.de Fin.95.b.Congruenter naturæ,conuenienterq́; uiuere.

Congruo,is.conuenio,conſentio.)(.Diſcrepo, repugno.I.V.134.b.Siculi ſuos dies menſesq́; congruere uolũt cum ſolis lunæq́; ratione. At. 111.a. Reliqua patebant & cum Terentiæ ſumma congruebant.de Or.162.b.Non omni cauſæ congruit orationis unum genus.de Fin. 94. a. Principijs congruere debent quæ ſequuntur. de Am.101.b.Si aliquem nacti ſimus,cuius cum moribus & natura cõgruamus.At.27.b.Valde eius ſermo de Publio cum tuis literis congruebat.de Fin.85.b.Quanquam ea epiſtola cum ſententia eius philoſophi nullo modo congruebat.Off.54.b.Etenim quod ſummum bonum à Stoicis dicitur,conuenienter naturæ uiuere,id habet hanc, ut opinor, ſententiam,cum uirtute congruere ſemper.Tuſ.244.a. Cõgruere naturæ et cum ea conuenienter uiuere.de D.100.b. In his omnibus reſponſa Aruſpicum cum Sibillæ uerſibus cõgruebant.de Leg.166.167.a.Hi de re una ſolum diſsidẽt, de cæteris mirificè congruunt.Tuſ.215.a.b. Corporis temperatio,cum ea congruant inter ſe è quibus conſtamus, ſanitas dicitur.pro S.R.28.b.Cum multæ cauſæ conueniſſe in unum locum,atq; inter ſe congruere uidentur. de Ar.250.b.Ea pars legis tuæ quæ congruebat cum iudicio ſenatus.pro Mar.133.b.Noſtri ſenſus in bello congruebant. de Leg.162.a.Oratio uerbis diſcrepans,ſententijs congruens.de Clar.177.a. Geſtus cum ſententijs congruens. & ibi.Motus cum uerbis conſentiens. de In. 46.b. Nam illa quæ prima dicuntur, ſi uehementer uelis congruere & cohærere cum cauſa,ex eis ducas oportet,quæ pòſt dicenda ſunt.

Coniectio,onis.cõiectus.pro Cec.293.a. Ictu cominus coniectione telorum magnas ſæpe copias pulſas eſſe.Idem ſomniorum coniectionem definit hoc modo,eſſe uim cernentem & explanantem,quæ à diſs hominibus ſignificentur in ſomnijs.& de N.42.de D.135.

Coniector,oris.interpres ſomniorum & portentorum uates. de D. 136.a. Defert ad coniectorem quidam, ſomniaſſe ſe ouum,&c.de D.86.b. Somnij interpretatio à coniectoribus facta.& 121.a.Coniector quidam & interpres portentorum.& 134.a.Coniector ſomniorum. Part.230.a.Vaticinationes & reſponſa ſacerdotum, aruſpicum,coniectorum.de D.89.& 95.de Or.230.

Coniectura,ræ.opinio,ſuſpicio,diuinatio, prouiſio, auguratio,exiſtimatio,ſignum,ſenſus,ἔρανος. Att.187.a Quod autem oſin hanc rem ἔρανον à te.de In.64. a. Omnis igitur ex cauſa,ex perſona, ex facto ipſo coniectura



capienda eſt.Ep.94.b.Omnino ſi quæris,ludi apparatiſſimi,ſed nõ tui ſtomachi,coniecturã enim facio de meo. de In.65.b.Hæc ad aliquam coniecturam faciendã pertinẽt. I.V.245.b. De cæteris ex hoc coniecturã facere debebitis. de D.139.a.Coniectura,quæ in uarias partes duci poteſt, nõnunquã etiã in contrarias,nihil incertius.et138.a.b.An ea,quæ dixi,quicquam aliud ſignificant,niſi acumẽ hominum,ex ſimilitudine aliqua coniecturã modò huc modò illuc ducentiũ? At.125.a.Non ariolans ut illa,cui nemo credidit,ſed coniectura proſpiciens iam iamq́; maiora,&c.et 206.b.Quam tu coniecturã faciebas ex literis Meſſalæ.de D.135.a.b.Etiã ſi fieri poſsit coniectura uera ſomniorũ,tamen iſti qui profitentur eam facere nõ poſſunt.&122.a. Cur autem de paſſerculis coniecturã facit? pro Mur.134.b.Ex uultu coniecturã faciunt,quantum quiſq; animi habeat.de D.95.b.Facta etiã cõiectura in Dionyſio eſt, qui, &c.& 96.b.Fiunt certæ diuinationũ coniecturæ à peritis.de Cl.169.b.Tantummodo cõiectura ducor ad ſuſpicãdum.pro Cl. 37. b. Iam hæc diuinatio eſt,ſed uide ne mea cõiectura multo ſit uerior.At.236.b. Cupio antequã Romam uenio,odorari diligẽtius,quid futurũ ſit,quanquã uereor,ne nihil coniectura aberrẽ.contra Rul.64.a. Hæc à me ſuſpicionibus & cõiectura coarguũtur.Or.208.b. Cũ de uero ambigitur,quod quæri cõiectura ſolet.pro Fl.147 b.Iudicare aliquid cõiectura.pro S.R.28.b.Tamẽ nõ temerè creditur,neq; leui cõiectura res penditur. pro S. R.35.a.Etiã'ne in tam perſpicuis reb. argumentatio quærẽda, aut cõiectura capiẽda eſt.pro Q.R.48.a. Multã coniecturam affert hominibus tacita corporis figura. de D.133.b. Ex ebriorũ uiſis innumerabilia coniectura trahi poſſunt, quæ futura uideãtur.pro Do.216.a. Nonnulli ad illã rem rationẽ coniecturãq́; reuocabãt,qui,&c.de Ar.256.b. Ad quẽ metũ,ſi deorũ monitis nõ duceremur,tamẽ ipſi noſtro ſenſu coniecturaq́; raperemur.pro Cæl.51.b.Hæc cauſa ab argumentis,à cõiectura ab ijs ſignis quib.ueritas illuſtrari ſolet,ad teſtes tota traducta eſt.de D.85.b.Artes quæ coniectura continẽtur,& ſunt opinabiles. & 95.b.Alia ſubito ex tempore cõiectura explicantur.At.136.b. Tranſiſſe enim eũ iam putabat,coniectura dierũ ac tempeſtatũ.Ep.127.a.Quanquã,quod me cõiectura ducat,habeo.Itẽ: Sed ea uos coniectura proſpicitis.At.1.a.Petitionis noſtræ huiuſmodi ratio eſt,quod adhuc coniectura prouideri poſsit. pro Pom.9.a.Multa præterea conſulto,ſed ea uos cõiectura perſpicitis.pro Dõ.215.a.Neq; id coniectura proſpiciebamus,ſed iam experti uidebamus.Ep.5.a. Quæ aũt poſita ſunt in cõiectura,quæq́; mihi uidentur fore, ea puto tibi à me ſcribi oportere.I.A.228.a.Quis ſapientior ad coniecturã rerum futurarũ? de N.9.b.Cryſippus magnã turbam congregat ignotorũ deorum,atq; ita ignotorũ, ut eos ne coniectura quidẽ informare poſsimus. I.V.248.b. Quid eius ſit,coniectura uos aſſequi debetis.& ibi.& At.191.b.Coniectura bona eſt.At.28.a. Quantum coniectura auguramur.I.V.101.b.Ex uno de cæteris coniecturam facere.& 166.b.pro Mar.126.a. Huius rei coniecturam de tuo ipſius ſtudio facillimè ceperis. de Or.136.b. Facere coniecturam de ſe.de Am. 111.a.Ipſum ſibi exemplo eſſe. I.C.120.b.Ego de meo ſenſu iudico. in Sal. 275.b. Deſine unumquenq; moribus tuis exiſtimare. pro Deiot. 145.a. Quid nunc mihi animi ſit,ad te refer.

Coniecturalis,le.inficialis.Top.229.a. Prima quæſtio aut inficialis,aut cõiecturalis appellatur.Top.224.b. Sed locus hic magis ad coniecturales cauſas ualet.ad Her. 7.b. Coniecturalis ſtatus.de In.63.b.Nunc à coniecturali conſtitutione proficiſcemur,cuius exemplum ſit hoc expoſitum.in itinere quidam,&c.de D.114.a.Omne genus coniecturale in hoc ferè genere ponebas.

Coniectus,ctus.coniectio.At.55.b.Q.Fratris domus fracta coniectu lapidum. de Or.163. Oculorũ tum coniectu, tum hilaritate.& pro Plan. 263.a.Oculorum coniectus.

Conijcio,cis. cõiectura aſſequor uel conſequor, coniecturã facio, coniectura proſpicio uel perſpicio, agnoſco, auguror,interpretor,diuino,exiſtimo.I.V.250.a. Quàm multos eſſe oporteret,ex ipſo nauigio conijciebat. de D.104.b.Ea quibus bene percepta ſunt,non ſæpe falluntur. malè coniecta,maleq́; interpretata falſa ſunt, non rerũ uicio,ſed interpretũ inſcitia.de Cl.169.a.L.Brutus, qui de matre ſuauianda ex oraculo Apollinis tam acutè coniecit. & ibi.b.Licet aliquid de M.Popilij ingenio ſuſpicari.i.conijcere.de D.111.a.Num igitur,quæ tempeſtas impendeat, uates melius conijciet quàm gubernator.& ibi. Bene qui conijciet,uatẽ hunc perhibeto optimũ.& 122.a. Hæc non tam admirabilia ſunt,quàm coniecta bellè. At.236.a.Sed citò conieci Lanuuij te fuiſſe.de Or.147.b.De me enim cõijcio.Q.Fr.328.a.Quàm te uelim cautũ eſſe in ſcribendo, ex hoc conijcio,quod,&c.pro Plan.266.b.Agnoſco enim ex me.

Conijcere.iacere,conferre.pro Q.9.b.Ergo in eũ qui &c.omnia tela conieciſti.I.C.100.b. Ego tuas petitiones ita coniectas,ut uitari non poſſe uiderẽtur, parua quadã declinatione effugi.In Vat.31.a.Omnia tela in te conijcientur.de D.92.b.Tum ei dormienti uiſum eſt,&c. ſe interfectum in plauſtrũ à caupone eſſe coniectũ,& ſuper ſtercus iniectũ.de Ar.244.a.Conijcere telum,& emittere telum. At.278.a.In te omniũ coniecti oculi ſunt.de Or. 129.a. b. Coniectis oculis,geſtu omni imminẽti,inquit, &c.pro Cl. b.Conijcere oculos in aliquẽ.de Ar.254.b.Cum in me flamma illorũ temporũ conijciebatur,excepi,& pro patria ſolus exarſi.I.C.104.a.Cum illũ ex occultis inſidijs in apertum latrociniũ coniecimus.pro Dom.226.b.Clodius Pompeiũ foro priuauit,domũ coniecit.At.76.b.Appius in ultimã prouinciã ſe coniecit Tarſum uſq;.pro Cæl.51.a.Licinius in fugã ſe coniecit.pro Cæl. 51.a. Sin ſe in intimũ conijcere uellent,non ſatis commodè calceati & ueſtiti id facere poſſent.pro Seſt. 11.b.Inimici oratio uana improbẽ in clariſsimos uiros coniecta.& ibi.Illi,in quos oratio illata tam improba conferebatur.de Or.191.b.Cũ quis ſe mente ac uoluntate conijcit in uerſum,uerba ſequũtur. Q.Fr.321.b.Quod epiſtolã diu in manibus habui,ideo multa cõiecta ſunt aliud alio tẽpore.At.149.a.Libellus, qui in epiſtolam coniectus eſt.pro Plan.277.a.Conijcere cauſam in locos.i.diuidere. Parad.116.a.Ego uerò illa ipſa ludẽs conieci in locos communes.de D.183.a. Quã legẽ eiſdẽ propẽ uerbis noſtri uiri in decimã tabulã coniecerunt. At.255.b. Itaq; id procœmiũ conieci in eum librũ,quẽ ad te miſi. Ep.138.b.In Epicuri nos aduerſarij noſtri caſtra coniecimus. I.P.100.a.Nulli conijcientur in hunc ordinẽ,nulli eximẽtur.Ep.183.b.Reſp.iacet in ijs perturbationibus, in quas eam ille coniecit.I.V. 134.a. Nunquid igitur oportet niſi tres ſortes conijci? unã educi? nihil,conijci iubet tres,&c. pro Mur.143.b. Hæc omnia crimina à multitudine in tuã nimiã diligẽtiã ſerui coniecta ſunt.I.A.164.a. Negociũq́; tranſegiſſes,ni ſe ſub ſcalas tabernæ librariæ conieciſſet.de D.117.b.Sed te mirificã in latebrã conieciſti.Of.45.b.Demetrius Periclẽ uituperabat,quod tantã pecuniã in præclara illa Propylæa coniecit.pro Plã.265.a.Conijcere maledicta in aliquẽ. I.V.112.a. O præclarè coniectũ à uulgo

in illam prouinciā omen cōmunis famæ atq; ſermonis. Ep. 114.b. Nā diſputando coniecit illā uocē Cn. Pompeius, Omnes oportere ſenatus dicto audiētes eſſe. I.V.265.a. In Latumias ſtatim conijciebantur. et 239.a. Conijcere aliquem in uincula uel in carcerem. Tuſ.169.a. Conijci in carcerē. Tuſ.230.a. Conijci in eculeum.

Coniugatio, onis. de Sen. 88.a. Capitū cōiugatio, & religatio, & propagatio uitium. Top.224.a. Locus ex coniugatione, id eſt, ex coniugatis. & 221.b.

Coniugatus, a, um. Top.221.b. Coniugata dicuntur, quæ ſunt ex uerbis generis eiuſdem. ut ſapiens, ſapienter, ſapientia.

Coniugiū, gij. connubiū, matrimoniū. Of.11.b. Prima ſocietas in ipſo eſt coniugio. pro Clu.57.b. Præterea, quod eam ſibi domū coniugij delegit, in qua, &c. At. 96.b. Etiam mehercule lætatus ſum ſermone Pyliæ de coniugio Tulliæ meæ.

Coniugo, as. coniungo. Off.12.a. Eſt ea iucundiſſima amicitia, quam morum ſimilitudo coniugauit.

Coniunctè. ſimul coniunctim. )(. Simpliciter, ſeparatim. de Or.131.b. Si quando riſus coniunctè re uerboq; moueatur. de Am.93.b. Coniunctiſſimè & amantiſſimè uiuere cum aliquo. & de Or.143.b. de Or. 123.a. Simpliciter dici. )(. Cōiunctè efferri. Ep.67.a. Coniunctè ne malles cū cæteris rebus noſtra contexere, an ſeparare, &c.

Coniunctim. coniunctè. Cæl.117.b. Né ue quid coniunctim, de ea re referretur à Coſſ. de In.44.a. Ac mihi uidetur coniunctim agendum de materia & partibus.

Coniunctio, onis. copulatio, neceſſitudo, affinitas, cognatio, ſocietas, cōſociatio, congregatio, conueniētia, continuatio, quaſi concētus atq; conſenſio. Ep.8.b. Quod mihi de filia & Craſſipede gratularis, agnoſco humanitatē tuā, et ſpero nobis hanc coniunctionem uoluptati fore. Ep.53.b. Sin minus, me certè in omnib. rebus ſatis noſtræ coniūctioni amoriq; facturū. At.89.b. Dixerim me uel plurima uincula tecū ſummæ coniunctionis optare, & ſunt amoris arctiſſima. tantū abeſt ut ex quo aſtricti ſumus, laxari aliqd uelim. I.A.248.a. Sed hanc mihi diſſipationē pro paterna neceſſitudine & coniūctione depoſco. I.A.262.b. Hoc pro coniunctione & beneuolentia noſtra mihi ſumpſi, ut id à te peterē, quod, &c. Ep.207.b. Quæſturæ coniunctio liberorum neceſſitudini proxima eſt. de Fin.104.a. Nos ad coiunctionem congregationēq; hominum, & ad naturalem communitatē eſſe natos. Ep.208.a. In omnibus nouis coniunctionibus intereſt qualis primus aditus ſit, & qua commendatione quaſi amicitiæ fores aperiantur. et ibi. Neceſſitudo quæſturæ. & 214.b. Idq; ipſe pro familiari conſuetudine ſæpe ex me audierat, quàm ſuauis eſſet inter nos & quanta coniunctio. pro Dō.218.b. Hanc noſtrā coniunctionem certi homines fictis ſermonibus diremerūt. & 237.a. Eius autoritas propter tantā coniunctionem affinitatis minor eſt putanda. pro Cl.58.a. Coniunctio affinitatis. pro Plan.263.a. Iam municipia coniunctione etiā uicinitatis uehementer mouentur. pro Cæl.44.a. Rationē tantæ familiaritatis, et tantæ conſuetudinis, tantæ coniunctionis reddas neceſſe eſt. I.A.218.a. Quorū eſt nemo, qui non mecum habeat aliquā coniunctionē gratiæ. de Am.100.a. Si exemeris ex rerum natura beneuolētiæ coniunctionē. i. amicitiam. Of.3.a. Commune animantiū omnium eſt, coniunctionis appetitus procreandi cauſa. de D.135.a. Hac igitur mentis coniunctione cū externis mentibus cerni quæ ſint futura continuatio coniunctioq; naturæ. de D.134.a. Coniectores ex quadā conuenientia & coniunctione naturæ, quam uocant συμπάθειαν, quod cuiq; rei conueniat ex ſomnijs, & quid quanq; rem ſequatur, intelligunt.

Coniunctio. pro ea quam partem orationis faciunt grāmatici. Or.209.b. Cum demptis couiunctionibus diſſolutè plura dicuntur.

Coniunctio. enunciationis genus, in qua Et, adhibetur. de Fa.142.b. Ergo hæc quoq; coniunctio eſt ex repugnantibus: & eſt Fabius, & in mari Fabius morietur. & ibid. Non & natus eſt quis oriente canicula, & is mari non morietur. & 143.b.a. Ex connexo transferri ad coniunctionum negationem, hoc modo: ſi cui uenæ ſic mouentur, is habet febrem: non & alicui uenæ ſic mouentur, & febrem is non habet. Top.225.b. Coniunctionum negantia.

Coniunctio. uerborum quædam exornatio eſt, cum interpoſitione uerbi, et ſuperiores orationis partes comprehenduntur, & inferiores, hoc modo: Formæ dignitas, aut morbo defloreſcit, aut uetuſtate. ad Her.32.b.

Coniunctus, a, um. iunctus, copulatus, continens, adiunctus, cohærēs, conſentiens, implicatus cum aliquo, communis, ſociatus, connexus, habens ſocietatē cum aliquo, qui cū aliquo habet aliquā coniūctionē gratiæ, quaſi diuinctus, neceſſarius. )(. diſiunctus, ſolitarius. At.13.a. Multa conſuetudine coniuncti inter nos ſumus. de Am.103.b. Tū etiam cū ijs & inter ſe coniunctiſſimos fuiſſe M. Curium & T. Coruncanum. At. 229.b. Vt noſmetipſi inter nos coniunctiores ſimus. I.V.216.b. Non ſolum amicitia, ſed etiam cognatione cum aliquo coniunctum eſſe. pro Cl. 50.a. Equites ordini ſenatorio concordia coniunctiſſimos eſſe cupio. At.263.a. Me paterna neceſſitudine coniunctum ſemper habuiſti. pro. Pl.264.a. Qui eſt cum illo maximis uinculis et propinquitatis & affinitatis coniunctus. I.A. 154.a. Vrbs mihi coniunctiſſima. pro Syl.178.a. Homo mihi coniunctiſſimus officijs, uſu, conſuetudine. de Am.111.b. Homines beneuolentia coniuncti. I.V.219.a. Quæ cognatio ſtudiorum et artium propemodum non minus eſt coniuncta, quàm illa generis & nominis. pro Syl. 168.a. Non enim iam ſe ullo officio cum illo coniunctum putat, qui, &c. de Cla.165.a. Vir egregius coniunctiſſimusq; mecum conſiliorum omnium ſocietate. pro Dom.218.b. Quod par amicitiæ fuit unquam coniunctius, quàm, &c. Ep.231.a. Nihil poteſt eſſe coniunctius, quā nos inter nos ſumus. de Or. 87.a. Antonius ſumma cū Craſſo familiaritate cōiunctus. At.142.a. Vt per te, qui utriq; es coniunctus, res tota conficeret. & ibi.b. Cum utriq; ſis maximè neceſſarius. & 264.b. Homo familiariſſimus, et mihi omnib. rebus coniunctus. de N.41.b. Deos inter ſe quaſi ciuili conciliatione & ſocietate eſſe coniunctos. Ep.214.b. Lucius magna mecū neceſſitudine coniunctus eſt. de Or.139.a. Hæc & natura, & utilitate, & tractatione coniuncta ſunt. de Or.148.a. Philoſophia oratori coniūcta maximè. de D. 115.a. Primū exta ſunt coniuncta mundo. Off.39.b. Iuſtitia coniuncta intelligentiæ. Oct.329.a. Mea ſalus coniūcta publicæ ſaluti. pro Seſt.3.b. Dolor coniunctus officio. Of.2.a. Præcepta naturæ coniuncta. i. naturalia. de Sen.89.b. Virtuti tuæ fortuna coniuncta eſt. de N.7.a. Motus ſenſui coniunctus et continens. I.C.104.a. Latrones ſcelerum fœdere inter ſe ac nefaria ſocietate coniuncti. pro Cæl.39.b. Quis turpioribus uiris coniunctior? Of. 10.a. Talis autē ſimulatio uanitati coniunctior eſt, quàm liberalitati. Ep.54.a. Cum omnium noſtrûm periculum eſſet coniunctum ſuo. de D.125.b. Conueniens & coniuncta inter augures conſtantia. de Or.156.b. Verba continuata & coniuncta. pro Seſt. 9.a. Scelera, quæ tibi cum illo coniuncta atq; communia ſunt. de Am. 111.b.



Vt quoniā ſolitaria non poſſet uirtus ad ea quæ ſumma ſunt peruenire, cōiuncta & ſociata cū altera perueniret. pro S.R.24.b. Quæ uita eſt maximè diſiuncta à cupiditate, et cū officio cōiuncta. de Cla.194.b. Et dicendi ardore erā propior, & ætate cōiunctior. de Or. 86.b. Celeritas reſpondendi ſubtili uenuſtate coniuncta. de Or.106.a. Dicendi uis egregia ſumma feſtiuitate et uenuſtate coniuncta. Ep.69.b. Declarat enim ſummā beneuolentiā coniunctā pari prudentia. I.A.190.b. Ea ſumma miſeria eſt, ſummo dedecore cōiuncta. de Or.164.a. Verba neminē mouēt niſi eū, qui eiuſdē linguæ ſocietate cōiunctus eſt. I.V.68.a. Vita multis uicijs flagitijſq; cōiuncta. de Leg.157.a. Fannij ætate cōiunctus Antipater. de Cl.189.a. Varro cū Sicinio ætate cōiunctus. I.V.233.b. Poſtea decernitur ac nō uarie, ſed propè cōiunctis ſentētijs. I.P.86.a. Qui diſceſſus cū gloria potius eſſe coniunctus quàm cū probro putaretur. de Am.98.b. Quo cum mihi coniuncta cura de rep. fuit.

Coniungo, gis. copulo, coniugo, conglutino, ſocio, cōſocio, congrego, coagmento, cōcilio, connecto. At. 262.b. Ergo ad prætores miſi, ut ſe nobis coniungerent. de Pro. 78.a. Quod me ſecū ne beneficijs quidē uidebat poſſe coniungi. pro Q.R.47.b. Falle ſocium, qui ſe in negocio coniunxit. At.162.b. Volare dicitur Petreius, cum Afranio coniunxiſſe. Ep.46.b. Quod exiſtimas meā cauſam coniunctā eſſe cum tua. & 109.b. Eamq; epiſtolā cum hac coniunxi. pro Syl.170.a. Cum interim Sylla cum eiſdē ne mediocri quidem ſermone & congreſſu cōiungeretur. de Cl. 175.a. In doctrina Academicorū ueterum diſſerendi ratio coniūgitur cū ſuauitate dicendi & copia. pro Quin.9.b. Is, qui cum te aut uoluntas congregauit, aut fortuna coniunxit. Q.Fr.293.a. Aliquem hoſpitio & amicitia cum aliquo cōiungi. Quin.Fr.294.a. Cuius ſumma grauitas ab illo philoſopho cum ſingulari comitate coniungitur. pro Deiot. 151.a. Deiotarus, quo cum mihi amicitiā reſp. conciliauit, hoſpitiū uoluntas utriuſq; coniunxit. I.A.210.b. Quanquā nos ab ineunte ætate illius uſus, conſuetudo, ſtudiorū etiā honeſtiſſimorum ſocietas ſimilitudoq; coniunxit. pro Pō. 9.a. Quantum illud bellum factum putetis, quod coniungant reges potentiſſimi. I.P.83.b. Quem ego ciuē meo iudicio cum deorū immortalium laude coniūgo. Q.Fr.297.a. Difficile eſt ea, quæ commodis, utilitate & propè natura diuerſa ſunt, uoluntate coniungere. Ep.63.b. Non dubito quin Reſp. nos inter uos cōciliatura coniuncturaq; ſit. I.V.207.b. Portus, qui cum diuerſos inter ſe aditus habeant, in exitu coniunguntur, & confluunt. Ac.119.b. Vt mihi uel conſiliū meum cum illius conſilio uel fortuna coniūgenda uideatur. pro Clu.26.b. Similitudo morū multū ualet ad coniungendas amicitias. I.V.233.a. Coniungere neceſſitudinem cum aliquo. Poſtquā.205.a. Nunquā dubitaſtis meam ſalutē cum ſalute communi coniungere. de Or. 137.a. Neq; tanti eſt illud quod uidetur prodeſſe, ut cum aliquo malo coniungatur.

Coniunx, gis. particeps connubij. At. 118.b. Vagamur egentes cum coniugibus & liberis. & I. V. 69.a. de N. 73.a. Qui non ſat habuit coniugem illexiſſe in ſtuprum. Quin.Fr.303.b. Fideliſſima coniunx. & I.A. 186.b. & I. C. 122.b.

Coniuratio, onis. conſpiratio, conſenſio. I.C. 161.b. Vt omnes factā eſſe apertè coniurationē contra remp. uideretis. I.C.114.b. Hæc in remp. coniuratio manifeſtè deprehēſa eſt. & 119.a. Tam exitioſam haberi coniurationē à ciuibus nunquā putaui. Off.61.a. Nā ſi omnia facienda ſunt quæ amici uelint, non amicitiæ tales, ſed coniurationes putandæ ſunt. I.C.200.a. Iſta coniuratio perditorum hominum: id eſt, iſti coniurati.

Coniurator, oris. I.C.122.b. Manus coniuratorū, quā uidetis eſſe permagnam.

Cōiuratus, a, um. pro Fon.278.b. Teſtibus cupidis, iratis, cōiuratis, non credendū eſſe. pro Mur.136.b. Homines iam tum coniuratos cū gladijs in campū deduci à Catilina ſciebam. pro Plā.280.b. Exules coniurati.

Coniuro, as. conſentio, conſpiro. pro Syl.180.a. Catilina cōtra remp. coniurauit. et ibi.b. Ii quos cōiuraſſe cognitū eſt. de Ar.252.a. Hi, quibus cū coniuraſti. pro Mil.113.b. Seruos Milonis ſibi cōfeſſos eſſe, de interficiēdo Pompeio cōiuraſſe. Ep.63.a. Scito me tantū habere æris alieni, ut cupiā coniurare. I.A.163.b. Cū homines nefarij confiterentur ſe urbē inflammare conſenſiſſe.

Connecto, ctis. coniūgo. )(. Separo. de N.a. Aeternum ex aſtris cupiens connectere nodū. de Or. 158.a. Nam illud ex hoc genere profluit, non eſt in uno uerbo trāslato, ſed ex pluribus continuatis connectitur. At.252.a. Iſta uerò, quæ tu connecti uis, aliud quoddā ſeparatum uolumen expectant. de D.131.b. Ακροστιχὶς, cū deinceps ex primis uerſus literis aliquid connectitur. de Or.138.a. Connexū ſit principiū conſequenti orationi, ita ut, &c. de Som.128.a. Nouē tibi orbibus connexa ſunt omnia. de Diuin.141.b. Si uerū eſt, quod ita connectitur: ſi quis oriēte canicula natus eſt, is in mari non morietur. de Fin.63.a. Amicitia cū uoluptate connectitur. Part.242.b. Sic inter ſe pleraq; ſunt connexa & apta, ut, &c.

Connexio, onis. de Or.*.

Connexus, a, um. nexus, aptus, coniunctus. I.P.81.b. Perſequere his funeribus connexos dies. de N.45.b. Qui tam certos cœli motus, tam ratos aſtrorū ordines, tamq; omnia inter ſe apta & connexa uiderit. de Fin. 118.a. Eſt apud illos ordo rerum conſeruatus, & omnia inter ſe apta & connexa.

Connexum, xi. enūciati & concluſionis genus. Acad. 24.b. Ratio connexi, cum conceſſeris ſuperius, cogit inferius concedere. de Fat. 143.a. Si quod primum in connexo eſt neceſſarium eſt, fit etiam quod conſequitur neceſſarium.

Connitor, ris. nitor, operā do, conor. Of.43.b. Quantū conniti animo potes, quantū labore contendere, tantū fac ut efficias. de Fin.134.b. Cum aūt paulū firmatis acceſſerit, connitūtur ut ſe erigāt, & manibus utuntur. In Arat. Atq; genu flexo taurus connititur ingens. de D.89.b. Deinde eius germanum cornibus connitier in me arietare.

Conniueo, ues. eſt palpebras oculorum mouere, modò claudere, modò aperire. ponitur pro diſſimulare. pro Fl. 151.b. In quo etiam ſi quid erraſſet, omnes boni conniuendum eſſe arbitrarentur. Tuſ.174.a. In medijs uitæ laboribus obdormiſcere, & ita conniuentem ſomno conſopiri ſempiterno. de N.55.a. Oculi Somno conniuentes, palpebris tanquam inuoluti quieſcunt. de Ar.252.b. Conniuentes oculi abaui tui. pro Cæl.46.a. Multa nobis blandimenta natura dedit, quibus ſopita uirtus conniueret. I.A.156.b. Sed ea ipſa concedo, quibuſdam in rebus etiā conniueo. pro Cæl.50.a. Prò dij immortales, cur interdum in hominum ſceleribus maximis conniuetis? de Ar.256.a. Qui in tot tantiſq; ſceleribus conniuebant.

Connixus, a, ū. fultus, firmus. Tuſ.185.b. Ratio connixa per ſe & progreſſa longius fit perfecta uirtus.

Connubium, bij. coniugium. Antequam.196.b. Tuq; particeps connubij, ſocia regni regina Iuno. Top.222.a.

Mulier nupta cum eo cui connubij ius non eſt. Off.11.b. Sequuntur connubia & affinitates.

Connus,ni. Ep.140.b. Socratem docuit fidibus nobiliſſimus fidicē, is Connus uocitatus eſt. num id obſcœnū putas?

Conor,aris. tento, experior, molior, enitor, incumbo, id ago, ut, &c. id molior, id pugno, ut, &c. de Or.114.a. Poetas omnino quaſi alia quadam lingua locutos nō conor attingere. de Or.145.b. Sed priuſquā illa conor attingere, proponā, &c. Or.206.a. Vides ne profectò Demoſthenē multa perficere, nos multa conari, illum poſſe, nos uelle. pro S.R.27.a. Non modò id facere non poſſum, uerùm ne conor quidem. pro Q.14.a. Dixi mihi uideri ore duriſſimo eſſe, qui præſente eo geſtum agere conaretur. pro S.R.41.b. Multa efficere, plura conari. Orat.217.b. Id fortaſſe non perfecimus, conati quidem ſumus. de Vn.101.b. Hæc ſi uerbis explicare conemur, fruſtra laboremus. I.C.108.b. Quibus hoc præcipiendum uidetur, ut deſperent ſe id quod conantur, conſequi poſſe. pro Cl.56.a. Mater in filij caput quæſtionem habere conata eſt. & 52.a. Hæc ſi T. Actius cogitaſſet, profectò ne conatus quidem eſſet dicere, id quod multis uerbis egit, iudicem non deuictum legibus eſſe oportere. Epiſt.7.a. Si exploratum tibi eſt, poſſe te illius regni potiri, non eſt cunctandum: ſin dubium, non eſt conandum. & 10.b. Ea eſt enim conatus, quibus patefactis, &c. Ep.52.b. Aut enim bellum renouare conati ſunt, & hi ſe in Africam contulerunt. de Arat.245.b. Si impetum in me facere conabitur, reſiſtam, & eius conatus refutabo. pro Cæl.50.a. Qui conſulem inſipientem furere, atq; conantem ſua ſe manu interfecturum dixerit. pro Deiot.147.a. Quod & occultius conari & cautius efficere potuit. Or.199.b. Magnum opus omnino & arduū Brute conamur, ſed nihil difficile amanti puto. Ep.57.a. Et afferam rationes, quibus te à moleſtijs coner abducere. & 4.b. Qui nunc, &c. ſi qua conabuntur agere, ſatis prouiſum eſt, &c.

Conquaſſatio, onis. concuſſio, cōmotio. Tuſ.215.a. Morbus & ægrotatio ex totius ualetudinis corporis conquaſſatione & perturbatione gignuntur.

Conquaſſo, as. concutio, commoueo, uaſto. pro Seſt.15 b. & in Vat.32.b. Exteras nationes illius anni furore conquaſſatas uidebamus. Ep.50.b. Omnes prouinciæ cōquaſſatæ ſunt. de D.100.b. Apulia maximis terræ motibus conquaſſata eſt.

Conqueror, ris. deploro. Epiſt.60.b. Nihil tecum de tui fratris iniuria conqueror. Ep.120.a. Contriſtauit hæc ſententia Cornelium, & ſcio eum conqueſtum eſſe cum Scipione. I.V.236.a. Non illi bonorum direptiones, non iniqua iudicia, non uim, non contumelias, quibus oppreſſi erant, conquerebantur, ſed, &c. & 271.a. Si ad ſaxa hæc conqueri ac deplorare uellem. & 157.a. Tanta uis erat iniuriarum, ut homines quiduis perpeti, quàm non de iſtius prauitate & iniurijs deplorare & conqueri mallent. pro S.R.22.b. Conqueri de ſcelere & iniurijs alicuius. & 20.a. Grauiter cōqueri. pro Seſt.5.b. Nihil ab eo prætermiſſum eſt, quod aut pro republica conquerendum fuit, aut pro reo diſputandum. Tuſc.186.a. Conqueri fortunam aduerſam, non lamentari decet.

Conqueſtio, onis. querela. Q.Fr.194.a. & pro Mur.125.a. & de In.61.a.

Conquieſco, ſcis. quieſco, conſideo, deſino. Or.206.b. Ita poſtremò eijciūtur, ut ne ad ſaxa quidem conquieſcāt. pro R.P.129.b. Hyeme omnia bella iure gentium conquieſcunt. pro Mil.114.b. Si urbs ab armis ſine milonis clade nunquā eſſet cōquietura. pro Cor.55.b. Is à pueritia uſq; ad hanc ætatem à continuis bellis nunquam conquieuit. pro Dom.233.a. Nunquam conquieſcet fluctus bonorum. contra Rul.64.b. Vectigal, quod intermiſſis alijs nō conquieſcat. pro Mil.108.b. Itaq; quando illius poſtea ſica cōquieuit? Ep.2.a. Quoniā tu niſi perfecta re de me nō conquieſti. de Fin.138.a. Videmus igitur ut conquieſcere ne infantes quidē poſſint. At.4.a. Ex omnib. moleſtijs ac laboribus uno illo in loco conquieſcimus. Ep.129.a. et At.20.b. Quod nos quoq; imitamur, ut poſſumus, et in noſtris ſtudijs libētiſſimè conquieſcimus. Ep.18.b. Vt ætas noſtra iā ingraueſcēs in amore atq; in adoleſcētia conquieſcat tua. de Am.100.a. In amici mutua beneuolētia conqeſcere. Ep.51 b. Habebā quò confugerē, ubi conquieſcerē, cuius in ſermone et ſuauitate omnes curas doloreſq; deponerē. pro Pom.6.a. Etiāſi irruptio nulla facta ſit, tamē agricultura deſeritur, mercatorū nauigatio conquieſcit. pro Arch.187.b. Hic homo ſuppeditat nobis ubi et animus ex hoc forēſi ſtrepitu reficiatur, et aures conuicio defeſſæ conquieſcāt. At.199.a. Conquieſcent literæ, niſi quid noui extiterit. de Or.160.b. Notatur aūt maximè ſimilitudo in conquieſcendo.

Conquiro, ris. inueſtigo, magna diligentia quæro. Ep.65.b. Ego tamen terra mariq; ut conquireretur præmandaui, et profectò illum reperiā, niſi in Dalmatiam aufugerit. de Fin.88.a. Sed ea nullam aliam ad rem, niſi ad uoluptatem conquiruntur. contra Rul.85.b. Iſti ab Rullo conquiſiti atq; electi coloni. & ibi. Statim conquiſituri ſunt aliquid ſceleris. Off.75.b. Conquirere ſuauitates undiq;. ad Her.1.a. Græci ſcriptores ne parum multa ſciſſe uiderentur, ea conquiſiuerunt, quæ nihil attinebant, ut ars cognitu difficilior putaretur. de Or.145.a. Sed quid ego uetera conquiram? I.V.208.b. Conquiri Diodorum iubet. de Or.102.a. Non enim hoc conquirimus, ſed, &c.

Conquiſitè. exquiſitè, diligenter, doctè. ad Her.16.a. Conquiſitè conſcribere aliquid.

Conquiſitio, onis. de Pro.70.a. Exercitus ſuperbiſſimo delectu, & duriſſima conquiſitione collectus. de Vn.196.a. Difficillimum eſt in omni conquiſitione rationis exordium.

Conquiſitor, oris. cui aliquid conquirendum mandatū eſt. At.115.a. Nullus uſquam delectus: nec enim conquiſitores φαινοπροσωπεῖν audent, cum ille adſit. Item pro Mil.114.a.

Conquiſitus, a, um. exquiſitus, inſignis. Tuſ.240.a. Incendebantur odores, menſæ conquiſitiſſimis cibis extruebantur. de Ar.257.a. Si quis aliquem fictis conquiſitiſq; uicijs deformatum uellet inducere.

Conſalutatio, onis. At.33.a. Conſalutatio forenſis.

Conſaluto, as. ſaluto. de Or.109.b. Qui cum inter ſe, ut eorum uſus ferebat, amiciſſimè conſalutaſſent. I.A.171.

Conſaneſco, ſcis. ſanor, ſanus fio. Ep.51.b. Nunc hoc tā graui uulnere, etiam illa quæ conſanuiſſe uidebantur, recrudeſcunt.

Conſanguineus, a, um. ſanguine coniunctus, propinquus. de In.50.a. et 61.a. Cognatio, quibus maioribus, quibus conſanguineis.

Conſaucio, as. ſaucio, uulnero. ad Her.30.a. In hoc autē crebro & celeri uulnere corpus conſauciari uidetur.

Conſceleratus, a, um. ſceleratus. pro S.R.29.b. & I.V.94.b. & Oct.331.a. Quæ furiæ dies nocteſq; parentum pœnas à conſceleratiſſimis filijs repetant.

Conſcendo, dis. aſcendo. Q.Fr.307.b. Tu uelim quam primum conſcendas, ad meq; uenias. Ep.40.b. Tamen ut



uidit tua intereſſe, conſcendens iam nauem, Epheſo Laodiceam reuertit. & At.135.a. Si Cn. bene comitatus conſcēdiſſet, & conſules tranſiſſent. Ep.199.a. Quamobrem cōſcende nobiſcum, & quidem ad puppim, una nauis eſt iam bonorum omnium, &c.

Conſcenſio, onis. aſcenſus. de D.94.b. Conſcenſio in naues.

Conſcientia, tiæ. recordatio, animi quædam ratio, uis & lex, à qua & de rectè factis, et ſecus, admonemur. de N.77.a. Et uirtutis & uiciorū ſine ulla diuina ratione graue ipſius conſcientiæ pondus eſt, qua ſublata iacēt omnia. At.210.a. In omni uita ſua quenquam à recta conſcientia tranſuerſum unguē non oportet diſcedere. pro Mil.113.a. Magna uis eſt conſcientiæ in utranq; partem, ut neq; timeant qui nihil cōmiſerunt, & pœnam ſemper ante oculos uerſari putent qui peccarint. & ibid. Pura atq; integra mens: id eſt, quæ nullius ſibi criminis conſcia eſt. I.A.181.a. In ipſa conſcientia rectè factorum ſatis magnus laborū fructus eſt. At.195.b. Mea mihi cōſcientia pluris eſt quàm hominum ſermo. Parad.123.b. Timor ex conſcientia peccatorum exoritur. Antequam.195.b. Illi ſcelerum ſuorum conſcientia cruciati pop. Romano pœnas dabunt. I.C.97.b. Patēre tua conſilia non ſentis? conſtrictam iam omnium horum conſcientia teneri coniurationem tuam non uides? & 113.a. Is recitatis literis conſcientiæ conuictus repentè conticuit. & 107.a. Homo audaciſſimus conſcientia conuictus reticuit. pro Cæl.42.b. Qui non modò à facto, ſed etiam à conſcientiæ ſuſpicione abeſt. de Cla.187.b. Qui in hoc communi malo conſoletur ſe, cùm conſcientia optimæ mentis, tum etiam uſurpatione & renouatione doctrinæ. pro Mil.113.b. Conſcientia magnorū delictorum. de Fin.59.b. Quod ſi qui ſatis opibus hominum ſibi contra conſcientiam ſepti eſſe & muniti uidentur, deos tamen horrent, eaſq; ipſas ſolicitudines, quibus eorum animi noctes atque dies exeduntur, à dijs immortalibus ſupplicij cauſa importari putant. Parad.119.a. Te conſcientiæ ſtimulant maleficiorum tuorū. & ibi. Quocunq; aſpexiſti, ut furiæ ſic tuæ tibi occurrunt iniuriæ, quæ te reſpirare non ſinunt. Off.69.a. Hunc tu quas conſcientiæ labes in animo cenſes habuiſſe? quæ uulnera? de L.163.b. & 164.a. et 198.b. Itaq; pœnas luunt, non tam iudicijs, quàm quod eos agitant inſectanturq; furiæ, non ardentibus tædis, ſicut in fabulis, ſed angore conſcientiæ fraudiſq; cruciatu. de Off.60.b. Sceleris eſt pœna triſtis, & præter eos euentus qui ſequuntur, per ſe ipſa maxima eſt. cū uerò iurato dicēda ſententia ſit, meminerit Deum ſe habere teſtem: id eſt, ut ego arbitror, mentē ſuam, &c. pro Dom.241.b. Qui aram in litore deſerto ſomnijs ſtimulatus aut religione aliqua conſecrauit. & ibid. Aliquem conſcientia peccati profugiſſe. Ep.36.a. Hæc ad te ſcripſi liberius, fretus conſcientia officij mei. At.146.b. Præclara igitur conſcientia ſuſtentor. de Leg.164 a. Angor & ſolicitudo conſcientiæ uexat impios. pro Clu.29.a. Conſilia conſcientiæq; facinorum ſupplicio dignæ ſunt. I.V.273.b. Illi ad quos conſcientiæ contagio pertinebit. ad Her.7.b. Accuſator dicet aduerſarium cum ad eum uentum ſit, erubuiſſe, expalluiſſe, titubaſſe, incōſtanter locutum eſſe, &c. quæ ſigna conſcientiæ ſunt. de Fin.70.b. Epicurus in magnis interdum uerſatur anguſtijs, ut hominum conſcientia remota nihil tam turpe ſit, quod non uoluptatis cauſa uideatur eſſe facturus. I.P.87.b. Tu oppreſſus conſcientia ſcelerum tuorum. & 88.b. Impedita & oppreſſa mens conſcientia. & ibidem. a. Horum alter ſic fuit infirmatus conſcientia ſcelerum & fraudum ſuarum, ut non ſit auſus, & cætera.

Conſcindo, dis. diſcindo, ſcindo, diſcerpo. Ep.104.a. Epiſtolam tuam conſcidi innocentem. nihil enim habebat, quod non uel in cōcione rectè legi poſſet. & 107.a. Quod epiſtolam conſciſſam doles, noli laborare, ſalua eſt domi. At.134.a. Is me ab optimatibus ait conſcindi. I.V.159.b. Conſcindere aliquem pugnis & calcibus. At.34.a. Conſcindere aliquem ſibilis.

Conſciſco, ſcis. uitam mihi exhaurio, mortē hoſtibus offero. I.V.176.b. Aratores mortē ſibi ipſi conſciuerunt. de Cla.168.a. Themiſtocles ueneno ſibi mortē conſciuit. Ep.97.a. Mortem mihi cur conſciſſerem cauſa non uiſa eſt, cur optarem, multæ. & ibid. Aut capiendus tanquam exilio locus, aut conſciſcenda mors uoluntaria. de N.27.b. Iunius necem ſibi ipſe conſciuit. pro Clu.54.a. Is mortem ſibi ipſe conſciſcet. At.285.b. Nec incolumis fui Cæſare uiuo niſi poſtquam illud conſciui facinus.

Conſcius, a, um. particeps, ſocius, teſtis. pro Cl.29.a. Is conſcius illi facinori fuiſſe putabatur. de Or.192.a. Vides officium agi meum quoddam, cui tu es conſcius. I.V.229.a. Nolo uiros primarios eſſe temeritati & mendacio conſcios. At.165.a. & 146.b. Ille mihi in priuatis rebus omnibus conſcius eſt. Ep.179.b. Conſcius autem mihi eram, nihil à me commiſſum eſſe, quod, &c. Tuſc.177.a. Et ſi mihi conſcius ſum, nunquam me cupidum fuiſſe uitæ. Off.66 a. Ego mihi nullius culpæ conſcius ſum. pro Cæl.48.b. Huic tanto facinori tua mens liberalis conſcia eſſe non debuit. pro Cæl.52.a. Serui conſcij multarum rerum. pro Deiot.574.a. Horum, inquit, eram conſcius. & ibid. Habere aliquem conſcium maximi ſceleris. Ep.62.b. T. Pomponius homo omnium meorum in te ſtudiorum & officiorum maximè conſcius. pro Font.277.a. Satis' ne uobis multos, ſatis idoneos teſtes & conſcios uidetur ipſa fortuna eſſe uoluiſſe earum rerum, quæ, &c. de Fin.75.b. Facilè ut excogitet, quò occultè ſine teſte, ſine ullo conſcio fallat. Ad Herennium.22.b. Et eius rei multos dixerit teſtes & conſcios eſſe.

Conſcribo, bis. ſcribo, cōpono. de Sen.94.b. Sed illos etiam de quibus audiui & legi, & ipſe conſcripſi. Att.221.a. Conſcripſi de his ipſis libris epiſtolam ad Cæſarē. ad Her.1.a. Vt de ratione dicendi conſcriberemus. Ep.104.b. Inſtitui Topica Ariſtotelica conſcribere, ab ipſa urbe cōmonitus amantiſſima tui. At.191.b. De Antonio Balbus ad me cum Oppio conſcripſit. pro S.R.35.a. Volumen quod ei planū facere poſſum Erucium conſcripſiſſe. pro Clu.57.a. Fortunas alterius literis conſcriptas in iudiciū afferre. Ep.193.b. Milites, quos Dolobella ex Aſia conſcripſerat, è Syria fugientes in Pamphiliā uenerunt. Poſtquā.200.b. & pro Dom.224.a. Cum homines in tribunali Aurelio palā conſcribi centuriariq; uidiſſem. pro Seſt.10.a. Cum ſerui uicatim conſcriberentur, decuriarentur.

Conſcriptio, onis. ſcriptio. pro Cl.58.a. Falſæ conſcriptiones quæſtionum.

Conſcriptus, a, um. ſcriptus. de Cla.176.b. Liber, quē de conſulatu ſuo conſcriptū miſit ad Furium poetam.

Conſcripti dicebantur qui ex equeſtri ordine patrib. aſcribebantur, ut numerus ſenatorum expleretur. hinc poſtea ſenatores omnes, Patres conſcripti appellati. I.C.118.b. Quare P.C. conſulite uobis, &c. ad Her.31.a. Demus operam Quirites ne omnino Patres Conſcripti circumſcripti putentur.

Conſecratio, onis. dedicatio. pro Dom.238.a. An conſecratio nullum habuit ius? dedicatio eſt religioſa? pro

Dom.237.b. Clodius ſuis ſe dicit manibus domum ciuis optimi conſecraſſe,quæ tua fuit cõſecratio? pro Dõ.237.b. et 238.b.Conſecrationes fiebant aut à Pontificib.aut à Tribunis pleb.pro Cor.61.b. Obteſtatio & conſecratio legis. pro Dom. 239. a.In conſecratione ſtatuebantur aræ,quæ religionem afferrent.

Conſecratus,a,um. ſacer.)(. Profanus. I. V.200.b. Hunc cupidinen,quod conſecratus erat,non attigit. Item. Ariſteus cum Libero patre eodem in templo conſecratus. Q.Fr.296.b.Vrbes in quibus tuas uirtutes conſecratas uides.Tuſ.155.a.Vetera iam iſta & religione omnium conſecrata.Tuſ.176.a.Qui certis quibuſdam deſtinatisq; ſententijs quaſi addicti & conſecrati ſunt.I.C.118.a.Campus conſularibus auſpicijs conſecratus.pro Mur. 124.a.Illa ſolennis comitiorum precatio conſularibus auſpicijs conſecrata.de N.69.b.Certæ tempeſtates pop.Romani ritibus conſecratæ.& 71.b.Quarum rerum utilitate uideo etiam conſecrata ſimulachra. pro Clu. 26.a.Martiales quidam larini appellantur miniſtri publici Martis,eiq; Deo ueteribus inſtitutis conſecrati.de N.69.a. Virorũ fortium memoriã honore deorum immortaliũ conſecratã.de Ar.245 a.Clodium eſſe conſecratum Miloni.Part.233.a. Locus cõſecratus.)(.Locus profanus.

Conſecro,as.dico,dedico,ſacro,religioſum facio,monumentum facio,fanũ alicui facio,mortuũ in locũ aliquẽ infero.de N. 37. b. Quamuis menti delubra uirtuti & fidei conſecremus,tamen,&c.I. V.215.b. Tui nominis æterna memoria ſimul cum templo illo conſecratur.de Leg. 175. a. Athenienſes impudentiæ fanum fecerunt,ſed uirtutes, non uicia conſecrare decet.de N. 90.a. Mater Phalaridis uiſa eſt uidere in ſomnis ſimulachra deorũ,quæ ipſa Phalaridis domi conſecrauiſſet,&c.de D.123.a.& 101.a.Ex eo Aio loquendi ara in noua uia conſecrata eſt.pro Do.241. b.Conſecrare arã in littore.de N.67.a. Omne ferè beſtiarum genus Aegyptij conſecrauerunt.de D.21.b.Aegyptij nullã belluam niſi ob aliquã utilitatem conſecrauerunt.& ibid.Belluas à barbaris propter beneficiũ cõſecratas.de N. 39.a.Aër Iunonis nomine conſecratur. I.V.215.a. Dare, donare,dicare,cõſecrare aliquid Ioui Opt.Max.de N.41. b.Conſecrare & publicè dedicare aliquẽ deum. & 38.a. Liber,quẽ maiores noſtri conſecrauerunt. de Leg.175.a. Ex hominũ genere cõſecrati,ut Hercules,&c.& ibid.Benè uerò quod mens,pietas,fides,conſecratur manu,quarũ omnium Romæ dedicata publicè templa ſunt. pro Dom. 223.b.Quid nunc apud pontifices agis? te meam domũ cõſecraſſe,te monumentum feciſſe, in ædibus meis te ſignum dedicaſſe.& 237.a. An putatis, ſi is poteſtatem tenuerit, & aliquid dixerit, domum uniuscuiuſq; conſecrari poſſe. & 238.a.C. Attinius bona Q. Metelli conſecrauit, foculo poſito in roſtris, adhibitoq; tibicine. pro Cor.61.a. Cum caput eius,qui contra legem facit,cõſecratur.de Leg.174 .a.Ne quis agrum conſecrato,auri argenti ſacrandi modus eſto. de Ar. 251.a.Tu meam domum religioſam facere potuiſti? pro Arch. 191.a. Fuluius Martis manubias Muſis conſecrauit.At. 190.b. Ego illam conſecrabo omni genere monumentorum. Quint. Fr. 296.a. Virtutes tuas conſecratas,& in deorum numero collocatas uides. Offic.56. b. Hercules, quem hominum fama beneficiorum memor in concilio cœleſtium collocauit.Quin.Fr.298.b.Ampliſſimis monumentis conſecrare memoriam nominis ſui. pro Mil.117.a. Qui tyrannos necauerunt propè ad immortalitatem,& religionem,& memoriam conſecrantur. I. V. 69.a. Delubra ſanctiſſimis religionibus conſecrata. pro Rab.96.b. Mentes, quæ ex hominum uita ad deorum religionem ſanctimoniãq; demigrauerunt. Tuſ.190.a. Ars eius atq; utilitas deorum immortalium inuentioni conſecrata,id eſt,medicina.de N.38.a. Cupidinis & Veneris uocabula conſecrata. Tuſ. 230.a.Ratio diſputandi Socratis, Platonis memoria & literis conſecrata.pro Seſt.27.b. Neque ſi hanc opinionem in illo ſanctiſſimo Hercule conſecratam uidemus,minus exiſtimemus, &c. de Leg.170.a. Patria,cui nos totos dedere, & in qua noſtra omnia ponere & quaſi conſecrare debemus. I. V.225.a. Sicilia Cereri conſecrata eſt. & 119.a.Mutia honor hominis deorum religione conſacratus. I.V. 141.a. Apud omnes Græcos hic mos eſt,ut honorem hominibus habitum in monumentis huiuſmodi nonnulla religione deorum conſecrari arbitrentur. pro Mil.117.a.Propè ad immortalitatem, & religionem,& memoriam cõſecrantur. pro Cor.61.b. Aut pœna,cum caput eius qui contrà facit,conſecratur.

Cõſectarius,a,um.de Fin.117.b.Illud uerò minimè cõſectarium,ſed in primis hebes, illorum ſcilicet nominũ gloriatione dignam eſſe beatã uitam, quod non poſſit ſine honeſtate contingere,ut iure quiſquam glorietur. Itẽ. Nũc uenio ad illa tua breuia,quæ cõſectaria eſſe dicebas, & primum illud quo nihil poteſt eſſe breuius,bonum omne laudabile,laudabile aũt omne honeſtum, omne igitur bonum honeſtum.ô plumbeum pugionem.de Fin.117.a.& 96.a. Conſectaria me Stoicorum breuia & acuta delectant.

Conſectatio,onis.captatio,aucupium.Or.212.b. In huius concinnitatis cõſectatione, Gorgiam fuiſſe principem accepimus.

Conſectatrix,cis.auceps.Offi.76.a. Libidines ſunt cõſectatrices uoluptatis.

Conſectio,onis.ſectio.de N.56.b. Conſectio arborum. de D.104.b. Niſi conſectionis materiæ fabricam haberemus. aliàs,confectio.

Conſectus,ta.in Arato.& de N.*.

Conſector,aris.aucupor,capto,perſequor.de Or.87. b.Ac ne omnia conſecter,comprehendam breui. I.P. 91. b.Leuitatis eſt, inanem aucupari rumorem,& omnes umbras etiam falſæ gloriæ conſectari. de Or. 119. a. Tardi ingenij eſt riuulos conſectari,fontes rerum non uidere. de Leg. 157. a. Siſenna in hiſtoria puerile quiddam conſectatur. Tuſc.230.a.Cicero genus diſputandi Socratis cõſectatus eſt. Off.44.a. Alexander beneuolentiam Macedonum largitione conſectabatur. de Or. 146. b.Vicium quod nonnulli de induſtria conſectantur. At. 212. a. Ne exiſtimes, qui non debita conſectari ſoleant, quod debeatur remiſſuros. de Fin. 55.b.& 94.a.Nemo eſt qui dolorem ipſum,quia dolor ſit,amet,conſectetur,adipiſci uelit. pro Cecin.275.a. Si tam uerè homines uerba conſectarentur quàm rem. Off.17.a.Bonus ciuis non opes aut potentiam conſectabitur. Or.20.b. In Panathenaico Iſocrates ea ſe conſectatum fatetur. & de Or.117.a. Vicioſa conſectari imitando.At.33.a.Conſectari aliquem clamoribus et conuicijs & ſibilis.de In.76. a.Licinius hoſtes conſectatus eſt,& confecit.

Conſecutio, onis. conſequentia, connexum. de Inuent. 52. a. Simplex concluſio ex neceſſaria conſecutione conficitur. de Finib. 56. b. Ipſa detractio moleſtiæ conſecutionem affert uoluptatis. Conſecutio, pro σύνθεσει, id eſt, apta uerborum compoſitione, & conſtructione. Part. 231. a. Conſecutio uerborum in coniunctione ſeruanda, ne generibus, numeris, temporibus, perſonis, caſibus,perturbetur oratio: nam ut in ſimplicibus uerbis, quod



quod non eſt Latinum,ſic in coniunctis quod non eſt conſequens,uituperandum eſt.

Conſecutio.pro quæſtione qualitatis, ſeu pro qualitate ipſa.de Or.153.a.Cognitionis tres modi,coniectura, definitio,& ut ita dicam,conſecutio.& ibi.Conſecutio tractatur,cum quid quanq; rem ſequatur,inquiritur.ut illud: ſit ne aliquando mentiri boni uiri.

Conſecutus,a,um.I.A.159.a.Proximo,altero,tertio, deniq; reliquis conſecutis diebus non intermittebas, &c.

Conſeneſco.ſcis. ſenex fio,annis & ætate ingraueſco. At.30.a.Noſter amicus magnus, cuius cognomen unà cũ Craſſi diuitis cognomine conſeneſcit. pro Cl.20.b. Soror in huius amantiſſimi ſui fratris manibus & gremio, mœrore & lachrymis conſeneſcebat.At.37. b. Deinde omnes illius partis autores etiam nullo aduerſario conſeneſcere. de Or.106.b.& pro Cl.18.b. Veteres leges aut ipſas ſua uetuſtate conſenuiſſe,aut nouis legibus eſſe ſublatas.de Sẽ. 83.a.Quamuis conſenuerint uires atq; defecerint.

Conſenſio,onis.conſenſus,conſpiratio.Tuſ.154.b.Omni in re conſenſio omnium gentium lex naturæ putanda eſt.Ep.13.b.Quo in diſcrimine mirifica ſenatus, incredibilis Italiæ totius,& ſingularis bonorum omnium conſenſio in metuendo extitit.de Am.98.b.Et id in quo eſt omnis uis amicitiæ,uoluntatum,ſtudiorum & ſententiarũ ſumma conſenſio.37.b.Conſenſio uniuerſorum.pro Fon. 277.a.Conſenſio Gallorum.Br. 91. b. Res omnium conſenſione laudata.Poſtquam.212.a.Nulla de illis magiſtratuum conſenſio. At.156.b.Quorum ſocietas & ſceleratæ conſenſionis fides,quò eruperit uides.

Conſenſus,ſus.conſenſio,conſpiratio, quaſi cõcentus, conuenientia.Tuſ.155.a.Omnium conſenſus naturæ uox eſt.I.A.103.b.Nunquam inter ſenatum & uos conſenſus maior ulla in cauſa fuit.de N.65.a. Illa mihi placebat oratio de conuenientia conſenſuq; naturæ,quam quaſi cognatione continuatam conſpirare dicebas.& ibidem. Iſte quaſi conſenſus,quam συμπάθειαν Græci uocant.de Diuin. 115.b.Cognatio naturæ,& quaſi concentus atque conſenſus,quam συμπάθειαν Græci uocant. & ibid. a. Rerum natura uno conſenſu iuncta eſt atq; continens. de Orat. 144.b.Omnium quaſi conſenſus doctrinarũ concentusq;. de Fin.140.b. Conſpiratio conſenſusq; uirtutum. Attic. 274. b. Omnium ordinum conſenſus. pro Dom.228.a. Vnus conſenſus omnium.de Arch.258.a. Conſenſus ordinum eſt diuulſus.Epiſtol.12.a. Maxima uis eſt in conſenſu bonorum.

Conſentaneus,a,um.aptus,conueniens, conſentiens, ueriſimilis.)(.Diſſentaneus, ſed aqua hæret ut aiunt. de Nat.34.a.Cum in æthere aſtra gignantur,conſentaneum eſt in ijs ſenſum ineſſe & intelligentiam.Offic. 76.a.Non id ſpectandum eſt quid dicat,ſed quid conſentaneum ſit ei dicere.de Fat.147.a.Stoicis cõſentaneum eſt oracula comprobare.Off.2.a.Hæ diſciplinæ ſi ſibi conſentaneæ eſſe uelint,de officio nihil queant dicere.Orat.203.b.Decere ſignificat quaſi aptum eſſe, conſentaneumq; perſonæ & tempori.Epiſt.56. b. Relinquebatur triſte quoddam & his temporibus conſentaneum genus literarum. de Nat. 37.b.Actiones conſentaneæ appetitionibus. Offic. 56.a. Hæc formula Stoicorum rationi diſciplinæq; maximè conſentanea.Epiſtol.34.a.Quod quidem erat conſentaneum cum ijs literis,quas ego Romæ acceperam. de D. 136. a. Obſcura ſomnia minimè conſentanea ſunt maieſtati deorum.Off.14.a. Non eſt autem conſentaneum, qui metu non frangatur,eum frangi cupiditate.& 19.b. Decorum id eſſe quod conſentaneum ſit hominis excellentiæ,&c. I. A.223.b.Eiuſq; mors conſentanea uitæ fuit. Epiſt. 100. b.Cum his ea conſentanea & conſequentia ſint,ne de eorum quidem ueritate eſt dubitandum.de Leg.174.a.Optimæ reipublicæ leges dare conſentaneas.Offic.36.a.Perſpicere quid in quaque re uerum ſincerumq; ſit, quid conſentaneum cuique,quid conſequens. Part. 230. a. Vt ea quæ ſunt ipſi contrariòue eius aut ſimilia, aut diſſimilia, aut conſentanea,aut diſſentanea.de Orat.124.a.Ex conſentaneis, & præcurrentibus, & repugnantibus argumenta ducuntur.

Conſentiens,tis.de Diuin.133. a. Animorum conſentientium multitudine repletum eſſe mundum.de D.98.a. An dum beſtiæ loquantur expectamus?hominum conſentiente autoritate contenti non ſumus? Attic.65.b. Nemo in terris eſt mihi tam conſentientibus ſenſibus: id eſt, qui tantopere mecum conſentiat.de Diuin.127.a. Cum ſtellæ in eam partem uenerint,quæ coniunctum aliquid habeat, aut conſentiens,ea triangula illi & quadrata nominant. de Nat.29.b.Tanta rerum conſentiens,conſpirans,continuata cognatio.

Conſentini.pop.de Fin.50.b.

Conſentio,tis.congruo,conuenio, conſentaneus ſum, idem ſentio,cum aliquo facio,in ſentẽtia alicuius maneo, iudicio uel opinione alicuius ſto,cum aliquo ſentio, in eadem uoluntate uel opinione ſum,conſpiro,coniuro. I.A. 157.a Omnes enim iam ciues de reipublicæ ſalute,una & mente & uoce conſentiunt.de Am.112.a.De amicitiæ utilitate omnes uno ore conſentiunt.& ibidem. De amicitia omnes ad unum idem ſentiunt.In Ver.33.b.Tu nos,qui de communi ſalute conſentimus,tyrannos uocas. I.A. 192.b. Omnes mortales una mente conſentiunt,omnia arma cõtra hunc eſſe capienda.pro Seſt.24.b.Cauſa in qua omnes ordines ciuitatis unà conſentiunt.I.A.193. a. Omnes deos ad rempublicam cõſeruandam arbitror cõſenſiſſe.de Sen. 90.a.In quem illud elogium unicum plurimæ conſentiũt gentes,populi primarium fuiſſe uirum.& ibidem. Cuius de laudibus omnium eſt fama conſentiens. de Finib.89.a. Non elogia monumentorum hoc ſignificant?uelut hoc ad portam,uno ore cui plurimæ conſentiunt gentes, populi primarium fuiſſe uirum. & ibidem. Id ne conſenſiſſe de Calatino plurimas gentes arbitramur?&c. Epiſt. 170.a. Vt principijs conſentiant exitus.Att.102.a. Hæc eis, quæ de Fabio acta ſcribis,ualde cõſentiunt.Part.232.b. Si perſonis,ea quæ narrabuntur,conſentient.I.C.121.b. Cæteri uerò ad communem ſalutem conſentiunt.I.A.153.a. Atq; his principijs reliqua conſentiebant. pro Mur.124.a. Vt ueſtræ mentes atque ſententiæ cum populi Romani uoluntate ſuffragijsq; conſentiant.Off.2.a.Hic ſi ſibi ipſe conſentiat,& non interdum naturæ bonitate uincatur, ſit, &c. pro Cluen.30.a.Iudices tamen in Oppianico ſibi conſtare & ſuperioribus conſentire iudicijs debuerunt. de Vn. 196.a.Conſentire ſibi, & conſentire ſecum,& conſtare ſibi,idem. At.262.a.Conſenti in hac cura, in qua ſum, ut me expediam.Off.20. a. Delectat hoc ipſo, quod inter ſe omnes partes cum quodam lepôre conſentiunt. At.282.b. Ciuitas in retinenda libertate conſentiens. At.78. a. Exercitu ut ſpero ad beneuolentiam erga nos conſentiente. de N.49.b.Copulatio rerum & quaſi conſentiens ad mundi incolumitatem coagmentatio naturæ.de Fin.62. b. Epicurus quantos quantaq; amoris conſpiratione conſentientes tenuit amicorum greges? Tuſcul. 242.b. In quo à doctis poſitum eſt conſilium omnis uitæ conſentiens & penè conſpirans.

conſpirans. Acad.92.a.Ratio noſtra conſentit, oratio pugnat. & 14.a.Sed mihi neutiquam cor conſentit cum oculorum aſpectu.Epiſt.146.b.Literæ recitatæ in ſenatu nequaquam conſentire cum oratione Furnij uiſæ ſunt. Ac. 33.a.Epicurus,cuius eſt diſciplina nunc notior, neque tamen cum Cyrenaicis de ipſa uoluptate conſentiens. de Cl. 177.a. Motus cum uerbis ſententijsq; conſentientes. Contra Rul.63.a.Si conſenſerint poſſeſſores nō uendere,quid futurum eſt.I.A.163.b.Cum homines nefarij confiterentur,ſe urbem inflammare conſenſiſſe. I.V.259 a.Serui, quos iſte belli faciendi cauſa conſenſiſſe iudicauit. Ep.91. a.Quin.Curtius conſenſit cum Hiſpanis quibuſdam,ſi Pōpeius in oppidum ueniſſet,eum comprehendere, ad Cæſaremq; deducere.

Conſepio,pis.munio,claudo,ſepio.deSen.89.b. Ager conſeptus ac diligenter conſitus.

Conſequens,tis.inſequens,futurus, quod conſequitur. )(.Repugnans,primū.Part.230.a.Ex ijs rebus,quæ quodammodo affectæ ſunt ad id,de quo quæritur, alia ex antecedentibus appellantur,alia ex conſequentibus, alia ex repugnantibus.de Fin.121.b.Cum conſequens aliquod falſum ſit,illud cuius id conſequens ſit,non poſſe eſſe uerum. Or.193.a.Cernere conſequentia,repugnantia uidere. de Clar.178.a.Quæ quibus propoſitis ſint, quæq; non ſint conſequentia.de Or.128.b.Id quod concludere uelis, non effici ex propoſitis,nec eſſe conſequēs.de Leg.158.b.Quoniam ſcriptum eſt à te de optimo rei publicæ ſtatu, conſequens eſt ut ſcribas tu idem de legibus.de Or.138.b.Connexum autem ſit principium conſequenti orationi. & 159. a.Si uerba extrema cum conſequentibus primis iungetis. Part.231.a.b.Vt in ſimplicibus uerbis quod non eſt Latinum,ſic in coniunctis quod non eſt conſequens,uituperandum eſt.Or.208.a.Vt efficiatur, quod ſit conſequens iis, quæ ſumentur,&c. Tuſc.233.a. Vitium eſt conſequentia reprehendere,cum prima cōceſſeris.de Fin.112.a.His propoſitis,tenuit prorſus conſequentia. & ibid. b. Sic conſequentibus ueſtris ſublatis prima tolluntur. & 95.b.Videamus nunc quàm ſint præclara illa, ijs, quæ nunc poſui conſequentia.Or.207.a.Quod cuiq; conſequens ſit,quod que contrarium.Tuſ.232.a.Hoc probato,conſequens eſt illud,&c.& ibid.b. Aſſentior alterum alteri conſequens eſſe,quemadmodum,&c.& 238.a.Contrariorum cōtraria ſunt cōſequentia.de Fin.72.a. His omnibus quos dixi, conſequentes ſunt fines bonorum, Ariſtippo ſimplex uoluptas,&c.& 100.b.Cum his ea conſentanea & conſequentia ſint.Off.36.a.Perſpicere quid in quaq; re uerum ſincerumq; ſit,quid conſentaneum cuiq;,quid conſequens. & 3.a.Homo rationis particeps, per quam conſequentia cernit,cauſas rerum uidet,&c.de D.106.b. Homo ſignis quibuſdam conſequentia declarantibus futura præſentit. & 117.b.Ex eo ſignificationem rerum conſequentiū quærimus.de D.139.a.b.Philoſophi in primis acuti & conſequentia & repugnantia uidentes.de Fat.142.a.Is non uidet,quæ quamq; rem res conſequatur.

Conſequentia,tiæ.conſecutio,conſectarium, connexū. de D.107.a.Qui curſum rerum euentorumq; conſequentiam diuturnitate pertractata notauerunt.Ad Her.41.a. Per conſequentiam ſignificatio fit, cum res quæ ſequūtur aliquam rem,dicūtur. Item:Res dubias uel non conceſſas ſumere ad concludendum.Item:Sumere ea,quibus conceſſis nihilo magis efficias quod uelis.

Conſequor,ris.adipiſcor,aſſequor,ſequor, conſequēs ſum,euenio,excipio.)(.Repugno. pro Cæl.41.a.Qui ex reipublicæ cauſa glorioſam uictoriam conſecutus eſt.Off. 68.a.Qui omnia honeſta negligunt, dummodo potētiam conſequantur.Ep.5.b.Vt tuam priſtinam dignitatem & gloriam conſequare.& 8.b.Omnia,quæ ne per populum quidem ſine ſeditione ſe aſſequi arbitrabantur, per ſenatum conſecuti ſunt.& 71.b.Quod ſi id egiſſemus ego atq; tu,&c.omne tempus unà fuiſſemus, quod quantum fieri poterit,conſequamur.pro Plan.271.b. Quem magiſtratum iam octingenti ferè conſecuti ſunt.pro Dom.237.a. Opus erat ſcientia,quam etſi omnes conſecuti ſunt,tamen peritiores uetuſtas facit.Quint.Frat.295.b. Nos ea quæ conſecuti ſumus,his ſtudijs & artibus adepti ſumus. I.A. 159.a.Libertatem pax conſecuta eſt. de Orat. 98.a. Hæc Craſſus cum dixiſſet,ſilentium eſt conſecutum.de Cl.170. a.Hunc Cethegum conſecutus eſt ætate Cato. de Or.143. a.Tum latus ei condoluiſſe,ſudoremq; multum conſecutū eſſe audiebam.pro Mur.144.a.Si hæc elapſa de manibus noſtris in eum annum,qui conſequitur,redundarint. Ep. 4.b. Doleo eiuſmodi tempora poſt tuam perfectionem conſecuta eſſe.&c.de Som.128.a.Hunc ut comites conſequuntur,alter Veneris,alter Mercurij curſus. Epiſt. 59. b.Viſa eſt oratio non iniucunda, & mediocris quidam eſt riſus conſecutus.Quin.Fr.311.b.In eam tabulam magni riſus conſequebātur.de Cl.185.b.Maiores conſequi non poterat,& minori neceſſe erat cedere. Ad Her. 11. a. Conſequi uidetur,ut doceamus,&c.id eſt,ſequi. Epiſt.257.b.Si ſtatim nauigas,nos Leucade conſequere. Att. 40.a.Nihil mihi optatius cadere poteſt,quàm ut me quamprimū conſequare.I.C.105.b.Si accelerare uolent, ad ueſperam conſequentur. Att.40.b.Nunc tu propera,ut nos conſequare.& 41.b.Tu nihilominus,ſi properaris, nos conſequere.& ibid.a.Sin es in uia,cum eris me aſſecutus, coràm agemus,&c. & 129.b. Non eſt nobis committendum,ut has XIIII.cohortes hoſtis accedere aut itinere me conſequi poſſit.I.V.21.a.Nullo modo poſſum omnia iſtius facta aut memoria conſequi,aut oratione complecti. Poſtquam.198.b.Quis ueſtra in me beneficia enumerare aut conſequi poßit.de Vn. 196. a. Si minus id quod habemus in animo conſequemur,haud erit mirum.de Fin.56.a. Vt reijciendis uoluptatibus maiores alias conſequatur.Epiſt. 24.a.Vel quia uidemur eam famam conſecuti,etc.de Off. 12.b.Si minus imitatione tantam ingenij præſtantiam conſequi poſſumus.Epiſt.9.b.Nullam partem tuorum meritorum non modò referenda,ſed ne cogitanda quidem gratia aſſequi poſſum.Off.42.a.Magnam laudem,& à ſummo uiro,et ab exercitu conſequebatur.de Fin.56.a.Quid ex eo conſecutus eſt:laudem & charitatem. de Leg.171. a.Eum igitur morem cum breuitate,ſi potero,conſequar. de Orat.113.b.Verborum propè numerum ſententiarum numero conſequi.de Nat.10.a. Chryſippus, quem Diogenes conſequens in eo libro,qui inſcribitur de Mineruæ, partum Iouis diſiungit à fabula.pro Pom.10.b.Quæſtum conſequi.Quint.de Pet.205.a.Etſi tibi omnia ſuppetūt, quæ conſequi aut uſu homines, aut diligentia poſſunt, tamen,&c.In.Ver.145.a.Vt hac diligentia,nihil horum inueſtigari,nihil aſſequi potuerit.In.Ver.74.b. Inueſtigare & conſequi aliquam rem.de Fat.142.a.Qui autem, &c.is non uidet quid quamq; rem res conſequantur. & 143.a.Si quod primum in connexo eſt neceſſarium eſt,ſit etiā quod conſequitur neceſſarium.de Fin.103.b. Ex quo illud natura cōſequitur, ut communem utilitatem noſtræ anteponamus. de D.91.b.Atque ita quidem prima ſtatim ſcribit Ariſtoteles conſecuta:id eſt, Ariſtoteles ſcribit prima



prima ſtatim eueniſſe.

Conſero,ris.conſeui,conſitum. planto, ſero, ſemino. de N.52.b.Indus non aqua ſolum agros lætificat, ſed eos etiam conſerit.Tuſcul.154.b.Ergo arbores ſeret diligens agricola, quarum aſpiciet baccam ipſe nunquam: uir magnus leges,inſtituta,remp.conſeret. Acad.27.b.Iam iſtuc te quoq; impediet in nauigando,in conſerendo,&c.

Conſatus,ta.de Vniu.*.

Conſero,ris.conſerui,conſertum.conſero. coniungo, pugno.Tuſ.219.b.Atq; hi collocuti ſunt inter ſe priuſquā manum conſererent,leniter & quietè.pro Mur.128.a. Signa contulit,manum conſeruit. pro Font.276.b.Galli cū M.Fonteio ferrum ac manus contulerunt.At.115.a.Conſerere manum cum hoſte uel cum alio quopiam. Antequā. 195.b.Non patiar,ut opera mea manus inter uos conſeratis,cædesq; ciuium inter ſe fiat.

Conſertè.coniunctè. de Fat. 146. b. Omnia naturali colligatione conſertè contexteq; fieri.

Conſertus,a,um.de Or.88.b.Multisq; præeſſem, qui aut interdicto tecum contenderent, aut te ex iure manu conſertum uocarent,quod in alienas poſſeßiones tam temerè irruiſſes.pro Mur.129.b.Eum fundum ego ex iure meum eſſe aio,quid tum inde ſibi ego te ex iure manu conſertum uoco.& ibi. Vnde tu me ex iure manu conſertum uocaſti,inde ibi ego te reuoco.Att. 241. b. Debuerat autem non ex iure manu conſertum, ſed quæ ſequuntur, tu quoq; ſcribes.ex iure manu conſertum,formula eſt antiqua, qua utebatur in uindicanda poſſeßione, qui ſimul contendebant.

Conſeruatio,onis.cuſtodia. de Orat. 100. b.Sit ergo in iure ciuili finis hic,legitimæ & uſitatæ in rebus cauſisq; ciuium æqualitatis conſeruatio.Off.20. b. Via quæ deducit ad conuenientiam conſeruationemq; naturæ. Off.35. a.Frugum fructuumq; reliquorum perceptio & conſeruatio.& 26.b.Si attentos animos ad decoris conſeruationem tenebimus.

Conſeruator,oris ſeruator,præſes,cuſtos. At.124.a. Alterum exiſtimari conſeruatorem inimicorum,alterum deſertorem amicorum.pro Fl.159.a.Mithridatem conſeruatorem Aſiæ nominabant. Antequam.194.a. Vtrum ut cuſtos accipiar:an ut proditor excludar? ſi ut conſeruator,ueſtra erit ignominia:ſi ut oppugnator, præciſa erūt omnia.pro D.218.b.Conſeruator reipub. At. 145. a. Me nonnulli conſeruatorem iſtius urbis eſſe dixerūt.pro Seſt. 15.a.Cuſtos & conſeruator urbis.Ep.184.b. & de Arch. 257.b.Conſeruator patriæ.)(.Proditor patriæ.

Conſeruatrix,cis.de Fin.130.b.Omnem naturam eße conſeruatricem ſui.

Conſeruo,as.cuſtodio,tueor,retineo,ſeruo, adſeruo, tutor,reſeruo,foueo,teneo. Antequam. 194. b. Qui hoc imperij domicilium ſartum tectum ab omni periculo conſeruaui.I.C.111.a. Non minus iucundi ſunt ij dies quibus conſeruamur,quam ij quibus naſcimur. Antequam. 195. b.Ego apud uos non loquar,quos conſeruaui? I.V.232.b. Vt quiſq; eis rebus tuendis conſeruandisq; præfuerat. I.C. 116.b.Vt omnes ſalui conſeruaremini.Ep.18.a.Ciues mei à me conſeruati.de Nat.12.a.Si aliquis in mundo eſt, qui regat,qui gubernet,qui conſeruet omnia. de Finib. 131.b. Res,quas natura alit,auget & tuetur.Off.51.b.Res familiaris quæri debet ijs rebus,à quibus abeſt turpitudo: conſeruari autem diligentia & parſimonia, iiſdem etiam rebus augeri. At.297.a.Vt uos eam neceßitudinem, quæ eſt nobis cum publicanis,obtinere & conſeruare patiantur. pro Pom.6.a.Quæ accepiſtis tueri et conſeruare nō poſſe. pro Cor.62.a.b. Seruare & conſeruare maieſtatem. Off.72.b.Conſeruare iuſiurandum. pro Quin. R.45.b. Conſeruare ordinem. l. Ordo. de D.124.a.Ius augurum diuinationis opinione principiò conſtitutum eſt, poſtea reipub.cauſa conſeruatum ac retentum. At.84.a.Sed ordinem conſeruabo tuum.Or.207. b. Conſeruare & notare tempora. de Orat. 133.a. Conſeruare pecuniam uel patrimonium.I.V.101.a.Quod alterius mortui uoluntatem conſeruabat.Ep.61.b.Si poteris uelim tuam priſtinā erga me uoluntatem conſerues.Epiſt.36.b. Beneuolentiæ quam à me certo iudicio ſuſceptam,quoad tu noles conſeruabo.et 57.b.Tuorumq; meritorum erga me memoriam conſeruabo.

Cōſeruus,ui.qui eidē domino cū alio ſeruit. Q.Fr.318. b.Eo die quatuor eius conſeruos et diſcipulos Venaſri cuniculus oppreſſerat. pro Cluen.55.b. Is noctu duos conſeruos dormientes occidit. Epiſt.184.b.& Par.123.a.O rem miſeram, dominum ferre non potuimus, conſeruo ſeruimus.

Conſeſſor,oris.aſſeſſor,qui alteri aßidet.l. Aſſeſſor. de Fin.77.b. Aulus Varius,qui eſt habitus iudex durior, dicere conſeſſori ſolebat,aut hoc,&c. At.31. a. Modò te conſeſſore ſpectare liceat.I.A.197.a. Vt ei cum M.Curio conſeſſore eodem & colluſore facilè poßit conuenire.pro Fl. 151.a.Teſtes accuſatoris,conſeſſores,conuiuæ,&c.

Conſeſſus,ſus. homines ſignificat, uno in loco conſidentes.pro Mil.101.b.Non enim corona conſeſſus ueſter cinctus eſt,ut ſolebat.pro Flac.154.b.& de Senect. 90. b. Cum hic Dorylenſis efferretur magna frequentia conſeſſuq; ueſtro.I.V.79.b.In conſpectu conſeſſuq; ueſtro.Tuſ. 155.b.Frequens conſeſſus theatri. At.11. a. Non enim unquam turpior in ludo talario conſeſſus fuit. pro Quin.2. b.Præconum conſeſſus.

Conſideo,des.ſimul aßido,conquieſco.de Cl.167.a.In pratulo propter Platonis ſtatuam conſedimus.I.V.79.b. Quo die primùm iudices citati in hunc reum conſediſtis. Ac.41.b.Quæ cum ſunt dicta,in conſpectu conſedimus omnes.& ibidem.Et ſimul aßidamus,inquam,ſi uidetur. Ep.243.b.Quinq; cohortes apud Philomelum conſederunt.& 27.b.In eaſdem ſolitudines tu ipſe uenies,in quibus nos audies conſediſſe. Acad.3.b.Tum eodem in ſpacio conſedimus. Att.11.a.Vt primùm iudices conſederunt. de Sen.90.b. Legati in certo loco conſederant. pro Flac. 149.b.Cur homines in theatro conſederant.de Or. 87.b. Et omnes in ijs ſedibus,quæ erant ſub Platano, conſediſſe dicebat.de Arch.245.a. Cum mihi ſtans tacenti minaretur,uoce tantum attigi legum initium,& iudicij: conſedit ille,conticui. At. 75. a. Antequam aliquo loco conſedero, literas à me non expectabis. Att.25.a.Cum Quin. noſter iam in ocio conſederit.de D.97.a.& 122.a.Platoni in cunis dormienti apes in labellis conſederūt.de Fin.59. b.Sic cuius in mente conſedit iuſtitia,hoc ipſo quod adeſt,turbulenta non poteſt fieri.de D.95.b.Equus,cuius in iuba examen apū conſederat.Or.205.b.Hoc in ea de qua loquor mediocritate conſedit.de Ar. 249.a. Quorum ludorum religio tanta eſt,ut ex ultimis terris accerſita, in hac urbe conſederit.de Cl.173.b.Ardor animi conſedit. pro Mur. 128.a.Conſedit utriuſq; nomen in quæſtura. Acad. 22. a. Furor conſedit.de Cl. 167.b. Eorum aſpectu omnis quæ me angebat,de repub.cura conſedit.

Cōſideratè.cogitatè,cogitatò,cōſultò,prudēter,iudiciò. pro Q.9.a.Itaq; maiores noſtri raró id accidere noluerūt prætores

prætores ut conſideratè fieret, comparauerũt. Off.19.a. Agere, quod agas, conſideratè. Off.27.b. Cum ira nihil recte fieri, nihil conſideratè poteſt. & 10.b. Beneficia, quæ iudicio, conſideratè conſtanterq́; delata ſunt. Att.136.a. Quod ais, ſi hic temperantius egerit, conſideratius conſilium te daturum, qui poteſt? &c.

Conſideratio, onis. circunſpectio, animaduerſio, ratio. Ac.32.a. Eſt enim animorum ingeniorumq́; naturale quoddam quaſi pabulum, conſideratio contemplatioq́; naturæ. Acad.10.a. Sin ex circunſpectione aliqua, & accurata conſideratione, quod uiſum ſit id ſe dicent ſequi, tamen exitum non habebunt.

Conſideratus, a, um. prouiſus, meditatus. de Ar.244.a. Nihil feci non diu conſideratum, & multo antè meditatum. de Nat.64.a. Ratiocinatio eſt, diligens & conſiderata faciendi aliquid aut non faciendi excogitatio. Par.122.a. Cui uiuendi uia conſiderata atq; prouiſa eſt. pro Quin.2.b. C. Quintius una in re paulo minus conſideratus, qui, &c. pro Syl.180.b. Factum, quod paulo minus conſideratum uideatur. de In.82.b. Ratio bene conſiderata. de Clar.178.a. Conſiderata tarditas. pro Font.280.a. Illud uerbum conſideratiſſimum noſtræ conſuetudinis arbitror. pro Cecin.283.a. Illud conſiderati hominis eſſe putamus, non contendere, &c.

Conſidero, as. reputo, cogito, commentor, animaduerto, circunſpicio, conſpicio, ſpecto, exiſtimo, cõtemplor, intueor, attendo, rationem habeo, expendo, pondero, ante oculos meos pono, uel propono, ratione animoq́; luſtro, animo & cogitatione complector, animum ad aliquã rem refero, ante oculos meos uolitat, mente mea circunſpicio, animo intueor, animo contemplor, expiſcor. pro S.R.26.a. Age nunc refer animum ſis ad ueritatem, & conſidera, quæ ſtudia à patribus, &c. At.102.a. Id coràm conſiderabimus quale ſit, habet enim res deliberationem. Ep.238.a. His de rebus uelim cum Pomponio, cum Camillo, cum quibus uobis uidebitur, conſideretis. Par.121.a. Nunquam ne homo amentiſſime te circunſpicies? nunquam ne quid facias conſiderabis, nec quid loquare? Att.110.b. Sed de hoc tu uidebis, quippe cum de ipſo ac de me iſta cõſiderare uelim. & ibi. Sed uelim conſideres, quid faciendum putes. Ep.153.a. Flagitare Senatus inſtituit Cornutum, ut referret ſtatim de tuis literis, ille ſe conſiderare ait uelle. pro S.R.36.a. Age nunc ex ipſius Chryſogoni iudicio Roſciorũ factum conſideremus. Off.30.a. Veri etiam poetæ ſuum quiſq; opus à uulgo conſiderari uult, ut ſi quid, &c. Tuſc.228.b. Equidem eos caſus mecum ipſe conſiderans, huic incipio ſententiæ diffidere. de In.45.a. Vnaquæq; conſtitutio ex ſe & ex ſua natura conſideratur. I.V.153.b. Conſiderate cum ueſtris animis uoſmetpſi, etc. contra Rul.74.b.75.a. Atq; illud circunſpicite cum ueſtris mentibus. I.V.207.a. Contemplari & conſiderare aliquid. & 271.b. Vide etiam atq; etiam, & conſidera quid agas. de Or.259.b. Cum eſſet habita ratio, quemadmodum, &c. id eſt, cum eſſet conſideratum, &c.

Conſido, dis. de Leg.170.b. Sed ſi uidetur conſidamus hic in umbra. de Or.144.a. In ſyluam uenitur, & ibi conſiditur. At.26.a. Quinetiam dubito an hic Antij conſidã. de Vn.195.b. Senſus mouentia quæ ſunt, eadem in opinatione conſidunt. de Or.160.b. Verborum iunctio uariè diſtincteq́; conſidat. de Pro.76.a. Quæ iam licet conſidant, ſed tamen, &c. aliàs, Concidant. de D.102.b. Cedunt ter quatuor de cœlo corpora ſancta Auium præpetibus ſeſe pulchriſq; locis dant: id eſt, conſidunt.

Conſignatus, a, um. obſignatus, ſignatus. de Or.129.b. Fundi, quos tibi pater publicis commentarijs conſignatos reliquit. & pro Cl.46.b. de Leg.193.a. Publicis literis conſignatam memoriam publicam nullam habemus. Tuſ.160.b. Nec fieri poſſet, ut à pueris tot rerum atque tantarum inſitas & quaſi conſignatas in animis notiones, quas ἔννοιας uocant, haberemus, niſi, &c. de Diuin.98.b. Clariſſimis monumentis teſtata conſignataq́; antiquitas: id eſt, ipſa exempla.

Conſigno, as. obſigno, ſigno, firmo. pro Q.4.b. Tabulæ maximæ ſignis hominum nobilium conſignantur. & pro Fl.154.a. I.V.59.a. Iiſdem literis illius prætura, & tua quæſtura conſignata eſt. Acad.1.b. Vt literis conſignamus, quæ monumentis mandare uolumus, ſic ille in animo res inſculptas habebat. I.V.171.a. Ratio certa eſt, Aetnenſium et publicis, & priuatis literis conſignata. pro Deiot.150.b. Quæ publicis populi Romani literis monumẽtiſq́; conſignata ſunt. Poſtquam.210.b. Priuilegij uim autoritate honeſtiſſimorum hominum & publicis literis conſignauit. de Vn.200.a. Sidera, ex quibus erat motus temporis conſignandus.

Conſiliarius, rij. autor, præſcriptor, qui conſilium dat. de L.192.b. Augur meminiſſe debet, Ioui Opt. Max. ſe conſiliarium & adminiſtrum datum. Attic.225.b. Ratio ædificandi initur conſiliario quidem & autore Veſtorio. I.V.117.a. Interea amici & conſiliarij eius moleſtè ferre cœperunt Heraclium profugiſſe. Attic.48.b. Si me à meis conſiliarijs proditum & proiectum uides. Epiſt.3.b. Non inuito rege ipſo conſiliarijſq; eius. & 10.b. Sed certè & ego te autore amiciſſimo & ſapientiſſimo, & tu me cõſiliario fortaſſe non imperitiſſimo, fideli quidem & beneuolo certè uſus eſſes.

Conſilior, aris. conſulo, delibero. Att.242.a. Tu quid egeris de tua cùm triſti, tum etiam difficili ad conſiliandũ legatione, uehementer expecto, eſt enim inexplicabilis.

Conſilium, lij. deliberatio, cogitatio, animaduerſio, ratio, cogitatum, quod aliquis ſequitur aut ſpectat, collegiũ, concilium, conſultum, ſententia. de In.65.b. Conſilium eſt, aliquid faciendi non faciendi'ue excogitata ratio. de Or.114.a. Conſilia primùm, deinde acta, poſtea euẽtus. de In.82.b. Cupiditas cõſilij gubernatione regitur. Ep.182.b. In conſilio capiendo prudentia, in dando fides requiritur & religio. & 145.a. Conſilium plenum prudentiæ & fidelitatis. de Or.88.a. Prudentium conſilia. At.124.b. Leuatur enim omnis cura cum aut conſiſtit conſilium, aut cogitando nihil explicatur. & 256.b. Nihil debet, qui conſilium dat, præſtare præter fidem. At.142.a. Conſilia ex euentu, non ex uoluntate à pleriſq; probari ſolent. & ibi. Quod ueriſſimum nobis uidebitur, de eo quod ad nos ſcripſiſti, tibi conſilium dabimus: quod ſi non fuerit prudens, at certè ab optima fide et optimo animo proficiſcetur. Ep.7.a.b. Totius facti tui iudiciũ, non tã ex cõſilio tuo, quàm ex euẽtu homines ſunt facturi. pro Cl.35.b. Minus fidele conſilium alicui dare. I.A.240.b. Optimus eſt portus pœnitẽti mutatio conſilij. At.256.b. Nemo doctus unquã mutationẽ conſilij inconſtantiã dixit eſſe. & 235.b. Conſilia temporum ſunt, quæ in horas commutari uides. et 132.a. Et ſimul ſcito labare meum conſilium illud, quod iã ſatis tibi fixum uidebatur. I.A.212.b. Turpe eſt uiro prudẽti præſertim in re tam perſpicua conſilium intelligendi defuiſſe. cõtra.Rul.67.a. Cui non dubitanti fidele conſilium, non laboranti certum ſubſidium nobilitatis oſtenditur? Epiſtol.18.b. Niſi meis puer olim fideliſſimis atque amantiſſimis conſilijs



conſilijs paruiſſes. Q.Frat.327.a. Recordare cõſilium noſtrum, quod fuerit profectionis tuæ. non enim commoda quædam ſequebamur, parua ac mediocria. At.127.b. Nec ſi ego quid tu ſis ſecutus non perſpicio, idcirco minus exiſtimo te nihil ſine ſumma ratione feciſſe. & ibidem. Nec mihi tantum ſumo, ut meum conſilium ualere debuerit, ſecutus ſum tuum. & 243.b. Quid ætati ſit credendum magni conſilij eſt. et 155.a. Nihil mihi adhuc accidit, quod maioris conſilij eſſet. & 40.a. Capere conſilium de ſentẽtia alicuius. & 203.a. Ipſe uenirem Romam ſi ſatis conſilium quadam de re haberem. & 228.a. Nec alia cauſa profectionis mihi ulla fuit, cum conſilium cepi legari à Cæſare. & 108.a. Subitò cepi conſilium, ut exirem. pro Dom.236.a. Qui pernicioſa reipubl. conſilia cepiſſet. I.V.116.b. Capit conſilium de amicorum ſententia, non adeſſe ad iudicium. Offic.60.a. Principes conſilium hoc ceperunt, nomen Tarquiniorum memoriamq́; regni eſſe tollendam. I.A.167.a. Tu, quem Narbone conſilium interficiendi Cæſaris cepiſſe notiſſimum eſt. pro Sen.29.a. Is à te conſilium P. Seſtij accuſandi petijt. Epiſt.237.b. Metuo ne id conſilij ceperimus, quod non facilè poſſimus explicare. de Fat.140.a. Maximè nos quidem exquirentes ea conſilia, quæ ad concordiam ciuium pertinerent. Epiſt.46.b. Exquirere conſilium alterius. de Orat.111.b. Huius eſt in dando conſilio de maximis rebus cum dignitate explicata ſententia. Epiſt.149.a. & de Clar.196.a. Cognoui quæ tua uoluntas, quod tuum conſilium eſſet de republ. Epiſt.153.a. Tu quanquam conſilio non eges, uel abundas potius, tamen hoc animo eſſe debes, ut nihil huc reijcias, nec in rebus tam ſubitis, tamq́; anguſtis à Senatu conſilium petendum putes. Attic.238.a. Quid enim illi afferre conſilij poſſum, cum ipſe egeam conſilio? Attic.3.b. Ego, qui in te ſatis conſilij ſtatuebam eſſe, malui Peduceum tibi conſiliũ per literas quàm me dare. & 47.a. Quod in me ipſo ſatis eſſe conſilij decreueras. Attic.217.b. Nunc me iuua mi Attice conſilio. Epiſt.86.b. Actis his rebus literæ à te mihi ſunt redditæ, quibus à me conſilium petis, quid ſim tibi autor, in Siciliáne ſubſidas, an, &c. Epiſt.31.b. Quid efficere poſſis, tui conſilij eſt. Attic.121.a. Quare ut de maxima re deliberanti, ita mihi des conſilium uelim. & 136.a. Conſideratius conſilium dare. Epiſt.238.a. Veſtrum iam conſilium eſt, quid uobis ſit faciendum. Attic.93.b. Quint. Puer literas patris aperire ſolet, idq́; de meo conſilio. & 236.a. Hæc de mea ſententia acta ſunt. Attic.215.a. Cæſar nihil facturus niſi de meo conſilio. & 40.a. Capere conſilium de ſententia alicuius. de Nat.75.a. Ope conſilioq́; tuo furtum factum eſt. Attic.40.a. Sed eò ſi ueneris, de toto itinere ac fuga mea conſilium capere potero. Poſtquam.203.a. In conſilijs de repub. capiendis, &c. contra Rul.84.b. Nec concionandi poteſtas erat, nec conſilij capiundi publici. Att.136.a. Capere conſilium ex re & ex tempore. I.C.107.a. Si Catilina ſeutentiam permutauerit, & conſilium belli faciendi abiecerit. Attic.74.a. Fannius ædificandi conſilium abiecerat. & 116.a. Ego tamen Philotimi literis mutaui conſilium de mulieribus. Off.32.a. Cato ſemper in propoſito ſuſceptoq́; conſilio permanſit. I.A.153.a. Exponam uobis breuiter conſilium profectionis & reuerſionis meæ. Epiſt.33.a. Nunc ego tibi meũ conſilium exponam. Attic.140.a. Conſilium primum eſt, ſuffocare urbem: deinde, &c. Epiſt.141.b. Aquini conſilia ſunt inita de me. At.239.b. Animis uſi ſumus uirilibus, conſilijs mihi crede puerilibus. & 121.a. Cuius fortunæ, quantum humano conſilio effici poterit, motum ratione quadam gubernabimus. Offic.16.b. Reperias multos, quibus periculoſa & callida conſilia, quietis cogitationibus ſplendidiora & maiora uideantur. de Nat.75.b. Homines rationem bono conſilio à dijs immortalibus datam in fraudem conuertunt. Epiſt.88.a. Quæ ſunt in fortuna temporibus regentur, & conſilijs noſtris prouidebuntur. pro Dom.227.b. Senatus eſt ſummum populi Rom. populorumq́; & gentium omnium ac regum conſilium. contra Rul.64.a. Commune conſilium. de Diuin.8.b. Summum conſilium. de Or.143.a. Conſilium ſenatus: id eſt, congregatio ſenatorum. & pro Seſt.26.b. Ep.7.a. Eaq́; quæ de ea ſcripta eſt autoritas, tantam habet uim, ut magis iratorum hominum ſtudium, quàm conſtantis ſenatus conſiliũ eſſe uideatur. pro D.227.b. & 228.a. Nulla eſt in hac urbe ſocietas publicanorum, nullum collegium, nullum concilium, nullum deniq; commune conſilium, quod nõ, &c.

Conſilium pro iudicibus congregatis. pro Quin.1.b. Si apud hoc conſilium ex opibus, non ex ueritate cauſa pẽdetur. Item.6.a. Tibi inſtat Hortenſius ut eas in conſiliũ. de Clar.172.a. Conſules re audita amplius de conſilij ſententia pronunciant. I.V.246.b. Cauſam cognoſcit, & de conſilij ſententia pronũciat. Att.155.a. Veniendum'ne ſit in conſilium Tyranni, ſi is aliqua de re bona deliberaturus ſit. I.V.224.a. Sententia ſine conſilio, damnatio ſine defenſione. Item: Aduocare conſilium uel concionem. l. Aduoco. de Leg.192.b. & de Orat.95.a. Dimittere conſilium. pro Cluen.35.a. Cur eum, cum in conſilium iretur, abeſſe patiebantur? cum in conſilium mittebant, Stalenum iudicem non requirebant. Epiſt.61.a. Quis eſſet, qui me in cõſulatu non caſu potius exiſtimaret, quàm conſilio fortem fuiſſe?

Conſimilis, le. ſimilis, parilis. de Orat.97.a. Cauſa aliqua poſita conſimili cauſarum earum, quæ in forum deferuntur. I.A.166.a. Cum rem geſſiſſet conſimilem rebus ijs, quas ego geſſeram. de Orat.137.a. & 145.a. Aut quæ ſunt alijs grauioribus conſimilia. Ad Her.34.b. Conſimilis. )( Diſſimilis. In Arat. Conſimili ſpecie ſtellas parilíq; colore.

Conſiſto, ſtis. conſtiti. conſto, inſiſto, aſſiſto, commoror, nitor, pendeo, ſubſiſto, reſido, uel reſideo, poſitũ eſſe, locatum eſſe, ſitum eſſe, contineri. in hoc eſt omnis uis amicitiæ: id eſt, conſiſtit. I.V.159.a. Nympho antequam planẽ conſtitit condemnatur. I.V.241.a. Oppida in quibus Prætores conſiſtere & conuentum agere ſolent. At.74.b. Plura ſcribam ad te cum conſtitero. et 185.b. Vt dum conſiſto in Tuſculano, ſciã quid garriat in ruſticatu. pro Rab.94.b. Cum is armatus in comitio conſtitiſſet. in Ar. Sol conſiſtens in capricorno conuertit curriculum. At.253.b. Brutus tardè nauigaturus eſt, cõſiſtens in locis pluribus. Or.205.b. Si ſemel conſtiteris, nunq̃ cades. At.255.a. Veni igitur ad Siccam octauo die è Pompeiano, cum unum diẽ Veliæ conſtitiſſem. et 227.a. Itaq; Cales proceſſi, ut ibi potiſſimùm conſiſterem. de D.87.a. Qui ad meridiem ſpectans in media uinea dicitur conſtitiſſe. Antequam.195.b. Ego repentè ui tribunitia correptus, ne conſiſtendi quidem in ciuitate habeo poteſtatem. Poſtquam.207.a. Si cum hoc homine in foro conſtitiſſes. I.V.69.b. Verres appellat hominem, cum hoc conſiſtit, hunc amplexatur. I.A.192.b. Milites Albæ conſtiterunt. Epiſt.150.a. Ipſe in Allobrogẽbus conſtiti, ut, &c. Tuſcul.217.b. Ipſa ſibi imbecillitas indulget, in altũq; prouehitur, impudenſq; nec reperit locũ conſiſtendi. pro Fl.156.b. Iſte cui nullus eſt uſquã cõſiſtendi locus. pro Mur.130.a. Homines cũ rectè atq; in loco cõſtitiſſent,

ſtitiſſent,iuberi abire. At.276.a.Is ubi conſiſtat uſpiam non habet.pro Quin.1.b.Veritas locum ubi conſiſtat, reperire non poterit.pro S.R.43.a. Tibi in iſto loco conſiſtere non liceret. de Or.108.a. Nec is conſiſtens in loco, nec inambulans.Att.108.a.Si in Italia Pompeius cõſiſtit, erimus unà.de Som.131.a.Vel concidat omne cœlum, & omnis natura conſiſtat neceſſe. pro Quint. 2.a.Vt multis iniurijs iactatam atq; agitatam æquitatem in hoc tandem loco conſiſtere et infirmari patiamini.pro Quin. R.53.a. Ipſa mihi ueritas manum iniecit, & pauliſper conſiſtere & commorari cogit.& 49.b. Quoniam ille hic conſtitit pauliſper,mihi quoq; neceſſe eſt paulum commorari.Ep.107.b.Vt hodie primùm & graui morbo uidear poſſe conſiſtere.pro Arch.189.a.Beſtiæ ſæpe immanes cantu flectuntur atq; conſiſtunt.Ep.154.b.Mihi ſi contigiſſet ut prior occurrerem Antonio, non me hercule horam conſtitiſſet.Att.85.b.Conſiſtere uſura debuit quæ erat in edicto meo:id eſt,non debuit mutari. de Or.127.a. Vbi ſenſi me in poſſeßione iudicij & defenſionis meæ conſtitiſſe. pro Dom.241.b.Tantus clamor à noſtris,ut neq; mente, neq; lingua,neq; oratione conſiſteret.de Or.154.a.Oratorem ubicunq; conſtiterit, conſiſtere in ſuo. & 199.b. Cauſidicus,qui in forenſibus cauſis poßit præclarè conſiſtere.pro Cec.299.a.Non conſiſtes ullo iudice.pro Dom.241.a.Neq; mens,neq; uox,neq; lingua conſiſteret.de Cl.196.b.Nonne cernimus uix ſingulis ætatibus binos oratores laudabiles conſtitiſſe?Quin.Fr.308.a. Clodius neq; mente,neq; lingua,neq; ore conſiſtere potuit. I.A.173.b. Is neq; uigilans,neq; in ſomnis mente unquam poteſt conſiſtere.de Sen.92.b. Qui mortem omnibus horis impendentem timet,is tranquillo non poteſt animo cõſiſtere. de D.139.a.Vt nunquam liceat quieta mente conſiſtere. pro Quin.5.b.In hoc ſumma iudicij cauſáq; tota conſiſtit. de Fat.151.b.Hæc differens qua de re agatur, & in quo cauſa conſiſtat,uon uidet.de Or.100.a. Præſertim cum hæc cauſa non in crimine aliquo, ſed in iure ciuili conſiſtat. Part.238.b.Ita conſiſtendum,ut quod obijcitur factum neges.de In.65.b.Habitus in aliqua animi abſolutione conſiſtit.Tuſ.236.b Omne bonum in una honeſtate conſiſtit. Off.4.b.Primus ille locus in ueri cognitione cõſiſtit. I.A.170.a.Cauſa eius belli in perſona tua conſiſtit. & 156.a. Cn.Pompeij tertius conſulatus in quibus actis conſiſtit? nempe in legibus.pro Mar.134.b.Salus reipubl. in unius mortalis anima conſiſtit. At.192.a. Ego in cuius cauſa rei publ.ſalus conſiſtebat.I.A.187.a. Cum in eo ſalus & uita optimi cuiuſq; & libertas populi Rom. dignitaſq; conſiſteret.pro S.R.44.a.In quo non modò culpa nulla,ſed ne ſuſpicio quidem potuit conſiſtere.pro Cluen.34.a.Similis in cæteris ſuſpicio conſiſtebat. & 35.a.Eò tranſire illius turpitudinis infamiam,ubi cætera maleficia cõſiſtant.Or.199.a.Fortunæ omnes Græciæ in eo poſitæ ſunt.de Arch.249.a. Si ludus conſtitit,aut tibicen repentè cõticuit. At.124.b.Leuatur enim omnis cura,cum aut conſiſtit conſilium,aut cogitando nihil explicatur.de Or.85.a. Si infinitus labor ætatis flexu conſtitiſſet.Ep.103.a. Quod iam uideris certa aliqua in ſententia conſtitiſſe.Or.216.*. Comprehenſio à capite ita fluere debet,ut ad extremã ueniens conſiſtat.

Conſitio,onis.ſatio. Sen.88.a. Nec conſitiones modò delectant,ſed etiam inſitiones.

Conſitura,ræ.conſitio.de Rep. Quæ uidelicet ille nõ ex agri conſitura,quam cernebat,ſed ex doctrinæ indicijs interpretabatur.ex Non.Mar.

Conſitus,a,um.ſatus.Sen.89.b. Ager conſeptus ac diligenter conſitus.

Conſobrinus, ni. qui ex fratre uel ſorore matris noſtræ naſcitur.pro Lig.138.b.Nam quid aliud agis? niſi ut Romæ ne ſit,ne cum hoc T.Brocho auunculo ſuo, ne cum eius filio conſobrino ſuo,ne nobiſcum uiuat?de Orat.108.b.Cum nos erudiremur unà cum conſobrinis noſtris Aculeonis filijs,quo cũ erat noſtra matertera.pro Quin.3.a. P.Quintij conſobrinam habet in matrimonio Næuius. Off.11.b.Sequuntur fratrum cõiunctiones,pòſt conſobrinorum ſobrinorumq;,qui cum una in domo iam capi non poßint,in alias domos tanquam in colonias exeunt. Poſtquam.206.a. Alter Cethegum conſobrinum ſuum repoſcebat.

Conſociatio,onis.ſocietas,communio.Off.30.a. Communis totius generis hominum conciliatio & conſociatio.& 32.a.Conſociatio hominum atq; communitas. Off.57.a.Diſſoluetur omnis humana conſociatio. aliàs Conſortio.apud Non.Mar.

Conſociatus,a,um.Parad.124.b.Qui domi tuæ uidet pariter accuſatorum atq; iudicum conſociatos greges.

Conſocio,as.coniungo.)(.diſſocio. de Fin.104.a.Sic inter nos natura ad ciuilem communitatem coniuncti & conſociati ſumus.& 105.a.Neq; uerò rectum eſt,cum amicis aut benemeritis conſociare aut coniungere iniuriam. Poſtquam.207.b.Tune auſus es cum Gabinio conſociare conſilia peſtis meæ?de Leg.160.b.Homines lege cum dijs conſociatos eſſe. I.A.193.b. Nunquam tam uehementer cum Senatu conſociati fuiſtis.

Conſolabilis,bile.quod conſolationem non admittit. Ep.47.a.Eſt omnino uix conſolabilis dolor.

Conſolatio,onis.ſolatio,leuamen, leuatio, medicina, confirmatio.At.14.b.Fuit enim mihi et laudis noſtræ gratulatio tua iucunda,& timoris conſolatio grata. Tuſcul.207.a.Erit igitur in conſolationibus prima medicina, docere aut nullum malum eſſe,aut admodum paruum: altera,&c.At.189.b.Affirmo tibi nullam conſolationem eſſe talem,totos dies ſcribo.pro Mil.121.a.Nunc me una conſolatio ſuſtentat,quod,&c.de Clar.196.a.Ea conſolatione ſuſtentor,quam tu mihi Brute adhibuiſti tuis ſuauißimis literis. Epiſt.71.a. Eſt autem conſolatio peruulgata quidem illa maximè, quam ſemper in ore atq; in animo habere debemus,homines nos ut eſſe meminerimus, ea lege natos,ut omnibus telis ſortunæ propoſita ſit uita noſtra,&c. Quin.Fr.326.a.Quorum nihil eſt huiuſmodi, ut ego me multa conſolatione leniam. Antequam.196.a. Næ pœnæ nonnullam habent in ſe conſolationem. de Sen.78.a. Præterita ætas quamuis longa, nulla conſolatione permulcere poſſet ſtultam ſenectutem.de D.109.a. Nam quid ego de conſolatione dicam?quæ mihi quidem ipſi ſanè aliquantum medetur, cæteris item multum profuturam puto.Epiſt.47.b.Hactenus exiſtimo noſtram conſolationem rectè adhibitam eſſe, quoad certior ab homine amicißimo fieres ijs de rebus,quibus leuari poſſent moleſtiæ tuæ.

Conſolatorius,ria,rium.quod ad conſolandum ualet, quod conſolationem continet.At.209.b.À Cæſare accepi literas conſolatorias,datas pridie Calen.Martij, Hiſpali, de urbe augenda.

Conſolidatus,ta.confirmatus,confectus, conciliatus. Ep.75.a.Illud quidem certè factum eſt,quod lex iubebat: ut apud duas ciuitates Laodicenſem & Apamenſem,&c. rationes confectas,& conſolidatas,deponeremus.aliàs cõſolutas,



ſolutas,ſed certè rectius conſolidatas.

Conſolor,aris.ſolor,leuo,dolorẽ leuo,mœrorẽ minuo, deſiderium lenio,conſolationem adhibeo, alicui perfugiũ & ſolatiũ præbeo,confirmo,aliqua conſolatione permulceo,conſolatione aliqua ſuſtento,dolorem uel luctũ uel fletum abſtergeo.Ep.47.b.Dices,quid me iſta res cõſolatur in tantis tenebris,& quaſi perpetuis reip. Att.58.a.Nos malo ſolatio,ſed non multo tamen conſolamur,quod ipſius uicẽ minimè dolemus.I.V.57.b. Si qua reliqua ſpes eſt, quæ ſociorũ animos conſolari poßit.At.249.b. Illud præclarè,quod te conſolata eſt ſpes breui tempore congrediendi.pro Q.R.52.a.Inani & tenui ſpe te conſolaris.At.189 b.Feci quod ante me nemo, ut ipſe me per literas conſolarer,quẽ librũ ad te mittam.I.C.119.a.Spes,quæ ſola hominem in miſerijs conſolatur.de N.56.a.Eloquentia conſolamur afflictos,deducimus perterritos à timore.Ep.70.a. Te enim ſpes aliqua conſolatur.de Am.97.a.Sed non egeo medicina,me ipſe conſolor,& maximè illo ſolatio,quo pleriq;,&c.Oct.329.a.Cedam uita, quæ bona ſpe poſteritatis me conſolatur.pro Mil.120.a.Gloria eſt una,quæ breuitatẽ uitæ poſteritatis memoria conſolatur.de Clar.187.b.Is conſolatur ſe,cùm conſcientia optimæ mentis, tum etiam uſurpatione et renouatione doctrinæ. Ep.101.a. Ego enim deſideriũ tui ſpe tuorũ commodorũ conſolabor. At.12.a.Dicendi laborẽ delectatione oratoria cõſolor.Q.Fr.311.b.Sed hoc incommodum conſolantur quotidianæ damnationes inimicorum.& 313.a.Conſolabor te & omnẽ abſtergebo dolorẽ.pro Plan.270.a.Quæ tibi maiores tui nõ conſolandi tui cauſa dicerent,ſed,&c.de Pro.72.a. Conſolari ſe exemplo alicuius.pro Q.1.b.Nihil quod humilitatẽ cuiuſquam uirtus iudicis conſoletur.Ep.51.a. Nec eum dolorem,quẽ à rep.capio,domus iam conſolari poteſt.& 53.b.Virtuti tuæ magis gratulari debeo,quàm conſolari dolorem tuum.At.74.a.Tu uelim Pyliam meis uerbis conſolere.Tuſ.205.b.Oileus Telamonem de Aiacis morte conſolatus eſt.Ep.81.a.Sed hoc mihi non ſumo,ut te conſoler de communibus miſerijs. At.12.a.Vt te de rep.conſoler. Tuſ.207.a.Hæc igitur officia ſunt conſolantium,tollere ægritudinem funditus, aut ſedare, aut detrahere quamplurimum,aut ſupprimere,nec pati manare longius, aut ad aliam traducere.ſunt qui unum officium conſolantis putent, malũ illud omnino nõ eſſe, ut Cleanti placet: ſunt qui non magnum malũ, ut Peripatetici: ſunt qui abducunt à malis ad bona,ut Epicurus:ſunt qui ſatis putant oſtendere nihil inopinati accidiſſe,nihil mali.Chryſippus autẽ caput eſſe cenſet in cõſolando,detrahere illam opinionem mœrenti, ſi ſe officio fungi putet iuſto,atq; debito. ſunt etiã qui hæc omnia genera conſolandi colligunt.et quæ ſequuntur multa & pulchra de ratione conſolandi.

Conſolutus,ta.Solutus,abſolutus. Epiſt.75.a. Apud duas ciuitates rationes confectas,& conſolutas deponere. aliàs conſolidatas.

Conſonãtior,oris.meliore ſono.Part.231.a. Atq; etiam eſt hæc diſtinctio in uerbis,altera natura, tractatione altera.natura,ut ſint alia cõſonantiora,grãdiora,leuiora, & quodammodo nitidiora:alia contrà.

Conſono, nas. reſpondeo,conſentio, conuenio. in Sal.271.a.Vt omnis oratio moribus conſonet.

Conſonus,a,um.conueniẽs.At.64.a. Credo Platonem uix putaſſe ſatis conſonũ fore,ſi hominem id ætatis in tam longo ſermone diutius retinuiſſet.

Conſopio,pis.obruo,in ſomnum induco.de D.136.b. Cum Ptolemæus eo uulnere ſummo cũ dolore moreretur, Alexander aßidens ſomno eſt conſopitus: tum ſecundum quietem uiſus ei dicitur draco is, quem,&c. Tuſcul.168.a. Endymion à Luna conſopitus putatur. & 174.a.Quid melius quàm in medijs uitæ laboribus obdormiſcere? & ita conniuentem ſomno conſopiri ſempiterno?

Conſors,tis.particeps,ſocius.pro Mil.131.b.Quid reſpondebo tibi Q.Frater conſorti mecum temporum illorum? de Cla.165.a.Socium & conſortem glorioſi laboris amiſeram.159.b.Cum ex agris tres fratres conſortes profugiſſent.pro Fl.153.a.Potuit dare Sextilius, nam fratres quidem conſortes ſunt mendicitatis. I.V.182.b. Conſors alicuius in lucris & furtis.

Conſortio. onis. conſociatio. de Offic.57.a. Diſſoluatur neceſſe eſt omnis humana conſortio.Ex Non.Mar. aliàs,Conſociatio.

*Contabeſco,ſcis.liqueſio,conſumor,extabeſco, tabeſco.* Ad Her.20.*b.O perfidioſæ Fregellæ,quàm facilè ſcelere ueſtro contabuiſtis.* Tuſcul.lib.3.*Luctu confecta contabuit.*

*Contagio,onis.fœditas,uirus,uenenum, peſtis.* Off. 50.*a.Contagiones malorum,quæ ab uno profectæ manāt latius.de* Or.158.*a.Ne cōtagio mea bonis umbrá ue obſit.*

de D.



*de* D.93.*b.Cum eſt ſomno ſeuocatus animus à ſocietate & contagione corporis.de* Fat.141.*a. Vt in reliquis eiuſmodi naturæ contagio ualeret.de* D.120.*b. Sed & decoloratio quædam ex aliqua contagione terrena poteſt ſanguini ſimilis eſſe.&* 127.*b.Quæ poteſt igitur contagio ex infinito penè interuallo pertinere ad lunam? uel potius ad terram?*Tuſ.163.*b.Quibus fuiſſet minima cum corporibus contagio,quiq; ſe ab his ſemper ſeuocauiſſent, his, &c.pro* Mur.143.*a.Latius patet illius ſceleris contagio, quàm quiſquam putat.pro* Cl. 58. *b. Nemo inuentus eſt, qui non contagionem aſpectus illius fugeret.pro* Syl.168.*a.In hoc crimine quædam eſt contagio ſceleris,ſi proditorem patriæ defendas.pro* D.285.*a.Qui ſe aliqua cōtagione prædæ contaminarunt.*I.V.273.*b.Illi ad quos cōſcientiæ contagio pertinebit.*I.V.236.*b.Contagio ſeruilis belli.*At.11.*a.Contagio turpitudinis.de* Leg.190.*a.Vt uicijs principum infici ſolet tota ciuitas,ſic emendari & corrigi continentia.*I.A.217.*a.In corpore ſi quid eſt eiuſmodi quod reliquo corpori noceat,uri & ſecari patimur.*

*Cōtaminatus,a,um.inquinatus.)(.Integer.*Top.226.*b.pro* D.217.*b.Homo poſt homines natos turpiſſimus,cōtaminatiſſimus.& de* Pro.71.*b.*72.*a.* I.P.83. *b. Spiritus cōtaminatus.pro* Cluen.38.*a.Homo improbus,multis flagitijs contaminatus.*I.A.242.*a.Paricidijs contaminatiſſimus & omni ſcelere coopertus.*

*Contamino,nas.inquino.pro* S.R.27.*b.Fingi maleficium nullum poteſt quo iſte ſe non contaminarit.*I.C.103.*a.Qui Saturnini ſanguine non modò ſe non contaminauerunt,ſed etiam honeſtauerunt.*Off.59.*a. An ſe ſcientes ſcelere contaminent. de* Aruſp. 251.*b. Is nomen populi* Rom.*tanto ſcelere contaminauit,ut id nulla re poſſit niſi ipſius ſupplicio expiari. pro* Dom. 235. *a. Qui ſe aliqua contagione prædæ contaminauerunt.* I.V. 66.*a. Corruptis ac contaminatis iudicijs.pro* Dom.220.*a. Ita perturbatis ſacris,contaminatis gentibus factus es filius,etc.* Tuſ. 193.*b.Qui ſe humanis uicijs contaminaſſent.pro* Syl.175.*b.Contaminare ueritatem mēdacio.*I.P.83.*b. Frontis tuæ nubeculam,tum collegæ tui contaminatum ſpiritum pertimeſcerem.* Ad Her. 7. *a. Deniq; aliquo uel quamplurimis uicijs contaminabit perſonam aduerſarij. &* 10.*b. Contaminari culpa.*

*Contatio,onis.l.Cunctatio.*

*Contego,gis.tego.pro* Seſt.21.*a.Gracchus meſſoria ſe corbe contexit.& de* Pro.70.*b.*Off.25.*b.Natura eas partes cōtexit atq; abdidit.pro* Ar.190.*b.Idem tumulus, qui corpus eius contexerat,nomen etiam obruiſſet. de* L.181.*b.Quos humus iniecta contegeret.*

*Contemnendus,a,um.contemptus.de* Cl.190.*a.Oratio non contemnenda,ſaneq; tolerabilis.*Or.220.*b. Hierocles & Menecles minimè contemnendi.de* Clar.189.*b.Ne Titus quidem Poſthumius contemnendus in dicendo. &* 169.*a.Orator non contemnendus.*

*Contemno,nis.deſpicio,deſpicatui duco,ſperno,abijcio,reijcio,inane ac leue exiſtimo,pro nihilo puto,hominem præ ſe neminem putare.de* Or.147.*b. Quare omnes iſtos deridete,atq; contemnite.pro* Mur.129.*b.Id enūciatis ueſtris myſterijs totum eſt contemptum & abiectum. pro* Mur.127.*a.Contempſiſti L.Murenæ genus, extuliſti tuum.de* Fin.63.*a.Dialecticam cōtempſit Epicurus.* Off. 22.*b.Voluptatem contemni & reijci oportere.* I.V.58.*b. & pro* Mil.113.*b.Contemnere aliquem ac pro nihilo putare.de* Fin.96.*a.Contemnere,deſpicere,pro nihilo putare,non curare,infra ſe ducere.*Off.6.*b. Ea quæ pleriq; uehementer expetant,contemnere & pro nihilo ducere. cōtra* Rul.85.*b.Irridere atq; contemnere alios præ ſe.* Or. 209.*a.Contemnere aliquem.)(.Admirari.*

*Contemplatio,onis.conſideratio,mentis agitatio.* Ac. 32.*a.Eſt enim animorum naturale quoddam quaſi pabulum,conſideratio contemplatioq; naturæ. &* Off. 31.*a.de* N.11.*b.Hæc res magna ac diligenti contemplatione digniſſima.de* D.99.*b.Cum ex terra nihil emineret, quod cōtemplationi cœli poſſet officere.*Brut.91.*b.Virtutis diſciplinam meliorem reperiet nullam quàm contemplationē atq; imitationem tui.*

*Contemplator,oris.*Tuſ.163.*a.Homo contemplator cœli ac* Deorum.

*Contemplor,aris.conſidero,perſpicio, intueor, animo intueor.*I.V. 207.*a. Cōtemplari unumquodq; ocioſè, & conſiderare cœpit.* Offic.31.*a.Quæ cognitione digna ſunt,ſummo ocio ſecum ipſe conſideret & contempletur.* Off.31.*a.Tractare et contemplari res cognitione digniſſimas.* pro Deiot. 151.*a.* Propone tibi duos reges, animo *contemplare quod oculis non potes. de* N. 12.*a. Deus terras & maria contemplans, hominum commoda uitaſq; tuetur.de* N.26.*b.Cum cœlum ſuſpeximus cœleſtiaq; contemplati ſumus.&* 45.*b.Contemplari oculis pulchritudinem cœli.&* 16.*b.Quis tam cæcus in contemplandis rebus unquam fuit,ut hoc non uideret?pro* Plan.259.*a.Conſpectus ueſter reficit & recreat mentem meam cū intueor & contemplor unumquēq; ueſtrûm.*Or.197.*b.Nec uerò ille artifex cum faceret Iouis formam contemplabatur aliquem,è quo ſimilitudinem duceret. &* 98. *a.Sed ea,cum contemplari cuperem uix aſpiciendi poteſtas fuit.&* 97.*a.Omnes loci artis inquirentibus nobis omniq; acie ingenij contemplantibus,oſtendunt ſe & occurrunt.pro* Flac. 151.*b. Aliquid quammaxime intentis oculis(ut aiūt)acerrimè contemplari.*I.V.156.*b. Codicis tui literas contemplare.*Off.23.*a.Quæ contemplantes expendere oportebit quid quiſq; habeat ſui.*

*Contēptio,onis.deſpicientia,deſpectio.*Off.76.*a.Fortitudo eſt dolorum laborumq; contemptio.&* Par.120.*b.* Tuſ.169.*a.Totam uim beneuiuendi in omnium rerum humanarum contemptione ac deſpicientia ponamus. de* In. 47.*a.Si aduerſarios aut in odium,aut in inuidiam, aut in contemptionem adducemus.*Off.3. *b. Contemptio rerum humanarum.*I.A.168.*b.Contemptio pecuniæ.*

*Contemptus,a,um.deſpicatus,abiectus, deſpectus ab omnibus,contemnendus.pro* Seſt.10.*b. Deſpicatiſſimi hominis furor,contemptiſſimi conſulis leuitas. contra* Rul. 85.*a.Homo contemptus & abiectus.pro* Plan.161.*b.Homo contempta & ſordida uita. de* Diuin.132.*b.Quo iam nihil poteſt eſſe contemptius.pro* Cluen.37.*a. Cauſa contempta atque abiecta.de* Clar.173.*a.Quin.Pompeius non contemptus orator.*

*Cōtendo,dis.pugno,certo,luctor,confligo, digladior, laboro,elaboro,nitor,enitor,intendo,adduco,contentionem adhibeo,operam do,inſtando peto, contentione dicēdi cum aliquo decerto,in contentionem uenio, mihi cū aliquo res uel contentio uel certamen eſt, contentionem de aliqua re facio,contentionis aliquid cū aliquo habeo, partiū contentio eſt,contentiones quæ cū inimicis fiunt,cōparo,proficiſcor,refero.*Ep.64.*b.In quo etiam ſi multi mecum contendent,tamen omnes facilè ſuperabo.* Offic. 22. *b.Sic enim eſt faciendum, ut contra naturam uniuerſam nihil contendamus.* I. A. 223. *b. Seruius contra uim grauitatem'que morbi contendit, ut ad caſtra perueneri t.*

At.107.

Att.107.b.Aut ſi exercitum adducat,neceſſe eſt armis cũ eo contendere.de Fin.104.a.Tauri pro uitulis contra leones ſumma ui impetuq; contendunt.Ep.110.a. Vt ſacramento contendas mea non eſſe. de Or. 8.b.Multiſq; præeſſem,qui interdicto tecum contenderent. pro S.R.41.a. Humilitatem cum dignitate de amplitudine contendere. de N.61.a.Patere igitur rationem meam cum tua ratione contendere.pro Pl.268.a.In hac cauſa deſignamus aliquando(ſi uidetur)uulgari & peruulgata declamatione contendere. At.228 b.Si duriorem te præbes,non contendam ego aduerſus te. pro Quin. 14.b. Tamen ne uereris ut poſsis hæc contra Hortenſium contendere? At. 1.a. & de In.84.a.Thermus cum Syllano contendit. de Cl. 187. a.Iurgio contendere cum aliquo.pro Quint.18.a. Iure cõtendere cum aliquo.pro Quint.22.a.Inimiciſsimè & infeſtiſsimè contendere cum aliquo. Off. 60. b.Qui ſtadium currit,eniti & contendere debet ut uincat. pro Lig. 138. a.Quantum potero uoce contendam,ut hoc populus Rõ. exaudiat.Off.53.b.Quantum conniti animo potes,quantum labore contendere,tantum fac ut efficias. Or.217.b. Quod plurimis locis uoluiſſe nos,atq; animo contendiſſe perorationes noſtræ declarant. pro Seſt.3.b.Cõtendamq́; (ſi modò id conſequi potero)ut nihil à me prætermiſſum eſſe uideatur.de Or.107.b.Sermone paulo intentiore cõficere omnia,nunquam lateribus aut clamore contẽdere. pro Flac.154.a.Vociferarer, & quantum maximè poſſem contenderem,teſtarer publicanos,&c. de Fat. 144. a.Itaq; contendit omnes neruos Chryſippus, ut perſuadeat,&c.I.V.72.b.Magnum onus,ſed dignum in quo omnes neruos ætatis induſtriæq́; meæ cõtenderem. I.V.119. a.Iam in tanta impudentia iſtius remittendum aliquid uidetur,ne omnia contendamus,ne omnia cũ dolore agere uideamur.pro Mur.139.b.Vt cum ad ultimum animo cõtendiſſemus,ibi tamen ubi oporteret,cõſiſteremus. Ep.9. b.Cum plus contenderimus quàm poſſumus,minus tamen faciamus quàm debemus. I.V.72.b. In quo omnes neruos ætatis induſtriæq́; meæ contenderem.pro Plan.269.a.Sic ego hoc contendo,me tibi cuiuſcunq; tribus rationem popoſceris,redditurum.Epiſt.14. a. Tantum contendere in repub.quantum probare tuis ciuibus poſsis. Epiſtol.251. b.Te rogo ut omnes tuos neruos in eo contendas, ne quid mihi ad hanc prouinciam temporis prorogetur. Tuſcul. 187.a.Onera contentis corporibus facilius feruntur, remiſsis opprimunt.

Contendere.inſtando petere & flagitare. At. 152.b. Nec dubito quin Cæſar à me contendat, ut ad urbem ueniam.& 175.a.Per eos qui noſtra cauſa uolunt diligentiſſimè cõtendas opus eſt.& 240.a.De oratione Bruti prorſus contendis,mecumq́; iterum tam multis uerbis agis. & 124.b.Dixi me nihil ab inuito contendere.& 281.b.Quare omni ſtudio à te mi Brute contendo,ut,&c. Ep. 15.b. Cum Pompeius ita contendiſſet, ut nihil unquam magis, ut cum Craſſo redirem in gratiam. Quin. Frat. 320. b. Pompeius à me ualde contendit de reditu in gratiam, ſed adhuc nihil profecit.Off.63.b.Incenſus cupiditate contendit à Pythio,ut uenderet.Ep.5.a.A nobis agentur omnia diligenter,ut neq; ſi quid obtineri poterit non contendamus,nec,&c.& 20.a.Verecundius à te,ſi qua magna res mihi petenda eſſet,contenderem.pro Quin.14.a. Cum is à me peteret & ſummè contenderet,ut,&c. pro D.236. a.Sic à Seio contendit ut ſibi domum meam uenderet. Q. de Pet.209.a.A' quo facilè,ſi contendes,impetrare poteris,ut,&c.At.82.b.Primùm contendam à Q.Fratre ut ſe præfici patiatur.I.V.135.a.Propter magnitudinem poteſtatis hic magiſtratus à populo ſumma ambitione contenditur.de Or.98. b. Cum Hipſeus maxima uoce plurimis uerbis à M.Craſſo contenderet,ut,&c.& ibi. Non minus longa oratione recuſare.

Contendere.laborare,niti,eniti.Quin.Fr.298.b.Cõtende quæſo atq; elabora,ut, &c. et 297.b.Neq; ego hoc cõtendo,quod fortaſſe iam in noſtra ætate difficile eſt,mutare animum.pro S.R.34.b.Quæ res eum una nocte tantum itineris contendere coegit? Off.42. a.Iuuenes magna ſpectare,& ad ea rectis ſtudijs contendere debent. I. A. 264.a.Qui ad ſummam laudem gloriamq́; cõtendit. pro Plan.280.a.279.b.Iter à Vibone Brunduſium petere cõtendi.pro Plan.280.a.Dyrrhachium petere contendi.Orat.206.a.Si potuiſſemus,quò contendimus,peruenire. 79.a.Tharſum ueni,inde ad Amanum contendi. & 127. a.Mihi non dubium eſt,quin Brunduſium contendam: id eſt,proficiſcar.

Contendere.comparare,conferre,committere.de In. 80.b.Primùm igitur leges oportet contendere, conſiderãdo utra lex ad maiores pertineat,etc.pro S.R.34.a.Quicquid contrà dixeris,id cum defenſione noſtra contendito, ita facilè cauſa S.Roſcij cum tua conferetur.I.C.109.b. Si cauſas contendere uelimus.pro Pl.275.b. Contendere eadem:id eſt,parem referre gratiam.Item:Sed ſi non eadem contendit in tribunatu Plantius,exiſtimare debes nõ huic uoluntatem defuiſſe,ſed me,&c.

Contentè.uehementer,magna contentione. Tuſ.187. a.Genu M.Antonium uidi, cum contentè ipſe pro ſe lege uaria diceret,terram attingere.

Contentius,aduer.Tuſc.147.a. Contentius ambulare. de Orat. 162. b. Vti ornamentis ijſdem. aliàs contentius, aliàs,ſummiſsius.

Contentio,onis.certatio,controuerſia,luctatio,certamen,dimicatio,res,pugna,uis,uis animi, labor corporis, contentio animi.I.A.161.b. Mihi cum M.Craſſo multæ et magnæ contentiones fuerũt.pro Seſt.16.a. Antiochus magna belli contentione ſuperatus. Off.18. b.Equi propter crebras contentiones præliorum ferocitate exultãtes.pro Mur.132.a.Pugna ſumma contentione pugnata.I.A.160 b.An decertare mecum uoluit contentione dicendi? Offic. 27.b.Contentiones,quæ cum inimiciſsimis fiunt.Ep.12.b. Reſpub.contentionem cum illis uiris fieri non uult, & ne fiant,uehementer recuſat.I.V.64.a.Nec ferè unquam uenit in cõtentionem de accuſando, qui quæſtor fuerit,quin repudiaretur. Acad.33.b.Eſt enim inter eos non de terminis,ſed de tota poſſeſsione contentio. At.98.b.Nũc autem impendet ſumma inter eos contentio.pro Seſt. 13.b. Inter ſapientiſsimos homines hæc contentio eſt,cum alij dicant, &c.alij,&c.de Or.93.b.Omnem cõtentionem eſſe inter homines doctos in uerbi controuerſia poſitam. & 89. a. Græci cõtentionis cupidiores quàm ueritatis.de Op.245. a.Accurata & inimicitijs incenſa contentio. pro Q.4.a. Quod niſi,&c. non tam citò res in contentionem ueniſſet.pro Cor.59.a.In quo magna contentio Heracliẽſiũ fuit,cum magna pars in his ciuitatibus,&c.pro Cæl. 49. a.Res minimè dubitanda in contentione ponitur, utrum, &c.an,&c.pro Plan.262.b.Hæc tibi eſt prima cum Plancio generis ueſtri familiæq́; contentio,qua abs te uincitur. Item:Nunquam ferè uenit in contentionem de accuſando, qui quæſtor fuerit, quin,etc.de L.189.a.Plebs de ſuo iure periculoſas cõtentiones nullas facit.et ibi.Noſtra cauſa nihil habuit cõtẽtionis cũ Tribunatu. Ad Her.20.b.Cõtẽtio



eſt oratio acris,& ad confirmandum, et ad confutandum accommodata.de Or. 110. b. Ocij fructus non eſt contentio animi ſed relaxatio.de Sen.94.b.Ocioſam ætatem ſine ullo labore & contentione traducere. pro Arch. 188. a. Ferre animi noſtri tantam contentionem non poſſent,niſi eos doctrina relaxaremus.de Orat.164.a. Eſt quiddam contentionis extremum,quod tamen inferius eſt,quàm acutiſsimus clamor.pro Deiot.144.b.Impetus contentioq́; dicendi.de Leg.158.a.Sic tu à contentionibus, quibus ſummis uti ſolebas,quotidie relaxes aliquid. de Orat. 164.b. Sed aliquando ab hac contentione diſputationis animos noſtros curamq́; laxemus. pro Cæl. 45.b.Si quis omnem uitæ ſuæ curſum in labore corporis atq; in animi contentione conficeret.de Orat.164.a.Effuſa ſine intermiſsione contentio.& 186.a. Animi magna,uocis parua cõtentio. de D.95.b.Equum ſummerſum cùm maxima contentione non potuiſſet extrahere,diſceſsit.Tuſcul.187.a. In omnibus officijs perſequendis,animi eſt adhibenda contentio. Quin.Fr.290.a.Tanta adhibebatur à nobis contentio,ut rem poſſe confici non diffiderem.Off.27.b. In obiurgationibus utendum eſt fortaſſe & uocis contentione maiore, & uerborum grauitate acriore. & 29.b. Contentio uocis.)(.Summiſsio uocis.de Orat.107.b.Summa uis & contentio dicendi.)(.Grauiſsimi ſermonis lenitas. de N.78.b. Hominum membra nulla contentione, mente ipſa atq; uoluntate mouentur.de Or.128.a. Aſperitas contentionis in oratione.de Or.143.a.Vehementiſsima contentione animi,ingenij,uirium dicere,&c.de Or.162.a.Contentio & ſermo differunt. Att.101.b.Illud & ſi expetitum à me ſit, & approbatum à te, tamen non eſt noſtra contentione perfectum. Off.42.b. Contentio orationis maiorem uim habet ad gloriam.pro Cl.18.a.Altera pars non magnæ in dicendo contentionis fore uidebatur. de Or.128.b. Similis contentio actionis.Or.206.b. Acerrima contentio. Tuſc. 187.a.Qui uolunt exclamare maius, toto corpore atque omnibus ungulis,ut dicitur,contentioni uocis aſſeruiunt. de Or.108.a.Demoſthenes tantum continenda anima in dicendo eſt aſſecutus,ut una continuatione uerborum binæ ei contentiones uocis & remiſsiones continerentur.de Clar.171.b.Cato contra Galbam ad populum ſumma contentione dixit.de N.49.a.Nihil interrumpit,quo labefactari poſsit:tanta contentio grauitatis & ponderum. de Opt.244.a.Meritorum in rempub. contentio ſanè grauis.de Or.119.a.Cõtentio ex ſcripti interpretatione. pro Mur.125.b.Mihi cum Murena magna amicitia eſt, quæ in capitis dimicatione à Ser. Sulpitio non idcirco obruetur,quod ab eodem in honoris contentione ſuperata eſt. pro Mar.131.b.Res tuæ geſtæ contentionum magnitudine cum nullo conferri poſſunt.

Contentio,comparatio.pro Plan.260.a.Quædã hominum eſt facienda contentio. de In.76.b.Et aliorum cũ ſuis factis contentio.Ad Her.10.a. Primùm quæri conuenit,utrum fuerit utilius ex contentione: id eſt, ex comparatione.I.P.90.b.Sed quoniam fortunarum contentionẽ facere cœpimus,&c.

Contentio.exornatio rhetorica.Ad Her. 28.b.Contẽtio eſt,cum ex contrarijs uerbis oratio conficitur:ut inimicis te placabilem,amicis inexorabilẽ præbes.de Or.162.a.

Contentus,a,um.intentus patior,adductus ſto,nõ me pœnitet,ſatiatus,ſatis eſſe puto.de Cl.176.b.Si ipſum ſine comparatione audires,non modò eſſes contentus,ſed melius non quæreres.Tuſ.247.a.Paruo cultu natura contenta eſt.pro Flac.161.a.Patresfamilias ſuo contenti. pro Fl. 151.b.Maiores noſtri in priuatis rebus minimo contenti, tenuiſsimo cultu uiuebant.de Am.112.a.Paruo contentus. de Opt.243.b.Quidam non contenti quaſi bona ualetudine, uires,lacertos,ſanguinem quærunt.I.V.269.b.Eo cõtentum me eſſe dicam.pro Cl.45.a. Neq; L.Gellij iudicio ſtetit Lentulus,neq; Lentuli exiſtimatione contentus fuit Gellius. At.230.a.Sed quemadmodum tu præcipis,contenti Idibus Martijs ſimus.Item. Iam nihil egeo uectigalibus, & paruo contentus eſſe poſſum.Off.31.b. Satiata quæſtu uel contenta potius.I.V.275.a.Vt reſpubl.una hac accuſatione mea contenta ſit.de Orat.149.b.Et ſi ſatis eſſe putatis,ea quæ,&c.ſed ſi his contenti eſtis,&c. Parad. 126. a.Contentum ſuis rebus eſſe, maximæ ſunt certiſsimæq; diuitiæ.de Sen.91.b.Quod cuiq; temporis ad uiuendum datur,eo debet eſſe contentus.Parad.124.a.Diues eſt, cui tãta poſſeſsio eſt,ut ad liberaliter uiuendum facilè cõtentus ſit.& ibi.Si animus tuus ſatiatus eſt aut contentus etiam pecunia,concedo diues es.pro Plan.272.b. Populus romanus diligit magiſtratus,in quibus ſi qua præterea eſt ars, facilè patitur:ſin minus,uirtute eorum innocentiaq́; contentus eſt.de Fat.143.b.Chryſippus ſperat Chaldæos contentos Stoicorum cauſa fore.Epiſtol.26.b.Quamuis paruis Italiæ latebris contentus eſſem. & 45.a. Quibus ego rebus à tali uiro contentus eram. pro Mur. 132. a. Cum contento curſu hoſtium claſsis Italiam peteret. pro Seſt.3. a.Ad tribunatum, quia ipſe ad ſeſe iandudum uocat, & quodammodo abſorbet orationem, contento ſtudio curſuq; ueniamus.Tuſ.187.a.Onera contentis corporibus facilius feruntur,remiſsis opprimunt.Tuſcul. 123.a. Vt in fidibus plurimis,ſi nulla earum ita contenta numeris ſit, ut concentum ſeruare poſsit, omnes æque incontentæ ſint: ſic,&c.Tuſc.187.a.Baliſtæ lapidum & reliqua tormenta telorum eo grauiores emiſsiones habent,quo ſunt contenta atq; adducta uehemẽtius.Or. 202.a. Contenta uox. )(.Summiſſa uox.

Contero,tero.conſumo.I V.241.a. Noctis longitudo ſtupris conſumebatur.Epiſt.142.a.Κύρου παιδείαν, quã contriueram legendo,totam in hoc imperio explicaui. de Leg.166.b.Qui ætatem in litibus conterunt. pro Quint. R.51.b.Fruſtra tempus contero.de Or.103.b. Quo in ſtudio ingenioſorum hominum totas ætates uidemus eſſe cõtritas.de Am.115.a.Studia literarum,in quibus remoti ab oculis populi,omne ocium tempuſq; contriuimus. de Fin. 138.b.Conterere ætatẽ in rebus quærẽdis.de Fin.63.b. An ille tẽpus aut in poetis euoluendis cõſumeret?aut ſe,ut Plato in muſicis,Geometria,numeris,aſtris conteret? de Or. 106.b.Cum in cauſis, & in negocijs, & in foro conteramur.de Pr.75.b.Cæſar cæteras nationes contriuit,compulit,domuit.Tuſ.245.a.Cum uirtutẽ ad cœlum extulerint, reliqua ex collatione facilè eſt conterere atq; conſumere. At.136.b.Quæ autem ſunt horum temporum; ea iã contriuimus.Epiſtol.15.a.Ego illius omnes grauiſsimas iniurias communis concordiæ cauſa, uoluntaria quadam obliuione contriueram.

Conterreo,res.terreo. de Or.103.a.M. Scaurus iam credo huc ueniat,& hanc loquacitatem noſtram uultu ipſo aſpectuq; conterreat.

Conteſtatio,onis.iudicij conſtitutio,cum partibus fit agendi poteſtas.Cic.apud Aſconium.

Conteſtatus,a,um.pro Flac.151.a. Ab hac perenni cõteſtataq; uirtute maiorum ne degeneres.pro Quin.R.51 a.Cum eo litem conteſtatam habebat.

Conteſtor,aris.obteſtor,iudicium conſtituo et cõmitto.I.V.

to.I.V.215.a.Rex flens ac Deos hominesq; conteſtans clamare cœpit.pro Flac.165.b.Cum ego te Flacce cœlum noctemq; conteſtans flens flentem obteſtabar, cum tuæ fidei ſalutem urbis commendabam.pro Quin.R.51.a.Nam iſte cum eo litem conteſtatam habebat.& 50.b.Lite conteſtata.At.261.a.Non enim procuratores litem conteſtabuntur,quo facto non ſum neſcius ſponſores liberari. pro Q.R.54.a.Cum lis conteſtata cum Flauio damni iniuria eſſet.& 50.a.Iudicium damni iniuria conſtitutum.

Contexo,xis.coniungo,compono,texo.de Nat.58.a. Villis ouium confectis & contextis homines ueſtiuntur. Or.208.a.Memoriam rerum ueterum cum ſuperiorum ætate contexere.de Leg.157.b.Nec tam facilè interrupta contexo,quàm abſoluo inſtituta. Ep.67.a.Coniuncténe malles cum cæteris rebus noſtra contexere. pro D. 147.a.At quàm feſtiuè crimen contexitur. pro Cæl. 41.a.Ac longius mihi quidem contexere hoc carmen liceret, nam nunquam,etc.Ep.152.a.Contexere extrema cum primis.

Contextè.coniunctè.de Fat. 146.b. Omnia naturali colligatione conſertè contexteq; fieri.

Contextus,a,um. Tuſ.247.a.Ita perpetuas & contextas uoluptates in ſapiente fore ſemper.

Contextus,tus.uel conteſtus,ſtus.de Fin.132.a. Pennarumq; contextu corporis tegumēta faciebat.de Fin.144.a.Mirabilis eſt apud illos contextus rerum, reſpondent extrema primis,&c.Part.237.a.Sed in toto quaſi conteſtu orationis hæc erunt illuſtranda maximè.

Conticeo,ces.uel conticeſco,ſcis.reticeo.de Or.156.a. Hæc cum Craſſus dixiſſet,parumper & ipſe conticuit,& cæteris ſilentium fuit.I.C.113.a.Recitatis literis conſcientia conuictus conticuit.Tuſ.175.b. Qui iam cōticuere,penè ab ipſo foro irriſi.de Cl.195.b. Cum ſtudium noſtrum Brute conticuit ſubitò & obmutuit.Poſtquam.208.a. Saltem dum conticeſceret illa lamentatio & gemitus urbis. Off.33.a.Illæ literæ conticuerunt forenſes & ſenatoriæ.I.P.85.a.Cum obmutuiſſet ſenatus,iudicia cōticuiſſent, etc. pro Mur.129.a. Simulatq; increpuit ſuſpicio tumultus, artes illico noſtræ conticeſcunt.I.A.264.a. Nunquam de uobis hominum gratiſſimus ſermo conticeſcet. pro Mar. 132.a.Nulla unquam ætas de tuis laudibus conticeſcet.

Continens,tis.continuatus,iunctus,adiunctus, affixus, coniunctus,proximus,perpetuus.Ep.241.b.Cappadociæ pars,quæ cum Cilicia continens eſt.At.79.a. Cappadociæ pars,quæ Ciliciam attingit.de N.49.a. Mari aer continens eſt.pro Cec.287.a.Huic fundo continentia quædā prædia atq; adiuncta mercatur.& ibi.b. Hic fundus, qui fundo eius antiquo continens eſt. de N.7.a. Motus ſenſui coniunctus & continens in infinito nullus eſſe poteſt. de Fin.77.b.Neq; porrò ex eo natus,ſeſe è continenti genere tertiam uictimam reipub.præbuiſſet.de D.115.b. Natura rerum uno conſenſu iuncta eſt et contines.de Fat. 149.a.Proxima & continens cauſa mouet aſſenſionem. de In. 50.b.Continentia cum ipſo negocio ſunt ea, quæ ſemper affixa eſſe uidentur ad rem, neq; ab eo poſſunt ſeparari. de Or.163.a.Continenti ſpiritu.)(.a.Intermiſſo ſpiritu. Tuſc.151.b.Sed nihil te interpellabo,continentem orationem audire malo:id eſt,perpetuam.Ad Her. 20.a. In extrema oratione continens uox remedio eſt uoci.Epiſt.68.a.Si in hac ſententia fueris,ut à cōtinentibus tuis ſcriptis, in quibus perpetuam rerum geſtarum hiſtoriam complecteris,ſecernas hanc quaſi fabulam rerum euentorumq; noſtrorum.

Continens.pro litore. Acad.26.b. Mare diſsimile eſt proximo ei continenti.

Continens.pro temperāte.Epiſt.138.a.Cum reges tā ſint continentes,multo magis conſulares eſſe oportet. At. 95.b.Puerum,inquies,& fortaſſe fatuum, & non grauem,& non continentem.

Continenter.aſsiduè.de N.23.a.Quomodo enim probes continenter imagines ferri?aut ſi continenter,quomodo æternæ?Acad.44.b.& 28.a.& ad Her. 44.b. Quia continenter labuntur & fluunt omnia.Or.209.a.Continenter unum uerbum,non in eadem ſententia ponere.

Continenter.temperatè,temperanter.Off.21.b. Parcè,ſobriè,continenterq; uiuere.pro Mur. 126.b. In Aſia continenter uixiſſe laudandum eſt.

Continenter.pro continuatus,ſeu continens,uel coniunctè.ad Her.20.a.Vno ſpiritu continenter multa dicere:id eſt,continuato ſpiritu.

Continentia,tiæ.temperantia, uirtus uoluptati reſiſtens.de In.82.b.Continentia eſt,per quam cupiditas conſilij gubernatione regitur.I.V.227.a.Conferte huius libidines cum illius continentia.pro Pom.16.b. Ora maritima Cn.Pompeium propter animi continentiam requiſiuit.Quin.Fr.291.a.Quem nulla conditio pecuniæ ab ſumma integritate continentiaq; deduxerit. Quin. Fr.293.a. Tua integritas & continentia.pro Flac.151.b.In re domeſtica continentiæ laus quæritur,in publica dignitatis.Off. 51.b.Continentia in uictu omni atq; cultu.Tuſcul. 247.b. Siccitas conſequitur continentiam in uictu. Offic. 49.b. Nulla re conciliare facilius beneuolentiam multitudinis poſſunt ij,qui reipub.præſunt,quàm abſtinentia & continentia.pro Pom.11.b.Non poteſt exercitum is continere imperator,qui ſe ipſum non continet.

Contineo,nes.comprehendo,complector,includo,cōcludo,cohibeo,arceo,coerceo,ſuſtineo. de N.37.a. Mundus omnia complexu ſuo coercet & continet.& 53.b.Aluus arcet & continet illud quod recipit,ut id mutari facilè & concoqui poſsit.pro Cl.24.b.Spes illa,quam mulier in aluo commendatam à uiro continebat.I.V. 227.b. Eorum coniunctione pars oppidi,&c.ponte rurſum adiungitur,& continetur. de Som.128.b. Nouem orbes,quorum unus extimus eſt,ſummus ipſe deus arcens & continens cæteros.& ibi.Qui reliquos omnes complectitur.de N.78.b.Is non à Deo immiſſum dolorem, ſed conceptum à ſe ipſo continebat. At.237.a. Me Idus Martiæ non tam conſolantur quàm antea,magnum enim mendum continent.de Or.92.b. Omnes rerū fontes animo ac memoria continere.& 122.a.Qua una uirtute omnes uirtutes reliquæ cōtinentur.de Leg.170.a.Dum illa ſit maior,& hæc in ea contineatur.I.V.213.b. Facinus in quo omnia nefaria contineri mihi atque ineſſe uidentur. pro Mar. 134.a.Tua ſalute noſtra ſalus continetur.de N.27.b.Bella,quibus reipub.ſalus continetur.I.C.118.a.Forum, in quo omnis æquitas continetur.de N.3.b. Res tam præclaras latinis literis contineri.& 65.a.Naturam uno diuino ſpiritu contineri.Or.206.a.Ius omne retinendæ maieſtatis Fabricij cauſa continebatur.de N.37.b.Homines uenis,& neruis,& oſsibus continentur.pro Mar.135.b.Vita corpore et ſpiritu continetur.pro Syl.179.a. Status reipubl.maximè iudicatis rebus continetur.de Or.101.a. Fontes diſputationum,qui iure ciuili & legibus continentur. contra Rul.74.a.Agri eodem capite incluſi continebantur.I.V. 146.b.Summè expectabant homines,quid in tabulis contineretur.de N.30.b.Omnia quæ aluntur & creſcunt,cōtinent in ſe uim caloris.& 31.b.Calor, qui aquis continetur.



tur.Antequam.192.b.Continere aliquid incluſum animo. pro Plan.263.b.Flos equitum Roman. publicanorum ordine continetur. de Fat. 145.b. Motus enim uoluntarius eam naturam in ſe continet,ut ſit in noſtra poteſtate. de D.104.b.Continet enim totam hanc quæſtionem ea ratio quæ eſt de natura deorum:quam ſi obtinemus,ſtabit & illud,quod locum hunc continet, eſſe deos. de Vn.196.b. Quod immutabili æternitate continetur. de D.85.b.Artes,quæ coniectura continentur,& ſunt opinabiles. de Orat.87.b.Sic ſtatuo,perfecti oratoris moderatione uniuerſæ reipub.ſalutem maximè contineri. de Ar. 247.b.& 248.a. Statas ſolennesq; cerimonias pontificatu, rerum bene gerendarum autoritates augurio contineri. de Or. 92.b.Artem uerò negabat eſſe ullam, niſi quæ cognitis penitusq; perſpectis rebus contineretur. & 110.a. Feciq; hoc,quod,&c.ut de ijs rebus,quæ doctrina aliqua continerentur,diſputarem. de Cla. 195.a.Studere literis, quibus fons eloquentiæ continetur.de Or.85.a. Ego eloquentiſsimorum hominum artibus eloquentiam contineri ſtatuo. de Orat.111.a. Oratoris omnis actio opinionibus, non ſcientia continetur. de Cla. 174.b. Significabat enim non prudentiā ſolum,ſed quod maximè rem cōtinebat, fidem. Off.51.a.Nulla res uehementius remp.continet, quàm fides.pro Dom.231.b.Tantum homines impios iniuſtum nefarijs mentibus bonorum odium continebat.pro Dom.233.a.Sed hic meus reditus pontifices ueſtro iudicio cōtinetur. Or.197.b.Plato ait ideas ſemper ratione & intelligentia contineri.de Fin.51.b. Hæc quæ uitam continēt omnē. Of. 58.a. Lex ipſa naturæ, quæ utilitatem hominum conſeruat & continet.Q.Fr.296.a.Eſſe abſtinentem,continere omnes cupiditates,præclarū eſt.I.A.247.a. Quibus enim ſeptis iam immanes belluas continebimus? pro Pom. 11.b. Non poteſt exercitum is cōtinere imperator, qui ſeipſum non continet.Quin.Fr.290.a.Nihil eſt negocij continere eos,quibus præſis, ſi te ipſe contineas. contra Rul. 64.a. In ea ueſtri iſti ſatellites modeſtè inſolentiā ſuam continebunt? At.210.b.Tu autem commodè feceris,ſi reliquos cōtinueris,ne,&c. Parad. 119.b. An temperantē eum dices, qui ſe in aliqua libidine continuerit? in aliqua effuderit? I.V.88.a.Cæteræ libidines eius ratione aliqua continebantur. Poſtquam. 198.a. Continere odium iamdiu conceptū in aliquem. pro Cl. 20.a. Mulier amore capta quo modo poterat in illa cupiditate continebatur. Acad.47.b.Cohibere & continere temeritatem à lapſu.pro S.R.27.a. Vt metu contineatur audacia.Ep.169.a.Continere iracundiam.I.C.101.b.Quorum ego uix abs te iamdiu manus ac tela contineo.Q.Fr.297.b.Linguam omnibus eſſe continēdam.I.V.250.b. Vix populus ſe continuit à ſupplicio tuo. de Or.129.a. Continere dicta in aliquem. pro Seſt. 8.a. Continere ſe domi.de Orat.108.a.&105.a. Continere animam.de Cl.196.b. Tu tamen contine te in tuis perennibus ſtudijs.I.C.94.a.Quin continetis uocem iudicem ſtulticiæ ueſtræ? de N.54.b.Natura membranas oculorū firmas fecit,ut continerentur.ad Her.35.a. Continere aliquē in officio.I.V.31.a.Cuſtos ad cōtinendas merces miſſus. de Fin.77.b.Contineo me ab exēplis græcis.Acad.26.a.Qui de omnibus rebus contineat ſe ab aſſentiendo. & ibi. Cum ſe à reſpondendo ſuſtineat.

Contingit,bat.euenit,accidit.de Or.110.a.Magis adeò id facilitate quàm alia ulla culpa mea contigit. de Or. 98.a.Quoniā tantum habemus ocij, quantū iandiu nobis non contigit.At.127.b.Quoniam aūt tecum ut eſſem nō contigit,utinā tui cōſilij certior factus eſſem.de Cla.192.a.Volo hoc oratori contingat, ut cum auditum fuerit eum eſſe dicturum,locus in ſubſellijs occupetur. I.A.204.a. Vtinā C. Cæſari contigiſſet adoleſcenti, ut eſſet ſenatui chariſsimus.Of.51.b.In magnis animis id plerunq; contingit. de Cla.175.a.Hoc idem in noſtris contingere intelligo, quod in græcis,ut omnes,&c.Ep.158.a.Si mihi uita contigerit. Apud Non.Quod non modò ſingulis hominibus,ſed potētiſsimis populis ſæpe cōtingit.Off.41.b.Cum id minus contingeret,leges ſunt inuentæ.

Contingo,gis.tango,attingo.de N.30.b.a. Atq; etiā alia animalia ſunt humilia,ut cibum terreſtrem roſtris facilè contingant.de D.127.b.Luna tanta humilitate fertur, ut terram propè contingat. de Fat. 144.b. Atomus alia aliam contingit. pro Pom. 4.a. Cum antea per ætatem nondum huius autoritatem loci contingere auderem. Tuſcul.157.a. Cum animus naturam ſui ſimilem contigit. de Som. 120. b. Hic autem alter cerne, quàm nos tenui parte contingat. Tuſcul.243.a. Alia autem diuina illa cœlum contingant.

Continuatio,onis.perpetuitas.de N.4.a.Mirabilis quædam continuatio ſeriesq; rerum,ut alia ex alia nexa,et omnes inter ſe aptæ colligatæq; uideantur. Continuatio cōiunctioq; naturæ.l. συμπάθεια. Acad.44.b. Immutabilis cōtinuatio ordinis ſempiterni.de N.12.b. Continuatio cauſarum.de Or.108.a.Demoſthenes una continuatione uerborum binas contentiones & remiſsiones continebat. de Or.159.a.Longiſsima complexio uerborum eſt,quæ ſpiritu uno uolui poteſt.de Or.147.a.Nimis longa continuatio uerborum.de Or.158.a. Non in uerbo modus hic, ſed in oratione:id eſt,continuatione uerborum.de Or.160.a. Numerus in continuatione nullus eſt,nam diſtinctio numerum conficit.ad Her.20.b.Continuatio eſt,orationis enunciandæ acceleratio clamoſa. ad Her. 30.a. Continuatio eſt denſa & continens frequentatio uerborum,cum abſolutione ſententiarum:id eſt,periodus.

Cōtinuatus,a,um.cōtinens.)(.Interruptus.Acad.44.a.Et ita putant effici, quæ appellant qualia,è quibus in omni natura cohærente & continuata cum omnib.ſuis partibus effectum eſſe mundum. de N.49.a. Aër mari continuatus & iunctus eſt.de N.65.a. Conuenīētia conſenſusq; naturæ, quam quaſi cognatione continuatam conſpirare dicebas.de Or.156.b.Verba coniuncta continuataq;.Tuſ. 153.a.Sic ipſum animum ἐνδελέχειαν appellat nouo nomine,quaſi quandam continuatam motionem et perennem. & 184.a.Luctus continuatus. de Or.162.a. Continuatū.)(.Interruptum.

Continuò.ſtatim,illico. At.151.b. Atq; huiuſce rei iudicium iam cōtinuò uideo futurum. pro Q.R.47.b. Ignis in aquam coniectus continuò extinguitur. Ep.15.a. Vbi nominabit Phædriam,tu Pamphilam continuò.Ep.151.a.& 15.a.Feci continuò omnes participes meæ uoluptatis. Acad.1.a.Deinde abſens factus ædilis,continuò prætor,pòſt &c. At.151.b. Sed tamen quicquid egero, continuò ſcies. & ibi. Sed tibi omnem illius,meumq; ſermonē ſtatim mittam. de Fin. 123.a. Aequè enim contingit omnibus fidibus ut incontentæ ſint,illud non continuò, ut æquè incontentæ.de Or.127.a.Non continuò ſi quis populi motus factus eſt,id C.Norbano in nefario crimine eſſe ponendum. Att. 90.b. Hoc continuò correximus.

Continuo,as.perpetuo.de N.12.b. Atomi cohæreſcūt inter ſe,& aliæ alias apprehendentes continuantur. contra Rul.81.b.Coemant præterea, iſta dena iugera continuabunt. & 80.a. Syllanus ager à certis hominibus latiſsimè

ſimè continuatus habet inuidiam. & 89. b. Denique ſine cura poßidebit eos fundos, quos in agro Caßinati fructuoſißimos continuauit, cum uſque eò uicinos proſcriberet, quoad, &c. In Vat. 33. a. Feciſti ante roſtra pontem continuatis tribunalibus. pro Flac. 151. a. Libertas quæ uſque ad hoc tempus imperio, & rerum geſtarum gloria continuata permanſit. Ad Her. 20. b. Cum autem contendere oportebit, adaucto mediocriter ſono uocis, uerbis cõtinuandis uocem quoq; adaugere oportebit. de Or. 158. a. Quod ex pluribus continuatis connectitur. Or. 218. b. Res iterata & continuata.

Continuus, a, um. continens, perpetuus, perennis, deinceps. pro Pom. 14. a. Aliquot annos continuos magna imperij parte caruimus. pro Flac. 151. b. Senatus nihil à ſuperioribus continuorum annorum decretis deceßit. de Orat. 160. a. Rectè genus hoc numerorum, dummodo ne continuum ſit, in orationis laude ponetur. Or. 205. b. Plures cõtinuæ translationes. pro Fon. 282. b. Tum continuæ præturæ, quæ & cæteris ornamentis, & existimatione innocentiæ maximè floruerunt. Epiſt. 166. b. Continuis itineribus ad forum Vocontium ueni. ad Her. 20. a. Conſeruat uocem continui clamoris remißio. & ibi. Continẽs uox. I. V. 254. b. Tot dies continuos quid egiſti? I. V. 73. a. Equeſter ordo iudicauit annos propè quinquaginta continuos. Cæſ. 17. a. Dies quinq; continui.

Contor, aris. percunctor. At. 176. b. Cumq; ex eo de me contaretur, eum ſibi ita dixiſſe narrabat, ſc, &c.

Contorqueo, ques. conuoluo, iaculor, deflecto. de N. 37. a. Non enim ætheris ea natura, ut ui ſua ſtellas complexa contorqueat. de N. 6. b. Mundus mirabili celeritate contorquetur. Or. 220. a. Demoſthenes cuius non tam uibrarent fulmina, niſi numeris contorta ferrentur. de D. 130. a. Deinde contorquent, & ita concludunt, non igitur, &c. Tuſ. 204. a. Quas ſententias colligit? quæ uerba contorquet? in Arat. Brumali flectens contorquet tempore currum. de D. 88. b. Quoſdam amnes in alium curſum contortos & deflexos uidemus.

Contortè. obliquè. ad Her. 3. b. Contortè dicere aliquid & Tuſ. 195. b. Hæc concluduntur contortius. & de In. 48. b. Perturbatè & contortè dicere aliquid.

Cõtortio, onis. flexio. de Fat. 143. b. Maius eſt enim has contortiones orationis, quàm ſignorum ortus obituſque perdiſcere. Ad Heren. 30. a. Itaque in illo genere & remotione brachij & contortione dextræ, gladius ad corpus afferri uidetur.

Contortulis. concluſiunculis aliquid effici. Tuſ. 184. a.

Contortus, a, um. diſtortus. de Or. 107. a. Contortas res & ſæpe difficiles neceſſariò perdiſcimus. Or. 202. b. Contorta & acris oratio. Acad. 19. a. Quorum ſunt contorta & aculeata quædam ſophiſmata.

Contra. aduerſum, aduerſus, in, obuiam. )( Pro, ſecundum. de N. 59. b. Impia conſuetudo eſt contra Deos diſputandi. At. 104. b. Serò reſiſtimus ei, quem aluimus contra nos. de Or. 99. b. Defendere cauſam alicuius contra alium patronum. de Or. 92. a. Diſputabant contrà diſerti homines Athenienſes. I. V. 130. a. Quid ſi contrà omni ratione pugnauit? de Sen. 88. a. Et contra auium minorum morſum munitur uallo ariſtarum. Off. 4. b. Veri inueſtigationis ſtudio à rebus agendis abduci, contra officium eſt. Ep. 182. a. Scio me à te contra iniquos meos ſolere defendi. & pro Q. 14. a. Teſtimonium quod contra te eſt. Off. 64. a. Nec qui contra ſe liceatur emptor opponet. de Orat. 150. a. Hoc non modò non pro me, ſed contra me eſt. At. 140. a. Contra meum iudicium, & contra omnium antiquorum autoritatem cupio diſcedere. Epiſt. 62. b. Pro ijs rebus nulla mihi abs te relata gratia eſt, contrà etiam eſſe aliquid abs te profectum ex multis audiui. At. 163. b. Facere contra aliquem: id eſt, aduerſari ei. & 65. b. Ire obuiam alicui: id eſt, facere contra illum. & ibid. Eſſe cum aliquo: id eſt, facere pro illo. de Clar. 176. a. Contra ſtudium populi ſtare. pro Quin. 7. b. Q. Hortenſius contra caput nõ didicit dicere. pro Q. R. 53. b. Reſiſtere & repugnare contra ueritatem. Off. 56. b. Contra naturam uiuere. )( Secundum naturam uiuere. & ibid. Secundum naturam eſt. )( Contra naturam eſt. Acad. 45. b. Sic inter rectè factum atque peccatum, officium & contra officium, media locabat quædam.

Contrà. pro aliter, ſecus. pro Syl. 186. a. Iam enim faciam contrà, atq; in cæteris cauſis fieri ſolet, ut, &c. Q. Fra. 290. a. Factum eſt enim mea culpa, contrà quàm tu mecũ egeras. pro Cor. 56. a. Si deniq; aliquid non contrà ac liceret factum diceretur, ſed contrà atq; oporteret. de Orat. 116. b. Clamare contrà quàm deceat, & quàm poßit, hominis eſt impudentißimi. I. V. 202. a. Si hæc contrà ac dico eſſent omnia, tamen, &c. Or. 209. a. Vt contrà ac dicat accipi ac ſentiri uelit. de D. 119. b. Omnia ferè contrà ac dicta ſunt euenire. I. P. 83. a. Edicere eſt auſus ut ſenatus, contrà quàm ipſe cenſuiſſet, ad ueſtitum rediret. I. A. 237. b. Cum contrà ac Deiotarus ſenſit uictoria belli iudicarit. pro Dom. 237. b. Quanquam quid ego de ueſtro iure, contrà quàm propoſueram, diſputabo. ad Her. 24. b. Contràq; faciunt quàm pollicentur.

Contrà. econtrario, ex contrario, potius. Off. 10. b. In collocando beneficio hoc maximè officij eſt, ut quiſq; maximè opis indigeat, ita ei potißimum opitulari, quod contrà fit à pleriſq;: à quo enim plurimum ſperant, &c. pro Cor. 65. b. Atq; utinam propugnatores, &c. & cõtrà oppugnatores, &c. Acad. 45. b. Non is ſum, qui obtrectem libenter, ſed contrà qui laudem omnia. de Fin. 13. a. Quæ bona ſunt, mala putant, bona contrà quæ mala. Acad. 45. b. Ea ſumenda dicebat, contràq; contraria. Epiſt. 48. b. Nos qui domi ſumus tibi beati uidemur, at contrà nobis tu præ nobis beatus. Tuſcul. 231. b. Ergo ut hi miſeri, ſic contrà illi beati. pro Mar. 134. a. Non enim culpa tua eſt, ſi te aliqui timuerunt, contràq; ſumma laus, quod pleriq; minimè timendum eſſe ſenſerunt. de Or. 139. a. Ad cauſam pertinet, cautè, an contrà demonſtratum ſit. Or. 203. b. Decere, &c. contràq; item dedecere. pro Clu. 35. a. b. Sapiẽtißimum eſſe dicunt eum, cui quod opus ſit, ipſi ueniat in mẽtem. in ſtultitia contrà eſt: minus enim ſtultus, cui nihil in mentem uenit, quàm ille, qui, &c. & 54. a. Quid huic cum Habito? nihil, atq; adeò potius etiam contrà ſimultas. Part. 234. a. Illa autem altera argumentatio, quaſi retro, ac contrà prius ſumit, quæ uult. de Fin. 76. a. Num igitur cenſes animo ſolicito fuiſſe? nihil minus, contràq; illa hæreditate diues. de Fin. 73. a. Cyrenaici non uiderunt, ut ad curſum equum ſic hominem ad intelligendum, & ad agendum eſſe natum: contràq; ut tardam aliquam pecudem ad paſtum, & ad procreandi uoluptatem eum ortum eſſe uoluerunt. Epiſt. 16. a. Noui enim animum tuum nulla in cæteros maleuolentia ſuffuſum, contràq; cùm magnum & excelſum, tum etiam apertum & ſimplicem. pro Dom. 231. a. Cum me in iudicium populi nemo uocarit, condemnari non potui, contràq; à populo Rom. ſemper ſum defenſus & ornatus.

Contrà. pro uiciſſim. de Fin. 83. a. Beatè uiuere uos in uoluptate ponitis, item contrà omnem infelicitatem in dolore. I. A. 168. a. Sed & ego quid ille, & contrà ille, quid ego ſentirem uidebat. Ep. 15. a. Si laudabit hæc illius formam, tu huius contrà.





Cõtractio, onis. breuitas, fuga. At. 70. b. Meã in eo parſimoniam contractio paginæ ſignificat. Offic. 29. b. Superciliorum remißio aut contractio. Orat. 216. a. Contractio & breuitas grauitatem non habet. de N. 56. a. Facilis digitorum contractio faciliſq; porrectio. Tuſc. 224. a. Eodem enim uicio eſt effuſio animi in lætitia, quo in dolore contractio. de Orat. 161. a. Contractione breuius fieri, aut productione longius. Orat. 202. a. Brachij porrectio in contentionibus, contractio in remißis. pro Seſt. 6. b. Frontis contractio.

Contractiuncula, læ. Tuſ. 208. b. Morſus tamen & contractiunculæ quædam animi relinquentur.

'Contractus, a, um. breuis, aſtrictus. de Clar. 179. a. Ambitus uerborum contractus & breuis. de Clar. 294. a. Dialectica quaſi contracta & aſtricta eloquentia putanda eſt. pro Cæl. 53. b. Quæ ſtudia in ſenectute contractiora eſſe debent: id eſt, remißiora. Epiſt. 109. b. Propter res tuas ita contractas, ut quemadmodum ſcribis, nec caput, nec pedes. Parad. 116. a. Accipies igitur hoc paruum opuſculum elucubratum his iam contractioribus noctibus. Off. 4. a. Rerum contractarum fides.

Contradico, dicis. Att. 15. b. Vnus contradixerat Metellus. Attic. 83. a. Scaptius ait ſe nihil contradicere. pro R. P. 124. a. Cum erant appellati, ſi eis uidebatur, ſtatim contradicere ſolebant. de Fin. 90. a. Nec qui contradicunt, cauſam difficilem repellunt. Acad. 8. b. Vereor ne maiorem largiar ei, qui contradicturus eſt libertatem. Tuſcul. 164. b. Cateruæ uenient contradicentium. de N. 79. a. Dabis nobis aliquem diem ut contra iſta dicamus. de Orat. 133. a. Num ſi contra te dixero mihi maledicturus es? pro Quint. 1. b. Quin. Hortenſius contra me eſt dicturus.

Contraduco, cis. ad Her. 29. a. Quid, quod exercitum contraduxit.

Contraho, his. aſtringo, refugio, in anguſtum adduco, uel deduco. de N. 53. a. Stomachi partes quæ ſunt infrà, quàm id, quod deuoratur, dilatantur: quæ autem ſuprà, contrahuntur. de Am. 99. b. Ex infinita ſocietate generis humani ita contracta res eſt, & adducta in anguſtum, ut omnis charitas, aut inter duos, aut inter paucos iungatur. Acad. 46. a. Sed ea contraherent, in anguſtumq; deducerent. de N. 59. a. Licet enim contrahere uniuerſitatem generis humani, eamq; gradatim ad pauciores, poſtremò deducere ad ſingulos. de Orat. 157. a. Similitudinis eſt ad uerbum unum contracta breuitas. de Diuin. 105 a. Omne animal membra quò uult flectit, contorquet, porrigit, contrahit. Part. 232. a. Contrahere orationem. )( Dilatare. de N. 46. b. Receſſus ſolis quaſi triſtitia quadam contrahit terram, acceſſus autem lætificat. Tuſcul. 224. a. Contrahere animum in dolore. )( Effundi animum in læticia. Quin. Fr. 290. a. Te rogo ne contrahas aut demittas animum. de Leg. 177. b. Varius canendi ſonus, tum remittit animos, tum contrahit. Tuſc. 212. a. Demittere & contrahere animum. Orat. 211. a. Contrahere nomina.

Contrahere. colligere, cogere. At. 126. a. Contrahere omnia in unum locum. Attic. 129. b. Vos hortor, ut quodcunq; militum contrahere poteritis, contrahatis. Attic. 130. a. & Epiſt. 154. b. Nos diſiecta manu pares aduerſarijs eſſe non poſſumus, contractis autem noſtris copijs ſpero, &c. Att. 118. a. Sic enim parari uideo ut Luceriam omnes copiæ contrahantur. Att. 118. a. Sic enim parari uideo ut Luceriam omnes copiæ contrahantur. Attic. 129. b. Ex quibus non amplius XIIII. cohortes contrahere potui. & ibid. Reliquæ copiæ Brunduſium cogerẽtur. & 10. a. Contraxi uela, perſpiciens inopiam iudicũ. Tuſcul. 183. b. Quis cum decubuiſſet, ferrum recipere iuſſus, collum contraxit? pro Clu. 32. b. Contrahere frontẽ. de D. 116. a. Cor bouis contractum aliquo morbo exile et uietum eſſe. & 133. a. Contrahi autem animum Zeno, & quaſi labi putat atque concidere, & ipſum eſſe dormire. de Amic. 105. b. Virtus ex bonis amici quaſi diffunditur, & incommodis contrahitur. de Am. 100. b. Amicitia omnia contrahit, diſcordia dißipat. pro Mur. 141. a. Appetitus omnes contrahendi ſedandiq; ſunt.

Contrahere. tranſigere, cum altero aliquid agere, cum aliquo rem rationemq; iungere. Off. 41. a. Qui uendunt, emunt, conducunt, locant, contrahendiſq; negocijs implicantur. Off. 46. b. Conuenit autem in omni re contrahenda, uendendo, emendo, conducendo, locando, æquum, & facilẽ eſſe. & 11. b. Conſuetudines præterea & familiaritates multæq; cum multis res rationeſq; contractæ. pro Syl. 177. b. Magna ratione cum rege Mauritaniæ contracta. Item: Rabirius multa geßit, multa contraxit. Off. 44. a. Rerum contractarum fides. I. V. 143. b. Nam quas pecunias ferebat ijs expenſas, quibus cum contrahebat, eas ipſi iſti referebat acceptas. pro Quint. b. Res ab eo quicum contraxiſti, receßit. pro Clu. 26. a. Cum illo iam nemo rationem, nemo rem ullam contrahebat. Off. 2. a. Neque ſi tecum agas quid, neque ſi cum altero contrahas. Tuſcul. 248. b. Magnis moleſtijs uacant, qui nihil omnino cum populo contrahunt.

Contrahere. ſuſcipere, accipere, conflare. de Fin. 146. a. Si mercatura in maximis lucris parum aliquid damni contraxerit. Attic. 106. a. Quid ſit optimum malè contractis rebus planè uideo. pro Quin. 2. a. À principio quẽadmodum res geſta & contracta ſit, exponam. Tuſcul. 201. b. Malum culpa contractum. Att. 156. a. Omnia culpa contracta ſunt. de In. 47. a. Si turpitudo cauſæ contrahet offenſionem. Tuſcul. 201. a. Quaſi culpa contractum malum ægritudinem acriorem facit. Quint. Fr. 290 a. Ea ferre homines moleſtißimè debent, quæ eorum culpa contracta ſunt. Att. 184. a. Ea eſt à nobis cõtracta culpa, ut, &c. pro R. P. 126. b. Hoc quidem ſuſcepto atq; cõtracto, multa perpetienda fuerunt. I. C. 105. a. Aes alienum contractum in popinam. Quin. Fr. 294. b. Aes alienum contrahi cuipiam. Ep. 27. b. Dolabellam uidebam fore ab ijs moleſtijs, quas ſua liberalitate contraxerat, liberum. ad Her. 36. a. Inuidiam contrahere in uita, odium in oratione: id eſt, accerſere, trahere.

Contrahere. faceſcere. Att. 243. a. Contrahi mihi negocium uidetur. I. C. 120. a. Sin illam alteram ſecuti eritis, neſcio an amplius mihi negocij contrahatur.

Contrahere. conciliare, colligere, captare, comparare. Ad Her. 2. a. À noſtra perſona beneuolentiam contrahemus. & ibidem multa. de In. 47. a. Beneuolentia, quatuor ex locis comparatur. & ibidem: Ab auditorũ perſona beneuolentia captabitur, ſi, &c. de Am. 105. b. Virtus contrahit amicitiam.

Contrariè. repugnanter. Part. 239. b. Idem de eadem re contrariè ſcriptum. de Or. 96. b. Contrariè ſcriptum, aut ambiguè. de Or. 133. a. Verba relata contrariè. de Vn.

200.b.Biſariam contrariè ſimul procedentia.

Contrarius,ria,rium.aduerſus, aduerſarius, pugnans, inter ſe pugnans,diuerſus, inter ſe confligens. de In.51.b. Contrarium eſt,quod poſitum in genere diuerſo,ab eodẽ, cui contrarium eſſe dicitur,plurimum diſtat:ut frigus calor,mors uita. Acad. 24.b.Contraria ea dico, cum alterũ ait,alterum negat. Tuſcul.238.a. Contrariorum contraria ſunt conſequentia. de In.82.b. Fortitudini contraria eſt ignauia, & iuſtitiæ iniuſtitia. de Fin. 121. b. Vicia ſunt uirtutum contraria. de In. 83. a. & 82. b. Fidentiæ contrarium eſt diffidentia: audacia autem non contrarium,ſed appoſitum eſt ac propinquum. ad Her.29.b. Contrarium idem ferè eſt,quod contentio.Contrariũ eſt,quod ex rebus diuerſis duabus,alteram breuiter, & facilè confirmat, &c.l.Enthymema. Top.224.b. Deinceps locus eſt,qui à contrario dicitur. Contrariorum autem genera ſunt plura. unum eorum,quæ in eodem genere plurimùm differunt: ut ſapientia, ſtultitia. eodem autem genere dicuntur, quibus propoſitis occurrunt tanquam è regione quadam contraria:ut celeritati tarditas,non debilitas. ex quibus contrarijs argumenta talia exiſtunt: ſi ſtultitiam fugimus,ſapientiam ſequamur: & bonitatem, ſi malitiã. Hæc quæ ex eodem genere contraria ſunt, appellãtur Aduerſa.Sunt enim alia contraria quæ priuantia licet appellemus Latinè, Græcè appellantur ϛερητικὰ. præpoſitio enim In priuat uerbum ea ui quam haberet,ſi In propoſitum non fuiſſet:ut dignitas indignitas, humanitas inhumanitas,& cætera generis eiuſdem,quorum tractatio eſt eadem quæ ſuperiorum,quæ aduerſa dixi. Nam alia quoque ſunt contrariorum genera,uelut ea,quæ cum aliquo conferuntur: ut duplum ſimplum, multa pauca, longum breue,maius minus.ſunt etiam ualde contraria alia, quæ appellantur negantia. ea ἀποφατικὰ Græci,contraria aientibus: ut ſi hoc eſt,illud non eſt. Quid enim opus exemplo eſt,tantum intelligatur argumento quærendo, contrarijs omnibus contraria non conuenire.de Fat.147.b. Contraria hoc loco ea dico, quorum alterum ait,alterũ negat.ex his igitur neceſſe eſt alterũ uerũ eſſe,alterũ falſum.& Ac. 24.b.Of.9.b.Id tam abeſt ab officio,ut nihil magis officio poſſit eſſe contrariũ.I.A.164.a.Tota in oratione tecũ pugnas,& non modò non cohærentia inter ſe dicis,ſed maximè diſiuncta atq; contraria:ut non tanta mecum, quanta tecum tibi ſit contentio. de D.93.b. Quod habet inflationem magnam is cibus, tranquillitati mentis quærenti uera contrariam. de Sen. 93.a. Eſt enim animus cœleſtis ex altiſsimo domicilio depreſſus in terram, locum diuinæ naturæ, æternitatiq; contrarium.de Opt.244.a.Orationes inter ſe contrariæ Aeſchinis & Demoſthenis.de Or.129. a. & pro Clu.47.a. Capita inter ſe contraria. pro Cæl. 39.b. Monſtrum ex contrarijs diuerſiſq;, atq; inter ſe repugnantibus naturæ ſtudijs conflatum. de Som. 128. b. Aſtra errantia, quæ uerſantur retro contrario motu atq; cœlum. de D. 98.a.Stella Iouis ad ortus puerorum ſalutaris eſt, Saturni contraria. de D.96. b. Flumina in contrarias partes fluxerunt, & amnes mare influxit. Epiſt. 165.b. Verebar ne pium conſilium meum raperent in contrariam partem obtrectatores mei. de Or. 138. b. Afferendum eſt aliquid in contrariam partem,quod, &c. de Or.97. b. Diſputare de omni re in contrarias partes. & 138. b. Omnium rerum in contrarias partes facultas ex iiſdem ſuppeditatur locis. pro Cecin. 305. a. Si quid contraria parte in homine oſtendendum ſit, habetis hominem, &c. pro Quin. R. 52. b. Atque ego hoc ex contrario contendo: leuior eſſet, &c.de Orat.125. a. Itaq; eadem ſunt in aduerſarios ex contrario conferenda. & ad Her.3.a.& 9.b. de In. 65.a. Defenſor autem ex contrario primùm dicet, &c. & 48 .a.Commutabile eſt,quod ab aduerſario poteſt leuiter mutatum ex contraria parte dici.et 82.a. Rerum expetendarũ tria genera ſunt:par autem numerus uitandarum ex contraria parte. Antequã. 197. b. & ad Her. 3. b. & 9.a. Si neminem læſi, ſi etiam è contrario multis opem tuli. I. V. 101. a. Contrarium decernebat ac paulo antè decreuerat. de N. 46.a. b. Sol binas reuerſiones ab extremo contrarias facit. Orat. 300. a.b. Conferre pugnantia, & comparare contraria. & 202.a.Referre paria paribus, aduerſa contrarijs. Offic. 7. b. Sed incidunt ſæpe tempora, cum ea commutantur, fiuntq; contraria. contra Rul.79.b. Conuerſa ratio antea cum erat, &c. id eſt,nunc contrarium eſt atque antea fuit. Attic.288.a. Verba rebus eſſe contraria. Offic. 76. a. Omnis uoluptas honeſtati eſt contraria. de D.112.a.Nihil eſt tam contrarium rationi & conſtantiæ,quàm fortuna. de Orat.123.a. Opinionem iſtorum ſtudiorum & ſuſpicionem artificij apud eos, qui res iudicant,oratori aduerſariam eſſe arbitror. I. C. 109.b. Cauſæ,quæ inter ſe confligunt. de Orat. 139.b. Quæ,quia pugnare ſæpe inter ſe uidentur.

Contraſcriptũ,pti.At.257.a. Antonij edictum legi Bruto,& horum contraſcriptum præclarè.

Contrauenio,nis.aduerſor,contrapugno. I.V.130.a. Quid ſi de literis corruptis contrauenit? ſi contra omni ratione pugnauit? pro Mur.126.a. Si ille ipſe,quem contraueneris, cauſa cadat.Tuſc.160.a. Ego uerò facilè ſum paſſus ne in mentem quidem mihi aliquid contrauenire, ita iſti ſauco ſententiæ. I. A. 161.a.Contra rem ſuam ueniſſe me neſcio, quando queſtus eſt. & ibid.An ego non uenirem contra alienum pro familiari meo.& ibi. Venire contra gratiam,contra iniuriam.

Contrectatio,onis.tractatio,tractatus,attrectatus.de N.16.b.Quod ni ita eſſet,cur non taurus equæ contractione geſtiret?

Contrecto,as.tracto,attrecto. de Orat. 145.a. Qui quæ complecti tota nequeunt, hæc facilius diuulſa contrectant.

Contremiſco,ſcis.tremo, contremo. de Orat.95.a.In principijs dicendi tota mente atque omnibus artubus contremiſco.Ep. 95.b. Cum uerò ad ipſius Cæſaris nomen ueni,toto corpore contremiſco.pro Seſt.18.a. Cuius in mea cauſa nunquam fides uirtuſq; cõtremuit.de D.92.b. Tum ego contremui timore perterritus.

Contremo,mis.de Or.157.a. Cœlum tonitru contremit.poetæ.

Contribuo, tribuis. confero, tribuo. I.A.265. b. Vrbemq; ad eam rem pecuniam dare, contribuere, ſoluere iubeant. pro Mil. 117. b. Quæ mihi contribuenda laus eſſet ipſi?

Contriſto,as.mœrore afficio.Epiſt.119.b.Contriſtauit hæc ſententia Balbum Cornelium, & ſcio eum conqueſtũ eſſe cum Scipione.

Contritus,trita, tritum. peruulgatus, uulgaris, communis, peruagatus. de Orat. 96. b. Iſta omnium communia & contrita præcepta didici.pro Seſt.21. b. Quod iam contritum & contemptum putatur. At. 195. a. Nihil habemus quod ſcribamus, eadem quotidie, quæ iam iamq; ipſa contrita ſunt.

Controuerſia, ſiæ. diſceptatio, contentio, diſcrimen, pugna, pugna,lis.de Or.135.b.Res,quæ in dicendi controuerſiam aut diſceptationem uocatur. Or.208.a. Nihil ambigi poteſt,in quo non aut controuerſiam res faciat,aut uerba. pro Quin.3.b.Mihi cum eo controuerſiæ nihil eſt. pro S. R.33.a.Magna mihi cum illo rei familiaris controuerſia erat. pro Cec.290.b. At controuerſia non erat, quin uerum dicerent. I. C.112.b.Hanc Cethego cum cæteris controuerſiam eſſe dixerunt,quod, &c. de Cla.171.a. Eſt inter ſcriptores de numero annorum controuerſia. de Or. 139.b. Controuerſia inter hominum ſententias in illo eſt, utrum,&c. At.277.a.Flauius noſter de controuerſia,quã habet cum Dyrrhachinis,hæreditaria,ſumpſit te iudicem. Epiſt.229.a.Habere controuerſiam de aliqua re cum aliquo:exempli cauſa de fundo.pro Clu. 52.a. Cum quædam (ut ſolet) controuerſia eſſet orta. I.A. 223.b. Nec conſtituere litium actiones mallebat, quàm controuerſias tollere. de Orat. 96. b. Conſtituere controuerſiam. pro Cor.63.b.Sedare controuerſias.Off. 76. a. Dirimere controuerſiam.de Or.89.a. Verbi enim controuerſia tamdiu torquet Græculos homines,contentionis cupidiores quàm ueritatis. 93. b. Omnem controuerſiam eſſe inter homines doctos in uerbi controuerſia poſitam. & 100. a. Mediocris'ne res in controuerſiam adducta eſt? Or. 201. a. In controuerſia & contentione uerſari. Ad Her. 3. b. Interfectam eſſe matrem ab Oreſte conuenit mihi cum aduerſarijs: iure fecerit & licuerit ne facere, id in controuerſia eſt. de Orat. 118. a. Cauſa ex controuerſia conſtans, ut hæreditatis. & 96. b. Controuerſia ex ſcripti interpretatione. & ibid. Venire in controuerſiam. de In. 44. b. Generis controuerſia eſt, cum & quid factum ſit conuenit, & quo id factum nomine appellari oporteat,conſtat:& tamen, &c. Epiſt. 215.a. Vocari in controuerſiam. & 3. b. Hac controuerſia uſque ad noctem ducta, ſenatus eſt dimiſſus. pro Cecin. 288. b. Fundus, quem ſine ulla controuerſia biennium poſſedi. Att.207.a. Ait ſine ulla controuerſia rem ad me eſſe delatam. de Or. 105. a. Hoc ſine controuerſia magnum eſt. Offic. 53. b. Panætius, qui ſine controuerſia de officijs accuratiſsimè diſputauit.

Controuerſor,aris.contendo,litigo.In Protagora,autore Priſciano. Nunc à uobis ô Protagora & Socrates poſtulo,ut de iſto concedatis alter alteri, & inter uos de huiuſmodi re,non controuerſemini.

Controuerſus,a,um.litigioſus.de Cl.168.b.Siculi acuta gens & controuerſa natura.pro Mar.130.b.Sin aliter etiam controuerſum ius noſſe,& tractare uideare. de D. 130.a.Sed iſti ſumunt pro certo quod dubium controuerſumq; eſt.de Leg.166.a.Res controuerſa & plena diſſenſionis inter doctiſsimos.

Contrucido, das. trucido, perimo. pro Seſt. 20. b. Debilitatum corpus & contrucidatum.& ibid.

Contrudo,dis.conſtipo,coarcto,extrudo.In Sal.275. a.Ex Africa tantum exhauſit,quantum potuit in naues cõtrudi.pro Cæl.51.a.Deinde qui eam prouinciam ſuſceperint,ut in balneas contruderentur.I.V.249.b.Eódem cæteros contrudi imperat.

Contubernalis,lis. domeſticus, familiaris. Att.30. b. C. Arrius proximus eſt uicinus,imò ille quidẽ iam contubernalis. Epiſtol.138. b. Illud doleo in iſto loco uenire me non potuiſſe: habuiſſes enim non hoſpitem, ſed contubernalem. pro Cæl. 53.a. Is profectus eſt in Africam Quin. Pompeio contubernalis. de Cla.174.a.Qui ſe illi contubernalem in conſulatu fuiſſe narrabat. Quint. Fr.309. b. Spero nos ante hyemem contubernales fore. Att.214.a. Quid tu hunc de Pompa Quirini contubernalem his noſtris moderatis epiſtolis læt aturum putas? & 123. a. Siue ab Oppijs tuis contubernalibus. pro Lig.140.b.Militiæ contubernales. pro Flac.154. b. Contubernalis pro hoſpite.pro Flac.151.a. Teſtes accuſatoris confeſſores,conuiuæ,contubernales.

Contubernium, bernij. conuictus, ſodalitas. I. V. 257. a. Vbi illud contubernium muliebris militiæ in illo delicatiſsimo littore? pro Plan. 264. b. Neceſsitudo contubernij.

Contueor, eris. aſpicio. de N. 61. b. Me rogas, cur te duobus contuear oculis, & non altero tantum, cum idem uno aſſequi poſsim. Tuſc. 158.a. Quod tandem ſpectaculum fore putas, cum totam terram contueri licebit. de Orat. 163. b. Neque uerò eſt quiſquam, qui eadem contuens efficiat. & 143. a. Vt illud ueſtigium contueremur. pro Syl. 181. a. Aſpicite ipſum, contuemini os, &cæt. & pro Dom. 243. a. de Som. 130. a. Contueri ad cœlum.

Contuitus oculorum. I. Vat. *.

Contumacia,ciæ.ſuperbia.I.V.221.a. Illa tua ſingularis inſolentia,ſuperbia,contumacia. pro Q.R. 52.a. Eſt tuæ contumaciæ,arrogantiæ,uitæq; uniuerſæ uox.de Am. 106.b.Itaq; illi faſtidio ferè & contumacia efferũtur. At. 93. b. Potentiſsimorum hominum contumaciam nunquã tuli.I.P.96.a.In quo Torquatus furebat contumacia reſponſi tui. At.228.b. Libẽtius deponimus inimicitias reip. nomine ſuſceptas quàm cõtumaciæ. Tuſ.163.b. Adhibuitq; liberam contumaciam, à magnitudine animi ductam, non à ſuperbia.

Contumaciter.ſuperbè,præfractè.Qu.Fr.306.b.Clodius furebat ſe à Racilio contumaciter urbaneq; uexatũ. de D.123.a. Nec patrius mos tam contumaciter repudiãdus. At.86.a. Ad me autem contumaciter,arroganter,ἀκοινονοήτως ſolet ſcribere. & 253.a. Cætera & ſatis grauiter et non contumaciter.

Contumax,cis.ſuperbus. At.245.b.Sarã nefarium cognoui hominem,præterea in me contumacem.ad Her.36. b. In ſuperiores contumax, in æquos & pares faſtidioſus, in inferiores crudelis.

Contumelia, liæ. conuicium, ignominia,iniuria. de N. 15. b. Epicurus Nauſiphanem uexat omnibus contumelijs. pro Syl. 171. a. Equidem uehementer lætor eum eſſe me, in quem cum cuperes nullam contumeliam iacere potueris. de Orat. 129. a. Genus facetiarum, in quo nulli aculei contumeliarum inſunt. Attic. 285. b. Seruire, eſt contumelias pati. Attic. 231. b. Verborum contumelijs aliquem lacerare. & 230. b. Sed homines beneuolos, qualeſcunque ſunt, graue eſt inſequi contumelia. Tuſcul. 226. a. Alternis uerſibus intorquentur inter fratres grauiſsimæ contumeliæ. I. V. 203. b. Quibus tu priuatim iniurias plurimas contumeliaſq; impoſuiſti. I. A. 187. b. Quid eſt porrò facere contumeliam? quis ſic loquitur?

Contumelioſè.iniurioſè. Off.27.a.Cum de abſentibus detrahendi cauſa maledicè contumelioſeq; dicitur.In Vat. 35.a.Contumelioſiſsimè maledicere alicui.

Contumelioſus,a,um.iniurioſus.Ep.17.b.Qui iſtinc ueniunt partim te ſuperbum eſſe dicunt, quod nihil reſpondeas:partim contumelioſum,qui malè reſpondeas.pro Fl. 260.a.Sin hunc illi antepono,contumelioſa habenda oratio eſt.pro Corn. 59. b. In ſocios uerò contumelioſum eſt,

excluſos eſſe, &cæt. Epiſt. 60. a. Oratio in aliquem contumelioſa. Quint. Frat. 301. a. Literæ in aliquem contumelioſæ. pro Cæl. 243. b. Contumelioſæ uoces in aliquem emiſſæ. Attic. 243. b. Vſuriq; ſunt beneficio Antonij contumelioſo. I. A. 186. b. Contumelioſus in edictis.

Contundo, dis. obtero, frango. pro Flac. 161. a. Membra uxoris lapidibus & fuſtibus debilitauit, manus contudit, digitos confregit, neruos concidit. I. A. 252. b. Contudi & fregi exultantis latronis audaciam. Attic. 201. b. Contudi animum, & fortaſſe uici, ſi modò permanſero. pro Cecin. 288. b. Ita calumniam obtriuit & contudit. Tuſcul. 183. b. Pugiles ictibus contuſi ne ingemiſcunt quidem.

Conturbatio, onis. Tuſ. 213. a. Conturbatio eſt metus excutiens cogitata. Item Top. 225.

Conturbatus, a, um. Ar. 249. b. Ludi deformati, inquinati, peruerſi, conturbati. I. V. 206. b. Is triſtis & conturbatus domum redijt. Epiſt. 96. b. Vidiſti me ita conturbatum, ut neſcirem, &c.

Conturbo, as. perturbo, confundo, decoquo. At. 100. a. Inualetudo tua me ualde conturbat. Off. 68. a. Hæc ſunt quæ conturbant homines in deliberatione nonnunquam. ad Her. 22. a. Frequentia & obambulatio hominum cõturbat & infirmat imaginum notas. Off. 60. a. Incidunt ſæpe multæ cauſæ, quæ conturbant animos utilitatis ſpecie. Ep. 222. b. Conturbat me Seruij huius mora. I. A. 157. b. Neſcio quid conturbatus mihi eſſe uideris: numquid ſubtimes, &c. pro Plan. 259. b. Quanquam ſi quid, &c. non me id magnopere perturbat. Acad. 3. b. Non ſanè, inquit, conturbat me expectatio tua. & ibid. Eo minus conturbor. I. A. 166 b. Num conturbo te? non enim fortaſſe ſatis quæ diſtinctius dicuntur, intelligis. pro Cluentio 45. b. Vnum etiam eſt, quod me maximè conturbat, cui loco, &c. Attic. 123. b. Sed tamen ſigna conturbantur, quibus uoluntas à ſimulatione diſtingui poſſet.

Conturbare. rationes debiti commiſcere, non ſoluere, decoquere. pro Plan. 273. b. Vtrum igitur me conturbare oportet? an hoc nomen quod urget, nunc cum petitur, diſſoluere. Quint. Frat. 314. a. Ad quem ego reſcripſi, nihil eſſe quod poſthac arcæ noſtræ fiducia conturbaret. & Att. 59. a.

Conualeſco. ſcis. ſanor, conſaneſco, ualentior fio, ex morbo euado, è graui morbo recreor. de Fat. 146. a. Si fatum tibi eſt ex hoc morbo conualeſcere, ſiue medicum adhibueris, ſiue non, conualeſces. de N. 28. b. Ne ægri quidem omnes conualeſcunt. pro Cluen. 25. a. Aiulius illicò conualeſcit. I. A. 186. b. Quam ad omnes res adhibes, in primis ad conualeſcendum adhibe prudentiam. pro Syll. 182. a. Vt conualeſceret aliquando, & ſanari ciuitas poſſet. pro Milone 106. a. Quanto ille plura miſcebat, tanto hic magis conualeſcebat. Attic. 102. a. His ille rebus ita conualuit, ut nunc in uno ciue Reſpublica ad reſiſtendum imbecilla ſit. Antequam. 195. a. Ne rei crudelitas experrecta in me, in uos conualeſcat. & ibid. Impunè ad omnium perniciem conualeſcet. pro Plan. 266. a. Libertas malis oppreſſa cuilibus, iam extollere caput, & aliquando recreata, ſe erigere incipit. Epiſt. 217. a. Ille in morbum incidit, ex quo non conualuit. & 130. a. Certum ſcio iam conualuiſſe eam. Tuſcul. 191. a. Non omnes, qui curantur, conualeſcunt. pro Clu. 54. b. Cum is iam conualeſceret, &c. Epiſt. 153. b. Is cum primum poſſe ingregi cœpit, non magis ſibi quàm reip. conualuiſſe ſe exiſtimans, ad omnia pericula princeps eſſe non recuſabat. I. P. 98. a. Is graui morbo affligitur, neq; ſe recreare poteſt.

Conuallis, lis. planicies, ex omni parte montibus ſepta. Contra Rullum. 85. a. Roma in montibus poſita & conuallibus.

Conuector, conuectoris. qui in eadem naui conuehitur. Attic. 169. b. Naui eius, & ipſo conuectore me uſurum puto.

Conueho, his. comporto. pro Mil. 115. b. Repentè lintribus in eam inſulam materiam conuexit.

Conuello, lis. reuello. pro Dom. 224. a. Cum gradus Caſtoris conuelliſti ac remouiſti. I. V. 274. b. Verres ſimulachrum Cereris ſacrario Catinæ conuellendum auertendumq; curauit. I. P. 90. b. Mihi ipſa Roma propè conuulſa ſedibus ſuis, procedere obuiam uiſa eſt. de L. 167. a. Qui me ex noſtris penè conuellit hortulis. de D. 104. a. Hæc mihi uidentur non poſſe conuelli. de Orat. 127. b. Ne conuellere adoriamur ea, quæ non poſſunt commoueri. Epiſt. 69. b. Quæ cogitatio ui tempeſtatum, & concurſu calamitatum erat aliquantum labefactata, atq; conuulſa. pro Clu. 18. b. Couellere opinionem mente comprehenſam. I. P. 80. a. Qui Reipub. ſtatum conuulſuri uiderentur. pro Rab. 91. a. Cum cuncta auxilia Reip. labefactari conuelliq; uideat. I. A. 253. a. Tiberius Gracchus conuellit ſtatum ciuitatis.

Conuenæ, arum. qui ex diuerſis locis, in una mœnia cõueniunt. de Or. 88. a. Romulus paſtores & conuenas, conſilio & ſapientia congregauit. Tuſ. 259. b. Dionyſius quibuſdam conuenis & feris barbaris cuſtodiam corporis ſui committebat.

Conueniens, tis. conſonus, decorus, par, dignus, conſentaneus, decens, concors, congruens, aptus, pro. )( Alienus. de Fin. 85. b. Nihil ſcriptum ab eo congruens & conueniens decretis eius reperies. de Amic. 99. a. Nihil eſt tam naturæ aptum, tam conueniens ad res uel ſecundas, uel aduerſas, quàm amicitia. de N. 68. a. Quid enim philoſopho minus conueniens, quàm deos tollere? Offic. 59. a. Recta & conuenientia & conſtantia natura deſiderat, aſpernaturq; contraria. de N. 36. b. Stellarum conueniens, conſtansq; conuerſio. Off. 29. a. Quemadmodum in oratione conſtanti, ſic in uita omnia ſint apta & inter ſe conuenientia. de D. 125. b. Conueniens & coniuncta inter augures conſtantia. & 115. b. Conuenientem hoſtiam rebus ſuis immolare. pro S. R. 34. b. Propinqui cognatiq; optimè conuenientes. Off. 13. a. Id uirtutis non eſt. Offic. 12. a. Bene conuenientes propinqui: id eſt, concordes.

Conuenienter. congruenter, ſecundum, pro. Off. 54. b. Conuenienter naturæ uiuere: id eſt, cum uirtute congruere ſemper. de Fin. 95. b. Conuenienter naturæ congruenterq; uiuere. Tuſ. 244. a. Congruere naturæ, & cum ea conuenienter uiuere.

Conuenientia, tiæ. coniunctio, cognatio, quaſi concentus atque conſenſus. de N. 36. b. Hæc in ſtellis conſtantia, hæc conuenientia temporum ſine ratione intelligi nõ poteſt. de Amic. 115. a. In amicitia enim eſt conuenientia rerum, in ea ſtabilitas, in ea conſtantia. Offic. 5. b. Pulchritudo, uenuſtas, conuenientia partium. & 10. a. Apta compoſitio membrorum. de Finib. 94. b. Quod ὁμολογίαν Stoici, nos appellemus conuenientiam, ſi placet. & ibi. Viditq; rerum ordinem, & ut ita dicã, concordiam. de D. 134. a. Coniectores ſomniorum ſignificationes faciunt ex quadam conuenientia & coniunctione naturæ, quam uocant συμπάθειαν. de Fin. 100. a. Quorum omne bonum conuenientia atq; opportunitate finitur. de D. 155. b. Si ullam eſſe conuenientiam naturæ cum extis conceſſero. Off. 20. b. Via quæ deducit ad conuenientiam conſeruationemq; naturæ.

Conuenio, nis. congruo, non abhorreo, aptus uel conueniens, uel accommodatus ſum, conuenientia. In Horten. Nam quod uereris ne non conueniat noſtris ætatibus iſta oratio, &c. pro Cor. 67. b. Neque me diſſenſioni meæ priſtinæ putaui potius aſſentiri quàm præſentibus reip. temporibus & concordiæ conuenire. Off. 20. b. Poetæ etiam uitioſis perſonis quid conueniat, & quid deceat uidebunt. de Pro. 77. b. Hoc decet me et conuenit ijs rebus, quas geſſi. de D. 100. b. Quod ſomnium mirificè ad uerbum cum re conuenit. pro Cæl. 288. a. Cum eſſent prædia quæ mulieri maximè conuenirent. Epiſt. 132. a. Minimè miror cœlum etiam & terras uim ſuam, ſi tibi ita conueniat, dimittere. Or. 204. b. Pleraq; ex illis conuenient huic tenuitati. de Nat. 41. a. Nec uerò hoc in te uno conuenit, ſed in reliquos ueſtros, & in eum maximè, qui iſta peperit. Top. 224. b. Tantum intelligatur argumento quærẽdo, contrarijs omnibus contraria nõ conuenire. pro Dõ. 149. a. Hoc maledictum in illam ætatem non conuenit. pro S. R. 29. a. Hæc ſuſpicio conuenit in illum. de In. 48. a. Commune exordium eſt, quod nihilo in hanc quàm in contrariam partem cauſæ poteſt conuenire. I. V. 102. b. Quæ initia uidentur in quemuis potius, quàm in iſtum cõuenire. de In. 48. a. Vulgare exordium eſt, quod in plures cauſas poteſt accomodari ut conuenire uideatur. I. V. 194. b. Sunt quædam in te ſingularia, quæ in nullum alium conuenire poſſunt. de Or. 131. b. Et tamen id dixit, quod conueniret in omnes luſcos. de In. 67. b. Quid in quamq; rem conueniat, res ipſa docebit. I. A. 222. a. Nihil enim minus in hunc ordinem cõuenit. de Fin. 100. a. Vt ſi cothurni laus illa eßet, ad pedem aptè conuenire. de In. 64. a. Non omnes loci in omnem cauſam conueniunt. pro Syl. 171. a. Hæc contumelia ad maximam partem ciuium conuenit. de Fin. 97. b. Sed non conueniret ad omnia. de Ar. 257. a. In eum cadit hoc uerbum maximè, qui, &c. Epiſt. 86. b. Hæc tua deliberatio non mihi conuenire uiſa eſt cum oratione Largi. de D. 115. b. Fiſſum iecoris conuenire cum lucello. de Fin. * Atque hoc mihi cum tuo fratre conuenit. pro Lig. 139. a. At. 87. a. & I. A. 255. a. Mihi cum illo conuenit, ut, &c. pro Quint. Aliquid uel nihil inter aliquos conuenire. de Clar. 183. b. Difficile eſt in longa oratione non aliquando aliquid ita dicere, ut ſibi ipſe non conueniat. I. V. 234. a. Optimè cum aliquo conuenire: id eſt, eſſe concordem. Or. 207. b. Niſi inter eos conuenit, quid ſit illud, etc. de In. 70. b. Pactum eſt, quod inter aliquos conuenit. Att. 83. a. Aßident, ſubducunt ad nummum, conuenit. de N. 19. a. Virtutem ſine ratione conſtare non poſſe, conueniat id quoque neceſſe eſt. pro Cl. 42. b. Nemo ne pecuniaria quidem de re minima erat iudex niſi qui inter omnes aduerſarios cõueniſſet. Ad Her. 5. a. Cum factum conuenit, ſed iure an iniuria factum ſit, quæritur. de In. 44. b. Nominis controuerſia eſt, cum de facto conuenit, & quæritur id quod factum eſt, quo nomine appelletur. & ibi. Generis eſt controuerſia, cum & quid factum ſit, conuenit, & quo id factum nomine appellari oporteat, conſtat: & tamen, &c. Ad Her. 3. b. Interfectam eſſe ab Oreſte matrem, conuenit mihi cum aduerſarijs: iure fecerit et licuerit ne facere, id eſt in controuerſia. At. 138. a. Rem conuenturam puto. Ad Her. 1. b. Diuiſio eſt, per quam aperimus quid conueniat & quid in controuerſia ſit. de Leg. 166. b. Poteſt res cum eo conuenire. & ibidem. Si poſſet inter eos aliquid conuenire.

Conuenire. conſtare. contra Rul. 74. b. Inter omnes conuenit ita eſſe. Tuſ. 222. b. Inter omnes enim conuenire oportet, commotiones animorum, &c. de Fin. 64. b. Vt inter eos, qui ambigunt, conueniat, quid ſit id de quo agatur. de Fin. 83. a. Quî ſibi is conueniet, ſi negabit, &c. id eſt, quî ſibi is conſtabit? I. A. 210. a. Quî enim conuenit, ut qui ſe populares dicunt, hi populi ſalutem oppugnent? pro Mil. 111. b. Quî conuenit, præſertim id temporis? pro Cor. 62. b. 3. a. Benignè, non grauatè, comiter quidem certè, non communiter conuenit.

Conuenire. decere, par eſſe, oportere. de N. 41. b. Hæc non conuenit penes deos eſſe negare. pro Q. 16. a. Multa antè fieri conuenit, quàm, &c. pro S. R. 44. a. Vos his malis mederi conuenit. I. C. 98. a. Quo ex S. C. cõfeſtim interfectum te eſſe Catilina cõuenit. pro Q. 8. b. Illicòne ad prætorem ire conuenit. pro Rab. 95. a. Quid tandẽ C. Rabirium facere conuenit? & 94. b. Quid tandem C. Rabirio faciendum fuit? Ad Her. 3. a. Tres conuenit habere res narrationem. & ibi. In hac re exerceri conuenit. de Fin. 71. b. Quid igitur conuenit, ita dicere, &c.

Conuenire. ad aliquem ire ſeu uenire, aliquem adire. Epiſt. 46. b. Poſthumia tua me conuenit. & 32. b. Si Clodium conuenero, ex illius ſermone ad te ſcribam plura. Epiſt. 133. a. Neminem conueni (conuenio autem quotidie plurimos: ſunt enim permulti optimi uiri qui ualetudinis cauſa in hæc loca conueniunt) quin omnes, &c. de Orat. 109. b. Cæſar dixit mihi à ſe Scæuolam hinc euntem eſſe conuentum. Epiſt. 11. b. Quem cum in Sardinia conueniſſet, te ipſum, inquit, cupio. pro Sex. R. 26. a. Attilius ille, quem ſua manu ſpargentem ſemen, qui miſſi erant, conuenerunt. Attic. 125. b. Lentulum antè puto tranſmiſſurum, quàm poterit conueniri. de Sen. 94. b. Neq; eos ſolum conuenire aueo quos ipſe cognoui, ſed illos etiam de quibus audiui & legi.

Conuenire. concurrere, congregari. pro Sex. R. 20. a. Magna multitudo hominũ conuenit ad hoc iudicium. et 28. b. Cum multæ cauſæ conueniſſe in unum locum, atq; inter ſe congruere uidentur. contra Rul. 68. b. Non deſiſtebant clàm inter ſe conuenire. de N. 5. a. Tres enim trium diſciplinarum principes conueniſtis. At. 122. a. Omnes copias in unum locum conuenire. pro Cec. 296. a. Neminem coegeris, ipſi conuenerint ſua ſponte. At. 131. a. b. Da operam ut huc quamprimum uenias, antequam omnes copiæ aduerſariorum conueniant. neq; enim celeriter huc homines conuenire poſſunt: & ſi conuenirent, quantum ijs cõmittendum ſit non te præterit. de D. 119. a. Cum Bubulcus clamorem edidiſſet, concurſum eſſe factum, totamq; breui tempore in eum locum Hetruriam conueniſſe. I. P. 87. a. Mei capitis ſeruandi cauſa Romam tota Italia conuenit. Epiſt. 157. a. Senatus eſt continuò conuocatus, frequensq; conuenit. I. A. 154. b. Addebant præterea Remp. conuenturam Calen. Sextilibus, ſenatum frequentem fore. I. V. 116. a. Aduerſarij poſtulant, ut in eã rem iudices dẽtur ex ijs ciuitatibus, quæ in id forum conuenirent. Off. 29. a. Cũ Pericles et Sophocles collegæ in prætura de communi officio conueniſſent. Itẽ: Creditores & ſponſores conuenire quid ſit. l. Creditor. Top. 222. a. Vxores, quæ in manum

uiri conuenerunt,matres familias ſunt : id eſt,quæ ſocietatem bonorum coierunt.

Conuenit,bat. decet,conducit. Antequam.193.a.Non conuenit cum ego ad promerendum officium tam fuerim expeditus,uos ad referendum gratiam eſſe tardiores.Off. 46.b.a.Conuenit autem tum in dando munificum eſſe, tū in exigendo non acerbum. Antequam.192.b.Fidei conducit,in loco debitum retribuere.

Conuenticulum,li.pro D.228.a.Conuenticula et quaſi concilia quædam plebi Romanæ mores eſſe uoluerunt. pro Seſt.22.b.Tum conuenticula hominum,quæ poſtea ciuitates nominauerunt.

Conuentum,ti.generale uerbum eſt(inquit Vlpianus) ad omnia pertinens,de quibus negocij contrahendi tranſigendiq; cauſſa conſentiunt,qui inter ſe agunt. Eſt ergo cōuentum genus,pacta & ſtipulationes,ſpecies. de Or.118. a.At uerò in foro pacta,conuenta,ſtipulationes, &c. & Part.241.b.Pactum,conuentum,ſtipulatio,&c. Off. 71. a.Facere promiſſa,ſtare conuentis, reddere depoſita. & 5.b.Dictorum conuentorumq; conſtantia. & 7.a.Poteſt enim accidere promiſſum aliquod et conuentum,ut id effici ſit inutile ei,qui promiſerit.

Conuentus,tus.conuentum,pactum.At.92.a. Pontinus enim ex pacto & conuentu(ea enim lege exierat)iam à me diſceſſerat. Ad Her.2.b.Sunt item pacta, quæ ſine legibus obſeruantur ex conuentu.

Conuentus.turba,concio,multitudo hominum unum in locum congregata.I.V.104.a.& 225.a.b. Domus erat non meretricio conuentu,ſed prætoria turba referta. & 69.b.Syracuſani feſtos dies agunt celeberrimo uirorum mulierumq; conuentu.& de Or.94.b.In magno conuentu.I.V.95.b.In tanto uirorum conuentu.I.C.107.a.Quæſiui ab eo an in nocturno conuentu fuiſſet,nec ne,&c.pro Deiot.144. b. Dico extra conuentum, & eam frequentiam qua oratorum ſtudia niti ſolent. Attic.19.a. Conuentus qui initiò celebrabantur iamdiu fieri deſierunt. Epiſtol.46.a.Fruſtra in ſenatum, ſiue potius in conuentum ſenatorum es uenturus. de Finib.64.a.& 80.a. Primus Gorgias auſus eſt in conuentu poſcere quæſtionem; id eſt,iubere,dicere,&c. In Ver.241.a. Oppida in quibus prætores conſiſtere, & conuentum agere ſolent. pro Seſt.4.b.Et tum conuentus ille Capuæ me unum patronum adoptauit.

Conuerſio,onis.circumuectio,mutatio.de Vn.198.a. Mundus maxima una conuerſione atq; eadem ipſe circum ſe torquetur & uertitur. de Som.129.a.Summus ille cœli ſtelliferi curſus,cuius conuerſio eſt concitatior.& ibidem.Totius mundi incitatiſſima conuerſio. & de Nat.6. a.& 28.b.Conuerſio cœli. de Diuin.127.a.Cum temporum anni tempeſtatumq; cœli conuerſiones, commutationesq; tantæ fiant acceſſu & receſſu ſtellarū. de Leg.160. b.Perpetuis curſibus conuerſionibusq; cœleſtibus extitiſſe materiam,&c. pro Flac.164.a. Videtis in quo motu temporum,quanta in conuerſione rerum ac perturbatione uerſemur. & 152.b. Tempeſtatum moderatio atque conuerſio. pro Dom.222.b.Mihi nihil oberat præter conuerſionem ſtatus,& inclinationem communium temporum.de Diuin.109.b.Naturales eſſe conuerſiones quaſdam rerum publicarum.

Conuerſio.pro periodo.de Or.160.b.Oratio conuerſiones habeat abſolutas.

Conuerſans.uerſans. de Vn.199.b.Animus ſe ipſe cōuerſans,&c.ibidem.Animus à medio profectus, ſeſeq; ipſe uerſans.

Conuerſus,a,um.de Som.130.a. Huius anni nondum uigeſimam partem ſcito eſſe conuerſam.

Conuerto,tis.commuto,traduco, refero aſpectum aliquò,reciproco,uiciſſim retro commeo,pono,recido,conuerſum habeo. de Nat.65.b. Omnia hæc tum intereunt, tum in naturam aliam conuertuntur. Acad.16.b. Quo facilius animos imperitorum ad Deorum cultum à uitæ prauitate conuerterent. de Arch.249.a.Ludi penè ad cædem & ad funus ciuitatis conuerſi ſunt.& ibidem.Ludi ab lætitia ad metum traducti ſunt. & ibidem. Qui ludos ad luctum conferre uoluit. de Fat.143.a. Nec in falſum è uero præterita poſſunt conuerti. & 144.a. Non poteſt uerum futurum conuerti in falſum. I. A.202.a. M.Lepidus graue bellum ad pacem conuertit. Top.228.a.An poſſit eloquentia conuerti in infantiam.pro Flac.160.a. Quod crimen eſſe uoluiſti,id totum uides in laudem eſſe conuerſum.Ep.260.a.In quartanam conuerſa eſt uis morbi.Ad Her.13.b.Quæ hoc modo concludentur,ex contrario conuertetur hoc modo,&c.de N.75.b.Homines rationem bono conſilio à Dijs immortalibus datam, in fraudem malitiamq; conuertunt.de Am.110.b. Cauendum eſt ne in graues inimicitias conuertant ſe amicitiæ. pro Rab.127.a. Nolite igitur fortunam conuertere in culpam. Off.68.a. Si quis ex homine ſe conuertat in belluam.Att.131.b.Vide quàm conuerſa res eſt. de N.14.b. In eundem habitum ſe coloremq; conuertunt. pro Dom.22.b. In eum ipſum ſe conuertit,quo adiutore,quæ fecerat omnia,ſe feciſſe dicebat.contra Rul.79.b.Conuerſa ratio antea, &c. pro D. 238.b.Pœna illa te in alium inſtituta in te ipſum eſt conuerſa.I.V.230.b.Conuerſam iam habent demonſtrationē ſuam.pro Dom.234.b.Pœna omnis oculorum ad cæcitatē mentis eſt conuerſa.Item : Quas ab itinere Syriæ ad ſuam potentiā dominatumq; conuerterat.pro Cl.49.b.Conuerte nunc eaſdē uitæ conditiones ad cæteros ordines,nō perferrent.I.C.118.a.Video in me omnium ueſtrûm ora atq; oculos eſſe conuerſos.Ep.174.b. Qui quidem eas copias, quas diu ſimulatione Reip.comparabāt, ſubitò ad patriæ periculum conuerterunt. de Orat.117.a. Tum omnem orationem traduxi & conuerti in increpandam Cepionis fugam.Off.40.b.Cumq; aliqua his ampla & honeſta res obiecta eſt,totos ad ſe conuertit & rapit. Quin. Frat. 326.a.Vt mones,ualde me totum ad ocium pacemq; conuerto.de Or.85.b.Quocunq; te animo & cogitatione conuerteris.et 209.b.Vt ſæpe animos in hilaritatem riſumq; conuertat.& 131.b.Omnis eſt riſus in iudicem conuerſus. Epiſt.42.b.Totumq; me ad eius uiri uoluntatem nutumq; conuerterem. pro Syl.170.a.Ille conuertit ſe aliquando ad timorem,nunquam ad ſanitatem. Offic.67.b.Digitorum percuſſione hæreditates omnium ad ſe poſſe conuertere.At.210.b.Conuertere nauem ad puppim.I.V.225.a. Spelunca cōuerſa ad aquilonem.pro Cl.54.b. Et aſpectū, quò uellent,facilè conuerterent. Or.198.b. Alij inſtructi ad permouendos et conuertendos animos.Ep.44.a. Gratulabor tibi prius,ita enim rerū ordo poſtulat, deinde ad me conuertar.

Conuertere. pro interpretari, & ex lingua in linguam transferre.Tuſ.196.b.Conuertere Græca in Latinum. de Opt.244.a. Conuerti enim ex Atticis duorum eloquentiſſimorum nobiliſſimas orationes inter ſe contrarias Demoſthenis & Aeſchinis, nec conuerti ut interpres,ſed ut orator, ſententijs ijſdem, & earum formis tanquam figuris,uerbis ad noſtram conſuetudinem aptis: in quibus non uerbum pro uerbo neceſſe habui reddere, ſed genus omnium uerborum,uimq; ſeruaui.non enim ea me annumerare lectori putaui oportere,ſed tanquam appendere.& ibid.b.Orationes à Græco conuerſæ. de Diuin.121.b. Vt nos ocioſi conuertimus. de Fin.50.a. Quæ ſplendidè dicta ſunt,neque ſunt conuerſa de Græcis. de N. 46.b.Carmina conuerſa. Off.51.b. Xenophontis liber, qui Oeconomicus inſcribitur,quem nos è Græco in Latinum conuertimus.

Conuertere.conferre,ad ſe rapere.pro S.R.37.a.Et ex eo T.Roſcius non paulum neſcio quid in rem ſuam conuertit.& ibidem. Si ex eo negocio tantulum in rem ſuam conuertiſſet.pro S.R.42.b. Nihil de patris fortunis in rē ſuam conuertit.Sal.in Cic.271.a. Qui ciuitatis incommodum in gloriam ſuam ponit:id eſt,conuertit. Offic.9.a.In rem ſuam aliena conuertere. pro S.R.37.b. Conuertere omnia ad ſuum commodum.Item:Si mandatum aut neglecturus,aut ad tuum commodum conuerſurus es.

Conuertere.deuoluere,uoluere.de Som.128.b.In infimo orbe luna radijs ſolis accenſa conuertitur. At.35.b.Orbem Reipublicæ eſſe conuerſum. Acad.31.a. Terra,quæ circum axem ſe ſumma celeritate conuertat ac torqueat. de Clar.177.a. Sed hoc uicium huic uni in bonum conuertebat.

Conueſtio,ſtis.ueſtio,tego,orno. Quint. Frat.319.a. Topiarium laudaui, ita omnia conueſtiuit edera. & in Arat.Tuſcul.163.a.Herbis praua conueſtirier.pro Dom. 233.b. Ergo eius domum euerſam duobus locis conueſtitam uidetis.

Conuexus,a,um.In Arat.387.C.*

Conuictio,onis.conuictus.Ep.264.b.Cic.filius.

Cōuictor,oris.qui uulgò commenſalis dicitur. Cicero filius Ep.265.a. Vtor familiaribus & quotidianis conuictoribus,quos ſecum Cratippus adduxit,hominibus & doctis,& illi probatiſſimis.

Conuictus,a,um.uictus,commiſſus. pro Flac.154.b. Qui teſtis poſtquam effudit,quæ uoluit omnia, reprehenſus, conuictus,fractusq; diſceſſit. pro Syl.170.a. Cum ille homo audaciſſimus conſcientia conuictus reticuiſſet. pro Font.281.a. Magiſtratibus,quos geſſit,conuictis uirorum bonorum teſtimonijs.pro.Q.8.b. Aut ignominia affectus, aut turpi iudicio conuictus.de L.163.b.Siue Ariſtonis cōuictam & fractam ſectam ſecuti ſunt.

Conuictus,ctus. συμβίωσις. conuictio. Attic.211.a. Offic.56.a.Nam is tollit conuictum humanum & ſocietatem.Epiſt.70.b.Vt iſtis te moleſtijs laxes, & ad conuictū noſtrum redeas.

Conuinco,cis.arguo,coarguo,redarguo,cogo, addico,euinco.In Ver.224.b. Omnibus in rebus coarguitur à me,conuincitur à teſtibus,urgetur confeſſione ſua. In V. 181.a.Quod ſiue fateris,ſiue conuinceris, quàm maximis in rebus teneare non uides? Parad.124.a.Cum eum ne liberum quidem eſſe ratio & ueritas ipſa conuincat.pro S. Roſ.38.a.Non ex illo hoc intelligitur, ſed ex hoc illud conuincitur.I.A.162.a.Quo me teſte conuinces,ſi negem?an chirographo?& ibidem.Teq; in iſto ipſo conuinco,nō inhumanitatis ſolum,ſed etiam amentiæ.de Vn.16.a. Oratio,quæ neq; redargui,neq; conuinci poſſit.I.C.107.a.Homo audaciſſimus cōnſcientia conuictus reticuit. pro Syl. 180.b. Huius ſi cauſa non manifeſtiſſimis rebus teneretur,tamen eum mores ipſius & uita conuincerent.de Or. 88.b.Nihil te de moribus hominum didiciſſe conuincam. de Nat.68.a.Sed ut Stoicos nihil de Dijs explicare conuinceret.pro Quin.14.b.Volo inauditum facinus ipſius, qui id commiſit,uoce conuinci.Ad Her.29.a. Maiores noſtri ſi quam unius peccati mulierem damnabant, ſimplici iudicio multorum maleficiorum conuictam putabant. pro Cluen.19.a.Cauſa,quæ ipſa opinione hominum tacita propè conuicta atq; damnata eſt. pro Flac.164.b.M. Aquilium patres noſtri multis auaritiæ criminibus teſtimonijſq; conuictum, quia cum fugitiuis fortiter bellum geſſerat,iudicio liberauerunt. de Sen. * Tamen hæc duo leuitatis pleroſque conuincunt.pro Syl.175.b.In eum locum te deducis, ut antequam me commutati iudicij coarguas,te ſummæ negligentiæ iudicio tuo conuictum eſſe fatearis. Acad.10.a.Simili in errore uerſantur, cum conuicti ac iudicio ueritatis coacti perſpicua à perceptis uolunt diſtinguere.de Fin.51.b.Verum enim inuenire uolumus,non tanquam aduerſarium aliquem conuincere. de Nat.19.b.Vtinam tam facilè uera inuenire poſſem,quàm falſa conuincere.Tuſcul.150.a.Quid negocij eſt,hæc poetarum & pictorum portenta conuincere? id eſt, falſa oſtendere.Brut.91.b.Hoc cogere uolebat, falſas literas eſſe:id eſt,conuincere.I.V.186.a.Teſtibus cōuinci.& 244. a.Teſtimonijs conuinci.& 81.a.Manifeſtis criminibus cōuinci.pro Quint.8.b.Turpi iudicio conuictus.pro Dom. 242.b.Hanc ego deuotionem capitis mei cum ero in ſedes meas reſtitutus,tum deniq; conuictam eſſe & commiſſam putabo. Poſtquam.198.a.Eius deuotionis me eſſe conuictum iudicio deorum,teſtimonio ſenatus, confeſſione inimicorum,maximè lætor.Quin.8.b.Turpi iudicio conuictus.de Diuin.103.a. Conuincere aliquem:id eſt,redarguere. Antequam.195.b.Sententijs iudicum cōuinci. Par. 249.a.Conuincere peccata argumentis. de Nat.26.a. Conuincere errores alicuius.de In.65.b. Conuinci in aliquo peccato.

Conuiſo,ſis.conſpicio.In Arat.Et loca conuiſit caudatenus infera piſcis.

Conuiciator,oris.maledicus.pro Mur.126.b. Maledicus,conuiciator.In Sal.272.a.Si de mea uita huic conuiciatori reſpondero.

Conuicium,tij.maledictum,probrum,contumelia,crimen,opprobrium,maledictio,uerborum contumelia, maledictum iurgij petulantis.pro Cæl.43.b.Adulter, impudicus,ſequeſter,conuicium eſt non accuſatio. pro Cæl.38. b.Maledictio nihil habet propoſiti præter contumeliam, quæ ſi petulantius iactatur conuicium,ſi facetius,urbanitas nominatur.Epiſt.5.a.b.Pompeius cum pro Milone diceret clamore conuicioq; iactatus. pro Mur.126.b. Non debes arripere maledictum ex triuio, aut ex ſcurrarum aliquo conuicio.pro Dom.213.b.Reſpondebo hominis furioſi non orationi,ſed conuicio, cuius exercitationes cum intolerabili petulantia,tū diuturna impunitate muniuit. Ac.31.b.Vrgebor iam omnium ueſtrûm conuicio.Off.68. b.Qua hunc obiurgatione aut quo potius conuicio à tanto errore coner auertere? At.257.b.Et ei conuicium grande fecerunt.I.P.92.a.Sed os tuum ferreo ſenatus conuicio uerberari uoluiſti. pro Cluen.33.a. L. Quintius conuicium C.Iunio iudici quæſtionis maximum fecit.Epiſt.153. a.Cum ei magnum conuicium fieret cuncto à ſenatu, quin que Tribuni Pl.retulerunt.Or.212.a. Aliquando idq; ſerò conuicio aurium mihi extorta ueritas eſt. pro Arch.187. b.Vbi aures conuicio defeſſæ conquieſcant. At.33.a.Conſectari aliquem conuicijs. Dicere maledicta in aliquem.

l.Male=

l. Maledictum. pro Mur. 126. b. Obijcere maledicta alicui. Q. Fr. 313. a. Efflagitare aliquid conuicio. pro Syl. 171. b. Verbi inuidia contumeliaq; maledicti. pro Q. 11. b. Suſtinere quotidianum alicuius conuicium.

Conuiua, uæ. ſocius ad epulas, conuictor. Tuſ. 148. b. Quanquam eſt in Orginibus, ſolitos eſſe in epulis canere conuiuas ad tibicinem de clarorum hominum uirtutibus. de Cl. 171. a. Carmina in epulis cantari ſolita à ſingulis cõuiuis. At. 252. b. Hunc tu lege conuiuis tuis, ſed ſi me amas, hilaris & bene acceptis. 186. b. Non aſſequor, ut ſcribam, quod tui conuiuæ non modò libenter, ſed etiam æquo animo legere poßint. pro Flac. 151. a. Teſtes accuſatoris, conſeſſores, conuiuæ, contubernales. de Or. 130. a. Collectam à conuiua exigere.

Conuiuium, uij. accubatio epularis amicorũ. I. V. 170. b. Cũ in eis conuiuijs ſymphonia caneret, maximiſq; poculis miniſtraretur. de Sen. 86. b. Bene maiores accubationẽ epularem amicorum, quia uitæ coniunctionem haberet, conuiuium nominarũt: melius quàm Græci, qui hoc idem tum compotationem, tum concænationem uocant. & ibi. Ego propter ſermonis delectationem tempeſtiuis conuiuijs delector. pro Arch. 188. a. Quantum temporis alij tribuunt tempeſtiuis conuiuijs. I. P. 93. b. Conuiuium publicũ non dignitatis cauſa inibit. pro Mur. 127. a. Conuiuiũ moderatum & honeſtum. & ibi. Intempeſtiuum conuiuium. I. P. S. a. Quod quidem iſtius quaſi aliquod Lapitharum aut Centaurorum conuiuium ferebatur. de Pet. 211. b. Conuiuia, quæ facetè abs te, & amicis tuis concelebrantur, & paßim & tributim. pro Q. 17. b. Ornare conuiuium magnificè ac ſplendidè. I. V. 214. a. Inſtituere & parare conuiuium. & 210. a. Ornare & apparare conuiuium. pro Cæl. 44. b. Conuiuia Baijs acta, commeſſationes. Off. 63. b. Opiparè paratum erat conuiuium. pro Q. 10. b. Verſari in cõuiuijs. Tuſ. 169. a. Græci in cõuiuijs ſolent nominare cui poculũ tradituri ſunt. 207. a. Conditor inſtructorq; conuiuij. Præbere ſponſalia genero: id eſt, cõuiuium ſponſaliorum. l. Sponſalia.

Conuiuor, aris. conuiuium ago, epulas do. In Ver. 170. b. Quotidie non modò in publico, ſed etiam de publico conuiuari.

Conuocatio, onis. conuentus, congregatio. Poſtquam. 312. b. Nulla ad Rempubl. defendendam populi Rom. conuocatio.

Conuoco, as. aduoco. I. V. 212. a. b. Artifices omnes conuocari iubet. Tuſc. 161. a. Qui dißipatos homines congregauit, & ad ſocietatem uitæ conuocauit. Tuſcul. 228. b. Tu dißipatos homines in ſocietatem uitæ conuocaſti. Ep. 151. a. Senatus eſt continuò conuocatus, frequenſq; conuenit. de Cl. 181. b. Qui conuocatis auditoribus, legebat eis magnum illud uolumen, &c. I. A. 194. b. Nos autem in ſenatum cõuocabamur. Off. 63. b. Tum Cannius piſcatores ad ſe conuocauit. & Q. Fr. 113. b. pro Cec. 285. a. Conuocare homines & eos armare. de Leg. 166. b. Is philoſophos in locum unum conuocauit. In Vat. 32. b. Conuocare concilium contra legem Heliam.

Conuolo, as. concurro. pro D. 224. b. Qui cuncta ex Italia ad me reuocandum cõuolauerunt. At. 168. a. Vexillo opus eſt, conuolabunt.

Conuoluo, uis. contorqueo. de N. 48. a. Quem propter nitens pennis conuoluitur ales. de D. 90. a. Cum ſe cõuoluens ſol elaberetur, ut abiret.

Conus, ni. turbinis inuerſi figura, uel metæ, uel pyramidis. de N. 35. a. Conum tibi ais & cylindrum, & pyramidem pulchriorem quàm ſphæram uideri. de Nat. 6. b. Forma coni. l. Cylindrus.



Coniſco, as. eſt frontem fronte percutere, arietare, quod arietes faciunt, quod Lucr. lib. 2. oſtendit. Et ſatiati agni ludunt, blandeq; coniſcant. Cic. teſte Quintil. lib. 8. cap. 3. Caput opponis, cum eo coniſcans. aliàs, conificans, ſed corruptè.

Conuulſus, a, um. reuulſus. de Clar. 175. a. Reſpub. penitus conuulſa. I. V. 222. a. Conuulſis repagulis effractiſq; ualuis.

Coopertus, a, um. obrutus, tectus. I. A. 242. a. b. Quos nondum tantis paricidijs contaminatos uix ferebamus, hos nunc omni ſcelere coopertos tolerabiles cenſemus fore? I. V. 78. a. Iſte à tot, tantis, tam nefarijs ſceleribus coopertus. & 100. b. Lapidibus coopertus eſſet in foro.

Cooptatio, onis. cõſtitutio. de Am. 114. a. Ea lege cooptatio collegiorum ad populi beneficium transferebatur. de L. 189. b. Cooptatio cenſoria.

Coopto, as. lego, eligo, recipio. de Clar. 165. a. Et cooptatum me ab eo in collegium augurum recordabar. I. V. 133. a. In ſenatoribus cooptandis non modò ſuffragia nulla fuerunt, ſed ne genere quidem ſpectata ſunt, ex quibus in eum ordinem cooptari liceret. I. V. 133. a. Cum haberent inter ſe controuerſias de ſenatu cooptando. At. 276. a. Ciceronem noſtrum in ueſtrum collegium cooptari uolo. pro Cæl. 38. a. Quem abſentem in amplißimum collegium cooptarunt. de D. 113. a. In eo ſenatu, quem maiore ex parte ipſe cooptaſſet. I. A. 248. b. In primis paternum auguratus locum, in quo ego eũ, ut quod à patre accepi, filio reddam, mea nominatione cooptabo.

Coorior, ris. I. V. 85. b. Tum ſubitò tempeſtates coortæ ſunt maximæ.

Copia, piæ. abundantia, ubertas, facultas, uis, flumen. I. A. 233. b. Cum hanc & huius generis tantam copiam habeat Antonius, quod ſcelus omittet? pro Pom. 9. a. Vtinam uirorum fortium tantam copiam haberetis, ut, &c. Item: Similiter nunc petes à Craſſo, ut eam copiam ornamentorum ſuorum, quam, &c. dilatet nobis atq; explicet. de Or. 154. a. Rerum copia uerborum copiam gignit. Epiſt. 67. a. Materies digna facultate & copia tua. Top. 226. b. Mirabilis copia dicendi. pro Quint. 2. a. Quin. Hortenſius, cui ſummam copiam facultatemq; dicendi natura largita eſt. pro Cor. 55. b. Orationis ubertas, uarietas, copia. de Clar. 168. b. Vbertas & copia Periclis. I. V. 68. a. Facultas & copia dicendi. Orat. 20. b. a. Temperata oratione ornandi copiam perſequi. de Orat. 85. b. Minimam copiam poetarum egregiorum extitiſſe. de In. 62. a. Nobis omnium expoſitis copijs, quodcunque placeret, eligendi poteſtas fuit. & ibidem. b. Ex maiore copia nobis quàm illi fuit exemplorum eligendi poteſtas de Clar. 167. b. Hæc enim ætas effundit hanc copiam. de Orat. 155. a. Facere ciuibus omnibus ſui conſilij copiam. In Ver. 108. a. Cuius decuriæ mihi copiam quàm largißimè factam oportebat. Poſtquam. 202. a. Frugum ubertas & copia. pro Dom. 227. a. In tanta ubertate improborum. de In. 62. a. Crotoniatæ cum florerent omnibus copijs, &c. pro Quin. Roſ. 52. a. Vir copijs rei familiaris locuples & pecunioſus. Offic. 31. a. Omnium rerum affluentibus copijs ditari. pro Pom. 7. a. Publicani ſuas rationes & copias in prouinciam contulerunt. pro Cluen. 21. a. Omnis teſtium copia, quæ futura eſt, à matre initiò eſt adornata: à matre nunc omnibus eius opibus, & copijs comparatur. Epiſt. 56. a. Ibiq; pro ea copia, quæ Athenis erat, funus ei ſatis amplum faciendum



curaui. de In. 52. b. Quid cuiq; conueniat ex hac copia digeremus. Epiſt. 241. b. Quæ cum eſſent à me cura magis, & diligentia quàm facultate & copia conſtituta, iter mihi faciundum per Lycaoniam putaui. de Fin. 91. b. Et quidem Cato totam hanc copiam Lucullo notam eſſe oportebit. At. 26. a. Itaq; libris me delecto, quorum habeo Antij feſtiuam copiam. At. 124. b. Moderatori reip. beata ciuiũ uita propoſita eſt, ut opibus firma, copijs locuples, gloria ampla, uirtute honeſta ſit. Off. 11. a. Singulorum copiæ paruæ ſunt: eorum autem qui his egeant, infinita eſt multitudo. pro Dom. 216. b. Frugum copia. )(. Frugum inopia. de Or. 89. a. Vbertas in dicendo & copia. )(. Exilitas. de In. 76. b. Copia agri. )(. Penuria agri. de Sen. 78. b. Nec in ſumma inopia leuis eſſe ſenectus poteſt, ne ſapienti quidem, nec in ſumma copia inſipienti non grauis. de Am. 106. a. Circumfluere omnibus copijs, atq; in omnium rerum abundantia uiuere. de Am. 112. b. Suppeditare alicui omnium rerum, quas natura deſiderat, abundantiam & copiam. Epiſt. 136. b. Tu autem quod mihi bonam copiam eiures, nihil eſt. Parad. 125. a. Eſt enim diuitiarum fructus in copia, copiam autem declarat ſatietas rerum atq; abundantia. de In. 83. a. Amplitudo eſt potentiæ aut maieſtatis, aut aliquarum copiarum magna abundantia. Attic. 129. b. Pomp. placitum eſt mihi, ut Brunduſium ducerem hanc copiam quam habeo mecum. Attic. 130. b. Pomp. Neque ſolum cum iſta copia ſuſtinere poteris ut frumentatum eas. Attic. 129. b. Alter in Siciliam cum ea copia, quam Capuæ, & circum Capuam comparaſtis, & cum ijs militibus, quos Fauſtus legit, proficiſceretur. & 130. a. Contractis noſtris copijs ſpero nos reipublicæ prodeſſe poſſe.

Copiæ, arum. manus, exercitus. Ep. 32. a. Pergratum mihi feceris, ſi iſtas exiguas copias, quas habuiſti, quàm minimum imminueris. pro D. 214. a. Cum ſeruos tuos ad bonorum cædem paratos cum illa tua conſceleratorũ ac perditorum manu armatos in Capitolium tecum ueniſſe conſtabat. Ep. 183. b. Magnaſq; Romæ Panſa copias ex delectu Italiæ comparat.

Copiolæ, arum. Brut. Epiſt. 174. a. Recurri ad copiolas meas, ſic enim eas uerè appellare poſſum, ſunt enim extenuatißimæ.

Copioſè. uberrimè, largè, largiter, prolixè, abundanter. de Or. 89. a. Oratoris eſt, compoſitè, ornatè, copioſè eloqui. et 122. b. Copioſè & abundãter loqui de aliqua re. Off. 1. b. Copioſißimè & grauißimè dicere. I. V. 94. b. Nã Maleolus in prouinciam ſic copioſè profectus erat, ut domi prorſus nihil relinqueret. de N. 13. a. Nec ſententijs ſolum copioſè, ſed uerbis etiam ornatè. de N. 50. a. Paſtũ animantibus largè & copioſè natura comparauit. pro Flac. 155. a. Subtiliter & copioſè de aliqua re diſſerere.

Copioſus, a, um. abundans, uber, diues. At. 219. b. Legi epiſtolam, multa de meo Catone, quem ſæpißimè legendo ſe dicit copioſiorem factum. Offic. 36. a. Dicæarchus peripateticus magnus & copioſus. pro Cecin. 297. a. Homo copioſus ad dicendum. de Orat. 128. b. Multa & uaria, & copioſa oratio. & 104. b. Multæ, copioſæ, uariæq; rationes. pro R. P. 128. b. Lautum & copioſum patrimonium. pro Arch. 186. a. Vrbs quondam celebris & copioſa. In Ver. 63. b. Mulier copioſa planè & locuples. I. V. 89 a. Ille erat in primis inter ſuos copioſus. pro S. Roſc. 19. b. Patrimonium tam amplum & copioſum. & ibidem. Pecuniam tam plena & præclara. I. C. 108. a. Is omnibus rebus ornatus & copioſus eſt.



Copo, onis. caupo. pro Cl. 52. b. l. Caupo.

Copulatio, onis. coniunctio. de N. 49. b. Copulatio rerum, coagmentatioq; naturæ. de Fin. 63. a. Congreſſus copulationeſq; conſuetudinum. de Fin. 52. b. Declinare dixit Atomum per paulum, ita effici complexiones, & copulationes, & adhæſiones atomorum inter ſe.

Copulatus, a, um. Off. 12. a. Nihil eſt amabilius, nec copulatius, quàm morum ſimilitudo bonorum. de D. 138. a. Quid naturæ copulatum habuit Alcibiadis quod ſcribitur ſomnium? Tuſ. 214. a. Hæc quæ dico, cogitatione quidem inter ſe differunt, re uerò copulata ſunt. de Fat. 126. a. Quædam ſunt in rebus ſimplicia, quædam copulata. & ibi. Copulata enim res eſt, & confatalis, concubiturum cũ uxore Laium, & ex ea Oedipum procreaturum. Or. 207. a. Verba ſimplicia & copulata. Tuſ. 163. a. Quoniã nihil ſit animis admixtum, nihil copulatum, nihil cõcretum, nihil coagmentatum, nihil duplex.

Copulo, as. iungo, coniungo. I. A. 16. a. Equeſter ordo cum ſenatu copulatus fuit. de Fin. 59. a. Virtutem copulatam eſſe docui cum uoluptate, ut ab ea nullo modo nec diuelli, nec diſtrahi poßit. & 74. a. Quæ & diſiuncta coniungat, & cum præſentibus futura copulet. Ep. 32. b. Ad uoluntates noſtras copulandas non mediocre uinculũ attulit collegij coniunctio. de Or. 104. a. An hæc inter ſe iungi copulariq; poßint. I. V. 234. a. Nam cum clamaret, etc. copulati in ius peruenimus. Part. 231. b. Conſtructio uerborum tum coniunctionibus copuletur, non diſſolutionibus relaxetur. Or. 211. a. Libenter etiam copulando uerba iungebant, ut ſodes, pro ſi audes. Ac. 35. a. Copulare hominem cum bellua.

Coquo, quis. mitigo. Tuſ. 247. a. Tum is, qui illa coxerat minimè mirum, condimenta enim defuerunt. de Sen. 77. a. Cura Quæ nũc te coquit, et uerſat ſub pectore fixa. de Nat. 56. b. Materia autem ad mitigandum cibum utimur. At. 222. a. Nec id ſolum, ſed bene cocto & condito ſermone bono.

Coquus. qui, uel cocus, ci. l. Cocus.

Cor. cordis. animus. Tuſcul. 204. a. de Diuin. 105. a. Nullum animal, quod ſanguinem habet, ſine corde eſſe poteſt. de Fin. 83. b. Hoc eſt, non modò cor non habere, ſed ne palatum quidem. de Fin. 69. b. Nec enim ſequitur, ut cui cor ſapiat, ei non ſapiat palatus. Tuſ. 252. a. Alijs cor ipſum animus uidetur, ex quo excordes, uecordes, & concordes dicuntur. pro Cæl. 45. a. Nunc enim mihi animus ardet, nunc meum cor cumulatur ira. de Or. 158. b. Romanus corde ſuo trepidat. pro Q. 17. b. Mihi uita horrida atque arida cordi eſt. de Am. 98. b. Iſq; mihi eo magis cordi eſt, quod, &c. At. 69. b. Dionyſius nobis cordi eſt. In V. 99. a. Ego, cui filia maximè cordi eſt. Orat. 201. b. Flumen alijs uerborum cordi eſt. Quin. Fr. 244. b. Quod mihi antiquißimum eſt. At. 206. a. Quo etiam magis laboro idem quàm tu.

Coràm. ad, apud, ante, in conſpectu, ante oculos, ante pedes, in oculis. At. 259. b. Sed hæc & alia maiora coràm. & 104. b. Sed hæc propediem coràm. Ep. 77. a. Sed hæc & multa alia coràm breui tempore licebit. Att. 88. b. Sed hæc poſterius, & coràm fortaſſe commodius. Att. 112. a. Vt loquerer tecum abſens, quo mihi cum coràm id non liceret, nihil eſt iucundius. & 186. a. Cum coràm ſumus & garrimus quicquid in buccam uenit. pro Flac. 153. a. Teſtes coràm producti aliquid dicent, in quo, &c. de Pro. 73. a. Intueor coràm hæc ornamenta Reipubl. Octa. 329. b. Non prætermittam, quin quoniam coràm id facere prohi-

prohibeor, abſens proſim. Epiſt.205.a. Coràm P. Cuſpio tecum locutus ſum. I.P.81.b. Mihi uerò ipſi coràm, genero meo, propinquo tuo, quæ dicere auſus es? Am. 96. d. Vt tãquam à præſentibus coràm haberi ſermo uideretur. contra Rul.87.b. Si ea coràm potius me præſente dixiſſent. Acad.41.b. Quod coràm etiam ex ipſo audiebamus. Ad Her.25.b. Chares omnia coràm magiſtrum facientem uidebat. Ep.69.b. Sin autem differs me in aliud tempus, coràm tecum loquar. Ep.191.a. Præterea mihi promiſerunt coràm, & abſenti mihi ſcripſerunt, ſe, &c. contra Rul.81.b. Veniat coràm & mecum diſputet. pro Cl.25.a. Index ex altera parte coràm tenetur. & ibi. Hominem ante pedes Q. Manilij conſtituunt. I.A.216.a. Ante cõſules, oculosq; legatorum tormentis Mutinam uerberauit. contra Rul.84.a. In oculis S.P.Q.R.

Corbis, bis. caniſtrum, uas uimine cõteſtum. pro Seſt. 21.a. Gracchus meſſoria ſe corbe contexit.

Corbita, tæ. nauis oneraria. At.255.a.

Corculum, li. amatoriè dicitur paruũ cor. de Cl.171. b. P. Scipio Naſica, qui eſt corculum appellatus. & 183.b. & Tuſ.152.a.

Corcyra. ræ. phæacum inſula. Ep.257.a.

Corcyræus, a, um. At.92.a. Ep.259.

Cordatus, a, um. prudens, ſapiens. de Or.101.b. Egregiè cordatus homo Catus Aelius Sextus. & Tuſcu.152. a. Ennij.

Cordax, cis. Trochæus. Orat.216.a. l. Trochæus.

Cordolium, lij. cordis dolor. Attic. 238. a. Rides ab cordolio.

Corduba, bæ. urbs. I.V.212. pro Arch.190.b.

Corfinium, nij. opp. At.121.

Corfinienſis. At.149.

Coria Mineruα. de N.71.b.

Corigia, giæ. lorum, ſeu cingulus, à corio factum nomen. de D.126.a. Quæ ſi ſuſcipiamus, pedis offenſio nobis, & abruptio corigiæ, & ſternutamenta erunt obſeruanda.

Corinthiacus, a, ũ. Vt uaſa Corinthiaca. pro S.R.40.a.

Corinthius, a, um. I.V.223.a. Galeæ æneæ cælatæ opere Corinthio. Tuſ.181.b. Si quid de Corinthijs tuis amiſeris. Par.123.a. Quos Corinthia opera delectant.

Corinthus, thi. contra Rul.83.b. Corinthus erat poſita in anguſtijs atq; in faucibus Græciæ. pro Pom.5.b. Corinthus totius Græciæ lumen.

Corium, rij. de N.50.a. Animantium aliæ corijs tectæ ſunt, aliæ uillis ueſtitæ, &c. I.V.95.b. Cum iſte coria, cilicia, ſaccos imperaret. Ad Her.4.b. Is obuolutus & obligatus corio deijciatur in profluentem.

Corneolus, a, um. à corneus diminut. de N.55.a. Aures duros & quaſi corneolos habent introitus.

Corneus, a, um. de Nat. 21. b. Corneum procerumq; roſtrum.

Cornicinus ad ſuam ueterem fabulam redijt. At.55.a.

Corniger, a, um. ut Corniger taurus. In Arat.

Cornix, cis. auis garrula. de N.62.b. Quis cornicis cãtum notauit? quis ſortes? de D.83.a. Fuſcaq; nonnunquam curſans per litora cornix. de D.82.b. & 98.a. Iupiter cornicem à læua, coruum à dextra canere iuſſit. l. Coruus. pro Mur.129.b. Cornicum oculos configere. pro Fl.156.a. Hic cornici oculum, ut dicitur.

Cornu. de N. 50. a. Animantes alias ſquama uidemus obductas, alias eſſe cornibus armatas, alias, &c. pro Syl. 170.a. Ille arma miſit, cornua, tubas, falces, &c. de D.113. b. Experiamur itaq; ſi poſſumus cornua commouere diſputationis tuæ. I.A.257.a. Panſa et Hirtius, qui quaſi cornua duo tenuerunt Cæſaris, tum cum, &c. Att.150.b. Ab utroq; portus cornu moles iacimus. Cæſ.173.a. Cohortes dextri Cæſaris cornus.

Corollarium, rij. appendix, acceſſio, additio, quaſi lucrum. I.V.17. Vt eſſet unde Apronio ad illos fructus arationum hoc corollarium nummorum adderetur. I.V.198 b. Qui nummulis corrogatis de nepotum bonis, ac de ſcenicorum corollarijs decuriam emerunt. I.V.211.b. Hic quaſi feſtiuum acroama, ne ſine corollario de conuiuio diſcederet, emblemata auellenda curauit.

Corona. næ. inſigne regni, inſigne regium, diadema, ſertum, circulus hominum audientium. I.V.241.a. Ipſe autem coronam habebat, unam in capite, alteram in collo. Tuſ.249.a. Aderant unguenta coronæ, &c. & ibi. Iam ipſæ defluebant coronæ. At.234.b. Reſcripſit ſe coronam habuiſſe honoris Cæſaris cauſa, poſuiſſe luctus gratia. Ep. 69.a. Cum cæteris coronas impoſuerunt uictoribus. I.P. 80.b. Is mihi ciuicam coronam deberi à Repub. dixit. pro Plan.274.b. At id etiam gregarij milites faciunt inuiti, ut ſe ab aliquo ſeruatos eſſe fateantur, & coronam dent ciuicam. Att.231.a. Brutus noſter iam uel coronam aureã per forum ferre poſſet. I.P.92.b. Coronam lauream alicui à ſenatu decretam eſſe. Ad Her.39.a. Corona aurea magnis fulgentibus gemmis illuminata. de L.182.a. Ne ſumptuoſa aſperſione longæ coronæ, nec acerræ prætereantur.

Corona. circulus hominum audientium. pro Fl.160. a. A' iudicibus oratio auertitur, uox in coronã turbamq; effunditur. de Cl.181.b. Tamen ſi à corona relictus ſim, nõ queam dicere. de Fin.80.a. Aut ſi coronam times, dic in ſenatu. Tuſ.150.a. Tibi ipſi pro te erit maxima corona cauſa dicenda. I.A.181.b. Cur armatorum corona ſeptus eſt ſenatus. pro Mil.101. b. Non enim corona conſeſſus ueſter cinctus eſt, ut ſolebat.

Coronarius, a, um. quod ad coronas attinet. I.P.99. a. Mitto aurum coronarium, quod lex & decerni, & accipi uetat, niſi decreto triumpho. contra Rul. 63.a. Quod ad quenq; peruenerit ex præda, ex manubijs, ex auro coronario. & 77.b. 78.a. Aurum coronarium dabatur pro conſulibus uel imperatoribus ex prouincia decedentibus ad decorandum triumphum.

Coronatus, a, um. Corona donatus, qui coronam habet in capite. I.A.176.b. Sedebat in roſtris collegatus, amictus toga purpurea in ſella aurea, coronatus, etc. At.229. b. Coronatus Quintus noſter parilibus. de Leg.183.a. Epulæ, quas inibant propinqui coronati.

Corporatus, a, um. de Vn.195.b. Mundus cernitur et tangitur, & eſt undiq; corporatus.

Corporeus, a, um. corporatus, concretus. de Vn.199. b. Deus omne quod erat concretum & corporeum, ſubſtrauit animo. de Vn. 195.b. Corporeum & aſpectabile omne neceſſe eſt eſſe, quod natum eſt.

Corpus, ris. truncus hominis totus. de Or.141.b. Corpus intelligi ſine loco nõ poteſt. pro Mar.135.b. Vita corpore & ſpiritu continetur. de D.99.a. Cum mortali corpore cremato, animus in lucem exceſſerit. & 120. b. Nec enim ſanguis, nec ſudor niſi ex corpore eſt. I.C.100.b. Ictum parua quadam declinatione, &, ut aiunt, corpore effugere. Quin. Frat.314.b. Sed utros eius habueris libros (duo enim ſunt corpora) an utroſq;, neſcio. Epiſt.67.b. A' principio coniurationis uſq; ad reditum noſtrum uidetur mihi modicum quoddam corpus confici poſſe. de Cl.183. b. Cum unum corpus debeat eſſe defenſionis. Off.17.b. Totum corpus reip. curẽt, ne dum partem aliquam tuentur, reliquas deſerant.

Corpuſcula, orum. de N.14.b. ibidem 44.b.

Correctio, onis. temperatio, emendatio. Off.53.b. Quẽ nos correctione quadam adhibita potiſſimùm ſecuti ſumus. de Fi. lib.4. Hæc uidelicet eſt correctio philoſophiæ ueteris, & emendatio.

Correctio. exornatio quædam uerborũ. ad Her.32.a. Correctio eſt, quæ tollit id quod dictum eſt, & pro eo, id quod magis idoneum uidetur, reponit, hoc pacto: Quod ſi iſte ſuos hoſpites rogaſſet, imo innuiſſet modò, hoc facilè perfici poſſet, &c. De Or.162.b. Tum correctio, uel antè, uel poſtquam dixeris.

Corrector, oris. cenſor, emendator. I.A.168.b. Iam de ipſo emendatore & correctore noſtro dicam. pro Cor. 58.b. Corrector atq; emendator ciuitatis. Or.215.b. Sed tamen hic corrector, &c.

Correctus, a, um. emendatus. At.220.a. Laudationem Portiæ tibi miſi correctam, ut, &c. Acad.41.b. Certè enim recentiſſima quæq; ſunt correcta & emendata maximè.

Correpo, pis. irrepo. At.166.a. Occultè in aliquam onerariam corrependum. & de N.15.

Corrigo, gis. emendo, compenſo, correctionem adhibeo, aliquem ab errore auerto. At.27.a. Caſtritianũ mendum nos corrigemus. de Fin.52.a. Vt ea, quæ corrigere uult, mihi quidem deprauare uideatur. Q.Fr.315.b. Sic ego curſu corrigam tarditatem tum equis, tum uelis. At. 238.a. Petiuit à me, ut eam orationem, ne ambitioſè corrigerẽ. pro Syl.279.a. Itaq; hac rogatione uicium legis corrigebat. Or.209.b. Cum corrigimus noſmetipſos, quaſi reprehendentes. & 214.a. Iſocrates non modò ſuperiores, ſed etiam ſe ipſe correxit. pro Mur.138.b. Vt nõ corrigendus potius quàm leuiter flectendus eſſe uideare. I.C.101.b. Tu ut unquam te corrigas? pro Q.15.a. Corrigeres hæc tu ſcilicet poſtea. Epiſt.152.b. Vel quod exercitus Lepidi partem eam, quæ corrupta eſt, & ab rep. alienata, & corrigere, & coercere præſentia mei exercitus poſſem. in Sal.274.a. At lapſus ætatis, tyrocinio poſtea ſe correxit. de Sen.84.a. Vicia ſenectutis diligentia corrigenda ſunt. At.148.a. Corrigere mores aliorum. At.255.a. Eas epiſtolas ego oportet perſpiciã, corrigam, tum deniq; edentur. Off.29.b. Ita facillimè corriguntur illi in diſcendo, quorum uicia imitantur emendandi cauſa magiſtri. I.A.220.a. Et in eodem excutiendo meam ſententiam corrigebant. de Cl.94.a. Vel quod à Græcis neque corrigi poſſit, neq; doceri. Epiſt.25.a. & 77.a. Id ſi correxeris, mihi ualde erit gratum. At.90.b. Hoc continuò correximus.

Corripio, pis. comprehendo. I.V.159.b. Hominem corripi ac ſuſpendi iuſſit in oleaſtro quadam. Antequam. 195.b. Ego repentè ui tribunitia correptus, ne conſiſtendi quidem in ciuitate habeo poteſtatem.

Corripere. reprehendere. Epiſt.112.a. Quid alios putas? clamoribus ſcilicet maximis iudices corripuerunt & oſtenderunt planè eſſe, quod fieri non poſſet.

Corroboratus, a, um. firmatus, confirmatus, cui robur acceſſit. pro Cælio.46.a. Aetas corroborata. pro Mil.197. b. Hominis ſceleratiſſimi corroborata iam uetuſtate audacia.

Corroboro, as. roboro, confirmo, ſancio. I.C.103.a. Qui ſpem Catilinæ cum mollibus ſententijs & cõiurationem naſcentem non credendo corroborarunt. de Or.151. b. Ingenia obtundi nolui, corroborari impudentiam. pro Seſt.5.a. Cum iam uirilis tua uox ſe corroborauerit aliter puerilis. pro Cæl.39.b. Cum is iam ſe corroborauiſſet, et uir inter uiros eſſet. pro Fl.159.a. Quorum uirtus non ſolum natura corroborata, ſed etiam diſciplina putatur. de Am.110.a. Omnino amicitiæ corroboratis iam confirmatiſq; & ingenijs & ætatibus iudicandæ ſunt. de Fin. 138.b. Honeſta, ad quorum cognitionem & uſum iam corroborati natura ipſa præeunte deducimur. Epiſt.183.a. Malum corroboratur quotidie. Acad.9.a. Mens uſq; eo philoſophiam ipſam corroborat, ut uirtutem efficiat.

Corrodo, dis, rodo. de D.120.b. Si mures corroſerint aliquid, &c. & ibi. l. Rodo.

Corrogo, as. rogo, peto, precibus quæro. pro Q.4.b. Næuius ab atrijs Licinijs ſuos neceſſarios corrogat, ut ſibi aſſint, etc. I.A.187.a. Quidam corrogati conuenerunt, &c. I.V.189.b. Qui nummulis corrogatis, de nepotum bonis decuriam emerunt. Ad Her.25.b. Cum ipſe à uicinis cum teſta ambulãs, carbunculos corrogaret. Ad Her. 40.a. Sannioni puero negociũ dederat, ut uaſa, ueſtimenta, pueros corrogaret.

Corrumpo, pis. corrumpere, deprauare iudicium, pecunia tentare, promiſſis in fraudem impellere, emere, & conſtuprare iudicium. Part.238.a. Eſt genus hominum ad honeſtatem natum, malo cultu prauiſq; opinionibus corruptum. pro Mur.130.a. Ea iuriſconſultorum ingenijs pleraq; corrupta & deprauata ſunt. Sal. in Cic. 270.b. Populus Romanus ita largitionibus corruptus eſt, ut ſeſe ac fortunas ſuas uenales habeat. At.257.a. Animus largitionib. corruptus. Off.48.a. Sed corrupti mores deprauatiq; ſunt admiratione diuitiarũ. de N.30.b. Cõcluſa aqua facilè corrũpitur. I.V.66.a. Corruptis contaminatiſq; iudicijs. pro Cecin.298.b. Iudicẽ precio corrumpi. pro S.R.39.b. Tabulæ publicæ corruptæ ſunt. I.V.129.b. Tabulæ publicæ corruptæ atq; interlitæ ſunt. Ep.152.b. Eam partem exercitus Lepidi, quæ corrupta eſt, corrigere, &c. pro Plan.266.b. Quam quiſq; tribum turpi largitione corrumperet. & 268.b. Doce quod debes, per quem ſequeſtrem, quo diuiſore tribus corrupta ſit. Off.44.a. Corrumpere aliquem pecunia. pro Cluent.34.b. Tentare iudicium pecunia. pro Cluentio 58.b. Alicuius fidem precio labefectare conari. At.16.b. Empto conſtupratoq; iudicio.

Corruo, is. ruo, cado. At.225.b. Tabernæ mihi duæ corruerunt, reliquæ rimas agunt. Top.222.a. Aedes exeſæ corruerunt. de Dom.103.a. Cum urbs tanta corruit. Offic.17.a. Lacedæmoniorum opes corruerunt. pro Dom.96.a. Multa oppida corruerunt: id eſt ex terræmotu. I.C.109.a. Qui ſi ſtare non poſſunt, corruant. Q.Fr.312.b. Et penè ille timore, ego riſu corrui. & 305. a. Vno meo fato & tu, & omnes mei corruiſtis. Acad. 24.b. Antiochi iſta corruent uniuerſa.

Corruptè, malè, prauè, nequiter. de Fin.63.b. Deprauatè & corruptè iudicare de aliqua re.

Corruptela, læ. quod ad corrumpendum ualet, largitio. Off.44.a. Philippus largitionem corruptelam dixit eſſe. de Leg.177.b. Mores hac dulcedine corruptelaq; deprauati ſunt. I.C.100.a. Adoleſcentulus, quem tu corruptelarum illecebris irretiſſes. pro Deiotaro. 149.b. Si iſta corruptela ſerui, à tanta autoritate fuerit approbata. Part.241.b. Præuaricatio eſt accuſatoris corruptela ab reo. Par.125.a. Reus corruptelam iudicij

molienſ. I.V.135.b.Mulierum corruptelæ. de Leg.162. b.Tanta eſt corruptela malæ conſuetudinis,ut, &c. Tuſcul.225.b.Stupra dico,& corruptelas, & adulteria, inceſta deniq;.

Corruptio,onis.Tuſc.215.a.Morbum appellant,totius corporis corruptionẽ.Ibidem:Ita ſit, ut in altera corruptione opinionũ morbus efficiatur,& ægrotatio, etc.

Corruptor,oris.largitor.I.C.106.a. Quis corruptor iuuentutis?quis corruptus?&c.pro Mil.123.b. Corruptores noſtri cauſam dicunt,qui nos corrupti ſumus non dicimus. pro Plan.267.a.Cuius tu tribus uenditorẽ & corruptorem,& ſequeſtrem Plancium fuiſſe clamitas.

Corruptrix,cis.Quint.Fr.233.b.In tam corruptrice prouincia.

Corruptus,a,um.deprauatus,uicioſus. I.C.106.a. Quis corruptor iuuentutis?quis corruptus? &c. pro S. R.24.b.Adoleſcens corruptus & ab hominibus nequam inductus.de Cl.188.a.Vicioſa & corrupta cõſuetudo.)(. Pura & incorrupta conſuetudo.

Cors,cortis.uillæ ſpacium intra maceriẽ,area.de Or. 133.a.Villam in Tiburte habes, cortẽ in palatio. ſunt qui legant,chors,ſeu cohors.

Cortex,cis.de N.50.a.Trunci obducũtur libro aut cortice,quo ſint à frigoribus & à caloribus tutiores.In Arat. Denudat ſolijs ramos,& cortice truncos.

Coruſco,as.ſplendeo,emico.de Or.157.a.Flamma inter nubes coruſcat.

Coruſcus,a,um.In Arat.Illæ quæ ſulgent luces ex ore coruſco. Tuſcul.179.b.Iace obſecro in me uim coruſcam fulminis.

Coruus,ui.de N.51.a.Miluo eſt quoddam bellum naturale cum coruo. de D.82.b. Iupiter cornicem à læua, coruum à dextra canere iuſsit.& 98.a. Cur à dextra coruus,à ſiniſtra cornix faciat ratum.

Corybantes,tis.Apollinis pater. de N.71.a.

Corycus,ci.opp. Ep.189.b.

Coryphæus,phæi.dux, princeps. de N.13.a. Zeno, quem Philo noſter Coryphæum appellare Epicureorum ſolebat:id eſt,principem.

Cos,tis.lapis quo cultri acuuntur.de D.87.a.Tarquinius dixit ſe cogitaſſe cotẽ nouacula poſſe præcidi. Acad. 34.b. Academici ueteres ipſam iracundiam fortitudinis quaſi cotem eſſe dicebant.

Cotes.aſpera ſaxa. Tuſc.216.a.E quibus tanquam è ſcrupuloſis cotibus enauigauit oratio.

Coſſanus,na.à Coſſa opp.Italiæ.I.V.268.b.

Cothurnus,ni.calceamenti genus, ſubere quodammodo ſubleuati,quo utebantur tragœdi & uirgines, ut eminentiores uiderẽtur.I.A.186.b.Qui cum palla & cothurnis nummos populo de roſtris ſpargere ſolebat.et de Fin. 100.a.l.conuenio.

Cous,a,um.Or.197.a.Qui coæ Veneris pulchritudinem imitari non potuerũt.de D.85.a.& I.V.231.b.Quid ut Venerem pictam,coos?coos,accuſat.plur.eſt.

Crabra, bræ.aquæ nomen in agro Tuſculano, unde etiam aqua Tuſculana,pro Cor.Bal.dicitur.contra Rull. Ego Tuſculanis pro aqua crabra uectigal pendam, quia à municipio fundum accepi. Ep.263.b. De crabra quid agatur, etſi nunc quidẽ nimiũ eſt aquæ,tamẽ uelim ſcire.

Cranon,onis.oppidum Theſſaliæ.de Or.141.a.Cum cœnaret Cranone Simonides.

Crapula,læ.comeſſatio.I.A.66.a.Edormi crapulam & exhala. & I.V.153.b.Qui nondum conuiuij crapulã exhalaſſent.I.C.106.b.Vino languidus,confectus cibo.

Cras. ſecundum hunc diem, craſtinus, craſtinus dies. At.214.b.Cras mane putat.

Craſſator, oris. uel Graſſator. latro. de Fat.127.a. Hoc modo uiator bene ueſtitus,cauſa craſſatori fuiſſe diceretur,cur ab eo ſpoliaretur.

Craſsipes.Dolabella.At.147.a.148.b.

Craſsitudo,nis. quam imperiti profunditatẽ dicunt. Ac.29.a.Extremitas, & quaſi libramentum,in quo nulla craſsitudo ſit. & Cæſ.144.a.de Diuin.99.b. Propter craſsitudinem aeris de cœlo apud eos multa fiebant.

Craſſus,a,um.denſus,plenior,pinguis,concretus.)(. Tenuis. de N.29.b.Terra eſt infima, quam craſsiſsimus circunfundit aer. Tuſc.157.a.Craſſus & concretus aer. de Fat.141.b. Thebis craſſum cœlum,itaq; pingues Thebani,& ualentes : Athenis tenue,ex quo acutiores etiam Attici,&c.pro Flac.161.a.Craſſus ager. Epiſtol.132.a. Craſſum filium. Acad.20.b. Vt ergo illis aqua, ſic nobis aer craſſus offunditur. & 30.b.Latent omnia craſsis circunfuſa tenebris. de Cl.183.b.& 170.a.& de Or.132. b.L.Craſſus.

Craſtinus,a,um. At.241.b. Sed aliquid craſtinus dies ad cogitandum nobis dare pollicetur. de Or.142.b.Niſi me forte in craſtinum differre mauis.

Crater,eris.poculum.l.Delegatus.

Cratera,ræ.crater,uas ad hauriendam aquã. de N. 48.b.& in Arat.In medioq; ſinu fulgens cratera relucet. I.V.230.b.Crateræ ex ære pulcherrimæ. Epiſt.95.a. In equo Troiano craterarum tria millia.

Creator,oris.procreator,genitor,effector.pro Cor. 61.a. Princeps ille creator huius urbis Romulus. de D. 122.a.Nobis hæc portenta deũm dedit ipſe creator.

Creatio.de L.186.a.Creatio magiſtratuum, &c.plebi libera ſunt.

Creber,bra,brum.frequens,denſus.de N.57.a. Venæ crebræ multæq; toto corpore intextæ ſunt. Or.216.b. Sed in utroq; & frequentiores ſunt, & liberiores poetæ. nam & transferunt uerba crebrius, &c. Ep.198.b.Itaq; crebras uel potius quotidianas cõpellationes meas non tulit.I.A.260.b. Scis enim per hos dies creberrimum fuiſſe ſermonẽ,me, etc.pro Plan.276.b.Sed hoc neſcio quomodo frequenter in me congeſsiſti,ſaneq; in eo creber fuiſti, te,&c.Or.113.b.Thucydides creber eſt rerum frequẽtia.

Crebritas,tis.frequentia.At.208.b.Colloqui uidebamur in Tuſculano dum eſſem,tanta erat crebritas literarum.de Cl.196.a.Crebritas ſententiarum priſtina.

Crebrò.frequenter. At.94.b.Velim obuias mihi literas de omnibus rebus crebrò mittas. Ep.63.b.Tu ad me uelim literas crebrius mittas.de L.159.a.Crebrò inſiſtẽs, interdum acquieſcens.Q.Fr.319.a. Vrbanam expolitionem urget ille quidem,ſed etiam ipſe crebrò interuiſo. de D.99.b.Hetruſci ſtudioſius & crebrius hoſtias immolabant.& 92.a. Quæ creberrimæ commemorantur à Stoicis. de Fin.65.a.Qui crebrò dicat,&c.

Credibilis,le.probabilis,uериſimilis.de In.52.a. Credibile eſt, quod ſine ullo teſte auditoris opinione firmatur. Acad.21.b.Nec admodum credibile uidebatur,nullum eſſe pilum,&c.de Or.116.b. Non eſt credibile,quid intereſſe mihi ſit uiſum inter eum,qui,&c. de In.57.a. Quod pro credibili ſumptum erit,id infirmabitur,ſi erit omnino incredibile.I.V.268.a.Hoc credibile fore non arbitrabar. Or.208.a.Narratio credibilis eſſe debet.

Credibiliter. uериſimiliter, probabiliter.pro Deiot. 146.b.



146.b. At quàm non modò non credibiliter, ſed ne ſuſpicioſe quidem.

Creditor,oris.is cui quacunq; de cauſa aliquid debetur.Att.83.b.S.C.Modò factum eſt in creditorum cauſa, ut centeſimæ perpetuo fœnore ducerentur.pro Q.16.a. Qui cum omnibus creditoribus ſuis malè agat. & 13.a. Cur cæteri ſponſores & creditores non conuenerunt. I. A.207.b. Quotidie ſponſores & creditores L.Trebellij conueniunt.& ibi.Fraudare creditores.At.1.b. Vnà agebant cæteri creditores. pro Fl.150.a. Nec tabulæ creditoris proferuntur. At.82.b. Familiares habet Brutus tuus quoſdam creditores Salaminiorum.

Creditus,a,um.Offic.51.a. Solutio rerum creditarũ. & de Pro.70.b. Dicere ius de pecunijs creditis. & In Piſonem 98.a.

Credo,dis.fidem habeo,fidem adhibeo,fidem tribuo, authoritatem tribuo, authoritatem & fidem adiungo, mihi perſuadeo,concipio. pro S.R.37.a. Nemo credit niſi ei quem fidelem putat. Q.de Pet.211.a. & Att.19.a. Quamobrem ἐπιχάρμειον illud teneto: neruos atque artus eſſe ſapientiæ,non temerè credere. de Dom.126. b.Stoici omnia cum ſuperſtitioſa ſolicitudine & miſeria credunt. Epiſtol. 44.a.His ad te ſcripſi me purgans diligenter,te leuiter accuſans in eo, quod de me citò credidiſſes.Attic.143.a.Rectè non credis de numero militum, ipſo dimidio plus ſcripſit Clodia. de Clar.173.b. Audiui equidem iſta de maioribus natu,ſed nunquam ſum adductus ut crederem. de Dom.137.b. Nemo ſomnijs crederet, niſi, &c. de N.15.b. Quod & non prædicanti tibi tam facilè credam, ſicut mali ædificij domino glorianti, ſe architectum non habuiſſe. pro Cæl.48.b. Rem tanti ſceleris ſeruis ignotis non eſſe credendam. pro S.R.28. b.Non temerè creditur,neque leui coniectura res penditur. pro Quint.R.52.b. Ei negabit credi oportere, cui ipſe crediderit? eius teſtis ad iudicem fidem infirmabit, cuius propter fidem & religionem iudicis teſtes comparabat? pro Quint.18.b.Credo ego uos mirari, quid ſit, quod, &c. Attic.215.b. Mihi crede iſtuc,ut cætera. At. 138.b. Non ſum (mihi crede) mentis compos. Epiſtol. 183.a. Finem nullum facio (mihi crede) Caſsi, de te cõgitandi. & 6.a.Illuſtrabit (mihi crede) tuam amplitudinem hominum iniuria. Ad Heren.35.b.Nimium Quirites animis ſimplicibus,nimium creditis unicuiq;.de Vn. 201.b. Difficile factu eſt, à dijs ortis fidem non habere. de In.56.a.Habere fidem orationi alicuius. Credere & habere fidem alicui.)(.Abrogare fidem alicui, & infirmare fidem alicuius. de Clar.195.a. Credo quod uideret ex conſularibus neminem, &c.

Credere.committere, concredere, tribuere. de Leg. 278.a.Credere pecuniam alicui:id eſt, deponere apud illum. pro Flac.156.a.Credere pecunias alicui. & I.V. 239.b. Pecuniæ creditæ. & Epiſt.7.b. pro R.P.128.b. Poſtquam exegit, quod crediderat. Epiſtol.7.b. Qui per prouinciam imperij tui pecunias ei credidiſſent.pro Rabirio Poſthumo 123.a. Rabirius credidit populis : id eſt,pecunias mutuas dedit. & ibi: Is regi Alexandrino grandem pecuniam crediderat. Epiſtol.156.a. Chirographa omnia ex quibus credidi, Leucippo dabo perferenda. de Ar.250.b.Alterum putabo regem, ſi habuerit unde tibi ſoluat, quod ei per ſyngrapham credidiſti. In Verrem 274.b. Sicilia, quæ mihi defendenda credita eſt. In Verrem 242.b. Mihi honorem illum non ſolum datum,ſed etiam creditum ac commiſſum puto. & 149. a. Committere conſilia & credere omnes res alicui. pro Pomp.17.a. Credere omnia uni:id eſt, deferre omnia ad unum. Quint.Fr.292.b. Omnia alicui & credi rectiſsimè et committi poſſe. At.47.a.Credere ſe tectis alicuius. pro Dom.213.a.Vt omnia ueſtræ ſapientiæ,fidei,poteſtatiq; commiſſa creditaq; eſſe uideantur.

Credulitas,tis.credendi facilitas. Ep.157.a. Credulitas error eſt magis quàm culpa,& quidem in optimi cuiuſq; mentem facillimè irrepit.Q.de Pet.211.a. Quamobrem ἐπιχάρμειον illud teneto: neruos atq; artus eſſe ſapientiæ,non temerè credere.

Credulus,a,um.ſimplex,antiquus,qui temerè credit. At.246.a.Verba mihi dari facilè patior in hoc, meq; libenter præbeo credulum. de Dom.133.a.Poſtquam homines minus creduli eſſe cœperunt.pro Font.278.b.Stultus auditor & credulus. de Sen.48.a.Senex ſtultus, credulus,obliuioſus,diſſolutus. de Am.114.a. Hæc in fabulis ſtultiſsima perſona eſt,improuidorum & credulorum ſenum.de D.125.b. Imbecilli animi facilè ſuperſtitioſa iſta concipiunt.& 126.a.Stoici omnia cum ſuperſtitioſa ſolicitudine & miſeria credunt.

Cremo,as.incendo.de L.181.b.Sylla primus è patritijs Cornelijs igni uoluit cremari. I.A.264.b. Itaq; nec inhumati ſunt, nec deſerti, nec diſperſis buſtis humili ſepultura cremati. de D.90.a.Cum mortali corpore cremato animus in lucem exceſſerit.

Creo,as.procreo,gigno,facio, diligo. de Nat.37.a. Artis maximè proprium eſt creare & gignere. de Oratore 129.a.Natura fingit homines & creat imitatores & narratores facetos. Tuſcul.quæſt.159.b. Principium extinctum, nec ipſum renaſcetur,nec à ſe aliud creabit. de Finib.133.a. Omnium rerum quas & creat natura & tuetur, ſummum bonum eſt in corpore. de Orat. 119.b. Creare, alere,confirmare. de Dom.120.a.Nonnunquam etiam errorem creat ſimilitudo. In Verrem 64.b. Creare periculum alicui. de Ar.253.a.Ne patribus cædes periculaq; creentur. Antequam.196.a. Nemini iniuſtè periculum creaui. pro Sexto Roſc.30.b. In urbe luxuries creatur. Attic.143.b. Id aſſequetur ſi per Pr.Coſ.creantur. Nos autem in libris habemus, non modò Coſ.à Pr.ſed ne prætores quidem creari ius eſſe. ad Attic.143.b. Maius imperium à minore creari ius non eſt.

Crepida,dæ.ſolea,calceamentum cõtrarium cothurno.Cothurnus ſublatus,crepidæ depreſſæ ſunt. pro R.P. 126.b.L.Scipionis nõ ſolùm chlamyde,ſed etiam cum crepidis in Capitolio ſtatuam uidetis.

Crepidatus, a, um. ſoleatus. In Piſonem 99.a. Is nocte intempeſta crepidatus, ueſte ſeruili nauem conſcendit.

Crepido,nis.ora terræ, quæ alluitur aqua. I.V.255. b.Piraticus myoparo ad omnes urbis crepidines acceſsit. Or.219.a. Deinde omnia tanquam crepidine quadam, comprehenſione longiore ſuſtinentur.

Crepitus,tus.ſonus colliſione excitatus, aut percuſſione. In Verrem 269.a. Nulla uox alia inter crepitum doloremq; plagarum audiebatur.Tuſc.queſt.213.a.Terrorem pallor & tremor, & dentium crepitus conſequitur. Top.223.a. Pedum crepitus, ſtrepitus hominum. Ad Heren.7.b. Num qui ſtrepitus, clamor, crepitus exauditus ſit. Epiſtol. 141.a. Crepitus uentris Stoici liberos eſſe aiunt.

Crepo,as.l.Percrepo.

*Crepundia,orum.quæ pueris dantur, oblectandi cauſa.* de Cl.164.a. *Totum aliquem non næuo aliquo aut crepundijs,ſed corpore omni uelle cognoſcere.*

Cres,Cretis.Cretenſis. pro Mur.142.a. *Cretes, quorum nemo guſtauit unquam cubans.* de D.87.a. *Epimenides Cres.*

Creſco,ſcis,creui.*augeſco,addugeſco,accreſco, adoleſco, exoleſco, mano, ſerpo, ingraueſco, propagor,ætate procedo,aſcendere,ſua uirtute in altiorem locum peruenire,ad priſtinam magnitudinem aliquid accedere.* de D. 115.a. *Oſtris & conchylijs omnibus contingit, ut cum luna creſcant pariter,pariterq; decreſcāt.* de D.10.b. *Cum lacus albanus præter modum creuiſſet.* In Sal.272.b. *Plerunq; reſp.priuatis creſcit inimicitijs.* Ad Heren. 6.a. *Iam ſatis huius uoluminis magnitudo creuit.* pro Pom. 12.b. *Cum accepta calamitate ex eo prælio hoſtium opes animiq; creuiſſent.* pro Seſt.18.b. *Ex quo intellectum eſt, mihi abſenti creuiſſe amicos.* pro Arch.188.a. *Ex his ſtudijs hæc quoq; creſcit oratio.* pro Mur.133.a. *Expectatio muneris,quæ rumore nonnullorum creuerat.* pro S. R.32.a. *Si mihi liberet accuſare, accuſarem alios potius, ex quibus poſſem creſcere.* de Ar.254.b. *Creſcebat in eos odium,à quibus,&c.* pro Cl.33.b. *Ex inuidia alterius creſcere.* I.V.271.b. *De multis mihi creſcere licebit : id eſt,in altiorem locum peruenire.* de Fin.85. a. *Vt nihil ad priſtinam dignitatem poſſit accedere.* de D.137.a. *Et aduenientes & creſcentes morbos intelligunt.* Quo plus mihi ætatis accedit.l.Aetas. pro Sexto Roſc.32.a. *Is mihi uidetur ampliſſimus, qui ſua uirtute in altiorem locum peruenit, non qui aſcendit per alterius incommodum & calamitatem.*

Creta,tæ.*inſula.* pro Planc.264.a. *Is fuit in Creta, poſtea contubernalis Saturnini.* pro Flac.154.a. *Hæc, quæ eſt à nobis prolata laudatio, obſignata erat creta illa Aſiatica, qua utuntur omnes in publicis & priuatis literis.*

Cretatus,a,um.*creta ſparſus.* At.24.a. *Etenim mihi eius caligæ,ut faſciæ cretatæ,non placebant.*

Cretenſis,ſe.*cres.* de N.70.a. *Tertius Iupiter Cretenſis Saturni filius.*

Creticus,Q.Metellus,*quòd cretam uicerit.* At.17.b.

Creticus pes,*qui eſt ex longa & breui & longa.* Or. 218.a.& de Or.160.a.

Cretio, onis.*hæreditatis aditio apud Iuriſconſultos.* At.219.b. & 178.a. *Ex eo cognoui cretionem, teſtibus præſentibus ſexaginta duobus.*

Cretula,læ.*diminutiuum à Creta.* I.V.213.a. *Signum in cretula.*

Creui,ſti.*à uerbo cerno.decerno.* de Leg.185.a. *Quodcunq; ſenatus creuerit,agunto.*173.b. *Quibus diuis creuerint,procuranto.*

Cribrum,bri.*uas piſtorum,ad grana,farinam'ue purgandam.* de D.120.b. *Quaſi uerò quicquam interſit,mures ſcuta an cribra corroſerint.*

Crimen,nis.*criminatio.* At.140.a. ἀχαριςίας *crimen ſubire non audeo.* & 136.a. *Ingrati animi crimen horreo.* I.V.257.b. *Inferre crimē proditionis alicui.* pro Cor.66.b. *Tum luxuria illius, quæ non crimine aliquo libidinis, ſed cōmuni maledicto notabatur.* I.V.235.b. *Laudem imperatoriam criminibus auaritiæ obteri.* pro R. P.117.a. *Poſthumo crimē ueſtitus afferret?* pro Syl.180. a. *P.Syllæ perſona non ſuſcipit crimen tantorum facinorum,ac tam atrocium.* pro R.P.128.a. *Hoc decem millium crimen.*



pro Cæl.48.a. *Duo ſunt crimina una in muliere ſummorum facinorum,auri,&c.ueneni,&c.* & 51.b. *Maximi facinoris crimen.* & 49.b. *Fingere crimen maximi ſceleris.* pro S.R.30.a. *Tanti maleficij crimen.* et 37.a. *In crimen mandati iudiciumq; infamiæ reuocari.* I. V.274.b. *Facinus ſceleris & audaciæ.* pro Syl.169.a. *Crimen coniurationis.* pro Deiot.147.a. *Veneni.* pro Mur.137.a. *ambitus.* de Orat.118.a. *Siue ex crimine cauſa conſtet,ut facinoris:ſiue ex controuerſia,ut hæreditatis:ſiue ex deliberatione, ut belli: ſiue ex perſona ut laudis:ſiue ex diſputatione, ut de ratione uiuendi.* & ibi. *At noſtræ ferè cauſæ,quæ quidem ſunt criminum,&c.*

Crimen.*facinus, peccatum,fraus, noxa, culpa, delictum,maleficium.* de Orat.127.a. *Non continuò ſi quis populi motus factus eſt,id C.Norbano in nefario crimine & fraude capitali eſſe ponendum.* I.V.254.b. *Iſtam accuſator in magnis criminibus abijciendam.putabat.* & 250.b. *Scio mihi crimini datum iri, pecuniam accepiſſe, &c.* pro S.R.26.a. *Vita ruſtica, quam tu probro & crimini putas eſſe oportere.* Epiſt.97.b. *Sunt enim,qui criminis loco putant eſſe quod uiuam.* pro Dom.232.a. *Id quod mihi crimini dabatur,crimen non erat.* Ad Heren.35.b. *Non apertiſſimæ res erant crimini datæ?non omnes hæ teſtibus comprobatæ?* de Cl.190.b. *Cum accuſatione ſua Q.Gallio crimini dediſſet,ſibi eum uenenum parauiſſe.* pro Quint.2.a. *Falſum crimen,quaſi uenenatum aliquod telum iacere.* de Or.139.a. *Quæ ſuſpicionem & crimen afferunt.* pro Flac.153.a. *Qui probari poteſt in ea pecunia nō referenda crimen ſibi ipſum facere? in qua crimen eſſet nullum,ſi referret?* I.A.235 a. *Aut ſuſpicioni crimen,aut inuidiæ materiam dediſſe uidebimur.* Ad Heren.35.a. *Inferre crimina.*)(. *Diluere crimina.* de Am. 168.b. *Ne criminibus aut inferēdis delectetur amicus, aut credat oblatis.* & ibi. pro Mil.120.b. *Milonis facinoris ſuſpicio, non facti crimen obſtat.* I.V.223.b. *Daretq; operam,ut is eo crimine damnaretur, ne ipſe eſſet in crimine.* In crimen uoco uel reuoco.l.Voco. Item: *Dare crimini, dare uicio, dare culpæ, eſſe crimini, eſſe probro, eſſe fraudi,eſſe criminoſum.*

Criminatio, onis. *crimen, accuſatio.* pro Q.R.51.a. *Criminatio tua quæ eſt?Roſcium cum Flauio pro ſocietate decidiſſe.* de In.65.a. *Cum omnia quæ in negocio gerendo acta ſunt,cum uniuſcuiuſq; indignatione & criminatione colligimus.* de Or.138.a. *Quæ ualeant contra falſam criminationem.* contra Rull.88.a. *Criminatio, qua in me abſentem uſus eſt.* pro Seſt.20.a. *Nihil adhuc criminationis eſt in Seſtium.* de Am.108.a. *Ab aliquo oblatas criminationes depellere.*

Criminor,aris.*criminationem uel crimen infero,uel offero,culpæ do,uicio do,criminatione utor, criminis loco pono, crimini do, in crimen uoco uel reuoco, accuſo.* pro S.R.25.b. *Quod beneuolentia fit,id odio factum criminaris.* pro Mil.103.b. *Conciones illæ,quibus inuidioſe potentiam meam criminabatur.* Off.67.b. *C.Marius Q.Macellum apud populum Romanum criminatus eſt, illum bellum ducere.* pro Cæl.48.a. *Venenum,quod eiuſdem Clodiæ necandæ cauſa paraſſe Cælium criminantur.* pro Syl.175.a. *Ne cui liceret illud indicium temerè creditū criminari.* pro Pl.267.a. *Libet enim mihi neſcio quid etiam de illa tribu criminari.* & 276.a. *Quod tu me eſſe ingratū criminaris.* I.A.160.b. *De amicitia, quam iſte à me uiolatam eſſe criminatus eſt, pauca dicā.* I.V.213.a. b. *Iam enim non libet omnia criminari.* de Op.244.a. *Criminari crimen'ue diſſoluere argumentando.*



Ad Her. 7.a. *Cum accuſatorē calumniari criminabatur.* et 15.b. *Secundus locus eſt,cum conſideramus,illæ res de quibus criminamur,ad quos pertineant.*

Criminoſè.*ſuſpicioſè.* pro Deiot.147.b. *Sed tamē acta res criminoſè eſt.* pro S.R.27.a. *Criminoſè & ſuſpicioſè dicere aliquid.* de Cl.176.a. *Qui ſuſpicioſius aut criminoſius diceret,audiui neminem.*

Criminoſus,a,um.*ſuſpicioſus,quod criminis ſuſpicionem mouet,& affert.* I.V.245.a. *Tu tibi hoc criminoſum nunquā fore putaſti.* Pro Lig.137.b. *Quod ſi eſt criminoſum,neceſſitatis crimē eſt,nō uoluntatis.* de Cl.184.b. & pro Cl.37.a. *Orator incitās animos,acer, acerbus, criminoſus.* Part.233.b. *Vir criminoſus.* pro Plan.268.b. *Officioſam amicitiā nomine inquinas criminoſo.* & 259.b. *Non enim timeo ne id mihi criminoſum ſit.* pro Syl.174. a. *Mihi non uidetur in hunc id criminoſum eſſe debere.*

Crines,nium.*capilli.* I.V.164.b.& Or.211.a.

Crinitus,ta.*qui crines habet.* I.V.229.a. *Gorgonis os pulcherrimum crinitum anguibus.* Acad.22.b. *Crinitus Apollo.poetæ.* de N.28.b. *Stellæ quas Græci cometas,noſtri crinitas uocant.alias,& emendatè,Cincinnatas.*

Crinomenon.*illud in quo quaſi certamen eſt controuerſiæ,quod Græcè* κρινόμενον *dicitur.* Or.208.b. pro Mil.102.b. *Vt omni errore ſublato,rem planè,quæ uenit in controuerſiam uidere poſſimus.*l.Iudicatio.

Criſpus,pa, pum.*intortus.* Tuſc.200.a. *Abiete criſpa.poetæ.*

Criſpiſulcans,antis. Top.226.a. *Criſpiſulcans igneum fulmen.*

Criticus,ci.*poematū iudex,quo nomine Ariſtarchus, & Ariſtophanes grāmatici appellati fuerunt.* Ep.131.a. *Ego inter Niciam noſtrū, & Vidium iudex ſum. profert alter(ut opinor) duobus uerſiculis expenſum Niciæ, alter Ariſtarchus hos* ὀβελίζει. *ego tanq̄ criticus antiquus iudicaturus ſum,utrū ſint* τοῦ ποιητοῦ, *an* παρεμβεβλημένοι.

Crocodilus,li. de N.50.b. *Crocodili beſtiæ ſunt aquatiles,quæ in terra tamen gignuntur.* de N.17.a. & Tuſc. 243.b. *Crocodilū, felem,& ibim nō uiolari ab Aegypto.*

Crocota,tæ.*ueſtis muliebris crocea.* de Ar.254.a.

Crocus,ci. de Or.152.a. *Vnguentum magis laudatur, quod terram,quàm quod crocum olet.*

Crodimus locus. pro Font.278.a.

Crommyuacris,cridis.*Cypri promōtoriū.* Ep.190. a. *Vale,&c.Cypro à Crommyuacride.Caſſij.*

Crotalum,li.*inſtrumēti genus,quod manu pulſatur, laminis quibuſdam ex ære rotūdis,ſonū ex colliſione reddentibus:non admodū à Cymbalo diſſimile.* I.P.83.b. *Neq; collegæ tui cymbala & crotala fugi.* aliàs Crotalia.

Croto,onis.*urbs Italiæ.* At.154.

Crotoniatæ. de In.62. de N.7.

Cruciamentum,ti.*cruciatus.* I.A.232.a. *Nec grauiora uerè ſunt tormenta carnificum,quàm interdum cruciamenta morborum.*

Cruciatus.*cruciamentū,tormētū,pœna,ſuppliciū.* de N.76.a. *Sūmo cruciatu ſupplicioq; Varius homo importuniſſimus perijt.* Of.37.b. *Dionyſius maximo cruciatu timoris angi ſolitus eſt,qui,&c.* de D.113.a. *Magno animi cruciatu uitam agere.* Itē. *Vt omnes animi cruciatus & corporis etiam egeſtas & mendicitas conſequatur.* pro S.R.38.a. *Is uel ſeſe in cruciatum dari cupit,dum, &c.* I. V.78.a. *Qui ciues Rom.cruciatu & morte affecerit.* At. 177.a. *Confectus iam cruciatu ſummorū dolorū.* de Fin. 83.b. *Cui uenæ,&c.tetros cruciatus cient.*



Crucio,as.*cruciatu afficio,conficio, affiicto, torqueo, premo, exanimo,angoribus cōficio,ſupplicijs macto,maiore malo macto.* Par.119.a. *Tuæ te erumnæ premūt,tuæ libidines te torquēt,tu dies noctesq; cruciaris.* de Fin.67. a. *Quorū alter lætitia geſtiat,alter dolore crucietur.* At. 133.a. *Officij mei deliberatio me cruciat, cruciauitq; adhuc.* de Ar.252.b. *Dolore corporis cruciari & conſumi.* Antequā.159.b. *Illi ſcelerū ſuorū conſcientia cruciati populo Ro.pœnas dabūt.* I.A.232.a. *Cruciatus eſt à Dolabella Trebonius,&c.* de Fin.78.a. *Cruciari uigilijs & fame.*

Crudelis,lis.*durus, inhumanus, ferreus, ferus, teter, immanis,importunus,omnis humanitatis expers,natura aſper,ſingulari immanitate & crudelitate præditus,prædo barbarus atq; immanis,inexorabilis,omni diritate atque immanitate teterrimus, immemor humanitatis, immanſuetus,qui maxima aſperitate & immanitate naturæ eſt.*)(.*Clemens,miſericors.* At.280.b. *Lepidus crudelis in liberos.* de Or.126.b. *Quiſpiā in alicuius calamitate crudelis.* At.139.a. *Bellum crudele & exitioſum ſuſcipi à Pompeio intelligebā.* ad Her.11.b. *Animus ferus,crudelis,& inhumanus.* pro S.R.24.b. *Mores feros immanēq; naturā alicuius oſtendere.* I.P.83.a. *Quis hoc fecit ulla in Scythia tyrannus?* & ibi. *Quod nulla in Barbaria quiſquā tyrannus fecit.* Off.43.a. *Duri enim hominis, uel potius uix hominis uidetur,periculum capitis inferre multis.*

Crudelitas, tis.*ſeuitia,immanitas,inhumanitas, feritas,acerbitas,atrocitas animi,importunitas,acerbitas morum immanitasq; naturæ.*)(.*Clementia.* Off.61.a. *Eſt enim hominum naturæ,quam ſequi debemus,maximè inimica crudelitas.* Q.Fr.304.a. *Inimicorū crudelitas nondum eſt noſtra calamitate ſatiata.* de Or.104.a.& Att. 139.a. *Ii quorum crudelitas noſtro ſanguine non poteſt expleri.* *Is ſuam inſatiabilem crudelitatem exercuit, non ſolùm in uiuo,ſed etiā in mortuo.* pro Seſt.26.a. *Non eſt ea medicina,ſed carnificina atq; crudelitas.* pro Dom.225. a. *Vxorem meam uexauiſtis, rapuiſtis, omni crudelitate laceraui ſtis.* Ad Her.41.b. *At iſte ſpumans ex ore ſcelus, anhelans ex infimo pectore crudelitatē, contorquet brachium.* pro Dom.225.a. *Crudelitas, quam in me atque in meos adhibuiſtis.* Off.13.a. *Immanitas omnem humanitatem repellens.* At.152.a. *Nihil abeſt à me longius crudelitate.* pro Fl.151.a. *Homo crudelitate barbarus.*

Crudeliter.*durè,acerbè*)(.*Diſſolutè.* I.C.120.a. *Qui de exitio urbis tam acerbè tamq; crudeliter cogitarit.* Of. 16.b. *Illud conſiderandū eſt,ne quid temerè,ne quid crudeliter fiat.* At.275.a. *Crudeliter eripere aliquid cuipiā.* I.C.103.b. *Crudeliter animaduertere in aliquē.* pro Syl. 181.a. *Crudeliſſimè perire.* & ibi. *Crudeliter mori.*

Cruditas,tis.*ſtomachi affectio cū malè cōcoxit.* de Fat. 147.a. *Cruditas morbi cauſa eſt.* de Sē.36.a. et de Fi.69.b

Crudus,a,um.*immaturus.* de Sen.92.a. *Poma ex arboribus ſi cruda ſunt,ui auelluntur:ſi matura & cocta,decidunt.* de Fin.69.b. *Aſoti,qui in menſam uomāt,crudiq; poſtridiè ſe rurſus ingurgitent.* pro Cl.53.a. *Dico illum cum ad illum prandium crudior ueniſſet & ſibi tum non peperciſſet, ægrotaſſe,etc.* de Or.95.a. *Noluit,inquiunt, hodie agere Roſcius,aut crudior fuit.* & ibi. *Nemo uidetur,quia crudus fuerit,ſtultus fuiſſe.*

Cruento,as.*ſanguine imbuo.* Poſtquā.205.a. *Ne propter me ciuium uulneribus reſp.cruentaretur.* pro Seſt. 20.b. *Tribunus plebis templum cruentauit.* de Ar.251.b. *Secures ſuas cruentari ſcelere uoluit.*

Cruentus,a,um.I.A.192.a.Antonius cruentus ſanguine ciuium Romanorum. de Or.124.a.Et tu cum gladio cruento comprehēſus es.pro Mil.108.a.Tu P.Clodij cruentum cadauer eieciſti domo.

Cruor,oris.ſanguis è uulnere ſparſus,& fuſus. Antequam.193.b.Liberos ueſtros ad cædem & cruorem non ſum paſſus extrahi.pro S.R.21.b.Cruorem inimici quàm recentiſſimum oſtendere.

Crus,ris.tota illa pars,quæ à coxendicis ceruice incipit,& ad extremos pedis digitos pertingit.pro S.R.27.b. Quod ſi luce quoq; canes latrent,cum deos ſalutatum aliqui uenerint,opinor ijs crura ſuffringantur. I.A.233.b. Qui præſtantiſſimos ciues Pollentia expulit,& quidem fracto crure.I.A.252.a. Perire eum non poſſe,ſi ei crura fracta eſſent.de N.21.b.Ibes ſunt aues excelſæ,cruribus rigidis,corneo procedoq; roſtro.

Cruſta,ſtæ.I.V.212.a.Vaſis cruſtæ aut emblemata detrahebantur.

Cruſtuminus ager,à Cruſtumio opp.et flum. pro Fl. 161.a.

Cruſtumina tribus.pro Pl.267.a. & pro Cor. 67.a

Crux,cis.patibulū.I.V.77.b.Verres ciues Romanos in crucem ſuſtulit.& At.108.b.In crucē tolli.de Fin.146.b.Policrates Samius ab Oronte prætore Darei in crucem actus eſt.pro Cl.57.a.Strato in crucem actus eſt execta lingua.I.V.238.a.Vt quam damnatis ſeruis crucem fixeras,hanc indemnatis ciuibus Romanis reſeruares?Q.Fr.300.b.Is crucem ſibi ipſi conſtituit,ex qua tu eum antè detraxiſti.I.V.78.a.Qui ciues Rom.morte,cruciatu,cruce affecerit.I.P.88.b.Non ego ſi te cruci ſuffixum uiderem maiore afficerer lætitia ex corporis tui laceratione.I.A.250.b.Hoſtis teterrimus omnibus bonis cruces ac tormenta minatur.I.V.270.b.Itaq; illa crux ſola poſt conditam Meſſanam illo in loco fixa eſt.& ibi In crucem tolli. & ibi a. In crucem agi.At.231.a.Quis enim audeat uiolare,propoſita cruce uel ſaxo?& 230.b.De ſaxo in crucem.

Cubicularis,re.quod ad cubiculū pertinet. de D.136.a.Quidam ſomniauit,ouum pendêre ex faſcia lecti ſui cubicularis.& Tuſ.230.b.Lectus cubicularis.

Cubicularius,rij.cubiculi miniſter.I.V.149.b.Hūc ueſtri ianitores,hunc cubicularij diligunt. & At.90.b.Nihil per cubicularium.

Cubiculum,li.conclaue,cella,teſtudo.I.V.159.b.Is cū iſte etiam cubaret,in cubiculum introductus eſt.& Epiſt.94.b.de Or.133.a.Quando Galba de triclinio tuo exibis?cum tu,inquit,de cubiculo alieno.et pro Deiot.147.b.Q.Fr.318.a.Grande cubiculum autem,& hybernum altum ualde probaui.& ibi.Nec atriolum habere poterat,adiuncta cubicula,& eiuſmodi membra. Tuſ.239.b. Cum fores cubiculi clauſerat,&c.de D.112.b.In eo conclaui ei cubandum fuiſſet,qui proxima nocte corruit.

Cubile,lis.lectus.de N.51.a.Beſtiæ in cubilibus deliteſcunt.I.C.122.a.Nemo inuentus eſt tam miſer,qui non cubile ac lectulum ſuum ſaluum eſſe uelit.de Ar.252.b. Cum,quod ineas cubile,non ſentis.Ep.140.a.Pherei hic cubile inire eſt auſus.& ibi.Vſurpata duplex cubile. pro Cluen.20.b.Non limen cubiculi,non cubile filiæ. Tuſ.183.a.Vt collocet in cubili,ut uulnus obliget.& 246.a. Mihi cubile terra. I.P.97.a.Scelera tua non ueſtigijs odorantes ingreſſus tuos,ſed totis uolutationibus corporis & cubilibus perſecuti ſumus.I.V.147.a.Vt omnes mortales huius auaritiæ,non ſolū ueſtigia,ſed etiā cubilia uidere poſſint.

Cubito,as.ſæpe cubo.pro Cæl.45.a.Qui tecum ſemper puſio,cum maiore ſorore cubitauit.



Cubitus,ti.menſura,quantum à cubito brachij,ad extremam manum eſt.At.207.b.Biennium præterijt,cum ille καλλιπίδης aſſiduo curſu cubitum nullum proceſſerit.de L.183.b. Nam ſuper terræ tumulum,noluit quid ſtatui,niſi columellam,tribus cubitis non altiorem.

Cubo,as.recūbo,accūbo.I.V.159.b.Is,cū iſte etiā cubaret,in cubiculum introductus eſt.pro S.R.29.a.Cū pater cœnatus cubitum in idem conclaue cum duobus filijs iſſet.& ibi.Duo filij propter patrem cubantes.de D.112.b.In eo conclaui ei cubandum fuiſſet,quod proxima nocte corruit.de In.80.b.Alexandrum Phæreum uxor ſua,cum ſimul cubaret,occidit. de Som.126.b.Deinde cubitum diſceſſimus.de D.133.b.Alligandi eſſent omnes,qui cubitum irent.Tuſ.188.a.Itaq; narrabat eum grauiter de hoc ipſo cubantem diſputauiſſe.Ad Her.22.b.Aegrotus in lecto cubans.pro Mur.142.a.Cretes,quorum nemo guſtauit unquam cubans.de Or.141.a.Simonides dicitur ex eo,quod meminiſſet,quo eorum quiſq; loco cubuiſſet,demonſtrator uniuſcuiuſq; ſepeliendi fuiſſe.

Cuias,atis.unde,qua ex gente uel ſecta.Tuſ.249.a.Socrates cum rogaretur,cuiatem ſe eſſe diceret,mundanum,inquit.totius enim mundi ſe incolam,& ciuem eſſe arbitrabatur.

Cuius,a,um.id eſt,cuius.I.V.105.a. Vt optima conditione ſit is,cuia res ſit,cuium puericulū.et 151.a.et 162.a.

Cuiuſdammodi.de Fin.111.a.& 133.a.

Cuiuſmodi.Tuſ.252.b. Vbi enim melius uti poſſumus hoc cuiuſmodi eſt,ocio.& de In.44.

Cuiuſcemodi.de In.59.

Cuiuſmodicunq;.pro Cl.21.

Cuicuimodi.pro S.R.34.

Cuiuſquemodi.de Fin. 64.b.Cum fertur quaſi torrēs oratio,multa cuiuſquemodi rapit.

Culcitra,træ.puluinus,lectulus. Tuſ. 200.b.Collocemus hunc in culcitra plumea,pſaltriam adducamus,&c. At.221.b.Silius culcitras non habet.

Culeus,lei.de In.85.a.Quidam iudicatus eſt parentē occidiſſe,& ſtatim quòd effugiendi poteſtas non fuit,ligneæ ſoleæ in pedes inductæ ſunt,os autē obuolutum eſt folliculo & præligatum:deinde eſt in carcerem deductus,ut ibi eſſet tantiſper dum culeus,in quem coniectus in profluentem deferretur,compararetur,&c.Q.Fr.300.a.Inſuere aliquem in culeum.pro S.R.23.b.& 30.a.

Culina,næ.popina.Ep.131.a.Oblitus'ne es fungorum illorum,quos apud Niciam?& ingentium culinarum cum Sophia Septimiæ?

Culmen,nis.columen.In Arat.387.C.& 388.D.

Culmus,mi.frumenti calamus,à radice ad ſpicam. de Sen.87.b.Herbeſcens uiriditas,quæ nixa fibris ſtirpium ſenſim adoleſcit,culmoq; erecta geniculato,uaginis iam quaſi pubeſcens includitur.

Culpa,pæ.cauſa,meritū,crimen,reprehenſio.de Vn.203.a.Ego me,ſi quid poſtea fraudis aut uicij euenerit,extra omnē culpā cauſamq; pono.pro Lig.137.a. Cum à te non ſolum liberationem culpæ,ſed etiam errati ueniā impetrauiſſent.de Sē.78.b.Sed omnium iſtiuſmodi querelarum in moribus eſt culpa,non in ætate.de L.186.a. Senatori,qui non aderit,aut cauſa,aut culpa eſto.& 191.b.Nā Caſſiæ legis culpam Scipio tuus ſuſtinet,quo autore lata eſſe dicitur,tu ſi tabellariā tuleris,ipſe præſtabis. Ep.78.b.Simus igitur ea mente,ut nihil in uita nobis præſtandū præter culpam putemus. Epiſt.136.a.Nihil eſt ſapientis



præſtare,niſi culpam.At.250.a.Atticæ meæ uelim me ita excuſes,ut omnem culpā in te transferas. At.122.b. Malo Tyronis uerecundiam in culpa eſſe,quàm illiberalitatem Curij.At.101.b Vt iam ne iſtius quidem rei culpam ſuſtineam,quo minus diu fuerim in prouincia,quàm fortaſſe fuerit utile. Q.Fr.314.b. Cum domitius dixiſſet,ueſtra culpa hæc acciderunt equites Rom. Attic.137.b. Iudicans hæc eius opera accidiſſe & culpa. de Or.181.b. Magis adeò id facilitate quàm ulla alia culpa mea contigit. Q.de Pet.209.a. Hoc ſine maxima culpa negligentiæ fieri non poteſt.pro Mar.133.b.Et ſi aliqua culpa tenemur erroris humani,à ſcelere certè liberati ſumus. pro Plan.270.a.Neque uerò,ut te liberent aliqua culpa,quā tu uereris ne à te ſuſcepta uideatur. de Or.93.a. De reliquo iam noſtra culpa erit,ſi te dimiſerimus. de Sen.79.b. Sua uicia inſipientes,& ſuam culpam in ſenectutē conferunt.At.129.a.Omnino omnem culpam Domitius in Pompeium confert.& 135.b.Ac ſolet,cum ſe purgat,in me conferre omnem illorum temporum culpam. pro Font.277.b.Transferre culpam in alios.Attic.211.a.Ego librarios tuos culpa libero,neq; te accuſo. Att.285.Brut. Huius rei culpa in te reſidet. de Fin.55.b. Simili ſunt in culpa,qui officia deſerunt.Epiſt.160.b. Nos in culpa ſumus.Epiſt.12.b. Multorum eſt & uaria culpa. & 13.a. Vt iam ſit in ijs culpa,qui me defenderunt.de N.75.b. Vt ſi medicus ſciat eum,qui,&c.magna ſit in culpa.At.101.b.Suſtinere culpam alicuius rei.Ep.252.b.Horum malorum culpam fortuna ſuſtinet.Ep.266.b. Non potes effugere huius culpæ pœnam,te patrono. Or.200.a. Iniuſti oneris impoſiti tua culpa ſit,mea recepti. I.V.165.a.Suſtinere cauſam mortis alicuius. At.207.b. Magius omnem cauſam ſuſtinet.I.V.263.a.Ego culpā in te fuiſſe demonſtro.I.A.170.b. Cauſa eius belli in perſona tua conſtitit. Q.Fr.290.a. Ea ferre homines moleſtiſſimè debent,quæ ipſorum culpa contracta ſunt. I.V.263.a. Aut omnes extra culpam eſſe,aut uni attribuendam eſſe culpam.Or.215.b. Sed & illi priores erant,& Ephorus in culpa eſt. & 209.b.Vt in eo,in quo reprehendatur,culpam in aduerſariū cōferat. de In.65.a. Eximere aliquem à culpa.pro Mur.141.a.Ille piè fecit,et hic à culpa remotus eſt. pro Cl.44.a.Non omnes in culpa ſunt ac ſuſpicione ponendi.Epiſt.157.a.Dum ſi quid acciderit mihi,à reprehenſione temeritatis abſim. pro Plan.260.a. Cum te ædilem fieri oportuiſſe dicis,populi culpam,non competitoris accuſas. & ibi. Non competitor à quo es uictus,ſed populus à quo es præteritus in culpa eſt.In Verrem 244.a.In hoc genere omnes inſunt culpæ,auaritiæ,maieſtatis,libidinis,&c. de In.68.b.Facti alicuius atrocitatem,aut omnino culpam augere.Of.18.a.Cauendum eſt,ne maior pœna quàm culpa ſit. de N.78.a.Nec cum Paridis libidinē uidemus,à Deo cauſam requirimus,cum culpæ penè uocem audiamus. de Or.105.a. Nunc ille damnatus,nullam aliam ob culpam,niſi propter inſcitiam dicendi.At.138.a.Sed opinor quieſcamus,ne culpam noſtram coarguamus. At.184.a.Ea eſt enim contracta culpa,ut,&c. & 176.a.Vicio meo pereo,omnia culpa contracta ſunt.pro Rab.90.b.Non enim C.Rabirium culpa delicti in diſcrimen uocauit.pro S.R.37.a. Ergo idcirco turpis hæc culpa eſt,quod,&c.Ep.262.a.Graues ſolent offenſiones eſſe ex grauibus morbis,ſi qua culpa cōmiſſa eſt. Parad.119.b. Peccare,eſt tanquam tranſire lineas,quod cum feceris,culpa commiſſa eſt. pro S.R.26.a. Iam profectò intelliges,te inopia criminū,ſummā laudē S.R.uicio & culpæ dare. pro R.P.127.a. Nolite igitur fortunā cōuertere in culpā. I.V.239.b.Non dicā ne illud quidem,ſi maximè in culpa fuerit Apollonius,tamē,&c.



Culpo,as.culpæ do,culpæ alicuius tribuo,in culpa pono,reprehendo.In Sal.273.a.Nō te tui piget homo leuiſſime,cum ea culpas,quæ in hiſtorijs gloriæ mihi ducis? & ibi.b.Bibuli patientiam culpaui.

Culter,tri.Off.37.b.Dionyſius cultros metuens tonſorios,candente carbone ſibi adurebat capillum.

Cultio,onis.cultura.de Sen.89.a. Qui ſe agri cultione oblectabant.I.V.199.a.Cultio agri.

Cultor,oris. Off.22.a. Alij ueritatis cultores,fraudis inimici.

Cultrix,cis.de Fin.134.a.

Cultura,ræ.cultio,cultus. de Sen.88.b.Heſiodus de cultura agri ſcripſit. de Ar.116.b. Sicut in uitibus noua ſarmenta cultura excitantur. contra Rull.82.b.Ager deſertus à plebe atq; à cultura hominum. Tuſc.177.a. Ager quamuis fertilis ſine cultura fructuoſus eſſe non poteſt. contra Rull.85.a. Ager nihil ferens niſi multa cultura,magnoq; labore quæſitum. de Finib.134.a.Adhibere culturam uitibus.de Fin.114.b.Si cultura uitium in uite inſit ipſa,&c.pro Flac.161.a.Ager natura perbonus,& diligentia culturaq; melior.

Cultus,a,um.Tuſ.177.b.Animi non omnes culti fructum ferunt.pro Quin.R.50.b.Ager nulla ex parte cultus,incultus.)(.Cultiſſimus.de Cl.194.b.Studium philoſophiæ à prima adoleſcentia cultum,& ſemper auctum nuper reuocaui.

Cultus,tus.Ep.127.b. Dabimus ſermonem ijs qui neſciunt nobis,quocunq; in loco ſimus,eundem cultum,eundem uictum eſſe. Off.18.b. Eademq; mediocritas ad communem uſum cultumq; uitæ referenda eſt.de Or.87.b.Homines à fera agreſtiq; uita ad hunc humanum cultum ciuilemq; deducere.Off.32.a.Quæ ad uictum cultumq; pertinent.Off.6.a.Delectāt etiam magnifici apparatus uitæq; cultus cum elegantia & copia.de Fin.137.b.Animi cultus quaſi quidam humanitatis cibus. Off.35.b.Quibus rebus exculta hominum uita tantum diſtat à cultu uictuq; beſtiarum.de N.20.a.Cultus & curatio corporis erit adhibenda Deo.& 58.a.Oues nullum fructum edere ex ſe ſine cultu hominum & curatione poſſent.de L.156.a. Agricolæ cultu ſtirpes diuturnæ ſeminantur. de In. 82.b.Tribuere alicui officium & diligentem cultum.

Cum.præpoſitio.de N.37.b.Homo quæ agit,ea molitur cum labore operoſo et moleſto.pro R.P.123.a.Quod cum ſpe magna ſis ingreſſus,id non exequi uſq; ad extremum. I.V.168.a.Sic habeō ſtatutum cum animo ac deliberatum.pro Cluen.32.a.Si cum animis ueſtris longo interuallo recordari illius uitam uolueritis. In Ver.153.b. Conſiderate cum ueſtris animis uoſmetipſi. de In.64.a. Perſpicere aliquam rem cum conſilio & cura.I.V.191.a. Cum aratoribus & cum ciuitatibus frumentum æſtimaſſe.At.118.b.Vagamur egentes cum coniugibus & liberis. de Orat.124.a.Et tu cum gladio cruento comprehenſus es.Orat.218.b.Quo de genere cum exemplis ſuprà diximus.Off.74.b.In Cod.Ger.Is cum prima luce Pomponij domum uenit. de Opt.244.a.Inſcius faciendi,cum aliqua ſolertia iudicandi. Orat.214.a.Orationem cum ſeueritate audiri,poetas autem cum uoluptate. pro Cec.289.b.Cum ferro inuadere in aliquem. pro Cluen.28.a. Semper magno cum metu dicere incipio. Offic.27.b.Ira procul abſit,cum qua nihil rectè fieri poteſt.I.C.104.a.

Hiſce omnibus Catilina cũ reip.ſalute & cum tua peſte ac pernicie proficiſcere. de D.94.b.Conſcenſio in naues cũ fuga.Tuſc.241.a.Immiſſi cum falcibus multi locum purgarunt.et 231.b. Omnia rabidè appetentem cum inexplebili cupiditate.Ep.20.a.Iulium cum his ad te literis miſi. Ep.170.b.Quanquam intelligo me cum multis eſſe facturum:tamen,etc. de Am.111.a.Idq; faciunt cum deſiderio, & cum quadam ſimilitudine amoris humani. de Or.112. b.Quid deniq; cum aliqua uirtute aut fecerit aut tulerit. Q.Fr.300.b.Facere aliquid cum cauſa.de Sen.77.b. Sæpe mirari ſoleo cum hoc C.Lælio,&c. At.577.a. Quare id quoq; uelim cum illa uideas,ut ſit,qui utamur. Att.111. b.Tu ipſe cum Sexto ſcire uelim quid cogites de exeundo. Ad Her.40.a.Venit iſte cũ Sago.& ibi. Mulier cum magno fletu.de Ar.245.b.Reſponſum Aruſpicũ,in quo cum alijs multis etiam illud eſt,loca ſacra.&c. de Orat.136.a. Cum cæteris tuis laudibus,hæc eſt maxima.

Cum aliquo ſtare,uel facere:id eſt,ab aliquo. I.A.& Ab.Ep.74.a.Tu uerò,&c.quiq; magnam facultatem ſis habiturus cum omnibus tuis uiuendi,&c.debes iſtam moleſtiam quam leuiſſimè ferre.l.Mecum.

Cum,uel Quum,uel Quom. aduerbium, cauſam & tempus ſignificat. In Sal.273.a.Non te tui piget homo leuiſſime,cum ea culpas,quæ in hiſtorijs gloriæ mihi ducis? de Orat.122.b.Numa magnus uir habendus eſt,cum illam ſapientiã conſtituendæ ciuitatis duobus propè ſeculis antè cognouit,quàm eam Græci natam eſſe ſenſerunt. I.V. 74.a.O præclaram exiſtimationem noſtri ordinis, cum ſocij iudicia de pecunijs repetundis fieri nolunt. de Orat. 117.a.Vix annus interceſſerat, ab hoc ſermone, cum iſte accuſauit Norbanum.I.V.126.b.Vna nox interceſſerat, cum iſte illum ſic diligebat,ut diceres inter eos omnia eſſe communia. pro Cl.23.a.Dies nondum decem interceſſerant,cum ille alter filius necatur. & 20.a. Mater, quæ multos iam annos,& nunc, cum maximè filium interfectum cupit, &c. de Clar.169.a.b. M.Curius.cum Appius de plebe conſulem non accipiebat,patres autores fieri coegit.pro Cl.32.b.Vnus & alter dies interceſſerat,cũ, etc. I.A.263.a.Fides mea,quam cum ſecutus es,nunquam te conſilij tui pœnitebit. Sal. in Cic.270.b. Sed cum in te modeſtiam nullam animaduerto,reſpondebo tibi. de Or. 105.a.Qui nunc cum ille damnatus eſt, tamẽ dicunt, etc. Ad Her.39.b.Bene facitis, cum uenitis, &c. de Fin.91.b. Præclarè facis,cum tenes memoria,&c. Ep.214.a. Tibi gratias ago,cum tantum meæ literæ potuerunt,ut his lectis,&c. Ep.133.a.& At.226.b.Gratulor tibi, cum tantum uales apud Dolabellam,quantum,&c.Ep.263.a.Mihi gratiſſimum feciſti,cum eum nobis amicum quàm ſeruum eſſe maluiſti. de Nat.13.a. Sæpe de L.Craſſo uideor audiſſe,cum te togatis omnibus anteferret. At.37.a.Cum diceret.Ep.74.a. Cum unum ſit iudicium. Epiſt.79.a. Præſertim cum poſſem promittere.pro Fl.159.a.Vnum quidem erat tempus,cum L.Flacco portas tota Aſia claudebat,Cappadocem autem illum recipiebat.Attic.193.a. Iam pridem ſcito eſſe, cum unum te pluris quàm omnes illos putem. Attic.147.b.Aliquot enim ſunt anni, cum uos duos elegi, quos præcipuè colerem. Epiſt.251.a. Multi anni ſunt, cum ille in ære meo eſt. Orat.213.b.Iam anni quadringenti ſunt, cum hoc accidit. Epiſt.253.a. Iam biennium eſt,cum uirtuti nuncium remiſiſti. de In. 42.a. Fuit quoddam tempus, cum in agris paſſim homines beſtiarum more uagabantur. Ep.144.b. Fuit quodam tempus cum homines exiſtimarent,te,&c.At.207.



b.Biennium præterijt,cum ille aſſiduo curſu cubitum nullum proceſſerit. pro Mur.143.b. Omnia quæ per hoc triennium agitata ſunt,iam ab eo tempore, quo à L.Catilina & C.Piſone initum conſilium ſenatus interficiendi ſcitis eſſe. pro Mur.127.b.Cum ego uerò tanto interuallo clauſtra iſta nobilitatis refregiſſem,&c.non arbitrabar accuſatores eſſe dicturos, &c. In Verrem 231.b. Cum diutius in negocio curaq; fueram, ad Carpinatium reuertebar. de Somn.126.b. Cum in Africam ueniſſem, &c.nihil mihi fuit potius,&c. Epiſt.40.a. Cum eſt allatum ad nos de temeritate eorum,qui,&c.grauiter primo nuncio commotus ſum,&c.& 49.b.Poſteaquam mihi renunciatum eſt de obitu filiæ tuæ, ſanè quàm pro eo ac debui grauiter moleſteq; tuli.

Cùm & tum.præcedit illud,hoc ſubſequitur.ſolet autem utrunq; pro & explicari: aut cum,pro non ſolum, tum,pro ſed etiam. Illud etiam obſeruatur, ut cum minus quidam,tum uerò,grauius & maius ſignificet.de Inuen.79.a.Hæc cum ſummè inutilia, tũ multo turpiſſima ſunt. At.112.a. Imparatus cum à militibus,tũ à pecunia. Ep.8.b.Lentulũ noſtrum cum cæteris artibus,tum in primis imitatione tui fac erudias. Ep.223.b.Cum mihi multa grata ſunt,tum in primis,quod,&c.de N.13.a. Id cum ſæpe,tum cum te audirem paulo antè contigit. Ep.223.b. Ego cum antea ſtudioſè commendabã Marciliũ, tum multo nunc ſtudioſius,quod,&c. Att.2.a. Sanè ſum perturbatus,cũ ipſius Satrij familiaritate,tũ Domitij,in quo, &c. Ac.17.a.Ergo de omni ſtatu,cõſilioq; totius uitæ, aut certare cũ alijs pugnaciter,aut fruſtrari cũ alios, tum etiam meipſum uelim? Ep.264.a.Nam cum maximã cœpiſſem lætitiam ex patris epiſtola, tum uerò iucundiſſimæ tuæ literæ cumulum mihi gaudij attulerunt.Epiſt.133.b.Nam cum te ſemper tantũ dilexerim,quantũ,&c.tũ his tuis factis ſic incenſus ſum,ut,etc.& 70.b. Ad conſolandũ autẽ cum illa ualeant quæ collegiſti, &c. tũ nihil plus, quàm quod,&c. Ep.153.a.Nam literæ tuæ,cũ rebus ipſis eſſent et beneficijs in rẽp.gratiſſimæ,tum erant grauiſſimis uerbis ſentẽtijſq; plenæ.At.104.a.Hoc cum antea intelligerem,tũ uerò proximè iudicaui.At.41.b. Niſi mihi dolor meus,cum omnes partes mentis,tum maximè huius generis facultatẽ ademiſſet.Ep.234.a.Quare cum dolore conficior,tum etiã pudore.At.42.a.Itaq; cum meus me mœror quotidianus conficit,tũ uerò hæc addita cura uix mihi uitam reliquã facit. de Or.96.a.Sine quo,cum in uita nihil quicquam egregium,tum certè hoc quod tu expetis, nemo unquam aſſequetur. At.104.b.Ex uictoria cũ multa mala,tum certè tyrannis exiſtet. & ibi. Qui acerrimè tum cætera,tum hoc iter Pompeij uituperarent.de N.1.a. Cum multæ res in philoſophia nequaquam ſatis adhuc explicatæ ſunt, tũ perdifficilis quæſtio eſt de natura deorũ, &c. Epiſt.144.b.Cum ipſum Furnium per ſe uidi libentiſſimè,tum hoc libentius,quod,&c.Offic.61.b.Plena exemplorum eſt noſtra reſpub.cum ſæpe aliàs tum maximè bello punico ſecundo,quæ,&c.Epiſt.249.a. Nam cum te ſemper dilexi, amauiq;, cum mei amantiſſimum cognoui in omni uarietate rerum mearum,tum patris tui pluribus beneficijs uel defenſus triſtibus temporibus, uel ornatus ſecundis,neceſſe eſt ut ſim totus ueſter. et 132.b.Velis per te, me hoc muneris,cum ipſis amicis hominibus, tum municipio Caleno,tum Leptæ dare. de Clar.165.b.Cum in cæteris ciuitatibus, tum maximè in noſtra. de Clar.165.b.Quibus cum rerum geſtarum gloria , tum etiam ſapientiæ laude perfrui licuit. pro Mar.131.b.Ille omnis anteactæ

uitæ





uitæ fructum hodierno die maximum cepit, cùm ſummo conſenſu Senatus,tum præterea iudicio tuo grauiſſimo. Ad Her.30.a. Hoc exornationis genus cùm commodum eſt auditu,&c.tum uerò uehementer comprobat, &c. Ep.224.a.Nam cùm iandiu diligerem M.Anneum, deq; eo,&c.tum uerò poſteaquam mecum fuit,&c.neminem pluris facio. Ep.22.b. Primum tibi, ut debeo gratulor, &c. & cùm gratulor, tum uerò, quibus gratias agam, non reperio. Tuſc.148.a.Res militaris,in qua cùm uirtute noſtri multum ualuerunt,tum plus etiam diſciplina. Ep.55.a. Quod cùm in omni re,tum in hoc maximè negocio potes exiſtimare. Ep.47.a. Omnino cùm miſerior res nunquam accidit,tum ne deliberatio quidem difficilior. & 244.a. Quo audito uehementer ſum cõmotus, cũ de Syria,tũ de me à prouincia,de reliqua deniq; Aſia.

Cumprimum.ut primum,ubi primum , ſimulatq;. At 52.b.Cum primum Romam ueni,fuitq; cui rectè ad te literas darem,nihil prius faciendum putaui,quàm,&c. Ep. 166.b.Cum primum poterit iſtuc recurrere, non dubitabit,ne quo loco reip.deſit.Ep.153.b. Sed tamen cum primum poſſe ingredi cœpit,non recuſabat,&c.

Cum primis.in primis. I.V.122.b. Homo domi ſuæ cũ primis locuples.& 104.a.Homo cũ primis honeſtus.

Cumæ,arum.opp.de D.100.a.con.Rull.83.a.

Cumanus,na.At.60.

Cumulatè.plenè,maiore menſura.Poſtquam.204.a. Si parum uobis cumulatè gratias egero, quæſo, &c. Q. Fr.309.b.& At.141.b.Cumulatiſſimè ſatisfacere alicui. Top.229.b.Cumulatè ſatisfacere alicui.Att.245.b.Id etiam ad dignitatem meam pertinet,eum non modò perliberaliter à uobis,ſed etiam ornatè cumulateq; tractari. Off.55.a.Aliquid cumulatè eſſe perfectum. de D.108.b. Quæ ut plenè eſſet cumulateq; perfecta, &c. At.92.b. Cumulatè publicanis ſatisfactum. Or.201.b. Cumulatius augere aliquod munus,quàm,&c.

Cumulatus,a,um.expletus,perfectus,plenus. de Or. 111.b.Quid plenius quàm omni rerum genere cumulata oratio? de Or.94.b. Fingendus eſt nobis detractis omnibus uicijs orator atq; omni laude cumulatus. & 86.b. Omni laude cumulatus orator. Ep.133.b.Vt mirarer locum augendi in eo fuiſſe,quod mihi iampridem cumulatum eſſe uidebatur. de Or.110.a.Hoc uicio cumulata eſt eruditiſſima illa Græcorum natio.Off.36.b.Quorum ſtudijs ea quæ natura deſiderat, expleta cumulataq; habeamus. pro Seſt.22.a.Perfecta cumulataq; uirtus. At.187. a.Domus duplici decore cumulata.de Fin.77.b. Ex altera parte ponebas cumulatum aliquem plurimis & maximis uoluptatibus nullo nec præſenti nec futuro dolore,ex altera ante cruciatibus maximis nulla nec adiuncta nec ſperata uoluptate.

Cumulo,as.augeo,adaugeo,expleo,compleo, perficio. Off.23.b. Africanus eloquentia cumulauit bellicam laudem. de Fin.134.b.Summum bonum, quod cumulatur ex integritate corporis, & ex mentis ratione perfecta. pro S.R.23.b. Sed tamen hæc alijs nefarijs cumulant atq; adaugent. I.C.100.a. Alio incredibili ſcelere hoc ſcelus cumulaſti. Ep.220.b. A te peto,ut ea quæ initiò oſtendiſti,deinde quæ feciſti,ad exitum augeri et cumulari per te uelis. de Orat.151.b. Duæ partes mihi ſuperſunt illuſtrandæ orationis ac totius eloquentiæ cumulandæ. Ep. 20.a. Remunerando cumulandoq; illuſtrare gratiam. et 132.b.Non poſſum non confiteri cumulari me maximo gaudio,quod,&c. pro Cæl.45.a.Nunc mihi animus ar-



det,& meum cor cumulatur ira.

Cumulus,li.acceſſio,ſumma,aceruus. pro S.R.19.b. Vt ad illam optimã prædam damnatio. S.R.uelut cumulus accedat. At.67.b.Ad ſummam lætitiam,quam ex reditu tuo capio, magnus ex illius aduentu cumulus accidit. pro Mar.136.b.Ad tua innumerabilia in me unum merita,quod fieri iam nõ poſſe arbitrabar, maximus hoc tuo facto cumulus acceſſit.Ep.22.a.b.Et magnum beneficium tuum magno cumulo auxeris.con.Rul.78.b. Acceſſerint in cumulum manubiæ noſtrorũ imperatorum.At.252.b. Qui quidem & ſi per ſe eſt amabilis à meq; diligitur, tamen accedit magnus cumulus cõmendationis tuæ.de Pro. 74.a.Ergo ille cumulus dierum hominis eſt dignitati tributus.pro Cl.33.a.Vt ad cumulum ſpe maiorum præmiorum ipſius ſententia ſeptima decima accederet. At.258. b.Libenter corrigã,quæ à te animaduerſa ſunt,& de laudibus Dolabellæ deruam cumulum.Ep.264.a. Nam cum maximam cepiſſem lætitiam ex humaniſſimi patris epiſtola,tũ uerò iucundiſſimæ tuæ literæ cumulum mihi gaudij attulerũt.Ep.87.a.Peto à te ut ad eam uoluntatẽ, qua tua ſponte erga Cecinnam habiturus eſſes, tãtus cumulus accedat cõmendatione mea,quanti me à te fieri intelligo.

Cunabula,orũ.cunæ,rudimẽta.de D.97.a Qui cum eſſet in cunabulis,educereturq;,etc. con.Rul.86.a. Qui nõ in cunabulis,ſed in campo cõſules ſunt facti.I.S.273.a. An ulla alia putas eſſe rudimẽta & incunabula uirtutis?

Cunæ,arum.cunabula.de D.96.b. Platoni in cunis paruulo dormienti apes in labellis conſederunt. de Sen. 94.b.Vagire in cunis.Tuſc.168.b.Si puer occidit in cunis ne querendum quidem putant.

Cunctatio,onis.uel contatio.mora,tarditas. At.134. b.Audio à bonis uiris hanc cunctationem noſtrã non probari.de Am.104.b.Studiũ ſemper adſit,contatio abſit. I. V.32.a.Dicam ſine cunctatione quod ſentio. Offic.15.a. Abiecta omni cunctatione adipiſcendi magiſtratus ſunt. Epiſt.124.b.Denique illud cogita quid offenſæ fuerit in iſta cunctatione te prius ſubiſſe nunc,&c.aliàs fuiſſe.pro Seſt.24.a.Nonnunquã cunctatione & tarditate.dũ ociũ uolunt etiam ſine dignitate retinere utrunq; amittunt.

Cunctator,oris.Epiſt.120.b.Noſti Marcellum quàm tardus & parum efficax ſit, itemq; Seruius, quàm cunctator.Cælij.

Cunctor,aris.remoror,retardo,differo .)(. Propero. Attic.160.b.Sed aſſequar omnia,ſi propero:ſi cunctor,amitto.aliter, Cuntor. Quint.Fr.309.b. Quin etiam Paulus confirmauit ſe nomen Vatinij delaturum, ſi Macer Licinius cunctaretur. Ep.52.b. Quibus rebus cognitis,cunctatus non ſum in curſu bonorum cõſiliorum. de Vn.169.b.Quam ob cauſam non eſt cunctandum profiteri,hunc mũdum animal eſſe,&c. Epiſt.7.a.Nos hoc ſentimus, ſi exploratum tibi ſit , poſſe te illius regni potiri, non eſſe cunctandum : ſin dubium, non eſſe conandum. Attic.109.b. An cuncter & tergiuerſer & in ijs me dem,qui tenent,qui potiuntur? pro Seſt.21.a.An etiã tunc quieſceretis? cunctaremini? timeretis? de D.92.a. Quàm uelis cunctare, tamen tibi eſt pereundum. Tuſc. 172.b. Cunctari illum diutius in uita fortunæ obiectum inutile putabat ipſi.de Orat.146.a.Cunctantem et quaſi uerecundantem incitare.Ep.79.a.Excitare aliquem cunctantem & diffidentem. At.34.a. & de Sen.79.a. Vnus homo nobis cunctando reſtituit rem.

Cunctus,a,um.totus,omnis,uniuerſus. de N.46.a. Nemo cunctã intuens terrã de diuina ratione dubitaret.

de

de Som.130.b.Cum ad idē,unde ſemel profecta ſunt, cuncta aſtra redierint. Antequam.194.b.Quoniam laborem pro cunctis ferre conſueui. de Or.100.a. Penè cunctis ciuibus lucem ingenij ſui porrigere.Ep.156.a.Cuncta prouincia. de Cl.167.b.Cuncta Græcia.Ep.43.a.Cunctus populus.I.A.164.b.Quid ergo?in tanta lætitia cunctæ ciuitatis me unum triſtem eſſe oportebat. contra Rul.47.b. Alexandria,cunctaq; Aegyptus.

Cuneolus, li.de Vn.203.a.Crebris quaſi cuneolis inectis unum efficiebant ex omnibus corpus.

Cuneus,nei.quod inſeritur in ligno,quo facilius findatur.Tuſ.180.a.Hos ille cuneos fabrica crudeli inſerens, prorupit artus.

Cuniculus, li. foramen occultum ſub terra.I.A.187. b.Ipſe in templum neſcio qua per Gallorum cuniculum aſcendit. Q.Fr.318.b. Quatuor eius conſeruos Venafri cuniculus oppreſſerat. contra Rull.61.a. Quæ res aperte petebatur,ea nunc cuniculis oppugnatur. pro Cecin. 302.a.Non opinor eos in cuniculum qua aggreßi erant, reſtitui oportere.

Cunnus, ni.natura, intercapedo.140.a. Quid quod uulgo dicitur, cum nos te uoluimus conuenire, num obſcœnum eſt?

Cunq;.de Cl.189.b. Quicquid habuit, quantumcunque fuit,habuit ex diſciplina. Att.241.b. Hoc qualecunq; eſſet te ſcire uolui. pro Arc.188.a.Hæc facultas, quæ quātacunq; in me eſt,&c.nunquā,&c. pro Seſt.18.a.Quod iudicium cunq; ſibi erat, damnabatur. de D.127.a. Perinde utcunq;,&c.ita,&c. pro Cl.21.a. Cuiuſmodicunq; mater ſit.At.210.a.Quantuſcunq; ſum. At.232.a. Quacunq; me commoueo.

Cupedia.ſunt cibi ſuauiores,& lautiores, ſeu potius eorum appetitus.Tuſc.214.b. Aegrotationi autem talia quædam ſubiecta ſunt,auaritia,ambitio,mulieroſitas,peruicacia,liguritio,uinolētia,cupedia,et ſi qua ſunt ſimilia.

Cupa,pæ.uas uinarium latè patens, in quo muſta coquuntur, & defecantur,ut inde in dolia reponantur. I. P.94.a.Panis & uinum à propola,atq; de cupa.

Cupidè.ſtudioſè.pro S.R.26.b.Agros ſuos ſtudioſè colebant,non alienos cupidè appetebant.de Or.110.a. Hoc ſi tu cupidius factum exiſtimas,Cæſari attribues, ſi familiarius,utriq; noſtrûm.Off.7.b.Cum utriſq; ſeparatim locutus eſt,ne cupidè quid agerent.I.A.170.b. Quid cupidè à ſenatu,quid temerè fiebat.

Cupiditas,tis.auiditas,libido,deſideratio,deſiderium, ſtudiū,amor,ardor,ardor amoris,cupiditatis ſitis,ardor mentis ad gloriā,impetus animi. de In.42.a. Ita cæca ac temeraria dominatrix animi cupiditas ad ſe explendam uiribus corporis abutebatur.pro S.R.35.b.Cupiditas & auaritia reddit homines cæcos.I.V.146.a. Vos iam coniectura aſſequi poteſtis, quàm multas cupiditates,quā uarias,quàm infinitas habuerit. pro Q.9.b. Cupiditas atq; auaritia reſpiraßet. pro Syl.151.a.P.Sylla dignitatis habuiſſe nimis magnam iudicatus eſt cupiditatem. Ep.124. b.Aut impiam cupiditatem contra ſalutem tuam habeamus.con.Rul.62.b.Summa auaritia, infinitaq; omnium rerū cupiditas.pro Plan.265.a. Cuius quantam honoris huius cupiditatē fuiſſe creditis? At.194.b. De uoluntate tua,uel ſtudio potius & cupiditate ut ſimul ſimus,non dubito. de Cl.193.a.Ardebat autē cupiditate, ſicut in nullo unquam flagrantius ſtudiū uiderim. & ibi.b.Admirabili quodā ad philoſophandū ſtudio concitatus.I.V.83.a.Cupiditas & ſtudiū defendendæ ueritatis. & 135.a. Studia cupiditatesq; bonorū.de Cl.194.b.Duo,qui me imitandi cupiditate incitarent. pro Quint.2.a. Alicuius ſtudio ac cupiditati morem gerere. At.213.a.Intemperans ſum in eius rei cupiditate,quam noſti.de Or.96.a.Vos nimis etiā uideo flagrare cupiditate.Indomitæ atq; effrenatæ animi cupiditates.l.Indomitus.At.100.b.De triūpho autem nulla me cupiditas unquam tenuit. de Orat.92.a. Frangere cupiditates. de L.182.b.Minima olim iſtius rei fuit cupiditas.I.P.92.a. Quæ te prædo amantißime niſi prædæ cupiditas tam cæca rapiebat.et ibi:Meditare quibus uerbis incenſam illius cupiditatē cōprimas atq; reſtinguas.I.A.240.b.Acerrima illa et fortißima cupiditas minuta ac debilitata eſt.pro D.236.a. Proiecta quædam et effrenata cupiditas.Par.116.b.Nunq̄ expletur, nec ſatiatur cupiditatis ſitis.I.P.92.a. Cæſar fertur (mihi crede)gloria,flagrat,ardet cupiditate triūphi. I.A.204.a. Cupiditas dominādi præceps et lubrica.Ep.67.a. Ardeo cupiditate incredibili nomē ut noſtrū ſcriptis celebretur tuis. Ep.69.a.Illa nos cupiditas incēdit,de qua initiò ſcripſi,feſtinationis,quod alacres animo ſumus,ut,&c.Tuſ. 157.b.Natura ineſt mētibus noſtris inſatiabilis quædā cupiditas ueri uidendi:& oræ ipſæ locorū illorū quo faciliorem nobis cognitionē rerū cœleſtiū,eò maiorē cognoſcendi cupitatē dabunt.Ep.17.b.Præſertim cum ſine ſuſpicione tuæ cupiditatis nō poßis illius cupiditatē refutare.pro Plan.268.a.C.Alſij uolūtas erga Cn.Plancij ſalutē,quā ille ſine ulla cupiditatis ſuſpicione præ ſe fert. I.V.146.a. Iam cōiectura aſſequi poteſtis,cuius prædo iſte in illa prouincia fuerit,q̄ multas cupiditates,quàm uarias,quàm infinitas habuerit. de In.82.b.Continentia eſt,per quā cupiditas conſilij gubernatione regitur.I.A.188.a.Vir omni carens cupiditate.pro Cl.50.a.Et cæteri,qui ſine cupiditate uixerūt.pro Fl.150.b.Teſtes,qui aut ſine ullo ſtudio dicebant,aut cum dißimulatione aliqua cupiditatis. pro Mar.135.b. Qui & ſine amore, & ſine cupiditate, rurſusq; ſine odio & ſine inuidia iudicabūt.pro Deiot.149. a.Is nemini in illa cauſa ſtudio & cupiditate concedebat. de Or.101.a.Docemur autoritate nutuq; legum,domitas habere libidines,coercere omnes cupiditates.

Cupido.nis.Anteros.I.V.200.b. Cupido ille marmoreus,qui eſt Theſpijs.& 131.b. Vidi argenteū Cupidinem cum lampade. de N.61.a.Ex Venere te Mercurio Cupidine ſecundū natū accepimus.& ibid. Diana, quæ pinnatū Cupidinē genuiſſe dicitur.& ibi.b.Cupidines multi.

Cupido.pro cupiditate.Tuſ.204.Cupido cœpit miſeram. Ennij.

Cupidus,a,um.ſtudioſus,appetens,auidus,amās,obſeruans.Ep.6.b.Quo quidē tēpore cognoui Hortenſium percupidū tui, ſtudioſum Lucullū.I.V.111.a.Ille uehemēter tui cupidus eſt.Ep.154.a.Homo pudens et cupidus ſatisfaciēdi reip.de Or.89.a. Græci cōtentionis cupidiores quàm ueritatis.de Or.93.b.Homo noſtri cupidißimus.de Or.98.a.Si ea ſepoſita,ut dicis,eſſent,tuq; ualde ſpectandi cupidus eſſes.Off.31.a.Aliquis cupidus in perſpicienda cognoſcendaq; rerū natura.de Or.110.a.Sum cupidus te audiendi. Off.63.b.Emit homo cupidus et locuples tanti, quāti Pythius uoluit.pro Fō.280.b.Cupidus. Moderatus.

Cupio,pis.opto,deſidero,aueo, exopto,expeto,appeto, concupiſco, cupidus ſum , ſtudeo, ſitio, ſtudio ardeo,cupiditate ardeo,auidè ſum affectus de aliqua re, eloquentiæ laude ducor,cupiditatem habeo, cupiditas me tenet,libidinem habeo,cupiditate alicuius rei flagro uel inflāmatus ſum,cupiditate in aliquā rē immineo, deſiderio teneor,ſtudio efferor te uidendi, alacer animo ſum, auiditas me tenet,geſtio,immineo,cupiditas alicuius rei eſt,omnes trahimur laudis ſtudio, & optimus quiſq; maximè gloria ducitur, ſtudio aliquo incenſus ſum uel incendor. At.54.b.Cum ad Clodium uentum eſt,cupijt diem conſumere.I.A.217.b.Ego conſeruare coloniā populi Rom.cupio,tu expugnare ſtudes. de Cl.196.b.Tibi fauemus,tua uirtute frui cupimus,tibi optamus eā rēp. quæ, &c. Ep. 3.b.Namij Bibuli ſententiā ualere cupierūt.& 69.a.Hæc nos uitare cupimus. de Or.85.a.Neq; uerò nobis cupientibus et optātib. fructus ocij datus eſt. de Ar.254.b. Qui cupientē Italiā,populū Ro.deſiderantem excitauit. I.A. 258.b.Cum ſemel ad eum,quē cupimus optamusq; ueſtitū redierimus. Tuſ.217.a. Ardenter cupere aliquid. I.C. 98.a.Cupio me eſſe clementem. Aca.17.a. Ardere ſtudio ueri reperiēdi.pro S.R.43.b.Is mihi cauſam tradidit,quē ſua cauſa cupere ac debere intelligebat. At.259.a. Dolobellæ cauſa & cupio & debeo. I.V.145.a.Cupere omnia cauſa alicuius. Ep.227.a. Vehementer cupere cauſa alicuius.Ep.230.b.Cuius cauſa omnia tum cupio,tum me hercule etiam debeo. Epi.245.b.Et tibi,cui maximè cupio,ſatisfaciam. et 26.a.Faueo Curioni,Cæſari honeſtißimè cupio,pro Pompeio emori poßum.



Cupitus,a,um. de D.89.a. Nec ſeſe dedit in conſpectum corde cupitus.

Cupreſſetum,ti.Locus cupreßis conſitus.de L.159.a In cupreſſetis Gnoſiorum.

Cur.quid eſt, quòd,qua ratiōe,quid eſt cauſæ,cur,quid eſt quamobrem. de Orat.160.a. Quid eſt cauſæ cur repudietur? de Orat.96.a. Cauſa cur cuperes , non erat. At.179.b. Iuſtam cauſam affers , quod te uidere hoc tempore non poßim. de Ora.131.b. Quin prodis? id eſt, cur non prodis?

Cura,ræ.diligentia,ſolicitudo,ſtudium,angor ſolicitudo animi, angor animi , cogitatio, meditatio, metus, moleſtia, diurnus & nocturnus metus, acerbitas. de Oratore 160. a. Hæc acrem curam diligentiamq; deſiderant. de In. 56. a.Quod ipſe magna cum cura atque diligentia ſcripſit. de D.99. b. Aegyptij omnem curam in ſiderum cognitione poſuerunt. Ep.21.b.De ſacerdotio tuo quantam curam adhibuerim,cognoſces,&c. At.151. b. Tu nunc enitere , ut nos cura tua & prouidentia iuues. Off. 4.b. Quod in rebus honeſtis & cognitione dignis operæ curæq; ponetur. Ep. 143.b. Te hortor ut in remp. omni cogitatione curaq; incumbas. Item. Si qua de Pompeio noſtro tuendo cura te attingit. de Som. 131. a. Curæ de ſalute patriæ optimæ ſunt. At.284.b.Studium tuum curaq; de ſalute mea. Qu. Fr.324.b.Non omnino ſumus ſine cura anni uenientis. At 147.b. Quamobrem te rogo,ut in maximis tuis curis aliquid impertias temporis huic quoque cogitationi. Of.33. a.Omnes meas curas,cogitationes in rēp.cōfero. Ep.130.a. Quanquam tum quidē uel aliæ quæpiā rationes honeſtas nobis & curas & actiones darent. I.A.235.b.Et cogeris partem aliquā in Aſiā deriuare curæ & cogitatiōis tuæ. de Or. 125. b.In ea cogitatiōe curaq; uerſor,ut odorer,&c. Ep.142. a.Sed caue,exiſtimes me,quod iocoſius ſcribā, abieciſſe curam reip. de Am.98.b.Quo cum mihi coniuncta cura de republica & de priuata fuit. At.1. a. Petitionis noſtræ, quam tibi ſummæ curæ eſſe ſcio,huiuſmodi ratio eſt. Ep. 16. b. Tibi erit idem , cui ſalus mea fuit , etiam dignitas curæ.& 143. b. Mihi maximæ curæ eſt,non de mea quidem uita , ſed me patria ſolicitat. & 119.a. Eos tibi & rem,de qua miſi,uelim curæ habeas.Poſtquam.262.b. Mihi maiori curæ erit, quemadmodum quidem uobis gratiā referam, quàm quemadmodum inimicorum iniurias perſequar.pro Dom.234.b.Homines ſoluti & à cura liberati.At.203.a.De Tyrone mihi curæ eſt.Item:Et de Tyrone uideo tibi curæ eſſe.At.140.a.Hanc rem, curam tibi maiorem afferre ſentio. Ep.114.b.Qua tu cura ſis, quod ad bellum attinet,neſcio.At.95.a. Bibulus maximā belli curam ſuſtinet. de Or.137.a. Omnis cura mea ſolet in hoc uerſari,ut proſim,&c. At.70.a.Gratißima eſt mihi tua cura de illo meo primo & maximo mandato. & 172.b. Mihi de augēda dignitate tua curæ erit.I.V.216.b. Is pollicetur ſibi magnæ curæ fore,ut omnia ciuitatibus reſtituerentur.At.39.a.Pompeius de Clodio iubet nos eſſe ſine cura.I.V.69.b.Hunc amplexatur,hūc iubet ſine cura eſſe. At.262.b.Et ipſi dixit ut ſine cura eſſet.et 245.a.Magna cura & ſolicitudine Atticū & me liberaris,ſi,&c. Tuſc. 169.a.Nulla cura,nulla ſolicitudo reliqua eſt. de D.139. a.At ex ipſo ſomno plurimæ curæ metusq; naſcuntur. de Cl.165.b.Vos uerò & præſentem me cura leuatis,& abſenti magna ſolatia dediſtis.Ep.188.a.Videbaris enim nō ſolum fauere nobis,ſed etiam grauē curam ſuſcepiſſe, uehementerq; eſſe de nobis ſolicitus. At.16.a. Cura & angor animi.de Cl.165.b. Vt eorum aſpectu,omnis quæ me angebat,de rep.cura conſederit. de D.85.a.Tu tamen anxiferas curas requiete relaxas. de Sen.77.a.Cura,Quæ nunc te coquit & uerſat ſub pectore fixa. de Cl.165.b. Quorum memoria in maximis noſtris grauißimisq; curis iucunda ſanè fuit.

Curantia,tiæ.cura.non curantia,incuria. Q.Fr.310. b.Quod me admones de non curantia,ſuadesq; ut meminerim,&c.ego uerò memini,&c.

Curatio,onis.procuratio,adminiſtratio.Tuſc.221.b. Sed alia quædam ad eum eſt admouenda curatio.Tuſcul. 191.a.Omnibus his nulla'ne eſt adhibenda curatio? de N. 20.a.Cultus & curatio corporis erit adhibenda deo. de N.58.a.Oues nullum fructum edere ex ſe,ſine cultu hominum & curatione poſſunt.Off.17.a.Medici grauioribus morbis periculoſas curationes & ancipites adhibere coguntur. de D.134.a.Aeſculapius poteſt præſcribere per ſomnium curationem ualetudinis.Off.35.a.& 51.a.b.Valetudinis curatio,nauigatio,&c. pro R.P.127.a.Rabirius curationem & quaſi diſpenſationem regiam ſuſcepit. Epiſt.258.a.De medico tu bene exiſtimari ſcribis,ſed planè curationes eius non probo.pro Dom.216.a. Quaſi ego in iſto genere omnino quicquam,aut curatione,aut poteſtate ualuiſſem. & 223.b. Ne id quidem per legem Liciniam,ut ipſe tibi curationem ferres, facere potuiſti. de Ar.251.a. Aedes telluris eſt curationis meæ. Attic. 243.a. Seruilia pollicebatur ſe curaturam ut illa frumenti curatio S.C.tolleretur. Epiſtola 92.b. De curatione munerum regiorum locutus ſum cum Oppio. de Nat.1.b. An dij ab omni curatione & adminiſtratione rerum uacent?

Curator,oris.procurator. de Leg.185.a. Sunto Aediles curatores urbis, annonæ, ludorumq; ſolennium. de Opt.244.b.Demoſthenes curator muris reficiendis fuit. In Verrem 137.b.Aliquem curatorem præficere, qui ſtatuis faciundis præſit. Attic. 1.b.Thermus curator uiæ Flaminiæ. contra Rul.69.b.Curatores legibus agrarijs conſtituti ſunt decemuiri. In Vat.36.a Legati,curatores, interpretes,&c.

Cures,ium.opp.Sabinorum. Ep.255.a.

Curia, riæ. ſedes ac templum publici conſilij, tribus. de Or. 143. a. Senatus frequens uocatu Druſi in curiam uenit. de Fin. 91. a. Cato in ipſa curia legere ſolebat, dum ſenatus cogeretur. pro Mil. 119. a. Curia templum ſanctitatis, amplitudinis, mentis, conſilij publici, caput urbis, ara ſociorum, portus omniũ gentium. At. 85. b. Scaptius incluſum in curia ſenatum Salamine obſederat. I. V. 119. a. In curia Syracuſis, quem locum illi Buleuterum uocant. pro F. 158. a. Cum curia uindex temeritatis, moderatrix officij, ſpeculatur & obſidet roſtra. At. 20. a. Nulla res me à curia diuellet. de D. 86. b. Curia Saliorum, quæ eſt in Palatio. & 113. a. Curia Pompeiana in qua Cæſar occiſus eſt. pro Dom. 228. b. Si id XXX. curiæ iuſsiſſent, num id iuſſum eſſet ratum?

Curialis, lis. tribulis, municeps. Off. 46. b. Cimon in ſuos curiales Laciadas hoſpitalis fuit.

Curiatus, a, um. ut curiata lex, quæ curiatis comitijs lata erat. Curiata comitia, quæ in curijs litium cauſa fieri ſolebant: & quæ curiatim per lictorem conuocabantur, quorum erant pontifices arbitri. Q. Fr. 323. a. Appius ſine lege curiata confirmat ſe Lentulo noſtro ſucceſſurum. Ep. 17. a. Appius dixit in ſenatu palàm ſeſe (ſi licitum eſſet, legem curiatam ferre) ſortiturũ eſſe cum collega prouinciam: ſi curiata lex non eſſet, ſeparaturum cum collega, tibiq; ſucceſſurum, legemq; curiatã conſuli ferre opus eſſe, neceſſe non eſſe. contra Rul. 72. Conſuli, ſi legem curiatam non habet, attingere rem militarem non licet. & 71. a. Iam hoc inauditum eſt, uti curiata lege magiſtratus detur, qui, &c. pro Dom. 220. b. Centuriata & curiata comitia.

Curioſè. diligenter. At. lib. 9. Cum de eo curioſè quæſiſſet ſeruus noſter Dionyſius. de Cl. 176. b. Cõquirere aliquid curioſius.

Curioſitas, tis. nimia diligentia. At. 29. b. Sum in curioſitate ὀξύπεινος.

Curioſus, a, um. nimium in quærendo diligens. de Fin. 70. b. Reperiam multos non tam curioſos, nec tam moleſtos quàm uos eſtis. & 49. b. Off. 25. b. Peregrini & incolæ officium eſt, nihil præter ſuum negocium agere, nihil de alio inquirere, minimeq; in aliena eſſe rep. curioſum. pro Dom. 219. b. Curioſum eſt, ea ſcire uelle, quæ ad nos nõ pertinent. de N. 12. b. Quis enim non timeat curioſum et plenũ negocijs deum? At. 61. a. Quare ut homini curioſo ita perſcribe ad me. At. 25. a. Tu quicquid indagaris de rep. facito, ut ſciã, tametſi nimis ſum curioſus, ſtatui enim nihil iam de rep. cogitare. pro Dom. 221. a. Non ſum in exquirẽdo iure augurum curioſus. At. 89. b. Sumus enim ambo bellè curioſi. At. 75. b. Si me nihilominus noſti curioſum in rep. quàm te. pro Seſt. 7. b. Sed hæc obſtructio non ita obducta eſt, ut curioſis oculis perſpici non poſsit. pro Cl. 54. b. Seruulus percurioſus.

Curo, as. do operam, laboro, elaboro, ſtudeo, diligentiam adhibeo, curam adhibeo, medeor, curationem adhibeo, curam in aliqua re pono, cura ac diligentia complector, diligentiam in aliquam rem adhibeo uel confero, indulgeo, deſeruio, mihi curæ eſt, procuro, non eſt mihi tanti, nihil minus curandũ eſt, de fama nihil laboro. At. 122. a. Eò ad te ſcripſi, ut eam epiſtolam mihi curares referendam. Tu faſciculum, qui M. Curio deſcriptus eſt, uelim cures ad eum perferendum. At. 190. a. His uelim meo nomine reddendas literas cures. de D. 90. b. Alexander ex eo auro buculam curauit faciendam. Epiſt. 56. a. Funus ei ſatis amplum faciendum curaui. Epiſt. 57. b. Ego quæ



pertinere ad te intelligam, ſtudioſiſsimè omnia diligentiſſimeq; curabo. Epiſt. 124. a. Ego quæ ad te pertinere arbitrabor ſtudioſè diligenterq; curabo, da operam ut ualeas. Ep. 142. a. Noctes & dies nihil aliud ago, nihil curo, niſi ut mei ciues ſalui ſint. Epiſt. 200. b. Cura ut ualeas. At. 210. b. Vides quanto hoc diligentius curem, quàm aut de Rumone aut de Pollione. Epiſt. 114. b. Item de pantheris, ut Cybiratas accerſas, curesq; mihi ut uehantur. Ep. 19. b. Vereor, ne cum ueneris, nõ habeas iam quod cures. At. 172. a. Omnibus rebus cura & prouide, ne, &c. At. 82. b. Pollicitus ſum curaturum me Bruti cauſa, ut ei Salaminij pecuniam ſoluerent. At. 4. b. Quibus nominibus pecuniam Romæ curari oporteret. L. Cincio HS. DCCCC. pro ſignis megaricis curaui. Quint. Fr. 309. b. Redemptori tuo dimidium pecuniæ curaui. At. 179. b. Minutius duodecim ſola mihi curauit. At. 2. b. Signa quæ nobis curaſti, ea ſunt ad Caietam expoſita. Epiſt. 259. b. Curio miſi, ut medico honos haberetur, & tibi daret, quod opus eſſet, me cui iuſsiſſet curaturum. Epiſt. 75. b. Erat enim curata nobis pecunia Valerij Mancipis nomine. At. 103. b. Tarteſium iſtum tuum mihi adeunti urbem iube ſodes nummos curare. Epiſtola 57. a. Ego quia curo, attendoq; id tibi affirmo, te in iſtis moleſtijs non diutius futurum. pro Corn. 66. a. b. Sacra Cereris per Græcas ſemper curata ſunt ſacerdotes. At. 71. b. Curare mandata alicuius. Top. 226. b. Curare negocia aliena. At. 1. b. Illam manum tu mihi cura ut præſtes. de N. 59. b. Magna dij curant, parua negligunt. Acad. 30. b. Quis enim poteſt, cum exiſtimet à deo ſe curari, non ſemper diuinum numen horrere. de Fin. 76. a. Qui animi conſcientiam nõ curat. de D. 130. b. Sed deos non curare opinor quid agat humanum genus. Epiſt. 13. b. Quintus Metellus, qui & ſumma uoluntate ceſſerit, neq; ſanè redire curaret, &c. At. 228. a. Q. de emendo nihil curat hoc tempore. Ad Her. 40. b. Ego patriam liberaui, uos liberi eſſe non curatis. At. 216. b. Id populus curat ſcilicet. At. * Nihil minus curandum eſt atq; hoc, &c. Ep. 256. b. Ego omnem ſpem tui diligenter curandi in Curio habeo. I. P. 82. a. Cum diceres te uiolentis quibuſdam medicaminibus ſolere curari. At. 84. a. Appius ἐξ ἀφερέσεως prouinciã curauit, ſanguinem miſit. de Or. 164. b. Sed iam ſurgamus, inquit, noſq; curemus. de Sen. 91. a. Adoleſcẽtes grauius ægrotant, & triſtius curantur. At. 190. b. Atticam ſaluere iube, & eam diligenter cura. I. A. 222. a. Reijcere & curare ſe. pro Cluent. 25. b. Mulier exclamat ſe ab eo nullo modo curari uelle, quo curante omnes ſuos perdidiſſet. Tuſc. 191. a. Corpora curari poſſunt, animorum nulla medicina eſt. pro S. R. 39. b. Intelligo me errare, qui cum capiti mederi debeam, reduuiã curem. pro Fl. 146. a. Curare periculum atq; inſidias alicui per aliquem. pro Cæl. 49. a. Et quod facinus in alienum illatum ſeuerè acciperet, id omiſiſſet curare in hoſpite? Acad. 39. b. Itaq; ea nolui ſcribere, quæ nec indocti intelligere poſſent, nec docti legere curarent.

Currens, tis. I. A. 187. a. Quanquam ille non eguit conſilio cuiuſquam, ſed tamen, ut dicitur, currentem excitaui. Epiſt. 194. a. Nam illum paratum ut uideo, & ingreſſum pleno gradu, cohortari non intermittemus, quo in dies longius diſcendo exercendoq; ſe, procedat. Treb. Q. Fr. 298. b. Hæc non eo dixi, ut oratio mea dormientẽ excitare, ſed potius ut currentem incitare uideatur. At. 96. a. Quintus filius currẽtem animum patris ſui ſorori tuæ reconciliauit. Q. Fr. 15. b. Quare facis tu quidem fraterne,



quod me hortaris, ſed me hercule currentem nũc quidem, ut omnia mea ſtudia in hunc conferam. At. 72. a. Sæpe tu me currentem hortatus es. & 219. a. b. Quod me hortaris, &c. currentem tu quidem, ſed, &c. Ep. 252. b. Currentem, ut aiunt, incitare. I. C. 122. b. Non ut te, qui mihi ſtudio penè præcurris, excitarem.

Curriculum, li. ſpatium quo curritur, ſtadium, curſus, currus. de Am. 104. a. Deflexit enim iam aliquantulum de ſpatio curriculoq; mos maiorum. pro Mur. 135. a. Cum te de curriculo petitionis deflexiſſes, animumq; ad accuſandum tranſtuliſſes. de Vn. 202. a. Qui rectè & honeſtè curriculum uiuendi à natura datum confecerit. pro Rab. 91. b. Qui ex conſtituto ſpacio defenſionis in ſemihoræ curriculum coegiſti. pro Mur. 137. b. Quaſi deſultorius in quadrigarum curriculum incurrere. pro Rab. 96. b. Exiguum nobis uitæ curriculum natura circunſcripſit, immenſum gloriæ. pro Arch. 191. a. In hoc tam exiguo tamq; breui uitæ curriculo. I. A. 210. b. Omne curriculum induſtriæ noſtræ, in foro, in curia, in amicorum periculis propulſandis elaboratum eſt. pro Rab. 131. a. Nec fas eſſe ducebam uerſari me in ueſtro ueteri curriculo, &c. de Sen. 82. b. Athletæ in curriculo ſe exercent. de Sen. 84. b. Hæ ſunt exercitationes ingenij, hæc curricula mentis. de Cla. 180. a. Qui tantum abſit à primo, uix ut in eodem curriculo eſſe uideatur. Or. 198. a. Ciceronem oratorem ex Academiæ ſpacijs extitiſſe: illa enim ſunt curricula multiplicium uariorumq; ſermonum. de Cla. 196. b. Tuum enim forum, tuum erat illud curriculum, &c. & 166. b. Vereor ecquod nám curriculum aliquando ſit habitura tua ſingularis induſtria. de Leg. 174. a. Quod ſine curriculo & certatione corporum fiat. I. V. 145. a. Sine minimũ quidem de meo uitæ curriculo, quod mihi ſemper propoſitum fuit, deceſſero. Acad. 47. a. Breuia curricula uitæ. de Leg. 177. a. Curricula equorum. In Arat. Sol conſiſtens in Cancro conuertit curriculum. de Ar. 248. b. Tui ſacerdotij ſunt tenſæ, curricula, &c. Ad Her. 24. b. Sic iſti cum in artis curriculum deſcenderunt, aiunt, &c. & ibid. Sic ut in ſtadium Rhetoricæ artis prodire non audeant.

Curro, ris. curſum conficio, curſum teneo, curſum curro. contra Rul. 74. b. Cur non eoſdem curſus hoc tempore quos antea cucurrerunt? Offic. 60. a. Qui ſtadium currit, eniti debet ut uincat. Attic. 157. b. Curio cucurrit Puteolos.

Currus, rus. uehiculum. de D. 138. a. Quidam uiſus eſt in ſomnis curru quadrigarum uehi. Poſtquã. 210. b. Equis inſignibus & curru aurato in patriam reportari. Tuſcul. 173. a. Cum ſacerdotem ad ſacrificium curru uehi fas eſſet. At. 210. b. Nec eſt melius quicquam, quàm ut Lucullus ſuſtineat currum, ut bonus ſæpe agitator. pro S. R. 35. a. Suis manibus in curru Automedontem collocat. pro Cæl. 44. b. Claudia, quæ patrem triumphantem de curru detrahi paſſa non eſt.

Curſim. curſu. )( Senſim. I. A. 168. b. Ille ſenſim dicebat, quod cauſæ prodeſſet: tu curſim dicis aliena. At. 150. b. Quid autem Plancius tam curſim? I. A. 231. a. Alter in Aſiam irrupit curſim. Att. 142. a. Quæ ego ſerò & curſim arripui, & ſucciſiuis operis, ut aiunt. de Or. 132. a. Tantum licet furtim ſi quando & curſim. Tuſcul. 230. b. Cum ampliſsima dignitate, ut ad eas curſim perrectura. Ad Her. 41. b. Cum Gracchus deos inciperet precari, curſim iſti impetum faciunt.

Curſo, as. frequenter curro. pro S. R. 28. a. Poſtea homi



nes curſare ultrò & citrò non deſtiterunt. de Sen. 80. b. Cum alij malos ſcandant, alij per foros curſent. At. 143. b. Ne curſem huc & illuc uia deterrima. de D. 83. a. Fuſcaq; nonnunquam curſans per littora cornix.

Curſor, oris. de D. 138. a. Curſor ad Olympia proficiſci cogitans, uiſus eſt in ſomnis curru quadrigarum uehi. Tuſ. 187. a. Curſores in ſtadio exclamant. ad Her. 24. b. Ladas & Boius curſores.

Curſus, ſus. curriculum, lapſus, iter. pro Mur. 132. a. Cùm contento curſu hoſtium claſsis italiam peteret. pro Pomp. 10. b. Quis unquam tam breui tempore, tantos curſus conficere potuit? de Orat. 97. a. Qui ingrediuntur ad ſtudium, quiq; iam ſunt in curſu. Epiſt. 46. b. Sed etiam perſpicis, qui curſus rerum, qui exitus futurus ſit. ad Heren. 23. a. Solis exortus, curſus, occaſus nemo miratur, quia quotidie fiunt. Attic. 42. a. Ille incertus alium curſum petiuit. Attic. 75. b. Ille tibi non ignotus curſus animi & induſtriæ meæ. I. A. 216. a. Quem enim curſum induſtria tenere potuiſſet, ſine forenſibus cauſis, ſine iudicijs? Att. 2. a. Vides in quo curſu ſumus. de N. 76. b. Dionyſius cùm ſecundiſsimo uento curſum teneret, ridens, uidetis ne, inquit, &c. Attic. 120. b. Infero mari nobis incerto curſu nauigandum eſt. Off. 62. a. Naues in curſu frumento onuſtas uidi. de N. 64. a. Stellæ curſus certos, & conſtantes habent. Off. 24. a. Implicari aliquo certo genere curſuq; uiuendi. de N. 39. b. Partus mature ſcit nouem lunæ curſibus. de L. 160. b. Perpetui curſus conuerſiones q; cœleſtes. de Som. 128. a. Orbis extimus, in quo infixi ſunt illi, qui uoluuntur ſtellarum curſus ſempiterni. & ibid. b. Hunc ut comites conſequuntur, alter Veneris, alter Mercurij curſus. de N. 35. b. Stellæ nunquam curſus ſui ueſtigium inflectunt. de Som. 129. a. Illi autem octo curſus, &c. de D. 101. a. Si lacus emiſſus lapſu & curſu ſuo ad mare profluxiſſet. pro Seſt. 13. b. Vita breuis eſt, curſus gloriæ ſempiternus. de Cla. 195. b. Hortenſius tamẽ hunc curſum confecit. de Or. 98. a. Tantus curſus uerborum fuit, & ſic euolauit oratio, ut, &c. de Or. 164. a. Curſus uocis per omnes ſonos. Or. 216. b. Interdum curſus eſt in oratione concitatior, interdum moderata ingreſsio. de Orat. 130. b. Deſeſſus iam labore & itinere diſputationis meæ. de N. 20. a. Ingreſſus, curſus, accubatio, inclinatio, ſeſſio, &c. I. V. 254. a. Tenere eundem curſum. Top. 221. a. Reuocare aliquem è curſu. contra Rul. 74. b. Qui per rectum curſum regnum tenere non potuerunt. ad Her. 24. b. Si quis ad Olympiacum uenerit curſum. Epiſt. 46. b. Neque ſolum perſpicis ea, quæ geruntur, ſed etiam qui curſus rerum, qui exitus futurus ſit.

Curtus, a, um. decurtatus, mutilus. Or. 213. a. Meæ aures perfecto, completoq; uerborũ ambitu gaudent, & curta ſentiunt, nec amant redundantia. Or. 213. b. Nihil inconditum, nihil curtum, nihil claudicans, &c. de Fin. 114. b. Eorum enim omniũ multa prætermittentium, dum eligant aliquid quod ſequantur, quaſi curta ſententia: at uerò illa perfecta atq; plena, eorum qui, &c.

Curuatus, a, um. de N. 14. b. Corpuſcula curuata & quaſi adunca.

Curulis, le. I. C. 118. a. Non deniq; hæc ſedes honoris, ſella curulis, unquam uacua mortis periculo fuit: id eſt, ſedes conſulis. de Ar. 250. a. Curulis ædilitas. Epiſt. 193. b. Curulis ſella.

Cuſtodia, diæ. carcer, præſidium, uigilia, excubiæ, conſeruatio. de N. 58. a. Canum tam fida cuſtodia, tamq; amãs dominorum adulatio. de Clar. 196. a. Teneamus eam do-

mi ſeptam liberali cuſtodia,tueamurq́; ut adultam uirginem caſtè,&c. pro Mur.139.b. Cum in eiuſdem anni cuſtodia te atq; L.Murenam fortuna poſuiſſet. I.P.89.b. Exercitus præſidium populi Rom. cuſtodia prouinciæ. pro Mur.143.a.Deijci de urbis præſidio & de cuſtodia ciuitatis deturbari. pro Syl.175.a. Cum illæ tabulæ priuata cuſtodia continerentur.I.A.236.a. Id ſignum cœlo delapſum Veſtæ cuſtodijs continetur. de Som.128.a. Retinendus eſt animus in cuſtodia corporis. I. A.212.b. Idcirco in hac cuſtodia tanquam in ſpecula collocati ſumus. I. A.213.b. Cuius ego excubias & cuſtodias mei capitis cognoui in conſulatu meo. pro Pom. 6.b. Publicanorum familiæ,quas in portibus & cuſtodijs habent. pro Rab. 95. a.Ignauiam ſuam tenebrarum & parietum cuſtodijs tegere. I.C.98.b. Illam coloniam meis præſidijs,cuſtodijs,uigilijsq́; muniui. pro Plan.259.a. Non extimeſco, ne Cn. Plancio cuſtodia meæ ſalutis apud uos obſit.pro Mar.136 a.Nos tibi & excubias & cuſtodias pollicemur.I.A.244 a. Hæc mea ſedes eſt,hæc uigilia,hæc cuſtodia,hoc præſidium ſtatiuum.de L.175.b.Vt aduigiletur ad cuſtodiam ignis.pro Mil.112.b.Milo uitam ſuam nunquam in periculum ſine præſidio,& ſine cuſtodia prouehebat.I.A.185.a. & I.V.249.b.Dare aliquem in cuſtodiam:id eſt, in carcerem.I.V.265.a.Includere aliquem in cuſtodias. At.277. a.Eripere aliquem ex cuſtodia. I. C.113.b. Cenſuerunt ut P.Lentulus in cuſtodiam traderetur. Quin. Fr.302.b. Is hominem comprehendit,& in cuſtodiam Epheſi tradidit. pro R.P.126.a.Is in cuſtodia fuit regia,& uita eius oblata pœnæ eſt.de D.91.b.Socrates cum eſſet in cuſtodia publica,&c.I.C.101.a. Tu te ipſe in cuſtodiam dediſti.& ibi. Domi meæ te aſſeruari iuſsiſti. Tuſ.174.a.Emittiq́; nos è cuſtodia,& leuari uinculis arbitremur.& 63.b. Socrates cum poſſet educi è cuſtodia,noluit.

Cuſtodio,dis.aſſeruo,adſeruo,tueor,ſeptum cuſtodia teneo, in uigilia alicuius rei maneo,priuata cuſtodia contineo,incolumem ſeruo,obſeruo,præſideo,ſpeculor, conſeruo.Ep. 82.b.Liber tuus & legitur à me diligenter, & cuſtoditur diligentiſsimè. Att.243.b. Orationem tibi miſi:eius cuſtodiendæ & proferendæ arbitrium tuum ſit. I. A.243.b. Hic me non ſolum amicorum fidelitas,ſed etiam uniuerſæ ciuitatis oculi cuſtodiunt. Quin. de Pet. 213.b. Fac ut ſe abs te cuſtodiri atq; obſeruari ſciant. I. C. 98.b. Multorum te oculi & aures ſpeculabuntur atque cuſtodient. pro Mil.114.b. Delecta iuuentus, quæ tuum corpus domumq́; cuſtodit.I.A. 229.b.Vt brutus prouinciam tueatur,defendat,cuſtodiat,incolumēq́; ſeruet.Or.95.b. Poſſe percipere animo & cuſtodire memoria.At.277.a. Aliquem cuſtodiri ut paricidam.de Or.109.a. Cuſtodire literis quæ à ſummis uiris dicta ſint.

Cuſtos,dis.præſes,antiſtes,conſeruator, uindex. I.V. 222.a.Clamor à uigilibus faniq́; cuſtodibus tollitur. cōtra Rul.69.a.Tribunus plebis præſes cuſtosq́; libertatis.contra Rul.71.a.Cuſtos & uindex cupiditatum. I.C.110.a. Nullus eſt portæ cuſtos,nullus inſidiator uiæ. I.A. 169.a. Quotiens te pater eius domo ſua eiecit? quotiens cuſtodes poſuit ne limen intrares? Item. Qui multorum cuſtodem ſe profiteatur, eum ſapientes ſui primùm capitis aiunt cuſtodem eſſe oportere. pro Dom. 242.a. Cuſtos ac præſes templi. pro Seſt.15.a. Cuſtos & conſeruator urbis. pro Flac.155.b.Hermippus cuſtos T. Aufidio prætore in frumento publico eſt poſitus.Poſtquam.208.a. Tu me comitijs prærogatiuæ primum cuſtodem præfeceras. contra Rul. 70.b. Qui tribus quas uoluit, uocauit nullo cuſtode ſortitus. pro Seſt.26.b. Senatus Reipub. cuſtos, præſes, propugnator. I. A. 188.b. O præclarum cuſtodem ouium (ut aiunt) lupum. de Fin.110.a. Sapientia cuſtos & procuratrix hominis. Off. 37.a. Malus cuſtos diuturnitatis metus.

Cutis, tis. pellis, corium, extremitas. Epiſt. 154.b. Sed non poſſum nō exhorreſcere, ſi quid intra cutem ſubeſt uulneris, quod prius nocere poteſt, quàm ſciri, curariq́; poſsit.

Cybæa,æ.locus.I.V.203.b.

Cybele,les.magna mater,Idæa mater. de Ar. 249.a. Hanc matrem magnam accepimus,agros & nemora cum quodam ſtrepitu fremituq́; peragrare.de Sen.86.a.Sacra Idæa Magnæ matris. de Leg. 174.a. Mater idæa. de Ar. 248.b. Mater dea.aliter, Idæa: ſic enim nobis corrigendus locus uidetur.

Κύκλος. l. Circulus.

Cybira,æ.opp.I.V.206.a.Ep.213.

Cybiratæ.I.V.206.a.

Cybiraticus,ca.I.V.210.b.

Cybiſtra.opp.Ep.241.At.77.b.

Cyclops,pis.I.V.265.b.Cyclops Aetnam ſolam & eam partem Siciliæ tenuiſſe dicitur.

Cydnus,ni.Ciliciæ flumen.I.A.165.b.

Cygneus,a,um.ut cygnea uox.de Or.143.a.

Cygnus,ni.Tuſ.163.b. Cygni non ſine cauſa Apollini dicati ſunt,ſed quod ab eo diuinationem habere uideātur: quia prouidentes quid in morte boni ſit,cum cantu & uoluptate moriuntur.

Cylindrus,dri.omne quod uolubile eſt, qualis eſt columna lapidea teres. de N. 6.b. At mihi uel cylindri, uel quadrati, uel coni, uel pyramidis forma uidetur eſſe formoſior.& 35.a. de Fat.149.a.Qui protruſit cylindrum, dedit ei principium motionis: uolubilitatem autem non dedit. & ibid. Cylindrum uolui, & turbinem uerſari putant. & 148.b. Chryſippus reuertitur ad cylindrum & turbinem ſuum,quæ moueri incipere, niſi pulſa non poſſunt. Tuſc.241.a. In ſummo ſepulchro, ſphæra erat poſita cum cylindro.

Cylenius,a,um. in Arat. Cedit clara fides cyllenia: id eſt,lyra Mercurij.

Cylo,uel Cilo,onis.Cinædus,impudica patiens, puer meritorius.In Sal.275.a. Quicquid impudicorum, cylonum,&c.fuit in urbe,&c.

Cymba, bæ. Offic. 63. b. Cymbarum ante oculos multitudo.

Cymbalum,li. I. P. 83. b. Neque collegæ tui cymbala & crotalla fugi. & ibidem 84. Domum cantu & cymbalis perſonare.

Cymeus fundus Romæ.pro Flac.156.a.

Cynicus,a,um.de Orat.148.b. Ab Antiſthene Cynici primùm, deinde Stoici. Offic. 30.a. Cynicorum uerò ratio tota eijcienda.

Cynna,næ.quater conſul Romanus. Tuſc. 238.b. & 239.a. Cynna collegæ ſui conſulis C. Octauij præcidi caput iuſsit.

Cynocephalus li.Simiarum de genere,ſed maior & ferocior.At.89.a. Erat præterea Cynocephalus in eſſedo, nec deerant onagri.

Cynoſura,ræ. minor urſa,altera ἄρκτος: duo enim ἄρκτοι ſunt.de N.46.b.Ex his altera apud Græcos cynoſura uocatur,altera Helice.& Acad.17.a.l.Helice.

Cynoſuræ.inſulæ.de N. *





Cyprus,a,um.pro Dom. 224.a. Rex Cyprius. & de D.91.b.Eudemus Cyprius.

Cyprus.inſula. Att.81.Ep.190.a.& 247.pro Flac. 152.a.

Cyrenæ,arum.urbs. pro Plan.261.b. Deſiderarunt te, inquit,oculi mei,cum tu eſſes Cyrenis.

Cyrenaicus,a,um.Off.57.b. Ab Ariſtippo Cyrenaici atq; Annicerij philoſophi nominati.de Or.148.b.Ab Ariſtippo,quem illæ magis uoluptariæ diſputationes delectarant,cyrenaica philoſophia manauit.

Cyrenenſis.contra Rullum.76.a.Agros Cyrenenſes.

Cyrenæi.Acad.19.a.

Cyrrheſtica,cæ.Syriæ pars.At.77.b.

Cyrus,ri.Quint.Frat.294.a.Cyrus ille à Xenophonte non ad hiſtoriæ fidem ſcriptus, ſed ad effigiem iuſti imperij. de Clar.174.b. At Cyri uitam & diſciplinam,legunt,&c.

Cyzicus,ci.urbs Aſiæ.I.V.261.b.& alibi.

Cyziceni,orum. I.V. 231.a. & pro Pomp.7.b.Vrbem Cyzicenorum.

## D A

D Litera.At.4.b.HS.DCXX.

Dactylicus,a,um. Or.215.b. Dactylicus numerus.

Dactylus, li. Or. 218.a. Dactylus qui eſt è longa & duabus breuibus. de Orat. 160.a.Pedes heroi tres: dactylus,ſpondeus,anapæſtus.

Dæmon,nis.lar.de Vn.201.b.Dij quos Græci δαίμονας appellant, noſtri, ut opinor, lares, ſi modò hoc rectè conuerſum uideri poteſt.

Dæmonios.genius,ſapiens.de D.105.b. Hoc de Socrate accepimus,&c.eſſe diuinum quoddam,quod Dæmonion appellat,cui ſemper ipſe paruerit, nunquam impellenti,ſæpe reuocanti.

Dalmata,tæ.Ep.67.a.Dalmatis dij malè faciant, qui tibi moleſti ſunt.

Dalmatia,tiæ. regio in Illyrijs. Ep.66.b.ter. Vatinij.

Dalmaticus,a,um.Ep.66.a.Cæſar de meis rebus geſtis Dalmaticis adhuc non refert. Vatinij.

Damnatio,onis.condemnatio,calamitas. At.102.b. Omnes damnati,omnes ignominia affecti, omnes damnatione ignominiaq́; digni. I.P. 98.a.Reorum acerbiſsimæ damnationes.)(.Libidinoſiſsimæ liberationes. pro S.R. 19.b.Damnatio Sex.Roſcij.pro Cl.28.b.Quid eſt illa dānatione iudicatum,niſi,&c. I.V.129.a. Hanc damnationem duci non oportet.ad Her. 5.b.Ne parua quidem dubitatio poteſt remorari damnationem.

Damnatorius,a,um. ut damnatorum iudicium. I.V. 159.a.

Damnatus,a,um.pro R.P.123.b.Cauſa iudicata atque damnata. & pro Seſt.27.b. Græcia ſuis ciuibus damnati atq; expulſi.

Damno,as.condemno,improbo,conuinco.)(.Abſoluo. I.A.157.a. Lex quæ iubet ei,qui de ui,itemq́; ei,qui maieſtatis damnatus ſit,aqua & igni interdici. ad Her. 29.a. Maiores noſtri, ſi quam unius peccati mulierem damnabant,ſimplici iudicio multorum maleficiorum conuictam putabant.I.V.257.b.Næuius iniuriarum damnatus eſt. I.V.73.b.Qui ambo peculatus damnati ſunt. & ibi. Qui de maieſtate damnatus eſt. I.V. 223.b. Vt is eo crimine damnaretur.pro S.R.37.a. Turpi iudicio damnari. Tuſ. 158.b.Sed plurimi contrà nituntur, animoſq́; quaſi capite damnatos morte mulctant. & 169.b. Capite damnari. Att.280.b. Si Lepidus poſitis armis de ui damnatus eſſet. pro Flac. 155.a. Nicomedes qui & furti,et pro ſocio damnatus eſt. ad Her. 31.b. At eum uos iurati capite damnaſtis. pro Clu. 19.a. Cauſa,quæ ipſa opinione hominum tacita propè conuicta & damnata ſit. de Clar.193.b. Iam Q.Varius ſua lege damnatus exceſſerat.& de Or. 105.a. Ergo ille quoq; damnatus eſt,non ſolum primis ſententijs, quibus,&c.ſed etiam illis,quas,&c.pro Dō.214.b.Eos ego potiſsimū dāmnare debui. At.109.b. Damnare aliquē ſceleris.Part.244.a.Damnare aliquem ſtultitiæ.I.V.237 b.Damnari nomine coniurationis.pro Clu.41.b.Damnari de repetūdis.pro S.R.37.b.Damnatus per arbitrum, et rem reſtituit,& honeſtatem omnem amittit. de Cla.180. b.Damnari ambitus.

Damnum,ni.iactura,detrimentum,incommodum, malum, fraus, pœna. Off.7.a.Nec contra officium eſt,maius damnum anteponi minori,ut ſi,&c.de Cla.175.b. Damnum Gracchi immaturo interitu res Romanæ latinæq́; literæ fecerunt.Ep.161.b. Magnum damnum factum eſt in Seruio.Ep.110.b.Quod declamationibus noſtris cares,dāni nihil facis.At.12.b.Nihil eſt damni factum noui.de Fin. 146.a.Si mercatura aliquid damni contraxerit.Ep.10.b. In meis damnis ex authoritate Senatus reſarciendis. contra Rul.64.b.Non quæro flagitium huius iacturæ atque damni.Offic.56.b.Qui coniunctionem ciuium dirimunt, eos leges morte,exilio,uinculis, damno coercent.I.A.155. a.Quis unquam tanto damno ſenatorem coegit? de Leg. 166.a.Damna & detrimenta. At. 213.b.Ἐπίσωυμα magnum nullum fieri poteſt, ἀπότσυμα uel non magnum moleſtum futurum eſt.Top.222.a.Damni infecti promittere. pro Q.R.50.a.Iudicium damni iniuria conſtitutum. pro Quin.R.54.a. Cum lis conteſtata cum Flauio damni iniuria eſſet. Off.72.b. Per errorem in maximam fraudem incurrere. pro Corn.68.a.Familiaritates bonorum ad fraudem nemini ualere debent. pro Muren.141.b. & pro Dom.238.a. Id mihi non debet eſſe fraudi, aut crimini. Ter.3.b. Quid illi facias, qui dederit damnum aut malum?

Danai,orum.Græci.de In.33.b.de Fin.68.a.

Dardani.populi in ſinu Illyrico, à Troianis oriundi. pro Seſt. *

Dardanus,ni.philoſophus Stoicus.Acad.18.a.

Dareus,rei.de Fin.146.b. Policrates ab Oronte Darei prætore in crucem actus eſt.

Datio,onis.contra Rul.78.a.Cuius iudicium legumq́; datio tollitur.aliàs latio,à fero.

Datum & acceptum.de Am.107.a.Hoc quidem eſt nimis exiguè & exiliter ad calculos reuocare amicitiam, ut par ſit ratio acceptorum et datorum.& ibi. Nec obſeruat ſtrictè ne plus reddat quàm acceperit.

Datus,a,um.Epiſt.234.a.Datum ad III.Non.octob. Theſſalonicæ.Ep.166.b.Data IIII.Cal.Quintil.Ep.58. a.Accepi literas tuas Corcyræ datas.

De.ex.Ep.109.a.Duos parietes de eadem fidelia dealbare.prouerbium.Off.22.a. De Græcis autem facetus Socrates:id eſt,ex Græcis. de Leg.160.b. Ex tot generibus, nullum eſt animal præter hominē, quod habeat notitiam aliquam dei:de ipſisq́; hominibus,nulla gens eſt, quæ non habendum ſciat eſſe deum.Item. Ac primùm de tribus illis quæ antè dixi,beneuolentiæ præcepta uideamus.pro Dō.

235.a.Nemo fuit, &c.qui rem ullam de meis bonis attigerit.pro Fl.147.b.Si quis unquã de noſtris hominibus fuit, &c.I.C.109.a.Poſtremum genus eſt de delectu Catilinæ. contra Rul.88.a.Non adimitur cuiquam gleba de Syllanis agris.de D. 136.a. Miſit coniectori quantum uiſum eſt de argento:tum ille,nihil'ne de uitello? At. 117.b. Ei ſtatim reſcripſi,hominemq; certũ miſi de comitibus meis. de Or. 101.a.Nemo de ijs,qui peritiſsimi ſunt, huic anteponendus eſt.& 115.a.Magnum quoddam opus eſt,atq; haud ſciam,an de humanis operibus longè maximũ.pro Mil. 114. a.Vnus de illis. de Cla.171.b.Oratio Lælij de collegis non melior,quàm de multis,quàm uoles,Scipionis. & 175.b. Ego iſtum de ſuperioribus penè ſolum lego.Or.201.b.De firmiſsimis alia prima ponet,alia extrema:& ibi.Id ſecundum erat de tribus.de Leg.178.a. Deinceps in lege eſt, ut de ritibus patrijs colantur optimi.Quin.Fr.291.b. Legatos habes, de quib.dignitate præſtat Tubero. Opt. 243.b. Is habeatur ſanè orator, ſed de minoribus. pro S.R.22. b. a.Cui de tanto patrimonio nihil relictum eſt. & 35.a. De tribus & decem fundis, iſte tres poſsidet. I.A.212. b. De tribus enim, quæ propoſui, hoc extremum eſt. pro Lig. 139.b. Quàm multi eſſent de uictoribus, qui, &c. cum etiam de uictis reperiantur quàm multi,qui, &c. In. 56.b. Quodlibet exemplum de ijs, quæ propoſita ſunt. Parad. 117.a. Cæteri multa de ſuis rebus ſecum aſportabant. Officior. 68.b. Ipſe autem in ore ſemper Græcos uerſus de Pheniſsis habebat. At.1.a. De ijs, qui nunc petunt,Cæſar certus putatur. Epiſt.178.a.Cum quidam de collegijs noſtris agrariam curationem ligurirent, diſturbaui rem.ad Her. 30.b. Hoc non de enumeratione noſtra fiet:id eſt,ex enumeratione noſtra. I.V.131.b. Nihil ex ſacro,nihil de publico attigi. de Orat.89.b.Quicquid erit quacunq; ex arte, quocunq; de genere. Eximi de reis. l. Eximo. Attic. 78.a. Mitte ad nos de tuis aliquem tabellarium.contra.Rul.70.b.Comitia de minore parte populi facta.At. 101.a.Epiſtola in qua eſt de periculis reip. I.V.169.a.Recita decretum de tributis.Quin. Fr.317.a. O iucundas mihi tuas de Britannia literas. contra Rul. 27.a. Vt in omnibus meis factis atq; conſilijs ueſtrum de me factum conſiliumq; laudetur.de In.80.b.Deinde, utra lex de genere omni, utra de parte quadam,utra communiter in plures,utra in aliquam certam rem, ſcripta uideatur.de Or.115.b. Præcepta de re militari cuipiam dare. et 116.a. Cuiuſmodi artificium de ipſo iure ciuili Craſſus cõponi poſſe dixit. de Or.129.b. Oratio Craſsi de colonia Narbonenſi,& altera de lege Seruilia. de D.108.b. Primus liber eſt de contemnenda morte,ſecundus de tolerando dolore,&c. Att.189.b. Liber de minuendo mœrore. de Cla.167.b.Philoſophia de Natura. de In. 62.b. Tum Crotoniatæ publico de conſilio uirgines unum in locũ conduxerunt.de Cla.174.b. Sunt orationes eius ieiunæ,multa præclara de iure.pro Seſt.19.b. Quæ etiam collegæ eius moderatio de me. pro Corn. 64.a. Quis dubitaret de iure pacis & belli omnibus iuris peritiſsimis imperatores noſtros anteferre. de Orat. 88.b. Nihil te de ratione uitæ didiciſſe, nihil quæſiſſe, nihil ſcire conuincam. de D. 92.a. Somnium de Simonide, qui,&c.& 109.b. Vt Græcis de philoſophia literis non egeant. Epiſt.178.a.Conſilijs tuis, quæ ſcribis de agris aſsignandis,ab utriſque ueſtrûm uehementer aſſentior. Attic.191.a. Non potuit honorificentius à me fieri de nepote. pro Mil.120.b. Fama de interitu Clodij. & ibid. Lætitia de interitu Clodij. pro Quint. 5.b. De re pecuniaria iudicium eſſe. & ibid.



a. De capite ſuo priore loco cauſam dicere. Orat. 207.b. Explicare mentem ſuam de quaq; re. Orat. 200.b. De rebus bellicis canere bellicum. de Clar. 168.b. Sit ſanè, ut iubet,de iſto. Attic. 208.a. Illa, quæ habes de Academicis fruſtra deſcripta ſunt. & 262.a. Atticus pecuniam numerauit de ſuo.de Or. 162.a. His de rebus ſol me ille admonuit,ut breuior eſſem. Attic.139.b. Itaq; neq; de ocio noſtro ſpero iam, neq;,&c. Or. 201.a. Non enim declamatorem de ludo, aut rabulam de foro quærimus. pro Cl.52. b. A. Binnius quidam caupo de uia Latina. de Or. 111.a. Hominem audietis de ſchola, &c. de Cla.176.a. Is accuſator de plebe fuit. de D. 108.a. Aſtrologi de circo. I. A. 173.a.Exultabat gaudio perſona de mimo modò egens, repentè diues. At.240.a. Ecce autem de tranſuerſo L.Cæſar,&c. At.101.a.Nam de illo altero minus ſum admiratus. At.148.a. De Dionyſio ſum admiratus. At.201.a.De Othone diſſido. At. 140.b. De rep.quotidie magis timeo. At.42.b.Me metus de fratre in ſcribendo impedit. de D. 99.b. Apud Hetruſcos propter craſsitudinem aëris de cœlo multa fiunt.I. V.220.a.Hæc agebantur de ſella ac de loco ſuperiore.& 209.b.De manibus prædã amittere. pro Dom.239.a. Agri de hoſtibus capti. Q.Fr.315.b.De multa nocte uigilare.I.V.175.a.Recita de epiſtola reliqua. de Or. 103.a. Philoſophus qui de ſua ui ac ſapientia unus omnia penè profitetur. pro Q.R. 46.b. De quo nomine ad arbitrum adiſti, de eo ad iudicem ueniſti.pro Cecin. 296. b. Saxum de terra tollere.pro S.R.44.a.Excipere aliquẽ qui de manibus alterius effugiſſet.& 22.b. De amicorum ſententia Roſcius Romam confugit. At.215.a. Cæſar non eſt facturus quicquam niſi de meo conſilio. pro Cæl.52.a. Facere aliquid de ſententia atque authoritate alicuius. Tuſ.182.a. Minos leges ſanxit de Iouis ſententia.Att. 93. b. Puer literas patris aperire ſolet,idq; de meo conſilio. et 55.a. Vix tamen ſibi de mea uoluntate conceſſum eſt. & 104.b.Nihil faciam niſi de ſententia tua.Ep.184.b. Facere aliquid de conſilio alicuius. At.40.a.& I.V.116.b. Capere conſilium de ſententia alicuius.

De.pro,uel propter.de Or.100.a.Quod quidem certis de cauſis aliter exiſtimatur.Or.215.b.Qua de cauſa fit, ut,&c. At.32.a. Si qui de ea cauſa uenierunt. de Ar. 253. b.Corpus noſtrum tenuiſsima ſæpe de cauſa conficitur. At.115.b.Is de quo angor & crucior.Ep. 124.a. Intemelij in armis ſunt, neq; de magna cauſa. Ep.119.a.Eos tibi & rem,de qua miſi,uelim curæ habeas.de Clar.42.b.Excipere quibus de cauſis nõ liceat,&c. At.150.a. Pompeius miſit ad me Magium de pace,quæ uiſa ſunt reſpondi. pro Dom.222.a.Collegia Tribunorum tota reperientur, quæ coeant,de hominum locupletiſsimorũ bonis. At.186.b.Sed uelim ſcire,hodié ne ſtatim de auctiõe,aut quo die ueneas. I.A.155.a.Cum languerẽ de uia.de Fin.39.a. Feſſus de uia. Part.241.b.Defenſor autẽ de æquitate nitatur. Off.9.a. Regulus de captiuis commutandis Romam miſſus eſt.

De. à, uel ab. pro Cecinna 305.a. Nec minus uereretur, ne contemnere Ebutium, quàm de eo contemptus eſſe exiſtimaretur. Attic. 193.a. Id de Marcello ſciri poteſt. Attic. 8.a. Poſtea Meſſala conſul de Pompeio quæſiuit, quid de religione ſentiret. & ibidem: Ex eo quæſiuit placeret'ne ei, &cæt. & 6.b. De eo mihi Thylius ſe audiſſe ſcribit hæc, eſſe hominem cum Antonio, &cæt. Attic. 1.b. Accipere aliquid de aliquo: id eſt, ab aliquo. de Leg. 156.b. Quæro an ita factum, de Mario, ut ſcribis, acceperis. At. 215.a.Is CC. iugera de M.Pilio emit. At.186.b.Sed uelim ſcire hodié ne ſtatim



de auctione,aut quo die uenias.

Dea,deæ.l.Deus.pro Rab.91.a.Ab Ioue Optimo Maximo cæteriſq; dijs deabuſq; immortalibus pacem ac ueniam peto,precorq;,ut,&c. de N.68.b. Qui de dea matre eſt,Deus ſit neceſſe eſt. Antequam. 196.b. Dij deæq; immortales,qui,&c.

Dealbo,as.tectorium induco. I. V. 105.b. Quod ſi tanta pecunia columnas dealbari putaſſem, certè nunquã ædilitatem petiuiſſem. & ibid.Columnæ, quas dealbatas uidetis.Ep.109.a.Duos parietes de eadem fidelia dealbare. Prouerbium.

Deambulo,as.ambulo,inambulo.de Leg.158.b.Quin igitur ad illa ſpatia noſtra ſedeſq; pergimus? ubi cum ſatis erit deambulatum, requieſcemus. & 169.a. Satis iam deambulatum eſt. de Orat. 132.b. Eamus deambulatum: & ille, quid opus fuit te? immo uerò inquit, quid opus fuit te?

Debeo,bes.faciendum eſt mihi,ut,&c.conuenit, oportet. At. 273.b.Ciuis talis, qualis & prudentiſsimus & fortuna optima eſſe debet. Or. 203.a.Magni iudicij & ſummæ facultatis eſſe debebit morderator ille, &c. Ep.6.a. Qui & te maximé debuerunt & plurimùm iuuare potuerunt.de D.127.a. Oculorũ fallaciſsimo ſenſu iudicant ea, quæ ratione atq; animo uidere debebant. At. 141.a. Si uolent grati eſſe, debebunt Pompeium hortari, ut mihi ſit amicus.de Vn.203.a.Quantum eſſet,quod deberet accedere. ὅσον δέον προσγενέσθαι. de Or.137.b.Nam principia habere hanc uim magnopere debent,ut poſsint,etc.& ibi. Principia cauſarum propria eſſe debent.

Debere.ad pecuniam relatum. At.168.a.& Ep.209 b.Is debet mihi multos nummos. & 224.b. Ille debet mihi pecuniam.I.V.121.a. Debebat Epicrates ullum nummum nemini. Ep. 226.a. Ei Nicenſes pecuniam grandem debent ad Seſtertiûm octogies. I.A.174.a. Appellatus es de pecunia quã pro domo & pro ſectione debebas.& 173.a. Seſtertiûm quadringenties debuiſti. At. 83.a. Scaptius ait illos putare talenta ducenta ſe debere. & ibid. Quid uos? quantum inquam debetis? reſpondent CC. I.V.191.a. Cum frumentum deberetur pecuniam poſcere.pro Cecin. 287.b.Pecuniam alicui ex partitione deberi.Ep.33.b. Pecunia quæ mihi ex publica permutatione debetur. de Or. 98.b. Antè petitam eſſe pecuniam quàm eſſet cœpta deberi.pro Quint. 7.a. Satis eſt argumenti nihil eſſe debitum Næuio,quod,&c. I. A. 178.b.Ne iſte quidem ex iſta ſyngrapha deberi dicit pro ijs rebus, quæ, &c. pro Quin. R.49.b.Debeo tibi ex ſocietate nihil, &c. pro Quint. 3.a. Nec ſocietas tibi quicquam debet, nec priuatim Quintius debuit. Attic.233.b. Calendis Ianuarijs debuit, adhuc non ſoluit. & 234.b. Si mihi Dolobella, quod debet diſſoluerit.& 261.a. Illi turpe erit eo nomine quod ſatiſdato debeat,non diſſoluere.

Debere.ad alia relatum.de In.74.b.Hoſtiæ,quas debuiſti.pro Mar.135.a. Cum patriæ,quod debes,ſolueris. Ep. 70.a. Præſtitimus patriæ, quantum debuimus. & 173.a. Tantũ tibi debeo,quantũ perſoluere difficile eſt. Poſtquã. 201.b.Huic ego homini tantum debeo, quantum hominẽ homini debere uix fas eſt.Ep.20.a.Eſt animi ingenui,cui multum debeas,ei plurimũ uelle debere.& 151.b.Perfice, ut ne minus reſpublica tibi,quàm tu reipublicæ debeas. & 10.b.Et quoniam tibi incredibilem quendam amorẽ & omnia in te ipſum ſumma & ſingularia ſtudia deberem reip. quæ te in me reſtituendo multum adiuuiſſet, eum certè me animum merito ipſius debere arbitrabar. de Orat. 95.a.



Hoc ſummum beneficium tibi debeo, quod, &c. de Leg. 157.a. Debes hoc munus ſtudioſis literarum. At. 9.a.Qui mihi laudem illam eo minus deberet, quod, &c. I.A.165. b. Quo etiam maiorem tibi gratiam debeo,qui,&c. Ep. 122.a.Qui me odiſſe, quia magna mihi debebat beneficia, cœpit.& ibid.Soluere beneficia. Ep.151.b. Id noſtræ neceſsitudini debere me iudico.& 10.a. Qui ex me tibi fructus debentur.I.A.192.a.Cui pro diuinis meritis diuini honores debentur.de Orat.140.b. Sua cuique uirtuti laus debetur. Ad Her. 37.b. Vita hominis fato debetur. pro Seſt. 13.b. Vita neceſsitati debetur. I.P.99.a. Et pœnam,quæ tanto facinori deberetur, ſubire. I. V. 86.a. Nullum eſt tantum malum,quod non tibi pro multis ſceleribus debeatur.& 251.b. Supplicia, quæ debentur hoſtibus.I.C.100 a. Miſericordia, quæ tibi nulla debetur. I.V. 241.a.Veneri ac Libero reliquum tempus deberi arbitrabatur. I.P. 80.b.Is mihi ciuicam coronam deberi à republica dixit.de Or.109.a.Deberi hoc à me tantis hominum ingenijs putaui,ut,&c.Off.12.a. Neceſſaria uitæ præſidia debentur ijs maximè,quos antè dixi. de Fin.89.a.Gratia non debetur ei,qui &c.Ep.10.a.Sed certè,qui tibi ex me fructus debentur,eos,&c.Q.Fr.295.b. Communis fides, quæ omnibus debetur.Ep.230.b.Cuius cauſa omnia cùm cupio, tum mehercule etiam debeo.

Debilis,le.mancus,infirmus,imbecillus,leuis.)(.Firmus. I.C.111.b. Aut eos infirmos ſine illo ac debiles putabam. pro Mil.120.a.Equites Romani,quorum uires erant debiles.pro Mur.136.b.Duo corpora eſſe reip. unum debile, infirmo capite,alterum firmum ſine capite. pro Seſt. 7.b. Si gladium paruo puero,aut ſi imbecilli ſeni aut debili dederis.pro Rab.94.b.Q.Scæuola mancus & membris omnibus captus ac debilis. I.A.219.b. Mutius ſenex & debilis ueniebat in curiam. de D. 92.a. Tum ille etiam debilis factus eſt. & ibid. Is pedibus ſuis ſanus reuertit.pro Mil. 106.a. Occurrebat mancam & debilem præturam ſuã futuram conſule Milone. de Clar.184.b. Qui hac parte animi tam debilis eſſet.

Debilitas,tis.infirmitas. I.P.79.b. Tarditas ingenij, ſtupor,debilitaſq; linguæ.& de Fin.144.b. Bonum integritas corporis,miſera debilitas.de Fin.111.a.Itaq; id agũt ut à ſe dolores,morbos,debilitates repellant. de Fin.59.a. Dolores humili animo imbecilloq; ferre miſerum eſt,ob eamq; debilitatem animi multi ſeipſos penitus perdiderũt. Tuſ.208.a. & 231.a. Separatim autem certæ ſcholæ ſunt de ſeruitute,de debilitate,de cæcitate,&c. & de In.50.b. Morbus, debilitas,&c.

Debilitatio,onis.I.P. 98.b.Debilitatio atque abiectio animi.

Debilitatus,a,um.fractus.Antequam.197.a. Oppreſſa eſt reſp.armis,metu debilitata ſeruili.pro Dom.240.b. Mens debilitata metu concidit.pro Quint. 1.b. Vt multis incõmodis ueritas debilitata tandem recreetur.pro Dom. 218.a.Ciuitas fracta malis,muta,debilitata,abiecta metu. Or.95.a.Simulac me fractum ac debilitatum uidit.pro Fl. 156.a.Fractum & debilitatum Græciæ nomen. I.C.113. a.Recitatis literis debilitatus atq; abiectus,conſcientia conuictus repentè cõticuit.con.Rul. 84.a.Neruis urbis omnibus exectis,urbs ipſa ſoluta & debilitata relinquitur. I.C. 107.a.Si Catilina meis conſilijs circunclu ſus ac debilitatus ſubitò pertimuerit.I.C.109.b.Naufragorum eiecta & debilitata manus.& 106.b.Debilitatus ſtupris. pro Dom. 221.a.Tuus præcipitans iam & debilitatus tribunatus.de Fin.58.b.Pleriq; autem uicti & debilitati tradunt ſe libi

dinibus conſtringendos. Poſt.202.a. Aut debilitata uirtute, aut fracto animo eſſe. de Orat.126. a. Afflictus, debilitatus, mœrens, &c. Att. 278. a. Minimè decet te animo debilitatum uideri. Orat.107.a. Vereor ne tardem ſtudia multorum, qui deſperatione debilitati nolent, &c. pro Seſt. 20. b. Multis uulneribus acceptis, ac debilitato corpore & contrucidato, ſe abijcit exanimatus. de Or.121 b. Debilitatus à iure diſcendo.

Debilito, as. debilem facio, frango, infringo, minuo, cõminuo, exhaurio, neruos incîdo, neruos execo, eneruo, affligo. pro Flac.101.b. Membra uxoris debilitauit lapidib. fuſtibus, ferro, manus contudit, digitos confregit, neruos concîdit. de Or.87.a. Cum Druſi Tribunatus infringi iam ac debilitari uideretur. Quin. Fr.290.a. Animum frangi & debilitari moleſtia non oportet. pro Cæl.50.b. Sed hæc facta illius clariſſimi uiri mentio, & uocem meam fletu debilitauit, & mentem dolore impediuit. pro R. P. 130. b. Sed me dolor debilitat, includitq́; uocem. pro Pl.281.a. Noli animum meum debilitare luctu. de Or.160. b. Verſus debilitatur in quacunq; eius ſit parte titubatum. pro Cecin.293.a. Saucij ſæpe homines cum corpore debilitantur, animo tamen non cedunt. pro Mur.143.b. Horum ego audaciam debilito, ſceleri reſiſto. Poſtquam. 212. a. Quid eſt quod animum meũ frangere aut debilitare poſſit? in Vat.32.b. Tribunitios furores debilitare & reprimere. Epiſt. 5.b. Et ipſa die, qua debilitantur cogitationes inimicorum. pro Mur.134.b. Hæc amicorum ſtudia debilitant. & ibid. Eiuſmodi candidatorum amici intimi debilitantur. I. A.215.a. Conſenſus populi, ſi nos langueſcimus, debilitetur neceſſe eſt. de Fin. 135.a. Si uincunt, lætitia ſe efferunt, uicti debilitantur. pro Deiot. 144.b. Actio cauſæ maximè debilitatur loco. Attic.70.a. Tua profectio ſpem meam debilitat. I. A. 195. a. Vtrum hoc eſt confirmare militum animos? an debilitare uirtutem? Tuſc. 243. b. Dolor ardentes faces intentat, is fortitudinem, patientiam ſe debilitaturum minatur. pro Mar.132. a. Nulla eſt tanta uis, quæ non debilitari ac frangi poſſit. Ep.234.b. Debilitor lachrymis. Item. Debilitari à iure diſcendo. l. Debilitatus.

Debitio, onis. debitum. At.228.a. Quintus de emendo nihil curat hoc tempore, ſatis enim torquetur debitione dotis. pro Plã.273.b. Diſſimilis eſt pecuniæ debitio & gratiæ: nam qui pecuniam diſſoluit, ſtatim nõ habet, id quod reddidit: qui autem debet, is retinet alienum. gratiam autem & qui refert, habet: & qui habet, in eo ipſo quod habet, refert.

Debitor, oris. propriè is eſt, à quo inuito exigi pecunia poteſt. At.114.a. Ticinius debitoribus ſuis renunciauit ut eodem fœnore uterentur. Ep.139.b. Hæc eſt leuior plaga ab amico quàm à debitore. pro Flac.156.b. Fecit eadem omnia quæ noſtri debitores ſolent: negauit enim ſe omnino uerſuram illam feciſſe Romæ. Off.46.b. Pecunias creditas debitoribus condonare. I. P.98.a. Nónne Fuſidium creditorem debitoribus addixiſti?

Debitum, ti. debitio, æs alienum, pecunia debita, nomẽ. At.194.a. Leuatio quædam eſt, ſi minus doloris, at officij debiti. Or. 314 b. Animus mutila ſentit quædam, quibus tanquam debito fraudetur, offenditur. Attic. 212.a. Ne exiſtimes, qui non debita conſectari ſoleant, quod debeatur remiſſuros. Quin.Fr.301. b. Itemq́; miſit ad Apollonienſes, ne de bonis quæ Octauij fuiſſent, diminui pateretur, priuſquam Fundanio debitum ſolutum eſſet. Ante. 192.b. Fidei conducit in loco debitum retribuere. & 193. b. Si meminiſtis quod dedi, non debetis obliuiſci, ſed retribuere, quod debetis.

Debitus, a, um. meritus, iuſtus. pro Mil.118.a. Vobis illæ ſeræ quidem, ſed iuſtæ & debitæ pœnæ ſolutæ ſunt. pro Cor.67. a. Cui munus hoc debitum, & debitam, iuſtamq́; gratiam refero. de Or.127.b. Vt eam iracundiam non iniuſtam, ſed meritam ac debitam fuiſſe defenderes. & 144. a. Alicui debitam gratiam meritamq́; referre. Brut. 91.b. & I. A.211.a. Iuſtum ac debitum honorem alicui decernere. I.C.101.b. Vita multis ſupplicijs iuſtis debitisq́; erepta. At. 283.a. Huic habiti à me honores nulli niſi debiti. pro Flac.157.b. Soluere pecuniam alicui iamdiu debitam. I. A. 264.a. O fortunata mors quæ naturæ debita pro patria eſt potiſſimùm reddita. Ep.64.a. Reddere officium alicuĩ iamdiu debitum. At. 286. b. Benefacta pro debitis exigimus. de Opt.243.a. Docere debitum eſt, delectare honorarium, permouere neceſſarium. pro Q. 6.b. Quod debitũ non eſt, id datum non eſt. pro Cl.24.b. Pecuniam alicui nõ debitam ſoluere.

Decantatus, a, um. peruagatus, peruulgatus. de Or. 121. a. Quæſtiones omnes animo percurſas, ac propè decantatas habere debet. At.216.

Decanto, as. canto, celebro, peruulgo. At.216.b. Etenim hæc decantata erat fabula. de Or.115.b. Græcus doctor, qui alicui peruulgata præcepta decantet. de Finib. 104.b. Quæ quidem res efficit, ne neceſſe ſit iiſdem de rebus ſemper quaſi dictata decantare, neq; à commentariolis ſuis diſcedere. de D. 202. a. Solas enim multorum annorum memoria non decantandi augurij, ſed diuinandi tenuit diſciplinam. Tuſc. 202.a. Sed & iam decantauerant fortaſſe.

Decedo, dis. cedo, diſcedo, morior.)(. Accedo. Antequã 195.b. Ego inimicorum amentiæ ſalutis omnium cauſa decedam. Cœl.Ep.111.b. Quod tibi decedenti pollicitus ſum, me, &c. Antequam.194.b. Si uiolentiæ impetu opprimimur, decedam pro omnibus unus tribunitio furori. pro S. R.30.b. Tametſi uiciſſe debeo, tamen de meo iure decedã. I. V. 117. a. Prætor ui cogat aliquem de ſuis bonis omnibus decedere. Att.251.b. Sed cum uideas, quantum de iure noſtro deceſſerimus, quid hæres? & ibid. Magna eſt nobis iactura facta iuris. Att.91.b. Vt ex Cypro equites ante certam diem decederent. contra Rul. 79. b. Decedere de poſſeſſione. Off.46.b. Paulum nonnunquam de ſuo iure decedere. de Sen.90.a. Salutari, appeti, decedi, aſſurgi. pro Cæl.45.b. Dicit ſe nulla cupiditate inductum de uia deceſſiſſe. pro Flac.151.b. Senatus nihil à ſuperioribus continuorum annorum decretis deceſſit. Ep.24.a. Itaq; conſtituiſſe dicuntur, in Cariam ex noſtra prouincia decedere. pro Clu.53.a. An ut de cauſa eius nihil decederet? ad cauſam nouum crimen accederet? pro Quint.3.a. Decedit ex Gallia Romam ſimul Næuius. de Sen. 92. a. Vetat Pythagoras iniuſſu Dei de præſidio & ſtatione uitæ decedere. Epiſt.17. a. Sunt etiam qui putent, ſi decedas, à te relinqui poſſe, qui prouinciæ præſit. Epiſt. 26. a. Ego de prouincia decedens Quæſtorem Cælium præpoſui prouinciæ. & ibid. Ex prouincia decedere. I. V. 11. 8. b. De prouincia decedere. pro Cor. 56. a. & Epiſt. 18.b. Qui de ciuitate quàm de ſententia decedere maluit. Attic. 209. b. Αἰνιλόγυπον id fore putabam, quod omnes illi deceſſerant. pro Rab.97.a. Qui iam de uita deceſſerunt. In Sal.272.b. Qui iam deceſſerunt. At.4.b. Pater nobis deceſſit ad VIII. Calend. Decemb. Att. 7.a. Puer feſtiuus noſter deceſſit.

Decem



Decem & tres. pro S.R.21. b. Fundos decem & tres reliquit.

Decem & ſex. pro ſexdecim. pro Cl.33.

Decempeda, dæ. eius menſuræ inſtrumentum, quo terram metiuntur metatores. I. A.260.a. Saxa peritus metator, urbem iam decempeda ſua diuiſerat. pro Mil. 115.b. Qui cum architectis, & decempedis uillas multorum hortosq́; peragrauit. Acad.32.a. Solis magnitudinem quaſi decempeda metiri.

Decempedator, oris. metator. I. A.255.a. L. Antonius æquiſſimus agri publici & priuati decempedator.

Decemprimi, qui Δεκάπρωτοι græcè dicuntur. nomen erat legationis Amerinorum: ut quinq; primi, Agyrinenſium in Sicilia, qui πεντάπρωτοι à græcis. pro S.R. Itaq; Decurionum decretũ ſtatim fit, ut decemprimi proficiſcantur ad L. Syllam. I. V.162.a. Quinqueprimi accitu iſtius euocantur. & 263.b. Agyrinenſes magiſtratus et quinqueprimi, &c.

Decemuiri, rorum. de Or. 90.a. & contra Rul. 69. b. Noſtri Decemuiri, qui duodecim tabulas perſcripſerũt.

Decemuiralis, le. ut ampliſſimum collegium decemuirale. I. V.225.b. Or.* I. Rul.* concurſatio decemuiralis.

Decemuiratus, tus. Decem uirûm magiſtratus, & officium. contra Rul.78.a.

Decenter. decorè. pro Cec. 299. a. Iura à maioribus decentiſſimè deſcripta.

Decentia, tiæ. conuenientia, condecentia, decorum. de N.55.b. Venuſtatem, ordinem, & ut ita dicam, decẽtiam oculi iudicant.

Decerno, nis. ſtatuo, conſtituo, in animum induco, deſtino, mihi certum eſt, cõſilium eſt, animo intendo, conſilium capio, iudico, cenſeo, ſancio, decretum facio, decretũ interpono, creui, ſententiam dico uel fero, decerto. At.95. b. Decreueram cũ eo ualde familiariter uiuere. de Or.123. a. Minimè, inquit, Antonius, ac ſic decreuit philoſophari potius ut Neoptolemus apud Ennium paucis. At.99.b. et Ep.39.b. Supplicationem mihi nũc decreuit Cato. de Fin. 111.b. Cum ſenatus triumphum Africano decerneret. Ep. 247.b. Itaq; feci ſupplicationem decretam: id eſt, decreui ſupplicationem. quidam enim ſic diſtinguũt. Ep.2.b. Craſſus treis legatos decernit, nec excludit Pompeium: cenſet enim etiam ex iis, qui cum imperio ſunt. Ep. 24.a. Sum ſolitus, quid nam de prouincijs decernatur. & 41.b. Ad me adire quoſdam memini, qui dicerent nimis magnos ſumptus legatis decerni. et ibi. Ego cenſui ſumptus legatis quã maximè ad legem Corneliam decernendos. At.99.a. Annuus ſumptus mihi decretus eſt. Ep. 21.b. Itemq́; petiui à te non ut decernatur aliquid noui, quod ſolet eſſe difficilius, ſed ut ne quid noui decernatur. & 4.a. In primisq́; ut quæ Titus Appius de eius re decreuerit, ea comprobes. At. 282.a. Decernere honores alicui. & 82.a. Nullos honores mihi niſi uerborum decerni ſino. Q. Fr.393.b. Hæc inſtitutio poteſt ſuſtinere in rebus ſtatuendis decernendisq́; eam ſeueritatem, qua, &c. Ad Br.91.b. Honos debitus dijs immortalibus decretus eſt. At.163.b. Res quas Cæſar ſtatuit, decreuit, egit, &c. & 263.b. Coſſ. de conſilij ſententia decreuerunt ſecundum Buthrotios. Att. 54.b. Nunciat iam populo pontifices ſecundum ſe decreuiſſe. & 204.b. Cõſules decreuerunt ſecundum Cæſaris decreta & reſponſa. Attic. 283. a. Decreui ut in faſtis ad eum diem Bruti nomen inſcriberetur. Quin. Frat.395.a. Prætor edixit ne ad ludos pecuniæ decernantur. & ibid. Cum ad templum monimentumq́; noſtrum ciuitates pecunias decreuiſſent. At. 112.a. Poſthumus, de quo nominatim decreuit ſenatus ut iret in Siciliam. pro Dom.228.a. Nullũ eſt in hac urbe collegiũ, quod non ampliſſimè de ſalute mea decreuerit. I. V. 100.b. Verres contra edictum ſuum ſine ulla religione decernebat. pro Fl. P. Orbius contra te omnia decreuit. pro Dõ.216.b. Non oportet quicquam uni extra ordinẽ decerni. Ep.8.b. Stipendium Cæſari decretum eſt, & decem legati. de Orat. 140. b. Decreta uirtuti præmia. I.C.119.a. Vos mea diligẽtia patefactã eſſe coniurationẽ decreuiſtis. I.C.114.a. Atq; hoc idem decretũ eſt in L. Caſſiũ. I.V.141. b. Senatus decreuit populusq́; iuſſit. pro Cæl.45.b. Si eſſet aliqua diſſimilis iſtius, quæ haberet palàm decretũ ſemper aliquem, &c. pro Dom.218.a. Lex decreta. Ad Her. 9. b. De eadem re ſæpe alius aliud decernit, aut iudicat. pro Mur.134.b. Aequalitas decernendi. At.47.a. Nil impertiſti tuæ prudentiæ ad ſalutem meam, quod aut in me ipſo ſatis eſſe conſilij decreueras, aut, &c.

Decernere. decertare. de Or.127.a. Pro mea omni fama fortunisq́; decerno. Att.122.a. Pendeo animi expectatione Corfinienſi, in qua de ſalute reipubl. decernitur. pro Quin.1.b. Vno iudicio de fortunis omnibus decernere. At. 163.a. Sed utinam meo ſolum capite decernerem. & 102. b. Sic omnia facere omnis debet, ne armis decernatur. de Or.138.a. Certamen, quod ferro decernitur.

Decerpo, pis. delibo, excerpo, aufero. pro Mar.132.a. Nihil tibi ex iſta laude Centurio, nihil præfectus decerpit. de Or.130.a. Ne quid iocus de grauitate decerperet. Tuſ. 255.b. Humanus animus decerptus ex mente diuina.

Decertatio, onis. dimicatio, concertatio. In Arat. 235. a. Harum rerum omnium decertatio conſulibus commiſſa eſt.

Decerto, tas. depugno, dimico. Offic.7.b. Duo genera decertãdi ſunt, unum per diſceptationem, alterũ per uim: illud proprium eſt hominis, hoc belluarũ. Ep.64.a. Cum multis conſularibus tanta contentione decertaui, quanta nunquam antea. de Fin.125.a. Locus, ubi Demoſthenes & Aeſchines inter ſe decertare ſoliti ſunt. de Pro.75.b. Cæſar cum acerrimis nationibus Germanorũ prælijs feliciſſimè decertauit. pro Dom.226.a. Vi & armis contra uim decertare. I. A.160.a. An decertare mecum uoluit contentione dicendi? pro Pl.277. b. Iure & legibus diſceptando decertare.)(. Armis dimicare.

Deceſſio, ſionis. abitus, diſceſſus. Ep. 49. b. Is mecum ſæpe de tua manſione aut deceſſione communicat. At.95. a. Mihi deceſſionis dies λεληθότως obrepebat. Q. Fr.290. a. Ego tibi ſpem maturæ deceſſionis afferebam. pro R. P. 127.b. Non intelligo hoc quale ſit, utrum acceſſionem decumæ centeſima, an deceſſionem de ſumma fecerit. & ibi. Deceſſionem mille talentûm eſſe factam. de D.115.b. Hæc deceſſio capitis aut acceſſio ſubitóne fieri poteſt? de Vn. 198.b. Nec enim ulla deceſſio fieri poterat, nec acceſſio.

Decet, bat. conuenit, decorum eſt, dignum eſt, poſtulat, patitur, par eſt, aptũ eſt. de Or.162.b. Nũc quod aptũ ſit: id eſt, quod maximè deceat in oratione, uideamus. Off. 25.b. Quid deceat, & quid aptũ ſit perſonis, etc. de Or.95 a. Nõ enim pudendo, ſed non faciendo id, quod nõ deceat, impudentiæ nomen fugiendũ eſt. & ibi.b. Quem non decet, hunc ad id quod poſſit, detrudendum puto. et 116.a. In quibus neq; abeſſe quicquam decet, neq; redũdare. At.93. b. Quo maiorẽ ſpem habeo, nihil fore aliter ac deceat. Or. 203.a. Vt in uita, ſic in oratione nihil eſt difficilius, quàm quod deceat, uidere. & ibi.b. Decere declarat, quaſi aptũ eſſe conſentaneumq́; perſonæ, quod in omnibus reb. ualet,

 contrau

contráq; item dedecere. Off.19.a.Quod decet, honeſtum eſt: quod honeſtum eſt decet.& 22.b.Nihil decet inuita, ut aiunt, Minerua. de D.88.b.Sed exemplis grandioribus decuit uti. I.A.205.b.Res confecta eſt, minus quidem illa ſeuerè quàm decuit, non tamen omnino diſſolutè. de Op.243.b.Si eodem modo putant dici pro Milone decuiſſe. Off.23.a.Nec uelle experiri, quàm ſe aliena deceant. & ibid. Id enim maximè quenq; decet, quod eſt cuiuſq; ſuum maximè. Or.192.a.Decet hoc neſcio quomodo illum. de Pro.77.b. Hoc decet me, & conuenit ijs rebus quas geſſi. de Fin.103.b.Decet chariorem eſſe patriã nobis, quàm noſmet ipſos. Tuſc.211.a.Oratorem iraſci non decet, ſimulare non dedecet. de Leg.170.b. Fieri ſic decet.

Decido, dis. cado. Off.41.b.Ficta omnia tanquam floſculi decidunt. de Sen.92.a.Poma ex arboribus, ſi matura ſunt, decidunt. de Ar.256.b.Ne in unius imperium res decidat, admonemur. At.36.a.Decidere ex aſtris.

Decído, dis. deciſionem facio, tranſigo, pactionem facio. de Arch.253.a.Clodius cum propinquis ſuis decidit, ne reos faceret. pro Quint.3.b. Decidis ſtatuíſq; tu quid ad denarium ſolueretur. & ibi.a.Per te C. Aquilli decidit P. Quintius, quod liberis Scapulæ diſſolueret. I.V.101.b.Dicebat iſte, niſi cum muliere decideretur, in poſſeßionem ſe ire iuſſurum. I.V.125.a.Qui cum reo tranſigat, pòſt cum accuſatore decidat. I.V.159.b. Qui medimnis DCC. decidere noluit. pro Sex.Roſ.37.a.Tranſigere atque decidere cum aliquo. & 50.b.Magno tuam dimidiam partem decidiſti. & ibid. Tuam partem dimidiam, quemadmodum uis decide. et ibidem. De tota re, inquit, decidiſti: ergo huc, &c. pro Quint.3.b.Decidere de omnibus rebus rationibuſq; ſocietatis.

Decimus. I.A.175.a.Hora diei decimã ferè ad ſaxa rubra uenit.

Decipio, pis. capio, impono, circumuenio, fraudo, circumſcribo, induco, fallo, ſupplãto, fucum, ut dicitur, facio, in fraudem impello, in errorem induco, uerba do, errorem obijcio, errorẽ incutio, in fraudem deduco, aucupor, eludo. de D.132.b.Nam illa amphibologia, quæ Crœſum decepit, uel Chryſippum potuiſſet fallere. At.208.a. Niſi forte me communis φιλαυτίας decipit. Att.4.b.Quod te de Tatano negocio decepiſſe ſcribis, id ego Tadio gratum eſſe intellexi. de Orat.135.b.Decipere expectationem alicuius. Acad.17.a.Decipi, falli, capi. pro Flac.163.b.Cur matris imbecillitatem epiſtolis aucupatur? Attic.246.a. Verba mihi dari facilè patior, in hocq; me libenter præbeo credulum.

Deciſio, onis. tranſactio. pro Q.R.53.a. Dicam deciſionem factam eſſe, quæ facta non eſt. pro Flac.162.b.Deciſionis arbiter. C.Cæcilius fuit. pro Cec.395.b. Noſtra deciſio de æquitate.

Decius, cij. Tuſ.167.b.

Declamatio, onis. domeſtica exercitatio & umbratilis, & commentatio incluſa, quo in genere pueri apud magiſtros exercentur. pro Mur.134.a. Non placet mihi declamatio potius quàm perſalutatio. Tuſ.129.b. Hæc mihi ſenilis eſt declamatio. pro Plan.268.b. Vulgaris & peruulgata declamatio. Item: Declamationis nomẽ apud nullum autorem antiquum ante ipſum Ciceronem inueniri poteſt. Seneca.

Declamator, oris. de Orat.155.b. Non eum declamator aliquis ad clepſydram latrare docuerat. pro Pl.277.a.Nõ uobis uideor cum aliquo declamatore diſputare? Itẽ: Declamator de ludo. l. Rabula.



Declamatorius, a, um. de Orat.91.a.Declaratur utrum in hoc declamatorio ſit opere iactatus. Quint.Frat.323.b.Puer magis illo declamatorio genere delectatur, in quo, quoniam ipſi fuimus, patiamur illum ire noſtris itineribus.

Declamito, as. de Orat.107.a.Græci, qui annos complures ſedentes declamitant. Tuſ.149.b.Vt enim antea declamitabam cauſas, quod nemo diutius fecit, ſic hæc mihi ſenilis eſt declamatio. Epiſt.265.a. Præterea declamitare Græcè apud Caßium inſtitui, Latinè autem apud Brutum exerceri uolo. de Cl.194.b.Commentor declamitans (ſic enim nunc loquuntur) ſæpe cum M. Piſone, aut cum aliquo quotidie. I.A.168.b. Quanquam tu quidem uini exhalandi, non acuendi ingenij cauſa declamitas.

Declamo, as. ualde clamo, exerceor, ludo. de Fin.125.a. Ad fluctum, aiunt, declamare ſolitum Demoſthenem, ut fremitum aſſueſceret uoce uincere. I.V.234.b.Ille inſanus, qui pro iſto contra me uehementißimè declamaſſet, libellum mihi dat. Ep.43.a. Maieſtas eſt (ut Sylla uoluit) ne in quemuis impunè declamari liceret. At.227.a.Haud amo uel hos deſignatos, qui etiã declamare nõ coegerũt. pro Sex.Roſ.32.a.Quæ mihi uiſus eſt ex alia oratione declamare. I.A.198.a.Ipſe interea decem & ſeptem dies de me declamauit, ut digeſtio potius quàm declamatio uideretur. de Or.97.a.Exercitatione quaſi ludicra prædiſcere & meditari.

Declaratio, onis. Ep.255.b. Liber iſte, quem mihi miſiſti, quantam habet declarationem amoris tui.

Declaro, as. ſignifico, demonſtro, oſtendo, renuncio. Ep.69.b.Itaq; hoc ſæpius dicendum, tibiq; non ſignificandum ſolum, ſed etiam declarãdum arbitror, nihil mihi eſſe potuiſſe tuis literis gratius. I.A.202.a. Lepidus gemitu & mœſtitia declarauit quantum haberet odium ſeruitutis. Or.217.b. Quod plurimis locis perorationes noſtræ uoluiſſe nos & animo cõtendiſſe declarant. Off.34.a.Hoc autem tempore tantum nobis declarandum fuit, cur, &c. At.86.b.Qui declarauit quanti me faceret, cùm ſæpe, tũ in Burſa. pro Dom.232.b.Is nullam beneuolentiam inſignem in rempublicam declarat. de D.106.b. Homo ſignis quibuſdam conſequentia declarantibus futura præſentit. de D.80.b.Volatibus auium cãtibuſq; ut certißimis ſignis declarari res futuras. de N.59.a.Multa oraculis delarantur, multa uaticinationibus. Parad.125.a. Copiam rerum declarat ſatietas rerum & abundãtia. de Or.101.a.Actionum genera quædam maiorum conſuetudinem uitamq; declarant. de Or.163.b.Geſtus ſententiam non demonſtratione, ſed ſignificatione declarans. de D.88.b. Declarant illa quidem acumen interpretis, ſed, &c. de Or.135.a.Cannius exclamat neutrum illis literis declarari: id eſt, A.F.P.R. Off.6.a.Declarauit id modò temeritas C.Cæſaris, qui, &c. de Fin.92.b.Plura uocabula idem declarantia. Orat.203.b.Decere perfectionem declarat officij. & ibid. Decere declarat quaſi perfectum eſſe, &c. de Or.147.a.Verba uſitata & propriè demonſtrantia ea, quæ ſignificari & declarari uolemus. de N.27.a.Præſentiam ſæpe Diui ſuã declarant. de Or.100.b.Propriam cuiuſq; rei uim definitione declarare. de Vn.202.a.Qui eatenus ſe nobis declarant, quoad ipſi uolunt. pro Mur.124.b. Profectò etiam rectius in iudicio conſulis deſignati, is potißimum conſul, qui conſulem declarauit, autor beneficij populi Romani, defenſorq; periculi eſſe debebit. et ibid. Illo die, quo L. Murenam conſulem renunciaui. contra Rul.66.b. Itaq; me non extrema tribus ſuffragiorum, ſed primi illi ueſtri concurſus,





curſus, non ſingulæ uoces præconum, ſed una uoce uniuerſus populus conſulem declarauit. At.38.a. Clodius Tribunus plebis declaratus.

Declinatio, onis. deflexio. )(. Appetitio. de N.66.a. Nullũ animal eſt in quo non & appetitio ſit, et declinatio naturalis. pro Cl.48.b.& At.34.b.Neq; hæc tua recuſatio confeßio ſit captæ pecuniæ, ſed laboris et periculi declinatio. de Fat.144.b.& de Fin.52.b. Epicuri atomorũ declinatio commentitia. de Fat.149.b. Cũ attuliſſet nullam cauſam, quæ iſtam declinationem efficeret: tamẽ, &c. I.C.100.b.Ictum parua quadam declinatione, ut aiunt, corpore effugere. de Or.162.a.Declinatio breuis à propoſito.

Declino, as. deflecto, decedo, uito, declinationem efficio, de uia deducor. )(. Appeto, aſciſco. de Or.123.a. Sed ut eò reuertatur unde huc declinauit oratio: uides ne, &c. Or.209.b. Vt declinet à propoſito deflectatq; ſententiã. Tuſ.212.a. Vt bona natura appetimus, ſic à malis natura declinamus: quæ declinatio, ſi cũ ratione fit, cautio appellatur. de N.66.a. Appetuntur quæ ſecundũ naturã ſunt, declinãtur contraria. At.33.b.34.a.Declinare periculũ ſine moleſtia. Or.219.b.Teſte declinare impetũ aduerſarij. de Fin.125.a.Declinare de uia ad dextrã. At.231.b.Nõ arbitrãtur Antoniũ à Capua declinaturũ. pro Pl.280.a.Vrbem illã declinaui, quæ, &c. pro Cl.39.b.Declinare de ſtatu ſuo. de Am.107.b.Nonnunq̃ declinandũ eſt de uia, modò ne ſumma turpitudo ſequatur. Of.29.b.Quæ autẽ parua uidentur delicta, ab his eſt diligentius declinandũ. de L.167.b.At ego huc declinabam non inuitus. Off.4.b.Declinare uicia. & 3.a.Et declinare ea quæ nocitura uideãtur. de Fat.144.b.Motus extra pondus & plagã, cũ atomus declinat interuallo minimo. de Fin.52.b.& de N.15.a.Epicurus ait, ſine cauſa declinare atomos. de Fat.149.b. Atomum loco moueri, & declinare dicis. & ibi. Quæ ergo noua cauſa in natura eſt, quæ declinet atomũ: ideſt, deflectat. & 144.a.Cum duo indiuidua per inanitatẽ ferantur, alterũ è regione moueri, alterũ declinare. pro Seſt.19.b. Magna rerũ permutatione impendente declinaui paululum. pro Mil.109.b.Declinare laqueos iudicij. de Fin.128.a. Declinare aliquid. )(. Aſciſcere aliquid. Par.235.a. & de N.54.b.Declinare aliquid: id eſt, uitare & fugere.

Decoctor, oris. qui ſuam rem confecit, inficiator, fraudator. I.A.169.a. Decoctoribus lege Roſcia certus locus erat conſtitutus. I.C.105.a.Exercitus collectus ex ſenibus deſperatis, ex ruſticis mendiculis, ex decoctoribus.

Decoctus, a, um. de Or.152.b.Suauitas auſtera, ſolida. )(. Dulcis, decocta.

Decolor, ris. quod colorẽ amiſit, pallidus. Tuſ.179.a. Iam decolorem ſanguinem omnem exorbuit. poetæ.

Decoloratio, onis. liuor. de D.120.b.Sed & decoloratio quædam ex aliqua contagione terrena, maximè poteſt ſanguini ſimilis eſſe.

Decoloratus, a, um. ſine colore. Ad Her.7.b. Si tumore aut liuore decoloratum eſt corpus mortui, ſignificat eũ ueneno necatum. & 14.b.Mortuum deformatum, tumore præditum, corpore decoloratum conſtat fuiſſe.

Decoquo. malè rem gero, conturbo. I.A.169.a.Tenes ne memoria prætextatum te decoxiſſe? & ibid. Qui fortunæ uicio, non ſuo decoxiſſet. At.144.a.Sciebam eum agrum decoquere quoto anno. Item: Suauitas auſtera, ſolida. )(. Dulcis, decocta. l. Decoctus.

Decor, oris. l. Decus. Acad.45.a. Theophraſtus ſpoliauit uirtutem ſuo decore, imbecillamq; reddidit, quod negauit in ea ſola poſitum eſſe beatè uiuere. de Fin.56.a.b. Fa-



ctis uirorum fortium, non emolumento aliquo, ſed ipſius uirtutis decore laudandis.

Decoratus, a, um. ornatus. Tuſ.251.a. Caſſum quiddam, & inanis uocis ſono decoratum.

Decorè. decenter. Off.23.a.& 26.a. et de D.84.b.Vt ea ſi non decorè, at quàm minimè indecorè faciamus. de Or.96.b.Loqui ad rerum dignitatem aptè & quaſi decorè. & 160.a.Quibus hi tres pedes in principio continuandorum uerborum ſatis decorè cadunt.

Decoro, as. honeſto, orno, cohoneſto, celebro. )(. Dedecoro. de Or.101.a.Cum honeſtus labor honoribus, præmijs, atq; ſplendore decoratur. Off.221.a.Scipiones patriam ſuam ſpolijs triumphiſq; decorarunt. Acad.a.Quæ populari gloria decorari in Lucullo debuerunt, ea ferè ſunt & Græcis & Latinis literis celebrata. de Or.105.a. Socrates reſpondit ſeſe meruiſſe, ut amplißimis honoribus & præmijs decoraretur. de Cl.189.a.Hæ omnia uitæ decorabat gratuitas & integritas. I.V.131.a. Id oppidũ maximis monumentis decoratur. pro Lig.138.a.O clementiã admirabilem atq; omnium laude, prædicatione, literis monumentiſq; decorandam. pro Arch.190.a.Omnes deniq; illi Maximi, Marcelli, &c. non ſine communi omnium noſtrûm laude decorãtur. Antequam.192.b. Quos maiores noſtri æterna triumphi laude decorarunt. pro Cor.57.b. Quem pop. Romanus ſingularibus honoribus decorauit. I.P.85.a.Reſpublica quã ipſe decorarat atq; auxerat. Tuſ.155.a.Nemo me lachrymis decoret, nec funera fletu Faxit. cur? uolito uiuus per ora uirûm.

Decorum, ri. decus. Or.203.a.Vt in uita, ſic in oratione nihil eſt difficilius quàm quod deceat. πρέπον appellant Græci, nos dicamus ſanè decorum. huius ignoratione non modò in uita, ſed ſæpißimè & in poematis, & in oratione peccatur. Off.19.a.Hoc loco continetur id quod dici Latinè decorum poteſt, Græcè enim πρέπον dicitur. huius uis eſt ea, ut ab honeſto non queat ſuperari. Off.19.b.Decori deſcriptio duplex: nam & generale quoddã decorum intelligimus, quod in omni honeſtate uerſatur: & aliud huic ſubiectũ, quod pertinet ad ſingulas partes honeſtatis. & ibi de utroq; decoro. & ibi. Decorũ quod poetæ ſequuntur. At.208.b.Illam Academicen σύνταξιν, totam ad Varronem traduximus, quæ modò fuit Catuli, Luculli, Hortenſij: deinde quia παρὰ τὸ πρέπον non uidebatur, quod erat hominibus nota, &c. ſimulac ueni ad uillã, eoſdem illos ſermones ad Catonem Brutumq; tranſtuli. Off.19.b.Seruare decorum. Off.73.b. Seruire perſonæ. pro Seſt.25.a.Scio quid grauitas ueſtra, quid hæc aduocatio, quid ille conuentus, quid dignitas populi Rom. & quid periculi magnitudo, quid ætas, quid honos meus poſtulet. decori eſt explicatio.

Decorus, a, ũ. quod decet, cõueniens, πρέπον, cõſonus. )(. Indecorus. At.72.a. Patras accedere ſine ijs impedimẽtis, nõ ſatis uiſum eſt decorũ. Of.13.b.Nihil niſi quod honeſtũ decorũq; ſit, expetendũ eſt. de N.56.b. Aurũ res eſt ad uſum apta, & ad ornatũ decora. de Sen.82.b. Sed tamẽ decorus eſt ſermo ſenis quietus et remiſſus. de L.169.a. et de Vn.198.a. Color albus præcipuè decorus deo eſt. de D.104.b.Quod non decorũ eſt, nec dignum dijs. de L.173.b. Quæ cuiq; Diuo decoræ gratæq; ſint hoſtiæ prouidento. Of.22.a.Omnino ſi quicq̃ eſt decorũ, nihil eſt profectò magis q̃ æquabilitas uniuerſæ uitæ, tũ ſingularũ actionum. de D.93.b.Epicurus ſentit nihil unquam elegãs, nihil decorum. Ac.2.b.Hoc tibi non ita decorũ eſt. At.64.a. Vt uix ſatis decorũ uideretur, cum plures dies eſſe in Tuſculano.

de D.

de D.85.a.Ocia,qui ſtudijs læti tenuere decoris. Hor. 38. Et Lycum nigris oculis nigroq; crine decorum.

Decrepitus,a,um.ſenectute affectus, confectus ſenectute,qui ſumma ſenectute eſt.pro Cæl.45.b. Triſtis ac decrepitus ſenex.

Decreſco,ſcis.ſubſedeo,decedo.de D.115.a. Oſtreis et conchilijs omnibus contingit,ut cũ luna creſcant pariter, pariterq; decreſcant:id eſt,exhauriantur.

Decretum,ti.interdictum,conſultum,ſcitum. δόγμα. I.V.132.b.Qui Romæ totum edictum, & annua decreta uendidit.I.V.95.b.Qui decretis edictisq; tuis in te concitati ſunt.pro S.R.22.b.Decurionum decretum ſtatim fit,ut Decem primi proficiſcantur ad L.Syllam.Ad Her.9.b.Iudicatum eſt de quo ſententia lata eſt, aut decretum interpoſitum.I.V.132.b.Verres ab Siculis ob decreta interponenda pecuniam accepit.pro Dom.227.b. Omnes publicanorum ſocietates de meo conſulatu ampliſsima atq; ornatiſsima decreta fecerunt. Ep.224. b. Pecuniam neq; ex edicto,neq; decreto depoſitam habuit. Poſtquam. 204.a. Senatus à quo ſæpe munificentiſsimis decretis honeſtati ſumus.At.151.a.Cæſar uolet augurum decreta facere. I.A. 153.b.Ne qua tabula ullius decreti Cæſaris aut beneficij figeretur.contra Rul.74.b.Cur non item & cũ decreto & palàm regionem illam petiuerunt? At.263.a. Si ea decreta,quæ de Cæſaris actis interpoſita ſunt, non ſeruantur, magna perturbatio rerum futura eſt.Att.264.a. Decretum quod Coſ.ſecundum Buthrotios fecerunt. & 262.b. Liberaliſsimum decretum abſtulimus, quod eſt obſignatũ ab ampliſsimis uiris. pro Mil.109.a.Cum Pompeius de me decretum Capuæ feciſſet.& I.V.144.b. Decretum factum.I.A.226.b.Si omne ius decretis reipub.ſtatueretur. pro Dom.218.a.Senatus decreta.Acad.8.a.Sapientia neque de ſe ipſa dubitare debet,neq; de ſuis decretis,quæ philoſophi uocant δόγματα, quorum nullum ſine ſcelere prodi poterit.Acad.27.a.Nullum ſapientis decretum eſſe poteſt, niſi comprehenſum, perceptum,& cognitum.de Fin.70.b.Eſt enim tanti philoſophi,audacter ſua decreta defendere.

Decretus,a,um.de Pro.76.b.Is prouinciam deſponſam,non decretam habere uideatur:id eſt,perpetuam,nõ ad tempus demandatam.

Decuma,mæ.decima pars, quam arator decumano dabat.I.V.153.b.Quantum decumanus edidiſſet,tantum ſibi decumæ dare oportere.& 163.a. Aratori nouem partes reliquas factas eſſe.& 170.a.Ager uectigalis populo Rõ. ex parte decuma.

Decumanus,ni.magnus, & publicanus qui decumas exigit.de Fin.69.b.O Publi, ô Gurges Galloni, es homo miſer,inquit, cœnaſti in uita nunquam bene, cum omnia in iſto conſumis,ſquilla atq; accipenſere, cum decumano. I.V.153.b.et 154.a.De decumanis,qui decumas exigebãt.

Decumbo,bis.cubo,iaceo.Tuſ.183.b.Mittunt etiã uulneribus confecti ad dominos,qui quærant, ſi ſatisfactum ijs ſit,ſe uelle decumbere.& ibi.Quis non modò ſtetit,uerùm etiam decubuit turpiter.I.A.190.b. Quod gladiatores nobiles faciunt ut honeſtè decumbant, faciamus nos principes orbis terrarum. I.V.160.b. Cum Apronius in triclinio,quod in foro ſtrauerat,decubuiſſet.

Decuria,riæ.claſsis,ordo iudicum romæ, à decies centenis iudicibus appellata,qui in ſingulis curijs ſedebant.I. A.156.b.Lex promulgata eſt de tertia decuria iudicum. & 197.a. & 246.b. I.V.125.a.Hunc hominem iudicum numero habebimus? hic alteram decuriam ſenatoriam iudex obtinebit? & 189.b. Qui nummulis corrogatis de ſcenicorum corollarijs cum decuriam emerunt,ex primo ordine exploſorum in ſecundum ordinem ciuitatis uenerũt. pro Cl.39. a. Mulcta ab eo petita eſt ſicut ab Iunio,quod non ſuæ decuriæ munere,neq; ex lege ſediſſet. I.V.108.a. & 153.b.Ex hac decuria noſtra.

Decuriatio,onis.in curias diſtinctio et deſcriptio.pro Pl.268.a.Decuriatio Tribulium,deſcriptio populi, &c.

Decuriatus,a,um.in curiam adſcriptus.Q.Fr.300.a. S.C.factum eſt,ut ſodalitates decuriatiq; diſcederent. pro Dom.215.b.Cum deſperatis ducibus decuriatos ac deſcriptos haberes exercitus perditorum.

Decurio,as.eſt in curiam aſcribere.pro Plan. 268.a. Doce decuriaſſe Plancium,conſcripſiſſe populum,&c. et ibi.b.Tu doce Plãcium ſequeſtrem fuiſſe,largitum eſſe,cõſcripſiſſe,tribules decuriauiſſe. pro Seſt.10.a. Cũ uicatim ſerui conſcriberentur,decuriarentur.I.A.212.b. Non rurſus improbos decuriabit? non ſollicitabit agrarios?.

Decurio,onis.quaſi ſenator in municipio uel conuentu.pro S.R.22.b.Decurionum decretum ſtatim fit,ut decem primi proficiſcantur ad Syllam. pro Cl. 26. a. Illum tabulas publicas Larini corrupiſſe decuriones uniuerſi indicarunt.pro Seſt.4.b.Recita quid decreuerint Capuæ decuriones.Item:L.Manlius eſt unà cum reliquis Neapolitanis ciuis Romanus factus,decurioq; Neapoli.

Decurro,ris.Tuſ.151.a.Iam uideo calcem,ad quem cũ ſit decurſum,nihil ſit præterea extimeſcendum.

Decurſio,onis.excurſio.Ep.172.b. Neceſſe eſt Antonius Apennino alpibusq; ſe teneat, & decurſionibus per equites,quos habet multos,uaſtet ea loca quæ incurrerit. Bruti.

Decurſus,a,um.confectus.de Sen.94.b.Nec uerò uelim quaſi decurſo ſpacio à calce ad carceres reuocari.pro Quin.16.b.Biduo DCC. millia paſſuum eſſe decurſa. & 15.a.DCC. millia paſſuum uis eſſe decurſa biduo.& 18.b. Propè acta iam ætate decurſaq;.Epiſt.122.b.Cætera porrò & ætate iam ſunt decurſa,&,&c. de Orat.97.a.Iſta quæ abs te breuiter de arte decurſa ſunt, audire cupimus: id eſt,curſim indicata.

Decurſus,ſus.ſpacium,functio.Epiſt.31.b. Facilior erit mihi quaſi decurſus mei temporis.de Orat.85.a.Decurſus honorum.

Decurtatus,a,um.de Or.97.a. Animus mutila ſentit quædam,& quaſi decurtata.

Decus,oris.honor,laus,dignitas,honeſtas, ornamentum.de Or.101.b. Ego mihi hoc præſidium comparaui, non ſolum ad uſum forenſem,ſed etiam ad decus atq; ornamentum ſenectutis.I.V.223.a.Decora atq; ornamenta fanorum.pro Cec.290.a. Falcula decus atq; ornamentum iudiciorum.I.A.171.a.Cn.Pompeius,qui populi Romani decus ac lumen fuit.de N.3.b.Hoc magni intereſt ad decus & laudem ciuitatis. At.187.a. Vt cernat duplici decore cumulatam domum.Off.25.a.Ciuitatis dignitatem & decus conſeruare.& 4.b.Honeſtatem & decus conſeruare. de Pro.74.b.Sed decus illud & ornamentum triumphi minuendum non putaui. de Fin.72.a. Vna ſimplex,cuius autor Zeno,poſita in decore tota: id eſt, in honeſtate. de Fin.73.b.Epicureos niſi arguimus,omnis uirtus, omne decus,omnis uera laus deſerenda eſt.& 139.b.Ad laudem et ad decus nati ſumus.Ep.151.b.Verum decus in uirtute poſitum eſt.de Fin.76.b.Adeunda ſunt pericula decoris honeſtatiſq; cauſa.Tuſ.194.a. Cũm decore atq; omni me ornatum laude recordor. de Cl.169.b. Vt homini decus eſt ingenium,



ingenium,ſic ingenij lumen eſt eloquẽtia. de Cl.176.a.M. Brutus,in quo magnum fuit Brute dedecus generi ueſtro. de Cl.196.b. Et iiſdem artibus decus omne uirtutis iunxiſti. Off.28.b.Modus autẽ eſt optimus,decus ipſum tenere. de Leg.167.a. Decus,quod antiqui ſummum bonum eſſe dixerunt,hic ſolum bonũ dicit:item dedecus,quod illi ſummum malum,hic ſolum.

Decuſſo,as.in formam X literæ conſtituo. de Vn.199. a.Hanc igitur omnẽ coniunctionẽ duplicem in longitudinẽ diffidit,mediæq; accõmodans,mediam quaſi decuſſauit.

Dedecet,bat.indecorũ eſt.)(.Decet,decorum eſt. Or. 203.b.Decere quaſi aptũ eſſe & conſentaneum perſonæ, contraq; itẽ dedecere. de Or.96.a. Iis quæ habeas modicè ac ſcienter uti,& ut ne dedeceat.Tuſc.221.a. Oratorẽ iraſci minimè decet,ſimulare nõ dedecet.Off.29.b. Vt ſi quid dedeceat in illis,uitemus & ipſi.aliter,In illos.

Dedecoro,as.dedecore afficio,turpifico.Off.53.b. Te inanem redire turpiſsimum eſt,dedecorantem & urbis autoritatem & magiſtri.

Dedecus, oris.turpitudo, nota turpitudinis, infamia, probrum,labes,macula,ignominia,labes turpitudinis, opprobriũ.Tuſc.177.b.Nihil uideri debet peius dedecore. I. A.190.b. Nihil eſt deteſtabilius dedecore. de Leg.167.a. Antiqui decus ſummũ bonum eſſe dixerunt, item dedecus ſummum malum. Ad Heren.17.b. Dolor dedecore & infamia leuior eſt. Off.28.a.Ampla domus dedecori domino ſæpe fit, ſi eſt in ea ſolitudo. At.122.b. Vnum etiam reſtat amico noſtro ad omne dedecus. & 124.b.Sed uereor, ne cum nihil proficiam,etiam dedecori ſim. Off.24.b.Optima hæreditas à patribus traditur liberis, gloria uirtutis,cui dedecori eſſe nefas iudicandum eſt.de D.113.a.Cum ignominia & dedecore mori. I.V.75.a.& Att.138.b.Admittere dedecus. Off.25.a. Sin autem libidinum intemperantia acceſſerit,duplex malum eſt:quod & ipſa ſenectus concipit dedecus,&,&c. Epiſt.40.b.Admiſſum dedecus confitebor.pro Mur.126.b.Sed aliquod aut in Aſia ſuſceptum,aut ex Aſia deportatum eſt flagitium ac dedecus. I. C.100.a.Quæ nota domeſticæ turpitudinis non inuſta uitæ tuæ eſt? quod priuatarum rerum dedecus nõ hæret infamiæ? pro Cl.19.b.Sine ſummo dedecore uitæ ac turpitudine. Attic.119.b.Subire periculum cum aliquo forte dedecore. de Fin.58.b.Incurrere in dedecora. Attic.160.a. Nec uerſari inter eos ſine dedecore potero.I.V.160.b.Homo in dedecore natus. de Cl.176.a.M.Brutus,in quo magnum fuit Brute dedecus generi ueſtro. pro S.R.29.b. Sumptus effuſi cum probro atque dedecore. Att.256.b. Factum meum flagitij plenum & dedecoris. pro Cluent. 30.a.Iudicia uera atq; inſigni turpitudine notata atq; oppreſſa dedecore & infamia. Ad Heren.35.a.Aliquem ſuis maculæ & dedecori eſſe.

Dedicatio,onis.cõſecratio. pro Dom.234.a.Niſi quẽ fortè illius caſtiſsimi ſacerdotis ſuperſtitioſa dedicatio deterret.pro Dom.238.a. An conſecratio nullum habet ius? dedicatio eſt religioſa? pro Dom.237.Poſtem teneri in dedicatione templi oportet.

Dedicatus,a,um. de L.168.a. Ingeniumq; in ſe ſuum ſicut ſimulacrum aliquod dedicatum putabit. de N.38.a. Fides & mens,quas in Capitolio dedicatas uidemus à M. Aemilio. & ibi.Virtutis & honoris templum à Q.Maximo dedicatum.

Dedico,as.dico,conſecro, religioſum facio, religionẽ in aliquẽ locum infero,aliquem locum religione deuincio. I.V.228.b.Marcellus duo templa dedicaturũ ſe Romæ uouerat. I.V.214.b. Vt cum audiſſent ſimulacrũ Iouis Opt. Max.dedicatũ,legatos mitterent. pro Arch.189.b.Smyrnei delubrum Homero dedicauerunt.pro Dom.237.b.Simulachrũ aut aram dedicare.de Leg.156.b.Romulus templum ſibi dedicari in eo loco iuſsit. de N.41.b. Conſecrare & publicè dedicare aliquẽ Deum.& 62.a. Aedes Caſtori & Polluci in foro dedicata. pro Dom.223.b. Quid quod nunc apud Pontifices agis? te meam domum conſecraſſe,te monumentum feciſſe, te in ædibus meis ſignum dedicaſſe. de Leg.175.a.Bene uerò quod mens, pietas, fides conſecratur manu,quarum omnium dedicata publicè templa ſunt. pro Fl. Ad hæc prædia incenſa dedicauiſti.

Dediſco,ſcis.quæ didici obliuiſcor. de Or.151.b. Cum iuuentus noſtra dediſceret penè diſcendo.de Cl.169.a.Eloquentia loqui penè dedidicit.& 179.b. Hæc uerba mutari dediſciq; poſſunt. pro Q.10.a.Etenim ſi uult bonorum uirorũ inſtituto uiuere,multa oportet diſcat atq; dediſcat. Ep.138.b.Dediſcẽdæ tibi ſunt ſportellæ & artolagani tui. & 141.b. Deinde uereor, ne neſcio quid illud, quod ſolebas,dediſcas,& obliuiſcare cœnulas facere.

Deditio,onis.ſubiectio, cum quis ſe in hoſtis poteſtatẽ tradit. pro Pomp.10.b.Pompeius eis ſpem deditionis non ademit,obſides imperauit.I.A.257.b.Cum locum tibi relictum non modò ad pacem,ſed ne ad deditionem quidem feceris.Off.74.a. Atq; huius deditionis ipſe qui debebatur, autor fuit. I.A.193.b.194.a.Maiores noſtri bellicoſiſsimas gentes in deditionem imperij redegerunt.

Dedititius,a,um.deditus.At.274.b.Id ſenatuſconſultum pleriq; interpretantur etiã ad tuos ſiue captiuos,ſiue dedititios pertinere.

Deditus,a,um.Ep.8.b.Vt te admoneã, quod ipſe literis omnibus à pueritia deditus,experiendo magis quàm diſcendo cognoui.de Or.89.b.Puer his ſtudijs mirificè deditus. de Or.35.a. Artes quibus à pueris dediti fuimus. pro Mil.119.b. Vir bonorum uoluntati & autoritati ſenatus deditus.pro Cæl.51.b.Homo grauitati deditus. pro Arch. 183.a.Fateor me his ſtudijs eſſe deditum.I.V.160. Is ciues Romanos coluit, ijs indulſit, eorum uoluntati & gratiæ deditus fuit.pro S.R.24.b.Vita uicijs omnibus dedita. pro Dom.233.b. Vir religionibus deditus.Ep.65.a. Hoc ſum magis Publio deditus,quod,&c.de Fin.114.b. Epicuro deditus.pro Cæl.53.a.Puer deditus diſciplinis & ijs artibus, quibus,&c. de Cl.135.a. Q.Cæpio nimis equeſtri ordini deditus.pro Cæl.47.a. Animus libidini deditus, cupiditate impeditus. de Cl.171.b. Q.Nobilior iam patrio inſtituto deditus ſtudio literarum. pro Cæl.54.b. Hunc addictum, deditum,obſtrictum tibi habebis. Att.156.a. Vt igitur hæc ſcirem dedita opera has ad te literas miſi.de Or.161.a. Opera dedita facere aliquid.

Dedo,dedis.addico, trado, do, mancipo, quaſi conſecro.de L.170.a.Patria cui nos totos dedere,& in qua noſtra omnia ponere,et quaſi cõſecrare debemus.Q.Fr.326. a.Abduco equidẽ me ab omni reip.cura, dedoq; literis. de Or.148.a.Itaq; ei ſtudio ſe excellentiſsimis ingenijs homines dediderunt.Off.14.b.Qui doctrinæ ſeſe dediderunt.de Or.85.b. Quis muſicis penitus ſe dedidit, quin,&c.& 93. a.Cum ſe ad ſcribendum maiore opera dediderit.& 105.a. Primum Scæuolæ te dediſti.Tuſc.250.b. Dedere ſe alicui arti toto animo.Tuſ.225.a.Dedere ſe totum alicui. Q. de Pet.210.a.Dedere ſe uni alicui,et deſerere cæteros.pro Arch.190.b. Dedere aures ſuas alicui: id eſt,eum audire. Or.210.b.Dedere ſe deſidiæ.At.136.b.Ne me totũ ægritudini dedam. Tuſc.163.b.Qui ſe totos libidinibus dediſſent.

ſent.& 185.b.Si ſe lamentis dedet. de Fin.78.b.Dedere ſe libidini alterius. pro S.R.19.b.& pro Q.11.a. Vt inimicorum crudelitati dedatur uita S.R. Att.144.b. Dedo pœnas temeritatis meæ.Att.78.b. Saturnalibus mane ſe mihi Pindentiſſæ dediderunt.de Or.100.a.Quem pater patratus dediſſet,ei nullum eſſe poſtliminium.& ibi.Cum pater patratus ex S.C.Mancinũ dedidiſſet. de In.73.b. Qui porcam tenuerit,dedi oportere.& ibi.Imperatore Samnitibus dedito. I.V.221.b. Eius religione te uinctum aſtrictumq; dedemus.Poſtquam.200.b. Dedere aliquem conſtrictum hoſtibus. pro Mil.101.b. Quem reum ſententijs iudicum tradidiſſet,cum telis militum dedere.

Dedoceo.dedoces.ab eo quod quis edoctus eſt,deduco, ſecus doceo.)(.Doceo. de Fin.53.a. Quod profectò nunquã putauiſſet,ſi à Polyeno familiari ſuo Geometriam diſcere maluiſſet,quàm illam etiam ipſum dedocere. de Or.115.a.Cum docendus iudex eſt aut dedocendus. de Fin.59.b.Vt coercendi magis quàm dedocendi eſſe uideantur.

Deduco,cis.adduco,reuoco,remoueo, reduco, detraho,deductionẽ facio.Att.78.a.Cicerones noſtri ſunt apud Deiotarũ,ſed ſi opus erit,deducentur Rhodum.pro Mur.136.b.Homines coniuratos cum gladijs in campum deduci à Catilina ſciebam.I.A.252.a.Saxa homo,deductus ex ultimis gentibus.de D.116.a.Ad eum agnum non caſu,ſed duce Deo ſeruus deducitur.pro Fl.147.b. Qui ad hoc iudicium deducti non ſunt. de Am.95.b. Ego autem à patre ita eram deductus ad Scæuolam,ut,&c. de D.122.b. Ita Albana aqua deducta ad utilitatem agri ſuburbani. Antequam.195.b.Neq; eò rem deducam aut progredi patiar, ut,&c.pro S.R.50.b.Ergo huc uniuerſa cauſa deducitur, utrum,etc.de Op.244.b.Si prius expoſuero quæ cauſa in iudicium deducta ſit. Acad.30.b.Cuius maieſtatem deducitis uſq; ad apium perfectionẽ.I.C.105.a.Sed cum uiderem fore,&c.rem huc deduxi,ut palàm pugnare poſſetis.Ep.46.b.Quem in locũ res deducta ſit uides.& 260.a. Eum in locum res deducta eſt,ut,etc.de Or.96.a.Illud quod eò, quò intendas ferat deducatq;, cognoſcendũ eſt. de Or.125.b.Vt is qui audit ad fletum miſericordiamq; deducatur. & ibi.Odoror quàm ſagaciſſimè poſſum, quò iudices deduci oratione facillimè poſſe uideantur. Acad.40.b.Nam nos in noſtra urbe peregrinantes errantesq; tanquam hoſpites,tui libri quaſi domum deduxerunt. pro Flac.153.a. Non deduxi,inquit, Seruilium. Epiſt.151.a. Cum magna multitudo ciuium me de domo deduceret. de Sen.90.a. Deduci.)(.Reduci. Att.111.b.Deducere præſidia ex oppidis.Att.130.b.Coſſ.præſidia deducturi ſunt. de Pro.71.b. Aliquem ex prouincia deduci:id eſt,reuocari. l.Diripio. I.V.77.b.Quorum ſcelerum pœnis agitatur,à mente conſilioq; deducitur. de N.56.a.Eloquentia deducimus perterritos à timore,& conſolamur afflictos. I.V.202.b.Deducere aliquem ab humanitate & ab religione. de Orat.87.a.Voluntatem impellere quò uelis,unde autẽ uelis deducere.& 140.a. Deduci à triſtitia. Quint.Fr.291.a. Quem nulla conditio pecuniæ ab ſumma integritate continentiaq; deduxerit. de Fat.144.a. Epicurus atomos de uia deducit. Q.de Pet.211.a.Da operam ut eos de illa prauitate animi deducas. Epiſt.2.b.Quod inſtituit referre de religione,ab eo deduci non poteſt.Epiſt.235.a. Neq; legis improbiſſimè pœna deductus eſt,quo minus hoſpitij & amicitiæ ius officiumq; præſtaret. de Cl.173.a. & At.25.a.De ſententia deduci. Ad Her.17.a.Deduci à uia recta. I.V.71.a.Vt cuius diuitiæ me de fide deducere non potuiſſent,ne eiuſdem pecunijs de honore deijcerer. I.C.110.b. Si quis me de hac animi lenitate deduxerit.Off.12.b.Vt boni ratiocinatores officiorũ eſſe poſſimus,& addendo, deducendoq; uidere,quid reliqui ſumma fiat.deducẽdo:id eſt detrahendo.de Leg.180.b.Partitionis caput ſcriptum cautè,ut centũ nummi deducerentur. & ibi.a.Si in teſtamento deducta ſcripta nõ eſſent.Itẽ.Coniectura omnis ingenijs hominũ in multas ac diuerſas, aut etiam cõtrarias partes ſæpe deducitur. Riuos à fonte deducere. l.Deductio. de Or.159.a.Ne uerba aſperè cõcurrant,né ue uaſtius deducantur. I.A.179.b.Deducere coloniã. con.Rull.63.b.Deducentur,inquit, coloniæ. pro Cecin.288.b.& 303.a. Et de fundo moribus Cecinna deduceretur.

Deductio, onis.detractio, adductio. I.V.189.a. Certis nominib.deductiones fieri ſolebant. At.59.b.Ne qua deductio fieret,magna ex parte tua poteſtas erat. de D.101.a. Ex quo illa admirabilis à maioribus Albanæ aquæ facta deductio eſt. Top.223.b.Riuorum à fonte deductio.i.deriuatio.I.A.172.a.In oppida militum crudelis deductio. pro Cec.291.a.Vt ius ac deductio moribus fieret.contra Rull.63.b.Deductio coloniarum in agros aliquos. de In.46.a. In coniecturali autem conſtitutione,quia ratio nõ eſt,non poteſt ex deductione rationis naſci iudicatio.

Deductor,oris.qui honoris cauſa aliquem deducit.Q.de Pet.210.a.Deductorum officium,quod maius eſt quàm ſalutatorum,&c.

Deerro,as.aberro.Ad Her.3.a. Si nullis trãſitionibus utemur,ſi nõ deerrabimus ab eo quod cœperimus exponere.& 40.a.Ait iſte eos ſimilitudine loci deceptos angiporto toto deerraſſe.

Defatigatio,nis.laſſitudo. I.A.198.a.Nulla res ei finẽ cædendi niſi defatigatio & ſocietas afferet.de Sen.84.a. Et corpora quidem defatigatione & exercitatione ingraueſcunt,animi autem ſe exercendo leuantur.de Or.159.a. Interſpirationis enim,non defatigationis noſtræ, neq; librariorum notis,ſed uerborum et ſententiarum modo interpunctas clauſulas eſſe in oratione uoluerunt. de N.37.b.& pro Seſt.20.b.Deus morbum non metuens ex defatigatione membrorũ. Ad Her.6.a.Ne qua poſſit animum tuum defatigatio retardare.de Sen.95.a.Senectutis defatigationem fugere debemus.

Defatigatus,a,um.languens de uia,feſſus de uia.de D.101.a.Puella defatigata petijt à matertera,ut ſibi concederet,ut in eius ſella requieſceret.Ep.70.b.Vel animo defatigato tuo,qui nũc requiem quærit.Ep.199.a. Quanquã ſumus iam defatigati,ſed nulla laſſitudo impedire officium debet. Ep.155.a.Sed me hercule iam defatigatus in repub. conſeruanda.& 199.a. Admodum ſumus iam defatigati. Ad Her.19.a.Animi defatigati ab aduerſarijs multitudine uerborum.

Defatigo,gas.defatigationẽ uel laborẽ affero.At.286.b.Te hortor ne defatigere,neu diffidas ſemper in præſentibus malis prohibendis,&c.pro Mar.134.a. Noli igitur in conſeruandis bonis uiris defatigari.de L.190.a. Defatigare aliquem in aliquo negocio.pro Q.7.b.In quo ille tot & tales uiros defatigat.de Or.124.b. Ne auditor defatigetur ſimilitudinis ſacietate.& 156.a.Profectò nunquã conquieſcam neq; defatigabor,antequam percepero,&c. de Clar.172.a.Egerunt gratias,& ne defatigaretur, orauerunt.Ep.232.a.Nec animi nec corporis laboribus defatigari.Lent. Epiſt.191.b.Hæc & ſi adhuc non magnopere mihi tuliſſe fructum animaduerto,tamen non deſpero:nec defatigabor permanere non ſolùm in ſtudio libertatis,ſed etiam in labore & periculis.de Clar.167.b.Laborare &

* defati=



defatigari idem.Item.In quo non modò defici,ſed etiam laborare turpe eſt:id eſt,defatigari.

Defectio,onis.eclipſis,defectus. At.48.a.Metuens credo defectionem animi mei. de Sen.83.a.Et ſi iſta ipſa defectio uirium adoleſcentiæ uicijs efficitur ſæpius, quàm ſenectutis. Quint.Fr.305.b.Subita defectio Pompei, alienatio Coſſ.I.P.97.b.In illa omnium barbarorum defectione Macedonica. Tuſc.214.b.Intemperantia, quæ eſt à tota mente & à recta ratione defectio , ſic auerſa à præſcriptione rationis,ut,&c.de D.103.a.Thales primus defectionẽ ſolis,quæ Aſtyago regnante facta eſt,prædixiſſe dicitur. & 211.b.Solis defectiones itemq; lunæ prædicuntur in multos annos. de N.57.a.Defectiones ſolis & lunæ. de D.112.a. Vident Mathematici ex conſtantiſſimo motu lunæ,quando illa è regione ſolis facta incurrit in umbram terræ, quæ eſt meta noctis,ut eam obſcurari neceſſe ſit: quandoq; eadem luna ſubiecta ſoli atq; oppoſita oculis noſtris,eius lumen obſcuret.de N.46.b. Luna tum ſubiecta & oppoſita ſoli, radios eius & lumen obſcurat,tum ipſa incidẽs in umbram terræ cũ eſt è regione ſolis, interpoſitu interiectuq; terræ repentè deficit.

Defectus,a,um.perfectus. At.212.a. Libri ad Varronẽ non morabantur,ſunt enim defecti.aliàs deſecti.

Defectus,ctus.defectio. de N.36.a.Neq; ſolum eius ſpecies ac forma mutatur,tum creſcẽdo,tum defectibus in initia recurrendo.

Defectum,ti.I.Vat.*

Defendo,dis.tego,protego,propugno,adſum,præſto, ſtudeo,faueo,pro aliquo dico,pro aliquo uerba facio,cauſam alicuius ſuſcipio uel ago, ſum aduocatus alicui, tueor, iniuria prohibeo,cõplector, calamitate uel periculo prohibeo. de Orat.123.b.Carneades nullam unquam rem defendit,quam non probarit, nullã oppugnauit , quam non euerterit.Off.65.a.Oratam Craſſus, Cratidianum defendebat Antonius.de Or.99.a.Armis prudentiæ cauſas tueri atq; defendere.pro Syl.168.a. Hortenſius Syllam de ambitu defendit.& 183.b.Nullum ſcelus defendo ac tego . & 176.b. Ego iacentem & ſpoliatum defendo & protego. pro Mil.102.b.Defendere uitam ab inimicis.Off.5.b.Qui autem non defendit,nec obſiſtit ſi poteſt iniuriæ,tam eſt in uicio,quàm,&c.Off.66.b.Qui non defendit iniuriam,neque propulſat à ſuis.Plan.Epiſt.153.a.Ego fratrem mittã, qui Italiam à uaſtatione defendat.Ep.227.a. Diligentiſſimè aliquẽ tueri atq; defendere. pro Pom.6.b. Defendere aliquẽ à calamitate. pro Mur.125 . a. Defendere pericula ciuium.I.A.216.a.Ego ſemper ocio ſtudui,pacẽ defendi. pro Mil.103.a.Vim ui illatã defendere. Acad.30.a.Illud autem ſuperius ſicut caput & famã tuam defendere neceſſe erit.Ep.59.a.Pudor tuus te defendit.pro Quin.7.a.Ne locum ſuum,quẽ adhuc honeſtiſſimè defendit,obtineat . Ep.58.a.Quod ſentias aut re efficere, aut deniq; libera oratione defendere.contra Rul.76.a.Mithridates ab inuicta manu Cn.Pompeij Meote, & illis paludibus atque altitudine montium defenditur. de Sen.88.a. Vua ueſtita pampinis, nimios ſolis defendit ardores.Antequam.195.b. Pro fortunis meis apud uos loqui non licebit:id eſt,me defendere. de Or.87.b. Arma quibus uel tectus ipſe eſſe poſſis, uel prouocare improbos,uel te ulciſci.Ep.228.a. Aliquem in omnibus rebus tegere atq; tueri.

Defenſio.propugnatio,patrocinium.de Or.105.b.Vtriuſq; rei facilis eſt & prompta defenſio. pro Cæl.39.a. Ad iſtam omnem orationem breuis eſt defenſio. Ep.6.b. Noſtra propugnatio & defenſio dignitatis tuæ. At.280.b.Quo in iudicio Lepidus defenſionem non haberet. Ep.65.a.Permanere in defenſione alicuius ſuſcepta.& Suſcipere defenſionem alicuius.15.a.pro Mil.104.b. Qui non pœnam confeſſioni,ſed defenſionem dedit.& ibid.In confeſſione facti defenſionem iuris ſuſcipi poſſe.

Defenſito,tas.de Cla.173.b.Fannius cauſas defenſitauit.et Off.24.b.& Acad.18.a.

Defenſor,oris.propugnator,patronus,tutor,aduocatus,adſtipulator, cuſtos,qui aliquem in fidẽ ſuam recipit, quem aliquis patronum adoptat,qui aliquem habet commendatum.)(.Oppugnator,aduerſarius.de Orat.106.a. Mutius paterni iuris defenſor,& quaſi patrimonij propugnator ſui.pro R.92.b.Defenſor cuſtoſq; libertatis.poſtquam.212.b.Alter fuit propugnator mearum fortunarũ, & defenſor aſſiduus.I.V.63.a. Adoptare ſibi aliquem defenſorem ſui iuris.Ep.2.b.Is in omnibus rebus ſe acerrimũ tui defenſorem fore oſtendit. pro Mil.109.a.P.Lentulus propugnator ſenatus,defenſor ueſtræ uoluntatis , patronus publici conſilij. & ibi.Octo trib.pleb.illius aduerſarij defenſores mei.Poſtquã.205.a.Parens perpetuus reip.& tutor annuus reip.

Defenſtrix.quæ defendit . in Timæo,teſtante Priſciano.245.

Defero,fers.affero,confero,offero,tribuo,refero, renuncio,comporto.pro Fl.150.b. Lex tabulas ad prætorẽ triduò deferri iubet.pro Mil.107.b. Librarium te aiunt eripuiſſe è domo, ut præclarũ inde munus ad aliquẽ deferre poſſes.pro Clu.18.b. Si iudicia iam facta domo deferamus ad cauſas.pro Flac.157.b. Deferre querelas ſuas ad aliquẽ per aliquem.pro Syl.177.a. Deferre mandata ab aliquo. Acad.3.a.Ad quamcunq; ſunt diſciplinã quaſi tempeſtate delati,ad eam tanquã ad ſaxum adhæreſcunt.pro Cor.68.a.Deferre aliquẽ acerbum nuncium alicui.pro Dom.217.a.Cato,quem tu ad hũc honorem rogatione tua detuliſti. de Pro.79.a. Populus Rom. mihi omnes honores detulit. pro Mur.139.a. Hos ad magiſtros ſi qua te fortuna Cato detuliſſet,non tu quidẽ,etc.de Leg.184.b. Quod genus imperij primũ ad homines iuſtiſſimos deferebatur. I.A.177.a.M.Antonius conſul C. Cæſari dictatori regnum detulit, Cæſar uti noluit.pro Flac.149.a.Omnem ei ſuam autoritatem,gratiã,copias,opes ad hoc negocium conficiendum detulit.con.Rul.75.a.Si quis eſt honos ſingularis,populus Rom.eum,cui uelit,deferat.pro Põ.17.a. Quicquid poſſum ad hanc rem conficiendã,tibi polliceor & defero.Ep.56.b.Vltrò mihi Cæſar omnia detulit.& 2.a.Omnes rem ad Pompeium deferri uolunt.pro Lig.137.b.Si illud imperium eſſe potuit,quod ad priuatum clamore multitudinis imperitæ nullo publico conſilio deferebatur.Ep.54.a. Omnia delata ad unum ſunt.pro Pom.16.b.Deferre omnia ad unum:id eſt,credere omnia uni.pro Cor.62.a.Deferre alicui poteſtatem beneficiorum tribuendorum.Ep.224.a. Vltrò ei legationem detuli,cum multis iam petentibus denegaſſem ? Ep.94.a.Hanc meam uoluntatem ad matrem tuam detuli. & 211.b. Eiq; nec opinati uoluntatem tuam per literas detuli.At.207.a.Ligarianam præclarè uendidiſti:poſthac quicquid ſcripſero,tibi præconium deferam. de Cla.172.a.Itaq; publicanos cauſam detuliſſe ad Galbã. Epiſt.75.a. Quanquam iuſtis de cauſis rationes deferre properarim.Octa.330.a.Quæ tibi non antequam poſtulares,maiora quàm uelles, plura quàm ſperares detulit ſenatus ? At.292.a.Qui hoc non in beneficij loco,ſed in laboris ac muneris nõ temerè libertis ſuis deferebant.I.V.114.a.Deferre aliquid cuipiam loco beneficij.At.25.b.Et quo=

* niam

niam nepos proficiſcitur, ſcrire uelim cui nam auguratus deferatur. Ep. 87.b. Vniuerſum ſtudium meum & beneuolentiam ad te defero. Epiſt. 16.b. Atq; iſtam partem uitæ conſuetudiniſq; noſtræ totam ad te defero. & ibid. Quantum literis conſequi potero, id omne ad arbitrium tuum conferam. de N. 5.a. Ad quem tum Epicurei primas ex noſtris hominibus deferebant. de Orat. 129.b. Deferre palmam alicuius rei cuipiam. pro Flac. 146.a. Deferre præmium dignitatis alicui. de Clar. 172.a. Tribuere primas alicui. At. 11.b. Defertur res ad ſenatum. Off. 74.a. Rem ad populum detuli. pro Dom. 239.b. Deferre ad pontifices. ibi. Referre ad collegium. pro Seſt. 28.a. Cum ad uos indicia communis exitij detuli. I. A. 153.a. Ad hunc ordinem res optimas deferebat. I.C. 119.a. Hæc omnia iudices detulerunt, rei confeßi ſunt. de D. 136.a. Defert ad coniectorem quidam ſomniaſſe ſe, &c. pro Plan. 280.b. Is inſidias mihi ab inimicis meis paratas detulit. I. V. 268.b. Ad eum defertur eſſe, &c. id eſt, renunciatur. Epiſt. 47.a. Te eſſe ſolicitum multi ad nos deferunt. Attic. 38.b. Hoc Curio ad patrem detulit, ille ad Pompeium, res delata ad ſenatum eſt. & ibid. Niſi Curiones rem antè ad Pompeium detuliſſent. pro Mil. 106.a. Quam uocem ad Catonem ſtatim Fauonius detulit. Quint. Fr. 297.b. Sic ad nos omnes ferè deferunt, nihil te fieri poſſe iucundius. I. C. 105.a. Sed quàm multos fuiſſe putatis, qui quæ ego deferrem non crederent. Attic. 177.b. Multos eſſe arbitror, qui ad Cæſarem detulerint, me pœnitere conſilij mei. pro Cl. 47.b. Qui noſtra conſilia ad aduerſarios deferunt. contra Rul. 87.b. Si quæ apud uos de me deferunt. pro Cæl. 49.b. Deferre nomen alicuius de aliqua re: id eſt, accuſare, inſimulare. & pro Dom. 223.a. & pro Cæl. 53.b. Deferre nomen alicuius de ambitu. pro S.R. 23.a. Deferre nomen alicuius de paricidio. & 29.a. Nomina filiorum de paricido delata ſunt. de In. 69.a. Cum ueneficij cuiuſdam nomen eſſet delatum. pro Cæl. 49.b. Hic nemini nomen detulit. pro Corn. 68.a. Is in conſulatu præfectũ fabrum detulit. Off. 73.b. Deferre iuſiurandum alicui. Epiſtol. 76.a. Scito à me & tribunos militares, & præfectos, & contubernales duntaxat meos delatos eſſe, in quo quidem me ratio fefellit: liberum enim mihi tempus ad eos deferendos exiſtimabam dari: poſtea certior ſum factus, triginta diebus deferri neceſſe eſſe, quibus rationes retuliſſem.

Deferueſco, ſcis. deferbui. refrigerari, calorem remitti. Tuſc. 226.b. Aut rogandi ſunt, ut ſi quam habent ulciſcendi uim, differant in tempus, dum deferueſcat ira. Deferueſcere autem certè ſignificat ardorem animi in uita ratione excitatum. Or. 206.b. Quãtis illa clamoribus diximus de ſupplicio paricidarum, quæ nequaquã deferbuiſſe pòſt aliquanto ſentire cœpimus. pro Cæl. 46.b. Cum adoleſcentiæ cupiditates deferbuiſſent.

Defeſſus, a, um. defatigatus. de Or. 110.b. Animi noſtri forenſibus negocijs defeßi geſtiunt, ac uolitare cupiunt, uacui cura atq; labore. & 130.b. Defeſſus ſum labore atq; itinere diſputationis meæ. & 156.b. Quamobrem niſi fòrtè iam es defeſſus, et ſi tibi graues non ſumus, refer te, &c. 19 a. Neq; quiſquam eſt, quin ſatietate iam defeſſus ſit. contra Rul. 83.b. Aratores cultu agrorũ defeßi. pro Arch. 187.b. Vbi aures conuicio defeſſæ conquieſcant. Ep. 161.a. Egiq; acerrimè, ſenatum iam languentẽ & defeſſum ad priſtinã uirtutem conſuetudinemq; reuocaui.

Deficio, cis, defeci, deſum, deſciſco, deſero. pro Q. 1.a. Quod mihi conſueuit eſſe adiumẽto, id quoq; in hac cauſa deficit. I.V. 82.a. Vererer ne mihi crimina non ſuppeterent, ne oratio deeſſet, ne uox uireſq; deficerent. Ep. 51.b. Ea me ſolatia deficiunt, quæ cæteris, quorum mihi exempla propono, ſimili in fortuna non defuerunt. pro Flac. 159.a. In hac repub. ad quam opprimendam non animus eis, ſed uires deficiunt & defuerunt. Poſtquam. 198.a. Vt quod odium in omnes bonos conceptum iam diu continebant, id in me uno potius quàm in uniuerſa ciuitate deficeret. de Vn. 201.a. Sed quia nondum omne animal in mundo intus incluſerat, ex ea parte deficiebat ad propoſitum exemplar imaginis ſimilitudo. de Fin. 74.a. Si memoria defecerit, tuum eſt ut ſuggeras. Acad. 3.a. Tamen nec illi defecerunt, neque nos ſtudium exquirendi defatigati relinquemus. Or. 197.b. Multi oratores clari ἐπὶ Δημοσθένους fuerunt, & antea fuerant, nec poſtea defecerũt. At. 115.a. Deficit enim nõ uolũtas, ſed ſpes. de N. 66.b. Animãteis, cũ calor defecerit, tum interire. At. 12.a. Ne P. C. una plaga accepta cõciderent, ne deficerẽt. pro S.R. 20.a. Sin à uobis deſerar, tamen animo non deficiã. I. V. 171.b. Leoñtina ciuitas me defecit. pro Fon. 281.a. Si eũ in cauſa deficerent omnia. de Cl. 172.b. Cum motus omnis animi tanq̃ uentus hominẽ defecerat. Q. Fra. 314.b. Omnia colligo, ut noui ſcribã aliquid ad te, ſed ut uides, res me ipſa deficit. de Or. 101.b. Iam me uires deficere cœperunt. I. V. 250.b. Me nõ ſolũ uires, ſed etiã uita deficit. I. V. 213.a. Vox me citius defecerit quàm nomina. I. V. 119.b. Iam me dies, uox, latera deficiant, ſi uelim, &c. pro Cæl. 43.a. Dies iã me deficiet, ſi quæ dici in cã ſententiam poſſunt, coner exprimere. pro S. R. 33.a. Tempus hercule te citius quàm oratio deficeret. de N. 76.a. Dies me deficiat, ſi, &c. I. V. 72.b. Quàm multa te deficiant uides Cæcili. pro D. 149.a. Ea tamẽ illum ſtudia defecerũt. de Or. 173.a. Prudentia nunquã deficit oratorẽ. I. C. 106.a.b. Res eos iampridem, fides deficere nuper cœpit. Orat. 197.a. Si quem aut natura ſua, aut illa præſtantis ingenij uis fortè deficiet. de Orat. 150.b. Ii quos diſcentes uita defecit. I. V. 268.a. Dolor me non defecit. Epiſt. 95.a. Vox eum defecit. Epiſt. 56.a. Relinquebatur triſte quoddam literarum genus, id quoq; deficiebat me, in quo, &c. de Cla. 167.b. In quo non modò defici, ſed etiam laborare turpe eſt. pro Clu. 56.b. Mulier abundat audacia, conſilio ratione q; deficitur. de Ar. 253.a. Ne patres auxilio diminuti deficiantur. pro Syl. 173.b. Nec ſi à me fòrtè deſciueris, idcirco te à ſe, & à republica, & à tua dignitate deficere patitur. I. C. 103.a. Qui à republica deficiunt ciuium iura non tenent. I. V. 92.a. Deficere ab imperio ac nomine noſtro uolebat. pro Plan. 277.b. Conſules à republica & à bonis omnibus defecerunt. Epiſt. 187.a. Cæteriq;, qui unà cum illo à repub. defecerunt. Epiſt. 26.b. A' meq; ipſe deficerem. de Fin. 81.a. Si utilitas ab amicitia defecerit. de Am. *. Difficile eſt amicitiam manere ſi à uirtute defeceris. Epiſt. 101.b. Quare ſi planè à nobis deficis, moleſtè fero. Tuſc. 163.b. Cum acriter ſolem deficientem intuerentur. de Som. 130.a. Olim deficere ſol hominibus extinguiq; uiſus eſt. de D. 105.a.b. Si luna paulo ante ſolis ortũ defeciſſet in ſigno Leonis.

Defigo, gis. colloco, pono, immitto. pro Rab. 91.b. Qui in campo Martio crucem defigi, & conſtitui iubes. de Sõ. 128.a. Quouſq; humi defixa tua mens erit. de Pro. 70.b. Hæc audacia quã ille præſens in oculis ueſtris, mentibuſq; defixit. pro Dom. 214.b. Ea ſententia, quam populi ſermo in animis ueſtris iam antè defixerat. I. A. 260.b. Qui omnes ſuas curas in reipub. ſalute defigunt. & 232.a. In omnium poſſeßiones atq; fortunas impudentißimos oculos ſpe



& mente defigit. de Or. 197.b. Aliquid intueri, in eoq; defixum eſſe. I. V. 67.b. Vt non modò in auribus ueſtris, ſed in oculis omnium ſua furta atq; flagitia defixurus ſim. de Or. 144.a. Cum eum in cogitatione defixum eſſe ſenſiſſet ſtatim receßiſſe. & 124.b. His locis in mente & cogitatione defixis. I. A. 193.b. Virtus eſt altißimis defixa radicibus. I. C. 100.b. Sicam conſulis in corpore defigere. de Or. 145 a. In eo mentem orationemq; defigit.

Definio, nis. deſcribo, definitione explico, quid aliquid ſit conſtituo, circunſcribo, termino, definitione uniuerſam rei uim explico, perſcribo. de Or. 123.b. Cum res quæ ſit tota quæritur, definitione uniuerſa uis explicanda eſt. Orat. 207.b. In omnibus quæ ratione docentur & uia, primùm conſtituendum eſt, quid quidq; ſit. niſi enim inter eos qui diſceptent conuenit, quid ſit illud de quo ambigitur, nec rectè diſſeri, nec unquam ad exitum perueniri poteſt. explicanda eſt ſæpe uerbis mens noſtra, atq; inuolutæ rei notitia, definiendo aperienda eſt. & ibid. Erit igitur hæc facultas in eo, ut definire rem poßit, neq; id faciat tam preſſè et anguſtè, quàm in philoſophorum diſputationibus fieri ſolet. de Leg. 170.b. Videamus igitur rurſus, priuſquam digrediamur ad leges ſingulas, uim naturamq; legis, ne cum referenda ſint ad eam nobis omnia, labamur interdum errore ſermonis, ignoremuſq; uim ſermonis eius, quo iura nobis definienda ſint. de Fin. 64.b. Omnis autem in quærendo, quæ uia quadã & ratione habetur oratio, perſcribere primùm debet, ut quibuſdam in formulis ea res agatur, ut inter quos diſſeritur, conueniat, quid ſit id de quo diſſeritur. de Or. 90.b. Si quis uniuerſam & propriam oratoris uim definire, cõplectiq; uult, hic orator erit, qui, &c. de Orat. 123.b. Aliquid breuiter illuſtrare, uerbiſq; definire. de In. 44.a. Definire uim uocabuli alicuius. de Fin. 143.a. Perficiendi uis ita definitur à Stoicis, ut negent, &c. de Orat. 153.a. Philoſophi cauſam aut controuerſiam appellant, eamq; tribus, lite, aut deliberatione, aut laudatione definiunt. de Fin. 101.a. Itaque id definimus quod ſit indifferens cum æſtimatione mediocri. Off. 19.b. Quæ autem pars ſubiecta generi eſt, eam ſic definiunt, ut id decorum eſſe uelint, quod, &c. & ibi. Atq; illud ſuperius ſic definiri ſolet, decorum id eſſe, quo, &c. de Cla. 178.a. Definiendo explicare rem latentem. pro Seſt. 23.a. Sed genus uniuerſum breui circunſcribi & definiri poteſt, omnes optimates ſunt, qui, &c. Off. 13.a. Itaq; probè definitur à Stoicis fortitudo, cum eam uirtutem eſſe dicunt propugnantem pro æquitate. de Or. 207.a. Res inuolutas definiendo explicare. de In. 44.b. Definire rem uerbis breuiterq; deſcribere. de In. 68.a. Vis uocabuli definienda uerbis eſt. Orat. 207.a. Rei, id eſt, eloquentiæ uim ac naturam explicemus. de Orat. 44.a. Artem definire ex rebus perſpectis, planeq; cognitis, &c. de Orat. 91. In hoc quidem certè propè idem nullis ut terminis circunſcribat, aut definiat ius ſuum. I. P. 88.b. Qui mala dolore, bona uoluptate definiunt. de Orat. 143.b. Atq; his ferè ipſis definietur uiris. I. A. 216.a. Sedes ſibi optimas, hortos, Tuſculana, Albana definiunt. contra Rul. 72.b. Dat præterea poteſtatem uerbo prætoriam, re uera regiam definit in quinquennium. Or. 202.b. Sæpißimeq; extrema definiunt. ad Her. 17.a. Si unamquanq; rem certo naturæ termino definiemus. de Fin. 64.b. Epicurus negat definiri rem placere: ſine quo fieri interdum non poteſt, ut inter eos qui ambigunt, conueniat quid ſit id de quo agatur. pro Mar. 135.a. Hic tu modum uitæ tuæ non ſalute reip. ſed æquitate animi definies. de Fat. 142.a. Non tamen ſequitur, ut etiam ſedere eos & ambulare principalibus cauſis definitum & conſtitutum ſit. Poſtquam. 203.a. Neque æquum eſt tempore & die memoriam beneficij definire. pro Cor. 68.a. Loca quæ regionibus orbem terrarum, rebus illius geſtis imperium populi Rom. definiunt. Orat. 202.b. Similiter extrema definire. pro Seſt. 18.a. Qui imperium populi Romani orbis terrarum terminis definiuit. pro Arch. 190.a. Res hæ quas geßimus orbis terræ regionibus definiuntur. de D. 127.b. Illi orbes qui aſpectum noſtrum definiunt. de Ar. 256.a. Quas ego optimatium diſcordias à dijs immortalibus definiri putem? Acad. 38.b. Tu mores fingas, fines bonorum conſtituas, officia deſcribas, quam uitam ingrediar definias, &c. Item. Cur quæ optimo iure eſſe debet, huic præcipuè lex iniuriæ definitur? pro Q. 15.b. Tibi quid facias definit.

Definitè. finitè. pro Cor. 61.b. Lex Gellia, quæ definitè poteſtatem Pompeio ciuitatem donãdi dederat. & de Or. 119.a. Definitè de ſingulis hominibus.

Definitio, onis. deſcriptio. de Or. 100.b. Definitio eſt earum rerum, quæ ſint eius rei, quam definire uolumus, breuis & circunſcripta quædã explicatio. & ibi. Definitionibus, quam uim res habeant eſt exprimendũ. & ibi. Propriam cuiuſq; rei uim definitione declarare. de Or. 118.b. Inuolutæ rei notitia definiendo aperienda eſt. definitio enim eſt oratio, quæ quid ſit id, de quo agitur, oſtẽdit quàm breuißimè. Top. 221.b. Definitio eſt, quæ id quod quaſi inuolutum eſt, euoluit. ad Her. 32.a. Definitio eſt, quæ rei alicuius proprias amplectitur poteſtates breuiter & abſolutè. & ibi. Hæc exornatio omnem rei cuiuſpiam uim & poteſtatem dilucidè proponit, & breuiter explicat. & ibi multa definitionum exempla ſunt. de Fin. 64.b. Atqui hæc patefactio quaſi rerum opertarum, cum quid quicq; ſit aperitur, definitio eſt. de Or. 102.b. Faciam quod in principio fieri in omnibus diſputationibus oportere cenſeo, ut quid ſit illud de quo diſputetur, explanetur, ne uagari & errare cogatur oratio, ſi ij, qui inter ſe diſſenſerint, non idẽ eſſe illud de quo agitur intelligent. Off. 2.b. Omnis quæ à ratione ſuſcipitur de aliqua re inſtitutio, debet à definitiõe proficiſci, ut intelligatur quid ſit id de quo diſputetur. de Or. 116.a. In uerborum definitionibus, neq; abeſſe quicquam decet, neq; redundare. Item. Atq; in hoc genere cauſarum nonnulli præcipiunt, ut uerbum illud, quod cauſam facit, lucidè, breuiter uterq; definiat: quod mihi quidem perquã puerile uideri ſolet. alia eſt enim, cum inter doctos homines de ijs ipſis rebus, quæ uerſantur in artibus, diſputatur, uerborum definitio: ut cum quæritur, quid ſit ars, quid ſit lex. in quibus hoc præcipit ratio atq; doctrina, ut uis eius rei quam definias, ſic exprimatur, ut neq; abſit quicquam, neq; ſuperſit. Top. 222.b. Definitiones aliæ ſunt partitionum, aliæ diuiſionum. partitionum, cum res ea quæ propoſita eſt, quaſi in membra diſcerpitur: ut ſi quis ius ciuile dicat id eſſe, quod in legibus, ſenatuſconſultis, rebus iudicatis, iuriſperitorum autoritate, edictis magiſtratuum, more, æquitate conſiſtit. diuiſionum autem definitio formas omnes complectitur, quæ ſub eo genere ſunt, quod definitur hoc modo: Abalienatio eſt eius rei quæ mancipi eſt, aut traditio alteri nexu, aut in iure ceßio, inter quos ea iure ciuili fieri poſſunt. Top. 222.b. Definitio eſt oratio, quæ id quod definitur, explicat quid ſit. definitionum autem duo ſunt genera prima: unum earum rerum quæ ſunt, alterũ earum quæ intelliguntur, &c. Part. 233.b. Definitio genere declaratur & proprietate quadam, aut etiam cõmunium frequentia, ex quibus proprium quid ſit eluceat. Top. 228.a.

228.a.Cum autem quid ſit quæritur,notio explicanda,& proprietas,& diuiſio,& partitio.hæc enim ſunt definitioni attributa.additur etiã deſcriptio, quam Græci καταγραφὴν uocant.de In.68.b.Breuis & apta & ex opinione hominum definitio.de Leg.161.b.Ita quæcunq; eſt hominis definitio,una in omnes ualet.de Le.161.b.Nulla diſſimilitudo eſt in genere:quæ ſi eſſet, non una omnes definitio cõtineret.Part.239.a.Definitio atq; deſcriptio aut informatio uerbi.pro Seſt.23.a.b.Omnes optimates ſunt,qui neq; nocẽtes ſunt,nec natura improbi,nec furioſi, nec malis domeſticis impediti. I.V.65.a. Quid eſt quæſo Metelle iudicium corrumpere,ſi hoc non eſt? At.285.b.An tu Romæ habitare,id putas incolumẽ eſſe? pro S.R.27.a.Quid eſt aliud legibus abuti,niſi hoc modo accuſare? de Or.135.b.Vellem hoc eſſet,inquit,laborare.de Fin.65.a. Voluptatem hanc eſſe ſentiunt omnes,quam ſenſus accipiens mouetur,et iucunditate quadã perfunditur. de D.131.b. Hominum & temporum definitione ſublata.

Definitiuus,ua,uum.ut definitiua conſtitutio. de In. 68.a.& 46.a.

Definitus,a,um.certus.Ep.36.b.Nihil habent quod definitũ ſit,aut certũ. de Som.127.b.Hic certus eſt in cœlo, ac definitus locus.de Or.109.a.Benedicere autem non habet definitam aliquam regionem.ad Her.1.a.Si recta intelligẽtia & definita moderatione animi gubernetur.de Or.121.b.Genera eſſe definita non ſolum numero,ſed etiã paucitate.de Or.112.b.Certum autem,in quo quid in perſonis & in conſtituta re & definita quæreretur. & 114.b. Vnum de certa definitaq; cauſa.

Deſit.deeſt.Tuſ.200.a.Pol mihi fortuna magis nunc deſit,quàm genus.poetæ.

Defixus,a,um.infixus,hærens in aliquo,poſitus. pro Flac.146.b.Totum ſtatum ciuitatis & omnem ſpem,&c. in ueſtra poteſtate,& in hoc uno iudicio poſitam eſſe & defixam.pro Dom.233.b.Porticus furoris Tribunitij, defixum indicium ad memoriã omnium gentiũ ſempiternã.de Ar.257.a. Vicia in aliquo penitus defixa atq; hærentia.

Deflagratio,onis.exuſtio, flamma,ardor. pro Plan. 279.b. Cum mea domus ardore ſuo deflagrationem urbi minaretur. de D.103.b. Deflagratio futura aliquando cœli atque terrarum. de Fin. 103.b.Terrarum omnium deflagratio.

Deflagro,as.conflagro,comburo, ardeo. de N. 40. a.Qua nocte natus Alexander eſſet, eadem Dianæ Epheſiæ templum deflagrauiſſe.de D. 86.b. Curia Saliorũ deflagrauit.Acad.30.a.Fore aliquãdo,ut omnis hic mundus ardore deflagret.I.A.177.b. Illæ faces, quibus incenſa L. Bellieni domus deflagrauit.Off.71.a. Phaëton ictu fulminis deflagrauit.Para.121.b.Aedes nympharum manu tua deflagrauerunt.

Deflagratus,a,um.exuſtus. Tuſ. 200.a. Fana flamma deflagrata.

Deflecto,ctis.declino,contorqueo.de Ar.253.a. Nihil ut à patris uirtute,præterquam quod à ſenatu deſciuerat, deflexiſſet.de Am. 104.a. Deflexit enim iam aliquantulũ de ſpatio curriculoq; conſuetudo maiorũ.& 114.a.Sed neſcio quomodo ab amicitijs ſapientum,&c.ad leues amicitias deflexit oratio.I.V.272.a.Si quis tãtulum de recta religione deflexerit.aliter, ratione.Off.34.b.In quo uerbo lapſa conſuetudo deflexit de uia, ſenſimq; eò deducta eſt, ut,&c.de D.88.a.Quoſdam amnes in alium curſum contortos & deflexos uidemus.At.145.a. Aetas iam à diuturnis laboribus deflexa ad ocium.Ep.121.a.Curio de ſuarum actionum curſu tua cauſa deflexit.Or.209.b. Vt declinet à propoſito, deflectatq; ſententiam.pro Mur.135.a.Cum te de curriculo petitionis deflexiſſes, animumq; ad accuſandum tranſtuliſſes.pro Quin.R.52.b.Qui ſemel à ueritate deflexit. pro Cecin.294.a.Si ad uerba rem deflectere uelimus.

Defleo,fles.ploro,deploro.de Cl.196.a.Sæpe enim inter nos impẽdentes caſus defleuimus.pro Dõ.232.a. Defloui coniugis miſeræ diſsidium.Ep.163.a.Illud initium ciuilis belli ſæpe defleui.

Defletus,a,um.cõploratus.de Or.143.b.L.Craſsi mors quæ eſt à multis ſæpe defleta.Tuſ.166.b. Nõ liberi defleti, non fortunæ omnes à uictoribus poſsiderentur. I.A. 248. a.Sed hæc ſatis diu multumq; defleta ſunt.

Defloreſco,ſcis. flacceſco, florem uenuſtatemq; amitto. de Cl.194.b.Non talis qualem tu Brute,iam defloreſcentẽ cognouiſti.pro Cæl.47.a. Quæ natura & celeriter defloreſcunt.ad Her.32.b. Formæ dignitas aut morbo defloreſcit,aut uetuſtate extinguitur.

Defluo,is.labor,delabor.de Am.107.a.Ne quid excidat,aut defluat in terram. Tuſcul. 240.a. Iam ipſæ defluebant coronæ. Epiſt. 139.a. Vbi ſalutatio defluxit, literis me inuoluo. Tuſcul. 161.a. A' quibus manſuefacti & exculti ad elegantiora defluximus. pro Seſt. 18.b. Ex octo tribunis plebis, quos habueram, unus me abſente defluxit. Orat 205.b. Hoc totum è Sophiſtarum fontibus defluxit in forum.

Defodio,dis.ſepelio,terra obruo.de Or.124.a.Vt ſi aurum cui, quod eſſet multifariam defoſſum, commonſtrare uellem.de D.87.a. Nouaculam illam defoſſam in comitio, ſupraq; impoſitum puteal accepimus. de D. 136.a. Reſpondit coniector theſaurum defoſſum eſſe ſub lecto:fodit, inuenit aurum,&c.

Defore.defuturus.contra Rul.84.a. Tamen non defore,qui,&c.

Deformatus,a,um.turpis,forma atq; ornamentis omnibus ſpoliatus, turpificatus.At.36.a.Sic ego hũc omnibus à me pictum & politum artis coloribus ſubitò deformatum uidi.et ibi.Deformatus corpore,fractus animo.ad Her.14.b.Mortuus,deformatus,tumore præditus, corpore decoloratus.de Ar. 249.b.Ludi deformati, inquinati,peruerſi, conturbati.et 257.a. Si hominẽ deterrimũ poeta aliquis fictis cõquiſitiſq; uicijs deformatum uellet inducere. de Or. 143.a.deformata ciuitas.I.V.228.b. Parietes nudos deformatoſq; reliquit.pro Q.17.b.Aliquis deformatus atq; ornamentis omnibus ſpoliatus.

Deformis, me. turpis. )( Formoſus. de In. 50. a. Epiſt. 54.b. Nec eam diligere minus debes, quòd deformior eſt, ſed miſereri potius. pro Cæl. 38. b. M. Cœlium nunquam pœnitebit non deformem eſſe natum. de Orat. 131.b. Iocus in rebus turpiculis, & quaſi deformibus ponitur. de Fin. 132. b. Motus ſtatúsue deformis. Off. 29. b.Partes quæ ad naturæ neceſsitatem datæ, aſpectum deformem habent. pro Cæl.38.b.Deforme eſt etiam de ſeipſo prædicare,&c.

Deformitas,tis.prauitas,turpitudo.de Or.97.b.Ne mala cõſuetudine ad aliquã deformitatẽ prauitatemq; ueniamus.de Or.131.a.Deformitas & corporis uiciũ. Ep.147. a.Dignitas nulla erit,ſed ſumma deformitas.Of.73.b.Nullum eſt maius malũ turpitudine: quæ ſi in deformitate corporis habeat aliquid offenſionis,quanta illa deprauatio et fœditas turpificati animi debet uideri? de Leg.166.a.Corporis prauitas,& ibi.Animi deformitas.

Deformo,as.fœdo,turpo,maculo, quaſi depingo. )( Orno,exorno.pro Cecin.287.b. Quis igitur ille quem ſuprà deformaui.de Ar.256.a.Eius concio,in qua Pompeium ornat,an potius deformat? ad Her.28.b.Qui ſunt qui Italiam deformauerunt? Carthaginenſes. & 27. a. Aut ſi qua re deformabimus:ut ſi cruentam aut cœno oblitam, aut rubrica delibutam inducamus. pro Cæl. 38.a.Ea quæ accuſatores deformandi huius cauſa dixerunt.pro Syl.181 a.Quæ ita à fortuna deformata ſunt,ut tamen à natura inchoata compareant.

Defraudo,as.decipio.Orat.218.b. Ne breuitas defraudaſſe aures uideatur, né ue longitudo obtudiſſe. Epiſtol. 100.a. Quem antea ne Andabatam quidem defraudare poteramus.

Defricor,aris.ad Her.27.a.Nam ut fortè hic in balneas uenit,cœpit, poſtquam perfuſus eſt,defricari.

Defringo,gis.decerpo,frango.pro Cecin. 296.a. Qui prætereuntes ramum defringerent arboris. de Orat. 153. a.Surculo defringendo uſurpare poſſeſsionem amiſſam. Ad Heren.41.a.Hic ſubſellium calce premens,dextra pedem defringit.

Defugio,gis.refugio,recuſo.de Or.93.b.Non te decet eam diſputationẽ defugere. Att.120.a. Defugere aliquod munus.pro Syl.173.a.Attende iam quàm defugiã autoritatem conſulatus mei.de Som.128.a.Ne munus humanũ aſsignatũ adeò defugiſſe uideamur.Tuſ.251.a. Iniurias fortunæ,quas ferre nequeas,defugiendo relinquas.

Defungor,eris.exantlo,fungor,perfungor.pro S.R.21 b.Cum ij,qui antea metuebant,redirent,& iam defunctos ſeſe periculis arbitrarentur.Antequã.194.b.Illi,quorũ animus eſt religionis pietate defunctus.Ep.158.a. Neq; ego pro maximis tuis beneficijs tam uili munere defungor orationis.Ep.112.a.Et hoc mendacio,ſi qua pericula tibi impenderent,ut defungeremur optaui I.V.156.a. Quis non maximo ſe affectum beneficio putauit? cum tribus decumis, pro una defungeretur?

Degenero, as. ueteres maiorum laudes obtero,deflecto.de Cla.176.a. Naturale quoddam ſtirpis bonum degenerauit,uicio deprauatæ uoluntatis.I.A.253.a.Frater tuus qui à uobis nihil degenerat. de Pro. 27.b.Cuius utinam filij non degeneraſſent à grauitate paterna.pro Flac. 151. a.Ab hac perenni conteſtatáq; uirtute maiorum non degenerauit L.Flac.I.V.184.a.Conſuetudo & diſciplina degenerare non ſinit. de D.81. a. Panætius degenerauit à Stoicis.Tuſc.188.a. A' quo illũ degenerare dolebat.de Fin.127. a. Nanq; horum poſteri ita degenerant, ut ipſi ex ſe nati eſſe uideantur. contra Rul. 66. a. Nonnulli digni maiorum loco reperiuntur.pro Seſt.22. b. Quid maioribus noſtris reddere debeamus, diligẽtiſsimè cogitandum eſt.I.A. 189.a. Aliquando patrium animum uirtutemq; capiamus. Off.23.b. Timotheus belli laude non inferior quàm pater.Off.24.b.Maioribus dedecori eſſe, nefas uiciumq; putandum eſt.

Dego,gis.ago,uiuo.de N.12.a.Quæ uita deorũ ſit,quæque ab ijs degatur ætas.Ep.180.b.Quod reliquum eſt uitæ,in ocio Rhodi degam.Off.23.b.Id ſibi quiſq; genus ætatis degendæ conſtituit,quod maximè adamauit. Off.72.b. Et omne tẽpus ætatis ſine moleſtia poſsit degere. pro Syl. 181.b. Cum Lentulo & Catilina fœdiſsimã & miſerrimã uitam degere.de Fin.113.a.Degere uitam cum uirtute. de Sen.77.b.Degere omne tẽpus ætatis ſine moleſtia.de Fin. 89.b.Degere omnem ætatem in tranquillitate.de Am.112 a.Amicitia nullam ætatis degendæ rationem patitur eſſe expertem ſui.pro S.R.43.b. Degere ætatem inter feras. & 42.b.Degere uitam in egeſtate. Antequam.197.b. Degere uitam in exilio.Off.3.b. Ad uitam degendam præparare res neceſſarias.

Deguſto,as.delibo,guſto,attingo.At.12.a.Altercatio huiuſmodi,ex qua licet pauca deguſtes. Parad.116.b. Deguſtabis genus hoc exercitationum mearum, quibus uti conſueui. At.12.a.Tu uelim Fabium odorere,& iſtum conuiuam tuum deguſtes.pro Cl.32.b.Qui aliquid ex eius ſermone ſpeculæ deguſtarat. Tuſ. 240.a.Vis igitur deguſtare, &c.uitam, & experiri fortunam meam.At.218.a. Vellẽ aliquid deguſtaſſes de fabulis.

Dehinc.deinde,poſtea.de In.67.a. Quod ſimul diuerterit,dehinc cœnarit. Tuſ.178.a.Primùm igitur, &c. dehinc,&c.

Dehortor,aris.diſſuadeo,deterreo,auoco.I.P.100.a. Res ipſa aut me,aut aliũ quempiã aut inuitabit,aut dehortabitur.ad Her.17.a.Si ab his dehortabimur.At.272.a.Ne fruſtra dehortando conemini.

Deiectio,onis.depulſio. pro Cec.296.a.Qui illã uim deiectionemq; fecerit.

Deiectus,a,um.pro Q.R.46.a. Hæc ſunt deiecta,illæ in ordinem confectæ.

Deiero,as.iuro. ad Her. 39.b. Iſte oneratus auro clamat & deierat.

Deijcio,cis.deturbo,demolior,depello,diſturbo, exturbo,præcipito,dimoueo,eijcio,deiectionem facio.pro S.R. 35.a.Habeo etiam dicere quem contra morem maiorũ minorem annis XL.de ponte in Tyberim deiecerit.Or.208. b. Nos ſæpe aduerſarios noſtros de ſtatu omni deiecimus. Ad Her.4.b.Is obuolutus & obligatus corio deijciatur in profluentem. pro Mur.143.a. Deijci de urbis præſidio, & de cuſtodia ciuitatis deturbari. I.A.215.b. Antonij præſidium Claterna deiecit Hircius.pro Dom.218.a.Cum ſenatum à gubernaculis deieciſſes,populũ è naui exturbaſſes.Off.16.b.Tumultuantem de gradu deijci. I.V.70.b. Pollicitus eſt quantum uellent pecuniæ, ſi me ædilitate deieciſſent.I.V.269.a.Hac ſe commemoratione ciuitatis omnia uerbera depulſurum, cruciatumq; à corpore deiecturum arbitrabatur.pro Mur.142.b.Quintius Tubero præture deiectus eſt.I.V.262.a.Si metum hunc Siciliæ deiecero. Tuſc.178.a.Vidés ne quantum de doloris terrore deieceris? Attic.261.a. Mihi uidetur σπαζύλαξ ille deiectus de gradu. pro Quint. 4.b. Libellos Sext. Alphenus deiecit. & 14.b. De ſaltu deijcitur Quintius. I. A. 153. a. Nec uerò uſquam diſcedebam, nec à republica deijciebam oculos. contra Rul.82.a. Deijci uel dimoueri ex poſſeſsione. I. V.71.a. Vt cuius pecuniæ me de fide deducere non potuiſſent, ne eiuſdem pecunijs de honore deijcerer. pro Cecin. 292.a. Eieci ego te,non deieci. pro Cec. 289. a.Prætor interdixit,ut unde deieciſſet,reſtitueret.& 209 b. Non deieci,ſed obſtiti. & ibid. Qui armis pulſus eſt, non uidetur eſſe deiectus? I. V. 156.b. Si prius illud propugnaculum, quo contra omnes meos impetus uſurum ſe putat,ex defenſione eius deiecero. pro Cecin.296.a.Qui ui deiectus eſt.

Dein.deinde.de N.47.b.Dein quæ ſequuntur. & de Cla.172.b.Dein flacceſcebat oratio.& pro Mil.109. & Or.211.a.Dein,pro deinde.

Deinceps.deinde,poſtea,poſthac,continuò, continuus, ſuum ordinem ſubſequi.de Or.87.a. Cotta qui Tribunatũ petebat,& Sulpitius qui deinceps eum magiſtratum petiturus putabatur. de Fin. 94.a. Primum eſt officium ut ſe

conſeruet in naturæ ſtatu, deinceps ut ea teneat, quæ ſecundum naturam ſint. de Or.160.a. Breues deinceps tres, extrema producta, pæanem faciunt. Ep. 29. b. Sed tamen tres fratres quos deinceps Tribunos pleb. per triennium uideo fore, te nolo habere inimicos. de Or.182.b. Tum reliquos ut inſtitui, deinceps perſequar. de N. 44. b. Annales Ennij, ut deinceps legi poßint, effici poſſe. Top.228.b. Loci autem qui, &c. deinceps eſt uidendum. At.279.b. Velim deinceps meliora ſint: id eſt, poſthac. de Clar. 187.b. Res quas Cæſar anno pòſt & deinceps reliquis annis adminiſtrauißet in Gallia. de Leg.178.a. Deinceps in lege eſt, ut de ritibus colantur optimi. de Or.88.a. Sed deinceps omnia plena conſiliorum uidemus. Tuſ.229.b. A' quibus ducti deinceps omnes ſapientes habebantur. Off.9.a.b. et 28. b. De iuſtitia ſatis dictum eſt, deinceps ut erat propoſitum de liberalitate dicatur. Off.32.b. Prima, &c. ſecunda, &c. tertia, &c. deinceps gradatim reliqua reliquis debeantur. de D.131.b. Ακροςιχὶς cum deinceps ex primis uerſus literis aliquid connectitur. de D.94.a. Qui primus, qui ſecundus, qui deinceps moriturus. de Som.130.b. Deinceps accipere ab alijs & tradere alijs. Tuſ. 209.b. Vt deinceps qui accubarent, canerent ad tibiã, &c. Poſtquã. 201.b. Opera mea remp. incolumem magiſtratibus deinceps traditam. de Leg.179.b. Sacra deinceps familijs prodantur & ſint perpetua. ad Her.3.b. Cauendum eſt etiam, ne id, quod ſemel ſuprà diximus, deinceps dicamus: id eſt, iterum. de Cla. 165.b. Poſteaq; deinceps, &c. & 194.a. Deinceps inde multa, &c. I.A. 251. a. Vt ſenatum funditus deleas, reliqui boni ſuum ordinem ſubſequantur: id eſt, ut reliqui boni deinceps à te deleantur.

Deinde. dein. exinde, exin, dehinc, poſthac, deinceps, ſecundo loco. de D.125.a. Totius augurij primũ naturã ipſam uidere, deinde inuentionẽ, deinde conſtantiã. Ep.35.b. Primùm Appio Claudio, deinde imperatori, deinde more maiorũ, deinde quod caput eſt, amico. de In.50.b. Deinde, &c. deinde &c. quater. de N.48.b. Deinde Delphinus, exinde Orion. Q.Fr.327.a. Quas ad te deinde literas mittemus: id eſt, poſthac.

Deintegro. denuò. Attic. 213.a. Illud uerò uel optimè quod ita multa mutari uolunt, ut mihi deintegro ſcribendi cauſa non ſit. Epiſt.201.a. Qui in morbum deintegro inciderunt. I. A. 196. a. & Attic. 221.b. Eas leges deintegro ferri placet.

Deiungo, gis. diſiungo. de Vn.197.a. Ita neceßitas cogit, ut eadẽ ſint ea, quæ deiuncta fuerunt.

Delabor, ris. labor, deuenio, deflecto. de Or.195.b. Ex utraq; parte tecti aqua delabitur. & in Arat. Off.16.a. De manibus audaciſsimorum ciuium delapſa arma ipſa ceciderunt. Quin.Fr.291.a. E' cœlo diuinum hominem eſſe in prouinciam delapſum. pro Mar. 134. b. Omnia, quæ delapſa iam fluxerunt, ſeueris legibus uincienda ſunt. de Orat.93. a. Inſperanti mihi cecidit, ut in iſtum ſermonem delaberer. de Am. 110. b. Iam enim à ſapientum familiaritatibus, ad uulgares amicitias oratio noſtra delabitur. pro Cæl.40. A' maledictis pudicitiæ ad coniurationis inuidiam oratio eſt noſtra delapſa. At. 104.a. Delabi in morbum. Part.230.b. A' maioribus ad minora delabi. de Or.131.b. Delabi in aliquod uicium. Off.46.b. Habẽda eſt ratio rei familiaris, quam delabi ſinere flagitioſum eſt. de D.92.b. Cum tu prouectus ſubitò, atq; delapſus in flumen nuſquã apparuiſſes. Acad.15.b. Delabitur interdum, ut dicat opinaturum, &c. de Fat. 148. a. Dum autem uerbis utitur ſuis, delabitur in eas difficultates, ut neceßitatẽ fati



confirmet inuitus. Epiſt.88. a. Nam ipſe quotidie mihi delabi ad æquitatem, & ad rerum naturam uidetur. Quin. Fr. 293. a. Sed neſcio quo pacto ad præcipiendi rationem delapſa eſt oratio mea, cum id mihi propoſitum initiò non fuiſſet.

Delapſus, a, um. ut ſignum cœlo delapſum. I.A.236.a. l. Delabor.

Delatio, onis. accuſatio. I.V.62.b. Cuicunq; uos delationem dediſſetis. Ep.115.b. Inter poſtulationẽ & nominis delationem uxor diſceßit. I.V.65.a. & pro Clu.22.b. Delatio nominis.

Delectamentũ, ti. oblectamentum. I.P.92.b. Inania ſunt iſta, mihi crede, delectamenta penè puerorum.

Delectatio. oblectatio, fructus, ſtudium, iucunditas, fructus iucunditatis, animi cauſa. )(. faſtidium. de Sen. 86. b. Delectationes conuiuiorũ non corporis uoluptatibus magis quàm cœtu amicorum ſermonibusq; metiebar. Tuſ.213 a. Delectatio eſt uoluptas, ſuauitate ſenſus animum deliniens. Poſtquam.207.a. In omni parte corporis aliquam delectationem gaudiumq; uerſari. de D.131. b. Fabulæ delectationis habent multum. Ep.95.a. Quæ popularem admirationem habuerunt, delectationem tibi nullam attuliſſent. de Or.101.a. Mira quædam in cognoſcendo ſuauitas & delectatio. pro Pom.11.b. Non illum amœnitas ad delectationem reuocauit. pro Mur.133.b. Ab delectatione omni negocijs impedior. & ibi. Et in ipſa occupatione delectationes alias multas habere poſſumus. Of. 21. b. Hominis mens uidendi & audiendi delectatione ducitur. de Or. 106.b. & 200.b. Res ruſticas uel fructus cauſa, uel delectationis inuiſere. Epiſt. 141. b. Magna delectatione & uoluptate te priuaſti. de Or.157.a. Poſt autem delectatio iucũditasq; celebrauit. de Leg.172.a. Studij delectationisq; cauſa ſcribere leges, non reipub. ut Plato, &c. Ep. 89. b. Doctrina & literæ, quæ ſecundis rebus delectationem modò habere uidebantur, nunc uerò etiam ſalutem. ad Her. 29.b. Hoc habet magnam delectationem. de N. 6. b. Quæ iſta poteſt eſſe oblectatio deo?

Delecto, as. oblecto, ago, duco, capio, delectationem habeo, delectationem affero. de Or. 151.b. Quod non ſolum delectet, ſed etiam ſine ſatietate delectet. Of. 20. a. Pulchritudo corporis mouet oculos & delectat. Quin.Fr. 315. b. Literæ tuæ incredibiliter me delectauerunt. Attic. 116.b. Philotimi literæ me admodum delectauerunt. Att. 26.a. Itaq; libris me delecto, quorum habeo Antij feſtiuam copiam. Epiſt.8.b. Quia me ſtatus hic reip. non delectat. At.25.a. Interea quidem cum muſis nos delectabimus. Ep.138.a. Tu te iſtic Atheniano iure delectato, ego me hic Hirciano. de Am.98.b. Itaq; non tam iſta me ſapientiæ fama delectat, quàm, etc. At.254.a. Incredibile eſt quàm me Quint. in omni genere delectarit. Attic. 2.a. Hermathena tua ualde me delectat. Q.Fr.314.b. Me magis de Dionyſio delectat: ipſe eſt enim ueterator magnus. I.V. 61.b. Vt me ab eo delectari facilius quàm decipi putẽ poſſe. Or. 216.a. Vt ab altero non delectére, alterum oderis. de Cla. 181. a. b. Delectatur audiens multitudo & oratione ducitur, & quaſi uoluptate quadam perfunditur.

Delector, aris. oblector, ducor, capior, teneor, delectatione uidendi ducor, ex aliqua re fructum capio, uoluptate afficior, morior in ſtudio faciendi aliquid, paſcor, perfruor, gaudeo, lætor. Quin.Frat.323.b. Puer magis illo declamatorio genere duci & delectari uidetur. I. P. 89.a. Hiſce ego rebus paſcor, his delector, his perfruor, quod Senatus, & cæt. pro Arch. 191. a. Nunc quidem certè cogitatione



cogitatione quadam ſpeq; delector. At.20.b. Multi opinione æquitatis delectantur. Epiſt.200.b. Nullo prorſus plus homine delector. Ep.33.b. Magis meo facto delector quàm tuo. de Or.200.a. Ennio delector, ait quiſpiam, qui, &c. Q.Fr.322.a. Cognoſce nunc hominis audaciam, in republ. perdita delectare. de L.172.b. In hoc admodum delector, quod, &c. Attic.273.b. In quo ualde delector, me antè prouidiſſe, &c. id eſt, in Dolabella. de Finib. 57.a. Delectari in aliqua re. de Am.108.b. Ne criminibus inferendis delectetur amicus.

Delectus, a, um. contra Rull.75.a. Cum delecta finitorum iuuentute, &c. pro Domo 215.b. Natiuum malum. )(. Delectum malum. pro Domo 218.a. Vir ſæpe ad extrema reipub. diſcrimina delectus. Antequam. 195.a. Nunc uel ſolus delectus ad calamitatem, uel primus uocatus ad tale periculum.

Delectus, ctus. diſcrimen, ratio, electio. Off.10.a. Tertium eſt propoſitũ, ut in beneficentia delectus eſſet dignitatis. Off.10.b. Acceptorum autem beneficiorũ ſunt delectus habendi, nec dubium quin maximo cuiq; plurimũ debeatur. I.V.133.b. Iſte omnia iura precio exæquauit, omnium rerum delectum atq; diſcrimen pecunia ſuſtulit. contra Rul.77 b. Cæteri agri ſine ullo delectu decemuiris addicentur. pro Cor.65.a. Qui imperatoribus noſtris in bello delectum uirtutis eripi uellet. de Fin.121.b. Officia tolluntur delectu omni & diſcrimine remoto. I.A.197.a. Delectus autẽ & notatio iudicũ etiam in noſtris ciuibus haberi ſolet. de Or.156.b. Verborum propriorũ delectus eſt quidam habendus. & de Cl.190.a. Verborum delectus elegans. de Cl.188.a. Verborum delectum originem eſſe eloquentiæ. ex Cæſare. de Fin.146.a. Mihi quidem etiam laudatius uideretur, quod eligitur, & ad quod delectus adhibetur. Orat.201.b. Quorum ab oratoris iudicio delectus magnus adhibebitur. Off.2.a. Si rerum aliquem delectum reliquiſſent. pro Cl.44.a. Quod idem facere Cenſores in delectu dignitatis, & in iudicio ciuium, & in animaduerſione uiciorũ qui couuenit? de Fin.55.b. Itaq; harũ rerum hic tenetur à ſapiente delectus, ut reijciendis uoluptatibus maiores alias conſequatur. pro Pl.260.b. Populus non delectu aliquo aut ſapientia iudicat, ſed impetu nonnunquã & quadã temeritate. Off.30.a. Habere delectum ciuis & peregrini, in ipſoq; peregrino priuatim'ne an publicè uenerit. de Pro.70.a. Exercitus ille noſter ſuperbiſsimo delectu & duriſsima conquiſitione collectus, omnis interijt. At.115.a. Nullus uſquã delectus. nam conquiſitores φαινοπρωσωπεῖν non audent, nec nomina dant. I.A.200.b. Delectum haberi ſublatis uacationibus.

Delegatio, onis. mandatum, prouincia. At.186.b. Delegatio in mancipe annua die.

Delegatus, a, ũ. At.27.b. Quoniã putas prætermittendum à nobis eſſe hoc tempore cratera illum delegatũ.

Delego, as. mando, mitto. de Or.120.a. Hæc ipſa, quæ nunc ad me delegare uis, ea ſemper in te præſtãtia fuerũt. Epiſt.111.b. Tamen in hoc te deprecor, ne me arrogantiæ condemnes, quod hunc laborem alteri delegaui. At.220.a. Quintũ delegabo, ſi quid æri meo alieno ſuperabit. pro Dom.216.b. Delegaui amico locupletiori, &c. At.189.a. Balbi regia conditio eſt delegandi.

Deleo, es. tollo, extinguo, adimo, abſtergeo, induco. Ep.104.a. Non enim te puto meas epiſtolas delere, ut reſponas tuas. Ad Her.22.a. Imagines ſicut literæ delentur. At.240.a. Iam ſcripſeram, delere nolui. pro S.R.46.a. Hæc delentur ſtatim, illæ ſeruantur ſanctæ. pro Flac.159.



a. Nominis propè Romani memoriam cum eueſtigio imperij non modò ex ædibus Græcorum, uerumetiam ex literis eſſe deletam. I.V.105.b. Delere tectorium ex pariete. )(. Inducere. At.159.a. Niſi Pompeius uincit, nomen populi Romani deleatur neceſſe eſt. Ep.234.a. Delere epiſtolã lachrymis. pro Mur.142.a. Quorum alteri uno aduentu noſtri exercitus deleti ſunt. Tuſ.167.b. Si patria deleatur, non deleat? Poſtquam. 204.b. Qui cum per ſe remp. lacerare non poſſet, ſub alieno ſcelere deleuit. Offic.12.a. & I.C.121.a. Delere patriam. de Aruſpic.251.a. Vrbs hæc, quam delere uoluiſti. & Poſtquam.202.a. I.C.123.a. Scipio Numantiam deleuit. pro S.R.40.a. Iupiter urbes deleuit, fruges perdidit. Off.36.a. Multi deleti ſunt homines hominum impetu. contra Rull.83.b. Delere aliquod ædificium. de Leg.183.a. Delere ſepulchrum. de N.81. b. Cotta ſic diſputat, ut Stoicorum magis argumenta confutet, quàm hominum deleat religionem. Poſtquã. 200. b. Quæ deliberatio non in re delenda, ſed in augenda mercede conſumpta eſt. pro Pomp.7.b. Magnas hoſtium copias multis prælijs eſſe deletas. I. A.153.a. Omnem memoriam diſcordiarum obliuione ſempiterna delendam cenſui. pro Deiot.150.b. Hæc nulla unquam uetuſtas obruet, nulla delebit obliuio. de Am.97.b. Qui non modò præſentia, uerumetiam futura bella deleuit. Q.Fr.327.a. Deleuit mihi omnem moleſtiam recentior epiſtola. de Ar.244.b. Extingere & funditus delere aliquid. In Verrem 59.a. Extinguere atq; delere improbitatem. Off.52.b. Extincto ſenatu, deletisq; iudicijs, quid eſt, &c. de N.9.b. Homines morte deleti. Tuſc.167.b. Toto animante deleto, & facto interitu uniuerſo. & 174.a. Sin autem perimit ac delet omnino, quid melius? At.11.a. Ius & fas omne delere. pro Seſt.15.b. Qui omnes leges una rogatiõe deleuit. Oct. 331.a. Tu cruore & flamma omnia delere uis. pro Pomp. 5.a. Delenda eſt uobis illa macula Mithridatico bello ſuperiore ſuſcepta.

Delenio, nis. delinio, mitigo. Epiſt.184.a. Alter nouis commentarijs Cæſaris delenitus eſt. aliàs, Delinitus.

Deletrix, cis. quæ delet, pernicies. de Ar.255.b. Illa penè deletrix huius imperij ſica.

Deliacus, a, um. ex Delo. pro S.R.40.b. Deliaca uaſa: id eſt, præſtantiſsima. & Ac.21.a. Gallinarius deliacus. l. Delos.

Delibatus, a, um. de Cl.169.b. Flos delibatus populi. aliàs illibatus. l. Libatus, & Illibatus.

Deliberatio, onis. conſultatio, conſilium, σκέμμα magnũ. At.102.a. Id coràm conſiderabimus, quale ſit: habet enim res deliberationem, & ſi ex magna parte tibi aſſentior. I. A.153.a. Deliberationes, quas habebat de republ. At.228.a. Suſcipe nunc meam deliberationem, qua ſolicitor, ita multa ueniunt in mentem in utranq; partem. & ibi. Iam illa conſilia priuata ſunt, &c. de Or.139.b. Inciditur enim omnis iam deliberatio, ſi intelligitur non poſſe fieri. pro Pom. 9.a. Vtinã uirorũ fortium tantam copiam haberetis, ut hæc uobis deliberatio difficilis eſſet, quem'nã potiſsimum tantis rebus præficeretis? de Fat.140.a. Maximè nos quidem exquirentes ea conſilia, quæ ad pacem pertinerent, omnisq; ferè noſtra in his deliberationibus conſumebatur oratio. Offic.62.a. De uiri boni deliberatione & conſultatione quærimus. & 54.b. Panætius non uidetur debuiſſe huiuſmodi deliberationem introducere. & 2.b. Triplex eſt conſilij capiendi deliberatio: nam, &c. & ibi. Id quod in deliberationem cadit. de Orat.162.a. Communicatio, quæ eſt quaſi cum ijs ipſis, apud quos dicas, deli-

beratio.& 118.a.Cauſa ex deliberatione conſtans,ut belli. de Or.86.b.Forenſes diſceptationes iudiciorum aut deliberationum.de In.44.b.Demonſtratio & deliberatio genera ſunt cauſarum.

Deliberatiuus,a,um.ex deliberatione conſtans. de In. 71.b.Cauſa deliberatiua.& 43.b.Deliberatiuũ genus eſt, quod poſitum in diſceptatione & conſultatione ciuili,habet in ſe ſententiæ dictionem.

Deliberator, oris. qui de aliqua re deliberat. pro Seſt.19.b.

Deliberatior,oris.certior.Ep.61.a.Nec illi quicquam deliberatius fuit,quàm me,&c.euertere.

Delibero,as.conſulto,conſulo,conſilior, deliberationem habeo de rep.conſilium faciendi aliquid exquiro,conſilium capio,conſidero,uideo,cõcoquo,inquiro. Poſtquã. 200.b.Is noctem ſibi ad deliberandum poſtulauit.quæ deliberatio,&c.Off.3.a.Cum enim utilitas ad ſe rapere, honeſtas contrà reuocare ad ſe uidetur, fit ut diſtrahatur in deliberando animus,afferatq; ancipitem curam cogitandi. Off.2.b.In deliberando ſæpe animi in contrarias partes diſtrahuntur. Attic.221.a.& Offic.11.a.Quamobrem ut de maxima re deliberanti,ita mihi des conſilium uelim. At.26.b.De geographia etiam atq; etiam deliberauimus. & ibi.Sed id quoq; uidebimus.At.171.b.Si tecum olim coràm potius quàm per literas de ſalute noſtra fortuniſq; deliberauiſſem.Or.209.b.Vt ſæpe cum ijs qui audiunt,nonnunquam etiam cum aduerſario deliberet.Att.119.b. Coràm tecum mihi poteſtas deliberandi non eſt. Ad Her.16. b.Vt ſi ſenatus deliberet,captiuos redimat an non.pro Q. R.52.b.Tibi diu deliberandum & concoquendum eſt, utrum,&c. de Fin.88.b.Qui uoluptatem ſummum bonum eſſe decernit, non cum ea parte animi in qua ineſt ratio & conſilium,ſed cum cupiditate:id eſt,cum leuiſſima parte deliberat. Offic.92.b.Non eſt alienum ad ea eligenda, quæ dubitationem afferunt,adhibere doctos homines, uel etiam uſu peritos.

Deliberare.ſtatuere,decernere,certum eſſe. I.V.76. b.Iſte certè ſtatuerat, & deliberauerat non adeſſe. contra Rul.65.a.Mihi deliberatum & conſtitutum eſt, ita gerere conſulatũ.I.V.168.a.b.Sic habuiſti ſtatutum cum amico ac deliberatum,omnes qui habitarent in Sicilia iudices reijcere? pro S.R.23.b. Certum eſt deliberatumq; dicere, &c.pro Q.R.25.a.Si iam tibi deliberatum eſt, quibus abroges fidem iuſiurandi,reſponde. Antequã.196.a. Quamobrem ſtatutum eſt atq; decretum omnia perpeti.At.103. a.& 155.a.Mihi certum eſt ab honeſtiſſima ſententia digitum nuſquam. de Orat.121.b. Mihi certum eſt à iudicijs cauſiſq; diſcedere. Attic. 205.b. Cæſar hoc ſcribit, ſibi certum eſſe Romæ manere. Attic.45.b. Nec adhuc ſtabat,quo potiſſimũ.I.A.265.a.Mihi conſtat meam contumeliam non ferre.Item: Mihi dubium nõ eſt,quin,&c. l.Dubius. pro Mur.139.a.Dixiſti,quippe iam fixum & ſtatutum eſt.

Delibo,as.decerpo,quaſi libando minuo,deguſto.pro Seſt.25.a.Vt omnes undiq; floſculos carpam atq; delibem. de In.76.b. Et tertius ſi exiſtant,qui,&c.nonne de ſua gloria delibari putant? ad Her.41.b. Ille nulla uoce delibans inſitã uirtutem,concidit tacitus.Ep.156.a. Putabam poſſe me nec de laude ieiuni hominis delibare quicquã. de In.84.a.Quod ſit de honeſtate delibatum,uirtute aliquando recuperare.de Sen.83.a.Ex uniuerſa mente diuina,delibatos animos habemus.l.Libo.

Delibutus,a,um.unctus,oblitus.de Cl.184.a.Cn.Octa



uius,qui deuinctus erat faſcijs,& multis medicamẽtis propter dolorem artuum delibutus.pro S.R.41.a.Compoſito & delibuto capillo,paſſim per forum uolitare. Sal.in Cic.270.b.Vxor ſacrilega ac periurijs delibuta.Tuſ.171. b.Per terram ſanie delibutam fœde diuexarier. Ad Her. 23.a.Vt ſi cruentam rem aut cœno oblitam,aut rubrica delibutam inducamus.

Delicatè. de Or.148.b.Recubare alicui molliter & delicatè. Off.21.b. Delicatè ac molliter uiuere.

Delicatus,a,um.mollis.Att.18.b. Odia illa libidinoſæ & delicatæ iuuentutis.de Nat.21.b.Epicurus quaſi pueri delicati nihil ceſſatione melius exiſtimat.de N.23.a. Delicatæ & obſcœnæ uoluptates. pro Mur.128.b.Aſia iſta referta & eadem delicata. de Clar.182.a. Adoleſcens delicatus. I.C.109.a.Puer lepidus ac delicatus.pro Mil.106. b.Muliebri & delicato ancillarum puerorumq; comitatu.Of.29.a.In re ſeuera conuiuio dignum aut delicatum aliquem inferre ſermonem. I.P.94.b.Is omnia eius adulteria delicatiſſimis uerſibus expreſſit. At.30.a.Delicatum conuiuium.Parad.117.b.Delicatæ regum pateræ. aliàs Filicatæ,& rectius.l.Filicatus.

Deliciæ,arum.delectamentũ,ſuauitas,uoluptas,amores,mel.I.V.200.b.Quæ ciuitas tibi in amore atq; in delicijs fuit. At.87.b.Publicanos habeo in delicijs.cõtra Rul. 73.b.Via Herculanea uendibilis multarum deliciarum. pro Mur.127.a.Multarum deliciarum comes eſt extrema ſaltatio.pro Dom.225.b.Alter ſe Catilinæ delicias fuiſſe dicebat.In Vat.32.b.Illi quibus eras in delicijs,uix riſum tenebant.Att.255.b. Pyliæ ſalutem dices & Atticæ, delicijs & amoribus meis.de Or.200.b. Longiſſimè ipſi à talibus delicijs, uel potius ineptijs abfuerunt. de D.96.a.Simia quam rex Moloſſorum in delicijs habebat.& 97.a.Quid amores & deliciæ tuæ Roſcius? I.A.207.b.Sed redeo ad amores deliciaſq; noſtras L. Antonium. & 252.a. Quos Antonius deliciarum cauſa loris in conuiuio cædi iubebat. pro R.P.126.b.Deliciarum & uoluptatis cauſa quoſdam cum mitrella ſæpe uidemus. Parad.117.b. Cogitatio ſupellectilis ad delicias,epularum ad uoluptates.Ep.116.b. Scito C.Sempronium,mel ac delicias tuas,calumniam maximo plauſu tuliſſe.Or.150.a.Pueriles deliciæ. Epiſt.94.b. Deliciæ tuæ noſter Aeſopus.

Deliciolæ,larum.At.5.

Delictum,cti.peccatũ,error.pro Mar.133.a.Dij pœnas à populo Rom.ob aliquod delictum expetiuerũt. pro Cec.286.a.Quo delictum maius,eo pœna eſt tardior. Of. 29.b.Quæ autem parua uidentur eſſe delicta,ab ijs eſt diligentius declinandum. pro Cec.299.b.& pro R.P.124.b. Iniuriarum delictum eſſe.Ep.73.b.Homines ſapientes delicto ſuo,non aliorum iniuria,commoueri.

Deligo,as.ligo,uincio.I.V.220.b.In ea,hominem diuaricari,& deligari:id eſt,in ea ſtatua.

Deligo,gis.lego,eligo,delectum habeo,delectum adhibeo. de In.62.b. Ille autem quinq; delegit, quarũ nomina multi memoriæ tradiderunt. pro Mur.129.a.Dicendi facultas ſæpe ualuit in conſule deligendo.de Leg.168.a.Bona deligere & reijcere contraria. pro S.R.20.a.Qui ex ſenatu in hoc conſiliũ delecti eſtis.pro Plan.272.a. Populus Rom.deligit magiſtratus,in quibus,&c. con.Rul.70. b.Si uobis ex omni populo deligendi poteſtas eſſet. & ibi. Quem unum ex cunctis delegiſſetis.pro Mil.105.b. In iudicibus legendis.pro Mil.105.b.Itaq; delegit è florentiſſimis ordinibus ipſa lumina. Off.42.b.Eorum fore ſimiles, quos ſibi ipſi delegerunt ad imitandum. Quint.Fr.291.b. Quæ-



ſtorem habes non tuo iudicio delectum.

Delinio,is.mitigo,placatũ reddo.pro Cl.20.b.Ea animum adoleſcentis pellexit ijs omnibus rebus,quibus illa ætas capi & deliniri poteſt.pro Mur.142.a.Fouere hominem ſenſus,delinire animos,& adhibere uoluptates. pro Cl.23.a.Mulier non nuptialibus donis, ſed filiorum funeribus delinita eſt.Off.42.b.Milites blando appellando ſermone delinire.I.V.183.b.Delinire aliquem precio. Epiſt. 253.a.Iam biennium eſt,cum uirtuti nuncium remiſiſti, delinitus illecebris uoluptatis. de Fin.55.b.Delinitus blanditijs uoluptatum.

Delinitio,onis.mitigatio.Off.45.a.Delinitio multitudinis,&c.

Delinitor,oris.blandus,leniſq; moderator.de Cl.187. a.Iudex,cuius delinitor eſſe debet orator.

Delinitus,a,um.mitigatus. de Or.88.a.Genus hominum,diſertorum oratione delinitum.

Delinquo,quis.pecco,cõmitto.de N.73.a.Lex,ut cõdemnetur filius,ſi pater deliquiſſet.pro Cl.44.a.Ne miles in bello propter hoſtium metum delinqueret.Tuſc.177.b. Philoſophus artem uitæ profeſſus deliquit in uita. de In. 66.a.& contra Rul.86.b.Delinquere in aliqua re.

Delique ſco,ſcis.diſſoluor,liqueſio,diſluo.Tuſc.217.a. Nec alacritate futili geſtiens deliqueſcat.

Deliratio,onis.ſtultitia,error,*inſania.de D.127.a. O delirationem incredibilem. & de Sen.84.b. Sic iſta ſenilis ſtultitia,quæ deliratio appellari ſolet.

Deliro,as.deſipio. Off.19.b.Falli,errare, labi,decipi tam dedecet,quàm delirare,quàm mente captum eſſe. de N.10.a.Expoſui ferè non philoſophorum iudicia,ſed delirantium ſomnia.de D.87.b.In extis totam Hetruriam delirare.de Natura.20.a. Deſipere,delirare, dementem eſſe. & 19.b.Omnes'ne tibi delirare uiſi ſunt?

Delirus,a,um.ſtultus,inſanus,mente captus.de Orat. 115.b. Tum Annibal reſpondiſſe fertur,multos ſe deliros ſenes ſæpe uidiſſe,ſed qui magis quàm Phormio deliraret. uidiſſe neminem. de D.137.b. An tu cenſes ullam anũ tam deliram fuiſſe,ut hæc crederet? Tuſc.158.b. Quæ eſt anus tam delira,quæ iſta timeat?

Delitæ literæ. non deletæ.ad Caluum, autore Priſc. Item in Verrem.*

Deliteſco,ſcis.lateo.de N.51.a.Beſtiæ in cubilibus deliteſcunt.pro Cæl.50.b.Vt eò mitteret amicos, qui deliteſcerent,deinde repentè proſilirent. & 51.a. Serui in balneis delituerunt. pro Cecin.296.b.Aequitatis iudicium cum erit,caue in iſta tam frigida calumnia deliteſcas. de Nat. 36.b.Stella tum deliteſcens,tum rurſum ſe aperiens. Academ.5.a.Sic Arceſilaus, qui conſtitutam philoſophiã euerteret,& in eorum authoritate deliteſceret, qui negaſſent quicquam ſciri poſſe.

Delium,lij.locus.de D.106.

Delius,a,um.I.V.85.b.de N.77.Delius Apollo.

Delos,li.pro Pom.14.b.Inſula Delos tam procul à nobis in mari Aegeo poſita. I.V.216.a.& 85.b. Apollinem Deli uiolatũ eſſe.Att.144.a.Non ſolùm Romæ, ſed etiam Deli tuum digamma uideram.l.Digamma.

Delphi,orum.urbs.de N.71.a.Apollinem ex Hyperboreis Delphos ferunt aduenisſe.pro Fon.280.a. Delphos uſq; ad Apollinem Pythiũ.de D.132.b.Cur iſto modo iam oracula Delphis non eduntur?

Delphicus,a,um.I.V.230.b.Menſæ Delphicæ. & de D.133.a.Oracula Delphica.

Delphinus,ni.piſcis marinus, omnium animalium ue



lociſſimus.de D.138.b.Gubernatores cum exultantes loligines uiderint & delphinos,tempeſtatem ſignificari putant. de N.16.b.An tu delphinum ullam anteferre cenſes figuram,ſuæ.

Deltoton.cœleſte ſydus.In Arat. Deltotõ dicere Graij, Quod ſoliti,ſimili quia forma,litera claret. △

Delubrum,bri.templum. I.V.69.a. Verres delubra ſanctiſſimis religionibus conſecrata depeculatus eſt. pro Arch.189.b.Smyrnei delubrum Homeri in oppido dedicauerunt.I.V.55.b.Simulachra ſanctiſſima deorum ex delubris religioſiſſimis ſublata.de N.77.a.Menſas argenteas de omnibus delubris iuſſit auferri.& 68.b.Aras delubraq; Hecates in Græcia uidemus. pro Dom.240.a.Cum noui delubrum in urbis clariſſimo loco inchoaret. pro Arch. 191.a.Delubra muſarum colere.de L.173.b. Conſtructa à patribus delubra habento.de N.79.a. Pugnare pro templis atq; delubris deorum.l.Templum.

Deludo,dis.ludo,illudo,eludo,derideo.pro S.R.22.b. Deinde aliquanto lentius,nihil agere atq; deludere cœperunt. contra Rull.81.b. Contemnere maieſtatem populi Rom.deludi uoſmetipſos diutius ab iſto patiemini?

Delumbo,as.debilito,eneruo.Or.220.a.Nec minutos numeros ſequens concîdat,delumbetq; ſententias.

Demens, tis.de mente ac ſanitate deturbatus, emota mente,inſanus,amens.)(.Sanus. Offic.17.a. In tranquillo tempeſtatem aduerſam optare,dementis eſt. I.P.Tragico illo Oreſte aut Athamante dementior. I.C.113.a. Tum ille ſcelere demens, &c. de Ar.257.b.Inconſideratiſſima & dementiſſima temeritas. de Diuin.132.a.Quæ perturbatione animi ſanus cum eſſet timebat ne euenirent, ea demens euẽtura eſſe dicebat. de Nat.20.a.Deſipere, delirare,dementem eſſe.

Demenſus,a,um.dimenſus,ad menſuram. Or.200.a. Vt uerba uerbis quaſi demenſa & paria reſpondeant.

Dementer.ſtultè.I.C.116.a. Res tanta tam dementer credita.

Dementia,tiæ.amentia,ſtultitia.I.C.123.a.Qui ex numero ciuium dementia aliqua deprauati,hoſtes patriæ ſemel eſſe cœperunt.

Demergo,gis.immergo,obruo.de D.137.a. Equus in quo uehebar mecum unà demerſus,rurſus apparuit.de D. 83.a.Cornix Demerſit caput & fluctum ceruice recepit. Offic.37.b. Quamuis enim demerſæ ſint leges opibus alicuius,quamuis tremefacta libertas:tamen,&c.de Sen.93. a. Eſt enim animus ex altiſſimo domicilio depreſſus, & quaſi demerſus in terram.

Demerſus,a,um.immerſus. pro Seſt.14.a.C.Marius ſenile corpus paludibus occultauit demerſum.pro Seſt.14. a.Patriam demerſam extuli.

Demetatus,a,um.deſcriptus,diſtinctus.de Nat.47.b. Atq; ita demetata ſigna ſunt, ut in tantis deſcriptionibus diuina ſolertia appareat.

Demetior,iris.metior,deſcribo,dimetior.de N.57.b. Solis curſus demetiti, temporum uarietates cognouimus. aliàs,Dimetati.

Demeto,tis.meto. de N.57.b.Tempeſtiuè demetere, percipereq; fructus. de Sen.91.b. Demetere & percipere fruges.

Demigro,as.aliò ad habitandum eo,diſcedo.con.Rul. 74.b.Demigraturi in illa loca noſtri homines ſunt, propter agrorum bonitatẽ. pro Dom.233.a. Demigrandum eſt potius aliquò,quàm habitandum in hac urbe.pro R.P. 96.b. Mentes quæ ex hominum uita ad deorum religionem

gionem ſanctimoniamq́; demigrant. I.C.101.a. A quo repudiatus ad ſodalem tuum M. Marcellum demigraſti. Parad.119.b. Mortem'ne mihi minitaris, ut omnino ab hominibus, an exilium ut ab improbis demigrandum ſit? At.65.a. Multa mihi dat ſolatia, nec tamen ego de meo ſtatu demigro. In Vat. Homines ab ore improbo demigrant: id eſt, diſcedunt. Tuſc.164.a. Vetat enim nos Deus iniuſſu ſuo hinc demigrare. I.P.99.a. Quos tu demigrare, & aras & focos relinquere coegiſti.

Deminuo, is. diminuo. Epiſt.209.a. Non ut aliquid de illa commendatione deminuam, ſed, &c. aliàs, comminuam.

Demiror, aris. ualde miror. contra Rul.86.a. Hæc te ſperaſſe aſſequi poſſe demiror. Ep.108.a. Me autem propter quem cæteri liberi ſunt, tibi liberũ non uiſum demiror. At.237.b. & de 122.b. Iſtam auditam à te eſſe omnino demiror. At.229.b. Quod demiror equidem.

Demiſſè. humiliter. pro Dom.232.a. Vtrum me non reſpondere, an demiſſe reſpondere decuit? Attic.34.a. Me tueor ut oppreßis omnibus non demiſſe, ut tantis rebus geſtis parum fortiter. Attic.284.b. Suppliciter ac demiſſe agere gratias alicui. Tuſc.185.b. & 233.a. Demiſſe & humiliter loqui.

Demißio. animi abiectio, infractio, debilitatio. Tuſc.193.a.

Demiſſus, a, um. humilis, fractus, ſordidus. pro Cl.29.b. At C. Frabricius à ſubſellijs demiſſo capite diſceſſerat. pro Dom.229.b. Inuenies eum apud ſororem tuam, occultantem ſe capite demiſſo. pro Mur.134 b. Vides'ne tu illum triſtem & demiſſum: iacet, diffidit, &c. pro Syl.181.a. P. Sylla mœrens, demiſſus, afflictus. pro Fon.280.b. Animus demiſſus atq; humilis. pro Cl.29.a. Erigebat animum demiſſum, oppreſſum Oppianicus. de Orat.125.a. Demiſſus, non acer, non pertinax, non litigioſus, non acerbus. Att.36.a. Vt ille tum humilis, ut demiſſus erat. Epiſt.13.a. Fracto animo & demiſſo eſſe. I.V.69.b. Humilis & demiſſus.)(. Lætus & alacer.

Demitigo, as. mitigo, lenio. Att.8.a. Nos quotidie demitigamur.

Demitto, tis. inclino, deprimo, immitto, abijcio. de Or.133.b. Memmius in forum deſcendens caput ad fornicem Fabianum demittebat. I.V.*. Demittere ſe ad aurem alicuius. pro Cl.40.b. Illa uſq; ad talos demiſſa purpura. de Fin.135.a. Si uincunt, efferunt ſe lætitia: uicti debilitantur, animosq́; demittunt. Ad Her.26.b. In mediocri figura uerſabimur, ſi hæc ut antè dixi, aliquantulũ demiſerimus. de D.95.b. Cum ipſe equum demiſiſſet in flumen, ſummerſus equus nõ extitit. Q.Fr.290.a. & de Fin.135.a. Te rogo ne cõtrahas, aut demittas animũ. ad Her.21.a. Sin erit in demõſtratione ſermo, paululũ corpus à ceruicibus demittemus. Ep.147.a. Cum in eũ caſum me fortuna demiſiſſet, ut, etc.

Demiurgus, gi. Turpilij comœdia. Ep.140.a. Itaq; nõ modò in comœdijs res ipſa narratur, ut ille in Demiurgo modo, &c.

Demo, mis, dempſi, ptum. detraho. Ac.13.a. Cum aliquid minutatim & gradatim additur, aut demitur. de Fin.69.b. Cui nihil dempſit ius. I.V.164.b. Demit de capite medimna DC. & 165.b. Quantum de capite dempſiſſet. Att.108.a. Demere ſolicitudinem alicui. de N.76.b. Dionyſius Aeſculapij barbam auream demi iußit. de Pet.206.a. Qui Tanuſiorum capita demebant, &c.

Democriticus. de Or.88.b. Tuſc.165.

Democritius, a, um. de N.76.b.



Democriteus, a, um. de D.114.b. Verum ſint iſta Democritea uera. Tuſc.186. de N.15.

Democritus, ti. nomẽ philoſophi. de Or.150.b. De riſu.

Demolior, iris. deturbo, deijcio, diſturbo, euerto. Q.Fr.318.a. Diphilus columnas demolietur. I.V.141.b. Quæſtores ſtatuas demoliendas locarunt. Offic.28.a. Hanc Scaurus demolitus acceßionem adiunxit ædibus. Topic.222.a. Demoliri parietem. Epiſtol.189.b. Partem muri demolitus eſt.

Demolitio, onis. euerſio. I.V.141.b. & Poſtquam.211.a. Dum ea demolitio fieret, Quæſtores non minus triginta adeſſent.

Demonſtratio, onis. de Or.163.b. Geſtus ſententiam non demonſtratione, ſed ſignificatione declarãs. I.V.230.b. Illi conuerſam iam habent demonſtrationẽ ſuam. de In.44.b. Demonſtratio & deliberatio genera ſunt cauſarũ. Acad.8.a. Argumenti concluſio quæ eſt Græcè ἀπόδειξις, ita definitur, ratio quæ ex rebus perceptis ad id quod non percipiebatur, adducit.

Demonſtratiuus, a, um. epidicticus. de In.43.b. Cauſæ tres partes ſupponimus, iudicialem, deliberatiuam, demonſtratiuam. & ibi. Demonſtratiuum genus eſt, quod tribuitur in alicuius certæ perſonæ laudem aut uituperationem. de Orat.200.a. Id genus, quod Græcè ἐπιδεικτικὸν nominatur. & 201.a. In epidictico genere. & ibi. De forma dicendi eius generis. de Or.118.b. Si ex perſona cauſa conſtet, ut laudis.

Demonſtrator, oris. de Or.141.a. Simonides dicitur, ex eo quod meminiſſet, quo quiſq; loco cubuiſſet, demonſtrator uniuſcuiuſq; ſepeliendi fuiſſe.

Demonſtro, as. commonſtro, oſtendo, ſignifico, declaro, ſatis ſigni do, præ me fero, apertè fero, non dißimulo, profiteor, digitum ad rem intendo, teſtificor. In Verrem 230.a. Nam ut antè demonſtrabant quid ubiq; eſſet, ita nunc quid undiq; ablatum ſit, oſtendunt. At.2.a. Demonſtraui hæc Cæcilio, ſimul & illud oſtendit, &c. Epiſt.32.a. Mihi Fabius demonſtrauit me à te plurimi fieri. Epiſt.141.b. Spurina quidem cũ ei rem demonſtraſſem, et uitam tuam ſuperiorem expoſuiſſem, magnum periculum ſummæ reip. demonſtrabat, niſi, &c. Q.Fr.291.b. Demonſtrare amorem fraternum in aliquem. de Or.96.b. Demonſtrare rem: id eſt, narrare.

Demoror, aris. detineo, remoror. de Or.130.b. Ne diutius uos demorer, exponam, &c. Lent. Ep.193.a. Nõnullis etiam ipſi magiſtratus ueniebant in ſuſpicionem, detinuiſſe nos & demoratos eſſe, dum claßis Dolabellæ certior fieret de aduentu noſtro.

Demortuus. a, um. mortuus. At.259.a. Alij enim ſunt aliàs noſtriq; familiares ferè demortui. I.V.139.b. Cum eſſet ex ueterum numero quidam ſenator demortuus. I.V.202.a. Sanxerunt ne quis emeret mancipium, niſi in demortui locum. & ibi. Si quis Romæ eſſet demortuus. ad Her.4.a. Altera lex iubet augurem in demortui locum qui petat, nominare.

Demoſthenes, nis. orator. de Or.92.a. de Demoſthene multa. de Cl.175.a. Lectitaſſe Platonem ſtudioſe, audiuiſſe etiam Demoſthenes dicitur. Or.198.a. Demoſthenes frequens Platonis auditor. de Orat.108.a. Ille cui ſine dubio ſumma uis dicendi conceditur, Athenienſis Demoſthenes. & ibi multa de Demoſthene. Or.198.b. Vt mirarẽtur Demoſthenẽ maximè, quo ne Athenas quidẽ ipſas magis credo Atticas fuiſſe. Or.206.a. Vſq; adeò difficiles & moroſi ſumus, ut nobis nõ ſatisfaciat ipſe Demoſthenes, qui quanquam



quam unus eminet inter omnes in omni genere dicendi, tamen non ſemper implet aures meas. & ibi.b. Demoſthenis imago ex ære in Tuſculano Bruti.

Demoueo. es, remoueo, dimoueo. pro Syl.178.b. Vt nõ alteros demouiſſe, ſed utroſq; conſtituiſſe uideatur. pro Cec.294.b. Aliquis manu demotus & actus præceps.

Demum. tandem. Tuſc.249.a. Exilium & quantum demũ à perpetua peregrinatione differt? In Sal.272.a. Ea demũ magna uoluptas eſt Criſpe Salluſti, æqualem ac parem uerbis uitam agere.

Denarius, rij. decima ferè aurei nummi, ſeu coronati pars: & pondere idem quod drachma. Denarius autem dictus fuit, quod denis aßibus ualeret. I.V.136.a. Singulis cẽſoribus denarij trecenti ad ſtatuã prætoris imperati ſunt. Off.70.b. Emere denario, quod ſit mille denariorum. aliter, mille denariûm. pro Fon.273.a. Quaternos denarios in ſingulas uini amphoras exegiſſe. pro Quint.3.b. Decidis ſtatuisq́; tu, quid ijs ad denarium ſolueretur. Aſin. Ep.165.b. Antonius quingentos denarios ſingulis militibus dedit. At.26.b. Vide quid narrent & quæ ſpes ſit denarij. & 257.a. Octauius quingentos denarios dat. I.V.192.b. Sperauerãm me ad denarios peruenturum. Ep.136.b. Quem tu mihi Popilium? quem denarium narras? & 138.a. Ollam denariorum implere.

Denego, as. nego, inficior, recuſo. Ep.67.b. Impudenter facio, qui tibi tantum oneris imponam, poteſt enim mihi denegare occupatio tua. pro Font.277.b. & pro Flacco 146.a. Hoc crimen optimis nominibus denegare poſſumus. I.V.243.a. Quæ iucunda uidentur eſſe naturæ denegarem. de Orat.120.a. Ei nihil à natura denegatum eſt. I.A.234.b. Aſſenſero, ambitionem induxero in curiam, negauero, ſuffragio meo tanquam comitijs homini honorem amicißimo denegauero. At.1.a. Aquilium non putamus, qui denegat, &c.

Denicales, um. feriæ, cum mortui cauſa, familia purgabatur. de L.181.a. Nec uerò tam denicales, quæ à nece appellatæ ſunt, quia reſidentur mortui, quàm cæterorum cœleſtium, quieti dies feriæ nominarẽtur: niſi maiores eos qui ex hac uita migraſſent, in deorum numero eſſe uoluiſſent.

Denique. ad extremum, poſt omnia. de Or.137.b. His omnibus conſideratis, tum deniq; cogito, &c. de Or.138.a. Nihil eſt deniq; in natura rerum omnium, quod, &c. Poſtquam.201.b. Primum, &c. tum, &c. deniq; ad extremum, &c. pro Pomp.11.b. Non denique, &c. poſtremo &c. pro Quint.18.b. Ne ſexageſimo denique anno macula notetur. de Finib.126.a. Mathematici, poetæ, muſici, medici denique, &c.

Denominatio. figura. ad Her.34.

Denominor, aris. ad Her.34.a.

Denotatus, a, um. perſpectus, cognitus, comprehenſus. Acad.15.a. Sapientem, de quo omnis hic ſermo eſt, cum ei res ſimiles occurrant, quas non habeat denotatas, retenturum aſſenſum.

Denoto, as. ſignifico, deſigno. pro Pomp.5.a. Qui una die tota Aſia, uno nuncio atq; una literarum ſignificatione, ciues necandos trucidandosq́; denotauit.

Dens, tis. de N.53.a. Dentibus in ore conſtructis manditur, extenuatur & mollitur cibus, eorum aduerſi acuti diuidunt eſcas, intimi autem conficiunt, qui genuini uocantur. Tuſc.213.a. Terrorem pallor, & tremor, & dentium crepitus conſequitur. de Nat.71.a. Aeſculapius primus dentis euulſionem inuenit. Tuſcul. quæſt.237.b. Dentes candiduli. I.P.79.b. Dentes putridi. de Leg.182.b. Cui auro dentes iuncti eſſent. pro Cor.67.a. Dente maledico carpere aliquem.



Denſeletæ. pop. I.P.97.

Denſus, a, um. creber, craßus, plenior, concretus, pinguis. de Nat.24.b. Loca ſylueſtribus ſepibus denſa. Att.190.a. Sylua denſa atque aſpera. Attic.98.b. Vbi illæ denſæ dexteræ.

Dentatus. a, um. mordax. Q.Fr.316.a. Charta dentata res agetur.

Denudo, as. nudo, ſpolio. de Orat.105.a. Spoliare atque denudare aliquem ſuo ornatu. Epiſtol.192.a. Denudatis ac diuenditis ciuibus. In Verrem 242.a. Ne excitetur Verres, ne denudetur à pectore, ne cicatrices populus Rom. aſpiciat.

Denunciatio, onis. indicium, ſignificatio. pro Fl.149.a. Vt eos qui domo exire nolebant teſtimonij denunciatione terreret. & pro Planc.272.b. Terrere aliquem denunciatione periculi. de Diuin.119.b. Quæ eſt enim iſta à dijs profecta ſignificatio, & quaſi denunciatio calamitatum? I.A.206.a. Facilè uerò huic denunciationi parebit. & ibid. Non eſt illa legatio, ſed denunciatio belli niſi paruerit. Planc. Epiſt.148.a. Quod prӕmatura denunciatio boni ciuis imparati, quàm periculoſa eſſet ex caſu collegæ uidebam.

Denuncio, as, quaſi indico, palàm dico, teſtor, oſtento, ſignifico, prænuncio. I.V.70.b. Siculis denunciatũ eſſe audio, domũ ad illũ ut uenirent. Ep.179.a. Expectanti mihi tuas quotidie literas, Lupus noſter ſubitò denunciauit ut ad te ſcriberem. Ep.195.a. Ego autem nunquã, cum mihi denunciatũ eſſet à tuis ire aliquem, non dedi. de D.94.a. Hector moriens propinquam Achilli mortem denunciat. de Or.93.b. Cum ſe ad omnia, de quibus quiſq; audire uellet, eſſe paratum denunciaret. pro Q.4.b. Sex. Alphenus denunciat ſe procuratorem eſſe. pro Cec.288.b. At illi denunciat fundum illum ſuum eſſe. pro Q.10.a. An cum Romæ domus eius ſit, domum potius denunciem? pro Cec.303.a. Cur Ebuti de iſto potius fundo quàm de alio Cecinnæ denunciabas? I.A.187.b. Denunciare timorem alicui. pro Mil.101.b. Quamobrem illa arma non periculum nobis, ſed præſidium denunciant. I.A.198.a. At ille inimicitias mihi denunciauit. Off.8.a. Nullum bellum eſſe iuſtum, niſi quod denunciatum antè ſit & indictum. At.35.a. Clodius mihi adhuc denunciat periculum. Attic.38.a. Clodius non mediocres terrores iacit & denunciat. Epiſt.198.a. Quod ſenatus non ad pacem deprecandam, ſed ad bellum denunciandum miſerat. pro Fl.146.b. Denunciare nouas inimicitias alicui. de D.100.b. Quibus portentis magna populo Rom. bella denunciabantur. pro Mur.136.a. Catilina Sulpitio uim denunciabat. pro Seſt.11.b. Denunciare iudicium alicui. pro S.R.36.b. Denunciare teſtimonium alicui. pro Cluent.22.b. M. Aurius qui antè denunciarat. I.A.206.b. Teſtificor, denuncio, antè prædico, nihil eum facturum, &c. Epiſt.47.a. Monente & denunciante te. I.V.37.a. Moneo, prædico, antè denuncio. de Orat.156.a. Plus enim aliquanto attuliſti, quàm tibi eſſet tributũ à nobis atq; denunciatum. I.A.189.a. Quid erat aliud niſi denunciare populo Rom. ſeruitutẽ? Epiſt.66.b. Vt quicquid opus eſſet, mihi denunciaret. Tuſ.174.a. Vt à Deo denunciatum uideatur. pro S.R.49.a. Denunciare iudici, & denunciare in iudiciũ. pro Mil.111.a. Mortem ab illo denunciatam palàm Miloni & prædicatam.

Denuò. deintegro. In Verrem 136.b. Sicilia te prætore cenſa

cenſa denuò eſt.& 83.b.Recita denuò.Ad Her.30.a.Quæ denuò alio orationis membro excipitur.de Clar.182.b.De integro ordiens.

Deonero,as.exonero,depono. I.V.61.b. Quid cum cõmiſerari & conqueri,& ex illius inuidia deonerare aliquid & in te traijcere cœperit?

Deorſum.)(.Surſum.de Vn.203.b.l.Surſum.de N.15.a. Directò deorſum ferri.

Depaciſcor,ris.depactus ſum.paciſcor,ſpondeo. Att.140.a.In quo non extimeſco periculum:cum enim tot impendeant,cur non honeſtiſsimè depaciſci uelim? pro S.R.36.b.Cum illo partem ſuam depaciſci. & 37.b. Ipſe tria prædia ſibi depactus eſt.I.V.160.b.Neq; antè dimiſſus eſt, quàm ad conditiones eius depactus eſt. de In.61.a.Depaciſci cum aliquo,ut aliquid fiat.

Depaſco,ſcis.abſumo,reſeco.de Or.135.a.Qui à pecore eius depaſci agros publicos dicebant. de Leg.167.b.Depaſci ueterem poſſeſsionem Academiæ,ab hoc acuto homine non ſinemus.de Or.137.b.In ſumma ubertate ineſt luxuries,quæ ſtylo depaſcenda eſt.

Depeculator,oris.fur reip. I.V.67.a.Depeculator ærarij.I.P.100.b.Depeculator,uexator,&c.

Depeculor.aris.eſt furari & cõpilare remp. I.V.68.a.Verres in prouincijs omnia fana depeculatus eſt.& 69.a.I.V.218.b.Cur pro iſto,qui laudem honoremq; familiæ ueſtræ depeculatus eſt,pugnas.I.V.108.a.Eum omni argento ſpoliaſti,& depeculatus es. ad Her.32.b. Ciuitates, regna,domos omnium depeculatus eſt.

Depello,lis.pello,repello,expello,declino, propulſo. )(.Appeto,aſciſo,aſſumo.I.C.114.b.Non facilè tantã molem mali à ceruicibus noſtris depuliſſem. & pro Fl.146.a.& pro Dom.225.b.pro Cecin.294.a.Dimoueri & depelli de loco.& contra Rul.71.a.Ep.7.b.Scito nos de uetere illa noſtra diuturnaq; ſententia propè iam eſſe depulſos.pro Lig.141.a.Depellere aliquem de propoſita ſententia.I.A.248.a.De falerno anſeres depellantur.de N.53.a. Stomachus agitatione linguæ depulſum et quaſi detruſum cibũ accipit.de Fat.144.a.Sequitur enim,ut ſi alia ab alia nunquam depellatur,ne contingat quidem alia aliam.pro Seſt.22.a.Qui ab aris,focis,ferrum,flammam depellit,etc. de Cl.192.b.Longi ſermonis initium depuliſti Attice. pro Q.2.a.Tela depellere & uulneribus mederi. pro Cecin.289.a.Quo loco depulſus Cecinna,tamẽ,&c. de Ar.257.b.Qui patriæ conſeruatorem urbe depulit. de Or.143.a. C.Cotta per inuidiam depulſus tribunatu. de Pro.70.a. Virgines uoluntaria morte nefariam turpitudinem depulerunt. Antequam.194.b.Quem fortuna erexerat ad gloriam,eundem tribuni furor depulit ad calamitatem. pro Dom.216.a. Depulſis & diſsipatis copijs hoſtium. I.C.115.a.Cum & ſimulachra deorum immortalium depulſa ſunt,& ſtatuæ ueterum hominum deiectæ.Epiſt.183.a.Vt tantummodo odium illud hominis impuri,& ſeruitutis dolor depulſus eſſe uideatur. pro Seſt.20.b. Nec alia ulla re ab ſe mortem,niſi mortis opinione depulit. Ep.26.b.Niſi iam ipſa ratio depuliſſet omnes moleſtias. & 107.b. Sed ſi morbum depulero,facilè ut ſpero,illa reuocabo.

Dependo, dis.pendo,ſoluo. Attic.5.a. Mihi abiurare certius eſt quàm dependere. Epiſt.11.b. Dependendum tibi eſt,quod mihi pro illo ſpopondiſti. pro Seſt.27.a.Omnes reip.pœnas præſenti morte dependerunt. I.C.120.a.Latorem legis Semproniæ pœnas reip.pependiſſe. Ep.286.a.Quod ſpoponderis quemadmodum ſoluas, niſi is dependi facilè patiatur,pro quo ſpoponderis? Att.231.b.Puto ſi quid in homine pudoris eſt,præſtaturum eum,ne ſerò quodammodo dependatur.

Deperdo,dis.amitto,perdo. pro Fon.280.a.Ne quid apud uos de exiſtimatione ſua deperderet. pro Cecinna.305.a.De iure ciuitatis nihil potuit deperdere.de Pro.71.a.Qui nõ ſolum bona, ſed etiam honeſtatem miſeri deperdiderunt. Tuſc.236.a.Nam qui timebit,ne quid ex his deperdat,beatus eſſe non poterit.

Depereo,ris.pereo. Top.222.a. Si ſeruus, cuius uſus fructus legatus eſt,deperiſſet.Att.20.b.Enitere, ut ſcheda nequa depereat.

Depingo,gis.pingo, deſcribo.Acad.13.a.Vt ea declarant,quæ cogitatione depingimus. de N.9.b. Mens noſtra quiduis cogitatione poteſt depingere. Or.200.b. Minuta quædam nimiſq; depicta. pro S.R.30.b. Quemadmodum uitam huiuſce depinxeris.

Deploro,as.lamentor,conqueror. de Sen.94.b. Non libet mihi deplorare uitam,quod multi & indocti ſæpe fecerunt.pro Seſt.5.b. Neceſſariò mihi de iiſdem rebus eſſe arbitror, ſi non ſubtilius diſputandum, at certè dolentius deplorandum. de Orat.128.a. Quæ de altero deplorentur,ad ſuas res reuocare. I.V.122.a. Socijs ne deplorare quidem de ſuis incommodis licet. & 157.a. De iniurijs deplorare ac conqueri. Off.47.a.Deplorare interitum alicuius.Tuſcul.quæſt.250.a.Deplorare ſuam cæcitatem. pro Cluent.31.a.Quorum alter eloquentia damnationem illam,alter tacita pietate deplorat.I.C.119.a. Vt nemo ne ad deplorandum quidem reip.nomen, atq; ad lamentandam tanti imperij calamitatem relinquatur. In Verrem 271.a.Si ad ſaxa hæc conqueri & deplorare uellem. de Sen.78.a. Sæpe interfui querelis,quas illi deplorare ſolebant, &c. Attic.32.a. Nam ita deplorat primis uerſibus manſionem ſuam, ut quemuis mouere poſſit. I.A.231.b. Quis eſt qui pro rerum atrocitate deplorare tantas calamitates queat? Attic.153.a. Multaq;,inquam,de C. deplorabo.

Depono,onis.repono,colloco,abijcio,exuo,pono,commendo,credo.)(.Suſcipio.pro Cec.305.a.Derelinquo iam cõmunem cauſam, populiq; ius in ueſtra fide ac religione depono.Off.61.b.Athenienſes ſtatuerũt ut coniugibus & liberis Trœzenæ depoſitis naues conſcenderent. I.A.251.b.Cum in gremijs Mimarum mentem mentumq; deponeres. Epiſt.203.a.Si audierit te ædificationem depoſuiſſe: id eſt, abieciſſe. pro S.R.20.a. Opprimi me onere officij malo,quàm id quod mihi cum fide ſemel impoſitũ eſt, aut propter perfidiam abijcere,aut propter infirmitatẽ animi deponere. pro Cæl.49.b. Obliuiſcor iniurias, depono memoriam doloris. contra Rul.87.b.Sin aliter,cum opinionem hoc ipſo in loco depoſitam & abiectam relinquatis.At.14.a. Animus mollis & ad accipiendam & deponendam offenſionem. pro Cecin.304.b. Non adimitur ijs ciuitas,ſed ab ijs relinquitur atq; deponitur. Epiſt.99.b.Tu modò ineptias iſtas & deſideria urbis depone. pro Q.8.a.Poſſumus petitoris perſonam capere, accuſatoris deponere.I.A.250.a.Deponere alienum nomen ipſe maluit,quàm ſuum illis reddere.Epiſt.25.a.Deponere ſimultatem. pro Cluen.58.a.Deponere inimicitias ueteres. de Am.110.b.Deponere amicitias.)(. Suſcipere inimicitias. I.A.220.a.Deponere errorẽ.Ep.178.b.Deponere timorem.& pro Mil.102.a.I.P.80.b.Deponere prouinciam. Ep.60.a.Vt primùm in cõcione prouinciam depoſui,ſtatim,&c.& At.21.b.de Or.128.a.Gloriam partã abijcere atq; deponere.I.A.218.b.Prouinciam remitto,exercitum depono.



depono.pro Quin.7.b. Depoſitis armis de re pecuniaria diſceptare.Ep.51.b.Cuius in ſermone & ſuauitate, omnes curas doloreſq; deponerem.I.A.264.b.Deponere mœrorem & luctum.At.25.b.Sed quid ego hæc,quæ cupio deponere & toto animo philoſophari? Item:Cum noſtrum negocium aut confecerimus aut depoſuerimus. Acad.39.b. Deponere aliquid de manibus. pro Syl.170.a.Deponere ex memoria inſidias factas.& pro Pom.17.a.pro S.R.26.a.Deponere ſtudium faciendi aliquid. Tuſ.149.b. Sic nobis placet,nec priſtinũ dicendi ſtudium deponere,& in hac maiore & uberiore arte uerſari.pro Plan.275.b.Is depoſuit ſimultates,quas mecum habebat. de D.131.b. Libri Sibyllæ ualeant ad deponendas potius quàm ad ſuſcipiendas religiones. pro Syl.179.b. Cæcilius depoſito onere domeſtici officij,nihil poſtea niſi de reip. commodis cogitauit.contra Rul.80.a.Deponere inuidiam,pecuniã condere.Off.14.a.Deponere imperium.)(. Accipere imperium.de Or.147.a.Ponere uicia:id eſt, deponere. de N.28.a.Conſules imperiũ deponere,conſules abdicare.Ep.28.a. Rationes mei quæſtoris, Apameæ deponere cogitabamus.Q.Fr.316.b. Tribunitij candidati H S. CCCC. apud M.Catonem depoſuerunt.I.V.206.a.Habere aliquid depoſitum apud aliquẽ.At.245.a.Apud me item puto depoſitum.Off.75.a.Deponere pecuniam apud aliquem.de L.178.a.Credere pecuniam alicui.

Depopulatio,onis.uaſtatio.pro Fon.283.a.Prouincia à Thracum depopulatione defenſa. de Ar.244.a. Qui exciſionem,inflammationẽ, euerſionem, depopulationẽ, uaſtitatem meis omnibus tectis atq; agris intulerunt. I.V.68.b. Aedium,ſacrorum,publicorũ operum depopulatio. I.P.88.a.Agrorum depopulatio. I.A.199.a. Depopulationes,uaſtationes,&c.pro Do.243.a.Non me bonorum direptio,non tectorũ exciſio,non depopulatio prædiorũ, non præda conſulum ex meis fortunis crudeliſsimè capta permouet.

Depopulator,oris.prædator,direptor. pro Dom.215.b.Depopulator fori,obſeſſor patriæ.

Depopulor,aris.uaſto,diripio,depopulationem infero, I.V.56.b.Verres Siciliã per triennium depopulatus eſt.I.A.252.a. Antonius agros depopulatus eſt.

Deporto,as.aſſero,reporto.pro Dom.235.b.Hoc ſimulachrum quidam homo nobilis ad ornatum ædilitatis ſuæ deportauit. pro Pom.15.b.Pompeius bellum in Africa confecit, uictorem exercitum deportauit. Epiſt.102.b.Nihil ex iſta prouincia potes, quod iucundius ſit deportare. I.V.59.a. Non te literas ex Sicilia in Verrem deportare uelle arbitrantur. Item: Vt ante Calen. Sext. omnes decumas ad aquas deportatas haberet. Offic.16.a. Deportare triumphum ex prouincia. Epiſt.119.b. Mittam, qui pantheras alant,& eas deportent. I.V.243.b.Tertia illa tua,quam tecum deportabas.pro Mur.126.b. Aliquod aut in Aſia ſuſceptum, aut ex Aſia deportatum flagitium ac dedecus.Ep.256.b.Mihi placebat ſi firmior eſſes, ut te Leucadem deportares,ut ibi te planè confirmares.de Sen.77.a. Teq; non cognomen ſolum Athenis deportaſſe, ſed humanitatem.

Depoſco,ſcis.omnino poſco, appeto,expeto.I.V.88.b.Cum iſte iter hoc ſibi ad quæſtum ſuum depopoſciſſet. pro Flac.194.b.Hoc non modò non recuſo, ſed etiam depoſco.de In.88.a.b.Quam uolet ſibi rem à magiſtratu depoſcito.I.A.190.a.Hoc non modò non recuſo,ſed appeto etiã atq; depoſco.pro S.R.34.b.Te ne has partes tibi depopoſciſſe? pro Pom.4.b.Pompeium ad id bellum imperatorem ab omnibus depoſci atq; expeti. pro Pom.12.a.b. Populus Rom. unum ſibi ad commune omnium gentium bellum,Cn.Pompeium imperatorem depopoſcit.I.C.105.b.Qui ſibi has urbanas inſidias cædis atque incendiorum depopoſcerat. I.A.248.a. Sed hanc mihi diſsipationem pro paterna neceſsitudine & coniunctione depoſco. At.69.a.Hortenſio depoſcenti cætera mea mandata uniuerſè mandaui.

Depoſitum, ti.alicui commendatum uel creditum. Off.7.a.Vt non reddere depoſitum, etiam ne furioſo promiſſum facere.& 71.a.Tuſ.194.a. Qui propter auaritiam clàm depoſitum non reddit,quod eſt iniuſtitiæ.

Depoſitus,a,um.creditus,commendatus.contra Rul.74.b.Miſimus qui ab illo pecuniã depoſitã noſtris recuperarent.I.V.77.a. Itaq; mihi uideor magnã,& maximam, ægram,& propè depoſitam reipub. partem ſuſcepiſſe: id eſt,deſperatam.

Deprauatè & corruptè iudicare de aliqua re. de Finib.63.b.

Deprauatio,onis.corruptio,diſtortio.Off.73.b.Deprauatio & fœditas turpificati animi.de Leg.161.a. Deprauatio conſuetudinũ & opinionum uanitas. & 177.b. Hæc non interpretatio,ſed deprauatio uerbi eſt.de Or.132.a.Oris deprauatio non digna nobis.Part.241.b.& de D.136.b.Deprauatio uerbi.

Deprauatus,a,um.de D.128.a. Quædam contra naturam deprauatam habere,& ea ab natura reſtitui atque corrigi,&c.

Deprauo,as.corrumpo. de Fin.52.a. Epicurus quæ corrigere uult, deprauare mihi uidetur. Attic.157.a.Filius indulgentia uidelicet noſtra deprauatus eſt. Brut.289.a. Multi ad deprauandum parati. contra Rul.85.b.Nimiæ rerum copiæ illos deprauabant. I.A.159.a.Mores hac dulcedine corruptelaq; deprauati ſunt. pro Arch.187.a.Ea quæ deprauari non poſſunt, repudias tabulas: quas dicis ſolere corrumpi,requiris.de Fin.71.b. Deprauari mala diſciplina.

Deprecatio,onis.deteſtatio,amotio,remotio, precatio, poſtulatio.de In.75.a.Deprecatio eſt,in qua non defenſio facti,ſed ignoſcendi poſtulatio cõtinetur.Part.241.b. Ad eius facti deprecationẽ ignoſcendi,petenda uenia eſt.et de Or.162.a.pro Rab.96.a.Huic afferet aliquã deprecationẽ periculi ætas illa,qua tũ fuit.pro Clu.19.a. Vtar ea deprecatione,qua,&c.Poſtquã 199.b.Nõ enim ille deprecatione redijt,ſed,&c.I.A.198.a.Nulla æquitatis deprecatio.pro Q.R.52.b.Quis enim deprecatione deorũ,nõ conſcientiæ fide permouetur.Ep.66.a.& 53.a.De Catilio,neſcio quid ad me ſcripſiſti deprecationis diligentiſsimæ.pro Cl.19.a.Aggrediar ad crimen cum illa deprecatione iudices,qua mihi ſæpius utendum eſſe intelligo.

Deprecator,oris.qui reo ueniã & impunitatẽ depoſcit,& eximit periculo. At.175.b.Filium miſit non ſolum ſui deprecatorẽ,ſed etiã accuſatorem mei. & 179.a. Pro Pom.10.a.Cretenſes ad Pompeiũ legatos deprecatoreſq; miſerunt.pro Flac.148.a.Sperabam iudices honoris potius L. Flacci me adiutorem futurum, quàm miſeriarum deprecatorẽ.pro Plan.281.a.Deprecator fortunarum alicuius.pro Seſt.8.b.Deprecator ſalutis meæ.Ep.21.a.Poſt temeritatem noſtri Dolabellæ, deprecatorem me pro illius periculo præbeo.

Deprecor,aris.precando impetro,ſupplico,recuſo, deteſtor,remoueo.I.V.108.a.Iam qui tot ſcelera commiſit, is nullam ab ſeſe calamitatem poterit deprecari.Tuſ.186

b. Qui nullũ ſuppliciũ deprecatus eſt,neq; recuſauit. pro Syl.180.b. Multorũ hic uitã eſt à L.Sylla deprecatus. Poſt quã.199.a. Pro reditu P. Popilij multi cognati & affines deprecati ſunt. & ibi.b. Me aũt fratris lachrymæ à uobis deprecatæ ſunt. & Ep.53.a. Lachrymæ fratris te deprecãtur. Poſtquã.212. a. Deprecari aliquem pro aliquo. pro Plan.281.a. Cuſtodẽ ſalutis meæ à uobis deprecor Iud. & ibi. Pro uno filio duo patres deprecamur. I.C.100. b. Vt à me quandam propè iuſtã patriæ querimoniã deteſter ac deprecer. pro Clu.34.b. Inuidia remota,quam dies mitigauit,oratio mea deprecata eſt. I.V.261.a. Deprecari mortem alicuius. et 269.a. Supplicij uim deprecari. con. Rul. 86.b. Si quid deliquero,nullæ ſunt imagines,quæ me à uobis deprecentur. Ep.122.a. Deprecari iniuriã ab aliquo. pro R.97.a. Non ſupplicium deprecarer, ſed præmiũ poſtularem. de Or. 92.b. Ad extremũ deprecari aliquid & conqueri. de Fin. 64.a. Primùm inquã deprecor,ne me putetis,&c. I.V.264.b. Seruilius & recuſare & deprecari. Or.209.b. Deprecari,ſupplicare. Ep.163.b. Neq; eſt ullũ periculũ, quod pro libertate aut refugiam, aut deprecer. pro Mur. 138. a. In quo ego accuſatore primum illud deprecabor,ne quid L. Murenæ dignitas illius noceat. pro Cor.58.a. Depreccandæ maleuolentiæ cauſa. At. 280.b. Mater & ſoror deprecatur pro pueris. 147.b. Auaritiæ crimina frugalitatis laudibus deprecari. pro Cec. 290. b. Excuſatione ſummæ ſtultitiæ,ſummæ improbitatis odium deprecari. de Or.143.b. Cum Q. Catulus ſibi non incolumẽ fortunam,ſed exiliũ & fugam deprecabatur. pro Fl.151.a. Tamen ciuis à ciuibus cõmunis humanitatis iure ac miſericordia deprecarer,ne,&c. I.A.158.a. Primùm deprecor,ne iraſcaris. de Or.149.b. Quæ cum ita ſint,paululum equidem de me deprecabor,& petam à uobis,ut,&c. Cæl. Ep.111.a. Tamen in hoc te deprecor,ne,&c. de Orat.127. a. Omnia ſemper pro amicorum periculis, nihil unquam pro me ipſo deprecatus ſum. pro Font.281.b. Iratos hoſtium animos atque horribiles eorum impetus deprecari. Ep.198.a. Quos ſenatus non ad pacẽ deprecandam,ſed ad bellum denunciandum miſerat. I.V.150.a. Deprecari aliquid ab aliquo. & 235.b. Tum deprecabitur à uobis. I. A.194.b. Pacem uult M. Antonius, arma ponat, roget, deprecetur.

Deprehendo,dis. cõprehendo,animaduerto,agnoſco,cõperio. de Cla.187.a. C. Statienus in facinore manifeſto deprehenſus pœnas legibus & iudicio dedit. Or.218.a. Nec deprehẽdetur manifeſtò,quia à nobis de induſtria fiat. pro Cl.21.b. Cum manifeſtò uenenũ deprehendiſſet. de Cl.190. b. Sibi eum uenenum parauiſſe,idq; à ſe eſſe deprehenſum dicebat. de Or.192.b. Deprehenſum me,inquit Antonius, planè uideo. pro Cæl.40.a. Cum ego facinora oculis priuſquam opinione,manibus antequam ſuſpicione deprehendi. pro Q.11.a. Hominẽ P. Quin. deprehẽdis in publico conaris abducere,&c. I.V.148.a. Qui quod uiciũ in altero reprehendit,in eo ipſe deprehenditur. I.V. 111.a. Vt tota res à nobis manifeſtè deprehenderetur. & 113.a. De gladijs & ſicis,quæ apud ſe erant deprehenſæ,reſpondit,&c. & ibi. Propter uim ſceleris manifeſti atq; deprehenſi. pro Mil.113.b. Scutorum, gladiorum,pilorumq; multitudo deprehendi poſſe iudicabatur. pro Flac. 154.a. Cera deprehenſa conſiderem totius teſtimonij fictam audaciam manifeſtò comprehenſam atq; oppreſſam teneri. Ep.188.b. Tabellarios deprehẽdere,literaſq; intercipere. & 116.b. Deprehendi cum aliqua muliere. de Or. 134. a. Deprehendi in adulterio. Or. 204.b. Aliquid manifeſtè deprehenſum apparere. de In.63.b. Deprehẽdi in maleficio. I.V.258.b. Deprehendi in manifeſto ſcelere. Att.7.a. P. Clodius deprehenſus domi C. Cæſaris.

Deprehenſio,onis. pro Clu.27.b. Manifeſta ueneni deprehenſio.

Depreſſus,a,um. demiſſus.)(.Sublatus. I.P.82.a. Altero ad frontem ſublato,altero ad mentum depreſſo ſupercilio. I.V.249.b. Latumiæ opus ingens in mirandam altitudinem depreſſum. ad Her.21.a. In conqueſtione utemur uoce depreſſa: id eſt,humili.

Deprimo,mis. affligo,protero,cõculco, depello, demitto.)(.Extollo,erigo,effero. I.P.88.a. Etiã ne uos meã fortunam deprimitis,ueſtram extollitis? de Sen.93.a. Eſt enim animus ex altiſſimo domicilio depreſſus,& quaſi dimerſus in terrã. Tuſ.238.a. Tantũ propendere illam boni lancẽ putat,ut terram & maria deprimat. pro Clu. 56.b. Hoc modo ſæpe multorũ improbitate depreſſa ueritas emergit. Ep.140.b. Batuit,inquit impudẽter,depreſſit multo impudentius. ad Her. 16.b. In quibus extranea cauſa cõficiet deliberationẽ,in his ea ipſa erit cauſa ad augẽda, aut deprimenda. & 20.a. Si quàm maximè depreſſa ac ſedata uoce principia dicemus. pro Pom.7.a. At eodẽ imperatore claſſem magnã ſuperatã eſſe atq; depreſſam. pro Arch. 190.a. L. Lucullo dimicante cum interfectis ducib. depreſſa eſt hoſtium claſſis.

Depromo,mis. expromo,profero,expono,eruo. de Or. 119.a. Vt habeant,unde ſtatim poſſint argumenta depromere. & 120.a. Illa deprome nobis,unde afferas, &c. de Fin.108.a. Nam è quibus locis quaſi theſauris argumenta depromerentur,ueſtri ne ſuſpicati quidem ſunt. Ep. 205. a. Ei pollicitus ſum,me ex intima noſtra arte depromptu-rum mirificum genus commendationis. Off.43.b. Altera ex arca,altera ex uirtute depromitur. de Or.138.a. Res penè ex intima defenſione depromptæ. pro Cl.29.b. Cum illa uerba ex intimo artificio deprompſiſſet, reſpicite iudices,&c. de Or.101.a. In cauſis priuatis depromenda ſæpe oratio eſt ex iure ciuili. & 106.a. Mutius quid attulit, quod de iure ciuili depromptũ uideretur? de Or. 107. a. Iuris utilitas ad quanq; cauſam quamuis repentè,uel à peritis,uel de libris depromi poteſt. pro Pom.11. a. Pecunia ex ærario deprompta ad bellum adminiſtrandũ. I.A.186. a. Primùm in Cæſarem maledicta congeſſit,deprompta ex recordatione ſtuprorum ſuorum. I.V.182.b. Depromere aliquid domo alicuius. Parad.116.b. Vereor ne cui ex Stoicorum diſputationibus,non ex meo ſenſu deprompta hæc uideatur oratio.

Depſo,ſis. depſui. manu ſubigendo emollire ac omnino pinſere: à græco δεψέω: id eſt,mollio,coquo,tingo: etiamſi latinis obſcœnum aliquid ſignificarit. Ep.140. Batuit,inquit,impudenter,depſit multo impudentius. Atqui neutrum eſt obſcœnum.

Depugno,as. decerto,dimico. Att.106.a. Cum hoc aut depugnandum eſt,aut habenda è lege ratio: depugna, inquit,potius quàm ſeruias. Tuſc.210. a. Aiax depugnaturus cum Hectore. de Fin.80.a. Torquatus cum Gallo apud Anienem depugnauit prouocatus. I.A.198.a. L. Frater,qui Mermillo Milaſis depugnauerat. Attic. 259. a. Calendis Ianuarijs erit fortaſſe præſidio,aut quidem antè depugnabitur.

Depulſio,onis. expulſio,inficiatio. de Fin.73.a. Adeptio boni.)(.Depulſio mali. I.A.216.b. Seruitutis depulſio. de In.45.a. Intentionis depulſio. & ad Her.6.a. Intentio,occidiſti Aiacem: inficiatio,non occidi. de Fin.128.a. Voluptatis



ptatis alij primum appetitum putant, & primam depulſionem doloris. de Vn.203.b. Supina etiam ora cernuntur depulſione luminum.

Depulſor,oris. expulſor. I.A.165.b. Depulſorq; dominatus quàm particeps eſſe maluit.

Depultus,a,um. depulſus. Ad Her.27.a. Nam qui perduellionibus uenditat patriam,non ſatis ſupplicij dederit, ſi præceps in Neptunias depultus erit lacunas.

Deputo,as. puto,conſtituo,deſtino,dico,conſecro, deſpondeo. de D.89.b. Proinde uide ne quem tu eſſe hebetẽ deputes æquè ac pecus,is ſapientia munitum pectus egregium gerat. Accij.

Derelictio,onis. cõtemptio. Off.58.a. Comunis utilitatis derelictio,contra naturam eſt.

Derelictus,a,um. deſertus. de Clar.169.a. Ager incultus & derelictus. & ad Her.22.a. Locus celebris.)(.Derelictus. I.C.102. b. Aliquis perditus, & ab omni non modò fortuna,uerumetiã ſpe derelictus.

Derelinquo,quis. deſero. I. V. 174.a. Aratores agros deſererent,totaſq; arationes derelinquerent. pro Cecin. 305.a. Derelinquo iam communem cauſam, populiq; ius in ueſtra fide depono.

Derepentè. pro Lig.139.a. Si cum hoc domi fecimus tu derepente irrupiſſes,&c. de D.94. b. Sed quid oculis rapere uiſa eſt derepente ardentibus?

Derideo, es. ludo,deludo.)(.Arrideo. de Or.147. b. Qua re iſtos omnes deridete atque contemnite. Q. Frat. 316.a. Domitius ſe derideri putat. pro Flac. * Pergameni te deriſerunt,quid tu? ludi te non intelligebas? de Op. 423.b. Aut adhibiti derideantur: nam ſi arrideantur, eſſet id ipſum Atticorum.

Deriuatio,onis. deductio. Off.35.b. Adde ductus aquarum,deriuationes fluminum.

Deriuo,as. duco,deduco,traho, mano, accerſio. I. A. 235.a. Et cogeris partem aliquam in Aſiam deriuare curæ & cogitationis tuæ. I.V.104.b. L. Domitius aliò reſponſionem ſuam deriuauit. pro Mil.107.a. Dicam enim non deriuandi criminis cauſa,ſed ut factũ eſt. Tuſ.242. b Iuſtitia nihil in ſuam domum inde deriuat. At.56.a. Id poterat inficiari,poterat in alios deriuare. I.V.118.b. Quid eſt quamobrẽ putes te tuã culpã non modò deriuare in aliquem,ſed communicare cum aliquo poſſe? & At.56.a. Ad Her. 14.b. Conſiderandum eſt ne tota cauſa mutata,in aliam cauſam deriuetur.

Derodo,dis. corrodo. de D.100.b. Clypeos à muribus eſſe deroſos.

Derogatio,onis. diminutio. Ad Her. 9.a. Cũ duæ leges inter ſe diſcrepant,uidendum eſt num quæ abrogatio aut derogatio ſit.

Derogo,as. detraho,delibo,minuo.)(.Arrogo. de D. 138. b. Quomodo iſti ſi ſomnium uerum euaſit aliquod, non ex multis potius uni fidem derogant, quàm ex uno innumerabilia confirmant. pro Fon. 278.b. Quorũ uirtuti & rebus geſtis fidem & authoritatem in teſtimonio inimicitiarum ſuſpicio derogauit. de In.84.a. Digna ne cauſa uideatur,quare aut de magnificẽtia,aut de honeſtate quiddam derogetur. pro Quin.13.b. Ne fides mea perfidia illius derogetur laboro. pro Cecin.286. b. De aduerſarij teſtium fide derogatur. de In.68.b. Derogare aliquid de dignitate populi. & 79.b. Derogare aliquid de lege, abrogare legem,commutare legem aliqua ex parte. pro Flac. 147.b. Non ego nationi huic fidem derogo. Ad Her. 9. a. Cum oſtenditur id factum eſſe,quod ea lex ſanciat, cui legi abrogatum uel derogatum ſit. pro S.R. 33.a. Non enim mihi tantum derogo,tametſi nihil arrogo,ut te copioſius quàm me putem poſſe dicere.

Derthona,næ. urbs Ligurum. Ep.173.a.

Deruo,ruis. diruo,euerto. At.258.b. De laudib. Dolabellæ deruam cumulum.

Deſcendo,dis. è loco ſuperiore uenio, uenio, delabor.)(. Aſcendo. In Vat.34. a. Vt cũ iam Vectius ad arbitrium tuum peroraſſet,deſcẽdiſſetq; de roſtris,eũ repentè reuocares. Tuſ. 210. a. Vt enim in inferiorem ambulationem deſcendimus,&c. pro Plan.266.a. Cum ille domũ deſcendens rogaſſet Grãniũ,quid triſtis eſſet. pro Quin.9.a. Viri boni cum experiundi poteſtas non eſt,timidè & pedetentim huc deſcendũt. I.V.53.a. Subitò nunc mutata uoluntate ad accuſandũ deſcẽdere. de Or.107.a. Quanto minus eſt ad iuris ciuilis perdiſcẽdi occupationem deſcendendum? pro Mur.137.a. Non qui odio inimicitiarum ad accuſandum,ſed qui ſtudio accuſandi ad inimicitias deſcenderent. pro Cæl.37.b. Si conſtituetis iudices, non deſcenſurum quenquam ad hanc accuſationem fuiſſe,cui utrũ uellet liceret. pro Fon.276.a. Videte quò deſcendã iudices. I. A.215.a. Conſenſus populi Rom. iam deſcẽdit in cauſam. I. V. 144.b. Placet mihi iſta defenſio,deſcendo: æqua enim conditio,æquumq; certamen proponitur. de Sen.83.b. In equum aſcendere.)(.Ex equo deſcendere. de Orat.164. a. Eſt item contrà quiddam in remiſſione grauiſſimũ, quo tanquam ſonorum gradibus deſcenditur. Aſin. Ep. 166. a. Si nihil in Lepido ſpei ſit,deſcenſurum ad extrema,et nõ modò nationes,ſed etiam ſeruitia concitaturum. I.V.96. a. Ad omnem animi remiſſionem ludumq; deſcẽdere. Cæl. Ep.118.b. Alterutrã ad conditionem deſcendere uult Cæſar: ut aut,&c. Tuſ.118.b. Deſcendere in aliquod certamen. Ad Her.37.b. Deſcẽdere in magnã dimicationẽ uitæ. de Or.133.b. Deſcendere in forum. Off.68. a. Deſcendere in roſtra.

Deſciſco,cis. deficio,retrahor. I.A.235.a. Cũ à rep. peſtiferi ciues deſciuerint. & pro Rab. 95. a. de Ar. 253.a. Tyb. Gracchus à ſenatu deſciuerat. & 214. a. Deſciſcere à patribus. At. 25. a. Neque me unquam pœnitebit, quod à me ipſe non deſciuerim. Ep.26. b. Qui ab excitata fortuna ad inclinatam & propè iacentem deſciſcerem. & ibi. A meq; ipſe deficerem. de Fin. 110.a. Scire cupio,quæ cauſa ſit,cur Zeno ab hac antiqua inſtitutione deſciuerit. de Fin.103. a. Sæpe officium eſt ſapiẽtis deſciſcere à uita,cũ ſit beatiſſimus. Acad.12.b. Deſciſcere à ueritate.

Deſcribo,bis. definio,deſigno,deſcriptionem facio, diſtribuo,ſcribo,exſcribo,trãſcribo. de Ora.103. a. Craſſus mihi uiſus eſt oratoris facultatem nõ illius artis terminis, ſed ingenij ſui finibus immenſis deſcribere. de In.44.b. Definire rem uerbis breuiterq; deſcribere. Ad Her. 9. b. Primùm igitur uocabuli ſententia breuiter deſcribetur. & 14. a. Quadruplator, ut breuiter deſcribam,capitalis. eſt enim improbus & peſtifer ciuis. de D.110. b. Quæ in Geometria deſcribuntur, &c. Mathematicorum ſunt,&c. de Sen.89.b. Dimetiri atq; deſcribere ordines arborũ,&c. pro Clu.36.a. Si ut nos dicimus DCXL. millia nummûm ſexdecim iudicibus darentur,nõ Archimedes melius potuit deſcribere. de Sen.78.a. Naturã ſequimur ducẽ,à qua cum cæteræ partes ætatis bene deſcriptæ ſint,nõ uериſimile eſt extremũ actũ tanquã ab inerti poëta eſſe neglectũ. Or.209.a. Hominũ ſermones moreſq; deſcribere. pro Cæl.48.a. Si qua mulier ſit eiuſmodi,qualem

paulo antè deſcripſi,uita inſtitutoq; meretricio. I.P.94.a Non me hercule contumeliæ cauſa deſcribam quenquam, præſertim ingenioſum,&c.pro Fl.152.b.Flaccus deſcripſit pecuniam ad Pompeij rationem, quæ fuit accommodata.L.Syllæ deſcriptioni.I.V.248.a.Ciuitatibus pro numero militum pecuniarum ſummas deſcribere. pro Flac.152 b.L.Sylla omnes Aſiæ ciuitates proportione in prouincias deſcripſit. Q.Fr.Vectigal,quod græcis æqualiter Sylla deſcripſerat.contra Rul.83.a. Dena deſcribit in ſingulos iugera.I.C.99.a. Deſcripſiſti urbis partes ad incendium. & 112.b. Vt urbem omnibus ex partibus quemadmodum deſcriptum diſtributumq; erat,incenderent.& 107.a.Docui quemadmodum eſſet ei ratio belli deſcripta. Poſtquã. 198.b. Quorum bona ſuis comitibus compotoribuſq; deſcripſit.de Or.87.a.Quæ mihi uidetur nõ tam ipſa aquula,quæ deſcribitur,quàm Platonis oratione creuiſſe. & 121.a.Materiam orationis,cuiuſcunq; ſit generis, omnib. locis deſcriptã,inſtructam, ornatamq; cõprehendere. & 90.a.Ius ciuium generatim in ordines ætateſq; deſcriptũ. I.V.241.a. Verres precio,non æquitate iura deſcribebat. de Off.11.a.Quæ deſcripta ſunt legibus,& iure ciuili,hæc ita teneantur,ut ſit conſtitutum.pro Q.8.a.Quis nobis iſta iura tam æqua deſcribit? & Of.25.a.Eſt propriũ magiſtratus iura deſcribere. Q.de Pet.213.b. Deſcribere ſuum cuiq; munus. At.254.b. O dies in auſpicijs Lepidi deſcriptos.Q.Fr.308.b. Reſpondit ei uehementer Pompeius,Craſſumq; deſcripſit. de Or.135.b. Deſcribere aliquid in multa genera.& 150.a.id eſt,diuidere.de Sen.87.a.Deſcribere uerbum geometricum.de Fin.137.a.Archimedes, qui dum in puluere quædam deſcribit attentius, ne patriã quidem captam eſſe ſenſit.de N.43.b.Cum ſolarium uel deſcriptum,aut ex aqua contemplere.Acad.28.b. Tu mores fingas,fines bonorum & malorum conſtituas, officia deſcribas,quam uitam ingrediar definias, &c. ad Her. 39. bis.Cum alicuius natura certis deſcribitur ſignis. pro Mil. 110.b. Videlicet illi me latronem deſcribebant.Ep. 119. a. Nam hoc quàm uehementer ad me pertineat,in iſs,quas tibi illi reddent literis,deſcripſi. Ep.195.a.Dicam tuis ut eũ librum deſcribant,ad teq; mittant. Acad.4.a. Qui ſe ab eo ipſo libros dicerent deſcripſiſſe. Att.123.a.Eam epiſtolam multis dedi deſcribendam.& 210.b.Scripſit Balbus ad me, ſe à te quintum de Finibus librum deſcripſiſſe.

Deſcriptio,onis.deſignatio,figura,forma, diſtributio, definitio,diſpoſitio.Off.228.a.Domus finis eſt uſus,ad quẽ accõmodanda eſt ædificãdi deſcriptio. pro Seſt.29.a.Noſſe deſcriptionem ciuitatis à maioribus ueſtris ſapientiſſimè conſtitutam.contra Rul.86.b.Vrbis ſalubritas, deſcriptio,pulchritudo.pro Syl.177.a.Tum deſcriptio totã per urbem cædis atq; incendiorum conſtituta eſt. de N.47.b. Ita demetata ſignant ut in tantis deſcriptionibus diuina ſolertia appareat.de Som.130.b.Cum cuncta aſtra eandem totius cœli deſcriptionem longis interuallis retulerint. de Leg.184.b. Magiſtratus,quorum deſcriptione omnis reipublicæ moderatio continetur.de Leg.186.b. Deſcriptio magiſtratuum.& ibi.Magiſtratuum compoſitio.de Leg. 50.a.Solers ſubtiliſq; deſcriptio partium corporis.contra Rul.74.a.Vrbs et natura,& ſinu, & deſcriptione ædificiorum nobilis.Off.35.b.Iuris æqua deſcriptio,certaq; uiuendi diſciplina.de In.52.a.Horum exempla & deſcriptiones,in præceptis elocutionis continentur.pro Dom.239. a.Seruorum omnium uicatim celebratur tota urbe deſcriptio.de D.87.a. Quæ ſit ab Actio Nauio per lituum regionum facta deſcriptio.de Or.114.a.Rerum ratio ordinem temporum deſiderat,regionum deſcriptionem. Off.5.a. Similiſq; eſt priuatarum rerum deſcriptio. & 20.b. Hæc eſt enim ferè deſcriptio officij. de N.50.a. Solers ſubtiliſq; deſcriptio partium in figuris animantium. de N.7.a. Anaxagoras primus omnium rerum deſcriptionem & modum mentis infinitæ ui ac ratione deſignari & confici uoluit.Tuſc.156.a.Rationem illi ſententiæ ſuæ non ferè reddebant, niſi quod erat numeris aut deſcriptionibus explicandum.& 242.b. Deſcriptio expetendarum fugiendarum ue rerum. Acad.40.b.Deſcriptio temporum. de In. 69.a.Nominis breuis & apertè & ex opinione hominũ deſcriptio.& ibi. Sui facti ab illa definitione ſeparatio. Top.228.a.Deſcriptio quam Græci καταγραφὴν uocant, ut qualis ſit auarus, qualis aſſentator,cæteraq; eiuſdem generis in quibus natura & uita deſcribitur. ad Heren. 9. b.bis. Deinde factum noſtrum cum uerbi deſcriptione coniungetur,&c.

Deſcriptio.cum eſt ſententiarum lumen.ad Her.36.a. Deſcriptio nominatur,quæ rerum conſequentium continet perſpicuam & dilucidam cum grauitate expoſitionẽ, &c. de Orat.162.a. Vel grauiſſimum lumen augendi deſcriptio.

Deſcriptus,a,ũ.diſpoſitus.Q.de Pet.208.a.Fac ut plenè his in reb. deſcriptum ac diſpoſitum ſuum cuiq; munus ſit.de Fin.105.b.Natura,qua nihil eſt aptius, nihil deſcriptius.pro Dõ.215.b. Cum deſperatis ducibus decuriatos ac deſcriptos haberes exercitus perditorum.

Deſeco,as.ſeco.Acad.30.b.et 31.a.l.Empiricus.At.255 b.Tu illud deſecabis,& hoc conglutinabis.

Deſero,ris.deſtituo,relinquo,derelinquo, non adſum, abſum,deſertum eſſe patior, prodo, à cauſa alicuius recedo,negligo,prætermitto.I.V.174.a.Aratores agros deſererent,totaſq; rationes derelinquerent.pro Quin.9.a.Viri boni multis uadimonijs deſertis, ſæpe illuſi ac deſtituti hoc faciunt.pro Quin.8.a.Vadimonium ſibi ait eſſe deſertum.At.121.a.Turpe erit Domitium deſerere implorantem eius auxilium. At. 60.b. A cæteris oblectationibus deſeror,& uoluptatibus pro rep. Quin.Fr.304.a. Amici partim deſeruerunt me, partim etiam prodiderunt. Att. 252.b.Certè enim deſeremur ocyus à re familiari, quàm à republica.pro Seſt.14.b. Nonne ſi uitam meam deſeruiſſem,rempublicam perdidiſſem. Off.6.a. Prætermittendæ defenſionis,deſerendiq; officij plures ſolent eſſe cauſæ.pro Cecin.305.a. Is nec ſuum deſeruit,nec quicquam illius audaciæ conceſſit. & ibi. Ius ſuum diſſolutè relinquere. de Fat.142.b. Vigila Chryſippe, ne cauſam tuam deſeras. pro Pom.10.a.Multas inſulas eſſe deſertas. Item: Multas urbes eſſe relictas.pro Clu.56.b. Illi quorum eminet audacia à malitia deſeruntur. pro Syl.178.a. Non enim mihi deſerenda eſt cauſa amici ueteris. Tuſ.159.a. An tu cum me in ſummam expectationem adduxeris, deſeris? pro Plan.261.a.Deinde ſitientem me uirtutis tuæ deſeruiſti ac dereliquiſti.pro Cæl.43.b. Si quem offendit huius ſplendor,ſi nitor,iam iſta deſeruerit. de D.89.a. Vires uitaq; corpus meum deſerit omne.de Senect.92.a.Deſerere uitã. & I.V.258.b.Deſerere exercitum. Epiſt.5.a. Vereor ne aut eripiatur à nobis cauſa regia,aut deſeratur. Off.6.b. Vt eos,quos tueri debeant,deſertos eſſe patiantur. Tuſc. 230.b. Non ſum paſſurus amicos meos à me deſertos. I.A. 181.a. Cur honorem Cæſari tua lege datum deſeri patimur? pro S.R.20.a.Sin à uobis deſerar,tamen animo nõ deficiam.de In.79.b.Si tum cum ſpes deſeruiſſet, opitulatus ſit. Attic.45.b.Deſeri à mente:id eſt,præ nimio dolore inſa-



re inſanire.Ep.8.a. Multum intereſt utrũ laus minuatur, an ſalus deſeratur.I.A.225.a. Deſerere ac prodere aliquẽ Tuſ.172.b.Fama nunquam deſeret Curium. At.48.b. Nõ deſeram preces fratris,nec cæterorum promiſſa,nec ſpem uxoris,nec obſecrationem filiæ, nec fideles literas tuas: id eſt,non fruſtrabor.

Deſertor,oris.Poſtquã.200.b. Cum uiderẽ eos aut proditores eſſe,aut deſertores ſalutis meæ. At. 124.a. Quid hoc miſerius,quàm alterũ exiſtimari conſeruatorẽ inimicorum,alterum deſertorem amicorum?

Deſertus,a,um. relictus, incultus, uaſtus,uaſtatus, nudus.de Am.106. b. Vita inculta & deſerta ab amicis,non poteſt eſſe iucunda.I.P.100.b.Introitus in urbem deſertus ab amicis.& 91.a.Vt nullius unquam reditus fuerit deſertior.Ep.61.a.Deſertus ab officijs amicorum. & 5. b. Deſertus & abiectus. Q.Fr.320.b. Nihil turpius nec deſertius.pro Clu.40.b.Locus à Tribunitia uoce deſertus. pro Cecin.285.a.& de Leg.164.a. In agro lociſq; deſertis. I. V.271.a.In deſertiſſima ſolitudine.contra Rul.82.b.Ager deſertus à plebe atq; à cultura hominum. Part.233.b.& ad Her.7.a.Loci celebres.)(.Loci deſerti. Q.Fr.294.b. Multas dirutas & deſertas urbes per te eſſe recreatas.pro Cæl.46.a. Via deſerta & inculta,atq; intercluſa in frondibus & uirgultis.

Deſeruio,uis.ſeruio.pro Syl.172.a.Si officia mea,ſi operæ, ſi uigiliæ deſeruiunt amicis,& præſto ſunt omnib. Off.22.a.Item alij,qui quiduis perpetiantur, cuiuis deſeruiunt,dum quod uelint conſequantur.de Leg.163.b. Epicurei ſibi indulgentes & corporibus deſeruientes,etc.Ep. 263.b.Indulge ualetudini tuæ,cui quidẽ tu adhuc dum mihi deſeruis,ſeruiuiſti non ſatis.

Deſideo,es.uel deſido,dis.reſideo,quaſi deſcendo. de D.100.a.Labes agri priuernatis, cum ad infinitam altitudinem terra deſediſſet.de D.96.b. Multa oppida corruerint,multis locis labes facta ſit,terræq; deſederint. Deſidere dicuntur terræ cum facta labe,id eſt,hiatu, quaſi deſcendunt & demerguntur.

Deſiderabilis,le.expetendus.Top.226.b.Deſiderabile. )(.quo quis facilè carere poſſit.de Fin.60.a. Nihil deſiderabile concupiſcunt.

Deſideratio,onis.deſiderium, cupiditas. de Sen.86.b. Non eſt uoluptatũ tanta quaſi titillatio in ſenibus,ſed nec deſideratio quidem.

Deſideratus,a,um.Poſtquam.198.b. Omnia deſiderata magis,quàm aſſiduè percepta delectant.

Deſiderium,rij.cupiditas,ſtudium,amor, ſitis, igniculus deſiderij.de Or.102.a.Ea ſi paululo latius dixeris, expleris omnem expectationẽ diuturni deſiderij noſtri. Tuſ. 213.b.Deſiderium eſt libido eius qui nondum adſit uidendi.de Cl.165.a.Hortẽſius extinctus, & autoritatis,& prudentiæ ſuæ triſte nobis deſiderium reliquit. Q.Fr. 289.b. Annus tertius acceſſit deſiderio noſtro & labori tuo. de Am.111.a.Deinde requirunt atq; appetunt, ad quas ſe applicent eiuſdem generis animantes,idq; faciunt cum deſiderio & cum quadam ſimilitudine amoris humani.I.A.169 a.Is deſiderium tui diſſidij ferre non poteſt. de Sen.88.b. Homerus Laërtem lenientem deſiderium, quod capiebat è filio, colentem agrum fecit. Att.144.b. Nunc emergit amor,nunc deſiderium ferre non poſſum. Epiſt.246.b. Voluntas,in qua ineſt aliqua uis deſiderij. I.A.159.b.160 a.Populus Romanus deſiderium liberatoris ſui perpetuo plauſu & clamore leniuit. Poſtquam.199.b. Qui ſuo fletu deſiderium mei, memoriamq; renouaret. Quint. Fr.315.b.Faciam ut in medio dolore ac deſiderio mei læteris.pro Rab.93.a.Tyb.Gracchus magnum deſiderium ſui reliquit apud populum Romanum. pro Rab. 95.b. Qui hominis ſeditioſi imagine deſideria imperitorũ miſericordia cõmoueret. poſtq̃ 298. a. Vt aliquando uos memoria mei,deſideriumq; teneret.de Sen.83.b.Ne ille quidem magno deſiderio tenebitur uirium.Ep.24.a.Me mirum deſiderium tenet urbis.Ep.24.b.Spes triũphi in qua ſatis glorioſè triumpharem,ſi non eſſem tam diu in deſiderio rerũ mihi chariſſimarum. I.A.227.a. Brutus erat in deſiderio ciuitatis.Ep.260.a. Non ignoro quantum ex deſiderio labores,ſed,&c. & 255.b.Tum diſcedis à nobis, meq; tanto deſiderio afficis,ut unam conſolationem mihi relinquas,fore ut utriuſq; noſtrûm abſentis deſiderium crebris & longis epiſtolis leniatur.Epiſt.255.a. Vt tolerabilius feramus igniculũ deſiderij tui,crebris nos literis appellato. 103.b. Sed magis ut deſiderio noſtri te æſtuare putarem.& 234. a. Valete mea deſideria, ualete. Epiſt.233.b. Hem mea lux,meum deſiderium. Att.25.a.b.Satietas noſtri.)(. Deſiderium noſtri.

Deſidero,as.deſiderio alicuius rei flagro,in deſiderio alicuius rei ſum,deſiderium rei alicuius me tenet,ex deſiderio laboro, deſiderio uel ſtudio alicuius rei teneor, requiro,poſtulo,ſitio,quæro.de Sen.82.b. Neq; nunc uires deſidero adoleſcentis,non pluſquam adoleſcens tauri uires deſiderabam. At.117.a.Sin erit bellum,ut uideo fore, partes meæ non deſiderabuntur.I.V.222.b.Nec quicquam ex eo fano præter unum perparuulum ſignum ex ære deſideratum eſt.Quin.Fr.311.a. Αμφιλαφίαν illam, quam tu ſoles dicere,bono modo deſidero.de Pro.78.a. Cum uos me ut chariſſimum filium deſiderabitis.pro Plan.251.b.Deſiderarunt te,inquit,oculi mei,cum tu eſſes Cyrenis.At.76. b.Dum hæc quæ longiorem deſiderant orationem ſummatim tibi perſcriberem.de Or.101.b. Iam illa non longã orationem deſiderant,quamobrem,&c. At.132.a. Quis ab eis ullam rem laude dignã deſiderat? & 200.a. Quis congreſſum meum aut facilitatẽ ſermonis deſiderauit? de Cla. 175.a. Vnum excipio Catonem, in quo perfectiſſimo Stoico ſummam eloquentiam non deſiderem. Or.198.a. Antonius multa & in ſe & in alijs deſiderans. Att.11.b. Refertur ad conſilium,una ſola ſententia præſidium non deſiderauit. Q.Fr.325.b.Nec honores ſitio, nec deſidero gloriam.pro Arch.191.a.Virtus nullam aliam mercedem laborum ſuorum deſiderat, præter hanc laudis & gloriæ.pro Q.10.a.Deſiderare uel requirere aliquid ab aliquo. I.V. 150.a.Et reliquos non deſideraret ſolum,ſed etiam poſceret & flagitaret.Ep.104.b.Ius ciuile, doctorem lumenq; deſiderat.Ep.153.b.Lepidus,quod ego deſiderabam fecit, ut,&c.& 76.b.Quando id te uideo deſiderare. Ep.18.a. In quo autem deſiderare te ſignificabas literas meas, præteſers,&c. Ep.108.b. Intellexi te ex meis libris animum meum deſiderare.

Deſidia,diæ.inertia,ignauia,langor.contra Rul.87.a. Qui propter deſidiam in ocio uiuunt,tamen in turpi inertia capiunt uoluptatem. Tuſ.243.b. Sed nos umbris, delicijs, ocio, languore, deſidia animum infecimus. In Sal. 273.b. Homo deſidiæ ac luxuriæ plenus. pro Seſt.26.b. Sed mihi omnis oratio eſt cum uirtute, non cum deſidia.de Cl.165.b. Confugere in portum,non inertiæ neq; deſidiæ, ſed ocij moderati atq; honeſti.Of.25.a.Langori deſidiæq; ſe dedere. Acad.45.a. Hinc gignebatur fuga deſidiæ. Ad Her.2.a. Inertia, ignauia,deſidia,luxuria. & 13.a. Socordia atq; deſidia.

Deſidioſus,a,um.ocioſus.de Or.151.a.Aliquid quod cũ deſidioſa delectatione ueſtiges.contra Rul.84.b.Inertiſſimum & deſidioſiſſimum ocium.ad Her.34.a. Vt cum deſidioſam artem dicimus,quia deſidioſos facit.

Deſignatio,onis.deſcriptio.de N.6.a. Requiro omnem totius orbis deſignationem & apparatũ. At.57.a. Offendes deſignationem Tyrannionis. de Or.96.b. Infinitæ rei quæſtio ſine deſignatione perſonarum & temporum.

Deſignator,oris.qui ludis funebribus præeſt,quiq; locum & tempus perſonis deſignat ad agendum. Att.56.a. Poſt has ruinas deſertus à ſuis uix iam decimum deſignatorem,uix Gellium retinet.

Deſignatus,a,um.in annum proximum, aut cõſul, aut prætor,aut Trib.pl.creatus,renunciatus,declaratus. Ep.170.b.Cum Tribuni plebis haberẽt in animo de præſidio conſulum deſignatorum referre. At.6.a. Quod in epiſtola tua ſcriptum erat,me iam arbitrari deſignatum eſſe, ſcito nihil tam exercitum eſſe nunc Romæ quàm candidatos. contra Rul.69.a.Rullus iam deſignatus Tribunus plebis alio uultu,alio uocis ſono, alio inceſſu eſſe meditabatur. At.38.a.Permagni noſtra intereſt, te,ſi comitijs non poteris,ac declarato illo eſſe Romæ.Item: Conſul deſignatus à populo ſuffragijs:declaratus autem uel renunciatus ab alio conſule uoce.pro Cl.24.a.Deſignatus reip.ciuis:id eſt, infans in utero matris necatus.

Deſigno,as.deſcribo,noto,ſignifico,conſtituo,definio. de N.7.a.Anaxagoras omniũ rerum deſcriptionẽ & modum mentis infinitæ ui ac ratione deſignari & confici uoluit.de Vn.203.a.Quæ cum ita deſignaſſet,&c. de N.77.a.Nec domus, nec reſpublica ratione quadam & diſciplina deſignata uideatur, ſi in ea nec rectè factis præmia extent, nec ſupplicia peccatis. I.A.224.a. Vtiq; locũ ſepulchro pedes triginta quaq; uerſus deſignat.de D.98.a.Neque dij ignorant,quæ ab ipſis cõſtituta & deſignata ſunt. de D.135.a.Sin uera diuina ſunt,falſa autem humana,quæ eſt iſta deſignandi licentia? I.C.97.b.Catilina notat & deſignat oculis ad cædem unumquenq; ueſtrûm. & 100.b. Conſulares,qui tibi perſæpe ad cædem conſtituti fuerunt. de Or.94.a.Res aliquas uerbis deſignare,generibus illuſtrare,partibus diſtribuere.& 130.b.Hæc enim ridentur, quæ notant & deſignant turpitudinẽ aliquam,non turpiter.contra Rul.71.b.At quomodo? ut ij decemuiratum haberẽt,quos plebs deſignauerit,oblitus eſt nullos à plebe deſignari.de Ar.256.a.Nã hoc uerbo,nec Clodius, nec quiſquam de gregalibus eius deſignatur.de N.8.b. Ariſtoteles quodam loco mundum deſignauit Deum.de In.49.a. Ex qua certum quiddam deſignatur oratori, in quo animum debeat habere occupatum.

Deſilio,lis.celeriter, & quaſi ſaltu deſcendo. pro Mil. 106.b. Milo de rheda reiecta penula deſiluit.

Deſino,nis.deſiſto,ceſſo,finem facio,omitto,conquieſco,conſido,cado,prætermitto,intermitto.At.19.a. Conuentus,qui initiò celebrabantur,iandiu fieri deſierunt. de Som.130.a.Quod ſeſe mouet,nunquam moueri deſinit. pro Q.5.a.Iſte caput petere non deſinit.de Or.113.b.Illud iam mirari deſino, hunc,&c.Epiſt.179.a. Quem ego ad bellum commune uocare non deſino.& 17.b. Non deſinã tua decreta defendere.et 141.b.Te ad cœnas ire deſiſſe moleſtè fero.At.272.a.Nam mihi ſtat alere morbum deſinere.de Fin.73.b.Rectè contra eos deſitum eſt diſputare.Ep.159.b.Qui primus eſt Papiſius uocari deſitus.de In.48.b. Ab eo in quo deſitum ſit,rurſus incipere. Of.38.a. Deſitũ eſt enim uideri quicquam in ſocios iniquũ.Ep.95.b. Libenter me hercule artem deſinerem. Acad.20.a.Deſine cõmunibus locis.Or.218.b.Hæc copia facultatem affert, nõ ſemper eodẽ modo deſinẽdi.Off.27.b.Vt incipiendi ratio fuerit,ita deſinendi modus.de Or.162.a.Illa quæ ſimiliter deſinunt,aut quæ cadunt ſimiliter. Or.216.a. Verba melius in ſyllabas longiores cadunt.de Cla.189.b.Omittamus lugere.Ep.194.a.Nam illum cohortari non intermittemus, quo in dies diſcendo longius procedat.



Deſipiens,tis.demens.de D.119.a.An eſt quiſquam ita deſipiens,qui credat,&c.Ep.37.a.Neq; enim eram tã deſipiens,ut,&c.de N.25.b.Nec enim tã deſipiẽs fuiſſet, ut, &c.& 29.a.Deſipiens arrogantia.

Deſipio,pis.demens ſum,deliro.I.V.260.b.Vtrũ ego deſipio,an uos quoq; doletis? Ep.22.b.In quo cum obiurgarer,quod nimio gaudio penè deſiperem, ita me defendebam,&c.Ep.14.a.Populus Athenienſis penè iam deſipiens ſenectute.& ibi.b.Deſipiẽte populo. pro Plan.278 b.Licet me deſipere dicatis.de N.20.a.Deſipere,delirare, dementem eſſe.

Deſiſto,ſtis.ceſſo,intermitto,dimitto,diſcedo.I.V.132 b. Vt aliquando de rebus ab iſto iudicatis dicere deſiſtamus.de Cla.194.a.Cum amici me hortarentur, ut cauſas agere deſiſterem,quoduis periculum mihi adeundum,quã à ſperata dicendi gloria diſcedendum putaui. Epiſt.2.a. Pompeium hortari & orare non deſiſtimus, ut, &c. pro Quint.3.a. Auctionem Quintus uelle facere deſtitit. Tuſc.181.a.Verbo de ſententia deſtitiſti.Epiſt.60.b. Qui agerent cum eo, ut ab illa mente deſiſteret. Off.74.a. Docuit cur ſibi à cauſa deſiſtere neceſſe eſſet. pro R.P.123.b. Vt magis pœniteret cœpiſſe, quàm liceret deſiſtere. de Clar.195.a.Nos non deſiſtebamus augere illud, &c. Att.264.a.Ego id facere non deſtiti.I.V.256.a.Rogat eos, ut id facere deſiſtant. Tuſc.174.a. Vt homines mortẽ timere deſiſtant.Quin.Fr.297.a. Non deſiſtunt uobis agere quotidie gratias honeſtiſſimæ ſocietates. Officior.55.a. Cum ſint docti à peritis deſiſtunt facilè ſententia. Acad.16 b.& Off.55.a. Deſiſtere ſententia. Epiſt.13.a. Deſiſtere pugna. Deſiſtere cauſa.Epiſt.14.a. Quaſi deſtiterim priſtina cauſa.

Deſitus,a,um.l.Deſino.de D.128.b.Nam ſi eſſet factitatum,non eſſet deſitum.de Cl.175.b.Veteres orationes poſt noſtras,à pleriſq; legi ſunt deſitæ.

Deſpectio.contemptio.In Hor.Conſolabitur eam magnitudo animi & humanarum opinionum alta quædam deſpectio. ex Non.

Deſpectus,a,um.I.P.101.a. Abiectus,contemptus,deſpectus ab omnibus.

Deſpectus,us.ad Her.36.a.Ludibrio & deſpectui omnibus eſſe.

Deſperanter.deſperans. Attic.234.a. Serius proficiſcens, quod deſperanter tecum locutus eſt, minimè miror, &cæt.

Deſperatio,onis.)(.Spes,bona ſpes.At.120.a.Fuga et maritima oportunitas uiſa quæri deſperatione.Tuſ.213.a. Deſperatio eſt ægritudo ſine ulla rerum expectatione meliorum.At.173.b.Deſperatio rerum Pompeij omnium animos occupauit. Ep.47.b. Tanta eſt omnium rerum amiſſio & deſperatio recuperandi. I.C.109.b. Bona ſpes cum omnium rerum deſperatione confligit.Poſtquã.209 a.Qui me à deſperatione ad ſpem reuocauit. At.285.a. Iſta uerò imbecillitas & deſperatio,&c.I.A.177.a. Quæ propter conſcientiam ſcelerum deſperatio uitæ? & 241. b.Deſperatio uictoriæ.





Deſperatus, a, um.ab omni ſpe derelictus,deſtitutus, depoſitus.Acad.9.b.Illos autem qui omnia incerta dicũt, quaſi deſperatos aliquos relinquamus.I.C.105.a. Exercitus collectus ex ſenibus deſperatis, ex ruſticis mendiculis, &c. pro Syl.181.b.Magnus & diuturnus & iam deſperatus morbus.I.A.200.b. Poſt diſceſſum latronis uel potius deſperatam fugam. pro Domo 218.a.Res penè iam deſperata.pro S.R.23.a.Alicui oppreſſo iam deſperatoq; ab omnibus opitulari.I.V.66.a.Hoc remedium eſt ægrotæ ac propè deſperatæ reipublicæ.Epiſt.224.b. In perditis ac deſperatis habere aliquod negocium. I.P.101.a. Deſpectus à cæteris,à ſeipſo deſperatus & relictus.pro Mur. 134.a.Deſperatas iam pecunias exigere.At.67.b. Luſtrũ iam deſperatum eſt.& 116.b.Cauſa publica deſperata eſt. Quint.Frat.289.b. Cum iam ab alijs deſperata res eſſet. de L.188.b.Quod eſt enim tam deſperatum collegium, in quo nemo è decem ſana mente ſit? At.41 b.Sed me hercule tam obiectam compoſitionis ſpem non deſperatiſſimam eſſe puto. & 261.b.Deſperatis uetat Hippocrates adhibere medicinam.& 287.b.Rempublicam deſperatã quoque ſanari puto poſſe.

Deſpero,as.diffido,perdidi ſpem faciendi aliquid, in perditis ac deſperatis habeo, animo cado, haſtas abijcio, à ſpe faciendi aliquid abſum. de Fin.137.b.)(. Spero,confido. Ep.20.a.Tu tamen ſiue habes aliquam ſpem de republica,ſiue deſperas,ea meditare,quæ,&c.de N.118.a.Non equidem planè deſpero iſta eſſe uera. de Or.92.b.& Ep. 33.b.Ego quantum auguror coniectura,non deſpero fore aliquem, qui, &c. Attic.3.a. Noli deſperare eos meos facere poſſe.Attic.123.b.Volo circum uillulas noſtras errare,quas me uiſurum poſtea deſperaui. Off.15.a.In quo conſiderandum eſt,ne aut temerè deſperet propter ignauiam,aut nimis confidat propter cupiditatem.Or.197.b. Nam neq; illud quod eſt optimum deſperandum eſt, neq;, &c. Quint.Frat.304.b.Siue reſtituimur, ſiue deſperamur,nihil opus eſt,&c. I.C.106.b.Eſſent illi quidem deſperandi,ſed tamen ferendi.de Amic.113.a. Cuius aures ita clauſæ ſunt ueritati,ut ab amico uerũ audire nequeat, huius ſalus deſperanda eſt.pro Mil.112.a. Serui deſperantes uitam domini.I.C.108.a.Deſperare honores uel aliquam rem:id eſt,non ſperare. Epiſt.190.b.Rhodij nos & rempublicam ualde deſperauerunt. pro Mur.134.b.Vt honorem deſperaſſe uideatur. Ep.192.b.Deſperare de aliqua re. Epiſt.156.a.Laterenſis ſuo chirographo mittit mihi literas,deſperans de ſe, de exercitu, de Lepidi fide, querenſq; ſe deſtitutũ.At.127.b.Reipublicæ cauſa,de qua deſperaui.pro Cl.31.a.b.Is cum promiſſis ſuis excitauit et ſimul ſaluti deſperare uetuit. Poſtquam.211.b.Bonos uiros lugere malui meas fortunas,quàm ſuis deſperare. I.P. 97.b.Qui cum oppido deſperaſſent,munire arcem cœperunt. & 98.b. Diffidens & deſperans rebus ſuis. pro Mur.134.b.Quoniam ſibi hic ipſe deſperat. Q.Fr.289. b.Cum iam ab alijs deſperata res eſſet.At.247.a. Deſperaui: id eſt,prorſus diffiſus ſum.I.P.81.b. Deſperare ab aliquo.)(.& ibid.Habere ſpem ab aliquo.

Deſpicatio, onis. deſpicatus, deſpicientia. de Finib. 62.b.Vt odia,inuidia,deſpicationes aduerſantur uoluptatibus,ſic,&c.

Deſpicatiſſ.a,um.contemptiſſ.pro Seſt.10.b. Deſpicatiſſimi Tribuni furor,contemptiſſimi conſulis leuitas.

Deſpicatus,tus.deſpicatio. pro Flac.160.a. Prouerbium,ſi qui deſpicatui ducitur, ut Myſorum ultimus eſſe dicatur.



Deſpiciens,entis.de Or.142.a. Nemo unquam tam ſui deſpiciens,qui,&c.

Deſpicientia,tiæ.contẽptio.Par.237.a. Magnitudinẽ animi deſpicientia imitatur in contẽnendis honoribus.Of. 40.b.Hæc animi deſpicientia admirabilitatẽ magnam facit.Off.13.b.Deſpicientia rerum externarũ. Tuſc.169.a. Totam uim bene uiuendi in omniũ rerum humanarũ contemptione & deſpicientia ponamus.

Deſpicio,cis.contemno,deſpicatui duco. Academ.33. a. Hos ſi contemnimus,etiam abiectos putamus,illos certè minus deſpicere debemus,&c. de Nat.67.a. Nec uerò uulgi inſcitiam deſpicere poſſum,cum conſidero, &c.pro S.R.41.a.Omnes deſpicere, hominem præ ſe neminẽ putare.de Fin.96.a.Omnia quæ cadere in hominẽ poſſunt, deſpicere,et pro nihilo putare.et ibi.Nemo poteſt id quod malũ eſſe decernit,non curare atq; contẽnere. I.V.168.a. Tu ſic ordinẽ ſenatorium deſpexiſti? et ibi.b.In alterius iniuria ſeſe deſpectos, dignitatemq; contemptam & abiectam.de Sen.78.b.Deſpici ab omnibus.

Deſpicere.non animaduertere,non attendere. pro S. R.22.a.Simulatq; ille deſpexerit,aliquid huiuſcemodi moliantur.Q.Fr.305.b.Si tuam ſolitudinem cõmunemq; calamitatem nemo deſpexerit.

Deſpicere.uidere,animaduertere.de Fin.121.a.Catuli,qui iam deſpecturi ſunt,cæci æquè ut hi qui modò nati: id eſt,qui uiſuri ſunt.de Ar.251.b.Tollam altius tectum,nõ ut ego te deſpiciam,ſed ut,&c.pro Syl.174.b.Vt tot res, tantas,tam uarias mea ſponte deſpexerim: id eſt animaduerterim.

Deſpolio, as.ſpolio.I.V.159.a.Qui dux iſti ad deſpoliandum Dianæ templum fuit.At.107.a.Quintius ad Buſtum Baſilij deſpoliatus eſt. Epiſt.233.b. Illud doleo, quæ impenſa facienda eſt,in eius partem,miſeram & deſpoliatam uenire.

Deſpondeo,des. paciſcor, promitto, deſtino. Attic. 173.b.L.Lentulus Hortenſij domum ſibi & Cæſaris hortos deſponderet. Attic.12.a. Deſponſam homini iam Syriam ademi. Attic.207.b.Nunc illam περὶ τελῶν σύνταξιν, Bruto, uti tibi placuit, deſpondimus. de Pro.76. b.Vt prouinciam deſponſam, non decretum habere uideatur.de Ar.244.b.Deſponſam iam & deſtinatam laudem alicui præripere. Epiſtola 116.a. Cornificius, Oreſtillæ filiam ſibi deſpondit. Attic.2.b. & 5.b. Tulliolam C.Piſoni frugi deſpondimus. de Orator.105.b.Cum Seruius Galba Craſſi filiam Caio filio ſuo deſpondiſſet. pro Cluent.55.b. Tum illa deſpondit ei filiam ſuam. Epiſtola 187.a. Exigua eſt ſpes reipublicæ, nam nullam non libet dicere:ſed quæcunq; eſt,ea deſpondetur,anno conſulatus tui: id eſt,promittitur.

Deſtinatus,a,um.deſignatus,conſtitutus. Att.196.b. Ais te putare ſi addiderimus aliud à quo refugiat, cum ab ipſo id fuerit deſtinatũ,uenditurũ.de Ar.244.b.Deſponſam iam & deſtinatam laudem alicui præripere. Tuſc. 176.a. Qui certis quibuſdam deſtinatiſq; ſententijs quaſi addicti & conſecrati ſunt.Tuſc.140.b. Alter præſto fuit ad horam mortui deſtinatam.

Deſtino,nas.attribuo,deſigno,decerno,conſtituo.Of. 61.a.Cum eorum alteri Dionyſius diem necis deſtinaſſet, & is,qui morti addictus eſſet,poſtulaſſet,etc.pro Seſt.17. b.Qui locus orbis terræ iam non erat alicui deſtinatus? Attic.216.a. Sed ſi Plancus deſtinat, tum haberes difficultatem. Attic.248.a.At ego iam deſtinaram. Epiſt.106.a. Quod tibi deſtinaras trapezephorõ,ſi te delectat habebis

Ep.159.b.Non eſt annus hic tibi deſtinatus. ad Her.5.b.Si prius aperuerimus,quid oporteat ab ambobus in cauſa deſtinari,quo ratio omnis totius orationis conferatur.

Deſtituo,is.quod promiſi nō præſto,deſero.I.A.201.a.Qui ne ſorti quidem fortunas noſtras deſtituit,ſed libidini cuiuſq; nos addixit. Att.16.b.Ita ſum deſtitutus,ut nihil requietis habeam. pro Cl.32.b.Is queritur ſe ab Oppianico deſtitutum. I.A.179.a.Quid? eundem in decemuiratu non deſtituiſti? pro Cl.35.a.Deſtitui ab aliquo. pro Q.9.a.Viri boni multis uadimonijs deſertis ſæpe illuſi ac deſtituti hoc faciunt.pro S.R.37.b.Roſcius ſocios induxit, decepit,deſtituit,&c.

Deſtitutio,onis.derelictio.pro Q.3.b.Deſtitutione illa perculſus Quintius à Scapulis pauculos dies aufert.pro Cl.32.a.Vt iudices deſtitutione iratos illi redderet.

Deſtruo,is.tollo,deleo,diruo,euerto,diripio, excîdo, excindo,cōuello,uaſto,opprimo,extinguo,occîdo, interficio,diſſoluo,diſturbo,exuro,nullū alicuius rei ueſtigium relinquo,imaginē nullam reipublicæ relinquo,ruinā edo, extinguo & funditus deleo.)(.Conſtruo,coagmento. de Sen.92.a.Vt nauē,ut ædificiū idem deſtruit facillimè, qui conſtruxit.Of.16.b.De euertendis diripiendiſq; urbibus. pro Seſt.10.b.Vrbs exciſa & euerſa.

Deſubito.pro ſubitò.de rep.ex Nonio.

Deſudo,as.ſudo,nitor.de Sen.84.b.Deſudare atq; elaborare in aliqua re.

Deſuefactus,ta.)(.Aſſuefactus,aſſuetus.pro Cl.40.b. Is multitudinem iam deſuefactam à cōcionibus, ad ueteris conſuetudinis ſimilitudinem reuocauerat.

Deſultorius,a.um.qui ex equo in equum facilè deſilit, & relicto priore, in alterum tranſit. hic comparatio eſt, qua Poſthumij incōſtantiā notat.pro Mur.137.b.Qui neſcio,quo pacto mihi uidetur prætorius cādidatus in conſularē quaſi deſultorius,in quadrigarū curriculū incurrere.

Deſum,es.nō adſum,deficio,abſum.Q.Fr.309.b.310.a.Huic conuiuio Quintus tuus defuit:id eſt,nō affuit. pro Syl.169.b.Vt mirari Torquatus deſinat,me,qui Antonio abfuerim,Syllam defendere:id eſt,defuerim, nō adfuerim, non defenderim.de Cl.186.b.Paucæ ſententiæ ad conſulatum defuerunt.de Or.91.b.Nobis ſi ingenium,ut tu putas, non defuit,doctrina certè & ocium defuit. cōtra Rul.74.a.Oratio ad eius rei diſceptationem non deerit.de Cl.175.b.Et uita ſuppeditauit, & ſplendor ei non defuit. de D.93.b.Siue deeſt naturæ quippiā,ſiue abundat atq; effluit. de Orat.144.a.Nec in Antonio defuit hic ornatus, nec in Craſſo redundauit. Ep.64.a.Nunquam mihi tui ornandi uoluntas defuit.Ep.153.b.Quod ſi quis ueſtrûm non probabit, mihi prudentiam in conſilio defuiſſe ſciam, non illi erga patriam fidelitatem. pro Mil.121.a.Tibi nullū à me pietatis officium defuit. Epiſt.14.a.Tantum enitor ut neque amicis,neq; alienioribus, opera, cōſilio,labore deſim. Epiſt.181.b.Quod officium tuum,uel in abſentem me, uel in præſentes meos defuit? Epiſt.227.a. Non putaui fieri poſſe,ut mihi uerba deeſſent, ſed tamen in C.Lenio commendando deſunt. ibid.Sed uereor ne iam mihi ſupereſſe uerba putes,quæ dixeram defutura. de Claris orat.176.a.Qui cum remiſerant dolores pedum,non deerat in cauſis. de Ar.252.b.Tibi hominum pœnæ deſunt adhuc,non deorum.I.A.173.b.Cur ei bello propter timiditatem defuiſti? I.A.221.a. Non quod L.Philippo, aut ſtudium, aut cura defuerit,tanto munere.At.61.a. Nec metuo tamē ne mihi ſermo deſit abs te,quo magnopere delector. pro Fl.159.a.In hac republica ad quam opprimendam non animus eis,ſed uires deficiunt & defuerunt.

Detergo,gis.uel detergeo,ges.abſtergeo. In Ar. Cum neq; caligans detergit ſidera nubes.At.226.a. Primo anno LXXX.deterſimus.

Deterior,us,deterrimus.peior,durior,duriſſimus,nequiſſimus.de Ar.257.a.Deterioris uerbum in eum maximè cadit,qui ſit unus omnium mortalium ſine ulla dubitatione deterrimus.& ibid.Nullum dedecus reperiri poteſt, quod non in deteriore inſit. de Opt.243.a. Quod optimo diſſimillimum eſt:id eſt,deterrimum. de Or.154.b. Quicquid detraxeris,uicioſius & deterius futurum eſt.At.226.b.Rem non fecit deteriorem,haud ſcio an fructuoſiorem. At.143.b.Curſare huc & illuc uia deterrima. de N.43.a. et de Cl.188.b.Si corrigere aliquid uolet,deterius id faciet. I.A.215.a.Res uerbo fieri interdum deterior ſolet. In Verrem 178.a.Niſi hoc ſtatuiſſes quicquid dixiſſes,te deterius eſſe facturum. de Nat.33.a.Natura non optima putanda potius quàm deterrima. I.A.256.a.Deteriores iugulare cupio,meliores uincere.pro Cec.283.a.Eſſe deteriore iure quàm cæteri ciues. pro Cecin.293.b.In iudicijs deterior cauſa eſt eorum qui fugiunt. pro Corn.62.a.Nec ideo eſt Gaditanorum cauſa deterior, grauiſſimis enim & pluribus rebus eſt fulta. pro Quint.3.b.Deteriore tempore abſens auctionatur. de Ar.258.a.Meliore loco eſſe. & ibid.Deteriore ſtatu eſſe. Epiſt.70.b.Ego ualeo,ſicut ſoleo,paululo tamen etiam deterius quàm ſoleo. de Finib.120.b.Ex his anguſtijs iſta euaſerunt deteriora quàm Ariſtonis. Item 50.b.Quæ tam inculta de malis Græcè Latinè ſcripta deterius. ad Heren. 27.b. Vt ſi qua res honeſtiori ordini placeat,quæ à deteriore ordine improbetur. Ad Heren.17.b.Homo deterrimus. de Amic.107.a. Tertius uerò ille finis deterrimus,ut quāti quiſq; ſe ipſe faciat, tanti fiat ab amicis. de Leg.172.a. Theophraſtus autor haud deterior mea quidem ſententia, &c. de Ar.256.a. Hetruſci libri deteriores,& repulſos hos appellant, quorum & mentes & res ſunt perditæ.& 257.a. De repulſis & deterioribus multa.

Determinatio, onis.terminus, concluſio,finis. de In.60.a.Concluſio eſt exitus & determinatio totius orationis.de Natura 46.a.Cœli complexus,extrema ora & determinatio mundi.

Determino,as.termino,concludo.de Or.159.a. Et id quod dicit,ſpiritu nō arte determinat.de D.84.a. Omnia fixa tuus glomerans determinat annus.

Deterreo,es.dehortor,tardo,reuoco,auoco, deduco, repello, remoueo, reſtingo, auerto, debilito, ſummoueo, ſtudiū alicuius tardo uel reſtinguo. de Or.94.b.Neq; hæc in eam ſententiam diſputo ut homines adoleſcentes à dicendi ſtudio deterream. Ep.7.a. Sed ut ego te ad certam laudem adhortor,ſic à dimicatione deterreo. de Ar.247.b. Non his delector literis, quæ noſtros animos deterreant atq; auocent à religione. Attic.278.a.Me quidem autoritas tua à nimio mœrore deterruit. de Or.107.b. Illud uereor ne maiorem uim ad deterrendum habeat quàm ad cohortandum. de Cl.189.b.Cæſar ſanos homines à ſcribendo deterruit.At.235.b. Non te Bruti noſtri uulticulus ab iſta oratione deterret? At.284.a.Sceleratos ciues timore ab impugnanda patria deterrere. de D.125.a. Num igitur eorum frequentia Stoici de ſententia deterrentur? Br.173.a.Quod me de ſtatu meo nullis contumelijs deterrere poſſunt. Att.280.a.Is nulla re deterreri à propoſito poteſt.Epiſt.115.b.Deterreri ab officio.Tuſc.168.a. Itaque non deterret ſapientem mors,quo minus in omne tem



pus reipublicæ conſulat.de Cl.197.a. Nec uerò Ariſtotelē in philoſophia deterruit à ſcribendo amplitudo Platonis, nec ipſe Ariſtoteles admirabili quadam ſcientia & copia cæterorum ſtudia reſtinxit. pro Q.3.a. Deterrere aliquē ne faciat aliquid.Off.46.a.Eamq; iniuriam in deterrenda liberalitate ſibi fieri putant.de Or.121.b.Debilitatus à iure cognoſcendo:id eſt,deterritus.

Deteſtabilis,le.execrandus.Off.36.a.Nulla tam deteſtabilis peſtis eſt,quæ non homini ab homine naſcatur. I.A.232.b.Atq; hoc quidem deteſtabile omen auertat Iupiter.Of.12.a.Quo eſt deteſtabilior iſtorum humanitas, qui lacerarunt omni ſcelere rempublicam.Tuſ.221.a.& 204.a.Iam ægritudinem laudare,unam rem maximè deteſtabilem,quorū eſt tandem philoſophorum? Tuſ.195.b.Res tetra,miſera,deteſtabilis. de Sen.85.b. Nihil tam deteſtabile tamq; peſtiferū quàm uoluptas.I.A.159.a. Metui inuidioſum & deteſtabile eſt.& 172.b.Hic execrandus populo Rom.& deteſtabilis eſt.de Am.101.b. Scelus deteſtabile.I.A.181.a.O deteſtabilem hominem.

Deteſtatio, onis. deprecatio. pro Dom.241.b. Cum pro deteſtatione tot ſcelerū,unam arā nefariè cōſecrarat.

Deteſtor,aris.deprecor,remoueo.I.A.193.a.O dij immortales auertite & deteſtamini quæſo hoc omen. I.C.102.b. Vt à me quādam propè iuſtam patriæ querimoniā deteſter ac deprecer.I.A.215.b. Proximi belli ciuilis cauſam ignoro,deteſtor exitū.I.P.100.a. Omnes memoriam conſulatus tui,facta,mores,faciem denique ac nomen à republica deteſtantur.In Vat.36.b.Omnes te uitant,& cum uiderint,tanquam auſpicium malum deteſtantur.de N.25.b.Quæq; dixerit,inuidiæ deteſtandæ gratia dixiſſe. Attic.146.a.Deteſtaris hoc diligenter XI.Calend.Mart. id eſt, quaſi ita non eſſe teſtaris.

Detexo, xis.pertexo. de Orator. 123.a. Reperiunt non modò ea,quæ iam non poſſint ipſi diſſoluere, ſed etiam quibus ante exorſa & potius detexta propè retexantur. Item in Arat. His non perpetuum detexens conficit orbem. ad Heren. 14.a. Nunc ego te ab ſummo iam detexam exordio.

Detineo, nes.teneo, demoror. Att.154.b. Conſilium tuum & ſi non in longinquum tempus differs, tamen ſuſpenſum me detines. At.43.b.Hactenus Theſſalonicæ detentus ſum.Lent.Ep.193.a.Nonnullis etiam ipſi magiſtratus uenïebant in ſuſpicionem,detinuiſſe nos & demoratos eſſe,dum,&c.Ad Her.23.b.Nunquā eſt enim quin aliquid memoriæ tradere uelimus,et tum maximè cùm aliquo maiore negocio detinemur.de In.79.a. Quare in alienis negocijs detineantur.

Detorqueo,es.deflecto,auerto.pro Cæl.41.b.Voluntas teſtium,quæ nullo negocio flecti ac detorqueri poteſt. Off.40.b.Voluptates animum à uirtute detorquent. de Vn.199.a.& Tuſc.239.b. Eamq; detorſit à latere in dextram partē.de Or.91.a.Vt ea ipſa neſcio quomodo rurſus detorqueres,& oratori propria traderes.

Detortus,a,um.de Fin.39.b.Pars corporis imminuta & detorta.)(.Apta,integra.

Detractio,onis.diminutio. Off.59.a. Detractio atq; appetitio alieni.de D.118.b. Statuæ enim ipſæ efficiuntur detractione.de Vn.198.a.Detractio confecti & conſumpti cibi.At.197.b.Cuius loci detractionem fieri uelit.

Detraho,his. minuo, delibo, derogo, abrogo, deſeco, aufero,decerpo,detractionem facio.pro Cl.34.b.Nihil poteſt neq; additum neq; detractum de re familiari latêre. pro Cæl.44.b.Claudia patrem triumphantem de curru detrahi paſſa non eſt.Epiſt.45.a.Ne quid de ſummo meo erga te amore detractum eſſe uideatur.I.V.189.a.Scribæ nomine binæ quinquageſimæ detrahebantur. de Amic.107.a.Multæ res ſunt, in quibus de ſuis commodis uiri boni multa detrahunt.I.A.108.a.Celeritas de cauſa detracta eſt. pro Mar.132.b. Quantum operibus tuis diuturnitas detrahet, tantum afferet laudibus. de Diuin.137.a.Nunc propter intermiſſionem forenſis operæ & lucubrationes detraxi, & meridiationes addidi, quibus antea non utebar. de Diuin.105.a.Paruis enim momentis,multa natura aut affingit, aut mutuat, aut detrahit. de Finib. 55.a. Detractis de homine ſenſibus, reliqui nihil eſt. pro R.P.129.b. Reſtituero id,quod detractum eſt ex aliqua re. Ep.5.b. Nihil enim tibi detraxit ſenatus, niſi id quod per eandem religionem dari alteri non poteſt.& ibid. Si quid ex ijs rebus,quas tibi fortuna elargita eſt,nonnullorum hominum perfidia detraxerit. & 34.b. Si abſenti mihi unius menſis labor detractus eſſet. I.A.225.a. Si quis hanc conſuetudinem pleriſque in rebus bonos obtrectandi tibi detraxerit. Acad.2.b. Ne quid priuatis ſtudijs de operæ publica detrahamus. de Pro.69.a. Qui mihi homines ex prouincijs potiſſimum detrahendi ſunt. contra Rul.63.b.Dat de lucro,nihil detrahit de uino. In Verrem 203.a.Honorem debitū detraxerunt nō homini, ſed ordini. de Fin.54.a.Detractis de homine ſenſibus.I.V.62.b.Cum ipſe de ea facultate,ſi quam habet, aliquantum detracturus ſit. Epiſt.60.b.Egi cum Claudia uxore tua, & cum ueſtra ſorore Mutia,ut eum ab illa iniuria detraherent. In Verrem 81.a.Sed de meo iure aliquid & commodo retraho. Poſtquam.199.a. Non ſolùm calamitatem mihi detraxiſſe,ſed etiam dignitatem auxiſſe uidemini. & 202.a. Mihi quod potuit ſceleratorū furor detrahere, eripuit, abſtulit,diſſipauit.Offic.56.b.Detrahere aliquid alteri,& rapere ad ſe commoda alterius. de Orat.135.a. Concedere aduerſario idipſum quod tibi ille detrahit. pro Planc.270.a.Nihil enim mihi crede de te detractum, ſed aliquid etiam de uirtute ſignificatum tua.Quint.Frat.299.a. Sermo eorum qui de te detrahere uolunt. pro Cæl.38.a. Ea quæ accuſatores deformandi huius cauſa,detrahendæ, ſpoliandæ dignitatis gratia dixerunt. Acad.5.a. Socrates de ſe ipſe detrahens. Offic.27.a. Cum de abſentibus detrahendi cauſa maledicè contumelioſeq; dicitur. In Verrem 212.a. Vt ipſe de me detraham. ad Atticum 177.b. Ille non ceſſat de nobis detrahere. de Inuen.66.a. Detrahere de honeſtate alicuius. & Epiſt.38.a.Detrahere de fama alicuius. Attic.135.b.Cum aliquid de illo detrahatur, nefas eſſe approbare. pro Pomp.5.a.Ne uera laus ei detracta oratione noſtra,nec falſa afficta eſſe uideatur. de Orat.83.a.Ne de C.Lelij gloria detraham.pro Flac.152.a. Minuere gloriam alicuius. pro Rab.94.b.Detrahere de aliquo,& eum in inuidiam uocare. Antequam. 197.a.Neque Quintus Metellus quicquam de uirtute ſua detraxit, quod ceſſit L. Saturnino, &c. pro Cecinn.289.b.Detrahere de aliquo. & Offic.5.b. aliter, Alteri. pro Sexto Roſc.51.b.Nihil mihi detraham,cùm illis exactæ ætatis ſeueriſſimè fructum, quem meruerunt, retribuam. In Ver.204.a.Detrahere aliquid de ſumma. Att.158.b.Rogaui, & ſi quid poſſet,ex ea ſumma detraheret.de D.125.a.Cæſar Deiotaro detraxit Armeniam à ſenatu datam. de N.76.b.Dionyſius Ioui aureum detraxit amiculum. de Or.94.b.Fingere aliquem detractis omnibus uicijs,atq; omni laude cumulatum.Offic.39.b. Quo quis calidior eſt, hoc inuiſior detracta opinione probitatis.de Clar.orat.189.a.

Com=

*Commentarij Cæſaris nudi omni ornatu orationis tanquā ueſte detracta.* pro Cl.55.b. *Vt hunc Oppianicum ad hanc accuſationem detraheret.* pro Mil.190.a. *Detrahi in iudicium.* de Pro.73.a. *At hi illum inimicum ex Gallia ſuis ſententijs non detrahebant:id eſt,non reuocabant.* de Ar. 250.a. *Qui ſacerdotem ab aris detraxiſti.* Item. *Detrahere aliquem de cruce.*

Detrimentum,detrimenti.damnum.)(Emolumentū. de Orat.88.a. *Plura detrimenta publicis rebus quàm adiumenta per homines eloquentiſſimos importata.* I.A.201.a. *Conſules prouideant,ne quid reſpublica detrimenti accipiat.* I.V.204.a. *Reſpub.detrimentum fecit, quod per te imperij ius in ciuitate imminutum eſt.* & ibid. *Nō ſine magno reip.detrimento.* de Fin. 60. a. *Pluſq; in ipſa iniuria detrimenti eſt,quàm in his rebus emolumenti, quæ iniuria pariuntur.* Attic.265.a. *Ne illa peregrinatio detrimentum aliquod afferret rei familiari, eodem magnam partē fortunarum traiecit ſuarum.* de Clar.165.a. *Noſtro incommodo detrimentoq; doleamus.* pro Pom.6.b. *Accipere detrimentum in aliqua re.* & 16.b. *ut in bello.* I.A. 179.b. *Tua iſta detrimenta ſunt,illa noſtra.* Plan. Epiſt. 154.a. *Tamen ſi quid Lepidus benè ſentiens detrimenti cepiſſet,hoc omne aſſignatum iri, aut pertinaciæ meæ, aut timori uidebam.* Planc.Epiſt.159.b. *Neque tamen refugiendo commiſſuri ſumus,ut maius detrimentum reſpub. accipere poſſit.* Off.11.a. *Quicquid ſine detrimento poſſit commodari,id tribuatur cuique.* Epiſt.260. b. *Senatus conſulibus, prætoribus, Tribunis plebis, & nobis qui proconſules ſumus,negocium dedit,ut curaremus ne quid reſpublica detrimenti caperet.* pro Mil. 115.a. & I.C. 98.a. *Vt uideret ne quid reſp.detrimenti caperet.*

Detrudo,dis.depello,deturbo,expello,differo. de Orat.89.a. *Oratorem in iudicia & contiunculas tanquā in aliquod piſtrinum detrudi & compingi uidebam.* Offic.23. a. *Sin aliquando neceſſitas nos ad ea detruſerit, quæ noſtri ingenij non erunt,&c.* de Orat.95.b. *Detrudere aliquem ad id quod facere poteſt.* de N. 53. a. *Stomachus agitatione linguæ depulſum,& quaſi detruſum cibum accipit.* Quint.Fr.305.b. *In maximum luctum laboremq; detruſus ſum.* pro Quint. 4. b. *Quintius de agro communi à ſeruis cōmunibus ui detruditur.* pro Cec. 294.a. *Poteſt ne detrudi quiſquam, qui non attingitur?* de Vn.203.b. *Et ita dextra detruſit in læuam partem oculorum,læuaq; in dextram.* Epiſtol.66.b. *Quatuor enim turres,& quatuor muros cepi,& arcem eorum totam,ex qua me niues,frigora,imbres detruſerunt.* Quint. Frat. 314.b. *Putantur detrudi comitia in menſem Martium: id eſt,differri.* Attic.66.a. *Putant fore aliquem, qui comitia in aduentum Cæſaris detrudat, Catone præſertim abſoluto.*

Deturbo,bas.demolior,deijcio,detrudo. I.V. 221. a. *Tindaridani ſtatuam iſtius deturbarunt.* Parad. 129. a. *Cum parietes diſturbabas.* pro Quintio 8.a. *De fortunis omnibus P.Quintius deturbandus eſt.* I.P.89.b. *Suū quenque ſcelus de ſanitate ac mente deturbat.* I.P.99.a. *Illi ſtatuam iſtius deturbant, affligunt,comminuunt,diſſipant.* Quint.Frat.328.b. *Quod ſi cæmentum bonum non haberem,deturbem ædificium?* Parad.121. *Deturbare aliquē de poſſeſſione. Deturbari ex magna ſpe.* Epiſt.63. b. *Sed hoc ſcito,tuos ueteres hoſtes,nouos amicos, uehementer literis perculſos,atque ex magna ſpe deturbatos iacēre.* Epiſtol.198.b. *Deturbari ſpe.* Item: *Neque ſolum ſpe, ſed certa re iam & poſſeſſione deturbatus eſt.*



Deueho,his.ueho,adueho. I.A.154.b. *Atq; ego celeter Veliam deuectus ſum.*

Deuenio,nis.uenio,peruenio. de Orat. 131. a. *Quæ cuiuſmodi ſint,facilius iam intelligemus cum ad ipſa ridiculorum genera deuenerimus.* I.P.94.b. *Deuenit, aut potius incidit in iſtum Græculus, &c.* Epiſt. 51. a. *Quoniam in eam fortunam deueni, &c.* pro Mur.130.b. *Qui oratores euadere non poſſunt,ad iuris ſtudium deueuire.* Ep. 97.a. *Aut deueniendum in uictoris manus.* At.5.a. *Nolebā illum noſtrum familiarem ſermonem in alienas manus deuenire.*

Deuexatus,ta.ualde uexata, afflicta. Ep.145.a. *Per tot annos rep.deuexata.*

Deuexus,a,um. deflexus,inclinatus. de D.101.a. *Lucus Veſtæ,qui à palatij radice in nouam uiam deuexus eſt.*

Deuincio,deuincis.obſtringo,alligo, conſtringo,comprehendo. pro Seſt.6.a. *Hunc Pompeius omni cautione, fœdere,execratione deuinxit, nihil contra me eſſe facturum.* Offic.74.b. *Fœdera,quibus etiam cum hoſte deuincitur fides.* pro Cluent.55.b. *Vt eum nuptijs alligatum, ſimul & teſtamenti ſpe deuinctum haberet in poteſtate.* contra Rul.63.b. *Italiam omnibus uinculis deuinctam & & conſtrictam tenere.* Orator.204. b. *Nec aceruatim multa frequentans una complexione deuinciet.* de N.56. b. *Eloquentia nos iuris legumq; ſocietate deuinxit.* I.P.85. b. *Qui in Italia omnes omnium gentium partes tribus triumphis deuinxit.* de Fat.144.a. *Hi mentem hominis uoluntate libera ſpoliatam fati neceſſitate deuinciūt.* de Ar. 244.b. *Hic maximo ſe ſcelere deuinxit.* pro Cecin. 302. b. *Ad duas diſſimiles res duo deuincta interdicta ſunt.* Quint.Fr.300.a. *Hermippum non ſolum ſermone meo, ſed etiam familiaritate deuinxit.* I.A. 182.b. *Cæſar aduerſarios clementiæ ſpecie deuinxerat.* de Claris orator.187. a. *Verba eligere,collocare,& compreſſione deuincire.* Off.11.b. *Sauguinis autem coniunctio & beneuolentia deuincit charitate homines.* Epiſt. 203. b. *Ipſum præterea ſummo officio,& ſumma obſeruantia tibi in perpetuum deuinxeris.* I.V.252.b. *Cleomenes ab iſto donis beneficijſq; plurimis deuinciebatur.* pro Planc.267.a. *Tenere aliquē deuinctum largitione.* Item. *Is totam Hortenſiorum domum deuinctam conſuetudine tenebat.* de Claris orator. 133.a. *P.Craſſus cum Seruio Galba affinitate ſeſe deuinxit.* Quint.Frat.300.a. *Quem non ſolum ſermone meo,ſed etiam familiaritate deuinxi.* Epiſt.45.a. *Iis ſtudijs, quibus uterque noſtrûm deuinctus eſt.* & 206.b. *Tum uiros optimos & homines honeſtiſſimos ſummo beneficio in perpetuum tibi tuiſq; deuinxeris.* & 14.b. *Cuius officijs me eſſe deuinctum conſiteor.* & 6.b. *Hic tibi tua præſtanti in eū liberalitate deuinctus eſt.* & 88.b. *Nunc tāto ſum deuinctus eius beneficio,ut nemini plus debeā.* Epiſt.87.b. *Omnes ferè familiariſſimi eius quaſi deuincti meis magnis ueteribus officijs me diligenter obſeruant.* pro Dom. 239. b. *Deuincire aliquem locum religione:id eſt,dedicare.*

Deuinco,cis.uinco, ſupero. I.C. 101.a. *Tu ad deuincendas perfringendaſq; leges ualuiſti.* de N. 27. a. *Cum ad fluuium Sagram Crotoniatas Locri maximo prælio deuiciſſent.* contra Rul.84.a. *Quibus Coſſ. Capua deuicta atque capta eſt.* de N.27.b. *Claſſe deuicta.* Orat. 211. a. *Duellius qui Pœnos claſſe deuicit.* contra Rul.73.a. *Nuceriam ſuis præſidijs deuincent.*

Deuinctus,a,um.obſtrictus. de Clar.orat.168.b. *Nec in impeditis ac regum dominatione deuinctis naſci cupiditas dicēdi ſolet.* Att.263.a. *Me maximo beneficio deuinctū*

semper



*ſemper habebis.* pro Cæl.45.a. *Eūm habere tuis copijs deuinctum non potes.* de Pro.73.a. *Nationes nondum legibus & iure certo,nec ſatis firma pace deuinctæ.* pro Mil. 118.b. *Pompeium nouo reditu in gratiam quaſi deuinctum arbitrabatur.*

Deuitatio,onis.fuga,uitatio. At.252.a. *Facilior & exploratior deuitatio legionum fore uidetur, quàm piratarum,qui apparere dicuntur.*

Deuito,as.defugio,uito. I.V.68.a. *Procellam temporis deuitauit.* At.139.b. *Ne Cæſar ſe à me deuitatum putet.* Tuſc.188.b. *Nullum ab ijs,qui in id certamen deſcendant, deuitari dolorem.*

Deuius,a,um.qui de recta uia deflexit. Att.25.a. *Id & nobis erit iucundum,& tibi non ſanè deuium.* I.P.93.b. *In oppidum deuium Beroam perfugiſti.* Att.41.a. *Sed itineris cauſa ut diuertar, primum eſt deuium, &c.* & 56.b. *Metellus per itinera deuia ad campum currebat, &c.* & 225.b. *Trebonius itineribus deuijs proficiſcitur in prouinciam.* I.A.180.b. *Quid Anagnini? qui cum eſſent deuij,obuiam ei deſcenderunt.* de Am.113.b. *Quid enim poteſt eſſe tam flexibile,tam deuium quàm animus aſſentatoris? qui, &c.* I.A.201.b. *Homo amentiſſimus atq; omnibus conſilijs præceps & deuius.*

Deunx,cis.undecim unciæ, quaſi una de aſſe dempta. pro Cecin.288.a.l.As.

Deuoco,as.reuoco. de Pro.75.a. *Nihil eſt quod eum de prouincia deuocent.* & ad Her. 6.b. *In ſuſpicionem maleficij deuocari.* Tuſ.230.a. *Socrates primus philoſophiam deuocauit è cœlo.*

Deuolo,as.auolo,aufugio. pro Quin.17.a. *Ab afflicta amicitia transfugere & ad florentem aliam deuolare.* ad Heren.29.b. *Falſi amici ſimul ac fortuna dilapſa eſt,deuolant omnes.*

Deuoluo,uis.reuoluo. I.A.211.a. *Non auditis ſententiam meam flagitaris? cui cum pridie frequentes eſſetis aſſenſi,poſtridiè ad ſpem eſtis inanem pacis deuoluti.*

Deuoro,as.ligurio,helluor. de N.53.a. *Stomachi partes quæ ſunt infrà quàm id quod deuoratur,dilatātur:quæ autem ſuprà,contrahuntur.* Att.57.b. *Dudum circunrodo quod deuorandum eſt.* Epiſt.177.b. *Quocirca Segulium negligamus, qui res nouas quærit,non quod ueterem comederit,nullam enim habuit:ſed hanc ipſam recentem nouam deuorauit.* I.A.208.b. *Quapropter Quirites expectate,& paucorum dierum moleſtiam deuorate.* pro Domo.225.a. *Cum omnium locupletum bona ſpe & auaritia deuoraſſes.* I.V.188.a. *Non leuiter furta ligurire, ſed deuorare pecuniam.* I.V.103.b. *Iſte qui iam ſpe & opinione prædam illam deuoraſſet.* & pro Flac.158.a. *Quod erat ſpe lucrum deuoratum.* & At.12.a. *Ille regis hæreditatem ſpe deuorarat.* I.A.246.b. *Beneficijs Cæſaris deuoratis.* de Cl.191.a. *Orationem à multitudine deuorari: id eſt,non planè intelligi.* I.V.188.a. *Deuorare omnem pecuniam publicam non dubitauit.* de Cl.186.a. *M.Piſo hominum ineptias & ſtultitias,quæ nobis deuorandæ ſunt, non tulit.* pro Seſt.7.b. *Verbum ipſum uoluptatis omnibus modis animi & corporis deuorabat.* I.P.90.a. *Cum partim eius prædæ profundæ libidines deuoraſſent: partim, &c.* In Sal.275.a. *Patrimonio non comeſo,ſed deuorato.* Item. *Quid enim tibi faciam? qui illos libros deuoraſti?* & alibi. *In quo tu accepta tamen & deuorata pecunia Vtinachorum centum talenta euomere non poteras.* I.A.232.b. *In omniū poſſeſſiones atq; fortunas impudentiſſimos oculos ſpe & mente defigit.*



Deuotio,deuotionis.dedicatio,conſecratio. de N.62. b. *Deciorum deuotionibus placatos eſſe deos.* pro Dom. 242.b. *Hanc ego deuotionem capitis mei cum ero in ſedes meas reſtitutus,tum deniq; conuictam eſſe & commiſſam putabo.* Poſtquam.198.a. *Eius deuotionis me eſſe conuictū iudicio deorum,&c. teſtimonio ſenatus, confeſſione inimicorum maximè lætor.*

Deuotus,ta,tum.deſtinatus, conſtitutus. de Ar.244. a. *Accedit enim quod T.Annio deuota & conſtituta iſta hoſtia uidetur.*

Deuoueo,ues.uoueo,deſtino,dedico,conſecro. de N. 27.b. *Quidam imperatores ſe ipſos Dijs immortalibus capite uelato uerbis certis pro repùb.deuouerunt.* de Diuin. 91.a. *P.Decius deuouit ſe,& in aciem Latinorum irrupit armatus.* & de Finib.77.b. *Num etiam eius collega P. Decius princeps in ea familia conſulatus, cum ſe deuoueret,& equo admiſſo in mediam aciem Latinorum irruebat,&c.* I.A.233.b. *P.Decius qui maiorum ſuorum exempla perſequens,pro alieno ſe ære deuouit.* Parad.117.b. *Quæ uis patrem Decium? quæ filium deuouit? & immiſit in armatas hoſtium copias?* Poſtquam.198.a. *Cum me fortunaſq; meas pro ueſtra incolumitate,ocio, cōcordiaq; deuoui.* pro Dom.242.b. *Meq;, ac meum caput hac conditione deuoui,ut,ſi,&c.* pro Dom.226.a. *Quoſdam ſe in medios hoſtes ad perſpicuam mortem pro ſalute exercitus inieciſſe.* Offic.71.a. *Agamemnon deuouit Dianæ, quod in ſuo regnō pulcherrimum natum eſſet illo anno, immolauit Iphigeniam,qua nihil erat eo quidem anno natum pulchrius.*

Deus,dei.diuinus ſpiritus,diuina prouidentia,numen diuinum,præſtans æternaq; natura,diuus,cœleſtis, qui in deorum numero eſt,ille cœlum atq; terras tuens & regens Deus, procreator ille mundi Deus,ſummi rectoris & domini numen. Tuſcul.162.a. *Nec Deus ipſe qui intelligitur à nobis, alio modo intelligi poteſt, niſi mens ſoluta quædam & libera,ſegregata ab omni concretione mortali,omnia ſentiens & mouens,ipſaq; prædita motu ſempiterno.* de N.13.b. *Roges me,quid,aut qualis ſit Deus: autore utar Simonide, de quo cum quæſiſſet hoc idem tyrannus Hiero,deliberandi cauſa ſibi diem poſtulauit:cum idem ex eo poſtridie quæreret,biduum petiuit:cum ſæpius duplicaret numerum dierum, admiranſq; Hiero quæreret cur ita faceret:quia(inquit)quanto diutius cogito,tanto mihi res uidetur obſcurior.* de Ar.248.a. *Quis eſt tam uecors, qui cum ſuſpexerit in cœlum,deos eſſe non ſentiat.* & ibi multa de Deo ac prouidentia. de Somn.127.b. *Ille princeps Deus, qui omnem hunc mundum regit.* de Somn.128.b. *Nouem orbibus connexa ſunt omnia, quorum unus eſt cœleſtis extimus, ſummus ipſe Deus arcens & continens cæteros.* de Somn.130.b. *Deum igitur te ſcito eſſe, ſiquidem Deus eſt,qui uiget,qui ſentit, qui meminit, qui præuidet,qui tam regit & moderatur id corpus, cui præpoſitus eſt, quàm hunc mundum princeps ille Deus.* de Diuin. 139. a. *Eſſe præſtantem aliquam æternamque naturam, & eam ſuſpiciendam admirandamq; hominum generi, pulchritudo mundi, ordoq; rerum cœleſtium cogit conſiteri.* de Finib.108.b. *Sed etiam modeſtiam quandam cognitio rerum cœleſtium affert, his qui uideāt quanta ſit etiam apud deos moderatio, quantus ordo: & magnitudinem animi, deorum opera & facta cernentibus: iuſtitiam etiam, cum cognitum habeas quod ſit ſummi rectoris & domini numen.* de Legibus. 161.a. *Nulla gens eſt tam fera, quæ non etiam ſi ignoret, qualem deum*

habere

habere deceat, tamen habendum ſciat. de D.105.a. Quanto id Deo eſt facilius, cuius numini parẽt omnia. de N.26. b. Iupiter dominator rerum, omnia nutu regens, pater diuumq; hominumq;. de Vn.202.b. Deus, qui omnia genuit. de Vn.198.b. Sic deus ille æternus, hunc perfectè Deum procreauit. de N.78.b. Nihil eſt quod Deus efficere non poßit, & quidem ſine labore ullo. de D.134.b. Nec fruſtra & ſine cauſa quid facere, dignum Deo eſt. de Leg.175.a. Et quod Thales dixit, homines exiſtimare oportere, Deos omnia cernere, deorum omnia eſſe plena. Offic. 72.b. Nunquam nec iraſci Deum, nec nocere. pro S.R. 40.a. Commoda quibus utimur, lucemq; qua fruimur, ſpiritumq; quem ducimus, à Deo nobis dari atq; impartiri uidemus. Off.35.a. Dij ratione utentes. & ibi. Deos placatos pietas efficiet & ſanctitas. Attic.226.b. Noſtri illi Heroes, ſed Dij futuri quidam, in gloria ſempiterna ſunt. de N.37. b. Deos quoſdam ex magnis beneficijs fuiſſe conſtitutos. & 38.a. Quarum omnium rerum quia uis erat tanta, ut ſine Deo regi nõ poſſet, ipſa res deorum nomen obtinuit. & ibi de uarijs nominibus deorum. & 67.a. Piſcem Syri uenerantur. & ibi alia multa de deis antiquorum, præſertim Græcorum, & Romanorum, & Aegyptiorũ. de Sen. 94.b. Sic me colite, ut Deum. I.V.259.a. et de N.17.b. Dij manes. I.V.228.b. Ad ædẽ Honoris & Virtutis. & 229.b. Aedes Felicitatis. & 244.b. In æde Bellonæ. Parad.118.a. Cum tibi ſiue Deus, ſiue natura dederit animum, &c. de N.12.b. Tragici poetæ cum explicare argumenti exitum non poſſunt, confugiunt ad Deum. pro Pomp.17.a. Teſtor omnes Deos, & eos maximè qui huic loco temploq; præſident, qui omnium mentes eorum, qui ad rempublicam adeant, maximè perſpiciunt. de Diuin.116.b. Deos ipſos iocandi cauſa induxit Epicurus perlucidos & perflabiles, &c. de N.71.b. Deos ea facie nouimus, qua pictores & fictores uoluerunt. de N.76.b. Malos felices contra deos teſtimonium dicere. & 78.a. Improborum proſperitates ſecundæq; res redarguunt uim omnem Deorum ac poteſtatem. & 59.b. Magna dij curant, parua negligunt. Antequam.197.a. Teſtor Deos deasq; omnes immortales, me, &c. & 196.b. Dij deæq; immortales, qui, &c. I.V.77.b. Dij patrij. de In.74.b. Ei Deo: id eſt, Dianæ. At.77.b. Dij boni. & 96.b. Ac te apud eum, Dij boni, quanta in gratia poſui. At.134.a. Quibus optimatibus, Dij boni. Tuſc.169.b. Dij boni, quid lucri eſt emori. I.A. 164.a. Quàm id (Dij boni) non decebat. de Clar.170.a. At quem uirum, Dij boni. Att.225.b. O Dij boni, uiuit Tyrannus? de Clar.191.b. O Dij boni, quid quaſi nos aliud agimus. Att.153.a. Reliqua, ô Dij, qui comitatus. At.236. a. O Dij boni. quàm facilè perſpiceres timere ocium. pro Seſt.6.b. Alter, ô dij boni, quàm teter incedebat. Off.33.b. Quid eſt enim per deos optabilius ſapientia? I.A.216.a. Nunquid tale habemus? dij meliora, id enim ipſum agimus &c. At.135.b. Dij auerruncent. Item. Contrà igitur? Dij, inquis, auerruncent. Tuſc.234.b. Cui, ſi Dijs placet, uidetur ſapiens ſemper beatus. I.P.87.b. Appellatus eſt hic Vulturius illius prouinciæ (ſi dijs placet) imperator. I.A. 190.b. His ducibus Dijs iuuantibus erimus liberi breui tempore. Q.Fr.309.b. Dijs hominibusq; plaudentibus. Off.9. a. Doq; uolentibus cum magnis Dijs. Dijs approbantibus, & iuuantibus. Ep.105.a. & 156.b. Meq; Dijs iuuantibus ante brumam expectabis. de Sen.94.b. Si quis Deus mihi largiatur, ut ex hac ætate repueraſcam. Tuſc.153.b. Harum ſententiarũ quæ uera ſit, Deus aliquis uiderit. At. 92.a. Sed hæc Deus aliquis gubernabit. At.138.b. Quid tu autem poßis? aut quid homo quiſquã? uix iam Deus. Tuſc. 170.a. Dij immortales ſciunt, hominẽ puto ſcire neminẽ. de Orat.124.b. In quo tu mihi ſemper deus uideri ſoles. Poſtquam.200.a. P. Lentulus, conſul, parẽs, deus, ſalus noſtræ uitæ. pro Seſt.28.a. P. Lentulus, cuius ego patrẽ Deũ ac parentem ſtatuo fortunæ ac nominis mei.

Dextella, læ. parua dextra, deliciæ. At.235.b. & 236. a. Q.F. ut ſcribis eſt dextella.

Dexter. a, um.) ( Siniſter. de D.82.b. Iupiter cornicẽ à læua, coruum à dextra canere iußit. de D.90.a. Pateram dextra manu tenebat.

Dextera, ræ. dextra. Poſtquam.209.a. Qui mihi primus afflicto & iacenti conſularem fidem dexteramq; porrexit. pro Deiot.145.a. Porrigere dexteram alicui. I.V.267.a. & pro Cluent.22.b. & I.A.146.b. Cui ſupplici non illa dextera fidem porrexit? de Pro.71.a. Imperator dexteram tendens milites hortabatur. At.98.b. Vbi ſunt illæ denſæ dexteræ?

Dextra. træ. dextra manus. I.A.231.a. Dextræ, quæ fidei teſtes eſſe ſolebant, perfidia ſunt & ſcelere uiolatæ. I. A.226.b. Græcia tendit dextram Italiæ, ſuumq; ei præſidium pollicetur. de D.98.a. Quid augur? cur à dextra coruus? à ſiniſtra cornix faciat ratum? I.A.244.b. Facilis eſt circunſpectus. quid ad dextram, quid ad ſiniſtrã ſit. de Vn. 203.b. Nam & antè & ponè, ad læuam & ad dextrã, & ſurſum, & deorſum, &c. Itẽ. Ad dextram.) ( Ad læuam. de D.93.a. Prendiſſe eam dextram tuam.

Dextrorſum. ad dextram. de D.89.b. Dextrorſum orbem flammeum, Radiatum ſolis liquier curſu nouo, &c. poetæ.

Diadema, tis. apex, inſigne regni. I.A.176.b. Tu diadema imponebas cum plangore populi. I.A.185.b. Antonius collegæ diadema impoſuit. & 225.b. Niſi fortè eos qui diadema poſuerunt conſeruandos, eos qui nomen regis ſuſtulerunt, deſerendos putatis.

Diæta, tæ. medicinæ pars, quæ uictu morbos curat. ad Attic.56.a. Sed ego diæta curari incipio, chirurgiæ tædet.

Diagoras, ræ. de N.78.a. At Diagoras cum Samothraciam ueniſſet, Atheos ille qui dicitur, atq; ei quidam amicus: Tu qui deos, &c.

Dialectica, cæ. diſſerendi ratio & ſcientia, ueri & falſi iudicandi ſcientia, dialecticorum ſcientia, prudentia diſputandi, ars quædam intelligendi quid quanq; rem ſequatur, & quid ſit cuiq; contrarium. de Cl.194.a. A Diodoro cùm in alijs rebus, tum ſtudioſißimè in dialectica exercebar, quæ quaſi cõtracta & aſtricta eloquẽtia putanda eſt: ſine qua etiam tu Brute iudicaſti te illam iuſtam eloquentiam, quam dialecticam dilatatam eſſe putant, conſequi nõ poſſe. Ac.23.a. Dialectica ueri & falſi, quaſi diſceptatrix & iudex. & ibid. Dialectica primo progreſſu feſtiuè tradit elementa loquendi, & ambiguorum intelligentiam, & concludendi rationem, tum uenit ad ſoritas, lubricum ſanè & periculoſum locum. Orat.207.a. Ariſtoteles in principio artis Rhetoricæ dicit illam artem quaſi ex altera parte reſpondere dialecticæ: ut hoc uidelicet differant inter ſe, quod hæc ratio dicendi latior ſit, illa loquendi contractior. Acad.45.a. Dialectica diſciplina, id eſt, oratio ratione concluſa, huic quaſi ex altera parte oratoria uis dicẽdi adhibebatur. de Fin.67.b. & Orat.207. a. Zeno rhetoricam palmæ, dialecticam pugno ſimilem eſſe dicebat, quòd latius loquerentur rhetores, dialectici autem compreßius. de Orat.123.a. Ars bene diſſerendi, & uera ac falſa dijudicandi, quæ uerbo Græco διαλεκτική appellatur. & ibi de dialectica multa. de Fin.68.a. Dialecticam contẽnit Epicurus, quæ una continet omnẽ & perſpiciendi quid in quaq; re ſit ſcientiam, & iudicandi quale quicq; ſit, ac ratione & uia diſputandi. Acad.23.a. Fundamentum dialecticæ eſt, quicquid enuncietur (id autem appellatur ἀξίωμα, quod eſt quaſi effatum) aut uerum eſſe aut falſum. & ibi. Eadem illa ars, quaſi Penelopæ telam retexens, tollit ad extremum ſuperiora. & ibi. Multa de rebus dialecticis. & 24.a. de Fin.105.a. Dialectica habet rationem, ne cui falſò aſſentiamur, néue unquam captioſa probabilitate fallamur: eaq; quæ de bonis & malis diceremus, ut tenere tueriq; poßimus. nam ſine hac arte, quemuis arbitramur à uero abduci falliq; poſſe. Tuſ.242.b. Sequitur tertia, quæ per omnes partes ſapientiæ manat & funditur, quæ rem definit, genera diſpartit, ſequentia adiungit, perfecta concludit, uera & falſa dijudicat diſſerendi ratio & ſcientia: ex qua cum ſumma utilitas exiſtit ad res ponderandas, tũ maximè ingenua delectatio & digna ſapientia. de L.163.b. Atq; hæc omnia quaſi ſepimento aliquo uallabit diſſerendi ratione ueri, & falſi iudicandi ſciẽtia, & arte quadam intelligendi quid quanq; rẽ ſequatur, & quid ſit cuiq; contrarium. & ibi de rhetorica et earum differentia. de Or.90.b. Philoſophia in tres partes eſt diſtributa: in naturæ obſcuritatem, in diſſerendi ſubtilitatẽ, in uitam atq; mores. Part.236.b. & 242.b. Sunt autem aliæ, quaſi miniſtræ comitesq; ſapientiæ: quarum altera, quæ ſint in diſputãdo uera atq; falſa quibusq; poſitis quid ſequatur, diſtinguit & iudicat, quæ uirtus omnis in ratione ſcientiaq; diſputandi ſita eſt: altera autem, &c. de Cl. 178.a. Seruius Sulpitius attulit omnium artium maximã quaſi lucem, &c. & ibi de dialectica multa. Ac.24.b. Epicurus totam dialecticam contemnit & irridet. Par.237.a. Prudentiam diſputandi cõcertatio captatioq; uerborum imitatur. Tuſc.216.a. Elogicis tanquam è ſcrupuloſis cotibus enatauit oratio.



Dialectica, corum. de Cl.175.a. Stoicorum in dialecticis omnis cura conſumitur. de Fin.99.a. & Off.4.b. Carneades tuus egregia quadam exercitatione in dialecticis. At.227.b. Veſtorius homo remotus à dialecticis, in arithmeticis ſatis exercitatus.

Dialecticè. dialecticorum more, tenuiter, ſubtiliter. de Fin.67.b. Rhetoricè uel dialecticè diſputare. Acad.40.b. Multa dialecticè dicta.

Dialectice, ces. Top.221.b. Omnis ratio diligens diſſerendi duas habet partes, unam inueniendi, alteram iudicãdi. & ibi. Iudicandi uias Stoici diligenter perſecuti ſunt, eã ſcientiam, quam dialecticen appellant: inueniendi uerò artem quæ topice dicitur, totam reliquerunt.

Dialecticus, a, um. minutus philoſophus, diſputandi peritus. de D.132.b. Ambigua ad dialecticum referenda ſunt. de D.110.b. Quomodo mentientem diſſoluas, quem pſeudomenon uocant, aut quemadmodum ſoriti reſiſtas, dialectici docent. Or.207.a. Diſputandi ratio & loquendi dialecticorum ſit, oratorum autem dicendi et ornandi. & ibi. Dialecticorum ſcientia. pro Dom.222.b. Sexte noſter bona uenia, quoniam iam dialecticus es, & hoc quoq; liguris, &c. de D.134.a. Si uelim geometricum quiddam, aut phyſicum, aut dialecticum explicare. Acad.24.b. Mina erat merces dialecticorum. de Fat.142.b. Vigila Chryſippe, ne cauſam tuam in qua tibi cum Diodoro ualente dialectico magna luctatio eſt, deſeras. de Fin.67.b. Dialecticæ captiones. de Or.95.b. Acumen dialecticorũ. de Or. 118.b. & de D.131.a. De dialecticis. & 123.a. l. Loquax. de D.130.a. & Ad Her.9.a. Contra dialecticos. pro Mur. 142.b. Peruerſa & præpoſtera dialecticorum ſapientia. Part.242.b. Et eadem uel anguſtè diſſerere, ut dialectici qui appellantur, uel ut oratorem decet, latè exprimere. de Fat.143.a. De connexis & coniunctionibus ridiculis dialecticorum. & ibi. O licentiam iocularem. & de D.93. b. Carneades concertationis ſtudio modò ait hoc, modò illud. Par.116.a. De minuto genere dicendi, & argumentãdi dialecticorum, ſiue Stoicorum. & Tuſ.211.a. Concluſiũculæ ad ſenſus non permanantes.

Dialogus, gi. diſputatio, ſermo in perſonas diſtributus. Ep.16.b. Scripſi etiam treis libros in diſputatione & dialogo. de Cl.184.b. Cum diſputatio eſſet inter eos, ut eſt cõſuetudo dialogorum. Or.211.a. Plato in ijs ſermonibus, qui dialogi uocantur. At.70.b. Nos Tarenti, quos cũ Pompeio διαλόγους de repub. habuerimus, ad te perſcribemus. & 244.a. Varronis διάλογον expecto. & 218.b. Hic dialogus ſic concluſus eſt.

Diana, næ. Dianæ plures fuerunt. de N.71.a. de N.39 b. Dianam & lunam eandem eſſe putant, eadẽ apud Græcos Diana & Lucifera, & apud nos Iuno Lucina. & Diana dicta, quia noctu quaſi diem efficit. In Arat.392.a. Vt quondam Orion manibus uiolaſſe Dianam Dicitur, etc. I. V.216.a. Dianam Pergæ uiolatam eſſe. & 217.a. De ſimulachro Dianæ.

Dianium, opp. I.V.94.

Diarrhœa, rhœæ. alui purgatio, uentris fluxio. Ep. 107.b. In eas herbas cum incidiſſem in cœna augurali, apud Lentulum tanta me διάῤῥοια arripuit, ut hodie primùm uidear cœpiſſe conſiſtere.

Dibaphus, phi. bis tinctus, purpura. Epiſt.27.b. Nam Curius noſter dibaphũ cogitat, ſed eum infector moratur. At.28.b. Strumam Vatinij ſacerdotij διβάφῳ ueſtiant.

Dica, dicæ. iudicium, actio. I.V.212.a. Arcagatho imperat, ut aliquid illis, quorum argentum fuerat, nummorum dicis cauſa daret. aliter, dices. I.V.116.a. Scribitur Heraclio dica. quater. & 117.b. Dicas ſortitur, educit ex urna tres iudices.

Dicacitas, tis. de Or.128.b. Duo ſunt genera facetiarum: alterum æquabiliter in omni ſermone fuſum, alterũ peracutum & breue. Illa ſuperior cauillatio, hæc altera dicacitas appellatur. & 129.a. Or.204.b. Sales, quorum duo genera ſunt, unum facetiarum, alterum dicacitatis. de Or.131.a. Scurrilis dicacitas oratori fugienda eſt. At.7.b. Genere illo moroſo, quod etiam ſine dicacitate ridetur.

Dicatio, onis. cum aliquis ſe in ciuitatem aliquam dicat, et tradit. pro Cor.60.a. Neq; ſolum dicatione, ſed etiã poſtlimino poteſt fieri ciuitatis mutatio.

Dicatus, a, um. Or.201.a. Epidicticon genus gymnaſijs & palæſtræ dicatum, ſpretum & pulſum foro.

Dicax, cis. paulo nimium facetus, promptus, paratus. Or.205.a. Demoſthenes nõ tam dicax fuit quàm facetus. eſt autem illud acrioris ingenij, hoc maioris artis. de Or. 129.a. Hominibus facetis & dicacibus difficile eſt habere hominum rationem, & ea quæ occurrant, cum falſißimè dici poßint, tenere. I.A.175.a. Populum in te dicacem etiã reddidiſti. de Or.231.a. Vargula & Granius. pro Cæl.52. a. In conuiuijs faceti et dicaces. pro Q.2.b. Quo impunius dicax eſſet.

Dichoreus, rei. Or.217.b. Inſiſtit autem ambitus modis pluribus, è quibus unum eſt ſecuta Aſia maximè, qui dichoreus uocatur, cum duo extremi chorei ſunt: id eſt, è ſingulis longis & breuibus.

Dico,as.nuncupo, προσφωνῶ.conſecro,addico.Tuſc.163.b.Cignus non ſine cauſa Apollini dicatus eſt.pro Cor.60.a.Non eſt huius ciuitatis ciuis,qui ſe alij ciuitati dicare poteſt.pro Cor.60.b.Dicare ſe in aliquam ciuitatem. At.Rectum cenſuiſti,ut aliquid dicarem.de L.170.b. Ordire igitur,nam hunc totum tibi dicamus diem.I.V.215.a. Dare,donare,conſecrare aliquid Ioui Opt. Max. & 273.b.Donum Ioui dicatũ ac promiſſum. Ep. 20.b.Huic meæ laudi tuum ſtudium dices.de Or.143.b. Non uidit eorũ caſus,qui tũ adoleſcentes Craſſo ſe dicarant.ad Cæſ.ex Non. Balbum quanti faciam,quamq; ei me totum dicauerim,ex ipſo ſcies.

Dico,cis.loquor,aio, narro, uerbum uel uerba facio, uerba uel ſermonem,uel orationem habeo,uſurpo,commemoro,ago,expono,explico,profero, memoro,perhibeo, diſputo,diſſero,in concione uel oratione mea pono. pro Dõ.232.a.Dico igitur,& quàm poſſum maxima uoce dico,me,&c.pro Q.1.b.Quid hoc iniquius dici,aut commemorari poteſt?pro Cl 52.a.Quæ dixi neceſſariò pluribus uerbis egi,ut,&c.& ibi.bis.At.212.b. Sed etiam atq; etiã dico,tuo periculo fiet.Ep.186.b. Quod autẽ,& in ſenatu pluribus uerbis diſſerui,& dixi in concione,in eo uelim fidem meam liberes.de Cl.196.b.Nihil dico amplius: tantũ dico,ſi mihi,&c. & pro Quint.12. b.Vnum illud dico,ſi propter,&c.de Orat.115.a.b.Dicam enim tibi Catule nõ tam doctus,quàm expertus. At.18.b. Homines beati, hos piſcinarios dico,amicos tuos.de D.128.b.Demoſthenes cũ Rho dicere nequiret,exercitatione fecit,ut planiſſimè diceret.Or.215.b.Quod uerſus ſæpe in oratione per imprudentiã dicimus.I.V.208.b.De hoc homine Verri dicitur, habere eum perbona toreumata.de N.68.b. Ariſtæus oliuæ inuentor dicitur.& 70.b.Solem Achanto Rhodi peperiſſe dicitur.& ibi. Mercurius,qui Argum dicitur interemiſſe.Ep.115.b.Pompeius dicitur ualde laborare. de N.71.a.Aeſculapius,qui primus uulnus obligauiſſe dicitur. & 78.b.Portenta & flagitia ab utriſq; dicuntur. de Or.157.b.Vt dicitur:id eſt,aut aiunt. At.106.a.Ad ſummam dic M.Tulli,&c. At.247.a. Dic mihi,Antonius uult ne, etc. At.246.a.et 247.b.Narro tibi,hæc loca uenuſta ſunt: id eſt,dico tibi.At.26.b.Narra mihi:id eſt, dic mihi. Att.216.a.Sanè bene narras. Att.24.b.Quod inter nos liceat dicere.de Or.94.a.Nam quid ineptius eſt, quàm de dicendo dicere?& ibid.Quid de illis dicat,quæ,etc. At.56.b. Dicere ſententiam de ſcripto.& I.A.225.a.& de Cl.168.b. & Epiſt.151.b.)(.Memoriter,& ex memoria.pro Dom.218.b.Quis apud populum Rom.de illius dignitate induſtrius?quis ſenatui ſæpius dixit?de Fin.130. b. Et ſi ea quæ adhuc dixiſti,quamuis ad ætatem rectè iſto modo dicerentur.de D.110.a.Dicendum eſt igitur mihi ad ea, quæ ſunt à te dicta.I.A.205.a.Dixi ad ea omnia conſules,de quibus retuliſtis.Ac.13.a.Ad has omnes uiſiones permulta dixit. de L.176.b.Niſi hi omnes multa ad ueritatem admirabilia dixiſſent:id eſt,uera prædixiſſent.I.A.187.b.Ad eosne uerbum quidem auſus eſt facere de Cæſare.At.216.a.Non temerè dixit Hortenſius ad Quæſtorem,Trib.Mil. &c. pro Q.5.a.Dicere cauſam de capite ſuo priore loco. pro Cor.56.b.Cum Q.Metellus cauſam de pecunijs repetũdis diceret.de Cl.171.b.Cato contra Galbam ad populũ ſumma contentione dixit.de Or.117.b.Dicere cauſam contra aliquem apud Centumuiros pro aliquo.de Cl.169.b.Dicitur etiã C.Flamminius ad populũ ualuiſſe dicendo. de Cl.171.b.Metellus pro L.Cotta dixit,accuſante Africano.& 192.a.Sed ut iudicium ueniant, adſtantem iudicẽ dicant,



de Opt.243.b.De re priuata ad unum iudicẽ dicere. I.V.162.a.Reſpondebat ſe ad recuperatores eſſe dicturũ. Or.202.b.Dicere:id eſt,eloqui.Tuſ.149.b.Dicere copioſè & ornatè de aliqua re.de Or.97.a.Dicendo homines ,ut dicant,efficere.& ibi.Peruerſè dicere homines, peruerſè dicendo conſequi.Or.207.a.Aliud uidetur oratio eſſe,aliud diſputatio:nec idem loqui eſſe,quod dicere . Item : Dicere nihil aliud eſt niſi omnes,aut certè pleraſq; illuminare ſententias.de Cl.183.a.Dicere de aliqua re propoſita in utrãque partem.de Or.111.b.Dicere cauſas in foro. de Cl.168 b.Orare cauſam capitis.Or.184.b.Dicere ex tempore.I.V.129.a.Dicere aliquid ex ſuperiore loco.At.38.b. Dicere ex inferiore loco.Dicere dictum.l.Dictum. Att. 151.a. Volet Cæſar ut prætor dictatorem dicat. I.V.106.b. & 107.a.Dicere diem operi faciẽdo.pro Fl.162.b. Doti Valeria pecuniam omnem ſuam dixerat.& ibi.Quæcunq; ſine tutore autore eſt dicta dos,nulla eſt.Tuſ.213.b. Diſtinguunt illud etiam,ut ſit libido earum rerum, quæ dicũtur de quodam,aut quibuſdam,quæ κατηγορήματα dialectici appellant:ut habere diuitias,capere honores.

Dicrotum,ti.genus nauigij,biremis. At.73.b. Ἄφρακτα Rhodiorum & dicrotum habebam,&c.

Dictamus,mi.de N.51.b.Herba, quæ dictamus uocatur,qua guſtata ſagittæ excidere dicuntur ex corpore.

Dictator,oris.magiſter populi,ut Varro ſcribit. de Fin.105.b.de Leg.185.b.Regio imperio duo ſunto. & ibi de dictatore,& magiſtro equitũ multa.I.A.177.a.C.Cæſari dictatori perpetuo M . Antonius conſul populi iuſſu regnũ detulit.pro Mil.106.b.Iter eo die Miloni erat Lanuuium ad Flaminem prodendum, quòd erat dictator Lanuuij Milo. Att.151.a.Volet Cæſar ut Coſſ. roget prætor, uel dictatorem dicat. Att.248.a.Quinto filio negociũ dedit Antonius,ut eum dictatorem efficeret. pro Q. Emiſti bona Sex.Alpheni L.Sylla dictatore uendente. Att.151.a. Sylla potuit efficere ab interrege ut dictator diceretur. Fr.327.b. Ad interregnum comitia adducta, rumor dictatoris iniucundus bonis.

Dictatorius,a,ũ.ut dictatorius gladius.pro Cl.43.a.

Dictata.quæ magiſtri pueris dictant. Q.Fr.320.a. Mea in illũ pueri omnes tanquam dictata perdiſcant. Itẽ: Iſta enim à uobis quaſi dictata redduntur, quæ Epicurus oſcitans hallucinatus eſt.de Fin.108.b. Quæ quidẽ res efficit,ne neceſſe ſit,iiſdem de rebus ſemper quaſi dictata decantare.Tuſ.130.b.Dionyſius Stoicus multos uerſus admiſcebat orationi,ſed is quaſi dictata nullo delectu,nulla elegantia.de Fin Nam iſta ueſtra,&c.dictata ſunt.

Dictatura,turæ.Dictatoris munus.I.A.153.b.Is dictaturam,quæ uim iam regiæ poteſtatis obſederat, funditus ex repub.ſuſtulit.Off.74.b.Quod is paucos ſibi dies ad dictaturam gerẽdam addidiſſet.Q.Fr.316.a. Erat aliqua ſuſpicio dictaturæ,nec ea quidem certa.

Dicteria.ſunt breuiter,& acutè dicta. Græcis Apophtegmata dicuntur.Macrobius.154. Aldi l.Dictum.

Dictio,onis.oratio,dicendi genus,actio non uocabulũ,aut uerbum unum.deOr.86.b.Græci ſepoſuerunt à cæteris dictionibus,hanc partem dicendi,quæ, &c. pro Q.6.a.Totam cauſæ meæ dictionem in certas partes diuidam.pro Seſt.11.b.Is mihi cauſæ dictionem denunciabat. de Or.90.b.Quæcunq; res inciderit,quæ ſit dictione explicanda.de Or.97.a.Etiam ſi uehementiſſimè ſe in his ſubitis dictionibus exercuerit.& ibi.b.Eruẽda deinde dictio eſt ex domeſtica exercitatione,& umbratili,&c.& 134.a.Genus facetiarũ cum oratorijs dictionibus,tum urbanis ſermoni-



ſermonibus accommodatum. de In. 46. b. Aut ab aliqua firmiſſima ratione noſtræ dictionis incipiemus. de Or.89 b.Fateor in forenſibus cauſis magis aſſiduè uerſari hanc noſtram dictionem.

Dictito,tas.frequenter dico.de Or.113 .b.Ex numero eorum,qui cauſas dictitarunt.& pro Dom.216.b.Boni uiri dictitabant.

Dicto,ctas.dicere quæ alius excipiat.At.111.a.Si ſcriberem ipſe longior epiſtola fuiſſet:ſed dictaui propter lippitudinem.At.128.a. Mihi moleſtior lippitudo erat etiã, quàm ante fuerat, dictare tamen hanc epiſtolam malui, quàm,&c.At.156.a.Eodem die epiſtolam dictaui, & pridie dederam mea manu longiorem . Att.206.a.& 77.a. Non modò Tyroni dictare,ſed ne ipſe quidem auderẽ ſcribere.Quint.Fr.321.b.Hæc inter cœnam Tyroni dictaui. At.37.b.Hæc ambulans dictaui recreandæ uoculæ cauſa. & 236.b.Hæc ſcripſi ſeu dictaui appoſita ſecunda menſa. At.213.a.Ergo ego ne Tyroni quidem dictaui, qui totas periochas perſequi ſolet,ſed Spinteri ſyllabatim . de Fin. 120.a.Rogarem te,inquit,ut diceres pro me tu idem, qui illis orationem dictauiſſes.

Dictum,cti. Off.21.a. Multaq; multorum facetè dicta, ut ea, quæ à ſene Catone ſunt collecta, quæ uocant Ἀποφθέγματα .pro Flac.161.a.Catonis eſt dictum,pedibus compenſari pecuniam.Epiſt.16.a.Nullum meum minimum dictum,non modò factum pro Cæſare interceſſit, quod ille non ita illuſtri gratia exceperit, ut ego eum mihi deuinctum putarem.de Or.129.a.Dicere enim , aiunt, Ennium,flammam à ſapiente facilius ore in ardente opprimi,quã bona dicta teneat.Hæc ſcilicet,bona dicta, quæ ſalſa ſint:nam ea dicta appellantur proprio iam nomine. de Or.131.b.Ne quotienſcunq; potuerit dictum dici, neceſſe habeamus dicere.Epiſt.135.b.Acutè aut facetè dictũ. de Or.140.a.Commodè ac breuiter , & acutẽ dictum. pro Plan. 277. a. Vter noſtrûm eſt cupidior dicti? I.A.168.b.Sed materia facilis in te & in tuos dicta dicere.Ep.59.a.Ob dictum capite & fortunis oppugnari. pro R.P.124.a.Ex dictis teſtium appellari. & 127.b.Dictis teſtiũ recitatis.

Diduco,cis.aperio,diſpergo. Or. 207.a.Cum autem diduxerat pugnum , & manu dilatauerat, palmæ illius ſimilem eloquentiam dicebat eſſe.I.A . Ni parte ex aquilonis opacam pellere nubem Cœperit, & ſubitis auris diduxerit ara.de Or.144.b.Riuis eſt diducta oratio,non fontibus.de In.68.a.Diducere aliqua in contrarias partes. & 61.b.Diduci ab aliquo:id eſt,ſeparari.

Diecula,læ.At.83.b.C.Iulius dieculam dixit.Itẽ:Dieculam addere.*

Dies,diei.lux,lucet.At.53.b . Poſtridie in ſenatu , qui fuit dies Non.Septemb.de Orat . 144. b. Inclinato iam in poſtmeridianum tempus die. Att . 29.a. Dies nullus erat Antij cum eſſem,quo die non ſcirem,&c. Att.283.a. Cum lætiſſimus ille ciuitati dies illuxiſſet. Attic.117.b.Diem ex die expectabam,ut ſtatuerem quid eſſet faciendum. Attic.262.a.Pecuniam ad diem ſoluere. Attic. 124.b. Alios non ſoluere,aliorum diem nondum eſſe.I.A.177.a.Cum latronibus non ſolum de die,ſed etiam in diem uiuere.de Orat.124.a.Si barbarorum eſt in diem uiuere , noſtra conſilia in ſempiternum tempus ſpectare debent.Tuſc.234.b.Nos in diem uiuimus,&c.pro Quin.13.b.À me nominis,quod inficiatus eſſet,diem petiuit.Att.64.b.Venit legi dies. At.158.b.Diem pecuniæ Idibus Decembris eſſe. pro S.R.39.b.Opinor eſſe in lege,quam ad diem proſcriptiones fiant,



nimirum Calend.Iunias.pro Cec.291.a.& 288.b. Cecinna ad conſtitutam diem tempuſq; uenit.Poſtquam.203.a. Neq; æquum eſt,tempore & die memoriam beneficij definire. pro Cæl. 50. a. Dij nonnunquam præſentis fraudis pœnas in diem reſeruant.At.268.a.Emere aliquid in diẽ. de N.79.a.Dabis nobis aliquem diem ut contra iſta dicamus. At.41.a.Poſt diem tertium eius diei. Epiſt. 112.b.Ad IIII.Non.Septembris dedi,cum ad eam diem,&c.I.V.97.b.bis.Cum ego diem in Siciliam inquirendi perexiguam poſtulauiſſem.I.V.82.b.Ex ea die ad hanc diem quæ feciſti in iudicium uoco.de Fin.59.b.Quibus eorum animi noctes atq; dies exeduntur.Ep.3.a.Conſumere diem altercatione.& 55.b.Ibiq; eum conſumpſi diem.Poſtquam. 207.a.Qui dies totos de officio diſſerunt. At. 108. a. Dies noctesq; torqueor.I.V.253.b.Perpotare totos dies. de N. 12.b.Et noctes, & dies.I.V.65.b. & de Clar.170. b.Dicere diem alicui.At.94.a.Paucos dies habebam reliquos annui muneris.de Arch.245.a.Diem dixiſſet,ut fecerat:feciſſet ut ei ſtatim tertius à prætore dies diceretur. Att.6.a. Tulliola tibi diem dat,ſponſorem appellat. pro Dom. 230.a. Cui dies dicta non eſt.I.V.106.b.Dicere diem operi faciundo.At.206.a.Multus ſermo ad multum diem . Quint.Fr.302.b.Si diem nobis Clodius dixerit,tota Italia concurret.de Clar.172.a.Vnum quaſi comperendinatus medium diem fuiſſe. At.213.a.Equidem credibile non eſt,quantum ſcribam die,quin etiam noctibus,nihil eſt enim ſomni. At.282.b.Eteſiarum diebus auſter me in Italiã retulit.& 29.a. Nos in Formiano eſſe uolumus, uſq; ad pridie Nonas Maias.eò ſi ante eam diem non ueneris,Romæ te fortaſſe uidebo.I.V.117.a.Dies pro luce,in genere muliebri, contra Vallam.I.C.105.b.& 116.b.Poſtera die, &c. Heſterna die,&c.Tuſ.251.a.Multa prima die,cum de ipſa morte quæreremus:nõ pauca etiam poſtero cum ageretur de dolore,ſunt dicta de morte.de Clar . 172. a. Socios illa die quæſtione liberatos fuiſſe. Att.105.a. & 204. a. Vel una dies mihi erit utilis. At. 68.a.Vt ea die manerem in Trebulano.pro Pom.5.a.Qui una die,&c.I.A.187.a.Antonius diem edicti obire neglexit,& ante quartam Calendarum Decembris diſtulit.pro Pla.280.b . O reliquas omnes dies noctesq;,quibus iſte,etc.I.A.177.a.Quæ formido illa dies? Off.63.b.bis.Inuitat Caninius poſtera die familiares ſuos. pro Dom.322.a.bis.Vt ter magiſtratus accuſet intermiſſa die.de D.101.b.Ea ipſa die domum ad ueſperum rediit. de N.70.b.Mercurius cœlo patre,die matre natus.de Fin.88.a.Agere diem ſuum natalem.At. 87 . b. Ego diem ſtatuo ſatis laxam.At.95.a.Mihi deceſſionis dies λεληθότως obrepebat. At.45. b. Dies autem non modò leuat luctum hunc,ſed etiam auget.At.213.a. Equidem credibile nõ eſt quantum ſcribam die.Quin.Frat.307. b.Producta dies in IIII.Iduum Februarij.Quin.Fr.312.a. Si ſibi cum populo dies agendi eſſent exempti .Q.Fr.319.a.b. Antiquior dies in tuis fuerat aſcripta literis quàm in Cæſaris. I. A.181.a. Heri quartus in circo dies ludorum Romanorum fuit, M. Antonius ad populum tulit,ut quintus præterea dies Cæſari tribueretur.de Am. 97.b. Ex multis diebus,quos in uita celeberrimos lætiſſimosq; tulit.At.66.a. Dare dies alicui.& 23.a. Dare operam alicui. & 3.b. Dare aures alicui.Top.226.a.Vicium in dies creſcit.

Differens,tis.diſpar,diſſimilis.)(.Congruens,ſimilis. de Fat.141.b.Quid mirum eſt has diſſimilitudines ex differentibus cauſis eſſe factas? de Or.100.b. Partes generis communione quadam ſimiles,ſpecie autem differẽtes.Or.203.b.Aliquid ab indiſertis re, plus quàm opinione diffe-

rens.de L.162.a.Ratio,&c.eſt communis, doctrina differens,diſcendi quidem facultate par.de L.163.b. Cum illis re congruentes,genere docendi paulum differentes.

Differentia,tiæ.diſsimilitudo,diſcrimen,uarietas, diſtinctio,interuallum.Off.19.a. Qualis autem differentia ſit honeſti & decori,facilius intelligi quàm explanari poteſt.Off.22.b.Atq; hæc differentia naturarum tantam habet uim,ut,&c.de Fin.96.b.Qui nullam rerum differentiam eſſe duxerunt.de Fin.128.b.Ita ſit ut quanta differētia eſt in principijs naturalibus,tanta ſit in finibus bonorū malorumq; diſsimilitudo.pro Cor.65.a.Sit hoc diſcrimen inter gratioſos ciues,atq; fortes,ut illi,&c.hi,&c.

Differo,fers.reijcio,detrudo,reſeruo,ſuſtineo,ſuſtento,profero,extraho,produco,prorogo,moram interpono,tardo,procraſtino,moror,celeritatem de cauſa detraho,cunctor.Ep.69.b.Sin autē differs me in aliud tempus, coràm tecum loquar.Ep.19.a.Quare omnem hanc diſputationem in aduentum tuum differo.de Pro.71.b.Nec totiens dilata res eſſet.Ep.151.a.Itaq; res dilata eſt in poſterum.de Fin.106.b.Cum ego te hac noua lege uideam eodem die accuſatori reſpondere,& tribus horis perorare, in hac me cauſa tempus dilaturum putas? At.217.a.Differre rē in diem tertium.Ep.153.a.Seruilius rogatus rem diſtulit.de Fin.107.a.Quarū cum una ſit,qua mores cōformari putantur,differo eā partem,etc.In Vat.34.b.Quod promulgaſti miſericordiæ nomine ad crudelitatis tempus diſtuliſti.I.A.187.a.Antonius diem edicti ante diem quartam Calendarum Decembris diſtulit.de Pro.74.b. Alij tēpus differebant,alij,&c.pro D.147.b.In poſterū,inquit, diem diſtulit.I.V.92.b.Differre uim doloris in poſterum. At.167.b.Diſtulimus omnino ſermonem in poſterum. de Or.110.a.Bonam ſermonis partem in alium diem eſſe dilatam.At.63.b.Res ab ijs à Calen.Iun.dilata eſt ad III. Nonarum Iun.At.13.a.Comitia in VI. Calen. Sextilis dilata ſunt.I.V.124.a.Tranſacto aut dilato iudicio. de N.63.a. Eodemq; etiam illa differemus.& ibi.In idem tempus reſeruabo.& At.151.b.Reſeruare in aliud tempus. At.207 b.Proferre auctionem.At.285.a.Br.Vereor ne in breue tēpus dilata ſit abs te pernicies.Br.90.b. Si ea, quo die dixi ſententiā,perfecta eſſent,& non in diem ex die dilata.At. 154.b.Differre conſilia in longinquum tempus.pro S.R. 22.b.Differre quotidie ac procraſtinare aliquam rem.Q. Fr.308.a.Res in poſterū dilata eſt, Clodius in Quirinalia produxit diem.Q.Fr.310.b.Cætera præſenti ſermoni reſeruentur:hoc tamen non queo differre. de Or. 193.a.Rē commouiſti noua diſputatione dignam, quam in aliud tēpus differamus.At.248.a.Quæ differs,ut mecum coràm, expectabo tabellarios. At. 279.b.Ipſi magnopere autor fui ne differret tempus petitionis ſuæ.I.A. 209.a. Venit tempus ita maturum,ut differri iam hora non poſsit.pro Q.4.a.Differre uadimonium cum aliquo. I.A. 218.b.Cū ille tempus differret,uirgula ſtantem circunſcribit.

Differre.diſsimilitudinem habere,diſsimilem eſſe,intereſſe,abeſſe,diſtare,aliud eſſe, interuallum interiectum eſſe.Or.203.a.Poetæ quæſtionem attulerūt,quid nam eſſet illud,quo ipſi differrent ab oratoribus.de In.37.b. Hoc genus cauſæ à ſuperiore hoc differt,quòd in illo,&c. Off. 19.b.In eo in quo natura hominis à reliquis animantibus differt.pro Cecin.292.b.Qui hoc ab illo differt?ut ille cogatur,&c.ille non cogatur?& ibi.Vt iſta re aliquid cum aliqua ex parte differre uideatur.pro Pom. 6.a. Iſtorum aduentus in urbes non multum ab hoſtili expugnatione differt.de Or.161.a.Inter doctum & rudem non multum



differt in iudicando.de N.17.a.Nihil inter deum, et deum differt.I.A.220.a.Statui tamen à uobis in tanta atrocitate temporis non differre ueſtitu. de Fat. 141. b. Multaq; alia ſunt,quæ inter locum & locum differunt. de Cl. 178. a. Aetates noſtræ nihil,aut non ferè multum differūt.Or. 214.b.Compoſitio ab utroq; differt.et 202.b.Sed hoc differunt,quod,&c.contra Rul.83.a.Quaſi uerò paulū differat ager Campanus & Stellatis. Off.39.a.Hæc eſt una res prorſus ut non multum differat,inter ſummos & mediocres uiros.contra Rul.83.b.Videte quantum interuallum ſit interiectum inter maiorum noſtrorum conſilia,et inter iſtorum dementiam:illi,&c.hi,&c.Top.223.a. Sed quid inter ſe differant dicendum eſt.Or.207.a. Rhetorica & dialectica hoc differunt inter ſe,quod hæc, &c. illa autem, &c. & ibi. Zeno demonſtrare ſolebat,quid inter has artes intereſſet:nam,&c.& ibi. Aliud uidetur oratio eſſe,aliud diſputatio,nec idem loqui eſſe,quod dicere. Or. 117. a. Multi naturis differunt, uoluntate autem ſimiles ſunt inter ſe.pro Cecin.296. b. Quod etiam ſi uerbo differre uideatur,re tamen eſt unum,et idem in omnibus cauſis ualebit.de Opt.243.a. À perfecto qui abſunt,non genere differunt,ut ab Actio Terentius,ſed in eodem non ſunt pares.& ib.b.Oratores non generibus inter ſe, ſed facultatibus differunt.de Or.145.b.In ea uirtute ferè melius à deteriore facultate magis,quàm genere diſtinguitur.Tuſ. 214.a.Hæc quæ dico cogitatione quidem inter ſe differūt, re uerò copulata ſunt.Off.20.a.Eſt autem qui differat in omni ratione habenda inter iuſtitiam & uerecundiam. I.V.64.a.At uide quid differat inter opinionem meam & tuam.de Natur. 5. a. Aliqua inter ſe magnitudine,& quaſi gradibus,non genere differre.de In.51.a.Cum genere idem ſit,ſit aliud,quod quadam parte & ſpecie differat.de Fin.107.b.Peripatetici Academiciq;,qui re conſentientes,uocābulis differebant.de Fin.107.a.Virtutes omnes ſimiles artium reliquarum,materia tantum ad meliorem partem & tractatione differunt. de Fin. 116.b. Atq; Ariſtonis eſt exploſa ſententia, dicentis nihil differre aliud ab alio, nec eſſe res ullas præter uirtutes,inter quas quicquam omnino intereſſet.& 97.a.Sed eæ definitiones paulum oppidò inter ſe differunt.de In.81.a.& 57.b. Deinde quid res cum re differat demonſtrabitur, ut nō idem uideatur de utraque exiſtimari oportere.de In. 51.a.Occaſio cum tempore hoc differt, nam genere quidem utrunq; idem eſſe intelligitur:uerum,&c.Top.223.b.Differre, diſtare.)(.Idem ualere.l.Diſsimilitudo.Hæc res hanc habet diſsimilitudinem ab illa,quod,&c.Hoc ab illo longè abeſt l.Abſum.

Differt,bat.aliud eſt & aliud, diſtat, intereſt,abeſt, refert.de Diuin.124.a.Solebat ex me Deiotarus percontari augurij noſtri diſciplinam,& ego illius: dij immortales quantum differebat, ut quædam etiam eſſent contraria.de Diuin.128. b. Quid inter Aethiopes & Syros differat corporibus,animis,&c. Offic. 66. a. Malitia,quæ uult uideri ſe eſſe prudentiam,ſed abeſt ab ea, diſtatq; plurimùm.

Difficilè.difficulter,difficiliter. de In.83. b. Difficilè fieri id dicimus,quod,&c.

Difficilis,le.laborioſus,operoſus, difficilis factu, habens multum difficultatis et laboris,magnus,arduus,ſpiſſus,habens difficultatem,in quo multū eſt negocij uel operis,difficilis ad faciendum, in labore multo poſitus. pro Pl.259.b.Sed mihi in cauſa facili & explicata,perdifficilis & lubrica defenſionis ratio proponitur. de L. 190.b.

Dicam



Dicam Attice,& uerſabor in re difficili,ac multum & ſæpe quæſita.I.V.60.b.Intelligo quàm ſcopuloſo difficiliq; loco uerſer.de N.Difficile factu eſt,me id ſentire quod tu uelis.de Vn.201.b.Difficillime factu eſt,à dijs ortis fidem non habere.Epiſt.6.a.Quod ſcire uis qua quiſq; in te fide ſit & uoluntate,difficile dictu eſt de ſingulis: unum illud audeo,&c.de N.79.a.Natura deorum obſcura eſt,et difficiles explicatus habet. Offic.13.b.Sed quo difficilius,hoc præclarius.Off.4.a.Res difficiles & obſcuræ.de In. 82.b. Res arduæ ac difficiles. de Orat.107.a.Contortas res & difficiles perdiſcere.de In. 78. b. Nec fuiſſet ei graue,nec difficile eam cauſam excipere,ſi,&c.de Leg.179.b.Quo plura & difficiliora ſcire uideatur.Tuſ.174.a.& 178. a. Quos enumerare magnum eſt,ita ſunt multi. Att.159.a. Magnum opus eſt.de Or.115.a.Magnum opus eſt, atque haud ſciam,an de humanis operibus longè maximum, dicere,&c.& ibi. Non mihi minus operis uidetur dicere, &c. Attic.142.b.Res difficiles ad iudicandum.Offic.25.b. Hoc difficile eſt ad eloquendum. Quin. Fr.296.a. Hoc in labore multo poſitum eſt.de Orat.117. b. Nihil eſt negocij,cauſam hanc cognoſcere. & ibidem. Cauſæ in quibus pluſculum negocij eſt.Orat.206.a.Vſque eò difficiles & moroſi ſumus,ut,&c.de N.74.Parens illepidus, & in liberos difficilis.de Sen.78.b.Senes moderati,nec difficiles, nec inhumani,tolerabilem agunt ſenectutem. I.A.201.b D.Bruti opera difficillimo Reipub.tempore eſſe ſubuentum.I.A.203.a.b.Summo & difficillimo Reipub. tempore.pro Pom.15.b.Exercitum difficili reipub. tempore cōficere.pro Cecin. 287.a. Temporibus illis difficillimis ſolutionis.

Difficiliter.difficulter. Ac.13.b. Vt difficiliter à uero internoſcatur.ibi. Vt difficiliter internoſci poſsit.

Difficultas,tis.labor,anguſtiæ,aſperitas. Top.229.a Quæ fieri ſine ſumma difficultate non poſſunt.Ep.47.a. Nihil conſtrui poteſt,quod non incurras in magnam aliquam difficultatem.de Fat.148.a.Dum autem uerbis utitur ſuis,delabitur in eas difficultates, ut neceſsitatem fati confirmet inuitus.de D.102.a. Sed difficultas laborq; diſcendi diſertam negligentiam reddidit. pro Cl. 18. a.Res habens multum difficultatis & laboris. Quin.Fr. 296.a. Atque huic tuæ uoluntati ac diligentiæ difficultatem afferunt publicani.ad Her.19.a.& Att.216.a. Sed ſi Plancus feſtinat,tum haberes difficultatem. & de Cl. 167.a. Hæc ars magnam habet difficultatem.de Orat.94.b. Vt quiſque optimè dicit,ita maximè dicendi difficultatem pertimeſcit.de Orat.86.a.Incredibilis rei magnitudo atq; difficultas.I.V.61.a.Propter magnitudinem rerum ac difficultatem. At.120.b.In utraque enim re ſumma difficultas erit,ſummus animi dolor.de N.34.b. Ea difficultas induxit imperitos ut errarent.pro Mur.128.a.Seruius multorum difficultatem exorbuit.de In.52.b.Non rei ſolum magna utilitas eſt,ſed præcipiendi quoq; ſumma difficultas. pro Quin.2.a.Tot tantiſq; difficultatibus affectus atque afflictus.I.C.100.a.Quæ ad domeſticam tuam difficultatem ac turpitudinem pertinent. Antequam.194.a.Si eundem in cæterorum periculis haberemus animum,quem in noſtris difficultatibus. I. V. 246.a.Summa in difficultate nauium.& ibid.Nullis populi Romani difficultatibus. de Or.91.b.Propter nauigandi difficultatem.I.V.91.a.Difficultas uecturæ. I. V. 123. Et ſimul oſtendit ſe in ſumma difficultate numaria eſſe.& ibid.Expoſitis ſuis difficultatibus,&c.de Pro.78.a.Triſtiſsimum tempus. I. A.220.a. In tanta atrocitate temporis tantaq; perturbatione rerū.



pro Cor.61.b.Duris quondam temporibus Reip. & 59. a.In periculis & aſperis temporibus.I.P.80.a.Impeditus reip.temporibus.pro Cor.67.b.In anguſtijs ærarij. pro Seſt.23.b.Domeſticis malis impeditus.

Difficulter.difficiliter,difficilè,ægrè,uix,triſtius, durius.de In.83.b.Atq; in his omnibus quid difficulter fieri, & quid facilè fieri poſsit,oportet conſiderare.

Diffidenter. pro Cl. 18. a. Timidè & diffidenter aliquid facere.

Diffidentia,tiæ.)(.Fidentia.Tuſcul. 229.b. Metus eſt diffidentia expectati mali.de In.82.a. & b. Fidentiæ contrarium eſt diffidentia.& ea re uicium eſt. Audacia non contrarium,ſed appoſitum eſt,ac propinquum,& tamen uicium eſt.

Diffido,dis.diffiſus ſum,quaſi deſpero. Q. Fr.290.a. Tanta adhibebatur à nobis diligentia,ut rem poſſe confici non diffiderem.de D.91. b. Eudemus ita grauiter æger fuit,ut omnes medici diffiderent. Antequam.194.a.Quis eſt qui non ſibi ac ſuis diffidat fortunis.pro Mur.14.b.Vides ne tu illum triſtem demiſſum? iacet,diffidit,abiecit haſtas. de Fin. 82. b. Qui autem diffidit perpetuitati bonorum,timeat neceſſe eſt.pro Cluent. 30.b. Is certè potius qui ſibi alia ratione diffideret, quàm is qui omni ratione confideret.pro Pomp.8.a. Aliquem fugientem excipere, diffidentem rebus ſuis confirmare,afflictum erigere,perditum recreare. At.286.b. Te hortor ne defatigere, neu diffidas ſemper in præſentibus malis prohibendis. pro Q. 14.a.Diffido me poſſe in hac cauſa conſiſtere. Acad. 3.a. Inuenire ſe poſſe,quod cuperent,diffiſi ſunt.Orat.197.a. Experiri id nobis,quod te aſſequi poſſe diffidas. Q.Frat. 327.b.Si ille dictator ſit factus,penè diffidit. Orat.205.b. Eloquentia,quam omnes ſe aſſequi poſſe diffiderent. Att. 247.a.Quo die audiui,&c.ſubdiffidere cœpi.de Pro.77. a.Diffidere ſibi. At.201.a. De Othone diffido. I. P. 98. b. Diffidens & deſperans rebus ſuis.de Pro.77.a.Sed homines diffiſi ſunt ipſi ſibi.de D.110.a.Nihil affirmabo, quæram omnia,dubitans plerunq; & mihi ipſe diffidens. Ep. 23.a.Parthos times,quod diffidis copijs noſtris. Tuſ. 228. b.Huic incipio ſententiæ diffidere. Sulp. Epiſt. 51.a.Plura me ad te de hac re ſcribere pudet,ne uidear prudentiæ tuæ diffidere.

Diffindo,dis.findo,diuido.de Vn.199.a.Hanc igitur omnem coniunctionem duplicem in lōgitudinem diffidit. de D.85.a.Saxum diffiſſum.

Diffiſus,a,um.pro Mur.139.a.Ego quoq; diffiſus ingenio meo,quæſiui adiumenta doctrinæ.

Diffiteor,eris.nego,inficior.Ep.148.a.Itaq; nunquā diffitebor,me,&c.Plancij.

Diffluo,is.liqueſco,abundo,fluo. de Off.21.b. Turpe eſt diffluere luxuria.de Or.154.b.Græci diffluentes ocio. de Cl.194.b.Fluuium extra ripas diffluentem coercere.

Diffugio,gis.huc illuc fugio,dilabor.I.A.181.a.Omnes metu perterriti repentè diffugiunt.& Off.75.a. pro Dom. 214. a. Miniſtros partim amiſsis gladijs, partim ereptis diffugiſſe.Epiſt.241.a.Diffugiunt qui ſunt metu oblato.

Diffundo,dis.diſpergo,diſsipo,mano.de N.54.a.Sanguis per uenas in omne corpus diffunditur.et 31.a.Glacies calore liquefacta et dilapſa diffunditur.de Am.105.b.Virtus ex bonis amici quaſi diffunditur,& incommodis contrahitur.de Fin.88.b.Error tam longè lateq; diffuſus. de Or.10.a.Latè diffundi.Off.50.a.Latius manare. de Or. 121.b.Ius ciuile,quod nunc diffuſum & diſsipatum eſt, co

 gere,

gere,& ad artem redigere.de Fin.69.b.Quibus uinũ diffuſum è pleno ſit œnophoro.pro Seſt.23.a.Numerus optimatium latè & uariè diffuſus eſt.pro Cor.57.a.Cn.Pompei latè longeq́; diffuſa laus.de N.45.a. Sol diem efficit toto cœlo luce diffuſa.de D.97.a.Dij uim ſuam lōgè lateq́; diffundunt.de Sen.87.b.Terra ſemen tepefactum complexu ſuo diffundit. de L.162.b. Hæc beneuolentia tam latè longeq́; diffuſa.de Or.87.a.Platanus ad opacandum aliquem locum patulis diffuſa ramis.

Diffuſè.diſperſè. de In.60.a. Res diſperſè & diffuſè dictæ.

Diffuſus,a,um.ſparſus.de Orat.161.b.Color diffuſus ſanguine.de Orat.100.b.Quæ ignota quondam omnibus & diffuſa latè uidebantur. de Orat.160.a. Dithyrambi membra & pedes ſunt in omni locupleti oratione diffuſa.

Digamma.F,litera.At.144.a. Delituum digamma uideram:id eſt,Formianum uillam,ut quidam intelligũt, quod ab F,litera id nomen incipiat,quæ digamma æolicũ uocatur.

Digero,ris.concoquo,mirifico,diuido.At.65.a. Stomachus concaluit,ut digerat multa cruda facilius. I.V.88 a.Habeo iſtius tabulas omnes,quas diligentiſſimè legi atq; digeſſi.pro R.P.126.a.Demetrius remp. Athenis optimè digeſſit.Quin.Fr.315.a.Facies ſcilicet,ut mea mandata digeras,perſequare,conficias. de Orat.100.b.& 116.b.Si quis omne ius ciuile in genera digerat,quæ perpauca ſunt id eſt,diſtribuat. de In.52.b. Qui quid cuiq; conueniat ex hac copia digeremus.

Digeſtio,onis.I.A.198.a. Vt digeſtio potius, quàm declamatio uideretur.de Or.162.a.Digeſtio quæ exornatio eſt.

Digeſtus,a,um.de Or.100.b.Nulli fuerũt, qui illa artificioſè digeſta generatim componerent. pro Q.46.a Vtrum cætera nomina in codicem digeſta habes?

Digitus,ti. pro Cæl.43.a.Aliquid primoribus labris guſtare,& extremis,ut dicunt,digitis attingere.Att.103. a.Mihi certum eſt ab honeſtiſſima ſententia digitum nuſquam.I.V.207.a.Neq; ab argento digitum diſcedere. Q. de Pet.210.b.Sed ut commonſtrarem,& digitum ut fieri ſolet,ad fontes intenderem.I.V.104.b.Tollit digitum Iunius Patruus.Parad.120.b. Digitis peccata dimetiri. de Fin.36.a.Extendere digitos aduerſamq́; manum oſtendere.)(.paulum conſtringere, uel planè comprimere digitos,pugnumq́; facere.

Digladior,aris.decerto.Off.6.b. Philoſophi ea, quæ pleriq; uehementer expetunt,& de quibus inter ſe digladiari ſolent,contemnunt.& de Leg.188.a.Tuſ.219.a.Digladientur illi per me licet,&c.

Dignatio,onis.dignitas.At.163.a. Et ſi meus quidem eſt fortior,nec quicquam niſi de dignitate laborat.

Dignè.pro dignitate.pro Sex.Roſ.24.a. Poſtquam. 208.a.Quis de tali ciue ſatis dignè unquam loquetur.Ep. 187.a.Is omnium iudicio dignè ac meretur commendatus eſt. Sen.77.b.Philoſophia nunquam ſatis dignè laudari poteſt.

Dignitas,tis.honeſtas,honor,gradus,gradus dignitatis,gradus honoris,amplitudo,ſplendor,locus,decus, ornamentum,pulchritudo uirilis,forma uirilis, liberalis ſpecies.)(.Indignitas.de In.83.a. Dignitas eſt alicuius honeſta autoritas,quæ & cultu,& honore,& uerecundia digna eſt.de Or.123.b.Maieſtas eſt amplitudo ac dignitas ciuitatis.I.C.120.a. Sicut ipſius dignitas,& maiorum eius amplitudo poſtulabat.Ep.39.b.Tua dignitas atq; amplitudo mihi cara eſt.pro Flac. Apud quem omnes gradus dignitatis tuæ retinuiſti.pro Syl.167.b. Quorum ego opera illum in locum atq; in hanc celſiſſimam ſedem dignitatis atq; honoris aſcendi. Ep.146.b.Adeptus es ampliſſimos dignitatis gradus.pro Plan.265.b. Tenere ſummum gradum & dignitatis,& gratiæ in aliquo loco. Ep.150. b.Dignitatem tuam & eſſe iam,& futuram ampliſſimam intelligo.Off.25.a.Ciuitatis dignitatem & decus ſuſtinere.pro Dom.232.a.Facti alicuius egregij ſplendorem uerbis dignitatemq́; retinere. pro Dom.213.b. Hi tales uiri qui non ſolum conſilijs ſuis,ſed etiam ſpecie ipſa reip.dignitatem ſuſtinent.pro Flac.151.b.In imperio atq; in publica dignitate omnia ad ſplendorem gloriamq́; reuocanda ſunt.Item:Summam uideo eſſe in te dignitatem generis,integritatis,induſtriæ,cæterorumq́; ornamentorum omnium.pro Mur.128.b.Summa eſt in utroq; honeſtas, ſumma dignitas.Q.Fr.299.b.Species tam gratioſi liberti aut ſerui,dignitatem nullam habere poteſt.Or.210.a. At dignitatem docere non habet.pro Mur.129.a. Ars militaris admirabilem dignitatem habet. pro Mur.131.a.Duæ ſunt artes,quæ poſſunt locare homines in ampliſſimo gradu ciuitatis. I.A.155.b. Aliquis in ampliſſimo dignitatis gradu locatus.pro Mur.137.a. Qui ex continuis maiorũ ſuorum honoribus unum aſcendere gradum dignitatis conatus eſt.de Am.97.b.Vt ex tam alto dignitatis gradu ad ſuperos uideatur perueniſſe.de Or.139.a. In ſuadendo nihil optabilius quàm dignitas:id eſt,honeſtas.Off.14.a. Vt nihil à dignitate ſapientis diſcedas.de Or.121.a. Ac ſi quid affert præterea hominis aut dignitas aut indignitas extra cauſam eſt.de Orat.129.a.Seruare dignitatem ſuam parcendo aduerſarijs. Epiſtol.57.a. Ego ſi dignitas eſt bene ſentire de repub.& bonis uiris probare quid ſentias, obtineo priſtinam dignitatem meam:ſin autem in eo dignitas eſt,quod ſentias aut re efficere,aut deniq; libera oratione defendere,ne ueſtigium quidem ullum eſt reliquum nobis dignitatis.Offic.14.b.Tranquillitas animi affert dignitatem.Quin.Fr.318.a.& de Orat.159.b. Pauimenta porticus ſummam dignitatem habebant.de Ar.253.b. Sed habet ea moleſtia quandã dignitatem.At.126.a. Tenendam hanc oram puto,quæ dignitatem & opportunitatem habet.de Am.97.b.Is qui cũ dignitate eſt.de Am.104.a. Etenim eo loco locati ſumus,&c.In altiorem locum aſcendere.l.Aſcendo.pro Syl.167.a. Dignitatis ſuæ ſplendorem obtinere.de Pro.74.b.Dignitas uerborum & honos Cæſaris laudi conceſſus eſt.Tuſ.237.a.Ergo etiam dignitas ei tribuenda eſt.

Dignitas.pro pulchritudine, forma, & liberali ſpecie.Off.26.a. Venuſtatem muliebrem dicere debemus,dignitatem uirilem.de In.62.b.Quare qua ſint illæ uirgines dignitate præditæ,potes ex his ſuſpicari.de Or.96.b.Agere cum dignitate & uenuſtate.Off.21.b. In formis alijs dignitas ineſt,alijs uenuſtas. de In. 62.a.b. Pueri magna præditi dignitate.Off.28.b.Vt ea quæ pertinent ad liberalem ſpeciem et dignitatem,moderanda ſint.Off.26.b. Formæ dignitas coloris bonitate tuenda eſt,color exercitationibus corporis.Ad Her.28.a. Sentẽtiarum exornatio eſt, quæ non in uerbis,ſed in ipſis rebus quandam habet dignitatem.Ad Her.20.b.Dignitas eſt oratio,cum aliqua grauitate & uocis remiſſione.

Dignor,is.tribuo,dignum habeo uel exiſtimo. de In. 76.b.Qui ob egregiã uirtutem tali honore dignati ſunt. de In.82.b.Obſeruantia eſt,per quam homines aliqua dignitate antecedentes cultu quodam & honore dignantur.



tur.de Or.145.a.Res diſſimiles inter ſe,quæ tamen conſimili laude dignentur.Acad.45.b. Quæ autem ſecundum naturam eſſent, ea ſumenda & quadam æſtimatione dignanda docebat.

Digno,as.prodignor. In Arat. Aeterno cunctas æuo qui nomine dignant.

Dignus,a,um.honeſtus,dignitate præditus, plenus dignitatis,habẽs dignitatem,qui cum dignitate eſt, idoneus, egregius,ſummum dignitatis gradum tenens. pro Arch. 186.b.Omnes cum cognitione & hoſpitio dignum putauerunt. de Arch.250.b. Deiotarus ſæpe à ſenatu regali nomine dignus exiſtimatus eſt.At.133.a.Suſcipe curam et cogitationem digniſſimam tuæ uirtutis,ut,&c. de Arch. 256.b.Et hunc unum eſſe in hac ciuitate dignum huius imperij dicit.de Pet.205.a. Non poteſt qui dignus habetur patronus conſularium indignus conſulatu putari. pro Q. 17.b.Qui mœror dignus inueniri in calamitate tanta poteſt? Att.114.a.Quid docto homine & amico dignum fuerit:id eſt,quid docto homini conueniens fuerit.de D.104. a.Quod non decorum eſt,nec dijs dignum. I.A.210.a. Quo nomine dignus eſt nemo, niſi qui tanti honoris nomen poteſt ſuſtinere. Epiſt.122.a. Poſteaquam illum,ne cui ſatis faceret quidem,me dignum habere ſenſi. In Sal. 273.b.Res familiaris,quæ mihi multo minor eſt,quàm habere dignus ſum.I.P.80.a.Cum omnes te luce dignum nõ putarent.pro Dom.239.b.Præclara uoluntas atq; omni laude digna.Acad.5.b.Res eſt idonea de qua quæratur,& homines digni quibus cum diſſeratur.I.A.188.a. Philippus uir auo,patre,maioribusq; ſuis digniſſimus. de Orat. 135.& de Fin.77.b. Aliquem eſſe dignum uel indignum ſuis maioribus.Ep.29.b.Præbere ſe dignũ maioribus ſuis. Ep.24.a.Vel quia totum negocium non eſt dignum uiribus noſtris,quia maiora in repub.onera ſuſtinere & poſſim,& ſoleam.Epiſt.147.a.Vt dignum aliquid, & conſulatu meo,& ueſtra expectatione efficerem.de Leg.184. b.Qui modeſtè paret,uidetur qui aliquando imperet dignus eſſe. de Leg.179.a.Digniſſima autem dona habentur,& formæ ab uno pictore,uno abſolutæ die.I.A.209. a.Venit tempus Quirites ſerius omnino,quàm dignum populo Romano fuit:ſed tamen,&c.& ibidem.187.Dignus malo.de Finib.136. Dignus odio. Ad Her.17.b.Laudabile eſſe demonſtrabimus ab idoneis hominibus,ut ſi qua res honeſtiori ordini placeat, quæ à deteriore ordine improbetur.

Digredior,ris.egredior,diſcedo,à re diſcedo, aberro ad alia,aberro à propoſito,diuerto.Ep.195.b. Et ſi periniquo patiebar animo te à me digredi. & 55.b. Cum ab eo digreſſus eſſem eo conſilio,ut,&c. pro Syl.173.b. Parens eius omnibus illis rebus interfuit, nunquam eſt à me digreſſus.At.43.a.Timebam ne à me digredi non poſſet. de N.46.b.Luna tum congrediens cum ſole, tum digrediens.de Ar.244.a.Dolore efferri & iracundia longius digredi,quàm ſapientis hominis cogitata ratio poſtulat. de In.60.a.Nobis de cauſa digredi,niſi per locum communem diſplicet.de Or.157.b.Digredi ab eo quod propoſueris.de Cl.193.a.Sed iam ad id,unde digreſſi ſumus, reuertamur.I.V.184.b.Verùm huc longius quàm uolũtas fuit, à propoſito digreſſa eſt oratio mea.de Cl.195.b.Delectãdi cauſa digredi parumper à cauſa.de N.71.b.Sed eò iam, unde huc digreſſi ſumus,reuertamur. pro Cecin.295.a.b. Ne ab eo quod propoſitum eſt,longius aberret oratio. Off.27.b.Danda igitur opera eſt,ut etiam ſi aberrare ad alia cœperit,ad hæc reuocetur oratio. Part.231.a.Paululum digredi de curſu.



Digreſſio,onis.)(.Congreſſio.Q.Fr.314.a. Id minus miſerum fuit,quàm fuiſſet tum congreſſio,tũ uerò digreſſio noſtra.de Cl.192.a.Digreſſio à propoſita oratione.de Or.137.b.Cauſæ quæ plurimos exitus dant ad eiuſmodi digreſſionem.& 161.b.Ab re non longa digreſſio, tum reditus ad rẽ.Or.162.a.Declinatio breuis à propoſito. Att. 99.a. Ἐκβολὴ λόγου, ut ait Thucydides. de In.90.a. Digreſſio aut ſui laudem,aut aduerſarij uituperationem continet:aut aliam cauſam deducit, ex qua conficiat aliquid confirmationis,aut reprehenſionis, non argumentando, ſed augendo per quandam amplificationem.

Digreſſus,ſus.digreſſio,diſceſſus.At.3.b. Vt primùm à tuo digreſſu Romam ueni,confeci.Quin.Fr.304.a.Congreſſus noſtri lamentationem pertimui, digreſſum uerò non tuliſſem.

Dijudicatio,onis.diſceptatio.de Leg.167.b.Nam iſta quidem magna dijudicatio eſt.& ibi. Hoc dijudicari nunquam poterit.

Dijudico,as.diſcerno,diſtinguo,diſcepto.de Or.61.a. Omnes tacito quodam ſenſu quæ recta ac praua ſunt dijudicant.de Pet.210.b.211.a.Quibus rebus beneuolus & ſimulator dijudicari poſſint.Ep.135.b.Non facilè dijudicatur amor uerus & fictus.de Leg.165.a. Honeſta & turpia,natura,non opinione dijudicanda ſunt. de Or.118.b. Idq́; aut nunquam dijudicari poterit, aut ita dijudicabitur.Off.55.b.Vt ſine ullo errore dijudicare poſſimus.Par. 242.b.Vera à falſis dijudicare & diſtinguere.Acad.27.a. Nec habent iſtam artem,qua uera & falſa dijudicent. de Fin.91.a.Attendes igitur ut ſoles, & eam controuerſiam dijudicabis,quæ,&c.Tuſ.153.a.Vtrũ igitur inter has ſententias dijudicari malumus?an ad propoſitum redire? pro Cecin.294.a.Qui tam callidè uerbis controuerſias, non æquitate dijudicas.& ibi.Iura non utilitate communi,ſed literis exprimis.pro Quint.7.b.De cõtrouerſijs uult dijudicari.Off.65.a.Rectè dijudicare aliquid:id eſt,de eo ſententiam ferre.

Dijungo:gis.diſiungo.Attic.99.b. Dijungere me ab illo uolo.

Dilabor,ris.diffugio.de Leg.170.b. Fibrenus diuiſus in duas partes,rapideq́; dilapſus,citò in unum confluit.I. A.173.a.Malè parta,malè dilabuntur.Off.50.a. Præclariſſimè conſtituta reſp.dilapſa eſt.de N.31.a.Glaciem calore liquefactam & dilapſam diffundi.Ad Her.29.b. Hi ſimul ac fortuna dilapſa eſt,deuolant omnes. Off.21.a.Ne elati uoluptate in aliquam turpidinem dilabamur. de In. 71.a.In relationem criminis dilabi.Tuſ.211.a.Sed intento opus eſt animo,ne omnia dilabantur,ſi unum aliquid effugerit.I.A.248.a.Sunt alij plures fortaſſe,ſed mea memoria dilabuntur.

Dilacero,as.de N.7.b.Diſtractione humanorum animorum diſcerpi & dilacerari deum.

Dilanio,as.diſcerpo.pro Mil.108.a. Tu cadauer P. Clodij nocturnis canibus dilaniandum reliquiſti.

Dilapido,as.diſperdo,decoco,conſumo. Oct.329.b. M. Antonius publicam dilapidabat pecuniam, ærarium exhauriebat,minuebat uectigalia.

Dilargior,iris.contra Rul.82.a.L. Sylla, qui omnia ſine ulla religione,quibus uoluit dilargitus eſt.

Dilatatus,a,um.de Clar.194.a.Illa iuſta eloquentia, quam dialecticam dilatatam eſſe putant.

Dilatio,onis.prolatio, mora, retardatio, procraſtinatio.I.A.183.b. Quæ eſt igitur expectatio? aut quæ uel

minima dilatio temporis? pro Pom. 4. a. Dilatio comitiorum.

Dilato, as. collato, latè explico, propago.)(. Coãguſto, coarcto, anguſtè refercio. pro Fl. 148. b. Sed non dilatabo orationem meam, etenim poſſet eſſe infinita. de Som. 130. b. Veſtra gloria quantis in anguſtijs ſe dilatari uult. Off. 15. b. Quorum rebus geſtis imperium Lacedæmoniorum dilatatum putatur. de Fin. 100. b. & Acad. 11. b. Vtrunq; eorum fundi quodammodo & quaſi dilatari putant. de L. 190. b. Hæc lex dilatata in ordinem cunctum, coanguſtari etiam poteſt. Parad. 116. a. Cato nullum ſequitur florem orationis, neq; dilatat argumentum, ſed, &c. de N. 30. a. Hæc enim quæ dilantur à nobis, Zeno ſic premebat. Or. 207. a. Dilatare manum. de Cl. 188. b. Dilatare literas. de N. 53. a. Dilatari.)(. contrahi, comprimi. de N. 64. a. Iſtũ enim locum illa uetus Zenonis breuis concluſio dilatauit. Part. 231. a. Ex uerbo dilatare orationem.)(. Ex uerbo cõtrahere. Or. 215. a. Anguſta quædam atq; conſciſa, & alia eſt collatata, & diffuſa oratio.

Dilaudo, as. prædico. At. 91. b. Libri, quos tu dilaudas. & 92. b.

Diligens, tis. attentus, ſedulus, diligentiam adhibens, aſsiduus. I. V. 102. a. Qui in re aduentitia & hæreditaria tã diligens & attentus eſſet. pro Pl. 259. a. M. Laterenſis homo ſtudioſiſsimus, & diligentiſsimus ſalutis meæ. de D. 100. a. Cares in oſtentis animaduertendis diligentes fuerunt. I. V. 158. b. Homo nauus & induſtrius, experientiſsimus et diligentiſsimus arator. pro Cæl. 53. a. Q. Pompeius caſtiſsimus uir atq; omnis officij diligentiſsimus. Q. Fr. Diligentiſsimus omnium in promerendo, ut ſibi magni bono res haberentur. 204. a. Quædam etiam negligentia eſt diligens. At. 197. b. Medici aſsiduitas, & tota domus in omni genere diligens. de Or. 134. a. Non amo nimium diligẽtes. Dictum Africani Cenſoris. I. C. 101. a. Quem tu ad cuſtodiendum te diligentiſsimum fore putaſti. de Or. 97. a. Aſsidua diligẽs ſcriptura. At. 70. b. Literas Pontino de omnibus rebus diligentes dabis. de In. 82. b. Tribuere alicui diligentem cultum. de N. 46. a. À deligendo diligens. pro Q. 2. a. b. C. Quintius ſanè ſuarum rerum paterfamilias, et prudens, & attentus.

Diligenter. accuratè, exquiſitè, ſtudioſè, ſumma cum cerimonia, magna cum cura & diligentia. At. 262. b. Studioſè diligenterq; curare aliquid. Ep. 82. a. Liber tuus, & legitur à me diligenter, & cuſtoditur diligentiſsimè. I. A. 160. a. Et ſum à uobis benignè ac diligenter auditus. de D. 81. b. Diligẽter etiam atq; etiam facere aliquid. de Cl. 172. a. Iterum multo diligentius meliusq; dixit.

Diligentia, tiæ. aſsiduitas, ſedulitas. At. 31. a. Terentiæ pergrata eſt aſsiduitas tua & diligentia. de Am. 113. a. Omnis in hac re habenda ratio & diligentia eſt, ut, etc. de Or. 122. a. Diligentia cùm omnibus in rebus, tum in cauſis defendendis plurimum ualet: hæc præcipuè colenda eſt nobis, hæc ſemper adhibenda, hæc nihil eſt quod non aſſequatur. & ibi. Reliqua quæ ſunt in cura, attentione animi, cogitatione, uigilantia, labore, complectar uno uerbo, quo ſæpe iam uſi ſumus, diligentia, qua una uirtute reliquæ uirtutes omnes continentur. de Off. 21. a. Excitanda eſt animaduerſio & diligentia, ut ne quid temerè ac fortuitu, inconſideratè, negligenterq; agamus. pro Mur. 144. b. Mea ſumma et uobis cognita in rempub. diligentia. Top. 221. b. Vt mea diligentia mandatorum tuorum, te quoque ad memoriam rerum noſtrarum excitarem. de Orat. 108. a. Demoſthenes impedimenta naturæ diligentia induſtriaq; ſuperauit. de In. 56. a. Magna cum cura & diligentia ſcribere aliquid. Ad Her. 30. b. Diligentia comparat diuitias, negligentia corrumpit animum. & 32. a. Diligentia eſt accurata conſeruatio ſuorum. Epiſt. 144. a. Conferre diligentiam ad aliquam rem. Off. 28. a. Domus finis eſt uſus, ad quem accommodanda eſt ædificandi deſcriptio, & tamen adhibenda dignitatis commoditatiſq; diligentia.

Diligo, gis. amo, charum habeo. pro Cor. 67. a. Vt eos diligitis & charos habetis, ſic, &c. Epiſt. 11. a. Et eum non ſolum beneficio, ſed amore etiam & perpetuo quodam iudicio meo diligebam. & 181. a. Dilexi te quo die cognoui, meq; à te diligi iudicaui. pro Cor. 68. a. Fidem eius eſt complexus, officia obſeruantiamq; dilexit. de N. 13. a. Te ab eo mirificè diligi intelligebam. Epiſt. 64. b. & 168. b. Quos ego ambos unicè diligo. pro Plan. 264. b. Hic ab illo dilectus eſt. At. 197. b. Tuam quidem & in agendis noſtris rebus, & in conſilijs ineundis, mihiq; dandis, in ipſis literis, quas mittis, beneuolentiam, diligentiam, prudentiam, mirificè diligo. de Leg. 185. a. Colere & diligere aliquem. pro Quint. R. 45. b. Vſque eò ne te diligis, & magnificè circumſpicis, ut ita petas? Epiſt. 57. b. Qui me admodum diligunt. & 31. a. Valde hominem diligo. Ep. 133. a. Tantum acceſsit, ut mihi nunc deniq; amare uidear, antè dilexiſſe. Ep. 222. a. Vt ſcires eum non à me diligi ſolũ, ſed etiam amari.

Dilorico, as. diſcindo, aperio. de Or. 119. b. Qui in cauſa peroranda non dubitauit excitare reum conſularem, et eius diloricare tunicam.

Diluceſcit, bat. luceſcit, lucere incipit. I. C. 112. a. Ipſi ad me, cum iam diluceſceret, deducuntur. I. A. 240. a. Diſcuſſa eſt illa caligo, quam paulo antè dixi, diluxit, patet, uidemus omnia.

Dilucidè. lucidè, perſpicuè, clarè, apertè. In Vat. Mea lex dilucidè uetat. & Or. 204. a. Dilucidè planeq; dicere. de Or. 96. b. Planè & dilucidè loqui. de D. 104. b. Quæ eſt à te explicata dilucidè.

Dilucido, as. declaro. Ad Her. 17. b. Nam quod in docendo rei dilucidandæ cauſa dolum appellauimus, id in dẽcendo honeſtius conſilium appellabimus.

Dilucidus, a, um. apertus, euidens. Or. 198. b. Contra tenues, acuti, omnia docentes, dilucidiora non ampliora facientes. de In. 48. b. Ac uerbis quoq; dilucidis utendum eſt. Ad Her. 3. b. Quo breuior, eo dilucidior erit narratio. & 35. a. Perſpicua & dilucida expoſitio.

Diluculo. ſummo mane. At. 259. b. VI. Iduum cum ante lucem ſurrexiſſem, ueni diluculo ad pontem Tiretium, qui eſt Minturnis. pro S. R. 21. b. Primo diluculo nuncius hic Ameriam uenit.

Diluo, is. confuto, abſtergeo. pro S. R. 25. a. Ego qua ratione res tam leues infirmem ac diluã, reperire nõ poſſum. pro Mil. 115. a. Mors P. Clodij, de qua ſi nollem diluere crimẽ, ut dilui: tamen, &c. pro Cæl. 44. b. Quæ tu diluas oportet, & falſa eſſe doceas. I. V. 251. a. & de Cl. 190. b. Diluere crimina aduerſariorum. de In. 78. a. Diluere, quæ contrà dici poſſunt. Ad Her. 13. b. Alterutra pars diluitur. Ad Her. 20. a. & de In. 57. a. Diluere contrarias argumentationes. Ad Her. 35. a. Diluere crimina.)(. inferre crimina. Tuſ. 198. a. Quæ cogitatio una maximè omnes moleſtias extenuat & diluit.

Dimano, as. profluo. pro Cæl. 38. b. Meus hic forenſis labor uitæq; ratio dimanauit ad æſtimationem hominum paulo latius, commendatione ac iudicio meorum.

Dimen-



Dimenſio, onis. Tuſ. 160. a. In illo libro puſionẽ quendam Socrates interrogat geometrica quædam, de dimenſione quadrati.

Dimetatus, ta. dimenſus. de N. 57. b. Eorum enim curſus dimetati, maturitates temporum, & uarietates, mutationesq; cognouimus.

Dimetior, ris. dimẽſus ſum. metior, digero. de Sen. 89. b. Atqui ego iſta ſum dimenſus, mei ſunt ordines, mea deſcriptio. & ibi. À quo eſſent illa dimenſa atq; deſcripta. Item: De ſyllabis propemodum dinumerandis, & dimetiẽdis loquemur. de Sen. 87. a. Studium demetiendi penè cœli atque terræ. Para. 120. b. Dimetiri peccata digitis, aut uerſus pedibus. Orat. 215. a. Quem dimenſa ratio docuit quid acciderit.

Dimicatio, onis. diſcrimen, contentio. Or. 201. a. Sed hæc ludorum atq; pompæ, nos autem iam in aciem dimicationemq; ueniamus. pro Plan. 265. b. In extremo diſcrimine ac dimicatione fortunæ, uel fortunarũ. pro Syl. 182. a. Si qua ſubeunda dimicatio erit. pro Plan. 275. b. Is nec inimicitias, nec uitæ dimicationes pro me ſibi defugiendas putauit. pro Cor. 56. a. Talis eius in Remp. noſtrã labor, aſsiduitas, dimicatio.

Dimico, as. confligo. de Nat. 27. a. Cum A. Poſthumius cum Octauio Manilio prælio dimicaret. pro Arch. 198. a. & 191. a. Qui de uita gloriæ cauſa dimicant. Att. 131. a. Vt de omnibus fortunis Reipub. dimicem. & 102. a. De ſua potentia dimicant homines periculo ciuitatis. Off. 8. b. Cum Pyrrho de imperio dimicabatur. pro Seſt. 3. a. Rei de capite dimicantes. Epiſtol. 80. b. Alteri dimicant, alteri uictorem timent. Tuſcul. 218. a. Conuenit dimicare pro patria.

Dimidiatus, a, um. medius. In Ver. 34. b. Exemit ex anno unum dimidiatumq; menſem. Tuſc. 282. b. Ferre plus dimidiati menſis cibaria. Tuſ. 241. a. Apparebat epigramma exeſis poſterioribus partibus uerſiculorum, dimidiatis ferè.

Dimidium, dij. dimidia pars l. Dimidius.

Dimidius, a, um. Ep. 217. a. Heres ex parte dimidia & tertia eſt Capito, in ſextãte alij. pro Dom. 220. b. Itaq; populus Rom. neq; Salios habebit, neq; ex parte dimidia reliquos ſacerdotes. de N. 46. b. Luna maior quàm dimidia pars terræ. pro Dom. 236. b. Is emit domum propè dimidio carius quàm æſtimabat. At. 143. a. Rectè non credis de numero militũ, dimidio plus ſcripſit Clodia. I. V. 164. b Addicitur medimmis MM. dimidio ferè pluris quàm anno ſuperiore. At. 214. b. Ambulatiuncula propè dimidio minoris conſtabit illo loco. pro Fl. 56. a. Habebat iſte quoſdã diſcipulos, quos dimidio redderet ſtultiores quàm acceperat. pro Q. R. 50. a. Tu ſine me Flauio decidiſti, utrum pro dimidia parte, an pro tota. Att. 171. a. Ex ea pecunia partem dimidiam ferè exegit. I. V. 156. a. Emptores accederent ad dimidias partes emendas. bis. & 171. a. Cum ex eo agro dimidio plus abſtulerit, quàm populo Rom. miſerit. I. V. 173. a. Si ut quæ dimidiæ eſſent, decumæ uocarentur, paruo uendidiſti. I. V. 101. a. Ex ſua cuiusq; parte neminus dimidiũ ad fratrem perueniret. Fl. 152. b. Dimidiũ eius, quo Pompeius erat uſus, imperauit. de Orat. 141. a. Dixit ſe dimidium eius ei, quod pactus eſſet, pro illo carmine daturum. Quin. Fr. 309. b. Redemptori tuo dimidium pecuniæ curaui.

Diminuo, is. imminuo, minuo, attenuo, detraho, exhaurio, decerpo, derogo, decedo, remitto, leuo, ad pauciora redigo, diripio, diminutionem facio. de Or. 168. b. Ne quid de hoc tam exiguo ſermonis tui tempore, uerbo uno meo diminueretur. pro Syl. 167. a. Sed quantum de mea autoritate diripuiſſet, tantum ſe de huius præſidijs diminuturum ſperauit. de Or. 154. b. Separatione partium magnitudines ſunt artium diminutæ. pro Cecin. 292. a. Si ſententia huius interdicti diminuta aut infirmata ſit. de Cl. 165. a. Interitu talis auguris dignitatem noſtri collegij diminutam dolebam. At. *. Te rogo, ut procuratoribus Flauij remittas de diminuendo. Quin. Frat. 301. b. Ne quid de bonis L. Flauij diminuerent. Ad Her. 6. a. Veruntamen maturabimus & quod negocio diminutum fuerit, exæquabimus induſtria. de In. 66. a. & de Or. 160. b. Diminuere de aliqua re.

Diminutio, onis. imminutio.)(. Accretio. Ep. 50. b. De imperio præterea tanta diminutio facta eſt, &c. et de Ar. 253. a. Off. 48. b. Neq; de bonis priuatorum publicè diminutio fiat. contra Rul. 64. b. Non queror diminutionẽ uectigalium Tuſ. 162. b. Luna accretione & diminutione luminis quaſi faſtorum notans dies. contra Rul. 69. a. Diminutio libertatis, & diminutio ciuium. I. C. 116. a. de Pro. 73. b. Diminutio capitis. de Pro. 76. b. Mulctari imperatorem diminutione prouinciæ, contumelioſum eſt.

Diminutus, a, um. pro Cec. 285. b. Pars aliqua iuris diminuta, &c. Top. 223. a. Qui capite non ſunt diminuti. de Arch. 253. a. Ne patres auxilio diminuti deficiantur. pro Syl. 177. b. 178. a. Prædijs diminutis.

Dimiſsio, onis. Parad. 125. a. Dimiſsiones libertorum ad fœnerandas diripiendasq; prouincias. I. V. 253.

Dimiſſus, a, um. Ac. 4. a. In iſta philoſophia, quæ nũc propè dimiſſa reuocatur.

Dimitto, tis. amitto, miſſum facio, remitto, depono, omitto. pro Cor. 61. a. Sui quenque iuris & dimittendi, et retinendi eſſe dominum. pro Plan. 279. a. Libertatem meam neq; dimiſi unquam neq; demittam. pro Arch. 191. a. Non cum uitæ tempore dimittendam eſſe commemorationem nominis noſtri. At. 226. b. Ego nõ dimittam iſtam curam. pro Quin. 4. a. Tum Næuius pueros circum amicos dimittit. Off. 72. a. Sed dimittamus fabulas, &c. de Fat. 141. a. Sed Poſsidonium, ſicut æquum eſt, cum bona gratia dimittamus. I. A. 246. a. Si aliquid de ſumma grauitate Pompeius, multum de cupiditate Cæſar dimiſiſſet. de Leg. 176. a. Augures poſſunt concilia uel inſtituta dimittere, habita reſcindere. I. C. 99. a. Hæc ego omnia uix iam cœtu ueſtro dimiſſo comperi. At. 9. a. Hoc concurſu optimatum comitia dimittuntur. I. V. 123. a. Res illo die nõ peroratur, dimittitur iudicium. & 234. a. Prætor dimitti iubet ſenatum. & 123. a. Dimiſſo atq; ablegato conſilio. & 125. a. Qui honeſtos homines ableget, conſilio'que dimittat. In Vat. 30. a. Dimittere conſilium. de Orat. 93. a. De reliquo iam noſtra culpa erit, ſi te dimiſerimus. Attic. 191. a. Diſcedentem te non ſine magno dolore dimittam. de Orat. 94. b. & 95. b. Dimittere aliquem à ſe: id eſt, amandare. & Epiſt. 225. a. & 226. b. pro Syl. 178. a. Aliquem dimittere abs ſe, & mandare in ultimas terras. Or. 205. b. Dimittere eum, quem manu comprehenderis. & 206. a. Quoniam Demoſthenem totum cognouiſti, nec eum dimittis è manibus. Orat. 199. b. Conſequeris tamen, ut eos ipſos quos contrà ſtatuas, æquos placabileſq; dimittas. I. P. 89. b. Dimittere exercitum. & ibi. Dimittere familiã. At. 96. b. Cæſar exercitũ nullo modo dimiſſurus eſt. I. V. 256. b. Dimittere remiges. Off. 8. a. Cum Pompilio uideretur unam dimittere legionem, Catonis quoq; filium,

qui in

qui in eadem legione militabat, dimiſit. Ep.126.a. Et ſi nō idcirco eorum uſum dimiſeram, quòd ijs ſuccenſerem. de Am.110.b. Dimittere amicitiā alicuius. At.109.b. Dimittere ſe penitus in cauſam. Acad.20.a. Epicurus eò rem dimittit, ut, &c. Ep.132.a. Quod quidem ſi ita eſt, minimè miror cœlum etiam & terras uim ſuam, ſi tibi ita conueniat, dimittere. pro Cec.299.b. Patrimonium unius incōmodo dimittitur.

Dimoueo, es. depello, permoueo, remoueo, deijcio. At. 63.b. Quod in oratorijs libris perſonam deſideres Scæuolæ, non eam temerè dimoui. Antequam.196.a. Expurgare, ſuſpicionem dimouere. pro Dom.226.a. Similis à Rep. labes in poſterum dimouebatur. pro Seſt. 24.a. Dimouere aliquem de curſu ſuo. & pro Pla. 270.a. Dimouere aliquem loco ſuo. I. V.55.b. Quo ego adiumento ſperabam hanc à me moleſtiam poſſe dimoueri. contra Rul.82.a. Ex ea poſſeßione Rēp. dimouere, ex qua Syllæ dominatio nō deieciſſet. Par.118.a. Voluptas mentem ex ſua ſede & ſtatu dimouet. pro Cec. 293.a. Vis, quæ formidine animum perterritum, loco ſæpe & certo de ſtatu dimouet. & 294. a. Dimoueri & depelli de loco. I. A.193.b. Virtus nunquā poteſt dimoueri loco. de In.73.a.b. Dimouere intentionē facti in alium. I. V.75.b. Vt ne quis te de uera et certa poſſit ſententia dimouere. de Or.127.b. Odium à nobis dimouere & in alios ſtruere.

Dinumeratio, onis. exornatio quædam uerborum. de Or.162.a.

Dinumero, as. Off.31.b. Etiam ſi dinumerare ſe ſtellas, et metiri mundi magnitudinem poſſe putet. Or.210.a. De ſyllabis propemodum dinumerandis & dimetiendis loquamur. At.257.b. Octauius centurias Capuæ dinumerat, iam iamq́; uideo bellum. I. V.260.a. Dinumerare pecuniam alicui.

Diocharina, næ, locus. At.219.b.

Diœceſis, ſis. procuratio uel gubernatio. At.82.a. Mirifica expectatio Aſiæ noſtrarum diœceſium. Ep.37.b. Vt me omnium illarum diœceſium, quæ cis Taurum ſunt, omniumq́; earum ciuitatum magiſtratus legationesq́; conuenirent. Ep.223.b. Deinde, ſi quid habebit cum aliquo Heleſpontino controuerſiæ, ut illam Διόνυσιν reijcias.

Diœcetes, tæ. qui procurationem & quaſi diſpenſationem regiam ſuſcepit. pro R.P.126.a. Rabirius Diœcetes fuit regius. & 127.a. Id autem facere non poterat, niſi Diœcetes (hoc enim nomine utitur) qui à rege eſt conſtitutus.

Dione. Veneris mater. de N.71.

Dionyſia, orum. Bacchi feſta, Bacchanalia. I. V.85.

Dionyſipolitæ. pop. At.300.a.

Dionyſius, ſy. Dionyſij multi fuerunt. de Nat.71.a. de N.77.a. Dionyſius in Tympanidis rogum illatus. & Att. 105.a.b.

Dioſcuri apud Græcos multi. de N.70.a.

Διπλῆ. nota erat, qua ueteres in margine ſcriptorum notabāt, ſi quid eſſet animaduerſione dignum. Duobus autem modis hæc dipla pingebatur: uno ſic ∠, altero huic aduerſo ſic, 7. utraq; autem trigoni figura obliqua, ſine baſi. At.119.a. Vibullij res geſtæ ſunt adhuc maximæ: id ex Pōpeij literis cognoſces: in quibus animaduertito illum locū, ubi erit Διπλῆ, uidebis de Cn. noſtro ipſe Vibullius quid exiſtimet.

Diploma, tis. principum & aliorum magiſtratuum codicilli literæ'ue publicæ, ſigno regio munitæ, et ſanctæ. At.169.b. De diplomate admiraris, quaſi neſcio cuius te flagitij inſimularem. & ibi. Ego autem quia ſcripſeras te proficiſci cogitare (etenim audieram nemini taliter licere) & eo te habere cenſebam, & quia à pueris diploma ſumpſeras. I. P.99.a. Mitto diplomata tota in prouincia data. Ep.89.a. Diploma ſtatim non eſt datum, quòd mirifica eſt improbitas in quibuſdam, qui tuliſſent acerbius ueniam tibi dari, quem, &c.

Diræ, arum. furiæ, triſtia ſigna, minæ. de D.86.b. Etenim diræ, ſicut cætera auſpicia, ut omina, ut ſigna, nō cauſas afferunt, cur quid eueniat, ſed enunciant euentura niſi prouideris. & ibi. M. Craſſo quid acciderit uidemus, dirarum obnunciatione neglecta.

Directè. directò. Part.232.a. Directè dicere. )( Inuerſo ordine dicere. Acad.18.a. Phœnices eo directius gubernant, quod, &c.

Directò. directè. de N.15.a. Directò deorſum ferri. Part.234.a. Alterum ad fidem directò ſpectat.

Directus, a, um. rectus. pro Cec.289.a. Eius fundi extremam partem oleæ directo ordine definiunt. de N.53. b. Viæ ab inteſtinis ad iecur ductæ ac directæ. de D.134.b. Iam uerò quid opus eſt circuitione & anfractu, potius q̄ directo? pro Cæl.46.a. Illud cum labore ad laudem directum iter probo. & ibi. Non ſemper ſupereſt uera illa, & directa ratio. pro Q.R.46.b. Quid eſt in iudicio? directū, aſperum, ſimplex. Par.241.b. Ratio directi, & ueri, & iuſti, & ut dicitur, æqui et boni. Top.222.b. Paries directus. de Fin.60.b. O præclaram beatè uiuendi, & apertam, & ſimplicem, & directam uiam.

Direptus, ptus. aliter, diremptus. Tuſ.163.a.l. Secretio, & interitus.

Direptio, onis. Epiſt.46.a. Vrbs relicta direptioni atque incendijs. & 56.b. Verſor in eorum naufragijs & bonorum direptionibus, &c. pro Dom.223.b. Direptiones bonorum alicuius. I. C.101.a. Vexatio direptio que ſociorum.

Direptor, oris. I. A.188.b. Direptor & uexator urbis. I. C.108.b.l. Prædator.

Direptus, a, um. pro Pom.8.a. Res quas Mithridates ex tota Aſia direptas in ſuum regnum congeſſerat. de Fin. 58.a. Sapientia omnium falſarum opinionum temeritate direpta, certiſſimam ſe nobis ducem præbet, &c. Att. 79. a. Ibi quinq; dies morati, direpto & uaſtato Amano, inde diſceßimus.

Diribitio, onis. diſtributio. pro Pl.261.b. Nihil iā eſt, quod populo ſupplicetur: nihil quod diribitio, nihil quod ſupplicatio magiſtratuum, renunciatio ſuffragiorum expectetur, &c. Sic enim legendum eſt, non ut hactenus, direptio. hunc errorem B. Latomus etiam olfecit, qui diremptionem dicit eſſe legendum: & interpretatur, populi diſtributionem, quæ fieri conſueuerat in comitijs, priuſquā ſuffragia rogarentur: ut populus in ſuas uel tribus, uel claſſes diſtribueretur. Verùm nec direptio, nec diremptio legendum eſſe putamus, ſed diribitio. nam & diribere, & diribitorium Plin. & Cic. diribitor uſurpauit.

Diribitor, oris. diſtributor, ſi latinè dicitur. erāt enim diribitores, qui pop. Rom. in ſuas claſſes, & tribus diſtribuebant, ad ſuffragia ordine ferenda. Poſtquam. 210.b. Quādo illa dignitate tot rogatores, diribitores, cuſtodes. & I. P.87.a. Vos rogatores, uos diribitores, uos cuſtodes fuiſſe tabularum.

Dirigo, gis. referre, metiri, æſtimare, conſtituere, ordinare, digerere, deſcribere, diſponere. de Cl.177.a. Antonius nihil non ad rationem, & tanquam ad artem dirigebat. Acad.



bat. Acad.17.a. Et meas cogitationes ſic dirigo, non ad illam paruam cynoſuram, &c. ſed ad helicen, &c. Or.197. b. Speciem aliquam intuens, in eamq́; defixus, ad illius ſimilitudinem artem & manum dirigebat. de Orat. 160.b. Nec ſunt hæc rythmicorum aut muſicorū acerrima norma dirigēda. pro Seſt.23.b. Hoc eſt igitur propoſitum his reipub. gubernatoribus, quò intueri, et quò curſum ſuum dirigere debeant. de D.85.b. Diuinatio fallit fortaſſe nonnunquam, ſed tamen ad ueritatem ſæpißimè dirigit. Att. 228.b. Me ſine ad hanc opinionem dirigere puerum. pro Mur.142.b. Hæc omnia ad rationem ciuitatis ſi dirigas, recta ſunt: ſi ad diſciplinæ præcepta perpendas, reperiuntur prauißima. de Or.160.b. Hanc ad legem dirigenda et formanda oratio eſt. pro Mur. 124.b. M. Cato uitam ad certam rationis normam dirigens, & diligentißimè perpendens momenta officiorum omnium. Top.228.b. Dirigere orationem ad animi bona. Or. 220.a. Nihil firmum teneo quò iudicium meum dirigam. de N.52.b. Ab eteſijs uentis maritimi curſus celeres & certi dirigūtur. At.287. a. Brut. Si flexerit aduerſus alios iudicium ſuum, quod tanta firmitate ac magnitudine direxerat in exturbando Antonio. de L.172.a. Lex eſt iuſtorum, iniuſtorumq́; diſtinctio, ad illam rerum omnium principem expreſſam naturam, ad quam leges hominum diriguntur. Off.70.a. Sed tamen ad extremum utilitate putat officium dirigi magis quàm honeſtate. et 68.b. Honeſtate dirigenda utilitas eſt. Item: Eadem utilitatis quæ honeſtatis eſt regula.l. Regula. de Fin.138.b. Fines bonorum, quos utilitate aut uoluptate dirigunt. de Fin.79.b. Epicurei uoluptate omnia dirigentes. de Fin.60.a. Ne ipſarum quidem uirtutum laus reperire exitum poteſt, niſi dirigatur ad uoluptatem. de D.85 b. Lituo Romulus regiones direxit, tum urbem cōdidit. de Sen.89.b. Ordines arborum in quincuncem directi. Epiſt. 150.a. Cum ipſe iter ad Mutinam dirigerem.

Dirimo, mis. diuido, diſtraho. de N.65.a. Indiuiduum corpus, quod dirimi diſtrahiq́; non poteſt. pro Syl.168.a. Cum ille tanto ſcelere commiſſo omnium officiorum ſocietatem diremiſſet. Quint. Frat.314.b. Actum eſt eo die nihil, nox diremit. pro Dom.218.b. & de Am. 101.b. & Off.56.b. Hanc noſtram coniunctionem, hanc iucundißimam uitæ ſocietatem certi homines fictis ſermonibus diremerunt. I. A.165.a. Vtinam Cn. Pompei cum C. Cæſare ſocietatem aut nunquam coiſſes, aut nunquam diremiſſes. Epiſt.41.a. Ego autem cum eo citius ueterem coniunctionem diremiſſem, quàm nouam conciliaſſem. pro Cæl.44. b. Appius Claudius pacem Pyrrhi diremit. de Leg.167.a. Perparuam uerò controuerſiam dicit, & non eam quæ dirimat omnia. Offic.76.a. Callipho & Dinomachus, qui ſe dirempturos controuerſiam putauerunt. de Legib.176.a. Dirimere rem ſuſceptam. de Diuin. 98.a. Cur pulmo inciſus in extis dirimat tempus, & proferat diem.

Diripio, pis. prædari, auferre. Attic. 143.a. Quem tu locum Græciæ non direptum iri putas? Att.119.a. Patriam non ſeruandam ad reditum noſtrum, ſed diripiendam inflammandamq́; reliquimus. de Or.143.a. Tāquam ab aliquo nefario prædone diriperetur patrimonium dignitatis. pro Pom.14.b. Expilare ſocios, diripere prouincias. I. A.231.a. Omnia diuexare & diripere cupiens. Poſtquam.208.a. Domus mea diripiebatur. Ep.120.a. Quæ diripuiſſe ipſe, ut uiderentur ab hoſte uaſtata. de Pro.71. b. Hos uos de prouincijs ſi non aliquando deducendi eſſent, diripiendos non putaretis. pro Syl.167.a. Sed quantum de autoritate mea diripuiſſet, tantum ſe de huius præſidijs diminuturum ſperauit. I. P.100.a. An expectem dū de te quinq; & ſeptuaginta tabellæ diripiantur?

Diritas, tis. crudelitas. In Vat.30.b. Quanquam ſis omni diritate atq; immanitate teterrimus. Tuſ.196.b. Vt ſi qua inuecta diritas caſu foret, ne me imperatum cura laceraret repens.

Dirumpo, pis. de Am.112.a. Repentè amicitias exorta aliqua offenſione dirumpimus. Q. Fr.324.a. Cato diruptis tabellis de circulo ſe ſubduxit. Ep. 95.b. Dirupi penè me in iudicio Galli familiaris tui. & 184.a. Itaq; iam infinito fratris tui plauſu dirumpitur.

Diruo, is. excîdo, excindo, euerto. de In. 56.b. Vrbem igitur diruamus. pro Dom. 241.a. Diruere, ædificare.

Diruptus, a, um. In Ar. 252.a. Homo diruptus dirutusq́; Q. Cælius.

Dirus, a, um. ferus, crudelis, immanis, infeſtus. b. de Leg. 173.b. Quæ augur iniuſta, nefaſta, uicioſa, diráue dixerit, irrita infectaq́; ſunto. de D.115.b. Cum triſtißima exta ſine capite fuerint, quibus nihil uidetur eſſe dirius. de D.86 a. Itaq; ſiniſtra dum non exquirimus, in dira & in uicioſa incurrimus. & 84.a. Quod fermè dirum in tempus cecidere latinæ.

Dirutus, a, um. exciſus, euerſus. Quint. Frat.294. b. Complures dirutas ac penè deſertas urbes per te eſſe recreatas. I. A.252.a. Homo diruptus dirutusq́;. Quint. Cælius.

Dis, ditis. l. Ditior. diues, πλούτων, dis pater. de D. 96. b. Midam ditißimum fore prædictum eſt. de N.39.a. Terrena uis omnis atq; natura Diti patri dedicata eſt, qui Dis eſt apud Græcos πλούτων. I. V.225.a. Spelunca, qua ferūt Ditem patrem repentè cum curru extitiſſe.

Diſcedo, dis. abeo, proficiſcor, cedo, ſoluo, migro, demigro, ſubduco. )( remaneo. At.101.a. Chryſippus diſceſſit à puero inſciente me. & 115.a. Eo die Capua diſceßi, & manſi Calibus. I. A.218.a. Non modò ille è Gallia non diſceßit, ſed ne à Mutina quidem receßit. Epiſt.30.a. Verebar ne antequam tu in prouinciam ueniſſes, ego de prouincia diſcederem. Epiſt.91.a. Hanc in opinionem diſceſſi, ut mihi tua ſalus dubia non eſſet. & 151.a. Frequens eum ſenatus reliquit, & in alia omnia diſceßit. de Finib. 118.a. Diſcedere de ſententia. de Som.126.b. Itaque nunquam ex animo meo diſcedit illius optimi uiri memoria. I. V.234.a. Itaque tum de foro, cum iam adueſperaſceret, diſceßimus. I. A.220.a. Qui ab armis diſceſſerant. Off.14. a. Vt nihil à naturæ ſtatu diſcedas, nihil à dignitate ſapientis. pro S.R. 20.a. Vt ſpolijs Sex. Roſcij hoc iudicio aucti diſcedant. de Orat. 121.b. Mihi certum eſt à iudicijs cauſisq́; diſcedere. Orat.206.b. Ipſe nunquam ab illa acerrima contentione diſcederem. de Clar.194.a. Quod potius mihi periculum adeundum, quàm à ſperata dicendi gloria diſcedendum putaui. de Orat.105.b. Cum hic iuriſconſultus fuerit ſuperior diſceſſurus. de Clar.185.b. Is omnium qui aderant iudicio diſceßit probatus. pro Cec. 285.a. Superiorem diſcedere. pro Fontib. 276.a. Videte quò deſcendam iudices, quàm longè uidear à conſuetudine mea, à cautione & diligentia diſcedere. At.122.b. Modò audiui quartanam à te diſceßiſſe. Ep.135.b. Omnia ſunt incerta cum à iure diſceſſum eſt. Off. 67.a. Is à fide iuſtitiaq́; diſceßit. de D. 132.a. Is magnitudine timoris à conſtantia, atq; à mente, atq; à ſeipſo diſceßit. de Clar.190.a. Cælius diſceſſu meo diſceßit à ſeſe. I. V.215.b. Si iſtius hæc

tanta

tanta iniuria impunita diſceſſerit. Ep.115.b. Vxor à Dolobella diſceſsit: id eſt, cum eo diuortium fecit. Or 202.b. Diſcedere à re: id eſt, digredi. I.V.207.a. Neq; ab argento digitum diſcedere. Ep.14.b. Sic enim te exiſtimare uelim, cũ à uobis meæ ſalutis autoribus diſceſſerim, neminem eſſe, cuius officijs me tam eſſe deuinctum confitear. Ep.89.a. Cæſaris familiares, cum ab eo diſceſſerint, me habent proximum, &c. Off.24.a. Cum ab hoc dicendi genere diſceſſeris. Tuſ.166.a. Diſcedere à uita: id eſt, mori. de D. 100.a. Cum cœlũ diſceſsiſſe uiſum eſt, atq; in eo animaduerſi globi. ibi.b. Marſico bello cœlum diſceſsit. & 121. a. Cœli diſceſſus. Tuſ.152.a. Qui diſcedere animum cenſent. Off.59 b. Qui cum terra diſceſsiſſet magnis quibuſdam imbribus in illum hiatum deſcendit. I.V. 209. a. Mouere caſtra ex aliquo loco, & colligere uaſa.

Diſceptatio, onis. cauſſa, controuerſia, lis, iudicium. Off.26.b. Contentio diſceptationibus tribuatur iudiciorum, concionum, ſenatus. pro Fl.151. a. Diſceptatio & cognitio ueritatis. pro Mil.105.a. Ipſe lator legis cum eſſet, controuerſia nulla facti iuris, tamen diſceptationem eſſe uoluit. pro Deiot.144.b. Tanta cauſa, quanta nulla unquam in diſceptatione uerſata eſt. Off.7.b. Duo genera decertandi ſunt: unum per diſceptationẽ, alterum per uim. contra Rul.77.a. Nulla diſceptatione, nullo conſilio priuata publicare, publica liberare. & 74.a. Vtrum oratio ad eius rei diſceptationem deerit? de Or.100.a. Quæcunque in diſceptationem hominum uenire poſſunt. & 135. b. Res quæ in dicendi controuerſiam aut diſceptationem uocatur. & 86.b. Forenſes diſceptationes iudiciorum aut deliberationum. Off.13.b. Ex quo fit, ut neq; diſceptatione uinci ſe, nec ullo publico ac legitimo iure patiantur.

Diſceptator, oris. iudex. de L.185.b. Iuris diſceptator, qui priuata iudicet, iudicariue iubeat, prætor eſto. pro Cec.286.a. Quorum alterum perſæpe diſceptatore domeſtico iudicatur. contra Rul.65.a. Populo Rom. diſceptatore uti uolo. pro Fl.164.b. Populum Rom. diſceptatorem non modò non recuſo, ſed etiam depoſco. pro Cæl. 44.b. Vel ſeueriſsimis diſceptatoribus M. Cælij uitam me probaturum eſſe confido. Part.230.b. Diſceptator: id eſt, rei ſententiæq; moderator.

Diſceptatrix, cis. Ac.23.a. Dialectica ueri et falſi quaſi diſceptatrix & iudex.

Diſcepto, as. contendo, decerto, diſputo, dijudico, cognoſco. de Or.125.a. Rei ſunt omnes, quorum de re diſceptatur. de Cl.192.a. Cum de ſapiẽtia diſceptatur. pro Cor. 68.a. Qui non de ſuo facto, ſed de publico iure diſceptat. I.V.116.a. Vt ſibi cum palæſtritis æquo iure diſceptare liceat. Ep.149.a. In uno prælio fortuna reipub. diſceptat. Ep.58.a. Videbam quanto periculo de iure publico diſceptaretur armis. Ep.79.a. Non conſilijs, nec autoritatibus noſtris de iure publico diſceptare. Acad.45.a. Qua de cauſa definitiones ad omnia, de quibus diſceptabatur, habebãt. pro Mil.106.a. Et iſti eſt præpoſitus quæſtioni, qui hæc iuſtè ſapienterq; diſceptet. pro Deiot.144.b. Si hanc cauſam in foro dicerem, eodem audiente & diſceptante te. de Leg.173.b. Fœciales bella diſceptanto. pro Plan.277.b. Iure & legibus diſceptando decertare. )( Armis dimicare. Tuſc.210.a. Cum Academici Stoicorum controuerſias diſceptarent.

Diſcerno, nis. dijudico, diſtinguo, diſpicio, internoſco, ſecerno diuido. pro Font.278.b. Quid eſt igitur, ubi diſcerni ſtultus auditor à ſapienti iudice poſsit? de Ar.252.b. Cũ uxorem ſororemq; non diſcernis. de Vn.199.b. Animus diſcernit, quid ſit eiuſdem generis, quid alterius, & cætera dijudicat, &c. quæ diſtinctio ſit inter ea quæ gignantur, et ea quæ ſunt ſemper eadem. Tuſc.250. a. Democritus alba & atra diſcernere non poterat. Part.236.b. Temperãtia duobus modis in rebus cõmodis diſcernitur. Ac.7.b. Quo modo ea diſcerni non poterit à falſo.

Diſcerpo, pis. dilacero, dilanio, diuello, diuido. de N. 7.b. Diſtractione humanorum animorum, diſcerpi & dilacerari deum. Tuſ.163.a. Animus nec diſcerpi, nec diſtrahi poteſt. Top.222.b. Cum res quæ propoſita eſt, quaſi in membra diſcerpitur. Or.145.a. Aliqua diuulſa & quaſi diſcerpta contrectare.

Diſceſsio, onis. )( Acceſsio. Off.54.b. Eorum neq; acceſsione melior uita fit, neq; diſceſsione peior. I.A. 188.a. Antonius effugere feſtinans ſenatuſconſultum de ſupplicatione per diſceſsionem fecit, cum id factum eſſet antea nunquam. I.A.206.a. Hæc ſententia ſic per triduum ualuit, ut quanquam diſceſsio facta non eſſet, tamen omnes aſſenſuri mihi uiderẽtur. & 262.a. Si in has ſentẽtias meas conſules deſignati diſceſsionem facere uoluiſſent. Ep.3.a. Facere diſceſsionem.

Diſceſſus, ſus. profectio, abſceſſus, abſceſsio, abitus, abitio. At.120.a. Quid perturbatius hoc ab urbe diſceſſu, ſeu potius turpiſsima fuga? I. A. 200.a. Poſt diſceſſum latronis, uel potius deſperatam fugam. At.203. a. Vt me leuarat tuus aduentus, ſic diſceſſus afflixit. de Sen.95.a. Sed me ipſe conſolabar, exiſtimans non longinquum inter nos digreſſum & diſceſſum fore. At.145.b. Subitus diſceſſus, & præceps profectio. I.C.98.b. Cùm tu diſceſſu cæterorum, noſtra, qui remanſimus, cæde contentus eras. Epiſt.16.b. Quod rogas, ut mea tibi ſcripta mittam, quæ poſt diſceſſum tuum ſcripſerim, ſunt orationes quædam, &c. de D. 90.a. O præclarum diſceſſum, inquit, è uita. de N.30.a. Solis acceſſus, diſceſſusq;. de D.121.a. Cœli diſceſſus.

Diſcidium, dij. diuortium. de Orat. 148. b. Hinc illud diſcidium extitit, quaſi linguæ & cordis. aliàs, diſsidium.

Diſcindo, dis. dilacero, dilorico. pro Cæl.45.b. Diſcidit ueſtem, reſarcietur. de Orat.126.b. Cum iſta feci, quæ tu, &c. ut diſcinderem tunicam, ut cicatrices oſtenderem. de D.87.a. Ita cotem nouacula eſſe diſciſſam. de Am.110. a. Tales igitur amicitiæ diſſuendæ magis ſunt, quàm diſcindendæ.

Diſcingo, gis. Quin. Fr.314.a. Cæſar, mihi crede, in ſinu eſt, neq; ego diſcingor: id eſt, non reijcio, aut difluère patior.

Diſciplina, næ. inſtitutum, ratio, inſtitutio, ars, mos, conſuetudo. pro Cæl.45.b. Dicet aliquis, hæc igitur eſt tua diſciplina? ſic tu inſtituis adoleſcentes? ob hanc cauſam tibi hunc puerum parens commendauit & tradidit? pro Cæl.43.a. Cuius prima ætas dedita diſciplinis fuit, ijſq; artibus, quibus inſtruimur ad hunc uſum forẽſem. de D.99. b. Senatus decreuit, ut de principum filijs ſex ſingulis Heturiæ populis in diſciplinam traderentur. I.V.99.b. Adoleſcentes ei in diſciplinam tradite. I. A. 161.a. At enim te in diſciplinam meam tradideras. Or.198.a. Alia intelligẽdi, alia dicendi diſciplina eſt. pro Pom.9.a. Pompeius è ludo atq; pueritiæ diſciplina ad exercitum patris, atq; in militiæ diſciplinam profectus eſt. & 14.a. Rhodiorum uſq; ad memoriam diſciplina naualis & gloria remanſit. pro Mur.129.a. Illud dico, nullam eſſe in ea diſciplina munitam ad conſulatum uiam. de D.99.a. Nec quiſquam rex Perſarum poteſt eſſe, qui non antè diſciplinam ſciẽtiamq; magorum perceperit. de N.58.a. Vt exerceamur in ue-





nando ad ſimilitudinem bellicæ diſciplinæ. I.V.184.a. Erudire aliquem ad ciuitatis diſciplinam. & ibidem. Educari in iuris diſciplina. & ibi. Non degenerare à diſciplina patris. de N.78.b. Lacedæmoniorum diſciplinam à Lycurgo datam. & 7. a. Anaxagoras, qui accepit ab Anaximene diſciplinam. & 5.a. Trium enim diſciplinarum principes conueniſtis. Tuſc.246.a. Omnes ferè philoſophi omnium diſciplinarum. Acad.2.b. Reſtat unum genus reprehenſorum, quibus Academiæ ratio non probatur: quod grauius ferremus, ſi quiſquam ullam diſciplinam philoſophiæ probaret, præter eam quam ipſe ſequeretur. de N. 77.a. Reſpiratione quadam & diſciplina deſignata. de Finib.51.b. Non modò quid nobis probaretur, ſed etiam quid à ſingulis philoſophiæ diſciplinis diceretur, perſecuti ſumus. Ac. 3.a. Et ad quancunq; ſunt diſciplinam quaſi tempeſtate delati, ad eam tanquam ad ſaxum adhæreſcunt. de Cl.186.a. M. Piſo quicquid habuit, habuit è diſciplina, maximeq; ex omnibus Græcis doctrinis eruditus fuit. & 189. b. Quicquid habuit, id totum habuit è diſciplina, inſtrumenta naturæ deerant. de Or.99.b. Homo omnium diſciplina iuris ciuilis eruditiſsimus. de Cl.173. a. Spurius doctus ex diſciplina Stoicorum. & ibi. P. Craſſus habuit quaſdam etiam domeſticas diſciplinas. & 175.a. Colere diſciplinam Stoicam. & 189.a. Hermagoræ diſciplina ad ornandũ inops. & ibi. Diſciplina iuris ciuilis. & 179.a. Diſciplina dicendi. de Or.91.a. Summus ille doctor iſtius diſciplinæ Apollonius. Or.104.a. Quarum rerum fateor magnam multiplicemq; eſſe diſciplinam. Or.197.a. Omnes bonarum rerum diſciplinæ. de Fin.114.b. Diſciplina memoriæ. Ep.83 b. Vt in noſtra diſciplina eſt. de D.110.a. Res quarũ eſt diſciplina, ut literæ. Ep.83.a. Ratio uetuſtæ diſciplinæ, quã à patre acceperas. Q. Fr.293.b. Familiæ grauis & conſtãs diſciplina. Off.24.a. Quidam parentum diſciplina meliores fiunt. de Fin.71.b. Deprauari mala diſciplina. pro S. R.38.b. Hominis penè operarij ex Amerina diſciplina patrisfamiliæ ruſticani. pro Fl.149.a. O morem præclarũ, et diſciplinam quam à maioribus accepimus. Br.91.b. Virtutis diſciplina melior nulla eſt. Or.216.b. Exercitatus bona diſciplina. Q. Fr.293.b. Hæc inſtitutio atq; diſciplina poteſt, &c. pro Deiot.149.a. Imitari potius aui mores diſciplinamq; debebas. pro Fl.148.a. Niſi noſtri mores ac diſciplina plus ualerent. pro Rab.96.b. Adeóne ignarus es diſciplinæ, conſuetudiniſq; noſtræ? pro Quin. R.49.b. Diſciplina quæ erat ab hoc tradita, locabat ſe non minus HS. CCCLIII. pro Deiot.147.b. Nihil factum eſt, niſi moderatè, niſi quietè, niſi ex hominis grauiſsimi & ſanctiſsimi diſciplina. Ep.8.b. Lentulum in primis imitatione tui facerudias, nulla enim erit hæc præſtantiór diſciplina. Q. F. 395.b. Studia & artes, quæ ſunt nobis Græciæ monimentis diſciplinisq; traditæ.

Diſciplinabilis, le. ad Her.16.b. Aut ſi qua in re cohortabimur aliquem, cuius rei aliquam diſciplinabilem ſcientiam poterimus habere. aliàs, diſciplinam ſcientiamq; poterimus habere, & rectius quidem. nam diſciplinabilis, nemo unquam latinorum dixiſſe legitur.

Diſcipulus, li. auditor, qui audit aliquem, qui ſe alicui in diſciplinam tradit. Tyro. Ep.136.b. Hircium & Dolobellam dicendi diſcipulos, cœnandi magiſtros habeo. de D.81.b. Panætius doctor Poſsidonij, diſcipulus Antipatri. pro Cor.64.a. C. Marius P. Africani diſcipulus ac miles. de Nat.61.a. Rudem me diſcipulum atq; integrum accipe. de D.90.a. Heraclides auditor & diſcipulus Platonis. de D.126.b. Eudoxus Platonis auditor. Off.54.a. Rutilius Rufus, qui Panætium audiuit: id eſt, Rutilius Panætij diſcipulus.

Diſcludo, dis. diſiũgo, ſeparo. Tuſ.152.b. Plato duas partes animæ ſeparare uoluit, irã & cupiditatem, quas locis diſcluſit, iram in pectore, cupiditatem ſubter præcordia locauit. & 165.a. Plato perturbationes ſemotas à mente & diſcluſas putat.

Diſco, ſcis. percipio, diſciplinam accipio, cognoſco, perdiſco, condiſco, arripio, complector, audio, accipio, documentum capio, exemplum ex aliquo capio, cognitionẽ accipio, comprehendo. de Or.121.b. Craſſus, quod diſci potuit de iure, didicit. de Sen.82.a. Vt ego feci, qui ſenex græcas literas didici, quas quidem ſic auidè arripui, quaſi diuturnam ſitim explere cupiens. de Or.156.a. Qui non citò aliquid diſcit, nunquam omnino poſſe perdiſcere. Or.212. b. Eſt enim hæc non ſcripta, ſed nata lex: quam non didicimus, accepimus, legimus, ſed ex natura ipſa arripuimus, hauſimus, expreſsimus. de Or.118.a. Rectè igitur de cauſa diſcenda nihil præcipiunt: id eſt, cognoſcenda. de Or.97. b. Perdiſcendum eſt ius ciuile. I.V.99. b. Dum eſt unde ius ciuile diſcatur. de Or.151.a. Libet ſemper diſcere. pro Q. 10.a. Multa diſcere atq; dediſcere. Ep.131.a. & Ac. 53.a. Diſcere literas apud aliquem. de Sen.82.a. Antiqui diſcebant fidibus. Ep.33.a. Animaduerti enim, & didici ex tuis literis, te, &c. Off.21.b. Hominis mens diſcendo alitur, & cogitando ſemper aliquid aut inquirit, aut agit. & 33.b. Si diſcendi labor eſt potius quàm uoluptas.

Diſcolor, oris. diuerſus, diſpar, diſsimilis, uarius. I.V. 73.b. Vt diſcoloribus ſignis ſententiæ iuratorum hominũ notarentur.

Diſcordia, diæ. diſsidium, diſſenſio, ſeditio, odium. Tuſ. 213.b. Diſcordia eſt ira acerbior, intimo odio & corde cõcepta. de Fin.58.a. Ex cupiditatibus odia, diſsidia, diſcordiæ ſeditiones, bella naſcuntur. de Am.100.b. Empedocles dixit, quæ in rerũ natura, totoq; mũdo conſtarent, quæq; mouerentur, ea contrahere amicitiam, diſsipare diſcordiam. & ibi. Nulla eſt domus tam ſtabilis, nulla ciuitas tam firma, quæ non odijs ac diſsidijs poſsit euerti. de Ar.256. b. Nec alius diſcordiarum ſolet eſſe exitus inter claros & potentes uiros, niſi aut uniuerſus interitus, aut uictoris dominatus, aut regnum. Off.17.b. Rem pernicioſiſsimam in ciuitatem inducunt, ſeditionem atq; diſcordiam. Q. Frat. 294.b. Multas eſſe in oppidis ſeditiones, multas diſcordias. pro Mur.135.b. Vt odia occulta ciuium, quæ nunc tacitis diſcordijs continentur, in optimi cuiuſq; fortunas erũperent. de Ar.254.b. Sit diſcordiarum finis aliquãdo. pro Mur.144.a. Seditionem ac diſcordiam concitare. I.A.153. a. Sedare diſcordias. pro Fon.282.a. Summi duces ciuitatis diſcordijs conſumpti.

Diſcordo, as. diſsideo, diſcrepo, diſſentio cum aliquo, non conſentio alicui. de Fin.58.a. Cupiditates intus in animis incluſæ inter ſe diſsident atq; diſcordant. de Fin. 61 a. Animus à ſeipſo diſsidens, ſecumq; diſcordans.

Diſcors, dis. diſſentiens, diſcordans. )( concors. cõtra Rul.84.b. Non contentione, non ambitione diſcordes.

Diſcrepans, tis. )( Congruens. de L.162.a. Oratio uerbis diſcrepans, ſententijs congruens.

Diſcrepantia, tiæ. diſſenſio, diſcordia. de Or.135.a. Ridetur etiã diſcrepantia, quid huic abeſt, niſi res & uirtus? Off.22.b. In actiones omnemq; uitã nullam diſcrepantiam cõferre debemus. Top.229.a. Diſcrepãtia ſcripti & uolũtatis. de Fin.99.a. Maiorem multo habere Stoicos & peripateticos rerum omnino diſcrepãtiam, quàm uerborum.

Diſcrepo,as.diſcrepans ſum,abhorreo.)(.Congruo. Attic.23.a.Id à tuis literis,quas ad me de acceſſu tuo miſeras,diſcrepabat.Ep.25.a.Ex eo quidam ſuſpicati ſunt animorum contentione,non opinionum diſſenſione me ab eo diſcrepare.de Orat.153.b.Si qua in re diſcrepauit ab Antonij diuiſione noſtra partitio. Off.29.a. Quæ multũ ab humanitate diſcrepant.pro Plan.267.b.Sed factum tuum à ſententia legis diſcrepat.Parad.116.a.Quæ tamen multum diſcrepant ab opinione populari. de Or.161.a. Non modò cateruæ atque conuentus,ſed ipſi ſibi ſinguli diſcrepantes eijciuntur.de In.80.a.Cũ duæ leges inter ſe diſcrepant.Off.68.b.Et quidem ſic hæc duo uerba inter ſe diſcrepant,ut tamen unum ſonare uideantur. pro Cluen.43.a. Iudicia cenſorum quandoq; inter collegas diſcrepare. de Leg.162.a.Oratio uerbis diſcrepans,ſententijs congruẽs. I.V.260.b.Eadem dicit,nulla in re diſcrepat.& 134.b.Si quid diſcrepat,eximunt unum diem.de Fin.83.b. Facta Epicuri cum dictis diſcrepant.& 119.b.Hoc diſcrepat cum illo.)(.Hoc conuenit cum illo. Off.29.a.Vt in fidibus,aut in tibijs, quamuis paulum diſcrepent, tamen id à ſciente animaduerti ſolet.Epiſt.76.a.Nec in eo quicquam à meis rationibus diſcrepabunt tuæ. Ep.145.b.Nec unquã à tuis conſilijs diſcreparem.Tuſ.222.b.Philoſophi diſcrepantes de aliqua re.

Diſcretè.diſtinctè.)(.confuſè.de In.52.a.

Diſcretio,onis.de L.329.D.In Cod.Germ.

Diſcrimen,nis.differentia,delectus,periculum, dimicatio,contentio,interuallum. I.V. 133.b. Iſte omnia iura precio exæquauit,omnium rerum delectum atq; diſcrimẽ pecunia ſuſtulit.de N.76.b.Deorum iudicio, ſi uident res humanas,diſcrimen eſſe ſublatum.de Fin.121.b.Officia omnia tolluntur,delectu omni & diſcrimine remoto. pro Plan.260.b.Non eſt enim conſilium in uulgo, non ratio, non diſcrimen,non diligentia,&c.de Fin.74.a. Totumq; diſcrimen ſummi boni in ea comparatione poſitum putat. pro Cor.65.a.Sit hoc diſcrimen inter gratioſos ciues atq; fortes,ut illi,&c.hi,&c.

Diſcrimen.periculum,dimicatio,contentio.I.A.209.b. Adducta eſt reſpub.in maximum periculum, & extremum penè diſcrimen.& 189.a. Res in diſcrimen adducta eſt,utrum ille pœnas reipub.luat,an nos ſeruiamus. pro Quint.17.a.Ea res nunc in diſcrimine uerſatur, utrumne,&c.pro Plan.270.b.Etenim uerebatur credo anguſtias,quaſi res in contentionem aut diſcrimen poſſet uenire. Attic.280.a.Maximo in diſcrimine reſpub. uerſatur. pro S.R.21.a. Cum omnium nobilium ſalus in diſcrimen ueniret.de Orat.85.a.Deueni in medium rerum omnium certamen atque diſcrimen. pro Mur.144.a. In diſcrimen extremũ uenimus.pro Pom.6.a.& Off.31.a.In periculũ ac diſcrimen uocari.pro Syl.182.a.In extremo diſcrimine ac dimicatione fortunæ.pro Dõ.218.a. Vir ſæpe ad extrema reip.diſcrimina delectus.pro Deiot.144.a.& Ep.90.b.Adducere aliquẽ in diſcrimen capitis.pro Mur. 137.a.Adduci in diſcrimen uitæ. pro Seſt.3.a. Obijcere ſe in diſcrimen pro aliquo.I.V.66.a.& Ep.132.b.Venire in diſcrimen exiſtimationis ſuæ.pro Cl.28.a.Venire in iudicium ingenij & officij.ad Br.90.b. Res exiſtimabatur in extremum adducta diſcrimen.Ep.77.a. Res mihi uidetur in propinquum adducta diſcrimen.& 96.a. Omnis reſp. in meo capite diſcrimen eſt habitura: I.A.259.a.Diſcrimen totius huius belli in unius uiri fortiſſimi uita poſitum eſt.Acad.33.b.Erit igitur iam res in diſcrimen.Ep.12.b. Iecit quidam caſus caput meũ quaſi certaminis cauſa in mediam contentionem,diſſenſionemq; ciuilem, quo in diſcrimine,&c. At.99.a.Nunc incido in diſcrimen ipſum. de N.59.b.Dij diſcriminum periculorumq; comites. de Or.126.a.& de Fin.99.a.In ſummum diſcrimen adduci. Att.75.a.Oſtentationes meas in diſcrimen eſſe adductas.

Diſcrimen.interuallum.contra Rul.83.b.Duo maria pertenui diſcrimine ſeparata:id eſt,interuallo.

Diſcrimino,as.diſtinguo,I.A.243.b.Hetruriã diſcriminat Caßia,ſcilicet,uia.

Diſcrucio,as.excarnifico.At.224.b. Diſcrucior Seſtilij fundum à Verberone curtilio poßideri.pro Q.R.50.a. Quod enim ipſe celeriter arripuit, id cum tardè percipi uidet,diſcruciatur.I.A.255.a.Et ſi poſſet, Brutum et Caſſium diſcruciatos necaret.

Diſcumbo,bis.accumbo,cubo.At.68.a. Diſcubuimus omnes præter illam.I.V.89.b.Diſcubuimus:id eſt, cœnandi cauſa.de In.63.b.Cœnati diſcubuerunt ibi:id eſt, ſomni capiendi cauſa.

Diſcupio,pis.Ep.124.a.Te uidere, & omnia intima conferre diſcupio.Cælij.

Diſcus,ſci.uas eſt, quo cibi, ut carnes,& huiuſmodi alia in menſam feruntur: & forte patina dici poteſt. Sed hic Cicero diſcum intelligit,molem quandam rotundam,è ſaxo,ferro,uel plumbo factam, cuius iactu certabant, ut uires corporis oſtentarent,& exercerent. de Or.110.a. Philoſophi,quorum auditores diſcum audire quàm philoſophum malunt,qui ſimul ut increpuit, philoſophum diſputantem relinquunt.

Diſcutio,tis.diſpello.At.39.a.Modò cædem timueramus,quam oratio fortißimi ſenis. Q.Conſidij diſcuſſerat, ea quam quotidie timere potueramus,exorta eſt.pro Dõ.224.a.Cum eorum aduocationem manibus,ferro, lapidibus diſcußiſti.pro Mur.144.a.Dij faciant, ut hoc periculum,quod,&c.diſcutiam & comprimam.I.A.240.a. Diſcuſſa eſt illa caligo,quam paulo antè dixi,diluxit, patet, uidemus omnia.Q.Fr.313.b.De Comageno rege, quod rẽ diſcuſſeram,mirificè mihi blanditur Appius. de Or.163.a.Diſcutienda ſunt ea quæ obſcurant,& ea quæ ſunt eminentia & prompta ſumenda.Ac.12.b. Diſcutere captiones alicuius.Aſin.Ep.165.b.Si ad Lepidum ueniſſem,omnem cunctationem eius diſcußiſſem.

Diſertè.ornatè,politè.de Or.88.b.Deniq; ut prudentibus diſertè,ſtultis etiam uerè dicere uideare.

Diſertus,a,um.ornatè dicens,oratorius.de Or.88.a. Reliquas utilitates à diſertis & ornatè dicentibus eſſe conſtitutas.de Or.92.b.Diſertos cognoui nonnullos,eloquentem adhuc neminem.Orat.198.a.Antonius diſertos ait ſe uidiſſe multos,eloquentem uero neminem. de D.102.a. Sed difficultas laborq; diſcendi diſertam neglig ẽtiam reddidit.& 125.b.Aliquem eſſe contra ſe copioſum & diſertum.I.A.179.b.Quaſi Rhetor ille te diſertum facere poſſet.pro Cæl.41.b.Homo diſertus.At.62.b. Diſertus epilogus.& Ep.44.a.Diſertæ literæ.& At.101.a. Diſertißima epiſtola.de Cl.173.a.Oratio neq; nimis infans, neque perfectè diſerta.de Or.105.a. Sic orationem illam diſertam ſibi & oratoriam uideri,fortem & uirilem non uideri.Or.198.a.Ita & doctis eloquentia popularis, & diſertis elegans doctrina defuit.

Diſiectus,a,um.diſperſus. Attic.120.a. Nos diſiecta manu pares aduerſarijs eſſe non poſſumus. ad Her.24.a.Res diſperſas & uagè diſiectas eligere.Diſiecta ſaxa. in Arato.

Diſijcio,is diſpergo. ℣ C.45.a.Dede,diſijce,p me licebit. Sal.in



Sal.in Cic.271.a.Idcirco reſp.diſiecta eſt eo tempore.

Diſiunctio,onis.de Pro.77.b.In diſiunctione ſententiæ,coniuncti tamen amicitia manemus.de Am.110.a.Statim alienatio & diſiunctio facienda eſt.contra Rul.69.a. Animorum diſiunctio diſſenſionem facit.pro Seſt.13.a.In tanta diſiunctione meorum.

Diſiunctio.enunciationis,ſeu argumentationis genus, cum una harum ponitur,aut,uel.de Nat.15.a.In omnibus diſiunctionibus in quibus eſt aut non ponitur,alterutrum uerum eſſe. Top.225.b. In diſiunctione plus uno uerum eſſe non poteſt.Acad.24.b.Diſiunctio è contrarijs eſt. de Fat.147.b.Epicurei dicunt ueras eſſe ex contrarijs diſiunctiones.

Diſiunctio.exornatio Rhetorica,cum eorum de quibus dicimus,aut utrunq;,aut unumquodq; certo concluditur uerbo,&c.Ad Her.32.b.

Diſiunctus,a,um.procul remotus,diſtãs.pro S.R.24.b.Quæ uita eſt maximè diſiuncta à cupiditate,& cũ officio coniuncta.pro Seſt.27.a.Græci longè à noſtrorum hominum grauitate diſiuncti.pro Cæl.48.b. Mores eius longißimè à tanti ſceleris atrocitate ſunt diſiuncti. I.P.80.a. Tamen ea quæ ſunt longißimè diſiuncta,comprehendam. I.P.99.a.Aetolia procul à Barbaris diſiuncta gentibus.de Ar.256.a.Quorum mentes longè à communi ſalute diſiũctæ ſunt.I.V.228.a. Fons munitione ac mole lapidum à mari diſiunctus.de Or.86.a.Quod longißimè eſt ab imperitorum intelligentia,ſenſuq; diſiunctum. de Am.104.a. Videre iam uideor populum Rom.à ſenatu diſiunctum. pro Pom.5.b.Duo loca diſiunctißima,maximèq; diuerſa. de Ar.Quod ex aliquo diſiuncto diuerſoq; monſtro ſignificatum caueremus,id,&c.Ep.6.a. Quoniam interuallo locorum & temporum diſiuncti ſumus. Acad.17.a.Nihil eſt diſiunctius ab ea cogitatione,quæ,&c.Ac.24.b.Omne quod ita diſiunctum ſit,quaſi,aut etiam,aut non:non modò uerum eſſe,ſed etiam neceſſarium.

Diſiungo,gis.dijungo,ſeparo,abalieno,diſtraho,diſsidium uel diſſenſionem facio, abalienationem diſiunctionemq; facio.Q.Fr.296.a.Ordinem de nobis optimè meritum,& à nobis,& à rep.diſiungemus.I.V.273.b. Qua ſi natura & genere diſiuncti ſint,qui ita diſsidẽt à nobis.I.A.165.a.Cæſar Pompeium à mea familiaritate diſiunxit. Ep.16.b.Nam ab orationibus diſiungo me ferè, referoq; ad manſuetiores muſas.de N.5.a. Qui honeſta à commodis non nomine,ſed genere toto diſiungerent.de Or.156.a.Sin eos diſiungent,hoc erunt inferiores,quod,&c. pro Syl.178.b.Diſiunxit,inquit,eos à colonis. de D.124.b. Diſiungere iumenta.

Diſpar,ris.diſparilis,impar,diſsimilis, diuerſus, uarius. pro Mur.134.a.Par dignitas,ſed diſpar fortuna in hoc & in illo fuit.de Pro.72.b.Et in utriuſq; pari ſcelere diſparem conditionem facit.Off.22.a.Sunt his alij multum diſpares.de D.127.a.Etenim geminorum formas eſſe ſimiles,uitam atq; fortunam plerunq; diſparem. de Sen.93.b. Animus ſimplex eſt,nec habet in ſe quicquam admiſtũ diſpar ſui atq; diſsimile. pro Plan.71.b. Honorum gradus ſummis hominibus & infimis ſunt pares,gloriæ diſpares. Or.125.a.Huic autem illa diſpar adiũcta ratio orationis. Off.28.a.O domus antiqua, heu quàm diſpari dominaris domino.de N.18.b.Diſparibus temporibus eadem ſpacia cõficere.& 20.b.At motus in utroq; diſpares. de Am.110.b.Diſpares mores diſparia ſtudia ſequuntur. Offic.46.a. Non uno modo in diſparibus cauſis affecti eſſe debemus. Off.24.b.Officia non eadem diſparibus ætatibus tribuuntur.I.V.245.b.& Ep.8.a.Varium ius ac diſpar conditio. de In.66.a.Ex diſpari genere culparũ.Tuſ.235.b.In diſparis animantis uitam tranſire.de Fin.66.a. Varietas enim latinum uerbum eſt,idq; propriè quidem in diſparibus coloribus dicitur,ſed transfertur ad multa diſparia,&c.

Diſparatum,ti. quod contradictorium indiſerti uocant.Eſt autem diſparatum in negantibus poſitum. de In.51.b.Diſparatum eſt, quod ab aliqua re, per oppoſitionem negationis ſeparatur:ut ſapere,non ſapere.

Diſparilis,le.diſpar.de D.97.a.Quæ omnia fiunt ex cœli uarietate,& ex diſparili aſpiratione terrarum.

Diſpartio,tis.diuido.de Nat.79.a. À Dijs immortalibus hominibus diſpartiri & diuidi ſomnia. I.A.215.b. Vt fortunas noſtras diſpartiat parricidis.Of.41.a.Aequabiliter prædam diſpartire.Acad.11.b. Diſpartire aliquid in minima.

Diſpartior,iris.diſpartio.de Leg.179.b. Iureconſulti quod poſitum eſt in una cognitione,id in infinita diſpartiuntur.

Diſpello,lis.diſcutio. Tuſcul.161.b.Eademq; philoſophia ab animo tanquam ab oculis caliginem diſpulit. Attic.106.a.Pecudes,quæ diſpulſæ ſui generis ſequuntur greges.

Diſpenſatio,onis.procuratio,adminiſtratio. In Vat.36.a.Eripueras ſenatui ærarij diſpenſationem. pro R.P.127.a.Rabirius curationem & quaſi diſpenſationem regiam ſuſcepit. At.245.b.Profectionem meam,ut uideo,Erotis diſpenſatio impedit.

Diſpenſo,as.diſpono,procuro.At.170.b. Qui noſtras res domeſticas diſpenſauit,neq; adeſt iſtic, neq; ubi terrarum ſit,ſcio.de Or.96.b.Inuenta non ſolum ordine,ſed etiam momento quodam diſpenſare atq; diſponere.

Diſperditio,onis.I.A.189.b.Antonius ad diſperditionem urbis uenire conatus.

Diſperdo,dis.diſsipo.contra Rul.61.a.Diſperdere ac diſsipare poſſeſsiones à maioribus relictas. Ep.66.a.Tot ciues Romanos occidit,arripuit,diſperdidit.

Diſpereo,ris.contra Rul.82.a. An caput ueſtræ pecuniæ diſperire patiemini.

Diſpergo,gis.diſijcio,diſsipo.de N.73.a.Puerum interea obtruncat,membraq; articulatim diuidit,perq; agros paßim diſpergit corpus.de Or.100.b.Dũ hæc quæ diſperſa ſunt coguntur. Acad.30.a.Cur deus mortifera tam multa terra mariq; diſperſerit. ad Her.31.b. & de In.49.a. Exornationes in cauſa diſpergemus.

Diſperſè.diffuſè.I.V.227.b.Nunc illa omitto,quæ diſperſè à me multis locis dicentur. de In.60.a. Res diſperſè & diffuſè dictæ.

Diſperſio,onis.diſsipatio. Attic.143.a. Diſperſione enim cõſulum actio de pace ſublata eſt,quam quidem ego meditabar.

Diſperſus,a,um.diſiectus,fuſus.pro Fl.152.a. Prædones toto mari diſperſi uagabantur.pro Pom.10.b.Bellum tam longè lateq; diſperſum.& 8.a.Membrorum collectio diſperſa.pro Seſt.22.a.Quodam tẽpore homines fuſi per agros ac diſperſi uagabantur.Q.de Pet.205.a. Vt omnia quæ in re diſperſa atq; infinita uiderentur eſſe,ratione & diſtributione ſub uno aſpectu ponerentur. ad Her.6.b. Narratio accuſatoris ſuſpiciones interiectas & diſperſas habere debet.

Diſpertio,tis.diſpartio,diuido, diſtribuo, diſtinguo. de Orat.152.a. Redeunt rurſus ad coniecturam,eamq; in quatuor genera diſpertiunt.de Cl.179.a.Diſpertire orationem

tionem in membra. pro Cluen.32.a. Pecuniam illam iudicibus diſpertiendam eſſe. In Ver. 118. a. Bona uerbo redigenda, re diſpertienda. I.C.Cæſar coniuratos municipijs diſpertiri iubet. pro Mur. 142. a. Romani homines, qui tempora uoluptatis laboriſq; diſpertiunt. de Or. 100.b. Deinde eorum generum quaſi quædam membra diſpertiat.

Diſpertitus,a,um. Ep.59.b. Mihi tecum ita diſpertitum officium eſt, ut tu, &c. At.145.b. Satius exiſtimo uos diſpertitos & in ſpeculis eſſe.

Diſpicio,cis. deſpicio, uideo. de D.125.b. Imbecillus animus uerum diſpicere non poteſt. At.35.b. Si diſpicere quid cœpero, ſcribam ad te. At.97.a. Nunc uelim diſpicias res Romanas. Quin.Fr.304.a. & 307.b. Sed ego quid ſperẽ non diſpicio. de Fin.134.b. Cum diſpicere cœperimus, & ſentire quid ſimus. Tuſ.157.b. Tamen acie mentis diſpicere cupiebant.

Diſpliceo, ces. odioſus ſum, iniucundus ſum. de Or.97 b. Atq; in ea exercitatione non ſanè mihi diſplicet, adhibet, &c. At.118.a. Mihi, quæ adhuc acta ſunt diſplicent. & ibi. Vereor ne tibi mea conſilia diſpliceant. Att.210.a. Inhibere illud tuum, quod ualde mihi arriſerat, uehementer diſplicet. Ep.5.a. Eſt quiddam tertium, quod neq; Selicio, neq; mihi diſplicebat. de Clar.183.a. Sed mihi placebat Atticus maximè, uel dicam minimè diſplicebat. pro Dom. 224.a. Nónne fieri poterat, ut populo de Cyprio rege placeret? de exulibus Byzantijs diſpliceret?

Diſpolio, as. priuo. Antequam.194.b. Qui ſunt aſſecuti ſummum gradũ honoris, non diſpoliabuntur honore. I.V.209.b. Vt etiam cum cæteris Siculis diſpoliaretur.

Diſpono, nis. diſpenſo, diſtribuo. de Or.96.b. Inuenta non ſolum ordine, ſed etiam momento quodam atq; iudicio diſpenſare atq; diſponere. de Or.155.b. Piſiſtratus Homeri libros antea confuſos ſic diſpoſuit, ut nunc habemus. Or.202.b. Verba ita diſponunt, ut pictores uarietatem colorum. At.59.a. Poſtea uerò quàm Tyrannio mihi libros diſpoſuit, mens addita uidetur meis ædibus. I.A.196.a. Sic uerò erant diſpoſita præſidia, ut ab ingreſsione fori populus propulſaretur. Ep.163.a. Qui locis omnibus diſpoſiti ſcrutabantur tabellarios. I.V.86.a. Signa ad columnas & omnib. intercolumnijs diſpoſita ſub Dio uidimus. ad Her. 30.a. Videndum eſt cuiuſmodi rationem in diſponẽdo habere conueniat.

Diſpoſitè. diſtinctè. I.V.220.a. Non poſſum diſpoſitè iſtum accuſare.

Diſpoſitio, onis. diſtributio, ordo, collocatio, οἰκονομία. de In.44.a. Diſpoſitio eſt rerum inuentarum in ordinem diſtributio. ad Her.1.a. Diſpoſitio, eſt ordo & diſtributio rerum, quæ demonſtat quid quibus in locis ſit collocandũ. & 19.b. Hæc autem diſpoſitio locorum tanquam inſtructio militum, facilè in dicendo, ſicut illa in pugnando parere poterit uictoriam. de Or.124.b. Ordo ac diſpoſitio argumentorum. & ibidem. Ratio ordinis & diſponendarum rerum.

Diſpoſitus, a, um. diſtinctus. de Or.151.b. Sed ita diſtinctum, ut ſint quaſi in ornatu diſpoſita quædam inſignia et lumina. Q.de Pet.208.a. Fac ut planè ijs in rebus deſcriptum ac diſpoſitũ ſuũ cuiq; munus ſit. pro Mur.131.a. Nũc de ſtudijs ad honorẽ diſpoſitis loquor. pro S.R.40.b. Aptam & ratione diſpoſitam ſe habere exiſtimant.

Diſputatio, onis. Ep.16.b. Scripſi etiam Ariſtotelico more tres libros, in diſputatione & dialogo de Oratore. de Or.85.a. Soleſq; nonnunquam hac de re à me in diſputationibus noſtris diſſentire. de Or.101.a. Infinitæ concertationumq; plenæ diſputationes. Off.40.b. Alia eſt illa, cũ ueritas limatur in diſputatione ſubtilius.

Diſputator, oris. Dialecticus. Off.1.b. Demetrius Phalereus diſputator ſubtilis, orator parum uehemens.

Diſputo, as. diſſero, iure & legibus diſceptando decerto, dico. de N.79.a. Quæ diſputaui, diſſerere malui quàm iudicare. Attic.146.a. Multa diſputas huic ſententiæ conuenientia. de Orat.94.a. Neq; hæc in eam ſententiam diſputo, ut homines, &c. I.A.250.b. Eas literas dum recito, dumq; de ſingulis ſententijs breuiter diſputo, quæſo attendite. Ep.37.a. Idq; me arbitror pro tribunali multis uerbis diſputauiſſe. Epiſt.37.a. Qui hæc diſputant: id eſt, dicunt. Epiſt. 110.a. Quæ ſunt à me in ſecundo libro per Antonij perſonam diſputata. de Orat. 127.a. Genus illud de quo antè diſputaui. & 97.b. Diſputare de omni re in contrarias partes. & 110.a. Diſputare de aliqua re cum aliquo. de Fin.55.a. Sed & argumentandum et accuratè diſſerendum, & rationibus conquiſitis de uoluptate & dolore diſputandum putant. de Fin. 90. b. Subtile ac ſpinoſum diſputandi genus. Tuſ.233.b. Acutè diſputantis eſt, uidere quid cuiq; dicendum ſit. Tuſ.194.a. Itaq; non inſcitè Dionyſius ad ea diſputat, quæ apud Homerum Achilles queritur, hoc, ut opinor, modo. Tuſ. 237. a. Neq; ego ullam in partem diſputo.

Diſquiſitio, onis. inquiſitio, inueſtigatio. de Ar.246. b. Ad facinoris diſquiſitionem intereſt adeſſe quamplurimos. pro Syl.182.a. In magnis diſquiſitionibus, repentiniſq; periculis uitam uniuſcuiuſq; eſſe teſtem. ad Her. 24. a. Pro argumento ſumere, quod in diſquiſitione poſitum eſt, uicioſum eſt.

Diſrumpo, pis. diuido, rumpo. Off. 56. a. Si propter ſuum quiſq; emolumentum ſpoliet aut uiolet alterum, diſrumpi neceſſe eſt humani generis ſocietatem. de D.117. a. Nubis tenuiſsimam quanq; partem diuidere atq; diſrumpere. In Vat.32.a. C.Coſconius noſter, quem diſrumperis, cum ædilitium uides. Att. 65.a. Diſrumpuntur ij, qui me poſſe aliquid doluerunt. pro Dom.233. a. Quare diſrumpatur licet iſta furia, bis ſeruaui, &c. At.66.b. Diſrumparis licet. At.109.b. Diſrumpor dolore.

Diſſauior, aris. ſuauior, oſculor. Ep.267.a. Tuoſq; oculos, etiam ſi te ueniẽs in medio foro uidero, diſſauiabor. Q.Fratris.

Diſſemino, as. diſpergo, diſsipo. pro Ar.191.b. Ego uerò omnia, quæ gerebam, iam tum in gerendo ſpargere me ac diſſeminare arbitrabar, in orbis terræ memoriam ſempiternam. pro Plan.271.a. Vos oro iudices ne fictis auditionibus, ne diſſeminato diſperſoq; ſermoni credatis. I.C. 119.a. Latius opinione diſſeminatum eſt hoc malum. manauit non ſolum, &c. I.A.173.b. Tot res tam diſsipatæ, tã diſtantibus in locis poſitæ.

Diſſenſio, onis. diſsidium, contentio. Or.105.a. Quibus in cauſis omnibus fuit inter peritiſsimos homines ſumma de iure diſſenſio. Q.Fr.309.b. Vehementer interfuit reip. nullam in eiuſmodi cauſa diſſenſionem eſſe. contra Rul.69.a. Non poteſtatum diſsimilitudo, ſed animorum diſiunctio diſſenſionem facit. pro Syl.178.b. Vt diſsidio ac diſſenſione facta poſſet, &c. Off.18.a. Qualis fuit inter P. Africanũ & Q.Metellum ſine acerbitate diſſenſio. et 61. a. Hæc eſt illa, quæ uidetur utilum fieri, cum honeſtis ſæpe diſſenſio quæ iudicanda ſunt. At.15. a. Non diſſenſione ac diſsidio ueſtro, ſed uoluntate ac iudicio tuo. de Cl.181.a. Itaque nunquam de bono oratore, aut non bono, doctis hominibus



nibus cũ populo diſſenſio fuit. de Fin.123.a. & Ep.8.a. De iſto magna diſſenſio eſt. de N.2.a. Qui deos eſſe dixerunt, tãta ſunt in uarietate ac diſſenſione conſtituti, ut, &c. pro Mar.153.b. Inter me & alium quempiam diſſenſio eſt. cõtra Rul.88.a. Commouere nouam diſſenſionem. & 87.a. Tumultus & diſſenſio ciuium.

Diſſentaneus, a, um. )( Conſentaneus. Part. 230.a. Vt ea quæ ſunt ipſi contrarióue eius, aut ſimilia, aut diſsimilia, aut conſentanea, aut diſſentanea.

Diſſentio, tis. diſsideo, diſcrepo, inter me & alium quempiam diſſenſio eſt, in alia uoluntate uel opinione ſum, in alia omnia eo uel diſcedo. de Nat.2.a. Res nulla eſt, de qua tantopere non ſolum docti, ſed etiam indocti diſſentiant. & 3.a. de Orat. 85. a. Soleſq; nonnunquam hac de re à me in diſputationibus noſtris diſſentire. Or.218.a. Ariſtoteles pæana ut optimum probat, à quo diſſenſio. pro Font.280.a. Galli à cæterarum gentium more ac natura diſſentiunt. I.C.116.a. Diſſenſit M.Lepidus Q.Catulo. de Fin.81.b. & 132.a. Græci maledictis inſectantur eos à quibus de ueritate diſſentiunt. de Fin. 68. a. Illi inter ſe diſſentiunt. I.A.244.b. Ciues inter ſe grauiſsimè diſſentientes. Offic. 67. a. Ego etiam cum Catone meo ſæpe diſſenſi. ad Her.4.a. Cum uidetur ſcriptoris uoluntas cum ſcripto diſſentire. de Arch.256.b. Sylla diſſenſi cum Mario. pro Syl.178.b. Diſſentire cum aliquo de aliqua re. Tuſc. 215.a. Vicioſitas eſt affectio in tota uita inconſtans, & à ſeipſa diſſentiens. de Fin. 106. b. Stoicos à Peripateticis non uerbis, ſed uniuerſa re & tota ſententia diſſentire. de Nat.1.a. Aliquos in magna uarietate ac diſſenſione conſtitutos eſſe.

Diſſero, ris. diſputo, dico. de N.79.a. Quæ diſputaui, diſſerere malui quàm iudicare. de Or.109.b. Cæſar dicebat te permulta cum Antonio de eloquentia diſſeruiſſe. et 89.a. Hæc ego cum ipſis philoſophis tum Athenis diſſerebam. pro Fl.155.a. Sed de hoc teſte diſſeruit, & ſubtiliter, & copioſè Q. Hortenſius. Ep.186.b. Quod pluribus uerbis in ſenatu diſſerui, & dixi in concione. de Fin.55.a. Sed & argumentandum, & accuratè diſſerendum, & rationibus conquiſitis de uoluptate diſſerendũ putant. At.137. a. Diſſerere in utranq; partem. Or.123. a. Dialectica ars diſſerendi, & uera ac falſa dijudicandi.

Diſsideo, des, diſſedi & diſsidi. diſſentio, diſcordo. )( Cõgruo. I.V.273.b. Quaſi natura et genere diſiuncti ſint, diſsident à nobis animo & uoluntate. Antequam.195.b. Hoſtes, qui in bello diſsident uoluntate, dimicant armis. de Or.96.a. Ita à ſententia ſcriptum diſsideat. Off.34.a. Temeritas, quæ à ſapientia diſsidet plurimum. de Clar.185.a. Niſi Quin. Cæpio nimis equeſtri ordini deditus, à ſenatu diſſediſſet. pro Seſt. 12. b. Conſules à Tribuno plebis poſt interitum meum diſsident? qui, &c. Acad.33. b. Definitio ſummi boni, de qua qui diſsident, de omni ratione uitæ diſsident. At.7.b. Quin immo inter ſe leuiter diſsident. Att. 105.a. Non rectum me in tantis rebus à Pompeio diſsidere. de L.166.b. Hi de re una ſolum diſsident, de cæteris mirificè congruunt. de Fat.149.a. Aliquos uerbis nõ re diſsidere. pro Mar.135.b. Non conſilijs ſolum & ſtudijs, ſed armis etiam & caſtris diſsidebamus. de Am.95. b. Cum P. Sulpitius capitali odio à Q.Pompeio diſsideret. pro Cor. 61.a. Odio quodam atq; diſsidio diſsidere ab aliquo. Acad. 36. a. Chryſippus cum Cleante doctore ſuo quàm multis rebus diſsidet. ad Her.8.b. Cum uoluntas ſcriptoris cũ ſcripto diſsidere uidetur. I.A.233.b. Nõ cum homine, ſed cum cauſa diſsideo. de Fin.61.a. Diſsidere à ſeipſo, ſecumq; diſcordare. & 106.b. & 58.a. Cupiditates intus in animis incluſæ inter ſe diſsident atq; diſcordant. de N.2. a. Opiniones uariæ, atq; inter ſe diſsidentes.

Diſsidium, dij. diſſenſio, diuortium. pro Cl.58.a. Sæpe fieri diuortia atq; affinitatum diſsidia uidimus. pro Syl. 178.b. Vt hoc diſsidio ac diſſenſione facta, oppidum in poteſtate poſſet habere. At.15.a. Non diſſenſione ac diſsidio ueſtro, ſed uoluntate ac iudicio tuo. pro Cæl.43.b. Magnum odium uideo cum crudeliſsimo diſsidio extitiſſe. pro Cor.61.a. Odio quodam atq; diſsidio diſsidere ab aliquo. de Am.110.b. Ne qua amicorum diſsidia fiant. Acad. 47. a. Doce quod et qua de cauſa diſsidium factum ſit, ut uideamus ſatis'ne iſta ſit iuſta defectio. de Fin.58.a. Odia, diſsidia, diſcordiæ, &c. de Ar.254.a. Diſsidium optimatium. pro Dom.232.a. Defleui coniugis miſeræ diſsidium. I.A. 169.a. Is deſideriũ tui diſsidij ferre non poterat. At.250.a Iulia non uult amplius ferre, cõſtitutum enim eſt diſsidiũ.

Diſsimilis, le. diſpar ab aliquo, uel cũ aliquo diſsimilitudinem habens. de Or.116.a. Exiſtimant artificiũ eſſe hoc quoddam non diſsimile cæterorum. de Cl.191.a. P.Craſſus diſsimilis cæterorum Craſſorum. Item: Tum excitatum, ſi non tam acerbum odium, attamen aut odij, aut inuidiæ nõ diſsimilis offenſio. de Fin. 134. a. Stirpium educatio quædam & perfectio eſt, non diſsimilis animantium. I.A.171. b. Antonius ſaturauit ſe ſanguine diſsimillimorum ſui ciuium. pro Dom.237.a. Aliquis mei diſsimilis. & ibi. Aliquis ſimilis iſtius. Ep.146.b. Qui te ab impiorum ciuium tui diſsimillimorum ſocietate ſeiungas. de Fin.109.b. Hoc ſic expoſitũ diſsimile eſt ſuperiori. Att.64.a. Nulla uis eſt naturæ, ut ſui diſsimilia poſsit effingere. de Cl.183.b. Quid tam diſsimile quàm Cotta Sulpitio? pro Syl.186.b. Et erat huic iudicio longè diſsimilis illa contentio. de Fin.139.b. In his uerò ætatibus, quis eſt tam diſsimilis homini, qui non, &c. de Cl.191.b. Quid eſt tam diſsimile, quàm Demoſthenes & Lyſias. de Cl.191.b. Qui ſunt inter ſe diſsimiles, & aliorum. de Or. 145.a. Res diſsimiles inter ſe, quæ tamen conſimili laude dignentur. de Or.120.a. Cum inter uos in dicendo diſsimillimi ſitis. Poſtquam. 203.a. In officio perſoluendo diſsimilis ratio pecuniæ debitæ eſt. pro Pl.273.b. Diſsimilis eſt pecuniæ debitio & gratiæ. de D.127.b. Eos qui naſcuntur eodem tempore poſſe in diſsimiles incidere naturas propter cœli diſsimilitudinem. Epiſt.8.a. Gaudeo tuam diſsimilem fuiſſe fortunam. I.C.106.a. Diuerſa Catilinæ ſtudia in diſsimili ratione. pro Mur.136.b. Quã turbam diſsimillimo ex genere diſtinguebant homines perculſi Syllani temporis calamitate.

Diſsimiliter. diſsimili ratione. contra Rul.72.b. & ad Her.10.a. Res diſsimiliter iudicatæ. & de Fin.66.

Diſsimilitudo, nis. uarietas, diſtantia. de Am. 110. a. Morum diſsimilitudo diſſociat amicitias. pro Cor. 61. a. Diſsimilitudo ciuitatum uarietatem iuris habet maximã. de D.128. b. Diſſimilitudo locorum diſsimiles hominum procreationes habet. de Or.107.a. Ius ciuile hãc habet ab illis rebus diſsimilitudinem, quod uox & geſtus, &c. iuris autem utilitas, etc. Ep.25.a. Genus inſtitutorum meorum diſsimilitudinem habet cum illius adminiſtratione. de D. 128.a. Quarum rerum tantæ diſsimilitudines ſunt, ut alia Romæ, alia Tuſculi eueniat ſæpe tempeſtas. de Fin. 128.b. Eſt etiam alia cum ipſis artibus ſapientiæ diſsimilitudo. de Fat.141.b. Quoniam tantum natura à natura diſtat, quid mirum eſt has diſsimilitudines ex differentibus cauſis eſſe factas. Off.21.b. Vt enim in corporibus magnæ diſſimilitudines ſunt, ſic in animis exiſtunt maiores uarietates. &

22.b.Innumerabiles aliæ diſsimilitudines ſunt naturæ, morumq; minimè uituperandorum.de Leg.162.a.Nulla diſsimilitudo eſt in genere. de Clar.191.b. Videat ne ignoret & gradus,& diſsimilitudines,& uim, & uarietatem Atticorum.

Diſsimulanter.obſcurè.)(.Apertè.de Or.122.a. Id tamen diſsimulanter facere,prudentia eſt.de Cl.190.a.Numeri non apertè & eodem modo,ſed uariè diſsimulāterq; concluſi.Ep.5.b.Cæteri ſunt partim obſcurius iniqui,partim non diſsimulanter irati.

Diſsimulantia,tiæ.ironia,diſsimulatio. de Or.134.a. Socratem opinor in hac ironia diſsimulātiaq; longè lepôre & humanitate omnibus præſtitiſſe.

Diſsimulatio,onis.diſsimulantia,ironia.de Or.133.b. Diſsimulatio eſt cum alia dicuntur ac ſentias.& 141.a. Aliquādo euolutus es illis integumentis diſsimulationis tuæ. de Or.162.a.Tum illa,quæ maximè quaſi irrepit in hominum mentes alia dicentis ac ſignificantis diſsimulatio.Off. 64.a.Ex omni uita ſimulatio diſsimulatioq; tollenda eſt. Ac.5.a.Socrates autem de ſe ipſo detrahens in diſputatione,plurimum tribuebat ijs,quos uolebat refellere: ita cum aliud diceret atq; ſentiret,libēter uti ſolitus eſt ea diſsimulatione,quam Græci εἰρωνείαν uocant,quam ait etiam in Africano fuiſſe Fannius.

Diſsimulo,as.occulto,conniueo.At.118.b.Diſsimulare enim non potero,mihi quæ adhuc acta ſunt, diſplicere. pro Cl.28.b.Neq; id obſcurè ferebat,nec diſsimulare poterat. pro Dom.237.b. Non diſsimulo me neſcire ea,quæ etiam ſi ſcirem,diſsimularem. pro Plan.274.b. Cæteri uera beneficia etiam minora diſsimulant, ne obligati eſſe uideantur. pro Seſt.10.b. Diſsimulare aliquid ſilentio. Epiſt.148.a. Multa & ſimulaui inuitus, & diſsimulaui cum dolore.I.C.103.a.Nonnulli ſunt, qui ea quæ uident, diſsimulant. pro Mur.133.b.Etiam illos qui diſsimulant, non ſolum eos qui fatentur.Off.21.b.Si quis eſt paulo erectior,occultat & diſsimulat appetitum uoluptatis. pro S. R.32.b.Tenuitas hominis diſsimulari nō poteſt:id eſt, diſsimulando negari.At.16.a.Fingere,diſsimulare,& obtegere.Oct.329.b. Vt iſta diſsimulare poſsit.

Diſsipabilis,le.diſſolubilis.de N.65.b.Aer natura cedens eſt maximè & diſsipabilis.

Diſsipatio,onis.diſſolutio.de Nat.15.b.Epicurus corporum concretionem fugit,ne interitus & diſsipatio conſequatur.Attic.197.a.Diſsipatio pecuniæ publicæ. I. A. 248.a.Tantum ei pecuniam decreuiſtis, quantam ex bonis patrijs in prædæ diſsipatione inimicus uictor redegiſſet.I.A.248.a.Sed hanc mihi diſsipationem pro paterna neceſsitudine depoſco.

Diſsipatus,a,um.diſperſus,diſſolutus. pro Seſt.22.a. & Tuſ.161.a.Homines diſsipatos unum in locum congregare. pro Dom.216.a.Depulſis ac diſsipatis copijs hoſtium.At.243.a.Prorſus diſſolutum offendi nauigiū, uel potius diſsipatum.de Cl.184.a.Curio cùm tardus in cogitando,tum inſtruendo diſsipatus fuit. Poſtquam.209.b. Aliquis fractus & propè diſsipatus.

Diſsipo,as.diſpergo,diſperdo,diſſoluo,diffundo, conſumo,conficio,diſtraho.de Natur.33.b. Ignis quocunque inuaſit,cuncta diſturbat ac diſsipat.de Orat.129.b. Nihil ſupereſt,libidines totum diſſipauerunt. pro Seſt.28.a.Euerſa domus eſt,diſſipati liberi,rapta coniux. I. P. 99.b. Illi ſtatuam iſtius deturbant,affligunt,comminuunt,diſsipant. Poſtquam.202.a.Mihi,quod potuit ſceleratorum furor detrahere,eripuit,abſtulit,diſsipauit. Tuſcul.152. a.Qui diſcedere animum cenſent,alij diſsipari ſtatim, alij diu permanere,alij,etc.de Diuin.96.a.Simia omnia, quæ erant ad ſortem parata,diſturbauit,& aliud aliò diſſipauit. In Vat.36.a.Subſellia diſſipauit,urnas deleuit.de Diuin.122.b.Simia urnā euertit,ſortes diſſipauit. pro Pom. 8.a.Medeam prædicant in fuga fratris ſui membra in ijs locis,quà ſe parens perſequeretur,diſſipauiſſe. Epiſt.23. b.Capere,occidere,& diſſipare hoſtes.& 190.a.Diſſipare claſſem.Tuſ.152.a.Animum diſſipari,diſſolui, & interire.Or.220.a.Facilius eſt apta diſſoluere, quàm diſſipata connectere.contra Rul. 61.a. Diſperdere ac diſſipare patrimonium.& 84.a.Effuſis ac diſſipatis fluctibus ueſtris.Epiſt.53.a.Habemus etiam rationem rei familiaris tuæ,quam diſſipari nolumus.Epiſt.56.b.Diſſipare fortunas. de Nat.74.b. Poſtremò à parco patre quod ſumas, quanto diſſipas libentius. de Am.100.a.Amicitia omnia contrahit,diſcordia diſſipat. pro Plan.271.a.Maledicto nihil facilius emittitur,nihil latius diſſipatur. pro Fl. 149.a.Diſtributis partibus ſermo eſt tota Aſia diſſipatus,Cn.Pompeium,&c.de Orat.100.b. Omnia, quæ ſunt concluſa nunc artibus,diſperſa & diſſipata quondam fuerunt.I.A.261.a.Diſſipare famam uel rumorem. I.V.79. b.a.Cum iſtius amici ſermones huiuſmodi diſſipauiſſent, me,&c.de Orat.88.a. Genus hominum in montibus & ſyluis diſſipatum.& 121.b.Ius ciuile,quod nunc fuſum & diſſipatum eſt,in certa genera cogere, & ad artem facilè redigere.

Diſſocio,as.diſiungo. de Am.110.a.Morum diſſimilitudo diſſociat amicitias.de Orat.149.b.Poſtea diſſociati à Socrate,diſerti à doctis. Attic.65.a. Diſſociatis animis ciuium.

Diſſolubilis,le.diſſipabilis.)(.Indiſſolubilis.de N.65. b.Animal mortale,diſſolubile,& diuiduū eſt.& 6.a. Coagmentatio diſſolubilis.

Diſſoluo,uis.reſcindo,ære alieno me libero. I.A.156 b.In maximis rebus,id eſt,in legibus,acta Cæſaris diſſolui ferendum non puto. pro Dom.223.a.His uerbis ſcripta eſt iſta proſcriptio,ut ſeipſa diſſoluat.In Arat.156.a. Ea lege omnes iudiciariæ leges Cæſaris diſſoluuntur. pro Syl.177.b.Diſſoluere æs alienum. pro Quint.3.a.Per te C.Aquili decidit Quintius, quod liberis Scapulæ diſſolueret. In Ver.187.b. Pecuniam tenere, ne quicquam ulli diſſoluere. Attic.234.b.Tibi aſſentior maiorem eius πρᾶξιν fore,ſi mihi quod debet,diſſoluerit. Attic.261.a. Illi turpe erit eo nomine,quod ſatis dare debeat, procuratores eius non diſſoluere.Tuſcul.170.a.Ego uerò Lycurgo maximam gratiam habeo,qui me ea pœna mulctauerit,quam ſine mutatione,& ſine uerſura poſſem diſſoluere.Offic.57.a.Quam ſi ad ſe quiſq; rapit,diſſoluetur omnis humana conſociatio.pro Quint.3.a. Facilius eſt apta diſſoluere,quàm diſſipata connectere.Orat.220.a. Compoſiti oratoris bene ſtructam collocationem diſſoluere permutatione uerborum. & ibidem. b.Iſti, ut eſt in prouerbio,ſcopas(ut ita dicam)mihi uidentur diſſoluere. de Sen.92.a.Opus ipſa ſuum eadem quæ coagmentauit, natura diſſoluit.de Vn.202.a.Indiſſolubiles quidem eſſe non poteſtis,non tamen diſſoluemini. Offic.75.a.Fraus conſtringit,non diſſoluit periurium. pro Cecin.286.a. Id iam mala conſuetudine diſſolutum eſt. pro Mur.139.b. Miſericordia commotus ne ſis,etiam in diſſoluenda ſeueritate.de Leg.175.b.Quod inſtitutum peritè à Numa poſteriorum



riorum pontificum negligentia diſſolutum eſt.cōtra Rul. 73.a.Interea diſſoluant iudicia publica,de conſilijs aduocent quos uelint.In Ver.246.a.Pecuniamq; ex S.C.& ex lege diſſoluerant. de Or.100.b.Ars quæ rem diſſolutam & diuulſam conglutinaret,& ratione quadam conſtringeret.pro S.R.37.a.Diſſoluere amicitiam.& pro Quin. R.51.a.Diſſoluere ſocietatem.Tuſ.153.a.Diſſolui, diſsipari,interire.Acad.19.a. Chryſippus multa contra ſenſus, quæ in conſuetudine probantur,diſſoluit. de N.65.a.Illa autem,quæ Carneades afferebat,quemadmodum diſſoluiſtis?de Or.123.a. & ibi. &c. Dialectici multa inueniunt, quæ non poſſunt ipſi diſſoluere. de D.110.b. Quomodo autem mentientem diſſoluas,quem pſeudomenon uocant, dialectici dicent.

Diſſolutè.remiſſè,indulgenter,negligenter,ignauè. At.228.a.Ei nec crudeliter quicquam eripui,nec diſſolutè quicquam remiſi.I.V.239.a.Factum clementer.)(.Factū diſſolutè.pro Cec.305.Ius ſuum diſſolutè relinquere. I. A. 205.b.Res confecta eſt minus quidem illa ſeuerè quàm decuit,non tamen omnino diſſolutè.

Dogma,tis.decretū,quaſi dictatū,præceptū,θεόρημα. de Fin.33.b.Scelus enim dicebas eſſe Lucullle, dogma prodere.de Fin.8.a. Sapientia neq; de ſe ipſa dubitare debet, neq; de ſuis decretis,quæ philoſophi uocāt δόγματα,quorum nullum ſine ſcelere prodi poterit: cum enim decretū proditur,lex ueri rectiq; proditur. & 86.b. Vt prouerbia nonnulla ueriora ſint, quàm ueſtra dogmata. pro Mur.138.b.Zenonis ſententiæ ſunt & præcepta huiuſmodi,Sapientem gratia nunquam moueri,&c.de Fat.143.a. Præcepta appello,quæ dicuntur Græcè θεωρήματα. Præceptum medicorum:ſi cui uenæ ſic mouentur, is habet febrem.l.Vena.de Fat.142.a.Sunt igitur aſtrologorū præcepta hiuſmodi:ſi quis uerbi cauſa,oriente canicula natus eſt, is in mari non morietur.

Dolatus,a.politus.Acad.25.b.Nonius.

Dolens,tis.dolenter.Parad.122.b.

Dolenter.dolens.de Or.128.a.Caſus humanarum miſeriarum grauiter accipiuntur, ſi dicuntur,dolentur. & Orat.209.a. Epiſt.159.a. Dolenter me hercule magis, quàm inimicè facio. I.A.218.a. Dolenter hoc dicam potius, quàm contumelioſè. pro Dom.232.b. Atq; ita ut dolenter abſis.





Doleo,es.dolorem capio uel accipio,condoleo,indoleo, mœreo,angor,dolenter fero, angor animo,dolore ardeo, ingemiſco,acerbè fero,dolorem animo capio,moleſtiā capio,in dolore & mœſtitia ſum,dolor mihi accidit,in dolore ſum uel mœrore potius,dolori eſſe.de Or.104.b.Nemo ingemuit, nihil cuiquam doluit, nemo eſt queſtus, nemo remp.implorauit,nemo ſupplicauit.pro Mur.134.a.Cui placet,obliuiſcitur,cui dolet,meminit. pro Cæl.45.a. Si egebis,tibi dolebit. Att.288.b.Dolet mihi,quod tu non ſtomacharis.Epiſt.70.b.Doleo quia doles & angere. Attic. 251.b.Dummodo doleant aliquid,doleant quidlibet.Brut. 165.a. Si id dolemus, quod eo iam frui nobis non licet, noſtrum eſt id malum. Attic.186.b.De Atticæ febricula ſcilicet ualde dolui. Epiſt.64.a.Quædam peſtes hominum laude aliena dolentium. pro Flac.158.a. Non enim omnia quæ dolemus,eodem iure queri poſſumus. Attic. 278. a.Et eſt dolendum in tam graui uulnere.Oct.329.b. Quis iſta aut diſsimulare poſsit,aut non dolere? & pro Seſt.28 a.Qui meum caſum luctumq; doluerūt.Tuſ.207.b. Quid ergo? illud quod Alcibiades dolebat,non ex animi malis uicijſq; conſtabat. In Vat.35.a. Quis tum non ingemuit? non doluit Reip.caſum? pro Cæl.42.a. Qui ex omnibus maximè Dionis mortem doluit. Ep.197.a.Hæc à te ulciſcenda ſunt, etiam ſi non ſint dolenda. & 122.a. À te peto,ut meas iniurias perinde doleas,ut me exiſtimas & dolere,& ulciſci tuas ſolere. & ibi. Doleo dolorem tuum. At.133.a.Vt meam uicem doleres, cum me uideres deriderí.& 118.b.Pompeius,cuius ego uicem doleo.I.V.99.a. Si alienam uicem pro noſtra iniuria doleremus. At. 92.b. Curionis & Pauli meorum familiarium uicem doleo. At. 92.b. Equidem doleo non me tuis literis certiorē fieri. At. 58.a. Noſq; malo ſolatio, ſed nonnullo tamen conſolamur, quod ipſius uicem minimè dolemus. & 95.b. De Hortenſio te certò ſcio dolere. pro Plan.266.a. Omnibus illa iniuria dolori fuit. Q.Fr.305.a.Illud mœreo,quod &c.id eſt,doleo.

*Dolium,lij.uas amplum in quo uinum in annū reconditur.de Cla.192.b.Qui hoc ſentiat,ſi is potare uelit,de dolio ſibi hauriendum putet?

Dolo,as.edolo.de D.126.b. Quis robur illud cæcidit? quis dolauit? de Or.113.b.Dolare aliquod opus.

Dolopes,pum.pop.I.P.99.a.

Dolor,oris.mœror,acerbitas, lachrymæ, acerbus ſenſus animi uel corporis,animi cruciatus,ſenſus. Att.120.b. In utraq; re ſumma difficultas erit, ſummus animi dolor. Tuſ.213.a.Dolor eſt ægritudo crucians. Att.142.b. Plus apud me ualere beneficij gratiam, quàm iniuriæ dolorem uolo. de Pro.78.a.Ego dolorem & inimicitias meas reipub.conceſsi.I.A.217.b.Quanquam proprios dolores ſuarum rerum omnes habebant,tamen huius ciuitatis miſerijs non poterant non commoueri.de Pro.79.a. Sed ego in hac ſententia dicenda non parebo dolori meo, nec iracundiæ ſeruiam. & ibi. Tamen aliquam dolori meo ueniam tribueretis.pro Clu.19.b.Huic nihil poteſt offenſionis accedere,ſine acerbiſsimo animi ſenſu & dolore. de Arat. 247.b. Animi quidam dolor homines aliquando effert ad gloriam in refutandis maledictis improborum. Att.175. b.Sed augeo commemorando dolorem & facio etiam tibi.pro Dom.232.b.Accepi magnum atq; incredibilem dolorem.& Ep.47.b. Eſt omnino uix conſolabilis dolor. At.124.a. Sed hæc omittamus. augemus enim dolorem retractando.& 45.b.Ne ſcindam dolorem meum.& 49.a. Augere mœrorem.de Or.127.a.Et eorum dolorem qui lugebant ſuos,oratione refricabant.& ibi. Nihil mihi ad dolorem acerbius accidere poterat.pro Dom.242.b.Vt perpetuum dolorem auulſus à meis ſuſtinerem.I.C.118.a. Mihi hæc conditio conſulatus data eſt, ut omnes acerbitates, omnes dolores cruciatuſq; perferrem.pro Cæl.44.a.Minimum enim dolorem capiet,qui illam non uidebit. de Cl. 165.a. Opinione omnium maiorem animo cepi dolorem. & Epiſt.5.b.Summus dolor, quem in rebus tuis capio.de Clar.176.a.Is cum remiſerant dolores pedum, non deerat in cauſis.Quin.Frat.305.a.Sed omnis dolor eſt,quod &c. & 300.b. Atq; his dolor eſt,quod,&c. & 315.b.Faciam ut in medio dolore ac deſiderio mei læteris.pro Mur. 145.a.b. At habet magnum dolorem, unde cum honore deceſſeris,eódem cum ignominia reuerti. de Orat. 203. b. Quid eſſet iracundia, feruór ne mentis, an cupiditas puniendi doloris. de Arat.152.b. Hominibus iniuria tui ſtupri illata in ipſos, dolori non fuit. & 254.a. Cauſa grauis & cum aliquo animi & iuris dolore coniuncta. I.V. 258.b. Ille facilè dolorem corporis patiebatur. pro Seſt. 14.a.Hunc dolorem pepeti malui, quàm, &c. pro Cæl. 50.a. Vidi enim & illum hauſi dolorem, uel acerbiſsimū in uita, cum, &c. I.V.210.b.Hæ res magnum & acerbum dolorem commouent,mulierculis præſertim. Epiſt. 50.b. Nullus dolor eſt, quem non longiuquitas temporis minuat atq; molliat. Attic.138.b. Obſecro te,eripe mihi hunc dolorem. & ibi. Non angor, ſed ardeo dolore. & 85.b. Accipiam equidem dolorem, mihi illum iraſci. & 110.a. Hoc tamen profecit, dedit illi dolorem. I.V.231.b. Exiſtimare uos hoc uolo, mirum quendam dolorē accidere ijs, ex quorum urbibus hæc auferantur. At.4.a. Terentia magnos articulorum dolores habet. Octa.329.a. Nulla remedia tam faciunt dolorem,quàm quæ ſunt ſalutaria. Tuſ.246.b.Si uoluptas dolorem effectura ſit.de Fin.53.b. Vt omittam dolorem,quem optimus quiſq; pro patria & pro ſuis ſuſcipit. & 56.b. Aliquem in uoluptate eſſe aut in dolore. Epiſt.51.b. Sed opprimor interdum & uix reſiſto dolori.Ep.52.a. Nec cum dolorem,quem à Repub.capio, domus iam conſolari poteſt, nec domeſticum Reſp. Ep.72.a. Exhaurire alicui uniuerſum dolorem.& 50.a.Minuere dolorem.)(.Augere dolorem. & 70.a. Abijcere omnem dolorem.Ep.81.a.Hoc loco uides me augere dolorem tuum,quem conſolando leuare debeam.Ep. 52.a.Cuius in ſermone et ſuauitate omnes curas doloreſq; deponerem. Epiſt.47.a.Vehementer eſſe ſolicitum,& in communibus miſerijs præcipuo quodam dolore angi. & 81.b. Quanto fuerim dolore meminiſti, in quo, &c. I.A. 230.b. Magno in dolore ſum, uel mœrore potius,quē accepimus ex crudeli morte Trebonij. & 238.b.Quàm acerbiſsimum alicui dolorē inurere. Ep.4.b. Afficior ſummo dolore, eiuſmodi tempora,&c.Tuſ.186.b. Et tamen fuiſſe acrem morſum doloris idem Marius oſtendit,crus enim alterum non præbuit:ita & tulit dolorem ut uir,& ut homo maiorem ferre ſine cauſa neceſsaria noluit. Att. 190. b. Recordationes effugio,quæ quaſi morſu quodam dolorem efficiunt. At.45.b. De luctu & dolore.& ibi.Dies leuat luctum.& ibid.Cæteri dolores mitigantur uetuſtate.

Doloſè.malicioſè,ex inſidijs,ex occulto.Off.64.a.Doloſè & malicioſè agere aliquid. & 22.a.Ex occulto agere aliquid.

Doloſus,a,um.malicioſus.pro R.P.123.b.Ptolemæus doloſis conſilijs regno pulſus.

Dolus,li.fraus,fallacia,machina, inſidiæ, ſubeſſe aliquid. de N.74.b. Doli, machinæ,fallaciæ,præſtigiæ,ſine

ratione eſſe non poſſunt. & ibi. Commoliri dolos & fallacias ad aliquem in uerſu. Top. 224. a. Dolus malus eſt, cum aliud agitur, aliud ſimulatur. Off. 64. b. Simulatio & diſsimulatio dolus malus eſt. & 70. b. Pacta ſemper ne ſint ſeruanda, quæ nec ui, nec dolo malo, ut prætores dicere ſolēt, facta ſint. de N. 75. a. Iudicia de fide mala, & iudicium de dolo malo. & ibi. Quæ exempto & uendito contra fidem fiunt. Top. 226. b. Bona fide.)(. Dolo malo. Off. 64. a. Aquilius protulit formulas de dolo malo. & ibid. Iſte dolus legibus erat uindicatus. & ibid. Iudicia in quibus ex fide bona agitur. de N. 75. a. Iudicium de dolo malo, quod Aquilius protulit, quem dolum idem Aquilius tum teneri putat cum aliud ſit ſimulatum, aliud actum. Ad Her. 16. b. Dolus conſumitur in pecuniam, pollicitationes, diſsimulationes, maturationes, mentiones, &c. & 40. b. Dolis malicioſa Carthago. & 17. b. Nam quod in dicendo rei dilucidandæ cauſa dolum appellauimus, id in dicendo honeſtius conſilium appellabimus. At. 1. b. Agere cœpit cum eius fratre de ijs rebus, quas eũ dolo malo accepiſſe de Vario diceret. pro Fl. 161. b. Adductus eſt in iudicium Polemocrates de dolo malo, & de fraude à Dione huius ipſius tutelæ nomine. pro Dõ. 220. b. Illud in primis ne qua calumnia, ne qua fraus, ne quis dolus adhibeatur. Off. 62. a. Sine inſidijs agere quodpiam.

Domeſticus, a, um. familiaris, inteſtinus, uernaculus, priuatus, intimus.)(. Externus, alienus. In Vat. 35. a. Quis unquam in luctu domeſtico, in funere familiari cœnauit cum toga pulla? Of. 38. a. Externa libentius in tali re, quàm domeſtica recordor. Epiſt. 59. b. Ego urbem à domeſticis inſidijs, & ab inteſtino ſcelere defendi. I. V. 179. b. Domeſticum atque uernaculum crimen. & 84. a. Occultum inteſtinum ac domeſticum malum. Ad Her. 24. a. Domeſtico & ſui ipſius teſtimonio abuti. de Orat. 116. b. Stultitiæ ſuæ quàm plurimos teſtes domeſtico præconio colligere. Arat. 248. a. Huius gentis ac terræ domeſticus natiuusq; ſenſus. Tuſc. 148. a. Res domeſticæ & familiares. pro Seſt. 23. b. Domeſticis malis impediti.)(. Bene de rebus domeſticis conſtituti. Difficultate domeſtica laborare. l. Difficultas.

Domicilium, lij. domus, habitatio, ſedes, tectũ. de N. 45. a. Si eſſent qui ſub terra habitarent bonis & illuſtribus domicilijs. contra Rul. 83. b. Vt aratores cultu agrorum defeſsi urbis domicilijs uterentur. pro Arch. 186. b. Cum hic domicilium Romæ multos iam annos haberet. contra Rul. 85. b. Coloni Capuæ in domicilio ſuperbiæ atque in ſedibus luxuriæ collocati. poſtquam. 207. b. In qua urbe domicilium quondam ſuperbiæ fuit. Tuſc. 153. a. In cœlum quaſi in domicilium ſuum peruenire. pro Arch. 187. a. Sedem omnium rerum & fortunarum ſuarum Romæ collocauit. & ibid. At domicilium Romæ habuit. pro Corn. 57. a. Pompeij gloriæ domicilium communis imperij finibus terminatur. I. P. 96. a. Qui familiaritatis licentia ſuorum improbiſsimorum ſermonum domicilium in auribus ueſtris eius impulſu collocauerunt. de N. 16. a. Humanam figuram domicilium mentis eſſe. Ep. 263. a. Cui uerbo domicilium eſt proprium in officio. pro D. 238. b. Conſecrantur ædes, non priuatorum domicilia. pro Arch. 186. b. Si in Italia domicilium habuiſſent. I. V. 110. a. Sedes ac domicilium collocare. de Sen. 90. a. Lacedæmone eſſe honeſtiſsimum domicilium ſenectutis. & 93. a. Eſt enim animus cœleſtis ex altiſsimo domicilio depreſſus in terram. pro Rab. 93. a. Quem cenſoriæ leges urbis domicilio carere noluerunt. Ep. 103. a. Erat enim multo domicilium huius urbis aptius humanitati tuæ. de Clar. 138. b. Firma tecta in domicilijs habere. de Or. 92. a. In hoc domicilio imperij & gloriæ.

Domina, næ. princeps, regina. Of. 57. b. Hæc enim uirtus eſt domina & regina uirtutum. & 40. b. Voluptates blandiſsimæ dominæ. pro Mar. 132. a. Fortuna domina rerum humanarum. I. P. 80. a. Sit ſanè ſors domina campi. Parad. 123. b. Cupiditas honoris quàm eſt imperioſa domina. de L. 182. a. Et in ea lamina ſcriptum, Domina honoris.

Dominatio, onis. dominatus, tyrannis, regnũ. At. 110. b. Idē fecero, quod in Cinnæ dominatione & Marij tyrannide Philippus. I. A. 190. a. Non modò crudelis & ſuperba dominatio nobis, ſed ignominioſa etiam & flagitioſa eſt ferenda. Epiſtol. 163. a. Vita ſub dominatione miſera eſt. ad Heren. 30. a. Ne fortuna magnam in nos habeat dominationem. I. V. 108. a. Dominationem expectant, rerum potiri uolunt. contra Rul. 64. a. Nouam dominationem ſibi comparare. Attic. 115. a. Nihil Cæſari minus expedit ad diuturnitatem uictoriæ & dominationis. & 125. a. Dominatio quæſita ab utroq; eſt. I. V. 72. b. Dominatio regnumq; iudiciorum. de In. 82. b. Rationis in libidinem dominatio.

Dominatrix, cis. domina. de In. 42. a. Dominatrix animi cupiditas.

Dominatus, tus. dominatio, principatus.)(. Seruitus. de D. 57. a. Terrenorũ cõmodorum omnis eſt in homine dominatus. de N. 31. a. Digniſsimus poteſtate & dominatu omnium rerum. pro Deiot. 149. b. In dominatu ſeruitus fit, in ſeruitute dominatus. de D. 91. b. Vrbs ab Alexandro tyranno crudeli dominatu premebatur. I. A. 238. a. Caſsio mea ſententia dominatum & principatũ dedi. Parad. 123. b. Dominatus cupiditatum. & ibid. Iudex uerò quantum habet dominatum? Of. 33. a. Cum dominatu unius omnia tenerentur. pro R. P. 128. b. Dominatus eſt, inquit, Alexandriæ, imò uerò in ſuperbiſsimo dominatu fuit. pro Dom. 226. b. Aliquem nouo dominatu pulſum eſſe. de Or. 129. b. & pro Dom. 235. b. L. Brutus populum Romanũ dominatu regio liberauit. de Finib. 115. a. Cum autem aſſumpta ratio eſt, tanto in dominatu locatur, ut omnia illa prima naturæ, huius tutelæ ſubijciantur. Tuſ. 239. a. Occupare dominatum.

Dominor, aris. rerũ potior, regno, teneo, dominatum teneo, dominatu teneo, dominatu premo, imperium in aliquos teneo. de Fin. 32. a. Cleantes ſolem dominari, & rerũ potiri putat. pro R. P. 128. b. Dominatus eſt, inquit, Alexandriæ, imò uerò in ſuperbiſsimo dominatu fuit. In hoc exemplo, Alexandriæ urbis, genitiuus eſt, non datiuus: ut ſi dicas, Cæſar dominatus eſt Romæ: id eſt, in urbe Roma. Or. 218. a. Vbi libido dominatur, innocentiæ leue præſidium eſt. de Sen. 85. a. Libidine dominante, temperantiæ locus non eſt. de Or. 87. b. Hæc una res in ciuitatibus ſemper floruit, ſemperq; dominata eſt. I. V. 58. b. & 104. a. Dominari in iudicijs. Orat. 204. a. Atque hæc in oratore dominabuntur. Tuſ. 164. a. Vetat enim dominans ille in nobis deus. de Or. 111. b. Vſus dicendi in omni pacata & libera ciuitate dominatur. pro Quin. 17. b. Improbos in capite fortuniſq; hominum honeſtiſsimorum dominari. & 18. a. Dominari in bonis alicuius. Quin. Fr. 290. b. Neq; eiuſmodi partem reip. geris, in qua fortuna dominetur. Ep. 55. b. Caſus & fortuna in bonis dominatur. pro Cecin. 298. a. Nimia potentia in ciuitate dominatur. de Sen. 84. b. Senectus honeſta eſt, ſi nemini mancipata eſt, ſi uſque ad extremum



ſpiritum dominatur in ſuos. de Sen. 84. b. Tenebat non modò autoritatem, ſed etiam imperium in ſuos. Offic. 28. a. O domus antiqua, heu quàm diſpari dominaris domino. I. A. 180. a. O tecta miſera quàm diſpari domino, quanquam, &c. ſed tamen quàm à diſpari domino tenebantur. pro Mil. 116. b. Dominante homine furioſo. Offic. 43. b. Vt nos adoleſcentes contra L. Syllæ dominantis opes fecimus. pro Cluen. 31. b. Beſtiæ fame dominante, plerunque ad eum locum, ubi aliquando paſtæ ſunt, reuertuntur.

Dominus. rex, princeps, tyrannus, imperator. Off. 68. b. Ecce tibi qui rex populi Rom. dominuſq; omnium gentium eſſe cõcupierit. de Leg. 189. b. Senatus eſt dominus publici conſilij. pro Dom. 231. a. Populus dominus regum, uictor atq; imperator omnium gentium. I. A. 207. b. Populus Romanus uictor dominuſq; omnium gentium. pro Plan. 261. a. Hic princeps populus & omnium gentium dominus atq; uictor. contra Rul. 70. a. Hos omnium rerum dominos habebimus. I. V. 163. a. Aratorum dominus & rex. de Fin. 61. a. In diſcordia dominorum domus beata eſſe non poteſt. Acad. 32. a. Cogimur diſſenſione ſapientum dominum noſtrum ignorare. de Vn. 198. b. Deus animum ut dominum atq; imperatorem obedienti præfecit corpori. Att. 191. b. In omni mutatione dominorum, qui innumerabiles fieri poſſunt in infinita poſteritate. Tuſc. 192. b. Qui ita ſit affectus, eum dominum eſſe rerum ſuarum uetant XII. tabulæ. pro S. R. 31. b. Ne tandiu quidem dominus erit in ſuos, dum ex ijs de patris morte quæratur? de Sen. 87. a. Libenter uerò iſtinc tanquam à domino agreſti ac furioſo profugi. de N. 76. b. Dionyſius tyrannus opulentiſsimæ ciuitatis. Tuſc. 158. b. Liberatos enim ſe per eum dicunt grauiſsimis dominis, terrore ſempiterno & diuturno ac nocturno metu. de Fin. 108. b. Deus ſummus rector & dominus. de Leg. 172. a. Dominos eſſe omnium rerum & moderatores deos. pro Cor. 61. a. Sui quemq; iuris & dimittendi & retinendi eſſe dominum. de Sen. 89. a. Semper boni & aſsidui domini referta cella uinaria, olearia, penuaria eſt. pro Dom. 234. b. Cum uir bonus dominum ſe in ſuis ædibus eſſe uoluiſſet. In Vat. 35. a. Cum ipſe epuli dominus. Quin. Arrius albatus eſſet. I. A. 249. b. Nã ſi ipſe ſeruire poterat, nobis dominũ cur imponebat? de Or. 134. b. Naſica ſenſit ancillam domini iuſſu dixiſſe, &c. Of. 28. a. O domus antiqua heu quàm diſpari dominaris domino. de N. 58. a. Canum tam fida cuſtodia, tam amans dominorũ adulatio. Off. 28. a. Non domo dominus, ſed domino domus ornanda eſt.

Domiporta, tæ. de D. 136. a. Terrigenam, tardigradã, domiportam, ſanguine caſſam. l. Coclea. exemplum hoc eſt obſcuræ circuitionis, ſeu deſcriptionis.

Domitia uia. pro Font. 277. b.

Domitor, oris. Of. 18. b. Equos propter crebras præliorum contentiones ferocitate exultantes, domitoribus tradere ſolemus, ut his facilioribus poſsimus uti. pro Mil. 108. b. Milo domitor armorum Clodij.

Domitus, tus. de N. 56. b. Efficimus etiã domitu noſtro quadrupedum uectiones.

Domo, as. condocefacio, edomo. Off. 35. b. Sine hominum opera, aut paſcere equos, aut domare non poſſemus. pro Sen. 18. a. Qui ſeruitia uirtute uictoriaq; domuit. de Pro. 75. b. Omnes has nationes frangi domariq; cupiunt. & ibid. C. Pontinus Allobroges domuit. pro Mar. 132. a. Domuiſti gentes immanitate barbara. de Orat. 101. a. Docemur autoritate nutuq; legum, domitas habere libidines, coercere omnes cupiditates. de N. 58. b. Belluæ domitæ & condocefactæ. pro Syl. 167. a. Improbi ciues domiti atque uicti. pro Font. 276. b. Galli ſubacti & bello domiti. de Pro. 70. a. Domitis gentibus finitimis barbariaq; compreſſa.

Domus, mi & mus. ædes, domicilium, tectum, dij penates, lares, lar familiaris, lares familiares, ſedes, foci patrij, aræ, fociq;. pro Dom. 235. a. Nihil ſanctius, nec omni religione munitius, quàm domus uniuſcuiuſq; ciuium: hic aræ ſunt, hic foci, hic dij penates, hic ſacræ religionis cerimoniæ continentur: hoc perfugium eſt ita ſanctum omnibus, ut inde abripi neminem fas ſit. pro Dom. 242. a. Domus, ſedes, aræ, foci, dij penates. pro Deiot. 145. a. Domus, dij penates, aræ fociq;. I. A. 174. b. Cn. Pompeij liberi repetebant deos penates patrios, aras, focos, larem ſuum familiarem. I. P. 99. a. Quos tu demigrare, & aras, & focos relinquere coegiſti. pro Quint. 16. a. Alicui manus allatas eſſe ante ſuos lares familiares. Off. 25. a. Ornanda eſt dignitas domo, non ex domo dignitas tota quærenda. & ibid. Non domo dominus, ſed domino domus honeſtanda eſt. & ibid. Domus finis eſt uſus, ad quem accommodanda eſt ædificandi deſcriptio. & ibid. Cn. Octauius præclaram ædificauit in palatio, & plenam dignitatis domum. I. C. 118. a. Domus commune perfugium. I. V. 200. b. Domus amicis apertiſsima & perhoſpitalis. Att. 246. a. Neſcio quo modo οἶκος φίλος, itaq; me referunt pedes in Tuſculanum. Quin. Fr. 299. a. Iam tibi Aſia, ſicut unicuiq; ſua domus, nota eſſe debet. I. P. 82. b. Me domo mea expuliſtis, Pompeium domum ſuam compuliſtis. pro Flac. 149. a. Qui domo exire nolebant. & ibid. Qui domi ſtare non poterant. Orat 205. a. Ridicula ex tempore ficta uel domo allata. Attic. 26. b. Clodius in domo Cæſaris quondam unus uir fuit. Attic. 7. a. P. Clodius deprehenſus domi Cæſaris. I. V. 71. a. Siculis denunciatum eſt domum ad illum ut uenirent. de Fin. 147. b. Sed tempus eſt, ſi uidetur, & recta quidem ad me, quod eum ille dixiſſet ad Pomponium perreximus omnes. Epiſt. 229. a. Apud eum ſic fui, tanquam domi meæ. I. V. 250. b. Is domi apud me eſt. Attic. 71. b. Cum Pompeio & apud Pompeium fui. I. V. 86. a. Apud iſtum in ædibus. I. V. 214. a. Ego uerò neque ueni, & domo me tenui. & ibid. Scio me domi manſiſſe. Attic. 54. b. Venonius domum Ventidij uenit. Off. 74. b. Is cum prima luce Pomponij domum uenit. Tuſcul. 250. a. Diodorus multos annos noſtræ domi uixit. Epiſt. 138. a. Balbus rectè à porta domum meam uenit: neque hoc admiror, quod non ad tuam potius, ſed illud quod nec ad ſuam. ad Her. 34. a. Qui nuper alienæ domui, non auſim, &c. de D. 90. a. Quæ ipſa domi Phalaridis conſecrauiſſet. Ep. 38. a. Nónne mauis ſine periculo domi tuæ eſſe, quàm cum periculo alienæ? Epiſt. 222. a. Quem tibi ſic commendo ut unũ ex domo noſtra. Epiſt. 135. a. Tu uelim cum fabris domũ perſpicias: ſi enim nihil eſt in parietibus aut in tecto uicij, cætera mihi probabuntur. pro Dom. 236. a. Is duas magnas & nobiles domos coniungere uoluit. Ep. 64. a. Vt domus tua tota cognoſceret, &c.

Donatio, onis. I. A. 293. a. Quos non bonorum donatio, non agrorum aſsignatio ſatiauit. & de L. 180. a. de Opt. 244. b. & pro S. R. 22. b. Eaq; donatio in theatro facta eſt.

Donec. dum, quoad, uſq; eo dum, tandiu dum, uſq; ad eum finem dum, uſq; eo, quoad. Epiſt. 67. b. Ad properationem meam quiddam intereſt, non te expectare donec ad locum uenias. Acad. 6. b. Multaq; facimus uſq; eò dum

aſpectus ipſe fidem faciat ſui iudicij.de N.52.a. Vſq; ad eũ finem,dum poßint ſe ipſa defendere.

Dono,as.condono,largior,munere afficio, munus do, dona & munera do,munus affero,donum affero, ſtipendio afficio,muneribus ampliſsimis orno,permitto. I. V. 190.a.Qui Rubrium corona,& phaleris,& torque donaſti.& Ep. 69.a.Cum ipſi corona donarentur.de N.58. a.Niſi fortè dubium eſt, quin hominibus hæc omnia natura donauerit.de Fin.94.a.Cauda pauoni à natura donata eſt ad ornatum. de Or. 94.a. Hæc quidem inſeri & donari ab arte non poſſunt. de Fin.94.a.Alia uidentur à natura propter eorum uſum tantum eſſe donata.de Ar.244 b.Aliquem quaſi diuino munere donatum reipub. uideri. de N 27.a.P.Vacienus,& agro à ſenatu,& uacatione donatus. I.P.80.b.Mihi populus Romanus non unius diei gratulationem,ſed æternitatem immortalitatemq; donauit. pro Arch.186.b. Itaque eum Tarentini ciuitate cæteriſq; præmijs donauerunt. pro S.R.36.a. Donari ab aliquo maximis præmijs. I.C.101.b. Vtinam tibi iſtam mentem dij immortales donarent. pro S.R.22.a. Is non pauca ſuis adiutoribus largè effuſeq; donabat. Quin. Fr. 329.b. Minuebat uectigalia, donabat ciuitates ex commentario. de Leg. 178.a. Vir nemo bonus ab improbo ſe donari uult. Tuſcul.249.a. Munera iſta ciuibus tuis dona.Epiſt. 62.a.Tu tuas inimicitias,ut reip.donares, te uiciſti:id eſt,permitteres.At.277.a.Dyrrhachini ſibi donatũ æs alienum à Cæſare dicunt. I.V.114.a. Donare aliquem annulo aureo.& 190.a.Aduocare cõcionem donandi cauſa.de Op.544.b.Corona aurea donari.

Donum,ni.munus.de Leg.186.a.Donum ne capiunto né ue petenda,né ue gerenda,né ue geſta poteſtate.de Or. 135.a.M.Cincius legem de donis & muneribus tulit. pro Clu.31.b. Tantum donis datis muneribuſq; perfecerat,ut, &c. de Orat.94.b. Omnia ſunt enim illa dona naturæ. Tuſcul.161.b. Philoſophia donum deorum. de N.75.a. Donum hoc diuinum rationis & conſilij. pro Arch.189 a. Poetæ quaſi deorum aliquo dono atq; munere commendati nobis eſſe uidentur. I.A.159.a. Non intermittis quaſi donum aliquod quotidie efferre reip.pro Clu.31.b. Dona nuptialia.

Dores.tertium genus uerè Græcorum. pro Flac. 159.b.

Dormio,mis.ſomnũ capio,ſopitus ſum, quieti me trado,cubo.de D.133.a.Contrahi autem animũ Zeno,& quaſi labi putat atq; concidere,& ipſum eſſe dormire.& ibidem.b.Si ea dormientes agerent,quæ ſomniarent, alligandi eſſent omnes, qui cubitum irent. Attic. 167.a. Puella eius mane primum dormit ad horas treis. de D. 137. Vigilantis animus ſuſtinet.:r membris, & corpore, & ſenſibus:cum autem hæc ſubtracta ſunt,deſertus animus langore corporis, tum agitatur ipſe per ſeſe. itaque in eo, &c. & ibid.Dormientis animus imbecillus & remiſſus. Epiſt. 106.b.Capius(opinor)olim,non omnibus dormio:ſic ego non omnibus,mi Galle,ſeruio.de In.63.b.Poſtquã illos actius ut fit,iam ex laßitudine dormire ſenſit,&c.de D.93. a.Arctè & grauiter dormire.& 94.a.Iacet enim corpus dormientis ut mortui.Q.Fr.298.b. Dormientem excitare.de Som.126.b.Deinde me arctior quàm ſolebat ſomnus complexus eſt.de D.93.a.Si ad quietem integri iremus.de D.89.b.Cum iam quieti corpus nocturno impetu dedi ſopore placans artus languidos.

Dormito,as.oſcitor.At.31.a.Cœnato mihi etiam dormitanti pridie Calen.Maias epiſtola eſt illa reddita,in qua de agro Campano ſcribis.de D.93.a. Cum magnam partem noctis uigilaſſes,ad lucem deniq; arctè & grauiter dormitare cœpiſſes.de Or.121.b.Et iſtam oſcitantem dormitantemq; ſapientiam,Scæuolarum & reliquorum beatorum ocio concedamus.

Dorylenſes.pop.pro Flac.154.

Doryphorus, ri. militaris Polycleti ſtatua,ſignificat autem ſatellitem, uel armigerum. de Clar. 192. b. Polycleti Doryphorum ſibi Lyſippus aiebat magiſtrum fuiſſe. Orat.197.a.

Dos,dotis.de Leg.178.a.Cliſthenes Iunoni Samiæ filiarum dotes credidit.At.228.a. Quintus torquetur debitione dotis. pro Quin.18.a. Ipſe filiæ nubili dotem conficere non poteſt.I.A.233.a.His quaſi præter dotem,quã in ciuilibus malis acceperant,agrum Campanum eſt largitus Antonius.pro Flac.162.b. Quæcunq; ſine tutore authore eſt dicta dos,nulla eſt.& ibi. Doti Valeria pecuniam omnem ſuam dixerat.deOr.105.a.Cuius artem cum indotatã atq; incomitatam & incomptam uideres,uerborum eam dote locupletaſti & ornaſti.

Dotalis,le.At.247.b.Mercedes dotalium prædiorum. Oct.331.a.Dotale matrimonium.

Dotatus,a,um.)(.Indotatus.At.228.a. Villa quo introducatur dotata Aquilia.

Drachma,mæ.unciæ pars octaua,denarius.l. Denarius. pro Fl.153.a.Dixit publicè datum drachmarũ CC. & ſex milia.& Ep.28.b.de D.108.a.Quibus diuitias pollicẽtur ab his drachmas ipſi petunt. Ep.190.a.Ternis tetradrachmis triticum penes Dolobellam eſt.

Draco,onis.ſerpens.de D.121.a.Vidimus immani ſpecie tortumq; draconem Terribilem, &c. & 122.a. et 36. b.Draco is quem mater Olympia alebat. I.A.248.a.Seruus domini patrimonium complexus,quaſi theſaurũ draco. ad Heren.40.a.Iſtæ quotidie per forum tanquam iubatus draco ſerpit.

Drepanitarnus,a.ex Drepano promontorio. I.V. 137.a.

Druides,dum.ſacerdotes, uates, & ſapientes quondam Gallorum.de quibus Cæſar de bello Gallico,lib.6. de D. 99.a.Et in Gallia Druides ſunt.

Dubiè.de D.106.a.Poteſt accidere ut aliquod ſignum dubiè datum,pro certo ſit acceptum.

Dubitanter.timidè, diffidenter. )(. Fidenter, non dubitanter.de Inuen.63.a. Sine ulla affirmatione quærentes,dubitanter unumquodq; dicemus. de Clar.172.a. Verecundè dubitanterq; facere aliquid. Oct.329.a. Spes poſteritatis,qua ſublata non dubitanter occidam. de N.5. b.Dubitanter.)(.fidenter.

Dubitatio,nis.hæſitatio,ſcrupulus,aporia.Ep.33.a.Itinerum meorũ ratio te nonnullã in dubitationẽ uidetur adducere.pro Cl.21.b.Nec in cauſa ulla dubitatio eſſe poteſt.I. C.119.a.Illi ſine dubitatione dãnati eſſe uideantur. de Or. 160.b.Pro his omnibus ſine ulla dubitatione reſpõdeo.At. 262.b.Cõſules probauerũt cauſas ſine ulla dubitatione.& 257.b.Nunq̃ in maiore ἀπορίᾳ fui.pro Cec.285.b. Veſtra in iudicando dubitatio.pro Cec.286.b. Iuris dubitatio tardiorem me facit ad iudicandum.pro Cl.32.b.In ea obſcuritate & dubitatione omniũ Canutio placuit pronunciare. con.Rul.Si fœdus illud habet aliquã dubitationẽ.Of.36.a. Nihil hic locus habet dubitatiõis,quin,etc.et 54.a.De quo alterũ poteſt habere dubitationẽ,an,&c.et 29.b.Ad ea eligenda quæ dubitationẽ afferũt,adhibere homines uſu peritos. de N.14.a. Cum pœnã,ne dubitatio quidem effugere potuiſſet.de Or.127.a.Qui timor? quæ dubitatio? quanta hæſitatio,tractuſq; uerborum? Ep.52.b.Hoc mihi affert dubitationem.de N.58.a.Niſi fortè illud dubitationem affert,quin,&c.At.188.a. Tollere omnem dubitationẽ alicui.de Ar.245.b.Primùm explicabo, &c.ſi id facere uerè & ſine cuiuſquam dubitatione potero:ſin ſcrupulus tenuißimus reſidere aliquis uidebitur, religioni parebo. & 257.a.Aliquis ſine ulla dubitatione deterrimus.Off.55.b. Si quando dubitatio accidit, quale ſit id de quo conſideretur.de Fin.130.b.Quod quanquã dubitationẽ non habet. eſt enim infixũ in natura, comprehenditur ſuis cuiuſque ſenſibus,ſic ut contrà ſi quis dicere uelit,non audiatur:tamen,&c.pro Cl.33.b.Hic tum iniectus eſt hominibus ſcrupulus & dubitatio,quid'nam eſſet actum.

Dubito,as.addubito,hæreo,ambigo,quæro,timeo,mihi in dubium uenit,mihi dubiũ eſt,dubium habeo, pendeo animi,mihi ipſe diffido,ambiguũ habeo,in dubium uenio. de N.5.b.Tum ille fidenter ſanè nihil tam uerens,quàm ne dubitare de aliqua re uideretur.& 46.a.Nemo de diuina ratione dubitaret. pro Cec.292.a.Non de armis dubitatur,ſed de uerbis quæritur. pro Syl.177.a.Cornelius etiã de indicando dubitat.Tuſ.163.b.Nec uerò de hoc quiſquã dubitare poſſet,niſi idem,&c.Off.67.b. Turpe eſt dubitare philoſophos,quæ ne ruſtici quidem dubitãt. Ep.76. a.Illud caue dubites quod ego, &c.I.C.120.a. Itaq; homo mitißimus non dubitat P. Lentulum æternis uinculis mandare.pro Dom.241.b.Identidem ſe ipſe reuocando,dubitans,timens,hæſitans. de D.110.a.Nihil affirmando quærens omnia,dubitans,plerunq; mihi ipſe diffidens.Ac.14. a.Dubitant,hæſitant, reuocant ſe interdum. Att.264.b. Non dubito quin mirere, qui tecum de eadem re ſæpius agam.& 90.a. Dionyſius non dubitabat, quin ei crederemus. pro Mil.113.b. Arbitror eum non dubitaturũ, quin cum ſuo periculo ſalutem patriæ afferat. pro Mar.133.b. Non dubito quin multos,ſi fieri poſſet, C.Cæſar ab inferis excitaret.Ep.248.b. Non dubito, quid præſentes ſentiãt. At.154.b.Non dubito,quid nobis agendum putes. de Or. 100.a.Macinus in ſenatum introire non dubitauit.

Dubius,a,um.incertus,anceps,cõtrouerſus,lubricus, ſuſpicioſus,uarius,habens aliquid quæſtionis,habens dubitationem,quod dubitationem affert, habens deliberationem, res controuerſa & plena diſſenſionis inter doctißimos,ancipiti cogitatione diſtractus.de N.61.b.Rem minimè dubiam argumentando dubiam facis.& pro Flac.156. b.Res minimè dubia.de Arch.248.a. Ne plura de re minimè loquar dubia.de D.130.a. Quæ dubia ſunt, ea ſumere pro certis atq; conceßis.& ibi. Id ſumere pro certo quod dubium controuerſumq; ſit. pro Mur.140.a. Ridiculum eſt,quod eſt dubium,id relinquere incertum,quod nemini dubium poteſt eſſe,iudicare. de In.55.b. Eorum igitur quæ conſtant exempla ponemus, illorum quæ dubia ſunt rationes afferemus. Offic.36.a.Vti in re non dubia teſtibus non neceſſarijs. pro Dom.215.a.Res erat non in opiniõe dubia,ſed in præſentia,atq; ante oculos propoſito periculo.de Or.92.b. Quæ ab oratoribus tractãtur dubia eſſe & incerta.& ibi.105.b.Tũ ille confirmabat ita ſe rem habere,nec dubium eſſe poſſe.de Finib.121.b.Dubium eſt, ecquæ nam fieri poßit acceßio. Attic.127.a. Cum nobis non dubium eſſet, quin Brunduſium contenderemus. & 219.a. Prorſus ex his literis non uidebatur eſſe dubium, quin,&c.de Orat.111.b.Non eſt dubium, quin ſi quis hoc animaduerterit, id poſſit notare. Part.133.b. Non dubium eſt id quidem,quin definitio,&c. Attic.115.b.Mihi dubium non eſt,quin,&c. pro Cecin.290.b.At cõtrouerſia non erat,quin uerum dicerent. Att.173.b.De hac re mihi dubium non eſt.pro Cec.288.a.De ciuitate in dubium uenire.At.179.b. Alij non ueniunt in dubium de uoluntate.pro Q.1.b.Non eo dico,quo mihi ueniat in dubiũ tua fides.pro Quint.12.a.Res in dubium uenire non poteſt.pro Pomp.9.a.Quæ res eſt,quæ cuiuſquam animum in hac cauſa dubium facere poſſit? Ac.8.b. Hæc autem habere dubia,abhorrere à ſapientia eſt. pro Cec.290.b. An in coacta multitudine,in armis,in telis, &c.dubium uobis fuit,an eſſe uis aliqua uideretur, nec ne? Ep.7.a. Si dubiũ tibi eſt, poſſe te illius regni potiri, non eſt conandum: ſi exploratum,non eſt cunctandũ. & 58.b.Cognoui autem id quod mihi dubium non fuit.de In.72.b.Vocare aliquid in dubium.& Part.233.b.& Ep.163.b.de Or.121.b.Quæ in dubium uocarentur,&c. Attic.263.b.Acta Cæſaris in dubium uentura uidentur. pro Cec.289.b. Omnia in dubium incertumq; reuocari. Ad incertum reuocari poſſeſſiones omnium.l.Incertum.pro Cæl.49.a. Rem minimè dubitandam in contentione poni. pro Cl.29.b. Dubij & uarij caſus.

Sine dubio.ſine controuerſia. de Natur.64.b. Et Chryſippus tibi acutè dicere uidebatur, homo ſine dubio uerſutus & callidus. & de Fin.131.a. Attic.17.b.Heluetij ſine dubio ſunt in armis. Ep.29.b. Et herclè ſine dubio erit ignominia.

Ducenti,orum.contra Rul.72.b.l.Stipator.

Ducenties.I.A.168.

Duco,cis.deduco, deriuo, traho,ſumo, capio, mano, exiſtimo,facio ſeu æſtimo,afficior,delector, & alia quædã.I.C.109.b.Nõ ſuas ſecũ mulierculas ſunt in caſtra ducturi? Att.116.a.Cohortes ex Piceno Lentulo et Thermo ducẽtib.cum Domitij exercitu iunctas eſſe. I.A.156.b.Viri fortiſſimi qui ordines duxerũt.pro Mur.128.a.Qua in legatione duxit exercitũ,ſigna cõtulit. Aruſp.256.b.Ad quẽ metum,ſi deorũ monitis non duceremur,tamẽ ipſi noſtro ſenſu coniecturaq; raperemur. Q.Fr.318.b.Ducere aquam per fundũ alterius.de Fin.93.b.Ex quo intelligi debet,principiũ ductum eſſe à ſe diligendi ſui.I.V.31.b. et de N.37.a.Ducere principiũ ab aliquo uel ab aliqua re. At. 143.a.Belli initium ducetur à fame.Off.12.b. Ab ijs rebus quemadmodũ ducatur honeſtũ,ſatis ferè diximus.Off.30. b.Sed ab ijs partibus,quæ ſunt honeſtatis, quemadmodum officia ducerẽtur,ſatis expoſitũ uidetur.pro Deiot.144. a.Qui commendationẽ ineuntis ætatis à ſcelere duxerit. de In.65.b. Ducere, trahere, ſumere ſuſpicionẽ ex aliqua re.& Elicere.67.a.Orat.209.b.Ab eodem uerbo ducere ſæpe orationem:id eſt,incipere.Or.197.b. Ac uideo hanc primùm ingreſſionem meam non ex oratoris diſputationibus ductam,ſed è media philoſophia repetitam. de Or. 138.a.Neque attendit eos ipſos,unde hoc ſimile ducit,aliter facere.de Cl.166.b.Hinc Pomponij ductus eſt ſermo. & ibi.Ab iſto initio tractus eſt ſermo.de Fin.124.a.Vt nõ ſine cauſa ex his memoriæ ducta ſit diſciplina. de Cl.184. b.Omnis ille ſermo ductus è percunctatione filij.Or.197. b.Aliquis è quo ſimilitudinem duceret.pro Q.R.53.a. Vnde hoc totum ductum & conflatũ iudiciũ eſt. Or.201.a. Ex quo emanant communes loci:id eſt,ducuntur. Ep.83. b.Quarũ alterã duco è Cæſare ipſo,alteram,etc.de N.36. a.Ex quatuor temporũ mutationibus omniũ, quæ in terra mariq; gignũtur,initia cauſæq; ducuntur.& 53.b.Viæ ab inteſtinis ad iecur ductæ ac directæ. Tuſ.163.b.Contumacia à magnitudine animi ducta,non à ſuperbia. In Ar.

Huic ſpacio ſimili ductum latus extat utrunq;. Ep.6.a.& 52.a.Quæ ne tu quidem unquam timenda duxiſti. Item. Quæ non aliena eſſe ducerem à dignitate tua.In Sal.273.a. Nunc ea reprehendis,quæ antea gloriæ mihi ducebas. de Or.193.a.Nec in hoc ironiam duxeris eſſe. & 100.a. Mulier,quæ in concubinæ locum duceretur.de Off.30.a. Nec quenquam hoc errore duci oportet. Tuſc.184.a.Ita me ad credendum tua ducit oratio.I.V.229.a.Precio quæſtuq; duci.Attic.44.b.Meq; temporis non longinqua ſpe ductum eſſe moleſtè feram. de Fin.128.a.A quo totius uitæ ducat exordium. contra Rul.69.b. Tunc quæro quam ob cauſam initium rerum ac legum ſuarum hinc duxerit, ut populus Rom.ſuffragio priuaretur. pro Quint.9.a. Huic acerbiſsimum uiuo uidentiq; funus ducitur. Parad. 118.b.Tanquam in gyrum rationis duci oporteret.Acad. 46.b.Ex quo etiam nomen hoc duxerat.Br.277.b.C.Naſennius Cretenſi bello Metello imperatore octauum principem duxit. Antequam.197.a.Vti liberum ſpiritum ducendi nullam habeat poteſtatem.Ad Heren.30.b.Et tamē cum ita uiuit,neminem præ ſe ducit hominem.I.V.229.a. Hanc damnationem duci non oportet. et 261.a.Ipſi in hoſtium loco numeroq; ducemini.& 248.b.Ducere aliquos in hoſtium numero.pro Arch.188.a.Pericula mortis parui eſſe ducenda.de Fin.69.b. Lælius eò dictus eſt ſapiens, non quod intelligeret quid ſuauiſsimum eſſet,ſed quia parui id duceret. de Fin.96.a.Ducere omnia humana infra ſe.pro Fl.190.a. Si quis deſpicatui ducitur. pro Quint. 9.b.Officij rationem atq; exiſtimationis duci conuenit. pro Seſt.7.b.Officij rationem in omni uita,non commodi eſſe ducendam. Att.128.a.Duxi meam mecum rationem. I.V.101.a.Debere eum aiebat ſuam quoq; rationem ducere,multa ſibi opus eſſe,&c.pro S.R.40.a.Nonnullius rationem ſui commodi ducit.Or.207.a.Qui eloquentiæ laude ducitur.pro Rab.96.b.Qui in periculis cum laude & uirtute uerſantur,ſpe poſteritatis fructuq; ducuntur. Tuſcul.129.b.Alij emendi quæſtu & lucro ducuntur. I.V. 137.b.Qui ſtatuarum honore & gloria ducitur.pro S.R. 38.b. Ita credo literis eorum Chryſogonus ducitur. de Clar.181.b.Is beneuolentia ductus mihi tribuebat omnia. pro Mur.139.a. Non re ductus es, ſed opinione. 206.b. Ducere animam de cœlo.de N.53.a.Aſpera arteria excipit animam eam,quæ ducta eſt ſpiritu,eandemq; à pulmonibus reſpirat.Ep.143.b.Vt optandum ſit ut poſsimus ad id tempus reip.ſpiritum ducere.pro Pomp.10.a.Atq; eos portus,quibus uitam & ſpiritum ducitis:id eſt uiuitis. ad Her.34.a.Ducere ſpiritum præ cura.de N.29.b. Aer ille quem ſpiritu ducimus:id eſt,haurimus.Br.289.b. Bellum ducetur:id eſt,producetur. I.V.82.a.Ducere tempus: id eſt,differre.pro Seſt.4.a.P.Seſtius duxit C.Albini filiam. pro Mil.115.b.Ducere parietem per ueſtibulum alicuius. Att.91.b.Vt fœnus quaternis centeſimis ducant.& 85.a. Soluere centeſimis ductis cum renouatione ſingulorū annorū. Att.91.a.Centeſimis ductis non perpetuis,ſed renouatis quotannis.de D.87.b.Oracula,quæ aquatis ſortibus ducuntur.& ibi.Sortes duci.pro Flac.155.b. Heraclides, quem iudicatum hic duxit Hermippus. & 156.b.Heraclides cum iudicatum nō faceret,addictus Hermippo, & ab hoc ductus eſt,& poſtea miſſus,&c.

Ductor,oris.dux,qui ordinem ducit. Tuſcul.167.b. Quotiens ductores noſtri ad non dubiam mortem concurrerunt?

Ductus,ctus.Ep.43.b.Omnes uires ciuitatis ſe ad Pompeij ductum applicauerūt pro Pom.15.b. Pompeius rem optimè ductu ſuo geſsit. de Ar.244.a.Qui ſuo ductu & imperio cruento non potuerunt,&c.Of.35.b. Adde ductus aquarum,deriuationes fluminum.de Leg.161.a.Ductus aquarum.

Dudum.de breui tempore ferè dicitur,quandoq; etiā de longiore.At.57.b.Dudum enim circunrodo, quo deuorandum eſt. de Orator.133.a. Dixi dudum materiam aliam eſſe ioci,aliam ſeueritatis.de Fat.148.b.Ratio,quam dudum diximus. de Clar.177.a.& 188.a.Cum uix ut dudum ad Demoſthenem, ſic nunc ad Craſſum peruenimus. Att.184.b.Quæ dudum ad me,& quæ etiam antè ad Tulliam ſcripſiſti,ea ſentio eſſe uera. Att.227.a.Id erat quondam quaſi neceſſe,nunc quoquo modo res ſe habet, nō eſt item quàm dudum.

Duellius.lij.Or.211.a. Duellius, qui pœnos claſſe deuicit,&c.

Duellum,li.bellum.Or.211.b.Antiqui nomina cōtrahebant,quo eſſent aptiora:ut duellum bellum,duis bis. de Leg.179.a.Iam æs atq; ferrum duelli inſtrumenta,nō fani.& 173.b. Quiq; agent rem duelli, quiq; populare auſpicium præmonento.

Dulcedo,nis.dulcitudo.Att.286.b.Vos quibus uirtus aliena dulcedinē uiuendi minuere non potuerit. pro Ar. 190.b.Milites dulcedine quadam gloriæ commoti, magno illud clamore approbauerunt.Antequam.192.b.Si liberûm conceptā dulcedinem animo incluſam continetis. de Leg.165.b.Quæ natura bona ſunt,quia dulcedine uoluptatis & ſcabie carent, non cernimus ſatis. & 177.a. Mores hac dulcedine corruptelaq; deprauati. de Fin.73. a.Voluptas,quæ maxima dulcedine ſenſum mouet.& 88. b. Cum omnes ſenſus dulcedine omni quaſi perfuſi mouerentur. Epiſt.179.b. Neq; pecuniæ dulcedine captus ſum.Q.Fr.300.a.Quaſi dulcedo iracundiæ. de Or.157. b.Dulcedo orationis.Ad Heren.30.b.Auium dulcedo ducit ad auium.

Dulceſco,ſcis.de Sen.88.a. Vua maturata, dulceſcit.

Dulciculus,a,um.dimin.à dulci.Tuſc.200.b. Damus ſcutellam dulciculæ potionis.

Dulcis,ce.ſapor ſuauis,ſuauis,charus,iucūdus.)(.Amarus.de Off.1.b.Demetrius Phalereus,orator parū uehemens, dulcis tamen, ut Theophraſti diſcipulum poſsis agnoſcere.

Dulce.ſubſt.de N.65.b.Omne enim animal ſenſus habet.Sentit igitur,et calida & frigida,& dulcia & amara.

Dulcior & dulcius,dulciſsimus,ma. de Cl. Oratione Lælij,nihil eſſe dulcius.At.224.a.Nunc epiſtolæ tuæ quid reſpondeam,niſi eam fuiſſe dulciſsimam? Attic.91.b.Nihil inquam in iſto,Brutum amaſti dulciſsime Attice.& de L. 189.a. Dulciſsime frater, dulciſſime ſcribere. de Claris orat.171.a.

Dulciter.ſuauiter,iucūdè.de Fin.68.a.Voluptas,qua ſenſus dulciter ac iucundè mouetur.

Dulcitudo,nis.dulcedo.de Or.152.a.Guſtatus præter cæteros ſenſus dulcitudine commouetur.

Dum.dummodo,donec,quandiu,ut. de D.142.b.Virtus, quæ uetat ſpectare fortunam, dum præſtetur fides. Antequam.197.Si mea pericula neglexi,dum timorem à patria propulſarem:id eſt,ut.de Or.93.b. Iſta cōditione, dum mihi liceat fateri neſcire,quod neſciam. Attic.85.a. Quot uis præfecturas ſume,dum ne hic negocieris.Epiſt. 172.a.Dum ne:id eſt,dūmodo ne.I.V.208.b.Nihil ei longius uidebatur,quàm dum illud uideret argentū. pro Q. 4.b. Hæc dum Romæ geruntur, Quintius interea, &c.

I.V.



I.V.201.b.Nihil dum etiam iſtiuſmodi ſuſpicabar. At.135. b.Brunduſio nihil dum erat allatum.I.V.174.b.Num expectatis dum L.Metellus,&c.Tuſcul.* Expectas fortaſſe dum dicat, patietur? Attic.276.b. Noli expectare dum tibi gratias agam. de N.52.a. Vſq; ad eum finem dum poſſint ſe ipſa defendere. Ep.151.a. Nihil dum enim ſciebam. & 186.b.Nihil dum audieramus ubi eſſes. pro Mil.111.a. Suſtinuiſſe hoc crimen primum ipſe ille latronum occultator locus,dū neq; muta ſolitudo indicaſſet, neq; cæca nox offendiſſet Milonem.I.V.201.a.Vti aliqua re tandiu dum uelis. pro Fl.154.b.Qui ualuit tandiu dum hic prodiret. Att.1.a. De Aufidio non puto te expectare dum ſcribam. At.136.a.Vix dum.l.Vix dum.

Dumetum,ti.locus ſpinis abundans enatis. Tuſ.241. a.Septum undiq; & ueſtitum uepribus & dumetis indagaui ſepulchrum.Ac.28.a.Stoicorum dumeta:id eſt,acutæ et ſpinoſæ diſputationes.

Dummodo,modò ut,ſi modò,modò ne. Attic.106.a. Quod nunquā,dummodo ocioſi eſſent,recuſarūt.& 202. Dummodo ne ijſdem uerbis.de Or.160.a. Dummodo ne continuum ſit. Off.68.a.Qui omnia honeſta negligunt, dummodo potentiam conſequantur. Ep.94.b.& 238.a. Modò ut tibi conſtiterit fructus ocij tui.Ep.148.b.Si modò:id eſt,dummodo. Ep.172.a.& Att.85.a.& I.A.206. b.Dum ne:id eſt,dummodo ne.At.126.a. Ego ſi cui adhuc uideor ſegnior fuiſſe,dum ne tibi uidear,non laboro. Ep. 172.a.Interpellent me,quo minus honoratus ſim,dum ne interpellent,quo minus,&c.

Dumus,mi.ſpina.Tuſc.241.a. Animaduerti columellam non multum è dumis eminentem.

Duntaxat.I.P.36.b.Atq; ille diſceſſus,dolor meus dūtaxat,ueſtrū quidem ſcelus ac dedecus haberetur. de Or. 119.b.Hæ artem quidem & præcepta duntaxat requirūt. de Am.106.a.Coluntur autem ſimulatione amicitiæ duntaxat tempus. At.57.a.Nos animo duntaxat uigemus.pro Deiot.144.a. Quod ipſum & ſi non iniquum eſt in tuo duntaxat periculo,tamen,&c.de Fin.69.a.

Duo.gemini,bini,duplices. Duo decij, Octauio. I.V. 113.a.Horum pater abhinc duo & uiginti annos eſt mortuus.duo,pro duos.Vir.194.a.Si duo præterea tales Idæa tuliſſet Terra uiros.duo,pro duos.Ep.32.b.Duos duarum ætatum plurimi facio Cn.Pompeiū,& M.Brutum. Orat. 211.b.Video ſepulchra duo duorum corporum..ex Accio. & ibi.Mulier una duû uirûm.de Clar.179.a.Oratio, qua anno duodequinquageſimo uſus eſt.I.P.88.a.Vos geminæ uoragines,ſcopuliq; reip. Att.139.a.Conſiliū nobis certè non defuiſſet. σιώτε δύ ἐχομένω.

Duodecim.de Leg.182.a.Diſcebamus enim pueri duodecim,ut carmen neceſſariū.& 181.a.Quid?qui poſt duodecim in urbe ſepulti ſunt.

Duodenus,a. In Rul.83.a.Et in eo duodena deſcribit in ſingulos homines iugera.

Duodetricies. I.V.184.a.HS.duodetricies, in annos ſingulos Verri decernebantur.

Duodeuiginti,& duodequadraginta. l.Vndeuiginti.

Duplex,cis.geminus.l.coagmētatus.ad Her.22.a.Duplices ſimilitudines eſſe debent, unæ rerum, alteræ perſonarū. Tuſ.163.b. Itaq; diſſeruit duas eſſe uias, duplicesq; curſus animorum è corpore excedentium.Or.216.a.Par, duplex,ſeſquiplex.In Arat.Præter quadruplices ſtellas in fronte locatas.de D.133.b.Gemino lucernæ lumine declarari diſſenſionem.

Dupliciter.bis.bipertitò.Or.287.b.Is ſe maledictis nō abſtinet,ijs quidem,quæ in ipſum dupliciter recidunt. Ep. 138.a.Dupliciter delectatus tuis literis: & quod,&c. & quod,&c.& 136.a.Qua culpa mihi uideor dupliciter carere. Ad Her.4.a.Simpliciter & ſingulari modo. )(.Dupliciter & bipartitò. Ac.26.a.Quæ cùm expoſuit,adiungit,dupliciter dici,aſſenſus ſuſtinere ſapientem:uno modo cum,&c.altero cum,&c.

Duplico, as. gemino, itero. de D.117.a. Facile fuit, quas nos habemus duplicare.& pro Dom.232.a. At id nec propoſitū ullum fuit,& ſi fuiſſet,duplicata gloria diſceſſiſſem.Ep.70.b.Duplicari ſolicitudines. At.78. Exercitū Deiotari aduentu cum omnibus ſuis copijs duplicaturi eramus.Par.231.b. Verba geminata & duplicata uel ſæpius iterata. Or.209.a.Cum duplicantur iteranturq; uerba. Part.231.b.Verba duplicata & idem ſignificātia. & 234. b.Verba iterata,duplicata.

Duplus,pla,plum.altero tanto. de Vn.199.a. Vnam principiò partem detraxit ex toto, ſecundam autem primæ partis duplam, deinde tertiam quæ eſſet ſecundæ ſeſquialtera,deinde quartam quæ ſecundæ dupla eſſet,quintam inde quæ tertiæ tripla,tum ſextam octuplam primæ, poſtremò ſeptimam, quæ ſeptem & uiginti partibus antecederet primæ.pro Fl.156.b.Prætor iudicauit, ut ſi iudicatum negaret,in duplum iret. Off.64.b. Subire pœnam dupli.In Cod.Germ.I.V.158.a. Duabus partibus amplius ſuſtuliſti,quàm Romam miſiſti. Orat.215.b. Duplo maius & altero tanto maius idem.de Vn.199.a.Duplum & triplum interuallum.

Durius,aduerb.crudelius,grauius. Att.274.b. Nihil diſſerui durius. & At.2.a.Durius accipere aliquid.

Dureſco,ſcis.durum fieri.de N.31.a.Aquilonibus reliquisq; frigoribus dureſcit humor.

Durienſe bellum.pro Cor.55.

Duritas,tis.duritia,acerbitas.Or.201.b. Duritas & ſeueritas & quaſi mœſtitia orationis.de Sen.90.b.Quanta in altero duritas?in altero comitas? In Vat.30.b. Duritas.aliter Diritas.

Duriter.ad Her.27.a.Verba duriter aliunde trāslata

Duritia,tiæ.durities. pro Dom.232.b.Animi duritia ſicut corporis,quod cum uritur non ſentit, ſtupor potius eſt quàm uirtus.Par.237.a.Patientiā duritia immanis imitatur.de Or.148.b.Qui patientiā & duritiam in Socratico ſermone adamarat.Tuſc.243.a.Duritia uirilis.

Durities,ei.duritia. pro Dom.233.a. An ego tantam animi duritiam habere poſsim,ut poſſem,&c.

Duro,as.ſto,maneo, diuturnus ſum, ſtabilis permaneo.de Sen.92.b.Iam ſenſus moriēdi,ſi aliquis eſſe poteſt, is ad exiguū tempus durat,præſertim in ſene.Offic.45.a. Ipſa illa delinitio multitudinis,ad breue exiguumq; duratura eſt tempus.de Leg.156.a. Multa diutius commemoratione manent,quàm natura ſtare potuerunt. pro Cl.24. b.Quæ nuptiæ non diuturnæ fuerunt.I.C.123.a.b. Memoria tantorum periculorum in omnium gentium ſermonibus ac mentibus ſemper hærebit.

Durus,a,um.crudelis,aſper,agreſtis. de Clar.175.a. Vir ut uita,ſic oratione durus,incultus,horridus. Offic. 43.a.Durus homo,uel potius uix homo.Brut.91.a. Duri fuimus in Dolabella.In Verrem 290.a.Durus,ferreus,inhumanus. pro Cæl.45.a.Senex durus, & penè agreſtis. Or.210.b.Durum agreſtemq; ſe præbere. At.228.b. Duriorem ſe præbere miſeræ & afflictæ fortunæ alicuius.)(. Facilem ſe præbere.de Finib.124.a. Aſper & durus oratione & moribus. Attic.235.b. Attilius poeta duriſsimus,

pro

pro Mur.138.b. Acceßit his tot doctrina non moderata nec mitis,ſed paulo aſperior ac durior. pro Arch.189.a. Quis tam animo agreſti ac duro eſt.de In.48.a.Nam ipſe durus eſt præter æquum & bonum.pro Arch.289.b. Marius,qui durior ad hæc ſtudia uidebatur. pro Dom.216.a. Annona in meo reditu facta erat durior? & 231.b.Hæc durißima reip.tempora. Parad.123.b. Durißima ſeruitus. pro R.P.125.a.Prouidete ne duriorem uobis conditionem ſtatuatis. Parad.123.b.Cupiditas honoris quàm dura eſt domina. de Orat.134.b.Neminem puto eſſe tam durum, cui non oratio tua miſeranda uiſa ſit.Off.8.b.Quanquam id nomẽ durius effecit iam uetuſtas. de Cl.190.b.Verbum durum,inſolens,humile.

Duûmuiri.orum.Or.211.b.Planè duorum uirorũ iudicium,aut trium uirorum capitalium,aut decemuirorũ litibus iudicandis dico nunquam, atqui dixit Accius ſepulchra dua duorum corporum.contra Rul.69.b.Triumuiri,quinqueuiri,decemuiri,&c.pro Cl.22.b.Quatuoruiri, quos municipes fecerant. Septemuiralis, & Septemuiratus,uide locis ſuis.

Duumuiratus.duumuiri officium.pro Seſt.6.a.

Dux,cis.qui duxit exercitum,ductor,imperator,prætor,princeps,ſignifer,qui ordines ducit,præfectus, autor. I.V.254.a.Dux præfectusq; claßis. Att.257.a.Planè hoc ſpectat Octauius,ut ſe duce, bellum geratur. Epiſt.142.a. Summum me ducem literæ tuæ reddiderunt,planè neſciebam te tam peritum eſſe rei militaris. de Sen.83.a. Sed tamen ille dux Græciæ,&c.pro Fl.151.b.Prætor,dux,& imperator. pro Fon.283.a. Inducionarus dux Allobrogũ. pro Dom.231.a. Præbere aliquem ducem exercitui. pro Plan.275.a.Qui cauſæ noſtræ duces & quaſi ſigniferi fuerunt.pro Mur.136.a.Dux & ſignifer calamitoſorum. de Am.101.b.Cum duobus ducibus de imperio in Italia decertatum eſt,Pyrrho & Annibale.I.C.98.a.Imperator eorũ caſtrorum,duxq; hoſtium.& I.V.78.a.Duces hoſtium.de Am.104.a.Nec maior pœna ſtatuenda eſt ijs,qui ſecuti erunt alterum,quàm ijs qui ipſi fuerint impietatis duces.et 103.b.Nec ſe comitẽ illius furoris,ſed ducẽ præbuit.& ibi. Nec paruit illius temeritati,ſed præfuit.& 99.a. Natura optima rectè uiuendi dux. de Fin.63.b.Magiſtra ac duce natura.Off.56.Naturam debemus ducem ſequi.I.C.155.b. Dijs immortalibus ducibus,hanc uoluntatem ſuſcepi. de Or.148.b.Autor publici conſilij, dux regendæ ciuitatis, ſententiæ princeps in ſenatu.Ep.146.b.Præbere ſe authorem,principem & ducem ſenatui.I.V.159.a. Dux & magiſter ad faciendum aliquid.At.115.a.Duces improuidi et negligentes.de Arch.257.a.Sed tamen eorum omnium hic dux eſt atq; princeps. de Orat.85.b.Belli duces præſtantißimi. pro Mur.145.a. Murena multos annos legatus fuit,exercitus duxit,maximas res geßit.de D.105. Ad hoſtiam deligendam poteſt dux eſſe uis quædam ſentiens. & 116.b.Ad hoſtiã deligendam ducem eſſe uim quandã, &c. de D.125.b. Vt ad rem gerendam non ſuperſtitionem habeas,ſed rationem ducem.Tuſc.154.a.Mors claris uiris et fœminis dux eſt in cœlum.pro Pom.10.b.Cn.Pompeio duce tanti belli.At.106.a.Dux tanta authoritate.

Dynæi. pop.At.250.b.

Dynaſtes,ſtæ.princeps, & quiuis magiſtratus. At.28.a. Erit nebulo iſte cum ijs dynaſtis in gratia. I.A.237.a. Itemq; ſi cæteri reges, tetrarchæ,dynaſtæ,&c.

Dypilus,li.locus.de Fin.114.a.

Dyrrachini. pop.pro Seſt.24.

Dyrrachium,chij.opp. At.129.b.



Dyſenteria,riæ.tormina. Epiſt.107.b.Sanè δυσεντερίαν pertimueram.& ibid. Δυσεντερικὰ πάθη, morbus edacitatis.

Dyſuria,riæ.urinæ difficultas, στραγγουρία. Ep.107.b. Δυσουρικὰ πάθη, morbus turpioris intemperantiæ.At.164.b. δυσουρία tua mihi ualde moleſta.

E EA

E Litera.de Or.147.a.Vt iota literã tollas,& e plenißimum dicas.

È,ex. de Or.86.a.Cæterarũ artium ſtudia ferè reconditis è fontibus hauriuntur.de Cl.189.b.Quicquid habuit, id totum habuit è diſciplina.de N.75.b. Poſſe acerbos è Zenonis ſchola exire.Att.116.a.E philotimo literas accepi. de Cl.179.b.Q.Vectius Vectianus è Marſis.Or.210.a. Eunnchi è Syria Aegyptoq;.Ac.25.b. E ſaxo ſculptus, aut eborꝭ dolatus.pro Plan.279.b. Lapidem è ſepulchro uenerari pro Deo.Orat.214.b.E poeticis numeris.& ibidem.Ex poeticis numeris.Or.215.b.E breuibus.& ibi. Ex longis.

È.pro,utilitatem ſignificans.Or.212.a.Ex uſu dicunt & è rep.quod in altero uocalis excipiebat, in altero eſſet aſperitas,niſi literam ſuſtuliſſes. In Ant.189.a. E rep.id eſt,ex utilitate reip.Item: Senatus conſultum è rep.factũ. I.A.224.a.Senatus cenſet,atq; è rep.exiſtimat,ædiles, etc. Att.273.b.Facis ex tua dignitate & è rep. In Ant.229.b. Brutum bene & è rep.& ſua maiorumq; ſuorum dignitate conſuetudineq; feciſſe.I.A.191.a.Aliquem rectè atq; ordine exq; repub.feciſſe. & ibi.Vt conſules de his rebus ad ſenatum referant,ita uti de rep.fideq; ſua cenſuerint. & 201.b.Id eum rectè & ordine,exq; rep.feciſſe. Epiſt.207.a.Ea prædia, ſi dicam non eſſe è rep.diuidi, docere te uidear,non rogare.

Ea re.propterea, ob eam rem.Att.123.a. O rem turpem,& ea re miſeram:ſic enim,&c. Ep.127.a.Is metuit, & ea re fugit.In Ant.191.a.Deinde ea re nõ uenit in mentem,quia nihil attinuit.Offic.62.b.Id ea re quia turpe eſt, nõ eſt faciendum.Ep.221.b.Ea re utrunq; ſcripſi,ut,&c. de In.74.b.Et ea re traduci non potuerunt.

Eatenus.hactenus,uſq; dum,uſq; ad eum finem, uſque eò quoad,uſq; eò ne. Q.Fr.291.b.Ferre aliquem eatenus, quoad per ſe negligat,&c.& infrà, Comites autem duntaxat finibus ijs præſtabis,quos antè præſcripſi. de Opt. 245.a.Verba perſequens eatenus,ut ea non abhorreant à more noſtro.de Leg.158.b.Sed hoc ciuile eatenus exercuerunt,quoad populo præſtare uoluerunt.de Vn.202.a.Dij eatenus nobis declarantur,quo ipſi uolunt.

Eblandior, ris.blanditijs quaſi extorqueo.Attic.263.b. Enitere, elabora, uel potius eblandire, effice, ut Plancus,&c. pro Planc.261.a. Comitijs ædilitijs ſtudium eſſe populi, non iudicium: eblandita illa, non enucleata eſſe ſuffragia.

Ebrietas,tis.Tuſc.214.b.Inter ebrietatem & ebrioſitatem intereſt,aliudq; eſt eſſe amatorem, aliud amantem.

Ebrioſitas,tis.affectio uel habitus, cum quis & citò et facilè ebrius fit.Tuſ.214.b.l.Ebrietas,proximè ſuprà.

Ebrioſus,a,um.de Fat.142.a.Stilponẽ ferunt & ebrioſum & mulieroſum fuiſſe.Ac.14.a. Vtimur exemplis furioſorum,ebrioſorum,&c.

Ebrius,a,um.temulentus, uinolentus,uino languidus, uino obrutus,uino confectus.)(.Sobrius,ſiccus. pro Mil. 113.b.Seruos Milonis apud ſe ebrios factos dixit.I.A.180.

a.Per=





a.Perſonabant omnia uocibus ebriorũ.de D.133.b. Quid dicam inſanis?quid ebrijs?quàm multa falſa uidentur?

Ebullio,lis.propriè efferueſco: metapho.quaſi iacto uel oſtento.Tuſ.199.b.Qui ſi uirtutes ebullire uolent & ſapiẽtias, nihil aliud dicent,niſi,etc.de Fin.143.b.Dixerit hoc Epicurus,ſemper beatum eſſe ſapientẽ, quod quidem ſolet ebullire nonnunquam.

Ebur,oris.dens elephantis. de Leg.179.a. Ebur ex inani corpore extractum, haud ſatis caſtum donum Deo Parad.118.a.& I.V.201.b. Marmorea tecta ebore,& auro fulgentia. de Clar.183.b. Mineruæ ſignum ex ebore pulcherrimum Phidiæ. Acad. 25. b. È ſaxo ſculptus aut ebore dolatus.

Eburneus,a,um.I.V.200.a.Signum æneum,marmoreum,eburneum.de Or.164.a.Eburneola fiſtula.

Ec.num uel an in compoſitione.I.V.122.139.Ecquis? ecqui,ecquæ. I.V.203.b. Attic.23.b. Sed heus tu, ecquid uides Cal.uenire?& de Ar.251.b.Ecquid ſcis, &c. Epiſt. 102.b.Ecquid in Italiam uenturi ſitis,fac ſciam. At.128.b. & Ep.124.a. Deinde fingas, quem me eſſe deceat: & ubi me plurimum prodeſſe reip.ſentias, ecquæ pacifica perſona deſideretur,an in bellatore ſint omnia. de Fin.121.b.Dubium eſt,ecquæ nam fieri poßit acceßio.de In.67.a. Ecquæ lex,ecquod artificium,&c. ecquo ab alio fieri potuerit. Ac.39.a.& 31.a.et Tuſc.151.a.Percunctantibus nobis ecſi quid Roma fortè noui.Par.234.a.Quid illa,ecquonam modo, ecquonam loco artis indigent? & 235.a. Vt cum quæritur,ecquiſnam, &c. pro Mur.140.b. Eccui autem non proditur reuertenti? I.A.166.a. Eccui poteſtas in forum introeundi fuit?

Ecquando.I.V.117.a.Ecquando te rationem factorũ tuorum redditurum putaſti? ecquando de his rebus tales uiros audituros exiſtimaſti?

Ecquò,aduer.I.A.151.b. Ecquo te tua uirtus prouexiſſet?ecquo genus,&c.

Ecce.aduer.rem improuiſam ſubitamq; demonſtrãs. At.15.b.Ecce aliæ deliciæ equitum uix ferendæ.At.203.b. Ecce tuæ literæ de Varrone. pro Cl.20.b. Ecce autem ſubitum diuortium. de Pro.78.a. Ecce illa tempeſtas, &c. I.V.234.b.Ecce autem noua turba atq; rixa. At.89.a.Ecce autem alia puſilla epiſtola. Att.121.a. Sed ecce nundinis ſcribente me hæc ipſa noctu in Caleno. & ibi. Ecce literæ Cæſaris ad Corſinium.& 123.a.Ecce ſubitò literæ Domitij ad illum. & 116.b.Ecce poſtridiè Caßij literæ. de Ar. 254.b.Ecce iiſdem autoribus reſtituti ſumus. Att.240.a. Ecce autem de tranſuerſo L.Cæſar ut ueniam ad ſe rogat. Off.68.b.Ecce tibi qui rex populi Romani eſſe concupierit. At.30.b.Ecce ex altera parte ſeboſus,&c. I.V.69.b. Ecce autem repentè,&c.pro Cec.290.b. Cum ſubitò ecce idem,&c.pro Cl.33.a.Ecce tibi eiuſmodi ſortitio, ut in primis Bulbo eſſet iudicandũ.ad Her.27.a. Ecce tibi iſte, &c.de Finib.85.a.Ecce miſerum hominem, ſi dolor ſummum malum eſt,dici aliter non poteſt.

Ecdicus,ci. Ecdici dicuntur municipiorum tribuni, uel quæſtores, qui eos perſequuntur, qui reip.pecuniam debent. Epiſt.224.b. Dixerat mihi Euthydemus ſe curaturum, ut Ecdici Mylaſij Romam mitterentur, ter uſurpatum eſt.

Echineis.inſula in Aegeo.In Arat.

Eclipſis, pſis. defectio. Ad Heren.23.a. Eclipſis ſolis & lunæ.

Eclogarius,rij.non Eglogarius. At.252.a. Sed notentur Eclogarij,quos,&c.



Econtrariò. de Fin.133.a.Econtrariò moderati habitus,&c.

Eculeus,lei.genus tormenti,ut rota.I.A.232.a.Ponite ante oculos uincula,uerbera,eculeum,carnificem, tortoremq; ſamariũ.pro Mil.112.b.& pro Deiot.144.b.Facti enim in eculeo quæſtio,iuris in iudicio.de Fin.99.a.et 113.a.& Tuſ.230.b.231.a.Eculeo torqueri.

Edacitas,tis.uicium uentris & gutturis. Q.Fr.328.b. Sine matre edacitatem pueri pertimeſco.Ep.107.b.Epicurei δυσεντερικὰ πάθη morbum edacitatis putant.

Edax,cis.Ep.138.b.Cum homine edaci tibi res eſt.pro Fl.154.Edacem enim hoſpitem amiſiſti.

Edera,ræ. Q.Fr.319.a.Topiarium laudaui, ita omnia conueſtiuit edera.bis.

Edico,cis.indico,proſcribo, expono.edicere non ſolum prætoris eſt,ſed etiam conſulis. I.P.83.a.I.V.122.a. Si quis cum pulſaſſet,edixit ſeſe iudicium iniuriarum nõ daturum.Off.68 a.Edictum quod communiter compoſitum fuerat, ſolus edixit.pro Q.15.b. Quid eſt cauſæ quin ſi longè aliter poſſedit quàm prætor edixit, iſte ex edicto non poſſederit.I.P.83.a.Conſul edicit,ut ſenatus ſenatuſconſulto ne obtemperet. Att.17.b. Ne abſens cenſeare, curabo edicendum & proponendum locis omnibus. I.V. 104.b.Iſte locare incipit non proſcripta, neq; edicta die. I.A.206.a.Iuſtitium edici, ſaga ſumi dixi placere. & de Ar.237.a.Iuſtitium edici. Att.174.a. Antonius edixit,ita ut me & Lælium exciperet. Q.Fr.307.a.Comitia edicta ſunt ad XI. Calendarum Febr. de Nat.77.a. Edixit ut quiſq;,&c.Quint.Fr.295.a.Prætorem edicere,ne fiat aliquid. de Leg.174.a.Suade igitur iſtam ipſam legem,ut ego poßim edicere,&c. de In.70.b.Quæ prætores edicere conſueuerunt.de Amic.107.a.Alius igitur finis amicitiæ conſtituendus eſt,ſi prius quid Scipio reprehendere ſolitus ſit,edixero. de Orat.209.b.Nullus locus ferè ab eo ſine confirmatione ſententiæ edicitur.aliter inducitur. de Fin.80.a.Eſt enim tibi dicendum,quæ obſeruaturus ſis in iure dicendo.

Edictum, cti.interdictum. I.V.95.b.Hi qui decretis edictiſq; tuis in te concitati ſunt. I.V.98.b.Qui plurimũ tribuunt edicto prætoris, edictum legem annuam dicunt eſſe.I.V.132.b. Qui Romæ totum edictum & omnia decreta uendidit. Offic.68.a. Edictum quod communiter compoſitum fuerat,ſolus edixit. I.A.223.a. Senatum cenſere, ædiles curules edictum quod de funeribus habeant, Seruij Sulpitij funeri remittere. pro Quint.11.a. Quod prætor non fieri,ſed ex edicto ſuo fieri iubet. Epiſt.224.a.Pecuniam neq; ex edicto,neq; ex decreto depoſitam habui. pro Quin.13.a.Si ex edicto poſſediſti,quæro cur bona non uenierint.& 15.b.Qui ex edicto meo in poſſeßionem uenerit.pro Fl.160.a.Flaccus ſanxit edicto ne frumentũ ex Aſia exportari liceret. pro Pom.15.a.Edictum & interceßio tribunorum.I.V.155.a.Edictum,ut ne quis cum telo ſeruus eſſet.

Ediſco,ſcis.memoriæ mando.de Or.97.b.Exercenda eſt etiam memoria, diſcendis ad uerbum quàm plurimis & noſtris ſcriptis & alienis. pro Mur.129.a. Qui ſingulis diebus ediſcendos faſtos populo propoſuerit. Ac.34.a. Eſt enim non magnus,ſed aureolus,& ad uerbum ediſcendus libellus.Tuſc.180.b.Non leguntur modò, ſed ediſcuntur. de Fin.68.b. Quis ueſtrûm non edidicit Epicuri κυρίας δόξας. Epiſt.92.a.Lepta ſuauißimus ediſcat Heſiodum,& habeat in ore, &c. de Orator.106.b.& 105.a. Qui iſtam artem facillimam non ediſcunt.

Ediſſ.

Ediſſa.urbs,& portus.I.V.253.b.

Ediſſero,ris.expono.de Leg.*.Neq; neceſſe eſt ediſſeri à nobis quæ finis funeſtæ familiæ.

Editio,onis.pro Plan.267.a.Iſta editio ſummam habet acerbitatem.

Edititius, tij. qui ab una tantum parte iudex electus eſt. pro Plan.266.b. Nec quicquam aliud in hac lege niſi edititios iudices es ſecutus.Item pro Mur.135.

Editus,a,um.I.V.225.a. Locus præcelſus atq; editus. Off.21.a.Hercules Iouis ſatu editus.

Edo,dis,edidi,editum.emitto,foràs do uel profero, in apertum profero,expromo. pro Syl.175.a.Illas tabulas deſcribi ab omnibus ſtatim librarijs,diuidi paßim & peruulgari,atq; edi populo imperaui. Acad.4.a. Nec ſe tenuit,quin contra ſuum doctorem librum etiam ederet. de Leg.173.b.Leges autem edentur à me non perfectæ, &c. Epiſt.16.b.Quos iampridem ad te miſiſſem, ſi eſſe edendos putaſſem. de Clar.166.b. Vt illos de rep.libros edidiſti.de Or.95.a.Qui nihil poſſunt dignum hominum auribus efficere atq; edere. Att.32.a.Is me rogat ut annales ſuos emendem & edam. & 255.a.Eas epiſtolas proſpiciam,corrigam,tum deniq; edentur. & 210.b. Dic mihi placet'ne tibi primum edere iniuſſu meo? de Orat.138.a. Nam nonnulli cum procemium meditati ediderunt, ſic ad reliqua tranſeunt, ut, &c. de Leg.157.a. Scriptores qui nondum ediderunt, de quibus exiſtimari non poteſt. & 193.b.Qui magiſtratu abierint,apud Cenſores edant, exponant,quid in magiſtratu geſſerint. pro Quint.11.b. Iudicium quin acciperet,in ea ipſa uerba,quæ Næuius edebat,non recuſaſſe. & 12.a. Se iudicio id quod edat accipere.de Orat.100.b.Deinde poſteaquam eſt editum, expoſitis à Cn.Flauio primum actionibus, nulli fuerunt. & I.V.207.a.Nec ſcriptum habeo,nec poſſum edere. pro Cl.56.b.Tabellæ recitatæ uobisq; editæ ſunt.pro Quint. 14.a.Socium tibi in eius bonum edidiſti Quintium. Attic. 75.a.Edere rationem alicuius rei cuipiam.& 102.b.Edere rationes alicui. Tuſcul.171.b. Qui naſcitur, in lucem edi dicitur. Tuſcul.190.a. Simulatq; editi in lucem & ſuſcepti ſumus.de Nat.52.a.Crocodilos cum in terra partum ediderint,obruere oua. Quint.Fr.300.a. Edere exemplum ſeueritatis alicubi.de N.58.a. Oues nullum fructum edere ex ſe ſine curatione hominum poſſunt. de Or. 120.b. Ager,qui meliores fœtus poßit & grandiores edere. Att.274.a.Hæc ex oraculo Apollinis edita tibi puta. Off.49.b. Apollo Pythius oraculo edidit,Spartam nulla re alia niſi auaritia eſſe perituram.de D.114.a.Illud naturale genus diuinandi concitatione mentis edi, & quaſi fundi uidebatur. pro Syl.175.b. Tibi familiari meo prius edituri fuerunt iudicium ſcribæ mei, ſi uoluiſſes,quàm in codicem referrent.I.C.113.a. Pòſt autem aliquanto Vulturnij iã iudicio expoſito atq; edito ſurrexit.pro Dõ.216 a. Is meum nomẽ operarijs ediderat, imperitis iniecerat. pro Pl.266.b.Nõ intelligo,cur uno in genere trib. edi uoluerit:id eſt,ab accuſatore.pro Pl.267.b. Clarißimi ciues nomẽ editi iudicis non tulerunt.I.A.243.a. Cuius in complexu libenter extremum uitæ ſpiritum ediderim. de Fin. 69.b.& de D.119.a.Edere clamores.de Leg.163.b.Edere magnam ruinam.Q.Fr.312.a. Memini nos miros riſus edere.pro Seſt.16.a.Edere ſcelus in aliquem. I.A.250.b. Edere facinus. de Ar.257.a.Infinita ſunt ſcelera quæ ab illo in patriam ſunt edita.pro Seſt.21.a.Edere animam.

Edo,es, edi,eſum.comedo, cibum capio. de Am.109. a.Multos modios ſalis ſimul edendos eſſe,ut amicitiæ munus expletũ ſit. Att.222.a.Itaq; & edit, & bibit ἀδεῶς, & iucundè,opiparè ſanè & apparatè. de Or.130.a.Catulus fœnum alios aiebat eſſe oportere.de Nat.27.b. Mergi pullos in aqua iußit ut biberent,quoniã eſſe nollent. Tuſc. 247.a.Nunquam ſitiens biberat,nec eſuriens ederat. de Fin.69.a.Primum ita non religioſi ut edant de patella.

Edoceo,ces.doceo.Poſtquam.210.b. Qui meam cauſam prudentibus commendarit,imperitos edocuerit. Sal. in Cic.271.a.Quem Minerua omnes artes edocuit. Tuſc. 208.a.Edocuit tamen ratio,&c.Ad Heren.13.a.Id magis uerisimile aiunt,quod uſus re ab ſe experiendo edocet.

Edolo, as.dolo. At.220.a. Omiſi ea, quæ in manibus habebam,quod iuſſeras edolaui.

Edomo,as.domo.de Fat.142.a.Vicioſam naturam ab eo ſic edomitam & compreſſam eſſe doctrina,ut,&c.

Edormio.mis.I.A.166.a.Edormi crapulam & exhala. Acad.14.a.Cumq; edormiuerunt, illa uiſa quàm leuia fuerint,intelligunt.

Educatio,onis.inſtitutio,diſciplina. de Orat.154.a. Inſtitutus liberaliter, educatione doctrinaq; puerili. de Leg.190.a. Id difficile factu eſt, niſi educatione quadam & diſciplina.de Fin.103.a.Fœtus & educatio beſtiarum. pro Seſt.28.b.Partus & educatio ferarum.

Educator, oris.de Nat.43.a. Omnium rerum ſator, educator,& altor mundi eſt.& pro Planc.276.b.Educator alicuius.

Educatrix,cis.nutrix. de Leg.168.b.Earum rerum parens eſt educatrixq; ſapientia.

Educo,as,educaui & eduxi.alo,nutrio,inſtituo. I.V. 260.b.Qui à parentibus ſuſcepti educatiq; ſunt.de Orat. 119.b.Non eſt boni parentis quem procrearit & eduxerit,eum nõ & ueſtire & ornare.I.V.245.b.Habemus hominem in fœcialium manibus educatum.de Or.96 a.Homo ingenuus liberaliterq; educatus. & 201.a. Educata huius nutrimentis eloquentia eſt. de In.50.b. Apud quos, quo more,cuius arbitratu ſit educatus.de Orat.141.b.Sed ut ea quæ orta ſunt educet atq; confirmet.de Fin.87.b.Vt in gignendo,in educando. de Cl.183.b. Filius non tam in gremio quàm in ſermone matris educatus.

Educo,cis.extraho,duco,libero.de Or.100.a. P.Rutilius Macinum de ſenatu iußit educi. I.C.99.b.Educ tecum omnes tuos. Q.Fr.324.a. Si nobiſcum eum rus aliquò eduximus.de Or.154.a. Quantis ex anguſtijs oratorem educere auſus es.contra Rul.70.a.Sortiri tribus, & educere quas uelis.I.V.171.b.Cum in ius ipſum eduxi,expreßi,ut conficere tabulas ſe negaret.de D.101.a.Si lacus ita eſſet eductus,ut ad mare peruenire non poſſet. de D. 95.b.Educere exercitum in expeditionem. Att.7.a.Eum per manum ſeruulæ ſeruatum & eductum.de In.63.b.& I.C.112.a.Educere gladium è uagina.

Effaris,uel re,tur.eloquor,enuncio.In Sal.275.b.Mihi ratio habenda eſt, ut ea dicam,quæ honeſtè effari poſſim.pro Dõ.242.a.Nec ullũ uerbũ ſolenne potuit effari. Ac.24.b.Quod ita effabimur:aut uiuet cras,etc.de D.89. a.Hæc pater effatus,&c.de Or.157.a.Effari & nuncupari latinè dici poſſe. At.218.b.Effari templũ.Item.Opinor augures nihil habere ad templum effandum. de Leg.173. b.Vrbem & agros & templa liberata & effata habento.

Effatum, ti.pronunciatũ.Ac.23.b.Nempe fundamentum dialecticæ eſt,quicquid enunciatur(id autem appellatur ἀξίωμα, quod eſt quaſi effatum) aut uerum eſſe aut falſum. de Leg.173.b.Alterum genus ſacerdotum, quod interpretetur fatidicorum & uatum effata incognita.





Effectio,onis.effectus,efficientia,non actio.de Fin.99. b.Quemadmodum opportunitas non fit maior productione temporis,ſic recta effectio(κατόρθωσιν enim ita appello, quoniam rectum factum κατόρθωμα ) igitur effectio creſcendi acceßionem nullam habet. Acad.40. de Finib.95.

Effector,oris.perfector, architectus,molitor.de Vn. 197.b.Effector mundi & molitor deus. & Tuſ.163.a.Effector tanti operis ac muneris.de D.120.a. Magna ſtultitia eſt earum rerum deos facere effectores. de Vn.202.a. Horum operum ego parens effectorq; ſum.At.124.b. Effector alicuius operis.de Or.97.a. Stylus optimus dicendi effector & magiſter.

Effectrix,cis.de Fin.76.a. Pecunia eſt effectrix multarũ & magnarum uoluptatum.de Vn.201.

Effectus,a,um.ut locus ab effectis rebus.Top.222.b.

Effectus,ctus.quod effectum eſt,euentus quandoq;. de Fin.97.a.Sic in libidine peccatum eſt etiam ſine effectu.et ibi.Nam ut peccatum eſt patriam prodere,parẽtes uiolare,quæ ſunt in effectu:ſic timere,ſic in libidine eſſe,peccatum eſt,etiam ſine effectu.de D.318.a.Radices quarũ cauſam ignoramus,uim & effectum uidemus.Tuſ.175.b. Effectus eloquentiæ eſt audientium approbatio.Top.226.b. Vt enim cauſa effectum indicat, ſic quod effectum eſt,quæ fuerit cauſa demonſtrat.

Efferatus,a,um.immanis.de N.14.a.Multas eſſe gentes ſic immanitate efferatas,ut,&c. Tuſ.216.a. Sunt enim multa efferata & immania.

Effero,as. quaſi ferum facio.de N.46.b. Homines non patiuntur terram immanitate belluarum efferari.

Effero,fers,extuli,elatum.edo,profero, afficio, pronũcio.) (.affero.de Cla.166.a.Ager, qui multos annos quieuit,uberiores efferre fruges ſolet.I. V.172.a. Cum ager id quod perrarò euenit cum decimo extuliſſet. & 193. a. Id perdere aratorem quod agri ſegetesq; extuliſſent. de N. 43.a.Quæ efferũt aliquid ex ſe,perfectiora ſunt quàm ea, quæ ex his efferuntur. At.97.a.et101.Bibulus pedem porta non plus extulit quàm domo ſua. pro S. R. 18. b. Vt quam exiſtimationem & honeſtatem in iudicium tuum attulit,eam liceat ei ſecum ex hoc loco efferre. I. C. 112. a. Qui ex ædibus eius, ſi quid telorum eßet, efferret.& ibid. Maximum ſicarum numerum extulit. Epiſt. 104.a. Iam iſta tua culpa eſt, qui uerecundiam tecum extuleris, & non hic nobiſcum reliqueris. I. C. 124. b. Quod uerò non cruentum mucronem, ut uoluit, extulit, quanto tandem, &c. de Orat. 129. b. & pro Flac. 154. b. Cum caſu in eadem cauſa cum funere efferretur anus Iunia. Att. 226. b. Si Cæſar funere elatus eſſet. & 238. a. Cn. Lucullus matrẽ efferebat.pro Dõ.221.b.Cum tua rogatione funere elata Reſp.eſt.de N. 76. a. Cur Maximus filium extulit conſularem? id eſt, ad funus tulit. de Leg. 183. b. Efferri ante lucem:id eſt, ad ſepulturam. de Or.104.b.Cum pupillum filium ipſe penè in humeros ſuos extulißet. pro 184.a.Patriam demerſam extuli.I.C.103. a. Populus Romanus,qui te per omnes honorum gradus ad ſummum imperium extulit. pro Quint.R. 50.a. Quæ res extulit eum? una commendatio huius. Antequam. 194.b. Quem paulo antè fortuna erexerat ad gloriam, uirtus extulit ad laudem,eundem Tribuni furor depulit ad calamitatem. pro Cor.58.a. Hi quos fortuna extulit, aut, &c.de Arat. 247.b. Si me efferret aliquando ad gloriam in refutandis maledictis improborũ animi quidam dolor, quis non ignoſceret? Item. At te ipſum Cato nunc & animi quodam impetu concitatum,& ui naturæ atq; ingenij elatum,iam ætas mitigabit.de Ar.244.a. Dolore efferri,& iracundia longius digredi quàm deceat.pro Cæl. 41. b. Læſi dolent, irati efferuntur.pro Dom.241.b.Efferre animos. de Pro. 76.a. Quæ quanquam ſunt abſciſſæ,tamen efferent ſe aliquando,& ad renouandum bellum reuireſcent. contra Rul.85.b.Sed certè non continebuntur, progredientur lõgius,efferentur.

Efferre.affici.pro Deiot.148.b.Efferri lætitia.de Fin. 135.a.Si uincunt,efferunt ſe lætitia: uicti debilitantur, animosq; demittunt. Et efferri lætitia. Tuſc. 231.a. Tuſ.217. a.Efferre ſe inſolenter.& 219. a. Et efferri ira. Epiſt. 23. a. Comitia iſta præclara, quæ me lætitia extulerunt. & 151. a. Et gaudio ſum elatus. & 211. b. Et elatus lætitia. Parad. 118. a. Aliquid ſe gloria & prædicatione efferens. Attic. 5. a. Efferri ſtudio in aliqua re. l. Elatus. de Sen. 94.b. Efferor ſtudio te uidendi. In Sal. 274. a. Cupiditatibus infinitis efferri. de Clar. 192. a. Efferre aliquem in cœlum laudibus. pro Muren. 127. a. Contempſiſti L. Murenæ genus, extuliſti tuum. de Orat. 147. b. Efferre aliquem uerbis. Ep.133.a. Efferre aliquem ſummis laudibus in cœlum.

Efferre.proferre in uulgus, promere, pronunciare. de Orat. 94. a. Peto à uobis, inquit, ne has meas ineptias efferatis. Orat. 203.a. Res alio atque alio elata uerbo. & 111. b. Efferre ſententiam grauem inconditis uerbis. Item: Eadem enim ſunt elata primùm à pluribus, &cæt. Ad Heren.39.b. Verba, quæ ſimiliter ijſdem caſibus efferuntur.

Efferueſco,ſcis,efferbui.ebullio, erumpo. de N. 31.b. Aquæ, quæ efferueſcunt ſubditis ignibus. de Pro. 70. b. Totus pontus armatus, efferueſcens in Aſiam, atque erumpens. Epiſt. 127. a. Cenſeo latendum tantiſper ibidem, dum efferueſcat hæc gratulatio. pro Cæl. 53. b. Si nimium efferbuiſſe uidetur huius in gerendis inimicitijs uis, ferocitas, pertinacia. pro Plan. 262. a. Sic campus atq; illæ undæ comitiorũ ut mare profundũ et immenſum, ſic efferueſcunt quodam quaſi æſtu,ut,&c. de Clar.187. a.Pontidius efferueſcens in dicendo. de Orat.116. b. Verba efferueſcentia.

Efficacitas,tis.Tuſ.215.b.Itemq; uiribus corporis et neruis & efficacitati ſimiles,ſimilibusq; uerbis animi uires nominantur.Q.de Pet.206.b.Qui tantum habet in libidine artis & efficacitatis,ut,&c.

Efficax,cis.qui multum habet efficacitatis.Ep.120.a. Noſti Marcellum quàm tardus & parum efficax ſit, itẽq; Seruius quàm cunctator.

Efficiens,tis.conficiens,quod efficit.de D.106.b. Nihil eſt futurũ,cuius non cauſas id ipſum efficientes natura contineat.de Fat.146.a.Sed cauſas id efficientes non habebat. Off.14.a.Cauſa autem & ratio efficiens magnos uiros eſt in priore. Of.75.b. & de Fin. 68.b. Cyrenaici uirtutem cenſuerunt eſſe laudandam,quod efficiens eßet uoluptatis. de Fin. 43.b. Philoſophi uirtutem diuidebant in res duas, ut altera eſſet efficiens, altera autem quaſi huic ſe præbẽs, eaq; efficeretur aliquid.in eo quod efficeret,uim eſſe cenſabant, in eo quod efficeretur, materiam quandam. Top. 215.b. Res effectæ ab efficientibus cauſis. Top. 225. b.Res efficientes,quæ cauſæ appellantur. Tuſc. 195. a. Origo, &c.id eſt,cauſa efficiens.Top.238.a. Efficiens cauſa, aliter,Conficiens.

Efficienter.de Fat.147.a. Quod cuiq; efficienter antecedat.

Efficientia,tiæ.uis efficiendi.de Fat.144.a.Intereſt inter cauſas fortuitò antegreſſas, & inter cauſas cohibentes in ſe efficientiam naturalē.de N.45.a.Cum aſpexiſſent ſolem,eiuſq; tum magnitudinē pulchritudinemq́;, tum etiā efficientiam cognouiſſent,quod is diem efficeret toto cœlo luce diffuſa.

Efficio, cis.facio, re ipſa facio, efficiens ſum, effector ſum,perſequor,concludo,conflo,effero.At.204.a. De pecunia uerò,uideo à te omnem diligentiam adhiberi,uel potius iam adhibitā eſſe,efficis enim,à te hortos habeo. Top.226.a.Cauſæ quæ ſine ulla appetitione animi,ſine uoluntate ſuum quaſi opus efficiūt.At.98.b.Feci igitur atq; effeci, ut neuter quenquam omnium pluris quàm me faceret.de Orat. 119.b. Hoc ille in noſtros mores induxit, ſolus auxit,ſolus effecit. de Or. 95. a. Qui nihil poſſunt dignum hominum auribus efficere atq; edere. de Am. 107. a.Sed potius debet eniti & efficere,ut excitet,&c.de N.12 a.Vt innumerabiles mundos natura effectura ſit, efficiat, effecerit.At.263.b.Enitere, elabora, uel potius, eblandire,effice.Or.220.a.Maius opus inſtitutum eſt,quàm effici potuerit.Of.4.a. Quibus ex rebus conflatur & efficitur id,quod quærimus honeſtum. Ep.35.a.b.Sic habeto,quicquid arte effici potuerit(non enim, &c.) ſed tamen quicquid elaborari aut effici potuerit ad iſtorum beneuolentiam conciliandam ſummo ſtudio me conſecutum eſſe. Or.206.b.Nam in me quidem iampridem effectum eſt, quod futurum fuit.At.213.a. Heri effeci epiſtolam ad Cæſarem, tibi enim placebat. Epiſt.115.a.Nec adhuc frequentem ſenatum efficere potuit.At.85.a.Ea uix in fœnus Pompeij, quod ſatis ſit,efficiunt.& ibid.Nec id ſatis efficitur in uſuram menſtruam.At.260.a.Hoc nec inſtitui, nec effici poteſt ſine tua ope.Quin.Fr.297.b.Caueamus quantum efficere & conſequi poßimus,ne,&c.de D. 129.a. In latere & cæmento ex quibus urbs effecta eſt. de N.14.a. Hinc omnia effingis atq; efficis. Of.54.b. Si uirtus efficiens utilitatis eſſet. I.A.250.b.Quæ L. Antonius in Parmenſium uxoribus effecerit.de Finib.56.b. Doloris amotio ſucceßionem efficit uoluptatis.Ep.1.a. Ego quia non idē in tua cauſa efficio,uitam mihi acerbam puto.Ep.58.a. Quod ſentias,aut re efficere,aut deniq; libera oratione defendere. de Fin.131.a. Vſus progrediens familiaritatē efficit. de Leg.159.a.Cuius muneris colendi efficiēdiq; cauſa nati ſumus. At.10.a.Tu mandata effice,quæ recepiſti.I.A.181.a.Statimq́; illa mirabilia facinora effecit.Parad.116.a.Cato minutis interrogatiunculis quaſi punctis,quod propoſuit efficit.Off.32.b.Quare hoc quidē effectum ſit,in officijs deligendis,hoc genus officiorum excellere,quod, &c.de Fin.53.a.Efficere & concludere rationem.

Effictio,onis.exornatio ſententiarū.ad Her.39.b. Effictio eſt,cum exprimitur & effingitur uerbis corporis cuiuſpiam forma,&c.

Effigies,ei.ſpecies,imago,ſimulachrum.de Fin.76.b. Filia effigies moris, ſermonis,animi mei.de Fin.76.b. Reliquit effigiem & humanitatis & probitatis ſuæ filiū. Q.Fr.294.a. Cyrus ille à Xenophonte non ad fidem hiſtoriæ ſcriptus,ſed ad effigiem iuſti imperij.pro Arch.191.b. Conſiliorū relinquere & uirtutū noſtrarum effigiē multo malle debemus ſummis ingenijs expreſſam et politā.de Or.101.a.Plurima in XII.tabulis antiquitatis effigies. I.V.141.a.Effigies ſimulachrumq́; Mithridatis.de N.21.b.Hominis effigies & imago.Quin.Frat.303.a.Quædam effigies ſpirantis mortui.de Or.141.a.Res autem ipſas rerum effigies notaret.Tuſ.190.b.Eminens effigies uirtutis. & ibi.Adumbrata imago gloriæ.

Effingo,gis.exprimo.pro S.R.26.a. Vt effictos mores noſtros in alienis perſonis,& expreſſam imaginē noſtrā uitæ quotidianæ uideremus. de Or.125.a.Mores oratoris effingit oratio. de Leg.161.a.Tum natura ſpeciem ita formauit oris, ut in ea penitus reconditos mores effingeret. Tuſc.161.a. Quæ porrò tam immenſa magnitudo, quæ illa tam multa poßit effingere? de N.14.a. Hinc omnia effingis atq; efficis. de D.85.a. Aſperſa temerè pigmenta in tabula oris lineamenta effingere poßunt. de N.64.a.Natura ſui dißimilia nō poteſt effingere.de Or.141 a.Effingere animo,quæ memoria tenere uelis.& b. Ea animis effinguntur noſtris.ad Her.39.b.Exprimere & effingere formam alicuius. Acad.6.a.Viſum igitur impreſſum effictumq́; unde eſſet,&c.

Efflagitatio,onis.petitio,poſtulatio.At.287.a. Efflagitatio omnium,&c.& Plan.Ep.159.a.

Efflagitatus,tus.efflagitatio.I.V.251.a.

Efflagito, as. magnopere poſtulo. pro Mil. 119. b. Eorum nos magis miſeret, qui noſtram miſericordiam non requirunt, quàm qui illam efflagitant. Quint. Fra.313.a. Epiſtolam hanc conuicio efflagitarunt,codicilli tui. I.V.56.a. Iudiciorum deſiderio tribunitia poteſtas efflagitata eſt. At.287.a.Quoniam efflagitas,coactu tuo ſcribam.I.V.88.b.Cum iſte à Dolobella efflagitaſſet, ut, &c. Antequam.194.a. Auxilium ab alienis efflagitabitis, cum ciues ueſtros deſeratis?

Efflo,as.emitto,ago.pro Mil.111.a.Clodius Cyrum animam efflantem reliquit. Acad.12.a.Nam & agere animam & efflare dicimus.de D.102.a. Abijcit efflantem & laceratum affligit in unda.

Effloreſco,ſcis.ſplendeſco,eluceo,eniteo,exiſto,mano. de Or.86.b. Ex rerum cognitione effloreſcat & redundet oportet oratio.de Am.115.a. Vtilitas effloreſcit ex amicitia,etiamſi tu eam minus ſecutus ſis.de Or.160.a. Poſt anapæſtus procerior quidam numerus effloruit. pro Cæl.35.b. Amputanda multa ſunt illi ætati, ſi quidem effloreſcit ingenij laudibus.de Or.138.a. Et apparebit eas penitus ex ea cauſa,quæ tum agatur,effloruiſſe.de Fin. 63.a.Cum autem uſus progrediens familiaritatem effecerit,tum amorem effloreſcere,&c.

Effluo,is.elabor,excido,affluo,mano,abeo. de Or. 136. b.Quod ſemel eſſet infuſum,nunquam effluere poſſe. Att.201.b.Conſiderabis etiam de Tuſculano, ne æſtas effluat. de D.93.b.Siue deeſt naturæ aliquid,ſiue abundat atq; effluit.pro Dom.237.b.Et ſi effluunt multa ex ueſtra diſciplina,quæ etiam ad noſtras aures ſæpe perueniant. de D.100.a.Quondam lactis imber effluxit.de Sen.78.a.Præterita ætas,quamuis longa,cum effluxerit,non poteſt conſolari ſtultum ſenem. de Clar.184.a. Huic minimè mirum eſt ex tempore dicenti,ſolitam effluere mentem.de Sen.91 b. Cum enim id aduenerit, tunc illud quod præterit, effluxit.I.V.213.a.Hoc modo me commonuit Piſonis annulus, quod totum effluxerat:id eſt,exciderat. Ep.102.a.Antequam planè ex animo tuo effluo.de Fin.57.b.Nec præteritas uoluptates effluere patiatur. Tuſcul.187.b. Cùm unà cum ſanguine uitam effluere ſentiret. de Vn.203. a.Influere.)(.Effluere.

Effodio, dis. eruo. Off.35.a. Nec ferrum, aurum, æs, argentum effoderetur penitus abditum, &c. de N.78. b. Hi duos oculos oræ maritimæ effoderunt. pro Mar.132.b. Omnium Marcellorum meum pectus memoria effodit.





Effœminatè.muliebriter.Of.4.a.Cauetq; ne quid indecore effœminateq; faciat.

Effœminatus,a,um. qui animum gerit muliebrē.Of.26.a.Ne quid effœminatum aut molle,aut ne quid durum,aut ruſticum ſit.pro Mil.119.a.Homo effœminatus. I.A.185.b.Impudicus & effœminatus.Tuſ.223.b.Videndum eſt in utriſq; ne quid humile,ſummiſſum,molle,effœminatū, fractum abiectumq́; faciamus.pro Plan.277.b. Illa uox furialis nefarijs ſtupris effœminata.

Effœmino,as.eneruo,mollio.Tuſ.169.a. Nam nunc quidem cogitationibus mollißimis effœminamur.de Finib.84 b. Fortitudinis quædam præcepta ſunt, quæ effœminari uirum uetant in dolore. de N.39.a. Effœminarunt autem eum,Iunoniq; tribuerunt,quod nihil eſt eo mollius:id eſt aërem.

Effœtus,a,um.exhauſtus,confectus,debilis. de Senect.83.a. Intemperans adoleſcentia, effœtum corpus tradit ſenectuti.

Effrenatè.temerè.de Sen.85.a.Voluptatis auidæ libidines temerè & effrenatè ad potiundū incitantur. Tuſ.192.a.Effrenatè ferri.At.263.a.Libertatis auida legio effrenatius in aciem hoſtium irrupit.

Effrenatio,onis.impotentia.I.A.198.b.Quæ effrenatio impotentis animi?

Effrenatus,a,um.proiectus,præceps,indomitus,profuſus,impotens.Of.18.b.Homines ſecundis rebus effrenatos ſibiq; præfidentes tanquam in gyrum rationis & doctrinæ duci oportet.pro Cl.20.b.O libidinē effrenatam & indomitam.I.A.244.b.Noui hominis furorem, noui effrenatam uiolentiam.I.V.88.a.Indomitæ atq; effrenatæ cupiditates.I.C.102.a.Quo te iſta tua cupiditas effrenata ac furioſa rapiebat.de Or.111.b. Languentis populi incitatio & effrenati moderatio. de Ar.243.b. Effrenatus & præceps furor alicuius.pro Cæl.44.b.Mens & effrenata & præceps. pro Dom.236.a. Proiecta quædam & effrenata cupiditas. Tuſc.212.b. Libido efficit effrenatam appetentiam.

Effringo,gis.frango,deijcio,perfringo.I.V.211.b. Effringi fores,reuelli clauſtra.& 222.a. Conuulſis repagulis,effractisq; ualuis. pro Mur.132.a.Ianua qua effracta & reuulſa tota pateret prouincia.pro Cæl.45.b.Fores effregit,reſtituentur.

Effugio,gis.euito,elabor,euolo. pro Pom.8.a. Rex ipſe è manibus effugit.ad Her.7.b. Aut eum effugiſſe alias rationes cōmodiores propter cupiditatē.Q.Fr.305.b. Quod ad effugiendos intolerabiles dolores fuit aptißimum. I.V.97.a.In quibus non dubito quin offenſionem negligentiæ uitare atq; effugere non poßim.de Or.180.a.Theophraſtus moleſtè tulit,ſe non effugere hoſpitis ſpeciem,cum ætatem ageret Athenis.At.256.b. Effugere uituperationem. Ep.49.a.Et effugere offenſionem alicuius.pro Fla.147.b.Et is eſt reus auaritiæ,qui in maledicentißima ciuitate in ſuſpicioſißimo negocio maledictū omne,non modò crimē effugit.de Or.122.a.Nihil te effugiet,atq; omne quod erit in re occurret,atq; incidet.de Fin.56.b.Dolorum effugiendorum gratia.

Effugium,gij.refugium, profugium. de N.50.a. Quaſdam animantes habere effugia pennarum. I.V.270.a. Non modò effugium,ſed ne moram quidem mortis aſſequi potuit.

Effundo,dis.profundo,emitto.de Or.98.a. Effudi uobis omnia quæ habebam. pro Flac.154.b. Teſtis effudit, quæ uoluit omnia. de Orat.167.b. Hæc enim ætas effudit hanc copiam. Orat.201.b. Segetes fœcundæ effundūt herbas inimicas frugibus. Epiſt.15.b. Quod ego odium effudiſſe me omne arbitrabar. At.274.a. Magno timore perculſa ciuitas tota ad te ſe cum coniugibus & liberis effundebat.pro Flac.160.b. Vox in coronam turbamq́; effunditur.Epiſt.198.b. Effundere furorem in aliquem. de Ar.251.b.Qui omnes iudices Tribunus è carcere in forū effudit.I.P.82.b. Quod in me carcerem effudiſtis. de N.49.a.Mare,medium terræ locum expetens conglobatur undiq; æqualiter, neq; redundat uſquam, neque effunditur. Attic.283.a. Per eos ipſos dies effudi (ſi ita uis) honores in mortuos. pro Plan.281.a. Effudi plurimas lachrymas. Attic.256.b.Brutus effudit illa omnia, quæ tacuerat. I.A.184.a.C.Cæſar patrimonium ſuum effudit, quanquam non ſumus uſi eo uerbo,quo decuit:nō enim effudit, ſed in ſalutem reipublicæ collocauit.pro Deiot.145 b. Conſules ex Italia profugiſſe,cunctum ſenatum, totam Italiam eſſe effuſam. Attic.60.a.Pompeius in nos ſuauiſſimè eſt effuſus. Of.44.a. Effundere patrimonium. pro S.R.19.b. Per luxuriam effundere & conſumere omnes fortunas.& 29.b.Sumptus effuſi cum dedecore. Item: C. Gracchus cum largitiones maximas feciſſet & effudiſſet ærariū,uerbis tamen defendebat ærariū.contra Rul.84.a.Effuſis ac dißipatis fructibus ueſtris.Parad.119.b. An tēperantem eum dices, qui ſe in aliqua libidine continuerit, in aliqua effuderit?

Effuſè.largè, prolixè. pro S.R.22.a. Largè effuſeq́; donare alicui.& pro Cæl.45.b. Tuſc.212.a. Cum & inaniter,& effuſè animus exultat,tum illa lætitia geſtiens,uel nimia dici poteſt.I.P.81.a. Id nemo tam effuſè petulans conatus eſt.

Effuſio,nis. φθαρά, largitio,elatio,eruptio.Par.237.a. Liberalitatē effuſio imitatur. At.102.a.Pro ipſius in alios effuſione.Tuſ.242.a.Eodē uicio eſt effuſio animi in lætitia,quo in dolore contractio.de N.31.a.Aquæ effuſio.I.P.90.b.Quid dicam aduentus meos? quid effuſiones hominum ex oppidis? quid concurſum ex agris?

Effuſus,a,um.prodigus,profuſus.pro Cæl.40.a. Quis in largitione effuſior?

Effutio,tis.inaniter fundo. de N.45.a. Quidam temerè de mundo effutiunt.Tuſ.245.b. Nec hoc ſic agit, ut ex tempore quaſi effutire uideatur.de N.18.a.Quàm bellum erat confiteri potius neſcire,quod neſcires,quàm iſta effutientem nauſeare.de D.132.a. Quorum partim ficta ſunt apertè, partim effutita temerè.

Egens,tis.indigens,qui eget,qui in egeſtate eſt,cui quæſito opus eſt.)(.Locuples.At.85.a.Nihil illo regno ſpoliatius,nihil rege egentius.At.226.b. Serui & egentes in tecta noſtra cum facibus immißi.pro S.R.22.a. Qui in ſua re fuiſſet egentißimus,erat(ut fit)inſolens in aliena. pro Fla.153.b. Aſclepiades fortuna egens.Ep.93.b. Ipſe egens rebus omnibus.ad Her.29.b.Egens æquè eſt is,qui nō ſatis habet,ut is cui nihil ſatis poteſt eſſe. Att.140.a. Egeſtates tot egentißimorum hominum.& 118.b.Vagantur egētes cum coniugibus & liberis.

Egeo, es. mihi opus eſt, mihi quæſito opus eſt,indigeo.)(.quàm plurimū habeo,abundo. de N.49.a. Quæ ut fierent,ratione eguerunt. & 55.a.Cum oculis ad cernendum nō egeremus. Top.226.b.Quæ ſe ipſis contenta ſunt,meliora quàm quæ egent alijs. de Cla.186.b.C. Macer authoritate ſemper eguit. Off.10.b.Etiam ſi illi his non eget. Tuſ.176.a.Ne bibliothecis quidem Græcis egebimus. de D.109.b.Vt Græcis de philoſophia literis non

egeant. Quint. Frat. 325. b. Incredibile eſt quàm egeam tē=
pore. Epiſt. 153. a. Tu quanquam conſilio non eges, uel a=
bundas potius, &c. Off. 35. a. Earum rerum quibus abun
daremus exportatio, & earum quibus egeremus inuectio.
Epiſt. 28. b. Egere auxilio alicuius. & 71. b. Et egere con=
ſolatione. Attic. 116. a. Rectè ſic cenſeo, cedendum de op=
pidis ijs, egeo conſilij, quod optimum factu uidebitur, faci
es. Epiſt. 127. b. Grauitas morbi facit, ut medicinæ egea=
mus. ad Her. 41. a. Egent longæ orationis. pro Quin. R.
48. b. Egebat, immo locuples erat. Attic. 284. b. Themi
ſtoclis liberi eguerunt. Antequam. 195. a. Quondam felix
&c. nunc ab amicis circumuentus, eget indignè. Off. 11. a.
Eorum qui egent, infinita eſt multitudo. de Am. 100. a.
Amici egentes abundant. Attic. 261. a. Illi opera mea
nihil opus eſt.

Egeſtas, tis. inopia, indigentia, mendicitas, domeſtica diſ=
ficultas.)(. Abundantia, copiæ. Parad. 124. b. Iſta pauper=
tas uel potius egeſtas & mendicitas tua. At. 140. a. Egeſta
tes tot uehementiſsimorum hominum. Poſtquam. 206. a.
Qui egeſtatem & luxuriā domeſtico latrocinio ſuſtenta=
uit. pro S. R. 42. b. et 32. b. Degere uitā in egeſtate. I. C. 109
b. Copiæ cum egeſtate confligunt. de In. 58. b. Si propter in
opiam in egeſtate eſtis, pecunias nō habetis. I. P. 84. a. Nō
capiunt anguſtiæ pectoris tui, non egeſtas animi recipit
tantam perſonam.

Egialeus, lei. uiri nomen apud Pacunium comicum.
de N. 69. a.

Eggyna. ciuitas. I. V. 170. a.

Εγκελεύσματα. uide cohortatio.

Eglogarius, rij. Eclogarius.

Ego, mei. I. C. 118. a. Ego ſum ille cōſul, qui, &c. pro
Syl. 170. b. Atq; idem ego, neq;, &c. I. C. 98. b. Si ego idem
in ſenatu, &c. At. 152. a. Nihil malo quàm & me mei ſimi=
lem eſſe, & illos ſui.

Egredior, ris. exeo, prodeo. pro Quin. 6. b. Certos mihi
fines terminoſq; conſtituā, extra quos egredi non poßim.
& ibid. Si extra hos cancellos egredi conabor, quos mihi
ipſe circundedi. de Ar. 243. b. Cum egredientem inſequi cœ
piſſem. I. P. 90. a. Cum ſenatum egreſſum uidi ad comple=
ctendum conſeruatorē ſuū. Tuſ. 151. a. An tu egreſſus por=
ta Capena, putas, &c. At. 96. b. Tarquinius ſimul è portu
egreſſus eſt, &c. & 208. b. Nos pedem è uilla adhuc egreſ=
ſi non ſumus. I. C. 104. b. Egredi urbe. pro Lig. 137. b. Ro=
ma eſt egreſſus ad bellum. pro Quin. 4. a. Roma egredi=
tur Quintius, &c. Epiſt. 241. b. Ex prouincia egredi. I. V.
212. b. Egredi è naui. de Clar. 171. b. Egredi à propoſito or
nandi cauſa.

Egregiè. bene, ualde præclarè. de Or. 133. b. P. Cornelius
egregiè fortis & bonus imperator. Q. Fr. 293. a. Seruus e=
gregiè fidelis. de Cla. 167. b. Egregiè ſubtilis ſcriptor. Att.
235. a. Dolobellam ualde tibi placere uideo, mihi quidē e=
gregiè. de Cla. 188. b. Pauci poſſunt egregiè pingere. At.
37. a. Egregiè gratū. de Or. 101. b. Egregiè cordatus homo
Catus Aelius Sextus.

Egregius, a, um. excellens, præſtans, præclarus. I. A. 153.
a. Præclara tum oratio Antonij, egregia etiam uoluntas.
de Or. 95. b. Egregia & præclara indoles. & 85. b. Mini=
mam copiam poetarum egregiorum extitiſſe. de Cla. 172.
a. Lælius in laude bellica egregius. de Or. 103. a. Vir in pro
curatione ciuitatis egregius. de N. 21. a. Egregium opus.
Ad Her. 23. a. Egregia pulchritudo, unica turpitudo. de
Fin. 73. a. Egregius color, integra ualetudo. Ep. 22. a. Ci=
uis egregius.

Egreſſus, greſſus. I. P. 86. a. Qui frequentia ſua e=
greſſum ueſtrum in prouinciam ornauerunt, & cele=
brauerunt.

Eheu. doloris nota. Antequā. 197. b. Eheu conditionem
huius temporis.

Eho. admonentis uox. Or. 211. b. Eho tu cognatum tuū
non noras? ad Her. 13. de In. 59. Or. 201. Ennij.

Eiectio, onis. At. 33. a. Tenemur undiq;, neq; iam quo mi
nus ſeruiamus, recuſamus: ſed mortem & eiectionem, qua
ſi maiora timemus, quæ multo ſunt minora.

Eiectus, a, um. ut eiectum cadauer. I. P. 83. a. l. Cadauer.
pro S. R. 19. b. Damnatus & eiectus: id eſt, in flumen
proiectus.

Eiero, as. eiuro. de Or. 135. a. Non ego mihi illū iniquum
eiero, uerùm omnibus: id eſt, teſtor, reijcio.

Eijcio, cis. expello, exturbo, extrudo, detrudo, deijcio,
extermino, effundo, profundo, moueo. de Or. 130. b. Nō ni
mium liberale hoſpitium meum dices, nam te in uiam ſta=
tim extrudam & eijciam. pro Mil. 121. b. Ex urbe expelli,
exterminari, eijci. de Or. 143. b. C. Cotta eiectus eſt è ciuita
te. & ibi. a. pro Quin. 4. b. Expelli atq; eijci è prædio. Q.
Fr. 312. a. Furium Flaccum Capitolini & Mercuriales de
collegio eiecerunt. I. C. 103. b. Quid ſi ſe eiecerit, ſecūq; ſu=
os eduxerit? & 106. b. A me in exilium eiectus eſt Catili=
na. de Or. 133. b. Gallus pictus eiecta lingua, buccis fluenti=
bus. I. A. 246. a. Eumq; ex numero hominum eijciendum,
ex finibus humanæ naturæ exterminandū puto. Or. 206.
a. Ita poſtremò eijciuntur, ut ne ad ſaxa quidem mortui
conquieſcant. pro S. R. 27. a. Amorem illum penitus inſi=
tum eijcere ex animo. Ep. 234. a. Eijcere nos magnum fuit,
excludere facilè eſt.

Εἱμαρμένη. uide fatum.

Eiulatio, onis. eiulatus. de Leg. 182. b. Leſſus, quaſi lu=
gubris eiulatio.

Eiulatus, tus. eiulatio. de Ar. 252. b. Non ſunt illi gemitus
& eiulatus Philoctetæ tam miſeri, quàm, &c. Tuſ. 187. a.
Eiulatus ne mulieri quidem conceſſus eſt.

Eiulo, as. ploro. Tuſ. 178. b. Aſpice Philoctetam magnitu
dine dolorum eiulantem.

Eiuro, as. eiero. iuro, reijcio, deteſtor. I. V. 178. b. Nego
ciatores putāt eſſe turpe, id forū ſibi iniquū eiurare, ubi ne
gocientur: prætor prouinciam ſuam totam ſibi iniquā eiu
rat. I. A. 242. b. Itaq; ut alacres illi inter ſe quaſi uiciſſent,
gratulabantur: ſic me iniquum eiurabant, de me quere=
bantur. Ep. 136. b. Tu autem, quod mihi bonam copiā eiu=
res, nihil eſt.

Eiuſdēmodi, eiuſmodi. I. V. 214. b. Eiuſdēmodi totū ius
prætorium, eiuſdemmodi omnis res iudiciaria fuit. & Ac.
19. b. Vt doceret nullum tale eſſe uiſum à uero, ut nō eiuſ=
demmodi etiam à falſo poßit eſſe.

Eiuſmodi. talis, eius generis, generis eiuſdem, eiuſdem
modi. pro Pom. 4. b. Genus belli eſt eiuſmodi, quod maxi=
mè ueſtros animos excitare debet. Acad. 19. b. Si id tale
eſſet ab eo quod eſt, ut eiuſmodi ab eo quod non eſt, poſſet
eſſe. Epiſt. 55. b. bis. Reliqua ſunt eiuſmodi, ut, &c. Epiſt. 5.
a. Sed tamen in eiuſmodi rerū perturbatione, quanquā o=
mnia metuenda ſunt, nihil magis quàm perfidiā timemus.
Or. 207. a. Nam cū compreſſerat digitos pugnumq; ſece=
rat, dialecticam aiebat eiuſmodi eſſe. Top. 224. b. Et cæte=
ra generis eiuſdem.

Elabor, ris. excido, euado. de Or. 127. a. Nihil unquā
uidi, quod tam è manibus elaberetur, quàm mihi tum ela=
pſa eſt illa cauſa. pro Dom. 227. a. Frater meus ex ueſtro
ferro



ferro ac manibus eſt elapſus. Epiſt. 172. a. Dabo operam
ne Ventidius elabatur. Quin. Fr. 324. a. Quid eſſem, ſi me
agente eſſet elapſus? I. C. 100. b. Quotiens tibi ſica ex=
cidit caſu aliquo & elapſa eſt. pro Dom. 234. a. Ex ore
iſto religionis uerbum excidere atq; elabi poteſt? de N. 51.
b. Cum animal ex utero elapſum excidit. de D. 90. a. Cum
ſe conuoluēs ſol elaberetur & abiret. de Som. 131. a. Eorū
animi corporibus elapſi circum terram ipſam uolutan=
tur. I. V. 137. a. & de Sen. 85. b. Ex tot tantiſq; crimi=
nibus elapſus eſt. At. 11. b. Statum illum quem, &c. elap=
pſum ſcito eſſe de manibus. Item: Et cum extraordinaria
pecunia crimen ſubterfugere uelles, ſatis te elapſurum om
ni ſuſpicione arbitrabare. ad Her. 23. a. Vſitatæ res è memo
ria elabuntur. Tuſ. 153. b. Cum poſui librum, aſſenſio om=
nis illa elabitur.

Elaboratio, onis. labor, nimia cura. ad Her. 31. a. Hæc nō
uidentur reperiri poſſe ſine elaboratione, & operæ con=
ſumptione.

Elaboratus, a, um. exornatus, excultus, politus. de Clar.
194. a. Diligenter elaborata etiam quàm elucubrata ora=
tio. pro Cæl. 47. a. Oratio & cura & uigilijs elaborata.
Or. 200. a. Ornati elaboratiq; uerſus. Or. 204. b. Elabora
ta concinnitas. pro Pom. 4. a. Perfectum ingenio, elabora=
tum induſtria.

Elaboro, as. laboro, operam do, contendo, enitor, elu
cubror, exorno, excudo. de Or. 136. a. Non tam ut proſim
elaborare ſoleo, quàm ut ne quid obſim. & 85. b. Qui nō
aliqua in re una ſeparatim elaborauerunt. & 87. a. Ne=
que in uniuerſo genere ſingulos elaboraſſe, ſed, &cæt.
contra Rul. 79. b. Nullum eſt tam aſperum ſaxetum, in
quo agricolarum cultus non elaboret. de Orat. 86. b. Ex
illis rebus uniuerſis eloquentia conſtat, quibus in ſingulis
elaborare permagnum eſt. Att. 72. b. Quod ſupereſt, ela
boratur in hoc à me, ſicut tibi ſenſi placere. I. A. 210. a.
Omne curriculum induſtriæ noſtræ in foro elaboratum
eſt. Tuſc. 149. a. In quo eo magis eſt elaborandum, quod,
&c. pro Mar. 135. a. In hoc tibi elaborandum eſt, rem=
pub. ut cōſtituas. de Sen. 84. a. Deſudare et elaborare in ali
qua re. pro Mur. 128. a. Elaborare in aliqua ſcientia.
Orat. 201. b. Elaborant alij puro quaſi quodam genere
dicendi. & 205. b. Qui in illo ſubtili elaborauit, &c. Ep.
45. a. Hæc mihi ampliora multo ſunt, quàm illa ipſa pro=
pter quæ elaborantur. de Sen. 42. a. In literis elaboraui. Q.
de Pet. 208. b. Elaborare & eniti cauſa alicuius. Brut. 281.
b. Sacerdotum comitia mea ſumma contentione in alterū
annum ſunt reiecta, quod ego cum Ciceronis cauſa elabo=
raui, tum Domitij, &c. Att. 263. b. Enitere, elabora, uel
potius eblandire, effice ut Plancus, &c. Quin. Fr. 298. a.
Contende quæſo atq; elabora, ut. &c. Epiſt. 21. a. & 19.
b. & 30. a. & 231. b. Mihi eſt in hac petitione Milonis non
modò contentione, ſed etiam dimicatione elaborandum.
Or. 200. a. De induſtriaq; non ex inſidijs elaboratur, ut
uerba uerbis quaſi demenſa & paria reſpondeant. Ep. 135
a. b. Sic habeto, quicquid arte effici potuerit (non iam ſa=
tis) &c. ſed tamen quicquid elaborari, aut effici potuerit
ad iſtorum beneuolentiam cōciliandam, ſummo ſtudio me
conſecutum eſſe. Tuſ. 171. a. Qui ſe oſtenderit de hoc toto
genere nihil elaborare: id eſt, curare. de Cla. 167. a. Græcia
omnes artes uetuſtiores habet, quàm hæc eſt à Græcis ela=
borata dicendi uis: id eſt, exculta.

Elapſus, a, um. pro Muren. 144. a. Si hæc elapſa de
manibus noſtris in eum annum, qui conſequitur, re=
dundarint.

Elargior, ris. largior. Ep. 5. a. Ex ijs rebus, quas tibi for=
tuna elargita eſt.

Elatio, onis. præſtantia.)(. Submißio. Top. 227. a. Pari=
um comparatio nec elationem habet, nec ſubmißionem. de
Fin. 97. b. Lætitia, quaſi geſtiētis animi elatio uoluptaria.
Off. 13. a. In hac elatione & magnitudine animi facillimè
pertinacia & nimia cupiditas principatus innaſcitur. de
Cla. 170. b. Horum ſententijs officit Theopompus elatio=
ne atq; altitudine orationis ſuæ.

Elatus, a, um. contra Rul. 85. b. Quibus illi rebus elati et
inflati non continebuntur. Off. 12. b. Quod animo magno
et elato factū ſit. Or. 208. a. Principia uerecunda non ela=
tis intenſa uerbis. de D. 90. b. Ille aūt elatus cupiditate re=
ſpexit. Tuſ. 231. b. Elatus inani lætitia, exultans, temerè ge
ſtiens. de N. 13. a. Sed elatus ſtudio uereor ne longior fue=
rim. Or. 203. b. Res alio atq; alio elata uerbo.

Elatè. Tuſ. 233. a. Elatè & amplè loqui.)(. Humiliter de
miſſeq; ſentire.

Electè. diſtinctè, diſcretè.)(. Permiſtè. de In. 52. b. Ele=
ctè digerere.

Electio, onis. lectio, ſelectio. Or. 203. a. Iudicium electioq;
uerborum. & de Fin. 116. b. Initia quorum ex electione uir
tus poßit exiſtere. & ibid. Non enim in ſelectione uirtus
ponenda eſt.

Elector, oris. ad Her. 25. a. Poſtremò in eo uim artificij
conſumant, ut ipſi ab alijs potius eligendi, quàm aliorum
boni electores exiſtimentur.

Electus, a, um. lectus. pro Quint. 1. b. Vir electißimus
noſtræ ciuitatis. I. V. 95. b. Prudentißima electißimaq;
fœmina.

Elegans, tis. luculentus, concinnus, politus. de Or. 131.
a. Perſpicitis hoc genus quàm ſit facetum, quàm elegans,
quàm oratorium. de Clar. 192. a. Faceta & elegans iro=
nia. de D. 53. b. Epicurus ſentit nihil unquam elegans, ni
hil decorum. Tuſc. 161. a. A quibus manſuefacti & excul
ti ad elegantiora defluximus. Epiſt. 105. a. b. Homo in o=
mni iudicio elegantißimus. de Fin. 69. b. Vir mundus &
elegans. de Cla. 161. b. & Off. 21. a. Politus, urbanus, ele=
gans. de Cla. 167. b. Lyſias ſubtilis ſcriptor atq; elegans. et
170. a. Acutus, elegans, facetus, breuis. Or. 204. b. Vt in
epularum apparatu à magnificentia recedens, non ſe par
cum ſolum, ſed etiam elegantem uideri uolet, eliget quibus
utatur. pro S. R. 58. b. Pueri ex tot elegantißimis familijs
lecti. pro Plan. 279. a. Perelegans & perſubtilis oratio. de
Cla. 186. b. Torquatus elegans in dicendo. At. 259. b. Ele=
gantißima epiſtola.

Elegāter. ornatè, politè, enucleatè.)(. Ineleganter. Tuſ.
176. a. Qui profitentur ſe neq; diſtinctè, neq; diſtributè,
neq; eleganter, neq; ornatè dicere. de Cla. 172. a. Cauſam
pro aliquo politè eleganterq; dicere. & ibid. Diligentius
meliuſq; dicere. Attic. 222. a. Liberti lautiores elegan=
ter accepti. de Cla. 188. a. Cæſarem omnium ferè oratorū
Latinè loqui elegantißimè. Ep. 69. b. Quæ eleganter copi
oſeq; collegiſti.

Elegantia, tiæ. munditia, lautitia, Latinus ἀφέλεια.
At. 103. a. Terentius, cuius fabellæ propter elegantiā ſer=
monis putabantur à Lælio ſcribi. de Or. 111. a. Catulus cui
Græci ipſi ſolent ſuæ linguæ ſubtilitatem elegantiamq; cō
cedere. de Cla. 188. b. Itaq; ad hanc elegantiam uerborum
latinorum adiungit illa oratoria ornamenta dicendi. de
Or. 85. a. b. Tu autem eloquentiam ab elegantia doctrinæ
ſegregandam putas? Or. 204. a. Elegantia & munditia
orationis. de Cla. 178. a. Loquendi elegantia. de Fin. 90. a.

Politior elegantia. Ep.48.b. Scriptorum tuorum ſubtilitas & elegantia. de Fin.70.a. Epicurus contemnit elegantiam diſſerendi, confuſè loquitur. & ibid.b. In hac diuiſione rem ipſam probo, elegantiam deſidero. Ad Her. 27.b. Elegantia eſt, quæ facit ut unumquodq; purè & apertè dici uideatur: eius partes ſunt latinitas & explanatio. Ep. 138.b. & 139.a. Verius tuus & Camillus qua munditia homines? qua elegantia? & ibi. Lautitia. de Le.184.a. Quid enim eſt elegantia tua dignius? Att. 5.a. Elegantia hominis. pro Syl.182.a. Vos qui cum ſumma elegantia atq; integritate uixiſtis.

Elei. pop. de D.114.

Elementum, ti. initium. Acad.44.a. Ergo illa initia, et ut è Græco uertam, elementa dicuntur: è quibus aër & ignis mouendi uim habent, & efficiendi, reliquæ partes accipiendi & quaſi patiendi, aquam dico & terram. de N.65 b. Omne corpus aut aqua, aut aër, aut ignis, aut terra, aut quod concretum ex his. de N.22. a. Nam locus his etiam naturis, quæ ſine animis ſunt, ſuus eſt cuiq; proprius: ut terra infimum teneat, hanc inundet aqua, ſuperior aër, ignibus altiſsima ora reddatur. pro S.R.30.a. Cœlum, ſol, aqua & terra, ex quibus omnia nata eſſe dicuntur. de Or. 98.a. & 112.b. Hæ quæ iſti forſitan puerorum elementa uideantur. Acad. 35.b. Quod in elementis dialectici docent. Acad. 23.a. Dialectica, quæ primo progreſſu tradit elementa loquendi, &c.

Equitatus,tus.equitũ manus & turmæ.At.149.a.Hũc ita paratũ uideo equitatu,peditatu,&c.At.91.b. Sed iam quid opus equitatu.Ep.95.a.Armatura uaria peditatus et equitatus.& I.A.195.b.l.Peditatus.

Equito,tas.equo uehor uel aduehor, in equo uehor, equo iter facio,in equo ſedeo.pro Dom.149.a. Cum is in illo noſtro exercitu equitaret cum ſuis delectis equitibus. de N.62.b.Eos qui ſemel cremati eſſent, equitare poſſe. Off. 42.b.Equitando,iaculando,&c.pro Q.13.a.Hæc eſt iniqua certatio,non illa,qua tu contra Alphenum equitabas. I.V.209.b.Iactabit ſe,& his equitabit equuleis,emi,pecuniam ſolui.

Equuleus,lei.equulus.Tuſ.205.a.Vt iniecto equulei freno repentè tactu exagitantur nouo.I.V.209.b.Iactabit ſe & his equitabit equuleis,emi,pecuniã ſolui.et ibi.Equulei argẽtei nobiles.l.Eculeus.

Equulus,li.iunior equus,equuleus. de N.33.b. Vt in equo quàm in equulo.

Equus,qui.de Am.109.a.Nemo eſt qui non equo, quo conſueuit, libentius utatur, quàm intractato & nouo. pro Mil.106.b. Obuiam fit ei Clodius expeditus in equo. I.V,241.a.Eum nemo unquam in equo ſedentem uidit.de N.27.a.Caſtor & pollux ex equis pugnare uiſi ſunt. Att. 212.a.Cum Cæſar præteriret,omnis armatorũ copia,dextera,ſiniſtra,ad equum,nec uſquam alibi. At.255.a. Vtrumq; ſinum pedibus & equis tranſmiſimus.I.P.92.b.Legati in equis & tribuni.de D.137.a. Equus in quo uehebar,mecũ unà demerſus,rurſus apparuit.de D.92.b.Cum tu equo aduectus,&c.I.A.156.b.Qui equo meruiſſet. de Sen.83.b.Cum ingreſſus iter pedibus eſt,in equum omnino non aſcendit,cum equo nõ deſcendit. pro Deiot.149.a. Deiotarũ cum plures in equum ſuſtuliſſent,uix hærere in eo ſenex poterat.At.89.a.Rheda equis iuncta.pro Cl.54 b.Is ex equo cecidiſſe dicitur,& latus offendiſſe uehementer.pro Mur.126.b.Sedere in equis triumphantiũ prætextati potiſſimũ filij ſolebant.Poſtquã.210.b.Equis inſignibus & curru aurato in patriã reportari.Ep.259.b.Equũ et mulũ Brunduſij tibi reliqui.Of.18.b.Equos propter crebras contentiones præliorũ ferocitate exultantes domitoribus tradere ſolent,ut his facilioribus poſſint uti. Q.Fr. 315.b.Sic ego te ſæpe excitante curſu corrigam tarditatẽ, tum equis,tum uelis.Off.75.b.Velis equiſq; ut dicitur.Ac. 23.b.Ego enim ut agitator callidus, priuſquam ad finem ueniam,equos ſuſtinebo.

Erana.urbs.Ep.245.

Erebus,bi. De Erebo & Nocte eorumq; filijs. de N. 68.b.

Erectus,a,um.de N.54.a.Deus homines humo excitatos celſos et erectos conſtituit.Or.202.a. Status erectus & celſus.pro Fon.280.b.Is uagatur lætus atq; erectus paſſim toto foro.de Or.100.a. Aliquẽ erectũ et celſum huc & illuc uagari. de Sen.92.b. Alacri animo et erecto proficiſci ad mortẽ.Tuſ.236.b.Vir celſus et erectus,et omnia quæ accidere poſſunt,parua ducẽs.I.A.193.b.Ardẽs & erectus ad libertatẽ recuperandã.Of.21.b. Si quis eſt paulo erectior, etc.I.A.191.b.Nũc uerò multo ſum erectior,quod etc.I.A 278.b.Erectior ſenatus cohortatiõib.ueſtris excitatus.ad Her.11.b.Feras beſtias uidemus alacres et erectas uadere, ut alteri beſtiæ noceãt.pro Deiot.150.b.Magno animo & erecto eſſe.At.178.a.Sum erectior animo.

Ereptio.ablatio.I.V.202.

Ereptor,oris.direptor.pro Q.5.a.Iſte bonorũ poſſeſſor,expulſor,ereptor.pro Dom.229.b.Ereptor ciuitatis. pro Seſt.24.b.Et ereptor libertatis.

Eretricus,ca.Tuſ.250.a.Aſclepiades Eretricus philoſophus.de Or.148.b.

Eretrias.ab Eretria urbe.Ac.33.a.À Menedemo,quod is Eretrias fuit,Eretrici philoſophi appellati,quorum omne bonum in mente poſitum,& mentis acie,qua uerum cerneretur.aliàs,Eretriaci.

Erga,præpoſitio.aduerſum,aduerſus,in.de N.37.b.Id nõ ſine diuina bonitate erga homines fieri arbitrãtur. At. 292.a.Tua uoluntas erga me,meaq; erga te par atq; mutua.de Am.106.b.Vt eodem modo erga amicum affecti ſimus,quo erga noſmetipſos.de Am.107.a.Vt quemadmodum in ſe quiſq;,ſic in amicum ſit animatus.de Or.127.a. In meis moribus erga meos neceſſarios declarandis mãſuetiſſimus uiſus ſum.pro Dõ.242.a. Tuum erga dignitatem meam ſtudium & iudicium. At. 119.b. Merita Pompeij ſumma erga ſalutem meam. pro Q.14.a. Studium quod habes erga propinquum tuum. Off.10.b.Habere beneuolentiam erga aliquem.pro Dom.219.b.& Ep.1.a.Cn. Põpeij merita erga me.pro Plan.281.a. Veſtra erga me uolũtas cõmutata eſt.de Or,125.a. Animos iudicum conciliarẽ ad beneuolentiam erga oratorẽ.de Fin.56.a.Torquati noſtri,quos tu paulo antè,tum memoriter,tum etiã erga nos amicè & beneuolè collegiſti. I.A.203.a.Summo ſtudio optimoq; in remp.conſenſu.I.P.86.a.Cepi fructum immortalem ueſtri in me amoris et iudicij.55.a. Seruus domino beneuolus:id eſt,erga dominum.de Som.128.a.Pietas in parentibus:id eſt,erga parentes.

Ergaſtulum,li.mancipiorum carcer. pro Clu. 21.a.M. Aurius in Q.Sergij manus incidit,& apud eum fuit in ergaſtulo.& pro Rab.95.b.l.Compes.Ep.174.a.Quacũq; iuit,ergaſtula ſoluit.

Ergo.igitur,cauſa.Tuſ.150.a.Nemo ergo non miſer, prorſus nemo. de In.78.a. Ergo is qui ſcriptum defendet, his locis plerunque omnibus poterit uti. Acad.19. a. Num ergo is excæcat nos,aut orbat ſenſibus? Att.50.b. Si quid contra alias leges, eius legis ergò factum ſit. de Fin.129.b. Ergo hinc capiamus exordium. de Leg.183. a. Mulieres genas ne radunto, nè ue leſſum funeris ergo habẽto. de Opt.244.a. Atq; ita prædicaretur,eum donari uirtutis ergò.

Erichtheus,chthei.rex Athenienſium. pro Seſt.13.b. Erichthei filiæ.de N.69.de Fin.130.

Eridanus,ni.fluuius,& ut communis eſt opinio, padus in Italia.in Arato.

Erigo, erigis. extollo,excito. de Finib.134.b.Cum autem paulum firmitatis acceſſerit, & animo utuntur, & uiribus, conniuntur'que ut ſe erigant, & manibus utantur. de Finib. 134.a. Ars agricolarum, quæ circuncidat, amputet, erigat, extollat, adminiculetur. de Leg. 161.a. Natura cum cæteras animantes abiecisſet ad paſtum, ſolum hominem erexit, ad cœliq; conſpectum excitauit.de Orat.125.b.Inclinantem erigere.)(. Stantem inclinare. de Orat. 113. a.Paulum ſe erexit, & addidit hiſtoriæ maiorem ſonum uocis Antipater. Antequam.194.b.Quem paulo antè fortuna erexerat ad gloriam,uirtus extulit ad laudẽ,eundẽ tribuni furor depulit ad calamitatẽ.pro Plan.266.a. Vbi illa antiqua libertas, quæ malis oppreſſa ciuilibus extollere iam caput, & aliquando recreata ſe erigere debebat. Att.131.a. Poſſumus etiam nunc remp.erigere,ſi communi conſilio rem adminiſtrabimus. pro Deiot.151.a. Quibus literis ſe magis etiam erexit,ab omniq; ſolicitudine abſtraxit. Attic.282.b. Erexerat ſe ciuitas in retinenda libertate conſentiens. pro Clu.29.a. Erigebat animum iam demiſſum & oppreſſum Oppianicus. pro Clu. 60.a. Qui erigere animum & paulum reſpirare à metu cœpit. I.V.196.a. Erigere & recreare aliquem afflictum. pro Dom. 218. a. Is ciuitatem ad ſpem libertatis erexit. contra Rul.83.b. Vt recreatus exurgere atq; erigere ſe poſſet. de Fin.60.b. Iis bonis erigimur quæ expectamus.Quin.Fr.304.a.Nunc ſi potes, erige te & confirma. pro Syl.173.a. Erigite mentes aureſq; ueſtras,& me de inuidioſis rebus,ut ille putat,dicentẽ attendite,I.V.81.b.Quo tempore igitur aures iudex erigeret, animumq; attenderet? Acad.3.b. Ad audiendum animos ereximus. Orat.208.a. Aut erigatur,aut paret ſe ad diſcẽdum.pro Seſt.18.b.Vt erigere oculos & uiuere uideretur. ad Her.24.Imò erigit omnium cupiditates & acuit induſtriam.& 41.a.Oculis ardentibus, erecto capillo, &c. de N.48.b. Hic ſeſe infernis è partibus erigit hydra.de Sen. 87.b. Culmoq; erecta geniculato,uaginis includitur.

Erillus,li.philoſophus.de Off.2.a.Tuſ.245.a.

Erillij,liorum.ab Erillo dicti.de Or.148.b.

Eriphyle, les. uxor Amphiarai. I.V.208.b.& de In. 59.b.

Eripio,pis.aufero,adimo,extorqueo.contra Rul.70. a.Id totum eripere nobis atq; à manibus extorquere conatus eſt.de D.125.a.Cæſar Deiotaro regnum eripuit. pro Arch.189.b. Vrbem illam ex totius belli ore ac faucibus ereptam eſſe atq; ſeruatam.pro Mur.143.b. Nunquam eſt cùm ego non ex iſtorum inſidijs eripiar atq; euolem. pro S.R.43.b. Vita Sext.Roſcij erepta de manibus ſectorum. pro Seſt.15.a. Cum ego me è conſpectu ueſtro eripuiſſem. I.C.101.b. Vita multis ſupplicijs erepta.de D.113.b. Eripere aliquem à morte. pro Clu.32.a. Si quis eum caſus ex periculo eripuerit. de Am.112.a.Eripere alicui poteſtatem hominis aſpiciendi. I.C.101.a. Hunc mihi timorem eripe. Attic.12.a.Omnem illi παῤῥησίαν eripui.Epiſt. 5.a. Sed uereor ne eripiatur à nobis cauſa regia. de Orat. 104.a.Eripite nos ex miſerijs,eripite,&c. Att.138.b. & 157.b.Eripe mihi hunc dolorem. de N.3.a. Philoſophia, quæ lucem rebus eriperet.Parad.126.a.Virtus nec eripi, nec ſurripi poteſt.

Erogatio,onis.diſtributio. At.139.a.In primis erogatio pecuniæ.

Erogo.curo,diſtribuo.In Vat.35.a.Erogaſti pecunias ex ærario tuis legibus. pro Flac.152.a. Pecunia in claſſem eſt erogata. Quin.Fr.295.a.Quanta tamen pecunia penderetur,ſi omniũ nomine quicunq; Romæ ludos facerent, erogaretur. At.82.a.Qua ex inſula nullus nummus me obtinente erogabitur.I.V.185.a. Pecunia publica ex ærario erogata,ex uectigalibus populi ad emendum frumentũ attributa.& 245.b.Oſtendã multas pecunias iſti erogatas in operum locationes falſas eſſe perſcriptas.

Erraticus,a,um.errans & uagus.de Sen. 88.a.Vitẽ ſerpentem multiplici lapſu & erratico ferro amputans,coercet ars agricolarum.

Erratio,onis.error.de N.37.a.In cœlo nec fortuna,nec temeritas,nec erratio,nec uanitas ineſt.de Vn.198.a.Deus motum cœli ab omni erratione liberauit.

Erratum,ti.mendum,error. contra Rul. 67.a. Mihi errato nulla uenia, rectè facto exigua laus proponitur. pro Syl.179.b.Peterẽ ueniam errato L.Cæcilij.pro Cl.45 a.Nullũ ob totius uitæ,non dicam uicium,ſed erratũ. Att. 255.b.Agnoui erratũ meũ.& 88.a.Nã illud de Flauio,ſi ſecus eſt,commune erratũ eſt.Ep.264.b.Tantũ enim mihi dolorẽ cruciatumq; attulerunt errata ætatis meæ,ut nõ ſolum animus à factis,ſed aures quoq; à cõmemoratione abhorreant.At.224.a.Caniniũ uolui,ſed μνημόνικον ἁμάρτημα.et 219.a.Quod appelletur L.Curſidius in oratione Ligariana, erratum eſt meum, ſed ut aiunt, μνημόνικον ἁμάρτημα. Ep.76.b.Non meum erratum,ſed tuum.

Erro,as.uagor,labor,pecco,offendo,prolabor,per errorem labor,errore ducor,in errore uerſor,error mihi obiectus eſt,de uia decedo,conſilio labor, errore captus ſum, in errorem rapior,in ijs pernicioſus eſt error,qui,&c. de Or.102.b.Ne uagari & errare cogatur oratio. & Orat. 204.a. Vt ingredi liberè,non ut licenter errare uideatur. Ac.17.a.Eo fit, ut et errẽ et uager latius.de N.26.a.Errãs & uaga ſententia.)(.ſtabilis & certa.At.123.b.Ego Arpini uolo eſſe pridie Calend. deinde circum uillulas noſtras errare. I.A.240.a. Cuiuſuis hominis eſt errare, nullius niſi inſipiẽtis perſeuerare in errore. de Ar.252.a. Sacrificium tam occultum, quod non modò curioſos oculos excludit, ſed etiam errantes:id eſt,imprudentes. I.A.164.b. In eo non tu quidem tota re,ſed temporibus erraſti. Tuſcul.156.a. Errare malo cum Platone, quàm cum iſtis uera ſentire. Orat.201.a.Me autem qui Iſocratem non diligunt, cum Socrate & Platone errare patiantur. pro Corn.68.b. Videte ne utilius nobis & honeſtius ſit, illis ducibus errare, quàm hoc magiſtro erudiri. de Orat. 116.a. Quod autem putant,&c. ualde mihi uidentur errare: omninoq; in hoc omnis eſt error, quod, &c. Orat. 215.b. Sed & illi priores errant,& Ephorus in culpa eſt. I.V.183.b. Sed in hoc erat uno,quod,&c.pro Cec.291.a. Fac in hoc errare me.de N.64.b.Hæc omnia in eodem errore uerſantur.

Error,oris.erratio,erratum,peccatum,lapſio, prolapſio,fraus,falſa opinio,culpa,flagitium.de N.40.a.Quæ res genuit falſas opiniones erroreſq; turbulentos & ſuperſtitiones penè aniles.de L.178.b.Opinionibus uulgi rapimur in errorem.Tuſ.171.a. Sed plena errorum ſunt omnia.& 190.b. Errorem cum lacte nutricis ſuximus. & 243.b. Aegyptiorum mẽtes imbutæ prauitatis erroribus. pro Syl.174.b. Vos mihi in tantis tenebris erroris et inſcitiæ,clariſſimũ lumẽ prætuliſtis.pro Seſt.7.a. Aliquis falſa opinione & errore hominum commendatus.I.P.92.b.Honores in quibus homines errore ducuntur.pro Cor.60.b. Quo errore ductos uidi egomet multos, &c. I.A.220.a. Deponere errorem.Off.30.a.Nec quenquam hoc errore duci oportet,ut arbitretur,&c. & 34.b. Quorum error eripiendus eſt,omniſq; opinio,&c.Acad.41.b. Coarguere errorem alicuius.At.157.b.Eripe mihi hunc errorem. pro Cec.286.b.Si quis error nobis in tanta re ſit obiectus. de N.1.b.Verſari in ſummo errore,& in maximarum rerum ignoratione.I.A.240.b. Panſa eodem captus errore quo nos.contra Rul.90.a. Hoc uos in errore uerſari diutius non oportet.& 67.b.a.Verſatur enim magnus error. pro Mur.129.a.Non patiar te in tanto errore uerſari.Acad.29.a.Eſt'ne quiſquam tanto inflatus errore, ut ſibi ſe illa ſcire perſuaſerit? de Or.133.a. Natura enim nos noſter delectat error.Off.63.b. Auertere aliquem ab errore.de Cl.192.b.Inducere aliquem in errorem. I.P.92. a.In errorem induci.Q.Fr.328.b.Lapſus eſt per errorẽ.

de D.120.b.Sæpe etiam errorem creat ſimilitudo. & 121. a.Eumq; errorē,quem tibi rei nouitas attulerit,naturæ ratione depellito.de Or.116.a.Omninoq; in hoc omnis eſt error,quod,&c.pro Cec.298.b.Nōnunquā honeſto ac probabili nomine bono uiro iudici error obijci ſolet. Ep. 262. a.Graues ſolent offenſiones eſſe ex grauibus morbis,ſi qua culpa commiſſa eſt:id eſt, error. de Nat.14.b. Iſta enim flagitia Democriti,eſſe corpuſcula quædam leuia,etc. id eſt,errores.

Erubeſco,ſcis.rubeo,pudet.de Leg.166.a.Vt bonum morem colligant erubeſcunt,& pudet impudica loqui. et 164.a.O rem dignam in qua omnes erubeſcant. pro Q. R.46.a. Erubeſcit,quid reſpondeat, neſcit. In Sal.274. b. Salluſtius confeſſus eſt uobis audientibus adulterium, nec erubuit ora ueſtra. In Vat.36.b.Affines te erubeſcūt. de N.23.a.Epicurus uoluptates non erubeſcens, perſequitur omnes nominatim. Attic.254.b. Circunſpicite, ſed antequam erubeſco.Ep.67.a.& de Fin.70.b. Epiſtola enim non erubeſcit. Ad Heren.7.b. Erubuiſſe, expalluiſſe, titubaſſe.

Eructo,ctas. ructo, iacto,crepo, erumpo. I.C.106.b. Socij Catilinæ accubantes in conuiuijs,eructant, ſermonibus ſuis cædem bonorum.I.P.82.a.Vnde tu nos turpiſsimè eructando eieciſti.

Erudio,dis.doceo,inſtituo,expolio,imbuo,inſtruo,ad humanitatē informo, erudire aliquē aliqua re, in aliqua re, de aliqua re,ad aliquā rem.de Or.109.b.Nec uerò rhetoricis quibuſdam libris inſequor,ut erudiam. Q.Fr.300.b. Q.filius puer optimus eruditur egregiè. de Or.107.a.Erudire aliquem in iure ciuili.& 90.b. Homo eruditus in philoſophia.Q.Fr.291.b.His aūt in rebus iam te uſus ipſe profectò erudias.Ep.8.b.Lentulum noſtrū cùm cæteris artibus,quibus ſtuduiſti ſemper ipſe,tum in primis imitatione tui fac erudias.de Cl.174.a. & de Fin.49.a. Gracchus fuit literis græcis eruditus.de Am.98.a.Qui magnā græciam inſtitutis & præceptis ſuis erudierunt.de Fin.51.b. & de N.64.a.Homo omni doctrina eruditus. de Fin.161.b. Philoſophia nos primùm ad deorū cultū, deinde ad ius hominum,tum ad modeſtiā magnitudinemq; animi erudiuit. I.V.184.a. & de Or.146.a.Inſtituere & erudire filios ad maiorum inſtituta. Q.Fr.293.a. Græci diuturna ſeruitute ad nimiā aſſentationem eruditi. Ep.24.b. Obuiæ mihi uelim ſint literæ tuæ,quæ me erudiant de omni rep. ne hoſpes planè ueniam. Tuſcul.182.a.Erudire iuuentutem laboribus. Off.31.b. Neq; ſolum uiui atq; præſentes ſtudioſos dicendi erudiunt atq; docent, ſed hoc idem etiam poſt mortem monumentis literarum aſſequuntur.de Cla. 191.a.Erat autem cùm inſtitutus optimè,tum etiam perfectè eruditus.

Eruditio,onis.doctrina,inſtitutio.Q.Fr.320.b.De Ciceronis tui eruditione,quod labores nihil eſt.Off.24.a. Vir præclara eruditione atq; doctrina.de D.135.b. Ad hæc opus eſt ingenio præſtanti & eruditione perfecta. de Or. 108.b.Vir omnino omnis eruditionis expers.de Fin.63.b. Epicurus nullam eruditionem eſſe duxit,niſi quæ beatæ uitæ diſciplinā iuuaret.Acad.39.b.Quæ ſine eruditione græca intelligi non poſſunt.

Eruditus,a,um.doctus,perpolitus,philologus. de Or. 93.b.Quid mihi nunc tanquam Græculo ocioſo,& loquaci,& fortaſſe docto atq; eruditto quæſtiunculam ponitis? de Fin.54.a.Eruditus eſt,qui omnibus bonis artibus politus eſt. Quin.Fr.294.a.Vir doctrina atq; optimarum artium ſtudijs eruditus.Tuſ.140.a.Eruditus & doctrina excultus.de N.3.b.Complures græcis inſtitutionibus eruditi. Att.66.b.Ex quibus nullos puto te literis aut muſicis eruditos expectare.de Orat.99.b.Homo omnium diſciplinæ iuris ciuilis eruditiſsimus.pro Cor.64.b.C. Marius ſtipendijs & legationibus bellicis eruditus. de D.128.b.T. Tarutius in primis Chaldaicis literis eruditus. de Orat.155. b. Quidam Socraticis diſputationibus eruditi.Parad.116. b.An alia quædam eſſet erudita,alia popularis oratio.pro Arch.188.b. Quid illi, iſtá ne literatura eruditi fuerunt? pro Plan.263.b. Aliquis eruditus artificio ſimulationis. pro Font.283.a.Homo non literis ad rei militaris ſcientiam,ſed rebus geſtis & uictorijs eruditus. pro Arch.186. a.Vrbs eruditiſsimis hominibus, liberaliſsimisq; ſtudijs affluens.de Orat.111.a. Hominem audietis de ſchola atq; à magiſtro & græcis literis eruditum. de Clar.174.a. Doctus, & græcis literis eruditus. Attic.190.b. Erudita tempora Ciceronis. Parad.123.a. Nam nos quoq; oculos eruditos habemus. Ep.70.b. Animus eruditus,qui ſemper aliquid ex ſe promat, quod alios delectet. Tuſcul. 176.a. Qui liberaliter eruditi adhibita etiam diſſerendi elegantia,ratione, & uia philoſophantur. Ad Her.40.b. Diſciplinis erudita Corinthus. de Orat.85.a. Eruditiſsimorum hominum artes. Epiſt.202.b. Vir liberali doctrina politiſsimus.

Erumna,næ.calamitas,miſeria,ægritudo laborioſa.Tuſcul.213.a.Erumna eſt ægritudo laborioſa. Parad.119.a. Te miſeriæ,te erumnæ premunt omnes. de Fin.147.a. Vbi uirtus eſt,ibi eſſe miſeria & erumna non poteſt.& 89. b.Herculis perpeti erumnas. Poſtquā.211.b. Si mihi æternam eſſe propoſitam erumnam arbitrarer. pro Syl.176. b. Tu ornatus erumnis,uenis ad eum lacerandum quem interemiſti.

Erumnoſus,a,um.calamitoſus.Tuſcul.227.b. Miſeri,aflicti,erumnoſi, calamitoſi.& Parad.118.b.I. V.269. a. Infelix & erumnoſus. pro Cluen.60.a. Hic erumnoſiſsimus.

Erumpo,pis.exeo, euado,euomo,efferueſco,exardeo, eruptionem facio.pro Dom.225.b. Omnis improborum uis diu collecta & inueterata compreſſo odio erumpebat in actum.pro Mur.135.b. Vt odia occulta ciuium in optimi cuiuſq; fortunas erumperent.I.V.225.a.Ignes, qui ex Aetnæ uertice erumpunt.Quint.Fr.318.a. Vaporarium, ex quo ignis erumpit.de D.126.a.Itaq; perfracto ſaxo ſortes eruperunt.pro Seſt.4.b. Cum illa coniuratio ex latebris erupiſſet.de Ar.244.a.Videbam illud ſcelus non poſſe arceri ocij finibus,ſed erupturum aliquando ad perniciem ciuitatis. pro Syl.179.b. Furor biennio antè cōceptus erupit in meo conſulatu.I.C.104.b.Abijt,exceſsit, euaſit, erupit.At.92.b.Bellum magnum uidetur in Italiam erupturum.de Orat.130.b.Quomodo riſus exiſtat, atq; ita repentè erumpat.At.252.b.Ne in me ſtomachū erumpant cum ſint tibi irati.de Pro.70.b. Byzantij totum pontum armatum efferueſcentem in Aſiam atq; erumpētem ægrè repulſum & ceruicibus ſuis interclusum ſuſtinuerunt. In Arat. Aeſtiferos ualidis erumpit flatibus ignes.Q.Fr.299 b.Statius ſentire potuit ſermones iniquorum in ſuum potiſsimum nomen irrumpere. I.A.228.a. Poſtremò erūpat aliquando uera & me digna uox. de Am.110.b. Erumpunt ſæpe uicia amicorum,tum in ipſos amicos, tum in alienos. Attic.35.b. Hæc dominatio quorſum eruptura ſit horremus.

Eruo,eruis.eripio,extraho.Ep.65.b.Profectò tibi illum reperiā, niſi in Dalmaciam aufugerit, et inde tamen aliquando



aliquando eruam.pro Mur.127.b.Ex annalium uetuſtate eruenda eſt memoria nobilitatis tuæ. Tuſc.154.a. Si quæ Græci ſcriptores prodiderunt, eruere conor. de Orat. 122.a.& 141.b. Scrutari locos, ex quibus argumenta eruamus. de Orat.124.a. Reliqua cura & cogitatione eruuntur. contra Rul.61.b. Aliquid indagare, inuenire, ex tenebris eruere.de Fin.108.b.Eruere obruta. Att.214. b.Sicunde potes,erues. At.198.a.Fanum fieri uolo, neq; hoc mihi erui poteſt.

Eruptio,onis.At.111.b.His eruptionem facturi dicebātur.& 373.b.Bruti eruptio.

Erutus,a,um. de D.92.b. Aliquem mortuum erutum eſſe. & de Fin.108.b.Sententiæ neſcio unde ex abdito erutæ.

Erycina.Venus.I.V.63.& 81.b.

Erycus,ci.mons Siciliæ.I.V.112.b.

Erymathius,a,um. ab Erymantho monte & fluuio. l. Aper.

Erythræ.pop.I.V.86.a.

Erythrea Sybilla.de N.87.

Eſca,ſcæ.cibus.de D.27.b.Dij nec eſcis,nec potionib. fruuntur.de N.58.a.Sus uerò quid habet præter eſcā? de D.104.a.Si modò tēperatis eſcis modicisq; potionibus eſt affectus.de Sen.86.a.Plato eſcā malorum uoluptatē appellat,quòd ea uidelicet homines capiātur,ut hamo piſces. de Fin.83.b.Negat enim tenuiſsimo uictu, id eſt, cōtemptiſsimis eſcis et potionib. minorē uoluptatē percipi, quàm rebus exquiſitiſsimis ad epulandum.

Eſculentus,a,um.eſca,eſcas redolens. de N.54.b. Ea pars oris,qua eſculentis & poculentis iter natura patefecit.I.A.172.b. Antonius uomens fruſtis eſculentis, uinū redolentibus totū tribunal impleuit. de N.51.a. Eligere quæ ſint eſculenta.

Eſquilina porta.I.P.91.b.

Eſſedū,di.genus uehiculi.At.89.a. Vedius uenit mihi obuiā cum duobus eſſedis et rheda equis uincta et lectica.I. A.171.b.Vehebatur in eſſedo Tribunus pl.

Eſſedarius,rij.eſſedi auriga.Ep.99.a.

Eſto.uox concedentis.pro Deiot.149.b.Eſto, concedatur hæc quoq; acerbitatis magnitudo. I.A.175.b. Eſto hoc imperitè(nec enim,etc.)I.V.62.a.Eſto, ipſe nihil eſt, at uenit,&c.pro S.R.30.b.Eſto,cauſam proferre non potes,tametſi,&c.I.V.251.a. Verum eſto.de Fin.77.b. Eſto fecerit,ſi ita uis.

Eſuries,ei.fames.Ep.112.Vt ego miſererer eius eſuriei, non ſum commotus.Cælij.

Eſurio,ris.Ep.125.b.Noſtri milites facilè algere & eſurire conſueuerūt.I.V.253.b.& de D.96.b.Ecce aūt ebrio Cleomene eſuriētibus cæteris,nunciatur naues eſſe in portu.Tuſ.247.a.Nunquam uidelicet ſitiens biberat, nec eſuriens ederat.

Et.que,etiam,iam uerò etiam,item,itemq;. de Or.85. b. Mathematici recondita in arte, & multiplici ſubtiliq; uerſantur.de Or.106.b.Virtus hominibus inſtituendo & perſuadendo,non minis & ui,ac metu traditur. I.C.106. a. Frigore, & fame, & ſiti,ac uigilijs perferendis.Off.14. a. Tum etiam ægritudine & uoluptate animi & iracundia uacare. pro Dom.227.b. Senatus eſt ſummum populi Rom.populorumq; & gentium omnium ac regum conſilium.Item:Alterumq; & tertium poſcitur. l. Que. Tuſ. 243.a.Academici balbutire deſinant aliquando, aperteq; & clara uoce audeant dicere,&c.Off.22.a.Quod in Catulo,& in patre,& in filio,idemq; & in Q.Mutio Mancino uidimus.de Or.88.a.Quorum pater & ſæpe aliàs, & maximè cenſor ſaluti reip.fuit. pro Cec.295.b. Non alia cauſa eſt æquitatis in uno & in plurib. pro Cæl.52.a.Lux longè alia eſt ſolis & lychnorum.& 43.a.Res tamen ipſa & grauiter accuſari poteſt.

Etenim.nam,ſed enim,nunc,quippe.de D.137.b. Etenim ex diuiſione hoc ſecundum eſt,quæ eſt,&c.id eſt, nūc hoc,&c.I.V.143.a.Etenim rem totam breuiter cognoſcite.& 138.a.Etenim ſic conſiderate.I.V.158.b.Etenim quoniam numerum iniuriarum uobis non poſſum exponere: ſingillatim autem de uniuſcuiusq; incommodo dicere infinitum eſt,genera ipſa iniuriarum quæſo cognoſcite:id eſt, nunc,quoniam,&c.pro Rab.97.a.Etenim ſi Scæuæ ſeruo &c.id eſt,nam ſi,&c.& 96.b.Etenim Quirites, &c. id eſt,nam Quirites,&c.de Fin.55.a.Etenim,quoniam, detractis,&c.id eſt,nanq; quoniam,&c.et ibi. Etenim quid percipit præter uoluptatem? pro Fl.154.a. Neq; in toto Aemonenſium teſtimonio cōmouebor,etenim quibus ego iſtam laudationem remittam:id eſt,quippe quibus,&c.de Cla.166.b.Et dicere enim bene nemo poteſt,&c.id eſt,etenim dicere,&c.

Eteſias,ſiæ. Septentrionis uenti.de N.52.a. Venti Eteſiæ tempeſtiui & ſalutares non modò hominibus, ſed etiam pecudibus ac ſtirpibus: quorum flatu nimij temperantur calores, & ab iiſdem maritimi curſus celeres & certi diriguntur. Attic.282.a. Eteſiarum diebus auſter me in Italiam retulit. & 96.b. Rhodo Athenas euntibus Eteſias ualde reflare poſſe. Epiſt.198.b. In Græciam deſperata libertate rapiebar, cum me Eteſiæ proſequi noluerunt, auſterq; aduerſus maximo flatu me Rhegyum retulit. Epiſt.26.b. Ego niſi quid me Eteſiæ morabuntur, celeriter uos uidebo.Or.211.a. Hoc motu radiantis Eteſiæ in uada ponti.

Ethice,ces.pars philoſophiæ ad mores pertinens, uel de moribus,uel moralis.de Fat.140.a.Quia pertinet ad mores, quos ἤθη Græci uocant, nos eam partē philoſophiæ de moribus appellare ſolemus. ſed decet augentē linguam latinam,appellare moralem.

Ethicus,a,ū. Or.208.b.Alterū eſt,quod Græci ἠθικὸν uocant,ad naturam & ad mores,& ad omnem uitæ conſuetudinem accommodatum.

Ethologus,gi.de Or.131.a.Vitanda eſt mimorum ethologorum ſimilitudo.

Ethruſci.pop.de D.114.

Etiam.&,item,uel.Ep.142.b. Authoritate tua nobis opus eſt,& conſilio,& etiam gratia.Ep.48.b.Vno te uicimus,quod de Marcelli collegæ tui ſalute paulo antè quā tu,cognouimus, etiam me hercule, quod quemadmodum ea res ageretur,uidimus.pro Dom.220.a.Adoptat annos uiginti natus etiam minor ſenatorem. Quint.Frat.308. a.Cum multa maledicta,uerſus etiam obſcœniſsimi in Clodiam dicerentur. de Or.88.b. Erat etiam Metrodorus, &c.multi erant præterea alij, &c. Attic.52.b.Cognoui te,&c. etiam, &c.eundemq; te, &c. de Or.99.b. Etiam illa cognoram,&c.audiueram etiam,&c.quin etiam, &c. I.V.256.b.Credo haſce tabellas ei nihil profuturas,etiam plus ſuſpicionis in eo crimine futurum. Or.220.b. Vt ea qui utantur,non ſtulti homines haberi poſsint, etiā plerunq; prudentes.I.V.192.a.Facinus fortaſſe adhuc in nullo etiam uindicatum.de Cla.189.a.Voce, motu, forma etiam magnifica.de Cla.189.a.Orator probabilis, iam uerò etiam probatus ex hac,&c.

Etiamſi,etiam ut.pro quamuis,licet. At.106.a.Ego

bonos uiros ſequar, etiamſi ruent. de Fin. 128.b. Etiam ſi id aſſequi nequeas, tamen, &c. Att. 240.b. Etiam ut nullum periculum ſit, &c. Epiſt. 14.b. Etiamſi non in nos is eſſet, qui eſt. Ep. 178.a. Tuis enim opibus, etiã ſi timidi eſſemus, tamen omnem timorem abijceremus.

Etiam nunc, etiam num. pro adhuc. Etiam tum, &c. At. 48.a. Aut ad te conferam me, aut etiam nunc circum hæc loca commorabor. At. 43.a. Me etiam nunc iſtorum beneficiorum expectatio hic tenet.

Etiam nunc. At. 131.a. Da operam, ſi ulla ratione etiam nunc efficere potes, ut te explices. Or. 207.b. De materia loquor orationis etiam nunc, nõ ipſo de genere dicẽdi. pro Mur. 130.a. Etiam nunc ſtatuere non poſſum, utrum, &c. Ep. 76.a. & 170.a. Quod etiam nunc corrigere poſſum. At. 29.a. Sed tota res etiam nunc fluctuat. Ep. 165.a. Etiã nunc Balbus in prouincia eſſet. & I.V. 105.b. & de Orat. 109.a. & At. 137.b. Ep. 41.a. 76.a. 149.b. 210.a. I.V. 128 a. Cum iſti etiam tum de Sthenio integra tota res eſſet. pro Arch. 189.a. Etiam cum, &c. I.V. 107.a. Quæremus etiã quid &c. & ibi. Is mihi etiam quæritur, &c.

Etiam atq; etiam. pro magnopere, magis ac magis, magis magiſq;. pro Pom. 15.a. De qua ut arbitror iſti ipſi, qui minantur etiam atq; etiam, quî id liceat cõſiderabunt. At. 131.a. Etiam atq; etiam te hortor, ut, &c. I.V. 62. a. Vide modò, etiam atq; etiam conſidera. I.V. 60.b. Tu quemadmodum exiſtimes, uide etiam atq; etiam. Ep. 83.a. Etiam atq; etiam puto, &c. Q. Fr. 301.b. Te uehementer etiã atque etiam rogo. At. 133.b. Etiam atq; etiam ſe auertere, etc c. e Diuin. 81.a. Diligenter etiam atq; etiam facere aliquid. Tuſc. 190.a. Animi medicina nec tam multis grata, pluribus etiam ſuſpecta.

Etiam. affirmantis aduerbium.)(non. Ac. 24.b. Omne quod ita diſiunctum ſit, quaſi aut etiam aut non, non modò uerum eſſe, ſed etiam neceſſariũ. Acad. 26.a. Vt ſequens probabilitatem, ubicũq; hæc aut occurrat aut deficiat, aut etiam aut non reſpondere poßit.

Et uerò etiam. i. atq; etiam. l. Verò.

Et quidem. l. quidem. de D. 130.b. Et quidem cur ita opinetur, rationem ſubijcit. de Clar. 191.b. Et quidem duo fuerunt, &c. I. A. 168.b. Duo millia iugerûm ei aßignaſti, & quidem immunia. & ibid. a. Et quidem uide quàm te amem, &c. & 169.a. Certa flagitij merces, nec ea parua. de D. 139.a. Philoſophi, nec ij quidem contemptißimi. & 137.b. Sed draconem loquentem uiſus eſt audire, & quidem, quo maius ſit, cum radiculam in ore teneret, locutus eſt. I. A. 175.a. Atq; etiam me aſpicis, & quidem tu uideris iratus.

Et ſi. tametſi. Epiſt. 253.b. Præpoſteros habes tabellarios, & ſi me quidem non offẽdunt, ſed tamen, &c. Att. 128.b. Id enim & ſi erat deliberationis, tamen obire non potui. Attic. 76.a. Et ſi in ipſo itinere diſcedebant tabellarij, tamẽ ſurripiendum aliquid ſpacij putaui, ne me immemorem tui putares. Quint. Frat. 289.b. Et ſi non dubitabam, quin, &c. tamen, &c. Et ſi quanuis, &c. l. Quãuis.

Et uerò. l. Verò.

Etymologia, giæ. notatio ἔτυμον uocabulum. Acad. 45.a. Verborum etiam interpretatio probabatur, qua de cauſa quæq; eſſent ita nominata, quam etymologiam appellabant. Part. 233.b. In primiſq; commouet explicatio uocabuli ac nominis. Top. 223.b. Ἐτυμολογία, id eſt, uerbum ex uerbo, ueriloquium. nos autem nouitatem uerbi non ſatis apti fugientes, genus hoc notationem appellamus, quia ſunt uerba rerum notæ. Epiſt. 262.a. Docui enim te, fides ἔτυμον quod haberet. Tuſc. 148.a. Studium ſapientiæ, quæ philoſophia dicitur. Neoptolemus. l. Interpretatio. de Diuin. 99. b. Portentorum uim uerba ipſa prudenter à maioribus poſita declarant, quia enim portendunt, &c. portenta dicuntur. de Or. 123.b.

Euado, dis. fio, exeo, euenio, erumpo, euolo. I.V. 184. a. Tu eiuſmodi euaſiſti, in furis & diuiſoris diſciplina educatus. de Claris orat. 193.a. In dicendo pauci digni nomine euadunt. & 176.b. Is perfectus Epicurus euaſerat. & 180.a. Is ſimili ratione ſummus euaſerat. de Orator. 95.a. Quos iudicabat non poſſe oratores euadere. de Leg. 178.b. Sed nimis ſæpe ſecus aliquos uidemus euadere. Q. de Pet. 210.a. Minutatim ex communibus proprij euadunt. Orator. 205.b. È philoſophorum ſcholis tales ferè euadunt. de Finib. 121.b. Ex his anguſtijs iſta euaſerunt deteriora. de Finib. 124.a. Quæ rurſus dum ſibi euelli ex ordine nolunt, horridiores euadunt, aſperiores, duriores & oratione & moribus. Attic. 277.b. Bibulum noli dimittere ex ſinu tuo, tantum iam uirum ex quanto, crede mihi, poteſt euadere, qui ueſtris paucorũ reſpondeat laudibus. de Sen. 93.b. Cum animus ex corpore euaſiſſet. I. C. 104.b. Abijt, exceßit, euaſit, erupit. de Natur. 45.a. Ex abditis ſedibus euadere in loca clara. pro Cæl. 51.b. Euaſiſſent ſubitò ex balneis mulieris amici: id eſt, erupiſſent. Tuſcul. quæſt. 157.a. Accedit ut eo facilius animus euadat ex hoc aere, eumq; perrumpat, quod, &c. de Diuin. 111.a. Aegrotus euaſit ex morbo, nauis euaſit ex periculo, exercitus euaſit ex inſidijs. Tuſcul. quæſt. 169.b. Euadere ab improbis iudicibus. In Verrem 78.b. Euadere ex iudicio & emergere. l. Emergo. de D. 133.b. Aliquando id quod ſomniamus euadere. de Diuin. 138.b. Cùm eadem ſomnia & alijs aliter euadant, & iiſdem non ſemper eodem modo. & ibid. Cui ſomnium euaſit. de Diuin. 131.a. Multa uera, inquit, euadunt. & ibid. Aliquid ſicut prædictum eſt euadere. Attic. 234. b. Nihil antè de profectione conſtituam, quàm iſta, quò euaſura ſint, uidero. Attic. 153.a. Antea uideamus, hoc quorſum euadat. & 113.b. Hæc intelligentur quorſum euaſura ſint. Attic. 261.b. Quoad audiamus hæc, quæ commota ſunt, quorſum euadant.

Euagor, aris. Offic. 20.b. Nam qui appetitus longius euagantur, & tanquam exultantes ſiue cupiendo, ſiue fugiendo, non ſatis à ratione retinentur, hi ſine dubio finem & modum tranſeunt.

Euaneſco, ſcis. uaneſco, ad nihilum recido, è conſpectu omnium me aufero, exareſco, obſoleſco, in nihilum occido, planè refrixit. de Orator. 117.b. Omnis eorum memoria ſenſim obſcurata eſt & euanuit. Attic. 43.b. Sin ut ſcribis iſta euanuerint, aliud aliquid uidebimus. Attic. 44.b. Poſteaquam extenuari ſpem noſtram & euaneſcere uidi. Attic. 287.a. Non modò reliqui temporis gloriam eripueris tibi, ſed etiam præterita euaneſcere coges. Tuſc. quæſt. 245.a. Nam Pyrrhonis & Herilli ſententiæ euanuerunt. de Diuin. 88.b. Poteſt autem uis illa terræ euanuiſſe uetuſtate. de Diuin. 131.b. Hoc loco cum urgentur, euanuiſſe aiunt uim loci eius. de Diuin. 132.b. De uino aut ſalſamento putes loqui, quæ euaneſcunt uetuſtate. de Claris orat. 195.b. Cum iam penè euanuiſſet Hortenſius. contra Rull. 83.b. Corinthi ueſtigium uix relictum eſt. & ibid. Imaginem nullam reipublicæ relinquo. pro Rabir. 92.b. Quæ uerba iampridem tenebris uetuſtatis oppreſſa ſunt. pro Fl. 159.a. Nominis Romani memoriã cum ueſtigio imperij non modò ex ædibus Græcorum, ſed etiam ex literis eſſe deletam. pro S. R. 30.a. Aliquid ex rerum natura ſublatum eſſe.



Euangelia. præmia quæ dantur ob iucundum nunciũ, & ſupplicationes quæ ob rem benè geſtam decernuntur. At. 24.a. Primum, ut opinor, εὐαγγέλια. At. 29.a. Epiſtolis tuis εὐαγγέλια, quæ reddam neſcio. & 218.a. Ita'ne nunciat Brutus illum ad bonos uiros εὐαγγέλια, ſed ubi eos? niſi fortè ſe ſuſpendit.

Εὐκαιρία. lege Occaſio, & Opportunè & Opportunitas.

Euchius, chij. Bacchus. l. Bacchus.

Euclides. Socratis diſcipulus, Megareus. Ac. 32.b.

Eudæmon, onis. i. Arabia. At. 147.

Εὐλογία. lege Fama.

Euebo, his. de Cl. 169.a. Vt ſemel è Piræo eloquentia euecta eſt. I.V. 86.b. Signa ploſtris euecta aſportatáq;.

Euello, lis. extirpo. de D. 139.a. Timidè fortaſſe ſignifer euellebat, quod fidenter infixerat. de Finib. 85.a. Euelli iußit haſtam. pro S. R. 19.b. Hunc mihi ex animo ſcrupulum euelle. Attic. 165.a. Euellere radices. & 239.b. Exciſa eſt arbor, non euulſa, itaque quàm fructificetur uides. pro Seſt. 16.b. & de Orat. 143.a. Euellere linguam alicui. Orat. 205.b. Inſerere nouas opiniones, & euellere inſitas. de Orat. 104.b. Tamen omnem eorũ importunitatem ex intimis mentibus euelliſſet uis orationis tuæ. pro Seſt. 10.a. Conſules non modò ex memoria, ſed etiam ex faſtis euellendi.

Euenio, nis. euado, obuenio, cado, fio, obtingo, cõcurro, conficior, accidit, uſu uenit, procedo, exitum habeo, intercedo. de Nat. 49.b. Ex quo euenturum noſtri putant, ut ad extremum omnis mundus igneſceret. de Nat. 59.b. Magnis uiris proſperè eueniũt ſemper omnes res. & 76. a. Multis bonis malè euenire, multis improbis optimè. de Diuin. 219.a. Quota enim quæq; res euenit prædicta ab his? & 120.a. Alia Romæ, alia Tuſculi euenit ſæpe tempeſtas. de Orat. 129.a. Fortè euenit, ut in Priuernati eſſemus. de D. 80.a. Vt prædici poßit quicquid cuiq; euenturum, & quo quiſq; fato natus ſit. I. C. 124.a. Idem ego ſum precatus, ut ea res uobis fauſtè, feliciter, proſperéq; eueniret. Ep. 44.b. Velim tibi proſperè euenire quæ facta ſunt. pro Seſt. 19.a. Quibus utinam ipſis eueniſſent ea, quæ tum homines precabantur. de D. 130.a. Neſcire ea quæ euentura ſunt, melius eſt quàm ſcire. de Diuin. 119.b. Omnia ferè contrà ac dicta ſunt, euenere. & 86.a. Auſpicia, quæ alicui ſecunda euenerunt. de D. 106.a. Vt cum euenerit, ita cadat, ut prædictum ſit. pro Quint. 8. b. Nam quid homini poteſt turpius accidere? quid uerò miſerius aut acerbius uſu uenire? quod tantum euenire dedecus? Tuſc. 266.a. At certè ei melius eueniſſet. Ep. 93. a. Timebam ne euenirent ea quæ acciderunt. Tuſcul. 149. b. Illi quibus iam euenit, ut morerentur, & quibus euenturum eſt, miſeri. de In. 51.b. Quæri ſolet, quid ex quaq; re euenerit, eueniat, euenturumq; ſit. & 54.b. Quare euenit, ut res, &c. id eſt, quare fit, &c. de In. 46.b. Quod eueniet, ſi facies, &c. Attic. 255.b. Id euenit ob eam rem, quod, &c. pro Plan. 262.a. Nihil, ut plerũq; euenit, præter opinionem accidet. de Fin. 60.a. Incommoda, quæ eueniunt improbis. At. 275.a. Nihil nobis aduerſi euenire poteſt. pro Rab. 123.a. Quod malè cecidit, bene conſultum putares. Epiſtol. 23.a. Ex quo uereor, ne idem eueniat in meas literas.

Euentum, ti. euentus, exitus, caſus, res, fortuna. de D. 82.b. Rerum euenta magis arbitror quàm cauſas quæri oportere. Topic. 226.b. Cauſarum cognitio cognitionem euentorum facit. At. 137.b. Cauſæ euentorum magis mouent quàm ipſa euenta. pro Mil. 122.b. Hoc pleriq; facimus, ut conſilia euentis ponderemus: & cui bene quid proceſſerit, multum illum prouidiſſe, cui ſecus, nihil ſenſiſſe dicamus. de D. 129.a. Chaldæorum prædicta quotidie re & euentis refelluntur. I. P. 100.b. Non euentis, ſed factis cuiuſq; fortunã ponderari. Ep. 8.a. Ego te ex noſtris euentis cõmunibus admonendum putaui. & 68.a.b. Vt à continentibus tuis ſcriptis ſecernas hanc quaſi fabulam rerum euentorumq; noſtrorum.

Euentus, tus. euentum, exitus. de In. 51.b. Euentus eſt alicuius exitus negocij. At. 142.a. Conſilia ex euentu, non ex uoluntate à pleriſq; probari ſolent. Attic. 248.b. Caſus conſilium noſtri itineris iudicabit. de Or. 114.a. Conſilia primùm, deinde acta, poſtea euentus. pro Quint. 15. b. Spem maleficij præſentis in incerto reliqui temporis euentu collocare. pro Rab. 93.b. Harum rerum non ſolus euentus atq; perpeßio, ſed etiam expectatio indigna homine libero eſt. de Arch. 244.b. Scipio Carthaginem quaſi fatali euentu ſolus euertit. pro Cor. 56.b. Ipſe caſus euentuſq; rerum, non duces, ſed comites eius cõſiliorum fuerunt. I. A. 295. a. Sed ſpei fructum rei conuenit & euentui reſeruari. de Leg. 178.b. Sceleris eſt pœna triſtis, & præter eos euentus, qui ſequuntur, per ſe ipſa maxima eſt. de D. 92.b. Mihi à peritis in Aſia prædictum eſt, fore eos euentus rerum, qui acciderunt. de Diuin. 113.a. Si ab adoleſcentia ſciſſet, quos euentus ſenectutis eſſet habiturus. de Orator. 95. a. Euentum dicendi ex ſententia procedere. & 94.b. Varios euentus orationis pertimeſcere. Attic. 139.a. Fortiter ferre aliquem euentum. Epiſtol. 93.b. Nunc nihil timeo, & ad omnem euentum paratus ſum. Ad Herenn. 26.b. Qui ſciunt quid alijs acciderit, facilè ex aliorum euentibus ſuis rationibus poſſunt prouidere. I. C. 100.b. Ab euentu tuo iſta ſubſellia uacua facta ſunt: id eſt, ab euentu. pro Seſt. 5.a. Communis mars belliq; caſus eſt incertus. de D. 82.b. Significatione euentus.

Euerriculum, li. rete. In Verrem 212.a. de Natur. 75. a. Inde euerriculum malitiarum omnium iudicium de dolo malo.

Euerſio, onis. ruina, caſus, pernicies. de Finib. 131.a. Quæ ſine dubio uitæ ſunt euerſio. de Sen. 85.a. Hinc rerũ publicarum euerſiones. I. A. 153.b. Euerſio illius execratæ columnæ. de Ar. 244.a. Inferre euerſionem tectis atque agris. Ac. 25.a. Omnis uitæ euerſio.

Euerſor, oris. Part. 259.b. Ciuis euerſor ciuitatis. & pro Seſt. 5.b. & pro Dom. 133.a. Euerſor huius imperij.

Euerſus, a, um. pro Seſt. 10.b. Vrbs exciſa & euerſa. Attic. 76.b. Euerſam in perpetuum prouinciam nos inueniſſe ſcito.

Euerſus, ſa. ab euerror, euerreris, ut apparet. I.V. 119.b. O uerrea præclara, &c. quod fanum denuq;? quod non euerſum atq; exterſum reliqueris?

Euerto, tis. exturbo, euerſionem infero. Attic. 283. b. Lepido ſtatuam in roſtris ſtatuimus, ijdem illam euertimus. de Amic. 100.b. Nulla domus tam ſtabilis, nulla ciuitas tam firma eſt, quæ non odijs atque diſsidijs funditus poßit euerti. de Finib. 81. Iſta præcepta quæ probas, funditus euertunt amicitiam. de Ar. 244.a. Scipio ſolus Carthaginem euertit. At. 16. Ille annus duo firmamenta reip.

per me unum conſtituta euertit. pro Dom.220.a. Funditus euertiſti ciuitatem. de Or.99.a. Qui duorum ſcalmorum nauiculam in portu euerterit. Parad.119.a. & de Fin.123.b. Auri nauem euertat gubernator an paleæ, in re aliquantum, in gubernatoris inſcitia nihil intereſt. de Cl.156.a. Huius uita & mores omnem commendationẽ ingenij euertunt. Ep.61.a. Is me decreuerat non iudicio atq; diſceptatione, ſed ui atq; impreßione euertere. At.261.a. Is quantum in ipſo fuit, remp. euertit. I.V.58.a. Euertere aliquem omnibus fortunis. & 118.a. Exturbare aliquem bonis patrijs. de Fin.91.*. Quaſi uirtutis lumen extinxeris, & uirtutem penitus euerteris. I.P.98.a. Euertiſti miſeras funditus ciuitates. pro Quint.13.b. Aliquis afflictus, euerſus. pro Sext.Roſc.37.b. Sed hunc funditus euertit bonis. Acad.6. Vt retineamus eam definitionẽ, quam Philo uoluit euertere. Or.208.a. Sua confirmare, aduerſaria euertere.

Eueſtigiò. repentè. Ep.56.a. Eueſtigiò eò ſum profectus prima luce. I.V.65.b. Sed repentè eueſtigiò ex homine, &c. factus eſt uerres.

Euidens, tis. clarus, apertus, perſpicuus, dilucidus. Ac.5.b. Pleriq; definitiones euidentium rerum non improbant. & 12.a. Euidentes & perſpicuæ res. de N.61.b. Euidens eſt, de quo inter omnes conueniat. & 26.b. Quid enim eſt hoc euidẽtius? de Am.101.a. Quod in homine multo eſt euidentius. Top.229.b. Narratio euidens: id eſt, dilucida. de Vn.200.b. Menſura euidens. pro Cæl.42.a. Argumentis agemus, & ſignis omni luce clarioribus crimina refellemus.

Euidentia, tiæ. perſpicuitas. Ac. Nihil eſt clarius ἐνάργεια, ut Græci, perſpicuitatem aut euidentiã nos, ſi placet, nominemus. & ibi. Sed tamen orationem nullam putabant illuſtriorem ipſa euidentia reperiri poſſe.

Euigilo, as. uigilo, incumbo, elaboro. Parad.118.b. In quo euigilauerunt curæ & cogitationes meæ. Att.148.a. Honeſta atq; expedita tua conſilia quàm euigilata tuis cogitationibus. et 282.a. Meſſala tanta eſt induſtria, tantoq; euigilat ſtudio, ut, &c.

Euinco, cis. conuinco. I.V.76.b. Verres tam nefarijs criminibus, tam multis teſtibus euictus.

Euiſceratus, a, um. uiſceribus exemptus, confoſſus, diſcerptus. de D.136.a. Euiſcerata, inanima, cum animali ſono. ex Pac. I.P.88.b. & Tuſc.171.b. Vt tu uſpiam ſaxis fixus aſperis, euiſceratus latere pẽdẽres, ut ait ille, ſaxa ſpargens tabo. Item ibidem.179.b. Ennij.

Euitatio, nis. Ad Her.6.b. Euitatio incommodorum.

Euito, as. uito, effugio. Or.216.a. Vt uerſum fugimus in oratione, ſic ij ſunt euitandi continuati pedes. de Finib.129.a. Ne uitationem quidem doloris ipſe per ſe quiſquam in rebus expetendis putauit, nec ſi etiam euitare poſſet.

Euitari uitam: id eſt, eripi, auferri. de Orat.163.a. & Tuſc.166.b. & 200. Hæc omnia uidi inflammari, Priamo ui uitam euitari.

Eulogium, gij. l. Elogium.

Eumenides. furiæ. de N.68.b. Eumenides, quæ ſi deæ ſunt, quarum & Athenis fanum eſt, & apud nos, ut ego interpretor, lucus furiæ, furiæ deæ ſunt, ſpeculatrices credo & uindices facinorum & ſceleris.

Eumolpidæ. de Leg 177.a. Quid ergo aget Icachus, Eumolpidæq; ueſtri & auguſta illa myſteria? ſiquidem ſacra nocturna tollimus?

Eunuchus, chi. exectus, caſtratus. Or.220.a. Eunuchi è Syria Aegyptoq;.



Euocatio, onis. Ad Her.16.b. Euocationes hominum.

Euocator, oris. I.C.102.b. Euocator ſeruorum & ciuium perditorum.

Euocatus, a, um. qui nõ iuſto militiæ ſacramento, ſed per tumultum milites colliguntur, euocati appellantur. Ep.244.a. Euocatorum firma manus. & 162.a. & 34.b.

Euoco, as. elicio, exſuſcito, excio. I.V.162.a. Ita Agyrio quinq; primi accitu iſtius euocãtur. At.82.a. Nã euocari ex inſula, Cyprios non licet. I.V.81.b. Verres ſtatim Meſſana literas dedit, Dionẽ euocauit. At.119.a. Non expulſi, ſed euocati è patria. pro Deiot.146.a. Et uenit uel accerſitus ut ſocius, uel euocatus, ut is qui ſenatui parẽre didicerat. de Or.141.a. Iuuenes ſtant ad ianuam duo, qui te magnopere euocant. At.18.a. Sic te euocabã, ut nihil acrius. de Fin.85.b. Probitas præmiorũ mercede euocata. pro Deiot.151.a. Miſericordia tua occurrere ſolet ſupplicibus, nullius oratione euocata.

Euolo, as. auolo, effugio. I.V.253.a. Euolarat iã è conſpectu ferè fugiens quadriremis. I.V.78.b. & pro Mur.143.b. Confringat iſte ſanè ui ſua conſilia ſenatoria, quæſtiones omnium perrumpat, euolet ex ueſtra ſeueritate. Ep.109.b. Quin hinc ipſe euolare cupio. pro Deiot.149.b. Vbi id, quod intus eſt atq; noſtrum, impunè euolare poteſt. de Cl.190.a. Itaq; tantos proceſſus faciebat, ut euolare, non excurrere uideretur. de Leg.165.a. Aquila euolauit ex arbore. Antequã.193.b. Liceat ex hac flamma euolare. de Pro.71.b. Quam pœnam tum euolauerunt: id eſt, effugerunt. de Som.127.b. Qui ex corporum uinculis tanquam ex carcere euolauerunt. de D.103.b. Quorũ animi ſpretis corporibus euolant & excurrunt foràs. pro Seſt.8.b. Conſul exanimatus euolat è ſenatu. de Orat.98.a. & 110.b. Tantus curſus uerborum fuit, & ſic euolauit oratio, ut, &c. Epiſt.7.b. Quem illi eſſe in principibus facilè ſunt paßi, euolare altius certè noluerunt.

Euoluo, uis. explico. pro Cæl.49.a.b. Cuius ego criminis neq; principium inuenire, neq; euoluere exitũ poſſum. Off.67.a. Si quis uoluerit animi ſui complicatã notionem euoluere. In Arat. Quare ego nunc nequeo totos euoluere curſus. At.146.a. Totam hanc deliberationem euoluis accuratius in literis VIII. Cal. Mart. datis. Top.221.b. Euoluere id quod inuolutum eſt. de Orator.162.b. Euoluere aliqua: id eſt, explicare & exponere. & 141.a. Aliquando te euolutum nudatumq; uideo illis integumentis dißimulationis tuæ. Acad.28.b. Euoluere naturam omnium rerum. Attic.145.a. Euolui uolumen epiſtolarum tuarũ. Tuſc.153.b. Euolue diligenter eius librum, qui eſt de animo. de Fin.63.b. In poetis euoluendis tempus conſumere.

Euolutio, onis. lectio. de Fin.53.b. Quid hoſtoriæ cognitio? quid poetarum euolutio? quid tanta tot uerſuum memoria uoluptatis affert?

Euomo, mis. foràs proijcio. I.C.104.b. Quod tantam peſtem euomuerit, foràsq; proiecerit. de Nat.51.a. & I.A.198.a. Conchas cõcoquere & eas poſtea euomere. pro Mil.116.b. Non uereor, ne odio inflammatus hæc in illum euomere uidear. de Am.112.b. Apud aliquem euomere uirus acerbitatis ſuæ. I.P.99.a. In quo tu accepta tamen & deuorata pecunia Vticanorum centum talenta euomere non poteras.

Euphrates, tis. fluuius. de N.52.b. Meſopotamiam fertilem efficit Euphrates, in quam quotannis nouos agros inuehit.

Euripides,



Euripides, dis. Ep.259.a. Ego ſingulos Euripidis uerſus, ſingula eius teſtimonia puto.

Euripideus, dea. Tuſc.203.a. Euripideum carmen.

Euripus, pi. de Leg.169.b. Ductus aquarum, quos iſti euripos uocant. de Nat.64.a. Quid Chalcydico euripo in motu identidem reciprocando putas fieri poſſe conſtantius? pro Mur.132. Quod fretum, quem euripum tot motus, tantas, tam uarias habere putatis agitationes fluctuum?

Europa, pæ. è tribus mundi partibus una, ſed minor. de N.64.b. Europam Libyamq; rapax ubi diuidit unda. & pro Fl.159.b.

Eurotas, tæ. fluuius. Tuſcul.182.247. Inuent.74. Att.242.

Eurus, ri. uentus ab ortu flans. At.252.

Euulſio, onis. de Nat.71.a. Aeſculapius primus dentis euulſionem inuenit.

Εὐθυμία. animus terrore liber. de Fin.145.a.

Εὐταξία. l. Ordo, Collocatio, Diſpoſitio.

Euxinus pontus. de Or.99.a.

Execror, aris. malè precor. I. V. 101.a. Alij ſacerdotẽ execrabãtur, qui Verrem tam nequã reliquiſſet. I. P. 101. a. Omnes te oderunt, tibi peſtem exoptant, te execrantur. I.P.86.b. Quod tibi proficiſcenti euenit, ut omnes execrarentur, malè precarẽtur. de Leg.162.b. Rectè Socrates execrari eũ ſolebat, qui, etc. Off.54.a. Itaq; accepimus Socratem ſolitum execrari eos, qui, &c. Tuſc.261.b. Execratur apud Enniũ Thyeſtes, primũ ut naufragio pereat Atreus. Or.209.b. Vt optet, ut execretur. de N.39.a. ex Enn. Cui, quod in me eſt execrabor hoc, quo lucet, quicquid eſt.

Exectio, onis. exciſio. pro Clu. 55.b. Cũ illa exectio fundi in armario animaduerteretur. I.V.58. Exectio linguæ.

Executio, onis. perſecutio. Ad Her. 9.b. Quæritur in translatione, primùm, num aliquis eius rei actionem, petitionem, aut executionem habeat, quam non oportet.

Exedo, dis, & exes. conſumo, conficio, corrodo. Tuſc. 196.b. Aegritudo lacerat, exeſt animum, planeq; cõficit. Tuſ.231.b. Quẽ nullæ ægritudines exedũt. de Fin. 59.b. Solicitudines, quibus hominum animi dies & noctes exeduntur. de D.116.a. Cor eſt in extis, iam abſcedet, deus id eripiet, uis aliqua conficiet, aut exedet.

Exedra, dræ. locus ubi ſint ſedes multæ paratæ, præterea nihil: quas uacuas aulas uocant. de Or. 144. a. Cotta in eam exedram uenit, in qua Craſſus lectulo poſito recubuiſſet. de N. 5.a. Offendi eum ſedentem in exedra. de Fin. 125.a. Tamen ego illa moueor exedra.

Exedrium, drij. Ep.209.a. Exedria quædam. *

Exemplar, ris. exemplũ, codex, ſpecies quam artifex imitatur, & quam ſibi proponit ad imitandum, ad quod efficitur aliquid. Item: Aſin. Ep.146.a. Ex literis, quas Panſa mihi miſit, cognoſces omnia, nam earum tibi exemplar miſi. Att.57.b. Vrgebar ab eo cui miſi, & non habebam exemplar. pro Mur.140.a. Ad imitandum uerò tam mihi propoſitũ exemplar illud eſt, quàm tibi. de Vn. 195. b. Qui aliquod munus efficere molitur, ſi eam ſpeciẽ, quæ ſemper eſt eadẽ, intuebitur, atq; eam ſibi proponet exemplar, præclarũ opus efficiat neceſſe eſt. & ibi. Vtrum fabricator



bricator ille tãti operis imitatus ſit exẽplar, quod ſemper unum & idẽ eſt. de Vn.196.a. Si ergo generatus eſt mundus, ad id eſt effectus, quod ratione ſapientiáq; cõprehenditur. & 197.a. Mundus factus eſt ad exemplum. de Vn. 201.a. Ex ea parte deficiebat ad propoſitũ exemplar imaginis ſimilitudo. de Am.100.a. Amicum qui intuetur, tanquam exemplar aliquod intuetur ſui. pro Cec.290. a. Falcula exẽplar antiquæ religionis. In Sal. 274. b. Eius enim partis exemplar erat Salluſtius, quo, &c. Or. 197.b. Vnde illud, ut ex ore aliquo quaſi imago exprimatur.

Exemplũ, pli. exemplar, imago, factum, authoritas, documentum, ſpecimen, clariſsimis monumentis teſtata conſignatáq; antiquitas. At.116. b. Cæſaris literarũ exemplũ tibi miſi. At.122.a. Earum literarum exemplum infrà ſcripſi. Ep.48.a. Sæpius ad aliquem literas uno exemplo dare. & 135.a. De quo tu mihi antea ſcripſeras bis eodẽ exemplo. contra Rul.76.b. Literarum exemplũ compoſitũ eſſe arbitror, P. Seruilius, Cn. Pompeio, &c. At.138.a. Capua literæ ſunt allatæ hoc exemplo: Pompeius mare tranſijt, &c. de Or.100.b. Hiſce ego rebus exempla adiungerem, niſi cernerem, &c. Off.2.b. Superioris generis huiuſmodi exẽpla ſunt: omniáne officia perfecta ſint, nunquid, &. de In.69.b. Exemplũ translationis in cauſa nobis poſitũ ſit huiuſmodi. cũ, &c. de In.81.b. Supponere exemplũ uniuſcuiuſq; rei. Top.225.a. Exempla poſui ex iure ciuili. de Or.162.b. Quæ tu Craſſe ſine definitionibus & ſine exemplis effudiſti. ad Her.24.b. Hoc intereſt inter exemplũ & teſtimonium. exemplo demonſtratur id quod dicimus, cuiuſmodi ſit, teſtimonio eſſe illud ita ut nos dicimus confirmatur. de D. 88.b. Sed exemplis grãdioribus decuit uti. I.A.246.b. Exempli cauſa paucos nominaui. Par. 117.a. Sed hæc uideri poſſunt obſcuriora, cum ſine appoſitione exemplorum lentius diſputantur, uita atq; factis illuſtranda ſunt ſummorum uirorũ hæc, quæ uerbis ſubtilius quàm ſatis eſt, diſputari uidentur. de In.55. a. Vt certum quiddã & breue exẽpli cauſa ponamus. pro Mur.130.a. Vt quia in alicuius libris exempli cauſa id nomen inuenerant, putarunt, etc. de In.55.b. Eorũ igitur quæ conſtant, exempla ponemus, horum quæ dubia ſunt rationes afferemus. & 56.b. Id ut perſpiciatur aut ſcribamus, aut in quolibet exẽplo de ijs quæ præpoſita ſunt, hoc idem exerceamus. de In 58.b. Perſpicuo et grãdi uicio præditũ poſuimus exemplũ. de In.52.b. Exemplum eſt, quod rẽ autoritate aut caſu alicuius hominis, aut negocij confirmat aut infirmat: horum exempla & deſcriptiones in præceptis elocutionis cognoſcentur. Ad Her.39.a. Exemplum eſt, alicuius facti aut dicti præteriti cum certi autoris nomine propoſitio. exemplũ rem ornatiorem facit, cum nullius rei niſi dignitatis cauſa ſumitur: apertiorem, cum id, quod ſit obſcurius, magis dilucidũ reddit: probabiliorem, cum magis uериſimilẽ facit: ante oculos ponit, cum exprimit omnia perſpicuè, ut res dicta propè manu tentari poſsit. de D.110.a. Exempla clara & illuſtria. de Pro. 73. a. Cum ego meorũ factorum exempla ex ſummis uiris petã. pro Cor.61.a. Autoritate & exemplo alicuius facere aliquid. & de Ar. 249.b. pro Pl.278.b. Peremptum eſſet mea morte id exemplum, qualis futurus in me retinendo fuiſſet ſenatus. de D.94.a. Diuinare autem morientes, etiã illo exemplo confirmat Poſsidonius, quo affert Rhodium quendã, &c. I.A.155.a. Iun. Brutus, qui rempublicã regio dominatu liberauit, & ad ſimilem uirtutem, et ſimile factũ ſtirpem ſuã excitauit. Off.38.b. Ad exemplum amiſsi imperij, portari in triumpho Maſsiliã uidimus. pro Seſt. 5.b. Cuius oratio uidebatur reipublicæ capeſcẽdæ autoritatem diſciplinamq; præſcribere. & 6.b. Vnum aliquem te ex barbatis illis exemplũ imperij ueteris, imaginem antiquitatis diceres intueri. In Sal.272.b. Vt ego ſim poſteris meis nobilitatis initiũ & uirtutis exemplum. pro Deiot.149.a. Is uir unde pudoris pudicitiæq; exempla peterentur. Ep.13.a. Exemplũ præclariſsimum uindicandæ religionis ſuſtulerunt. In Sal. 272.b. Salluſtius omnium maiores ad unum exemplum et regulam quærit. de L.190.b. Nõ tantum mali eſt peccare principes quantum illud, quod permulti imitatores principum exiſtunt. & ibi. Pernicioſè merentur de republica uicioſi principes, quod non ſolum uicia concipiunt ipſi, ſed ea infunduut in ciuitatem: neq; ſolũ obſunt quod illi ipſi corrumpuntur, ſed etiã quod corrumpunt, pluſq; exemplo q̃ peccato nocent. Or.213.b. Habet autem ut in ætatibus autoritatem ſenectus, ſic in exẽplis antiquitas. de Or. 104.b. Cũ eſſet ille uir exemplum ut ſcitis innocentiæ. pro S.R.23.a. In qua muliere etiã nunc quaſi exempli cauſa, ueſtigia antiqui officij remanent. I.A.186.a. Quod in iuuentute habemus illuſtrius exemplũ ueteris ſanctitatis? de Or.209.a. Si exempla ſequimur, à Demoſthene ſumamus Q. Fr.300.a. Edere exemplũ ſeueritatis alicubi. pro Mur. 149.a. Domeſticum te habere dixiſti exemplum ad imitãdum. & ibi. Eſt illud quidem exemplum tibi propoſitum domi. Off.21.a. Suppeditant autem & campus noſter, & ſtudia uenandi honeſta exempla ludendi. pro Fl.151.a. Tamen hæc in imitatione, atq; in exemplo, pertimeſcenda uidentur. & ibi. Ne periculoſam imitationem exempli, reliquis in poſterum proderetis. Ep.134.a. Liberaſti ciuitatem metu, neq; ſolum ad tempus maximã utilitatem attuliſti, ſed etiã ad exemplum facti. pro Fl. 151.b. In hoc ego reo, ne quod pernitioſum exemplum prodatur, pertimeſcã? pro Syl.176.b. Et tamen id ueteri exemplo atq; inſtituto optimi cuiuſq; faciebant. Or.101.b. Monumẽtũ rerum geſtarũ, uetuſtatis exempla, oratori nota eſſe debent. de In.62.b. Non unum aliquod propoſuimus exemplũ, cuius omnes partes exprimerẽtur. Or.208.a. Cõmemoratio antiquitatis, exemplorumq; prolatio. pro Cl.45. b. Qua de re tota ſi unum factũ ex omni antiquitate protulero, plura non dicam. non enim exemplũ, &c. I.A.153.a. Athenienſium renouaui uetus exemplum. Ep.47.b. Quod exemplo fit, iure fieri putant. Off.65. b. Imagines enim illæ feruntur ex optimis naturæ principijs, & ueritatis exemplis. de In.62.b. Vt mutum in ſimulacrum ex animali exemplo ueritas transferatur. de L. 179. a. Itemq; cætera huius exempli dona ſunt. de Am.111.a. Nec ipſi ſibi exemplo ſunt, hæc uis amicitiæ qualis & quanta ſit. de Am.102 b. Atq; harum rerum exemplum ex ſimilitudine capiebat ineũtis ætatis, quod, etc. Off.55.a. Nec uerò ab his iuſtitiæ, tanq̃ à ſapiente petitur exemplum. I.A.182.a. Quod ſi illi è cõſpectu noſtro ſe abſtulerunt, at exẽplum facti reliquerunt. & ibi. Cum ipſum factum per ſe præclarum eſt, tũ expoſitum ad imitandum. & 225.a. Et proponis illi exempla ad imitandum. Ad Her. 26.b. Aut ſi aceruos ſe dicant tritici habere, & eorum exemplũ pugno non habeant.

Exeo, is. egredior, prodeo, progredior, pedẽ effero, foràs me do, procedo, excedo, emergo, erũpo, emano, mano, euolo, euado, orior, naſcor. de Or.129.a. Minimè mirũ eſt te ſudare, modò enim exiſti de balneis. de Or.133.a. Quando tãdem Galba de triclinio tuo exibis? Cũ tu, inquit, de cubiculo alieno. Off.11.b. Qui cũ una domo iã capi non poſſint, in alias domos tanquam in colonias exeunt. Off.24.a Herculem ferũt exiſſe in ſolitudinem, atq; ibi ſedentem diu ſecum,

ſecum,&c.In Vat.31.a.Aliquem exire legatum in aliquã prouinciam.I.V.121.a.Cum omnes boni perſpicerent ad iſtũ non modò illos nummos,qui per ſimulationem ab iſto exierant,reuertiſſe.At.18.a.Cum de cõſularibus mea prima ſors exiſſet,&c.de Cl.189.a.Nihil non conſideratum exibat ex ore.pro S.R.19.a.Nequaquam tamen ſimiliter oratio mea exire,atq; in uulgus emanare poterit.At.208 a.Libri quidem exierunt,ut in tali genere ne apud Græcos quidem ſimile quicquam.Tuſ.192.a.Exiſſe ex poteſtate dicimus eos,qui effrenati ferũtur aut libidine,aut iracũdia.Ibidem:Qui igitur exiſſe ex poteſtate dicuntur,iccirco dicuntur,quia non ſunt in poteſtate mentis, cui regnũ totius animi à natura tributum eſt.pro Dom. 229. b.Exire è patricijs:id eſt,fieri plebeium per adoptionem. de D. 91.b.Quinto autẽ anno exeunte,cũ eſſet ſpes,etc.Ep.11.a Exire domo.& 46.a.Exire ex urbe.I.P.86.b.Exire à patria.& At.27.a.Exire de naui.Off.98.a.Exire de uita.

Ex eo.ex eo quòd,ex eo quia.)(.Ex quo. de D.123 . b. Attulit in cauea pullos is,qui ex eo nominatur pullarius. de Or.119.b.Si quid in me eſt,ex eo eſt,quòd, &c. de D. 123.a.At paulo pòſt audita uox eſt monentis,ut, &c. Ex eo Aio loquenti ara conſecrata eſt. de Or. 135. a. Scaurus nonnullã habet inuidiam,ex eo quod aliorum bona ſine teſtamento poßidet.de Fin.122.b.& 70. b. Præpoſitũ ex eo credo appellatum eſt,quod præponatur alijs. Att. 97.a. Cognoui ex eo,quòd ita ſcripſeras,te Romam ueniſſe,etc. At. 9.a.& de Or.141.a.Poſteaquam uidit illum excepiſſe laudem,ex eo quòd hi ſuſpicarentur,etc. id eſt,propterea quòd,etc.de Cl.163.b.Cum ex eo,quia quaſi committeret contra legem,ſæpe in iudicium uocaretur.

Exequiæ,arum.funus,pompa,iuſta,iuſta funeris, ſupremi diei celebritas,lito,parẽto.pro Q.9.a.& de In.61 b.Funus,quò amici conuenirent ad exequias cohoneſtandas.pro Cl. 60.a.Mater exequias illius funeris proſecuta eſt.de Leg.178.b.Qui ſepultura & iuſtis exequijs caruerunt.pro Mil.108.a.Cadauer P.Clodij ſpoliatum imaginibus,exequijs,pompa,laudatione,&c.pro Mil. 108.a.Clodius ſine imaginibus,ſine cantu,ſine ludis, ſine lamentis,ſine laudationibus,ſine funere ſpoliatus illius ſupremi diei celebritate ambuſtus eſt abiectus.At.238.a.Dare operam funeri. At.228.a.Lucullus matrem efferebat. Cæſar funere elatus eſt.l.Funus.

Exequor,ris.cõficio,explico,perſequor,imitor. Tuſ. 193.b.Conturbatus animus nõ eſt aptus ad exequendũ munus ſuum. At.177.a. Ne ſi ſit quidẽ quod ad te debeam ſcribere,facilè id exequi poſſem.I.A.222.a.Exequi mãdata alicuius.Off.16.a.In exequendis negocijs rationi obedire. At.46.a.Exequi ſua officia & ſtudia.de Sen.83.b. Maßaniſſa ſenex omnia regis officia & munera exequitur. & 92.a. Quoad munus officij exequi & tueri poßis.pro R. P.123.a.Difficile eſt quod cũ ſpe magna ſis ingreſſus,id nõ exequi uſq; ad extremũ.de Sen.82. b . Quod ſi exequi nequeas,poßis tamen alijs præcipere.& 84.b. Quæ ſi exequi nequirẽ,tamen,&c.I.A.171.a.Omnes conſulares,qui per ualetudinem exequi fugam illam potuiſſent.I.V.157. a.Tamẽ antiquũ modũ ſationis nulla ex parte exequi potuit.At.148.a.Cur non omnes factũ illius executi ſumus? de Vn.196.a.Non igitur dubium eſt, quin æternitatẽ maluerit exequi.In Sal.274.a.Neq; tu ſi qua in pueritia peccaſti,exequar.Ep.181.b.Nam præter hæc habeo multa occultiora,quæ uix uerbis exequi poßim.

Exerceo,ces.colo,excolo,facio,factito,tracto, exercitatione utor,uerſor in aliqua arte,uerſor in exercitatione dicendi,ludo,conſuetudinem atq; exercitationem capio,ſolicito,ango. At.282.a.Meſſala graui iudicio multaq; arte ſe exercuit in uerißimo genere dicendi.de Or.97 . a. Pleriq; in hoc uocem & uires exercent ſuas.& ibi. Vehementißimè exercere ſe in aliqua re. At.137.a. Exercere ſe in conſultationibus & diſſerere in utranq; partẽ.Or.205 b.Is in hoc ſolo ſe exercuit,huic generi ſtudet uni. de Or. 106.a.In hoc genere pueri apud magiſtros exercentur. de Cl.185.b.Is me adoleſcentẽ multos annos in ſtudio eiuſdem laudis exercuit.de Cl.196.a.Pammenes exercuit Brutum.de Cl.187.b.Is ſeſe quotidianis commentationibus acerrimè exercuit.et 194.a.A Diodoro cùm in alijs rebus, tum ſtudioſißimè in dialectica exercebar.Or. 201.a. Ariſtoteles adoleſcentes in theſi,non ad philoſophorum morem tenuiter diſſerendi,ſed ad copiam rhetorũ in utranq; partem exercuit.de Cl.194.b.Apud Demetrium ſtudioſè exerceri ſolebam. de Or.97.b.Exercere ſe ad uerſus alicuius.Ep.8.a.Ad hæc te exerceas,hæc cogites.pro Pom.9. b.Quod genus belli eſt,in quo illum non exercuerit fortuna reipublicæ?de N.58.b.Vt exerceamur in uenãdo. I.V. 212.b.Prætor armis exercetur.At.86.b. Pueri amant inter ſe,diſcunt,exercentur.de Or.135.b.Cum cæteris in cãpo exercentibus ipſe in herba recumbebat.Tuſ.123.b. Subduc cibum unum diem athletæ,Iouem ipſum, cui ſe exercebit,implorabit.Tuſ.228.b.Fortuna me in multis uarijsq; caſib.exercuit.de Sen.82.b.Athletæ in curriculo ſe exercẽtes.Tuſ.187.a.Faciunt idem cum exercentur athletæ.Off. 16.a.Exercendum autem eſt corpus,& ita afficiendũ , ut obedire rationi poßit.de Som.131.a.Exercere animam in optimis rebus.I.C.102.a Ad hanc te amentiam natura peperit,uoluntas exercuit,fortuna ſeruauit.de Sen.81.a. Exercere memoriam.ad Her.22.a.Exercere ingenium. I. V. 265.a.Exercere crudelitatem.I.A.232.a. Exercere crudelitatem ſuam in aliquo.I.V. 57.a.Exercere inimicitias nimium familiariter.At.274.a.Exercere iracundiã in ſuperatos.pro Pom.6.b.Qui uectigalia exercent atq; exigũt. pro Pom.4.b.Quorũ magnæ res aguntur in ueſtris uectigalibus exercendis occupatæ.de L.158.b.Exercere ius ciuile.pro Cl.55.b.Exercere medicinã.de Cl.176.a.M. Brutus accuſationem factitauit.I.V.245. a. Facere nauicula-riã.Q.Fr.317.a.Scauri iudicium ſtatim exercebitur. pro Cæl.37.b.Omnibus negocijs intermißis unum hoc iudiciũ exercetur.pro Ar.186.a.Prætor exercens iudicium. I.V. 107.b. Atq; etiam iudicium in prætura publicũ exercuit. de Fin.75.b.Cum prætor quæſtionem inter ſicarios exercuiſſet.Off.18.a.Exercenda eſt facilitas & altitudo animi quæ dicitur.pro Ar.191.a.Quid eſt quod nos in hac breui uita tantis nos in laboribus exerceamus?Ep.185.a.Nũc me reliquiæ ueſtræ exercent.At.211.b.Te de prædio Auiæ exerceri moleſtè fero.

Exercitatio,onis.uſus,tractatio,actio,meditatio, cõmentatio,conſuetudo,munus,ſtudium,ludus,induſtria,agitatio,curriculum.de N.31.a.Corpora noſtra motu atq; exercitatione recaleſcunt.I.V.62.a.Vſus exercitatioq; forenſis.de Fin.99.a.Exercitatio in dialecticis.& de N.57. b.Exercitationes rhetoricæ.& 21.b.Pueri etiam cum ceſſant,exercitatione aliqua ludicra delectantur. Att. 224. a.Noſti horum exercitationẽ in latrocinio.pro Mil.108. a.Milo exercitationem uirtutis perdidit.de Sen.84.b.Hæ ſunt exercitationes ingenij,hæc curricula mentis. Off.25. a.Senibus labores corporis ſunt minuendi, exercitationes animi etiam augendæ uidentur. de Sen . 78. b . Aptißima ſunt omnino arma ſenectutis,artes exercitationesq; uirtutum.



tutum.Off.26.b.Color exercitationibus corporis tuendus eſt.de Sen.84.a.Vtendum eſt exercitationibus modicis. pro Cæl.39.b.Vt exercitatione ludoq; campeſtri tunicati uteremur.I.C. 106 . a. Aliquis ſcelerum exercitatione aſſuefactus.pro Dom.213.b.Is conuicij exercitationem cũ intolerabili petulantia,tum diuturna impunitate muniuit.de Clar.196.b.Exercitatio dicendi linguam acuit. de Or.92.b.Conſuetudo exercitatioq; & intelligendi acuit prudentiam,& eloquendi celeritatem incitat. de Or.106 a.Quid tibi iuris ciuilis exercitatio profuerit non intelligo.de Or.107.b.Subitæ ad propoſitas cauſas exercitationes.de Fat.140.b.Oratorias exercitationes non tu quidẽ ut ſpero reliquiſti.et ibi. Nec enim oratoria illa ſtudia deſerui.de Or.160.b.Cùm exercitatione,tum ſtylo formãda nobis oratio eſt.pro Pom.4.a.Quantum ex forenſi uſu,propè quotidiana dicendi exercitatio potuit afferre. pro Cæl.48.b.Exercitatio uſusq; dicendi.Off.12.b . Conſuetudo exercitatioq; capienda eſt,ut,&c.& ibi. Nec medici,nec imperatores,nec oratores quamuis artis præcepta perceperint,quicquam magna laude dignum ſine uſu & exercitatione conſequi poſſunt.&c. pro Mur. 130.b. Dicendi conſuetudo longè iſti ueſtræ exercitationi ad honorem antecellit.pro Arch.185. b. Exercitatio dicendi,in qua me non inficior mediocriter eſſe uerſatum.de Or.91. b.Abſtrahi ab exercitatione & conſuetudine dicendi. de D.128.b.Multi naturæ uicium meditatione & exercitatione ſuſtulerunt,ut Demoſthenes.Ad Her.1.b. Exercitatio,eſt aßiduus uſus conſuetudoq; dicendi.Tuſ.184.a.De exercitatione,& conſuetudine,& commentatione dixi. & 183.b.Tantum exercitatio,meditatio , conſuetudo ualet.Ep.17.a.Tu me de Lentuli tui noſtriq; ſtudijs & exercitationibus uelim quàm ſæpißimè certiorem facias.

Exercitatus,a,um.uerſatus,agitatus,iactatus,exercitatione præditus.)(.Rudis.I.V.264.b.Sex lictores ualentißimi,et ad pulſandos uerberãdosq; homines exercitatißimi.pro Cl.28.a.Homo in hominibus necãdis exercitatus. pro Põ.14.a.et pro Mur.129.a.Homines in maritimis rebus exercitatißimi paratißimiq;.At.227.b.Veſtorius in arithmeticis ſatis exercitatus.I.A.208.b.An ſum rudis in repub.quis exercitatior?qui,&c.de D.99.b.Hetruſci ob eã cauſam portentorũ exercitatißimi interpretes extiterũt. de Sõ.131.a.Agitatus et exercitatus in optimis curis. Or. 216.b.Id autẽ bona diſciplina exercitatis,qui et multa ſcripſerint,et quæcũq; etiã ſine ſcripto dicerẽt,ſimilia ſcriptorum effecerint,non erit difficillimũ.Q.Fr.290.a. Animus maximis in reb.gerendis & ſuſtinendis exercitatus. pro Q.1.a.Homo & in alijs cauſis exercitatus,& in hac multũ & ſæpè uerſatus.contra Rul.83.a.Aratores glebis ſubigẽdis exercitati.pro Q.18.a.Manus in propinquorũ pro ſcribendis bonis exercitata.Off.44.a.Paratiores erunt et tanquã exercitatiores ad bene de multis promerendum. Ac.27.b.& 6.b.Item ſi de officio , multisq; alijs de rebus in quibus uerſatus exercitatusq; ſit,neſcire ſe dicat. Q.Fr. 323.b.Pæonius rhetor,homo ualde exercitatus & bonus.

Exercitus,a,um.peritus,agitatus.pro Fon.282.b.M. Fonteius uſu bellorum in primis eorum hominũ,qui nunc ſunt,exercitus.pro Pl. 276. a. Quo quidem etiam magis ſum non dicam miſer,ſed certè exercitus. pro Mil. 102.a. Quid enim nobis duobus laborioſius,quid magis ſolicitũ, magis exercitum dici,aut fingi poteſt.Item:At ſcito nihil tam exercitum fuiſſe Romæ , quàm candidatos omnibus iniquitatibus.

Exercitus,tus.manus,copiæ. pro Pom. 15.b . & I.A. 202.b.Pompeius exercitum difficillimò reipub . tempore confecit.I.A.192.a.Cæſar exercitum inuictum ex Hiſpanis militibus conduxit.I.A.199.a.Cæſar paucis diebus exercitum fecit.pro Mur.131.b.Maximus & fortißimus exercitus.I.A.201.b.Conſcribere & comparare exercitum. de Pro.89.b.Dimittere exercitum.pro Mur.128.a.Ducere exercitum:id eſt,ducem eſſe.de Pro.69.b.Exercitus ille noſter ſuperbißimo delectu & durißima conquiſitione collectus omnis interijt.de Pro.61.a.Exercitus inſtructus. Item: Mithridates ab inuicta Cn.Pompeij manu montium altitudine defenditur.

Exeſus,a,um.conſumptus.Tuſ.241.a.Exeſis poſterioribus partibus uerſiculorum dimidiatis ferè.

Exhæredo,as.hæreditate priuare.I.A. 168. b. Igitur fratrem exhæredans te faciebat hæredem. pro S.R.26.b. Pater iſtum exhæredare in animo habebat . pro Cl. 45.b. & 52.a.Ille cum filium exhæredaret,quem oderat,ei filio homines alienißimos cohæredes coniunxit. ad Her.31 . b. Sed etiam à neceſſarijs omnibus exhæredatus eſt.

Exhæres,dis.hæreditate excluſus.de Or.99.a. Egit lege in hæreditatem paternam teſtamento exhæres filius.et ibi.b.Poſſet´ne paternorum bonorum exhæres eſſe filius, quem pater teſtamento,neq; hæredem , neq; exhæredem ſcripſiſſet nominatim.

Exhalatio,onis.uapor,anhelitus terræ, afflatus ex terra,expiratio,aſpiratio.Tuſ.157.a.Cœlum hoc,quod humidum & caliginoſum eſt propter exhalationes terræ.

Exhalo,as.ſpiro,reſpiro,emitto.I.V.135.b. Qui nondum conuiuij crapulam exhalaſſent.I.A.168 . b . Quanq̃ tu quidem uini exhalandi,non acuendi ingenij cauſa declamitas.& 166.a.Edormi crapulam & exhala.

Exhaurio,ris.exinanio,exſicco,eijcio,cõſumo, debilito.In Sal.275.a.Ex Africa tantum hic exhauſit , quantũ potuit in naues contrudi.I.P.90.a.Prædã,quam ex urbibus ſociorũ exhauſeras,deuoraſti.de Sen.80.b.Cũ alij per foros currant,alij ſentinam exhauriant.At.18.a.Exhaurire ſentinam urbis.In Vat.29.b.Aerariũ exhaurire,remp. compilare.I.A.196.a.Immanes quæſtus,quos M.Antonij tota exhauſit domus.I.A.172 . b. Tantum uini in Hippiæ nuptijs exhauſeras,ut tibi neceſſe eſſet uomere.I.C.99. b. Sin exieris,exhaurietur ex urbe tuorum comitũ magna et pernicioſa ſentina reip.I.C.105.b.Vno me hercule Catilina exhauſto releuata mihi reſp.uidetur.contra Rul.80.a Vrbanam plebem nimium poſſe,exhauriendã eſſe.de Or. 152.a.Actio conſumpta ſuperiore motu & exhauſta. At. 55.a.Amicorum benignitas exhauſta eſt in ædificãdo. I.P. 98.a.Ciuitates omnibus rebus exhauſtæ.Q.Fr.291.a.Prouinciam ſumptu exhauriri.Oct.329.b.M.Antonius publicam dilapidabat pecuniam,ærarium exhauriebat , minuebat uectigalia.contra Rul.86.a.Cum omnem pecuniã ex ærario exhauſiſſetis.Q.Fr.299 . a. Exhauſtus enim eſt ſermo hominum,et multæ emiſſæ iam eiuſmodi uoces.Ep. 72.a.Non facilè exhauriri tibi iſtum dolorem poſſe uniuerſum puto.& 133.b.Libentiusq; omnes meas laudes ad te trãsfuderim,quàm aliquã partẽ exhauſerim ex tuis.pro Cl.24.a.Is exhauſto illo poculo mortis,eſt mortuus. Att. 36.a.Tantus fuit amor,ut exhauriri nulla poſſet iniuria. pro Seſt.13.b.M.Craſſus eadẽ ſibi manu uitã exhauſit,quã mortẽ ſæpe obtulit hoſtibus.& 20.b.Plaga illa una extrema defuit,quæ ſi acceßiſſet,reliquũ ſpiritum exhauſiſſet. At.16.a.b.Multa ſunt quæ me ſolicitãt angũtq;,quæ mihi uideor aureis nactus tuas, unius ambulationis ſermone exhaurire poſſe.Att.98.b.Reliquum eſt,ut mandata noſtra

exhaurias.&c 71.a.Mandaui omnia,quæ tu exhauries.

Exhauſtus,a,um.conſumptus,exinanitus. At.84.b. Prouincia ſumptib.&c iacturis exhauſta.de Pro.70.a. Byzantij exhauſtis ſumptibus belliſq; maximis. I. V.164.b. Aratores funditus euertebantur,&c eo magis quod ſuperiorib.annis,exhauſti erant ac penè perditi. I. V.184.b. Aerariũ inops et exhauſtum.de Pro.69.a. Vt exhauſtas domos replere poſſẽt.ad Her.27.a.Scurra exhauſto pudore.de Ar.252.a.Iudices te dimiſerũt excuſſũ et exhauſtũ.

Exhibeo,es.profero,do,oſtendo. pro Fl.153.b.Cedo tabulas,non deportaui:fratres exhibe,non denunciaui. pro Mil.107.b.Exhibe quæſo Sexte Clodi,exhibe librarium illud legum ueſtrarum,quod,&c.I.V.148.a. Miſit complures,ut omnia ſibi integra quamprimum exhiberentur.pro Seſt.24.b.Ipſe non ſolum autorem meæ ſalutis,ſed etiam ſupplicem populo Rom.exhibuit. Att.78.a. Sed iam exhibeo pupillum,neq; defendo.Acad. 42.b.Qui philoſophiam iam profeſſus ſim populo noſtro exhibiturum.I.A.207.a.Horam exhibere ullam in tali ciue liberando non poſſumus.aliter, eximere ullam. de N.11.a. Quod æternum beatumq; ſit,id nec habere ipſum negocij quicquam,nec exhibere alteri.

Exhibere,faceſſere.Off.74.a.Quod audiſſet adoleſcens filius negocium exhiberi patri,accurriſſe Romã.At. 21.b.Exhibere moleſtiam alicui.

Exhilaratus, ta.hilaratus.Ep.42.b.Miraris tam exhilaratam eſſe ſeruitutem noſtram?

Exhorreſco,ſcis.horrore perfundor. de Or.147.b.In quo igitur homines exhorreſcunt?quem ſtupefacti dicentem intuentur?in quo exclamant?de Fin.58.a.Exhorreſcere metu.Ep.154.b.Sed non poſſum non exhorreſcere, ſi quid intra cutem ſubeſt uulneris.

Exhortatio,onis.Pl.Ep.147.a.

Exhortor,aris.de Sen.85.b.Cum eſſet cõſul,in Gallia, exhortatus eſt in conuiuio à Scorto,ut,&c. Si uera hæc lectio eſt,habes hic exhortor in patiendi(ut aiunt) ſignificatione.Sed ego,exoratus,integram eſſe lectionẽ arbitror. Ac.* Exhortari ad uirtutis ſtudium.

Exigo,gis.ad diſſolutionem cogo,poſtulo,flagito, extorqueo.de Cl.166.a.Ego uerò expectabo ea quæ polliceris,neq; exigam:&c erunt mihi grata,ſi ſolueris. Ep.253. a.Sed non urgeo,lõgiores enim expectabo,uel potius exigam.I.V.60.a.Mancipes à ciuitatibus pro frumento pecunias exegerunt.pro Mur.134.a.Deſperatas iam pecunias exegerunt.de Or.120.a.Quo facilius id à te exigã, quod peto,nihil tibi à me poſtulanti negabo.pro Fõ.278. a.Quaternos denarios in ſingulas amphoras portorij nomine exegiſſe.pro R.P.128.a.Poſthumus exegit quod crediderat.Q.Fr.296.b.Exigere uectigal.)(.Pendere uectigal. Ep.35. a.Et ſimul querebare,quod eos tributa exigere uetarẽ.&c 20.a.Ne id quod petat exigere magis quã rogare, et in mercedis potius quã beneficij loco numerare uideatur.&c 9.a.Teneor tandiu dum à Dolobellæ procuratoribus exigã primam penſionẽ.Ep.208.b. &c de L. 180.b.Ad pecunias,quæ à colonis debẽtur,exigẽdas,legatos equites Romanos miſimus.Ep. 115.a.Si ad illã ſummã ueritatem ius exegeris.de Fin.80. a.Omnibuſq; ex rebus uoluptatẽ quaſi mercedem exigit. Tuſ. 168.b. At qui ab hoc acerbius exigit natura,quod dederat. de Opt.244.a. Vt intelligant quid ab illis exigãt,qui ſe Atticos uolunt. de L.156.b.Qui à poeta ut à teſte ueritatẽ exigunt. de Am. 102.a.Liberales ſumus nõ ut exigamus gratiã,nõ enim beneficium fœneramur,ſed,&c. Off. 46.a.b.Conuenit aũt tum in dando munificum eſſe,tum in exigendo non acerbum.At.286.b.Benefacta pro debitis exigimus.Off.90.a. Vti ſeruis ut mercenarijs ad operam exigendam. de Or. 130.a.Exigere collectam à conuiua.I.V.81.b. Exigere nomina ſua.At.53.a.Exigere fructus prætermiſſos. Off.71. a.Exigere promiſſa.de Fin.89.b.Exigerẽ ex te, cogerẽq; ut reſponderes.Q.de Pet.212.a.Demonſtres quàm moleſtè feras,alijs te id rebus exacturum eſſe perſuadeas:id eſt, quaſi cumulatè compenſaturum.

Exigere.expellere.I.A.173.b.Is uxorem ſuam ſuas ſibi res habere iuſſit,ex XII.tabulis cauſam addidit, exegit. de Or.126.b.Reges ex ciuitate exigi.

Exiguè.tenuiter,exiliter.de Or.156.a. Cum de duabus primis celeriter exigueq; dixiſſes. de Am.107.a.Nimis exiguè et exiliter ad calculos reuocare amicitiam. Pl. Ep.149.a.Nihil aut ſerò aut exiguè à patria ciui tributũ poteſt uideri.At.180.a.Epiſtola exiguè ſcripta.

Exiguitas,tis.exilitas.de Fin.113.b.Iſtæ ipſæ obſcurationes,quæ propter exiguitatem uix aut ne uix quidẽ appareant.Cæl.Ep.120.a.Nunc exiguitas copiarum receſſum non dimicationem mihi tuam præſagiebat.

Exiguus,a,um.exilis.de D.119.a.Poſſum ſuſpicari cõtractum morbo aliquo bouis exile,&c exiguum,&c uictũ cor fuiſſe.Par.125.b.Ille ſumptus non modò ad fructum, ſed etiam ad fœnus eſt exiguus.Ep.63.b.Quanquam literæ tuæ exiguam ſignificationem tuæ erga me uoluntatis habebant.de Or.149.b.Ex ingenti quodam oratore immenſoq; campo in exiguum ſanè gyrum compellitis. de Or.108.b.Tu autem exiguis quibuſdam finibus totum oratoris munus circundediſti. pro Q.1.a. P. Quintius cui tenues opes,nullæ facultates,exiguæ amicorũ copiæ ſunt. de Or.86.b.Exiguum oratorum numerum inueniri. &c 59.b.Tenui quodam &c exiguo ſermone diſputare. contra Rul.67.a.Cui errato exigua laus proponitur. pro Rab.92.a.Exiguum et anguſtum tempus.de L.157.b. Exiguo tempore abſoluere aliquid.de Or.92.b. Exigui temporis opinio.pro Deiot.148.a.Magnæ copiæ.)(.Exiguæ copiæ.

Exilio,lis.proſilio,euado,proripio. Ep.153.a.Mihi crede tuis &c illius literis perlectis exilui gaudio.I.V.269 b.Cum populi Romani clamore perturbatus exiluiſti. &c 250.a. Exiluit conſcientia ſceleris excitatus.

Exilis,le.tenuis.de D.114.b.Iecur nitidum atq; plenum.)(.Iecur horridum &c exile.contra Rul.76.b. Solũ exile et macrum.pro Mur.135.a.Commoti animi tenuiũ, exilium in ordinem noſtrum.de Or.123.a. Genus ſermonis exile,aridum,conciſum,minutũ.)(.Liquidum, fuſum, profluens.de Cl.171.b.Exiliores orationes. de Or.91.b. Spinoſa &c exilis oratio.

Exilitas,tis.tenuitas,ieiunitas.de Or.89.a. &c de Cl. 191.a.Qui diſcernes eorum,quos nominaui ubertatem in dicendo &c copiam,ab eorum exilitate,qui hac dicendi elegantia non utuntur?

Exiliter.tenuiter,ieiunè.de Or.89.a.Videmus iiſdem de rebus ieiunè quoſdam et exiliter diſputaſſe. de Or.146 b.Verba exiliter exanimata exire. de Cl.147.a. Orationes exiliter ſcriptæ.

Exilium,lij.patriæ,aut alicuius ciuitatis priuatio, pœna exilij,in exilio eſſe,proſcriptio,extermino.)(. Reſtitutio,reſtituo,reduco.de Or.99.b.Qui Romã in exiliũ ueniſſet,cui Romæ exulare ius eſſet,&c.Par.119.a.Exilium terribile eſt illis,quibus circunſcriptus eſt habitãdi locus. Parad.121.b.Exilium eſt pœna ſcelerum.&c ibidem.Leges uolunt



uolunt ſceleratos exilio affici.pro Cec.304.a.Exilium nõ ſupplicium eſt,ſed profugium portuſq; ſupplicij. &c ibid. In nulla lege noſtra reperietur, maleficium ullum exilio eſſe mulctatum.&c ibi.b.Cum is profugit, receptus eſt in exilium:hoc eſt,in aliam ciuitatem.pro Mur.145.a.Quẽ noua pœna legis &c domo,&c patria priuat.I.C.101.b.Egredere ex urbe Catilina,in exilium proficiſcere.et ibi. In exiliũ.pro Mur.145.a.Ibit igitur in exiliũ miſer.I.C.106 b.Eijci in exilium.At.151.a.Ab illo patriæ proditores de exilio reductos eſſe.Antequam.107.b. Proijcitur Tullius in exilium.I.A.162.a.Reducere aliquem de exilio. Poſtq̃. 210.b.In patriam reduci.pro Syl.181.a.Et cum lege retineretur,ipſe ſe exilio penè mulctauit.I.A.197.a.Aliquem exilij cauſa ſolum uertiſſe, nec poſtea eſſe reſtitutum. de N.76.a.Cur P.Rutilius in exilio eſt?At.167.b. Damnati reſtituentur,in exilium ibo.de Or.113.b.Aliquem in exilium pulſum eſſe.pro Cl.23.a.&c contra Rul * Mulctare aliquem exilio.de Fin.76.a.Profectus eſt in exilium Tubulus ſtatim.Tuſ.248.b.&c 249.a.De exilio multa &c pulchra.I.V.84.a.Exportari in ultimas terras.

Eximiè.egregiè.pro Arch.189.b. C. Marius eximiè L.Plocium dilexit.

Eximius,a,um.egregius,præſtans.pro Pom. 4.b.Dicendum eſt enim de Cn.Pompeij ſingulari eximiaq; uirtute.&c de Pro.76.b.&c pro S.R.39.b.Syllæ eximia uirtus. de Or.120.a.Sed hæc ipſa,quæ nunc ad me delegare uis, ea ſemper in te eximia &c præſtantia fuerũt.pro S.R.315. b.Viri fortes quorum opera eximia in rebus gerendis extitit.Off.14.a.Ea quæ eximia pleriſq; &c præclara uidentur,parua ducere.de Fin. 57.b. Iſtæ ueſtræ eximiæ pulchræq; uirtutes.I.V.252.a.Erat Nice facie eximia,ut prædicatur,uxor Cleomenis,&c.de D.91.a.Fœmina eximia pulchritudine.Ep.82.b.Eximium ingenium.

Eximo,mis,emi, emptum.excludo,aufero,excipio,libero.de Am.100.a.Si exemeris ex rerum natura amicitiã,nec domus ulla,nec urbs ſtare poterit.I.P.100.a.Nulli conijcientur in hunc ordinem,nulli eximentur.Q.Frat. 312.a.Si ſibi cum populo dies agendi eſſent exẽpti.At.56. b.Metellus calumnia dicendi tempus exemit:id eſt, contriuit,conſumpſit.Q.Fr.306.b.Clodius rogatus diem dicendo eximere cœpit.Tuſ.181.a.Illud quod me angit, nõ eximis.I.V.134.b.Eximere unum diem ex menſe.Or.204.a. Eximere aliquem è uinculis.de In.65.a.Eximere aliquem à culpa.pro S.R.22.b.Ille confirmabat ſeſe nomẽ Sex.Roſcij de tabulis exempturum.et 23.a.)(.Referre aliquem in proſcriptos.Ep.63.a.Qui ex obſidione fœneratores exemerit.I.A.179.b.Agrũ de uectigalibus eximi.I.V.128.b. Ob eam cauſam ne tu ex reo eximerere,ſi ego nõ adeſſem ad diem.I.V.209.a.Abſentem de reis eximit.de Or.133.b. Eximere aliquem ex ærarijs.At.263.b.Eximere aliquem de proſcriptorum numero.in uita Attici.

Exin.exinde.de D.92.a.Exin cuidam ruſtico,&c.de 48.a.&c de Or.211.a.Exin contortis aries cum cornibus hæret.

Exinanio,nis.exhaurio.I.V.56.b.Verres fana ſpoliaſſe,domos exinaniſſe dicitur.I.V.174.a. Agros uaſtare atque exinanire.I.V.248.b. Nox illa tota, exinanienda naui conſumitur.&c 257.a.Nauis exinanita.contra Rul.80. b.Regibus atq; hominibus exinanitis.

Exinde.deinde,exin.de D.46.a. Exinde mari finitimus aer die ac nocte diſtinguitur.

Exiſtimatio,onis.autoritas,honeſtas,fama,opinio,cõmẽdatio.de Or.124.a.Bona exiſtimatio diuitijs præſtat. Antequam.196.a.Vtiq; ea maneat opinio et exiſtimatio, quæ uirtute parta,nõ quæ infelicitate illata eſt. Ep.74.b. et 75.a.Nihil feci ſciẽs,quod ſit cõtra aut rẽ, aut exiſtimationem tuam.pro Fl.157.a.Homo egens,ſordidus,ſine honore,ſine exiſtimatione,ſine cenſu.de Or.127.a. Nihil mihi ad exiſtimationem turpius, nihil ad dolorem acerbius accidere potuit.pro Q.R.47.b.Iudicia ſummæ exiſtimationis,&c penè dicam capitis.I.V.120.b.&c 143.b.Qua in re ipſius prætoris caput exiſtimatioq; agitur.de Or.126. a.Cum agitur ingenij noſtri exiſtimatio. pro Syl.182.a. Quod ad tempus exiſtimationis partæ fructus reſeruabitur.pro Fl.153.a.Aſclepiades fortuna egẽs,uita turpis,exiſtimatione damnatus.pro Deiot.148.b.In ea exiſtimatione &c ætate ſaltauit.pro Cæl.38.b.Meus hic forenſis labor dimanauit ad exiſtimationem hominum.Ep.230.a.Violare exiſtimationem alicuius.At.2.a. Venire contra exiſtimationem alicuius.pro Plan.260.a.Offendere exiſtimationem alicuius.Ep.136.b. Vt cum me hoſpitio recipies, exiſtimationem te aliquam putes accipere. ad Her.27.a. Perdere exiſtimationem.pro Q.R.47.a.Cuius exiſtimatio ſanctiſſima eſt.pro Cec.286.b.Turpis exiſtimatio. de In.66.b.&c 82.a.Exiſtimatio bona &c mala.I.V.191.b.In hoc genere facilior eſt exiſtimatio,quàm reprehenſio. de Pro.77.b.Quo minus ſæpe aut interpeller à nõnullis,aut tacita exiſtimatione reprehendar.pro Cl.29.a.Oppianicus re &c exiſtimatione iam,lege &c pronunciatione nondum condemnatus.pro Fon.282.b.Tum continuæ præturæ,quæ &c cæteris ornamentis &c exiſtimatione innocentiæ maximè floruerunt.

Exiſtimator,oris.iudex,opinator.de Cl.195.a. Tantum detraxit,quantum non quiuis unus è populo,ſed exiſtimator doctus &c intelligens poſſet cognoſcere.Or.207 a.Exiſtimator alicuius artificij,non magiſter. &c ibi. b.Iudex non doctor.de Cl.182.b.Intelligens dicendi exiſtimator iudicat.&c 188.a.Huius generis acerrimus exiſtimator.de Or.150.b.&c de Cl.177.b.Non ſtultus alieni artificij exiſtimator.

Exiſtimo,as.puto,reputo,ſentio,opinor,duco,iudico, habeo,ille habet opinionem iuſtitiæ.Off.40.b. &c 41.a.I. V.191.b.Eum,qui hoc facit,auarum poſſumus exiſtimare.de Or.109.a.Craſſus exiſtimari uolebat non didiciſſe. pro Cec.287.a.Is domi ſuæ honeſtus in primis exiſtimatus eſt.Ep.256.a.Cum uerò ea ſine ſummo amore cogitare nõ potueris,nõ poſſum exiſtimare plus quenq̃ à ſeipſo quàm me à te amari.Ep.5.a.&c ibi.Tuæ ſapientiæ eſt,exiſtimare omnem amplitudinem &c dignitatẽ in uirtute tua eſſe poſitam.Ep.5.a.Quorum utrũ minus uelim non facilè poſſum exiſtimare.At.274.b.&c 275.a.Quanta ſim lætitia affectus cognitis rebus Bruti noſtri,facilius eſt tibi exiſtimare q̃ mihi ſcribere.Ep.256.a.De ingenio eius ualde exiſtimaui bene.Ep.258.a.&c At.152.b.De medico &c tu bene exiſtimari ſcribis,&c ego ſic audio.At.90.a.Dionyſius de Dicæarcho bene exiſtimabat.de Or.138.a.Iudices beneuolos &c bene exiſtimantes facere.Off.58.a.Homo ipſe de ſe bene exiſtimans,ſeſeq; diligens.I.V.67.b. Verres de omnibus bonis malè exiſtimat.Off.40.a. Malè exiſtimare de aliquo.Ep.38.b. Simulq; non de me is peius q̃ de te exiſtimat.de L.157.a.Scriptores qui nondũ ediderunt, de quibus exiſtimare non poſſumus.Tuſ.228.b. Sed in hoc me ipſe caſtigo,quod ex aliorum et ex noſtra fortaſſe mollicia,non ex ipſa uirtute de uirtutis robore exiſtimo.de Or.109.a.Artes de quibus aliquid exiſtimare poſſem. de Or.133.b.P.Cornelius homo(ut exiſtimabatur) auarus et furax.

furax.de Cl.171.b.Orationes ex quibus exiſtimari de ingenijs poteſt.Ep.7.a.Vt ex euentu homines de tuo conſilio exiſtimaturos uideremus.Or.204.a.Orationis ſubtilitas imitabilis uidetur eſſe exiſtimanti,ſed nihil eſt experienti minus.pro Fon.278.b.Ad unamquanq; rem exiſtimandã, & momento ſuo ponderandam.pro Cæl.37.b.Si exiſtimare uerè de omni hac cauſa uolueritis.At.120.b.Ne me exiſtimaris ad manendum eſſe propenſiorem. de Or. 118.a. Nonnulli dum operam ſuam multã exiſtimari uolunt, uolitant,&c.Or.201.b.Quod ſi,&c.quid tandem in cauſis exiſtimandum eſt?quibus,&c.de Cl.177.a. Ego ſic exiſtimo,hos oratores &c.In Sal.275.b.Deſine unumquenque moribus tuis exiſtimare.de Cl.186.b.L.Torquatus elegãs in dicendo,in exiſtimando admodum prudens. de Ar.250 b.Deiotarus ſæpe à ſenatu regali nomine dignus exiſtimatus eſt.pro Dom.219.b.Proinde quaſi iſti de Cn. Pompeio aliter atq; ego exiſtimo ſentiant. contra Rul.84.a. Quod ſi maiores noſtri exiſtimaſſent quẽquam, &c.pro Cl.51.b.Maximè exiſtimare conſcientiam mentis ſuæ.

Exiſto,ſtis,extiti.ſum,appareo,ſubitò uel repentè appareo,uel erũpo,uel exorior,uel emergo. de Or. 190.a. Talem uerò exiſtere eloquentiam,qualis fuerit in Craſſo, non potuiſſe confirmo.Off.28.b.Vt in corporibus magnæ diſsimilitudines ſunt,ſic in animis exiſtunt etiam maiores uarietates.Ep.43.a.Nec tam glorioſum exitum tui iudicij extitiſſe,ſed tam prauam inimicorum tuorum mẽtem fuiſſe mirabar.Ep.115.a.De Gallijs conſtituetur, erit qui intercedat,deinde alius exiſtet,qui impediat,&c. Antequam.194.a.Itaq; quod putaui fore gaudium, id extitit exitium.de N.43.a.Vt ſi quis dicat,dentes & pubertatem natura exiſtere,ipſum autem cui ea exiſtant, non conſtare natura.At.165.a.Eo magis timeo ne in filium exiſtam crudelior.de Or.128.b.Quidam ſic inſulſi extiterunt, ut nihil aliud eorum niſi ipſa inſulſitas rideatur.pro S.R. 19 a.His de cauſis ego huic cauſæ patronus extiti. de Cl.167. a.Huius ex uberrimis ſermonibus extiterũt doctiſsimi uiri.Epiſt.12.a.Cuius ego fautor & adiutor extiti.Ep.20.a. Tua in me clariſsima & maxima beneficia extiterunt.& 64.a.Quantũ meum ſtudium extiterit dignitatis tuæ tuẽdæ,non dubito quin,&c.Ep.95.a.In quo admiratio magna uulgi,delectatio nulla extitit.Tuſ.242.a.Ex qua cum ſumma exiſtit utilitas ad res ponderãdas, tum maximè ingenua delectatio.Ep.146. b. Qui animo in remp.extitit conſulari.pro Arch.190.a.Niſi Ilias extitiſſet illa, idem, &c.de In.51.a.Res,quæ in præſentia exiſtunt. pro R. P. 122.b.Si extitiſſet in rege fides, nihil ſapientius Poſthumo.de Or.85.b. Cur plures in omnibus artibus,quàm in dicendo admirabiles extitiſſent.de Or.85.b.Quo in genere multi perfecti homines extiterunt.& ibi.Minimam copiam poetarum egregiorum extitiſſe.de Am.109.a.Exiſtit autẽ hoc loco quæſtio ſubdifficilis,nunquando, &c.de Am.100.b.Itaq; ſi quãdo aliquod officiũ extitit amici in periculis adeundis,&c.quis id non laudet?de Or.130.b. Quo pacto cõcitetur riſus,ubi ſit,quomodo exiſtat, atque ita repentè erumpat.pro S.R.30.b.Ex luxuria exiſtat auaritia neceſſe eſt,ex auaritia erumpat audacia,&c. Off. 50.a.Ex quo tantæ diſcordiæ ſecutæ ſunt,ut tyranni exiſterent,& optimates exterminarẽtur. At. 104. b.Ex uictoria cũ multa mala, tũ certè tyrannis exiſtet. pro Cor. 64.b.Exiſtat ille uir parũper cogitatione ueſtra, quoniã re non poteſt,&c.pro Cæl.44.a.Exiſtat igitur ex hac ipſa familia aliquis,& potiſsimũ cæcus ille,&c.qui ſi extiterit,ſic loquetur,&c.de N.3.a.Partim admirantiũ, ut hoc philoſophandi nobis ſubitò ſtudium extitiſſet. I. V. 84.a. Hoc malũ non modò non exiſtit,ſed etiã opprimit, anteq̃ poſsit perſpici.I.V.95.b.Quid expectas?an dum ab inferis ille Maleolus exiſtat?I.V.225.a.Spelunca,qua ferũt Ditẽ patrem repentè cum curru extitiſſe.de N.11.a.Cũ ſpecies ex innumerabilibus indiuiduis exiſtat.et 57.a. Ex quibus uita beata exiſtit.& 4.b.Ex quo exiſtit & illud, &c. de Or.126.a.Poeta nemo exiſtere poteſt ſine quodã afflatu,&c.de D.122.b.At in eius capite corona extitit, et quidem ſubita.& 92.b.Cũ delapſus in flumen nuſquam apparuiſſet,repentè lætus extitit.et 95.b.Summerſus equus uoraginibus non extitit.& 122.a. Anguis ab ara extitit. & ibi.Anguis ille,qui Syllæ apparuit immolãti.& 96.b. Lyſandri ſtatuæ,quæ Dephis ſtabat,in capite corona extitit ex aſperis herbis.& 101. b. Cum terræmotus factus eſſet, uox ab æde Iunonis ex arce extitit,ut ſue plena,procuratio fieret.& ibi.Neq; diu uox ulla extitit.

Exitialis,le.exitioſus.I.V.238.a.Perditæ ciuitates hos ſolent exitus exitiales habere.

Exitioſus,a,um.pernicioſus.pro Pl.278.a.Quibus armis à ſeruis cædem fieri ſenatus reip.exitioſum fuiſſet.Ep. 70.a.Sed quod & fieri poſſe,& exitioſum fore,ſi eueniſſet,uidebam.I.C.119.a.Tam exitioſam haberi coniurationem.de Ar.244.a.Exitioſum prodigium,&c.

Exitium,tij.pernicies.I.C.99.a.Qui de noſtro interitu,& huius urbis exitio cogitent. & 120.a. De pernicie reip.& de exitio urbis cogitare.Q.Fr.305.b.Me miſerũ, ego omnibus meis exitio fui.

Exitus,tus.euentus,caſus,finis.de Cl.176.a. L. Beſtia bonis initijs orſus Tribunatus,triſtes exitus habuit cõſulatus.Ep.27.b.Sed ego fortaſsis uaticinor,et hæc omnia meliores habebũt exitus.At.279.b. Si cõtigerit noſtris rebus exitus,quẽ optamus.Ep.23.b.Hæc æſtas hũc habuit exitũ ſanè felicem.de D.119.b. Reſponſa Aruſpicum, quæ aut nullos habuerunt exitus,aut cõtrarios.I.A.202.b. Fugam quærebamus omnes, quæ tamen exitum non habebat.de Fat.149.a.Vtriq; ad eundem exitum ueniunt.Or.207.b. Nũquam ad exitum perueniri poteſt.Ep.156. b. Cum ea quæ conſulebantur ad exitum non peruenirent. Or.212. b.Verba,quæ caſus habent in exitu ſimiles.de Or.92.b.Artem rebus in unum exitum ſpectantibus,& nunquã fallentibus contineri. Tuſ.231.a. Atqui profligata iam hæc, & penè ad exitum adducta quæſtio eſt.Ep.44.b. Expedire exitum inſtitutæ rei.& 46.b.Sed etiam qui curſus rerum qui exitus futurus ſit.pro Põ.4. b.Principiũ orationis.)( Exitus orationis.Tuſ.168.a. Quomodo initiũ nobis rerũ omnium ortus noſter affert,ſic exitum mors.Br.91.b. & de D.113.a.Ea quoq; habuit exitum optabilem.Ep. 68.a. Viri excellentis ancipites uarijq; caſus,ſi notabili exitu cõcluduntur,expletur animus uoluptate.de Nat.78.a.Boni bonos habent exitus.I.V.238. a. Perditæ ciuitates hos ſolent exitus exitiales habere. pro Mur. 143.a.In exitu eſt iam meus conſulatus.pro Cæl.51.b.Mimi ergo eſt exitus, non fabulæ,in quo cum clauſula non inuenitur,fugit aliquis è manibus.At.102 b.Armorum exitus ſemper incerti.pro Seſt.5.a. Communis mars belliq; caſus eſt incertus. pro Mar.133.b.Incertus eſt exitus & anceps fortuna belli.At.261.a.Exitũ expectare debemus. de L. 189.a.Atq; hoc rei exitus indicauit.quis enim,&c.Ep.148.a.Vt quæ reip.polliceremur,exitu præſtaremus. de Fin. 60.a.Ne ipſarum quidem uirtutum laus reperire poterit exitum, niſi dirigatur ad uoluptatem.de * 61.a.Quoad audiamus hæc,quæ commota ſunt,quorſum euadant.

Exlex.



Exlex. qui lege aliqua non tenetur.pro Cl.37.a. Non quod illi Syllam exlegem eſſe putarent.

Exoleſco,ſcis.quaſi inueteraſco.In Sal.274.b.Poſteaquam ætas tua iam ad ea patienda,quæ alteri facere collibuiſſet,exoleuerat.

Exoletus,a,um.quaſi emeritus,catamytus. pro Mil. 112.a.Clodius ſemper ſecum ſcorta,ſemper exoletos,ſemper lupas ducebat.

Exoluo,uis.ſoluo,diſſoluo.I.V.159.b.Ille tantum decumanis quantum iſte imperauit,exoluit. Off. 53. b.Nec exoluit quod promiſerat.At.255.b.Nomina mea per deos expedi,exolui,bella reliqui.Ep.95.b.Si me occupationib. relaxaro,nam ut planè exoluam non poſtulo.

Exoptatus,a,um.expectatus.pro S.R.21.b. Exoptatum nuncium alicui afferre. At.li.5. Nihil exoptatius aduentu meo.Item li.4.Exoptatiſsima gratulatio.

Exopto,as. Ep.52.a.Multis de cauſis te exopto quamprimum uidere. & 21.a. Vt ſempiternæ laudi tibi ſit iſte Tribunatus exopto.I.P.100.b.Omnes te oderunt, tibi peſtem exoptant,te execrantur. At.148. a. Torqueor infelix,ut tam Mutianum exitum exoptem. Q.Fr.302.b.Nũc ea cognoſce,quæ maximè exoptas.Ep.20.b. Si unus ex omnibus exoptandus eſſet.

Exorabilis,le.placabilis.)(.Inexorabilis. At.2.b.et Q. Frat.298.a.Ille eſt minus exorabilis.& pro Dom. 222.a. Exorabilis iracundia.

Exorbeo,es.haurio,belluor.de Or.104.a. Ne iniquo iudicio exorbeatur ſanguis meus.I.A.173.b.Guſtaras ciuilem ſanguinem uel potius exorbueras.Tuſ.179.a. Iam decolorem ſanguinem omnem exorbuit. Item: Quæ unquã Charybdis tantos haurire gurgites poſſet,quantas iſte Byzantiorum prædas exorbuit?pro Mur.128.a.Seruius multorum difficultates exorbuit.

Exordior,iris.ordior,exordium capio, principiũ duco.de Or. 94. b. Qui non timidè ad dicendum accedunt, neq; in exordienda oratione perturbantur, penè uidẽtur impudentes. de D.129.a.Quæ cum ille dixiſſet, tum ego rurſus quaſi ab alio principio ſum exorſus dicere: non ignoro Quinte,&c.de Or.123.a.Ea quibus antè exorſa & potius detexta propè retexantur.de Or.116. a.Iubent exordiri ita,ut eum qui audiat, beneuolum nobis faciamus, et docilem,& attentum.& 121.b. Pertexe modò Antoni, quod exorſus es. & 11. b. Exorſus es non glorioſè magis, ut tu putas,à ueritate,quã à neſcio qua dignitate. de Or. 138.& 160.a.Exordiri ab ipſa re.ad Her. 2.b. Exordiri cauſam à dicto aduerſarij.pro Cæl.45.Quæ clamore exorſa uerbis,paruam rem magnam facit.de Fin.54.b. Tũc dicere exorſus eſt.primùm igitur,inquit,&c.

Exordium,dij.principium,exorſus,procœmiũ.de Or. 95.a. Animaduerti ſummos oratores in dicendi exordio permoueri.de Vn.196.a.Difficillimum eſt in omni conquiſitione rationis exordium.Tuſ.149.b. Ergo ita naſcetur exordium.pro Cl.28.a.Semper equidem magno cum metu dicere incipio.quotieſcunq; dico,totiẽs mihi uideor in iudicium uenire non ingenij ſolum,ſed etiã uirtutis atq; officij.Or.208.a.Principia uerecunda, non elatis intenſa uerbis,ſed acuta ſententijs,uel ad offenſionem aduerſarij, uel ad commendationem ſui.de Or.137. b. Exordium aut exile,aut nugatorium,aut uulgare atq; commune. de L. 157.b.Ego ab ultimis temporibus ſcribendi exordiũ capiendum cenſeo.de Fin.129.b.Ergo hinc capiamus exordiũ. omne animal,&c.I.A.201. a. A Bruto igitur exordiũ capiamus.de Fin.128.b.A qua totius uitæ ducat exordium. de Vn.199.b.Seſeq; ipſa uerſans ſempiternæ uitæ induxit exordium.de Fat.147.b. Néue inde nauis inchoandæ cepiſſet exordium.de In.42.b.Exordium mali.

Exorior,ris.orior,exiſto,erũpo,exardeſco.de D. 127 b.Poſt ſolſtitium canicula exoritur.pro Syl.182.a. Noua quædã illa immanitas exorta eſt.pro Cl.30.a.Repentè eſt exorta mulieris importunæ nefaria libido.de N.58.a. Ferrea tũ uerò proles exorta repentè eſt.cõtra Rul. 89.a. Et repentinus Sylla nobis exoritur.Ep.4.b.Subitò exorta eſt nefaria Catonis promulgatio.Tuſ.234.b.Qua gloria cõmotus Epicurus exoritur.de Fin.140.a.Honeſtum,quod ex his uirtutibus exoritur.Off.62.Exoritur Antipatri ratio ex altera parte.de Op.244.a.Sed exorietur Thucydides.At.117.a.Ego nunc paulum exorior, & maximè his literis,quæ Roma afferuntur.contra Rul.84.a. Antè extingui atq; opprimi,quàm planè exortum ac natũ eſſet.

Exornatio,onis.ornamentum,ornatus conformatio, lepor,concinnitas,feſtiuitas quædam.de In.63.b. Exponere aliquid ſimpliciter ſine ulla exornatione. de Or.132.a. Nam quod quibuſcunq; uerbis dixeris,facetum tamen eſt, re cõtinetur,quod mutatis uerbis ſalem amittit,in uerbis habet lepôrem omnem.Or.209.b.Ornamenta & quaſi confôrmationes ſententiarum. & ibi de exornationibus uerborum & ſententiarum.de Op.244.a.Sententiarum fôrmæ tanquam figuræ. Ad Her.28.a. Dignitas eſt elocutionis fôrma,quæ reddit ornatam orationem uarietate diſtinguens.hæc in uerborum,& ſententiarum exornationem diuiditur.Item: Verborum exornatio eſt,quæ ipſius ſermonis inſignita continetur perpolitione.ſententiarum exornatio eſt,quæ non in uerbis,ſed in ipſis rebus quandã habet dignitatem.

Exornator,oris.de Or.111. a. Cæteri non exornatores rerum,ſed tantummodo narratores fuerunt.

Exorno,as.expolio,illumino.)(.Defôrmo. I.V.214. a.Exornat amplè magnificeq; triclinium, exponit plurima ac pulcherrima uaſa argẽtea.Tuſ.230.a. Pythagoras exornauit eam Græciam, quæ magna dicta eſt, præſtantiſsimis artibus.de Or.156.b.Illuſtrare & exornare orationem.Tuſ.177.b.Exornare aliquem falſa gloria.de Or. 135.b.Id amplector,exorno,exaggero.de Ar.254.a.Mulieres eum ita exornatum deprehenderunt.I.V.125.b.Domus exornata & inſtructa.)(.Nuda & inanis. de In. 55. b.Clarum & exornatum trophæum.Ad Her.23.a. Id accidet,ſi imagines aliqua re exornabimus, ut ſi coronis aut ueſte purpurea:aut ſi qua re defôrmabimus, ut ſi cruentã aut cœno oblitam inducamus.

Exornare.pro ſubornare.de In.29.a.Et utrum'ne aliquem exornari oportuit qui iſta prohiberet,ac fieri non ſineret,an non?

Exoro,as.impetro,placo.de Or. 96.a. Nunc te iã exoremus neceſſe eſt,ut nobis explices, &c. Item : Brutus & Caſsius utinam quàm facilè à te de me impetrare poſſunt, ita per te exorentur,ne,&c. de Or. 109.b. 110.a.Ita me frater exorauit,ut huc ſecum uenirem. pro Deiot. 145.a. Cùm facilè exorari Cæſar,tum ſemel exorari ſoles. I. A. 217.b.& de Pro.78.a. Antea deterrere te, ne popularis eſſes non poteramus,nũc ut ſis popularis exorare nõ poſſumus.de Sen.85.b.Is exoratus eſt à ſcorto, ut ſecuri feriret aliquem,&c.Ep.264.b.Exoro enim,ut mecũ cœnet. pro Q.R.52.b.Quem ego ut mentiatur inducere poſſum, ut peieret facilè exorare potero.Oct.336.b.Ille ea exorabat,quæ uolebat auferre,tu extorques.Poſtq̃.203.a. Bene meritos quin colas,exorari fas non eſt.I.V.104.a. Negat

illa

illa poſſe hominem exorari. pro Mur. 138. b. Viri non eſſe, neq; exorari neq; placari. pro Cl. 32. a. Pòſt exoratus, popoſcit, &c.

Exorſus, ſus. exordium. pro Pom. 5. b. Quoniam is eſt exorſus orationis meæ.

Exortus, tus. ortus. )( Occaſus. Ad Heren. 23. a. Solis exortus, curſus, occaſus nemo miratur, quia quotidie fiunt.

Exotericus, a, um. At. 63. b. Ariſtoteles in libris, quos exotericos uocat, &c.

Expalleſco, ſcis. exalbeſco. ad Her. 7. b. Erubuiſſe, expalluiſſe, titubaſſe.

Expectatio, onis. ſpes. contra Rul. 79. b. Nolo ſuſpenſam & incertam plebem Rom. obſcura ſpe & cæca expectatione pendêre. At. 45. a. Ex tuis literis plenus ſum expectatione de Pompeio. et 30. a. Quantam tu mihi moues expectationem de ſermone Bibuli. At. 29. b. Quantam mihi expectationem dediſti conuiuij iſtius. et 2. b. Crebras expectationes nobis tui commoues. In Sal. 272. b. Scio me in reſpondendo non habere magnam expectationem, quod, etc. At. 122. a. Pēdeo animi expectatione Corfinieſi, in qua de ſalute reip. decernitur. de Or. 115. a. Quo iſta maiora feciſti, eo me maior expectatio tenet quibuſdā rationib. &c. At. 127. a. Aliquid in ſumma expectatione eſſet, audimus, &c. & 131. b. Omnis expectatio noſtra erat in nuncijs Brunduſinis. de Or. 135. a. Nihil magis ridetur, quàm quod eſt præter expectationē. de Or. 135. b. Decipere expectationem alicuius. de Cl. 189. b. Præteritorum recordatio eſt acerba, acerbior expectatio reliquorum. pro Rab. 93. b. Harum rerum non ſolum euentus atq; perpeſſio, ſed etiam conditio, expectatio, mentio ipſa deniq; indigna homine libero eſt. Antequam. 195. b. Profectò iſtis hora nulla uacua expectatione periculi relinquetur. Off. 53. b. Suſtines enim magnam expectationem induſtriæ noſtræ, magnam honorum, nonnullam fortaſſe nominis. Ep. 18. b. Vt quam expectationem tui concitaſti, eam ſuſtinere ac tueri poßis. de Or. 99. b. Ea cauſa quo concurſu hominum, qua expectatione defenſa eſt? & 96. a. Nihil dicam expectatione ueſtra dignum. At. 112. b. Nunc has expectationes habemus duas: unam, &c. alteram, &c. & 46. a. Varronis ſermo facit expectationem Cæſaris. de N. 60. a. Neſcis quanta cum expectatione te ſim auditurus. Att. 105. b. Scribis mirificam expectationem eſſe mei. de Or. 102. a. Ea ſi paulo latius dixeris, expleris omnem expectationem diuturni deſiderij noſtri. At. 284. a. Summa eſt expectatio tui. Ep. 19. a. Summa ſcito in expectatione te eſſe. Tuſ. 156. a. Cum me in ſummam expectationem adduxeris. At. 48. a. Afferre expectationem alicui. Ac. 3. b. Facere expectationem ſui. Ep. 19. b. Vincere expectationem. & 245. b. Sum in expectatione omnium rerum. pro Cluen. 33. a. Summa omnium expectatio, quid nam ſententiæ ferent nummarij iudices.

Expectatus, a, um. exoptatus. Att. 57. a. Aduentus tuus mihi ſuauißimus, expectatißimusq; erit. Ep. 145. b. Intellexi te laborare, ut ad me tuæ expectatißimæ literæ perferantur. Ep. 257. a. Charus omnibus expectatusq; uenies. & 55. a. Venies mihi crede expectatus. de Sen. 91. a. Aliquis expectatus ad amplißimam dignitatem: id eſt, de quo ſpes eſt, eum fore clarißimum.

Expecto, as. præſtolor, ſpero. At. 117. b. Diem ex die expectabā, ut ſtatuerē quid eſſet faciendū. & 121. b. Expecto, ut ſciam quid reſpōdeas cōſultationi meæ. I. A. 258. b. Hanc rē auidißimè ciuitas expectat. At. 264. b. Quod cū magna ſpe expectamus. Ep. 253. a. Lōgiores expectabo uel potius exigā. & 170. Nō expectāt ſolū, ſed poſtulant. Ac. 6. a. Neq; hoc loco expectandum eſt, dum de remo inflexo reſpondeam. I. A. De Aufidio, non puto te expectare dum ſcribam, &c. de In. 73. a. Non neceſſe eſt expectare, quin mox fiat, &c. Ep. 256. a. Reliquum eſt ut tuam profectionem amore proſequar, reditum ſpe expectem, abſentem memoria colam. At. 2. a. Nos hic te ad menſem Ianuarium expectamus ex quodam rumore, etc. Ep. 40. a. Omnia uolo à me, & poſtules, & expectes. At. 35. b. Si homines tranſitum tempeſtatis expectare potuißent. & 71. b. Sed curſum expectabamus.

Expectoro, as. è pectore eijcio, expello. de Or. 157. b. Pauor ſapientiam mihi omnem ex animo expectorat. & 163. b. & Tuſ. 213. a. Ennij.

Expedio, dis. conficio, libero, uindico, explico, extrico. )( impedio. At. 39. b. Aut nos expedies omni moleſtia, aut eris particeps. I. P. 95. b. Imò habeo gratiam, hærerem enim niſi tu me expediſſes. Ep. 239. b. Sed me multa impedierunt, quæ ne nūc quidem expedita ſunt. Ep. 219. b. Peto à te ut eum expedias. & 138. b. Me aliud ex alio impedit, ſed ſi me expediero, &c. Ep. 119. a. Nam non expeditur ſucceßio, quando Galliæ, &c. Ep. 92. a. Non deſinam cum Galba communicare, ſi quid expediri poterit. Att. 70. a. Sed non dubito quin S. C. expeditum ſit. At. 65. a. Iudicia reliqua impendent, nondum eſt planè expeditum. Epiſt. 214. b. Peto à te ut eius negocia explices & expedias, tum iure & poteſtate quam habes, tum etiam autoritate & conſilio tuo. de Fin. 62. a. Ii remotis ſenſibus, ne id ipſum quidem expedire poſſunt, quod diſſerunt. Ep. 44. b. Expedire exitum inſtitutæ rei. de Cl. 178. a. Expediendis conficiendisq; rebus uincere alios. I. V. 129. a. Expedire ſe ex laqueis. )( Induere ſe in laqueos. de Ar. 247. b. Sed quoniā mea cauſa expedita eſt, uideamus nunc quid Aruſpices dicant. pro Mil. 103. b. Si uita noſtra in aliquas inſidias incideret, omnis honeſta ratio eſſet expediendæ ſalutis. pro Cæl. 41. b. Cum Licinius ueniſſet, pyxidem expediret, manu porrigeret, &c. pro R. P. 126. b. Sapientis eſt, cum ſtultitia ſua impeditus ſit, quoquo modo poßit ſe expedire. I. V. 129. b. Videte, ut dum expedire ſeſe uult, induat. At 255 b. Quod ſatiſdato debeo, peto à te, ut antè prouideas, planè expedias, & ſolutum relinquas. Q. Fr. 316. b. Ad expediendum te, ſi cauſa fuerit, commorere. de Sen. 89. a. Breui expediam, agro bene culto, &c. Att. 151. a. Nihil expedio, niſi, &c. id eſt, extrico. At. 81. a. Dum hic nodus expediatur. & 49. a. Expedire ſe ab omni occupatione.

Expedit, bat. utile eſt conducit. At. 115. b. Nihil Cæſari minus expedit ad diuturnitatem dominationis. pro Cecin. 288. a. Pecuniam in prædijs collocare expedit. pro Marc. 135. b. Multi dubitabant, quod ſibi expediret. contra Rul. 79. b. & 80. b. Idem expedit, & tibi, & mihi. Off. 67. a. Facere quod utile ſit, quodq; expediat. Ep. 74. b. Quid rectum ſit apparet, quod expediat obſcurum eſt. I. A. 249. a. Omnibus bonis expedit ſaluam eſſe rempub. At. 130. b. Neq; ex omnibus oppidis contrahere copias expedit, ne receptum amittam.

Expeditè. planè. de Cl. 186. b. C. Cenſorinus, quod propoſuerat explicans expeditè. de In. 70. & 82.

Expeditio, onis. ad Her. 41. a. Habet paucis comprehenſa breuitas, multarum rerum expeditionem.

Expeditus, a, um. promptus, paratus, facilis. de Am. 98. a. Reditus ad cœlum optimo cuiq; expeditißimus eſt. At. 36. a. Quare aduola, expedita mihi erunt omnia, ſi te uidebo.



uidebo. Q. Fr. 316. b. Sic habeto, nihil nobis expeditis fore fortunatius. pro Q. 4. a. Hic cum cæteris, quæ habebat uadimonia differt, ut expeditus in Galliam proficiſci poſſet. pro Mil. 106. b. Obuiam fit ei Clodius expeditus in equo, nulla rheda, nullis impedimentis. I. A. 236. a. Expedito nobis homine & parato opus eſt, qui, &c. & ibi. Bonorum animus ad nutum noſtri ordinis expeditus iam non erit. Antequam. 193. a. Non conuenit enim cum ego ad promerendum officium fuerim expeditus, uos ad referendā gratiam eſſe tardiores. contra Rull. 82. b. Ad uim promptus, ad ſeditionem paratus, ad cædem expeditus. Q. Fr. 316. b. Ea ſunt ad explicandum expeditißima. de Cl. 188. a. Diſciplina Hermagoræ ad inueniendum expedita. Att. 78. a. Exercitus expeditus ad mutandum locum. de Cl. 180. b. Facilis & expeditus ad dicendum. de Orat. 120. b. Expeditus ad pronunciandum. de Clar. 187. a. A natura ſatis ſolutus atq; expeditus ad dicendum. & 185. a. Expedita & perſacilè currens oratio. & 184. b. Expedita & profluens in dicendo celeritas. pro Flac. 166. a. Illam uiam ſibi uident expeditiorem ad honores. de Orat. 119. a. Quos locos multa commentatione & meditatione paratos atque expeditos habere debetis. Attic. 124. a. Pompeius expeditus anteceſſerat legiones XI. Luceria. Ac. 26. b. Sic igitur inducto & conſtituto probabili, & eo quidem expedito, ſoluto, libero, & nulla re implicato, uides profectò Lucullе, &c. de Fin. 55. b. Facilis & expedita diſtinctio.

Expello, lis. eijcio, exigo, detrudo, exturbo, depello. At. 156. b. Hi ſunt, qui me ciuitate expulerunt. con. Rull. 82. b. Expelli atq; exturbari ex agris. pro Q. 4. b. & 15. b. Expelli atq; eijci è prædio. pro Cl. 20. b. Expulſa atq; exturbata filia. & 57. b. Cupiditate matris expulſa ex matrimonio filia. pro Mil. 121. b. Ex urbe expelli, exterminari, eijci. At. 119. a. Non expulſi, ſed euocati è patria. pro Mil. 111. a. Multi à Clodio bonis expulſi.

Expendo, dis. perpendo, exquiro, examino. pro R. P. 129. a. Hæc laus non poetarum carminibus celebratur, ſed prudentium iudicio expenditur. de Orat. 137. b. Equidem cum colligo argumenta cauſarum, non tam ea numerare ſoleo, quàm expendere. pro Fl. 158. b. Vos, qui in iudicijs teſtem diligenter expenditis. de Cl. 181. a. Nos qui hæc arte aliqua uolumus expendere. Off. 23. a. Quæ contemplantes expendere oportebit, quid quiſq; habeat ſui. Or. 201. a. Nec uerò utetùr impudenter hac copia, ſed omnia expendet ac ſeliget. Poſtquam. 207. a. Iidem expendunt atq; æſtimant uoluptates. I. V. 240. a. Deinde hæc expēdite ac æſtimate pecunia. pro Fl. 160. a. Ante pedes prætoris in foro expēſum eſt auri pondo centū paulo minus per Sex. Cæſium. Tuſ. 179. b. Expendere pœnas alicui.

Expenſus, a, um, datus. )( Acceptus. l. Acceptus. I. V. 95. a. Expenſa Chryſogono H S. ſexcenta, accepta pupillo Maleolo retulit. & ibi. Chryſogono expenſa lata ſunt. Att. 24. b. Ne tu expenſum muneribus ferres. Att. 247. b. Videas enim unde nummi ſint, mihi feras expenſum. I. A. 108. a. Quis unquam in illo Iano inuentus eſt, qui L. Antonio mille nummûm ferret expenſum.

Expergeſacio, cis. ex ſomno aliquem excito. I. V. 243. b. Si fortè expergeſacere te poſſes. ad Heren. 34. a. Hic Italiam tumultus expergeſecit terrore ſubito. I. A. 166. a. An faces admouendæ ſunt, quæ te excitent, tantæ cauſæ indormientem.

Expergiſcor, ris. experrectus ſum, excitor è ſomno, uel de ſomno excitor, ſomno ſoluor. l. Experrectus. Attic. 38. a. Si dormis expergiſcere. Acad. 14. a. Itaq; ſimul experrecti ſumus, uiſa illa contemnimus. de D. 93. a. Cum autem experrectus eſſes, hora ſecunda ferè te ſibi ſomniū narrauiſſe. In Sal. 274. b. Sed non ita experrecti ſumus, ut à te cauere poßimus. Att. 217. b. Deinde cùm ſomno repetito ſimul cum ſole experrectus eſſem, datur mihi epiſtola à ſororis tuæ filia.

Experiens, tis. expertus. I. V. 158. b. Homo nauus & induſtrius, experientißimus ac diligentißimus arator. & 208. a. pro Cl. 22. a. A. Aurius uir fortis & experiens.

Experientia, tiæ. periclitatio, uſus, exemplum. Planc. Epiſt. 155. b. Quæ ſi aduentus meus repreſſerit, agam gratias fortunæ conſtantiæq; meæ, quæ ad hanc experientiam excitauit. pro R. P. 129. b. Experientia patrimonij amplificandi. de Orat. 127. b. Docuit enim iam nos longa uita uſusq; rerum maximarum, ut teneremus, &c. de Am. 102. b. Atq; harum rerum exemplum ex ſimilitudine capiebat ineuntis ætatis.

Experimentum, ti. argumentum. Tuſcul. quæſt. 206. b. Sed nimirum hoc maximum eſt experimentum, cum conſtet, &c.

Experior, ris. periclitor, periculum facio, tento, ago in iure. Att. 101. a. Itaq; omnia experiar, &, ut ſpero, aſſequar. Orat. 197. a. Experiri id noli, quod te aſſequi poſſe diffidas. Epiſt. 10. a. Te autem & ſi mallem in meis rebus expertum, quàm etiam in tuis: tamen, &c. & 217. b. Ego quod in me ipſo experiri potui, ad te refero. Orat. 197. a. Par eſt omnes omnia experiri, qui res magnas & magnopere expetendas concupiuerunt. pro Flac. 160. a. Si quid cum periculo experiri uelis, in Caria id potißimùm eſſe faciendum. de Am. 108. a. Et iudicare difficile eſt ſanè, niſi expertum, experiendum autem eſt in ipſa amicitia. de D. 128. b. Babylonij CCCCLXX. millia annorū in periclitandis experiundisq; pueris quicūq; nati eſſent, poſuerunt. pro Seſt. 26. b. Alicui magnos eſſe experiundos et ſubeundos labores. pro Cæl. 50. a. Vim ueneni aiunt Cælium eſſe expertum in ſeruo quodam ad rem ipſam parato, cuius perceleri interitu eſſet ab hoc comprobatum uenenum. At. 235. b. De Bruto etiam experti ſumus, quod nuper in edicto tuo ſcripſeram rogatu tuo. I. A. 140. b. De me experior. de Cl. 185. b. Te arbitror malle ipſum tacere, quàm taciturnitatem noſtram experiri. At. 145. a. Nunc ſine periculo experiendū erit, experiar certè ut hinc auolem. Ep. 47. b. Quod ego experiens, quotidie probo. Att. 286. b. Experiar & tentabo omnia. At. 263. b. Facilè patior oblatū tempus, in quo amorē experiar tuū. pro Pl. 263. b. Omnia quæ dico de Plācio, dico expertus in nobis. pro Dom. 215. a. Neq; in coniectura proſpiciebamus, ſed iam experti uidebamus.

Experiri. ad forum & iudicia relatum, pro agere in iure. pro Q. 12. b. Fuit procurator, qui cum experiri poſſet. & 13. b. Ego experiri nō potui. pro Cec. 291. Qui ad cōſtitutū experiundi iuris gratia ueniſſet. pro Q. 6. b. Experiri ſummo iure. pro Q. R. 49. a. Iudicio graui experiri nolebas. pro Cæl. 41. b. Qui nunquā ne congreſſu quidem & conſtituto cœperunt de tantis iniurijs experiri.

Experrectus, a, um. l. Expergiſcor. pro S. R. 42. a. Nobilitas experrecta rempub. recuperauit. Antequam. 195. a. Ne rei crudelitas in me experrecta in uos conualeſcat, præcauete.

Expers, tis. non particeps, uacuus. de Or. 168. b. Antonium omnino omnis eruditionis expertem atq; ignarum fuiſſe. de Or. 108. a. Cenſebam oratorem nullius ornamenti expertem eſſe oportere. Attic. 123. a. Pompeius omnes

nos προσηγορήτως expertes ſui tanti ac tam inuſitati conſilij relinquebat. de Leg.160.b. Cum cætera ſint omnia rationis expertia. Offic.11.a.& Oct.329.b. Feræ rationis & orationis expertes. Epiſt.58.b.& de Fin.72.b. Te omnium periculorum uideo expertem fore. Or.198.b. Vtriuſq; particeps, uel utriuſq; potius non expers. de Am. 112.a. Amicitia nullam ætatis degendæ rationem patitur eſſe expertem ſui. de D.125.a. Placet igitur humanitatis expertes habere diuinationis autores. pro Cor.38.b. Facere aliquem expertẽ alicuius rei. pro Seſt.13.b. Homo expers conſilij & ingenij. Top.226.b. Expers rationis.)(. Ratione utens.

Expertus,a,um. pragmaticus, habens uſum multarũ & magnarũ rerum, uſu bellorum gerendorũ exercitus, multarum uerũ peritus. de Or.115.a. Dicam enim tibi Catule, non tam doctus quàm (id quod maius eſt) expertus, &c. pro Mil.114.b. Hoc quàm crebrò accidat, experti debemus ſcire. pro Cor.58.a. Cuius audita uirtus dubitationi locum non daret, huius præſens experta atq; perſpecta obtrectatorum uoce lædetur? de Amic.108.a. Et iudicare difficile eſt ſanè niſi expertum.

Expetendus,a,um. optabilis. Or.197.a. Qui res magnas, & maximè expetendas concupiuerunt. de Or.104.a. Quæ uulgo expetenda & optabilia uidentur. de Amic. 111.a. Ea quæ putant homines expetenda, honeſtas, gloria, trãquillitas animi atq; iucũditas. de Fin.117.b. Quod optabile eſt, id eſſe expetendum.

Expeto,tis. opto, cupio, peto, aſciſco. I.V.225.b. Athenienſium ſacra ſumma cupiditate expetuntur. de Or.96.a. Sine quo hoc quod tu expetis, nunquam aſſequêre. Att. 290.a. Noſtram gloriam tua uirtute augeri expeto. de Clar.183.a. Antonius, qui maximè expetebatur, facilis in cauſis reijciendis fuit. pro Pom.9.b. Italia ab hoc auxiliũ magnopere expetiuit. pro Fl.164.a. Nunc à Flacco, Lentuli pœnæ per uos expetuntur. pro Mar.133.b. Deos pœnas ab aliquo ob aliquod delictum expetere. de Ar.254.a. Expetere pœnas domeſtici ſanguinis. pro Pom.14.b. Ne legaretur A. Gabinius Pompeio expetenti ac poſtulanti pro Arch.188.a. Nihil eſſe in uita magnopere expetendum, niſi laudem atq; honeſtatem. Offic.6.b. Ea quæ pleriq; uehementer expetant, contemnere. Ep.42.a. Quæ tamẽ omnia in expetenda amicitia tua ſecutus ſum. & 173.b. Erichthei filiæ cupidè mortem expetiuerunt. de Orat. 124.a. Si pecunia tantopere expetitur, quanto gloria magis eſt expetenda. de Fin.72.a. Itaq; Epicurus ſemper hoc utitur, ut probet, uoluptatẽ natura expeti, quod, &c. & ibi. Qui potiatur expetitis corporis uoluptatibus. de Fin. 55.a. Voluptatem ipſam per ſe eſſe expetendam, & dolorem ipſum per ſe eſſe fugiendum. & 133.a.b. Ea enim uita expetitur, quæ ſit animi corporiſq; expleta uirtutibus. & 58.b. Nunc ſapientia expetitur, quòd eſt tanquam artifex comparandæ uolptatis. I.P.83.b. A me quidem etiam pœnas expetiſtis, quibus coniuratorum manus mortuorum expiaretis. de Or.142.a. Si ſapientia tantopere expetitur, &c. pro Mil.111.a. Ille nocturnus ad urbem aduentus uitandus potius quàm expetendus fuit. pro Pom.4.b. Pompeius ab omnibus ad id bellum imperatorem depoſci atq; expeti. Att.97.b. Nec me κενὸν in expetendo cognoſces, nec ἄτυφον in abijciendo. de In.82.a. Expetere.)(. Vitare. Orator.202.b. In concionibus tracta quædam & fluens expetitur oratio. pro Deiot.149.b. Expetere uitã alicuius. Item: Non expetere uitã, non capitis arceſſere.

Expiabilis,le. placabilis. I.A.246.a. Bellum expiabile. aliàs, inexpiabile.

Expiatio,onis. procuratio. de Ar.247.b. Dijs uiolatis expiatio debetur. de Leg.163.b. Scelerum in homines atq; impietatum nulla expiatio eſt.

Expilatio,onis. Off.49.a. Expilatio direptioq; ſociorum. & 59.a. Expilationes & direptiones ſociorum.

Expilator,ris. Q.Fr.291.a. Cum domus hoſpitem, nõ expilatorem recepit.

Expilo,as. de N.76.b. Dionyſius ſanum Proſerpinæ Locris expilauit. de Or.154.a. Hæc ſumenda ſunt nobis ab ijs ipſis, à quibus expilati ſumus. pro Cl.56.a. Expilato armario, pecunia ablata. I.V.214.a. Regem ſpoliatum expilatumq; dimiſit. pro Pom.14.b. Expilare ſocios, diripere prouincias.

Expingo,gis. Tuſ.250.a.b. Qui motus hominum, qui ferarum non ita ab Homero expictus eſt, ut quæ ipſe non uiderit, nos ut uideremus effecerit?

Expio,as. procuro, placo, macto. At.15.a. Quare quæ uiolata ſunt, expiabuntur. pro S.R.30.a. Mare, quo omnia quæ uiolata ſunt, expiari putantur. pro Rab.92.b. Qui expiandum forum ab illis nefarijs ſceleris ueſtigijs eſſe dico. Ar.245.b. Sed primũ expiabo religionẽ ædium mearum. & 249.a. Eaq; errata expiantur. pro Mil.115.b. Cuius ſupplicio ſenatus religiones expiandas ſæpe cenſuit. I.V.226.a. Cereris numen iſtius ſupplicio expiari uolebant. de Leg.173.b. Sacrum commiſſum, quod expiari non poterit, impiè cõmiſſum eſto: quod expiari poterit, publici ſacerdotes expianto. I.P.98.a. Tua ſcelera dij immortales in noſtros expiauerunt. I.A.158.b. Expiato foro, diſsipato concurſu impiorũ. de Leg.163.a. Nam & ijs ſine illius ſuffimentis expiati ſumus. de Ar.251.b. Is nomen populi Rom. tanto ſcelere contaminauit, ut id nullære poſsit, niſi ipſius ſupplicio expiari. I.P.83.b. A me quidem etiam pœnas expetiſtis, quibus coniuratorum manes mortuorũ expiaretis. de D.135.b. Quæ dij ſignificent, quemadmodumq; ea procurentur atq; expientur.

Expiratio,onis. exhalatio. de N.42.b. Terræ expirationibus aer alitur, & æther & ſidera.

Expiſcor,aris. indago, inquiro. I.P.94.b. Itaq; iſte ſimulatq; audiuit à philoſopho uoluptatem tantopere laudari, nihil expiſcatus eſt. Epiſt.138.a. Neſcis me ab illo omnia expiſcatum.

Explanatius. planius, apertius. Orat.207.b. Definire aliquid cùm explanatius, tum etiam uberius.

Explanatio,onis, explicatio, enodatio, interpretatio. de Or.161.b. Commoratio una in re permultum mouet, & illuſtris explanatio. de D.104.b.& 135.b. Quia erant multa obſcura & ambigua, explanationes adhibitæ ſunt interpretum. de D.135.b. Dij nobis obijciunt, quorũ neq; ſcientiam, neq; explanationem habeamus. de Ar.248.a. Portentorum explanationes Hetruſcorum diſciplina continentur. de Ar.246.a. Religionis explanatio, uel ab uno pontifice perito rectè fieri poteſt. ad Her.27.b. Explanatio eſt, quæ reddit apertam & dilucidam orationem. & 29.a. Vniuſcuiuſq; propoſitionis explanatio.

Explanator, oris. interpres, explicator. de D.104.a. Sunt enim explanatores, ut Grammatici poetarum.

Explano,as. interpretor, interpretationem uel explanationem facio, interpretatione explico, illuſtro, exempla appono, uita factiſq; illuſtro, expono, perſpicuũ facio, planum facio, explico, aperio, patefacio. de N.60.b. de Orat.152.b. Ego uerò, ſi quid explanari tibi uoles, reſpondere uolo. Attic.207.a. Planè quid ſit non intelligo, explanabis igitur. et 229.b. Explanabis igitur hoc diligentius. de Leg.171.a. Sed antè, &c. uim iſtius cœleſtis legis explana. Of.20.a. Altera quæ docet & explanat, quod faciendũ fugiendũq; ſit. de Or.116.a. Docilem aũt facio nõ tum cùm polliceor me demonſtraturum, ſed tum cum doceo & explano. Off.19.a. Hoc facilius intelligi quàm explanari poteſt. de Orat.135.a. Quæ coniectura explanantur, longè aliter atq; ſunt. de Cl.178.a. Explanare rem obſcuram interpretando. Or.204.a. Verbum quod optimè ſonat, & rem maximè explanat. de Fin.115.b. Nondum autem explanatum ſatis erat, quid maximè natura uellet, explanetur igitur. et 77.a. Explanare aliquid apertius. Ep. 30.b. Quapropter ille tibi omnia explanabit: id eſt, exponet. de Fin.42.b. In lingua ponebant explanatam uocum impreſsionem.



Expleo,ples. impleo, compleo, ſaturo, ſatio. de Nat. 38.b. Saturnus annis inſatiabiliter expletur. de Vn.196.a. Deus expleuit mundum omnibus bonis. pro Dom.225.b. Nec illi cæmentis ac tegulis meorum tectorum ſe ſamem ſuam expleturos putauerunt. pro Syl.184.b. Te iam Torquate expletum huius miſerijs pigeat, &c. de Or.104.a. Quorum crudelitas noſtro ſanguine non poteſt expleri. de Fin.133.a.b. Ea enim uita expetitur, quæ ſit animi corporiſq; expleta uirtutibus. & 97.a. Quicquid enim à ſapiente proficiſcitur, id continuò debet expletum eſſe omnibus ſuis partibus. de N.33.a. Perfectum expletumq; omnibus ſuis numeris & partibus. Or.220.a. Neq; infarciens uerba quaſi rimas expleat. & 200.b. Explere ſententias mollioribus numeris. & 219.a. Nihilo tamen aptius explet concluditq; ſentẽtias. de Or.102.a. Ea ſi paulo latius dixeris, expleris omnem expectationem diuturni deſiderij noſtri. I.V.169.b. Vt aliquando expleti ac ſaturati diſcederent. Epiſtol.18.a. Non enim uereor ne non ſcribendo te expleam. de Sen.82.a. Explere diuturnam ſitim. pro Cæl.47.b. Explere libidinem. Part.238.b. Explere cupiditates, ſatiare odium. pro S.R.43.a. Explere auaritiam ſuam pecunia. ad Heren.34.b. Explere inimicitias, & ſaturare odium. de Ar.253.b. Explere intemperantiam alicuius. Brut.286.a. Iis, qui illud malum exciderint, nihil quo expleri poſsit eorum meritum, tribui unquam poterit. de Fin.73.b. Explere cumulatè uitam beatam. Off.58.b. Hanc igitur partem relictam explebimus. de Am.109.a. Vt amicitiæ munus expletum ſit. Ep. 266.b. Noli committere, ut excuſatione potius expleas officium ſcribendi, quàm aſsiduitate literarum. de Cl.178.a. Sic expleuit, quod utriq; defuit.

Expletio,onis. de Fin.134.a. Expletio naturæ.

Expletus,a,um. plenus, perfectus. de Fin.74.b. Expleta & perfecta forma honeſtatis. Item: Quorum ſtudijs, ea quæ natura deſiderat, expleta cumulataq; habeamus.

Explicatè. enodatè. de Or.147.b. Explicatè & diſtinctè dicere.

Explicatio,onis. I.A.209.b. Quarum rerum facilis explicatio uidetur. de D.135.a. Vtrum philoſophia dignius ſagarum ſuperſtitione iſta interpretari, an explicatione naturæ. de Or.119.b. Explicatio illuſtris & perpolita. de N.71.b. Explicatio fabularum & enodatio nominum. de D.106.b. Sed eſt quaſi rudentis explicatio. l. Etymologia, & Interpretatio.

Explicator,oris. explanator, interpres. de Or.199.b. Rerum explicator. & de In.63.a.

Explicatrix,cis. Acad.45.a. Huic quaſi ex altera parte oratoria uis dicendi adhibebatur, explicatrix orationis perpetuæ, &c.

Explicatus,a,um. de Or.85.a. Veteris cuiuſdam memoriæ non ſatis explicata recordatio. pro Planc.259.b. Sed mihi in cauſa facili & explicata, perdifficilis & lubrica defenſionis ratio proponitur. de Or.141.b. Locis eſt utendum multis, illuſtribus & explicatis. Brut.91.b. Mihi non erat explicatum quid agerem. At.139.b. Literæ tuæ, quib. nihil poteſt eſſe explicatius, nihil perfectius. de Pro. 76.b. Rem propè iam explicatã perturbare atq; impedire. Of.17.a. Eoq; magis ſi plus adipiſcare re explicata boni, quàm addubitata mali. Ep.78.b. Explicata & explorata ratio ſalutis. de Vn.196.a. Explicata cognitio. contra Rul.85.b. Capua planiſsimo in loco explicata.

Explicatus,tus. explicatio. de N.79.a. Natura deorũ obſcura eſt, & difficiles explicatus habet.

Explico,cas. expono, dilato, in medio pono, enodo, euoluo, aperio, dico, recito, uerbis rem amplector, exitum reperio, extrico, expedio. At.119.b. Quid in utranq; partem mihi in mentem ueniat, explicabo breui. de D.81.a. Chryſippus totam de diuinatione duobus libris explicauit ſententiam. Item: Perfice ut Craſſus quæ coarctauit & peranguſtè refarſit, in oratione ſua dilatet nobis atq; explicet. I.A.211.a. Quæ tria dum explico, quæſo attendite. Of.2.b. Præcepta Stoicorum, de quibus eſt nobis his libris explicandum. Tuſc.193.a. De omni animi perturbatione explicabo. de Or.90.b. Quæcunq; res inciderit, quæ ſit dictione explicanda. de D.134.a. Si uelim grammaticum, aut phyſicum quiddam explicare. pro Fl.155.b. Niſi mihi totam rationem omni & perſonarum genere & literarũ explicaris. de Fin.97.a. Explicare aliquid definitione. Att.244.b. Nos τὰ περὶ τοῦ καθήκοντος magnificè explicamus. Top.221.a. Ariſtotelis topica, quæ ſunt ab illo pluribus libris explicata. contra Rul.68.b. Is explicat orationem ſanè longam. pro S.R.35.a. Veniat modò, explicet ſuum illud uolumen, quod, &c. de Fin.68.a. Aperiendum eſt igitur quid ſit uoluptas, aliter enim explicari quod quæritur non poteſt, quam ſi explicauiſſet, non tam hæſitaret. At.69.b. Laxare aliquod ædificium, & explicare illud uſq; ad aliquem locum. & 214.b. Si Faberius nobis nomen illud explicat, noli quærere quanti. & 102.a. Eiuſq; rei cauſam uerè explicas. I.A.223.a. In legibus interpretandis & æquitate explicandis. de D.88.b. Somnia Antiphontis interpretatiõe explicata. Ep.214.b. Alicuius negocia explicare, et expedire. At.74.b. Negocia noſtra amabo te explica. At.131.a. Quare da operã ut te explices & huc quamprimum uenias. & 109.b. Nihil uidi unquã quod minus explicari poſsit. & 120.b. O rem inquis inexplicabilem, atqui explicanda eſt. & 71.a. Sed antequam proficiſcare, utiq; explicatũ ſit illud, HS XX. & DCCC. Of.68.a. Explica atq; excute intelligentiam tuam, ut uideas, &c. I.V.59.a. Vitã alterius totã explicare, atq; eam in oculis cõſpectuq; omniũ exponere. de Vn.201.b. Hæc ſi uerbis explicare conemur, fruſtra laboremus. Att.116.a. Explicari res non poteſt. de N.1.a. Multæ res in philoſophia nequaquam ſatis adhuc explicatæ ſunt. de Cl.186.b. Explicare expeditè quod propoſueris. & 179. Capita multa expoſita, nec explicata. I.V. 149.b. Explicare aliquid apertiſsimè & planiſsimè. Off.67.a. Si quis uoluerit cõplicatam animi ſui notionem euoluere. Part.241.a. Explicare et excutere aliquod uerbũ. de Nat.54.a. Illa potius explicetur incredibilis fabrica naturæ. Ep.67.b. Explicare cauſas rerũ. de Or.93.a. Nunquam te, niſi omnia quæ percunctati erimus, explicaris, dimittemus. de Clar.

166.a.Explicare ordines temporum.de D.109.b.Explicare philoſophiam. pro Flac.148.a.Explicare ſe dicendo. de Finib. 64.a.Explicare ſententiam ſuam. Orat. 207.b. Explicare mentem ſuam de quaq; re. Attic.159. a.Explicare cogitationes ſuas literis.Ep.96.b.Explicare quid ſit optimum factu. de Or.97.b. Summorum oratorum græcas orationes explicabam,quibus lectis hoc aſſequebar,ut cum ea quæ legerem Græcè,Latinè redderem, non ſolum optimis uerbis uterer, ſed etiam, &c. Epiſtol. 142.a. Κύρυ παιδείαν, quam contriueram,legendo totam in hoc imperio explicaui.de Orat.98.a.Tanquam in aliquam locupletem domum uenerim non explicata ueſte,neq; propoſito argento,neq; ſignis ac tabulis propalàm collocatis.pro Pomp.9.b.Siciliam undiq; cinctam periculis,celeritate conſilij explicauit. de D.116.b. Cur igitur uos inducitis in eas captiones,quas nunquam explicetis?pro Cæl.52.a.Qui ſe profectò nunquã,ſi in iſtum locum proceſſerint,explicabũt:id eſt,expedient,extricabũt

Explodo,dis.eijcio,exſibilo.de Or.108.a. Aeſopum, ſi paulũ irraucuerit, explodi uideo.Parad.120.a.Hiſtrio ſi paulo ſe moueat extra numerum,exibilatur & explodi tur. pro Q.50.a.Erotes comœdus non modò ſibilis, ſed etiam conuicio è ſcena explodebatur. Q.Fr.313.b.Multa dixi in ignobilem regem,quibus totus eſt exploſus.Off.2. a.Ariſtonis & Pyrrhonis exploſa ſententia. de Fin.29.b. Iam exploſæ eiectæq; ſententiæ Pyrrhonis & Herilli.pro Cl.35.b. Id quod tum exploſum & eiectum eſt.de D.126. b.Sed hoc quidem genus diuinationis uita iam communis exploſit.

Exploratè.certè.planè.Plan.Ep.148.a.b. Non ſolum bene ſperare de nobis homines,ſed exploratè iudicare uolumus.de N.1.a.Exploratè perceptum eſſe & cognitum. Ep.259.a.Exploratè nauigare.

Exploratus,a,um.certus,explicatus.)(.Dubius. Att. 47.a.Fac ut omnia ad me perſpecta & explorata perſcribas.I.A.228.b.Magna ſpe & propè explorata libertatis cauſam ſuſcepimus.& Off.75.b.Spes alicuius explorata. de N.14.a.Non eſt igitur tam explorata iſta ratio quàm uidetur.Ep.78.b.Explorata nobis eſt uictoria.pro Mur. 136.a.Sic ut ei iam exploratus & domi conditus conſulatus uideretur. At.62.a. Vt non libeat cuiquam dare, niſi de quo exploratum ſit,tibi eum redditurum.Ep.27.b.De quo mihi exploratum eſt ita eſſe,ut tu ſcribis. Poſtquam. 201.a.Cum mihi eſſet exploratiſsimum, P.Lentulũ proximo anno conſulem futurum. Acad.14.b.Cui poſsit exploratum eſſe de ſua ſalute? Attic.287.a. Quid enim mihi exploratius eſſe poteſt, quàm illius animus in rem pub. Epiſt.131.b.Cum mihi erit exploratum , te libenter eſſe riſurum,ſcribam ad te pluribus.de N.160.Quid ſi ne id quidem exploratum eſt,fore ut mihi liceat. Att.252.a. & 261.a. Brunduſium pergere cogito. felicior enim & exploratior deuitatio legionum fore uidetur,quàm piratarum,qui apparere dicuntur. & 119.b.Dixi me nullo modo facere poſſe,niſi mihi exploratũ eſſet, eum Tyrannoctonis amicum fore. de Sen.91.a.Quis eſt tam ſtultus cui ſit exploratum,ſe uſq; ad ueſperum eſſe uicturum?

Exploratum habere.id eſt,compertum,perſpectum, cognitum.de N.12.a.Deus habet exploratum,fore ſe ſemper. I.A.212.a.Poteritis igitur exploratam habere pacem,cum in ciuitate Antonium uideatis?Att.275.b.Si exploratum habere cœpero,Cæſarem honoribus extraordinarijs fore contentum.& 141.b.Cæſarem hoc idem probaturum,exploratũ habeo.de D.121.a. Illud exploratum habeo,nihil fieri poſſe ſine cauſa.At.47.b.Literæ à timore exploratæ.

Exploro,as.indago,exquiro, obſeruo. I.V.244.b. Quæ quidem proſpectare iam exilium & explorare fugam uidebatur.de Or.173.b. Vide quæſo ea quæ reſtant, & explora cum iſtis.ad Br.286.b.Futura quoq;,niſi antè ſit occurſum,explores,ne ſe inſinuent.Att.97.a. Sed explora rem totam. pro Pom.10.b.Pompeius Siciliã adijt, Africam explorauit.

Exploſio,nis.Ep.121.b.Ludorum exploſiones & funerum.Cælij.

Expolio,lis.excolo,exorno,perpolio. de In.62.b.Nihil ſimplici in genere omni ex parte perfectum natura expoliuit. de Diuin.118.b. Cum aut ad lineamenta oris peruentum eſt , tum intelligas illud quod iam expolitum ſit,intus fuiſſe. de Or.155.b. Plato Syracuſium Dionem doctrinis omnibus expoliuit. & 112.a.Nox te,inquit,nobis Antoni expoliuit. Ad Heren.11.a.Difficillimum uerò eſt,inuentum expolire. de In.56.b. Neq; eadem ratione expolire partitiones.

Expolitio,onis.exornatio,explicatio. Or.215.a. In uerbis ineſt materia quædam in numeris expolitio.deOr. 89.a.Oratio ornata & artificio quodam & expolitione diſtincta. de In.56.b.Argumentatio eſt inuenti artificioſa expolitio. Q.Fr.323.a.Expolitiones utriuſq; noſtrûm ſunt in manibus,ſed tua ad perfectum.

Expolitio.exornatio quædam ſententiarum.ad Her. 37.a.Expolitio eſt,cum in eodem loco manemus,& aliud atq; aliud dicere uidemur,&c.ibidem pulcherrima.

Expolitus,a,um.de Cl.173.a.C.Tuditanus omni uita atq; uictu excultus atq; expolitus.

Expono,nis.enarro,ediſſero,explico,edico,edo,diuulgo,expromo,exprimo.pro S.R.20.b.Ab initio res, quẽadmodũ geſta ſit,uobis exponã.pro Mil.106.a. Exponere rem geſtam. Am.90.a. Quas ſententias in hoc libro expoſui meo arbitratu. de Am.95.b.Is expoſuit nobis ſermonem de amicitia, &c. Or.198.a.Ille ſermo noſter, qui eſt expoſitus in Bruto. Epiſt.10.a. Quod tibi ut planius exponam, paulo altius repetam. & 12.a.Summam feci cogitationum mearum omnium,quam tibi ſi potero,breuiter exponam. Orat.200.a.Difficile eſt formam exponere optimi. I.P. 81. a. Expoſui breuiter conſulatum meum, aude nunc, &c. de Orat.104.b.Quam orationem in Originibus ſuis expoſuit ipſe Cato.Ep.59.b.Hoc in ſermone, cum à me exponeretur, quæ mea expectatio fuiſſet orationis tuæ, uiſa eſt oratio non iniucunda. Or. 17.b. Si exponenda narratio eſt. de In.63.a. Exponere præcepta diligenter enodata. I.C.113.b. Exponere aliquid ex memoria. de Orat.150.a. Qui artes rhetoricas exponunt. pro Cæl.44.b. & Epiſtol.68.b. Reddere & exponere rationem alicuius facti. Offic.72.a. Exponere mandata. de Orat.113.a. Si mandata ſint exponenda in ſenatu ab imperatore. de Fin.77.a.Exponere mandata alicuius alicui. Antequam. 195.a.Animus præcluditur ad exponendam rei indignitatem. de Fin.93.a. Equidem ſoleo,quod uno græci,ſi aliter non poſſum,idem pluribus uerbis exponere. Part.233.b.Dictum de altero eſt, expone nunc de reprehendendo.de Or.93.b.Hoc de quo modò expoſuit Antonius. Epiſtol.14.a.Ego autem cum illa ſequor,quæ paulo antè propoſui,tum hoc non in poſtremis,de quo cœperã exponere.de Cl.179.a. Capita multa expoſita,nec explicata.de L.193.b.Qui magiſtratu abierint,apud cenſores edant & exponant,quid in magiſtratu geſſerint.pro Cluent.24.Totam cauſam iudices explicemus,atq; ante oculos expoſitam conſideremus.I.V.59. a. Vitam alterius totam explicare, atq; eam non mòdò in animis iudicum, ſed etiam in oculis conſpectuq; omnium exponere.I.C.113.a.Pòſt autem aliquanto toto Vulturtij iam indicio expoſito atq; edito ſurrexit,&c. I.A.182.a. Vitam ſuam exponere ad imitandũ iuuentuti. I.V.207. b.&214.a.Ab hoc abaci uaſa omnia ut expoſita fuerant, abſtulit.pro Mur.142.a.Atq; ille ſtrauit lectulos & expoſuit uaſa ſamia.Tuſ.199.b. Expones, quæ ſpectat florida & uaria?At.2.b.Signa,quæ nobis curaſti, ea ſunt ad Caietam expoſita.Off.62.a.Frumentum aduexi,expoſui, uendo meum,&c.At.70.b.71.a.Exponere & numerare pecuniam.Part.233.b.Ingenijs hominum criminoſorũ expoſita eſt uita innocentium.pro Q.13.b.Quaſi eximio præmio ſceleris expoſito.



Exportatio,onis.)(.Inuectio.Offic.35.a. Earum rerum quibus abundaremus exportatio, & earum quibus egeremus inuectio.I.V.146.a.His exportationibus, quæ recitatæ ſunt.

Exporto,as.)(.Inueho. pro Fl.149.b. Qui in fame frumentum exportare auſus eſt.pro Flac.160.a. Cum frumentum quotannis ex Italia, atq; ex omnibus prouincijs exportaretur.pro Pom.6.b. Aſia fertilis multitudine earum rerum quæ exportantur.I.V.144.b.Exportare aliquid ex urbe. I.V.84.a.O portentum in ultimas terras exportandum.In Vat.31.a.Vt inde aurum exportari argentumq; prohiberes.

Expoſco,ſcis. pro Mil.119.b.Miſericordiam ipſe nõ implorat,ego autẽ repugnante hoc imploro & expoſco.

Expoſitio,onis.ad Her.6.b.Narratio defenſoris ſimplicem & dilucidam expoſitionem habere debet. de Or. 162.a.Expoſitio ſentẽtiæ ſuæ.ad Her.36.a.Perſpicua & dilucida expoſitio.

Expoſitus,a,um.de Or.100.b.Expoſitæ à Cn.Flauio primùm actiones. I.V.207.a.Cum eſſent triclinia ſtrata argentumq; expoſitum in ædibus.pro Q.17.b.Domus patens atq; adeò expoſita cupiditatibus.de Or.163.a.Colores pictori expoſiti ad uariandum.

Expoſtulatio,onis.criminatio,quædam accuſatio.)(. Purgatio.Ep.35.a.Nunc cognoſce æquitatem expoſtulationis tuæ.Q.Fr.306.a. Contumeliæ in Gellium, expoſtulationes cum abſente Pompeio.pro Cl.52.a.Cum eſſet expoſtulatio facta. pro Dom.216.a. Flagitabar bonorum expoſtulatione,&c.

Expoſtulo,as.expoſco,expoſtulationem facio. )(.Purgo.I.V.195.b.Omnes de noſtris iniurijs expoſtulant.Ep. 41.a.De qua alienum tempus eſt mihi tecum expoſtulandi,purgandi autẽ mei neceſſariũ.Ep.28.b.Sed locus uidetur eſſe tecum expoſtulandi.& 61.a.Facilis à te exiſtimari debeo,qui nihil tecum de ijs ipſis rebus expoſtulem.pro Syl.175.b. Aut quoniam tam facilè inueheris in amicos, cur non iracundius aut uehementius expoſtulaſti ? pro Plan.271.a.Sed uenio ad L. Caſsium,cuius ex oratione ne illum quidem Iuuentium tecum expoſtulaui. pro Q.R. 53.a. Vix mediusfidius tu Fanni a Ballione hoc expoſtulare auderes,& impetrare poſſes.

Expreſſè.planè,apertè.Ad Her.26.a.Expreſſè conſcripta ponere oportet exempla.

Expreſſus,a,um.effictus,uerus,illuſtris.)(.Adumbratus.de N.16.a.Species deorum,quæ nihil cõcreti habeat, nihil ſolidi,nihil expreſsi,nihil eminentis.Ep.8.a. Hæc uides quanto expreſsiora,quantoq; illuſtriora futura ſunt. pro Plan.265.a.Hæc ſunt indicia ſolida & expreſſa, hæc ſigna probitatis.pro S.R.28.b. Expreſſa ſceleris ueſtigia extant. pro Cæl.39.b.Expreſſa ſigna uirtutis.)(.Adumbrata,&c.Tuſ.190.b.Res ſolida & expreſſa,non adumbrata. Off.65.b.Sed nos ueri iuris germanæq; iuſtitiæ ſolidam & expreſſam effigiem nullam tenemus, umbra & imaginibus utimur.& 27.a.Sonus erat dulcis,literæ neq; expreſſæ neq; oppreſſæ.pro Fl.157.b. Fateantur in perſona Meandrij,expreſſam eſſe faciem ciuitatis.pro Arch. 188.b.Multas imagines fortiſsimorum uirorum expreſſas ſcriptores nobis reliquerunt. de D.123.b.Hoc auſpicium diuini nihil habere poteſt, quod tam ſit coactum & expreſſum.& 117.a. Si nubium conflictu ardor expreſſus ſe emiſerit.

Exprimo,mis.expono,eloquor,conſequor, oratione complector,imitor,effingo. Q.Fr.325.b. Tu qui omnes iſto eloquendi & exprimendi genere ſuperaſti. Or.215. a. Oratio ad exprimendos animi ſenſus reperta. Acad. 19.a.Nemo ſuperiorum non modò expreſſerat,ſed ne dixerat quidem,poſſe hominem nihil opinari. de Or.146. b.Nolo exprimi literas putidius,nolo obſcurari negligentius.pro Rab.91.b.An de tabulario incenſo longa oratio eſt exprimenda.de D.93.b. Hæc uerba ipſa Platonis expreſsi,igitur,&c.pro Arch.189.b.Bellũ Mithridaticũ totum ab hoc expreſſum eſt. de Diuin.97.a.Atq; hanc ſpeciem Praxiteles cœlauit argento, & noſter Archias expreſsit uerſibus. Item: Cur non ipſius confeſsionem multorum oculis, facinoris deniq; uoce tanti ſceleris crimen expreſſerint? Attic.151.b.Omnem illius meumq; ſermonem omnibus uerbis expreſſum tibi ſtatim mittam. de Ar.258.a. Poeta fingendo exprimens Scyllam aut Charybdim. Attic.124.a.Ille uir quem noſtris libris ſatis diligenter,ut tibi quidem uidemur,expreſsimus. de Orat. 144.a.In libris Platonis ferè omnibus,Socrates exprimitur. de Orat.125.a.Exprimere oratione mores alicuius. Acad. 41.a.Qui non uerba,ſed uim Græcorum expreſſerunt poetarum.de Or.86.b. Omnis uis ratioq; dicendi in eorum qui audiunt mentibus,aut ſedandis,aut excitandis, exprimenda eſt.Ep.43.b. Exprimere formam reip. & temporum. de Orat.117.a.Exprimere quandam formam dicendi. pro Cecin.294.a. Qui iura non utilitate communi,ſed literis exprimis. Ad Her.39.b. Exprimere & effingere formam alicuius. de D.97.b.Exprimere quædam uerba imitando. Orat.202.b. Perfecti oratoris ſpecies exprimenda eſt. de Fin.93.a. Nec tamen exprimi uerbum è uerbo neceſſe erit,ut interpretes indiſerti ſolent: id eſt, exponi. & 49.a. Fabulæ ad uerbum de Græco expreſſæ. de Orat.163.a. Manus digitis ſubſequens , uerba non exprimens. & ibid.b.Geſtus ſcenicus, uerba exprimens. pro Arch.191.b.Relinquere effigiem uirtutum noſtrarum ſummis ingenijs expreſſam & politam. de Leg.172.a. Lex eſt iuſtorum iniuſtorum que diſtinctio,ad illam rerum omnium principem expreſſa naturam, ad quam leges hominum diriguntur. pro R. P.123.a.Filius liberalitate uitam patris expreſsit. de Or. 117.a. Exercitatio, qua illum, quem antè delegeris,imitando effingas atque exprimas. & 147.a. Aliquod uicium imitatione ex aliquo expreſſum. pro S.R.26.a.Vt effictos noſtros mores in alienis perſonis, expreſſamq; imaginem noſtram uitæ quotidianæ uideremus. pro Q. R.48.a.Perſona illa impura,inuiſa, in huius moribus, natura, uitaq; eſt expreſſa. pro Mil.103.a. & Orat.212. a.Hanc legem à natura ipſa arripuimus, hauſimus, expreſsi-

preſsimus.Or.197.b.Vnde illud ex ore aliquo quaſi imago exprimatur.

Exprimere.elicere,extorquere.At.36.b.Multa cum ſeditioſiſsimè diceret,uocem exprimere non potuit. Att. 19.a.& 194.b.Si tuis blanditijs tamen à Sicyonijs nummulorum aliquid expreſſeris. I.V.143.b. Nullam pecuniam ſtatuarũ nomine,niſi ui expreſſam & coactam.I.V. 171.b.Cum in ius ipſum eduxi,expreſsi,ut conficere tabulas ſe negaret.

Exprobro,as.obijcio,probro,uitio,& culpæ do,uerto,&c.I.V.262.a.Num tibi caſus bellicos exprobare, aut obijcere uideor?pro S.R.25.b.Non enim hoc exprobrandi cauſa,ſed cõmonendi gratia dicam. In Sal.274.b. Exprobrare languorem alicui.de Am.109.b.Quorum pleriq; aut queruntur ſemper aliquid,aut etiam exprobrãt. & ibi.Odioſum ſanè genus hominũ officia exprobrantiũ. de Or.137.a.Quid ſi quæ uicia ſunt in iudicib.ea tu in aduerſarijs exprobrando non intelligas te in iudices inuehi? Ep.71.b.Neſcio quomodo illæ ipſæ literæ quaſi exprobrare mihi uidentur,quod in uita maneam.

Expromo,mis.profero,expono.Ep.67.a. Quæ nũc expromam abſens audacius.de Leg.173.a.Sed iam expro me,ſi placet,leges iſtas de religione. Attic.29.b.Deinde ſuum exprompſit odium. pro Dom.225.a. Sed ego ueſtram crudelitatem expromo?pro Mil.108.a. In meo inimico crudelitatem exprompſiſti tuam. Quint.Frat.295. b.Vt apud eos ipſos,quod ab ijs didicerimus,uelimus expromere. Orat.208.a.Cauſa in qua uis eloquentiæ poſſit expromi.de D.139.a.Conferre cauſas,& quid in quãque ſententiam dici poſsit expromere.I.C.109.a. Quorũ omnis induſtria uitæ,& uigilandi labor in antelucanis cœnis expromitur.

Expugnatio,onis.pro Pom.6.a.Ipſorum aduentus in urbes ſociorum non multum ab hoſtili expugnatione diſfert.At.184.a.Nocturnæ expugnationes.

Expugnator,oris.urbis expugnator.de In.59.a.Expugnator pudicitiæ.I.V.or.3.

Expugno,as.capio. Parad.120.b.Sapientis animus nunquã uincitur,nec expugnatur.de Cl.188.a.Qui Ligurum caſtella oppugnauerunt.pro Cl.24.b.Hoc ſe Aiulio, tanquam aliqua machina admota,ſperabat ſe capere Aſinij adoleſcentiã,& fortunas eius expugnare poſſe. pro Cæl.47.b.Expugnare pudicitiã.I.V.134.b. Certa aliqua ratione expugnare:id eſt,conuincere.& 85.a.Dij immortales quanta iſte cupiditate,quibus allegationibus illã ſibi legationem expugnauit.

Expulſio,onis.Parad.125.a.Expulſiones uicinorum.

Expulſor,oris. pro Q.5.a.Iſte bonorum poſſeſſor, expulſor,ereptor.

Expultrix,cis.Tuſc.228.a.Philoſophia expultrix uiciorum.

Expurgo,as.quaſi expio.deCl.188.b.Quo magis expurgandus eſt ſermo.Antequam.196.a. Expurgare,ſuſpicionem dimouere.

Exputo,as.excogito,reputo.Epiſt.159.a. Et rurſum quæ mens eum à tanta gloria auocarit, & ad cogitationem conſulatus bimeſtris tranſtulerit,exputare non poſſum.Planci.

Exquiliæ,arum.mons Romæ.de L.175.a.

Exquilina porta.de Or.134.a.

Exquiro,ris.quæro,requiro,perquiro,inueſtigo,perſcrutor. Att.109.b.A te nihil dum certi exquiro,ſed quid uidetur. Att.211.a.De Varrone non ſine cauſa, quid tibi placeat,tam diligenter exquiro.& 114.a.Sed hæc non nimis exquiro à Græcis.pro Deiot.151.b. Exquire de Bleſamio,nunquid,&c. pro Pomp.13.b. Omiſsis autoritatibus ipſa re & ratione exquirere ueritatem.Off.26.b.Cogitatio in uero exquirendo maximè uerſatur. & de Fin.51.a. Quid uerißimum ſit exquirere.pro Flac.148.a. Vos qui mores exquirendos putatis. I.V.202.a.Noli facta Verris, ad antiquæ religionis rationem exquirere. Offic. 30.a. Quid in aliquo peccatum ſit, exquirere. Tuſcul. 241.a.Mens agitandis exquirendiſq; rationibus alitur. pro Dom.221.a. Non ſum in exquirendo iure augurum curioſus. de D.114.a.Sed ſoli ſumus,licet uerum exquirere ſine inuidia.de Fat.140.a. Maximè nos quidem exquirentes ea conſilia,quæ ad concordiam ciuium pertinerent. Attic.121.a.Hæc ſcripſi ſedato animo,nullum meũ iudicium interponens,ſed exquirens tuum. I.A.192.a. His ſenatus arbitratur ſingulares exquirendos honores. de Diuin. 117.b. Cum ex te cauſam uniuſcuiuſq; diuinationis exquirerem. & 118.a. Cauſam quærere. de Natur.45.b. Exquirere cauſas rerum. In Verrem 135.a. Exquirere aliquid palàm. pro Cecinn.295.b.Exquirere uerba interdicti.

Exquiſitè.accuratè,diligenter.de Cl.190.b. Accuratè exquiſiteq; facere aliquid.Tuſc.173.b.Rationes à philoſophis exquiſitius colliguntur.

Exquiſitus,a,um.accuratus,lectus,excellens. de Or. 107.a.Quanquam ipſi omnia,quorum negociũ eſt, conſulta ad nos & exquiſita deferunt.de Cl.166.b.& de Fin. 49.a.Tua exquiſita doctrina & ſingularis induſtria. de Fin.55.a. & Ep.57.a.Exquiſitis rationibus confirmare aliquid.de D.81.a.Philoſophorum exquiſita quædam argumenta,&c.de Or.124.a.Quod autem,&c.non eſt exquiſitæ artis præſcribere,ſed mediocris ingenij iudicare. de Clar.191.a.Accuratum & exquiſitum dicendi genus. Or.212.b.Verba bene ſonantia,ſed non ut poetæ exquiſita ad ſomnum,ſed ſumpta de medio. Off.26.a.Mundicia odioſa & exquiſita nimis.de Clar.174.a. Gracchus ſemper habuit exquiſitos è Græcia magiſtros.Off.27.a. Nihil fuit in Catulis, ut eos exquiſito iudicio putares uti literarum.de Or.83.a.Multæ literæ & exquiſitæ Cæſaris. I.P.94.a.Nihil apud hunc lautum,nihil elegans, nihil exquiſitum. I.A.192.b.Laudantur exquiſitiſsimis uerbis legiones. de Clar.190.a.Reconditæ, exquiſitæq; ſententiæ.Off.72.a.Nec uerò ignorabat ſe ad exquiſita ſupplicia proficiſci.

Ex quo.quo,qua ex re,quocirca, unde. de Fin.52.a. Atomi ita feruntur,ut cõcurſionibus inter ſe cohæreſcãt, ex quo efficiuntur omnia. de Fat.149.a.Ex quo facile intellectu eſt,uerbis eos,non re diſsidere. pro Q.4.b.Qua ex re intelligi facilè potuit,&c. de Amic.100.a.Ex quo quantum boni ſit in amicitia iudicari poteſt. Off.8.a.Ex quo intelligi poteſt, nullum bellum, &c. de D.93.a. Ex quo etiam Pythagoricis interdictum putatur, &c. de Diuin.87.a. Ex quo factum eſt ut rex, &c. de D.87. a. Ex eo euenit, ut rex, &c.de D.94.a. Ex quo illud eſt Caleni, &c. Offic.7.b. Ex quo illud,ſummum ius,ſumma iniuria. & 5.a. Ex quo fit,ut ager arpinas, Arpinatium dicatur,&c. & ibi. Ex quo,quia ſuum cuiuſq; ſit, &c.quod cuiq; obtigit id quiſq; teneat.de N.4.b. Ex quo exiſtit & illud,&c.Off.3.b.Ex quo animi magnitudo exiſtit,&c.& ibid. Ex quo intelligitur,&c.de Orat.122.b. Ex quo quidam ferunt, &c. de Natur.137.a. Ex quo etiam illud aſſequor,&c. & ibid.In quo ego exiſtimor, &c.



&c.de Cl.169.b.Ex quo nulla ſuſpicio eſt,&c. pro Mar. 133.a.Ex quo nemo erit,&c.id eſt,quocirca.& Tuſ.176 a.& 231.b. Ad Her.6.a.Quare genera conſtitutionum aperuimus,ex quo ſimul oſtendebatur,quomodo, &c. Or. 200.b.Quo magis ſunt Herodotus Thucydideſq; mirabiles,qui,&c.id eſt,ex quo.

Exſaturo,as,uel exaturo,as.expleo.I.V.249.a. Paſcere oculos & exaturare animum cruciatu alicuius. Tuſc. 148.a.Exſaturata libido.

Exſacrificare.ſacrificare.de D.89.a.Ennij.

Exſcribo,bis. deſcribo. Epiſt.265.b. Multum mihi eripitur operæ in exſcribendis hypomnematis. I.V.147. a. Tabulas in foro ſumma hominum frequentia exſcribo. & 96.a. Proinde quaſi exſcribendi poteſtatem non haberet.

Exſibilo,as. explodo. Parad.120.b.Hiſtrio ſi paulo ſe moueat extra numerum,exſibilatur & exploditur.

Exſicco,as.exhaurio.Ep.266.a.Ne lagenæ dicerentur inanes fuiſſe,quæ furtim eſſent exſiccatæ.de Cla.192.a.Exſiccatum genus orationis:id eſt,extenuatum.

Exſpolio,as.pro Deiot.148.a. Deiotarus auctionatus eſt,ſeſeq; exſpoliare maluit,quã pecuniã tibi nõ ſubminiſtrare.de Fin.73.b. Vt uirtutẽ earum rerũ ſelectione exſpoliarent,nec ei quicquam darent,&c.

Exſuſcito,as.expergeſacio. pro Mur. 129.a.Te Gallorũ cantus exſuſcitat.Item: Animus aut renouatur ad ea quæ reſtant,aut omnibus dictis exſuſcitatur.Off.3.b.Quæ cura exſuſcitat etiam animos,&c.At.287.a.Tu te exſuſcita. ad Her.20.a.Cum ſermone animum eius retinet,& exſuſcitat clamore.& 22.b.Si naturalem memoriam exſuſcitauerimus hac notatione.& 23.a.Docet ergo ſe natura uulgari & uſitata re non exſuſcitari,nouitate uerò,& inſigni quodam negocio commoueri.

Exſuſcitatio,onis.commotio.ad Her.37.b.

Exta,orum.præcordia.de In.31.b. Puerorũ extis deos manes mactare.de D.114.b.Gallinaceũ fel, ſunt enim qui uel argutiſsima hæc exta eſſe dicant.de D.82.b. Exta pecudum,aut monſtra,aut fulgura interpretantium.Top.227 b.Præſenſio per exta.

Extabeſco,ſcis.totus liqueſio,contabeſco. Tuſ.166.b. Corpus macie extabuit.& de N.26.b.Opiniones uanas diuturnitate extabuiſſe.

Extemplò.illico.pro Q.R.46.a. Quid fingat extemplò non habet.& in Arat.

Ex tempore.ſubito ex tempore,ex improuiſo.)(.cogitatè,accuratè,meditatus.de Or.131. b. Illud egregium & ex tempore:manus laua,inquit,& cœna.Item:Itaq; his de rebus ex tempore & coràm. pro Arch.189.a. Sæpe ego hunc uidi cum literam ſcripſiſſet,magnum numerum optimorum uerſuũ de his ipſis rebus,quæ tum agerentur, dicere ex tempore.de Or.191.a. Antipater Sidonius ſolitus eſt uerſus ex tempore fundere.de D.95.b. Alia autem ſubito ex tempore coniectura explicantur.& de Clar.184.b.Ex tempore dicere. Off.39.b.Capere conſilium ex tempore. Orat.205. a.Ridicula ex tempore ficta non domo allata. pro Flac.153.b.Græcos ex tempore,quod opus ſit, obſignare dixit.At.154. b. Quæ partim parari & iam cogitari,partim ex tempore futura cenſes.de In.47.b.Res ex tẽpore nata.Tuſ.245.b.& de In.50.b.Ex tempore effutire,&c.At.86.b.Te enim ſequor σχεδιάζοντα : id eſt,ex tempore agentem.

Extenſus,a,um. extentus. Acad.36.a. Nam cum extenſis digitis aduerſam manum oſtenderat, uiſum in



quiebat huiuſmodi eſt.

Extentus,a,um.extenſus,proiectus.de Or.131.a. Cũ extento brachio paulum etiam de geſtu addidit.

Extenuatio,onis.de Or.161.b.Diſtinctè conſcia breuitas & extenuatio.

Extenuatus,a,um.)(.Concretus.de N.46.a. Aër extenuatus in ſublime fertur, cõcretus autem in nubẽ cogitur. Brut.Ep.174.a.Recurri ad copiolas meas,ſic enim eas uerè appellare poſſum:ſunt enim extenuatiſsimæ,& inopia omnium rerum peſsimè acceptæ.

Extenuo,as.minuo,attenuo,deprimo.)(.Adaugeo, exaggero,amplifico.At.44.b. Poſteaquam extenuari ſpem noſtram & euaneſcere uidi.Tuſ.198.a.Quæ cogitatio omnes moleſtias extenuat.I.V.36.b.Nam locupletiſsimi cuiuſq; cenſus extenuarant,tenuiſsimi auxerant.de N.53.a. Extenuare & mollire cibum dentibus.de Or.152.b.Amplificare rem ornando.)(.Extenuare & abijcere.& Off.48 a.Neq; enim uerbis auget ſuum munus, ſed etiã extenuat. pro Mar.134.a.Verbis extenuare aliquid. ad Her. 6. b. Aut cauſam uehementer extenuabit.de In.71.b.Extenuare.)(.adaugere.

Exterebro,as.exterebrando extraho, perterebro. de D.90.b.Itaq; ex eo auro,quod exterebratum eſſet, buculam curauit faciendam.

Exterminator,oris.expulſor.pro Dom.242.a.Reſp.obſeruabatur ante oculos exterminatoris ſui.

Extermino,as.expello, eijcio. de N.14.a. Protagoras urbe atque agro eſt exterminatus.I.C.111.b. Cum ex urbe Catilinam eijciebam, cum illum exterminari uolebam. pro Mil.121.b. Ex urbe expelli, exterminari, eijci. pro Flac.151. a. Huius uirtute reges exterminati ſunt. pro Dom.242. a. Reſpublica erat exterminata mecum.Poſtquam. 201.a.& 211.b.Itaq; Reſpublica exterminata,mihi locum in hac urbe eſſe non putaui. pro Seſt. 4. b. Idem C.Marcellum exterminandum ab illa urbe curauit: aliter,Cum illa.pro Seſt.9.a. Exterminabit ciues Romanos conſul à ſuis dijs penatibus? I.A.246.a. Hunc ex finibus humanæ naturæ exterminandum puto.pro Cor.65 b. Atq; utinam,qui ubiq; ſunt propugnatores huius imperij,poſſent in hanc urbem uenire,& contrà oppugnatores reip.de ciuitate exterminari.de Pro.66.b.Vt non antè attigerint,quàm hunc ordinem cõdemnarint, quàm autoritatem ueſtram è ciuitate exterminarint.Off.61.a. Malè etiam,qui peregrinos urbibus uti prohibent, eoſq; exterminant.

Externus,a,um.extrarius,extraneus,exterus, alienigena,extrinſecus accedens,aduentitius,peregrinus, quod eſt extrà,uel extrinſecus.)(. Domeſticus. I.V.227.a. Neq; hæc externa nobis eſt religio, neque aliena. de N. 58.a. Canum amor in dominos, & odium in externos. de D.133.a. Animos externa & aduentitia uiſione pulſari. de N.31.a.Externus & aduentitius tepor.de Som.131 b. Inanimatum eſt omne quod impulſu agitatur externo.Att.278.b. Nec externis hoſtibus magis quàm domeſticis laboramus.Off.46.b. Apud populos externos. & ibid. Externi homines. de N.7.a. Mens cingitur corpore externo.Epiſt.54.b. In externis locis minor eſt ad facinus uerecundia. Tuſcul.233.b. Fortuna domina rerum externarum,& ad corpus pertinentium.Top.228.b.Externa commoda.

Extero,ris.comminuo,digero,conficio.de N.53.b. Aluum ſubiectam ſtomacho calorem multum habere exterendo cibo.

Exterreo,es.perterreo.de D.97.a.Off. 40.b. Dolorum cum admouentur faces,præter modum pleriq; exterrentur.de D.88.b.Talia commemorat lachrymans exterrita ſomno.

Exterus,a,ū.externus.pro Font.281.a.et I.V.57.b.Exteræ nationes & gentes.I.C.110.b.Exterus hoſtis atq; longinquus.

Extimeſco,ſcis. pertimeſco. Attic.139.b. Vnum illud extimeſcebam, ne quid turpiter facerem. & Plan. 259. a. Epiſtol. 143. a. Nihil eſt quod aduentum noſtrum extimeſcas. Attic. 258. a. Cerulas enim tuas miniatulas extimeſcebam. I. A. 209. b. Ab Antonio maius periculum quàm ullis nationibus extimeſcendum eſt.de Fat. 145 b. Nec ob eam rem fatum, aut neceßitas extimeſcenda eſt. pro Deiot. 144. a. De fortunis communibus extimeſcebam.

Extimus,a,um.extremus.)(.Intimus.de Som.128.a.Orbis cœleſtis extimus,qui,&c.

Extinctor,oris.I.P.85.a.Non extinctor, ſed autor incendij.de Ar.255.a.Extinctor belli domeſtici. pro Dom. 233.b.Extinctor coniurationis. pro Syl. 184.a. Ne extinctor patriæ,ne proditor appelletur.

Extinctio,onis.interitus.Tuſ.174.a.Supremus ille dies non extinctionem,ſed commutationem affert loci.

Extinctus,a,um.mortuus.de Cl.165.a.Vir egregius,alieniſſimo Reip.tempore extinctus.

Extinguo, guis. reſtinguo, opprimo, deleo, interitum alicuius facio. de N. 30. b. Refrigerato autem & extincto calore, occidimus ipſi & extinguimur. Off. 92. a. Itaque adoleſcentes mori ſic uidentur,ut cum aquæ multitudine uis flammæ opprimitur, ſenes autem ſic ut ſua ſponte, nulla adhibita ui conſumptus ignis extinguitur. de Orat. 142.b. Illa uirtus L. Craßi morte extincta ſubita eſt. pro Corn. 62. a. Cum duo fulmina noſtri imperij ſubitò in Hiſpania extincti occidiſſent. & 58. a. Mors extinguit inuidiam. pro Cæl. 52. b. Memoria tanti flagitij non extincta illa quidem, ſed repreſſa uetuſtate. pro Cæl. 54. b. Nolite hunc natura ipſa occidentem uelle maturius extingui uulnere ueſtro. de Clar. 173. a. Cum ardor animi,conſedit omnis illa uis,& quaſi flamma oratoris extinguitur. pro S.R.24.a. Extinguere atq; opprimere potentiam alicuius.contra Rul.84.a.Antè extingui atq; opprimi, quàm planè exortum ac natum eſſet.de Ar. 244.b. Extinguere & funditus delere aliquid.de Or.90. a. Animorum motus inflammare uel extinguere.I.V.59. a. Extinguere & delere improbitatem. I. A. 208. b.Omnes unum ſtudetis, M. Antonij conatus auertere à Republica,furorem extinguere,opprimere audaciam.pro Dom. 233.a. Extinctum iam eſt illud maledictum crudelitatis. Off.52.b. Extincto enim ſenatu, deletiſq; iudicijs,quid eſt, &c. de Am.110.b. Vt extinctæ potius amicitiæ,quàm oppreſſæ uideantur.Epiſt.47.b. Omnes ciues ſic exiſtimāt, quaſi lumen aliquod extinctis cæteris elucere ſanctitatem tuam. pro Cæl.50.b. Sin autem iam ſuberat ſimultas,extincta erat conſuetudo, dißidium extiterat, &c. de Am. 103. a. Familiaritates extingui ſolere. Epiſt. 179.b.Cauſam diſſenſionis naſcentem extingui ſummè ſtudui.& 2.b. Gratiam autem noſtram extinguit hominum ſuſpicio. de Pro. 73. b. Inimicitias in fortißimis uiris non ſolum extinxit Reip.dignitas, & ipſorum, ſed etiam, &c. pro Mil. 115.b. Qui ædem nympharum incendit, ut memoriam publicam recenſionis, tabulis publicis impreſſam extingueret. de Sen. 84.a. Animus & mens niſi tanquam lumini oleum inſtilles, extinguuntur ſenectute. I.V.143.b.Vt ſi poſſet, quæ antea ſcripſerat, ea planè extingueret.I.V. 85.b. Fuit illa cupiditas tanta, quæ tantam extingueret religionem? I.C.120.a. Qui delere imperium, qui populi Romani nomen extinguere conati ſunt.pro Mil.102 b. Alicuius non ſalutem modó extinguere, ſed etiam gloriam per iudices infringere.Ep.159.b.Quæ ad extinguēdas reliquias belli pertinent. de Ar.255.a.& Plan. 157.b. Extinguere bellum domeſticum.ad Her.32. b. Formæ dignitas aut morbo defloreſcit, aut uetuſtate extinguitur. I. V. 258.b.Non poſſe Verrem teſtes interficiendo,crimina ſua extinguere.

Extirpo,as. extraho, euello. de Fat. 142. a. Vicia ex naturalibus cauſis nata extirpari ac funditus tolli nō poſſunt.de Am.105.a.Niſi ex eius animo extirpatam humanitatem arbitremur.Tuſ.218.a. Nos perturbationes extirpandas putamus.

Extiſpex, cis. aruſpex. de D. 86. a. Ars extiſpicum. & 114.a.

Exto, as. appareo, conſto, ſum. Att. 25.a. Sed tamen ut iubes curabo, uti huius peregrinationis tibi opus extet. Att. 26. b. Deniq; aliquid aliud extabit, ne tibi planè ceſſaſſe uidear. Att. 244. b. Extabit opera peregrinationis huius. de Clar. 169. b. Quem uerò extet, & de quo ſit memoriæ proditum, eloquentem fuiſſe, & ita eſſe habitum, primus eſt M. Cethegus. de Cla. 167. b.& 170. a. Demadis nulla extant ſcripta.de Orat.117.a. Alicuius ſcripta conſtare: id eſt, extare. l. Conſto. de Cla.192.a.Cedò quæſo orationes, ſunt enim,&c. Off. 42. b. Extant epiſtolæ Philippi ad Alexandrum, quibus, &c. pro Corn. 27.a. Vbiq; extant huius fortitudinis expreſſa exempla. de In.56.a.Si literæ non extarent,magnopere eas requireremus.Epiſt.6.b.Senatus conſultum nullum extat, quo reductio regis tibi adempta ſit.de In. 51. a. Res quarum monimenta certa in literis extant. pro Plan.273.a. Non minus ocij quàm negocij rationem extare oportere. de D. 95.a. Sine oculis non poteſt extare officium & munus oculorum. de D.130.b. Sine diuinatione non poteſt officium & munus diuinationis extare. de Leg. 191. a. Grauiora iudicia de potentißimis hominibus extant uoces quā tabellæ. Epiſtol. 175. b. Sed is ambitus extat, &c. & 60.a. Dum id ſenatuſconſultum extabit, officium meum in te obſcurum eſſe non poterit. pro Plan. 259. a. Multa extant in me tua merita. Epiſtol. 9. b. Quæ ſi erunt allatæ, noſtrum ſtudium extabit in conueniendis magiſtratibus. Orat. 216.b. Non item in oratione, ut in uerſu extat numerus. I.V. 266.a. Sed ſcriptum extat in eiſdem literis, ἐσλειώθησαν. de Orat.91.a. Tamen apparet atque extat utrum ſimus earum rerum rudes, an didicerimus.de Or. 151. a. Quo magis id quod erit illuminatum, extare atq; eminere uideatur.

Extollo,lis,extuli.effero,erigo, animos tollo, inſolentem facio.)(. Deprimo, ſubmitto. Orat. 211. b. Neque tuum unquam in gremium extollas liberorum ex te genus. I. P.88. a. Etiam'ne uos meam fortunam deprimitis, ueſtram extollitis? Antequam.102.b.Quem uirtutis gloria ad cœlum extulit, eundem inimicorum inuidia indignißimè oppreſſum deprimit ad ſupplicium. pro Dom. 237. a.Quem percuſſum ipſa Reſpublica ſuis manibus extolleret. pro Mar. 132.a.Extollere aliquem iacentem. I. A. 165.a. Altè extollere manū,etc.uel pugionem uel quippiam aliud. Tuſc.187.a.Sic urgetur,ut ſe nequeat extollere.pro Plan. 266.a.Vbi illa antiqua libertas? quæ malis



oppreſſa ciuilibus, extollere iam caput, & aliquando recreata ſe erigere debebat? de Am. 109. b. Vt hi qui ſuperiores ſubmittere ſe debent, ſic quodam modo inferiores extollere. de Finib. 134. a. Erigere & extollere uites. Part. 237. a. Extollere animum. l. Magnitudo. In Sall. 275. a. At hercule egregia facta tuorum te extollunt. Epiſtol. 199. a. Quem tu ad cœlum laudibus extuliſti. ad Heren. 2.a. & de In. 47.a. Extollere aliquem laudando. de Arat. 255. a. Laudibus aliquem in cœlum extollo. pro Plan. 279. b. Dum Plancij in me uerbis meritum extollerem, me arcem ex cloaca facere dixiſti.l.Cloaca.

Extorqueo, ques. exprimo, aufero, eripio. Attic. 89. a. Iam uos à Cæſare per Orodem talenta attica L. extorſiſtis. pro Clu.34.a. Pecunia omnis ab eo extorta atq; erepta eſt. Oct.33.b. Ille ea exorabat quæ uolebat auferre, tu extorques. de Orat. 118. b. Definitio primùm reprehenſo uno uerbo, aut addito, aut dempto, ſæpe extorquetur è manibus. de Clar. 165. b. & pro Clu. 28.a. Extorquere arma è manibus iratorum ciuium. Orat. 212. a. Cum mihi extorta ueritas eſſet, conceßi, &c. de Sen. 95. a. Nec mihi hunc errorem, dum uiuo, extorqueri uolo. Tuſc.151. a.Quoniam extorſiſti, fateor ita eſſe, &c. pro Mil. 105.a. Extorta eſt confitenti ſica de manibus. I. C.104.b. & 100.b. Extorquere ferrum alicui de manibus.de Pro. 70. a. Poſtquam nihil exprimere ab egentibus, nihil ulla ui à miſeris extorquere potuit.pro Lig.139 b.Qua qui utetur,ſuam citius abijciet humanitatē, quàm extorquebit tuam. I.P.98.a.& I. V. 58.a. Vi extorquere aliquid.& 134.b.Certa aliqua ratione expugnare. de Orat.115.b. Sententias de manibus iudicum ui quadam extorſimus. de Fin.67.b. Hoc eſt uim afferre Torquate ſenſibus,extorquere ex animis cognitiones uerborum.

Extorris,re.exul.I.V.174.b.Hinc centum patres familias extorres profugerunt.

Extra. extrinſecus. de Nat. 56. a. Senſibus & animo ea quæ extrà ſunt, percipimus. de Som. 131. a. Eminere forás, & ea quæ extrà ſunt, contemplari,& quàm maximè ſe à corpore abſtrahere. de Vn. 197. b. Si in omni mundo omnes partes collocatæ ſunt,ut nulla pars huiuſce generis excederet extrà. de Finib. 79. a. Et in corpore, & extrà quædam bona ſunt. de N.67.a. Sum futurus extra urbem ex idibus Ianuarijs. de L. 182. a. Extra portam Collinam ædes Honoris eſt. Tuſcul. 230. a. Solá ne uita beata relinquitur extra oſtium limenq; carceris? Acad. 18. b. Quid enim poteſt eſſe extra uniuerſa? de D. 95. a. Ex quo intelligitur eſſe extra diuinum animum, humanus unde ducatur. pro Syl.174. b. Hic extra coniurationem eſt: id eſt, in coniuratis non eſt. I. A. 205. a. His militiæ uacationem eſſe placet extra tumultum Gallicum.de Vn.203.a. Extra culpam ponere ſe.At. 184.b. Multa occultari poſſunt, ut extra ruinam ſint eā quæ impendet. Or.215.b.Nullus eſt numerus extra poeticos.pro Cecin.303.a.Id extra cauſam eſt.de D.113.b. Nihil fieri extra fatum.I.C.100.a.Nemo eſt extra iſtam coniurationem perditorum hominum, qui te non metuat. I. V.60.b.De te hoc extra hanc contentionem noſtram familiarem tecum loquar.pro Dom.235.a.Ciuis eſt nemo in tanto populo extra contaminatam illam manū,qui, &c. de Or.146.b. Vox extra modum abſona:id eſt,præter modum.Off.28.b.Cauendū eſt etiam ſi ipſe ædifices, ne extra modum ſumptu & magnificentia prodeas. Att.87.b. Habeo exceptionem ἰσοδυναμοῦσαν, extra quam ſi ita negocium geſtum eſt, ut eo ſtari non oporteat. de In. 53.b. & 69.b. Exceptio extra quam ſi quis, &c. de D. 94. b. Extra me: id eſt, præter me. Epiſt.96.b.Deinde extra duces paucoſq; præterea (de principibus loquor) reliqui, &c.de In.54.b.& 55.a. Hoc ſeparatum quiddam eſt extra illud:id eſt,ab illo.

Extraho, his.extirpo, euello, differo. de N. 25.a.Epicurus ex animis hominum radicitus extraxit religionem. Acad. 27. b. Carneades ex animis noſtris aſſenſionem extraxit. pro S. R. 21. b. Extrahere telum è corpore. pro Seſt. 5. a. Vrbem ſenatus atque omnes boni deprehenſis atque oppreßis domeſticis hoſtibus, me duce ex periculis maximis extraxiſſent. Epiſtol. 4.a. Res ab aduerſarijs noſtris extracta eſt uarijs calumnijs. Quint. Frat.307.b.Per obtrectatores Lentuli res calumnia extracta eſt.

Extraneus,a,um. externus. Antequam.193. a.Pax & concordia extraneis gignetur, cum iam domeſticis non inſideat? de In. 84. b. Res extraneæ. Ad Heren.34. b.& 16.b. Extranea bona.)(.Animi & corporis.& 5.a.Extranea cauſa.

Extraordinarius, a, um. extra ordinem. )(.Legitimus. Attic. 72. a. Summa abſtinentia munus hoc extraordinarium traducemus. I. A.234. a. Extraordinarium imperium ſemper populare atque uentoſum eſt. & ibid. & pro Dom. 218.a. De extraordinario imperio. I. A. 234. b. At enim Cæſari imperium extraordinarium mea ſententia dedi, ſed ille mihi præſidium extraordinarium dederat. de Cla. 185. a. Conſulatus petitio extraordinaria. Attic. 279. & 288. a. Honor extraordinarius. & contra Rul. 67. b. Imperia extraordinaria. Att. 275. b. Extraordinarios honores accipere. I. A. 236. a. Imperium extra ordinem alicui dare. pro Pom. 216. b. Cn.Pompeio plurima bella extra ordinem commiſſa. & ibid. Non oportet quicquam uni extra ordinem decerni. pro Dom. 218. a. Prouincias extra ordinem ſine ſorte nominatim Reipublicæ peſtibus dediſti. & 217. b. Quod idem in poſterum de extraordinarijs poteſtatibus libertatem ademiſſes. Epiſt.116.b.Si extraordirarius nemo reus acceßiſſet.I.V.149.b.Hic cum uenit,extra ordinem uocatus,ſolus introducitur.I.V.96.b.& pro Q.R.45.b.Extraordinaria pecunia:id eſt, quæ in codicē relata non eſt. I.V.243.a.Vt omnia ſemper quæ iucūda uidentur eſſe,nō modò his extraordinarijs cupiditatibus,ſed etiam ipſi naturæ ac neceßitati denegarem.

Extrarius, traria, trarium. extraneus. ad Heren. 9. b. Cum ipſam rem, quam nos feciſſe confitemur, iure factam dicemus, ſine ulla aſſumptione extrariæ defenſionis.

Extremitas, tatis. ora. de Vn. 198. a. Globoſum, quod σφαιροειδὲς Græci uocant, cuius omnis extremitas paribus à medio radijs attingitur. de Finib. 86. a. Regiones, quarum nulla eſſet ora, nulla extremitas. de Vn. 199. b. Si animus extremitatem cœli à ſuprema regione rotundo ambitu circumiecit. Tuſcul. 250. a. Ille omnem infinitatem peregrinabatur,ut in nulla extremitate conſiſteret.

Extremus,a,um.poſtremus,ultimus, nouißimus. )(. Intimus. pro Cluen.56.b. De furto,ſi non eo loco quo debuit, ne in extrema quidem aut media, aut aliqua deniq; parte quæſtionis,uerbum fecit nullum.de Nat. 39. a. Itaque in ea dea, quæ eſt rerum cuſtos intimarum, omnis precatio & ſacrificatio extrema eſt. de D. 127. b.Cœlum ipſum,quod extremū atq; ultimum mundi eſt. & 129. b.

Quod

Quod finitum eſt, id habet extremum. de D.30.a. Quod non habet extremum, infinitum ſit, neceſſe eſt. de Leg. 181.a. Februarius menſis extremus anni. In. Sal. 274.a. In extrema fortuna ſtare. Epiſt. 166. a. Deſcendere ad extrema. Epiſt. 168.a. Si peßimus caſus fuerit, ad nouiſſima auxilia deſcendemus. de Clar. 185. b. Manus extrema non acceßit operibus eius: id eſt, non recognouit opera ſua. I.V. 259.b. Excipere extremum ſpiritum alicuius. In Arat. Extrema nocte, & à prima nocte. de Or. 138.b. Eſt id quidem in totam orationem confundendum, nec minimè in extremam. Att. 225. a. Literæ quibus in extremis erat, ſibi inſidias fieri. Att.219.a. Epiſtola, in qua extrema ſcriptum erat, etc. Q. Fr.310.a. Iouis oratio, quæ eſt in extremo illo libro. & Off. 54.a. In extremo tertio libro. de D. 82.a. Vt in extremo tertio ſcribis. de Or. 88.b. Quod uerò in extrema oratione, quaſi tuo iure ſumpſiſti, &c. Epiſt.34.a. & At.195.a. In prima prouincia. Epiſt. 244.a. In Capadocia extrema. pro Mur.140. b. In ultima urbe. Att. 117.b. Sed in ea Pompeij epiſtola erat in extremo ipſius manu, tu cenſeo, &c. Att. 88.b. In extrema ferè parte epiſtolæ. Quin.Fr.299.a. In extrema parte & concluſione muneris ac negocij tui diligentißimus ſis. I.A.256.b. Sed iam ſe colligit, & ad extremum incipit philoſophari. At.37.a. Ad extremum, manus dedit. At. 278. b. Cui conſuli non animus ab initio, non fides ad extremum defuit. de N. 49. b. Ad extremum omnis mundus ignoſcet. de Orat.116.a. & Parat. 241. a. & de Orat. 223.a. Primùm, &c. deinde, &c. poſt, &c. tum ad extremum, &c.

Extrico, as. explico, expedio. Ep.65.b. De Dionyſio tuo, nihil adhuc extrico. Vatinij.

Extrinſecus. extrà, foris. de Or.123.b. Extrinſecus autē aſſumuntur, cum ea quæ ſunt foris, neq; inhærerent, in rei natura colliguntur. & ibid. Aut ex ſua ſumi ui, aut aſſumi foris. Top. 221. & 222.b. Alij loci aſſumuntur extrinſecus. de Orat. 138. a. Hæc autem non extrinſecus aliunde quærenda. de N.25.a. Imagines uniuerſum mundum complectentes extrinſecus. & 55. a. Pulmones extrinſecus ſpiritum adducunt. Acad. 13. a. Vt ſi quis exalbeſceret, uel ipſe per ſe motu mentis aliquo, uel obiecta terribili re extrinſecus. & ibid. Tremor inteſtinus. )( Tremor oblatus. de Fat. 148. b. Aſſenſio fieri non poteſt, niſi commota uiſo, neque nulla ui extrinſecus excitata. de Vn. 198. b. Deus animum circundedit corpore, & ueſtiuit extrinſecus. Acad. 31. b. Imagines extrinſecus in animos noſtros per corpus irrumpunt. de D. 137. a. Nullæ imagines obrepunt in animos dormientium extrinſecus. de D. 94. a. Ineſt igitur in animis præſagitio extrinſecus iniecta & incluſa diuinitus. & 90. b. Cum Annibal columnam aureā uellet auferre, dubitauit utrū ea ſolida eſſet, an extrinſecus inaurata. de Fin. 141. a. Hæc quæ ſunt extrinſecus. & ibid. Omnia illa, quæ ſunt extrà. de Diuin. 95. a. Animos hominum quadam ex parte extrinſecus eſſe tractos & hauſtos. & 120. b. Et humor allapſus extrinſecus, ut in tectorijs uidemus auſtro, ſudorem imitari poteſt. & 129. b. Quod habet medium, id cernitur ex alio extrinſecus. & ibid. bis Quod habet extremum, id cernitur ex alio extrinſecus. & 137.a. Quia nulla cauſa accedat extrinſecus. de Fin. 134.a. Et nunc quidem, quod uitem tuetur, eſt id extrinſecus: id eſt, non in ipſa uite. Tuſ.22.a. Corporum adiumenta adhibentur extrinſecus, animorū ſalus incluſa in ipſis eſt. Epiſt. 69.b. Non aliunde pendêre, nec extrinſecus, aut bene aut malè uiuendi ſuſpenſas habere rationes. de N. 65.a. Nullum eſt corpus quod effugiat accipiendi aliquid extrinſecus: id eſt, quaſi ferendi patiendiq; neceßitatem.

Extructio, onis. I.A.264.b. Eosq; nec inhumatos eſſe, ſed contectos publicis operibus, eaq; extructione, quæ ſit ad memoriam æternitatis ara uirtutis. de N. 56.b. Extructiones tectorum.

Extructus, a, um. de Sen.86.a. Senectus caret epulis extructisq; menſis & frequentibus poculis.

Extrudo, dis. eijcio. I.V.243.b. Itaq; domo tua Chelidonem extrudere noluiſti. At.252.a. Sed quoniam furore illo extrudimur, Brunduſium pergere cogito. & 45.a. Sed iam extrudimur, non à Planco (nam is quidem retinet) uerùm ab ipſo loco minimè appoſito ad tolerandam in tanto luctu calamitatem. & 281.a. Cum ad me de Ciceronis abs te diſceſſu ſcripſiſſes, ſtatim extruſi tabellarios. Ep.236.b. & 99.a. Pollucem ſi non eſt profectus, quā primum fac extrudas. de Or.130.b. Extrudere & eijcere aliquem hoſpitio.

Extruo, is. excito, ædifico. Attic.23. b. Magnum aceruum Dicæarchi mihi ante pedes extruxeram. I.A.364 a. Cum uobis immortale monumentum ſuis penè manibus ſenatus populusq; Romanus extruxerit. pro Dom.238.a. Is ad cœlum extruxit uillam in Tuſculano. & 233. a. Domus mea euerſa ab inimico meo, & ab eodē extructa, et poſita in oculis ciuitatis. pro Mil. 115. b. Extruere ædificium in alieno. I. P. 90. a. Permutationes ad hunc Tuſculanum montem extruendum. de Fin.106. a. Vſq; ad illum à Cyro extructum rogum. & ibid. Fundata & extructa diſciplina. de Leg. 183. b. Plato uetat ſepulchrum extrui altius, quàm, &c. Tuſc. 240. a. Menſæ conquiſitißimis cibis extruebantur. I. P. 94.a. Menſa extructa multa carne. de Finib. 141. b. Age, nunc extrue animo altitudinem excellentiamq; uirtutum.

Exturbo, as. per uim eijcio, expello, deijcio, euerto. At.134.a. Quæro qui ſint iſti optimates, qui me exturbēt, cum ipſi domi maneant. pro Dom. 218. a. Cum ſenatum à gubernaculis deieciſſes, populum è naui exturbaſſes. Antequam. 195.a. E ciuitate ciuis exturbatur, innocens expellitur. pro Syll. 180. b. Exturbare homines è poſſeßionibus. contra Rul. 82. a. Exturbari & expelli ex agris. I.V. 118. a. Exturbare aliquem bonis patrijs: id eſt, euertere. Pro Quin.17. b. Miſerum eſt exturbari, fortunis omnibus. pro Cluen.20.b. Exturbari domo, & expelli domo. I.V.215.b. Antiochus præceps è prouincia exturbatus eſt. pro Quin.9.a. Ex numero uiuorum exturbari. Quin.Fr.305.b. Multa conuenerunt, quæ mentē exturbarent meam. Brut.287.a. Cicero iudicium ſuum direxit in exturbando Antonio.

Exul, lis. eiectus, ui eiectus, extorris, eiectus in exilium, exilio multatus, eiectus à patria, eiectus Roma, qui in exilio eſt, è ciuitate eiectus, qui domi ſtare non poteſt, qui exilio affectus eſt. pro Dom. 227. b. Exul eſt ipſum per ſe nomen calamitatis, non turpitudinis. Parad. 121. b. Quos leges exilio affici uolunt, exules ſunt, etiam ſi ſolum non mutarunt. pro Cluentio 54. b. Cum uagus & exul erraret, atque undique excluderetur Oppianicus, &cæt. de Orat. 115. b. Cum Annibal ad Antiochum ueniſſet exul. Epiſt. 183. a. Tabulæ figuntur, immunitates dantur, exules reſtituuntur. I. A.153. a. Reſtituere exules. pro Flacco. 164. a. Reuocemus eiectos. pro Seſt. 15. b. 16. a. Reducti exules Byzantium condemnati. pro D.223.b. Vt exules Byzantium reducerentur. Attic. 167. b. Si damnati reſtituentur, ego in exilium ibo. & 108. b. Exulum reditus. & ibid. Φυγάδων κάθοδοι. Ad Heren. 14. b. Exules & ui eiecti idem.



Exulcero, as. ulcus facio, corrumpo. de Orat. 136. b. Quæ ſanare nequeunt, exulcerant. de Clar. 178. b. Ea non modò non exulcerat gratiam ueſtram, ſed etiam conciliat. pro Dom. 219. a. Ille tot ſuſpicionibus certorum hominum, & ſcelere exulceratus. pro Deiot. 145.a. Vt in exulcerato animo facilè fictum crimen inſideret. Ep.2. b. Vt in rebus multo antequam profectus es ab ipſo rege, & ab intimis Pompeij clàm exulceratis, deinde palàm à conſularibus exagitatis, & in ſummam inuidiam adductis, ita uerſamur.

Exulo, as. exul ſum, exilij cauſa ſolum uertere uel mutare. de Or.99.b. Qui Romam in exilium ueniſſet, cui Romæ exulare ius eſſet, ſi ſe ad aliquem quaſi patronum applicuiſſet. Parad.121.b. Et me exulem tuo nomine appellas cum omnes meo diſceſſu exulaſſe Remp. putēt? de D.119 a. Annibal apud Pruſiam regem exulans. Parad.121.b. Familiaris tuus de te priuilegium tulit, ut ſi in opertum Bonæ deæ acceßiſſes, exulares. Ep.53.b. Hic locus ad exulandum eſt aptißimus.

Exultatio, onis. de Ar. 252. b. Illa Exultatio Athamantis.

Exulto, as. immoderatè iactor, gaudio triumpho, uoluptate uel lætitia nimia geſtio. At.87.b. Græci exultant, quod peregrinis iudicibus ut ſuis utuntur. At. 12.a. Alacris exultat improbitas in uictoria. Attic.101.a. Cæſar quomodo exultat, Catonis in me ingratißimi iniuria. Orat. 199. a. Pòſt ſenſim incedens, exultat audacius. I.A. 173 a. Exultare gaudio. Attic.248.a. Quintus pater exultat lætitia. de Arat.243.b. Hominem furentem exultantemq; continui. pro Cluen.20.b. Palàm exultare lætitia & triumphare gaudio cœpit. I.C.102. a. Exulta impio latrocinio. Attic.224.b. Exultant lætitia in municipijs. Top. 228. b. Comprimere exultantem lætitiam. de Or.153. a. Exultantem te & præſidentem tibi repriment ualidæ legum habenæ. pro Seſt.23.a. Qui furorem exultantem repreßit. Off.18.b. Equos ferocitate exultantes, domitorib. tradunt, ut his facilioribus poßint uti. pro S.R. 21. a. Roſcius exultabat uictoria nobilitatis. pro Cor.67. a. Exultare in ruinis alterius. Tuſc.189. a. Cymbri in prælijs exultant, lamentantur in morbo. de Sen.79.a. Fabius Annibalem iuueniliter exultantem, patientia ſua molliebat. de D.138.b. Delphini exultantes, tempeſtatem futuram ſignificant. de D. 93. a. Exultare, immoderateq; iactari. Tuſc. 231. b. Elatus inani lætitia, exultans, temerè geſtiens. I. A. 261. a. Lætitia inflatus atq; inſolens. I. C.104 b. Hoc in quo exultat & triumphat oratio mea. Acad. 28.a. Campus in quo poßit exultare oratio. de Fin.60.a. Oratione exultare.

Exuo, is. ſpolio. I.V.266.b. Si ex his laqueis te exueris, in illas tibi maiores plagas incidendum eſt. At.204.b. Sed iam ad iſta obduruimus, & humanitatem omnem exuimus. pro Lig. 139.a. Nónne omnem humanitatem exuiſſes? de Fin.132. b. Vt ſi aut manibus ingrediatur quis, aut non antè, ſed retrò fugere, planè ſe ipſe, & hominem ex homine exuēs, naturam odiſſe uideatur. Tuſ.242.a. Mens exuta uicijs.

Exuperantia, tiæ. Tuſ.248.b. Populus omnem exuperantiam uirtutis odit.

Exuperatio, onis. ſuperlatio, ὑπερβολή. Ad Her. 41. a. & 2. b. Significatio per exuperationem fit, cum plus dictum eſt, quàm patitur ueritas, augendæ ſuſpicionis cauſa.

Exupero, as. ſupero. de D.113.b. Quod fore paratū eſt, id ſummum exuperat Iouem. Poſtquam.203.a. Dum anima exuperabo mea: id eſt, dum uiuam.

Exurgo, gis. ſurgo, erigo. pro Cl.53.b. Tu autem niſi moleſtum eſt, pauliſper exurge. de Or.108.b. Tum Scæuola, cum exurgeret, ſimul arridens, inquit, &c. Caſ.Ep.254.b. Panſam noſtrum ſecunda uoluntate hominem, exurrexiſſe gaudeo. contra Rul.83.b. Ne recreatus exurgere atq; erigere ſe poſſet. Pro Plan.281.a. Huc exurge tamen quæſo, retinebo, & complectar. I.A.255.b. Si eſſet iugulata, nūquam exurgeret.

Exuro, ris. comburo. )( Inuro. I.V.60.a. Adrianus domi ſuæ uiuus exuſtūs eſt. pro Pom. 4. b. Bithyniæ uicos exuſtos eſſe complures. de Clar. 166. a. Sic omnis fœtus repreſſus, exuſtusq; flos ueteris ubertatis. de Nat. 61. a. Mihi quidem ex animo exuri non poteſt, eſſe deos. )( Inurere.

Exuſtio, onis. de Som.130.a. Eluuiones, exuſtionesq; terrarum, quas accidere tempore certo neceſſe eſt.

Exuuiæ, arum. ſpolia. pro Pom.14.b. Cum hunc locum nobis maiores noſtri exuuijs nauticis & claßium ſpolijs ornatum tum reliquiſſent.

## F

F Litera Digamma. l. Digamma.

Faba, bæ. de D.93.b. Ex quo etiam Pythagoricis interdictum putatur, ne fabæ ueſcerentur, quòd habet inflationem magnam is cibus. & 133.a. Faba quidem Pythagorici utiq; abſtinuere, quaſi uerò eo cibo mens, non uēter infletur.

Fabella, læ. fabula. de Orat. 131. a. Si quando quid tanquam aliqua fabella narratur. & pro Cæl.51.a. Fabella uetus.

Faber, bri. opifex, artifex. I.V. 245.b. Capitolium factum eſt publicè gratis, coactis fabris, operisq; imperatis. de Cla.188.b. Ego me Phidiam eſſe mallem, quàm uel optimum fabrum tignarium. Epiſt. 117. a. Si quis adhibere uolet, non modò ut architectos, uerùm etiam ut fabros ad ædificandam remp. poterimus & nos libenter accurrere. Ep.135.a. Tu uelim, ut ſcribis, cum fabris domum perſpicias: ſi enim nihil eſt in parietibus, aut in tecto uicij, cætera mihi probabuntur. I.V. 106. a. Quantum paucæ operæ & mercedes fabrorum tulerunt. pro Plan. 272. a. Si mancipium pro fabro, aut pro textore emimus. Or. 211. b. Fabrûm & procûm audeo dicere, non fabrorū & procorum. At.141.a. Iam duo præfecti fabrū Pompeij in meam poteſtatem uenerunt. Erratum fabrile, id eſt, opificis ſtatuarum. l. Fabrilis.

Fabianus. à Fabio. l. Fornix.

Fabrateria, riæ. opp. Ep.141.b.

Fabrè. artificioſè, ſcitè, affabrè. I.V.125.a. Argentum fabrè factum.

Fabrica, cæ. ipſa fabricatio, ars fabrilis. de N.12. a. Natura effectum eſſe mundum, nihil opus fuiſſe fabrica. de D.104.b. Materia deinde quid iuuaret? niſi confectionis eius fabricam haberemus? Off.12.b. Hanc naturæ tam diligentem fabricam imitata eſt hominum uerecundia. de N.70.b. Vulcanus, qui Lemni fabricæ præfuiſſe dicitur.

&

& 32.b. Vt pictura & fabrica, cæteræq; artes. & 54.a. Illa potius explicetur incredibilis fabrica naturæ. & 5.b. Quibus oculis intueri potuit uester Plato fabricā illā tanti operis? quā conſtrui à deo atq; ædificari mundum fecit? & 56.b. Omnis fabrica æris & ferri. & 50.a. Enumerare poſſum, quæ ſit in figuris animantium, & quàm ſolers ſubtiliſq; deſcriptio partium, quamq; admirabilis fabrica membrorum.

Fabricatio, onis. fabrica. de N.53.a. Si erit tota hominis fabricatio perſpecta. de Or. 158.a. In uerbo quandam habet fabricationem.

Fabricator, oris. ædificator, architectus, artifex, machinator. de Vn.195.b. Ille fabricator tanti operis. Acad. 30.b. Minutorum opuſculorum fabricator.

Fabrico, as. fabricor, architector. Off.30.a. Pictores & ij qui fabricant. Acad.5.b. Nihil eſt clarius ἐνεργείᾳ, ut Græci, perſpicuitatē aut euidentiā nos, ſi placet, nominemus, fabricemuſq;, ſi opus erit, uerba. de Vn.198.a. Mundus globoſus eſt fabricatus.

Fabricor, aris. fabrico, architector. Acad.21.b. Eſſe aliquam uim cum prudentia & conſilio ſcilicet, quæ finxerit, uel ut tuo uerbo utar, quæ fabricata ſit hominē, qualis iſta fabrica eſt? ubi adhibita eſt? etc. & 9.a. Quanto artificio natura fabricata eſſet, primùm animal omne, &c. de N.3.a. Vt ea ipſa dij immortales ad uſum hominum fabricati pene uideantur. de Or.159.a. Itaq; incredibiliter hoc natura fabricata eſt. & ibi.b. Capitolij faſtigium nō uenuſtas, ſed neceſſitas ipſa fabricata eſt. pro R. P.123.b. Is qui fabricatus gladium eſt. de D.117.a. Ciclopas Ioui fulmen fabricatos eſſe in Aetna putant.

Fabrilis, le. Att. 88.a. Erratum fabrile: id eſt, opificis ſtatuarum.

Fabula, læ. res commentitia, ſcena, comœdia, tragœdia, apologus, argumentum. de D.131.b. Num igitur me cogis etiam fabulis credere? quæ delectationis habeant quantū uoles, uerbis, ſententijs, numeris, canticis adiuuentur, autoritatem quidem nullam debemus, nec fidem commentitijs rebus adiungere. de Cl. 171.a. Liuius, qui primus fabulam docuit. & Tuſ.148.b. Liuius fabulam dedit. de Clar.171.b. Ennius cum Thyeſtem fabulam docuiſſet, mortem obijt. Quin. Fr.317.a. Quanquam à te actam fabellam uideo eſſe feſtiuè. pro Clu.35.b. Stalenus à P. Cethego admonitus, iſtam dedit conciliationis et gratiæ fabulā. I. A.167.a. Non ſolum unum actum, ſed totam fabulam confeciſſem. Attic. 216.a. De Varrore loquebamur, Lupus in fabula. & ibid. b. Etenim decantata erat fabula. de Sen. 90.b. Quibus qui ſplendidè uſi ſunt, ij mihi uidētur fabulam ætatis peregiſſe, nec tanquā inexercitati hiſtriones in extremo actu corruiſſe. & 91.b. Nec hiſtrioni ut placeat peragenda eſt fabula, modò in quocunq; fuerit actu probetur. pro Mil.103 a. Itaq; non ſine cauſa fictis fabulis ſapientiſſimi homines memoriæ prodiderunt, Oreſtem, &c. de D.125.a. Commētitiæ fabulæ. de In.48.a. & ad Heren.a. Fabula eſt, in qua nec ueræ, nec ueriſimiles res continentur. de Inuen.47.b. Apologus, uel fabula, uel irriſio.

Faceſſo, ſis. abeo. pro Flac.264.b. Vis abſit, ferrum remoueatur, operæ faceſſant, ſeruitia ſileant. de Leg. 163.b. Atq; etiam Epicureos ob omni ſocietate reip. pauliſper faceſſant rogemus.

Faceſſo. contraho, exhibeo, creo. pro Cl.51.b. Si cui fortè hac lege negocium faceſſetur. I. V.233.a. Cum audiſſent ei negocium faceſſitum. I. V.61.b. Iſti profectò metuere incipies, ne innocenti periculum faceſſeris. Ep.40.a. Faceſſere negocium alicui.

Facetè. ſalſè, concinnè, ridiculè, uenuſtè. de Or.106.a. Colligere multa, non modò acutè, ſed etiam ridiculè ac facetè. & 131.b. & 129.a. et Ep.135.b. Dicere aliquid facetè. pro S.R.39.b. Facetè eludi ab aliquo.

Facetiæ, arum. iocus, ſal, lepos, cauillatio, dicacitas, urbanitas, feſtiuitas, argutia. de Or.128.b. Duo ſunt genera facetiarum, alterum æquabiliter in omni ſermone fuſum, alterum peracutum & breue: illa à ueteribus ſuperior cauillatio, hæc altera dicacitas nominata eſt. Or.204.b. Sales, quorum duo genera ſunt, unum facetiarum, alterum dicacitatis: utetur utroq;, ſed altero in narrando aliquid uenuſtè, altero in iaciendo mittendoq; ridiculo. de Or.131.b. Quod facetè dicatur, id aliàs in re, aliàs in uerbo habere facetias. Ep.134.b. Mirificè capior facetijs his, maximè noſtratibus. de Or.106.a. Multo maiorem partem ſententiarum ſale tuo & lepôre, & politiſſimis facetijs pellexiſti. de Cla.176.b. P. Scipio omnes ſale facetijſq; ſuperabat. Of. 27.a. Sale condîtus & facetijs Cæſar, &c. de Cl.186.b. Feſtiuitas, facetiæ, urbanitas, lepor, ſuauitas. et 177.b. Facetiarum et urbanitatis oratorius non ſcurrilis lepos. de Cla. 179.b. Huius orationes multum argutiarum & urbanitatis habent. de Or.86.b. Lepos quidā facetiæq;, & eruditio libero digna. de Or.98.a. Libandus eſt etiam ex omni genere urbanitatis facetiarum quidē lepos. At.7.b. Aliquis facie magis quàm facetijs ridiculus. de Or. 128. b. De iocis & facetijs.

Facetoſus, ſa, ſum. iucundus. de Finib. 86. b. Facetoſa urbanitas.

Facetus, a, um. ſalſus, urbanus, uenuſtus, ſcitus, concinnus, feſtiuus, argutus, dicax. Facetus & dulcis, feſtiuiq; ſermonis, & in omni oratione ſimulator Socrates. de Orat. 129.a. Natura fingit homines, & creat imitatores & narratores facetos, & uultu adiuuante & uoce, & ipſo genere ſermonis. & ibi. Antè illud facetè dictum emiſſum hærere debet, quàm cogitari potuiſſe uideatur. de Cla.192.a. Faceta & elegans ironia. I. A.164.a. At etiam quodam loco facetus eſſe uoluiſti. Item: Aliquid enim ſalis ab uxore mima trahere potuiſti. Ep.255.b. Primū quod tibi facetū uidetur, quicqd ego dixi, deinde quod illa ſiue faceta ſint, ſiue ſic fiunt narrante te uenuſtiſſima. Or.198.b. Alij in eadem ieiunitate concinniores: id eſt, faceti. de Clar. 170.a. Acutus, elegans, facetus, breuis. & 180.a. Cum aculeo & maledicto facetus. Off.21.a. Genus iocandi elegans, urbanum, ingenioſum, facetum. pro Dom. 231.b. Et homo facetus inducis etiam ſermonem urbanum & uenuſtum. de Or.132.b. Vir ſalſiſſimus: id eſt, facetiſſimus. & ibid. Quod ſi admiſtum eſt etiam ambiguum, fit ſalſius. & 87.b. Sermo facetus, ac nulla in re rudis. & 129.a. Eſſe ſalſum & facetum.

Facies. os, ſpecies oris. de Or.95.b. Quæ nobis nō poſſumus fingere, facies, uultus, ſonus. de D.137.b. Hominis figura, ut cum Homeri faciē cogito. I. A.168.b. Velim mihi dicas, L. Tarſucius, qua facie fuerit, qua ſtatura. Off. 4.a. Formam & tanquam faciem honeſti uides. pro Fla.157.b. Fateantur & Meandri perſona expreſſam eſſe faciem ciuitatis. I. A.218.b. Legatus enim ſenatus faciem ſecum attulerat. pro Flac. 161. a. Affers faciem nouam, nomen uetus, & cæt. I. P. 96. b. Virtus, quam tu ne de facie quidem noſti.

Facilè. libenter, planè, prorſus, nullo negocio, nullo labore, citò, procliuius, facile factu eſt, nihil negocij eſt. )( Aegrè, triſtius. Or.208.a. In perfacili cognitiōe uerſari: id eſt, facilè cognoſci. pro Cæl.41.b. Voluntas teſtium, quæ facillimè fingi, nullo negocio flecti poteſt. Antequam.194 b. Qui ſperant, facilius & procliuius ad laudem nobilitatis peruenient. At.229.a. Cum id nullo negocio facere poſſes. pro S.R.21.b. Perfacile & nullo negocio. Tuſ.165.b. Sed te aberrare propoſito facilè patiebar. de Or.97.a. & 113.b. Subitam orationem commentatio facilè uincit. Ep. 5.b. Cæteris iniurijs, quæ propoſitæ ſunt à Catone, facilè, ut ſpero, reſiſtemus. de Orat.130.a. Quis enim hæc uel nō facilè, uel certè aliquo modo poſſet ediſcere? Epiſt. 87.b. Tu qui eſſes ordinis tui facilè princeps. de Orat. 146.b. Facilè uincit, & facilè ſuperat. Tuſc. 165.b. Africani fratris nepos uita omnium perditorum ita ſimilis, ut eſſet facilè deterrimus.

Facilis, le. lenis, procliuis, expeditus, explicatus, exorabilis, indulgens, minus operis, ludus eſt, nihil eſt negocij. )( Faſtidioſus, difficilis. de Or.105. b. Vtriuſq; rei facilis eſt & prompta defenſio. pro Cecin.286. b. Potuiſti ad tuum ius faciliore ac commodiore iudicio peruenire. de Or. 92. b. Carneades dicere ſolebat, me ſibi perfacilem in dicendo, te autem perpugnacem in diſputando eſſe uiſum. Quint. Fr.296. a. Facilem ſe in hominibus audiendis admittendiſq; præbere. Epiſt. 61.a. Lenis à te & facilis exiſtimari debeo. de Clar.180.b. T. Iunius fuit facilis & expeditus ad dicendum. de Fin. 55. b. Facilis & expedita diſtinctio. Epiſtol. 95. b. Quod ſi tam facilem populum haberem, quàm Aeſopus habuit, libenter me hercule, artem deſinerem. de Clar.172.a. Antiqui faciles in ſuum cuique tribuendo. de N. 74. b. Facilis pater. )( Difficilis. Top. 226. b. Facilis, procliuis idem. Part. 238.a. Facile, procliue, iucundum. de Orat. 115.a. Hoc mihi crede, ludus eſt homini non hebeti, &c. id eſt, facile factu. de *Orat. 125. b. Materia facilis ad exardeſcendum. I. A. 168.b. Sed materia facilis, in te dicta dicere. pro Cæl. 50. b. Quæ omnia facilem habent rationem reprehendendi. de D.130. b. Etiam ſi faciles nos habuerit ad concedendum. de Clar. 183.a. Antonius facilis in cauſis recipiendis erat, faſtidioſior Craſſus, ſed tamen recipiebat. de Orat.208.a. Nam ipſæ quidem res in perfacili cognitione uerſantur. Quin. Frat. 296. a. Hoc non eſt poſitum in labore aliquo. pro Pomp. 12. a. Facilis aditus ad eum priuatorum, liberæ querimoniæ de aliorum iniurijs eſſe dicuntur. pro Dom. 222. a. Deinde exorabilis populus, facilis ſuffragatio pro ſalute. pro Plan. 259.b. Sed mihi in cauſa facili & explicata, perdifficilis & lubrica defenſionis ratio proponitur. pro Cor. 62. b. Comes, benigni, faciles, ſuaues homines, &c.

Facilitas, tis. lenitas, humanitas. de Or.102.b. Quæ ſi uobis non probabuntur, ueſtram iniquitatem accuſatote, qui ex me quæſieritis, quæ ego neſcirem: meam facilitatem laudatote, cum uobis non meo iudicio, ſed ueſtro ſtudio inductus non grauitate, reſpondero. pro Pomp. 12. a. Qui dignitate principibus excellit, facilitate par infimis eſſe uidetur. Attic. 200. a. Quis congreſſum meum? quis facilitatem ſermonis deſiderauit. Epiſt. 214. a. De quo pro tua facilitate & humanitate purgatum ſe tibi ſcribis eſſe. Quint. Frat. 293. b. Facilitas in audiendo, lenitas in decernendo. de Orat. 110. a. Magis adeò id facilitate mea, quàm alia ulla culpa mea contigit. Epiſt. 183. b. Sed immoderatè facilitate noſtra abutuntur. Off. 28. a. Exercenda etiam eſt facilitas & altitudo animi quæ dicitur. de Or.125.a. Facilitas ſignificandi.

Facinoroſus, a, um. ſceleſtus, flagitioſus. Antequā. 195. a. Nemo tam perdita autoritate facinoroſa inuentus eſt uita, qui, &c. de Or.130.b. Facinoroſos maiore quadam ui quàm ridiculi, uulnerari uolunt. pro Cæl.40. a. Cum facinoroſis audacter uiuere. de Leg. 164. a. Iniurioſa & facinoroſa uita.

Facinus, oris. factum inſigne, tam bonum quàm malum, flagitium, ſcelus. I. V.270.b. Facinus eſt uinciri ciuem Romanum, ſcelus uerberari, propè paricidium necari, quid dicam in crucem tollere? pro Mil.120.b. Miloni facinoris ſuſpicio, non facti crimen obſtat. de Fin.84. b. Si enim ita eſt, uide ne facinus facias, cum mori ſuadeas potius. de In. 61.a. Voluntario facinori ueniam dari non oportere. Ep. 54.b. In externis locis minor eſt ad facinus uerecūdia. pro Rab. 94. a. Et id facinus pulcherrimum eſſe arbitrarer. I. A. 181.a. Statimq; illa mirabilia facinora effecit. & 255 a. Rectiſſimum facinus. Epiſt.22.b. Facere magnum facinus. & 40. b. Committere facinus. ad Heren. 41. b. Facinus præclariſſimum. At. 275.b. Poſtea illud conſciui facinus. contra Rul. 81. b. Homines ad uim, facinus, cædēq; delecti. pro Mil. 115. b. Is cui nihil unquam nefas fuit, nec in facinore, nec in libidine. de N. 68. b. Furiæ uindices facinorum & ſceleris. I. V. 274. b. Facinus ſceleris & perfidiæ. pro S. R.24.b. Sceleſtum ac nefarium facinus. de Clar.181. a. Deprehendi in manifeſto facinore. de N. 4. b. Fieri in ciuitate facinora capitalia. I. C. 102. b. Obire facinus.

Facio, cis. ago, molior, efficio, exequor, efficiens ſum, effector ſum, fabrico uel fabricor, gero, elaboro, conficio, perficio, creo, tranſigo, præſto, conflo, reddo, adopto, deligo, celebro, comparo, ſacrifico, inſero, produco, induco, committo, conuenio, exerceo, duco, æſtimo. At.98.b. Feci igitur atq; effeci, ut neuter quenquā omniū pluris quàm me faceret. Or.198.b. Quidam omnia docentes, & dilucidiora non ampliora facientes. de Or.158.a. Omnia quæ fiunt quæq; aguntur acerrimè. I. A. Quod agendum & faciendum eſt, non recuſo. I. P. 82.a. Dixiſti huius te cupiditati obſequi, ſicut ego feciſſem in collega meo. de Or. 110. a. Feciq; hoc, quod ne adoleſcens quidem feceram, ut his de rebus diſputarem. At.244.b. Brutus ſcribit ſeſe de attributione omnia ſumma feciſſe. Quin. Frat.321.a. Etiam Domitio ipſi multa iā feci, quæ uoluit, quæq; à me petiuit. At. 247.b. Itaque feci de Fabio ut ſcribis. Quint. Fr. 300. b. Nam ſi te interioribus amicis tuis anteponis, ualde magnum facis. Antequam. 196.b. In meis calamitatibus aliquam ferte opem, ut ſæpe multorum in periculis feciſtis. Antequam. 197.a. Quæcunq; adminiſtraui, ex ueſtra autoritate & uoluntate feci. pro Plan.273. a. Et me unum ex ijs feci, qui ad aquas ueniſſent. ad Heren.9.a. At ea, quæ à nobis facta ſunt, iuſtiſſimè facta. I. A.222.a.b. Honorem mortuo, cui iniuriam uiuo fecimus, faciamus. de D. 184 b. Sanè quidē ſicut de religionū iure feciſti. At.283.b. Nec tantum in ſtatuenda Lepidi ſtatua factum eſt mali, quantum in euertenda boni. Q. Fr.306.a. Sed fecit humaniter Licinius, quod ad me uenit. At.273. b. Facis ex tua dignitate & è repub. At.260.b. Noli putare pigritia facere me, quod non mea manu ſcribam. Off.1.b. Demoſthenes ſi ea quæ à Platone didicerat pronunciare uoluiſſet, ſplendidè id potuiſſet facere. I. V.269.b. Glabrionem id quod fecit, facere lætatus ſum, ut teſtem dimitteret, &c. I. C. 144. a. Atq; illud quod faciendum primum fuit, factum atq; tractatum eſt. Q. Fr.327.b. Horum nihil faciendum eſt. Or.

218.a. Verborum ordinem immuta, fac ſic, comprobauit filij temeritas. I. A. 161.a. Fac potuiſſe, quid eſt, etc. de Or. 136.b. Poſſe aliquem inueniri oratorem, qui aliquid mali faceret dicendo, obeſſetq́; ei quem defenderet. I. V. 204.a. Facere aliquem infamem. I. A. 179.b. Medico tria millia iugerum, quaſi te ſanum feciſſet, Rhetori duo, quaſi diſertum facere potuiſſet. & 177.b. Quanquam te bonum timor faciebat. de Clar. 195.b. Hortenſius clamores faciebat adoleſcens. Epiſt. 22.b. Facere magnum facinus. Attic. 195.a. Facere non poſſum, quin ad te mittam, &c. & 95.a. Facere longiorem epiſtolam. Epiſt. 130.a. Feci igitur ſermonem inter uos habitum in Cumano. et Orat. 200.a. Iſocrates fecit Panegyricum. Attic. 151.b. Volet enim, credo, Cæſar S. C. facere. Cato. Epiſt. 247.b. Itaq; quod pro meo iudicio facere potui, ut laudarem, &c. feci. pro Clu. 22.b. Quatuor uiros municipes fecerunt. Poſtquam. 206.a. Facere piraticam: id eſt, exercere. & Q. Fr. 319.a. Facere topiariam. & I. V. 267.b. Facere argentariam. de Cla. 176.a. M. Brutus accuſationem factitauit. Or. 210.b. Ille uerſus qui uetat artem pudere proloqui quam factites. pro Rab. 91.b. Facere peculatum. I. V. 206.a. Phaleræ pulcherrimæ factæ. I. V. 208.a. Argentum optimè factum. & 209.b. Argentum bene factum. & 248.b. Argentum factum atque ſignatum. & 210.b. Hæc omnia antiquo opere & ſummo artificio facta. & 208.b. Pocula Mentoris manu ſummo artificio facta. & 213.a. Conficere alicui ſtragulã ueſtem. & 214.a. Perficere aliquid mirabili opera. de N. 5.b. Plato facit mundum ædificari à deo. de Opt. 244.a. Plato facit Iſocratem laudari à Socrate. Orat. 204.b. Facere aliquẽ loquentem. de N. 8.a. Plato facit Socratem diſputantem &c. de Sen. 77.b. M. Cato, apud quem Lælium & Scipionem facimus admirantes, quod, &c. de Clar. 184.a. In eo libro ubi ſe cum Curione colloquentem facit. Brut. 283.a. Maiores, qui hunc honorem mulieri Laurentiæ tribuerunt, uos cuius pontifices ad aram in uelabro ſacrificium facere ſoletis. pro Mur. 245.b. Iuno ſoſpita, cui omnes conſules facere neceſſe eſt. Epiſt. 176.a. Gratulatio, quam tuo nomine ad omnia deorum templa fecimus. pro Cluen. 32.b. Homo qui eſſet totus ex fraude & mendacio factus. I. V. 204.a. Reſpublica detrimentum fecit. de Clar. 175.b. Facere damnum. At. 196.a. Facere iacturam. I. V. 218.b. Quid potes illi facere. pro Cecin. 290 b. Quid tu huic homini facias? pro Pom. 15.a. Si quid de eo factum eſſet, in quo ſpem eratis habituri? At. 119.a. Facio pluris omnium hominum neminem. Epiſt. 32.b. Nam ego te ex quo tempore tu me diligere cœpiſti, quotidie pluris feci. & ibid. Duos duarum ætatum plurimi facio, Cn. Pompeium, & M. Brutum. Ep. 32.a. Equidem pro eo quanti te facio, quicquid feceris approbabo. Ep. 32.a. Ille plurimi fit ab omnibus. Tuſ. 167.b. Nec pluris nunc facit Camillus hoc ciuile bellum, quàm illo uiuo ego fecerim Romã captam. Ep. 40.b. Nollẽ accidiſſet tempus, in quo perſpicere poſſes, quanti ego te, quanti Pompeium, quem unum ex omnibus facio, ut debeo, plurimi, quanti Brutum facerem.

Facere cum aliquo, ab aliquo. id eſt, conuenire.)(. facere contra aliquem. pro Cec. 305.a. Autoritas ſapientiſſimorum hominum nobiſcum facit! Attic. 96.b. Cum Cæſare Lentulus conſul facit. pro Cecin. 300.a. Rem & ſententiam interdicti mecum facere fatebatur. I. V. 97.b. Faciebant omnia cum Pupilla. pro Quin. 17.a. Veritas cũ hoc facit. pro Syl. 174.a. Facere cum aliquo, & idem ſentire. pro Plan. 277.b. Cum furialis illa uox ſecum illos facere perſonabat. de D. 133.a. Demoſthenes φιλιππίζειν Pythiam dicebat: id eſt, quaſi cum Philippo facere. de In. 59.a. Hoc nihilo magis ab aduerſarijs quàm à nobis facit. ad Her. 9.a. At. 102.b. Sic iudico omnes ignominia affectos illic facere: id eſt, Cæſari fauere. In Vat. 32.b. Leges quas contra, præter te, nemo unquam eſt facere conatus. de Fin. 76 b. Facere contra aliquem.

Fac cum infinito. concedentis eſt, pro eſto. I. A. 161.a. Fac potuiſſe, quod eſt, &c. Ep. 136.a. Verùm fac eſſe omnia. Tuſ. 163.a. Sed fac igneam, fac ſpirabilem, nihil ad id quod agimus. Ter. 136.b. Verùm pone eſſe uictum eum: id eſt, fac eſſe uictum eum.

Factio, onis. partes, ſecta, ratio. de Cla. 179.a. Inuidia concitatur in iudicum & in accuſatorũ factionem. Quin. Fr. 320.b. Gabinium tres adhuc factiones poſtulant. Att. 108.a. Tenuiſti prouinciam per decem annos, non tibi à ſenatu, ſed à te ipſo per uim & factionem datos. ad Her. a. In inuidiam trahemus, ſi uim, ſi potentiam, factionem, diuitias, &c. proferemus. At. 281.a. Animi hominum infeſti partibus. I. C. 121.a. Partium quædam contentio tum in rep. uerſata eſt. Quin. de Pet. 206.a. Homo nullarũ partium. pro S. R. 21.a. Sex. Roſcius eam partem cauſamq́; defendit. pro Q. 12.b. Studium partium. I. A. 200.b. Alteri uicti ſunt, alteri ſunt è medijs partibus Cæſaris. pro Cor. 67.a. Qui neminẽ unquam alterius rationis ac partis offendit. Top. 224.b. Tabulæ, quas is inſtituiſſet, cui teſtamenti factio nulla eſſet.

Factioſus, a, um. ſeditioſus. Off. 13.b. Exiſtunt in repub. plerunque largitores & factioſi, ut opes quàm maximas conſequantur. ad Heren. 13.b. Si quis potens & factioſus, &c.

Factito, as. exerceo, uſurpo. de Clar. 170.b. Quod ne Græci quidem ueteres factitarunt. de Clar. 176.b. M. Brutus accuſationem factitauit. de D. 128.b. Si eſſet factitatum, non eſſet deſitum. Orat. 210.a. At alterum factitatum eſt, alterum nouum. Off. 51.a. Hæc apud maiores noſtros factitata. I. A. 168.b. Quem palàm hæredem ſemper factitauerat.

Factum, cti. πρᾶξις. Att. 152.a. Meum factum abs te probari gaudeo. pro Dom. 232.a. Illud pulcherrimum factum, quod ex authoritate ſenatus geſſi. Epiſt. 16.a. Nullum meum minimum dictum, non modò factum pro Cæſare interceſſit, quod non ille, &c. pro Cæl. 42.a. Qui non modò à facto, ſed etiam à conſcientiæ ſuſpicione abeſt. I. A. 282.a. Cum ipſum factum per ſe præclarum atque diuinum eſt, tum expoſitum ad imitandum. pro Syl. 180.b. Ecquod eius factum aut commiſſum, quod cuiquam paulo minus conſideratum uideatur factum? Antequam. 195.b. Illorum aut in me maledicta, aut in uos ſceleratè facta. de Fin. 56.b. Facta illuſtria & glorioſa. Ep. 153.a. Factum egregium.

Factus, a, um. natus, comparatus, aptus, conſtitutus. Off. 21.a. Neq; enim ita generati à natura ſumus, ut ad ludum facti eſſe uideamur, ſed ad ſeueritatem. pro Mil. 103.a. & Or. 212.a. Ad quam legem non docti, ſed facti, non inſtituti, ſed imbuti ſumus. At. 234.a. Erotem ad iſta expedienda factum mihi uidebar reliquiſſe. de Clar. 190.b. Siue quod natura non eſſet ita factus. Or. 216.a. Sed ita facti ſunt illi pedes, ut in eis ſingulis modus inſit.

Factus. elaboratus. I. V. 248.b. Argentum factum atq; ſignatum. de Or. 160.a. Oratio, quæ quidem ſit polita atque facta.





Facultas, tis. Δύναμις, commoditas. pro Pom. 7.a. Nec iiſdem redimendi facultas erit propter calamitatem, nec alijs uoluntas propter timorem. pro S. R. 33.b. Videamus nunc ecquæ facultas ſuſcipiendi maleficij fuerit. & ibidem: Age nunc cæteras quoq; facultates conſideremus. pro Q. 3.a. Romæ mihi nummorum facultas eſt, quam ſi ſapies, communem exiſtimabis. Orat. 207.b. Erit igitur hæc facultas in eo, quem uolumus eſſe eloquentem. Att. 127.b. Nec eius rei facultatem, ſi qua erit, prætermittam. pro Arch. 185.b. Alia quædam in hoc facultas eſt ingenij. Att. 276.b. Quod ſi ſtatueris in Aſiam tibi eundum, nulla erit ad comitia noſtros accerſendi facultas. Offic. 9.b. Videndum eſt, ne maior ſit benignitas quàm facultas. pro Mil. 110.a. Miloni nulla facultas manendi, exeundi non cauſa ſolum, ſed etiam neceſſitas fuit. Epiſt. 57.a. At ea quidem facultas uel tui, uel alterius conſolandi in te ſumma eſt, ſi unquam in ullo fuit. Epiſt. 145.b. Neque ſi facultas optabilis mihi quidem tui præſentis eſſet, unquã à tuis conſilijs diſcreparem. de In. 58.a. Quare illa nobis alio tempore, ſi facultas erit, explicabuntur. de Orat. 113.a. Non deerit ipſi facultas ex cæteris rebus comparata. Attic. 105 a. Hic mihi ſui cognoſcendi penitus etiam iſtam facultatem dedit. pro Font. 278.b. Ne irato teſti facultas ad dicendum data uideatur. de Orat. 140.a. Opes ſuperbiæ & libidini facultatem & materiam dare. de In. 80.b. Si cauſa dabit facultatem. pro Flac. 150.a. Libenter arripere facultatẽ lædendi, quæcunque detur. de N. 61.a. Si modò eam facultatem tibi cauſa dabit. pro Cecin. 298.b. Nonnunquam improbo iudici facultas datur, ut cum ſciens perperam iudicarit, tabulas ſecutus eſſe uideatur. de D. 116.b. Doleo tantam te omnibus irridendi tui facultatem dare. pro Cluen. 19.b. Tamen multæ mihi poſtea ad ſatis faciendum facultates dabuntur. Epiſt. 155.a. Gloria, cuius dij maximam facultatem tibi dedêre. At. * His ego duobus generibus facultatem ad ſe ære alieno liberandos dedi. de Finib. 64.a. Quæ mihi facultas, ad hoc tempus nunquam eſt data. pro Quint. 2.b. Quin. Hortenſius cui ſummam copiam facultatemq́; dicendi natura largita eſt. pro Rab. 93.a. Vtinam mihi hanc facultatem cauſa cõcederet, ut poſſem hoc prædicare, &c. de Or. 94.b. Quin. Varius illa ipſa facultate, quancunq; habet, magnam eſt gratiam conſecutus. Orat. 207.a. Eloquens facultatem habet, quæ eſt eius propria, fuſè lateq́; dicendi. Epiſt. 7.a. Si res facultatem habitura uideatur, ut Alexandriam tenere poſſis. & 151.b. Virtus maximè illuſtratur magnis in rempublicã meritis, quam facultatem habes maximam. & 168.b. Sed alius nemo facultatem habet decipiendi nos. Off. 15.a. Ad rem gerendam qui accedet, non modò cõſideret, quàm illa res honeſta ſit, ſed etiam ut habeat efficiendi facultatem. Attic. 3 b. Cum & ocij ad ſcribendum plus, & facultatem dandi maiorem habueris. pro Pom. 17.a. Nihil eſt, quod de perficiendi facultate dubitemus. contra Rul. 72.b. Cætera uectigalia belli facultatibus affliguntur, hoc uectigali etiam belli facultates ſuſtentantur. Off. 2.a. Tum autem conſultant, conducat id nec ne ad facultates rerum atq; copias, ad opes, ad potentiam. Quin. Frat. 328.b. Nihil quod ad cõmodum meum pertineat, ſine maximo tuo commodo, & maxima tua facultate mi frater cogitaris. I. A. 168.b. Vt ſemper nouus ueniam, quam facultatem mihi multitudo iſtius uiciorum largitur. pro Mur. 134.a. Reſpublica dedit ei facultatem liberalitatis, qua uſus eſt, &c. I. C. 112.a. Facultatem mihi oblatam putaui, ut quod, &c. pro Clu. 31.b. Is oblatam ſibi facultatem putauit, ut poſſet, &c. pro Mur. 126.a. Vera maledicendi facultas. Orat. 203.a. Magni igitur iudicij et ſummæ facultatis eſſe debebit moderator ille, &c. Attic. 41.a. Niſi mihi dolor meus, tum omnes partes mentis, tum huius generis facultatem ademiſſet. de Orat. 140.a. Virtutes quæ in ingenij aliqua facultate poſitæ ſunt. & 128.b. Omnium rerum in contrarias partes facultas ex eiſdem ſuppeditatur locis. & 93.a. Ocium ac facultas diſcendi maior & maturior. & 96.a. Quoniam ex me non de oratoris arte, ſed de hac mea, quantulacunq; eſt, facultate quæritis: id eſt, de eo quod ego in dicendo præſtare poſſum. de Opt. 243.b. Vim eloquentiæ non rei natura, ſed ſua facultate metiri. & ibid. Melius à deteriori, facultate, quàm genere diſtinguitur. de Orat. 96.b. Omnis uis ac facultas oratoris in quinque partes diſtributa eſt. de Orat. 111.a. Studium dicendi, res facultate præclara, arte mediocris. de Clar. 185.b. Huius omnis facultas ex hiſtoria ipſius perſpici poteſt. Off. 44.b. Theophraſtus talium ſumptuum facultatem, fructum diuitiarum putat. de In. 66.b. In occaſione commoditas ad faciendum idonea, in facultate copia & poteſtas earum rerum, propter quas aliquid facilius fit, conſideranda eſt. de In. 64.b. Aut poteſtas alijs defuiſſe demonſtranda eſt, aut facultas. poteſtas ſi aut neſciſſe, aut non affuiſſe, aut conficere aliquid non potuiſſe dicetur: facultas, ſi ratio, adiutores, adiumenta, & cætera quæ ad rem pertinebunt, defuiſſe alicui demonſtrabuntur. Part. 240.b. Facultatum autem infirmatione utetur, ſi aut uires, aut animum, aut copias, aut opes abfuiſſe demonſtrabit, aut alienum tempus, aut locum non idoneum. de Or. 103.b. Qui in aliqua arte & facultate excellit. & a. Oratoris facultas de Orat. 92.b. Quibus in rebus oratorum uerſatur facultas. & 90.a. Illuſtrare autem oratione, ſi quis iſtas ipſas artes uelit, ad oratoris ei confugiendum eſt facultatẽ. & ibid. Aſclepiades in eo ipſo quod ornatè dicebat, non medicinæ facultate utebatur, ſed eloquentiæ. de N. 59.b. Facultas diſſerendi à Rhetoricis exercitationibus accepta. & 135.b. Ex utraq; parte facultates & copias cognoſcere. Epiſt. 241.b. Cura magis & diligentia, quàm facultate & copia facere aliquid. Item: Materies digna facultate & copia tua. de N. 4.b. Cuius rei tantæ tamq́; difficilis facultatẽ cõſecutum eſſe me non profiteor, ſecutum eſſe præ me fero. At. 43.b. Tantæ facultates ingenij, cõſilij, gratiæ. pro Syl. 175.a. Viri ſumma uirtute & fide, cuius generis in ſenatu facultas maxima. Antequam. 195.a. Conſularis homo non minimis facultatibus uſus. de Or. 148.a. Habere ſummam facultatem uacui ac liberi temporis. de N. 77 b. Spei, ſalutis, opis, uictoriæ facultas à dijs expetenda eſt. de Orat. 87.b. Vtrunq; collaudandum uideri, quod tantam iam eſſent facultatem adepti, ut cum maioribus natu compararentur. de Orat. 88.b. Hoc amplius ſi quid poteris, non id mihi uidebitur orator, ſed Craſſus ſua quadam propria, non communi oratorum facultate poſſe. Off. 1.a. Vt par ſis in utriuſque orationis facultate. I. V. 125.b. Prout Thermitani hominis facultates ferebant. de In. 63.a. Quoad facultas tulit: id eſt, quoad potuimus. de In. 52.b. Ac fons quidem confirmationis, ut facultas tulit, apertus eſt. & ibid. Vt facultas tulit, feci, &c. pro Dom. 243.a. Horum ego bonorum facultatem nunquam & copiam expetiui. Off. 36.b. Quibus autem rationibus hanc facultatem aſſequi poſſimus, ut hominum ſtudia complectamur, dicemus. & 35.b. Effectumq́; eſt, ut dando & accipiendo, & pemutandis facultatibus & commodis, nulla re egeremus. pro Rab. 93.a. Quæ ſi in illo minima

ſuiſſent, tamen præ tuis facultatibus maxima putarentur.

Falcarij. milites dicebantur falcibus quibuſdam armati. I.C.99.a. Dico te priori nocte ueniſſe inter falcarios in M. Leccæ domum. I.V.177.

Falernus, a, um. Campanus. de Clar. 191.b. Falernum uinum. pro Clu.54.b.

Faliſcus ager. contra Rul.79.

Fallacia, ciæ. fraus, præſtigiæ, dolus, laqueus. de Or.126 a. Nihil opus eſt ſimulatione & fallacijs. pro R. P.128.a. Illinc omnes præſtigiæ, illinc omnes fallaciæ. pro Cluen. 38. a. Exagitabantur omnes eius fraudes atque fallaciæ. de D. 126. a. Tota res eſt inuenta fallacijs, aut ad quæſtum, aut ad errorem. pro Quin. R.48.a. Hic ex fraude, fallacijs, mendacijs conſtare totus uidetur. At.1.a. Prenſat unus Galba ſine fuco & fallacijs. de Nat.74.b. Doli, machinæ, fallaciæ, præſtigiæ, ſine ratione eſſe non poſſunt. pro Cecin. 301. a. Aequitatem rei uerbi laqueo capi non oportet.

Fallaciloquentiæ. plur. de Fin.121.b. Accij.

Fallaciter. malitioſe, doloſe. pro Dom. 228.b. Maiores noſtri, qui non ficte & fallaciter populares, ſed uere & ſapienter fuerunt. Offic. 65. b. Ratio hoc poſtulat, ne quid fallaciter, ne quid inſidioſe, ne quid ſimulate. de D. 87. b. Fallaciter portenta interpretari. de Ar. 255. a. Fallaciſſime ſe alicui uenditare. Part. 237.b. Fallaciter imitando.

Fallax, cis. fraudulentus. pro Flac.263.b. Vicinitas non fucata, non fallax, non erudita artificio ſimulationis. pro R.P.129.a. Fallaces & fucoſæ merces. At.278.b. Quidam Cæſarem fallacibus interpretibus ac nuncijs impulerunt in ſpem certiſſimam conſulatus. de D.127.a. Oculorum fallaciſſimo ſenſu iudicant ea, quæ ratione atq; animo uidere debebant. Off.59.a. Emolumenta rerũ fallacibus iudicijs uident. de Am.109.a. Vt tanquam in herbis non fallacibus fructus appareat. Acad.19.a. Sophiſmata, ſic enim appellantur fallaces concluſiunculæ. de N. 75.a. Malitia eſt, uerſuta & fallax nocendi ratio. de D.88.a. Aſtrologi uani, fallaces. pro Mil.120.a. O ſpes fallaces, ô cogitationes inanes meæ. I.A.240.b. Spes falſa & fallax. At. 164. b. ὕπουλον fallax.

Fallo, lis. decipio, induco, fraudo. pro S.R.37.b. Roſcius ſocios induxit, decepit, deſtituit, aduerſarijs tradidit, omni fraude & perfidia fefellit. I.C. 123.b. Si uis improborum ſpem meam ſefellerit, atque ſuperarit. de D. 85. b. Diuinatio fallit fortaſſe nonnunquam, ſed tamen ad ueritatem ſæpiſſime dirigit. de Or. 85.a. Quam ſpem cognitionum & conſiliorum meorum, cùm graues communium temporum, tum [illegible]arij noſtri caſus fefellerunt. Off. 9. a. Ad ſupplicium redire maluit, quàm fidem hoſti datam fallere. Epiſt. 4. a. Quæ ne ſpes eum fallat, uehementer te rogo. At.252. a. Gaudeo non fefelliſſe eam rem, opinionem tuam. In Salluſt. 273. a. Multum uero te opinio fallit, &c. Octa.330.a. & pro Syl. 175.a. Opinio de te multum me fefellit. In Salluſt.272.b. Longe falleris opinione. de Orat.107.b. Neq; enim hoc te Craſſe fallit, quàm multa ſunt. Orat. 220.a. Quem quæſo noſtrûm fefellit, ita uos eſſe dicturos? At. 51.a. Tamen in lege nulla eſſe huiuſmodi capita te non fallit. I.A.243.b. Is enim ſum (niſi me fallo) qui, &c. pro S.R.26.a. Niſi me fallit animus. At.227. a. Sed nos (niſi me fallit) iacebimus. Brut. 289. a. Niſi me forte fallit. At. 122.b. Niſi omnia me fallunt. Epiſt.33.a. Si quid me fallit in ſcribendo. Epiſt. 76. a. Niſi quid me fallit. Epiſt.6.a. Non fallam opinionem tuam. Acad.17. a. Cauere ne capiatur, ne fallatur uidere. Att. 211. a. Poſſum falli, ut humanus. de N.75.a. Spe falli poſſumus. & ibi. Deus falli quî potuit? de Orat.92.b. In unum exitum ſpectantes, & nunquam fallentes res. de N.74.b. Aut tu illum fructu fallas, aut, &c. Quin. Frat.300.a. Hominum ingenia ad fallendum parata.



Falſe. falſo. Acad.35.b. Aſſentiri falſe alicui rei.

Falſitas, tatis. uanitas. pro Cluent. 18. b. In omnibus locis parum firmamenti, & parum uirium falſitas habet.

Falſo. falſe, fallaciter. pro Pom. 11. b. Hoc incredibile omnibus, & falſo memoriæ proditum uidebatur. Ep. 62. b. Quod uerbum abs te aiunt falſo in me ſolere conferri.

Falſus, a, um. adulterinus, inanis, mendax, uanus. pro S. R. 36. b. Pro re certa ſpem falſam domum retulit. de D. 135. a. Falſis & mendacibus uiſis mentes mortalium concitare. I. A. 231. a. Complexus falſæ beneuolentiæ extiterunt in amore ſimulato. de Orat.125.b. In eo nihil eſſet niſi falſum & imitatione ſimulatum. & 99. a. De cuius morte domum falſus ab exercitu nuncius uenit. Attic. 111. b. De quibus ante ad te falſum ſcripſeram. & 12. b. Obijcit mihi ad Baias fuiſſe falſum. de D. 130. b. Ex falſis uerum effici non poteſt. de N.37. a. Quæ ordine & ratione uacant, ea mentita & falſa plenaq; erroris ſunt. de In. 58. b. Falſum eſt, in quo perſpicue mendacium eſt. de D. 114. a. Teſtes malitia falſi, fictiq; eſſe poſſunt. pro Flac. 154. b. Pœna falſarum & corruptarum literarum grauis eſt. pro Syl. 184. b. O falſam ſpem. I. A. 240. b. Spes falſa & fallax. de Fin. 143. b. Philoſophus pictus, ut dicitur.

Falx, cis. pro Mil.119.b. Qui cum falcibus ad Caſtoris cucurrerunt. pro Syl.170.a. Ille arma miſit, cornua, tubas, falces. Tuſc.241. a. Immiſſi cum falcibus multi purgarunt, & aperuerunt locum.

Fama, mæ. opinio, exiſtimatio, nomen, ſermo, rumor, prædicatio, commemoratio nominis noſtri, celebritas ſermonis hominũ, fictæ auditiones, diſſeminatus diſperſuſq; ſermo, hominum ſermo, celebritas, nobilitas, uentus quidam popularis. Att. 117. a. Bona de Domitio, præclara de Afranio fama eſt. I. V. 66. a. Qui ut ante collectam famam conſeruet, laborat. pro Seſt. 26. b. Expetenda eſt bona fama bonorum quæ uere ſola gloria nominari poteſt. de Fin.101.a. Quam Græci εὐδοξίαν appellãt, aptius eſt hoc loco bonam famam appellare quàm gloriam. Offic. 48.a. Fundamentum perpetuæ commendationis & famæ eſt iuſtitia, ſine qua nihil poteſt eſſe laudabile. pro Quin. 9.a. Famã exiſtimationẽq; amittere. Off.39.b. Amor multitudinis commouetur ipſa fama & opinione liberalitatis. Quint. Frat.294. b. Quod ita eſſe, conſtanti fama atque omnium ſermone celebratum eſt. & ibid. Conſtare inter omnes uideo, &c. pro Mur. 133. b. Hoc quanti putas eſſe ad famam hominum? in hoc felicitatis fama ſermoq; ualuit. pro Flac. 148.b. Sed quod ipſi audiſtis communi fama atque ſermone, de ui, de armis, &c. de Ar. 248.a. Vt hominum fama eſt. pro Syl. 169.a. Vix ad meas aures iſtius ſuſpicionis fama peruenit. pro Arch. 186.b. Hac tanta celebritate famæ etiam abſentibus notus erat. Item: At fuit fama, quotus quiſq; iſtam effugere poteſt in tam maledica ciuitate? I. A. 261.a. Cum triſtis à Mutina fama manaret. I.V.76.b. Famam emanare. Attic. 126. b. À Brunduſio nulla adhuc fama uenerat. pro Mil. 120.





b. Fama de interitu Clodij fines imperij Romani peragrauit. Epiſt.149.a. Tamen ipſa fama, quæ de tua uoluntate percrebuit, magnam es laudem conſecutus. I. V. 215.b. Hæc fama de noſtris hominibus percrebuit. Top.227.b. Fama uulgi, quoddam multitudinis teſtimonium. pro Seſt. 24.a. Hæc fama celebrantur. Ep. 117.a. Magna illico fama ſurrexit, & de damnatione feruenter loqui eſt cœptũ. de Cla.188.b. Catulo ſuauitas uocis, bene loquendi famam confecerat. de N.45.a. Accipere fama & auditione eſſe aliquid. Off.56.b. Hercules, quem hominum fama beneficiorum memor, in concilio cœleſtium collocauit. Tuſ.172.b. Fama nunquam deſeret Cæſarem. Ep.12.a. Non putaui famam inconſtantiæ mihi pertimeſcendam. Ep.135. a. Effugere autem ſi uelim nonnullorum acute aut facete dictorum offenſionem, fama ingenij mihi eſt abijcienda. de L. 166.a. Innocentes ergo & uerecundi ſunt, ut bene audiant, & ut rumorem bonum colligant, erubeſcunt. pro Cl. 44.b. Ventus quidam popularis.

Fames, mis. cibi appetitus. At. 82.a. Etiam fames, qua nihil miſerius eſt, quæ tum erat in hac mea Aſia, mihi optanda fuit. de Fin. 56. b. Cum cibo & potione fames ſitiſq; depulſa eſt. de Fin. 83.a. Cibi condimentum eſt fames. Tuſcul.247. a. Obſonare ambulando famem. Att. 11.b. Fuerunt quos fames magis quàm fama commouerit. pro Dom. 225. b. Nec illi cæmentis ac tegulis tectorum meorum ſe famem ſuam expleturos putauerunt. de D. 123. b. Auis fame enecta, in offam pultis inuadit. pro Clu. 31. b. Beſtiæ fame dominante, plerunque ad eum locum ubi paſtæ aliquando ſunt, reuertuntur. pro Flac. 149. b. Qui in fame frumentum exportare erat auſus. Quint. Frat.308.a. Quis eſſet, qui plebem fame necaret. At. 85.b. Senatores quinque fame necati ſunt. I. C. 102.b. Patientia famis & frigoris. Epiſt. 138.b. Integram famem ad ouum affero.

Familia, liæ. agnatio, cognatio, gentilitas, genus, gens, nomen, ſtirps, locus, ſecta. de N. 57. b. Homines coniugum, & liberorum, et familiarum ſuarum cauſa frumentum condunt. pro Cecin.295.b. Familia, quæ conſtat ex ſeruis pluribus. de Clar.172.a. Cum inſimularetur familia, partim etiam liberi. pro Cecin. 995. b. Vnus homo familia non eſt. pro R. P. 122. b. Qua in familia laus aliqua forte floruerit, eam fere, qui ſunt eius ſtirpis cupidiſſime perſequuntur. de Leg. 160. b. In ciuitatibus ratione quadam agnationibus familiarum diſtinguuntur ſtatus. pro Cluen.32. b. Is ſe Ligurem non fecit, ne nationis magis ſuæ quàm generis uti cognomine uideretur. pro Cluen.20.b. Familia, cognatio, nomen. pro Dom.220. a. Sacra Clodiæ gentis. & ibid. Quæ ratio generum & dignitatis. de Clar. 188. a. Vt dudum de Læliorum & Mutiorum familijs audiebamus. pro Muren.127.b. Vetus & illuſtris familia. pro Muren. 127.a. Sunt amplæ & honeſtæ familiæ plebeiæ. de Orat. 109. b. Vnum putaſti ſatis eſſe in una familia Rhetorem. de Orat.148. b. Proſeminatæ ſunt quaſi familiæ diſſentientes inter ſe. de Or.88. b. Tum ſingulæ familiæ in te impetum facerent. de In.63. a. Ex his duabus diuerſis ſicuti familijs. de Diuin. 109. a. À Peripateticorum familia. pro Syll. 177. b. Gladiatorum familiæ.

Familia, liæ. pro tota patris familiæ poſſeſſione. de Orat.105. b. Qui quibus uerbis herciſcere oporteat neſcit, idem herciſcundæ familiæ cauſam agere non poteſt. pro Cecin. 288.b. Arbitrium familiæ herciſcundæ: id eſt, poſſeſſionis, ſeu hæreditatis diuidundæ.



Familiaris, re. familiaritate coniunctus, neceſſarius, intimus, domeſticus, qui in intima familiaritate alicuius uerſatur, uſu coniunctus.)(. Alienus. Att. 264. b. Homo familiariſſimus, & mihi omnibus rebus coniunctus. Ep. 31. a. Is eſt ex meis domeſticis atque intimis familiaribus. I. A. 161.a. An ego non uenirem contra alienum pro familiari & neceſſario meo? pro Quint. R. 53. a. Familiaris.)(. Alienus. Quin. Frat.305.a. Intimus, proximus, familiariſſimus quiſque ſibi pertimuit. Epiſt. 99.b. Cæſar ad me ſcripſit, nondum te ſibi ſatis eſſe familiarem propter occupationes ſuas, ſed certe fore. Off. 40. b. Habere amicos, quibus cum poſſis familiares conferre ſermones. I.V.35.a. Quis unquam in luctu domeſtico, in funere familiari, cœnauit cum toga pulla? pro Rab. 91. b. Funus familiare. Tuſ.148.a. Res familiaris et domeſtica. ad Her. 1. a. Et ſi negocijs familiaribus impediti, uix ſatis, &c. pro Cæl. 50. b. & I. A.175.b. Fieri familiarem alicui. de Am. 103. b. Vidimus P. Aemilium C. Luſcinio familiarem fuiſſe. Quin. Fr. 315. a. Ipſe eſt enim ueterator magnus, & perfamiliaris Philiſto. de Orat.149. a. Is qui familiarior nobis propter ſcriptorum multitudinem eſt, Demoſthenes.

Familiaritas, tis. uſus, conſuetudo, neceſſitudo, coniunctio, conſuetudo uictus. Epiſt. 212. a. Cum Lyſone Patrenſi eſt mihi quidem hoſpitium uetus, quam ego neceſſitudinem ſancte colendam puto: ſed ea cauſa etiam cum alijs compluribus, familiaritas tanta cum nullo hoſpite, & ea cùm officijs eius multis, tum etiam conſuetudine quotidiana ſic eſt aucta, ut nihil ſit familiaritate noſtra coniunctius. Off. 11. b. Conſuetudines præterea & familiaritates, multæq; cum multis res rationeſq; contractæ. & ibid. Cum boni uiri moribus ſimiles ſunt familiaritate coniuncti. At. 18. a. Itaque in ſinu & in familiaritate adoleſcentis & cum eo, ut res indicat, congreſſus eſt. Epiſt. 212.a. Nihil eſt familiaritate noſtra coniunctius. pro Deiot.151. a. Conſuetudo familiaritatem affert. Off.39. a. Familiaritates habere fidas amantium nos amicorum. Ep. 102. b. I.V.143. a. Venire in familiaritatem alicuius. Quint. Fr.300.a. & I. A. 175. a. Recipere aliquem in familiaritatem ſuam. pro Cor.67. a. Verſari in familiaritate alicuius. pro Syl. 169.a. Cum mihi ſummus tecum uſus eſſet. de Orat. 87. a. Antonius ſumma familiaritate coniunctus. I. V. 143. a. Is bene penitus in iſtius familiaritatem ſeſe dedit. Quin. Frat.292.a. Qui in tuam familiaritatem penitus intrarit. pro Cluen.31. b. Is ſeſe ad Staleni familiaritatem applicauit. pro Quint. 2. Tamen inductus conſuetudine & familiaritate Quintius fecit, &c.

Familiâs. ut pater familiâs: id eſt, dominus & adminiſtrator rei familiaris. pro Quin.2.a. C. Quint. ſuarum rerum pater familiâs & prudens & attentus. & pro S.R. 25.a. Patres familiâs. & 26.a. Patribus familiâs. I. V. 245 a. Patribus familiarum.

Familiariter. libere, amice. Attic.95.b. Decreueram cum eo ualde familiariter uiuere. I. V. 59. b. Cum aliquo familiariſſime atque amiciſſime uiuere. Attic. 136. b. Quæ ſoluto animo familiariter ſcribi ſolent, temporibus his excluduntur. pro Cæl. 49. b. Licentius, liberius, familiarius cum aliquo uiuere. de Or. 110. a. Hoc ſi tu cupidius factum exiſtimas, Cæſari attribues, ſi familiarius utriq; noſtrûm.

Famoſus, a, um. infamis.)(. Clarus, nobilis, honoratus, qui magnum nomen in autoribus habet, qui eſt in magno nomine & gloria. de Or.134.b. Nam me ad famoſas

uetuit mater accedere. Poetæ. Item de rep. Nonius.

Famula, læ. ancilla. Tuſc. 164. a. Res familiaris eſt miniſtra & famula corporis. Tuſ. 228. a. Si uirtus famula fortunæ eſt.

Famularis, re. ſeruilis. Tuſ. 174. a. Famularis ueſtis. aliàs familiaris.

Famulatus, tus. ſeruitus. de Am. 109. b. Qui aliquandiu propter ignorantiam ſtirpis & generis in famulatu fuerunt. Off. 75. b. Quàm miſer uirtutis famulatus ſeruientis uoluptati.

Famulor, aris. de rep. Eſt enim genus iniuſtæ ſeruitutis, cum hi ſunt alterius, qui ſui poſſunt eſſe: cum autem hi famulantur, qui, &c. apud Non.

Famulus, li. pediſſequus. Off. 37. b. Heris ſit ſanè adhibẽda ſæuitia in famulos, ſi aliter teneri non poſſunt. de Am. 106. b. Parare pecuniam, equos, famulos, &c. Tuſ. 185. b. Ergo hos ut famulos uinclis arceamus. de Leg. 174. a. Famuli Ideæ matris.

Fanaticus, a, um. delirus, furens. de D. 133. a. Iſti philoſophi ſuperſtitioſi & penè fanatici. pro Dom. 234. a. Homo fanaticus.

Fandus, a, um. de D. 94. b. Neq; me Apollo fatis fandis inuitam ciet. Poetæ.

Fanum, ni. templum, locus religioſus. de Leg. 175. a. Athenienſes contumeliæ fanum & impudentiæ fecerunt. de In. 62. a. Crotoniatæ templum Iunonis religioſiſſimè colebant. & ibid. Paulo pòſt, propter ſani religionem, cum de eodem templo loqueretur. pro Rab. 96. b. Pro fanis atque delubris propugnare. de Fin. 78. a. & Tuſcul. 273. a. Ita non ſuperſtitioſus erat, ut illa plurima in ſua patria ſacrificia & fana contemneret. Epiſt. 75. b. Vt pecunia in fano poneretur. Item: Fanum, templum, ædes ſacra. l. Aedes.

Farcio, cis, ſarciui, farcitum. I. V. 241. a. Puluinus perlucidus, melitenſi roſa farcitus.

Fariam. ut biſariam, & multifariam.

Faris, uel fare, fatur. loqui. de Diuin. 97. b. Tum enim ferunt ex oraculo hæc fatam eſſe Pythiam. de Vn. 202. b. Tum ad eos, is deus qui omnia genuit, fatur: hæc uos &cæt. Tuſc. 250. b. Epicurei noſtri græcè fari neſciunt, nec Græci latinè. pro Quint. 13. a. Nulla interceſſit poſtulatio, mitto æqua, uerùm ante hoc tempus ne fando quidem audita. de N. 17. b. Ne fando quidem auditum eſt, ibim, &c.

Fartor, oris. qui lucanicas facit & farcit. Off. 30. b. Cetarij, Lanij, coqui, fartores, piſcatores, &c.

Fartus, farta, fartum. farcitus. Tuſculan. 180. a. Tum iecore opimo farta & ſatiata affatim, &c. Orat. 212. Poetæ.

Fas. ius, quod licet. contra Rul. 69. b. 70. a. Vt id quoad poſſet, quoad fas eſſet, quoad liceret, populi ad partes daret. pro Dom. 220. a. Factus es eius filius contra fas, cuius per ætatem poteras eſſe pater. pro Mil. 10. a. Clodium nihil delectat, quod aut per naturam fas ſit, aut per leges liceat. pro Dom. 238. b. Ne enim id fieri fas erat. de Ar. 251. b. Oratores contra ius faſq; interfectos. At. 11. b. Ius & fas omne delere. pro Dom. 232. a. Cum hoc mihi uni dicere fas fuiſſet. pro Cluen. 20. a. Socrus generi ſui, contra quàm fas erat, amore capta. pro Mur. 143. a. Ciues, ſi eos hoc nomine appellari fas eſt. Tuſcul. 236. a. Si hoc fas eſt dictu.

Faſceolæ, larum. ſunt crurum integumenta, quibus ornatus cauſa crura inferiora uinciebant. de Arat. 354. a. Muliebres ſoleæ purpureæq; faſceolæ. aliàs, faſciolæ, & quidem melius.



Faſcia, faſciæ. Attic. 24. a. Etenim mihi eius caligæ ut faſciæ cretatæ non placebant. de Clar. 184. a. Cn. Octauius, qui deuinctus erat faſcijs, & multis medicamentis propter dolorem artuum delibutus. de Diuin. 136. a. Quidam ſomniauit ouum pendêre ex faſcia lecti ſui cubicularis.

Faſciculus, li. Q. Fr. 314. a. Faſciculus ille epiſtolarum, in quo fuerat & mea & Balbi, totus mihi aqua madidus redditus eſt. At. 203. a. Eas epiſtolas in eundem faſciculum uelim addas. & 74. a. Accepi faſciculum in quo erat epiſtola Pyliæ. & 30. a. Faſciculus literarũ. Tuſ. 199. b. Faſciculum ad nares admouebis?

Faſcis, ſcis. Attic. 120. b. Age iam has compedes, faſces, inquam, hos laureatos, hæc ferre ex Italia quàm moleſtum eſt. contra Rul. 85. a. Lictores prætoribus anteibant cum faſcibus duobus. I. V. 240. a. Faſces prætoribus præferri. & 111. a. Quæſtores cum faſcibus mihi præſto fuerunt. pro Dom. 218. a. Nullus locus orbe terrarum uacuus extraordinarijs faſcibus & imperio Clodiano fuiſſet.

Faſti, orum. liber in quo omnium dierum anni ratio et numerus continetur. Attic. 86. a. Flauius anni filius protulit faſtos, nam occultatam putant quodam tempore iſtã tabulam, ut dies agendi peterentur à paucis. pro Muren. 129. b. Poſſet agi nec ne, pauci quondam ſciebant: faſtos enim uulgò non habebant. & ibid. Scriba quidam Cn. Flauius ſingulis diebus ediſcendos faſtos populo propoſuit, & ab ipſis cautis Iuriſconſultis eorum ſcientiam compilauit. de Pro. 78. b. Non omnibus faſtis legem ferri licere. I. P. 86. a. Hanc legem ulli faſti ferre poſſint? Att. 283. a. Decreui, ut in faſtis ad eum diem Bruti nomen aſcriberetur. & ibid. Quod ego cum dabam Bruto, notam eſſe in faſtis gratiſſimæ uictoriæ memoriam uolebam. I. V. 235. a. Cum diem feſtum ludorum de faſtis ſuis ſuſtuliſſent. I. V. 135. a. Eximere dies de faſtis. pro Seſt. 10. a. Conſules non modò ex memoria, ſed etiam ex faſtis euellendi. At. 59. b. Longæ paginulæ in codicillorum faſtis. Tuſc. 162. a. Luna acretione & diminutione luminis quaſi faſtorum notans & ſignificans dies. Epiſt. 68. a. Etenim ordo ipſe annalium mediocriter nos retinet, quaſi enumeratione faſtorum.

Faſtidio, dis. faſtidio afficior, offenſionem atque faſtidium ad aliquam rem habeo. pro Milon. 109. b. Qui non modò improbitati iraſcuntur candidatorum, ſed etiam rectè factis ſæpe faſtidiunt. aliter, In rectè factis. l. Pertædet.

Faſtidioſè. ambitioſè, lentè. de Or. 107. b. Quod ego non tam faſtidioſè in nobis, quàm in hiſtrionibus ſpectari puto. pro Plan. 273. a. Tum ego ſtomachans faſtidioſè inquã &c. de Or. 64. b. Diligenter ac propè faſtidioſè iudicare aliquid. Att. 21. a. Lentè & faſtidioſè probare aliquid. de Or. 142. a. Pudentius uel inuitius, uel etiam faſtidioſius facere aliquid.

Faſtidioſus, a, um. de Cl. 153. a. Antonius facilis in recipiendis cauſis erat, faſtidioſior Craſſus, ſed tamen recipiebat. de Cla. 187. b. M. Memmius faſtidioſus literarum latinarum. ad Her. 36. b. In æquos & pares faſtidioſus. & 31. b. Aurium ſenſus faſtidioſiſſimus.

Faſtidium, dij. offenſio. de Or. 121. a. Non ſunt tanti ulla eius merita, quanta inſolentia hominis, quantumq; faſtidium. I. A. 228. a. Quorum ſi eſſent arrogantes, non



poſſem ferre faſtidium. & 243. a. b. Nec id fit faſtidio meo, ſed charitate reipub. In Sal. 272. a. Ego dabo operam, ut pro me minimo cum faſtidio reſpondeam. de Or. 151. b. Ab aliquo celerrimè faſtidio quodam & ſatietate abalienari. & 161. a. Vt neq; ij ſatientur, qui audient, faſtidio ſimilitudinis. de Or. 107. b. Quæ recta ſunt probari, quæ praua ſunt faſtidijs adhæreſcere. de Opt. 144. b. Quòd igitur eſt eorum in orationibus à Græco conuerſis faſtidiũ? nullum cũ ſit in uerſibus. de Opt. 244. a. Qui intelligentiam ponunt in audiendi faſtidio. Tuſ. 213. b. Eáq;, quæ eis morbis contraria, quæ habent ad res certas uitioſam offenſionem atque faſtidium. de Fin. 51. a. Inſolens domeſticarum rerum faſtidium. de In. 47. b. Cibi ſatietas & faſtidium. de Fin. 50. a. Rudem enim eſſe omninò in noſtris poetis, aut incertiſſimæ ſegnitiæ eſt, aut faſtidij delicatiſſimi.

Faſtigium, gij. columen, conus, finis. de Orat. 159. b. Capitolij faſtigium illud, cæterarumq; ædium non uenuſtas, ſed neceſſitas ipſa fabricata eſt. Quint. Frat. 320. a. Tectum multorum faſtigiorum. I. A. 181. a. Diuus Iulius habuit puluinar, ſimulachrum, faſtigium, flaminem, &c. Off. 59. a. Imponere faſtigium operi inchoato. )( Iacere fundamenta.

Fatalis, le. ex omni æternitate definitus & conſtitutus. Poſtquam. 202. a. Quoniam nobis quaſi aliqua fatali neceſſitate cum fortuna belligerandum fuit. pro Mar. 136. a. Reſpub. perfuncta eſt hoc miſero fatalíq; bello. de Fat. 144. a. Cauſæ fatales. & ibid. Cauſæ cohibentes in ſe efficientiam naturalem. & ibid. Aeternæ cauſæ naturæ neceſſitate manantes. de Som. 127. a. Cum hi duo numeri circuitu naturali ſummam tibi fatalem confecerint. Acad. 44. b. Fatalis & immutabilis continuatio ordinis ſempiterni. de Diuin. 123. b. Hæc poſſunt prouideri, quia certa ſunt & fatalia. de Fat. 146. b. Tam enim fatale eſt medicum adhibere quàm conualeſcere. de D. 113. a. Non igitur fatales exitus habuerunt. de Ar. 244. b. Scipio quaſi fatali euentu ſolus Carthaginem euertit. Poſtquam. 204. b. Ille annus, quem ego mihi quàm patriæ malueram eſſe fatalem. I. A. 162. b. Quod fuit illorum utriq; fatale. pro Seſt. 6. b. Sed fuit profectò quædam illa reipub. fortuna fatalis, ut ille, &c. de Cl. 187. b. In hoc communi noſtro & quaſi fatali malo. I. C. 118. b. Meus conſulatus ad ſalutem reipub. propè fatalis fuit. & 112. b. Hic annus fatalis eſt ad interitum huius urbis. I. P. 81. a. P. Clodius fatale portentum reipub. de Fat. 141. a. Vis eſt nulla fatalis. de N. 12. b. & 10. a. Fatalis neceſſitas rerum futurarum. Part. 236. a. Quæ cuiq; accidunt diuina atq; fatalia. I. A. 209. a. Fuit aliquis fatalis caſus, ut ita dicam, &c. nunc ſi quis erit, erit uoluntarius.

Fataliter. neceſſariò. de Diuin. 112. a. Omnia quæ fiunt, quæque ſunt, ex omni æternitate definita eſſe fataliter.

Fateor, eris. cõfiteor. Ep. 157. b. Laterenſis noſtri animum in rempub. ſingularem ſemper fatebor. pro Cecin. 289. b. Non ſolum fateri, ſed etiam profiteri aliquid. pro Rab. 93. b. Quamobrem fateor atq; etiam profiteor, & præ me fero, perduellionis iudicium à me fuiſſe ſublatum. de Clar. 171. a. Tu qui à Næuio uel ſumpſiſti multa, ſi fateris: uel ſi negas, ſurripuiſti. Part. 234. a. Mori maluit falſum fatendo, quàm inficiando dolere. de N. 58. a. Hominum cauſa earum rerum copias comparatas fatendum eſt. Antequam. 195. b. Qui de ſcelere fateretur. & de In. 72. a. Fateri de aliqua re. contra Rull. 77. b. Quæ eſt iſta æquitas? hunc agrum excipere nominatim, qui publicus eſſe fateatur.



Fatidicus, ca. quem Liuius fatiloquum dicit. de L. 173. b. Fatidicorum & uatum effata incognita interpretari. de N. 5. b. Anus fatidica Stoicorum προνοή.

Fatigatus. a. Top. 227. a. Fatigatus igne.

Fatuitas, tis. ſtultitia. de In. 74. b. Poſtea definitionibus oſtendere non hanc imprudentiã aut caſum, ſed inertiam, negligentiam, fatuitatem nominari oportere.

Fatum, ti. uis fatalis, fatalis fortuna, fatalis neceſſitas, quam Græci εἱμαρμένην dicunt. de Nat. 12. b. Aeternis cauſis naturæ neceſſitate manantibus uerum eſſe aliquid, &c. de Fat. 144. a. & ibid. Fati neceſſitas, quod à Deo conſtitutum & deſignatum eſt ut eueniat, cauſarum ſeries ſempiterna, cauſæ æternæ rerum futurarum, cauſæ immutabiles & æternæ, cauſæ incluſæ in rerum natura atque mundo. de D. 106. b. Fieri igitur omnia fato, ratio cogit fateri. fatum autem id appello, quod Græci εἱμαρμένην, id eſt, ordinem ſeriemq; cauſarum: cum cauſa cauſæ nexa rem ex ſe gignat, ea eſt ex omni æternitate fluens ueritas ſempiterna. & ibid. Fatum eſt cauſa æterna rerum, cur ea quæ præterierint facta ſint: & ea quæ inſtant, fiant: & ea quæ conſequuntur, futura ſint. de N. 62. b. Quod ſemper ex omni æternitate uerum fuerit, id eſſe fatum. de Fat. 148. a. & de N. 12. b. Omnia fato fieri, in qua ſententia Democritus, Heraclitus, Empedocles, Ariſtoteles fuit. de D. 112. a. Omnia fato fieri, nihil fieri extra fatum. de Fat. 147. a. Stoici fato omnia fieri dicunt. Top. 225. b. Ex hoc genere cauſarum ex æternitate pendentium fatum à Stoicis nectitur. de D. 112. a. Omnia quæ fiãt, futura'ue ſint, fato contineri. & ibi. Anile ſanè & plenum ſuperſtitionis fati nomẽ ipſum. de D. 112. b. Ruina igitur oppreſſus eſſet, at id neque ſi fatum fuerat, effugiſſet: neq; ſi non fuerat, in eum caſum incidiſſet. & ibid. Mutari enim fata non poſſunt. & ibi. Sin autem id poteſt flecti, nullum eſt fatum. de Fat. 141. a. Daphnitæ fatum fuit de equo cadere, atq; ita perire. & 146. a. Si fatum tibi eſt ex hoc morbo conualeſcere. de D. 128. b. L. Tarutius urbis noſtræ fata canere non dubitabat. de Diuin. 94. b. Neq; me Apollo fatis fandis dementem inuitam ciet. I. C. 112. b. Lentulus autem confirmauit ex fatis Sibyllinis, Aruſpicumq; reſponſis, ſe eſſe tertium illum Cornelium, &c. de Som. 127. a. Sed eius temporis ancipitem uideo, quaſi uatorum uiam. de D. 100. a. Ex fatis, quæ Veientes ſcripta haberent, Veios capi non poſſe. & 80. a. Prædicere quid cuiq; euenturum, & quo quiſque fato natus ſit. pro Corn. 67. a. Fuit hoc meum fatum, ut in me, &c. de Diuin. 84. b. Atque hæc fixa graui fato & fundata tenentur. & 113. b. Quod fore paratum eſt, id ſummum exuperat Iouem. Octa. 330. b. At ea fata patriæ Paridem futurum prædicabant. pro Font. 283. b. Ea conditione atq; eo fato natum eſſe me, &c. pro Mil. 107. a. Milo hoc fato natus, ut ne ſe quidem ſeruare potuerit, quin unà rempub. ſeruaret. pro Mar. 133. a. Omnes qui ad illa arma fato ſumus, neſcio quo reipubl. miſero funeſtoq; compulſi. Attic. 240. b. Ego quid faciam? aut quo me fato geram? I. A. 160. b. Quónam meo fato fieri dicam, ut, &c. Ep. 85. a. Qua quidem in re ſingulari ſum fato. I. A. 190. a. Iam fatum extremum reipub. uenit. de Vn. 202. a. Nec uos ulla mortis fata unquam periment. I. A. 154. b. Sed quid mihi humanitus accidiſſet, multa enim impendêre uidebantur præter naturam, præter' que fatum. pro Domo 242. b. In illo penè fato reipub. Quint. Frat. 305. a.

Vt meo fato & tu & omnes mei corruiſtis. Att. 148.a. Miſeros nos, cur non omnes fatum illius unà executi ſumus? I.C.160.b. Quibus ego confido impendêre fatum aliquod & pœnam, iamdiu improbitati debitam. de Cl. 196. b. Sic Hortenſij uox extincta fato ſuo eſt, noſtra publico. I.C.114.b. Neq; tanto ante exitium ac fati diem reipubl. denunciaſſet. ad Her.37.b. Vita hominis fato debetur. At. 16.a. Si noſtrum fatum aut fortunam conquereremur. pro Mur.135.b. Illud fati eſt, hoc conſilij. I.C.115.a. Niſi dij immortales omni ratione placati, propè fata ipſa flexiſſent.

Fatuus, a, um. ſtultus. pro Deiot.147.b. Nõ modò nequam & improbus, ſed & fatuus & amens. Attic.95.b. Puer fortaſſe fatuus, & non grauis nec continens. de Or. 117.b. Hoc præceptum eſt magis monitoris non fatui, quàm acuti magiſtri. de Fin.79.a. Niſi planè fatui ſint. Ep.160.a. Ne cum periculo fatuus ſis. de Or.134.a. Homo fatuus, &c.

Faueo, ues, faui. ſtudeo, amo, complector.)(. Inuideo. de Or.127.b. Inuidetur enim commodis hominum ipſorum, ſtudijs autem eorum cæteris cõmodandi fauetur. de Off.42.a. Non modò nõ inuidetur illi ætati, uerùm etiam fauetur. At.203.a. Reſcripſi patrono, illi nihil opus eſſe, me tamen ei fauturum. de Clar.196.b. Tibi fauemus, te tua frui uirtute cupimus, tibi optamus eam rempubl. in qua, &c. Epiſt.187.a. Fauebam & reipub. cui ſemper faui, & dignitati ac gloriæ tuæ. & 6.b. Qui mihi ſemper tuæ laudi fauere uiſus eſt. Epiſt.33.b. Non magis mihi faueo in amicitia noſtra tuenda, quàm tibi. & 155.a. Non multo plus faueo patriæ, quàm tibi. & 246.b. Huic meæ uoluntati in qua ineſt uis deſiderij, ut faueas, adiutorq; ſis uehementer te rogo. pro Planc.263.a. Cuius honori agri propè dicam ipſi monteſq; fauerunt. pro Lig.138. a. Cuius ego induſtriæ gloriæq; faueo. Attic.100.b. Fauere honori alicuius. In Sal.273.b. Ego uirtutibus Cæſaris faui. Tuſc.170.a. Ita iſti faueo ſententiæ. pro Plan.262. b. Qui fauent nobilitati. Antequam.196.b. Fauete innocentiæ. de D.101.b. Rebuſq; diuinis, quæ publicè fierent, ut fauerent linguis imperabantur. de D.125.b. Iam illa fauete linguis, &c. I.A.164.b. Ego fauiſſe me tibi fateor. de D.120.a. Galli ſilentio noctis, ut ait Ennius, fauent faucibus, rurſus cantu plauſuq; premunt alas. pro Q.R. 49.b. Qui diligebant hunc, illi fauebant. pro Planc. 259.a. Inuidos huic accuſationi eſſe fauturos. Or.209.a. & pro Plan.260.a. & 270.b. Inuidere.)(. Fauere. de Cl. 181.a. Fauere.)(. Odiſſe. At.62.b. & pro Plan.263.b. Studere alicui.

Faunus, ni. de N.62.b. Fauni uocem equidem nunquã audiui. & de D.101.a. In prælijs Fauni auditi. & 104.a. Verſus quos olim fauni uateſq; canebant.

Fauonius, nij. zephyrus, uentus ab occaſu flans. I.V. 241.a. Veris initiũ non à fauonio notabat, ſed cum roſam uiderat, tum incipere uer arbitrabatur. Ac.26.b. Mare fauonio naſcente purpureum uidetur.

Fauor, oris. gratia, ſtudium, iactatio, aura, iactatio curſuſq; popularis, proſper flatus fortunæ. pro Q.R.49 b. Quam expectationem, quod ſtudium, quem fauorem ſecum in ſcenam attulit Panurgus? Item: Aura popularis, iactatio popularis, delinitio multitudinis. Item de L.171. & I.V.29.

Fauſtè. fortunatè. pro Mur.124.b. Idem ego precatus ſum, ut ea res nobis fauſtè, feliciter, proſpereq; eueniret.



Fauſtus, a, um. Tuſc.174.b. Horribilem eum diem alijs, nobis fauſtum putemus. pro Fl.165.b. O nox illa fauſta huic urbi. de D.101.a. Antiqui omnibus rebus agendis, quod bonum, fauſtum, felix, fortunatumq; eſſet, præfabantur. & 102.b. Fauſtaq; ſigna ſuæ laudis redituſq; notauit.

Fautor, oris. ſtudioſus, ſtudens. pro Plan.270.b. Multi ſunt cupidi tui, multi fautores laudis tuæ. Orat.210.a. Non inuidi ſolum, ſed fautores etiam laudum mearum. pro Planc.259.a. Cum multos & bonos uiros eius honori uiderem eſſe fautores. Ep.12.a. Cuius ego ab adoleſcentia fautor & adiutor extiti. & 198.b. Ego tuorum conſiliorum autor, dignitatiſq; fautor, &c. Ep.151.b. Me tuæ dignitatis non modò fautorem, ſed etiam amplificatorem cognoſces. pro S.R.21.a. Hic nobilitatis fautor fuit. At.12 a. Studioſus ac fautor alicuius.

Fautrix, cis. pro Planc.263.b. Noſtra illa fautrix ſuorum regio. de Finib.62.b. Amicitiæ fautrices fideliſſimæ uoluptatum.

Fauus, ui. Off.31.b. Atq; ut apũ examina, non fingendorum fauorum cauſa congregantur, ſed cum congregabilia natura ſint, fingunt fauos: ſic homines, &c.

* Faux, cis. anguſtiæ gutturis. contra Rul.83.b. Corinthus erat poſita in anguſtijs atq; in faucibus Græciæ. de Orat.104.a. Omitto fauces ex quibus te eripi uis. pro Arch.189.b. Vrbem ex omni impetu hoſtium, ac totius belli ore ac faucibus exeptam eſſe atq; ſeruatam. Quint. Frat.293.b. Thuſcenius cuius tu ex impuriſſimis faucibus inhoneſtiſſimam cupiditatem eripuiſti. I.V.180.a. & pro Quint.4.b. Aemilius ſedens in faucibus macelli. de N.45.a. Patefactis terræ faucibus. pro Cluent.35.b. Faucibus premi.

Fax, cis. tæda. I.A.177.b. Illæ faces, quibus incenſa L. Bellieni domus deflagrauit. I.P.80.a. Ego faces iam accenſas ad huius urbis incendium extinxi. & 85.a. Cum ardentes faces furijs Clodianis miniſtrabas. de Ar.252.b. Cum ardentes faces in uicinorum tecta iactas. Att.226.a. Serui cum facibus in tecta noſtra immiſſi. I.C.103.b. Malleolos ad incendendam urbem faceſq; comparare. pro Dom. 215.b. Prouidendum fuit ne in hanc materiem ſeditionis iſta funeſta fax adhæreſceret. In Ver.217.a. Dextra ardentem facem præferebat. Acad.22.b. Diana facem iacit à læua. I.C.100.a. Cui tu adoleſcentulo non ad libidinem facem prætuliſti? I.A.169.b. Antonius omnium Clodij incendiorum fax. Offic.40.b. Dolorum cum admouentur faces, præter modum pleriq; exterrentur. de Or.127.b. Neq; paruis in rebus adhibendæ ſunt hæ dicendi faces. pro Cluent.20.b. Faces nuptiales. de Natur.28.b. Faces cœleſtes uiſæ. I.C.115.a. Viſæ iam nocturno tempore faces.

Faxit, faxint. futuri temporis, pro faciat, faciant. I.V. 165.b. Dij immortales faxint, ne ſit alter, &c. de Sen.92. b. Nemo me lachrymis decoret nec funera fletu Faxit. cur? uolito uiuu' per ora uirûm. Epiſt.234.b. Dij faxint, ut tali genero mihi frui liceat. Att.251.a. Dij faxint, ut faciat ea quæ promittit. & 250.a. Quod promittis, dij faxint. de L.173.a. Qui ſecus faxit, Deus ipſe uindex eſto: id eſt, faciet, uel fecerit.

Febricula, læ. commotiuncula. Att.97.a. Erat in extremo, tum te febriculam habentem ſcripſiſſe. Epiſt.156. b. Qui ex labore in febriculam incidit aſſiduam & ſatis moleſtam.

Febris, bris. I.C.103.b. Qui æſtu febriq; iactantur, ſi aquam



ſi aquam gelidam biberint, prius releuari uidentur, deinde multò grauius uehementiuſq; affliƈtantur. de Fat.143. a. Si cui uenæ ſic mouentur, is habet febrem. Ep.107.a.b. Cum decimum iam diem grauiter ex inteſtinis laborarẽ, nec probarem me non ualere, quia febrim non habebam, fugi in Tuſculanum. de Or.143.a. Ex quo ſudore cum cohorruiſſet, cum febri domũ redijt. Att.106.b. Diem tuum ex epiſtola quadam tua, quam incipiente febricula ſcripſeras, mihi notaueram. & 105.b. Tua λῶις, quem in diem incurrat, neſcio. & 272.b. Si cum biduum cibo ſe abſtinuiſſet, ſubitò febris deceſſit. & 71.b. Incommoda ualetudine emerſeram, utpote cum ſine febri laboraſſem. & 97. a. Cognoui ex eo, quod ita ſcripſeras te Romam ueniſſe cum febri. Epiſt.262.a. Aegypta mihi nunciauit, te planè febri carere & bellè habere. At.100.a. Alteram quartanam deceſſiſſe, alterã leuiorem accedere. At.122.b. Modò audiui quartanam à te diſceſſiſſe. & ibi. Tironem ab altera relictum audio. de N.64.b. Tertianæ & quartanæ febres, quarum reuerſio & motus conſtans eſt. Att.104. b. Aliquando ἀπόρριπτε quartanam iſtam. Tuſcul. 167.a. Ineſt enim uelle in carendo, niſi cum ſic tanquam in febri dicitur.

Februarius, rij. intercalaris uel intercalarius menſis. de L.181.a. Februarius menſis extremus anni. pro Q.4. a. Ante diem IIII. Cal. Februarij. i. Cal. intercalares. l. Intercalaris. I.V.124.b. & Q.Fr.314.b. Menſis Februarius poſtulatis, & legationibus prouinciarum audiendis dabatur, ex lege Gabinia.

Fecialis, lis. ijdem & ſacerdotes & oratores, feciales dicebantur. de Leg.173.b. Fœderum, pacis, belli, induciarum, oratores feciales, iudices IIII. ſunto. I.V.245. b. Dij approbent, habemus hominem in fecialium manibus educatum.

Fecialis, le. quod à fecialibus factũ conſtitutumq; erat. Of.8.a. Belli quidem æquitas ſanctiſſimè feciali populi Romani iure perſcripta eſt. Ibid.74.a. Cum iuſto enim & legitimo hoſte res gerebatur: aduerſus quem & totum ius feciale, & multa ſunt iura communia.

Fel, lis. flaua bilis. de D.114.a. Gallinacium fel, etc. quid habet naturale, quod declarare poſſit, quid futurum ſit?

Feles, lis. uel felis, lis. domeſtica beſtia, muribus infeſta. de L.162.a. Qui canem & felem, ut deos colunt. de N.17. b. & 60.a. Crocodilum & ibim, & felem non uiolari ab Aegypto. Tuſ.243.b. Feles, canis, crocodilus.

Felicitas. beatitudo, proſperitas, ſecundæ res.)(. Afflictæ fortunæ. I.A.17.a. Antonius fuit felix, ſi poteſt ulla in ſcelere eſſe felicitatis. pro Pom.13.a. Felicitas, quam præſtare de ſeipſo nemo poteſt, meminiſſe & cõmemorare de altero poſſumus. pro Syl.*. Aliquid caſu magis & felicitate ab aliquo, quàm uirtute & conſilio geſtum eſſe. de Cl. 165.a. Summa alicuius felicitas. pro Font.282.b. Felicitas Fonteij in re militari. de Clar.166.a. Felicitas ipſius, qua ſemper uſus eſt. Q.Fr.315.a. Felicitas L. Syllæ. ad Herenn. 30.b. Illi fortuna felicitatem dedit, huic induſtria uirtutem comparauit. Poſtquam.198.a. Proſpera æquabilis perpetuaq; fortuna, ſecundo uitæ ſine ulla offenſione curſu. de Som.130.a. Hic locus in quo omnia ſunt magnis & præſtantibus uiris.

Feliciter. proſperè, fortunatè, fauſtè. I.V.127.b. Satis feliciter anni iam aduerſo tempore nauigauit. pro Mur. 134.a. Idem ego precatus ſum, ut ea res fauſtè, feliciter, proſpereq; eueniret. de Pro.75.b. Cæſar cum acerrimis nationibus Germanorum prælijs feliciſſimè decertauit. I.



A.202.a.b. Reſpub. benè & feliciter geſta.

Felix, cis. beatus, fortunatus, uictor, florens, cui benè eſt. de D.101.a. Antiqui omnibus rebus agendis, quod bonum, fauſtum, felix, fortunatumq; eſſet, præfabantur. Q. Frat.295.b. Aſia in te retinendo fuit felicior, quàm nos in deducendo. de Clar.170.a. Sed ille Græcus ab omni laude felicior. I.A.172.a. Cæſar Alexandriam ſe recepit felix. pro Sext.Roſc. Quamuis Sylla felix ſit, ſicut eſt, tamen, &c. de Finib.144.a. Quint. Metellus beatus. & 146.b. Polycratem Samium felicem appellant. pro Font. 283.a. Felix ad caſum fortunamq;. pro Mil.119.b. Valeant, inquit, ciues mei, ſint incolumes, ſint florentes, ſint beati.

Femen, nis. cruris ſeu coxendicis pars interior, & inferior. I.V.211.b. Signum Apollinis pulcherrimum, cuius in fulmine literulis minutis argenteis nomẽ Myronis erat inſcriptum. de N.21.a. Redundans pedibus, feminibus, cruribus, &c.

Femur, oris. cruris uel coxendicis pars exterior. de Clar.190.b. Frons non percuſſa, non femur, nulla pedis ſupploſio.

Feneſtra, ſtræ. lumen, locus apertus ad lumen accipiendum. At.24.a. Feneſtrarum anguſtias quod reprehendis, ſcito te Κύρȣ παιδείαν reprehẽdere. & ibi. Viridiorũ τὰς διαφάσεις latis luminibus non tam eſſe ſuaues. Tuſc. 158.a. Senſus uiæ quaſi quædam ſunt ad oculos, ad nares, ad aures, à ſede animi perforatæ. & ibi. Eæ partes, quæ quaſi feneſtræ ſunt animi.

Fera, ræ. beſtia, fera beſtia. ad Her.11.b. Offic.11.a. Feræ rationis & orationis expertes. Acad.27.b. Vt fera & immanis bellua. pro S.R.30.a. Noluerunt feris corpus obijcere, ne beſtijs quoque, quæ tantum ſcelus attigiſſent, immanioribus uteremur. Offic.65.b. Excitare & agitare feras.

Feralia, orum. dies erant dijs manibus conſecrati, quod ad tumulos epulas ferrent, ibiq; cœnas & epulum agitarent. At.132.a. Video Cæſarem à Corfinio poſt meridiem profectum eſſe feralibus.

Ferax, cis. uber, fœcundus, fertilis, frugifer. I.V.170. a. Agri ſunt feraces. & Or.201.a. Nihil feracius ingenijs. Item: Nullus in philoſophia locus eſt feracior nec uberior, quàm de officijs.

Ferculum, li. Off.26.b. Cauendum eſt, ne tarditatibus utamur in greſſu mollioribus, ut pomparum ferculis ſimiles eſſe uideamur. Fortaſſe melius, hic ferculus, li. ut baiulus, li. diceretur. nam non eſt dubium quin hoc loco, pro ijs qui uaſa ſimulacraq; deorum & id genus alia, in pompa ſeu triumpho ferunt, accipiatur: non ut pleriq; omnes exiſtimãt, pro epulis aut pulpitis ſeu alijs quibuſuis rebus. nam de inceſſu loquitur tardiore, qualis eorum eſſe ſolet hominũ, quos id genus pompas ferre uidemus.

Ferè. fermè, propè, propemodum, propè dicam. de Or.110.b. Lælius ſemper ferè cum Scipione ſolitus erat ruſticari. Epiſt.87.b. Omnes ferè familiares Cæſaris me colunt & obſeruant. pro Cluent.26.b. In quibus quantus ſplendor ſit, quàm propè æquabilis, quàm ferè omnium conſtans & moderata ratio uitæ, nemo ueſtrûm ignorat. de In.52.a. Probabile eſt, quod ferè fieri ſolet. de Leg.169.b. Pater meus hic fere ætatem egit in literis. Offic.13.a. Statuas uidemus ornatu fere militari. Offic.12. b. Quemadmodum ab his rebus ducatur honeſtum, ſatis ferè diximus. Attic.98.a. Hæc ferè ſunt in illa epiſtola, &c. & 105.a. Nec adhuc fere inueni, qui non, &c.

de N.79.a.Hæc ferè dicere habui de natura Deorum.pro Pom.8.b.Hoc iam ferè ſic fieri accepimus,ut,&c. At.235.a.E Pompeiano naui aduectus ſum in Luculli noſtri hoſpitium VI.Iduum,hora ferè tertia.& ibi.A Lucullo poſtridie eadem ferè hora qua ueni.At.112.b. Hora ferè nona.I.P.82.a.Idem illo ferè biduo productus in concionem, &c. pro Seſt.14.a. Deniq; ex bellica uictoria non ferè quàm eſt inuidia ciuiũ conſecuta.ad Heren.11.a.Ferè non difficile eſt.)(.difficillimum uerò eſt,etc.Epiſt.16.b.Nam ab orationibus diſiungo me ferè,referoq; ad manſuetiores muſas.de Clar.178.a.Aetates noſtræ nihil,aut non ferè multum differunt. de Am.95.b. Sermo qui tum ferè erat multis in ore. de In.63.a.Vt ferè fit : id eſt,ut fermè ſemper fit.

Ferendus,a,um.tolerandus.)(.Intolerandus.I.C.115.b.Quibus ego,ſi me reſtitiſſe dicam, nimium mihi ſumã, nec ſim ferendus.

Ferentani.pop.pro Cl.59.a. Adſunt Ferentani, homines nobiliſſimi,&c.

Feriæ,arum.dies feſtus,cœleſtium dies quieti.de Leg.175.b.Feriarũ feſtorumq; dierum ratio in liberis requietem habet litium & iurgiorum,in ſeruis operum & laborum.de Leg.173.a.Ferijs iurgia amouento,eaſq; in famulis operibus patratis habento.de Leg.181.a.Nec uerò tam Denicales,quæ à nece appellatæ ſunt, qua reſidunt mortui, quàm cæterorũ cœleſtium quieti dies feriæ nominarentur,niſi maiores eos qui ex hac uita migraſſent,in deorum numero eſſe uoluiſſent.Off.63.b.Quærit ex proximo uicino,num feriæ quædam piſcatorũ eſſent.Q.Fr.325.a. Nouendiales feriæ, quæ fuerunt Tuditano & Aquilio Coſs.de N.5.a.Cum ferijs latinis ad C. Cottã familiarem meum ueniſſem.At.219.a.Dies feriarum mihi additos uideo. de L.181.b. Contrà cenſet habendas triduum ferias. de D.101.a.Imperare ferias.de Or.150.a. Tantum tribui doctrinæ temporis,quantum mihi puerilis ætas, & forenſes feriæ conceſſerunt.

Feriatus,a,um.ocioſus.de N.21.b.Epicurei deum feriatum uolunt ceſſatione torpere. de Or.148.a.Aliquem feriatum eſſe.Ep.194.a.Ne putes in Aſia feriatum illum à ſtudijs futurum.

Ferinus,a,um.quod ferarum & belluarum eſt. ut uictus ferinus.de In.42.a.

Ferio,feris.percutio,peto,ico.pro Cor.65.b.Hoſtem, qui feriet,mihi erit Carthaginenſis. pro Cæl.50.a.Ferire parietem.de Or.115.a.Aduerſarius qui ſit & feriendus,et repellendus.At.1.a.Puto te in hoc riſiſſe aut ingemuiſſe, ut frontem ferias.I.V.91.b.Inſtat,ut ſecuri ambo feriantur. de Or.140.b.Sed tamen in laudando iungenda ſunt etiam hæc genera uirtutum,feriunt enim aurem hominũ. Off.15.a.Quo minus patent multa in eorum uita,quæ fortuna feriat. Or.219.a.Binis aut ternis ferire uerbis. pro R.P.123.b. & de In.73.b. Ferire fœdus cum aliquo. pro Dom.239.a.Fœdera feriebantur prouinciarum.pro Cæl.44.a. Ideo ne ego pacem Pyrrhi diremi,ut tu amorum turpiſſimorum quotidie fœdera ferires?Ep.253.a.His autem ſpectris etiam ſi oculi poſſent feriri,animus qui poſſit,non uideo.

Feritas,tis.immanitas.)(.Manſuetudo animi.Off.32.a.Magnitudo animi remota communitate cõiunctioneq; humana feritas ſit quædam & immanitas. pro Seſt.22.b. Eoſq; ex feritate illa ad iuſtitiam manſuetudinemq; tranſtulerunt.Off.58.a.Feritas & immanitas belluæ in figura hominis.de D.93.a.Pars animi in qua ueritas quædam ſit & agreſtis immanitas.

Fermè.ferè.de Cl.179.a.Vt eò nihil fermè quiſquam poſſit addere.ad Her.37.a.Hæc exornatio in coniecturali conſtitutione cauſæ fermè ſemper neceſſaria eſt. Attic.274.a.Mihi quidem ætas acta fermè eſt.Tuſc.249.b.Sapientis enim cogitatio non fermè ad inueſtigandum adhibet oculos aduocatos. de D.84.a.Quod fermè dirum in tempus cecidere latinè.

Fero,fers,tuli,latum.porto.I.A.180.b.At iſte operta lectica latus eſt per oppidum.Q.Fr.310.a.Cœnatus in hortos ad Pompeium lectica latus ſum.

Ferre.opinari,ſperare,conijcere.At.39.b.Nos,ut opinio,& ſpes,& coniectura noſtra fert,tuti ſumus:id eſt, ut opinamur,& ſperamus,& conijcimus. de Clar.167.b.& pro Font.282.a.& Ep.16.a.pro Cl.26.b.Vt opinio mea fert. pro Dom.219.b.Plura dixi, quàm aut opinio mea tulerit,aut uoluntas mea.

Ferre.uelle,requirere,poſtulare.I.V.274.a.Sicut opiniones hominum & religiones ferunt. I.V.257.a. Ita ſui periculi rationes ferunt & poſtulant.& 159.b. Tantum relictum eſt,quantũ Apronij libido tulit:id eſt, quantum Apronio libuit. & 160.a.Quantum Apronij uoluntas tulit. & 125.b.Prout Thermitani hominis facultates ferebant.I.A.194.a.Si res ita tuliſſet:id eſt, ſi opus fuiſſet. Epiſt.45.a. Velim ita fortuna tuliſſet, ut, &c. & 7.b.Quid res,quid tempus,quid cauſa ferat,tu perſpicies. pro Cecin.299.b. Si tempus ita ferret: id eſt, ſi ita opus eſſet. Epiſt.245.a. Si ita tempus feret. Epiſt.60.a.Meæ enim rationes ita tulerunt. & 156.b. Si occaſio tulerit. pro Quint.10.b. Vereor ne grauioribus utar uerbis,quàm natura mea fert. pro Cecinn.301.a. Hoc ſi uobis uerſutius,quàm mea conſuetudo defendendi fert,uidebitur, &c. Attic.278.a. Grauius quàm conſuetudo tua ferebat. Quint.Frat.305.b.Ad me, ut tempora noſtra, non ut amor tuus fert,uerè perſcribe. pro Cluen.53.a. Vt ætas illa fert. de Somn.129.a.Natura fert,ut, &c. id eſt, natura comparatum eſt. contra Rull.81.b. Si ita commodum ueſtrum fert. pro Pom.17.b.Si ueſtra uoluntas feret. I.P.80.b.Ita exiſtimabam tempora reipub.ferre.

Ferre.dicere,prædicare. de Orat.88.b. Vt temporibus illis ferebatur. & ibid. Hominem, ut ferebant, acerrimum. de Orat.89.a.Si ornatè locutus eſt, ſicut fertur, & mihi uidetur Phyſicus ille Democritus. de Natur.71.a.Apollinem ex hyperboreis Delphos ferunt aduenisse. Or.209.b.Sæpe ſuprà feret, quàm fieri poſſit: id eſt,efferet.

Ferre.reportare,obtinere,conſequi,auferre.pro Q.R.52.b.Cognitor ſi fuiſſet tuus,quod uiciſſet iudicio,ferres tuum.& ibi. Quem ego ſi ferrem iudicem, refugere non deberet.Ferre tribum, ferre centuriam prærogatiuam, ferre ſuffragia dicitur is,qui tribum uel centuriam habuit ſibi ſuffragantem. pro Planc.269.a. An tandem una centuria prærogatiua tantum habet authoritatis, ut nemo unquam prior eam tulerit, quin renunciatus ſit ? id eſt, quaſi abſtulerit. pro Planc.270.a. Dubitatis, inquit, quin coitio facta ſit ? cum tribus pleraſq; cum Plotio tulerit Plancius? an unà fieri potuerunt, ſi unà tribus non tuliſſent ? at nonnullas punctis pene totidem,&c.I.A.161.a.Aut tum cum es factus, unam tribum ſine Curione ferre potuiſſes? pro Planc.270.b. Quæſtus es plures te teſtes habere de Volitinia, quàm quot in ea tribu puncta tuleris. & ibi. Aut te ne gratuita quidem eorum ſuffragia tuliſſe.



Ferre ſuffragiũ.etiam eſt ſuffragari.pro Dom.222.b. Perditos homines de capite alicuius ſuffragium ferre. At.17.a.Idemq; refert,ut uniuerſus populus in campo Martio ſuffragium de re Clodij ferat.

Ferre rurſum.pro reportare,&c. pro Plan.279.a. Ego fructus ex repub.magna acerbitate permixtos tuli. At.62.b.Ne diutius pendeas,palmam tulit. pro S.R.36.a.Qui ab eo partem prædæ tulerunt. I.C.101.a. Cum à me quoq; id reſponſum tuliſſet. de Orat.134.a.Cum ipſe conſul eſſet factus,ille repulſam tuliſſet: id eſt, præteritus eſſet.de Cl.181.a.Ex his Cotta & P.Sulpitius cùm meo iudicio,tum omnium facilè primas tulerunt.Att.24.a. Cætera ſi reprehenderis,non feres tacitum.

Ferre.conſtituere,ſancire,uel ut conſtituatur,uel ſanciatur aliquid. pro Cor.60.a. Ferre ad populum de aliqua re.Off.48.b.Pernicioſe etiam Philippus in Tribunatu cum legem agrariam ferret. & pro Seſt.11.a.Lex per uim lata. pro Cor.61.b.Nihil unquam de iſto fœdere ad populum,nihil ad plebem latum eſſe dico, neq; pœnam, neq; legem latam eſſe dico.Att.120.a. Pompeius contendit,ut decem tribuni plebis ferrent,ut abſentis ratio haberetur,quod idem ipſe ſanxit lege quadam ſua. & 105.a. Cum ut abſentis ratio haberetur, ferebamus. Att.106.a. Illud unà datum eſt,annorum X.imperium,& ita latum placet. de Finib.75.b. Vt P.Scæuola Trib. Pleb.ferret ad plebem,uellent ne de ea re quæri,&c. pro Cecin.304.b. Deinde quod Sylla ipſe ita tulit de ciuitate, ut non ſuſtulerit horum nexa,&c. pro Mil.104.b. Num igitur ulla quæſtio de Africani morte lata eſt?certe nulla.de Orator.104.b.Quod is L.Scribonio quæſtionem in eum ferente populo miſericordiam concitaſſet. pro Mil.105.a.Num quæ rogatio lata ? num quæ noua quæſtio decreta? Parad.121.b.Familiaris tuus de te priuilegium tulit, ut ſi in opertum Bonæ Deæ acceſſiſſes, exulares. pro Syl.179.a.Nihil de iudicio ferebat, ſed pœnam ambitus eam ferebat, quæ fuerat nuper ſuperioribus legibus conſtituta. pro Cluent.48.a. Vos autem iudices de hominum fortunis ſententiam fertis.

Ferre.offerre,afferre,dare. pro S.R.23.a.Hanc conditionem miſero ferunt. Epiſtol.15.b. Cum ea contentio mihi magnum foris fructum tuliſſet. Attic.117.a. Non quia rectum eſſet, ſed quia quod multo rectius fuit, id mihi fraudem tulit. Attic.118.a.Quemcunq; fors tulerit, caſum ſubeam.de Cl.168.a.Hæc ætas primũ Athenis oratorem propè perfectum tulit.

Ferre.pro portare,alio quodam uſu, uel excurrere, agitari.de Or.96.a. Illud quod eò quò intendas ferat deducatq;,cognoſcendum eſt.Or.205.b. Ferri magno curſu & ſonitu.& 208.b.Rapidè ferri.Orat.219.b.Ne infinité feratur ut flumen oratio. pro Q.6.b.Qui uſq; eò feruet ferturq; auaritia,ut,&c.pro Cl.59.a.Quam cæcam crudelitate & ſcelere ferri uidetis.

Ferre.ſufferre,perferre,tolerare,pati. At.93.b.Qui potentiſſimorum hominum potentiam nunquã tulerim, ferrem huius aſſeclæ?I.C.101.a.Illa ſuperiora quanquam ferenda non fuerunt,tamen ut potui,tuli.I.A.243.a.Non ferent,inquam,oculi Saxam,Caphonem.& 219.a. Huius deſiderium ciuitas ferre non poteſt. de Clar.189.a. Sed cogitandi non ferebat laborem. Acad.18.b. Ferres me, ſi ego idem dicerem?Tuſc.218.b.Qui ignominiam & infamiam ferunt ſine dolore. Attic.69.b.Nondum ſatis huc erat allatum, quomodo Cæſar ferret de autoritate perſcripta. Epiſt.49.b.Sanèq; pro eo ac debui,grauiter moleſteq; tuli. Attic.211.b. Mulieres autem uix humanæ, quæ inimico animo ferant.& 140.a.Nihil,inquam,ille minus obſcurè tulit:id eſt, præ ipſe tulit. pro Cl.28.b. Obſcurè ferre aliquid.pro Plan.266.a.Apertè ferre aliquid. Attic.227.b.Lætitiam apertiſſimè tulimus omnes : id eſt, oſtendimus. de Orat.140.b.Ferre ſapienter caſus aduerſos. Attic.30.a. & de Or.125.b.Neminem adhuc offendi,qui hæc tam lentè quàm ego fero,ferret.I.V.261.b. & de Orat.121.b.Aequo animo ferre atq; concedere aliquid. pro Plan.259.a.Acerbè fero. Att.52.a. & pro Cluent.29.b. Acerbiſſimè ferre aliquid.I.V.55.b. & 107.a.Tuli grauiter & acerbe,me,&c. I.V.119.b. Nihil mihi indignius ferendum uidetur.Tuſc.217.b.Modicè uel immodicè ferre aliquid. Epiſt.78.b.Pacate & moderate ferre.de Or.112.b. & contra Rull.64.a.Moderate ferre aliquid: id eſt, non intemperanter. & Epiſt.58.a. Modicè ferre aliquid.l.Modice. de Sen.77.a. Id te modeſte & ſapienter,ſicut omnia,& ferre,& laturum eſſe certò ſcio. Off.18.a.Immoderatè ferre res aduerſas.I.V.68.b.Mediocriter ferre aliquid.At.85.a.Clementer ferre aliquid. & 58.a.De Lentulo ſcilicet fero ut debeo.Epiſt.72.a. Ferre aliquid grauiter. Att.206.b. & 15.a.Grauiter ferre de aliquo. & I.V.63.a. Valde grauiter ferre aliquid. Attic.2.b.& 65.a.Humaniter ferre:id eſt,æquo animo. Q.Fr.300.b.Quàm humaniſſimè ferre peruerſitatem alicuius. Attic.65.a.Belle ferre aliquid.de Diuin.95.b. & Tuſcul.222.a. Vt ſi quis ægrè ferat, ſe pauperem eſſe.Attic.16.b. Aegre pati. Attic.15 b. & 249.b.Moleſte ferre. & Poſtquam.210.b.Qui id impediſſet grauiter moleſteq; laturos. Attic.96.b.Moleſte ferre de aliquo. Q.Fr.Moleſtiſſime ferre. & I.V.223.b.Permoleſte tuliſſe. pro Cl.20.a.Moleſte pati. Epiſtol.58.b.Ferre aliquid fortiter. & 51.b.Toleranter ferre aliquid. Attic.139.a. Fortius ferre dolorem. & 278.a. Ferre dolorem mollius. pro Quint.R.47.a.& pro Cæl.49.a. Leuiter ferre aliquid. Quint.Frat.328.a. Leuiſſime ferre aliquid. Epiſt.74.a.Quàm leuiſſime ferre aliquid. de Sen.77.b.Cato facile ſenectutem ferebat. & 78.a. Quod ferendum eſt mollius ſapiẽti.Am.100.a. Aduerſas res amicorũ grauiter ferre. Ep.76.b. & Attic.249.b. Aequo uel iniquo animo ferre. Sal.in Cic.170.b.Grauiter & iniquo animo maledicta tua paterer M.Tulli, ſi,&c.I.A.222.a.Is autorẽ ſenatus extinctũ læte atq; inſolenter tulit. Ep.9.a.Patiẽter ferre potentiam alicuius.de In.72.a.Indigne pati.Or.112.b. Aequo animo pati.Ep.195.b. Periniquo patiebar animo, te à me digredi.I.V.148.b.Patior nõ moleſte,&c.At.135.b. Accipere aliquid aſpere.de Or.128.a. Accipere aliquid grauiter. pro Cæl.49.a. Seuere accipere facinus in aliquem illatum. Quint.Frat.296.b. Aequo animo facere aliquid.)(.Iniquo animo facere aliquid. de Sen.94.a. Aequiſſimo animo mori. & ibid.94.a. Iniquiſſimo animo mori.de Am.113.a.Patiẽter accipere admonitionem. & ibid.Non repugnanter accipere.pro Mil.108.a.Quo tandem animo hoc tyrannum tuliſſe creditis? & 116.b. Timeo quonam modo id factum feras.I.A.227.b. Timere ſe dicunt,quo modo ferant ueterani, exercitum Brutum habere.At.17.a.Si fidem nõ ſeruabis, ita laturus ſum, ut, &c.pro Q.18.b.Ne per te ferat,quo minus,&c.id eſt,ne per te ſtet.de Am.113.a.Obiurgari moleſte ferunt, moleſtiam capiunt,dolent.

Præ ſe ferre.l.Præ me fero.Ac.45.a.Is præ ſe probitatem quandam fert.

Fer-

Ferre.efferre,celebrare,ſummopere laudare. At.99.a. & Ep.160.a.Quibus te omnes in cœlum iure & uerè ferunt.pro Arch.190.a.Quorum ingenijs hæc feruntur, ab his populi Rom.fama celebratur.de Cl.167.a.Eius ſcripta quædam feruntur.

Ferre in oculis.pro eo quod eſt amare, & charum habere.l.Oculus.de L.183.b.Terra fruges fert:id eſt, gignit, parit,producit.Ep.114.a.Ferre aliquid expenſum alicui.l.Acceptus.

Ferocia,ciæ.ferocitas.de Sen.83.b. Infirmitas puerorum eſt,ferocia iuuenum. de Ar.243.b.Omnem impetum gladiatoris ferociamq; compreſſi.con.Rull.85.b. Quos illorũ animos,quos impetus,quam ferociã fore putatis? & 84.b. Illa campana arrogantia atq; intoleranda ferocia.

Ferocitas,tis.ferocia.Off.41.a. C.Lælius ferocitatem Viriati repreſſit.In Vat.29.a.Vt ferocitatem iſtam tuam comprimerẽ,& audaciam frangerem.pro Deiot.146.b. Cuius tantæ ferocitatis uictorem orbis terrarum non extimeſcere?pro Mar.133.b.Ferocitatẽ uictoriæ extimeſcens. de D.125.b.Ferocitas Troianorum.

Ferociter.ſuperbè. pro Plan.266.a.Maledicta in aliquem aſperè & ferociter,& liberè dicta.& Q.Fr.314.b. Cn.noſter Lamia multo ferocius.

Ferox,cis.uehemens. Attic.165.a. Non facit indulgentia mendacem, aut auarum, aut non amantem ſuorum, ferocem fortaſſe ac arrogantem & infeſtum facit. In Vat.29.b.Nimium es uehemens feroxq; natura. Epiſtol.54.b.Victoria reddidit hominem ferociorem impotentioremq;.

Ferramenta.ferrea inſtrumenta.I.C.113.a. Cethegus dixit ſe bonorum ferramentorum ſtudioſum fuiſſe : id eſt, gladiorum & ſicarum. pro Syl.177.b.Sed tamen munere ſeruili,obtulit ſe ad ferramenta proſpicienda.Top.215.b.Vt materiæ ferramenta. de Nat.5.b.Quæ ferramenta? qui uectes?

Ferreus,a,um.durus. Quint.Fr.303.b. Quem ego ferus ac ferreus è complexu dimiſi meo. Attic.224.b.O te ferrreum, qui illius periculis non moueris. I.C.118.b.Nec tamen ego ſum ille ferreus, qui,&c. I.V.260.a. Durus, ferreus,inhumanus.In Piſonem 93.a.Ferreum os: id eſt, impudens.

Ferrum,ri.metalli genus duriſſimum. de Leg.179.a. Iam æs atq; ferrum duelli inſtrumenta ſunt, non fani. de N.56.b.Nos è terræ cauernis ferrum elicimus, rem ad colendos agros neceſſariam. I.A.257.b. Anton.patriæ igni ferroq; minitatur.pro Cec.289.In aliquem aduenientem cum ferro inuadere.& 292.a.Homines inſtructi & certis locis cum ferro collocati.

Fertilis,le.ferax,fœcundus,uber,frugifer,fructuoſus, optimus,opimus,fertus.pro Pom.6.b.Aſia opima eſt & fertilis,ut & ubertate agrorum,& uarietate fructuũ, & magnitudine paſtionis, & multitudine earũ rerum quæ exportantur, facilè omnibus terris antecellat. de Nat.52.b. Proferre poſſum multos fertiles agros alios aliorum fructuum. Offic.10.b. Imitari agros fertiles, qui multo plus afferunt,quàm acceperunt. contra Rul.85.a.Campani ſemper ſuperbi bonitate agrorum, & magnitudine fructuum. de D.100.a.Qui agros ſaluberrimos, maximeq; fertiles incolunt. pro Dom.217.b. Syria opima & fertilis.I.V.174.a. Agri lati & fertiles. contra Rull. 76.a.Agri optimi & fertiles. & 74.a.Agri iucundi & fertiles.

Fertilitas,tis.ubertas agrorum abundantiaq; rerum omnium,bonitas agrorum,fœcunditas.de D.107.b.Quæ ſit uel ſterilitas agrorum,uel fertilitas futura.Tuſc.182.b. Fertilitas barbara.

Fertus,a,um.Or.212.b.Frugifera & ferta arua Aſiæ tenet.poetæ.

Feruentior. Off.10.a.Fortis animus, in homine non perfecto nec ſapiente,feruentior plerunq; eſt: id eſt, uehementior,impotentior.

Feruenter.uehementer.Ep.116.b.De damnatione feruenter loqui eſt cœptum.

Feruentiſſimè.Ep.116.a.Cælij.

Ferueo,es.ebullio. I.V.89.b.Aqua deniq; feruenti à Rubrio ipſo Philodamus perfunditur. de Or.157.a. Feruet æſtu pelagus. pro Q.6.b. Qui uſq; eò feruet ferturq; auaritia,ut,&c.

Feruidus,a,um.ardens.)(.Frigidus.de N.31.b. Natura ignis tota feruida eſt,& alijs naturis uitalẽ impertit calorem.de Cl.187.a.Feruidũ quoddam & petulans, & furioſum genus dicendi.& ibi.Feruida oratio.de Clar.174.a.Appij uolubilis, ſed paulo feruidior erat oratio : id eſt, uehementior.

Feruor,oris.ardor,calor,æſtus.de N.32.a.Mundi feruor ille purior perlucidiorq;. de Or.103.b. Iracundia eſt feruor,mentis.de Sen.86.b.Sed erat quidam feruor ætatis, quo progrediente,&c.de Pro.75.a. Feruor maris. & de N.74.a.Oceani feruor.

Ferus,a,um.immanis,immanſuetus,barbarus.)(. Mitis,manſuetus,cicur.de N.46.a.Varia genera beſtiarum, uel cicurum,uel ferarum.& de Am.111.a. de N.58.b. Immanis & fera bellua.I.V.119.a.Hoſtis nimis ferus & immanis.de Leg.160.b.Gens immanſueta atq; fera. At.125.a.& Tuſc.154.b.Gentes feras armatas in Italiam adducere. pro S.R.30.b.& de In.42.b. Homo ferus & agreſtis. de Or.87.b.Fera agreſtisq; uita. pro S.R.24.b. Mores feros,immanemq; naturam alicuius oſtendere. I.A.188.a.Quæro cur tam ſubitò manſuetus in ſenatu fuerit, cum in edictis tam fuiſſet ferus? Q.Fr.303.b.Quem ego ferus ac ferreus è complexu dimiſi meo.

Feſſus,a,um.defeſſus, languens de uia.At.242.a. Plorando feſſus ſum.pro Plã.264.a.Feſſus inedia fluctibusq;. Ac.39.a.& de Som.126.b.Et niſi de uia feſſus eſſet, continuò ad nos uenturum fuiſſe.

Feſtinanter.feſtinans,properans,omni feſtinatione. At.41.b.Pridie Cal.Maij Brunduſij proficiſcens feſtinanter.de Fin.143.a.Nimium feſtinanter facere aliquid. Att. 94.b.Hæc feſtinans ſcripſi.

Feſtinatio,onis.properatio. I.A.184.b.Mea autem feſtinatio non ſolum uictoriæ auida eſt,ſed etiam celeritatis. & 259.a. Ne deorum immortalium beneficium feſtinatione præripuiſſe uideamur.Ep.198.b.At inde uenis remiſq; in patriam omni feſtinatione properaui. Epiſtol.67.a.Tamen ignoſcas uelim huic feſtinationi meæ. & de Orat.162.b. & Att.204.a.l.Immaturitas. At.75.b.Habes epiſtolam plenam feſtinationis & pulueris. pro S.R.34.b. Quid hæc tanta celeritas feſtinatioq; ſignificat?Offic.26.b.Aut ne in feſtinationibus ſuſcipiamus nimias celeritates.Attic.204.a.& de Or.162.b.Cuius feſtinationem mihi tollis,quoniam de æſtate polliceris, uel potius recipis.

Feſtino,as.propero,maturo,celero,accelero. At.92.a.Sed lucet,urget turba,feſtinat Philogenes.Epiſt.197.a. Plura ſcripſiſſem, niſi tui feſtinarent. & 159.b.Solent nautæ feſtinare quæſtus ſui cauſa. I.A.153.b. Ad ſingulare



Antonij factum feſtinat oratio. & 169.b. Ad reliqua enim feſtinat animus.et 222.a.At ille properans feſtinãſq; &c.At.94.b.Hæc feſtinans ſcripſi.

Feſtinus,a,um.properãs.At.142.b. Feſtino enim ſimillimus decurro,&c.

Feſtiuè.bellè.pro Deiot.147.a. At quàm feſtiuè crimẽ contexitur.Att.61.b.Soles enim tu hæc feſtiuè odorari. Acad.23.a. Dialectica feſtiuè tradit elementa loquendi. de D.115.b.& 130.b.Feſtiuè diſſoluere aliquid. de Or.152. & Q.Fr.317.a.Bellè & feſtiuè dicere.

Feſtiuitas,tis.lepor,iucunditas.de Or.129.b.de Or.106 a.Dicendi uis egregia,ſumma feſtiuitate & uenuſtate coniuncta.ad Her.3.a.Narratio debet habere ſermonis feſtiuitatem.de In.47.b.Feſtiuitas,ſplendor,concinnitudo in oratione. de Or.129.a.In illo genere perpetuæ feſtiuitatis ars non deſideratur.Ep.134.b.Moriar ſi præter te quenquam reliquum habeo, in quo poſſim imaginem antiquæ & uernaculæ feſtiuitatis agnoſcere,ad hos lepôres, &c. & 214.a.Gorgias his feſtiuitatibus (ſic enim ipſe cenſet) inſolentius abutitur.

Feſtiuus,a,um.lepidus,facetus,uenuſtus.At.7.a. Puer feſtiuus Anagnoſtes noſter deceſſerat.de Or.134.b. & I.A.197.a.Egilius feſtiuus homo.pro Flac.163.b. Nunc deniq; materculæ ſuæ feſtiuus filius.I.V. 211.a. Feſtiuum acroama. Attic. 26.a.Itaq; libris me delecto, quorum habeo Antij feſtiuam copiã. Parad.123.a. Nónne igitur ſunt iſta feſtiua ? ſit,nam,&c.

Feſtus,a,um.dies feſtus,feriæ.I.V.139.b.Huius nomine dies feſti agitantur pulchra illa Verrea,non quaſi Marcellea,ſed pro Marcelleis, &c. & 225.a. Syracuſani feſtos dies anniuerſarios agunt. & 119.a. Marcellea tolluntur, quem illi diem feſtum, cùm recentibus beneficijs M. Marcelli debitum reddebant, tum generi, nomini, familiæ Marcellorum maxima uoluntate tribuebant. & ibid. Mutia, honor hominis, deorum religione conſecratis. pro Cluen.23.a. Quod facere antè niſi ludis publicis, aut feſtis diebus non ſolebat. I.V. 235.a. Cum diem feſtum ludorum de faſtis ſuis ſuſtuliſſent, celeberrimum & ſanctiſſimum.& ibid. Iidem diem feſtum Verris nomine agerẽt. pro Arch. 188. a. Celebrare dies feſtos ludorum. de Ar. 249. a. Dies illi pro feſtis penè funeſti extiterunt . pro Seſt. 26. a. Cum itinere toto urbes Italiæ dies feſtos agerent aduentus mei. I. P. 90. b. Quid dicam eos dies, qui quaſi deorum immortalium feſti atque ſolennes ſunt aduẽtu meo redituq; celebrati? pro Mil. 120. b. Omitto Hetruriæ feſtos, & actos & inſtitutos dies. Quin.Frat.306 a.& Part. 233.a.& de In. 51. a. Senatus fuit frequentior, quàm putabamus eſſe poſſe menſe Decembri ſub dies feſtos. de Finib. 141. b. Quem Tyberina diſſenſio feſto illo de tanto gaudio affecit. I. C.116.a. Quamobrem Quirites celebratote illos cum coniugibus & liberis ueſtris. I.C. 111.a.Hic dies apud nos poſteroſq; ueſtros in honore eſſe debet.

Feſulæ. opp.I.C.108.& 114.

Feſulanus,a.I.C.107.

Feſulanus ager.At.70.a.

Fex,fecis. ſentina, ſordes,labes,eluuies. Quint. Frat. 311.b. Perditiſſima atque infima fex populi. Attic. 12. b. Apud ſordem urbis & fecem. & pro Flac. 149.b.l.Tabernarius.

Fibra,bræ, fibræ ſunt uelut capilli in extis animalium, in radicibus ſtirpium, & in alijs rebus.de D.83.a.Quid fiſſum in extis,quid fibra ualeat accipio. Tuſcul.193.a. Non ſolum ramos amputare,ſed etiam radicum fibras euellere. de Sen.87.b.Viriditas herbeſcens,quæ iuxtà fibris ſtirpium ſenſim adoleſcit.

Fibrenus.fl.de Leg.169.

Fictè.ſimulatè.)(.Verè.pro Dõ.228.b.Maiores noſtri qui non fictè & fallaciter populares,ſed uerè et ſapienter fuerunt.Ep.45.a.Fictè reconciliata gratia. Q.Fr.292.a. Fictè & ſimulatè loqui.

Fictilis,le.quod ex terra uel ex alia materia fictum eſt. de N.15.a.Hoc intelligerem quale eſſet,ſi id in cereis fingeretur aut fictilibus figuris.At.87.a.Quid te in uaſis fictilibus appoſiturum putem? Parad.117.b.Fictilis urna.de D. 83.b. Summanus,qui tum erat fictilis.

Fictor,oris.qui ſigna ex ære uel alia quapiã materia fabricat.de N.17.b.Deos ea facie nouimus, qua pictores fictoreſq; uoluerunt.

Fictrix,cis.de N.78.b.Diuina prouidentia fictrix & moderatrix materiæ.

Ficulenſis,ſe. At.197.Ficulenſe ſuburbanum.

Fictus,a,um.commentitius,ſimulatus,adumbratus.)(. Verus,uoluntarius.pro Mur.130.a.Quæ tota ex rebus fictis cõmentitijſq; conſtaret.de N.40.a.Cõmentitij & ficti dei.Off.59.b.Ficta & cõmentitia fabula.de Am.114.a. Res fictæ & adumbratæ.pro Cecin.287.b.Ficto officio et ſimulata ſedulitate.

Ficum,ci.pomum fici.pro Flac.154.b.Homini Phrygi, qui arborem fici nunquam uiderat, fiſcinam ficorũ obieciſti. de Sen.88.a. Terra quæ ex fici tantulo grano, tantos truncos ramoſq; procreat.

Ficus,ci.arbor fici.de Or.134.b.Quo in genere eſt illud Siculi, cui cũ familiaris quidã quereretur,quod diceret,uxorem ſuã ſuſpendiſſe ſe de ficu:amabo te, inquit, da mihi ex iſta arbore,quos ſeram ſurculos.

Fidiſſimè.Ep.27.a.Quæ mihi à te ad timorẽ fidiſſimè atq; amantiſſimè proponuntur.

Fidelia,liæ.uas Samium ad plurimos uſus.Ep.109.a.Duos parietes de eadem fidelia dealbare.

Fidelis,le.fide præditus,qui fidem ſuã præſtat. At.188 b.Sunt fideliſſima & maxima auxilia Gallorum. Quint. Frat.263.a.Græcorum familiaritates parum fideles ſunt. pro Mil.116.a.Appius homo mihi coniunctus fideliſſima gratia. pro Font. 276.b.Maſſilienſes fortiſſimi & fideliſſimi ſocij. & de Am. 106. b. Amicitia fidelis. pro Cæl. 40.a. Firmus & fidelis amicus. I.A. 237.b.Deiotarus fidelis populo Romano. de Ar.250.a. Deiotarus,quem unum habemus in orbe terrarum fideliſſimum huic imperio. contra Rul. 67.a. Fidele conſilium deliberanti dare. pro Clu.35.a. Minus fidele conſilium alicui dare.pro Mil. 107.a. Seruus, qui animo fideli in dominum eſt. Quint. Fr.293.b.Seruus egregiè fidelis. pro S. R.37.a. Nemo credit niſi ei quem fidelem putat. pro Cecin. 287. b. Magis opportuna opera nonnunquam quàm aliquando fideli. Quin.Fr.303.b. Coniunx fideliſſima.Ep.263. a. Sed heus tu, qui κανὼν eſſe meorum ſcriptorum ſoles, unde illud tam ἄκυρον, ualetudini fideliter inſeruiendo? unde in iſtum locum fideliter uenit, cui uerbo domicilium eſt proprium in officio,migrationes in alienum multæ:nam et doctrina & domus,& ars,& ager etiam fidelis dici poteſt, ut ſit (quomodo Theophraſto placet) uerecunda tranſlatio.Off.11.a.Qui ſingulari extiterit in remp. noſtram officio & fide.

Fidelitas,tis.Ep.212.b.Aſclaponis medici tum conſuetudo mihi iucunda fuit,tum etiam ars,quam ſum expertus

in ualetudine meorum, in qua mihi tum ipſa ſcientia, tum etiam fidelitate beneuolentiaq; ſatis facit. pro Plan. 274. b. Vita mea, quæ amicorum fidelitate conſeruata eſt. I. A. 243. b. Vbi me non ſolum amicorum fidelitas, ſed etiam uniuerſæ ciuitatis oculi cuſtodiunt. Attic. 152. b. In hac enim fortuna perutilis eius & opera, & fidelitas eſſet. Q. Fr. 299. b. Fidelitatem alicuius ſummam. Epiſtol. 153. a. Non illi erga patriam fidelitas defuit. Epiſtol. 261. b. Quo tempore ego maximè operam & fidelitatem deſideraui tuam. Epiſtol. 110. b. Et is, ut opinor, tibi in Alexandrino bello quantum ſtudio & fidelitate conſequi potuit, non defuit.

Fideliter. Epiſt. 263. a. l. Fidelis. At. 247. b. Mercedes prædiorum, quæ ſi fideliter Ciceroni curabuntur, nihil ei deerit. Off. 19. a. Viuere ſimpliciter, fideliter, uitæq; homi num amicè.

Fidenæ, arum. urbs latinorum mediterranea. contra Rul. 85. b. I. A. 221. b.

Fidens, tis. Tuſc. 193. a. Qui fortis eſt, idem eſt fidens: nam confidens mala conſuetudine loquendi in uicio ponitur. Off. 56. a. Animus prudentia conſilioq; fidens. Tuſc. 172. b. Fidēti animo, ſi ita res feret, gradietur ad mortem. At. 96. a. Puer bene ſibi fidens. de D. 122. a. Tum Calchas hæc eſt fidenti uoce locutus.

Fidenter. audacter.)(. Diffidenter, dubitanter, timidè. de N. 5. b. Tum Velleius fidenter ſanè, ut ſolent iſti, nihil tam uerens, quàm ne dubitare aliqua de re uideretur. At. 88. b. & de Fin. 69. a. Paulo uellem fidentius reſpondiſſes. de Orat. 105. b. Tum ille fidenter homo peritiſſimus, confirmare ita ſe rem habere. de D. 122. b. Timidè fortaſſe ſigniſer euellebat, quod fidenter infixerat. Acad. 71. b. Dein de quomodo ſuſcipere aliquam rem, aut agere fidenter audebit?

Fidentia, tiæ. ſecuritas, fiducia, confiſio.)(. Diffidentia. de In. 82. b. Fidentia eſt, per quam magnis & honeſtis in rebus multum ipſe animus in ſe fiduciæ certa cum ſpe collocauit. de In. 83. a. Audacia non contrarium eſt fidentiæ, ſed appoſitum ac propinquum, & tamen uicium eſt. Tuſ. 226 b. Et fidentia, id eſt, firma animi confiſio, ſcientia quædam eſt & opinio grauis, non temerè aſſentiens.

Fides, ei. conſtantia promiſſorum, autoritas. Off. 5. b. Fundamentum iuſtitiæ eſt fides: id eſt, dictorum conuentorumq; conſtantia, & ueritas. & ibid. Credamusq; quia fiat quod dictum eſt, appellatam fidem. Part. 236. b. Fides eſt iuſtitia in rebus creditis. Off. 73. a. O fides alma, apta pennis, & iuſiurandum Iouis. qui igitur iuſiurandum uiolat, is fidem uiolat, quam in Capitolio uicinam Iouis Opt. Max. maiores noſtri eſſe uoluerunt. Offic. 73. b. Fregiſtis fidem? neque dedi, neque do fidem infideli cuiquam. & ibid. Nullam eſſe fidem, quæ infideli data ſit. Offic. 66 a. Quin. Scæuola fidei bonæ nomen exiſtimabat manere latius, idq; uerſari in tutelis, fiducijs, mandatis, rebus emptis, uenditis, conductis, locatis. Top. 226. b. Bona fide. )(. Dolo malo. de N. 75. a. Iudicia de fide mala, & iudicium de dolo malo. Offic. 65. b. Vti ne propter te, fidem úe tuam captus fraudatús ue ſim. de Arat. 251. a. Fidem iuſiurandumq; negligere. pro Dom. 22. a. Gabinius fregit fœdus.)(. Piſo in fide manſit. pro Flac. 148. a. Teſtimoniorum fidem & religionem nunquam iſta natio coluit. pro Quin. R. 52. b. Fides & religio iudicis. In Vat. 31. a. Tum quæro, ſeruaris'ne in eo fidem, &c. id eſt, an feceris quod dixiſti. pro Cor. 57. a. Græci uoluerunt religione uideri potius quàm ueritate, fidem eſſe conſtrictam. Attic. 66. a. O conſtantiam promiſſi, & fidem miram. pro Flac. 165. b. Tua fides optima & ſpectatiſſima. I. V. 267. a. Cui ſupplici non illa dextera fidem porrexit. I. C. 109. b. Hinc fides pugnat, illinc fraudatio. & 106. a. Res eos iampridem, fides deficere nuper cœpit.

Fidem facere uel conſtituere, confirmare, probare. nā fides pro argumentatione uel cōfirmatione ponitur, quæ ab Ariſt. in Rhet. πίςις dicitur. Part. 230. b. Quoniam de fide reſpondiſti, uolo audire de motu. & ibidem: Fides eſt firma opinio. Hic uides lector fidem, pro perſuaſione poſitam eſſe: nā quid eſt aliud perſuaſio, quàm firma opinio? hæc enim illa eſt ſeu fides, ſeu perſuaſio, ſeu firma opinio, quæ in auditoris animo gignitur & creatur oratione. hæc in oratore ipſo, aut eius oratione ratio eſt rei dubiæ faciens fidem: in auditore, ſi admittitur, perſuaſio appellatur. ibidem: Nam eſt in propoſito finis, fides in cauſa, & fides & motus. contra Rul. 70. b. Fac fidem te nihil niſi populi utilitatem quærere. At. 142. b. Et tibi fidem faciemus, nos ea ſuadere, quæ tibi putemus eſſe utilia. Top. 221. b. Argumentum eſt ratio rei dubiæ fidem faciens. Part. 232. b. Narratio eſt fundamentum conſtituendæ fidei. Att. 106. b. & 257. b. An mihi nutus tuus non faceret fidem? At. 254. a. Quod niſi mihi fidem feciſſet, non feciſſem id quod dicturus ſum. Acad. 6. b. Multaq; facimus uſq; eo, dum aſpectus fidem faciat ſui iudicij. de Cla. 181. a. Probat, fidem facit oratio. I. C. 111. a. Quoniam minorem fidem faceret oratio mea. I. P. 92. b. Non facies fidem ſcilicet, cum hæc diſputabis?

Habere fidem alicui, &c. id eſt, credere.)(. Derogare fidem, &c. Ep. 75. a. & 104. a. & 105. b. & Acad. 21. a. I. V. 266. a. et 135. a. Populus tibi maximam fidem rerū ſuarum habet. At. 217. a. Fidem alicui habendam non eſſe. de In. 56. b. Habere fidem orationi alicuius. Ep. 83. b. Quare debet habere fidē noſtra prædictio. At. 119. a. Conſiderandum eſt quanta Cæſari fides ſit habenda. Acad. 15. b. Quæ fidem nullam habebunt, ſublata ueri & falſi nota. Off. 39. b. Nam & his fidem habemus, quos plus intelligere quàm nos arbitramur. pro Flac. 150. b. Nunc uerò quā autoritatem, aut quā fidem habere poſſunt? Ep. 3. a. Si eſſet in ijs fides, in quibus ſumma eſſe debebat, non laboraremus. de D. 133. b. Inſanorum uiſis fides non eſt habenda. & 81. a. Dicæarchus ijſdem rebus fidem tribuit: id eſt, autoritatem. de D. 132. a. Nec autoritatem, nec fidem rebus commentitijs adiungere debemus. pro Syl. 168. b. Tribuere fidem teſtimonio alicuius. de Orat. 123. a. Suſpicio artificij imminuit & oratoris autoritatem, & orationis fidem. Orat. 208. a. Hoc & autoritatem orationi affert & fidem. pro Font. 279. a. Suſpicio inimicitiarum derogat fidem in teſtimonio dicendo. pro Q. R. 52. a. Si iam tibi deliberatum eſt, quibus abroges fidem iuſiurandi, reſponde. Acad. 10. a. Quia his uiſis, inter quæ nihil intereſt, æqualiter omnibus abrogatur fides. At. 248. b. Infirmare fidem alicui.

Fidem dare. promittere.)(. Fidem uiolare, &c. de Fin. 78. a. Dare fidem alicui. Item: Cum Regulus propter fidem quam dederat hoſti, ex patria Carthaginem reuertiſſet. Off. 9. a. Regulus ad ſupplicium redire maluit, quàm fidem hoſti datam fallere. pro Rab. 96. b. Si fides Saturnino data eſt, non eam Rabirius, ſed C. Marius dedit: idemq; uiolauit, ſi in fide non ſtetit. Epiſtol. 12. b. Me in hanc mentem impulit Pompeij fides, quam de me Cæſari dederat, & fratris mei quam Pompeio. Att. 37. a. Cum Pompeius diceret ſe fidem recepiſſe de me, hanc ſi ille non ſeruaret, ita laturum, ut, &c. pro S. R. 36. b. Iſtius fide ac potius



ac potius perfidia deceptus ſum. pro Quint. R. 47. b. Perfidioſum & nefarium eſt, fidem frangere. pro S. R. 37. a. Qui fidem uiolat, oppugnat omnium cōmune præſidium. de Cla. 172. b. Luſitani contra interpoſitam fidem interfecti. At. 38. b. Poſtulare fidem publicam. I. C. 112. b. Fidem ei publicam iuſſu ſenatus dedi. pro Arch. 187. a. Gabinij leuitas & calamitas omnium tabularum fidem reſignauit. pro Pom. 7. a. Romæ ſolutione impedita fidem concidiſſe. pro R. P. 123. a. Fide ſuſtentare amicos.

Fide ſe abducere. id eſt, liberare & eximere, fidem liberare: id eſt, promiſſo ſatis facere. Fidem præſtare: id eſt, ſeruare. pro Flac. 162. b. Vt fide ſe abduceret. pro Flac. 156. a. Heraclides Hermippum percuſſit, &c. nam eius fide ſumpſit à Fuſijs. & ibid. Hermippus Fuſijs ſatis facit, & fidem ſuam liberat. Epiſtol. 186. b. Quod autem in ſenatu pluribus uerbis diſſerui, in eo uelim fidem meam liberes. de D. 124. b. Virtus, quæ uetat ſpectare fortunam, dum præſtetur fides. Attic. 256. b. Nihil debet qui conſilium dat, præſtare præter fidem. & 82. b. Vt ei fidem meam præſtarem. Epiſt. 7. b. Si rex amicis tuis, qui pecunias ei crediidiſſent, fidem ſuam præſtitiſſet. Top. 224. a. Qui fiduciam accepit, debet fidem præſtare. pro S. R. 42. b. Is tibi optima fide ſua omnia conceſſit. At. 87. b. Ex fide bona multa. I. C. 108. a. Aliquid de poſſeſſione detrahere & fidem acquirere: id eſt, præſtare uel liberare. I. A. 245. a. Non tenuit omnino colloquium illud fidem, à ui tamen, &c. Ep. 4. b. Meam erga te fidem & beneuolentiam expertus es.

Fides. pro tutela uel patrocinio ac defenſione. pro Font. 282. b. At ita ut commiſſus ſit fidei, permiſſus poteſtati. Off. 25. b. Iura fidei magiſtratuum commiſſa ſunt. Epiſt. 227. b. Ea ſocietas uniuerſa in mea fide eſt. pro Plā. 280. a. Municipia, quæ in fide mea erant. pro Arch. 191. b. Peto à uobis, ut eum in ueſtram accipiatis fidem. Antequam. 196. a. Recipere aliquem in fidem ſuam. At. 245. a. Recipere aliquem in fidem ſuam, & cum commendatum habere. pro S. R. 34. a. Eſſe in fide & clientela alicuius. & 36. a. Conferre ſe in fidem & clientelam alicuius. Off. 8. a. Qui nationes deuictas bello in fidem cepiſſent. Attic. 85. b. Ciuitatem in Catonis fide locatam fundi tus perdidiſſem. de Fin. 63. b. Si tota oratio noſtra omnem ſibi fidem ſenſibus confirmat: id eſt, incorruptis atq; integris teſtibus.

Fides, dis. lyra. de D. 115. a. Iam neruos in fidibus alijs pulſis reſonare alios. de L. 177. b. Seuera illa Lacedæmon neruos iuſſit, quod plures quàm ſeptem haberet in Timothei fidibus, inde demi. de Sen. 82. a. Diſcebant enim fidibus antiqui. de Orat. 163. a. Omnes uoces ut nerui in fidibus ita ſonant, ut à motu animi ſunt pulſæ. & 161. a. Vt epularum ſolennium fides, & tibiæ indicant. de Clar. 192 b. Ex neruorum ſono in fidibus, quàm ſcienter ij pulſi ſint, intelligi poteſt. Tuſc. 149. a. Epaminundas fidibus præclarè ceciniſſe dicitur. in Arat. Cedit clara fides Cylenia. de Finib. 123. a. Vt in fidibus plurimis, ſi nulla earum ita contenta numeris ſit, ut concentum ſeruare poſſit, omnes æquè incontentæ ſunt. & ibi. Aequè enim contigit omnibus fidibus, ut incontentæ ſint: illud non continuò, ut æquè incontentæ.

Fidicen, nis. qui lyra canit, lyricus. de N. 64. a. Mundum fidicinem etiam eſſe & tibicinem. Ep. 140. b. Socratē fidibus docuit nobiliſſimus fidicen.

Fidicula, læ. parua lyra. de N. 30. b. Fidiculæ numeroſè ſonantes, & tibiæ modulatè canentes.

Fido, dis. confido. de N. 19. b. His'ne fidentes ſomnijs cōtra Pythagoram Platonemq; dixiſtis? At. 106. a. Iſtum relinquendum puto, dubitantem magis quàm fidentē rebus. de Or. 158. a. Exultantem te & præfidentē tibi reprimentualidæ legum habenæ.

Fiducia, ciæ. ſpes, periculum. Quin. Fr. 214. a. Nihil eſt quod poſthac artis noſtræ fiducia conturbes. I. V. 73. a. Habeo hominem præpotentem, cuius fiducia prouinciam ſpolio. I. V. 272. a. Quæ facio, tua fiducia facio. de Am. 106. b. Vita tyrannorum, in qua nulla ſtabilis beneuolētiæ poſſit eſſe fiducia.

Fiducia pactum eſt, conditione redimendi redhibendiq; quod uenditum eſt. Top. 224. a. Qui fiduciam accepit, debet præſtare fidem. pro Flac. 157. a. Pecuniam adoleſcentulo grandi fœnore, fiducia tamen accepta occupauiſti. & ibid. Hanc fiduciam commiſſam tibi tenes hodie, ac poſſides. pro Cecin. 286. a. Per fiduciæ rationem fraudare quempiam. Off. 64. a. In arbitrio rei uxoriæ hæc uerba maximè excellūt: melius, æquius, in fiducia, Vt inter bonos bene agier. pro Q. R. 47. b. Tria iudicia, fiduciæ, tutelæ, ſocietatis. de N. 75. a. Iudicia fiduciæ.

Fidus, a, um. fidelis. de Am. 106. a. Intellexit, quos fidos amicos habuiſſet, quosq; infidos. de N. 58. a. Canum tam fida cuſtodia. Offic. 39. a. Fidæ familiaritates amantium nos amicorum. Epiſt. 235. b. Mea Terentia fidiſſima atque optima uxor. I. A. 205. a. Mutina colonia noſtra fidiſſima.

Figo, gis, fixi, fixum. immittere, firmare, affigere, imprimere. I. A. 259. b. Et dubitare utrum mucrones in ciue, an in hoſte figantur. de Aruſp. 253. b. Deorum tela in impiorum mentibus figuntur. pro Seſt. 25. b. Quis eſt Italiæ locus in quo non fixum ſit in publicis monumentis ſtudium ſalutis meæ? de D. 97. a. Arma quæ fixa in parietibus fuerant. de D. 122. b. Eaq; ſcuta, quæ fuerant ſublimē fixa, ſunt humi inuenta. At. 227. a. Antonius fixit legē, qua Siculi ciues Romani fierent. I. A. 153. b. Ne qua tabula ullius decreti Cæſaris figeretur. & 177. a. Ne qua poſt Idus Martias immunitatis tabula figeretur. Ep. 183. a. Tabulæ figuntur, immunitates dantur. I. V. 238. a. Vt quam damnatis ſeruis crucem fixeras, hanc indemnatis ciuibus Rom. reſeruares. & 246. a. Beneficium, ut dicitur, trabali clauo figere. pro Seſt. 5. b. Cuius ego nuper in Macedonia uidi ueſtigia, non impreſſa leuiter ad exigui prædicationem temporis, ſed fixa ad memoriā illius prouinciæ ſempiternam. Ep. 20. b. Ego omnia mea ſtudia, omnem operam, induſtriam, cogitationem, mentē deniq; omnē in Milonis conſulatu fixi, & locaui. Or. 205. a. Figere aduerſarios: id eſt, configere, uulnerare.

Figura, ræ. forma, ſpecies. I. V. 26. a. Himera in muliebrem figuram habitumq; formata. & 126. a. Eum multo magis figura & lineamenta hoſpitæ delectabant. pro S. R. 18. b. Eſſe aliquem humana ſpecie ac figura, qui tantum immanitate beſtias uicerit. Offic. 59. a. Feritas belluæ in figura hominis. pro Quint. R. 48. a. Tacita corporis figura coniecturam affert. de Leg. 161. a. Natura homini figuram corporis habilem & aptam humano ingenio dedit. de Vn. 202. b. Et ſi ne tum quidem uiciorum finem faciet in ſuis moribus, ſimillimas figuras transferetur. & ibidem: Qui intemperatè uixerit, eum ſecundus ortus in muliebrem figuram transfert. de Orat. 94. b. Conformatio quædam & figura totius oris & corporis. de Finib. 132. b. Corporis noſtri partes, totaq; figura, & forma, & ſtatura quàm apta ad naturam ſit, ap

paret. de Nat.19. a. Non ab hominibus formæ figuram perueniſſe ad deos. de Nat. 11.a.& b. Forma, figura, et ſpecies. 21. b. Facies, & effigies, imago. de Inuen. 51.b. Figura negocij. ad Heren. 21. a. Figura uocis.de Nat.6. b. Forma rotunda: id eſt, figura. de N. 21. a. Habitus oris: id eſt, forma uel figura. de Diuin. 137. a. Hominum figuræ. de Orat. 217. a. Exprimere quandam formam figuramq; dicendi. Orat. 207. a. Optima ſpecies & figura dicendi.

Figuro,as.effingo,formo. Vn. 198.a. Deus mundum ea forma figurauit, qua una omnes reliquæ formæ concluduntur. & ibid. Deus motum dedit cœlo eum, qui figuratus ſit aptiſſimus. de N. 58.a. Boum terga non ſunt ad onus accipiendum figurata, ceruices autem natæ ad iugum. de Fin.132.b.Et ita figuratum corpus eſt, ut excellat alijs. de N. 23.a. Atomi formare, figurare, colorare, animare non poſſunt.

Filia,liæ. pro Cl. 55.b.Tum deſpondit ei filiam ſuã illam, quam ex genero ſuſceperat.

Filicatus,ta.quod filicis herbæ ſpeciem habet. de Off. 117.b. Minus né gratas dijs immortalibus capedines ac fictiles urnulas fuiſſe, quàm filicatas aliorum pateras arbitramur.

Filiola,læ.de D.101. b. Is filiolam ſuam animaduertit triſticulam.Ep.235.b. Mea chariſſima filiola.

Filiolus,li. At.2.a.Filiolo me auctum ſcito.

Filius,lij. liberi, gnatus, natus, procreatus, chariſſima procreatio, ſpes parentis, partus, progenies. At.280. a.Acerbũ eſt, parentum ſcelera filiorum pœnis lui: ſed hoc præclarè legibus comparatum eſt, ut charitas liberorum amiciores parentes reipublicæ redderet. Poſtquam. 198. a.Nihil dulcius hominũ generi à natura datum eſt, quàm ſui cuique liberi: mihi uerò propter indulgentiam meam, & propter eorum excellens ingenium, uita ſunt mea chariores. de N.78. a. Lex ut condemnaretur filius, aut nepos, ſi pater aut auus deliquiſſet. pro Syl.170.b. Quorum alter apud me parentis grauitatem obtinebat. pro Dom.220.b.Qui tibi loco filij per ætatem eſſe poterat. Poſtquam.212.b.Vnus frater, qui in me pietate filius, conſilijs parens, amore, ut erat, frater inuentus eſt. pro Cæl. 38.a. Equitis Romani eſſe filiũ criminis loco poni. de Fin. 76.b.Filius effigies probitatis paternæ. Epiſt.84.b. Filius imago animi & corporis paterni.& 72. a. Amittere uel perdere filios uel liberos.pro Clu.24.b.Spes illa, quã mulier in aluo commendatam à uiro continebat. Att. 93.b. Hortenſius filius fuit Laodiceæ. At.100.b. Στοργὴν φυσικὴν eſſe πρὸς τὰ τέκνα. pro Q. R. 50. a. Ex improbo patre probum filium naſci. At. 258.a. Is ex C. Fadij filia liberos habuit.de Fin.103. a. Vt natura & procreari uellet, & diligi procreatos non curaret.pro Cæl. 54.b.Liberorum iucunditas.

Filius familiâs.pro Cæl.45.a.

Filum,li.linũ.Ep.132.Sed ego ueteri amico munuſculum mittere uolui leuidenſe craſſo filo, cuiuſmodi ipſius ſolent eſſe munera.de Am.100.b.Quanquam etiam à Græcis ſæpe audiui, ſed aliud quoddam expetimus filum orationis tuæ.de Or. 117. a. Omnes etiam tum retinebant illum Periclis ſuccum, ſed erã paulo uberiore filo.& 152.b.Hæc formanda filo ipſo & genere orationis.Orat.20. a. Argumentandi tenue filum.

Fimbriæ,briarum.ueſtium & aliarum rerum extremitas, quaſi fibræ.I.P.84.b.Erant illi cõpti capilli, et madentes cincinnorum fimbriæ.



Findo,dis.diffindo,aperio,diuido.de Leg. 170.a.Hoc quaſi roſtro finditur Fibrenus, & diuiſus æqualiter in duas partes latera hæc alluit, rapideq; dilapſus citò in unum confluit. In Arat. Quorum nequeunt radices findere terras.l.Fiſſum.

Fingo,gis. formo,informo, excogito. de N.15.a. Hoc intelligerẽ quale eſſet, ſi id in cereis fingeretur, aut fictilibus figuris. de Orat. 91.a. Et qui aliquid fingunt, & ſi tũ pictura nihil utuntur, tamen utrum ſciant pingere an neſciant, non obſcurum eſt. de Orat. 159. a. Sed uerba nos ſicut molliſſimam ceram, ad arbitrium noſtrũ formamus & fingimus. de N. 69.b. Omnia, quæ cogitatione nobiſmet ipſis fingere poſſumus. de Orat. 95. b. Quæ nobis non poſſumus fingere, facies, uultus, ſonus. de Sen. 85. a. Finge animo aliquem, &c. pro Mil. 116. b. Fingite animis, liberæ enim ſunt cogitationes noſtræ, & quæ uolunt ſic intuentur, ut ea cernimus, quæ uidemus. fingite igitur cogitatione imaginem huius conditionis meæ, &c. Tuſc. 241. b. Fingere aliquid animo & cogitatione. de Orat.94. b. Quidam ſunt ita habiles, &c. ut non nati, ſed ab aliquo deo ficti eſſe uideantur. pro Mur. 138. b. Finxit te ipſa natura ad honeſtatem. Tuſc. 161. a. Nihil eſt in animis, quod ex terra natum aut fictum eſſe uideatur. de Orat.129. a. Natura fingit homines, & creat imitatores & narratores facetos, &c. de Leg.192.a. Autor enim moderatur & fingit non modò mentem & uoluntatem, ſed penè uultus eorum apud quos agit. de Orat. 199. a. Omnes qui probari uolunt, uoluntatem eorum qui audiunt intuetur, ad eamq;, & ad eorum arbitrium & nutum totos ſe fingunt. Orat. 197.b. Atq; ego in ſummo oratore fingendo, talem informabo, qualis fortaſſe nemo fuit. Off.31. b. Apum examina fingunt fauos. de Clar. 175.a. Peripateticorum inſtitutis commodè fingitur oratio. de Clar. 190.a. Nihil tam flexibile, & quod magis ipſius arbitrio fingeretur. I. V. 206.a. Fingere è cera. Acad. 4. a. Ex materia, quam fingit formatq; effectio. Epiſt. 98.b. Alexander ab Apelle pingi, à Lyſippo fingi uolebat. Ac. 21.b. Vis quæ finxit & fabricata eſt hominem.

Fingere.componere, conſtruere, iudicare, confingere, comminiſci, conflare, ſimulare.de Or.110.b. Volucres uidemus fingere atq; conſtruere nidos. I. P.92.a. Hic homulus ex argilla & luto fictus.de D.100.a. Agri fertiles, quibus multa propter fœcunditatem fingi gigniq; poſſunt. de D.127.a.Ex eoq; ingenia, mores, caſus cuiuſq;, euẽtuſq; fingi.de Fin.80.b.Fingere ſibi uultum & inceſſum. Ep. 83. a. Fingere ex euentis. Parad.122.a.Suis quiſq; fingitur moribus.pro S.R. 22.a. Ex ſua natura cæteros fingere.pro Mil.102.a.Nihil nobis duobus laborioſius dici aut fingi poteſt.pro Dom.228.b. Quid te aut fieri, aut fingi dementius poteſt? At.16.a.Fingere, diſſimulare, & obtegere.Ep.44.a.De me autem ſuſcipe pauliſper meas partes, & eum te eſſe finge qui ego ſum.pro S.R.37.b. Fingi maleficiũ nullũ poteſt, quod iſte, &c.pro Q.10.a. Hæc cauſa à te per ſummam cauſam ficta eſt.I.V.179.b.Componere crimen.I.V.179.b.Fingere crimen.Of.59.b.Fictæ & commentitiæ fabulæ.

Finiens,tis.horizon.l.Horizon.

Finio,nis.definio,perficio,pertexo,conficio,abſoluo, tranſigo, finem facio, claudo, concludo, termino, modum ſtatuo, finem affero, in exitu ſum, compleo, confido, cõquieſco, peroro, faſtigium impono, perfungor, extrema perſequor, modum facio, terminum habeo, abſolutionem perficio, uſq; ad finem exequor, modum uel finem conſtituo, finem



finem affero, modum definio, ad exitum perduco.)(.Exordior, fundamenta iacio, propago. de Leg. 173. b. Ad eam rationem curſus annuos ſacerdotes finiunto. & 138.b. Demetrius ſepulchris nouis finiuit modũ.At.120.a.Pompeius M.Marcello conſuli finienti prouincias Gallias Calen. Martijs reſtitit.)(.Propagare prouinciã.de N.56.a.Deinde in ore ſita lingua eſt, finita dentibus.de Or.160.b. Sententiæ uerbis finiantur.Or.212.b. Nec ſolum componẽtur uerba ratione, ſed etiã finiẽtur.Or.202.b.Similiter extrema definiunt.Or.213.b.Sententia uerbis aptè cõprehenſa & concluſa.de Fin.78.a.Cupiditates nõ Epicuri diuiſione finiebãt, ſed ſua ſatietate.

Finis,nis.modus,terminus,exitus,regio,quies, extremum. I.V. 132.b. Nos modum aliquem & finem orationi noſtræ faciamus. Off. 20.b. Finem & modum tranſire. I. V.251.b.Idemq; dies & uictoribus imperij, & uictis uitæ finem fecit. At.263.a. Vt noſtræ ſolicitudinis quamprimũ facere poſſimus.de Or. 129.b.Finem ſcribendi facere. At. 264.a. Non faciam finem rogandi.Brut.90.b.Finem feci eius ferendi.Epiſt.193.a. Nullum finem facio, mihi crede, Caſſi de te cogitandi. pro Seſt.26.a. Sed ut extremum habeat aliquid oratio mea, & ut ego antè dicendi finem faciam, quàm uos me attentè audiẽdi, concludam illud de optimatibus. At.159.b. Finem inter nos ſcribendi de his rebus fieri tempus eſt.Epiſt.153.a.Reperire finem malorũ. pro Quin.6.a.Certos mihi fines terminoſq; conſtituam, extra quos egredi non poſſim. de Or.103.a. Craſſus mihi uiſus eſt, oratoriam facultatem non artis illius terminis, ſed ingenij ſui finibus immenſis deſcribere.pro Cecin. 289 a.Ingrediens intra finem eius loci, quem oleæ terminabãt. Quin.Fr.294.b. Qui earum ciuitatum fines incolunt. Off.7.b. Itaq; illorum agri fines, ſicut ipſi dixerant, terminauit.Top.224.a.Finibus regendis adijcere arbitrum. de L.167.b. Nec Manilia lege ſinguli, ſed ex his tres arbitri fines regemus. pro Mur.129.a. Regere fines. Off.49.a. Vnius imperatoris præda finem attulit tributorum. I.V. 77.a. Vt finis aliquando iudiciariæ controuerſiæ conſtitueretur.I.A.205.b.Etiam ſi ille dies uitæ finem mihi allaturus eſſet. I.P. 87.a. Obtinuiſti prouinciam ijs finibus, quos lex cupiditatis tuæ, non quos lex generi tui pepigerat.de Pro.75.a.Finium imperij propagatio. I.P.90. a. Cum fines prouinciæ tantos haberet, quantos optauerat. I.C.117.a. Quorum alter finem ueſtri imperij non terræ, ſed cœli regionibus terminaret.pro Deiot.147. b. Tueri fines ſuos ab excurſionibus hoſtium. Or.210.a.Vix ſuas regiones fineſq; defendere. de Ar.244.b. Videbam illum non poſſe arceri ocij finibus.Quin.Fr.291.b.Comites autem duntaxat finibus his præſtabis, quos antè præſcripſi. pro Arch.190.a.Lingua Latina ſuis finib. exiguis ſanè cõtinetur.de Som.130.b.Quando finem habet motus, uiuendi finem habeat neceſſe eſt. pro Clu.19.a. Quod in hoc uno falſæ infamiæ, finis aliquis atque exitus reperietur. de Or.97.b.Oratio lecta ad eum finem, quem memoria poſſem comprehendere: id eſt, eatenus, quoad. pro Cæl. 39.b. Quem ergo ad finem putas cuſtodiendam illam ætatem fuiſſe? Ep.142.b.Excruciem ne me? quid aſſequar? deinde, quem ad finem? I.V.251.a.& I.C.97.b.Piratam tenuiſti, quem ad finem? id eſt, quandiu. pro Mur. 126.b. Finis ſtipendiorum, patris uictoria & triumphus fuit. Off.11.a. b.Vulgaris liberalitas referenda eſt ad illum Ennij finem, nihilominus ut ipſi luceat.de L.166.b. Finis bonorũ, quò referuntur & cuius cauſa facienda ſunt omnia. Off.28.a. Domus finis eſt uſus.de L.181. a. Quæ finis funeſtæ fami-



liæ.attende finẽ in genere muliebri.de In.82.b.In iuridiciali genere finis eſt æquitas.et 81.b. Finis quò referri omnẽ rationẽ oportet.et 43.b.Finis cauſa aliquid facimus.de Fin. 95.a.Nec enim gubernationi aut medicinæ ſimilem ſapientiã eſſe arbitramur, ſed actioni potius hiſtrionũ & ſaltationi, ut in ipſa arte inſit, nõ foris petatur extremum: id eſt, artis effectio.Tuſ.245.a.Opiniones de finibus bonorũ & malorum.Ep.94.b.Finis & terminus.de N.75.b.Bono conſilio dare aliquid.

Finitè.definitè.de Fin.70.b.Ergo & auarus erit, ſed finitè: & adulter, uerùm habebit modum.

Finitimus,a,um.uicinus,propinquus,appoſitus, confinis, proximus.pro Põ.5.b.Is Boſphoranis finitimis ſuis bellum inferre ſimulauit.pro Põ.4.b.Regnum Ariobazanis, quod finitimũ eſt ueſtris uectigalibus.pro Syl.178.a.Cum cæteri deficerent finitimi ac uicini.pro Plan.263. b. Arpini ſunt finitimi Atinatibus.de Or.125.Motus, qui finitimi ſunt, & propinqui his.& 90.b. Finitimus oratori poeta eſt.de N.46.a.Mari finitimus eſt aer.Top.228.b.Cui generi finitimum eſt illud, &c.Or.202.b.Huic generi hiſtoria finitima eſt.de In.83.a.Pertinacia perſeuerantiæ finitima eſt.Tuſ.223.a.Aegritudini finitimus eſt metus. Ac. 17. b.Ita finitima ſunt falſa ueris.ad Her. 27.a.Eſt autem cauendum, ne dum hæc genera conſectemur, in finitima & propinqua uicia ueniamus.

Finitor,oris. decempedator, metator, qui agrorũ terminos conſtituit. contra Rul. 73. a. Finitorem mittant, ratum ſit quod finitor uni ulli, à quo miſſus erit, renunciauerit. contra Rul. 75. a. & 76. b. Delecta finitorum iuuentus.

Fio, fis. conſto, conflor, euado, euenio, accido. Attic. 13.a. Quod præmonui fit, ut Cæſar committere prælium nolit. pro Mil. 106. b. Obuius fit ei Clodius expeditus in equo. Attic.191. a. Non potuit honorificentius à me fieri de nepote. Attic. 109. b. Si ita factum eſſet, ut ille ſenatum Romæ offenderet, magno uſui noſtræ cauſæ fuiſſet. Orat. 214. a. Cum (ut fit) fortuitò aliquid dicerent. pro Dom.228.a. Quid te autem fieri aut fingi poteſt dementius? de D. 112. a. Nihil fieri poteſt, nihil accidere, nil euenire, niſi quod, &c. de D.101. b. Quod ſexennio pòſt factum eſſe uidemus.Or.215.b. Alter ex longis conſtat, alter è breuibus fit.ad Her.9.b.Et ſæpe fit, ut de eadem re aliud alij iudici uideatur.

Firmamentum,ti.ſtabilimen,robur, uires. pro Pom. 5.b. Altera pars quæ multo plus firmamenti ac roboris habebat. pro Cluen.18.b. Falſitas parum firmamenti ac uirium habet.pro Pom.7.a.Hic ordo, firmamentum cæterorum ordinum eſt. At.16. b. Duo firmamenta reip. per me conſtituta.Tuſ.210.b.Id illi firmamentũ diſciplinæ eſſe putant.de Am.108.b. Firmamentum autem ſtabilitatis eius quam in amicitia quærimus, eſt fides.pro Mur.137.b. Venio nunc ad M.Catonem, quod eſt firmamentum ac robur totius accuſationis.pro Fl.163.b. Tu certè uenire coegiſſes, ſi ullum firmamentũ in illo teſte poſuiſſes.de In.46. a.Firmamentum eſt firmiſſima argumentatio defenſoris, & aptiſſima ad iudicationem. de firmamento cauſarum uide ad Her.5.b.Part.239.pro Plan.263.b.Flos equitũ Romanorum, ornamentum ciuitatis, firmamentum Reip. publicanorum ordine cõtinetur.I.A.185.b.Flos Italiæ, firmamentum imperij noſtri, ornamentum dignitatis.

Firmatus,a,um.pro Cæl.46.b.Firmata iam ætate.

Firmè.firmiter.de Fin.96.b.Aſſenſus ſuos firmè ſuſtinere.& 63.b.Firmè & grauiter.& 65.a.Satis firmè.At.

167.b. Aſſeuerare aliquid firmiſſimè. pro Arch. 192.a. Quæ firmè à me,&c. de Fin. 65.a. Habere aliquid benè cognitum, & ſatis firmè conceptum animo.

Firmitas,tis. firmitudo, quaſi ſoliditas. de N.11.b. Quæ ille propter firmitatẽ ſteremnia appellat. I.A.172.b. Gladiatoria totius corporis firmitas. At.100.a. et pro Seſt.22 b. Conſtantia & firmitas animi. Am.99.b. Sed ea non ſatis habent firmitatis. Acad.17.a. Quid loquar de firmitate ſapientis? Ep.173.b. Si aliquid firmitatis nactus ſit Antonius. I.A.159.a. Sed noui firmitatem tuam.

Firmiter. firmè. de rep. teſte Priſciano.169.

Firmitudo,nis. firmitas. Ep.69.b. Firmitudo grauitasq; animi. ad Her.19.b. Firmitudo uocis. Att.154.b. & 179.a. Firmitudo animi. de In.69.a. Per ſe minus habent firmitudinis.

Firmo,as. ſancio, ſtabilio, firmum facio. pro Syl.173.a. Qui filium ſuũ uita priuauit, ut in cæteris firmaret imperium. de Or.164.a. Et illud idem ad firmandũ eſt uocẽ ſalutare. de Ar.520.b. Tabulis hoc cenſorum, memoria multorum firmabo et docebo. Off.41.a. Iuſtitia etiam latronũ opes firmat & auget. Att.279.a. Contra arma Antonij præſidia firmaui. de Or.128.b. Oratio in qua remiſſio lenitatis quadam grauitate & contentione firmatur. de Fat. 142.a. Vis & natura fati ex diuinationis ratiõe firmatur. de In.55.a. Firmare aliquid rationibus. pro Clu.20.b. Animus adoleſcentis nondũ conſilio & ratione firmatus. pro Cæl.46.b. Eximiæ uirtutes firmata iam ætate extiterunt. pro Dom.222.b. Hoc iure firmato. Ep.7.a. Vt cũ prouinciam pace præſidijsq; firmaris Ptolemæus redeat in regnum. Tuſ.182.a. Corpora iuuenũ firmari labore uoluerũt de D.80.a. Vetus opinio & omniũ gentiũ firmata cõſenſu. pro Cæl.54.b. Hic nunc primũ floreſcens firmata iam ſtirpe uirtutis.

Firmus,a,ũ. ſtabilis, ratus, fixus, conſtans, immortalis multũ firmamenti & uiriũ habens, quod nunq̃ ulla ui labefactari poteſt, nunquã dimoueri loco. Off.2.a. Præcepta firma, ſtabilia, coniuncta naturæ tradi non poſſunt. I.A. 248.b. Acta Cæſaris firma & rata ſunt. I.A.156.a. An in chirographis acta Cæſaris firma erũt? Q. de Pet.209.a. Firma & perpetua amicitia. I.A.208.b. Itaq; Senatũ ſua ſponte bene firmum, firmiorẽ ueſtra autoritate feciſtis. de Ar.258.a. Ciuitas ita firma & ualens, ut ciuium iniurias ferre poſſit. de Cl.174.b. Opinio firma & ſtabilis de aliqua re. Or.220.b. Tenere aliquid firmum: id eſt, certũ. At. 254.a. Iudicabis hoc quod dico, firmum fore. At.279.b. Firmos omnino & duces habemus ab occidente & exercitus. de Cla.190.a. Argumenta firma ad probandum. Att. 129.a. Domitius non ſatis firmus eſt ad caſtra facienda. pro Cor.67.b. Aliquis firmus in ſententia. Ep.152.b. Firmus ab equitatu. pro Cæl.40.a. Firma & fidelis amicitia. Acad.35.a. Verùm illud ratum, firmum, fixum fuiſſe uis. pro Clu.45.a. Hoc fixum & in perpetuũ ratũ eſſe oportet. Acad.8.a. Decretum non ſolum non eſſe falſum, ſed etiam ſtabile fixum, ratum eſſe debet. Ep.181.a. Nondum ſatis firmo corpore cum eſſes. Ep.256.b. Mihi placebat ſi firmior eſſes, ut te Leucadem deportares.

Firmum. opp. At.130.

Firmanus,a. At.59.b. Firmanus Gauius. I.A.213.a. de D.128.b. Tarutius Firmanus.

Fiſcina,næ. caniſtrum. pro Fl.154.b. Homini Phrygi, qui nunq̃ arborem fici uiderat, fiſcinã ficorum obieciſti.

Fiſcus,ſci. Aſconius ait, fiſcum eſſe ſacculũ ad maioris pecuniæ ſummam capiendam, & pecuniam publicã. I.V.70 b. Reperiebam fiſcos cõplures cum pecunia Siciliẽſi, à quodam ſenatore ad equitem Romanũ eſſe translatos. I.V.192 b. Nummos in ciſtam transferre ex fiſco. et 189.b. Viator ac uenerius, qui fiſcum ſuſtulit.

Fiſsio,onis. de N.58.a. Cũ terræ ſubigerentur fiſsione glebarum.

Fiſsũ,ſi. fiſsio, rima, quod hiat. l. Findo. de D.73.a. Quid fiſſum in extis, quid fibra ualeat accipio. & 104.b. Non placet Stoicis ſingulis iecorum fiſsis intereſſe deum. & 112 b. Fiſſam iecoris. Idem de N.62.b.

Fiſtula,læ. muſicum inſtrumentũ diuerſum à tibia. Itẽ ductus aquarum, quos tubos ueteres etiam uocarunt. l. Tubus. de Orat.164.a. Seruus cum eburneola fiſtula, qui inflaret eum ſonũ, quo dominũ ſuum excitaret. & ibi. Gracchi fiſtula. At.13.a. Paſtoritia fiſtula. pro Rab.97.a. C.Marius fiſtulas, quibus aqua ſuppeditabatur, Iouis Opt. Max. templis ac ſedibus præcidi iuſſerat.

Fiſtulator,oris. de Or.164.b. Sed fiſtulatorẽ domi relinquetis: id eſt, qui fiſtulam inflet.

Fixus,a,um. firmus. pro R.P.126.b. Quamobrẽ illud maneat ac fixũ ſit, quod neq; moueri neq; mutari poteſt. pro Cor.68.b. Poſtremò illud fixũ in animis ueſtris tenetote uos,&c. pro Clu.43.b. Tamen non ita fixum eſſe deberet, ut conuelli non liceret. I.A.156.a. An ſi cui quid ille promiſerit, id erit fixum. pro Mur.139.a. Dixiſti quippe, iã fixum & ſtatutũ eſt. At.171.a. Et ſimul ſcito labare meum conſilium, quod iam ſatis fixum uidebatur. Acad.8.a. Decretũ non ſolum non eſſe falſum, ſed etiã ſtabile, fixum, ratũ eſſe debet. Tuſ.236.a. Stabile & fixum bonum. Ep. 167.a. Quæ perpetuò animo meo fixa manebunt. I.P.88. b. Vt tu uſpiam ſaxis fixus aſperis pendêres. At.242.b. Fortibus oculis ſpectare aliquem.

Flabellum,li. inſtrumentum quo æſtate uentum excitamus refrigerandi gratia. pro Fl.157.b. Cuius lingua quaſi flabello ſeditionis, illa eſt egentium concio, uentilata.

Flabilis,le. ſpirabilis. Tuſ.162.a. Nihil eſt in animis, ne humidum quidem aut flabile, aut igneum.

Flaceſco,ſcis. languidus fio. de Cl.173.a. Dein cum ocioſus ſtylum prehenderet, motusq; omnis animi tanquã uentus hominem defecerat, flaceſcebat oratio.

Flacus, ci, uel flaccus. de N.17.a. Sili, flaci, frontones, capitones.

Flagellum,li. uirga, uerber. pro R.92.b. Portia lex uirgas ab omnium ciuium Romanorum corpore amouit, hic miſericors flagella retulit.

Flagitioſè. At.93.b. et de Or.104.b. et ad Her.2.a. Hortenſius fuit cum gladiatoribus flagitioſè ac turpiter.

Flagitioſus,a,um. flagitijs contaminatus, fœdus, turpis. de Fin.83.b. Vicioſa et flagitioſa uita. Of.26.a. Quæ turpia ne nõ ſunt, uerbis flagitioſa dicamus. Brut.91.a. Neq; minus turpe, aut flagitioſum eſt,&c. I.V.135.b. Flagitioſæ libidines. pro S.R.22.b. Flagitioſa poſſeſsio.

Flagitium,tij. crimen propriè cum turpitudine & decore coniunctum. de Sen.85.a. Stupra uerò & adulteria, & omne tale flagitium uoluptatis illecebris excitari. At.256 b. Id erat meum factum, flagitij ſcilicet plenum & dedecoris. pro S.R.26.a. Qui præeſſe agro colendo flagitium putes. ad Her.7.a. Illum antè occultaſſe ſua flagitia, ſe planum facturum ab eo maleficium non abeſſe. de Cla.184.b. Tantam'ne fuiſſe obliuionem, inquit, in ſcripto præſertim ut ne legens quidem unquam ſenſerit, quantum flagitij cõmiſiſſet. pro S.R.22.b. Multa ſcelera & flagitia fieri. I.C. 100.a. Quæ libido ab oculis, quod facinus à manibus tuis unquam,



unquã, quod flagitium à toto corpore unquã abfuit? pro Cl.44.a. Si à multis eſſet flagitiũ rei militaris admiſſum. de N.14.b. Iſta enim flagitia Democriti. i. errores turpes.

Flagito,as. ardenter peto. I.V.250.a. Tamen in tanto conuentu nemo erat, quin reliquos non deſideraret ſolũ, ſed etiam poſceret & flagitaret. de L.156.b. Poſtulatur à te iamdiu uel flagitatur potius hiſtoria. pro Q.2.b. Tametſi cauſa poſtulat, tamen quia poſtulat non flagitat, prætеribo. pro Pl.269.a. Inſector, poſco, atq; adeò flagito crimen. Ep.129.b. Tamen ego expectatione promiſſi tui moueor ut admoneam te, non ut flagitem. & ibi. Etſi munus flagitare,&c. pro Font.276.a. Inſector ultrò atq; inſto accuſatori iudices, inſector, inquam, & flagito teſtes. pro Rab.92.a. Illa altera pars conſulis auxilium implorat & flagitat. de Orat.144.a. Etſi admonitum uenimus te, non flagitatum. I.A.200.a. Vt primũ ſenatus haberi potuit, ſemper flagitaui ut conuocaremur. Ep.153.a. Flagitare ſenatus inſtituit Cornutum, ut referret de tuis literis. I.A. 205.a. Facilius apparabitis ea quæ tempus & neceſsitas flagitat. Ep.57.a. Quid acta tua uita, quid ſtudia à te flagitent, tu uidebis. de Fin.52.a. Et tamen à philoſopho, ſi afferat eloquentiam, non aſperner: ſi non habeat, non admodum flagitem. pro Pl.260.a. Dicendum eſt id quod ille me flagitat, Laterenſem,&c. de Or.125.b. Hæc ſunt illa, quæ me ludẽs Craſſus modò flagitabat. pro Dom.216. a. Illi me frumentum flagitabant.

Flagrantia, tiæ. ardor. pro Cæl.47.b. Flagrantia oculorum.

Flagro,as. conflagro, ardeo. de D.95.a. Et noctu flagrantes onerarias, quas milites incenderãt, uidebatis. At. 73.a. Non dici poteſt, quàm flagrem deſiderio urbis. Att. 103.b. Dionyſium flagrantem deſiderio tui, mitto ad te. de Or.96.a. Vos etiam nimis flagrare cupiditate uideo. I.V. 217.a. Flagrare cupiditate & amentia. pro Cluent.20. a. Mulier ita flagrare cœpit amentia, ſic inflammata ferri libidine, ut eam,&c. pro Cæl.39.b. Flagrabant uicia libidinis apud illum. At.67.a. Conſules flagrant infamia. Tuſ.225.a. Ibicus Rhegynus amore flagrauit. I.V.67.b. Cùm inuidia & infamia non recenti, ſed uetere ac diuturna flagraret. & 216.a. Conuiuia, quæ ſtupris flagitijsq; flagrabunt. de Or.86.a. Incredibili quodam noſtri homines dicendi ſtudio flagrauerunt. pro Mur.139.b. Cato recentibus præceptorũ ſtudijs flagrans. At.133.b. Totam enim Italiam flagraturã bello intelligo. de Or.143.a. Non uidit bello flagrantẽ Italiam, non ardentem inuidia ſenatum. de Ar.252.b. Os flagrantis mulieris. de Or.12.a. Neque facile eſt, ut oderit eum, quem tu uelis, niſi te ipſum flagrantem odio antè uiderit. de Fat.140.b. Oratoria ſtudia, quibus etiam te incendi, quanquam flagrantiſsimum acceperam. Tuſ.218.b. Flagrans cupiditas.

Flamẽ,nis. flatus, ſpiritus, ſacerdos, unius alicuius Dei antiſtes. de N.48.a. Quem ſumma ab regione aquilonis flamina pulſant. In Arat. Inferior paulo eſt aries, & flamen ad auſtri Inclinatior, &c. & ibid. Flamina uenti & ſpiritus auſtri.

Flamen pro ſacerdote. de Leg.173.b. Diuis alijs alij ſacerdotes, omnibus pontifices, ſingulis flamines ſunto. pro Dom.220.b. & I.A.181.a. Itaq; populus Romanus breui tempore neq; regem ſacrorum, neq; flamines, neq; ſalios habebit. de Clar.169.b. Cum M.Pompilius ſacrificium publicum cum læna faceret, quod erat flamen carmentalis. de Ar.246.a. L.Lentulus flamen martialis. & ib. Flamen Quirinalis. pro Mil.106.b. Eo die Miloni iter erat Lanuuiũ ad flaminẽ prodendũ, quod erat dictator Lanuuij Milo. I.A.257.b. Antonius Cæſaris flamẽ eſt. I.A.181.a. Eſt ergo ut Ioui, ut Marti, ut Quirino, ſic diuo Iulio M.Antonius. & ibi. Cur non inauguratur? nam flamines inaugurabantur.

Flaminia,niæ. I.A.243.b. Tres uiæ ſunt ad Mutinam, à ſupero mari Flaminia, ab infero Aurelia, media Caſsia.

Flaminia,orum. flaminum ſacra. I.A.256.a. Cuius homo ingratiſsime flaminia cur reliquiſti?

Flaminiana oſtenta. de D.122.b.

Flamma,mæ. de N.47.b. Magnus leo tremulam quatiens è corpore flammam. de Orat.129.a. Quidam dicere aiunt, Enniũ, flammã à ſapiente facilius ore in ardente opprimi, quàm bona dicta teneat. I.A.257.b. Prius undas flammãq;, ut ait poeta neſcio quis. de Or.143.b. Sulpitius autem, qui in eadem inuidiæ flamma fuiſſet,&c.

Flammatus,a,um. de D.83.b. Principiò æthereo flammatus Iupiter igni. Poetæ.

Flammeus,a,um. igneus. de N.49.b. Sunt autem ſtellæ natura flammeæ.

Flammifer,a,um. flammeus, ardens. Ac.22.b. Abige à me flammiferam hanc uim, quæ me excruciat. Poetæ.

Flammula,læ. Ac.20.a. Cum oculum torſiſſet, duas ex lucerna flammulas eſſe uiſas.

Flatus,tus. ſpiritus, flamen. de Or.125.b. Et ad id unde aliquis flatus oſtenditur, uela do. In Arat. Aram, quam flatu permulcet ſpiritus auſtri. In Arat. Aeſtiferos ualidis erumpit flatibus ignes. Of.36.b. Cum proſpero flatu fortunæ utimur, ad optatos exitus prouehimur.

Flauius. At.86.a. Nec uerò pauci ſunt autores Cn.Flauium ſcribam faſtos protuliſſe.

Flauus,a. color fuluo clarior & albior. Acad.26. Flauum mare.

Flebilis,le. pro Planc.280.b. O flebiles uigilias. I.A. 231.b. Miſera & flebilis ſpecies: id eſt, fletu digna, miſerabilis.

Flebiliter, miſerabiliter. Tuſ.166.b. Nec flebiliter illa cauerentur. & 183.a. & 185.b. Perquam flebiliter Vlyſſes lamentatur in uulnere.

Flecto, ctis, xi, xum. inflecto, moueo, torqueo, detorqueo, cõtorqueo. de L.165.b. Qui teneros & rudes cum acceperũt, inficiunt, & flectunt ut uolunt. de L.161.b. Opinionũ uanitas imbecillitatẽ animorũ torquet & flectit, quócunq; cœpit. de D.105.a. Omne animal membra quò uult, flectit & contorquet. pro Cæl.40.a. Verſare ſuam naturã & regere ad tempus, atq; huc & illuc torquere et flectere. pro Corn.63.a. Gaditani ab omni ſtudio ſenſuq; pœnorũ mentes ſuas ad noſtrum imperium nomenq; flexerunt. de Or.128.a. Oratio, quæ ſuſcipitur ad commutandos animos, atq; omni ratione flectẽdos. I.C.115.a. Flectere fata. I.A.159.b. Flectere aliquẽ oratione. Br.287.a. Flectere iudiciũ ſuum aduerſus aliquem. pro Syl.170.a. Quibus reb. ita flectebar animo, atq; frãgebar, ut, etc. At. 72.a. Sed Leucatẽ flectere moleſtũ uidebatur. de D.128.a. Qui nauigãt in flectẽdis promontorijs uentorũ mutationes maximas ſæpe ſentiunt. At.182.a. Ex Oppij ſermone intellexi, quæ iſtorum uia eſſet, ſed ut eam flectas, te rogo.

Fleo, fles. fletum facio, lachrymo. de Or.106.b. Lapides me hercule omnes flere ac lamentari coegiſſet. I.V. 91.b. Flebat uterq; non de ſuo ſupplicio, ſed pater de filij morte, de patris filius.

Fletus,tus. eiulatus. pro Pl.275.b. Non modò lachrymulam, ſed multas lachrymas & fletum, cum ſingultu

uidere potuiſti.I.V.210.b.Fletus mulierum & lamentationes fieri ſolitas pro hiſce rebus.Att.175.a.Non poſſum præ fletu diutius in hoc loco cõmorari. pro S.R.22.a.Vt tota urbe fletus gemituſq; fieret. de Or.104.b. Recordatione alicuius fletum populo mouere. Tuſ.154.b. Lugubris lamentatio fletuſq; mœrens.pro Cl.20.a.Quotidianæ querimoniæ, aßiduus fletus.

Flexanima,æ.ſuada.de Or.125.b. & de D.97.a. Illa quæ à bono poeta dicta eſt flexanima atq; omnium regina rerum oratio.

Flexibilis,le.tenerum,molle.de N.78.b. Materia omnium rerum flexibilis & commutabilis.Or.201.b.Oratio mollis & tenera & ita flexibilis, ut ſequatur quócunque torqueas. de Or.159.a.Tenerũ,flexibile,quod facilè ſequatur quócunq; ducas.de Cl.190.a.Nihil tam tenerum, nihil tam flexibile,nihil quod magis ipſius arbitrio fingeretur. Am.113.b.Aſſentatoris animus flexibilis ac deuius. pro Mil.109.b.Molle,tenerum,flexibile. At.164.b. Nihil fallax,nihil flexibile non ad bonitatem.de N.55.b.Vox flexibilis.)(.Vox dura.

Flexiloquus,a,um.dubius,ambiguus. de D.132.a. Oracula flexiloqua & obſcura.

Flexio,onis.flexus,anfractus,conuerſio. I.P.90.a. Quos tu meandros, dum omnes ſolitudines perſequeris, quæ diuerticula flexioneſq; quæſiſti?de Leg.177.b.Ceruices oculoſq; pariter cum modorum flexionibus torqueãt. Or.202.a.Cum alter alteri obijcit uocis flexiones. & ibi. Virilis laterum flexio. de Vn.201.b.Flexiones deorum. aliàs,Fuſiones.

Flexuoſus,a,um.tortuoſus.de N.55.a. Auditus flexuoſum iter habet.

Flexus,a,um.inflexus,incuruus. de Fin.132.b.Fracti flexiq; motus.

Flexus,xus.At.259.b.Pons Tiretius,in quo flexus eſt ad iter Arpinas.de N.55.a. Aures habent introitum cum multis flexibus. de Orat.85.a.Flexus ætatis.pro Cæl.53.a. In hoc quaſi flexu ætatis.

Flo,flas.Att.100.a.Ita bellè nobis flauit ab Epiro lenißimus auſter & mitis.

Floccifacio,cis.contemno,nihili facio. Att.62.a. Ex quo intellectum eſt,tres ἀρειοπαγίτας totam rempublic. flocci non facere. At.221.b.Neq; tamen floccifacio.

Floccifacteon. At.13.b.Quare,ut opinor, φιλοσοφιτέον id quod tu facis:et iſtos conſulatus,nõ floccifacteon. Vox eſt Latina, græcorum more inflexa. alludit enim ad φιλοσοφιτέον,quaſi dicat:nõ debemus facere flocci,& dignos exiſtimare iſtos conſulatus,in quibus aſſequẽdis tantũ ſtudij laboriſq; ponamus.l.Victorij Caſtigationes.

Flora,ræ.dea.I.V.243.a.Flora mater,&c.

Florens,tis.integer,felix.)(.Afflictus. Parad.119.a. Qui te beatum,qui te florentem putas.de Or.128.a. Inuidetur enim præſtanti florentiq; fortunæ. pro Dom.223.a.Cum tu florens ac potens per medium forum uolitares. pro S.R.21.a.Roſcius florens gratia atq; hoſpitijs nobiliſsimorum hominum. pro Q.17.b. Ab afflicta amicitia transfugere,atq; ad florentẽ aliam deuolare.pro Pl.277.b.Quos ego florentes atq; integros ſine ferro uiceram. de Or.158.a.Modus autem nullus eſt florentior. pro S.R. 26.b.Itaq; ex minima tenuiſsimaq; R.P.maximam & florentiſsimam nobis reliquerunt.

Floreo,res,floreſco,clareo,eniteo, emineo, excellens ſum.de D.83.a.Hæc arbor una ter floret.i.lẽtiſcus.Of.75.b.Cyrenaicis obſoletis floret Epicurus.pro Pl.272.a.Quæ



ſtura mea floruit.Tuſ.149.a.Ergo in Græcia muſici floruerunt.I.V.262.a.Hic in ſua patria multis uirtutibus ac beneficijs floruit.de Or.143.a.Craſſus priuatis beneficijs & ingenij laude floruit.de Cl.167.a.Pericles floruit omni genere uirtutis.de Or.155.b. Cum Iſocrates diſcipulorum nobilitate floreret.Ep.10.a.In ſententijs ſenatorijs, & in omni actione atq; adminiſtratione reipub. floruiſſemus.pro Clar.40.a.Qui omnes in iudicijs publicis iam tum florente rep.floruerunt.Ac.1.a.Florere in foro. pro Fl.151.a.Quod maximè florere in generis ſui gloria uiderat,prætor adamauit.pro Seſt 26.a.Acceſſus meus ad urbem incredibili hominum gratulatione florebat.pro Cæl. 50.a.Q.Metellus cum in rep.floreret integerrima ætate, optimo habitu,maximis uiribus,ereptus eſt uniuerſæ ciuitati.Ep.25.a.Homo florens ætate,opibus,honoribus, ingenio,liberis,propinquis,affinibus,amicis.Ac.5.a.Arceſilas floruit tum acumine ingenij,tum admirabili quodam lepôre dicendi.& ibid.b. Et qui illum audiuerant, admodum floruerunt.de Or.85.a.Cum & honoribus & rerum geſtarum gloria florerent.pro Fon.282.b. Tum cõtinuæ præturæ,quæ & cæteris ornamentis,& exiſtimatione innocentiæ maximè floruerunt.de N.3.a.Doctiſsimorũ hominum familiaritates, quibus ſemper domus noſtra floruit.pro Q.15.a.Tu qui inter illos florebas. Epiſt.57.a. Studia & artes,quibus à pueritia floruiſti.& 133.a.Florere laudibus. Att.274.a.Florere honoribus & gratia. I.V.65.a.Iure tum florebat populi Rom.nomen. Epiſt. 176.a.Florente Antonio.

Floreſco,ſcis.floreo.de Cl.193.a.Hortẽſio floreſcente Craſſus eſt mortuus. de Or.143.b.Sulpitio ad ſummam gloriã eloquẽtiæ floreſcẽti,ferro uita erepta eſt.pro Cæl. 54.b. Hic nunc floreſcẽs firmata iam ſtirpe uirtutis. de D.115.a.Puleiũ aridũ floreſcere dicitur ipſo brumali die.

Floridior,oris.de Cl.191.b.At eſt floridior, ut ita dicam,quàm Hipperides.

Flos,oris.lux,decus,honor,ornamentum.de Sen.88.a.Florum omnium uarietas.& 89.b.Suauitates odorum, qui afflantur è floribus.I.V.225.a.Lectiſsimi flores omni tempore anni.de Cl.193.a.Flos & color pigmentorũ. I.A.161.a.Gratia non uirtutis ſpecie,ſed ætatis flore collecta.& 167.b.Omnis præterea flos nobilitatis & iuuentutis.de Cl.169.b.Virum excellentem præclari tum illi homines florem populi dixerunt.de Cl.169.b. Flos delibatus populi. Or.200.a.Verſariſq; in optimorum ciuium uel flore uel robore.pro Plan. Flos equitũ Romanorum. pro Fl.159.a.Aſpiciant hunc florem legatorum & laudatorum Flacci,ex uera & integra Græcia. I.A.185.b. Flos Italiæ,firmamentum imperij noſtri,ornamentum dignitatis.Parad.116.a.Flos orationis.

Floſculus,li.Of.41.b.Ficta omnia celeriter tanquam floſculi decidunt.pro Seſt.25.a.Non ſum tam inſolens in dicendo,ut omni ex genere orationem aucuper, & omnes undiq; floſculos carpam.

Fluctuans,tis.de Vn.196.b. Quietus & tranquillus. )(. Immoderatè agitatus & fluctuans.

Fluctuo,as.fluctibus iactor,uacillo,fluito. Att.29.b. Tota res etiã nunc fluctuat.Ac.8.b.Non debere eos in ſuo decreto,ſicut in cæteris rebus fluctuare. ad Her.27.a.Id genus orationis, quod appellamus fluctuans & diſſolutũ,eo quòd ſine neruis & articulis fluctuat huc & illuc. Or.206.b.Quid tam commune quàm mare fluctuantibus?litus eiectis?I.V.254.a.Cleomenes nauem in ſolo fluctuantem reliquerat.At.19.b.Fluctuans ſententia.

Fluctus,



Fluctus,ctus.unda,procella. pro Fl.159.b. Maßilia, quæ Barbariæ fluctibus alluitur.Or.206.b. Ita iactantur fluctibus,ut nunquã alluantur.Ep.336.a.Fortunam tanq̃ fluctum à ſaxo frangi oportere.Att.74.a. Nihil eſt quod minus fluctum ferre poßit.de Fin.125.a.Ad fluctum aiunt declamare ſolitum Demoſthenem, ut fremitum aſſueſceret uoce uincere.de In.81.b.Sedatis fluctibus & tempeſtate iam commutata.pro Mur.132.a.Motus & agitatio fluctuum.pro Mil.102.a.Et quidem cæteras tempeſtates & procellas in illis duntaxat concionum fluctibus ſemper putaui Miloni eſſe ſubeundas.

Fluito,as.fluctuo. pro Seſt.13.a.Hæc reipublicæ nauis ereptis ſenatui gubernaculis fluitans in alto tempeſtatibus ſeditionum,&c.

Flumẽ,nis.fluuius,amnis,profluens. de In.74.b.Vt qui trans flumen eſſent,uidere poſſent.de D.96.b. Flumina in cõtrarias partes fluxerunt,atq; amnes mare influxit.de Aruſp.257.b.Nauis in flumine publico uulgata omnibus.de In.78.a.In Eurotæ fluminis magnitudine.de Orat.114.a.Flumen orationis & uarietas.de Or.125.b.Flumen grauiſsimorum & optimorum uerborum.

Flumentana porta.At.103.

Fluo,is.labor,mano,defluo. de D.96.b. Flumina in contrarias partes fluxerunt,& amnes mare influxit. de In.74.a. Fluuius Eurotas, qui propter Lacedæmonem fluit.de D.100.b.Quid quod fluuius atratus ſanguine fluxit? de Nat.10.a.Quæ natura fluunt atq; manant, ut aqua.de Fin.87.a.Fluit igitur uoluptas corporis:id eſt, labitur & præterit. Orat.197.b. Cætera fluere, labi, nec diutius eſſe uno & eodem ſtatu. pro Mur.140.b. Excident gladij,fluent arma de manibus. Tuſc.209.a. Pythagoræ autem diſciplina,cum longè lateq; flueret,permanaſſe mihi uidetur in hanc ciuitatem.Tuſc.186.a. Cum uoluptate liqueſcimus, fluimuſq; mollicia. de Natur.36.a. Multa à luna manant & fluunt. de Clar.182.b. A Cotta & Sulpitio hæc omnis fluxit oratio. de N.69.a.Ne illud quidem eſt hæc unde fluxerunt.& ibid. Hæc omnia ex eodem fonte fluxerunt. de N.3.a.Multum ſermonem de libris noſtris fluxiſſe uideo.de Fin.72.a. Atq; ab iſto capite fluere neceſſe eſt omnẽ rationem bonorum & malorum. Offic.18.a.In rebus proſperis & ad uoluntatem noſtram fluentibus.de Or.133.b.Gallus pictus eiecta lingua, buccis fluentibus. I.P.84.b.Buccæ fluentes.pro Mar.134.b. Omnia,quæ delapſa iam fluxerunt,ſeueris legibus uincienda ſunt.de Cl.190.a.Oratio ita liberè fluebat,ut nuſquam adhæreſceret.Or.202.b. Tracta quædam & fluens oratio.de Or.160.b.Ne fluat,ne uagetur oratio. At.145.a. Videamus illius conſilia quorſum fluant. de Sen.83.a. Ex Neſtoris lingua melle dulcior fluebat oratio.

Fluuiatilis,le.de N.50.b.Beſtiæ aquatiles,ut fluuiatiles teſtudines.

Fluuius,uij.flumen,amnis,profluens.Tuſc.168.b. Apud Hipanim fluuiũ,qui ab Europæ parte influit in pontum. de D.100.b. & 120.b.Quid quod fluuius atratus ſanguine fluxit?de In.24.a. Fluuius Eurotas is, qui propter Lacedæmonem fluit.de N.27.a.Fluuius Sagra.de D. 88.b.Quoſdam exaruiſſe amnes uidemus,aut in aliũ curſum contortos & deflexos.

Fluxio,onis. curſus. de Diuin.103.a. Vt aquarum fluxiones.

Fluxus,a,um.incertus,inconſtans. At.278.b.Nonnulla in Hirtio huius belli fortuna ut in ſecundis fluxa, ut in aduerſis bona.



Foculus,li.pro Dom.238.a.C.Attinius bona Q.Metelli cõſecrauit foculo poſito in roſtris,adhibitoq; tibicinè

Focus,ci.lar,locus ubi ignis fouetur.de Sen.88.b.Curius ad focum ſedens,&c.de N.39.b.& Att.108.b. Veſta à Græcis ἑςία dicitur, cuius uis ad aras & focos pertinet. Ignis foci publici ſempiternus.l.Veſtalis. de Diuin. 122.a.In Selonio apud focum angues nundinari ſolent. pro Dom.234.b. Vniuſcuiuſq; noſtrûm ſedes, aras, focos,deos penates ſubiectos eſſe libidini tribunitiæ. pro S.R.22.a. Eijcere aliquem domo nudum, atque focis patrijs dijſq; penatibus præcipitem exturbare. de N.79.a. Pro aris & focis pugnare.

Fodico,as.Tuſ.198.a.Non eſt enim in noſtra poteſtate fodicantibus his rebus quas malas eſſe opinemur.

Fodio,dis.perfodio,effodio,fodico.de Or.124.a.Quibus cognitis ille ſibi ipſi foderet,& aurum defoſſum inueniret.de D.136.a.Reſpondit coniector theſaurum defoſſum eſſe ſublecto.fodit,inuenit auri aliquantũ.de Fin.49.b.Fodere,aut arare.Tuſ.182.a.Pungit dolor, uel fodiat ſanè.I.A.186.b.Num expectas dum te ſtimulis fodiam? hæc te lacerat,hæc cruentat oratio.

Fœcunditas,tis.ubertas,fertilitas.de N.57.a. Nos aquarũ inductionibus terris fœcunditatẽ damus. de N.28.b.Cœli temperatio,fœcunditas terrarũ.de D.100.a. Agri uberrimi maximeq; fertiles,in quibus multa propter fœcunditatẽ fingi gigniq; poſſunt.I.A.171.b.O miſeræ mulieris fœcunditatẽ calamitoſam. de Or.116.b. Volo enim ſe efferat in adoleſcente fœcunditas.

Fœcundus,a,um.ferax,uber,fertilis.de N.58.b.Sue nihil genuit natura fœcundius. de Sen.88.a.Foßionibus fit terra fœcundior.de Ar.253.b.Quæſturamq; illam maximè fœcundam atq; uberem in totum ad ſe redegit. de D. 85.a.Fœcundum pectus.Or.198.a. Periclem ab Anaxagora uberem & fœcundum fuiſſe.

Fœdißimè.turpißimè. Att.140.a. Cauſa agetur fœdißimè.

Fœderatus,a,um.fœdere & amicitia coniunctus.)(. Sine fœdere. de Orat.100.a.Si quis apud nos ſeruiſſet ex populo fœderato,ſeſeq; liberaſſet. pro Cor.58.b.Populi ſocij,Latini fœderati fundi.I.V.150.b.& 141.a.Fœderatæ ciuitates duæ ſunt,Mamertina & Taurominitana. & 205.b.Fœderatus atq; pacatus.

Fœdifragus,a,um.qui fœdus frangit,impius.Off.8.b. Pœni fœdifragi.& 72.b.Frangere fidem.

Fœditas,tis.turpitudo,macula.Of.73.b. Deprauatio & fœditas turpificati animi.de Nat.51.b.Odoris fœditas intolerabilis.I.A.242.a.Cuius ſcelere in hac ueſtitus fœditate ſumus.de Fin.98.a.Niſi eos per ſe fœditate ſua turpitudo deterreat.

Fœdo,as.maculo.I.P.91.a.Romam uerò ipſam fœdauit aduentus tuus. de Ar.255.b. Qui togatum domeſtici belli extinctorem nefario ſcelere fœdauit. de Ar.251.a.A Sex.Serano ſanctißima ſacella omni turpitudine eſſe fœdata ſcimus.

Fœdus,a,um.turpis,flagitioſus. Off.25.a. Luxuria uerò cùm omni ætati turpis , tum ſenectuti fœdißima eſt. de Ar.256.a. An ille fœdior atque inquinatior in Cn.Pompeio accuſando fuit? Q.Fr.328.a.Exitum iudicij fœdum & pernicioſum leuißimè tuli. Attic.125.a. Nihil fieri poteſt miſerius,nihil perditius,nihil fœdius. Att. 117.b.Bellum fœdißimum futurum puto.I.P.86.b.Immanißimum ac fœdißimum monſtrum. Att.247.a.Genus mortis fœdum.

Fœdus,

Fœdus. ris. pactio, fides, amicitia regum & populorum, lege & religione ſancita. de In.73.b. In eo fœdere quod factum eſt quondam cum Samnitibus. & ibid. de modo feriẽdi ſœderis, & de porca. pro Seſt. 8.a. Facere fœdus cum aliquo. de Fin.82.a. Facere fœdus inter ſe. pro Cor. 62.a. L. Martius cum Gaditanis fœdus iciſſe dicitur. I.P. 85.b. Tu ſcilicet homo religioſus, fœdus, quod meo ſanguine in pactione prouinciarũ iceras, frangere noluiſti. pro Seſt.8.a. Id enim fœdus meo ſanguine ictum ſanciri poſſe dicebant. Poſt.200.b. Cum prouinciarum pactiones, cum omnia cum omnibus fœdera ſanguine meo ſancirentur. pro R.P.123.b. Ferire fœdus cum aliquo. pro Cor.57.a. & ad Her.28.b. Fœdera negligere, uiolare, rumpere. pro Dom.226.b. Gabinius poſtea fregit fœdus, Piſo tamen in fide manſit. pro Dom.239.a. Fœdera feriebantur pecuniarũ. I.A.177.a. Nulla ſocietas optimis ciuibus cum importun ſſimo hoſte fœdere ullo confirmari poteſt. Off.74.b. Fœdera quibus cum hoſte deuincitur fides. pro Cor.56.b. Contra fœdus facere: id eſt, contra pop. Romani religionẽ & fidem. I.A.246.b. Oratum religioſumq; fœdus, quod cum his fecerimus. & ibi. Violare fœdus. de Leg.172.b. Cum intelligat quantæ ſalutis ſint fœdera religionum. I. V.245.b. In publicis religionibus fœderum. pro Seſt.10. a. Pacto iam fœdere prouinciarum. pro Cecinn.294.b. Quod fœdus aut pactio. I.V.150.b. Quinq; ciuitates ſine fœdere immunes ac liberæ. contra Rull.62.b. Excipit in uendendis agris eos agros, de quibus cautum ſit fœdere. pro Arch.186.b. Heraclea, quæ eſt ciuitas æquiſſimo iure & fœdere.

Fœmina, næ. mulier.)(. Mas. de N.20.a. Et deos mares & fœminas eſſe dicitis. de N.51.b. Aliæ beſtiæ mares, aliæ fœminæ ſunt. de D.121.a. Emiſſio fœminæ anguis. Item: Emiſſio maris anguis. de Leg.181.b. Porcus fœmina. de N.51.b. Et in mari & in fœmina commiſcendorum corporum miræ libidines. Tuſc.154.a. Mors in claris uiris & fœminis dux in cœlum ſolet eſſe. de D.91.a. Socrates dixit ſe uidiſſe in ſomnis pulchritudine eximia fœminam, quæ, &c. I.A.186.b. Tuæ coniugis bonæ fœminæ, locupletis quidem certè Bombalio quidam pater fuit. Ep.64.a. Præſtantiſſima omnium fœminarum uxor tua. & 66.b. Quod mihi fœminam primariam Pompeiam uxorem tuam commendas, locutus ſum cum Sura. Brut. 288.b. Rogatus ſum à prudentiſſima & diligentiſſima fœmina matre tua, ut, &c. I.A.186.b. Hæc ſanctiſſima fœmina atq; optima. pro Cec.287.a. Probatiſſima fœmina. de L.175.b. Vt ſentiant mulieres in natura fœminarum omnium Deum caſtitatem pati.

Fœmineus, a, um. Ad Her.21.a. Fœmineus plangor.

Fœneratio, onis. fœnoris exercitatio, pecuniæ nundinatio. pro Fl.158.a. Pecunia ab honoribus translata in quæſtum & fœneratione. de Fin.89.a. Nec enim ſi tuam ob cauſam cuiquam commodes, beneficium illud habendum eſt, ſed fœneratio. In Verrem 143.a. Ea autem fœneratio erat huiuſmodi. & 186.a. Fœneratio pecuniæ publicæ.

Fœnerator, oris. qui fœnus exercet. Off.30.a Primũ improbantur hi quæſtus, qui in odia hominum incurrũt, ut portitorum & fœneratorum. Attic.85.b. Idq; etiam acerbiſſimis fœneratoribus probaretur. Ep.63.a. Nec putant ei nummos deeſſe poſſe, qui ex obſidione fœneratores exemerit.

Fœneror, aris. fœnori do. I.V.143.b. Idem pecunias iſtius ſuo nomine fœnerabatur. & 185.a. Pecuniam binis centeſimis fœneratus eſt. Parad.125.a. Dimiſſiones libertorum ad fœnerandas diripiendas prouincias. Off.51.b. Cum ille qui quæſierat, dixiſſet, quid fœnerari? tum Cato, quid hominem, inquit, occidere? de Am.102.a. Liberales ſumus, num ut gratiam exigamus, neq; enim beneficium fœneramur, ſed, &c.

Fœneus, a. effigies hominum ex fœno, quibus obiectis ad ſpectaculũ præbendũ tauri irritabantur. Cic. pro Cornelio de maieſtate. Proſpectat uidelicet cominus quid agatur, uidelicet homines fœneos in medium ad tentandũ periculum proiectos, ſimulacra, &c. Aſcon. Pæd.

Fœnicularium, rij. Att.188.b. Scribe utrum Cæſar in fœnicularium, an in Martium campum cogitet.

Fœnum, ni. de Or.130.a. Craſſum cum Catulus nuper audiſſet, fœnum alios aiebat eſſe oportere.

Fœnus, oris. uſura. I.V.143.a. Idem pecuniam illis fœnori dabat. Att.83.b. Senatuſconſultum factum eſt, ut centeſimæ perpetuò fœnore ducentur, renouato in ſingulos annos fœnore. Att.93.a. Scaptius centeſimis renouato in ſingulos annos fœnore contentus non fuit. Att.62.b. Fœnus ex triente Id. Quintil. factum erat beſſibus. & 87.b. Itaq; & Græci ſoluunt tolerabili fœnore, & publicanis res eſt gratiſſima. Att.261.b. Non modò magno, ſed etiam iniquiſſimo fœnore uerſuram facere coactus eſt. pro Flac. 157.a. Pecuniam adoleſcentulo grandi fœnore, fiducia tamen accepta occupauiſti. & 158.b. Graui fœnore. I.V. 186.a. Accipere fœnus ab aliquo. pro Cæl.46.b. Fœnore trucidari. I.V.172.a. In iugere agri Leontini medimnum ferè tritici ſeritur, perpetua & æquabili ſatione ager efficit, cum octauo bene ut agatur, uerùm ut omnes dij adiuuent cum decimo, quod fit quando accidit, tum fit ut tantum decumæ ſit, quantum ſeueris. & ibid. Cum ager, id quod perrarò euenit, cum decimo extuliſſet, quæ erat ratio Decumani?

Fœtidus, a, um. putidus. I.P.82.a. Os fœtidum.

Fœtor, oris. putidus, & malus odor. I.P.84.a. Hic autem iacebat in ſuo græcorum fœtore & uino.

Fœtus, a, um. grauidus. de N.57.b. Terra fœta frugibus & uario leguminum genere.

Fœtus, tus. partus, fructus. de N.52.a. Quæ multiplices fœtus procreant, his mammarum data eſt multitudo. de D.88.a. Irridetur partus hic mulæ. & ibid. Fœtus extitit in ſterilitate naturæ. de N.52.a. Oua piſcium facilè aqua & ſuſtinentur, & fœtum fundunt. & ibi. Crocodili cum in terra partum ediderunt, obruunt oua. Tuſc.241. b. Ex quo triplex ille animi fœtus exiſtit. de Fin.303.a. Beſtiarum in fœtu & educatione laborem cum cernimus, naturæ ipſius uocem uidemur audire. de Clar.181.a. Nec ulla ætate uberior oratorum fœtus fuit. de Leg.161. a. Quæ frugibus atq; baccis ferræ fœtu profunduntur. Brut.166.a. Sic omnis fœtus repreſſus, exuſtuſq; flos ſiti ueteris ubertatis. de Orat.120.b. Ager non ſemel aratus, ſed nouatus & iteratus, quo meliores fœtus & grandiores poſſit edere.

Folium, lij. de Or.159.b. In arboribus truncus, rami, folia. Att.133.a. Nec me Coſſ. mouent, qui ipſi pluma aut folio facilius mouentur. de D.121.b. Qui platani in ramo foliorũ tegmine ſeptos Corripuit pullos. In Arat. Arbuſta ornata tegmine foliorum. I.P.100.b. Arida folia.

Folliculus, li. culeus, ſupplicium parricidarum. de In. 81.a. Os autem obuolutum eſt folliculo. ad Her.5.a. Ei folliculo lupino os obuolutum eſt.

Follis, lis. inſtrumentum uentoſum, ad ignẽ excitandũ. de



de N.12.b. Formæ quas uos effici poſſe ſine follibus & incudibus non putatis.

Fomentum, ti. quaſi remedium & delinitio. Tuſ.188. a. Hæc ſunt ſolatia, hæc fomenta ſummorũ dolorũ. de Fin. 83.b. Dolor fortitudinis fomentis mitigari ſolet.

Fons, tis. puteus, principium, origo, caput. I.V.227. b. Syracuſis eſt fons aquæ dulcis, cui nomen Arethuſa eſt, incredibili magnitudine, pleniſſimus piſciũ. de Or.119.a. Tardi ingenij eſt riuulos conſectari, fontes rerum non uidere. Q.Fr.320.a. Poema ad Cæſarem quod compoſuerã, incidi, tibi quod rogas, quoniam ipſi fontes iam ſitiunt, ſi quid habebo ſpacij, ſcribã. Ac.40.b. Vt ea à fontibus potius hauriant, quàm riuulos conſectẽtur. de N.69.a. Hæc enim omnia ex eodem fonte fluxerũt. Top.223.b. Riuorũ à fonte deductio. pro Mur.126.a. Cum tui fontes uel inimicis tuis pateant, noſtros etiã amicis clauſos eſſe. Or.102.a. Equidẽ fontes unde hauriretis, atq; etiã itinera ipſa putaui eſſe demonſtranda. At.279.a. Nec ſceleratiſſimorũ conſiliorum fontes haurire dubitaui. de Or.88.b. Iam ab illo fonte & capite Socrate. & 121.a. Si quis legum fontes & capita uiderit. Tuſ.149.b. Multo ſtudioſius philoſophiæ fontes aperiemus. de Or.92.b. Omnes omnium rerum fontes animo ac memoria continere.

Foramen, nis. Tuſcul.153.a. Quanquam foramina illa, quæ patent ad animum à corpore, callidiſſimo artificio natura fabricata eſt: id eſt, uiæ quædam & quaſi feneſtræ ſenſuum.

Forás. extrà. pro Cæl.49.b. Domus in qua nihil geratur, quod foràs proferendũ ſit. I.C.104.b. Quod tantam peſtẽ euomuerit, foràſq; proiecerit. At.211.a. Sed ea ſcripta timui foràs dari. de Som.131.a. Si iam tum, cum erit incluſus in corpore, eminebit foràs.

Fore. eſſe futurum. pro Mil.116.b. In his ſingulis ita ſemper exiſtimabitis, uiuo P. Clodio nihil horum uos uiſuros fore. At.117.a. Sin erit bellũ, ut uideo fore, partes meæ non deſiderabuntur. At.117.b. Dionyſio dum exiſtimabã uagos nos fore, nolui moleſtus eſſe. At.263.b. Nunquã putaui fore ut ſupplex ad te uenirem. & 93.b. Spero nihil fore aliter ac deceat. & 177.a. Præſertim cum ne ſpes quidem ulla oſtendatur fore melius. Ep.103.b. Ne ſpes quidem melius aliquãdo fore relinquitur. pro Syl.179.b. Cæcilius agrariæ legi interceſſorem fore perpeſſus eſt. Epiſt. 62.a. Omnib. in rebus me fore in tua poteſtate tibi confirmo. Ep.99.b. Scripſit ad me Cæſar, nondum te ſibi ſatis eſſe familiarem, ſed certè fore. Ep.213.a. Qui & ſi ſuis literis ualde confideret, tamen exiſtimauit mea commendatione aliquid acceſſionis fore. de Or.164.b. Tu fore dicis, ego uerò eſſe iam iudico. Ep.5.a. Quæq; mihi uidentur fore. Att.23.a. Pomponia nunciari iuſſit, te menſe Quintili Romæ fore. Att.278.b. Is ad Calend. Septembres Athenis non uidetur fore. Quint. Fr.327.b. Hircius auctus fore uidetur. Att.155.a. Puto fore ut attraharis. Item: Puto te attractum iri.

Forem, res, ret. eſſem, eſſes, eſſet. Att.115.b. Mihi dubium non erat, quin ille iam iamq; foret in Apulia. de Fat. 325. D. in Cod. Ger. Hoc modo uiator bene ueſtitus, cauſa foret cur à graſſatore ſpoliaretur. de Fin.78.a. Et quæreb as quis aut hoc miſerior, aut ſuperiore illo beatior foret.

Forenſis, ſe. iudicialis, publicus. Parad.116.a. Cato locos graues ex philoſophia tractabat, abhorrentes ab hoc uſu forenſi & publico. de Cl.191.b. Thucydides hoc forenſe cõcertatoriũ, iudiciale nõ tractauit genus. Or.213.a. Oratio iudicialis et forẽſis. Ep.65.a. Forẽſis.)(. Domeſticus.

Fores. ianua, oſtiũ, aditus. I.V.89.b. Seruis ſuis imperat Rubrius, ut ianuã clauderent, & ipſi ad fores aſſiſterent. & Tuſ.244.a. Extra fores limenq; carceris. de N. 39.b. Fores in liminibus profanarum ædium ianuæ uocantur. Tuſ.239.b. Cum fores cubiculi clauſerat. Of.54.b. Equus æneus, cuius in lateribus fores eſſent, quibus apertis, &c. pro Cæl.45.b. Fores effregit, reſtituentur.

Fori, orum. nauium tabulata. de Sen.80.b. Cum alij malos ſcandant, alij per foros curſent, alij, &c.

Foris. extrinſecus, in luce atq; oculis ciuium.)(. Intus & domi. de Or.123.b. Argumenta aut ex ſua ſumi ui atq; natura, aut aſſumi foris. & ibi. Extrinſecus autem, cum ea quæ ſunt foris, neq; inhærent in rei natura, colliguntur. Off.15.b. Parua ſunt foris arma, niſi eſt conſilium domi. pro Syl.170.a. Ille relictus intus, expectatus foris. Q.Fr. 321.a. Cicero tuus ad nos uenit, cum Pomponia foris cœnaret. Ep.102.b. Ego ſi foris cœnitarem, &c. de Fin.95. a. Vt in ipſa arte inſit, non foris petatur extremum. I.V. 195.b. Non quæram foris. Part.234.a. Sed foris ad ſe delata: id eſt, de foris, ut dicunt. de In.71.a. Aliquo foris adiuncto argumento.

Forma, formæ. ſpecies, figura, notio, character. de N. 7.a. Quaſi aer ſine ulla forma eſſe poſſit, cum præſertim Deum pulcherrima ſpecie eſſe deceat. pro Cæl.38.a. Adoleſcens in quo forma & ſpecies ſit liberalis. contra Rull. 72.b. Formam adhuc habetis & ſpeciem ipſam tyrannorum, inſignia uidetis poteſtatis. de Fin.132.b. Corporis noſtri partes, totaq; figura, & forma & ſtatura, quàm apta ad naturam ſit, apparet. de N.11.b. Quæ cõpoſitio membrorum, quæ cõformatio lineamentorũ, quæ figura, quæ ſpecies humana poteſt eſſe pulchrior. & ibi.a. Omnium animantium formam uincit hominum figura. & ibid.a. Forma & ſpecies deorum. Off.4.a. Formam quidem ipſam & tanquam faciem honeſti uides. pro Cluent.59. b. Ea ſibi præter formam nihil ad ſimilitudinem hominis reſeruauit. de Fin.141.b. Gloria, quæ habet formam honeſtatis & ſimilitudinem. de Fin.74.b. Cuius ſimilitudine perſpecta in formarum ſpecie à dignitate tranſitum eſt ad honeſtatem, &c. Off.21.b. In formis alijs dignitas ineſt, alijs uenuſtas. de N.9.b. Cleanthes fingit quandam formam & ſpeciem deorum. de N.19.a. Non ab hominibus formæ figuram perueniſſe ad deos. Tuſcul.250.a. Quæ ſpecies formæ? I.V.229.a. Cognitio formarum ex pictura. pro Flac.148.a. Si formam hominis, ſi nomen, ſi tribum noſtis. Tuſcul.182.b. Qui Græciæ formam rerum publicarum dederũt. At.92.b. Formam igitur mihi totius reipub. uelim mittas. Epiſt.43.b. Forma temporum & reipubl. expreſſa. & 22.a. Videre formam, & ex ea qualc ædificium futurum ſit cognoſcere. de Diuin.118.b. In nubibus nunquid animaduertiſti leonis formam aut Hippocentauri? & 84.a. Terribiles formæ nocturno tempore uiſæ. Offic.26.b. Formæ dignitas, coloris bonitate tuenda eſt. & ibi.a. Ergo & à forma uirili remoueatur omnis uiro non dignus ornatus. & 25.b. Natura formam noſtram, reliquamq; figuram, in qua eſſet ſpecies honeſta, eam poſuit in promptu. de N.44.b. Formæ unius & uiginti literarum, uel aureæ, uel quales libet. de Or.100. b. In geometria lineamenta, formæ, interualla, &c. Offic. 21.a. Vt ad officij formam reuertamur. de Clar.192.b. Forma ingenij admodũ impolita & planè rudis. & 196. a. Ingenij quædam forma lucebat, & exercitatione perfecta erat. Or.200.a. Laudationum, ſcriptionum, & hiſtoriarum & ſuaſionum formæ. de Orat.117.b. Exprimere quandam

quandã formam, figuramq́; dicendi. Or.203.b. Non modò partes orationis, ſed cauſæ totæ aliæ alia forma dicẽdi ſunt tractandæ. de Or.146.a. Penè innumerabiles ſunt quaſi formæ figuræq́; dicendi, ſpecie diſpares, genere laudabiles. de Or.153.b. Cum quæritur, quæ forma & quaſi naturalis nota cuiuſq; ſit: ut ſi quæratur auari ſpecies, ſeditioſi, glorioſi. Off.68.a. Species, forma, & notio boni uiri. de N.6.a. Vnde illæ quinq; formæ, ex quibus reliquæ formantur. Top.222.a. Forma à genere nunquam ſeiungitur. & 223. Forma & ſpecies idem. Item: Forma eſt notio, cuius differentia ad caput generis, & quaſi fontem referri poteſt. & ibi. Nolim ſpecierũ & ſpeciebus dicere, at formis & formarũ uelim. de N.6.b. Forma rotunda. i. figura. de N.21.a. Habitus oris: id eſt, forma uel figura. Tuſ.240.a. Puer egregia forma. Ep.15.a. Si laudabit hæc illius formã, tu huius contrà. ad Her.21.b. Imago, forma, nota, ſimulachrum. l. Idea.

Formatus, a, um. forma præditus. ad Heren.40.b.)(. Informis.

Formiæ, arum. opp. Att.30.a.

Formianum. uilla. At.25.a. Tu ſi in Formiano non erimus, ſi nos amas, in Pompeianum uenito.

Formica, cæ. de N.63.a. In formica non modò ſenſus, ſed etiam mens, ratio, memoria eſt.

Formido, das. metuo, aliqua formido mihi poſita eſt. I.A.172.a. Vnus inuentus eſt, qui id auderet, quod omniũ fugiſſet & formidaſſet audacia. Or.217.b. Quo etiam ſatietas formidanda eſt magis. Epiſtol.120.a. Neq; prius formidare deſinam, quàm, &c. Attic.134.a. Huius inſidioſa clementia delectatur, illius iracundiam formidat. Quint. Fr.322.b. Ἀπότευγμα, formido. de Fin.75.b. Formidare omnia.

Formido, nis. Tuſc.213.a. Formido eſt metus permanens. pro S.R.19.a. Forſitan quæretis, qui iſte terror ſit, quæ tanta formido. At.14.b. Vidi hominem XIIII. Cal. Febr. plenum formidinis. & 132.a. Poſt has fugas & formidines. pro Q.8.a. Minas iactare, formidines opponere. de Fin.62.a. Horribilis formido. de Pro.78.a. Subita atq; improuiſa formido. I.C.119.b. Vt aliqua in uita formido improbis eſſet poſita.

Formidoloſè. timidè. pro Seſt.12.a.

Formidoloſus, a, um. horribilis. pro Cl.19.a. Conſeſſus ueſter, quem illi horribilem A. Cluentio & formidoloſum fore putauerunt. I.V.235.b. Dubijs formidoloſiſq; temporibus. I.P.92.a. Formidoloſiſsimum bellum.

Formo, as. figuro, fingo, effingo. de N.6.a. Vnde uerò illæ quinq; formæ, ex quibus reliqua formantur? Ac.29.a. Ignis, qui moueat terram, quæ ab eo formetur. & 4.a. Ex materia, quam fingit formatq́; effectio. de Or.159.a. Sed uerba nos, ſicut molliſsimam cerã formamus & fingimus. de Or.141.b. Verba quæ formari ſimilitudine nulla poſſunt. I.V.126.a. Erant ſigna complura ex ære, in his mira pulchritudine ipſa chimera in muliebrem figuram habitumq́; formata. de Or.112.a. Oratoris eſt formare orationem, eamq́; uariare & diſtinguere. de Or.160.b. Hanc igitur ad legem cùm exercitatione tum ſtylo formanda nobis oratio eſt. de D.127.a. Perinde utcunq; temperatus ſit aer, ita pueros orientes animari atq; formari. pro Seſt.6.b. Capua, qua ipſa tum imaginis formandæ cauſa duumuirum agebat. de N.62.b. Formatas in animis noſtris deorũ notiones eſſe. de D.137.a. Quæ nunquam uidimus, ea tamen formata in animo habemus. de N.23.a. Atomi formare, figurare, colorare, animare non poſſunt. de Or.146.a. Non poſſunt ea, quæ inter ſe diſcrepant, iiſdem præceptis atq; in una inſtitutione formari.

Formoſitas, tis. pulchritudo, forma. Off.25.b. Decorum poſitum eſt in tribus rebus, formoſitate, ordine, ornatu ad actionem apto.

Formoſus, a, um. pulcher, qui eximia facie eſt. de In.50.a. Formoſus an deformis. de In.62.a. Zeuſis quæſiuit ab eis, quaſnam uirgines formoſas haberent. de N.6.b. Formoſus & pulcher, idem.

Formula, læ. præſcriptum, norma, nota. de Or.118.a. Hæc eſt enim in ludo cauſarum ferè formula, lex peregrinum uetat, &c. Off.64.a. Aquilius protulit de dolo malo formulas. & ibi. Dolus malus eſt, cum eſt aliud ſimulatum, aliud actum. de Clar.190.a. Quod in iuriſconſultorum includitur formulis. Epiſtol.215.a. Et ut uos ſoletis in formulis, ſic ego in epiſtolis de eadem re alio modo. & 101.a. Formula fiduciæ, ut, Inter bonos bene agier. de Fin.64.b. Primùm præſcribit, ut quibuſdam in formulis agatur ea res de qua diſſeritur. Off.56.a. Formula quædã conſtituenda eſt, quam ſi ſequemur in comparatione rerum, ab officio nunquã aberrabimus. & ibi. Erit aũt hæc formula Stoicorũ rationi diſciplinæq; maximè conſentanea. de L.158.b. Stipulationum & iudiciorum formulas componere. pro Q.R.49.a. Sunt iura, ſunt formulæ de omnibus rebus cõſtitutæ, ne quis aut in genere iniuriæ, aut ratione actionis errare poſsit. pro S.R.49.a. Expreſſæ ſunt publicè à prætore formulæ, ad quas priuata lis accõmodetur. pro Mur.129.b. Iuriſconſulti notas quaſdam cõpoſuerunt, ut, &c. id eſt, formulas. & ibi. de iuriſconſultorum formulis. Or.203.b. Sequitur ut cuiuſq; generis nota quæratur & formula. & 200.a. Quid eſt quod præſcriptum aliquod aut formulam exprimas? de Or.124.b. Plura iudicant homines odio aut amore, &c. quàm ueritate, aut præſcripto, aut iuris norma aliqua, aut iudicij formula. de Opt.244.b. Cauſa ipſa abhorret illa quidem formula conſuetudinis noſtræ. et ibi. Et ad quam eos quaſi formulam dicendi reuocent. pro Q. Poſtulat ut ſibi Quintius iudicatum ſolui ſatiſdet, ex formula quod ab eo petat, quoniam, &c. pro Fl.153.b. Niſi uerò hactenus iſta formula teſtimonij atq; orationis tuæ deſcribi ac diſtingui poteſt. pro Q.R.46.b. Aliquem in antiquiſsimã formulam ſponſionis concludere. de Cl.182.a. De teſtamentorũ iure, de antiquis formulis. I.V.138.b. Poſtulationum formulæ uſitatæ. de Or.99.b. Teſtamentorũ formulæ. pro Dom.237.b. Si uerba ad religionem deorum immortalium compoſita, ad perniciem ciuium tranſtulerit.

Fornax, cis. de N.22.a. Sunt quædam beſtiæ, quæ appareant in ardentibus fornacibus ſæpe uolitantes.

Fornicatus, a, um. qui fornicem habeat, uel cum fornice. ut paries fornicatus. Top.22.a.)(. Solidus.

Fornix, cis. camera, arcus. de Ar.248.b. I.V.69.b. Videt ad fornicẽ Fabianũ in turba Verrem. & de Or.133.a. pro Pl.262.a. Fornix Fabius. & de Or.133.b. Fornix Fabij. Top.144.a. Præſtare quod fornix fecerit. I.V.139.b. Huius fornix in foro eſt, in quo nudus filius ſtat. ad Her.21.b. Vt ædes, intercolumnium, fornicem.

Fors. fortuna. At.227.b. Sed hæc fors uiderit, quæ talibus in rebus pluſquã ratio poteſt. At.60.b. Sed de illa ambulatiõe fors uiderit, aut ſi quis eſt, qui curet Deus. et 111.b. Sed hæc ut fors tulerit. & 118.a. Quencunq; fors tulerit caſum. I.P.80.a. Sit ſanè fors domina campi.

Fortefortuna. de D.112.a. Aliquid aut caſu aut forte fortuna fieri.





Forſitan. fortaſſe. de Orat.125.b. Maior ars aliqua forſitan eſſet requirenda. & At.190.a. pro S.R.19.a. Forſitan quæratis, &c. Cæl. Ep.113.a. Forſitan cum locupletiore referam.

Fortaſſe. forſitan, ſi fortè. Epiſt.26.b. Quod eſt igitur mihi triſte conſilium? ut diſcederem fortaſſe in aliquas ſolitudines? & 27.b. de Orat.93.b. Græculus ocioſus & loquax, fortaßе doctus & eruditus. Or.215.b. Elegit ex omnibus Iſocratis libris uerſus fortaſſe triginta Hieronymus. Attic.1.b. Et fortaſſe cum Romæ à iudicijs forum refrixerit, excurremus menſe Septembri, &c. Attic.95.b. Puer fortaſſe fatuus.

Fortaſsis. fortaſſe. Epiſt. 27.b. Sed ego fortaſsis uaticinor.

Fortè. caſu, forte fortuna. de Or.129.a. Fortè euenit ut in Priuernati eſſemus, &c. & pro Cl.47.a. de Or.126.a. Ac ne fortè hoc magnum ac mirabile uideatur. I.V. 55.a. Si quis fortè miratur, &c. Q. Frat. 300.a. Ne fortè me in græcos tam ambitioſum factum eſſe mirere. pro Plan. 273 a. Cum caſu diebus iis, &c. Puteolos fortè ueniſſem, cũ, etc. pro Flac.150.a. Niſi fortè, &c. de N.58.a. Niſi fortè illud, &c. de Orat. 147. a. Et aliquem, ſi fortè, motum: id eſt, fortaſſe.

Forticulus, la, lum. diminut. à forti. Tuſcul. 185.a. l. Tormina.

Fortis, forte. magnanimus, ſtrenuus, acer, conſtans, potẽs, robuſtus, ualens, inuictus, magnus, animoſus, excelſus, multum roboris habens, in quo multum eſt roboris ac uirtutis, qui animo excelſo & alto & uirtutibus exaggerato eſt, maximi animi, qui omnia in ſe poſita eſſe ducit, & humanos caſus uirtute inferiores putat. de Am.96.b. pro S.R.41.a. Viris fortib. quorum opera eximia in rebus gerendis extitit, honos habitus eſt. Tuſ.177.a. Fortes fortuna adiuuat, ut eſt in prouerbio. pro Mil.115.a. Et unius poſt homines natos fortiſsimi uiri magnitudinem animi deſideres I.V.136.b. Vir fortiſsimus & innocentiſsimus S. Peduceus. Attic. 127. b. Quod doleo uiris fortiſsimis accidiſſe. pro Seſt.12.b. Vir fortis & acris animi magniq;. pro Mil. 119.b. Vir fortis & animoſus, & acriter morti ſe offerens. Fortis ad uindicandum. l. Sagax. pro Font. 283. a. Fortis ad pericula. de Clar.175.a. Conſtans & fortis uir. pro S.R.32.b. Vir contra audaciam fortiſsimus. I.V. 171. a. Adoleſcens bonus & fortis. de N.55.a. Fortis.)(. Ignauus pro Fon.282.b. Vir maximi animi. Off.40.b. Qui hæc magno et excelſo animo deſpiciũt. de Or.116.b. Animus acer & præſens. Off.10.a. Fortis animus & magnus. de Sen. 92.a. Senectus animoſior eſt quàm adoleſcẽtia, & fortior. At.132.a. Quod unquam eorum in rep. forte factum extitit? de Or.163.b. Inflexio laterum fortis & uirilis. de Or. 105.a. Sic illam orationem diſertam ſibi & oratoriam uideri, fortem & uirilem nõ uideri. de Or.125.a. Oratio fortis, acris, uehemens.)(. Placida, ſummiſſa, lenis. de Or.145. a. Forte & uehemens genus dicendi. de Or.145.a. Fortiſsimo animi impetu, pleniſsima & maxima uoce, ſumma cõtentione corporis. I. C. 113.b. Dictæ ſunt à principibus acerrimæ & fortiſsimæ ſententiæ. I. A. 240.b. Acerrima illa & fortiſsima cupiditas, imminuta & delibata eſt. Off. 16.b. Fortis animi eſt & conſtantis, non perturbari in rebus aſperis. Tuſcul.177.a. & 236.b. Excelſus, altus, humana deſpiciens. At.242.b. Hoc loco Caſsius fortibus ſanè oculis matrem ſpectare.

Fortiter. animoſè, uiriliter, conſtanter, neruoſè, acriter, ſtrenuè, magno animo. At.227.b. Quicquid acciderit, fortiter ac ſapienter ferre. pro Quin.5.b. Dolobella iniuriam facere fortiſsimè perſeuerat. Att.247.a. Atq; mi Attice fortiter hoc uelim accipias, ut ego ſcribo. Off.13.a. Quæ animo magno & fortiter excellenterq́; facta ſunt. de Pro. 77.b. Quàm ſapienter non diſputo, conſtanter quidem et fortiter certè. I. A. 192.a. Animoſè & fortiter facere aliquid. pro Flac.168.b. Cum hoſtibus fortiter bellum gerere. Att.139.a. Quemuis euentum fortius feram quàm hũc dolorem.

Fortitudo, nis. magnitudo animi & robur, animi excelſi atq; inuicti magnitudo & robur, animi excellentia magnitudoq́;, elatio & magnitudo animi, animi excellentis magnitudo & præſtantia, præſentia animi, robur animi, fortis animus & magnus, uis animi, acer & præſens animus, magnus animus & excelſus, excelſitas & magnitudo animi, excellẽs animus et humana contẽnens, magna in hoc certè uis et incredibilis animus, robuſti animi eſt, magnæq́; conſtantiæ.)(. Ignauia, timiditas, inertia, nequitia. de In. 82.b. Fortitudo eſt conſiderata periculorum ſuſceptio & laborum perpeſsio. Offic.76.a. Fortitudo eſt dolorum laborumq́; contemptio. Item: Itaq; probè definitur à Stoicis fortitudo, cum eam uirtutem eſſe dicant propugnantem pro æquitate. Tuſc. 236.b. Fortitudo eſt animi affectio in adeundo periculo, & in labore ac dolore patiens. Off.73.a. Magnitudinis animi & fortitudinis proprium eſt, nihil extimeſcere, omnia humana deſpicere, nihil quod homini accidere poſsit intolerandum putare. Tuſc.184. b. Viri propria maximè eſt fortitudo, cuius munera duo maxima ſunt, mortis doloriſq; contẽptio. de N.67.a. Fortitudinem omnem, aut in dolore, aut in labore, aut in periculo ſpectari. Tuſ.220.b. Fortitudo eſt igitur animi affectio, legi in perpetiendis rebus obtemperans. uel conſeruatio ſtabilis iudicij, in eis rebus, quæ formidoloſæ uidentur ſubeundis & repellendis. uel ſcientia rerum formidoloſarũ, contrariarumq́;, aut omnino negligendarum, conſeruans earum rerum ſtabile iudicium. Tuſc. 220.a. Fortitudo eſt, inquit Chryſippus, ſcientia perferendarum rerũ. uel affectio animi in patiendo ac perferendo, ſummæ legi parens ſine timore. Tuſc.181.b. Quid fortitudini comitibuſq; eius, magnitudini animi, grauitati, patientiæ, rerum humanarum deſpicientiæ, quomodo reſpondebis? Part. 236. b. Quæ uenientibus malis obſtat fortitudo. Antequam.193.a. Qui non militum præſenti fortitudine, ſed ſua eximia animi uirtute hoſtilem ciuium mentem uindicauit. pro Seſt. 22.a. Hoc ſentire prudentiæ eſt, facere fortitudinis: ſentire uerò & facere, perfectæ cumulatæq; uirtutis. I.C. 103.a. Non eſt uehementius ſeueritatis ac fortitudinis inuidia, quàm inertiæ ac deſidiæ pertimeſcenda. pro Pom.9.b. Labor in negocijs, fortitudo in periculis. Off. 16.a. Sunt ergo domeſticæ fortitudines non inferiores militaribus. Off.4.a. & de Orat.140.a. Animi excelſi atq; inuicti magnitudo ac robur. Off. 16.a. Animus excelſus & magnificus. & 12.b. Quod animo magno elatoq́;, humanaq; deſpiciente factum ſit, id ſplendidiſsimum uideri. & 56.b. Magnus animus & excelſus. & 14.a. Excellens animus & humana contemnens. & ibi. Hoc robuſti animi eſt, magnæq; conſtantiæ. & 56.b. Excelſitas & magitudo animi. pro Mil.113.a. Acer & præſens animus. pro Cæl.45.b. & pro Mil.121.b. Robur animi. ad Her. 16.b. Fortitudo eſt rerum magnarum appetitio, & rerum humilium cõtemptio, & laboris cum utilitatis ratione perpeſsio. Part.237 a. Fortitudinem audacia imitatur.

Fortuitò. fortuitu, caſu, temerè.)(. Conſultò. Or. 215.

a.Superior ætas numero caruit, niſi ſi quando temerè ac fortuitò.con.Rul.69.b. Paucas tribus nõ certa cõditione iuris,ſed ſortis beneficio fortuitò ad uſurpandam libertatẽ uocare.de D.107.a. Aliquid caſu et fortuitu factũ eſſe. de Or.94.a.Fortuitò in aliquẽ ſermonẽ incidere.Or.214.a. Cum, ut fit,fortuitò dicerent,etc.Ep.64.b. Nõ repentina aliqua uoluntate, neq; fortuitò incidere ad aliquid agendum.de Fin.132.a.Hoc ita eſt fortuitò.

Fortuitu.fortuitò,caſu.I.A.225.a. Quod uerbum tibi non excidit,ut ſæpe fit,fortuitu,ſed ſcriptum,meditatum, cogitatum attuliſti.Off.21.a.Temerè ac fortuitu,inconſideratè,negligenterq; facere aliquid. Ad Heren.4.a. & de D.121.a. & 112.a.Caſu & fortuitu nauis in portum incolumis delata eſt.

Fortuitus,a,um.quod in fortuna poſitum eſt. Ep.98.b. Vt illud neſcio quid non fortuitũ, ſed diuinum uideretur. de N.14.b.Ex his factum eſſe mundũ concurſu quodã fortuito.de Or.97.a.Subita & fortuita oratio.de N.77.b.Si quippiam nacti ſumus fortuiti boni.Top.227.a. Concurſio rerum fortuitarum. Acad. 4.a. Fortuita atomorum concurſio.

Fortuna, fortunæ. ſors.fors,hera, caſus, temeritas, euentus,conditio.de D.111.b.Quid eſt enim aliud fors? quid fortuna? quid caſus? quid euentus? niſi cum ſic aliquid cecidit, ſic euenit, ut nõ cadere atq; euenire, uel aliter cadere,atque euenire potuerit? de D. 112.a. Nihil eſt tam contrarium rationi atque conſtantiæ, quàm fortuna. de N. 71. b. Fortuna ab inconſtantia & temeritate ſeiungi non poteſt. de Nat.34.b. Fortuna, quæ amica uarietati reſpuit conſtantiam. pro Mil. 114. b. Vide quàm ſit uaria uitæ commutabiliſq; ratio, quàm uaga uolubiliſq; fortuna. de D. 131. a. Varietas eſt propria fortunæ. de Am. 106. b. Non ſolum ipſa fortuna cæca eſt, ſed eos etiam plerunque efficit cæcos, quos complexa eſt. Parad. 122. a. Cui quidem, quæ maximam uim habere dicitur fortuna ipſa cedit. pro Mar.131. a. Fortuna domina rerum humanarum. Acad. 44.b. Fortuna effecit multa improuiſa nobis, propter obſcuritatem ignorationemq; cauſarũ. de D. 126. b. Nuſquam fortunatiorem, quàm Præneſte fortunam eſſe.ad Her.13.a.Fortunam inſanam eſſe & cæcam & brutam perhibent philoſophi,ſaxoq; inſtare globoſo prædicant uolubili. & ibi multa de fortuna ex Pacu. Tuſ.233.a.Vitam regit fortuna,non ſapientia.Item: O falſam & uolucrem fortunam. & ibi.In quo ne tum quidem fortunæ rotam pertimeſcebat.I.A.259.a. Ne uim fortunæ ſtultitia contempſiſſe uideamur. de N. 77. b. Fortunam à deo petendam, à ſe ipſo ſumendam eſſe ſapientiam. de Pro.76. a. Aliquis fortunæ muneribus ampliſſimis ornatus, ſæpius eius deæ periculum ſacere non debet. pro Seſt. 6.b. Sed fuit profectò quædam illa reipublicæ fortuna fatalis,ut ille,&c.de N.19.a. Illud quæro quæ fuerit tanta fortuna,quis iſte tantus caſus,ut,etc.I.A.248.a. Quis hoc non uidet? quod fortuna,quæ dicitur cæca uidit? Off. 36. b.Magnam eſſe uim in fortuna in utranq; partem,uel ad ſecundas res,uel aduerſas,quis ignorat? Quin Fr. 290.b. Intelligerem etiam fortunæ poteſtatem in nos prorogatam:nunc uerò ea pars tibi reip.commiſſa,in qua nullam, aut perexiguam partem fortuna tenet.Poſtquam. 198. a Proſpera,æquabilis perpetuaq; fortuna, ſecundo uitæ ſine ulla offenſione curſu.de Ar.256.b.Vtriſq; horum ſecũda fortuna regnum eſt elargita,aduerſa mortem. Ep.5.a. Ex ijs rebus,quas tibi fortuna elargita eſt. pro Seſt. 16. b. En cur cæteri reges ſtabilẽ eſſe ſuam fortunã arbitrentur? I.P.87.b.Nunc meam ſpoliatam fortunam conferam cum florente fortuna imperatoris. de N.78.a. Ad proſperam aduerſamq; fortunam qualis ſis nihil intereſt. Epiſt.31. a. Ferre pulcherrimè ſecundam fortunam & aduerſam. Attic. 121. a. Is ſuperbum ſe præbuit in fortuna, quam putauit noſtram fore, cuius fortunæ nos, quantum humano conſilio effici poterit, motum ratione quadam gubernabimus. & 275.a. Miſerorum fortunam inſectari. Ep.11. a. Mala & afflicta fortuna. pro Syl. 174. a. Afflicta fortuna alicuius. pro Cluent. 19. a. Alicuius miſera, multumq; iactata fortuna. Off. 36.b. Hæc igitur ipſa fortuna cæteros caſus rariores habet. pro Dom. 242.a. Caduca ſemper hæc eſſe duxi,non uirtutis & ingenij,ſed fortunæ & temporum munera: quorum ego bonorum, nõ tam facultatem unquam & copiam expetendam putaui,quàm in utendo rationem,& in carendo patientiam. Antequã. 194.b. Quem paulo antè fortuna erexerat ad gloriã,etc. de Or.126.b. Cũ ipſum imperatorẽ ad cõmunem imperatorum fortunã defendendã excitarem. Off. 12.a. Propinqui quibus cõmunis plerunq; fortuna eſt. At.278.b. Nonnulla in Hircio huius belli fortuna,ut in ſecundis fluxa, ut in aduerſis bona.pro Fon.283.a.Felix ad caſum fortunamq; belli.pro Pom.13.a.Fuit profectò quibuſdam ſummis uiris quædã ad res magnas bene gerendas diuinitus adiũcta fortuna.pro Mur.134.a.Par dignitas ad conſulatus petitionem,diſpar fortuna prouincialium negociorum, in hoc et in illo fuit.& 139.a.Hos ad magiſtros,ſi qua te fortuna Cato cum iſta natura detuliſſet,non tu quidem eſſes,&c. At. 273.b. Ciuis qualis & prudentiſſimus & fortuna optima eſſe debet. & 231.b. Omne conſilium in fortuna poſitum uideretur.Poſtquam.199.a.b.C.Marius ſubijt indigniſſimam fortunam præſtantiſſima gloria ſua. Att.156.b. Fortuna qua illi florentiſſima,nos duriore cõflictati uidemur. & 138.b. Quorum ego cauſa timidius me fortunæ committebam. pro Flac. 153.b. Aſclepiades fortuna egens, uita turpis. pro Syl. 184. a. Orat uos, ut ſe aliquando ſi non integra fortuna,at afflicta patri ſuo gratulari ſinatis.In Sal.274.a.Salluſtius bis ad iudicis ſubſellia attractus extrema fortuna ſtetit. Q. de Pet.206.b. Quanto melior tibi fortuna petitionis data eſt quàm C.Cælio. de D. 88.b. Interpretes reſponderunt eum clariſſimũ græciæ diuturna cum fortuna fore.Ep.8.a.Gaudeo tuam diſſimilem fuiſſe fortunam.de Or.94.a.Scæuola, quem nunc mearum ineptiarum teſtem fortuna conſtituit.ad At.94.a.Sed hoc fortuna uiderit,quoniam conſilio non multum uti licet. et 226.a.Sed hæc fortuna uiderit,quoniam ratio non gubernat. Ep.54.b.Nam adhuc & factum tuum probatur, & ut in tali re,fortuna laudatur.I.V.92.b.Lampſaceni Romanorũ conditione ſocij,fortuna ſerui.pro Mil.119.b.Cõditio atq; fortuna hominũ infimi generis.Off.9.a. Eſt aũt infima conditio & fortuna ſeruorum.I.P.90.b.Mulieres omnis fortunæ ac loci.de Fin.137.b.Homines infima fortuna.Ep.204.b. Graue eſt,cũ ſuperior factus ſit ordine, inferiorem eſſe fortuna.& ibid. Solatia,quæ cæteris ſimili in fortuna nou defuerunt.de Am.107.a.Amplificare fortunam.de Pro.71.a.& 70.b. Eſſe infelicem,fortunæ eſt: eſſe deteriorem,improbitatis eſt.Off.42.a.Aut aliquo caſu & fortuna.Tuſ.233.b.Bona corporis,et quæ extra corpus in caſu ſunt atq; fortuna.Item:Fortuna.L.Syllæ & Timothei.l.Plut.in uita Syllæ.

Fortunæ,narum.bona,pecunia.pro Dom.218.a. Imminebat tuus furor omnium fortunis & bonis.Poſtquam. 211.b.Bonos uiros lugere malui meas fortunas,quàm ſuis





deſperare.pro Syl.179.b.P.Sylla & ſecundas fortunas amittere coactus eſt,et in aduerſis ſine ullo remedio permanere.pro Q.R.50.b.Tum omnium poſſeſſiones erant incertæ,nunc omniũ fortunæ ſunt certæ.Ep.52.b. Nihil tibi deeſſe arbitror ad tuas fortunas obtinendas.Tuſ.150.b.M. Craſſus,qui illas fortunas morte dimiſit. Ep.87. b. Itaq; ſi quis mihi erit aditus de tuis fortunis:id eſt,de tua incolumitate agendi,agam ipſe per me,&c.& 53.a.Tamen impetum prædonum in tuas fortunas fieri nolo Ep.70.b. Dignitate tua & fortunis frui poteris. de Or. 127.a. Ego pro mea omni fama fortuniſq; decerno.Brut.286.a.Vir honoribus ampliſſimis fortuniſq; maximis.pro Rab.91.a.et de In.55.b.Succurrere ſaluti fortuniſq; communibus. pro S. R.19.b. Pecunia fortunæq; alicuius.& ibid. Pecunia tam plena atq; præclara.Item:Patrimonium tam amplum & copioſum. Att. 73.a. Ne prouincia nobis prorogetur per fortunas,prouide.& 49.a.Ad quæ recuperanda,per fortunas incumbe.& 57.a.Per fortunas illud præmuni quæſo,ut ſimus annui.

Fortunatè.feliciter.Brut.165.b.Fortunatè beateq; uixiſſe.et de Fin.95.b.Fortunatè uiuere.

Fortunatus,a,um.felix.de Or.141.a.Scopas fortunatus homo & nobilis. pro Quint.14.b. O hominem fortunatum. I. C. 105.b. O fortunatam rempublicam, ſi quidem, &c. Quint. Frat. 316.b. Nihil nobis eſt fortunatius. Tuſcul. 202. b. Qui ſenem fortunatum eſſe dixit. de D.126. b. Nuſquam fortunatiorem, quàm Præneſte fortunam eſſe. de Sen. 83.a. Mihi uerò illi comitatu nobilium iuuenum fortunati uidebantur. pro Mur.136.a.Integer & fortunatus. de Cla. 196. a. Fortunatus exitus illius. Item:Si fuiſſet in diſcipulo comparando meliore fortuna. pro Cor. 56.b.Cum etiam ipſe caſus euentuſq; rerum nõ duces, ſed comites eius conſiliorum fuerint,in quo uno ſumma fortuna cum ſumma uirtute certauit.

Fortuno,as.ſeruare & augere.Epiſt.18.b.Tibi patrimonium dij fortunent.& 249.a.Eum honorem tibi deos fortunare uolo.

Forum,ri.macellum,iudicia publica, & locus ubi iudicia exercentur.pro Cl.25.b.L.Clodius Pharmacopola circumforaneus,qui properaret,cui fora multa reſtarent, ſimulatq; introductus eſt,rem conficit.At.76.b.& Ep.34. b.Appius in ultimam prouinciam ſe coniecit, Tarſum uſque, ibiq; forum agit:id eſt,iudicia exercet.I.V.155.b.Iura Siculorum,quæ habẽt, ne extra ſuum forum uadimonium promittere cogantur.& 143.a.Sectari aliquem circum omnia fora.contra Rul.67.b.Sublata erat de foro fides.Ep. 64.b. Vt primùm attigi forum,hic locum ſignificato.Plã. Ep.153.b.Forum Voconij,& forum Iulij.

Forum Aurelium.I.C.102.a.

Forum Cornelium.Ep.185.

Forum Gallorum.Ep.162.

Forum Vocontium.Epiſtol.166. Oppida locaq; ſunt omnia.

Foſſa,ſæ. Epiſt.245.b. Oppidum uallo & foſſa circundedi. Tuſcul.239.b. Cum foſſam latam cubiculari lecto circundediſſet. pro Cecin.291.b. Prætor, qui de foſſis & de cloacis interdicit. I.P. 97. a.Rheni foſſa gurgitibus illis abundans.

Foſſio,nis.ipſa fodiẽdi actio.l.Fiſſio.de Sen.88.a.Quid agri foſſiones,repaſtinationeſq; proferam? de D.31.a.Recenti foſſione terram fumare calentem.

Fouea,ueæ.I.A.193.b.Bellua,quæ quoniam in foueam incidit,obruatur.



Foueo,ues,foui,fotum.tegere,alere,tueri,retinere. de N.52.a.Aues cum ex ouis pullos excluſerunt, pennis eos fouent,ne frigore lædantur. de N.50.b. Ex ouis pulli orti matres relinquunt,à quibus excluſi fotiq; ſunt. Att.176. a.Illum tamen non modò fouit, ſed & tantam pecuniam illi dedit,honoris mei cauſa.Ep. 12. a. Inimicum meum ſic in manibus habebant,ſic fouebant,ſic oſculabantur.Quin. Frat. 319.b. Scribis de Cæſaris ſummo in nos amore, hunc tu fouebis,& nos quibuſcunq; poterimus rebus augebimus.pro Mur. 142.a.Gubernacula reip.petas,fouendis hominum ſenſibus & deliniendis animis,& adhibendis uoluptatibus? Q.Fr.304.b.Hortenſius per Pomponiũ tibi fouendus eſt. At.244.b. Vectenum,ut ſcribis, & Faberium foueo. At.190.b.Nam dum illud tractabam,quaſi fouebam dolores meos.

Fractus,a,um.infractus,debilitatus,afflictus. pro Dõ. 232.b. Qui me animo nimis fracto eſſe atque afflicto loquebantur.& 218.a. Ciuitas fracta malis,muta, debilitata,abiecta metu.Poſtquam.209.b.Aliquis fractus & propè diſſipatus.& 202.a. Aut debilitata uirtute, aut fracto animo eſſe.pro Fl.159.a.Fractũ & debilitatũ Græciæ nomẽ.At.193.a.Afflictus et fractus animus.de Cl. 192.b.Fractũ & minutum & puerile.

Fragilis,le.caducus.)(.Stabilis,firmus.de Som.130. b. Sic fragile corpus animus ſempiternus mouet.de Leg.160 b.Corpus fragile & caducum. de Finib. 81.b. Quis enim confidit ſemper ſibi illud ſtabile & firmum permanſurum, quod fragile & caducum ſit. Epiſtol. 151. b. Breue, fugax,caducum. de Sen. 90. b. In fragili corpore odioſa omnis offenſio eſt.de Am.115.a. Res humanæ fragiles caducæq; ſunt.

Fragilitas,tis.Tuſc.228.b.Imbecillitas fragilitaſq; humani generis.pro Mar.134.b. Caſus humanos & incertos euentus ualetudinis, & naturæ communis fragilitatem extimeſco.

Fragmentũ,ti.rei fractæ pars,fruſtum. pro Seſt. 20.b. Hunc adoriuntur fragmentis ſeptorum & fuſtibus. & de N.42.a.Vt gleba aut fragmentum lapidis.

Fragor,oris.rei fractæ ſonitus, ſtrepitus. ad Her.33.b. Fragor ciuitatis auditus eſt.

Francones,num.pop.At.226.a.Sueui,Francones.

Frango,gis.infringo,perrumpo, confringo, cõminuo, infirmo,contũdo.I.V.212.b.Annulus aureus,quem habebat,fractus eſt & comminutus.de N.51.a.Itaq; alter alterius oua frangit.de Pro.75.b.C.Pomptinius ortum repentè bellum Allobrogum prælijs fregit,eoſq; domuit.Of.41. a.Viriatus Luſitanus,quem C.Lælius fregit & comminuit.I.A.252.b.Contudi & fregi exultantis latronis audaciam.pro Mar.132.a.Nulla eſt tanta uis, quæ non debilitari & frangi poſſit.Ep.191.a. Primus ego leges Antonianas fregi. Antequam.192.b.Qui hoſtium fregerunt furorem. I.P.86.a.Hominis furorem & petulantiam fregi. & 85. b.Itaq; in illo tumultu fracti faſces,&c.Off.14.a. Non eſt autem conſentaneum,qui metu non frangatur, eum frangi cupiditate.pro Mil.116.a.Concuſſa hominum licentia, & cupiditatibus fractis.Ep. 151. a.Frangere & abijcere aliquem.pro Syl. 169.b.Fractus & afflictus calamitate. pro Arch.191.a.Nec tantis ſe laboribus frangeret. de Or. 108.b.Scæuola paulum requieſcet,dum ſe calor frangit. At.55.a.Q.Fratris domus primo fracta coniectu lapidũ. Epiſt.136.a.Tanquam fluctum à ſaxo frangi oportere. de Orat.143.a.O inanes noſtras contentiones,quæ in medio ſpacio ſæpe franguntur. Q.Fr.290.a. Animos frangi

& debilitari moleſtia non oportet. de Cla. 173. a. Frangere aliquem patientia. de L. 190. b. Frangere libidines alicuius. de Or. 92. a. Frangere cupiditates. pro. R. P. 127. a. Vis quæ ſummas frangit infirmatq; opes. Ep. 49. a. Fregit hoc meum conſiliũ, & Cæſaris magnitudo animi, etc. de Or. 95. a. Simulac me fractum & debilitatum metu uidit. )( Eſſe erecto animo. I. A. 167. b. Nec frangor animo. de Or. 140. b. Non fractum eſſe fortuna. Ep. 53. b. Sin te tanta mala frangunt. pro Quin. R. 47. b. Frangere fidem. Ep. 51. b. Frangere ſe ipſum. I. P. 85. a. Frangere fœdus. Ep. 4. a. Quod illam ſententiam Bibuli de tribus legatis pridie eius diei fregeramus. de Or. 132. a. Excuſauit Veſpa Terentius, quod cum brachium fregiſſe diceret. I. A. 233. b. Et quidem fracto crure. I. V. 266. a. Ceruices in carcere frangebantur indigniſſimè ciuium Romanorum. In Vat. 34. b. Fregiſti ceruices in carcere ipſi Vectio. Poſtquam. 208. a. Aliquem iudicio eſſe frangendum, uim ui eſſe ſuperandam.

Frater, tris. germanus. pro Dõ. 337. a. Cum ſe fratrem uxoris tuæ fratri tuo germano antelatũ uideret. pro Plan. 264. a. T. Torquatus Cn. Plancij frater patruelis & ſocer. pro Cæl. 45. b. Vicinum eius mulieris miraris malè audiſſe? cuius frater germanus ſermones iniquorum effugere non potuit. Item: Sorores patrueles. l. Soror.

Fraternè. germanè. Q. Fr. 316. b. Germanè frater neq; reſcribam. & 302. a. Huic epiſtolæ non fraternè ſcriptæ, fraternè debes ignoſcere.

Fraternus, na, num. pro Quin. 3. a. Pro fraterna illa neceſſitudine. Q. Fr. 291. a. Demonſtrare amorem fraternũ in aliquem.

Fratricida, dæ. pro Dom. 218. a. Paricida, fratricida, ſororicida.

Fraudatio, tionis. pro Quint. 12. a. Qui fraudationis cauſa latitant. & 13. b. I. C. 109. b. Hinc fides, illinc fraudatio.

Fraudator, fraudatoris. inficiator. I. A. 252. a. Trebelleius fraudator creditorum. pro Flac. 154. a. Vna & eadem eſt omnibus in locis fraudatorum & inficiatorum impudentia.

Fraudo, as. fraudem facio, fallo, deſtituo, ludifico. I. V. 151. b. Ne grano quidem uno poteſt arator ſine maxima pœna fraudare decumanum. At. 1. b. Cum Cæcilius à P. Vario magna pecunia fraudaretur. Off. 51. a. Fraudandi enim ſpe ſublata ſoluendi neceſſitas conſequitur. pro Quin. 9. a. Viri boni cum palàm fraudantur, timidè tamen huc deſcendunt. pro Quin. 13. b. Is uadimonium mihi deſeruit, me fraudauit, ego experiri non potui. & 14. a. Is qui te in hæreditaria ſocietate fraudarat. de Ar. 253. b. Clodius improbiſſimè fraudauit populum. pro S. R. 42. b. Is nulla in re te fraudauit. pro Q. R. 47. b. Qui ſocium fraudauerit & fefellerit. pro Cecin. 286. a. Qui per tutelam aut fiduciæ rationem fraudauit quempiam. pro Fl. 156. a. Cum multos minutis mutuationib. fraudaſſet. I. A. 207. b. Fraudare creditores, domo profugere. Orat. 254. b. Quibus rebus animus tanquam debito fraudetur, offenditur. pro Quin. R. 48. b. HS. L III. fraudare aliquem. de Fin. 146. a. Fraudare aliquem ſuo ueteri nomine. Off. 65. b. Vti ne propter te captus fraudatús ue ſim.

Fraudulentus, a, um. fallax, doloſus. contra Rul. 85. a. Carthaginenſes fraudulenti & mendaces. Item: Num maLitioſum? negas: fraudulentum? at id quidem iam arroges tibi. Off. 68. b. Venditio fraudulenta. ad Her. 14. a. Homo fraudulentus.



Fraus, dis. dolus, malitia, fallacia, machina, inſidiæ, error, præſtigiæ, calumnia, circunſcriptio, damnum, ſcelus, crimen. Off. 9. a. Duobus modis, id eſt, aut ui, aut fraude fit iniuria. fraus quaſi uulpeculæ, uis leonis uidetur, utrunq; alieniſſimum ab homine eſt, ſed fraus odio digna maiore. pro Clu. 38. b. Exagitabantur omnes eius fraudes atq; fallaciæ. pro Quint. 10. a. Per ſummam fraudem & malitiam fingere aliquid. de Or. 111. b. Eadem facultate fraus hominum ad perniciem & integritas ad ſalutem uocatur. Tuſ. 163. b. Qui in republica uiolanda fraudes inexpiabiles concepiſſent. pro Rab. 96. a. Rabirius fraudem capitalẽ admiſit. pro Cl. 36. b. & pro D. 238. a. Hæc res nemini unquã fraudi fuit. pro S. R. 26. a. Id erit tibi maximè fraudi. Att. 83. a. Fit S. C. ut né ue Salamnijs, né ue qui eis dediſſet, fraudi eſſet. At. 83. a. & 61. a. Facere fraudem alicui. & 117. a. Quod multo rectius fuit, id mihi fraudem tulit. & 180. a. Pacis ego ſpe in hanc fraudem incidi. I. A. 201. a. Cenſeoq; ut ijs, qui in exercitu Antonij ſunt, ne ſit ea res fraudi, ſi ante Calend. Febr. ab eo diſceſſerint. & 102. a. Filio pietas erga patrem fraudi eſſe non debet. et 220. a. Eiſq; fraudi ne ſit, quod cum M. Antonio fuerint. Item: Id maiori illi fraudi quàm tibi futurum. I. A. 241. b. Fraus peculatus: id eſt, crimen. pro Cæl. 50. a. Dij nonnunquã præſentis fraudis pœnas in diem reſeruant. de D. 81. b. Impia fraude obligari. Item: Anili ſuperſtitione obligari. de Or. 105. a. & 127. a. Fraus capitalis. de Or. 102. a. Scelus ac fraudem nocentis ſupplicio conſtringere. I. P. 88. b. Suſcipere fraudem. de Or. 164. a. Doleo illos uiros in eã fraudẽ in rep. eſſe delatos. pro S. R. 28. a. Hæc te opinio falſa in iſtam fraudem impulit. I. P. 79. b. His in fraudem homines impulit. Ep. 157. b. Deduci in fraudem.

Fregellæ, arum. ciuitas. ad Her. 28. & 32.

Fregellanus, a. ad Her. 26. de In. 44. contra Rul. 84. Bellum Fregellanum. de Fin. 138.

Fremebundus, a, um. indignatione plenus, furens. de N. 43. b.

Fremitus, tus. ſtrepitus. de Ar. 248. a. In agro Latinienſi auditus eſt ſtrepitus cum fremitu. & b. Horribilis fremitus armorum. de Ar. 245. b. Reſponſum Aruſpicum de fremitu. pro Fac. 151. a. Fremitus egentium. Tuſ. 250. b. Fremitus murmurantis maris. de Fin. 125. a. Vt fremitum fluctus aſſueſceret uoce uincere.

Fremo, mis. indignor. de Or. 101. a. Fremant omnes licet, dicam quod ſentio. At. 27. a. Arius conſulatum ſibi ereptum fremit.

Frendeo, des. uel frendo, dis. fremo, ſæuio. Tuſ. 179. b. Nemæus leo frendens.

Freno, nas. reprimo, domo, retineo. pro Mil. 116. a. Ego Clodij furores, quos nullis legibus frenare poteramus, hoc ferro à ceruicibus repuli. I. V. 177. a. Cum eius animũ non negligentia tardaret, ſed conſcientia frenaret.

Frenũ, ni. in multitudine, frena, orum. & freni, orum. inſtrumentum quo in ore equi immiſſo, equũ moderamur. pro Mil. 213. b. Frenorum, ſparorum, pilorumq; multitudo. Part. 223. b. Equus, equa, quæ frena recipere ſolet. de Or. 146. a. Iſocrates dicebat ſe calcaribus in Ephoro, contrà autem in Theopompo frenis uti ſolere. de Cl. 183. a. Alteri calcaria adhibere, alteri frenos. At. 86. b. Alter frenis eget, alter calcaribus. Ep. 178. b. Si frenum momorderis peream, ſi te omnes ferre poterunt. I. A. 150. a. Mutinăq; illi exultanti tanquam frenos furoris iniecit.

Frequens, tis. creber, multus, plenus, celeber. de Orat. 159. a. Iambum & trocheum frequentem ſegregat ab oratione



tione Ariſtoteles. de Orat. 162. b. Refert etiam qui audiant, frequentes, an pauci, an ſinguli. de Clar. 184. b. Lex populi frequentis ſuffragijs abrogata eſt. Quin. Fr. 306. a. Frequentes fuimus omnino ad ducentos. Epiſt. 151. a. Senatus continuò eſt conuocatus, frequensq; conuenit. Epiſt. 172. b. Frequens numerus armatorum. Epiſt. 163. a. Saltus Caſtulonenſis nunc frequentioribus latrocinijs infeſtior factus eſt. de D. 93. a. Idq; frequentiſſimo theatro incredibili plauſu comprobatum eſt. pro S. R. 21. a. Eo tempore Roſcius erat Romæ frequens, atq; in foro & in ore omnium quotidie uerſabatur. Orat. 198. a. Demoſthenes frequens fuit Platonis auditor. & 213. a. Nos in hoc genere frequentes, &c. de Ar. 246. b. Nunquam tam frequens collegium iudicauit. pro Plan. 263. a. Huius præfectura plena eſt uirorum fortiſſimorum, ſic ut nulla tota Italia frequentior dici poſſit. I. A. 108. b. Frequens municipium. Antequam. 194. a. Si putaremus, &c. frequentes profectò talibus conatibus obuiam ire niteremur. I. A. 213. a. Equites Romani, qui frequentiſſimi in gradibus concordiæ ſteterunt. I. V. 67. b. Multus & frequens, ferè idem. de Sen. 84. b. Venio in ſenatum frequens. de Or. 106. a. Frequens enim te audiui atq; affui.

Frequentatio, onis. crebritas, multitudo, coaceruatio. Part. 241. a. Frequentatio argumentorum & coaceruatio uniuerſa. & 234. b. Conſequentium frequentatio. ad Her. 30. a. Denſa & continens frequentatio uerborum. & 36. b. Frequentatio eſt, cum res in tota cauſa diſperſæ coguntur in unum locum, quo grauior, aut acrior, aut criminoſior oratio ſit.

Frequentatus, ta, tum. celebratus, uſitatus. de Claris oratorib. 195. b. Alterum genus eſt non tam ſententijs frequentatum.

Frequenter. frequens, crebrò. Orat. 204. b. Translatio, qua frequentiſſimè ſermo omnis utitur. ad Heren. 41. b. Vt frequenter & aſſiduè conſequamur artis rationem.

Frequentia, tiæ. crebritas, multitudo. I. V. 204. b. Cũ maxima frequentia à multitudine domum reducebatur. et 147. a. Tabulas in foro ſumma hominum frequentia exſcribo. Q. de Pet. 205. b. Quotidiana amicorum aſſiduitas & frequentia. Tuſcul. 241. a. Eſt enim ibi magna frequentia ſepulchrorum. Attic. 93. b. De epiſtolarum frequentia nihil te accuſo. pro Mil. 101. b. Non enim corona cõſeſſus ueſter cinctus eſt, ut ſolebat, non uſitata frequentia ſtipati ſumus. I. P. 86. a. Qui frequentia ſua egreſſum ueſtrum ornauerunt, ac celebrauerunt. pro Plan. 263. a. Non enim tribum Terentinam, de qua, &c. ſed ſolidam & robuſtam, & aſſiduam frequentiam præbuerunt. pro Flac. 154. b. Cum hic Dorylenſis efferretur magna frequẽtia conſeſſuq; ueſtro. de Orat. 113. a. Thucydides creber eſt rerum frequentia. & 101. b. Quin. Mutij ianua magna quotidie ciuium frequentia celebratur. Attic. 53. b. Similis & frequentia, & plauſus me uſque ad Capitolium celebrauit. I. V. 177. b. In foro celeberrimo, tanta frequentia, &c. Part. 233. b. Frequentia communium.

Frequento, tas. celebro, quaſi impleo, coaceruo. de Or. 157. a. Verbi translatio inſtituta eſt inopiæ cauſa, frequentata delectationis. de Or. 161. b. Diſtinguẽda & frequẽtanda eſt omnis oratio luminibus uerborũ. Or. 204. b. Aceruatim multa frequentare. At. 18. a. Sentinam urbis exhauriri, & Italiæ ſolitudinem frequentari poſſe arbitrabar. de In. 51. a. Vniuerſa ciuitas frequẽtat ludos. Ep. 77. a. Sermones eorum, qui frequentant domum meam. Or. 205. b.



Hæc frequentant Phalareus maximè. Off. 58. a. Et maximè ſi domus aliquando alio domino ſolita eſt frequentari. Off. 35. b. Vrbes ſine cœtu hominum non potuiſſent nec ædificari, nec frequentari. pro Dom. 231. a. Quem tu populum niſi tabernis clauſis frequẽtare nõ poteras. ad Her. 23. a. Tu primas quaſq; partes in animo frequenta.

Fretũ, ti. locus anguſtus in mari, maris æſtus. I. V. 107. b. Cum ab Italia freto diſiunctus eſſes. de N. 64. a. & I. V. 112. b. Fretum Sicilienſe. I. V. 236. b. Ratibus coniunctis freto ad Meſſanam tranſiri. Tuſc. 258. a. Qui oceani freta illa uiderunt, Europam Libyamq; rapax ubi diuidit unda. In Vat. 31. b. Veniſti ad fretum per Mauritaniã. de D. 115. a. Quid de fretis aut maritimis æſtibus plura dicam? quorum acceſſus & receſſus lunæ motu gubernantur? At. 256 b. Brutus erat cum ſuis nauibus apud Heletem fretum, citra Veliam millia paſſuum III. pedibus ad me ſtatim. Att. 255. a. Si oneraria ſtatim ne freto an Syracuſis. pro Mar. 132. a. l. Euripus.

Freta, orum. pl. de N. 30. a. Fretorumq; anguſtiæ, & cæt.

Fretus, a, um. confiſus, nixus, fultus. )( Diffiſus. de N. 11. b. Tamen fretus intelligentia ueſtra diſſero breuius quàm cauſa deſiderat. de Or. 118. a. Quæ duo pleriq; ingenio freti ſimul faciunt. Antequam. 194. a. Partim innocentia freti, partim nobilitate nixi, partim potentia fulti, &c. Q. de Pet. 208. a. Partis ac fundatis amicitijs fretum ac munitũ eſſe oportet. Ep. 36. a. Fretus conſcientia officij mei.

Frigeo, ges. algeo, conglacio. )( Caleo. de N. 38. a. Ex quo illud Terentij, Sine Cerere & Baccho friget Venus. Epiſt. 100. a. Valde metuo ne frigeas in hybernis. & 174. b. Planè iam Brute frigeo. ad Heren. 28. b. In re frigidiſſima cales, in feruentiſſima friges. I. V. 121. a. Cum omnia iudicia frigerent inſimulare cœperunt Epicratem. Epiſt. 116. a. Quod tibi ſuprà ſcripſi Curionem frigere, iam calet. Quin. Fr. 327. b. Hic quidem friget. & ibid. Sed tota res timetur ac refrigeſcit. I. A. 208. a. Iacent beneficia Nuculæ, friget patronus Antonius. de Cla. 181. a. Tibicẽ ſanè frigens ad populum.

Frigeſco, ſcis. algeo, obrigeo. Ep. 115. b. Nos hic frigore frigeſcimus. Cælij.

Frigidus, a, um. gelidus, algidus. I. V. 220. a. Erat hyems ſumma, tẽpeſtas perfrigida, imber maximus. de Leg. 170. b. Fibrenus præcipitat in Lirem, eumq; multo gelidiorem facit, nec enim ullum hoc frigidius flumen attigi. ad Her. 28. b. In re frigidiſſima cales, in feruentiſſima friges. de Cla. 186. a. Acumen M. Piſonis ſæpe ſtomachoſum, nonnunquam frigidum. pro Cecin. 296. b. Aequitatis iudicium cum erit, caue in iſta tam frigida tamq; ieiuna calumnia deliteſcas. Or. 205. a. Ridicula domo allata plerunque ſunt frigida. de Cla. 180. b. Lentus in dicendo & penè frigidus. de Or. 132. b. Verba frigidiora uitanda. Q. Fr. 323. b. Accuſator frigidus.

Frigus, oris. uis frigorum. Quin. Fr. 313. b. Pridie Iduum cum Appius ſenatum infrequentem coegiſſet, tantum fuit frigus, ut populi conuicio coactus ſit nos dimittere. pro S. R. 40. a. Frigus intolerabile. )( Nimius calor. Q. Fr. 314. a. Frigus impendebat maximum, quo periculum erat ne Appio ſuæ ædes urerentur. Terra frigore obriguit. l. Obrigeo. de Vn. 203. b. Cauſæ quæ uim habent caloris & frigoris. I. V. 240. b. Ad magnitudinem frigoris hoc ſibi remedium comparat. Epiſt. 259. a. Vix in ipſis tectis frigus uitatur, ne dum in mari. Off. 35. a. Tecta quibus & frigorum uis pelleretur, & calorum moleſtiæ ſedarentur.

pro R.P.129.b.Hanc uim ſrigorum hyemĕq; nos uix huius urbis tectis ſuſtinemus. In Ar. Tum gelidum ualido de pectore ſrigus anhelans Capricornus,&c.In Ar.Tum fixum tremulo quatietur frigore corpus.

Fritus,tus.id eſt,fremitus,ſtrepitus.de N.43.b. Tanta moles labitur Fremebunda ex alto ingenti ſonitu & fritu. Actij poetæ.aliter tamen,ſtrepitu & fremitu.

Friuolus,a,um.nugatorius.ad Her.27.b.Friuolus hic quidem iam & illiberalis eſt ſermo.

Frondeſco,ſcis.frondes emittere.Tuſ.235.b.Alia uerno tempore tepefacta frondeſcunt. Tuſcul. 162.b. Arbores frondeſcere.

Frondes,dium.arborum ſunt folia.pro Cæl.46.a.Via deſerta & inculta atque intercluſa iam frondibus & uirgultis.

Frons,tis.ſupercilium. Att.72.b. Hæc ipſa fero equidem, fronte,ut puto,& uultu bellis,ſed angor intimis ſenſibus. At.219.a. Ex fronte( ut aiunt)meum erga te amorem perſpicere potuiſſes. Attic.1.a.Puto te ingemuiſſe, ut frontem ferias.de Clar.190.a.Frons non percuſſa,non femur.de Pro.70.b. Libidines quas fronte & ſupercilio, nõ pudore & temperantia contegis. pro Rab.128.a. At ſi uerum tunc cum uerißima fronte dixerunt, nunc mentiuntur. de Fin.81.a.Vt in fronte oſtentatio ſit,intus ueritas occultetur.Ep.131.a. Adeón tu mihi excuſſam ſeueritatem ueterem putas,ut ne in foro reliquiæ priſtinæ frontis appareant? Poſtquã.207.b.Tú ne auſus iſta fronte, nõ uita,etc. Q. de Pet.211.a. Frons eſt animi ianua.pro Cl.32.b. Contrahere frontem.I.A.189.b.Antonius à tergo,à fronte,à lateribus tenetur.

Frontones. qui tumida magnaq; fronte præditi ſunt. de N.17.a.

Fructuarius,a,um.Ep.119.b. Agros, quos fructuarios habet ciuitas,uult immunes eſſe.Cælij.

Fructuoſus,a,um.frugifer,utilis.Tuſc.177.b.Ager quãuis fertilis,ſine cultura fructuoſus eſſe non poteſt.Off.46.b.Eſt enim non modò liberale paulum nonnunquam de iure ſuo decedere,ſed interdum etiã fructuoſum.de Or.140.a.Omnes hæ uirtutes fructuoſæ putantur.& ibi.b. Ea uirtus quæ eſt fructuoſa alijs. At.126.b.Rem non fecit deteriorem,haud ſcio an iam fructuoſiorem. pro Q. 2.b. Erat ei res ruſtica ſanè bene culta & fructuoſa.pro S.R.25.a.Prædia pulchra & fructuoſa.contra Rul.62.a. Ager corinthius & fructuoſißimus. pro Pom. 6.b. & 7.a. Eos qui fructuoſi nobis ſunt,conſeruate. Antequam.192.b. Beneficia ſolent eſſe fructuoſa à quibus profecta ſunt. I.A. 179.b. Quæ orationes in populi Romani patrimonio grãdiferæ & fructuoſæ ferebantur.

Fructus,ctus.fruges,fœtus,partus,delectatio, uoluptas, utilitas. Contra Rul. 83.b. Vt eſſet locus comparandis condendiſq; fructibus. de Senect. 81.b. Serere, percipere & condere fructus. contra Rul. 82.b. Aſia multos annos nobis fructum mithridatico bello non tulit. Att. 171 a. In quos enim ſumptus abeunt fructus prædiorum? de Clar. 166.a. Nec ex nouis fructibus eſt unde tibi reddam quod accepi. contra Rul.82.a. Ager bellis infeſtus, fructibus uarius,cœlo ac loco calamitoſus. Antequam. 192.b. Serere beneficium, ut metere poßis fructum. de Or.106.b. Res ruſticas uel fructus cauſa, uel delectationis inuiſere. de Leg.161.a. Pecudes partim eſſe ad uſus hominum, partim eſſe ad fructum, partim eſſe ad ueſcendum procreatas. Item: Multo maiorem fructum ex populi exiſtimatione illo damnato cepimus, quã ex eius ſi abſolutus eſſet gratia cepiſſemus. Attic. 174.a. Quo quidem die magnorum meorum laborum, multarum uigiliarum fructum cepi maximum. & 104.a. Tyro mirabilis utilitatis fructum mihi præbet. de Nat.58.a. Oues nullum fructum edere ex ſe ſine cultu hominum poſſunt. de Senect. 90.a. Honeſtè acta ſuperior ætas, fructus autoritatis capit extremos. & 91.b. Tempeſtiuè demetere & percipere fructus. Parad. 124.b. Neminem eſſe diuitem, niſi qui exercitum alere poßit ſuis fructibus pro Plan.279.a. Ego fructus ex republica non ut oportebat, lætos & uberes, ſed magna acerbitate permixtos tuli. pro Cæl. 54.b. Omnium huius laborum uos potißimum fructus uberes diuturnoſq; capietis. I. P.86.a. Cepi fructum immortalem ueſtri in me amoris & iudicij. pro Seſt. 18.a. Gener meus, cui fructus pietatis ſuæ neque ex me, neque à populo Romano ferre licuit. de D. 113.a. Atque etiam omnem fructum uitæ ſuperioris perdidiſſent. I. P. 91.b. Gloria eſt fructus uirtutis. Off. 46.b. Poſſe liberalitate uti, nimirum eſt pecuniæ fructus maximus. I. C. 106.a. Catilina alijs fructum libidinum pollicebatur, alijs,etc. de Clar. 184.b. L.Fuſius ex accuſatione M. Aquilij diligentiæ fructum ceperat. Off. 35.b. Nec ex his tempeſtiuos fructus capere poſſemus. Epiſt. 251.b. Fructus, qui ex literis percipitur. pro Syl. 167.a. Modeſtiæ fructum aliquem percipere. de Ar. 243.b. Ex tuis literis cepi fructum maximum. de N. 25.a.Si ad fructus noſtros, non ad illius commoda referemus. pro Rab. 96.b. Qui ſpe poſteritatis fructuq; ducitur. I.C.108.a. Certare cum uſuris fructibus prædiorum. I. C. 117.a. Mihi iam ad uitæ fructum nihil poteſt acquiri. Parad.125.a. Eſt enim diuitiarum fructus in copia, copia autem, &c.Off. 44.b. Theophraſtus talium ſumptuum facultatem fructum diuitiarum putat. Off.35.a. Frugum fructuumq; reliquorum perceptio & conſeruatio. Offic. 46.a. Quod autem tributum eſt uiro bono & grato, in eo cùm ex ipſo fructus eſt, tum etiam ex cæteris. Quint. Fr. 296.b. Aſia parte aliqua ſuorum fructuum, pacem ſibi ſempiternam redimat atque ocium. de Fin. 51.a. An partus ancillæ in fructu ſit habendus. Epiſt. 10.a. Qui tibi ex me fructus debentur, eos uberiores & præſtantiores capere potuiſſes. Epiſt. 165.a.& 13.b. Ferre fructum ex aliquo. contra Rul.66.b. Hoc ad animi mei fructũ atq; lætitiã duco eſſe permagnum. pro Syll. 184.b. Cuius ex miſerijs uidendo fructum caperes maiorem, quàm audiendo. pro Arch. 190.a Magnum gloriæ fructum ex rebus bene geſtis percipi. Antequam. 193.a. Repetere officij præmium & fructum.pro Dom. 233.a. Vtriuſq; temporis fructum tuli maximum. de Amic. 112.b. Solitudo aufert fructum uoluptatum. Attic. 186.a. Si quæris quid putem, ego fructum puto. pro Mur. 135.b. Quibus incommodo morbi,etiam cæteri uitæ fructus relinquendi. Tuſc.174.b. Fructus uberrimus. de Nat. 77.b. Vbertas frugum, & fructuum. Antequam. 192.b. Iucundißimus fructus libertatis. pro Mur. 133.b. Fructus iucunditatis. lege, Vſusfructus.

Frugalis,le.frugi.de Or.135.b. Cum optimus colonus, parcißimus,frugalißimus eſſet.pro Fl.161.a. Homines tota Aſia frugalißimi,ſanctißimi. At.11.a.Frugalißimus.)( Nequißimus.

Frugalitas,tis.pro Deiot.148.b.Omnes ſunt in illo rege uirtutes,ſed præcipuè ſingularis & admiranda frugalitas,& ſi hoc uerbo ſcio laudari reges non ſolere. pro Deiot.148.b. Ego frugalitatem,id eſt,modeſtiam & temperantiam



perantiam uirtutẽ eſſe maximã iudico. Tuſc.194.a.Tres uirtutes, fortitudinem, iuſtitiam, prudentiam frugalitas complexa eſt.& ibi.Frugalitas,ut opinor,à fruge.et 193.b.De frugalitate & frugi.

Frugaliter.modeſtè,moderatè.)(.Nequiter.pro Dõ.235.b.Itaq; omnia ornamenta fanorũ ſanè frugaliter domum ſuam deportauit.de Fin.70.a.Frugaliter loqui.

Fruges,gis.uel frux,gis.frugum nomine, omnes fructus terræ intelliguntur.de N.38.a. Fruges Cererem appellamus,uinum autem Liberum. Or.201.b.Segetes fœcundæ herbas effundunt inimicas frugibus. de Leg.161.a. Quæ frugibus atq; baccis terræ fœtu profunduntur. Tuſ.177.b. Et ſi in ſegetem ſunt deteriorem datæ fruges,ipſæ tamen natura ſua enitent. 162.b.Segetes largiri fruges, florere omnia.de Fin.114.b.Fruges cum ad ſpicam peruenerunt.I.V.225.a.Fruges in ea terra primùm repertæ putantur.de N.57.a. Nos fruges ſerimus, nos arbores. & ibi.b.Terra fœta frugibus & uario leguminum genere. de D.83.a. Lentiſcus ter fruges fundens.de Sen.88.a.Cum uiriditas herbeſcens è uaginis emerſerit,fundit frugem ſpicæ ordine ſtructam.de Sen.78.a.Baccæ arborum,terræq; fruges.de D.104.a.& de Leg.173.a.Fruges terræ,baccæ arborum.de N.77.b. Vbertas frugum & fructuum. pro Dom.216.b.Frugum copia.)(.Frugũ inopia. Poſtquam.202.a.Frugum ubertas & copia. Off.35.a. Frugũ fructuumq; reliquorum perceptio & conſeruatio.pro Cæl.53.b.Quæ ſtudia in adoleſcentia tanquam in herbis ſignificant quantæ fruges induſtriæ ſint futuræ.Off.12.b.Vt uicinum citius adiuueris in frugibus percipiendis quàm fratrem.Or.199.b.Quæ eſt in hominibus tanta peruerſitas, ut inuentis frugibus glande ueſcantur.pro S.R.30.b.Non omnem frugem,neq; arborẽ in omni agro reperire poſſis. pro Cæl.43.a.Emerſiſſe aliquando, & ſe ad frugem bonam,ut dicitur,recepiſſe.

Frugi.moderatus,modeſtus,temperans,abſtinens, innocens.)(.Nequam,nihili.Tuſc.194.a.Qui ſit frugi igitur,uel ſi mauis moderatus & temperans,eum neceſſe eſt eſſe conſtantem. Tuſc.193.b.& 194.a.Græci frugi homines χρησίμους appellant: id eſt, tantummodo utiles: at frugalitas patet latius.& ibi:Nec qui propter metum præſidium reliquit, quod eſt ignauiæ,nec qui propter auaritiam clàm depoſitum non reddidit, quod eſt iniuſtitiæ, nec qui propter temeritatem malè rem geßit, quod eſt ſtultitiæ,frugi appellari ſolet. pro Font.282.a.L.Piſo, qui tanta uirtute atq; integritate fuit,ut etiam illis optimis temporibus,cum hominem inuenire nequam neminem poſſes,ſolus tamen frugi nominaretur. de Fin.83.b. Viuit ut Gallonius,loquitur ut frugi ille Piſo.Tuſc.216.b. Homo frugi omnia rectè facit.Ep.229.a.& 63.a.Homo frugi & modeſtus. At.277.a.Modeſtus homo & frugi.& 214.a.Modeſtus & frugi uir.pro Cl.27.a. Seruus frugi atq; integer.de Or.131.b.Seruus frugi.)(Seruus nequã. I.V.162.a. Homines ſatis fortes, & ſatis planè frugi ac ſobrij.Att.59.b.Homo bene frugi.aliter,Bonæ frugi.Ep.264.b.Frugi & ſeuera uita. I.A.173.b.Antonius frugi factus eſt.

Frugifer,a,um.Tuſ.177.b.Agri non omnes frugiferi ſunt.Of.53.a.Tota philoſophia frugifera et fructuoſa eſt. Or.212.b.Frugifera & ferta arua Aſiæ. de N.58.b.Spacia frugifera atq; immenſa camporum.

Frumentarius,a,um.de Clar.184.b. Lex Sempronia frumentaria.I.V.166.b.Frumentarium lucrum.& 150.a.Cauſa frumentaria.At.143.a.& pro Dom.215.a. Frumentariæ prouinciæ. Off.63.a.& 65.a. Frumentarius: id eſt,mercator frumentarius.ad Her.4.b.Lex frumentaria de ſemißibus.

Frumentor,aris.frumentum colligo.Cn.Pomp. Att.130.b.Neq; ſolus cum iſta copia ſuſtinere poteris, ut frumentatum eas.

Frumentũ,ti.triticum.Or.204.a.Luxurioſa frumenta.pro Dom.215.a.Frumentum prouinciæ frumentariæ. At.82.a.Ciues Romani,qui frumentum compreſſerant, magnũ numerum populis pollicentur.I.P.98.a.Qui modus tibi fuit frumenti æſtimandi?qui honorarij?

Fruor.potior,fructum uoluptatemq; percipio.)( Careo.At.22.a.Neq; nos te fruimur,& tu nobis cares.de N.38.b.Quorum animi cum æternitate fruerentur, dij ritè ſunt habiti.et 22.a.Vtatur ſuis bonis oportet,& fruatur, qui beatus eſt.Tuſ.199.a.Eum eſſe beatum,qui præſentibus uoluptatibus frueretur,conſideretq; ſe fruiturũ, aut in omni,aut in maiore parte uitæ. de Fin.49.b.Fruenda etiam ſapientia eſt.Ep.137.a.Nihil timeo, fruor dum licet,opto ut ſemper liceat. Q.Fr.315.b. Suauitatis noſtræ fruendæ cauſa. pro Mil.113.a. Nobis hæc fruenda relinqueret.Off.41.a.Fruendæ iuſtitiæ cauſa uidentur olim bene morati reges conſtituti. Br.285.b.Potuimus beneficijs atq; honoribus frui,quantis uellemus. Or.200.a.Numerus liberiore quadam fruitur licẽtia. pro S.R.25.a.Filius certis fundis patre uiuo frui ſolitus eſt.pro S.R.40.a.Cõmoda quibus utimur, lucemq; qua fruimur, ſpiritumq; quem ducimus,à Deo nobis dari uidemus. de Nat.57.a. Quibus rebus fruimur atq; utimur.de Somn.127.b. Omnibus qui patriam conſeruauerint,adiuuerint, auxerint, certum eſſe in cœlo ac definitum locũ, ubi beati æuo ſempiterno fruuntur.de Sen.87.a.Satiatis uerò iucundius eſt carere quàm frui.de Am.98.b. Sed tamen recordatione noſtræ amicitiæ ſic fruor,ut beatè uixiſſe uidear, quia cũ Scipione uixerim. de L.172.b. Ea quæ gignuntur nobis ad fruendum. pro Cecin.287.a. Vſumfructum omnium bonorum ſuorum Cæſenniæ legat, ut frueretur unà cum filio. & ibi. Vt frueretur bonis cum filio.lege, Vſusfructus. pro Dom.229.a.Hodie Volaterrani fruuntur nobiſcum ſimul hac ciuitate. de Ar.258.a. Vectigalibus non fruuntur,qui redemerunt. Poſtquam.198.a. Incredibili, qua nunc ueſtro beneficio fruor lætitiæ uoluptate caruiſſem.& ibi.Non tam id ſentiebam cum fruebar,quàm nũc cum carebam.& ibi.b. Amicitiæ,quid haberent uoluptatis carendo magis intellexi quàm fruẽdo.I.A.212.b. Si pace frui uolumus,bellum gerendum eſt.de Fin.74.a. Vterque enim ſummo bono fruitur.Ep.16.a.Frui gratia & opibus alicuius.& 17.b.Frui libertate propria.de Fin.73.b.Frui uoluptatibus.de Fin. 61.b.Sapiens fruitur præſentibus.& ibidem: Præſentibus potitur.pro Cl.53.b.Idcirco illũ uita frui noluit. cont.Rull.72.b.Conficere pecuniã de uectigalibus nõ fruendis,ſed alienandis.& 76.a.Agri Bithyniæ regij,quibus nunc publicani fruuntur. I.C.119.b. Eos frui uita et cõmuni ſpiritu nõ puto oportere. Off.21.b.Diligenter tenendũ eſſe modũ uoluptatis fruendæ. pro Syl.172.a. Mihi liceret eius urbis quã conſeruaſſem conſpectu tranquillo animo & quieto frui.

Fruſinas,atis. At.172.a.Fruſinates.ibid.179.b.

Fruſtra.ſine cauſa,perdere operam,opera & oleum perit.de D.134.b.Nec fruſtra ac ſine cauſa quid facere dignum deo eſt, quod abhorret etiam ab hominis conſtantia.Of.17.a.Fugiendum eſt,ne offeramus nos periculis ſine cauſa. de Fat.144.a. Vnum,ut ſine cauſa fiat aliquid.

de Or.121.b. Neq; auxilium ſuum fruſtra implorari patietur. de Vn.201.b. Hæc ſi uerbis explicare conemur, earum rerum fruſtra ſuſcipiatur labor. pro Q.R.51.b. Fruſtra tempus contero. At.208.a.& 156.a. Illa quæ habes de Academicis, fruſtra deſcripta ſunt.

Fruſtratio, onis. uanus conatus, labor inanis, error. Pl.Ep.157.b. Quo magis me petiuerunt, tanto maiorem his fruſtratio dolorem attulit.

Fruſtror, aris. deſero. Acad.17.a. Ego de omni ſtatu totius uitæ, aut certare cum alijs pugnaciter, aut fruſtrari cùm alios, tum etiam me ipſum uelim. Epiſt.190.a. Si Syriæ ſpes cum fruſtrata eſſet. Att.191.a. Cocceius uide ne fruſtretur.

Fruſtum, ſti. fragmentũ. de D.86.a. Neceſſe eſt offa obiecta, cadere fruſtũ ex pulli ore, cum paſcitur. I.A.192.a. Is uomens fruſtis eſculentis totum tribunal impleuit.

Fruticor, aris. ſurculos emittere, reuireſcere. At.239.b. Exciſa eſt arbor nõ euulſa, itaq; quàm fruticetur uides.

Fucatus, a, um. fucoſus. de Cl.167.b. In qua naturalis ineſſet non fucatus nitor. Or.204.a. Fucati medicamenta candoris & ruboris omnia repelluntur. pro Planc.263.b. Vicinitas non fucata, non fallax, non erudita artificio ſimulationis. pro Mur.130.a. Iiſdem ineptijs fucata ſunt illa, quando te in iure conſpicio. pro Planc.265.a. Hæc ſunt expreſſa ſigna probitatis, non fucata ſpecie forenſi. de Am.113.b. Simulatus, fucatus.)(. Syncerus, uerus. l. Infucatus.

Fucoſus, a, um. fucatus. Att.16.a. Ambitioſæ fucoſæq; amicitiæ. & pro R.P. et Q. de Pet.210.a. Merces fallaces & fucoſæ.

Fucus, ci. pigmentum, ornatus peregrinus & accerſitus, fallacia, fraus. de Or.161.b. Color non ſanguine diffuſus, ſed fuco illitus. de Cl.179.a. In his omnibus ineſt quidam ſine ullo fuco ueritatis color. At.1.a. Prenſat unus P. Galba ſine fuco & fallacijs. Q. de Pet.210.a. Si eũ qui tibi promiſerit, fucum, ut dicitur, facere uelle ſenſeris. de Or.125.b. Sententiæ ueræ, nouæ, ſine pigmentis fucoq; puerili. de Or.152.a. Cincinni poetæ ac fucus.

Fuga, gæ. Att.115.a. Mitto illam fugam ab urbe turpiſſimã. I.V.222.b. Dant ſeſe in fugam milites. I.A.200.b. Poſt diſceſſum latronis, uel potius deſperatam fugam. pro Cecin.289.a. Omnes ſe in fugam conferunt. pro Cæl.51.a. Licinius in fugam ſe coniecit. Q.Fr.308.a. Factus eſt à noſtris impetus, fuga operarum. de Fin.55.b. Laborum ac dolorum fuga. Att.116.b. Dare ſe incertæ & periculoſæ fugæ. At.116.b. In fuga omnes ſunt. & 117.a. Fuga quæ parabatur, repreſſa eſt. Or.211.a. Axilla ala factus eſt, fuga literæ uaſtioris.

Fugatus, a, um. pulſus, à fugo, as. de Ar.245.b. Ab altaribus religioſiſſimis fugatus. & Off.75.a. Hoſtes fuſi ac fugati.

Fugax, cis. fluxus, ignauus, timidus, qui libenter fugit & declinat pericula. Ep.151.b. Hæc breuia, fugacia, & caduca exiſtima. In Sal.273.b. Ego fugax Criſpe Salluſti? Sal. in Cic.271.a. Pedes fugaces.

Fugio, gis. in fugam me do, in fugam me conijcio, in fugam me confero, fugæ me do, in fuga ſum, uito, declino, abhorreo, aſpernor. Off.6.a. Nec uerò rei familiaris amplificatio nemini nocẽs uituperanda eſt, ſed fugienda ſemper iniuria eſt. Item: Ita dum inertiæ uituperationẽ, quæ maior eſt, contẽnunt, aſſequuntur etiam illam, quam magis fugiunt, tarditatis. I.V.169.b. Sentio iudices moderandum mihi eſſe iam orationi meæ, fugiendamq; ueſtrã ſatietatem. Att.282.b. Stoici negant fugere ſapientis. Or.216.a. Eaq; dum animis attentis excipiunt, fugit eos & præteruolat numerus. Off.26.a. Et ab omni quod abhorret ab aurium oculorumq; comprobatione fugiamus. Orat.215.b. Vicium longa animi prouiſione fugiendum. Att.190.b. Dum recordationes fugio, quæ quaſi morſu quodam dolorem efficiunt. Part.235.a.& At.128.a. Fugere, uitare, declinare aliquid. pro Pom.9.b. Nulla res eſt in uſu militari poſita, quæ huius uiri ſcientiam fugerit. Att.114.a. De Dionyſio. & 74.b. Cui rei fugerat me reſcribere. de Orat.107.a. Non fugiſſet hoc Græcos homines. de Fin.120.b. Illos autẽ id fugerat ſuperiores. de In.43.a. Quod noſtrum illum non fugit Catonem. I.V.205.b. Verùm hoc amentem hominem fugit. Attic.201.a. Illud alterum quàm ſit difficile te non fugit. Tuſcul.153.a. Niſi quæ me fortè fugiunt. Offic.70.a. Qui uinum fugiens uendit ſciens.

Fugitiuus, a, um. propriè ſeruus qui à domino fugit. I.A.233.b. Dolobella habet legionem, habet fugitiuos. I.V.226.b. Neq; tam fugitiui illi à dominis, quàm tu à iure & legibus. Vat.Ep.65.b. Dicitur mihi tuus ſeruus fugitiuus Vardaci eſſe. Tuſ.240.b. Viuebat cum fugitiuis. I.V.162.a. Athenio princeps fugitiuorum.

Fugito, as. pro S.R.31.a. Qui quæſtionem fugitant.

Fugo, as. fugam facio, pello, repello. pro Cecin.29.a. Qui armis pulſus fugatusq; eſt. & ibi. Armis repulit, fugauit, auertit. de Ar.245.a. Fugare aliquem lapidibus, & ferro. Oct.330.b. Hoſtis à te fugatus eſt. At.277.a. Hoſtes cæſos fugatosq; eſſe. I.A.206.a. Fugata concione.

Fulcio, cis, fulſi, fultum. ſuſtento, ſuſtineo. de Ar.258.a. Etenim uix hæc ſi undiq; fulciamus iam labefacta, uix, inquam, innixa in omnium noſtrum humeris cohærebunt. Poſtquam.208.a. Horum conſulum ruinas, conſules ueſtra uirtute fulſiſtis. de Sen.88.a. Vitis quæ natura caduca eſt, niſi fulta ſit, ad terram fertur. I.A.170.a. Cum labentem & propè cadentem rempublicam fulcire cuperetis. pro R.P.129.a. Eum labentem excepit, corruere non ſinit, fulſit, ſuſtinuit re, fortuna, fide. Ac.19.a. Chryſippus, qui fulcire putatur porticum Stoicorum. Tuſ.203.b. Omnibus modis fulciendi ſunt qui ruunt. Antequam.194.a. Partim innocentia freti, partim nobilitate nixi, partim potentia amicorum fulti. Off.69.b. Imperium quod debet beneuolentia fultum eſſe. At.83.b. Thermum, ut ſcribis, creberrimis literis fulcio. de N.31.a. Partes mundi, quæ maximo calore fultæ ſuſtinentur.

Fulgeo, ges, fulſi. ſplendeo, fulguro. I.C.105.b. Qui nitent unguentis, qui fulgent purpura. aliter, nident. In Arat. Illæ quæ fulgent luces ex ore coruſco. Parad.118.a. Marmorea tecta ebore & auro fulgentia. In Arat. Lacteus circus nimio candore fulgens. In Vat.33.a. Ioue fulgente, cum populo agi nefas eſſe. de D.139.a. Si fulſerit, ſi tenuerit, ſi tactum aliquid erit de cœlo. de Nat.39.a. & Or.199.a. Iupiter in cœlo fulgens & tonans. aliter, Iouẽ fulgere & tonare. l. Fulguro.

Fulginates. pop. pro Cor.64.b.

Fulgor, oris. ſplendor. I.V.216.a. & de N.47.a. Fulgore auri collucere & illuſtrari templũ. de N.47.a. Hic illa eximio poſita eſt fulgore corona. de D.125.b. Proſpera Iupiter his dextris fulgoribus edit. de Somn.128.b. Ille fulgor, qui dicitur Iouis. Quomodo fulgores & tonitrua exiſtant, uide uocabulum tonitrui.

Fulgur, ris. fulgor. Plin. fulgetrum, & fulgetrã uocat. de Diuin.83.b. Quid de fulgurum ui dubitare poſſumus? & 82.a.



& 82.a. Exta pecudum fulgura interpretantium. de L.173.b. Cœli fulgura regionibus ratis temperamẽto. Flamma inter nubes coruſcat. l. Coruſco.

Fulgurator, oris. fulgurum ſpectator, uel interpres. de D.131.a.

Fulguro, as. fulgeo, coruſco. Or.199.a. Pericles ab Ariſtophane poeta fulgurare, tonare, permiſcere Græciam dictus eſt. de D.117.a. Ioue tonante & fulgurante comitia populi habere nefas.

Fulguralis, le. ad fulgura pertinens. de D.95.b. Quod Hetruſcorum declarant aruſpicini, & fulgurales, & rituales libri.

Fuligo, nis. fumi nigra materies, caligo, tenebræ. I.A.177.b. Dein tamen quaſi fuligine abſterſa, præclara ſenatuſconſulta feciſti.

Fulix, cis, non fulex. auis marina, quam Virg. Fulicam appellat. de D.83.a. Rauca fulix.

Fulmen, nis. Aeris ardor, fulgur, fulgor. Off.71.a. Sublatus eſt inſanus, & antequam conſtitit, ictu fulminis deflagrauit: id eſt, Phaeton. de D.117.a. Quod homines tonitrua & fulminum iactus extimuiſſent. I.C.115.a. Fulminum iactus. de D.117.a. Si nubium cõflictu ardor expreſſus ſe emiſerit, id eſſe fulmen. & ibid. Non enim te puto eſſe eum, qui Ioui fulmen fabricatos eſſe Ciclopas in Aetna putes. & ibi. Quomodo toties Iupiter iaceret fulmẽ cum unum haberet? & ibid. Comitiorum ſolum uicium eſt fulmen. & ibid. Iupiter multa fulmina fruſtra emittit. Tuſc.179.b. Iace obſecro in me uim coruſcam fulminis. de D.113.a. Romulus lactens, fulmine ictus. & 123.b. Fulmen ſiniſtrum auſpicium optimum habemus, præterquam ad comitia. I.A.179.a. Cur ea comitia nõ habuiſti? an quia Tribunus fulmen ſiniſtrum nunciabat? & 197.a. Hæc cauſa cur lex inter fulmina & tonitrua ferretur. de Nat.77.a. Hunc igitur nec Iupiter fulmine percuſſit. & 71.a. Mercurius fulmine percuſſus dicitur humatus eſſe cynoſuris. de D.84.a. Aut cum terribili perculſus fulmine ciuis, Luce ſerenanti uitalia lumina liquit. I.C.115.a. Cum & legũ æra fulminis ictu liquefacta ſunt. pro Cor.61.b. Cum duo fulmina noſtri imperij ſubitò in Hiſpania Cn. & P. Scipiones extincti occidiſſent. Or.198.b. Quidam nec acumine poſteriorum, nec fulmine utens ſuperiorum. Tuſcul.189.b. Non modò ſtimulos doloris, ſed etiam fulmina fortunæ contemnamus.

Fulminaſter, ſeu Fulminiaſter. At.202.a. Sic enim habent exemplaria quædam: quod mihi magis placet, quàm fuluiaſter. ſignificat enim Philotimũ, quæ ſcribat de bello, ſemper augere, adeò ut fulgurare, fulminaq; iacere uideatur. unde ioco cum fulminaſtrum appellat: hoc eſt, fulmen quoddam paruum, ſeu (ut ita dicam) fulminatorem ridiculum.

Fultus, a, um. ſubnixus. l. Fulcio. pro Cor.62.a. Neq; ideo eſt Gaditanorũ cauſa deterior, grauiſſimis & pluribus reb. eſt fulta. Ep.185.b. Magnis ſubſidijs fulta reſpublica eſt. At.218.a. Hic aũt ut fultum eſt. aliter, Fulcrum. *.

Fuluiaſter. Att.202.a. Solet omnino eſſe fuluiaſter. aliàs, Fulminiaſter. l. Fulminaſter.

Fuluus, a, ũ. color, qualis eſt auri. de Leg.156.a. Nuncia fulua Iouis miranda uiſa figura.

Fumo, as. fumum emitto, ardeo. pro Seſt.7.b. Et quod ita domus ipſa fumabat, ut multa eius ſermonis indicia redolerent. de N.31.a. Vos me primum ictum pro uobis, fumantemq; uidiſtis. Terram fumare calentem.

Fumoſus, a, um. I.P.79.b. Obrepſiſti ad honores errore hominum, commendatione fumoſarum imaginum.

Fumus, mi. I.P.82.a. Pauliſper ſtetimus in illo ganearum tuarum nidore atq; fumo.

Funale, lis. cereus, ſeu fax ex fune & cera. de Sen.86.a. C. Duillus delectabatur crebro funali & tibicine.

Functio, onis. actio. I.V.150.a. Vt ijs iucundior eſſet muneris illius functio. Tuſ.182.a. Labor eſt functio quædam, uel animi, uel corporis grauioris operis et muneris.

Funda, fundæ. in ioculari libello, teſte Quintiliano 397.

Fundamentum, ti. ſolum, ſedes, gradus, aditus. pro Pl.265.a. Pietas fundamentum eſt uirtutum omnium. Offic.5.b. Fundamentum iuſtitiæ eſt fides. pro Corn.61.a. Hæc ſunt enim fundamenta firmiſſima noſtræ libertatis. Par.232.b. Narratio eſt quædam quaſi ſedes & fundamentũ conſtituendæ fidei. de Or.156.b. Fundamentum eloquentiæ, eſt uerborum uſus & copia bonorum. de Nat.10.b. Quod igitur fundamentum huius quæſtionis eſt, id præclarè iactum uidetis. I.A.191.b. Hodie fundamenta ſunt iacta reliquarum actionum. de Sen.90.a. Senectus, quæ fundamentis adoleſcentiæ conſtituta eſt. I.P.81.a. Ergo his fundamentis poſitis conſulatus tui, triduo poſtquam, &c. de D.108.b. Fundamentum philoſophiæ poſitum eſt in finibus bonorum & malorum. pro Plan.265.a. In quo templo, quantũ in me fuit, ieci fundamenta pacis. pro Cl.23.b. Hoc utar initio & quaſi fundamento defenſionis. pro Seſt.4.a. Quibus initijs ac fundamentis hæ tantæ laudes excitatæ ſint. de Fin.79.b. Virtutum omnium fundamenta uos in uoluptate, tanquam in aqua ponitis. pro Mur.127.a. Bene habet, iacta ſunt fundamẽta defenſionis. Ac.10.b. Sed paulo antè iacta ſunt fundamenta. pro Flac.147.a. Niſi fortè cui cauſæ fundamenta iaciantur non uidetis. Ep.161.b. Quantum in me fuit ieci fundamenta pacis. & 12.b. Fundamentà iacta confirmandi ſenatus. Brut. At.287.b. Vindex illius mali autor extitit alterius fundamentum & radices habituri altiores. pro Mar.135.a. Tantum abes à perfectione magnorum operum, ut fundamenta, quæ cogitas, nondum ieceris. Off.7.a. Referri enim decet ad ea, quæ in principio propoſui fundamenta iuſtitiæ, primùm ut ne cui noceatur, deinde ut communi utilitati ſeruiatur. pro Mil.116.a. Agere fundamenta. Itẽ: Fundamento tota domus nititur. l. Nitor.

Fundanus ager. contra Rull.79.

Fundatus, a, um. l. Fundo. pro R.P.122.b. Fundatæ atq; optimæ conſtitutæ opes. pro Dom.232.b. Subita fundatiſſimæ familiæ ruina. At.11.b. Status ille reipublicæ, qui fixus & fundatus uidebatur. Q. de Pet.208.b. Partis ac fundatis amicitijs fretum ac munitum eſſe oportet.

Fundi, orum. oppidum. At.224.a. Pridie Iduum Fundis accepi tuas literas cœnans.

Funditus. prorſus. de Orat.161.a. Nec earum rerum quenquam funditus natura uoluit eſſe expertem. de Fin.81.a. Præcepta iſta funditus euertunt amicitiam. de In.53.b. Ille hoſtes funditus uicit. Att.85.b. Ciuitatem funditus perdidiſſem. pro Dom.220.a. Ciuitatem funditus euertiſti. Ep.79.b. Funditus interire. Orat.218.a. Ne ſpondeus quidem funditus eſt repudiandus. & 217.b. Funditus tollit fidem.

Fundo, as. conſtituo, fundamentum iacio, uel pono, uel ago, ſtabilio, nitor. pro Cor.61.a. Illud maximè ueſtrũ fundauit imperium. Parad.117.a. Qui hanc rempublicã tam præclarè fundatam nobis reliquerunt. pro Fl.151.a. Nihil religione teſtatũ, nihil ueritate fundatũ reperietur.

I.C.122.b. Magnis laboribus fundatum imperium, multa uirtute ſtabilita libertas. de Fin.106.a. Tã accuratè fundatam & extructam diſciplinam non eſt facilè perdiſcere.

Fundo, dis. effundo, promo, emitto, diffundo, diſpergo. de N.52.a. Oua piſciũ facilè aqua ſuſtinentur, fœtum fundunt. de D.90.a. Fundere ſanguinem è patera. de Or.161.a. Fundere uerſus ex tempore. Or.217.b. Fundere orationem numeroſè & uolubiliter. Tuſ.171.a. Cum tam bonos ſeptenarios fundat ad tibiam. de Fin.100.b. Vtrunq; eorum fundi quodammodo & dilatari putant. & 140.b. Iuſtitia ipſa ſe fundit uſu in cæteras uirtutes. de N.46.a. Aer fuſus & extenuatus in ſublime fertur, concretus autem in nubem cogitur.

Fundere. diſsipare, diſperdere, ſternere. pro Mur.128.b. Murena magnas hoſtium copias fudit. pro Rabir.96.b. Cum innumerabiles hoſtium copias in Italia fudiſſet.

Fundum, di. uaſis pars ima. Off.44.a. Largitio fundum non habet. Item: Ipſe armarij fundum execuit, & auri quinq; pondo abſtulit.

Fundus, di. prædium, poſſeſsio, regnum. de Or.106.b. Cui noſtrûm non licet fundos ſuos obire? aut res ruſticas uel fructus cauſa, uel delectationis inuiſere? de Or.129.a. Teſtificatur pater, ſe tibi Priuernatem fundum reliquiſſe. & ibi. Cum in Priuernati eſſemus. Parad.125.b. M. Manilius habuit ædiculas in Carinis, & fundum in Labicano. Ep.229.a. In ea cõtrouerſia, quã habet de fundo cum quodam Colophonio. Ep.237.a. Fundo Arpinati bene poteris uti. At.228.a. Ad lacum, quod habeo, uenditurus ſum.

Fundus populus, non diſcedit à priori ſignificatione. eſt enim poſſeſsio & regnum eius, cuius fundus factus eſt. Id quomodo fiat, docet Cic. pro Corn.58.b. Totum in ea fuit poſitum ſemper ratione atq; ſententia, ut cum iuſsiſſet prætor aliquid, ſi id aſciuiſſent ſocij populi ac Latini, & ſi ea lex quam nos haberemus, eadem in populo aliquo tanquam in fundo reſediſſet: ut tum lege eadem is pop. teneretur: non ut de noſtro iure aliquid minueretur, ſed ut illi populi aut iure eo quòd à nobis eſſet conſtitutum, aut aliquo commodo, aut beneficio uterentur. & ibi.59.a. & 64.b. Populi, Socij, Latini, Fœderati, Fundi.

Funebris, bre. lugubris. de Or.140.a. Laudationes ſcribuntur ad funebrem concionem. In Vat.31.a. Epulum funebre. de L.182.a, Veſtimentum funebre.

Funeſto, as. quaſi funere inquinare, fœdare. pro Rab.92.b. Funeſtari concionem contagione carnificis ueto. pro Font.280.a. Galli humanis hoſtijs deorum aras & templa funeſtant. pro Mil.119.a. & de Fin.83.b. Curiam inflammari, incendi, funeſtari.

Funeſtus, a, um. inquinatus, pernicioſus. At.137.b. Maiores noſtri funeſtiorem eſſe uoluerunt diem Allienſis pugnæ, quàm urbis captæ. I.C.102.a. Hoc tibi pernicioſum eſſe confido, & funeſtum futurum. & 115.b. Qui deorum templis ſunt funeſtos ignes inferre conati. Antequã.196.b. Qui in ſuo magiſtratu funeſtam facem à ueſtris repulit templis. I.V.260.b. Colonos agrorum ad huius ſecurim funeſtam eſſe ſeruatos. pro Seſt.8.b. O diem illum funeſtũ ſenatui. pro Dom.213.a. Peſtifer ac funeſtus tribunatus. pro Fl.165.b. Nox funeſta alicui. pro Qu.18.b. Funeſtum eſt iugulari. pro Dom.215.b. Funeſta fax. & 213.b. Funeſta reipublicæ peſtis. de L.18.a. Funeſta familia. Ep.148.a. Funeſta uictoria. i. cruenta.

Fungor, ris. efficio, colo. de Am.100.a. Valetudo opportuna eſt, ut dolore careas & muneribus fungare corporis. de Cl.170.a. Lyſias eſt functus omni ciuium munere. de D.95.a. Poſſunt aliquando oculi non fungi ſuo munere. At.287.a. Fungere officio, quo tu functus es in meo luctu, teq; per literas conſolarer, niſi, &c. Off.48.a. Neque enim uerbis auget ſuum officium, ſi quo fortè fungitur. Tuſc.172.a. Nemo parum diu uixit, qui uirtutis perfecto functus eſt munere. pro Cæl.41.b. Fungi officio: id eſt, facere quod debemus. de L.158.a. Vt conſulentibus reſpondeas, ſenectutis grato atq; honeſto fungerer munere. Tuſ.193.b. Conturbatus oculus nõ eſt probè affectus ad ſuum munus fungendum. Att.1.b. In omni munere candidatorio fungendo. de Cl.187.a. Q. Arrius omni iam fortunæ proſperè functus. I.V.193.a.b. Quid aratorem ipſum muneris in rempublicam fungi ac ſuſtinere uelitis. Of.42.a. Qui adipiſci ueram iuſtitiæ gloriam uolent, iuſtitiæ fungantur officio. Off.45.b. P. Craſſus functus eſt ædilitio maximo munere. & ibi. Magnificentiſsima ædilitate functus eſt. Br. At.280.a. Dignitatem perfuncturus es. Fungi opere aliquo & munere. l. Functio.

Fungus, gi. Ep.31.a.

Funiculus, li. de In.81.b. Et inde funiculo nauim moderetur. & ibi. Funiculus à puppi religatus.

Funus, ris. exequiæ, ſupremi diei celebritas, exequiæ funeris. pro Cl.23. Mater tibi de integro funus iam ſepulto filio fecit. & 60.a. Mater exequias funeris filij proſecuta eſſet. Q.Fr.237.a. Serrani funus perluctuoſum fuit, ad IIII. Calend. Decembris. pro Q.9.a. Funus, quo amici conueniunt ad exequias cohoneſtandas. Att.238.a. Ibi Pyliam uidi, uenerat enim in funus, cui funeri ego quoq; operam dedi. pro Q.9.a. Huic acerbiſsimum uiuo uidentiq; funus ducitur. de Or.135.a. Cum funus quoddam duceretur, accuſator inquit, mortuus rapitur, uide, etc. de Or.125.b. Cum caſu in eadem cauſa cum funere efferretur anus Iunia. Att.226.a. Si Cæſar funere elatus eſſet. I.V.260.a. Non palàm uiuorũ funera locabantur. I.V.263.a. Dico mercedem funeris ac ſepulturæ conſtitui nefas fuiſſe. pro S.R.22.a. Soluere iuſta paterno funeri. de L.182.b. Inducere funus. In Vat.35.a. Quis unquam in luctu domeſtico & in funere familiari cœnauit cum toga pulla? & ibid. Ita enim illud epulum eſt funebre, ut munus ſit funeris, epulæ quidem ipſæ dignitatis. pro Dom.221.b. Cum tua rogatione funere elata reſpublica eſt. Poſtquam.208.a. Nondum palàm factum erat concidiſſe rempublicam, cum tibi arbitria funeris ſoluebantur. de Pro.78.a. Caſum illum meũ funus eſſe reipublicæ, ſed funus iuſtum & indictum. pro Dom.221.b. Funeſtum funus. I.A.224.a. Senatui placere eum quàm ampliſsimè ſupremo die ſuo efferri. & ibi. Aediles curules edictum quod de funeribus habeant, Sulpitij funeri mittere. de Sen.92.b. Nemo me lachrymis decoret, nec funera fletu faxit. cur? uolito uiuu' per ora uirûm. Ep.56.a. & de In.51.a. Ibiq; funus ei ſatis amplum faciendum curaui.

Fur, ſuris. plagiarius. de Fin.142.a. Fures earum rerum quas cœperunt, ſigna commutant. pro Mil.103.a. XII. tabulæ nocturnum furem quoquo modo, diurnum autem, ſi ſe telo defenderit, interfici impunè uoluerunt. pro S.R.27.b. Canes publicè aluntur in Capitolio, ut ſignificent ſi fures uenerint. de Or.129.a. Is à Philippo interrogatus quid latraret, furem ſe uidere reſpondit. Q. Frat.300.b. Licinium plagiarium cum ſuo pullo miluino tributa exigere. I.V.86.b. Aſpendius cithariſta. pro Domo 223.a. Fur aut ſicarius.

Furaciſsimus, a. apud Aſconium.78.





Furaciſsimè. In Vat.31.a. Cum omnium domos, apothecas, naucis furaciſsimè ſcrutareris.

Furax, cis. fur, uel qui à furtis abſtinere manus nõ poteſt. de Or.131.b. Ridiculum eſt illud Neronianum uetus in furace ſeruo, ſolum eſſe cui domi nihil ſit obſignatum & occluſum. de Or.133.b. Cornelius homo auarus & furax. I.P.95.b. Furaces manus.

Furca, cæ. crux. de D.92.a. Seruus per circũ cum uirgis cæderetur, furcam ferens, ductus eſt.

Furcifer, ri. ſceleſtus, furcam ferens. In Vat.32.a. Id tu furcifer tibi ſumes? & I.P.82.a. & pro Deiot.148.a.

Furens, tis. furibundus, maximo furore & ſcelere inflammatus, inſanus, ueſanus, effrenatus, præceps, mente permotus, uiolentus. I.P.90.a. Qui mentis ſuæ cõpos nõ eſt, qui mentis ſuæ nõ eſt. Par.118.a. Cui mens ex ſua ſede & ſtatu dimota eſt. pro Mil.118.a. Præceps amentia. Tuſ.226.a. Iratos propriè dicimus exiſſe de poteſtate. i. de conſilio, de ratione, de mente. Antequam.197.a. Q. Metellus ceſsit L. Saturnino furenti. de Ar.254.b. Alicuius furentis ac uiolenti impetus.

Furenter. furioſè. At.86.b. Pueri aiunt eum furenter iraſci.

Furia, riæ. furina. Q.Fr.320.a. Cæſar tibi amantiſsimè petenti ueniam non dedit, uti ullum ad illam furiã uerbum reſcriberes. pro Seſt.10.a. Illa furia ac peſtis patriæ. pro Seſt.11.b. Illa furia clamabat, &c. de N.63.b. Eumenides, quæ ſi deæ ſunt, quarum & Athenis fanum eſt, & apud nos, ut ego interpretor, lucus furinæ furiæ deæ ſunt, ſpeculatrices credo & uindices facinorum & ſceleris. de Leg.164.a. Furiæ agitant & inſectantur impios non ardentibus tædis, ſicut in fabulis, ſed angore conſcientiæ & fraudis cruciatu. I.P.89.b. Homines impulſu deorum terreri furiarũ tædis ardentibus. pro S.R.29.b. Hæ ſunt impijs aſsiduæ domeſticæq; furiæ, quæ parentũ pœnas à conſceleratis filijs repetant. pro S.R.29.a. Tamen eos agitãt furiæ, neq; conſiſtere uſquam patiuntur. & ibid. Agitari & perterreri furiarum tædis ardentibus. pro Syl.131.b. Itaq; eos ad perficiendum ſcelus furiæ quædam incitarũt. I.V.259.a. Sceleratorum furias in tuum iudicium eſſe uenturas. pro Dom.213.b. Quæ te tanta pœna tuorum ſcelerum uexat? ut arbitrere, &c.

Furialis, le. de Ar.252.b. Tu cum furiales in concionibus uoces mittis, non ſentis, &c. pro Plan.277.b. Furialis illa uox.

Furibundus, a, um. furens. Antequam.196.b. Cedam priuatus furibundo magiſtratui. & ibid. Annibalis furibunda mens. de D.80.b. Vatum furibundæ prædictiones.

Furina, næ. Furia. de N.63.b. At.318. l. Furia.

Furioſè. furenter. At.122.a. Et ſi ſolet eum, cum aliquid furioſè fecit, pœnitere.

Furioſus, a, um. furens, furibundus, ueſanus. I.C.102.a. Quò te iſta tua cupiditas effrenata & furioſa rapiebat. pro Dom.224.a. Hæc furioſa uis Trib. pleb. facilè ſuperari frangiq; potuit. I.P.89.b. & pro S.R.24.a. Vecors, furioſus, mente captus, tragico illo Oreſte aut Athamante dementior. pro Dom.213.b. Homo ueſanus & furioſus. de Cl.187.a. Feruidum quoddam & petulans, & furioſum genus dicendi. Ac.22.a. Dormientiũ, & uinolentorũ, & furioſorum uiſa. Ep.150.a. Pars exercitus non minus furioſa eſt, quàm qui cum Antonio fuerunt.

Furo, ris. inſanio, bacchor, uaticinor, maximo furore & ſcelere ſum inflammatus, uis quædam abſtraxit me à ſenſu mentis, à conſtantia atq; à mente, atq; à ſe ipſe diſceſſit. I.V.208.b. Vſq; eò commotus eſt, ut inſanire omnibus ac furere uideretur. de Ar.352.b. Cum baccharis, cum furis. de Cl.190.b. Eos furere & bacchari arbitrabatur. Or.205.b. Furere apud ſanos, & quaſi inter ſobrios bacchari uinolentus uidetur. Acad.4.b. Empedocles interdum mihi furere uidetur. de Or.126.a. Mihi Telamon iratus furere luctu filij uidetur. Q.Fr.306.b. Clodius furebat à Racilio ſe contumaciter urbaneq; uexatum. Ep.123.a. Nunc furit Domitius tam gauiſos homines ſuum dolorem. Att.234.b. Panſa furere uidetur de Clodio. Off.22.a. Solon furere ſe ſimulauit. de D.97.b. Qui ualetudinis uitio furũt, & melancholici dicuntur. I.P.90.a. Hic acerrimè furit. Quint. Frat.303.a. Ille furens & exanguis interrogabat ſuos, quis, &c. I.C.104.b. Catilina furens audacia, ſcelus anhelans. de Ar.243.b. Hominem furentem exultantemq; continui. Tuſcul.231.b. Inflammatus & furens libidinibus.

Furor, oris. ardor, impetus, inſania. I.C.120.b. Verſatur ante oculos aſpectus Cethegi & furor in ueſtra cœde bacchantis. de D.94.a. Ineſt igitur in animis præſagitio, quæ ſi exarſit acrius, furor appellatur. de Diuin.97.b. Negat ſine furore Democritus quenquã poetam magnũ eſſe poſſe. I.P.99.a. Hic furore atq; inſania pœnas pendit. de Ar.243.b. Effrenatus & præceps furor alicuius. Ep.150.a. Si decima legio ad eundem furorem redierit. pro Domo 242.a. Iſtius inflammatus atque ignitus furor. Tuſcul. quæſt.192.b. Furorem autem eſſe rati ſunt, mentis ad omnia cæcitatem. Acad.22.a. Cuius furor conſederit. pro Cluent.4.a. Noratis animos eius & ſpiritus tribunitios.

Furor, aris. furtum facio, compilo, expilo, eripio, ſurripio, clàm eripio, clàm de medio remoueo, in meam rem aliena conuerto, bonis alienis manus affero, de medio remoueo, auerto. I.V.88.a. Verres ſolet hæc quæ rapuit, & furatus eſt, dicere ſe emiſſe. Off.41.a. Qui cuipiam furatur aliquid, aut clàm eripit. de N.57.b. Beſtiæ furãtur aliquid ex ijs, aut rapiunt. Att.21.a. Nam ſi ego tuum antè legiſſem, furatum me abs te eſſe diceres. I.V.274.b. Auertere aliquid: id eſt, furari.

Furtim, clàm. )( Palàm, liberè. Attic.56.b. Metellus furtim in campum currebat. de Orat.132.a. Tantum licet furtim, ſi quando & curſim. Epiſt.266.b. Lagenæ, quæ furtim eſſent exiccatæ. contra Rull 74.a. Occultè latêre, reconditum eſſe, furtim tradi, &c. pro Domo 241.b. Furtim facere aliquid. de N.57.b. Furtim. )( Palàm, liberè.

Furtiuus, a, um. I.P.100.b. Furtiuum iter per Italiã.

Furtum, ti. compilatio, rei alienæ fraudulenta tractatio. pro Cl.55.b. Ille medicus domi furtum fecit & cædem huiuſmodi. de Nat.74.b. Conſilio tuo furtum factum eſſe aio. Att.90.b. Mira erant in ciuitatibus furta Græcorũ. Q.Fr.294.b. Plura oppidorum & furta, & latrocinia eſſe depulſa. pro Q.49.b. Res erat manifeſta, furtũ erat apertum, cuius rei furtum factum erat? Ep.266.b. Ne furtum ceſſationis quæſiſſe uidearis.

Furunculus, li. I.P.93.b. Iſte tantummodo improbus, crudelis olim furunculus, nunc uerò etiam rapax.

Fuſcina, næ. telum tridens ad piſcandum aptum. de N.21.b. Dant enim arcum, ſagittas, clypeum, fuſcinam, fulmen, &c. & 44. Aut fortè triton fuſcina euertens ſpecus. Accij.

Fuſcus, a, ũ. pro Seſt.6.b. Purpura plebeia ac penè fuſca. In Arat. At pars inferior delphini fuſca uidetur. de D 83.a.

83.a. Fuſca cornix.de N.55.b.Vox canora.)(.Vox fuſca.

Fuſè.diſperſè,diffuſè.de L.163.a. Quæ fuſè olim diſputabantur & liberè,ea nunc articulatim diſtinctéq; dicuntur.de N.30.a.Vberius ac fuſius diſputare aliquid. Orat.207.a.Fuſè lateq; dicere.

Fuſio,onis.de N.9.b.Chryſippus mundum deum dicit eſſe,& eius animi fuſionem uniuerſam. de Vn.201.b. Fuſiones autem deorum.nam apud Platonem eſt,χορείας. l.Flexio.

Fuſtes,ſtis.uel fuſtis,ſtis.Ep.118.b.Quid ſi filius meus fuſtem mihi impingere uolet? In Ver.222.a.Qui primò cum obſiſtere conarentur, malè mulctati clauis & fuſtibus repelluntur. I.P.95.a.Non opus eſt uerbis,ſed fuſtibus. Attic.56.a.Clamor,lapides,fuſtes,gladij, & hæc improuiſa omnia.

Fuſtuarium,rij.uerberatio.I.A.186.a.Nam ſi Antonius conſul,fuſtuarium meruerunt legiones, quæ conſulem reliquerunt.

Fuſus,a,um.diſperſus.l.Fundo.de Or.128.b.Genus facetiarum æqualiter in omni ſermone fuſum. Orat.206.b.Hæc in omnia genera fuſa oratio.de Or.137.b.Sanguis in corporibus fuſus.& 123.a. Genus ſermonis liquidum, fuſum,profluens.)(.Exile, aridum, conciſum,minutum. Offic.20.a.Decorum quàm latè fuſum ſit apparet. I.A.258.b.Exercitum hoſtium cæſum fuſumq; cognoui. Off.75.a.Hoſtes fuſi ac fugati.pro Seſt.22.a.Homines fuſi per agros ac diſperſi.

Futilis,le.leuis,uanus.de D.88.a.Aruſpices uanos futileſq; eſſe dicamus.Tuſc.217.a.Alacritate futili geſtiens. & 231.b.Futilis lætitia.de Finib.98.a.Quis non odit ſordidos,uanos, futiles? de Nat.5.b. Commentitiæ futileſq; ſententiæ.

Futilitas,tis.uanitas.de N.40.a.Hæc plena ſunt futilitatis,ſummæq; leuitatis.

Futurus,a,um.conſequens,inſequens, poſterus, reliquus,impendens,quod euenturum eſt,uenturum,quod ſequitur.Att.93.b.Sed illum eum futurum eſſe puto,qui eſſe debet. I.A.153.b.Alia porrò propria Dolobella,quæ niſi collega abfuiſſet, credo eis fuiſſe futura communia. Ep.54.a.Eum magis cenſemus communem in uictoria futurum fuiſſe:de N.25.a.Homines futuros beneficos & benignos fuiſſe.I.C.102.a.Quam ſibi pernicioſam eſſe confido & funeſtam futuram.de D.137.b.An tu cenſes ullam anum tam deliram futuram fuiſſe,ut ſomnijs crederet?niſi,&c. I.A.221.a.Non dubito quin reditus eius & nobis gratus fuerit,et reip.ſalutaris futurus.de Fi.84.b.et 63.a. Futurũ atq; impendens malum.& 63.a.Futurum,conſequens,& poſterum tempus.de Sen.93.a.Memoria præteritorum,futurorum prudentia. pro Mil.125.a. Prouidere quod futurum ſit.Off.39.b.Proſpicere futura.de N.62.a.Sæpe ne utile quidem eſt ſcire quod futurum ſit,miſerum enim eſt nihil proficientem angi.pro Cluent.19.b. Si in præſentia non potero,multæ mihi ad ſatisfaciendum reliquo tempore facultates dabuntur. de Diuin.88.a. Secula reliqua. pro Rabir.96.b.Sapientiſſimi cuiuſq; animus præſentit in poſterum. contra Rull.78.a. In poſterum hæc lex imperatoribus ueſtris conſtituitur. contra Rull.84.b.Multum in poſterum prouidere.I.C.103.a.In poſteritatem tibi aliquid mali redundabit. de Sen.91.b. Præteritum tempus nunquam reuertitur,nec quid ſequatur ſciri poteſt.de D.130.a.Magnus Dicæarchi liber eſt,neſcire quæ euentura ſunt,melius eſſe quàm ſcire. de D.98.a.Neq; dij ignorant ea quæ ab ipſis conſtituta



& deſignata ſunt.Epiſt.80.b.De futuris rebus.

## GA

GAbinus,na. pro Planc.263.b. Gabinæ uicinitas.

Gades,dium.inſula Hiſpaniæ,& in ea urbs.pro Cor.63.a.Gades Herculis itinerum ac laborum terminus. & ibid.de Gaditanis.

Galatæ,arum. Aſiæ populi.Attic.95.a. Galatarum auxilia.

Galea,leæ.capitis armatura. I.V.223.a.In hoc ſano loricas galeaſq; æneas P.Scipio poſuerat.

Galeatus,a,um.ut galeata Minerua.de N.21.b.

Galeotes.interpres portentorum apud Siculos. de D.88.b.

Gallia,liæ. de Pro.76.b. Alter ulteriorem Galliam decernit,alter citeriorem. Att.120.a. M. Marcello Coſſ. finienti prouincias Gallias Cal.Martijs ipſe reſtitit. & ibi.Gallia ulterior.Epiſt.115.a.Propter Galliarum controuerſiam.pro Mur.145.a.Gallia tranſalpina.I.A.219 a.Gallia comata.

Gallicanus,a,um.gallicus. pro Q.3.a.De tota illa re atq; ratione Gallicana inter ſe communicant. I.C.110.a. Ager Gallicanus Picenuſq;.

Gallicus,a,um.Gallicanus.de D.97.b.Brennus eiuſq; Gallicæ copiæ.pro Seſt.4.a.Piſauri & in alijs agri Gallici partibus.I.C.105.a.In agro Piceno & Gallico.de Clar.169.b.Ager Gallicus & Picenus.

Gallina,næ.de N.50.a.Anatum oua Gallinis ſupponimus. Ac.15.a.Quæ id ouum gallina peperiſſet,dicere ſolebant.de D.120.a.& de Sen.89.a.Hoc igitur per gallinas Iupiter tantæ ciuitati ſignum dabat?

Gallinaceus,a,um.pro Mur.138.b. Qui gallum gallinaceum ſuffocauerit,&c.& de D.96.a. Gallos gallinaceos canere cœpiſſe.de D.114.a.Gallinaceum fel.

Gallinaria ſilua,Romæ.Ep.141.

Gallinarius,narij. qui gallinas curat. Acad.21.b. Quoniam gallinarium inueniſti Deliacum, qui oua cognoſceret.

Gallogræcus. de Ar.250.a.Brogitarus gallogræcus.

Gallonius.præco, & inſignis helluo.de Fin.83.b.Vixit ut Gallonius,loquitur ut frugi ille Piſo. pro Q.17.b. Quæſtus & ſumptus Gallonij.

Gallus,li.auis nota.de D.120.a.Galli uicti ſilere ſolet, canere uictores. & ibi.Cur ante lucem galli cantant. de D.96.a.Nam auis illa uicta ſilere ſolet,canere ſi uicit.& ibi.Gallos gallinaceos ſic aſſiduè canere cœpiſſe, ut nihil intermitterent. de D.120.a. Galli ſilentio noctis (ut ait Ennius) fauẽt faucibus,rurſus cãtu plauſuq; premũt alas. et ibid.Cum hoc animal tã ſit canorũ ſua ſponte.pro Mur.138.b.Qui gallum gallinacium ſuffocauerit. & 128.b.Te gallorum illum buccinarum cantus exuſcitat. ad Her.39.b.Gallus è Phrygia.

Gallus,li.ex Gallia tranſalpina. de Or.133.b. Gallus captiuus ſub nodis diſtortus, eiecta lingua,buccis fluentibus.pro Fon.280.a. Galli humanis hoſtijs deos placãt. de Ar.248.a.Galli robore,Hiſpani numero,Pœni calliditate,Græci artibus ualent.pro Cor.61.a.Fœdera nonnullorum ex Gallia Barbarorum.

Gamelion.menſis Ianuarius, Iunoni ſacer propter nuptias.de Fin.86.a.

Ganeæ.



Ganeæ,nearum.luſtra, loca libidini & helluationibus apta.I.P.82.a.Pauliſper ſtetimus in illo ganearũ tuarum nidore atq; fumo.

Ganeo,onis.helluo.I.C.205.a.106.a.Quis ganeo?quis nepos?&c.pro Seſt.25.a.Egentiſſimus ganeo.Poſtquam.206.b.Cincinnatus ganeo.

Ganges.fluuius Indiæ maximus.de Som.129.

Gargettius.id eſt,Epicurus.Ep.253.

Garrio, ris.garrire eſt auium,ſed uſurpatur pro loqui,idq; ſine delectu.At.186.a.Cum coràm ſumus, & garrimus quicquid in buccam uenit.At.92.a. Cupiebam etiã nunc plura garrire,ſed lucet,urget turba.de N.22.b. Tanta eſt impunitas garriendi. de Or.110.b. Philoſophos in gymnaſijs garrire.

Garrulus,a,um.loquax.ad Her.9.a.Vt huius infantiæ garrulam diſciplinã contemneremus.

Gaudens,tis.At.25.a.Animo æquo, imò uerò etiã gaudenti ac libenti.

Gaudeo,des.lætor,exulto, triumpho, lætitia exulto, gaudio exulto,gaudio triumpho,gaudio afficior, lætè fero,fruor.de Leg.184.a.Sanè gaudeo,quod te interpellaui.At.140.b.Quæ adhuc fecimus,probari ualde gaudeo, ſi eſt nunc ullus gaudendi locus. Q.Fr.313.b. Gaudeo tibi iucundas eſſe meas literas.& 319.b.Quod ſcribis te à Cæſare quotidie plus diligi,immortaliter gaudeo. pro S.R.41.a.Quæ perfecta eſſe,gaudeo uehementerq; lætor. At.263.a.Id tu nos obtinuiſſe non modò facilè patiare, ſed etiam gaudeas.et 152.a.Meum factum probari abs te triũpho & gaudeo.pro Mar.133.b. Quare gaude tuo iſto tã excellenti bono,& fruere cùm fortuna & gloria,tum etiã natura & moribus tuis.de Fin.56.b.Cum priuamur dolore,ipſa liberatione & uacuitate omnis moleſtiæ gaudemus.Cæl.Epiſt.123.a.Nunc furit tam gauiſos homines ſuũ dolorem.Epiſt.112.b.In theatrum Curionis Hortenſius introijt,puto ut ſuum gaudium gauderemus. & 10.a.In moleſtia gaudeo.Tuſ.201.b.Quoniam hæc plauſibilia nõ ſunt,ut in ſinu gaudeant,glorioſè loqui deſinant.de Offic.56.b.Cùm intellexero te hoc ſcientiæ genere gaudere. & ibid.Lætari.

Gaudium,dij.lætitia,fructus.I.C.102.b. Hic tu qua lætitia perfruere?quibus gaudijs exultabis? quanta in uoluptate bacchabere? Antequam.194.a.Itaq; quod putaui fore gaudium,id extitit exitium.de Fin.141.b. Gaudio compleri,affici,perfundi.

Gaurus,ri.mons.contra Rul.73.b.

Gaza,zæ.uox Perſica,ærarium, pecunia, theſaurũ, regiæ opes,bona fortunæq;.pro Pom.16.b. Qui ab auro gazaq; regia manus abſtinuiſſet. Off.49.a. Omni Macedonum gaza,quæ fuit maxima, potitus eſt Paulus. pro Dom.225.a.Omnium locupletum fortunæ, omnium prouinciarum fructus,omnium regum bona.Par.125.b.Pecunia,uectigal,diuitiæ,fructus.

Geduſanus ager.contra Rul.76.a.

Gelenſes.pop.I.V.217.

Gelidus,da,dum.frigidus,alſior.de Leg.170.b. Fibrenus præcipitat in Lirem,eum multo gelidiorem facit,nec enim ullum hoc frigidius flumen attigi. de N.45.b. Adde huc fontium gelidas perennitates.I.C.103.b.Si aquàm gelidam biberint.

Geminatio,onis.exornatio uerborum. de Or.162.a. Geminatio uerborum habet interdum uim,lepôrem aliàs.

Gemino,as.duplico.I.A.Perſæpe ut paruum tranans geminauerit orbem.de N.28.b.Sol geminatus: id eſt, duo



ſoles.Par.231.b.Verba geminata atq; duplicata.

Geminus,a,um.ſimilis,duplex.pro S.R.38.a.Par eſt auaritia,ſimilis improbitas,eadem impudẽtia, gemina audacia.pro Q.R.54.a.Simillima & maximè gemina ſocietas hæreditatis eſt.I.V.182.b.Conſorti quidem in lucris atque furtis,gemino & ſimillimo nequitia,improbitate, audacia.I.A.Quæ uolat & ſerpens geminis ſecat aera pennis.pro Seſt.21.a. Illud uerò geminum conſilijs Catilinæ & Lentuli,quod me,&c.cum quærerent alij Numerium, alij Quintium,gemini nominis errore ſeruatus eſt. de D.133.b.Gemino lucernæ lumine declarari diſſenſionem. I.P.88.a. Vos geminæ uoragines,ſcopuliq; reipub. de Or.160.a.Aliæ ſunt geminæ percuſſiones, quibus, &c. pro Cluen.26.b.C.& L.Fabricij fratres gemini fuerunt. & de Diuin.127.a.Fratres gemini.Acad.15.a. Seruilij gemini.& ibi.Vt mater internoſcit geminos conſuetudine oculorum,ſic tu internoſces,ſi aſſueueris.de N.47.b. Et natos geminos inuiſes ſub caput arcti. & ibid. Sub læua geminorum.

Gemitus,tus.ſuſpirium,uox dolore expreſſa.pro S.R.22.a.Vt tota urbe fletus gemituſq; fieret.Poſtquam.208.a.Saltem dum conticeſcat lamentatio & gemitus urbis.de Ar.252.b.Non ſunt illi gemitus & eiulatus Philoctetæ tã miſeri.I.A.176.b.Gemitus & plangor toto foro.

Gemma,mæ.lapillus precioſus omnis,ſiue perlucidus, ſiue non.I.V.200.a.Nego ullam gemmam aut margaritam fuiſſe,quin abſtulerit.& 214.a. Pocula ex auro gemmis diſtincta clariſſimis.& ibi.Vas uinarium ex una gemma pergrandi.de Sen.89.b.Cyri ornatus perſicus multo auro multiſq; gẽmis.ad Her.39.a. Corona aurea magnis fulgentibus gemmis illuminata.

Gemma.qui oculus & germen in ſtirpibus ab alijs dicitur.de Sen.88.a.In uitibus ineunte uere exiſtit tanquam ad articulos ſarmentorum ea,quæ gemma dicitur.

Gemmeus,a,um.I.V.214.a.Trulla gemmea.

Gemmo,as.quod Colum.& Plin.dicunt germinare. Or.204.b.Siquidem eſt ruſticorum gemmare uites,ſitire agros,lætas eſſe ſegetes.de Or.Gemmare uites, luxuriem eſſe in herbis,&c.

Gemo,mis.gemitum facio,ingemo,ingemiſco. Attic.236.b.Hæc me ſpecies cogitatioq; perturbat, ne gemam. Antequam.197.b.Equites Rom.quorum factis gloriantur ciues,lætantur ſocij,gemunt hoſtes.pro Plan.280.b. Hos pro me lugere,hos gemere uidebam. pro Seſt.18.a. Hæc gemebant boni,ſperabant improbi. I.P.85.a. Quorum nemo te aſpexit,qui non gemeret deſiderio mei. Poſtquam.206.b.Quo minus occultè ueſtrum malum gemeretis.At.33.a.Hic ſtatus una omniũ uoce gemitur. & 34.a.Grauiter gemes iſtam uirtutem.

Genæ,narum. ſunt oris partes eminentiores, oculis ſubiectæ,quæ malæ quoq; dicuntur.de N.55.a.Genæ ab inferiore parte tutantur oculos,ſubiectæ leuiterq; eminentes.Tuſ.204.a.Muliebres lacerationes genarum.de Leg.182.a.Mulieres genas ne radunto.I.P.70.b.Piloſæ genæ, dentes putridi.Tuſ.196.a.Lachrymæ peredere humore exangues genas.

Genealogi,gorũ.ſic enim legendum eſt, non genealogijs.ſunt qui de ortu,& originibus ſcribunt. de N.68.a. Dij,qui à genealogis antiquis nominantur.

Gener,ri.filiæ uir.At.55.a.Is abiecta toga ſe ad generi pedes abiecit.

Generalis,le.communis,uniuerſus,confuſus,latè manans,ad multos pertinens,latè patens.Off.19.b. Genera-

le quoddam decorum intelligimus, quod in omni honeſtate uerſatur: aliud huic ſubiectum, quod pertinet ad ſingulas partes honeſtatis. de In. 44. a. & 45. a. & 69. b. Cum de genere negocij controuerſia eſt, conſtitutio generalis uocatur. Off. 66. a. Fidei bonæ nomẽ manat latiſsimè, idq́; uerſatur in multis iudicijs. pro Seſt. 3. b. Sed quoniam ſingulis criminibus cæteri reſponderunt, dicam ego de omni ſtatu P. Seſtij, de genere uitæ, &c. & ibi. Contendamq́; in hac confuſa atq; uniuerſa defenſione, ut nihil, &c.

Generaliter. communiter, una comprehenſione omnia complecti, γενικῶς. de In. 51. a. Nã tempus quidem generaliter definire difficile eſt. At. 8. b. Vt omnia illius ordinis cõſulta γενικῶς laudaret. de In. 80. b. Deinde utra lex de genere omni, utra de parte quadam, utra communiter in plures, utra in aliquam certam rem ſcripta uideatur.

Generatim. per ſingula genera, generaliter. I. V. 143. b. Ergo ab uniuerſa prouincia, generatimq́; à ſingulis eius partibus diligitur. & 136. b. Nã aut publicè ciuitates iſtos honores habent, aut generatim homines, ut aratores, mercatores, nauicularij. I. P. 98. a. Quid auaritiæ, quæ criminibus infinitis implicata eſt, ſummam nunc explicem? generatim ea, quæ maximè nota ſunt, dicam. Or. 201. a. Orator percurret omnes locos, utetur aptis generatim. de Or. 90. a. De iure generatim in ordines ætatesq́; deſcripto. et 121. b. Sed hæc Craſſus aliquando nobis expediet, & diſponet deſcripta generatim. & 100. b. Nulli fuerunt, qui illa artificioſè digeſta generatim componerent. Ac. 12. b. Exponam igitur generatim argumenta eorum. At. 173. a. Non nominatim, ſed generatim proſcriptio eſt informata. I. V. 265. a. Nam quid ego de cæteris ciuium Roma. ſupplicijs ſigillatim, potius quàm generatim atq; uniuerſè loquar? his duobus exemplis perſpicuum eſt, generatim pro generaliter uſurpari. de Or. 112. b. Infinitum mihi uidetur id dicere, in quo aliquid generatim quæreretur, hoc modo: Expetendáne eſſet eloquentia, expetendine honores. de In. 64. a. Vt ſi amicitiæ quid cauſa factum dicetur, ſi inimici ulciſcendi, ſi metus, ſi gloria, ſi deniq; ut omnia generatim amplectamur, alicuius retinendi, augendi, adipiſcẽdiue commodi cauſa, &c.

Generator, oris. genitor. de Vn. 201. b. Qui noſſe generatores ſuos optimè poterant.

Genero, as. gigno. de Leg. 161. b. Hominem generauit & ornauit deus. de Vn. 195. b. Semper'ne fuerit mundus, nullo generatus ortu, an ortus ſit. Tuſ. 242. a. Initia, unde omnia ſint orta, generata, concreta. Off. 5. b. Homines hominum cauſa eſſe generatos. In Arat. 192. a. Mars à quo populum Rom. generatum accepimus. Off. 21. a. Neque enim ita generati à natura ſumus, ut ad ludum & iocum facti eſſe uideamur.

Generoſus, a, um. qui altiore animo eſt, magnanimus, præſtans, magnificus, clarus. Off. 69. a. Cũ de imperio certamen eſſet cum rege generoſo ac potenti. de Clar. 183. a. O generoſam ſtirpem. de D. 84. b. Ciuili generoſa ſtirpe profectus. Tuſ. 178. a. Quod natura ipſa, & quædam generoſa uirtus ſtatim reſpuit. de Am. 101. b. Humilem ſanè relinquunt, & minimè generoſum, ut ita dicam, ortũ amicitiæ. de Cl. 189. b. Voce, motu, forma etiam magnifica & generoſa quodam modo. Parad. 119. b. Virgo generoſa & nobilis. )( Ignota.

Genialis, le. nuptialis, uoluptarius. pro Cl. 20. b. Lectus ille genialis, quem biennio antè filiæ ſuæ nubẽti ſtrauerat.

Geniculatus, a, um. à geniculo: id eſt, geniculis diſtinctus. de Sen. 87. b. Culmus geniculatus.



Genitor, oris. generator. de Vn. 199. b. Quo nihil ab optimo genitore melius procreatum eſt. & 293. a. Imitantes genitorem & effectorem ſui. de D. 121. b. Genitor ſaturnius, &c.

Genitrix, cis. de D. 131. b. Nona ſuper tremulo genitrix clangore uolabat. poetæ.

Gens, gentis. natio, familia. de N. 78. b. 79. a. Deum nõ curare ſingulos homines, nec ciuitates, nec nationes & gẽtes. Off. 11. a. Propior eſt eiuſdem gentis, nationis, linguæ. I. C. 121. b. Qui id egerunt ut gentem Allobrogum in ueſtigijs huius urbis collocarent. pro Fon. 281. a. Exteræ nationes & gentes. pro Pom. 9. b. Gentes ac nationes. I. C. 99. a. O dij immortales ubinam gentium ſumus. Attic. 92. a. Quippe res eſt in manibus, tu autem abes longè gentium. Item: Noſtri τυραννοκτόνοι longè gentium abſunt. I. Ver. 265. a. Vbicunq; terrarum & gentium. pro Flac. 146. a. Gens Valeria. de Or. 99. b. Marcelli ab liberti filio ſtirpe, Claudij eiuſdem hominis hæreditatem gente ad ſe rediſſe dicebant. de Fin. 32. a. Cleanthes quaſi minorum gentium Stoicus. Tuſ. 154. a. Dij maiorum gentium. Ep. 139. b. Patricij minorum gentium. Ac. 32. a. Maiorum uel minorũ gentium eſſe.

Gentilis, le. Top. 223. a. Gentiles ſunt, qui inter ſe eodem ſunt nomine ab ingenuis oriundi, quorum maiorum nemo ſeruitutem ſeruiuit, qui capite non ſunt diminuti. de In. 80. b. Si furioſus eſt, agnatorum gentiliumq́; in eo pecuniáq; eius poteſtas eſto. & ad Her. 4. b. 5. a. Tuſ. 156. a. Antiquus ſanè, fuit enim meo regnante gentili. de Cl. 174. a. Tuus etiam gẽtilis Brute M. Pennus. de Vn. Homines deorum immortalium quaſi gentiles ſunt. I. V. 147. a. Reſpõde mihi nunc tu Verres, quem eſſe hunc tuum penè gentilem Verrutium putas?

Gentilitas, tis. agnatio. de Or. 99. b. In ea cauſa fuit oratoribus de toto ſtirpis ac gentilitatis iure dicendum.

Gentilitius, a, um. de Ar. 251. a. Qui ſacrificia gentilitia illo ipſo in ſacello factitarunt.

Genu, nu. genus, nodus in quo femora deſinunt, cuius pars poſterior, poples dicitur. Poſtquam. 208. a. Tu affinem tuam, filiam meam ſuperbiſsimis uerbis à genib. tuis repuliſti. Tuſ. 187. a. Genu M. Antorium uidi, cum contẽtè ipſe pro ſe diceret, terram tangere.

Genu nixus. qui genu flexo connititur. l. Engonaſis.

Genuarij, orum. nummi genus. At. 89.

Genus. genu. I. A. Atq; inter flexum genus, &c. & læuum gênus. & ibidem ſæpius, poetica licentia.

Genuinus, ni. de N. 53. a. Dentium aduerſi acuti diuidunt eſcas, intimi autem conficiunt, qui genuini uocãtur.

Genus, ris. natura, ratio, cõmune genus, genus primũ, genus uniuerſum, res uniuerſa, ſpecies, modus. Top. 223. Genus eſt notio ad plures differentias pertinẽs. forma eſt notio, cuius differẽtia ad caput generis, & quaſi fontẽ referri poteſt. de Or. 100. b. Genus id eſt, quod ſui ſimiles cõmunione quadã, ſpecie autem differentes duas aut plures cõplectitur partes. de In. 49. b. Genus eſt, quod plures partes amplectitur, ut animal. pars eſt, quæ ſubeſt generi, ut equus: ſed ſæpe eadẽ res alij genus, alij pars eſt, ut homo animalis pars eſt, Thebani aut Troiani genus. & 51. b. Genus eſt quod partes aliquas amplectitur, ut cupiditas. pars eſt, quæ ſubeſt generi, ut cupiditati amor, auaritia. & ibi. a. Quare cum genere idẽ ſit, fit aliud, quod quadam parte & ſpecie differat. de Or. 146. a. Formæ dicendi ſpecie diſpares, genere laudabiles. Or. 199. b. Virtutes ſpecie diſpares prudentia cõiungi. de Or. 145. b. In ea uarietate oratorum



rum ferè melius à deteriore facultate magis quàm genere diſtinguitur. pro Seſt. 23. a. Sed genus uniuerſum breui circunſcribi & definiri poteſt. Or. 207. b. Idem genus uniuerſum in ſpecies certas partietur & diuidet. de Am. 10. a. Amicitia nullam ætatis degendæ rationẽ, patitur eſſe expertem ſui. de L. 161. b. Prima & inchoata intelligẽtia: id eſt, primum genus. de Or. 119. a. Et idẽ de cæteris rebus eiuſdem generis uel ſeparatim dicere ſolemus de genere uniuerſo, uel definitè de ſingulis temporibus, hominibus, &c. de In. 80. b. Lex ſcripta, uel de genere omni, uel de parte quadam. de Or. 121. a. Argumenta reuocentur oportet ad genus & ad naturam uniuerſam. & ibi. Oratio ad uniuerſi generis diſputationem referatur neceſſe eſt. & ibi. Generum uniuerſæ quæſtiones. & ibi. b. Perpetui iuris & uniuerſi generis quæſtio. pro Fl. 151. a. Quærendum eſt ergo de communi genere teſtium. de Or. 114. a. Generum infinitæ quæſtiones. de Or. 121. b. Genera eſſe definita non ſolum numero, ſed etiam paucitate. de Or. 100. b. Si quis omne ius ciuile in genera diuidat, quæ perpauca ſunt. de Or. 94. a. Res aliquas uerbis deſignare, generibus illuſtrare, partibus diſtribuere. Ac. 13. b. Nihil de ſuo genere in aliud genus transferri poteſt. Off. 42. a. Mihi hæc oratio ſuſcepta non de te eſt, ſed de genere toto. Off. 45. b. Tota igitur ratio talium largitionum genere uitioſa eſt, temporibus neceſſaria. de Fin. 97. b. Sed ea æſtimatio genere ualet, nõ magnitudine. Tuſ. 235. b. Natura quicquid genuit in ſuo genere perfectum eſſe uoluit. de N. 34. a. Sol efficit ut omnia floreant, & in ſuo quæq; genere pubeſcant. Tuſ. 195. b. Perturbationes genere quatuor ſunt, partibus plures. de Or. 123. b. Genera & partes generibus ſubiectæ. de In. 69. a. Non in omnẽ cauſam, ſed in omne genus cauſæ incidunt. & 75. a. Qui diligenter omnium cauſarum uim & naturam cognouerit, cùm genere primo, tum etiã forma eas intelligat diſsidere. Top. 224. a. Vltimum genus id eſt, quod uocant generaliſsimum. de Or. 153. b. Explicatis his generibus & modis diſceptationum. I. V. 112. a. Vt intelligatis eum Romæ quæſiſſe, non modò genera furãdi, ſed etiã nomina. Tuſ. 232. b. Diuitiæ genere, non numero cernuntur. de Op. 243. a. Oratorem genere nõ diuido, perfectũ enim quæro. & ibi. Vtrum id fit non genere, ſed gradu. pro Põ. 9. a. Bellum genere ipſo neceſſarium, magnitudine periculoſum, &c. pro Dom. 228. a. Tantus ſplendor generis hominum, ætatum, ordinum. pro Cor. 57. b. In omni genere & uarietate artium excellere. de Or. 104. a. Teneat oportet uenas cuiuſq; generis, ætatis, ordinis. I. A. 197. a. Num ex iudicum genere & forma. & 196. b. Si hoc genus in unum redigatur: id eſt, ſi omnes hæ pecuniæ cõgregentur. I. A. 206. a. Semper eum duo genera, lenonum & latronũ delectarunt. pro Seſt. 21. a. Non ſum tam inſolens in dicendo, ut omni ex genere orationem aucuper. pro Pl. 268. a. In hoc genere & fuimus ipſi & alij complures. Ep. 57. a. In hoc toto genere plura faciam quàm ſcribere audeo. & Tuſ. 171. a. Q. Fr. 300. a. Qua de re & de hoc genere toto pauca cognoſce. I. V. 62. b. Sed de iſto cuſtode toto ſic uobis breuiter reſpondebo. Br. 91. b. Tuum conſilium Brute de toto genere belli. & ibi. a. Quid ſentiam tota de conſtitutione huius belli, &c. Q. Fr. 307. b. Te quotidie in omni genere deſidero. Attic. 254. a. Is me in omni genere delectauit. Attic. 197. b. Tota domus in omni genere diligens. Tuſc. 192. b. Quo in genere Athamantem furere dicimus. de Am. 108. a. Sunt igitur conſtantes eligendi amici cuius generis magna penuria eſt. At. 5. a. Quo in genere magno ſtudio efferimur. de Or. 110. a. Qui in aliquo genere incõcinnus eſt, is ineptus dicitur. de Or. 135. a. Huius generis plenus eſt Næuius. At. 98. a. Prudentia tua, quam in omni genere iudico ſingularem. Or. 205. b. Genus hoc Græci appellant ἀλληγορίαν, nomine rectè, genere melius ille, qui iſta omnia translationes uocat. & 198. a. Neq; uerò ſine philoſophorum diſciplina genus & ſpeciem cuiuſq; rei cernere, neq; eam definiendo explicare, nec tribuere in partes poſſumus. Tribuere rem uniuerſam in partes: id eſt, genus. l. Tribuo. de Opt. 243. a. A perfecto qui abſunt, non genere differunt, ut ab Actio Terentius, ſed in eodem non ſunt pares. Or. 201. a. Orationis genus ſonans eſt in illo epidictico genere. de Leg. 160. a. Ex tot animantium generibus atq; naturis. de N. 45. b. Varia genera beſtiarum, uel cicurum uel ferarũ. de Cl. 176. a. Licinius genere toto feruidior. Q. Fr. 324. b. Tibi iſtius generis in ſcribẽdo priores partes tribuo quàm mihi. Off. 24. a. Implicari aliquo certo genere curſuq; uiuendi. de Or. 158. a. Ex quo genere hæc ſunt. & 192. b. Et eius generis homines. & 103. a. Ex eo genere. At. 207. a. Orationes, aut aliquid id genus ſoleo ſcribere. de In. 83. b Quod genus, ut neceſſe eſt, &c. & 82. b. Quod genus, fidẽtiæ contrariũ eſt diffidentia. et ibi. Quod genus, pactũ, par, iudicatum. & ibi. Quod genus, uirtus, ſcientia, ueritas eſt. & 83. a. Quo in genere eſt gloria. ad Her. 15. b. Quod genus hi ſunt, qui, etc. et 3. a. Quod genus, ſi dicam, me, &c. & 9. b. Quod genus ut eas, &c. et de In. 47. b. de Fin. 107. a. Cæteráq; , quæ ſunt generis eiuſdem. Off. 2. b. Et quæ ſunt generis eiuſdem. & 4. b. Et ea quæ ſunt his ſimilia. de Fin. 69. b. Iſtius generis aſotos.



Genus. pro gẽte, familia, ſtirpe, uel nomine. de Cl. 183. b. Scipionis genus eſt ex ipſius ſapientiæ ſtirpe generatũ. I. A. 193. b. Virtus, quæ propria eſt Romani generis atq; ſeminis. I. V. 273. a. Qui nobili genere nati ſunt. pro S. R. 20. b. Aliquis genere ac nobilitate ſuæ ciuitatis facilè primus. de Or. 135. a. Quidam malo genere natus. pro Cecin. 296. a. Serui tuæ familiæ & genere, & nomine continentur. pro Mur. 127. a. Contempſiſti L. Murenæ genus, extuliſti tuum. pro Fl. 147. b. Natio Græcorum, &c. à genere iſto, &c. in illo numero, &c. de In. 50. a. Hominum genus in ſexu conſideratur, uirile an muliebre ſit.

Geographia, phiæ. At. 25. a. De geographia dabo operam, ut tibi ſatisfaciam.

Geometra, træ. geometres. Off. 58. b. Geometræ ſolẽt non omnia docere, ſed poſtulare, ut ſibi quædam concedãtur, quo facilius, quæ uelint, explicẽt. Ac. 28. a. Geometræ prouideant, qui ſe profitentur non perſuadere, ſed cogere. de Fin. 90. b. & de D. 110. b. & de Fat. 143. a. Geometræ, muſici, grammatici, &c.

Geometres, træ. geometra. Ac. 7. a. Quomodo geometres cernere ea poteſt, quæ, &c.

Geometria, triæ. geometrica. Tuſ. 149. a. In ſummo apud Græcos honore geometria fuit. de Or. 155. a. Geometriam Euclides & Archimedes tractauerunt. de D. 110. b. Quæ in geometria deſcribuntur, mathematicorũ ſunt, nõ ariolorum. de Fin. 53. a. Diſcere geometriam ab aliquo. de Or. 100. b. In geometria, lineamẽta, formæ, interualla, magnitudines. Off. 4. b. S. Pompeius, &c.

Geometrica, orum. Tuſ. 160. a. Quaſi geometrica didiciſſet.

Geometricus, a, um. Tuſ. 160. a. In illo libro puſionem quendã Socrates interrogat quædam geometrica de dimẽſione quadrati. de D. 134. a. Si uelim geometricũ quiddã, aut phyſicum, aut dialecticum explicare. Ac. 29. b. Quod ſi geometricis rationibus non eſt crediturus, quæ uim afferunt

runt in dicendo,ne ille longè aberit, ut rationibus credat philoſophorum.de Fin.126.b. Vt multa non modò probabili argumentatione,ſed etiam neceſſaria mathematicorũ ratione concluderent. At.187.b.Sed tu me γεωμετρικῶς refelleras.

Gerens,tis.pro Q.11.b. Aliquis locuples, & ſui negocij bene gerens.I.C.109.a.Malè gerendo negocio.

Germanè.fraternè. Q.Fr.316.a.Ego tibi germanè frater neq; reſcribam.

Germani.pop.At.225.pro Cor.61.de Pro.75.I.P.97.

Germanitas,tis.communio ſanguinis, quam barbari fraternitatem dicunt,Verg.& Liu.conſanguinitatẽ. pro Lig.142.b.Moueat te horum pietas,moueat germanitas. de Arch.253.b.Clodius in domeſticis eſt germanitatis ſtupris uolutatus.

Germanus,a,um.ex eodem genere & ſtirpe eadem orti,præſertem fratres & ſorores. I.V.102.b.C.Fannius frater germanus Q.Ticinij.& pro Dõ.237.a.de Fin.124.a.L.Cicero frater noſter,cognatione patruelis,amore germanus.pro Mil.115.b.et de D.89.a.Clodius cũ ſorore germana nefarium ſtuprum fecit.pro Fon.283.b. Cum præſertim uirgo germana fratrem cõplexa teneat. Par.237.b.Coniuges,liberi,germani parentes.

Germanus.pro uero & ſincero. Off.65.b.Sed nos ueri iuris germanæq; iuſtitiæ ſolidam & expreſſam effigiem nullam tenemus.de Leg.169.a.Hæc eſt mea germana patria,hic enim ortus ſum.contra Rul.85.b. Illi ueteres germaniq; Campani.de Cl.192.b. Hæc germana ironia eſt.de Or.123.a.Inter Ariſtotelem & hos germanos huius artis magiſtros hoc intereſt,&c.Or.199.b.Hi cum mutila quædam & hiantia locuti ſunt, germanos ſe putãt eſſe Thucydidis. Par.232.a.Memoria germana literaturæ.I.A.233.b.Niſi fortè iure germanũ Cimber occidit.pro Cæl.42.b.Germani luperci.At.17.a.Sub luſtrũ autem cenſeri,germani negociatoris eſt:id eſt,uerè negociatoris.

Gero,ris.adminiſtro,tracto,facio,trãſigo,tueor.Ep.5.b.Quæ gerantur accipies ex Pollione.& 8.a.Quanquã te ita gerere uolo quæ per exercitũ gerenda ſunt. & 131.a.Nihil enim Romæ geritur, quod te putem ſcire curare. & 14.b.Qui mihi quaſcunq; res gerat,tuendus eſt. pro S.R.41.a.Viri fortes,quorũ opera eximia in rebus gerẽdis fuit.pro Dom.232.a.Illud pulcherrimum factũ, quod ex autoritate ſenatus geſsi.Off.3.b.Quæ cura exuſcitat animos & maiores ad rem gerendam facit.At.204.b.Si ipſe negocium meum gererem, nihil gererem niſi conſilio tuo.pro S.R.37.a.Qui rem mandatam malitioſius geſsiſſet.pro Q.3.a.Res,quæ libidine,non ratione geruntur. & 2.a.A principio quemadmodum res geſta & contracta ſit exponam.pro Q.4.a.Hæc dum Romæ geruntur, interea,&c.de Or.161.b.Res quaſi gerantur,ſub aſpectũ penè ſubijcere.& 131.b.Vt ijs qui audiunt, tũ geri illa fieriq; uideantur. et 140.a.Sapientia omnes res humanæ geruntur. pro Q.7.b.& de Fin.138.a. Quid negocij geritur?in quo ille tot & tales uiros defatigat? pro Q.R.50.b.Tu tuum negocium geſsiſti bene.pro Q.11.b. Sui negocij bene gerens. Off.*Noſtro more malè rem gerentibus, patribus bonis interdici ſolet. I.C.109.a.Malè gerendo negocio.de Fin.137.b.Maximè ij res geſtas audire & legere uolunt,qui à ſpe gerendi abſunt confecti ſenectute. At.78.a.Caſsius inſecutus hoſtes rẽ bene geſsit. Ep.250.a.b.Gerere remp.& Poſtq.203.b.Bene gerere remp. pro S.R.40.b.Cũ ſolus remp.gereret,orbemq; terrarũ gubernaret.pro Dõ.232.a.Illud pulcherrimũ factũ, quod ex au-



toritate ſenatus geſsi.I.A.202.a.b. Remp.ab aliquo bene & feliciter geſtã eſſe. At.257.b.Gerere rẽ palàm. de Fin.138.a.Gerere aliquid priuatim. At.251.b.Gerere,regere, gubernare.de In.50.b.Gerere & adminiſtrare aliquã rẽ uel negociũ.de Fin.104.b.Vt ſapiens uelit gerere & adminiſtrare rem.Ep.204.b.Neq; tamẽ te impedio,quo minus ſuſceptum negociũ pro tua fide & diligentia ex uolũtate Cæſaris,qui tibi rẽ magnam difficilemq; commiſit,gerere poſsis.Ep.7.a.Gerere aliquã rem ex ſententia.& 21.b.Gerere rem feliciter,& ex ſentẽtia.pro Q.2.b. Qui magna fide ſocietatẽ gerunt.de L.193.a.Comitia illa ſunt armis geſta ſeruilibus.pro Seſt.20.a.Vt ſuis munitus tuto in foro magiſtratum gereret. pro Seſt.11.a.C.Marius ſextũ iam conſulatum gerens.et 6.b.Gerere duumuirũ Capuæ. I.V.136.a.& ad Her.18.b.Gerere poteſtatem:id eſt,magiſtratum.

Gerere.pro referre,uel repreſentare.Off.25 a. Magiſtratus gerit perſonã ciuitatis. & 55.a.Illi ſeptẽ ex mediorũ officiorũ frequentia,ſimilitudinem quandam gerebant ſpeciemq; ſapientum.& 68.a.In hominis figura immanitatem gerere belluæ.

Gerere.pro habere,uel oſtendere.Off.12.b. Vos etenim iuuenes animum geritis muliebrem. Par.123.a.Gere igitur animum laude dignum.

Gerere.pro habere,præbere,tractare,adhibere, probare. At.87.a.Ille ualde ſe honeſtè gerit. & 37.a.Nũc ita nos gerimus,ut,etc.& 116.a.Qui hic poteſt ſe gerere nõ perditè?Off.18.b.Quanto ſuperiores ſumus, tanto ſummiſsius nos geramus. At.77.a. Sic in prouincia nos gerimus,quod ad abſtinentiã attinet,ut nullus teruntius inſumatur in quenquã. Off.20.a. Natura nos docuit non negligere,quemadmodum nos aduerſus homines geramus. pro Ar.187.b.Gerere ſe pro ciue. Ep.181.b. Quónã modo me gererẽ aduerſus Cæſarẽ, uſus conſilio tuo ſum.Tuſ.185.b.Turpiſsimè ſe gerere. At.* Prudẽter ſe gerere. At.33.a.Et ad me ab eo quaſi ὑποθήκας afferes,quemadmodũ me geram.Ep.209.a.Quo in munere ita ſe tractauit, ut,&c.pro Lig.137.a.Qui in legatione omnibus ita ſe probauit,ut,etc.I.C.117.a.Deinde ita me in rep.tractabo, ut,&c.Q.Fr.294.a.Bene ſe adhibere in poteſtate.pro Seſt.3.b.Gerere bellũ cum aliquo.Ep.38.a. Gerere amicitiam. Liber de amicitia gerenda.I.V.65.b.Gerere graues inimicitias cũ aliquo:id eſt habere, uel exercere. At.218.b. Gerere ſimultatẽ cum aliquo.pro Deiot.149.b. Tamẽ hominum more inimicitias gerere poteratis. de N.26.a.Gerã tibi morem:id eſt,obediam,parebo. Præ ſe gerere:id eſt, præ ſe ferre.de In.82.a. Præ ſe gerere quandam utilitatẽ. & 65.b.Nam affectionis ratio perſpicuam ſolet præ ſe gerere coniecturam.

Geſta,orum.acta. poſt Red.207.b. Tu'ne auſus es iſto oculo,non dicam iſto animo,iſta fronte, non uita,tanto ſupercilio,non enim poſſum dicere tantis geſtis,cũ Gabinio conſociare conſilia peſtis meæ?&c.

Geſtiens,tis.)(.Perterritus.de N.56.a.

Geſtio,ſtis.geſtu corporis deſideriũ aliquod oſtendo, prægeſtio,ſtudio efferor tui uidendi,in foro ſalto,tanta lætitia auctus ſum ut mihi non conſtem.de Fin.67.a. de N.16.b.Quod ni ita eſſet,cur non taurus æquè contrectatione geſtiret?I.A.194.a.Antonius ſenatum delere geſtit. At.60.b.Geſtio ſcire iſta omnia.pro Mar.132.b. Parietes huius curiæ tibi gratias agere geſtiũt.Ep.93.Nihil eſt cur aduenientib.te offerre geſtias.de Fin.108.a.Nil erat q,'Zeno mutare geſtiret. At.27.a.Geſtit animus aliquid agere in rep.



in repub.de Pro.76.a.Si in Capitolium inuehi uictor cũ inſigni illa laurea geſtiret.Off.20.b.Qui nimia uoluptate geſtiunt.Tuſc.212.a.Cum & inaniter & effuſè animus exultat,tum illa lætitia geſtiens uel nimia dici poteſt. & 231.b.Elatus inani lætitia,exultans,temerè geſtiẽs. et 211.b.Lætitia ut adepta iam aliquid concupitum efferatur ac geſtiat. de Fin.67.a.Lætitia geſtire.de Orat.110.b. Animi noſtri forenſibus negocijs defeſsi geſtiunt, ac uolitare cupiunt.

Geſtio,onis.actio,tractatio.de In.66.b.Deinde eſt ipſius negocij geſtio pertractanda. & 50.b. In geſtione negocij.

Geſto,as.fero,porto.I.A.231.b.Idq; caput geſtari iuſſit in pilo.

Geſtus,a,um.Or.199.b.Thucydides res geſtas & bella narrat.& Off.12.b.Nemo non quaſi mercedem rerum geſtarum deſiderat gloriam.

Geſtus,ſtus.motus,motus corporis,actio.At.86.a.Illud de geſtu Hiſtrionis tu ſceleſtè ſuſpicaris, ego ἀφελῶς ſcripſi.de Or.95.a.Qui in geſtu ſemel peccarit,non cõtinuò exiſtimatur neſcire geſtum.Off.26.a. Hiſtrionũ nonnulli geſtus ineptijs non uacant.de Or.95.b. & 130.a.Geſtus penè ſummorum actorum.et pro Quin.14.a. Miror eorum impudentiam,qui agunt in ſcena geſtum inſpectãte Roſcio.pro R.P.128.a.Humeris geſtum agebant. Or.204.a.Lumina,quæ Græci,quaſi aliquos geſtus orationis σχήματα appellant.de Orat.107.a. Vox & geſtus ſubitò ſumi,& alicunde arripi non poteſt. Acad.36.a. Et hoc quidem Zeno geſtu conficiebat, nam extenſis digitis aduerſam manum oſtendebat, ac uiſum dicebat huiuſmodi eſt.de Or.131.a.Cum extento brachio paululum etiam de geſtu addidit.Par.120.b.Vita quæ omni geſtu moderatior,omni uerſu aptior eſſe debet.pro Cæl.57.a.Gratificatur mihi geſtu accuſator,ſignificat enim, &c. In Vat.36.a.De geſtu intelligo quid reſpondeas.de Or.152.a. Nunq̃ egit hunc uerſum Roſcius eo geſtu,quo poteſt. pro Q.R.48.b.Non eodem tempore,& geſtum, & animã ageres? ad Her.21.a.In geſtu conuenit nec uenuſtatem conſpiciendam,nec turpitudinem eſſe,ne aut hiſtriones,aut operarij uideamur eſſe.& ibi.Si utemur amplificatione paulo tardiore,& conſideratiore geſtu conueniet uti.& ibi.Sedatus & conſtans geſtus.

Getæ.pop.At.145.

Gigas,tis.Titanes.de N.40.a. Dij cum Titanis & cũ gigantibus bellum geſſerunt. de Ar.248.a.Gigantes illi, quos poetæ ferunt,bellum dijs immortalibus intuliſſe. de Sen.248.a.Nam quid eſt aliud gigantum more bellare cũ dijs,niſi naturæ repugnare?

Gigno,gnis.genero,creo,pario,procreo,ſuſcipio. de N.2.a.Omnia quæ natura gignit,maturata pubeſcunt.& paulo ſuprà.Et reliqua quæ terra pariat.& de Fin.132.a. Ea quæ terra gignit.Off.5.b.Quæ in terris gignuntur,ad uſum hominum omnia creari. de N.52.a.Piſces,ut aiunt, oua cum genuerint,relinquunt.de Or.121.b. Si mihi filius gignitur,&c.de Fin.53.b.Ad maiora quædam nos natura genuit.& 87.b.Vt in gignendo,in educando. de N.68.a. Hercules hic ex Latona quem Iupiter genuit. de D.128.a.Seminum uis,quæ ad gignendũ procreandumq; plurimùm ualet.Tuſ.215.a.Morbus & ægrotatio ex totius ualetudinis corporis cõquaſſatione & perturbatione gignũtur.ad Her.25.a.Parere,gignere,proferre. & 24.b.Gignis nobis nouas præceptiones.de Cl.188.a.Qui non illuſtrauit modò,ſed etiã genuit in hac urbe dicendi copiã. An-



tequam.193.b.Pax & concordia extraneis gignetur.I.A.264.a.Vt idẽ Deus urbem hanc gentibus, uos huic uerbi genuiſſe uideatur.Or.297.b.Plato ideas gigni negat. de N.2.a.Cum ipſe ſui generis initium ab ſe gigni & propagari uellet.de Vn.199.a. Cum Deus animum ex ſua mente & diuinitate genuiſſet. Tuſc.200.a. Tum opiniones ueræ firmæq; gignuntur.pro Cæl.47.a.Multa nobis blãdimenta natura ipſa genuit.

Glacies,ei.de N.31.a.Glaciem calore liquefactam & dilapſam diffundi.

Gladiator,oris.laniſta,myrmillo, machærophorus. de Or.116.a.Ars ludicra armorum,& gladiatori, & militi prodeſt aliquid.I.A.202.a.Quem gladiatorem nõ ita appellauit,ut interdum etiam M.Antonius gladiator appellari ſolet,ſed appellant ij,qui planè & latinè loquuntur, Myrmillo in Aſia depugnauit.pro S.R.21.a.Vetus ac nobilis gladiator.pro S.R.20.a.Homines ſicarij atq; gladiatores.I.V.180.b.Qui à ſcurris potius ſemper gladiator, quàm ſcurra appellatus ſit.pro S.R.38.a.Num ille laniſta omnino iam à gladiatore ceſsiſſe uidetur?I.P.83.b. Si mihi cũ illo buſtuario gladiatore decertandum fuiſſet.I.A.174.b.Tam bonus gladiator rudẽ tam citò accepiſti? Or.219.b.Athletæ & gladiatores. pro Syl.177.b. Gladiatorum familiæ.

Gladiatorius,a,um. de Or.138.a.In ipſo illo gladiatorio uitæ certamine.pro Mur.141.b.Si uirgo ueſtalis huius propinqua locum ſuum gladiatorium conceſsit huic, &c. pro Mil.119.b.Pugna gladiatoria.I.C.106.a. Ludus gladiatorius.Tuſ.219.a.Gladiatoria iracundia. Ars ludicra armorum.l.Gladiator.

Gladius,dij.ſica,pugio.de Or.124.a. Et tu inimicus eius cũ gladio cruento comprehenſus es.I.C.111.a.Iidẽ gladios in remp.diſtrictos retudimus.et ibi.Mucrones gladiorum à iugulis noſtris reiecimus.pro Mar.133.b. Gladium uagina uacuum in urbe non uidimus. de In.63.b. Educere gladium è uagina.& At.56.a.Eductis gladijs. Off.74.b. Diſtringere gladium. I.A.164.b. Gladio ſtricto inſequi aliquem.de In.63.b.64.a.Recondere gladium in uaginã. I.C.112.a.Ex ædibus Cethegi maximum ſicarum numerũ gladiorumq; extulit.Tuſ.240.a.Fulgentem gladium è lacunari ſeta equina appenſum demitti iuſsit.At.10.b. Gladio plumbeo iugulatum iri.pro Seſt.7.b. Vt ſi gladiũ paruo puero dederis.pro Cec.301.a.Suo, quemadmodum dicitur,gladio confici.

Glandifer,a,um.I.A.179.b. Quæ arationes glandiferæ & fructuoſæ ferebantur. de Leg.156.a.Glandifera quercus.

Glans,dis.quercus arboris nux.de Ar.244.b.

Glarea,reæ.arena,uel lapides minutiſsimi in litoribus. Q.Fr.318.b.Eo loco puluis non glarea iniecta eſt.

Gleba,bæ.ceſpes terræ.de L.181.b.Iniecta gleba tumulis & humatus eſt,& gleba dicitur.I.V.153.b. Iniquos decumanis omnes dicebat eſſe,qui unam agri glebam poſsiderent.contra Rul.88.a.& 80.b.Non adimitur cuiquam gleba de Syllanis agris. pro Cec.296.b.Glebis,aut ſaxis, aut fuſtibus aliquem de fundo præcipitem agere. & ibid. Non eſſe arma ceſpites neq; glebas.

Gliſco,ſcis.creſco.In Hort. Ad iuuenilem libidinem copia uoluptatum gliſcit,ut ignis oleo.

Globoſus,a,um.rotundus.de Vn.198.a. Mundus globoſus eſt fabricatus,quod σφαιροειδὲς Græci uocãt.de N.49.a.Mundus globoſus eſt.de N.35.b.Mundi uolubilitas, quæ niſi in globoſa forma eſſe non poteſt.de N.45.b. Terra ſo-

ra ſolida & globoſa.de Som.128.a.Stellæ globoſæ & rotundæ.ad Her.13.a.Saxum globoſum:id eſt,rotundum.

Globus,bi. σφαῖρα. de N.35.a.Duæ formæ præſtantes ſunt,ex ſolidis globus,ſic enim σφαῖραν interpretari placet,ex planis circulus uel orbis,qui κύκλος Græcè dicitur.de Som.128.a.Ille globus quem in hoc templo mediū uides,quæ dicitur terra.& ibi.Stellarum globi terræ magnitudinem facilè uincunt.Tuſ.162.b.Tum globum terræ eminentem è mari.de D.100.a.Cum cœlum diſceſsiſſe uiſum eſt,& in eo animaduerſi globi.

Glomero,ras.colligo,inuoluo,implico.de D.84.a. Omnia fixa tuis glomerans determinat annus.& Tuſ.180.a.Clades uetuſta ſeclis glomerata horridis.

Gloria,riæ.claritas,ſplēdor,lux,amplitudo.de In.83.a.Gloria eſt frequens de aliquo fama cum laude. pro Mar.135.a.Gloria eſt illuſtris & peruagata multorum & magnorum uel in ſuos ciues,uel in patriam, uel in omne genus hominum fama meritorum. Off.39.a. Summa igitur & perfecta gloria conſtat ex tribus his,ſi diligit multitudo,ſi fidē habet,ſi cū admiratione quadam honore nos dignos putat.Tuſ.190.b.Gloria eſt conſentiens laus bonorū,incorrupta uox bene iudicantium de excellente uirtute.& ibi multa pulchra de gloria.pro Mil.120.b. Gloria eſt cuius gradibus homines uidentur in cœlū aſcendere.& ibi.Ex omnibus præmijs uirtutis,ampliſsimum præmium eſt gloria.1.P.91.b.Leuis eſt animi,lucē ſplendoremq́; fugientis,ueram gloriam,qui eſt fructus ueræ uirtutis,repudiare.Off.13.b. Vix inuenitur,qui laboribus ſuſceptis periculisq́; aditis non quaſi mercedem rerum geſtarum deſideret gloriam.1.A.201.a.Neq; enim ullam mercedem tāta uirtus præter hunc laudis gloriæq́; deſiderat. Tuſ.172.a.Gloria uirtutē tanquam umbra ſequitur. At. 226.b.Illi non heroes,ſed dij futuri quidē in gloria ſempiterna ſunt. pro Ar.190.b.Trahimur omnes laudis ſtudio,et optimus quiſq; maximè gloria ducitur.philoſophi etiam in libris, quos de contemnenda gloria ſcribunt,nomen ſuum inſcribunt: in eo ipſo in quo prædicationē nobilitatemq́; deſpiciunt,prædicaturi de ſe ac nominari uolunt.de Or.124.a. Si pecunia tantopere expetitur, quanto gloria magis eſt expetenda? Antequam.193.a.Si dulcis eſt gloria, conſequere uirtutem. pro Pl. 271.b.Is gloria maximè excellit, qui uirtute plurimum præſtat. pro Seſt.13. b. Vita breuis eſt,curſus gloriæ ſempiternus. Antequam.196.a. Nam uitam ſi eripiunt, non adimant gloriam immortalem.1.C.123.a.Sic in æterna gloria Marius,qui,&c. de Or. 115.b. Annibalis nomen erat magna apud omnes gloria.Off.69 a.Hic in maxima gloria eſt.pro Fl.151. b. In imperio atq; in publica dignitate,omnia ad gloriam ſplendoremq́; reuocantur.de Cl.186.b.Cn.Pompeius maiorem dicendi gloriam habuiſſet,niſi,&c.1.A.182.a.Illi eam gloriam conſecuti ſunt,quæ uix cœlo poſſe uideatur. Ep. 36.a. Vt mihi nihil neq; ad honorem,neq; ad gloriam acquirendam deeſſe putarem.1.P.93.a.Mihi illa omnia immortalem gloriam dederunt,tibi ſempiternā turpitudinem inflixerunt. Ep.68.b.Vt me ſempiternæ gloriæ per eum commendari uelim,qui non ipſe quoq; in me commendando propriam ingenij gloriam conſequatur.de Am.101.a.Qui ob amicitiam ſumma fide ſeruatā maximam gloriam ceperit.Par.118.a.Qui gloria ſe & prædicatione effert.1.A.158.b.Ea autem eſt gloria & laus rectè factorum & magnorum in rempub.meritorum.1.A. 159.a. Clarum eſſe ciuem,bene de repub.mereri,laudari,coli,diligi,glorioſum eſt.de Fin.142.b.Gloria quæ habet formam honeſtatis & ſimilitudinem.Off.9.& 13.b.Altiſsimus animus et gloriæ cupidus. de Or.122.b.Vt gloria clarus,authoritate grauis.At.274 a.Solida ueraq́; gloria.1.A.204.a.Vera, grauis & ſolida gloria.pro Pl.271.b. Honorū gradus ſummis hominibus & infimis ſunt pares,gloriæ diſpares. pro R. P. 128. b. Quod genus eſt tandem iſtud oſtentationis & gloriæ?Ep.101.a.Moriar ni(quæ tua gloria eſt)puto te male à Cæſare conſuli,quàm inaurari.At.249.b.De gloria excudam aliquid ἡρακλείδειον,quod lateat in theſauris tuis. Attic.255.b.De gloria librum ad te miſi.

Gloriatio,onis.de Fin.69.a.Ex quo efficitur,gloriatione,ut ita dicam,dignam eſſe beatam uitam.& 117.b.

Gloriola,læ.Ep.69.a.Vt noſmetipſi uiui gloriola noſtra perfruamur.& 98.b.Etiam hiſce eum ornes gloriolæ inſignibus.

Glorior,aris.prædico,de me prædico, gloria me & prædicatione effero.Antequam.197.b.Equites Rom quorum factis gloriantur ciues,lætantur ſocij,gemunt hoſtes. Or.213.a.Quidam nominibus ueterum gloriantur.de N.77.b.Propter uirtutem iure laudamur, & in uirtute rectè gloriamur.Tuſ.158.b.Non pudet philoſophum in eo gloriari?pro Lig.140.b.Sed hoc non concedo, ut quibus rebus gloriemini in uobis,eaſdem in alijs reprehendatis. Off.45.b.& de Fin. 117. b. Nobis quoq; licet in hoc quodammodo gloriari.de Fin.96.a.Nemo de miſera uita gloriari poteſt.pro Pl.263.a.& Parad.118.a. In Vat. 35.a. Tu de tuis diuitijs intolerantiſsimè gloriaris.de Clar.170.b.At ipſe de ſe nec mentitur in gloriando. pro Dom. 231.b.De rebus ſuis geſtis gloriari.Sal.in Cic.271.a. Quaſi uerò togatus & non armatus ea quæ gloriaris,confeceris. pro Cæl.47. a. Defendendi cauſa hæc,non gloriandi loquor.de Ar.245.a.Et ſua concio riſit hominem, quomodo ipſe gloriari ſolet,ducentis confixū ſenatuſconſultis.de Ar.247.a.Ne nimis gloriari uidear. de Sen.94.a.Vt de me aliquid more ſenū glorier.At.12.a.Nō enim mihi uideor inſolenter gloriari.de Sen.83. a. Equidē poſſe uellē idē gloriari quod Cyrus,ſed tamen hoc queo dicere,me,&c. Of.16.a.Licet enim mihi M.Fili apud te gloriari,ad quē,&c.de Fin.75 a.Quæ cum diceres,etc. tu ipſe mihi gloriari uidebare.1.P.79.b.Hic mihi etiam gloriabitur, ſe omnes honores ſine repulſa abtinuiſſe? Tuſ. 233. a.Gloriari contra aliquem.de Or.132.b.Cum quidam omnes prouincias ſe peragraſſe gloriaretur.de N.15.b. Mali ædificij dominus glorians ſe architectum non habuiſſe.

Gloriandus,da.Tuſ.238.a.Nec in miſera uita quicquā eſt prædicabile aut gloriandum.et ibi.Et eſt in aliqua uita prædicabile aliquid & gloriandum ac præ ſe ferendum. & ibi.Beata uita glorianda,& prædicanda,& præ ſe ferenda eſt.

Glorioſè.magnificè,elatè.pro Mil.115.a.Glorioſe mētiri.& pro Dom.231.b.De ſeipſo glorioſius loqui. & de Or.111.b.Exorſus es enim non glorioſè.

Glorioſiſsimè.aduerb.At.223.b.Noſtri autē ἥρωες quod per ſeipſos cōfici potuit,glorioſiſsimè & magnificentiſsimè confecerunt.

Glorioſus.præclarus,qui in maxima gratia eſt et gloria,oſtentator.de Ar.255.b. Mihi exire domo mea ad rationē reip.glorioſum fuit.de D.92.b.In illa fuga nobis glorioſa,patriæ calamitoſa.pro Deiot.151.b.Quæ ſi in priuatis glorioſa ſunt,quanto magis cōmemorabuntur in regibus.1.A.156.b.Idq́; reip.præclarum fuiſſe tam multos,tū multo ipſis glorioſius eſt.de D.109.b.Magnificum etiam illud,Romaniſq́; hominibus glorioſum,ut,&c. & 91.a.





Cuius mors ita glorioſa fuit,ut eam concupiſceret filius. Ep.133.a.Mihi uerò glorioſum eſt,habere,&c.de Fin.56.b.Facta illuſtria & glorioſa.At.129.a. Non ſolū glorioſi cōſilijs utamur,ſed etiam paulo ſalubrioribus. de Or.101.a.Siue quem iſta præponens & glorioſa philoſophia delectat.pro Fl.157.a.Vbi illa magnifica & glorioſa oſtentatio ciuitatis.pro Fl.* Verum eſto,glorioſus fuiſti.Off.28.a.Deforme eſt,cum irriſione audientium imitari militem glorioſum.de Am.114.b.Miles glorioſus.

Glutidæ.angues.de D.99.a.Familiam glutidarum aruſpicinæ nobilitate præſtantem.

Glutinator,oris.qui ſchedulas ex quibus indices librorū conficiuntur,tabulis ſeu chartis applicet. At. 57. b.Et uelim mihi mittas de tuis librariolis duos aliquos, quibus Tyrannio utatur glutinatoribus.

Gnarus,a,um.peritus,ſciens.Or.198.a.Pericles gnarus,quibus orationis modis animi moueantur.pro Seſt.6.a.Gnarus et prudens impendentium malorum. de Cl.185.b.L.Siſenna gnarus reip.

Gnatus,ti.filius.pro Pl.271.b.Quanquam ad præcepta ætas non eſt gnati.& de D.89.a.O gnata,&c.aliàs cognata.Poetæ.

Gnidius,a, um.Gnidus opp.eſt Cariæ,ex quo Gnidius. de D.85.a. Venus Gnidia. et 1.V.231.b.Quid Gnidios?etc.

Gnoſius,a,um.uel Cnoſius,à Gnoſo Cretæ urbe.de L.159.a.In Cupreſſetis.Gnoſiorum.

Gorgias Leontinus orator.de Or.93.b.

Gorgon,nis.Meduſa.1.V.229.a.Gorgonis os pulcherrimum cinctum anguibus.

Gorgona,næ.aliàs,gorgonophora:id eſt, Pallas Gorgonis caput in ſcuto ferens. Antequam. 196.b.l.Pallas.

Gortymus,a.à Gortina opp.Cretæ.1.A.197.a. Gortymus iudex.

Grabatus,ti.lectulus.de D.135.a.Deos immortales cōcurſare omnium non modò lectos,uerùm etiam grabatos, & his obijcere uiſa,&c.

Grachanus,na.de Cl.176.a.Iudices gracchani.

Gracilitas.corporis habitus tenuior,ſubtilitas. de Cl.170.a.Qui non tam habitus corporis optimos,quàm gracilitates conſectentur. de Cl.194.a.Erat in nobis ſumma gracilitas,& infirmitas corporis,procerum & tenue collum.qui habitus,&c.

Gradatim.gradibus,per gradus.Poſtq̄.199.a.Honores quos eramus gradatim ſingulos aſſecuti, nunc à uobis uniuerſos habemus.Part.234. b. Quæ aſcendūt gradatim ab humilioribus uerbis ad ſuperiora. de Or. 164.a.Hinc gradatim aſcendere uocem utile & ſuaue eſt. de N.59.a. Licet enim contrahare uniuerſitatem generis humani, eamq́; gradatim ad pauciores,poſtremò deducere ad ſingulos.Or.209.b.Cū gradatim ſurſum uerſus reditur. Ac.13.a.Cum aliquid minutatim & gradatim additur aut demitur.Ac.23.a. Minutatim et gradatim interrogare.Tuſ.160.a.Gradatim reſpondens eò perueni,&c. Ep. 134.a. Ita pedetentim & gradatim tum acceſſus ad cauſam, tum receſſus.de N.19.a.Gradatim aliquò peruenire.

Gradatio,onis.exornatio quædam Rhetorica.de Or.162.a.Eſt etiam gradatio quædā.& ad Her.32.a.Gradatio eſt,in qua non antè ad conſequens uerbū deſcenditur, quàm ad ſuperius conſcenſum eſt,&c.

Gradiens,tis.Tuſ.235.b.Serpentes quaſdam, quaſdā eſſe gradientes:id eſt,beſtias.

Gradior,ris.ambulo,eo,ingredior.de N.50.a.Iam uerò alia animalia gradiendo,alia ſerpendo ad paſtum accedunt.Tuſ.172.b.Quorum qui ſimilitudinem aliquam arripuerit,fidenti animo gradietur ad mortem.

Gradus,dus.Gradus propriè ſunt, quibus in aliquem locum aſcendimus:ex translatione autem, & locū,& dignitatem,& ordinē,& progreſſum quendam greſſumq́; ſignificant. At.53.a.Gradus templorū ab infima plebe cōpleti erant.pro Seſt.10.a.b.Gradus eius templi tollebantur.pro Dom.224.a.Cum gradus Caſtoris cōuelliſti. pro Cl.37.a.Gradus illi Aurelij tum noui quaſi pro theatro illi iudicio ædificati uidebantur, quos accuſator concitatis hominibus compleuit.& pro Fl.160.a.et 1.A.197.b.Ep.85.b.Quemadmodum ſcalarum gradus,ſi alios tollas,alios incîdas,nonnullos malè hærentes relinquas, ruinæ periculum ſtruas,non aſcenſum pares:ſic,&c. Off.32.b. In ipſa communitate ſunt gradus officiorum,ut prima dijs,etc. ſecunda parentibus,&c.tertia patriæ debeantur.de N.32.b.Quartus autem gradus eſt eorum,qui,&c. Part.238.b. In omnibus cauſis tres ſunt gradus,&c.de Or.164.b. Eſt quiddam in remiſsione grauiſsimum,quo tanquam ſonorum gradibus deſcenditur.Or.202.a.Orator omnes ſonorum tum intendens,tum remittens,perſequetur gradus. de N.19.a.A beatis ad uirtutem uideo te ueniſſe gradibus. 1.C.103.a.& pro Planc.271.b.Ad ſummum imperiū per omnes honorum gradus efferri.1.A.203.b. Vt gradus eſſent petitionis inter æquales.pro Mil.106.a.Qui non honoris gradum ſpectat ut cæteri. 1.A. 225.a.Tibi ſummus honoris gradus eſt.pro Mar.127.b.Pater facilē huic gradum conſulatus adipiſcendi reliquit. 1.V. 168. a. Quæſtura primus gradus honoris. Off.72.a. Tenere conſularis dignitatis gradum.pro Planc.266.b. Summum in aliquo loco gradum tenere & dignitatis,& gratiæ.de Clar.189.a.Gradus tuos & quaſi proceſſus dicendi ſtudeo cognoſcere.Orat.218.a.Stabilis quidam & non expers dignitatis gradus. de Clar.181.a.Eoſdem gradus oratorum antea fuiſſe.Part.230.b. Seruare gradus temporum. de Clar.175 b.Nunc reliquorum oratorum ætates & gradus perſequamur.pro Pom. 15. b. Cuius ætas à ſenatorio gradu longè abeſt.& Ep.43.b.Gradus ætatis. 1.A.155.b. In altiſsimo dignitatis gradu locatus. Antequam. 194.a. Qui ſunt aſſecuti ſummum gradum honoris. Poſtquam.204.a.In altiſsimo gradu dignitatis collocati ſumus. pro Cl.49.b.Altiorem gradum dignitatis aſſequi.pro Seſt.7.a. Cum is præter ſpem in altiſsimo gradu alienis opibus poſitus eſſet.pro Mur.131.a.Locari in ampliſsimo gradu dignitatis.1.V.286.b.Gradus peccatorum in uno furto. At.116.b.Cauſa publica deſperata quaſi hic gradum mei reditus eſt,quod mulieres reuerterunt. contra Rul. 73.b. Sed attendite animos ad ea quæ ſequuntur, hūc quaſi gradum quendam atq; aditum ad cætera iactum intelligitis.de Ar.253.b. Atq; P. Clodio gradus ad remp.hic primus eſt aditus ad popularem iactationem & aſcenſus.1.V.109.b. Itaq; maioribus in Africam ex hac prouincia gradus imperij factus eſt.pro Cor.63.a. Vt ſibi locus ſit,his gradibus aſcenſus etiam ad ciuitatem.pro Dom.228.a. Quibus tanquam gradibus in cœlum mihi uideor aſcēdiſſe. pro Mur.137.a.Aſcendere unum gradum dignitatis.Off.46. a. Ad altiorem gradum aſcendere. de Arch. 258.a. Deteriore autē ſtatu ut ſimus,unus eſt inferior gradus, aut interitus aut ſeruitutis.pro Cor.58.a.Aliqui ex infimo generet fortunæ gradu.pro Q.11.a. Qui primus erat officij gradus, ſeruatus eſt à procuratore diligēter.de Cl.191.a.Is ad ſum-

mam amplitudinem peruenit aſcendens gradibus magiſtratuū.Br.90.b.Qui eſſet eo,quo ego ſum gradu ſenatus populiq; iudicio collocatus.Ac.2.b. Quos populus Rom. in hoc gradu collocauit.pro S.R.41.a.Suum cuiq; honorem & gradum redditum eſſe gaudeo.de Cl.191.b.Videat ne ignoret,& gradus,& diſsimilitudines,& uim,& uarietatē Atticorū.de Fin.144.b. Gradus iſta res nō habet. Ep.179.b.Fateor me ad iſtū gradum ſapientiæ nō perueniſſe.de Fin.177.b. Deinde reliqui gradus.pro Mur.135.b.Vt omnes,& dignitatis,& gratiæ gradus tollerētur.de Fin.134.a.Multis gradibus aſcendere.Epiſt.8.a.Obtinere ſummū & altiſsimū gradum ciuitatis.146.b.& ampliſsimum.Ep.87.b.Omni gradu ampliſsimo digniſſimus. de Or.150.b.Cū omnis gradus ætatis recordor tuæ. de Fin.99.b.Et gradus unus in ea uia,quæ eſt hinc in Indiā. Off.11.b.Gradus plures ſunt ſocietatis hominum. & 12.b. Nō ijdem erunt neceſsitudinum gradus,qui & temporum. I.A.208.b. Quis cuiuis præſertim hoc gradu,quo me eſſe uoluiſtis,&c.de Vn.198.b. Ad hanc conuerſionem, quæ pedibus & gradu non eget,ingrediendi membra non dedit deus.I.V.107.b.Vnoquoq; gradu de auaritia alicuius commoneri.de Or.131.b.Vt quotiēſcunq; gradū facias, totiens tibi tuarum uirtutum ueniat in mentem.Off.16.b.et At.261.b.Tumultuantē de gradu deijci,ut dicitur. de Op.243.a.Aliud alio melius fit non genere,ſed gradu.

Græcè. Off.75.b.Acilius ille,qui græcè ſcripſit hiſtoriam.de Or.97.b.Cum ea quæ legerē Græcè, latinè redderē.Tuſ.151.a.Scis enim me Græcè loqui in latino ſermone non plus ſolere quàm in Græco latinè.Græcè ſcire.l. Græcus.pro Fl.148.a.Qui græcè neſciuit.

Græcia,ciæ.pro Dom.225.a.Cum alteri totam Achaiā, Theſſaliam,Bœotiam,Græciam,Macedoniam, omnemq; Barbariam condonaſſes.pro Flac.159.b. Hæc cuncta Græcia,in qua ſunt Athenienſes,Aeoles,Dores,paruum quendam locum Europæ tenet,Aſiæ maritimam oram bello ſuperatam cinxit urbibus,&c.& ibi de Græciæ laudibus. contra Rul.83.b.Corinthus erat poſita in anguſtijs et faucibus Græciæ.de Am.98.a.Philoſophi,qui in hac terra fuerunt,magnamq; Græciam inſtitutis & præceptis ſuis erudierunt. de Orat.122.b. Referta quondam Italia Pythagoreorum fuit, tum cum erat in hac gente magna illa Græcia.

Græcoſtaſis,ſis.locus Romæ.Q.Fr.306.a.Deinde eius opere repentè à græcoſtaſi & gradibus clamorē ſatis magnum ſuſtulerunt.

Græculus,a,um.pro Fl.151.a.Motus temerarius græculæ concionis.& Poſtquam.207.a.Cum græculis philoſophari.& I.P.94.b.Græculus aſſentator. & pro Mil.112.a.Comites Græculi quocunq; ibat. Græculus ocioſus & loquax.l.Græcus.

Græcus,a,um.graius.pro Fl.159.b.Tria Græcorū genera uerè,Athenienſes,Aeoles,Doreis. de Fin.78.b. Sint iſta Græcorum,quanquam ab his philoſophiā et omnes ingenuas diſciplinas habemus.de Clar.171.a.C.Sulp.Gallus maximè omnium græcis literis ſtuduit. de Or.155.a.Hæc politiſsima doctrina tranſmarina & aduētitia:id eſt,Græcorum.de Cl.194.a.Græca oratio plura ornamenta ſuppeditans conſuetudinem ſimiliter latinè dicendi affert. de Ar.248.a.Græci artibus,Hiſpani numero, Galli robore, Pœni calliditate ualent.pro Arch.190.a.Nam ſi quis minorem gloriæ fructum putat ex græcis uerſibus percipi, quàm ex latinis,uehementer errat:propterea quod græca leguntur in omnibus ferè gētibus,latina ſuis finibus exiguis ſanè continentur.de Cl.179.b.Quò latinus orator ſine græcis literis peruenire poteſt. de Clar.188.b.Cotta ſe ualde dilatandis literis à ſimilitudine græcæ locutionis abſtraxerat.de Or.110.a.Hoc uicio cumulata eſt eruditiſsima illa græcorum natio.et 115.b.Græcorum doctrina per ridicula.& 109.a.Craſſus contemnere,Antonius ne noſſe quidem græcos uidebatur.& 133.b.M. Cicero ſenex dicebat, ut quiſq; optimè græcè ſciret,ita eſſe nequiſsimum. Quin.Fr.292.b.Græci fallaces & leues,& diuturna ſeruitute ad nimiam aſſentationem eruditi.& ibi. Græci omnes uias pecuniæ norunt,omnia pecuniæ cauſa faciunt.& 293.a.Græcorum familiaritates parū fideles ſunt. & ibi. b.Paconius neſcio quis homo,ne græcus quidē, ac Myſius aut Phrygius potius.pro Fl.151.a.Homo leuitate græcus, crudelitate barbarus.pro Fl.161.a.Græcorum luxuria et leuitas.de Or.93.b.Græci alicuius quotidiana loquacitas ſine uſu.de Or.93.b.Quid mihi,inquit Craſſus, tanquam alicui græculo ocioſo & loquaci quæſtiunculam, de qua meo arbitratu loquar,ponitis?de Or.104.a.Qui audiūt, aliquem ineptum aut græculum putare.de Or.98.a. Verbi enim controuerſia tandiu torquet græculos,homines contētionis cupidiores quàm ueritatis.ad Her.1.a. Græci ſcriptores inanis arrogantiæ cauſa ne parum multa ſciſſe uiderentur,ea conquiſiuerunt,quæ nihil attinebāt, ut ars cognitu difficilior putaretur. de Fin.91.a. Latina lingua uberior quàm græca.de D.93.b. Hæc uerba ipſa Platonis expreſsi:id eſt,in latinum uerti.I.V.234.a.Apud Græcos græcè locutus ſum.pro Mur.147.b.& 148.a. Pro græcis & contra græcos multa. I.V.89.b. Græcorum bibendi mos.Ep.95.a.Cum græcos ludos ita ames, ut ne ad uillā quidem tuam uia græca ire ſoleas.de Fin.50.b. C.Marius. μισέλλην.)(. Albutius φιλέλλην. Ac.2.a.M. Cato literas græcas in ſenectute didicit.

Graiugena,næ.de N.44.b.Graiugena de iſto, aperit ipſa oratio.Paccuuij.

Graius,a,um.græcus.de N.44.a. Quaſi uerò nō graius hoc dicat.de N.70.a.Dioſcuri apud graios multi.

Gramen,nis.herba. de Fin. 82.a. Si tua ſint Puteolis gramina.

Gramineus,ea.I.V.229.b.Gramineæ haſtæ.

Grammatica,cæ.ars grammatica. de Fin.91.a. Verba quibus ex inſtituto ueterum pro latinis utimur,ut ipſa philoſophia,ut rhetorica,grammatica,dialectica,&c.

Grammatica,orum.ſtudium literarum, quod profitentur ij qui Grammatici uocantur.de Orat.85.b. de Or.100.b.In grammaticis poetarum pertractatio, hiſtoriarum cognitio,uerborum interpretatio,pronunciandi quidam ſonus.

Grammaticus,a,um. ad Her. 27.b. Hæc qua ratione uitare poſsimus,in arte grammatica dilucidè dicemus.

Grammaticus.ci.de D.87.b.Grammatici interpretes poetarum.& 104.a.Tuſ.177.b.a. Vt ſi grammaticus ſe profeſſus quiſpiam barbarè loquatur,turpe ſit. At.103.a. Sed quoniam grammaticus es, hoc mihi ζήτημα perſolue.Orat.205.a. Hac hypallagen Rhetores,metonymiam Grammatici uocant.

Grandeſco,ſcis.creſco.de D.83.a.Lentiſcus triplici ſolita grandeſcere fœtu.poetæ.

Grandiloquus,a,um.grandis, grauis, plenus, copioſus,amplus.Orat.198.b.Nam & grandiloqui, ut ita dicam,fuerunt,cum ampla ſententiarum grauitate,& maieſtate uerborum.Tuſc.245.b.Iſti grandiloqui cōtra hæc duo,&c.

Grandis,





Grandis.de.magnus,immanis. de Sen.79.a.Hic & bella gerebat ut adoleſcens,cum planè grandis eſſet. &, &c.I.P.98.a.Videras enim grandis iam puer,&c. Attic.210.a.Ad Hircium dederam epiſtolam ſanè grandem, q̃ ſcripſeram proximè in Tuſculano.& 207.a.Grandiores ſunt omnino libri quàm erant.I.V.217.a.In qua baſi grādioribus literis P.Africani nomen erat inciſum. Q.Frat.318.a.Grande cubiculum & altum.de N.50.b.Pinna duabus grandibus patula conchis.I.V.210.b. Grande uas & maius opus.& ibi.a.Patella grandis. I.V.206.b. Hydria præclaro opere,grandi pōdere.de N.76.b. Dionyſius aureum Ioui detraxit amiculum grandi pondere. pro Cec.287.a.Grande pondus argenti.de In.82.a. His duabus rebus duæ res grandes ſunt attributæ.pro R.P.123.a. Is regi Alexandrino grandem pecuniam credidit. Epiſt. 226.b. & In Ver.70.a.Nicenſes ei grandem pecuniam debent. Attic.28.a.Qui immanes pecunias paucis dederunt. pro Flac.157.a.Pecuniam illi grandi fœnore occupauiſti. de Or.120.b.Ager,qui meliores fœtus poſsit & grandiores edere.contra Rul.77.a.Sicq; agro grande uectigal imponitur.Ad Her.31.b.Ipſe grandi ſponſione uinctus eſt. de Clar.192.a. Subſellia grandiorem & pleniorem uocem deſiderant.Or.199.b.Cauſidicus,non ille quidem amplus atque grandis,ſubtilis & elegans tamen.& 207.b. Orator quo grandior ſit & quodammodo excelſior. de Clar.183.a.Fuit enim Sulpitius uel maximè omnium grandis, & ut ita dicam,tragicus orator.de Fin.94.b. Grandiora uerba.de Or.139.b.Genus dicendi grandius. de Cl.167.a. Hi grandes erant uerbis,crebri ſententijs. de D.88.b.Sed exemplis decuit grandioribus uti.I.V.238.b. & pro Q.R.52.a.Pater grandis natu.de Sen.79.a. Non admodum grandis natu,ſed tamen ætate prouectus.I.A.203.b. Cum grandiorem ætatem ad conſulatum conſtituebant. de In.58.b.Perſpicuum & grande uicium.contra Rul.85.a.Homo grandi macie torridus.

Granditas,tis.magnitudo.de Cl.175.b. Idq; apparet ex genere & granditate uerborum.

Grando,nis.de D.28.b.Nimbi,niues,grandines. de N.77.a.Nec ſi uredo aut grando quippiam nocuit,id Ioui animaduertendum fuit.de Or.157.a.Grando miſta imbri largifluo ſubita præcipitans cadit.

Granum,ni.de D.96.b.Midæ dormienti formicæ in os tritici grana congeſſerunt.

Gratè.animo grato.)(.Ingratè. pro Plan. 280.a.Vt confiteare aliquando quod faciam,me & gratè,& piè facere.de Or.112.b.

Grates.gratias. de Som.126.b. Et grates,inquit,tibi ago ſumme ſol.

Gratia,tiæ.animus gratus & beneficij memor,uoluntas referendæ gratiæ,grati animi fidelis memoria, grata memoria,grates,beneuolentia,bona gratia, beneficium. de In.82.b.Gratia eſt,in qua amicitiarum & officiorum alterius memoria,alterius remunerandi uoluntas continetur.de In.70.b.Gratia,quæ in memoria & remuneratione officiorum,& honorum & amicitiarum obſeruantiā teneat.Poſtquam.209.a.Nemo gratiarum immemor eſt gratus inuētus.pro Cor.55.a.Omnibus amicis ſaluti meæ, ſi minus ad referendam gratiam ſatisfacere potui,ad prædicandam certè & habendam ſatis ſum facturus. At.235.a.& 105.a.Atticam meam gratias mihi agere de matre gaudeo.pro Mar.136.a.Maximas tibi gratias ago,maiores etiam habeo.I.A.155.b.Maximas gratias & ago, & habeo L.Piſoni.& 188.a.Maximas gratias uobis omnes, et agere,et habere debemus.I.A.224.b. Maximas tibi gratias omnes & habere,& agere debemus. Ep.215.a.Hammonius incredibiles mihi per literas gratias egit,& ſuo et Aemilij patroni ſui nomine.de L.170.a. Reſp. noſtra iuſtiſsimas huic municipio gratias agere poteſt, quod, &c. pro Dom.230.a.Senatus gratias agendas cenſuit ciuitatibus,quæ me recepiſſent.I.A.153.b.Eiq; ampliſsimis uerbis per S.P.gratias egimus.pro Syl.183.b.Cui ſenatus ſingularibus uerbis gratias egit.I.C.119.a. Primùm quod mihi gratias egiſtis ſingularibus uerbis.Ep.17.b.Lētulo noſtro egi per literas tuo nomine gratias diligenter. At. 245.a. Egi tibi gratias per literas ijs uerbis,ut,&c.Ep.220.b.Luceius homo omniū gratiſsimus mirificas tibi apud me gratias egit,cum diceret te,&c. At.245.a.Is tibi apud me gratias egit. & 256.b. Ego uerò tibi miras gratias ago,qui, etc.Pl.Ep.149.b.Immortales ego tibi gratias, agamq; dū uiuam,nam relaturum me affirmare non poſſum. tantis enim tuis officijs non uideor mihi reſpondere poſſe, niſi fortè,ut tu grauiſsimè ſcripſiſti,ita ſenſurus es,ut me referre gratiam putes,cū memoria tenebo. At.264.b.Tibi pro tuo ſummo beneficio gratias agam.Poſtquam.209.a.Cōmemorare gratiam.I.A.184.a.Cui quanquam gratia referri tanta non poteſt,quanta debetur, habenda tamē eſt, quantam maximam animi noſtri capere poſſunt.I.C.99.b.Magna dijs immortalibus eſt habenda gratia,quod,etc. de Or.93.a. Magnam habeo Craſſe huic palæſtræ & Tuſculano tuo gratiam. At.152.b.Hanc adeò habeo gratiam tibi.Ep.66.b.Grata tibi eſſe officia mea nō miror, cognoui enim te gratiſsimum omnium: nec enim tu mihi gratiā modò habuiſti,uerùm etiam cumulatiſsimè retuliſti. & 74.b.Si feceris id quod oſtendis,magnam habebo gratiā. & 197.b.Philoſophiæ habeo magnam gratiam,quæ, etc. Tuſcul.170.a.Ego uerò illi maximam gratiā habeo, qui &c.de D.109.b.Dabis igitur mihi ueniam, uel gratiā potius habebis,quod,&c.pro Planc.273.b. Habere gratiam alicui,reddere quod debeas alicui uoluntate ipſa,meritam alicui gratiam memori mente perſoluere. de Or.144.a. Atque ei,ſi non parem illius ingenio, at pro noſtro tamē ſtudio meritam gratiam debitamq; referamus.I.C.103.a. Præclaram uerò populo Rom.referes gratiam,quod, etc. I.C.118.b.Spero deos omnes pro eo mihi ac mereor relaturos gratiam eſſe.Ep.9.b.Nullam partem tuorum meritorum non modò referenda,ſed ne cogitanda quidē gratia conſequi poſſum. Ep.21.a.Non enim mihi tam mea ſalus chara fuit,quàm pietas erit in referenda gratia iucunda. & 39.a. Et ſi uix fieri poſſet, tamen te parem mihi gratiam relaturum. pro Q.R.48.a. Referre alicui parē gratiā pro beneficio.pro Syl.176.a. Nunc tecum ſic agā, tuliſſe ut potius iniuriam, quàm retuliſſe gratiā uidear. & 203.b.Cumulatiſsimè referre gratiam alicui.& 66.b. Ep.62.b.Pro beneficijs in te meis nulla mihi abs te relata gratia eſt.ad Her.17.a.Referre gratiam benemerēti. Ep.235.a.Huic utinam aliquando gratiam referre poſsimus, habebimus quidem ſemper.de Off.47.b. Inops ſi referre gratiam non poteſt,habere certè poteſt.Br.Ep.173.b. Iā non ago tibi gratias,cui enim re uix referre poſſum, huic uerbis non patitur res ſatisfieri.I.A.191.a. Vt pro tantis eorum in remp.meritis honores eis habeātur, gratiæq; referantur. At.225.b.O Socratici uiri nunquam uobis referam gratiam.pro Cor.67.a.Cui munus hoc meritum, & iuſtam debitamq; gratiam refero. At.28.a. Referre bonā gratiam alicui.In Sal.273.a.Referre gratiam mutuam alicui.Q.de Pet.208.a.Reſtituere gratiam alicui.pro Plan. 275.b.

275.b.Non eadem cõtendit in Tribunatu Plancius: id eſt, parem gratiam non retulit. pro Dom. 217.b.Perſoluere mercedem & precium beneficij cuipiam.Poſtquam.203.a.& pro Plan.273.b.Diſsimilis eſt pecuniæ debitio et gratiæ.nam qui pecuniam diſſoluit,ſtatim non habet id quod reddidit:qui autem debet,is retinet alienum. gratiam autem & qui refert habet,qui habet,in eo ipſo quod habet, refert.Off.47.b.Commodè quicunq; dixit,pecuniam qui habeat non reddidiſſe,& qui reddiderit non habere: gratiam autem,& qui reddiderit habere,& qui habeat retuliſſe.de Fin.105.b.Debere gratiam alicui. & 89.a. I.A. 165.b.Quo etiam tibi maiorem gratiam debeo, qui, &c. de Fin.109.a.Tribuere gratiã inuentori alicuius rei. Off. 64.b.Huic nec laus magna tribuenda eſt,nec gratia. Ep. 154.b.Gratiarum actionem à te non deſiderabam, cum re ipſa,& animo ſcirem eſſe gratum.At.274.b. Gratiarum actio congratulatioq;.pro Pom.17.b. Nec Pompeij gratiam mihi per hanc cauſam conciliari puto.& ibi. Nec bonam gratiam mihi quæro.Epiſt.68.b. Aucupari gratiam alicuius.de Pro.72.b.Redire in gratiam. de Pro.729.a. & I.A.175.a.I.V.76.a.& 234.b.Redire in gratiam cum aliquo.& Ep.42.a.& At.10.a.de Sen.89.a. In gratiam cum uoluptate redeamus.& Att.64.a. Epiſt. 45.a. & 59.a.Reconciliata gratia. Att.24.b.Cum Cæſare reditus in gratiam .de Arch.256.a.Quid exiſtimatis eum,ſi reditus ei gratiæ patuerit,eſſe facturum, qui tam libenter in opinionem gratiæ irrepat? I.V.75.a.Eſſe in gratia cum aliquo.& At.28.a.I.V.80.a.Cuius damnatione totus ordo cum populo Rom.& in laude, & in gratia poſsit eſſe. Ep.10.b.Mecum Cæſar eſt in gratia.& 15.a. Mihi cum illo magna gratia eſt.At.79.b.Erat in Syria nomen noſtrũ in gratia.Off.69.a.Qui in maxima gratia eſt apud omnes.Cæl.Epiſt.116.a. Amabo te,ſi quid,quod opus fuerit, Appio facies,ponito me in gratiam. At. 74.a.Apud Patronum te in maxima gratia poſui.Att.96.a. Ac te apud eum,dij boni,quanta in gratia poſui.At.88.b. Meq; apud eum magna in gratia poſuit.At.2.b.Saluſtium præſentem reſtituere in eius ueterem gratiam non potui. de Pro.73. b.Hic me meus animus in rempub.priſtinus,cum C.Cæſare reducit,reconciliat,reſtituit in gratiam.& 74.a. Cur igitur expectem aliquem,qui me cum illo in gratiam reducat?pro R.P.125.b.Reduci in gratiam cum aliquo. & ibi.Recipere aliquem in gratiam ex inimicitijs.de Or.155. a.Colligere gratiam ex priuatorum negocijs.At.2.a.Omnes gratias non modò retinendas, ſed etiam acquirendas putant.de Or.94.b.Quin.Varius illa ipſa facultate, quãcunq; habet,magnam eſt gratiam cõſecutus.Ep.26.b. Effundere gratiam collectam. pro Dom. 222.b. Illi quorum uita remota ab hoc honore populari,et ab hac illuſtri gratia eſt. Quin.de Pet. 807.b.Homines excellenti gratia ad conficiendas centurias. I.P.80.a. Ego illos nulla ſenatus mala gratia,comitiorum ratione priuaui.de N.11.a.Neq; ira,neq; gratia teneri.Ep.151.a.Efficere aliquid gratia. Ep.67.b.Flecti à gratia,uel à uoluptate.Epiſt.68.b. Nec Alexander ille gratiæ cauſa ab Apelle potiſsimum pingi uoluit.Ep.2.b.& 3.b.Gratiam autem noſtram extinguit hominum ſuſpicio.pro Mil.109.b.Quem igitur,cum omnium gratia noluit, hunc uoluit cum aliquorum querela occidere?de Fat.141.a.Sed Poſsidonium,ſicut æquũ eſt, cũ bona gratia dimittamus.Off.10.a.& At.9.a.Si non ineũda,ſed referenda ſit gratia.At.108.a.Inire ſummam gratiam cum omnibus.I.V.233.a.Inire gratiam ab aliquo. & 131.b.Inire gratiam ab omnibus aliquo facto. pro Dom. 229.b.Ferre legem alicui per gratiam.pro Mil.116.a.Appius homo mihi coniunctus fideliſsima gratia. I.V.172.a. Beneficij gratiæq; cauſa concedere aliquid.& 191.a.In beneficij gratiæq; loco petere aliquid.de Am.102.a. Liberales ſumus,non ut exigamus gratiam,non enim beneficium fœneramur.de Fin.89.a.Tollitur beneficium & gratia. Ep.20.b.a.Cum præſertim cõſiderem nullam eſſe gratiã, quam uel non capere animus meus accipiendo,uel remunerando cumulandoq; illuſtrare poſsit.de Fin.56.b.Dolorum effugiendorum gratia.de N.18.a.Tantumq; abeſt ut hæc beſtiarum cauſa parata ſint,ut ipſas beſtias hominum gratia generatas eſſe uideamus.

Gratificatio,onis.gratia,beneficium. pro Mur. 134. a.Coniungitur impudens gratificatio, cum acerba iniuria.& contra Rul.88.a. de N.25.a. Cum imbecillitatem, gratificationem & beneuolentiam ponitis.

Gratificor,aris.beneficium do,rem gratam facio. de N.25.b.Deus nihil cuiquam tribuens,nihil gratificans, omnino nihil curans.Off.9.b.& cõtra Rul.87.b. Qui gratificantur cuipiam,quod obſit illi, &c.de Fin.134.b. & 135.a.Deq; eo quod ipſis ſuperat,alijs gratificari uolunt. Ep.2.b.Quod Pompeio ſe gratificari putant. de L.192. a.Honeſtè gratificari cuipiam.Epiſt.115.b. In hanc partẽ porrò tutum tibi erit,ſi quid uolueris,gratificari. Ep.17. b.Cur tibi hoc non gratificer,neſcio.pro Cor.57.a.Gratificatur mihi geſtu accuſator,neſcientem Cn.Pompeium ſeciſſe ſignificat.Off.43.b.In utroq; ineſt gratificandi liberalis uoluntas.

Gratioſus,a,um.qui apud omnes plurimum gratia poteſt.pro Pl.268.b.Iam doceo gratioſum eſſe ſuis tribulibus Plancium.I.V.155.a.Splendidi homines,& alijs prætoribus gratioſi.pro Cæl.41.b. Homo potens, gratioſus, diſertus.Quin.de Pet.207.b.Vir ad ambitionem gratioſus.pro Q.1.a.Cum aduerſario gratioſiſsimo contendere. pro Mur.135.b.& Q.de Pet.208.b.Homines in ſuis ciuitatibus & municipijs gratioſi.At.340.a. Cicero erat gratioſus apud Cæſarem.pro Mur.141.b. L.Natta in equitũ centurijs uoluit eſſe,& ad hoc officium neceſsitudinis, & ad reliquum tempus gratioſus.Offic.63.b. Tum Pythius, ut argẽtarius,qui eſſet apud omnes ordines gratioſus. At. 259.a.Syracuſas commodius epiſtolas mittere potero, ſi Valerius Mitres ad me nomina gratioſorum ſcripſerit. pro Pl.268.b.Ego Plancium & ipſum gratioſum eſſe dico,& habuiſſe in petitione multos cupidos ſui & gratioſos.de Cl.192.a.Gratioſi ſcribæ ſint in dando & cedendo loco.Ep.4.a.Is uehementer confidit his meis literis ſe apud te gratioſum fore.Ep.20.a. Iuuentutis & gratioſorum in ſuffragijs ſtudia,propter ipſius excellentem in eo genere gratiam,noſtram ſuffragationem,ſi minus potentem,at probatam tamen,& iuſtam,& debitam, & propterea fortaſſe etiam gratioſam.Ep.76.a.Quãdo de Longeio parum gratioſum eſt.

Gratis.gratuitò,ſine ſolutione uel pecunia.)(. Preciò. I.V.100.b.Ne gratis in prouincia male audires. I. V.97. Is repentè, ut Romam uenit, gratis prætor factus eſt.de Fin 82.a.Virtutes omnes gratis per ſe diligant.I.V.245. b.Nauis mihi conſtat gratis.pro Cluẽ.32.a.b.Seruire gratis alicui.Q.Fr.319.a.Id me ſcis antè gratis tibi eſſe pollicitum.pro Quin.R.49.b.Communem eſſe factum gratis,qui precio proprius fuiſſet.Off.50.b. Habitare gratis in alieno.

Gratuitò.gratis. pro Arch.187.b. Multis gratuitò ciuitatem impartiebantur.Off.47.a. Multorum cauſas, & non



& non grauatè,& gratuitò defendere.

Gratuitus,a,um.ſine præmio & mercede.)(.Mercenarius,cõductus.Q.Fr.317.a.Comitia,ſi gratuita fuerint, plus unus Cato fuerit,quàm omnes leges.& At. 63.a. & pro Mur.140.b.pro Pl.270.b.Tu ne gratuita quidam eorum ſuffragia tuliſti.de Leg.165.b.Quid liberalitas?gratuitáne eſt,an mercenaria?ſi ſine præmio benigna eſt,gratuita,ſi cum mercede,conducta.de N.25.b. Hominum charitas & amicitia gratuita eſt.de Fin.85.b. Innatã eſſe homini probitatem & gratuitam,non mutuatam uoluptatibus,nec præmiorum mercedibus euocatam. pro Fõ.280. b.Mercenarius.)(.Gratuitus.

Gratulatio,onis.læta ſupplicatio,lætitia publica,gratiarum actio.)(.Lamentatio.At.14.b.Fuit enim mihi ſæpe & laudis noſtræ gratulatio tui iucunda, & timoris cõſolatio grata.& 14.a.Mihi facta ſtatim eſt gratulatio. I. V.70.a. Nunciatur mihi maximam gratulationem huic eſſe factam.& 217.a.Diana ſumma cum gratulatione ciuium & lætitia reponitur.I.P.80.b.Mihi populus Rom. non unius diei gratulationem,ſed æternitatẽ immortalitatemq; donauit. At.274.b.Sed tamen omniũ ordinum conſenſus gratiarum actio congratulatioq; me commouet. I. C.123.a. Cæteris ſemper bene geſtæ,mihi uni conſeruatæ reip.gratulationem decreuiſtis. Ep.176.a.Gratulationẽ tuo nomine ad omnia deorum templa fecimus. de Pro.74 a.Gratulatio dijs immortalibus: id eſt, ſupplicatio. pro Mur.126.b.Hic parenti ſuo gratulationi in uictoria fuit. pro Dom.225.b.Conſules epulabantur, & in coniuratorum gratulatione uerſabantur.pro Mil.120.b. Nos in hominum cœtu gratijs agendis,et gratulationibus habendis, & omni ſermone celebramur.pro Mar.132.b. Hunc igitur diem tuis maximis & innumerabilibus gratulationibus iure antepones.At.138.a.Quicquam tu illa fuiſſe putas præ ijs gratulationibus?At.137.a.Ne gratulationi nos obtuliſſe uideamur.

Gratulator,oris.de Fin.87.b.Ita ſit ut gratulator lætior ſit,quàm is cui gratuletur.

Gratulor,aris.congratulor,lætor,gratulationi cuipiam ſum,gratulationẽ facio,gratulationẽ habeo. Ep.8.b. Quod mihi de filia & de Craſsipede gratularis, agnoſco humanitatem tuã.At.152.b. Vt tibi de reditu noſtro gratularer.Ep.7.b.Quod mihi de noſtro ſtatu, de Milonis familiaritate,et leuitate,& imbecillitate Clodij gratularis, minimè miramur,te,&c.& 44.a.Gratulor tibi de iudicio ambitus,neq; id,&c.ſed illud,&c.Ep.122.b. Gratulor tibi affinitate uiri optimi. At.79.a. Qui mihi gratulatus es,illius diei celebritate.In Sal.273.a.Cũ populus Ro. frequens aduentu meo gratulatus eſt.ad Br. 91.a. De Caſsio lætor & reip.gratulor,mihi etiã,qui,&c.At.248.a.Gratulor nobis Q.Filium exiſſe. Ep. 43.a.Complexus igitur ſum cogitatione te abſentẽ,epiſtolam uerò oſculatus,et ipſe mihi gratulatus ſum.I.A.166.a. Brutus Ciceronis recuperatam libertatẽ eſt gratulatus.I.V.69.b. Et ei uoce maxima uictoriam gratulatur.Ep.242.a. Cum ei ego gratulatus eſſem,idq; me gaudere dixiſſem,diſceſsit,&c. et 19. b.Vnum illud neſcio,gratuler ne tibi an timeam. Ep. 251. b.Alter fructus gratulationis eſt,et is quidẽ exilior, quàm ſi tibi te ipſum intuens gratularer:ſed tamẽ, & feci antè, & facio nunc,tibiq; cũ pro rerũ magnitudine, quas geſsiſti,tum pro opportunitate tẽporis gratulor, quod te de prouincia decendentẽ ſumma laus,& ſumma gratia prouinciæ proſecuta eſt.et 19.b.Tamen quod abes gratulor. pro Dom.217.b.Gratulor tibi,quod,&c. pro Pl. 278.b. Ego tibi in hoc gratulor.I.P.90.b.Omnes publicè ad me uenerunt gratulatum.I.A.158.b. Mihi & gratias agebãt boni uiri,& nomine tuo gratulabantur.& 242.b. Illi alacres & læti inter ſe quaſi uiciſſent,gratulabantur. Att. 254.a.Magis eſt quod gratuler tibi quàm quod te rogẽ. de Or.123.b. Cum uos non modò frequentes, ſed læto uultu gratulantes uiderit.

Gratus, a, um. qui meritam alicui gratiam memori mente perſoluit,qui beneficia accepta meminit,non ingratus,optatus,acceptus,multum te amo, tuam diligentiam diligo.L.Iucundus.de Leg.166.a. Gratus eſt,qui in referenda gratia non commodum,ſed eũ ipſum cui refert gratiam,cernit.Ep.62.b.Tu quàm gratus erga me fueris, ipſe exiſtimare potes. Poſtquam. 209.a. Vt erga authores ſalutis meæ ſatis gratus iudicarer.& ibi.Nemo gratiarum immemor,eſt gratus inuẽtus.I.A.225.b. Laus Bruti, quæ gratiſsima memoria omnium ciuiũ incluſa nondũ autoritate publica teſtata eſt.pro Pl.278.b.Si bene de me meritis gratũ me præbeo,non deſino incurrere in crimen hominis nimiũ memoris,nimiumq; grati. At. 147.b.Vt tuo beneficio uir gratus et pius eſſe in maximi beneficij memoria poſsim.At.283.a.Facilius in timore benigni, quã in uictoria grati reperimur.Ep.4.b.Vt q̃ gratiſsimus erga te eſſe cognoſcerer.Ep.172.a.Gratiorẽ me eſſe in te poſſe q̃ iſti peruerſi ſint in me,exploratum habes.cõtra Rul.70. a.Gratus ac memor beneficij.At.275.b.Gratus animus et liberalis.Ep.154.b.Re ipſa atque animo gratiſsimus. & 214.b.Is magnis meis beneficijs ornatus in conſulatu meo memor & gratus fuit. Antequam. 192.b. Liberale officium eſt ſerere beneficium,ut metere poſsis fructum, fidei conducit in loco debitum retribuere. illic enim animi uoluntas propenſa comprobatur,hic memoria collaudatur. pro Plan.276.b.Qui meritam dijs immortalibus gratiã iuſtis honoribus & memori mente perſoluũt.I.A.263.b. Alicuius uirtutem grata memoria proſequi. & 191.b. Grato animo proſequi nomen alicuius:id eſt, eſſe gratum erga aliquem.Tuſ.237.a.Quod approbaris id gratum acceptumq; habendum. I.V.56.a. Quid eſt quod omnibus gratius,optatius,aut magis accommodatum eſſe poſsit? Epiſt.51.a.b. Cuius officia iucundiora ſcilicet ſæpe mihi fuerunt,nunquam gratiora. Att.52.a.Iſta ueritas etiam ſi iucunda non eſt,mihi tamen grata eſt. Epiſt.71.a.Amor tuus,non ille quidem mihi ignotus,ſed tamen gratus et optatus,dicerem iucundus, niſi id uerbum in omne tempus perdidiſſem.Ep.211.b.& At.14.b.Tale enim tuum iudicium non poteſt mihi non ſummè iucũdum, quod cum ita ſit,eſſe gratum neceſſe eſt. Q.Fr.320.a.Id mihi pergratũ perq; iucundũ erit. At.220.a.Me & Cæſari, & ſibi uehementer gratum eſſe facturũ.de L.178.a. Velim hoc quod loquar,tibi gratum uideri potius quàm graue.Ep.177.b. Te tamen mi Brute ſic amo,ut debeo,quod iſtud quicquid eſſet nugarum,me ſcire uoluiſti.

Grauatè.difficulter,ægrè.de Or.102.b.Meam facilitatem laudatote cum uobis non meo iudicio,ſed ueſtro inductus non grauatè reſpondero. Off. 63. b.Grauatè ille primo,quid multa impetrat. & 47.a. Multorum cauſas non grauatè & gratuitò defendere.pro Cor.62.b. Benignè,non grauatè,comiter,&c.

Grauedinoſus,a,um.ad grauedinem procliuis.Tuſc. 214.b.Sũt alij ad alios morbos procliuiores,itaq; dicimus grauedinoſos quoſdam,quoſdam torminoſos, non quia iã ſint,ſed quia ſæpe ſint.

Grauedo,nis.græcè κόρυζα dicitur, parũ tamẽ differ à deſtilla

à deſtillatione, hic capitis morbus, teſte Corn. Celſo. Attic. 169.a.b. Tu, quoniam quartana cares, & nouum morbũ remouiſti, ſed etiam grauedinem. & 258. b. Grauedo tua mihi moleſta eſt. & 260.a. Grauedini quæſo omni ratione ſubueni.

Grauiditas, tis. de N. 49.b. Luna à ſole illuminata grauiditates & partus affert.

Grauidatus, ta. grauidus factus. de N. 42.b. Terra grauidata ſeminibus omnia parit & fundit ex ſeſe.

Grauidus, a, um. prægnans, plenus, fœtus. pro Cl. 23. b. Cum mulier eſſet grauida, etiã appropinquare partus uideretur. I. V. 85.b. Latona grauida, & iam ad pariendũ uicina. de D. 84.b. Vbera grauida uitali rore. et ibi. a. Aut cum ſe grauido tremefecit corpore tellus.

Grauis, ue. ponderoſus, ſeuerus, triſtis, ſerius, habens grauitatem, grauitati deditus, uehemens, auſterus, moleſtus.)(. gratus. de N. 76.b. Atq; in eo cauillatus eſt, æſtate graue eſſe aureum amiculum. de Som. 128.b. In terram feruntur omnia ſuo motu pondera. Off. 59.a. Honeſtas omni pondere grauior eſt habenda quàm cætera omnia. Of. 21.a. Cũ grauibus ſeriiſq; rebus ſatisfecerimus. de Or. 88. a. Homo pudens & grauis. & 122.b. Vir authoritate grauis. pro Deiot. 144.b. Quæ mihi ad ſpem obtinendæ ueritatis grauiſſima ſunt. pro S.R. 37.a. Hoc minimè uidetur graue iis, qui minimè ipſi leues ſunt. pro Quin. R. 45.b. Quod apud omnes leue & infirmum eſt, id apud iudicem graue & ſanctum eſſe ducetur? Poſtquam. 202.a. Nomen ueſtrum mihi graue & ſanctum eſt. I. C. 98.a. Senatuſconſultum uehemens & graue in aliquem. pro Pl. 262.a. Hoc per quàm graue eſt dictu. & ibi. Quod mihi grauiſſimum eſſet dicere. pro Cor. 59.a. Eſt enim in populum Rom. graue, non poſſe, &c. de In. 78.b. Nec fuiſſe ei graue nec difficile, eam cauſam excipere, quæ, etc. Ep. 29.b. Graue eſt homini pudenti petere aliquid magnum ab eo, de quo ſe bene meritum putet. At. 3.b. Non mihi graue duxi reſcribere ad te. Ep. 230.a. (Si tibi graue non erit.) et 231.a. Nunquã grauis tibi eſſe uolui. Top. 221.a. Vereor ne tibi grauis ſim. de Sen. 77.b. Quod ſenectutem tuã nunquam tibi grauem eſſe ſenſerim. I. V. 178.a. Eum, ne uerbo quidem grauiore appellaſſes. de Leg. 178.a. Velim hoc quod loquor, tibi gratiam uideri potius quàm graue. Q. Fr. 317.a. Atq; id anni tempore grauiſſimo & caloribus maximis. Epiſt. 72.a. Hoc grauiſſimo & peſtilentiſſimo anno. At. 228.a. Quod reipub. defuerit tam graui tempore. de Cl. 170.a. Cato grauis in laudando. de Or. 129.b. Omnium grauiſſimum & ſeueriſſimum eſſe. de Cl. 191.a. Grauis ſine arrogantia. de Or. 164.b. Eſt quiddam in remiſſione grauiſſimum, quo tanquam ſonorum gradibus deſcẽditur. de Or. 107.a. Vocem ab acutiſſimo ſono uſq; ad grauiſſimum ſonum recipere. pro Cl. 20.b. Statuit ſibi nihil grauius faciẽdum, quàm ut, &c. de N. 30.b. Cibus grauis: id eſt, difficilis ad concoquendum.

Grauitas, tis. ſeueritas, pondus.)(. Autoritas tenuis, perſona leuis, humanitas. At. 154.a. Et grauitatem in congreſſu noſtro tenui. Ep. 72.b. Tuenda tibi eſt grauitas. At. 155.a. Tu cum Sexto ſeruaſti grauitatem eãdem, quam mihi præcipis. de Cl. 195.b. Hæc genera dicẽdi in ſenibus grauitatem non habent. At. 143.a. Illud me præclarè admones, cum illum uidero, non nimis indulgenter, & ut cũ grauitate potius loquar. de Or. 115.a. Sententiarum grauitate, uerborum ponderibus eſt utendum. de Am. 113.b. Quãta illi fuit grauitas, quanta in oratione maieſtas. Off. 23.a. Catoni incredibilem tribuit natura grauitatem. pro Cæl. 51.a. Homo grauitati deditus. Tuſ. 185.b. Perſonæ grauitas. At. 183.b. Corpore uix ſuſtineo grauitatẽ cœli huius. & ibi. a. Grauitas loci. de N. 75.a. Grauitas morbi. de Nat. 49.a. Tanta contentio grauitatis & ponderum. de Fat. 145.a. Atomos grauitate & pondere moueri. de In. 47. b. Exordium ſententiarum & grauitatis plurimum debet habere. & 62.a. In quo grauitas & authoritas eſt, plus proficit ad miſericordiam commouendam.

Grauiter. ægrè, moleſtè, ſeuerè, priſcè.)(. Remiſſè, leniter, urbanè, acutè, leuiter. de Ar. 255.a. Id grauiter equidem, ſed aliquanto leuius ferebam. de Or. 128.a. Grauiter accipere aliquid. I. A. 244.b. Ciues inter ſe grauiſſimè diſſentientes. Ep. 71.a. Grauiter accuſare aliquem. I. C. 100. b. Si me meis ciuibus ſuſpectum tã grauiter atq; infenſum uiderem. Ep. 17.b. Grauiter inimicus. At. 204.b. Dionyſius grauiter queritur. pro Cl. 20.b. & pro S.R. 20.a. Grauiſſimè conqueri de aliqua re cum aliquo. Off. 7.a. Grauiter ægrotare. Orat. 199.b. Thucydides res geſtas narrat, grauiter ſanè & probè. pro Cæl. 44.a. Grauiter, ſeuerè, priſcè agere cum aliquo.)(. Remiſſè, leniter, urbanè. de Som. 129.a. Natura fert, ut extrema ex altera parte grauiter, ex altera autem acutè ſonent.

Grauatus, ta, tum. onuſtus, grauis. de D. 83.a. Iam uerò ſemper uiridis ſemperq; grauata Lentiſcus, triplici ſolita grandeſcere fœtu.

Grauor, aris. grauatè aliquid facio, graue mihi duco, pigror. de Or. 93.b. Ego uerò, inquit, iſtis obſequi ſtudeo, neq; grauabor breuiter meo more, quid quaq; de re ſentiã dicere. & 98.a. Te rogo ne grauere exædificare id opus quod inſtituiſti. pro Cluen. 31.b. Is primò grauari cœpit, quod, &c. de Am. 98.b. Ego uerò non grauarer ſi mihi ipſe confiderem. Ep. 102.a. Qui grauere literas ad me dare. pro Mur. 140.b. In ea non eſſe grauatos homines prodire hora tertia in campum. Top. 221.a. Ne ſi ego grauarer, &c. de Or. 142.a. Non eſſem tam inhumanus, uti eo grauarer, quod uos cupere ſentirem.

Gregalis, le. ſodalis, ex eodem grege. pro Dom. 228. a. Quod uos gregales Catilinæ de me dicere ſolebatis. de Arch. 256.a. Nec Clodius, nec quiſquam de gregalibus eius, aut conſiliariis, &c. de Or. 132.a. Gregales eum in campum non ueniſſe requirebant. Ep. 110.a. Nos enim nobis quidem ipſis diſplicemus, gregalibus illis, quibus te plaudente uigebamus, amiſſis.

Gregarius, a, um. collectitius, uulgaris. pro Pl. 274.b. Gregarii milites.

Gregatim. per greges. I. V. 266.a. Videtis ciues Romanos gregatim coniectos in latumias.

Gremium, mii. ſinus, complexus. de Cl. 183.b. Filius in gremio matris educatus. de D. 126.a. Puer lactens in gremio matris ſedens, mammam appetens. ad Her. 36.b. Liberi è gremiis parentum diripiuntur. de L. 183.a. Vt ſinus et gremium quaſi matris mortuo tribueretur. pro Cl. 20.b. Soror in amantiſſimi ſui fratris manibus & gremio conſeneſcebat. I. P. 81.b. Hæc ſunt in gremio ſepulta conſulatus tui. pro Cæl. 50.a. Q. Metellus abſtraheretur è ſinu gremioq; patriæ. I. P. 99.a. Aetolia procul à barbaris diſiuncta gentibus, in ſinu pacis poſita, medio ferè Græciæ gremio continetur. de Sen. 87.b. Terra gremio mollito & ſubacto ſemen ſparſum excipit.

Greſſus, ſus. inceſſus, ingreſſus. Off. 26.b. Cauendum eſt, ne tarditatibus utamur in greſſu mollioribus. aliàs, ingreſſu.

Grex, gis. congregatio, cœtus, turba. At. 106.a. Pecudes, quæ



des, quæ diſpulſæ ſui generis ſequuntur greges, ut bos armenta. I. A. 189.b. Antonius cædit greges armentorum, reliquiq; pecoris, quodcunq; nactus eſt. pro S.R. 33.a. Verùm ego forſitan propter multitudinem patronorum in grege annumerer. pro Syl. 181.b. In hunc igitur gregem P. Syllam, ex his honeſtiſſimorum hominum gregibus reiicietis? In Sal. 274.b. Is iam unus ex illo grege uidebatur. At. 16.a. & de Fin. 62.b. Greges amicorum. de Or. 88.b. Philoſophorum greges.

Grunitus, tus. uox eſt porcorum. Tuſ. 250.b. Nec grunitum audiunt, cum iugulatur ſus.

Grus, is. de N. 51.a. Grues cum loca calidiora petẽtes, mare tranſmittunt, trianguli formã efficere. & ibi. Grues in tergo præuolantium capita reponunt.

Gubernaculum, li. clauus, adminiſtratio, munus, officium. de In. 81.b. Hic ille naufragus ad gubernaculum acceſſit. pro Seſt. 7.a. Clauum tanti imperii tenere, et gubernacula reip. tractare. pro Dom. 218.a. Cum ſenatum à gubernaculis deieciſſes, populum è naui exturbaſſes. pro S.R. 26.b. Qui omni tempore ad gubernacula reip. ſedere debebant. Br. 91.b. Vt gubernacula reip. prenderẽ. de Or. 89.a. Oratorẽ repelli à gubernaculis ciuitatum. At. 27.a. Non abiectis, ſed ereptis gubernaculis. de Orat. 103.a. Gubernacula ciuitatum regendarum. Epiſt. 267.a. Qui niſi à gubernaculis receſſerint, maximum ab uniuerſo naufragio periculum eſt.

Gubernatio, onis. adminiſtratio, procuratio. de Or. 154.b. Orbis terræ gubernatio & ſummi imperii procuratio. In Vat. 36.a. Populus nunquam hæc à ſummi conſilii gubernatione auferre conatus eſt. de Fin. 95.a. Nõ enim gubernationi aut medicinæ ſimilem ſapientiam arbitramur. At. 281.b. Magnam gubernationem tui cõſilii res deſiderat. I. C. 115.a. Vix uidetur humanis conſiliis tantã molem rerum gubernatio conſequi potuiſſe. pro Dom. 239. a. Tempus illud erat in gubernatione poſitum ſenatus. de In. 82.b. Cupiditas conſilii gubernatione regitur.

Gubernator, oris. rector, moderator, rector reipub. & publici conſilii author. de Sen. 80.b. Gubernator clauum tenens ſedet in puppi. de In. 54.a. Nauis, quæ ſciẽtiſſimo gubernatore utitur. & Par. 119.a. Si nauem auri euertat gubernator. I. A. 214.a. Sũmi gubernatores in magnis tempeſtatibus nonnunquam à uictoribus admoneri ſolẽt. pro Rab. 96.a. Cuſtos gubernatorq; reip.

Gubernatrix, cis. regina. de Or. 88.a. Eloquentia gubernatrix ciuitatum.

Guberno, as. adminiſtro, procuro, rego, gero, moderor, clauum imperii teneo, gubernacula reip. tracto uel teneo, nauem rectam teneo, ad gubernacula reip. ſedeo. Ep. 21.a. Teq; hortor ut omnia gubernes ac moderere prudentia tua. At. 212.b. Velim ergo totum hoc ita gubernes, ut ne minima quidem re ulla commodũ Bruti impediamus. pro S.R. 40.b. Cum ſolus remp. gereret, orbemq; terrarum gubernaret. pro Mil. 10.b.a. Clodius cõtulit ſe ad Milonis competitores, ſed ita totam ut petitionem ipſe ſolus etiam inuitis illis gubernaret, tota ut comitia ſuis, ut dictitabat, humeris ſuſtineret. Ep. 28.a. Sed tamen iter meum reſp. & rerum urbanarum ratio gubernabit. pro Syl. 182 a. Tormẽta gubernat dolor, et moderatur natura cuiuſq;, &c. regit quæſitor. pro Rab. 91.a. Dii quorum ope et auxilio hæc reſp. gubernatur. At. 92.b. Sed hæc deus aliquis gubernabit. & 226.b. Sed hæc fortuna uiderit, quoniã ratio non gubernat. de N. 12.a. Siue in ipſo mundo deus eſt aliquis, qui regat, qui gubernet, qui omnia conſeruet. Att. 121.b. Fortunæ motum ratione quadã gubernare. & 278. b. Cæſarem meis conſiliis adhuc gubernatum quidã corruperunt. Off. 18.a. Qui inter ſe contenderent uter potius remp. adminiſtret, ut ſi nautæ certarent quis eorum potiſſimum gubernaret. pro S.R. 37.a. Commune commodũ mutuis officiis gubernatur. At. 251.b. Gerere, regere, gubernare. Par. 236.b. Gubernare, regere, moderari. de Fin. 73.b. Gubernare uitam. Acad. 17.a. Eoq; directius gubernant: id eſt, naues.

Gula, læ. abdomen, guttur, fiſtula per quam cibus potuſq; in ſtomachum deſcendit. I. V. 204.b. Quem obtorta gula in uincula abripi iuſſit. At. 215.b. O gulam inſulſam. In Sal. 174.a. Poſteaquam immenſæ gulæ, impudiciſſimi corporis quæſtus ſufficere non potuit.

Guma, mæ. de Fin. 69.b. Compellans gumas ex ordine noſtros. Lucilii.

Gurges, tis. uorago, helluo. I. V. 152.a. Immenſa aliqua uorago aut gurges uitiorum turpitudinumq; omnium. pro Dom. 237.a. Ille gurges helluatus eſt ſimul tecum reip. ſanguinem. de Ar. 258.a. Quæ unquam Charybdis tãtos haurire gurgites poſſet, quantas iſte Bizantiorũ prædas exorbuit? de Or. 129.a. Pater norat hunc gurgitem. I. P. 88.a. Ille gurges atq; helluo natus abdomini ſuo, nõ laudi atq; gloriæ. I. A. 232.b. Habet ſecum L. Fratrem, quem gurgitem? quam uoraginem? pro Seſt. 25.a. Gurges & uorago patrimonii. I. A. Quos tenet Aegeo defixa in gurgite echineis. I. P. 97.a. Rheni foſſa gurgitibus illis redundans. de N. 47.a. Rapido cum gurgite flumen. de D. 83.a. Fulix fugiens è gurgite ponti.

Gurguſtium, ſtii. locus, ſeu taberna obſcura, & anguſta. de N. 6.b. Antè uidelicet in tenebris, tanquam in gurguſtio habitauerat. I. P. 82.a. Neſcio quo è gurguſtio prodire, capite inuoluto.

Guſtatus, tus. guſtus. de N. 54.b. Guſtatus, qui ſentire eorum quibus ueſcimur, genera debet, habitat in ea parte oris qua eſculentis & poculentis iter natura patefecit. & 55.a. Guſtatus ore continetur. de Or. 152.a. Guſtatus, qui eſt ſenſus ex omnibus maximè uoluptarius, & qui dulcitudine præter cæteros ſenſus commouetur. de N. 58.a. Pomorum iucundus non guſtatus ſolum, ſed odoratus etiam & aſpectus. Acad. 6.b. Nihil neceſſe eſt de odoratu & guſtatu dicere.

Guſto, as. deguſto, libo, attingo. Ep. 107.b. Cum quidem biduum ita ieiunus fuiſſem, ut ne aquam quidem guſtarem. de N. 51. Capræ dictamum quærunt, quam cum guſtauerunt, ſagittæ quibus confixæ ſunt, excidũt. pro Mur. 142.b. Cretes, quorum nemo guſtauit unquam cubans. I. A. 173.b. Guſtaras ciuilem ſanguinem, uel potius exorbueras. de N. 6.a. Primis, ut dicitur, labris guſtare phyſiologiam, & attingere. l. Labrum. de Or. 96.b. Quædam de actione breuia, ſed magna cũ exercitatione præcepta guſtarant. de Or. 122.b. Iſtorum omnium ſummatim cauſas & genera ipſa guſtaram. I. P. 92.a. Pompeius non guſtarat iſtam tuam philoſophiam Ep. 197.b. Nullam partem reip. guſtare potuiſti. de Fin. 61.a. Guſtare partem aliquã uoluptatis. pro Arch. 189.a. Sed ipſi hæc neq; attingere, neq; ſenſu noſtro guſtare poſſemus. pro Cæl. 43.a. Qui primoribus labris aliquid guſtant, et extremis, ut dicitur, digitis attingunt.

Guſtus, ſtus. guſtatus. de Sen. 88.a. Vua et ſucco terræ & calore ſolis augeſcens primo eſt peracerba guſtui. I. A. 182.a. Libidinoſi, auari, facinoroſi, ueræ laudis guſtum non habent. & ibi. Quidam morbo aliquo & ſenſus ſtupo

re ſuauitatem cibi non ſentiunt.

Gutta,tæ.de Or.160.a.Numerum in cadentibus guttis,quod interuallis diſtinguuntur,notare poſſumus. Tuſ. 180.a.Ex quo liquatæ ſolis ardore excidunt guttæ. de N. 28.b.Guttæ imbrium quaſi cruentæ.

Guttur,ris.gula. de D.83.a. Haud modicos tremulo fundens è gutture cantus. pro Cæl. 46. b. Vicium uentris & gutturis.

Gyarus.inſula. At.74.

Gyges,gis.rex Lydiæ. Offic.67.b.& 59.b.Gygis anulus.

Gymnaſiarchus,chi.gymnaſij præfectus. I.V.221.b. Demetrius Gymnaſiarchus,qui eo loco præerat.

Gymnaſium,ſij.locus ad exercēdum,ut palæſtra,ſchola.de Or.89.b.Clamabunt credo omnia gymnaſia, atque omnes philoſophorum ſcholæ,ſua hæc eſſe omnia propria.de Or.93.a. Magnam habeo huic palæſtræ & Tuſculano tuo gratiam, & longè Academiæ illi ac Lycæo tuum hoc ſuburbanum gymnaſium antepono.de D. 81.b. Cum ambulandi cauſa in Lycæum ueniſſemus,(nam id ſuperiori gymnaſio nomē eſt.)Par.116.a. Quæ uix in gymnaſijs,& in ocio Stoici probant. I. A. 221. b.Is Laodiceæ in gymnaſio à quodam Leptine eſt interfectus.Ser.Ep. 56 a.Nos in nobiliſſimo orbis terrarum Gymnaſio Academiæ locum delegimus.de Fin.124.a.Gymnaſiū, quod Ptolomæum uocatur.

Gymnicus,a,um.de In.62.b.Gymnicum certamen. et Tuſ.188.b.Ludi gymnici.

Gynæceum,cei.locus in ædibus ſepoſitus,ubi ſolæ mulieres uerſabantur.I.A.173.b. Syngrapha ſeſtertij cēties, &c.facta eſt in gynæceo.

Gypſatiſſ.a,um.candidiſſimus,tenaciſſimus,quale gypſum eſt.Ep.99.a.Medea manibus gypſatiſſimis.

Gyrus,ri.circulus,ambitus.de Or.149.b. Ex ingenti quodam oratorem immenſoq; in exiguum ſanè gyrum compellitis.Off.18.b.Homines ſecundis rebus effrenatos ſibiq; præſidentes tanquam in gyrum rationis & doctrinæ duci oportet.

Gytheus,ei.flu.laconum,qui in Aegolicum ſinū fluit. Off.61.b.

## HA

HAſpiratio.Or.212.a. Maiores nunquā niſi in uocali aſpiratione utebantur.loquebantur enim ſic ut dicerēt, pulcros, Cetegos,triumpos,Cartaginem.& inſrà,Orciuios tamen,& Matones, Otones, ſepulcra, coronas, lacrymas dicimus, quia per aurium iudicium ſemper licet.

Habenæ,arum.lora ſunt quæ freno utrinq; adligantur ad equum regendum.de Or.104.a. Cui populus ipſe moderandi & regendi ſui poteſtatem,quaſi quaſdam habenas tradidit.de Am.104. b. Commodiſſimum eſt quàm laxiſſimas habenas habere amicitiæ,quas uel adducas cum uelis,uel remittas.

Habeo,bes.poſſideo,utor,mihi nō deeſt,penes me eſt, particeps ſum.de D.128.a.Eodem temporis puncto nati diſſimiles,et naturas,& uitas,& caſus habent.& ibidem. b.Diſſimilitudo locorum,diſſimiles hominum procreationes habet.& 122.a.Dionyſij equus habuit apes in iuba.& 95.a.Pars animi,quæ ſenſum, quæ motum, quæ appetitum habet.de Pro.71.a. Deinde aduentus eius in Syriam



primus,æquitatus habuit interitū.de Or.92.a. Demoſthenes ſummam prudentiam ſummamq; uim habuit dicendi.& 119.b.Neminem omnium tot ac tanta, quāta eſſent in Craſſo,habuiſſe ornamenta dicendi. & ibi. Itemq; illa, &c.excogitationem non habent difficilem. I.A.188.b.Is dixit ſe uſq; ad Cal.Maias ad urbem exercitum habiturū. At.129.a.Domitius ſuas XII. cohortes tribus in oppidis diſtributas habet.& 220.a.Omiſi ea quæ in manibus habebam.& 90.b.Phliaſios dici ſciebam:& ita fac ut habeas:nos quidem ſic habemus:id eſt,ſic in noſtro codice ſcriptū eſt. At.257.b.Octauius omnes bonos ſecum habiturus eſt.pro S.R.43.a.Fœmina,quæ patrem habuit clariſſimū uirum.At.253.b.Hæc nauigatio habet quaſdam ſuſpiciones periculi.de Or.198.a.Eloquentia forēſis iactationem habuit in populo.Or.197.b.Hæc ingreſſio mea,aut reprehenſionis aliquid,aut certè admirationis habitura eſt. de Cl.195.b.Hæc genera dicendi in ſenibus grauitatem non habent.Or.206.b.Eaq; hanc habent,quam probo,uarietatem.Quin.Fr.303.a. Magnum fac animum habeas & ſpem bonam.de Or.135.a.Scaurus nonnullam habet inuidiam, ex eo quòd aliorum bona ſine teſtamento poſſidet: id eſt,ſuſtinet inuidiam.I.V.274.b.Dijs bellum iſte ſemper habuit indictum.de N.5.a.Lucillius,qui magnos progreſſus habebat in Stoicis.pro Lig.137.b.Profectio uoluntatem habuit non turpem,remanſio etiam neceſſitatē honeſtam.de Leg.181.b.Nam priuſquam iniecta gleba eſt,locus ille nihil habet religionis.I.A.221.b.Vt Antiochū claſſes habere prohiberet. Off.42.a. Tua ætas incidit in id prælium,cuius altera pars ſceleris nimium habuit, altera felicitatis parum.

Habere.pro exiſtimare,ducere,iudicare,ponere, uel reponere.de Sen.91.b.Omnia quæ ſecundum naturam fiunt,ſunt habenda in bonis.de Cl.173.a. Tum eius elegans eſt habitum orationis genus. Ep.67.a.Dalmatæ ſemper habiti ſunt bellicoſi.Ep.54.a.Tempori cedere: id eſt, neceſſitati parêre,ſapientis ſemper eſt habitum. de N.26.b. Natura inſculpſit in mentibus noſtris, ut deos æternos & beatos haberemus.& 77.b.Atq; hoc quidem omnes mortales ſic habent,proſperitatem uitæ à dijs ſe habere. Tuſc. 149.a.Themiſtocles,cum in epulis recuſaſſet lyram, habitus eſt indoctior.de Fin.56.b.Maximam illam uoluptatē habemus.de Cl.170.a.Eum nos ut perueterem habemus. At.71.a.Hoc uelim in maximis rebus & maximè neceſſarijs habeas.At.93.b. Hunc ego ſi in præfectis habuiſſem, quem tu me hominem putares?de Clar.173.a. Eodemq; in genere eſt habitus M.Octauius.& ibi.b.Fannius in mediocribus oratoribus habitus eſt.& 171.a. Hic oratorum in numero eſt habitus.de Fin.51.a.An partus ancillæ in fructu ſit habendus. Att.193.a.Habe tuum negocium:id eſt, tanquam tuum negocium. & 204. a. Iam iſtuc pro facto habeo.Ep.75.a.Niſi in prouincia relictas rationes pro latis haberem.de N.9.a.Habere aliquem in numero ſapientum.de In.81.a.Quo in numero hoc, & quo in loco illud haberi conueniat.pro Arch.191.b.Iſq; eſt eo numero,qui ſemper apud omnes ſancti ſunt habiti,atque dicti. Offic.41.a. Ille habet opinionem iuſtitiæ:id eſt,habetur iuſtus.

Habere.pro facere,uel tractare. Attic.70.b.Habere διαλόγους cum aliquo.& 28.a.Habere dialogum. de Clar.179.a.Nulla eſt altercatio clamoribus unquam habita maioribus.Quin.Frat.299.a.Statius interuenit nonnullorum querelis, quæ apud me de illo ipſo habebantur. pro Mar.141.a.Quæſtiones in ſenatu habitæ. pro Mur. 138.a.



138.a.Quoniam non eſt nobis hæc oratio habenda, aut cum imperita multitudine,aut in aliquo conuentu agreſtium.de Or.126.b.Habere uerba, l. Verbum.Habere ſermonem.l.Sermo.

Habere,alijs quibuſdam modis.Subſtātiuis iunctum. pro Seſt.18.b.Eos uoluntatem ſemper eandem, libertatē eandem non ſemper habuiſſe.pro Dom.230.a. In illo pœna legitima turpitudinem non habuit.I.C.119.b. Habere uidetur iſta res iniquitatem,ſi imperare uelis, difficultatem ſi rogare.pro Plan.267.a.Habere magnas neceſſitudines in aliqua tribu. pro Dom.238.a. b.Domus tua & quicquid habes aliud,eſt Cereri conſecratum. Off.43.b. Habere aliquid religioni.Att.15.b. Habeo in animo conſulatum ſtatim petere.Plan.Epiſt.154.a. Quid in animo habuerim cum Lernus diſceſſit à me,ex eo potuiſti cognoſcere.& 71.b.Illa conſolatio quam ſemper in ore atque in animo habere debemus.Off.69.a. Hunc quas tu conſcientiæ labes in animo cenſes habuiſſe? I.V.118.a.Clamare cœperunt,ſibi ut haberet hæreditatem.In Arat.173.b.Ille ſuam,illam ſuas res ſibi habere iuſſit.I.V.124.b. Habeatis ſanè nobiſcum iſtum,&c.

Habere.pro eſſe,aut eſſe loco,uel in loco, uel ſtatu. Attic.217.a.Scire igitur aueo,quomodo res ſe habeat. de Or.134.a.Sic profectò res ſe habet,ut,&c. & Epiſt.33.a. Ea res ſic ſe habet. pro Quint. 1. a. Verùm ita ſe res habet,ut,&c.I.V.133.b.Quæ cum ita ſe res haberēt, tamen, &c.& 3.b.Alio loco, ut ſe tota res habeat demonſtrabitur.de Orat.94.a.Præclarè enim ſe res habeat,ſi,&c. In Ver.139.a.Omnino præclarè te habes,cum, &c. de Fat. 142.a.Nam nihil eſſet in poteſtate noſtra,ſi res ita ſe haberet.Epiſt.45.a.Rem uides,quomodo ſe habet. Epiſtol. 124.b.Domitij ſe malè habent. Attic. 74.a.Cum ego me non bellè haberem.Off.37.a.Malè enim ſe res habet, cum quod uirtute effici debet, id tentatur pecunia. de Orat. 137.b.Malè ſe res habet, quæ, &c. & 121.a. Quomodo nunc ſe iſtorum artes habent. Attic.27.b. Bene habemus nos.

Habere,cum adiectiuis.in quibus mira eſt uarietas. Epiſt.255.a. Quantum ex tuis literis habeo cognitum. & 211.a.Eum nondum habes ſatis cognitum.In Ver.248 b.Hodie omnes ſic habent perſuaſum, iſtum, &c. Epiſt. 167.b.Habere uitam alicuius perſpectam. & 251.a. Habere procurationem rerum alicuius ſuſceptam.I.Ver.56. b.Siculi ad meam fidem quam habent ſpectatam iam & diu cognitam,confugiunt.& 155.a.Vt omnes ante Calen. Sext.decumas ad aquam deportatas haberent. & 230.b. Itaque hi conuerſam iam habent demonſtrationem ſuam. de Clar.177.b.Satis mihi uidebar habere cognitum Scæuolam,ex ijs rebus,quas,&c.Orat.207.b.Orator habeat omnes philoſophiæ notos & tractatos locos. de Or. 101. a.Docemur authoritate legum,domitas habere libidines, coercere omnes cupiditates.Quin.Frat.293.b. Ex quibus nonnullas ſimultates ſuſceptas habemus. At.119.a.In eo poſitas omnes noſtras ſpes habemus.Epiſt.173.a. Non habeo ambiguum. Epiſt.158.b.Habeo expertum. de Orat. 122.b.Vt habeant paratum,quid quaq; de re dicant. Att. 154.a.Et boni ciues mare infeſtum habebimus. de Clar. 179.a.Scæuolæ dicendi elegātiam ex ijs orationibus, quas reliquit,habemus cognitam.Ep.79.b.Ita ſtatutum habeas,me,&c. Attic.273.a. Clodij animum perſpectum habeo,cognitum,iudicatum.de Nat.70.b.Mercurius, quem Aegyptij nefas habent nominare.Att.275.b.Cum exploratum habere cœpero,Cæſarem,&c. Orat.208.a.Erit



etiam ei perſpectum,nihil poſſe,&c.pro Q.R.46.b.Cur hoc nomen in aduerſarijs ſcriptum habebas?Orat.207.a. Qui ea multo quàm nos habes notiora. Q.328.b. Quod me hortaris ut abſoluam,habeo abſolutum. de Nat.26.b. Habere aliquid cognitum comprehenſumq; animo. Acad. 25.a. Aliquid comprehenſum animo habere atque perceptum.I.V.270.b.Habuiſſe aliquem uinctum clauſumq; cuſtodijs.& 204.a.Habere aliquid reconditum:id eſt,tenere.& 73.b.Habere tempus diſtributū,ut prima pars,etc. & 87.b.Diligentius habere dico Seruilium prædam populi Rom.quàm te tua facta notata atq; deſcripta.et 130. a.Ita in tabulis ſcriptum habes. At.83.b.Hoc quid interſit certè habes ſubductum.I.A. 248. b. Quorum habetis cognitam uoluntatem in remp.& 204.a. Omnes habeo cognitos ſenſus adoleſcentis,nihil eſt illi rep. charius. de D. 138.a.Hæc & innumerabilia,quæ collecta habent Stoici. pro Cæl.45.a.Eum habere tuis copijs deuinctum non potes.contra Rul.69.a.Non enim bellum neſcio quod habet ſuſceptum conſulatus cum tribunatu.pro Pom.7.a.Pecunias contulerunt.et ibi.Pecunias collatas habent. Quin.de Pet.209.a.Omnes centurias multis & uarijs amicitijs cura ut confirmatas habeas. & ibidem.b.Poſtremò totam Italiam fac ut in animo ac memoria tibi diſtributam cōprehenſamq; habeas.I.A.204.b.De Cæſare ſatis hoc tempore dictum habeo:id eſt,de Cæſare ſatis dixi.Epiſt.144.b. Ego Plance neceſſitudinem conſtitutam habui cum domo ueſtra.I.V.124.b.Habere fidem precio addictam. & 125. a.Habere fidem alteri addictam pecunia.Ep.69.b. 115.a. Quæ habes inſtituta perpolies.I.V.201.a.Dum forum habuit dijs immortalibus ornatum.Ep.26.b. Quæ non animum meum magis ſolicitum habent,quàm tuum. & 90. a.Cæſar diutius uelle uidetur eos habere ſolicitos,à quibus ſe putat diuturnioribus eſſe moleſtijs conflictatum. Epiſt. 96.b.Solicitum autem te habebat cogitatio tum officij,tū etiam periculi.pro Fl.161.a. Cur unus tu Apollonienſes miſeriores habes,quàm aut Mithridates,aut etiam pater tuus habuerit unquā. Sic habeto,&c.pro,ſic tibi perſuade,uel,hoc ſcito.pro Cæl.38.a.Hi ſic habeant.quæcunq; in equite Rom.dignitas eſſe poteſt,eam ſemper in M. Cælio habitam eſſe ſummam,hodieq; haberi ab omnibus. Epiſt. 216.b.Id primùm ergo habeto,me,&c.et 45.a.b. Illud uelim ſic habeas,quod intelliges,&c.Ep.21.a. Vnum hoc ſic habeto,&c.Ep.23.a.Atqui ſic habeto.Ep.22.a. Tantum habeto,ciuem egregium eſſe Pompeium.At.243.a. Tantū dico.& 41.b.Hoc confirmo. Non habere,&c.pro neſcire,nihil eſſe.At.114.b.Nec de me laboro,de pueris quid agam non habeo.Ep.22.a.Neq; tamē adhuc habeo, quod te accuſem.pro Mur.129.b.Quid huic reſpondeas non habebis.de N.72.a.De quibus habeo ipſe quid ſentiam, non habeo autem quid tibi aſſentiar.I.V.211.b.Nec quid facerem habebam.

Habere cū infinito,pro poſſe,uel eſſe.At.37.b.De rep. nihil habeo ad te ſcribere.de N.79.a.Hæc ferè obijcere habui de natura deorum.de Am.115.b.Hæc habui de amicitia quæ dicerem.pro Cor.61.b. Quid habes igitur dicere de Gaditano fœdere eiuſmodi? Ac.21.a. Quid enim dicere habeant?Par.234.a.Non habebimus neceſſe ſemper concludere.At.155.b.Eo minus habeo neceſſe ſcribere, quid ſim facturus.de Or.131.b.Ne quotienſcunq; potuerit dictum dici,neceſſe habeamus dicere. Ep.5.a.De cauſa regia tantum habeo polliceri, me tibi abſenti cumulatè ſatis facturum.I.A.175.b.Habebat hoc omnino Cæſar,&c. id eſt,hoc erat proprium Cæſaris,uel hic erat mos & con=

ſuetudo cæſaris. Att.25.b. Nunc uerò cum omnibus muſis rationem habere cogito.

Habere.ſubſtantiuis iunctum alia atq; alia ratione. de N.13.a.Quanq̃ non tã dicendi mihi ratio habẽda fuit,quã audiendi.de Am.113.a. Omnis hac in re habenda ratio & diligentia eſt:primùm,ut,&c.de L.176.a. Habere concilium,ut,habere comitia.pro Cl.37.a.Habere modum.At. 276.a.Habere rationem abſentis.I.V.250.a. Habere rationem dierum.I.V.153.a.Habere cenſum, & habere æſtimationem.l.Cenſus.I.V. 273.b. Habere animos aliquorũ inimicos.Ep.17.a. Habere prouinciã uel imperium.I.V. 243.a.b.Habere multum negocij atq; oneris. de Or.156. a.Habere ſapientiam iunctam eloquentiæ.& 132.b. Cum ille haberet filium delicatiorem.I.V.73. a. Habere de rep. cum aliquo:id eſt,agere. I.V.250.a. Vt is uictu cæteriſq; rebus quàm liberaliſsimè cõmodiſsimeq; habeatur: id eſt, tractetur,accipiatur. de D.100.a.Noſtri nihil in bello ſine extis agunt,nihil ſine auſpicijs domi habent. At.51.b. Vt ſe initia dederint:id eſt,habuerint. Ep. 144.b.Habere rem communem cum aliquo.

Habere.pro habitare.pro S.R.40.b.Qui in Sallentinis aut in Brutijs habent,unde uix ter in anno audire nuncium poſſunt.Ep.99.a.Quæ Corinthum arcem altam habebant matronæ.At.28.a.Video iam quò inuidia trãſeat, & ubi ſit habitura.aliàs,habitatura.

Habeſsit.de Leg.173.a.Separatim nemo habeſsit deos: id eſt,nemo habeat.At.

Habilis,le.de Orat.94.b.Sunt autem quidam ita naturæ muneribus in hiſdem rebus habiles,ita ornati,ut non nati,ſed ab aliquo Deo ficti eſſe uideantur. de Leg.161.a. Natura homini figuram corporis habilem & aptam humano ingenio dedit.de Fin.118.b.Res aptæ,habiles, & accommodatæ ad naturam.de Orat.105.a.Calceis Sicyonijs non uterer,quamuis eſſent habiles,& apti ad pedem.

Habilitas,tis.de Leg.161.b.Omitto habilitates opportunitateſq; reliqui corporis.

Habitabilis,le.Tuſ.158.a.Regio habitabilis. & de Sõ. 123.b.Duo ſunt habitabiles,quorum auſtralis,&c.

Habitatio,onis.uſus.Epiſt.203.a.Peto à te,ut ei de habitatione accommodes. & pro Cæl. 40. b.Sumptus obiectus eſt habitationis, XXX. millibus dixiſti eum habitare.

Habitator,oris.incola. Q.Fr.390.a.Tuam domũ in Carinis mundi habitatores Lamiæ conduxerunt.de N.54 a.Homines incolæ atq; habitatores,&c.& 44.a. Habitator in hac diuina domo.

Habito,as.colo,incolo,domiciliũ habeo,ſum.I.V.208 b.Is Lilybei multos iã annos habitat.I.V.228.a. Colituŕq; ea pars urbis & habitatur frequentiſsimè.& de D. 127.b. Omnis terra quæ incolitur.At.41.a.Deinde ſine te natura caſtellum munitum habitanti mihi prodeſſet,tranſeunti non eſt neceſſarium.I.V.125.b. Cum apud eum non modò Thermis ſæpenumero fuiſſet,ſed etiam habitaſſet. de Nat.45.a.Si eſſent,qui ſub terra habitarent bonis & illuſtribus domicilijs.pro Cæl.40.b.Cuius in ædiculis habitat decem millibus. In Sal.274. a.Habitare in domo alterius uel ſua.I.V.168.b.Omnes qui habitarent in Sicilia.Acad. 31. a. Habitari ait Xenophanes,in luna.contra Rul.86. b.Habitare in carcere.de N.6.b.Habitare in gurguſtio.& Habitare melius.de Som.129.a.Vides habitari in terra raris & anguſtis in locis. pro Dom.233.a. Demigrandum potius aliquò, quàm habitandum in hac urbe. In Arat. 180.b.Stultè Aequinates,ſed tamen in uia habitabant.pro Cæl.40.b.Sumptus unius generis obiectus eſt habitationis,triginta millibus dixiſtis eum habitare.pro Dom.236. a.Iſte habitare laxè & magnificè uoluit. & Attic.269.b. Neq; tamen non in primis bene habitauit.Tuſ.241.b.Habitare & pernoctare cum aliquo.I.V.89.a. Filia cum patre habitat.At.235.b.Viuere & habitare cum aliquo. de Sen.94.b.Commorandi natura diuerſorium nobis, non habitandi dedit.pro Cl.24.a.& Ep.135.a. & I.C.101.a. Habitare apud aliquem. Ac.29.a.Diodorus, quem à puero audiui,qui mecũ uiuit tot annos, qui habitat apud me. de Cl.194.a.& pro Cæl.48.a.Diodorus habitauit apud me uixitq;.de Fin.84.a.Qui poteſt igitur habitare in beata uita ſummi mali metus?Or.201.b.Alioqui quónam modo ille in bonis hærebit & habitabit ſuis? de Or. 123. a.Illi autem qui hoc ſolum colendum putabant, habitarunt in hac una ratione tractanda.pro Mur.128.b.Abſueris tandiu,ut cum longo interuallo ueneris,cũ ijs qui in foro habitarunt,de dignitate contendas.de Cl.193.b.Diſerti quidem Quin.Varius.C.Carbo, & ij quidem habitabant in roſtris.I.A.239.b.Hic etiam fautores Antonij,quorum in uultu habitant oculi mei,triſtiores uidebam.

Habitudo,nis.habitus, conſtitutio.ad Her.27.a. Corporis bonam habitudinem tumor imitatur.

Habitus,tus.affectio manens,conſuetudo, exercitatio confirmata,ornatus,habitudo,figura uel forma.de In. 65 b.Habitus in aliqua perfecta & conſtanti animi aut corporis abſolutione conſiſtit,quo in genere uirtus, ſcientia, &c.de In.50.a.Habitus eſt animi aut corporis conſtans et abſoluta aliqua in re perfectio:ut uirtutis aut artis perceptio alicuius,aut quæuis ſcientia.de In.50.a. Quæ induſtria comparantur,ad habitum pertinent. de Or.141.b. Exercitatio,ex qua conſuetudo gignitur.Acad.46.a.Habitus uirtutis,& uſus uirtutis,quem actum uocant indiſerti.Top.226.a.Habitus,ut facilè & citò iraſcatur. de In. 82.a.Iuſtitia eſt habitus animi,&c. de Finib. 114.b.Cum eum ad rationis habitum perduxerit. de Leg.165.a. Prudens ex ipſius habitu,non ex aliqua re externa iudicandus eſt.de Fin.113.b.Natura nunquam ſe deſerit, aut partem aliquam ſui, aut eius partis habitum, aut uim. pro Arch.188.b.Quoſdam ſine doctrina naturæ ipſius habitu propè diuino per ſe ipſos moderatos & graues extitiſſe.de Fin.133.a. Moderati æquabileſq; habitus.

Habitus.pro habitudine,ornatu, figura uel forma. pro Cæl.50.a.Quin.Metellus cum floreret integerrima ætate,optimo habitu,maximis uiribus, ereptus eſt uniuerſæ ciuitati.de Clar.170. a. Qui non tam habitus corporis opimos,quàm gracilitates conſectentur.de Clar. 194. a. Erat eo tempore in nobis ſumma gracilitas, & infirmitas corporis,procêrum & tenue collum, qui habitus & quæ figura non procul abeſt à uitæ periculo. de D.114. a.Habitu extorum & colore declarari futura. de D.107. b. Exta quorum ex habitu & colore futura percipiuntur.& 114.b.Cum pecudum exta in eundem habitum ſe coloremq; conuerterint.In Ver.126.a. Himera in muliebrem figuram habitumq; formata. & 201. a. Signa duo uirginali habitu atq; ueſtitu. de Clar.194. b. Corporis mediocris habitus. de Nat.21.a.Habitus oris:id eſt, figura uel forma. de Finib.101.b. Habitus oris & uultus. de Orat.161.b.Si habitum orationis & quaſi colorem aliquem requiritis.de Cl.185.a.Orationis eius tanquam habitus erat non inurbanus.

Hactenus.ad hunc diem,idcirco. At.75.a. Sed hactenus,præſertim cum,&c. & ibid. Ergo hæc quoq; hactenus,



redeo ad urbana. At.210.b.Sed hæc hactenus, ne uideatur,&c. At.255.b.Sed hactenus.Ep.47.b.Hactenus exiſtimo noſtram conſolationem rectè adhibitam eſſe, quoad certior ab homine amiciſsimo fieres ijs de rebus, quibus leuari poſſent moleſtiæ tuæ. de Or.119.b. Hæc artem quidem & præcepta duntaxat hactenus requirũt,ut certis dicendi luminibus ornentur. de D.83.a. Qui hactenus aliquid egit,ut earum rationem rerũ explicaret. pro Fl. 153.b.Niſi uerò hactenus iſta formula teſtimonij tui deſcribi ac diſtingui poteſt,ut Flacco abſenti aliquid ciuitates tribuiſſe dicantur, Lælio præſenti nihil tribuiſſe uideantur.

Hædus,di.capræ filius.de Sen.89.a.Villa abũdat porco,hædo,agno,&c.de N.47.b.& in Arato.

Hæreditarius,a,um.pro Cec.287.a. Cum eſſet hæc auctio hæreditaria conſtituta.& Att.277. a. Controuerſia hæreditaria.& de In.56.de Som.127.a.Cognomen, quod habes ex nobis adhuc cõſtitutum.de Ar.246.b. Multæ domus ſunt iure hæreditario.

Hæreditas,tis.patrimonium,bona.de In.58.a. Hæreditate uenire bona dicuntur, quæ iure hæreditario alicui obueniunt.Top.223. a. Hæreditas eſt pecunia quæ morte alicuius ad quempiam peruenit iure:nec ea aut legata teſtamento,aut poſſeſsione retenta. pro Flac. 163. a.Communis hæreditas,quæ ad utrunq; æqualiter lege ueniebat. Att.26.a.& pro Quin.R.54.a.& I.A.168. b. Cum ipſe hæreditatem patris non adiſſes. pro Arch. 187. b. Is adijt hæreditates ciuium Rom. Attic.171. a. Hodie ex teſtamento creui hæreditatem. & 178. a. Galeonis hæreditatem creui.At.86.b. Auſius fratris Appij amorem erga me cum reliqua hæreditate creuit.Off.38.b. Rei familiaris ad paucos,cupiditatum ad multos improbos uenit hæreditas.In Ver.81.b. Mihi hæreditas à propinquo uenit. de In.70.a.Hæreditas,quæ pupillo uenit. Att. 220. b.Lepta ueretur,ne non liceat tenere hæreditatem. pro Cecin.287.a.In partem hæreditatis mulieres uocatæ ſunt. pro Cecin.304.b. Ariminenſes à populo Rom.hæreditates capere potuiſſe.contra Rul.72.a.Hæreditatum obeundarum cauſa, quibus uos legationes dediſtis. contra Rul. 74.b. Autoritatem ſenatus extare aditæ hæreditatis ſententio.pro Cec.299.a.Fundum ad aliquem teſtamento peruenire.& ibi.Fũdum à patre relinqui.de N.77.a. Eamq; poteſtatem,hæreditatis loco,filio tradidit. Offic.16.a. Ad quem hæreditas huius gloriæ pertinet. pro Dom. 220.a. Quas adoptationes,hæreditates nominis,pecuniæ,ſacrorum ſecutæ ſunt.Off.24.b. Optima hæreditas à patribus traditur liberis,omniq; patrimonio præſtantior, gloria uirtutis rerumq; geſtarum. de Or. 99.a. Cum miles domum reueniſſet,egiſſetq; lege in hæreditatem paternam teſtamento exhæres filius.de Fin.77.a. Reddere hæreditatem.I.A.226.b.Hæreditates caducæ.

Hæreo,es.adhæreo,adhæreſco,defixus ſum,habito.de Som.129.a.Terra immobilis manens ima ſede ſemper hæret. Ac.31.a.Vt uideamus terráne penitus defixa ſit,et quaſi radicibus ſuis hæreat?an media pendeat? de Ar. 257.a. Vicia in aliquo penitus defixa atq; hærẽtia.I.A.172.b.Tamen infixus animo hæret dolor.de N.53. a. Stomachus ad radices linguæ hærens.& 28.a. Vir ſapiens confiteri peccatum ſuum maluit,quàm hærere in rep.religionem. pro Deiot.149.a.Vix hærere in equo ſenex poterat. de D. 86.b.Vt peccatum hæreat,non in eo qui monuerit, ſed in eo qui non obtemperauit. Aliquid alicui in uiſceribus hærere.At.86.a. Aliquem alicui hærere in medullis.Ep.253. a.Aliquem in medullis alicuius ac uiſceribus hærere. I.A. 195.b.Aliquid hærere in memoria.Ac.1.b. pro Cæl. 40. a.Nec Catilinæ familiaritatis crimen hæreat. & ibid.b.In quo non modò crimen non hærebat,ſed uix,&c. & 53.b. Fama adoleſcentis paulum hæſit ad metas. At.145.b.Hoc mihi planè hæſit. pro Quin.R.47.a. Poteſt homini huic hærere peccatum?Ep.82.a.Non poteſt hærere in tam bonis ciuibus tam acerba iniuria. de Fin. 87.a.Tu totus hæres in corpore.I.C.123.b.Memoria tantorum periculorũ in omnium gentium ſermonibus ac mentibus ſemper hærebit.de Or.201.b.Alioqui,quo nã modò ille in bonis habitabit & hærebit ſuis?Or.209.b.Hærere in eadem commorariq; ſententia.de Or.129.a. Facetè dictum ſtatim ut emiſſum eſt,hærere debet.I.V.240.a. Cogitate in his iniquitatibus unum hæſiſſe Apollonium, cæteros ex his incõmodis pecunia ſe liberaſſe.pro Mil.112.a. Hærere in pœnis.I.A.247.a.Hi in oculis hærebunt,et cum licebit in faucibus.pro Cl.35.a.Hærebant in publicis tabulis reus & accuſator.Tuſ.205.b.Neq; tamen cum ſe in media ſtultitia, quo nihil eſt peius, hærere intelligunt, ægritudine premuntur.

Hærere.pro dubitare,ſeu dubium eſſe. de Nat.72.a.In multis enim nominibus hærebitis. Att.130.b.Hærebis. de Or.123.b.Hærere in aliqua re.& Quin.Fr.322.a.Hærere in re.de Or.99.a.Hærere in iure. Ac.4.b. Philoſophi, cum hærent aliquo loco.de Fin.53.a.In quo etiam Democritus hæret.I.A.174.b.Hærebat nebulo, quò ſe uerteret non habebat.de Vn.200.b.Incurrere in aliquam rem,& in ea hærere atq; impediri.At.130.a. Cauendum enim puto eſſe ne implicatus hæream.de Fin.93. a. In cæteris ſubuenies,ſi me hærentem uideris.At.218.a.Valde in ſcribendo hæreo. Q.Fr.30.b.In hac cauſa mihi aqua hæret. Off. 76.a.Sed aqua hæret,ut aiunt.de Fin.144.b. Venit ad extremum,hæret in ſalebra. prouerbia tria hæc ſunt. Vide Eraſmi Adagia.

Hæres,dis.Epiſt.214.b.Lucius hæres eſt Marco fratri ſuo.Epiſt.217.a.Hæres ex parte dimidia eſt & tertia Capito,in ſextante ſunt hi,qui,etc.Ep.199.a.Quin. Turius hæredes fecit ſimiles ſui, Cn.Saturnium & Sex.Aufidium. & 226.a.Inſtituere aliquem ſecundum hæredem filio ſuo. Off.66.b.In teſtamento ſcripſit hæredes ſecum M. Craſſum.& Q.Hortenſium.I.A.172.a. Antonius in Cn.Pompeij locum ſucceſsit hæres.I.A.168.b. Quem palàm hæredem ſemper factitarat.et ibi.Igitur fratrem exhæredans, te faciebat hæredem. pro Cl.24. a. Mulier ab hæredibus ſecundis accepta pecunia,partum ſibi ipſa medicamentis abegit.pro Cec.288.a.Teſtamento facto mulier moritur, facit hæredem ex deunce & ſemuncia Cecinnam,ex duabus ſextulis M.Fulcinium, Ebutio ſextulam aſpergit. Att. 220.a.Cæſar opinor ex uncia,ſed Lepta ex triẽte.pro Mil. 111.a.Cyrus teſtamentum palàm fecit,& illum, & me hæredem ſcripſit.Off.70.b.Scribere aliquem hæredem. de Or.99.b.Poſſet ne paternorum bonorum exhæres eſſe filius,quem pater teſtamento neq; hæredem,neq; exhæredem ſcripſiſſet nominatim. de Or. 99.b. Qui eſſet ſecundum Poſthumum hæres inſtitutus.pro Cl.22. a. Inſtituere aliquem hæredem.pro Quin.3.a.Relinquere aliquem hæredem teſtamento.I.V.99.a.Facere aliquem hæredem teſtamento.de In.70.a.Poſſeſsio hæredum ſecundorum eſt. & ibi.Qui patris pupilli hæredes ſecundi ſunt.pro Cl.25. b.Auia tua,cui tu es hæres.In Sal.274.b. Qui patre nondum mortuo pro hærede geſſerit omnia.

Hæreſis,ſis.ſecta.Parad.116.a. Cato in ea hæreſi eſt, quæ nullum ſequitur florem orationis.At.229.b. De hæreſi Veſtoriana,& Perionum more Puteolano, riſi ſatis. Epiſt.253.a.Poſtulabimusq; ex qua hæreſi in hominibus armatis deiectus ſis,in eam reſtituare.& ibidem.In iſta ipſa αἱρέσει.

Hæſitantia,tiæ.titubatio,hæſitatio. I.A.186.b.Qui propter hæſitantiam linguæ cognomen ex ignominia traxerit.

Hæſitatio,onis.dubitatio.Epiſt.44.a.Noli ignoſcere hæſitationi meæ.de Or.127.a.Quæ dubitatio?quanta hæſitatio tractusq; uerborum?

Hæſito,as.dubito,timeo,titubo.de Fin.68.a. Aperiendū eſt igitur quid ſit uoluptas,quam ſi explicauiſſet, non tam hæſitaret.Ac.39.b.Itaq; non multum hæſitans reſpōdebo.Ac.5.a.Illi tum in nouis rebus quaſi modò naſcentes hæſitauerunt.& 14.a.Dubitant,hæſitant, reuocant ſe interdum.I.C.107.a.Cum hæſitaret,cū teneretur, quæſiui, &c.de Or.88.a.Carbo hæſitans in maiorum inſtitutis,rudis in iure ciuili.de Or.103.b.Quis enim unquā,&c. hæſitauit ob eam cauſam,quod,&c.pro Dom.240.b. Hæſitantibus uerbis dicere aliquid.de Or.94.b.Quidam lingua hæſitans,& uoce abſonus.

Haleſa.urbs.I.V.112.a.& 146.a.

Haleſinus,a.pro Fon.281.

Halicarnaſſeus,a.de D.126.b.Scylax halicarnaſſeus.

Halicyenſes.pop.I.V.122.b.

Haluncium.urbs.I.V.211.

Haluntinus,a.I.V.170.

Haluntina ciuitas.

Halicarnaſſus,ſi.urbs Cariæ.Q.Fr.294.b. Tuſ.206.

Halis,lis.fluuius.de D.132.b.

Halitus,tus.ſpiritus. Tuſc.179.b. Efflare extremum halitum.

Hallucinor,aris.aut potius Allucinor.aberro. Q.Fr.313.a.Epiſtolæ noſtræ debent interdum hallucinari. Att.250.b. Ego tamen ſuſpicor hunc,ut ſolet, hallucinari. de N.15.b.Iſta enim à nobis tanquam dictata redduntur,quæ Epicurus oſcitans allucinatus eſt.

Hamatus,a,um.aduncus. Ac.39.b. Hamatis uncinatisq; corporibus.

Hamus,mi. de Senect.86.a. Plato eſcam malorum uoluptatem appellat,quod ea uidelicet capiantur, ut hamo piſces.

Hara,ræ.ſtabulum porcorum.I.P.87.a.Epicure noſter ex hara producte,non ex ſchola,&c.

Hariolus.Haruſpex,& alia.l. Ariolus, & Aruſpex.

Harmonia,niæ.concentus.Tuſ.152.a.Velut in cātu et fidibus,quæ harmonia dicitur.Tuſ.156.b.Harmoniam autem ex interuallis ſonorum noſſe poſſumus, quorum uaria compoſitio etiam harmonias efficit plures. de N.65.a Niſi putamus ad harmoniam canere mundum, ut Pythagoras exiſtimat.

Haſta,ſtæ.telum.de Fin.85.a.Euelli iuſſit eam, qua erat transfixus haſtam.de Or.106.a.Amentatas haſtas torquere.et 138.a.Iactare haſtas leniter.de Sen.81.a.Eminus haſta,cominus gladio uti. pro Mur.134.b. Abijcere haſtas.Off.38.a.Eſt enim auſus dicere haſta poſita, quum bona in foro uenderet, & bonorum uirorum & locupletū, & certè ciuium,prædam ſuam uendere.I.A.172.b. Haſta poſita pro æde Iouis Statoris bona,Cn.Pompeij uoci acerbiſſimæ ſubiecta præconis.Off.50.a.Haſtam in foro ponere,& bona ciuium uoci ſubijcere præconis. contra Rul.76.b.Rullus in ponto haſta poſita,cum ſuis formoſis finitoribus auctionans.contra Rul.62.a.Num obſcurè uidentur propè haſta præconis inſectari Cn.Pompeij exercitū. I.A.193.a.Quos non illa infinita Pompeij haſta ſatiauit. I.A.180.a.Quis haſtam illius uenditionis uidit? Att.186.b.Tres habet conditiones:aut emptionem ob haſtam,&c.

Haſtatus,a,um.qui haſta pugnat. de D.122.b.Quod euelli primi haſtati ſignum non potuerit.de D.96.b.Cum ſignifer primi haſtati, ſignum non poſſet mouere loco,&c.

Haſtile,lis.pro Rab.94.b.Q.Scæuola confectus ſenectute,præpeditus morbo,haſtili nixus,&c.

Haud.non.de Fin.125.b.Quē haud ſcio an rectè dixerim principem philoſophorū.pro Cl.53.a.Haud hæres eſt Cluentius.Off.15.a.Tibi non minus,haud ſcio an magis etiam hoc faciendum eſt.de Am.106.a. Atq; haud ſcio anne opus ſit quidem,nihil unquam omnino deeſſe amicis. de N.73.b.Haud ſcio an melius fuerit.de Ar.243.b. Haud poteſt grauioribus à me uerbis uulnerari,quàm, &c. de Sen.94.b.Quò quidem me proficiſcentem haud ſanè quis facilè retraxerit.At.210.a.Vide quàm philoſophos,haud nos fruſtra exiſtimas.

Haudquaquam.nequaquam.de Or.88.a. Quorum pater homo prudens & grauis,haudquaquam eloquens, ſaluti reip.fuit.& 121.b.Haudquaquam id eſt difficile Craſſo. Am.108.b.Suauitas ſermonum atq; morum haudquaquā mediocre condimentum amicitiæ.de Vn.202.a. Haudquaquam boni eſt,ratione uinctum uelle diſſoluere.

Haurio,ris,hauſi,hauſtum.traho.de Clar.191.b.Qui hoc ſentiat,ſi is potare uelit,de dolio ſibi hauriendum putet.pro Cec.300.a.Quicquid inde haurias, purum liquidumq; te haurire ſentias.de D.114.b. Aqua ex puteo hauſta.de D.103.a.Natura deorum,à qua hauſtos animos & libatos habemus.de Diuin.95.a. Animos hominum quadam ex parte extrinſecus eſſe tractos & hauſtos. pro Ar.188.a.Illa quidē certè,quæ ſumma ſunt,ex quo fonte hauriam ſentio.Off.2.a.E fontibus Stoicorum, iudicio arbitrioq; noſtro,quantum quoquomodo uidebitur hauriemus.de Or.102.a.Equidem uobis fontes unde hauriretis, putaui eſſe demonſtrandos. Acad.40.b. Vt ea à fontibus potius hauriant,quàm riuulos conſectentur. Epiſt.84.a. Eodem fonte ſe hauſturum intelligit laudes ſuas, è quo ſit leuiter aſperſus.de Cl.187.a. Tum Atticus, tu quidem de fece,inquit,hauris.de Or.86.a.Cæterarum artium ſtudia ferè reconditis atq; abditis è fontibus hauriuntur. contra Rul.72.b.Sumptum haurit ex ærario,ſuppeditat ſocijs. Tuſ.23.b.Quoq; affluentius uoluptates undiq; hauriat. de Clar.196.b.Artes,quas cum domo haurire non poſſes, acerſiuiſti ex urbe Athenarum.pro Mil.103.a.& Or.212.b.Hanc legem à natura ipſa arripuimus, hauſimus, expreſſimus.pro Cæl.50.a.Vidi enim, uidi, & illum hauſi dolorem uel acerbiſſimum in uita,cum,&c. Tuſc.166.b. Is propagatione uitæ quot,quātas,quàm incredibiles hauſit calamitates?pro Dom.219.a. Vnus pro omnibus hauſi indigniſſimam calamitatem. pro Seſt.17.b. Luctum nos hauſimus maiorem,ille animi non minorem. de Ar.258.b. Quæ unquam Charybdis tantos haurire gurgites poſſet, quantas iſte Bizantiorum prædas exorbuit? In A.232.a. Quid cum non ſorbere animo, non haurire cogitatione, cuius ſanguinem non bibere cenſetis?

Hauſtus,a,um.de D.113.b.Diuinitas unde animos hauſtos,aut



ſtos,aut acceptos,aut libatos habemus.de Fin.63.b. Omnia dixi hauſta è fonte naturæ.

Hauſtus,ſtus.cum aqua non ducitur, ſed hauritur,ut ex puteo. pro Cecin.299.a.Aquæductus, hauſtus, iter, actus.

Εαυτοντιμορούμενος.l.Puniens.

Hebdomas,dis,uel dos.ſeptem dies, uel ſeptenarius. Ep.259.b. Symphoniam Lyſonis uellem uitaſſes,ne in quartam hebdomadam incideres.

Hebes,tis.tardus,pinguis,natura tardior,obtuſus, retuſus.)(.acutus.de D.129.b.Epicurus, quem hebetem & rudem dicere ſolent Stoici.& de Fin.68.a.Epicurus paulo hebetior. At.152.b.Tu cogita quid deinde,nam me hebetem moleſtiæ reddiderunt.Ac.44.a.Senſus hebetes,tardi, & pingues.pro Pl.273.a.Populum Rom. aures hebetiores,oculos acres & acutos habere.de Ar.244.a. Non dubito quin ea tela leuiora atq; hebetiora ſint,quàm, &c. Orat.218.a.Spondeus,quòd eſt è longis duabus, hebetior uidetur & tardior. de Nat.29.b.Hebetiora ſunt hominū ingenia propter cœli pleniorem naturam. Att.120.a. Bonorum erat aliquis dolor,ſed hebes.de Orat.106.b.In cōmuni uita non hebetem eſſe,nec rudem. Ep.122.b.Hebes ad intelligendum,quid utile eſt. de Diuin.89.b.Hebes æquè ac pecus.

Hebeſco,ſcis.obtundor,retundor.I.C.98.a. At nos uigeſimum iam diem patimur hebeſcere aciem horum autoritatis.Tuſ.Sic mentis acies ſe ipſam intuens nonnunquā hebeſcit.Ac.2.b.Hebeſcere & languere in ocio.

Hecate,tes.de N.68.b.Hecate,quæ matre Aſteria eſt, ſorore Latonæ.

Hecuba,bæ.Priami uxor.Tuſ.204.a.

Hedone,nes.l. Voluptas.

Hedui.pop.At.17.

Helenus.uates.de N.27.de D.98.

Heletes fluuius.At.256.Ep.105.

Helice,ces.altera arctos,maior urſa, ſeptentrio. duæ enim ἄρκτοι ſunt.Ego uerò ipſe,& magnus quidem ſum opinator,non enim ſum ſapiens: & meas cogitationes ſic dirigo, non ad illam paruulam Cynoſuram, qua fidunt duce nocturna Phœnices in alto,ut ait Aratus, eoq; directius gubernant,quòd eam teneant.Quæ curſu interiore, breui conuertitur orbe,ſed ad Helicen, & clariſſimos ſeptentriones:id eſt,rationes has,latiore ſpecie, non ad tenue elimatas,eo fit ut errem,& uager latius. Acad.17.a. & de N.46.b.

Heliopolis,lis.urbs Aegypti.de N.70.b.

Helleſpontus,ti.primæ maris anguſtiæ ex Aegeo nauigantibus,quibus Aſia ab Europa diſiungitur: relinquiturq; Abydos,urbs Aſiæ, Seſtos Europæ.Or.212.b. Qua pontus Helles,&c. & de Fin.88.a. Helleſponto iuncto Athoq; perfoſſo.

Helleſpontius,ia.Ep.223.b.

Hellis,dis.urbs.I.A.236.a.

Helluatio,onis.Poſtquam.207.a.Cur in luſtris et helluationibus huius ſaltatoris uirtus tandiu ceſſauit?

Helluo,onis.ganeo,gurges.I.P.88.a. Ille gurges atq; helluo natus abdomini ſuo,nō laudi atq; gloriæ.cōtra Rul.61.a.Impurus helluo turbat remp.Poſtquā.207.a.Helluo immanis.pro Dom.218.a.Helluo ſpurciſſimus.Ep.263.b. Helluo nequiſſimus.pro Seſt.8.b.Helluo patriæ,helluo patrimonij.de Fin.91.b.Helluo librorum M.Cato.

Helluor,aris.pro Dom.237.a.Ille gurges helluatus eſt ſimul tecum reip.ſanguinem.pro Seſt.24.b. Quid tu meo periculo gurges ac uorago patrimonij helluabare? & de Pro.72.a.l.Siparium.

Heluellæ,larum.herbæ latæ quædam.Ep.107.b.

Heluetij,orum.pop.pro Cor.61.a.& de Pro.75.b.

Hem.indignationis uox.Ep.233.b.Hem mea lux,meū deſiderium.Ep.50.a.Hem nos homūculi indignamur,ſi, &c.pro R.P.130.a.Hem Poſthume,túne es Curij filius?I.A.201.a.Hem,ad quem legatos mittamus?cui bellum moremur inferre?& 187.b.

Hemicyclus,cli.ſedes,ſolium.de Am.95.b. Augur domi in hemicyclo ſedens.

Hera,ræ.fortuna,domina.Of.9.a.Vos ne uelit an me regnare hera,quidúe ferat ſors, uirtute experiamur. Itē: Hera mea.pro Cæl.41.a.Nunquam hera errans hāc moleſtiam nobis exhiberet.Ennij.

Heraclea urbs.I.V.133.b.pro Archia 186.

Heraclienſis,e.I.V.170.a.pro Ar.186.

Heracleotæ.pop.Epiſt.224.b.Heracleotæ & Bargiletæ,qui item debent,&c.

Heracleotes Zeuſis,nomen pictoris clariſſ.de In.62.a

Heracleotes.etiam eſt cuiuſdam philoſophi Dionyſij nomine cognomen.Ac.18.a.

Heraclea pocula.I.V.208.b.l.Toreuma.

Heraclitus,ti.Philoſophus quidam, qui cognomento Σκοτεινὸς perhibetur.de Fin.67.a.de N.16.a.Nec conſulto dicis occultè ut Heraclitus.& 66.b.Heraclitus quid diceret,intelligi noluit.

Herba,bæ.de N.58.b.Quædam ſtirpes & herbæ,quarum utilitates longinqui temporis uſu & periclitatione percepimus.de Or.135.b.Lepidus in herba recumbebat. de Am.109.a.Vt tanquam in herbis nō fallacibus fructus appareat.de D.96.a.Corona ex aſperis herbis & agreſtibus.de D.122.b.Herbam aſperam credo auium congeſtu, non humano ſatu.

Herbeſco,ſcis.de Sen.87.b. Terra ſemen tepefactum complexu ſuo diffundit, & elicit herbeſcentem ex eo uiriditatem.

Herbigrada cochlea.de N.136.a.Terrigenā herbigradā domiportā ſanguine caſſam.Pacuuij.aliàs,tardigradā.

Herbita urbs.pro Cec.289.

Herbitenſes.pop.I.V.140.

Herbula,læ.l.Seſelis.

Herciſco,ſcis.partior,diuido.de Or.105.b. Qui quibus uerbis herciſcere oporteat neſcit,idem herciſcundæ familiæ cauſam agere non poteſt.pro Cecin.288.b.Ebutius nomine hæredis arbitrum familiæ herciſcūdæ poſtulauit. l.Familia.

Herclè.herculè.Ep.29.a.Et herclè ſine dubio erit ignominia.& de Orat.121.b.Nam herclè,inquit, Antonius, &c. At.238.a.Herclè dederam ad te literas exiens è Puteolano.de Leg.184.a.Bene herclè faciunt. I.C.105.b.Me herclè.

Herculanea uia.contra Rul.73.Adiungitur etiam illa uia uendibilis Herculanea.

Herculanenſis,e.Ep.142.b.Fundus herculanenſis.

Hercule.iurandi uox. de Am.103.a. Et hercule ita fuit.I.V.123.b.Nam hercule,inquit,&c.At.26.b.Hercule uerum,ut loquar,&c.Ep.115.b.Et hercule confecta omnia.At.263.b.Sed hercule facilè patior datum tempus, in quo amorem experirer tuum.At.76.b.Me hercule etiam aduētu tuo reuiuiſcunt iuſtitia,abſtinentia,&c.Epiſt. 24.a.

24.a.Mihi me hercule magnæ curæ eſt ædilitas tua.Orat.212.a.Libentius dixerim me hercule,quàm me hercules.

Hercules,lis.de N.67.b.Plures Hercules tradunt nobis ij,qui interiores ſcrutantur literas.& ibi.Multa de uarijs Herculibus. de Or.115.a.Polycletus Herculem finxit cum pelle & hydra.

Hercules.hercle,hercule.pro Pl.272.b.Verè me hercules dicam,ſic tum,etc.de Clar.170.a.Et hercules hæ quidem extant.I.C.107.b.Sic me Hercules,hoc,&c.Ep.150.b.& 112.b.Cupio me hercules,&c.Ep.113.b.Et hercules niſi,&c.Orat.212.a.Libentius dixerim me hercule,quàm me hercules.

Heri.heſterno die. Ep.167.b.Heri ueſperi apud me Hircius fuit.At.130.a.Heri aliquot adoleſcentuli coimus in Piræũ.Tuſ.222.a.Rationes quibus heri uſi ſumus. At.220.a.Lepidus ad me heri ueſperi literas miſit.

Hermagoras,ræ.de Clar.189.a.l.Inops. Item. de In.43.b.

Hermmæ.m.g.Mercurij ſtatuæ. Att.5.a.Hermas, de quibus ad me ſcripſiſti, uehementer expecto. de Legib.183.a.Nec Hermas hos quos uocant,licebat imponi. At.4.b.Hermæ tui Pentelici,cum capitibus æneis,me admodum delectant.

Hermeraclæ. ſtatuæ ex Mercurij & Herculis formis compactæ. Attic.5.b.Signa noſtra, & Hermeraclas,ut ſcribis, cum commodiſſimè poteris, uelim imponas.aliàs,Hermerotas: id eſt, ex Mercurij & Cupidinis formis coniunctas ſtatuas, nam ἔρως, Cupido, ſeu amor dicitur.

Hermathena,næ.ex Mercurio & Minerua compacta ſtatua. Att.2.a.& 3.a.Quod ad me de Hermathena ſcribis,per mihi gratum eſt, & ornamentum academiæ proprium meæ,quòd & Hermes commune omnium, & Minerua ſingulare eſt eius gymnaſij.

Hermes,etis.Mercurius.l.Hermathena.

Hermodorus,ri.At.210.a.Hermodorus,qui Platonis libros ſolitus eſt diuulgare.

Hernici.pop.pro Corn.61.b.de Off.8.

Herodotus,ti.de L.156.b.Herodotus pater hiſtoriæ. de Or.113.b.Herodotus,qui princeps genus hoc ornauit: id eſt,ſcribendæ hiſtoriæ.

Heroicus,a,um.Tuſcul.229.a.Heroicis ætatibus Vlyſſes & Neſtor habiti fuerunt ſapientes. de Nat.70.b.Quartus ſol,quem heroicis temporibus Acantho Rhodi peperiſſe dicitur,&c. & 74.a.Medea & Atreus heroicæ perſonæ.de Diuin.80.a.Vetus opinio eſt iam uſque ab heroicis ducta temporibus.de Leg.183.b.Quatuor heroici uerſus,quos longos appellat Ennius. Att.290.b.Quid quæris?heroica.

Heros,herois.ſemideus, princeps, diuus. Att.224.a.Colloquium cum heroibus pro re nata nõ incommodum. de Or.126.a.Heroum ueteres caſus fictoſq; luctus imitari atq; adumbrare dicendo.Att.57.a.Ignari quantum in illo heroe eſſet animi.& 15.b.Heros ille noſter Cato. Att.243.b.Octauius uidetur erga noſtros ἥρωας ita fore, ut nos uelimus,animatus.

Herous,a,um.de Or.160.a.Heroici pedes treis,dactylus,anapeſtus & ſpondeus.& b.

Herus,ri.dominus.Off.37.b.Sed heris ſit ſanè adhibẽda ſæuitia in famulos,ſi,&c. pro Cor.65.a.Idem herus IX.Gaditanos.

Herylij philoſophi,non Erylij.



Heſiodius,a,um.Br.166.a.Illud Heſiodium laudatur à doctis,quod eadem menſura reddere iubet, qua acceperis:aut etiam cumulatiore,ſi poſſis.

Heſiodus,di.poeta græcus.Off.10.b.Ea quæ acceperis utenda,maiore menſura(ſi modò poſſis)iubet reddere Heſiodus.

Heſperides,dum.de N.68.b.Heſperides,Erebo & nocte natæ.

Heſperos. Veneris ſtella.de N.36.b.Infima eſt quinq; errantium,terræq; proxima ſtella Veneris,quæ φωσφόρος græcè,lucifer latinè dicitur,cum antegreditur ſolem:cum ſubſequitur autem,heſperos.

Heſternus,a,um.de N.40.b.Velut à te ipſo heſterno die dictum eſt.Ac.3.a.Iã enim hoc uerbum ſatis heſterno ſermone triuimus.de Or.150.a.Diſputatio heſterni et hodierni diei.I.C.105.b.Pateſici in ſenatu heſterna die.

Hetruria,riæ.Italiæ regio florentiſſima. de Ar.249.b.Aruſpices ex Hetruria accipiẽdos puto. de D.99.a.Hetruria ſcientiſſimè interpretatur,quid quibuſq; oſtendatur portentis.& I.C.105.b.& Ep.162.b.

Hetruſcus,a,um.Thuſcus.de Ar.248.b. Hetruſcorum diſciplina.& 256.a.Hetruſci libri.& de D.99.b.Hetruſci religione imbuti ſtudioſius & crebrius hoſtias immolabant.

Heu.eheu.I.A.211.b.At legatos miſimus,heu me miſerum,cur cogor,&c.Tuſ.225.b.Heu me infelicem.Off.28.a.O domus antiqua,heu quàm diſpari dominaris domino.

Heus.ô, uocandi, ſeu attentionem poſtulandi. Att.243.a.Et heus tu,ne fortè ſis neſcius,Dolobella me ſibi legauit.At.67.b.& 89.a.Sed heus tu,ſcripſeram'ne tibi me eſſe legatum Pompeio.Ep.100.b.Sed heus tu quid agis? & 263.a.Sed heus tu,qui κανὼν eſſe ſoles,&c. Att.13.a.Sed heus tu uides'ne,&c.Q.Fr.317.a.Sed heus tu,cælari uideor à te,quomodónam mi frater de noſtris uerſibus Cæſar?pro Mil.113.a.Heus ubi Ruſcio?ubi Caſca? ad Her.27.a.Heus adoleſcens.

Hiatus,tus.labes,eluuio.de N.50.a.Quædam animalia cibum oris hiatu & dentibus ipſis capeſſunt. de N.28.b.Repentini terrarum hiatus.Off.59.b.Ille Gyges, qui cũ terra deſſediſſet magnis quibuſdam imbribus,in illum hiatum deſcendit,&c.

Hiatus.per tranſlationem, eſt in orationis compoſitione,uocalium quarundam uaſtior concurſus, ex quo tũ hians,tum hiulca dicitur oratio:ut,In Acteo aracyntho & Neptuno ægeo.Or.240.a.Habet enim ille tanquam hiatus concurſu uocalium,molle quiddam.l.Hio, & hiulcus.

Hic,hæc,hoc.pro Fl.156.b.Cum iudicatum non faceret,addictus Hermippo,& ab hoc ductus eſt. pro Dom.215.b.Hunc iſtum pacis hoſtem,&c. pro Fl.157.b.Huic illi legato,&c.Ep.149.a.Cum hæc leges:id eſt, quæ ſcribo.Hoc eſt, ἀντὶ τοῦ τουτέστι.l.Hoc eſt.

Hic.aduerbium.Ep.37.a.Hic ego multa ſimul cogitaui.& 71.b.Hic tu miraris?&c.pro Cl.29.a.Hic tum Fabricius,&c.pro Cl.33.a.Hic tum Oppianicus,&c.I.P.82.b.Hic uos etiam crudeliores,&c. Quin.Frat.322.b.Hic ô Dij,&c.

Hiccine.pro hic'ne?Epiſt.23.a.Hiccine eſt ille, qui urbem?In Ver.248.a.Hunccine hominem? hanccine impudentiam iudices?hanccine audaciam?pro Mil.121.b.Hiccine uir?&c.

Hieroſolyma,mæ.urbs Iudæorũ quondã, totius oriẽtis lumen.pro Fl.160.a.Cum aurum Iudæorum nomine ex Italia



Italia Hieroſolymam exportari ſoleret.

Hieroſolyma,orum.idem.pro Flac.160.a.Cn.Pompeius captis Hieroſolymis uictor ex illo ſano nihil attigit.

Hieroſolymarius,a,um. At.28.a.Hic Hieroſolymarius traductor ad plebem.

Hilàrè.hilariter.de Or.135.b.Ego hilarè à te acceptus ſum.de Fin.246.a.& Ep.15.a.Hilarè uiuere.

Hilaris,re.hilarus,promptus. Q.Fr.314.a.Te hilari animo & prompto ad iocandum eſſe ualde gaudeo. Tuſ.170.a.Hilaris & lætus uultus.pro Cl.32.b.Hilari uultu.

Hilaritas,tis.feſtiuitas,iucunditas.de Or.106.a.Itaq; hilaritatis plenum iudicium ac lætitiæ fuit. Attic.200.a.Hilaritatem illam,qua hanc triſtitiam temporum condiebamus,in perpetuum amiſi.Epiſt.131.b.Sed tamen hilaritas illa noſtra & ſuauitas, quæ te præter cæteros delectabat,erepta mihi omnis eſt.Offic.22.a.Erat in C.Lælio multa hilaritas. Offic.29.b.Superciliorum remiſſio,aut cõtractio,mœſtitia,hilaritas,&c.Or.202.b.Hilaritas.)(.Triſtitia,mœſtitia.ad Her.21.a.Hilaritas.)(.Triſtitia,mediocritas uultus.

Hilariter.hilarè.ad Her.20.b.Deinde modò acriter, tum clemẽter,mœſtè in omnes partes commutabimus pronunciationem.

Hilaratus,ta.exhilaratus.de Clar.168.b.Periclis ſuauitate maximè hilaratæ ſunt Athenæ. de Natur.46.b.Acceſſus ſolis lætificat terram, ut cum cœlo hilarata uideatur.

Hilarulus,a,um.hilarus. Attic.259.a.Attica hilarula eſt.

Hilarus,a,um.hilaris.Att.79.b.Hilara ſanè Saturnalia.& de Fin.146.a.Hilara uita. Att.255.b.Hunc tu lege in arcano conuiuis tuis,ſed ſi me amas,hilaris & bene acceptis,ne in me ſtomachum erumpant, cum ſint irati tibi. At.117.a.Literæ hilariores.I.P.81.b.Hilarioribus oculis intueri,&c.

Hilum,li. exigua res,uel nihil potius, quale niger in faba oculus. Tuſc.150.a.Sudans nitendo nec proficit hilum.poetæ.

Himera,ræ.urbs.I.V.217.a.& 126.a.

Hinc.ex hac parte,hoc nimirum eſt illud quod, &c. Att.115.a.De malis noſtris tu prius audis quàm nos:iſtinc enim emanant,boni autem hinc quod expectes,nihil eſt.I.C.109.b.Ex hac parte pudor pugnat, illinc petulantia, hinc pudicitia,illinc ſtuprum. de Fin.99.b.Via,quæ eſt hinc in Indiam.In Ver.97.b.Ex Sicilia teſtes erant ij,qui, &c. & Hinc homines illuſtres.I.C.122.a.Quidã hinc nati,&c.de Or.109.b.Scæuolam hinc euntem conueni. contra Rul.85.a.Nos hinc Roma,qui ueneramus.de N.14.a.Hinc omnia effingis:id eſt,ex atomis.pro Cl.58.a.Hinc illæ infinitæ quæſtiones. Off.58.b.Hinc ſicæ,hinc uenena, hinc falſa teſtamenta naſcuntur, hinc expilationes direptionesq; ſociorum.& ibid.Ab eodem ſcelere triẽnio pòſt habitæ quæſtiones.& ibi.Ex eodem furore etiam illa exectio,&c.& ibi.Eiuſdem amentiæ falſæ conſcriptiones. Tuſ.204.a.Ex hac opinione ſunt illa uaria, &c. hinc ille Agamemnon Homericus,& idem Accianus, &c. ex hoc euenit, ut in doloribus,&c.pro Flac.160.a.Hoc nimirum eſt illud,&c.

Hinnitus,tus. de Diuin.95.b.Equi exaudiuit hinnitum.

Hio,as.hiare,eſt apertum eſſe,maleq; cohærere,& diſiunctum eſſe.de Fin.65.b.Omnes iucundum motum quo ſenſus hiarent,Græcè ἡδονὴν, latinè uoluptatem uocant,



aliter,Hilarentur.Or.199.b.Mutila quædam & biantia loqui.Part.231.a.Diſiuncti atq; biantes concurſus literarum.Or.211.a.Poetæ,qui ut uerſus facerent,ſæpe hiabãt, ut Næuius.ad Her.27.b.Crebræ uocalium concurſiones, quæ uaſtam & biantem orationem reddunt. I.V.149.b.Huic homini,ſi cuius domus patet,utrũ ea patêre, an hiare ac poſcere aliquid uidetur?I.V.135.b.Verres auaritia biante atq; imminenti fuit.

Hippocentaurus,ri.monſtrum poeticum, & fictum. de N.22.a.Quid intereſt ut de Hippocentauro, an de Deo cogitemus?& de D.118.b.Tuſc.167.b.Hippocentaurus, qui nunquam fuit.

Hippocrates,tis.de Or.154.b.Hippocrates ille Cous. & At.261.b.Deſperatis uetat Hippocrates adhibere medicinam.

Hipponacteus,a.Epiſt.106.b.Præconium hipponacteum.Or.215.

Hirpinus,na.cõtra Rul.88.b.Ager hirpinus.de D.97.

Hirſutus,a,um.horridus,aſper. de N.50.a.Animantes quædam ſpinis hirſutæ.

Hirudo,nis. quam ſanguiſugam uulgus uocat.At.13.a.Illa concionalis hirudo ærarij.

Hirundo,nis.auis.ad Her.39.a.Hirundines æſtiuo tẽpore præſto ſunt.

Hiſco,ſcis.os aperio.I.A.181.b.Reſponderéne ad hæc, aut omnino hiſcere audebis?

Hiſpalis urbs.At.209.Ep.164.Pollionis.

Hiſpania,niæ.Ep.254.b.Quid in Hiſpanijs geratur, reſcribe.At.253.b.Vlterior hiſpania.& pro Cor.61.b.Et duæ Hiſpaniæ.

Hiſpanienſis,ſe.Ep.27.b.Neq; ego hunc hiſpaniẽſem caſum expecto,de quo mihi exploratum eſt. de N.64.b.Aeſtus maritimi Hiſpaniẽſes uel Britanici. pro Pom.9.b.Hiſpanienſe bellum.

Hiſpanus,a,um.I.A.192.a.Cæſar exercitum inuictũ ex Hiſpanis militibus conduxit.de Ar.248.a.Nec numero Hiſpanos,nec robore Gallos,nec caliditate Pœnos, nec artibus Græcos ſuperamus.

Hiſter,ſtri.uel Iſter,ſtri.Danubius.L.Accolo.

Hiſtoria,riæ.annales,memoria publica,memoria rerum ueterum,cõmemoratio antiquitatis,monumenta rerum ueterum,monumenta temporum, locorum, hominum,rerum geſtarum, omnium ſeculorum memoria. de Or.114.a.Prima eſt hiſtoriæ lex,ne quid falſi dicere audeat:deinde,ne quid uerè non audeat,ne qua ſuſpicio gratiæ ſit in ſcribendo,ne qua ſimultatis.de Or.111.b.Hiſtoria teſtis temporum,lux ueritatis,uita memoriæ, magiſtra uitæ,nuncia uetuſtatis.Or.202.b.Hiſtoria,in qua & narratur ornatè,& regio ſæpe aut pugna deſcribitur: interponuntur etiam conciones & cohortationes, ſed in his tracta quædam & fluens expetitur,non hæc contorta & acris oratio.de Cl.189.a.Nihil eſt in hiſtoria pura & illuſtri claritate dulcius.Or.207.b.Cognoſcat etiam orator rerum geſtarum & memoriæ ueteris ordinem, quem laborẽ nobis Attici noſtri leuauit labor,qui conſeruatis notatisq; temporibus, annorũ ſeptingentorũ memoriã uno libro colligauit.& ibi.Neſcire autem quid antequã natus ſis acciderit:id eſt,ſemper eſſe puerum.de Cl.170.a.Quã quam his laudationibus hiſtoria rerum noſtrarum eſt facta mendoſior: multa enim ſcripta ſunt in eis, quæ facta non ſunt.de D.122.b.Simiæ Dodoneæ improbitatem hiſtorijs Græcis mandatam eſſe demiror. de Oratore 113.a.Summi oratoris in dicendo eſt, ſcribere hiſtoriam.

riam.& ibid.de ſcribenda hiſtoria. de Or.113.a. Hiſtoria nihil aliud erat,niſi annalium confectio.Ep.67.b. Videbã Italici belli hiſtoriam iam penè à te eſſe perfectam. de Clar.195.a. Memoriam rerum Romanarum tenere: id eſt,hiſtoriam. pro Muren.131.b.Monumenta rerum ueterum. pro Font.282.b.Monumenta rerum geſtarum. de Leg.156.b.Herodotus pater hiſtoriæ. & ibidem, de hiſtoria multa.

Hiſtoricus.rerum explicator, rerum pronunciator. Top.227.b.Philoſophi,poetæ,& hiſtorici.pro Mur.127 b.Homines literati & hiſtorici.& 199.b.Thucydides rerum pronunciator ſyncerus.Item:Rerum explicator prudens,ſeuerus,grauis.

Hiſtrio,onis.ueritatis imitator,comœdus, tragœdus, ſcenicus,ſcenicus artifex. de Orat.86.b.Actio ſola per ſe quanta ſit,hiſtrionum leuis ars & ſcena declarat. Parad. 120.b.Hiſtrio ſi paulo ſe moueat extra numerum,aut uerſus pronunciatus eſt una ſyllaba longior aut breuior, exſibilatur. de Fin. 95.a. Hiſtrioni actio, ſaltatori motus eſt certus datus. de Sen.91.b.Nec hiſtrioni ut placeat, peragenda eſt fabula, modò in quocunq; fuerit actu probetur.Off.23.a.Scenici non optimas,ſed ſibi accommodiſſimas fabulas eligunt:id eſt,hiſtriones.pro Quint. R.50.a. Qui ne in nouiſſimis quidem erat hiſtrionibus, ad primos peruenerat comœdos. de Orat.126.a. Oculi hominis hiſtrionis.de Or.180.a.Roſcius & Aeſopus hiſtriones clari.& pro Seſt.25.a.Summus artifex:id eſt,Roſcius.de Sẽ. 87.a.Turpius Ambiuio.

Hiulcè.de Orat.147.a. Aſperè, uaſtè, ruſticè,hiulcè loqui.

Hiulcus,a,um.hians. Or.211.a. Extremorum uerborum cum inſequentibus primis concurſus aut hiulcas uoces efficit,aut aſperas.de Or.158.b.Ne aſper uerborũ concurſus ſit,nẽue hiulcus.l.Hiatus.

Hoc.eò.de Or.156.a.Sin eos diſiungent, hoc erunt inferiores,quòd,&c. Att.12.b.13.a. Atq; etiam hoc magis, quòd,&c. At.141.a.Conſilio tuo utar libenter,& hoc libentius,quòd,&c.id eſt,eo libentius.Ep.148.b. Certè hoc maius habes teſtimonium amoris mei,quo maturius, &c. Ep.48.b. Atq; hoc ipſo melior eſt, quàm, &c. quòd,etc. & 57.b.Hoc ſcribo parcius,quòd,&c.l.eò.

Hoc eſt.id eſt.pro Cec.288.b.Fundus,quem quadriennium,hoc eſt,ex quo tempore fundus uenijt,poſſedi. pro Mil.106.a.Ad præturam gerendam,hoc eſt,ad remp. euertendam.pro Cec.299.a.Vſucapio fundi,hoc eſt, finis ſolicitudinis.pro Cec.304.b.In exilium, hoc eſt, in aliam ciuitatem.pro Syl.176.a.Honos ampliſſimus familiæ ueſtræ,hoc eſt conſulatus parentis tui.I.A.175.b.At quã crebrò uſurpat & conſul,& Antonius,hoc eſt, dicere & cõſul,& improbiſſimus.Ep.69.a.Quod ſi à te nõ impetro, hoc eſt,ſi qua te res impedierit.I.V.56.b. & pro Q.13.b. Hoc eſt de uoluntate,&c.

Hodie.hoc die,hodierno die,nunc,hoc tempore. I. V. 72.a.Nonæ ſunt hodie ſextiles,hora nona conuenire cœpiſtis. In Arat.260.b.Per idus Quintiles,qui dies hodie eſt.Acad.1.b.Vt hodie ſtet Aſia Luculli inſtitutis ſeruandis.Epiſt.140.a.At hodie penis eſt in obſcœnis. pro Flac. 161.a. & pro Cæl.38.a.Hodie,pro,nunc. Attic.238.b. Hoc die.

Hodiernus,a,um.de Or.150.a.Diſputatio heſterni et hodierni diei. I.A.192.b. Quod ex hodierno eius edicto perſpicere potuiſtis.I.C.115.b. Neq; à nobis ante hodiernum diem collocatum eſt.

Hœdinus,a,um.ut pellicula hœdina.pro Mur.142.a.

Homericus,ca.Tuſ.204.a. Agamemnon homericus.

Homerus,ri.Poeta,qui Lycurgi temporibus fuit.Tuſ. 250.a.Traditum eſt Homerum cæcum fuiſſe.Offic.71.b. Homerus optimus author.de Clar.168.a.Homerus,cuius & ſi incerta ſunt tempora, tamen annis multis fuit ante Romulum. de Orat.155.b.Piſiſtratus Homeri libros antea confuſos ſic diſpoſuiſſe dicitur, ut nuc habemus. pro Arch.189.b. Homerum Colophonij ciuem eſſe dicunt ſuum,Chij ſuum uendicant, Salaminij repetunt, Smyrnei ſuum eſſe confirmant,itaq; etiam delubrum eius in oppido dedicauerunt.

Homicida,dæ.I.A.166.b.Fateor eos pluſquã ſicarios, pluſquam homicidas,plus etiam quàm paricidas eſſe.

Homicidium,dij.cædes.I.A.166.a. Statue,utrum illi, qui,&c.homicidij rei ſunt,an uindices libertatis.

Homo,nis.mortalis,mortales,perſona. de L.160.a. Animal hoc prouidum,ſagax,multiplex,acutũ, memor, plenum rationis & conſilij,quem uocamus hominem.Of. 3.a.Homo,qui rationis eſt particeps.de Leg.161.a. Natura cæteras animantes abiecit ad paſtum, ſolum hominem erexit,ad cœliq; quaſi cognationis & domicilij priſtini cõſpectum excitauit.de N.33.a. Homo ortus eſt ad mundum contemplandum & mirandum.de Nat.54.a. Deus homines humo excitatos,celſos & erectos conſtituit, ut deorũ cognitionem cœlum intuentes,capere poſſent.de Vn.202. a.Homines deorum immortalium quaſi gentiles ſunt, & diuini generis appellantur, & omnium animantium tenent principatum.Off.5.b.Homines hominum cauſa generati ſunt,ut ipſi inter ſe alij alijs prodeſſe poſſint. Tuſ. 186.b.Ita & tulit dolorem ut uir, & ut homo maiorẽ ferre ſine cauſa neceſſaria noluit.pro Rab.96.a. An nõ intelligis quos homines,et quales uiros arguas?Ep.50.b. Quoniam homo nata fuerat Sulpitij de Tullia Cic.filia.pro Cl. 59.b.Mater,cuius ea ſtultitia eſt, ut eam nemo hominem appellare poſſit. pro Dom.232.a. An poteram inficiari me eſſe hominem,& communem naturæ ſenſum repudiare?Off.57.a.Quid cum eò differas, qui hominem ex homine tollat?I.A.246.a.Eumq; ex numero hominum eijciendum,ex finibus humanæ naturæ exterminandum puto. Off.43.a.Duri enim hominis,uel potius uix hominis uidetur,periculum capitis inferre multis Quin.Fr.300.a.Hominum ingenia ad fallendum parata.de Arch.244.b.Stipes ille,qui quorum hominum eſſet neſciremus,niſi ſe Ligurem ipſe eſſe diceret. At.103.a. Aueo ſcire quid hominis ſit.et 92.a.Neſcio quid ſit hominis. Att.253.b.Neſcio quid eius ſit.Epiſt.36.a.Homo ſumma prudentia, multa etiam doctrina.& 26.a.Homo inſolens.de Orat.134.a.P.Mummium cuiuis tempori hominem eſſe.& 94.a.Homo adoleſcens.

Homologia.l.conuenientia.

Homulus,li.I.P.92.a.Hic homulus ex argilla & luto fictus.

Homuncio,onis.Acad.34.a.Deus ille,&c.homuncio hic,&c.

Homunculus,li.Tuſ.151.b. Homunculus unus è multis.& 240.b.241.a.Humilis homunculus.de N.25.b.Homunculis ſimilem Deũ fingere.Ep.50.a.Hem,nos homunculi indignamur?aliter,homuniculi. Vide Victorianas caſtigationes.

Honeſtas,tis.dignitas,decus,laus.)(.Turpitudo. Off. 59.a.Honeſtas omni pondere grauior eſt habenda quàm cætera omnia. Offic.2.a. In officio colendo ſita eſt honeſtas



omnis,& in negligendo turpitudo.de Sẽ.86.a. Eſt profectò aliquid natura pulchrum atq; decorũ, quod ſua ſponte petitur,quodq; ſpreta & contempta uoluptate optimus quiſq; ſequitur:id eſt,honeſtas.Off.72.b.Nunquam poſſumus niſi in laude,decore,& honeſtate utilia reponere.At.108.b. Homo amens,qui ne umbram quidem unquam τȣ̃ καλȣ̃ uiderit.ubi enim eſt dignitas,niſi ubi honeſtas?Off.4.b.Honeſtatem et decus conſeruare.pro Quin. 18.b.Quam exiſtimationem,quam honeſtatem in iudiciũ attuli.&c.pro R.P.129.b.Aliquis honeſtate ſpoliatus. pro Rab.95.b.Virtus & honeſtas,& pudor cũ Coſ. eſſe cogebat.pro Mur.145.a.Nolite eum antè partis honeſtatibus,atq; omni dignitate fortunaq; priuare.pro Seſt.24. b.Cauſa in qua omnes honeſtates ciuitatis, omnes ordines unà cõſentiunt.I.A.211.b. Autoritas ſenatus,decus,honeſtatẽ,laudem,dignitatem deſiderat.de Fin.72.a. Vna ſimplex poſita in decore tota:id eſt,honeſtate.Tuſ.187.b. de honeſtate,pulchra.

Honeſtè.decorè,laudatè. Antequam.193.a. Honeſtè & laudatè acta uita. & Att.87.a.Illi ualde honeſtè ſe gerunt.Q.Fr.320.b.& Sal.in Cic.271.a. Id tectum nunc honeſtè uergit in tectum inferioris porticus.

Honeſto,as.decoro,orno.)(.Contamino. Off.73.a. Quæcunq; homines homini tribuunt ad eum augendum atq; honeſtandum.Off.28.a.Non domo dominus, ſed domino domus honeſtanda eſt. Poſtquam.204.a. Senatus à quo ſæpe magnificentiſſimis decretis ſumus honeſtati. In C.103.a.Qui Saturnini ſanguine non modò ſe non contaminauerunt,ſed etiam honeſtauerunt.pro Mur.141.a. Si interdum ad forum deducimur,ſi uno ſpacio honeſtamur. pro Dom.229.b.Vt acta tui præclari Tribunatus hominis dignitate honeſtes.pro Rab.95.b. Imagine mortẽ alicuius honeſtare.I.C.123.a.Tanta laus, quanta uos me ueſtris decretis honeſtauiſtis.& ibi.iterum.de In.76.b. Honeſtare beneficium.ad Her.11.a.Rei honeſtandæ & collocupletandæ cauſa.

Honeſtus,a,um.rectus,dignus,decorus,quod cũ uirtute eſt,æquus.)(.Inhoneſtus,iniquus. de Fin.74.a. Honeſtum id intelligimus,quod tale eſt,ut detracta omni utilitate ſine ullis præmij fructibus per ſe ipſum poſſit iure laudari.& ibi.Si honeſtum aliquid oſtendero,quod ſit ipſum ui ſua propterq; ſe expetendum.Off.39.b. Quod decorũ honeſtumq; eſt,id per ſe nobis placet, animoſq; omnium natura & ſpecie ſua commonet. & 13.b. Nihil niſi quod honeſtum decorumq; ſit,expetendum eſt.Off.4.a. Honeſtum etiam ſi nobilitatum non ſit, tamen honeſtum ſit: quodq; uerè dicimus,etiã ſi à nullo laudetur, laudabile eſſe natura.pro S.R.26.a. Vir honeſtiſſimus,uita ruſtica honeſtiſſima.de D.126.a.et pro Mur.142.a.Numerius Suſſucius honeſtus homo & nobilis.de Arch.257.a. Optimi & honeſtiſſimi ciues.pro Mur.127.a. Ampla & honeſta familia.& ibi.Conuiuium moderatum atq; honeſtũ. Poſtquam.209.b.Cuius diſceſſus omnibus honeſtis luctuoſus tandem uiſus eſt. At.124.b. Moderatori reip. beata ciuiũ uita propoſita eſt,ut opibus firma,copijs locuples,gloria ampla,uirtute honeſta ſit.de Am.111.a. Neq; quicquam niſi honeſtum & rectum alter ab altero poſtulabit.Or.197 a.Prima ſequentem honeſtum eſt in ſecundis tertijſq; conſiſtere.de Cl.191.a.Qui honorem ſententijs & ſuffragijs adeptus eſt,is mihi & honeſtus,et honoratus uidetur. pro S.R.21.b. Is pro eorum honeſtate repugnabat,propter quos honeſtiſſimus ipſe inter ſuos numerabatur. & 19.b. Aequa & honeſta poſtulatio.pro Cec.298.b. Honeſto et probabili nomine errorem obijci cuipiam.

Honor,oris.& honos,oris.ornamentum,gloria, laus, decus,amplitudo,dignitas,honeſtas,gradus, magiſtratus. de Cl.191.a.Honos eſt præmiũ uirtutis,iudicio ſtudioq; ciuium delatus ad aliquem.Tuſ.148.b.Honos alit artes, omneſq; incenduntur ad ſtudia gloria: iacentq; ea ſemper, quæ apud quoſq; improbantur.At.2.a. Θεῖον ἀγαθὸν ἡ τιμή. Part.237.b.Laus,honor,gloria.Q.Fr.296.a. Semper putaui honores, ſi uulgares eſſent, uiles: ſi temporis cauſa conſtituerentur,leues.Ep.49.b. Is qui uerè appellari poteſt honos,non inuitamentum ad tempus, ſed perpetuæ uirtutis eſt præmium.& 246.b.Mores atq; uitam ſpectari ſolere in honoribus habendis,uel non habendis. Antequam.194.a.Qui ſunt aſſecuti ſummum gradũ honoris,non diſpoliabuntur honore.pro Dõ.222.b. Illi quorum uita remota ab hoc honore populari, ab hac illuſtri gratia eſt.Ep.75.a.Habere honorem alcui.pro Flac.155. a.Cui nullus honos in ſua ciuitate habitus eſt unquam. pro Cæl.38.a.Nemini unquam præſenti Puteolani maiores honores habuerũt,quàm M.Cælio.I.A.191.a. Vt pro tantis eorum in remp.meritis honores eis habeantur, & gratiæ referantur.pro S.R.41.a.Viris fortibus honos habitus eſt.de N.68.a.Vide ne uirtutibus hominum iſti honores habeantur,non immortalibus.At.101.a. Chryſippum libenter uidi & in honore habui. Att.181.a.Vereor ne Cæſari nullus honos à ſenatu habeatur. Attic.283.a. Huic habiti à me honores nulli quidem Brute niſi debiti, nulli niſi neceſſarij.Quin.Fr.295.b.Aliquem eſſe diligentem,ut ſibi honores habeantur.Epiſt.259.b.Curio miſi,ut medico honos haberetur.de Clar.196.a.Ampliſſimos uel maximos honores alicui rei eſſe habitos. de Fin.105.a. Tribuere honorem alicui.Quin.Fr.296.a.Tribuere honores meritis alicuius.pro Plan.272.b.Tribuere magnum honorem alicui.pro S.R.41.a. Suum cuiq; honorem & gradum redditum eſſe gaudeo.I.V.242.b.Mihi honorem illum non ſolum datum,ſed etiam creditũ ac commiſſum puto.I.V.219.b.Mandare honores hominibus nouis.I.A. 181.a.Cur honorem Cæſari tua lege datũ deſeri patimur? Ep.149.b.Is enim honos mihi uideri ſolet, qui non propter ſpem futuri beneficij,ſed propter magna merita claris uiris defertur & datur.pro S.R.31.a.Serui apud eum ſunt in honore & precio.de Or.105.a.Hæc ars ſummo in honore ſemper fuit.Tuſ.149.a.In ſummo apud Græcos honore geometria fuit.de Cl.176.a.Hic epilogus tanto in honore pueris nobis erat,ut eum etiam ediſceremus.de N. 5.a.Philoſophiæ,quæ in honore ſunt.de Cl.167.a. Gorgias magno in honore fuit. pro S.R.38.b. Qui apud uos in honore tanto ſunt.I.C.111.a.Hic dies apud uos in honore eſſe debet.Tuſ.148.b.Honorem poetis non eſſe. de Clar. 178.a.Iam tum honos erat eloquentia.Off.45.b. Honori ſummo nuper noſtro Miloni fuit,quod,&c.pro Mil.120 b.Beatos eſſe quibus ea res honori fuerit à ſuis ciuibus. Epiſt.107.b.Adducere aliquid in honorem. Attic.82.a. Ob hæc beneficia nullos honores mihi niſi uerborũ decerni ſino.& 283.a.Tribuere laudem uerborum alicui. & ibi. Decernere honores alicui.et 275.b.Accipere honores extraordinarios.& 279.a.At.135.b.Recipere honorem ab aliquo:id eſt,uerbi gratia,ut ſis legatus alicui.de Or.105. a.Ampliſſimis honoribus & præmijs decorari.I.V.231.b. Qui honos apud Syracuſanos eſt ampliſſimus.de Or.105. a.Qui honos apud Græcos maximus haberetur.Or.208. b.Ornatus ille propter quẽ aſcendit in tantũ honorẽ eloquentia.de Cl.187.b.Aſcendere ad honores. pro Syl.183. a.Nemo

a.Nemo ex illo honoris gradu. At.101. a. Honore augeri. de N.77.b.Honoribus aucti,aut re familiari. de Ar. 257. a.Honorem augeri cupiam.Honore augeri aliquem.pro Fl.157.a.Homo ſine honore,ſine exiſtimatione,ſine cēſu. de In.61.a.Homines honore uſi:id eſt,qui magiſtratū geſſerunt.I.A.220.a.Quanquā hoc honore uſi togati eſſe ſolent,cum eſt in ſagis ciuitas.Ep.9. a. Cùm honoribus ampliſsimis perfuncti eſſemus.Ep.43. b. Curſus honorum. pro Deiot.146.a.Cæſar Deiotarum ampliſsimo regis honore & nomine affecit.& ibi.Deiotarus honore ampliſsimo ornatus. pro S.R.43.a. Magno honore filius ex patris dignitate afficitur.de N.9. b. Res ſordidas deorum honore afficere. I.A.222.a. Honorem mortuo,cui iniuriam uiuo fecimus,faciamus.Ep.149.b.Sit modò aliqua reſpu. in qua honos elucere poßit,omnibus mihi crede ampliſsimis honoribus abundabis.Ep.140.b. Præfari honorem. Item:Nos autem ridiculè ſi dicimus,ille patrem ſtrangulauit,honorem nō præfamur:ſin de Aurelia aliquid,aut Lolia,honos præfandus eſt.pro Q.R.47.b.Hunc uirum bonum eſſe dixiſti,& honoris cauſa appellaſti,quod nemo niſi aut honeſtiſsimo,aut amiciſsimo facere conſueuit.pro S. R.19.a.Vir fortiſsimus & clariſsimus L.Sylla,quem honoris cauſa nomino.I.A.166.a.Qui ſtillantem præ ſe pugionem tulit,is à te honoris cauſa nominatur. & ibid.b.Cur honoris cauſa à te ſunt appellati? I. V.69. b.Curio,quem ego hominem honoris potius,quàm ignominiæ cauſa nominatum uolo.

Honorarium,rij.munus quod honoris cauſa datur. I.P.98.a.Qui modus tibi fuit frumenti æſtimandi? aut honorarij? ſi quidem poteſt ui & metu extortum honorariū nominari.de Opt.243.a.Docere debitū eſt,delectare honorarium,permouere neceſſarium.

Honorarius,a,um.pro Cec.286.a.Hoc non honorariam operam amici,ſed ſeueritatem iudicis requirit. Tuſ. 251.b.Quorum controuerſias ſolebat tanquam honorarius arbiter iudicare Carneades.

Honoratè.honorificè.I.A.237.b.Multa & honoratè & honorificè de aliquo prædicare.

Honoratus,a,um. qui in honore & precio eſt apud aliquos.de N.77.b.Diues,honoratus,incolumis.)(.inglorius.At.184.a. Dionyſius apud me honoratior fuit,quàm apud Scipionem Panætius.Off.28.a.Homo honoratus & princeps.pro Pl.262.b.Præfectura honorata & ſuburbana.de Cl.191.a.Qui honorem ſententijs & ſuffragijs adeptus eſt,is mihi & honeſtus,& honoratus uidetur. Or. 199.b.Thucydides fuit honoratus & nobilis.de Sen.81.b. Clarus & honoratus uir.

Honorificè.honoratè.I.A.213.a. Reſpondendum honorificè eſt Marrucinis.& 237.b.Multa & honoratè & honorificè de aliquo prædicare.& Q.de Pet.211.b. Largè ac honorificè promittere aliquid.

Honorificentius,& honorificentiſsimè. Attic.191.a. Non potuit honorificentius à me fieri de nepote.Ep.215. a.Nec liberalius,nec honorificētius tractari potuiſſe. Ep. 84.a.Cæſar nunquam niſi honorificentiſsimè Pompeium appellat.

Honorificus,a,um.decorus,dignus.Attic.83.a.Quod imperium uidebatur illi ætati honorificum. I.A. 168.a. Nunquam ab eo mentio de me,niſi honorifica.In Vat.29. a.Verbum honorificum.At.7.b. Honorificus in aliquem. Offic.48.b.Eſt enim ualde decorum,in externos hoſpitalem eſſe.

Honoro,as.honorem habeo,honorem adhibeo, honeſto,in honore habeo,honorem facio,honorem debitū alicui præſto,honore afficio , honorem tribuo , apud me in honore & precio eſt , honore augeo , honore ampliſsimo orno,honorificis uerbis proſequor. de D.98.b. Amphiaraum ſic honorauit fama Græciæ,Deus ut haberetur. I. A.165.a.Hic me non ſolum meis laudibus ornat,ſed etiam honorat alienis.I.A.201.a.& 203.a.Eundem ordinem tenebo in uiris fortibus honorandis.I.A.221.b. Nemo tū uirtutem non honorabat. de Leg.162.a. Beati qui honorati ſunt,uidentur,miſeri autem qui inglorij.I.A.222.a. Mortem eius non luctu publico ſolùm , ſed etiam monumentis eſſe honorandam puto.pro S.R.43.a. Magno honore filius ex patris dignitate afficitur.pro Dom.228. a. Quem populus Rom.à porta domum ſua celebritate lætitiaq; comitatum honeſtauit.

Hora,ræ.Quin.Frat.308.a.Ea res acta eſt,cum hora ſexta uix Pompeius peroraſſet , uſq; ad horam octauam. & ibi.Hora ferè nona Clodiani conſputare cœperūt.I.A. 175.a.Cum hora diei decima ferè ad ſaxa rubra ueniſſet. pro Mil.106.b.Fit obuiam ei Clodius hora ferè undecima,aut non multo ſecus.I.V.72.a.Nonæ ſunt hodie ſextiles,hora nona conuenire cœpiſtis.I.P.82.a.Cū ad te quinta ferè hora ueniſſem.pro Quin.4.b.Vt ad tabulam ſextiam ſibi aßint hora ſecunda poſtridie.I.A.180.a. Ab hora tertia bibebatur.

Horatius Cocles.de L.171.a.

Horizon,tis.finiens . de D.127.b.Illi orbes , qui cœlū quaſi medium diuidunt , & aſpectum noſtrum definiunt, qui à græcis ὀρίζοντες nominantur , à nobis finientes rectiſsimè nominari poſſunt,uarietatem maximam habent, alijq; in alijs locis ſunt.

Horme,es.l. Appetitio,& Appetitus.

Hornotinus,a,um.huius anni.I.V.157. a. Hoc quantum eſt ex Sicilia frumenti hornotini exarauerunt.

Horologium,gij.ſolarium.Ep.265.b.Horologiū mittam & libros,ſi erit ſudum.

Horrendus,a,um.horrificus,horribilis. Tuſc. 175.a. Nihil habet mors quod ſit horrendum.

Horreo,es.cohorreo,formido,timeo.I.V.250.b. Cum eſſes in imperio,iam tum iudicium & crimen horrebas. At.136.a.Ingrati animi crimē horreo.de Or.125.b.Quæ ego cum à te tractantur in cauſis,horrere ſoleo. de Fin.57 a.Horrere diuinum numen.Tuſ.245.a.Horrere & reformidare dolorē.At.134.a.Horrere minas alicuius. de Ar. 252.b.Quod ſacrificium nemo unquam uir aſpicere non horruit. Att.35. b. Hæc dominatio quorſum eruptura ſit, horremus.pro Dom.241.a.b.Horrere animo. Ep. 96.b. Vt ipſam uictoriam horrerem. Q.Fr.296. b . Quare nomen publicani neq; ij debent horrere,qui ſemper uectigales fuerunt.I.A.210.b.Periculoſè dico , quemadmodū accepturi ſitis horreo.de Fin.59. b. Quod ſi qui ſatis opibus hominum ſibi contra conſcientiam ſepti eſſe & muniti uidentur,deorum tamen numina horrent. de N.30.a.Vno tempore florere,deinde uiciſsim horrere terram.

Horreſco,ſcis.perhorreſco.de Fin.152.a.Qui ſibi iniecto terrore mortis horreſcunt.

Horreum,rei.cella.In Ver.151.a.Neque in ſegetibus, neque in areis,neque in horreis. contra Rul. 84 . a. Illi Capuam cellam atque horreum agri Campani eſſe uoluerunt.

Horribilis,le.horrendus,horrificus,formidabilis. At. 96.b.Hæc ſpero falſa,ſed certè horribilia. de Or.107.b. Illud uerò fuit horribile,quod,&c.de Arch.248.a.Exauditus



ditus eſt ſtrepitus quidam reconditus,& horribilis fremitus armorum.At.124.a. Cæſar monſtrum horribili uigilantia,celeritate,diligentia.de Fin.62.a. Horribilis formido.I.C.99.b.Hanc tam tetram, tam horribilē, tam infeſtā reip.peſtē effugimus.pro Fō.281.b.Iratus animus atq; horribilis impetus cuiuſpiā.Ep.77.b.Horribile ac pertimeſcēdum.de Or.143.b.Horribiles & miſeri caſus aliquorū.At. 223.b.Horribile eſt quæ loquantur,quæ minitentur . pro Q.81.a.Horribile eſt cauſam capitis dicere.de Som.128.b. Tum rutilus horribiliſq; terris Mars.

Horridè.aſperè,duriter.Or.199.a.Incultè & horridè dicere uel uiuere.pro Q.10.b.

Horridulus,a,um.Att.21.a. Quanquam illa tua mihi horridula & incompta uiſa ſunt. Orat.211.a. Orationes horridulæ.

Horridus,a,um.incultus,aſper,durus.)(.Nitens,nitidus.pro Q.17.b.Vita horrida atq; arida mihi cordi eſt. Poſt.207.a. Cum eum incultum, horridum,mœſtumq; uidiſſes. de Clar.175.a. Vir ut uita,ſic oratione durus, incultus,horridus.de Clar.170.b.Antiquior eſt eius ſermo, & quædam horridiora uerba . Or.198. b. Aſpera,triſtis, & horrida oratio.de Or.147.b.Oratio de horridis rebus nitida,de ieiunis plena,de peruulgatis noua.de Cl.186.b. Nitens oratio.)(.Inculta,horrida.de D.114.b.Iecur nitidum atq; plenū.)(.Iecur horridum et exile.pro Cæl.44.a.Barba horrida.

Horrifer,a,um.horrificus.Or.211.a.Horriferum portentum.poetæ.

Horrificus,a,um.pro Dom.225.a.Horrificum bellū. & in Arat.

Horriſonus, a, um. In Arat. Et magis horriſonis aquilonis tangitur alis.Tuſc.180.a.Horriſonum fretum.

Horror, oris. metus, frigus, ut in febri. Attic. 122.b. Dij immortales quis me horror perfudit. Attic . 188 . a. Atticam doleo tandiu,ſed quoniam ſine horrore eſt,ſpero eſſe ut uolumus.

Hortenſius,ſij.orator Cic.coæuus.Or.209.a. Dicebat melius quàm ſcripſit Hortenſius.

Hortatio,onis.cohortatio. Q.Fr.298.a. Non hortatione,neq; præceptis,ſed precibus tecum fraternis ago. Ep. 133.b.Quod cum ita ſit,hortatio nō eſt neceſſaria , gratulatione magis utendum eſt.

Hortator,oris.ſuaſor,conſuaſor,autor.de Or.105. a. Cum eius ſtudij tibi & hortator & magiſter eſſet domi. I. A.235.a.Quanquam hortatore non egetis, ipſi enim ueſtra ſponte exarſiſtis ad libertatis recuperandæ cupiditatē Poſt.199.b. Adiutor,autor, hortator ad aliquid agendū. pro S.R.36.b.& Part.233.b.Hortàtor,autor,interceſſor non faciendi aliquid.

Hortatus,tus.hortatio.Ep.217.b. Id feci aliorum conſilio,hortatu,autoritate.

Hortor,aris.adhortor,ſuadeo, ſum autor, cohortor, excito,impello,autoritatē alicui ad aliquid faciendum do, acuo.Ep.204.a.Hæc eò ſpectant, ut te horter & ſuadeā, reliqua ſunt,quæ pertinent ad rogandū.At. 102.a. Ipſum tamen Pompeiū ſeparatim ad concordiā cohortabor.pro Arch.191.a.Quibus auditis eum ad perficiendum hortatus ſum.de Or.95.a.Impellere,exhortari aliquē ad aliquā artem.de Pro.71.a.Hortari milites ad laudem. At.126. b. & Off.1.b.Magnopere te hortor,pro tuo ſingulari perpetuoq; ſtudio,ut,&c. At.111.b.Pacem quidē hortari non deſino. Q.Fr.29.a.Sed quid ego te hæc hortor ? aliter, deeſt,hæc.I.C.99.b.Sin exieris(quod te iam diu hortor) exhaurietur,&c.Ep.54.a.Iiſdem igitur de rebus etiā atq; etiam hortor, quibus ſuperioribus literis hortatus ſum . de Fin.125.b.Te hortor,currentem quidē,ut ſpero.Ep. 256. a.In excitando & acuendo plurimū ualet,ſi laudes eū quē cohortere.Ep.133.b. Quare quid eſt quod ego te horter, ut dignitati & gloriæ ſeruias ? proponam tibi claros uiros,quod facere ſolent,qui hortantur.Ep.256.a. Conſiliū, quod hortandi cauſa laudaui.

Hortulus,li.de N.24.b. Democriti fontibus Epicurus hortulos ſuos irrigauit.pro Cl.25.a. Aſinius autem breui illo tempore quaſi in hortulos iret, in arenarias quaſdam extra portam Eſquilinā perductus occiditur. de Fin. 124. b.Platonis hortuli.

Hortus,ti.et Horti,orū.pro Cæl.45.a.b.Ep.263.b. Phædrum excita,ut hortum ipſe conducat,ſic olitorem cōmouebis.de Sen.89.a.Iam hortū ipſi agricolæ ſuccidiam alteram appellant. Off.63. b. Dictitabat ſe hortulos aliquos uelle emere, quò inuitare amicos , & ubi ſe oblectare ſine interpellatoribus poſſet.pro R.P. 126.b. Deliciarū cauſa uoluptatis quoſdam in hortis aut ſuburbanis ſuis cum mitrella ſæpe uidemus. Q.Fr.320.b. Nunc domus ſuppeditat mihi hortorū amœnitatē. At. 191 .b. Cogito trans Tyberim hortos aliquos parare.de Fin.124.b.In hortis Epicuri,quos modò præteribamus.de N.19.b.

Hoſpes,tis.is apud quem alius diuerſatur, aut qui ipſe diuerſatur apud aliū.de D.123.a.Deiotarū Cæſarem eodē tempore & hoſtem et hoſpitē uidit. Off.76.b . Quanquā tibi hi tres libri inter Cratippi cōmentarios tanquam hoſpites erunt recipiendi.pro Mil.107.b.An uerò tu ſolus ignoras? tu hoſpes in hac urbe uerſaris?pro R. 96.b. Adeó ne hoſpes huius urbis ? adeó ne ignarus es diſciplinæ conſuetudiniſq; noſtræ ? ut peregrinari in aliena ciuitate , nō in tua magiſtratū gerere uideare ? At.93. a. Eſt enim aliquid aduenientem non eſſe peregrinū atq; hoſpitem. contra Rul.85.a.Nos autem iam non hoſpites , ſed peregrini atq; aduenæ nominabamur.de Or. 103.b. Fateor oratorē nulla in re tyronem ac rudem,nec peregrinum atq; hoſpitem eſſe debere.& 92.a.Qui nuper Romæ fuit Menedemus hoſpes meus.pro Deiot.145.a.Per iſtam dextrā, quā hoſpes hoſpiti porrexiſti.Off.28.a.Domus in quā & hoſpites multi recipiendi,& admittenda hominū cuiuſq; generis multitudo.Ep.138.b.Habuiſſes non hoſpitem,ſed cōtubernalem.& 83.a.Ex multis hoſpitibus,qui ad me ex Aſia uenerunt,audiui te,&c.de D.91.a.Diuertere ad hoſpitem.de Fin.125.a.Non antè ad hoſpitem diuerti,quā, &c. ad Her.40.a.Habere hoſpites domi. Epiſt.143.a. & 211. a.Accipere hoſpitem.I.V.89.a.Recipere hoſpites.ad Her. 38.b.Deinde caſu ueniūt hoſpites homini.pro Cl. 52.b. A. Binnius quidam Caupo multorum hoſpitum.

Hoſpita,tæ.I.V. 113.a.Seruilia Dionis hoſpita. & 127. a. At.68.b. At illa,Ego ipſa ſum,inquit,hoſpita.

Hoſpitalis,le.qui libenter hoſpites recipit. Off.46.a. Cimon in ſuos curiales Laciadas hoſpitalis fuit.contra Rul. 75.a.Illa ipſa ſedes hoſpitalis, in quam erit deductus. I. V. 211.a.Non dubitauit illud inſigne penatium hoſpitaliūq; deorum ex hoſpitali menſa tollere. pro Cæl.48.b.Tua hoſpitalis illa Venus.I.V.89.a.Homo,qui ſemper hoſpitaliſſimus amiciſsimuſq; noſtrorum hominū fuiſſet.& 206.b. Domus omnibus apertiſsima & perhoſpitalis . Q.Fr.313. b.Sed non faciā,ut illum offendā,ne imploret fidē Iouis hoſpitalis. pro Deiot.147. a. Si te palàm interemiſſet, Iouis quidē illius hoſpitalis numē nunquam celare potuiſſet. & de Fin.104.a.Iupiter hoſpitalis.

Hoſpitalitas,tis.Of.46.b.Rectè à Theophraſto eſt laudata hoſpitalitas:eſt enim ualde decorum,patêre domos hominum illuſtrium illuſtribus hoſpitibus.

Hoſpitium,tij.diuerſoriũ,familiaritas,amicitia, domus quæ gratis & libenter amicis patet, ſedes hoſpitalis. Ep. 212.a.Cum Lyſone eſt mihi hoſpitium uetus.At.223.a. Pyliæ paratũ eſt hoſpitium.Q.Fr.293.a. Optimum quenq; hoſpitio amicitiaq; coniungi dico oportere. pro Cor. 63. a.Gaditani cum L.Cornelio publicè hoſpitiũ fecerunt. & ibi.b.Facere hoſpitium cũ aliquo.I.V.233.b.Decernunt ſtatim ut L.Fratri hoſpitium publicè fieret. pro S.R.21.a. S. Roſcius florẽs gratia atq; hoſpitijs nobiliſsimorũ hominũ, nam cũ Scipionibus erat ei non modò hoſpitiũ,ſed etiã domeſticus uſus & conſuetudo.I.C.123.b.Pro clientelis hoſpitijsq; prouincialibus.de D.125.a.Cæſar à Deiotaro magnificentiſsimo hoſpitio acceptus eſt.I.A.244.a. Tota familia occurret,hoſpitio inuitabit.pro Deiot.145.a.Tu illius domũ inire,tu uetus hoſpitiũ renouare uoluiſti.pro Dom. 151.a.Deiotarus,quo cum amicitiã reſp.conciliauit,hoſpitium uoluntas utriuſq; coniunxit. I.V.126.b. Renunciare hoſpitium alicui,& domo emigrare. de Or. 130.b. Atqui non nimiũ liberale hoſpitiũ meũ dices,nam te ſimulac,etc. extrudã & eijciã.At.32.b.Te hoſpitio agreſti accipiemus. I.V.113.a.Pro hoſpitio quod mihi cum eo eſt. de Sen. 94. b.Ex uita iſta diſcedo tanquam ex hoſpitio, non tanquam ex domo:commorandi enim natura diuerſorium nobis,nõ habitandi dedit.

Hoſtia,ſtiæ.uictima.de Leg.175.b. Quibus hoſtijs immolandum,cuiq; deo,cui maioribus,cui lactentibus,cui maribus,cui fœminis.contra Rul.85.a.Erant hoſtiæ maiores in foro conſtitutæ,quæ ijs prætoribus de tribunali, ſicut à nobis conſulibus de conſilij ſententia probatis, ad præconem & tibicinem immolabantur.de Leg.173.b.Quæ cuique diuo decoræ gratæq; ſint hoſtiæ prouidendum. de D. 99.b. Hetruſci religione imbuti, ſtudioſius & crebrius hoſtias immolabant. de D.101.a. Cum cenſor populum luſtraret,bonis nominibus,qui hoſtias ducerent eligebantur.pro Fõt.280.a.Humanis hoſtijs deos placare.pro Cl. 58. b.Hoſtiæ cæſæ ad ſcelus perficiendum.de In.74.a.Præbere hoſtias ad ſacrificiũ.At.2.b.Adducere hoſtias ad montem Albanum.

Hoſtienſis,ſe.pro Pom. 10.a.b. Nam quid ego hoſtienſe incommodum querar? At. 194. pro Mur.128.

Hoſtilia curia Romæ.de Fin.124.

Hoſtilis,le.inimicus,infeſtus.de In.61.b. Hoſtili in terra turpiter iacuit inſepultus. At.275.a.Hoſtilis animus in remp.Item:Ea in hunc hoſtili odio eſt.pro R.95.b. Homo hoſtilem in modũ ſeditioſus.Of.75.b.Pactiones bellicas & hoſtiles perturbare. Antequã.192.b.Hoſtilis ciuium mẽs. de Pro.70.a.Hoſtilem in modum uexari.

Hoſtiliter.hoſtilem in modum,inimicè,infeſtè,iniquo animo. I.A.199.a. Quid ille fecit hoſtiliter, quod hic non faciat?

Hoſtis,ſtis.perduellis,inimicus, qui contra arma fert, qui bellum reip.indixit.Of.8.b. Equidem illud etiam animaduerto,quod qui proprio nomine perduellis eſſet,is hoſtis uocaretur,lenitate uerbi triſtitiam mitigante:hoſtis enim apud maiores noſtros is dicebatur,quem nunc peregrinum dicimus.I.V.112.a.& 116.b.Verres communis hoſtis omnium prædoq; fuit.I.A.263.a. Hircius hoſtes proſtrauit,fudit,occidit. pro Dom.226.a.Iſte nõ hominibus, ſed uirtutibus hoſtis ſemper fuit.I.A.172.b.Quis tam dijs hominibusq; hoſtis? qui auderet,&c. Off. 46.a. Eumq; qui faciat,communem hoſtem tenuiorum putant. de Fin. 131.a.Quotienſcunq; dicetur malè de ſe quis mereri, ſibiq; eſſe inimicus atq; hoſtis.I.V.120.b.Ille aſpicere te nõ poſſet,inimicus & hoſtis eſſet.de In.61.a. Inimicis atq; hoſtibus ea diſplicent.pro Mil.109.a.& de Am.103.b.Cn.Põpeius Clodij hoſtis.At.248.a. Ex eo ſibi illum hoſtem: id eſt,inimicum.Ep.42.b.Si tibi, cui ſum amiciſsimus, hoſtis eſſem,placarer tamen,&c. I.V.119.a. Hoſtis nimis ferus & immanis.I.C.105.a.Hoſtis tam capitalis.

Huc.Ep.8.a.Huc te pares,hæc cogites,ad hæc te exerceas.I.C.105.a.Rem huc adduxi,ut,&c.Of.20.a.Pars, quæ hominem huc et illuc rapit.de Or.100.a. Aliquem erectũ & celſum huc atq; illuc intueri. At.143.b. Ne curſem & huc & illuc deterrima uia.

Huccine. I.V.269.a. Huccine tandem omnia reciderunt?

Hui.admirantis et optantis interiectio. At.95.b.Videbã ſermones,hui fratrẽ reliquit.& 73.b.Hui totiẽs ne me literas dediſſe Romã,cũ ad te nullas darem? At.216.b.Hui ſi ſcias quanto periculo tuo,etc.& 250.b.Sed quis hui non dicat? Ep.124.a.Hui uereor ne,&c.Ep.254.b.Hui quàm uelim ſcire,utrum, &c.

Huiuſmodi.id genus,huius exempli.de Leg.579.a. Ep. 233.b.Nec miror,ſed mœreo caſum huiuſmodi.Top. 224. b.Et cætera generis eiuſdẽ.At.207.b.Antea orationes aut aliquid id genus ſcribebam.

Humanè.humaniter.At.249.b.Seſtius quod Puteolis proſequitur,humanè,quod queritur,iniuſtè.& I. A.255. a.At.201.b.Feciſti humanè.

Humanitas,tis.humanam naturam,uel ipſam naturã hominum & ſpeciem ſignificat.pro S.R.28.b. Magna eſt enim uis humanitatis,multum ualet communio ſanguinis, reclamitat iſtiuſmodi ſuſpicionibus ipſa natura,&c. pro Flac.151.a. Tamen ciuis à ciuibus communis humanitatis iure ac miſericordia deprecarer,ne,&c.pro Syl.179.a.b. Peterem ueniam errato meo ex intimis ueſtris cogitationibus, & ex humanitate communi.pro Quint. 9. a. Hæc in homines alieniſsimos, denique inimiciſsimos, uiri boni faciunt,& hominum exiſtimationis, & communis humanitatis cauſa, ut cum ipſi nihil alteri ſcientes incommodarint, nihil ipſis iure incommodi cadere poſsit. pro Dom. 232.b.Tam amans tuorum ac tui,quàm communis humanitas poſtulat.

Humanitas.facilitas,lenitas,placabilitas, manſuetudo, comitas,urbanitas,ſuauiſsimi mores,benignitas, manſuetudo morum ac facilitas,ſuauitas ſermonum atq; morum, lepos,altitudo animi quæ dicitur.Ep.61.a.Cognoſce nunc humanitatem meam,ſi humanitas appellanda eſt in acerbiſsima iniuria remiſsio animi ac diſſolutio.Ep.57.a. Obtinemus ipſius Cæſaris ſummam erga nos humanitatẽ. Att. 104.a.b.Tyronem propter humanitatem et modeſtiã malo ſaluum,quàm propter uſum meum. At.68.b. Humanitas in meo iudicio illo die defuit.de Or.87.a.Tanta in Craſſo humanitas fuit,&c.Q.Fr.294.b. Clementia,manſuetudo,humanitas.pro S.R.25.b.Natura tibi dedit, ut humanitatis non parum haberes. Quin.Fr.295.a.Nos ei generi hominum præſumus,non modò in quo ipſa ſit, ſed etiã à quo ad alios perueniſſe putatur humanitas. & ibi. Tribuere humanitatẽ alicui.At.261.b.Tua ſingularis humanitas ſuauiſsimiq; mores.Off.18.a.In liberis uerò populis & in iuris æquabilitate exercenda etiam eſt facilitas, & altitudo animi quæ dicitur,ne ſi,&c.& 36.b.Tantaq; pœna eos afficiamus,quantum æquitas humanitasq; patitur. de Or.



de Or.139.a.Nullum eſt uitæ tempus,in quo non deceat lepôrem humanitatemq; uerſari. pro Mur. 139.b. Nemo Catone proauo tuo commodior,comior, moderatior fuit ad omnem rationem humanitatis. pro Syl. 182.b.Tamẽ humanitate adductus eum defendit. pro Syl. 85. a. In ueſtra manſuetudine atq; humanitate totam cauſam repono. de Leg.184.a. Difficillima illa ſocietas grauitatis cum humanitate. Ep.199.b. Vt ſumma ſeueritas ſumma cum humanitate iungatur.& 214.a.Facilitas & humanitas tua. & 6.b.Off.13.a.Non modò id uirtutis non eſt, ſed potius immanitatis,omnẽ humanitatẽ repellentis. de Am.109.a. Amicitia remiſsior eſſe debet, & liberior, & dulcior, & ad omnem comitatem facilitatemq; procliuior. de Or.116 b.Quorum alterum diuinitatis mihi cuiuſdam uidetur, alterum humanitatis.de D.125.a.Placet igitur humanitatis expertes,habere diuinitatis autores?

Humanitas.pro ea quã græci παιδείαν uocant,nos eruditionem etiã & doctrinã appellamus.de Or.115.a. Homo non hebes,neq; inexercitatus,neq; communium literarum & politoris humanitatis expers. Q.Fr.295.b. In uirtute atq; humanitate percipiẽda.pro Arch.165.b.Omnes artes,quæ ad humanitatem pertinent,habent quoddam cõmune uinculum,& quaſi cognatione quadam inter ſe continẽtur.pro Arch.186.a.Artes,quibus ætas puerilis ad humanitatem informari ſolet. Q.de Pet.210.a.Deinde habebis tecum ex iuuentute optimum quenq; & ſtudioſiſsimũ humanitatis.Ep.262.b.Literæ & humanitas.de Or. 122. a.Vir humanitate politus.& 107. b.In omni recto ſtudio atq; humanitate uerſari. I.V.223.a.Tu ſine ulla arte, ſine humanitate,ſine ingenio, ſine literis ſolus iudicas? pro Mur.138.b.De ſtudijs humanitatis.pro Arch.188.b. Hæc ſtudia adoleſcentiam agũt,ſenectutem oblectant, ſecundas res ornant,aduerſis perfugium & ſolatium præbent, delectant domi,non impediunt foris,pernoctant nobiſcum,peregrinantur,ruſticãtur.pro Cæl.42.a.Studium doctrinæ atq; humanitatis.& ibid. Adoleſcens humaniſsimus & doctiſsimus.& ibid. a. Qui in hac ſuauitate humanitatis,qua propè iam delectantur homines,uerſari periucundè ſolet.

Humaniter.humanè,benignè.Quin.Fr.306.b.Sed fecit humaniter Licinius,qui ad me uenit.Ep.95.b.Humaniter uiuere.At.2.a.Sin aliter acciderit,humaniter feremus.At. 228.b.Si humaniter,& ſapienter,& amabiliter in me cogitare uis.

Humanitus.humano more,ut ſolet,ut ferè fit.I.A.154. b.Si quid mihi humanitus accidiſſet,multa autem impendêre uidebantur,præter naturam,præterq; fatum.

Humanus,a,um.affabilis,benignus,comis,blandus, cõmodus,urbanus,cuius uita lenior, mores ſunt faciles. de Som.129.a.Qui in uita humana diuina ſtudia coluerũt.et 128.a.Ne munus humanum aſsignatum à deo defugiſſe uideamini. de D. 80.a.Gens humana atq; docta.)( Immanis atq; barbara. At.263.b.Vir facillimus atq; humaniſsimus.de Sen.89.b.Comes,benigni,faciles,ſuaues homines, qui,&c.& ibi.Cyrum omnibus in rebus comem erga Lyſandrum & humanum fuiſſe.de Or.87.b. Homines à fera agreſtiq; uita ad humanum cultũ ciuilemq; deducere. pro S.R.28.b.Aliquis humana ſpecie ac figura,qui immanitate beſtias uicerit. At.247.b.Sed humana ferenda.& 244. a.Sed hæc quidem humana.& 211.a.Poſſum falli ut humanus.& 188.b.Tuus dotor humanus is quidem eſt. I.V.223. a.Homo doctiſsimus atq; humaniſsimus.Part. 231.b. Animus humanus ac liberalis. Tuſc. 234.b. Humanus animus. Off.25.a.Humanum genus.& de Fin.107.a.

Humatio,onis.ſepultura.Tuſ.170.b. Aliquid etiam de humatione & ſepultura dicendum exiſtimo.

Humatus, ta, tum. ſepultus. de Leg. 181.b. Et quod nunc communiter in omnibus ſepultis eſt, ut humati dicantur,id erat proprium tum in ijs, quos humus iniecta contegeret.

Humerus,ri.ceruices.de N.58.a.In bobus uires humerorum & latitudines ad aratra extrahenda. Tuſc.182.a.Nã ſcutum, galeam,gladium in onere noſtri milites non plus numerant, quàm humeros,lacertos,manus.I.V.217. a. Sagittæ pendebant ab humero. Sal.in Cic.271. b. Italia Ciceronem exulem humeris ſuis reportauit. de Or.104.b.Cum Galba pupillum penè in humeros extuliſſet. de Sen. 83. a. Cum humeris bouem ſuſtineret uiuum. pro Mil. 206. a. Clodius totam petitionem ſolus gubernat, & humeris ſuis ſuſtinet. de Ar.258. a. Vix hæc innixa in noſtris humeris cohærebunt.pro Fl. 164.a. Reſpub.quam uos uniuerſam in hoc iudicio ueſtris humeris,ueſtris inquam humeris iudices ſuſtinetis.pro Dõ.242.a. Remp.in hac cauſa ueſtris ceruicibus ſuſtinetis.

Humidus,a,um. quod humorem habet. Tuſc. 150. b.Terrena & humida ſuopte nutu in terrã feruntur.de N. 66.a.Natura animantis uel terrena,uel ignea, uel animalis, uel humida. I. V. 85. a. Ignem ex lignis uiridibus atque humidis fieri iuſsit. In Arat. Humida aurora.

Humifer,a,um.de D.83.a.Naribus humiferũ duxere ex aëre ſuccum.poetæ.

Humilis,le.contemptus,abiectus,demiſſus,ſummiſſus. Tuſc.235.b. Vites,& ea quæ ſunt humiliora,neq; ſe tollere à terra altius poſſunt.de Leg.158.b.Quæ & conſcripta ſunt à multis,& ſunt humiliora quàm ea, quæ à uobis expectari puto. de Am.102.a.Qui ſuas cogitationes omnes abiecerunt in rem tam humilem tamq; contemptam. Poſt.206.a. Aliquorum mentes anguſtæ & humiles. de Am.101.b. Humilis ſanè & minimè generoſus, ut ita dicam,ortus amicitiæ. pro Arch.187.b.Homo mediocris,& aut nulla,aut humili aliqua arte præditus. At.229.b.Semper ſtatui,non eſſe inſectandos inimicorum amicos, præſertim humiliores. pro Quin.18.a.Indignum eſt uinci ab inferiore atq; humiliore.de Am.109.b. Qui parentibus nati ſunt humilibus.I.A. 176.a. Quis unquã apparitor tam humilis,tam abiectus? At.36.a. Vt ille tamẽ humilis, ut demiſsus erat. de Or.190.a. Verbum durum,inſolens, & humile. Or.215.b.Oratio humilis,abiectaq;.)( Alta & exaggerata.de Cla.166.b.Nemo eſt tam humilis,quin, &c. At.121.b.Nunquam ego cuiquam tam humili, tam ſordido,tam alieno,tam præciſè negaui. de Fin.59.a. Humilis & imbecillus animus. de In.47.a. Humilis ac ſupplex precatio.& 61.b.oratio. Or. 215. a. Demiſſus & humilis ſermo.pro Fon. 280.b. Animus demiſſus atq; humilis. Orat.203.b.Summiſſus & humilis.I.V.69.b.Humilis atque demiſſus.)( Alacer & lætus. Attic.142.a. Vir humilis.)( Vir ampliſsimus. de D. 98.b.Humilis & obſcurus uir.)( Clarus & præſtans.de In.43.a.Humilis & infirmus homo.de Fin.153.b.Qui altiore animo ſunt,nihil abiectũ, nihil humile cogitant.pro Plan.269.b.a.Fracto animo atque humili ſupplicare alicui.

Humilitas,tis.abiectio,contemptio,ignobilitas.Tuſ.241 b.Sidera inter ſe altitudine & humilitate diſtantia. de D. 127.a.Docet enim ratio Mathematicorum, quanta humilitate luna feratur,terram prope contingens. de N. 50.a. Atq; etiam aliorum ea humilitas eſt, ut cibum terreſtrem roſtris facilè contingant, quæ antè,&c. Tuſ.234.a. Ade-

rit paupertas,ignobilitas,humilitas.pro Cl.40.b.Humilitas hominis:id eſt,ignobilitas.Tuſ.196.b. Habet ardorē libido,humilitatem metus.pro S.R.41.a.Humilitatem cū dignitate de amplitudine contendere. Antequam.195.a. Obijcere humilitatem generis alicui.I.A.251.a. Deſpicere humilitatem alicuius.pro Q.1.b.Nihil humilitatem cuiuſquam uirtus iudicis conſoletur.de Orat.104.b. Hæc Rutilius ualde uituperabat,& huic humilitati dicebat mortem anteponendam.Off.42.a.Quorum prima ætas propter humilitatem et obſcuritatem in hominū ignoratione uerſatur.de In.62.a.Humilitas & obſecratio.

Humiliter.demiſsè,ſummiſsè,humili animo imbecilloq́; Tuſc.233.a.Elatè & amplè loqui.)( Humiliter & demiſsè ſentire.

Humo,as.ſepelio.de D.92.a.Simonides quendā mortuū uidit,eumq́; humauit.de N.71.a.Is fulmine percuſſus dicitur humatus eſſe cynoſuris. de D.98.b. Locus in quo quis humatus eſt.de Or.141.a.Quos cum humare uellent,non potuerūt obtritos internoſcere. Tuſ.155.b.Corporibus in terram cadentibus,iiſq́; humo tectis,ex quo dictum eſt humari.Tuſ.172.a.Magorum mos eſt,nō humare corpora, niſi à feris ſint antè laniata.

Humor,ris.aqua,liquor.de N.65.b. Humor ita mollis eſt,ut facilè comprimi collidiq́; poſsit.de N.37.b. Neq; dij his eſcis potionibuſq́; fruuntur,ut aut nimis acres, aut nimis concretos humores colligant. de D.120.b. Et humor allapſus extrinſecus,ut in tectorijs uidemus,auſtro poteſt ſudorem imitari.de N.34.a.Aſtra terrenis mariniſq́; humoribus longo interuallo extenuatis ali.& 29.b. Humor & calor,qui eſt infuſus in corpore. & ibi.Aliud ab humore ſumpſimus.et 31.a.Frigoribus dureſcit humor. & 55.a. Nares habent humorem.

Humus,mi.terra,gleba,tellus.de Sen.89.b.Humus ſubacta atq; pura.de Leg.181.b. Quos humus iniecta cōtegit. Corpora humo tegere.l.Humo.de Or.144.b.Hoc uidetur eſſe altius, quàm ut id nos humi ſtrati ſuſpicere poſsimus. I.C.102.b.Iacêre humi.

Gyades,dū.quinq; ſtellæ in capite tauri.de N.48.a. Has græci ſtellas hyadas uocitare conſueuerunt, à pluendo, ὕειν enim eſt pluere:noſtri imperitè ſucculas,quaſi à ſuibus eſſent, non ab imbribus nominatæ.

Hyberna,orum.loca in quibus milites hyemare ſolent,et hyeme conquieſcere.de Pro.70.a.Quò ille cohortes in hyberna miſit.I.P.98.b.Cum hyberna legato præfectoq́; tradiſſes,euertiſti miſeras ciuitates.Ep.245.b. & 100.a. & 165.b.Exercitum in hyberna admiſi.

Hyberno,as.hyemo.pro Pom.11.a. Iam uerò quomodo milites hybernent, quotidie ſermones proferuntur. Ep.103.b.Vbi ſis hybernaturus, & qua ſpe aut conditione,ſcire uelim.

Hybernus,na,um.hyemalis.I.V.240.b.Temporibus hybernis ad magnitudinem frigorum præclarum ſibi hoc remedium comparat.At.248. b. Hyberna nauigatio odioſa eſt.I.V.241.a.Hyberni menſes. In Arat. * Hyberna nox. de Sen.86.b.Ignis hybernus.

Hyblenſes.pop.I.V.169.b.Iam uerò ex hyblenſiū pactionibus intelligetis,&c.

Hydra, dræ.excetra,anguis. In Arat. Hydra tenet flexu craterā,coruus adhæret.de N.48.b. Hic ſeſe infernis è partibus erigit hydra. de Or.115.a. Hercules cum pelle & hydra.

Ὑδραυλις. muſicum inſtrumentum,quod organon uocant,et Athenæus docet. Tuſ.199.b. Ὑδραύλεως hortabere ut audiat uoces potius quàm Platonis?



Hydria,driæ.urna.I.V.118.a.Hydriæ argenteæ ſcyphi complures.I.V.134.a.Vt quot eſſent renunciati,tot in hydriam ſortes conijcerentur.

Hydruus,tis.locus.At.248.& 254.Ep.259.

Hyemalis,le.hybernus.de D.115.a.Arboreſq́; ut hyemali tempore,&c.tempeſtiuè cædi putant.Ep.92.b. Nauigatio hyemalis, & minimè portuoſa. Tuſ.243.b. Nudi hyemalem uim perferunt.

Hyemo,as.hyberno.Ep.99.b.Cupio ſcire ubi ſis hyematurus. I.V.224.b. Vbi pyratæ quotannis hyemare ſolent. Attic.80.b.Non ſpero te iſtic libenter hyemare. pro Fon.277.a.Cn.Pompeius hyemauit in Gallia. Att. 81. a. Hoſtes hyemant in Chireſtica. Attic.252.a.Quoniam ſcribis hyematurum te in Epiro.& 89.b.Facies me certiorem quomodo hyemaris.

Hyems,mis. hybernum tempus, hyemale tempus, uis frigorum,durum anni tempus. I.V.220.a. Erat hyems ſumma,tempeſtas perfrigida,imber maximus. I.A.221.a. Non illum uis hyemis retardauit, quo minus, &c. pro Rab.129.b.Hanc uim frigorum hyememq́;, quam nos uix huius urbis tectis ſuſtinemus, excipere.de Sen. 86. b.Refrigeratio in æſtate, & uiciſsim in hyeme,aut ſol,aut ignis hybernus.pro Plan.280.a.Nam maritimos curſus præcludebat hyemis magnitudo. de Diuin.99. b. Arabes campos & montes hyeme & æſtate peragrant. Quint.Frat. 309.a. Nunc eſt hyems. Att.165.b. Duro anni tempore, id eſt,hyeme. pro R.P.129.b.Hyeme omnia bella iure gentium conquieſcunt.

Hymnis.dis.poema. de Fin. 69.Vt illud in ore habeant ex hymnide.

Hymettus.mons in Attica.de Fin.88.a.Vel ſe ex Hymetto afferre uoluiſſe diceret.

Hypallage,ges.metonymia.Or.205.a.Hypallagen Rhethores,quia quaſi ſummutantur uerba pro uerbis, metonymiam Grammatici uocant.

Hyperatticus.ualde Atticus,nimis Atticus,& ἀττικώτατος,id eſt,atticiſsimus,ut ita dicam.At.238.a.Quanquā uereor ne cognomine tuo lapſus, hyperatticus ſis in iudicando,&c.

Hyperbole,les.ſuperlatio,exuperatio.Top.224.b.In hoc genere conceſſum eſt,ut aliquid,quod fieri nullo modo poſsit,augendæ rei gratia dicatur, aut minuendæ, quæ hyperbole dicitur,& multa mirabilia alia.Or.209.b. Sæpe ſuprà feret,quā fieri poſsit.At.82.a. Ὑπερβολικῶς. Q. Fr.316.b.Non dico ὑπερβολικῶς. At.9.a.Exemplum hyperboles.& l.Lamentatio.

Hyperborei,orum.populi in extrema Scythia.de N.71. a.Apollinem ex hyperboreis ferunt adueniſſe.

Hypanis.fl.Tuſ.168.

Hyperion,onis.pater ſolis.de N.70.b.

Hypodidaſcalos. qui ſub primario magiſtro, ſecundo loco in ſchola docet,quem coadiutorem uulgò uocant.Ep. 138.a.Sella tibi erit in ludo tanquam hypodidaſcalo proxima,eam puluinus ſequetur.

Hypomnema,tis.commentarium. Ep.265.b.a. Cic. filius.

Hypomnematiſmos.l.Monimentum.

Hyponacteus,a,um.ut hyponacteus ſenarius, ab Hyponacte inuetore.Or.216.b.

Hypotheca,cæ.pignus.Epiſt.224.b. Præterea Philoties Alabandenſis ὑποθήκας Cluuio dedit.& paulo infrà. De hypothecis decedere,& eas alteri tradere, aut pecuniam ſoluere. Attic.33.a. Pro documentis & præceptis poſitum.



Hypotheſis,ſis.materia,argumentum, genus quæſtionis. Top.227.b. Quod græci ὑπόθεσιν uocant,nos cauſam.At.236.b. Ὑπόθεσιν hanc habent, eamq́; præ ſe ferunt:Clariſsimum uirum interfectum, rempublicam perturbatam. At.9.a. Ὑπόθεσις & materia idem. l. Cauſa & quæſtio.

Hyrcania.regio.Tuſ.172.

Hyſteron proteron. conuerſo ordine. l. Reſpondeo.

## I A

I Litera,iota.de Or.147.a.Quare Cotta noſter,cuius tu illa lata Sulpiti nonnunquam imitaris,ut iota literā tollas,& e pleniſsimū dicas,non mihi oratores antiquos,ſed meſſores uideris imitari.

Iacchus.id eſt,Bachus.I.V.231.b.Vt ex marmore Iacchum,aut,&c.

Iacens,tis.cubans,abiectus.I.A.240.a.Si iacens id nobiſcum ageret,audirem fortaſſe.& de Or.189.a.Cum uerba iacentia ſuſtulimus è medio.& de Ar.255.b. Homo afflictus & iacens.de Am.107.a. Animum abiectum & iacentem erigere.

Iaceo,ces.proſtratum & abiectum eſſe,non honorari, nō coli,ſqualere.)( Vigeo,floreo.I.V.262.a. Mater mihi ad pedes miſera iacuit.& pro Quin.18.a.Illi quorum ſæpe ac diu ad pedes iacui ſtratus,obſecrans,&c. Q.Fr.312. a.M.Furius ad pedes uniuſcuiuſq; iacens. I.A.196.a.Cum pater Curio mœrēs iacebat in lecto. I.C.102.b.Iacere humi.I.A.227.a.Qui in pace iacêre,quā in bello uigere maluit. Off.67.b.Cū C. Marius ſeptimū annū poſt præturā iaceret.I.V.97.a.Abſens nō in obliuione iacuiſſet. de Or. 114.a.Eodē ſilentio multa alia officia oratorū iacuerunt. Ep.72.b.Quod priora tēpora in ruinis reip.noſtris iacuerunt.Tuſ.148.b.Iacent ea ſemper, quæ apud quoſq; improbantur.pro Mur.12.a. Multi uiri antiqui his recentibus Marijs commemorandis iacebant.At.115.b.Cn.autem noſter(ô rem miſeram)ut totus iacet.et 157.a.Iacet in mœrore meus frater.I.P.98.b.Iacere in ſordibus ac luctu.pro Q.R.50.b.Nunc iacent precia prædiorum.Off.121.a. Cū leges in ciuitate nihil ualebant,cum iudicia iacebant.de D. 130.b.Iacet igitur tota concluſio.At.116.b. Quod quæris quid hic agatur,tota Capua & omnis hic delectus iacet. pro Q.R.46.a. Cur tandiu iacet hoc nomen in aduerſarijs? & 45.b. Quomodo tibi tanta pecunia extra ordinem iacet?

Iacio,cis,ieci.immitto,obijcio.pro Quin.2.a. Cum etiam aduerſarius telum nullum iecerit. pro Cecin.296.b. Iacere ſaxa. pro Mil.109.b.Iacere lapides. Att.150.b. Ab utroque portus cornu moles iacimus. pro Syll.171.a. Iacere contumeliam in aliquem. Parad.121.a. Iacere & immittere iniuriam in aliquem. pro Plan.265.a. Iacis adulteria. Orat.205.a. Iacere ac mittere ridicula. Part. 234.a. Deinde id quod proponendum fuit, iacit ad extremum. contra Rul.73.b. Hunc quaſi gradum quendam, atque aditum ad cætera iactum uidetis. pro Flac.147.a. Niſi fortè cui cauſæ fundamenta iaciuntur non uidetis. Epiſt.12.b. Caſus quidam iecit caput meum in mediam contentionem diſſenſionemq́; ciuilem. pro Muren.147 b.Quæ eſt unquam iacta non ſuſpicio, quæ, &cæt. ſed iracundiæ uox aut doloris? pro Seſt.13.a. Ieciſſem me potius in profundum, quàm, &c. de D.117.b. Iupiter in medium mare fulmen iecit. Attic.38.a. Iacere atque denunciare non mediocres terrores.& 249.a.Sed tamen nonnullos interdum iacit igniculos uiriles.



Iactatio, onis oſtentatio, aura, commotio, agitatio. Orat.198.a.Eloquentia forenſis iactationem habuit in populo. pro Cluen.37.b.Cum homines ſe non iactatione populari, ſed dignitate atque innocentia tuebantur. de Ar. 253.b. Atque hic eſt primus aditus ad iactationem popularem.de Pro.77.a.Si ex illa iactatione curſuq́; populari, bene geſta repub.referunt aſpectum in curiam. pro Mar. 124.b.Ex magna iactatione maris terram intuens.Orat. 204.b.Actio modica iactatione corporis. Tuſc.213.a.Iactatio eſt uoluptas geſtiens & ſe efferens inſolentius. Ep. 177.a. Iactatione uerborum & denunciatione periculi terrere aliquem.

Iactatus, ta, tum. exercitatus, uerſatus, agitatus. de Orat.91.a. Declaratur utrum in hoc declamatorio ſit opere iactatus. pro Muren.190.a. Res peruulgata atque in manibus iactata & excuſſa. pro Quint.2.a.Aequitas multis iniurijs iactata atque agitata. & 18.a.Multis uexatus contumelijs, plurimis iactatus iniurijs.

Iacto, tas. agito, impello, equito, ebullio, magnificè loquor,glorior,uerbis me locupletem facio, gloria me & prædicatione effero,me oſtēto,de me prædico.de In.74.a. Cū nautæ aduerſa tempeſtate in alto iactarentur.pro Plā. 262.b. Si quando iactor in turba, non illum accuſo,qui, &c. pro S.R.30.a.Iactari fluctibus. de Clar.184.a. Iactare ſe: id eſt, frequenter mouere & agitare. I.C.103. b. Cum æſtu febriq́; iactantur. de Orat.99.a. Iactare ſe in cauſis Centumuiralibus. Quint.Frat.326.a.Forenſi labore iactor. pro Flac.156.b. Cum ipſe ſe in illa ratione iactaret. de Orat.138.a. Iactare haſtas leniter. & Tuſcul.183.b. de D.93.a. Exultare immoderateq́; iactari.pro Plan.261.a. Qui in hac tēpeſtate populi iactamur & fluctibus.Epiſt.5.b.Pompeius clamore cōuicioq́; iactatus eſt. de Arat.252.a. Cum ardentes faces in uicinorum tecta iactas. I.V.158.a. Ne putemus patronum tuum in hoc crimine ceruiculam iactaturum, & populo ſe ad coronam daturum. I.C.121.a. & Attic.6.a. Iactantur enim uoces, quæ perueniunt ad aures meas. pro Seſt.14. b. Iactare & opponere terrorem alicui. pro Quin.8.a. Minas iactare, pericula intendere, formidines opponere. Epiſt.116.a. Legem uiariam alimentariamq́; iactauit. I.C.108.b. Qui ſe inſperatis pecunijs ſumptuoſius inſolentiuſq; iactant. de Orat.128.a. Superioribus inuidetur ſæpe uehementer,& eo magis,ſi intolerantius ſe iactant. de Orat.130.b. Miſeros illudi nolunt, niſi ſi ſe fortè iactant. pro Flac.156.a. Is ſe uerbis locupletem facit, cum habeat nihil. Attic.136.a. Is ad me uenit nihil niſi claſſes loquens & exercitus: irripiebat Hiſpanias, tenebat Aſiam, &c. I.V.210.a. Iactare ſe de aliqua re.& 209.a. & Att.28.a. ad Heren.30.b. Hic qui ſe magnificè iactat atque oſtentat. Off.28.a. Deforme eſt, de ſe ipſo prædicare, falſa præſertim, & cum irriſione audientium imitari militem glorioſum. Attic.22.a. In eoq́; ſe in concione iactauit,nihil ei noui accidiſſe.Off.67.b.Iactabatur enim temporibus illis nummus.

Iactura, ræ. damnum. Attic.196.a. Si qua etiam iactura facienda ſit in repræſentando. & 84.b. Prouincia ſumptibus & iacturis exhauſta. Att.208.a. Tu illam iacturam feres æquo animo. pro Flac.148.b.Quæ iactura, qui ſumptus. Att.23.a. Fuit tamen retinendi ordinis cauſa facienda iactura.& 251.b. Cum tanta ſit nobis iactura

facta iuris. Ep.50.b. In unius mulierculæ animula iactura facta eſt. de Fin.81.b. Facere iacturam rei familiaris. pro Plan.260.a. Non ſolum huius dignitatis iactura facienda eſt, ſed, &c. & 270.b. Quos dicis iacturam ſuarum tribuum feciſſe. de D.115.b. Concedam hoc ipſum ſi uis, & ſi magnam iacturam cauſæ fecero. Off.70.a. Equi precio ſi iacturam facere.

Iactus, tus. coniectus. I.C.115.a. Fulminum iactus. & de D.117.a.

Iaculor, aris. iacio, telum conijcio, telum emitto, immitto, telum in corpus immitto. Of.42.a. Quo in bello magnā laudem conſequebare, equitando, iaculando, omnia tolerādo. de D.133.b. Quis eſt enim, qui totum diem iaculans nō aliquando collineet?

Iaculum, li. telum. Tuſ.170.b. Solem præ iaculorū multitudine et ſagittarū umbra nō uidebitis. de Fin.111.a. Si Annibal ad portas ueniſſet, murumq; iaculo traieciſſet.

Ialyſus, ſi. ſolis apud Rhodios nomen, qui & Camirus, & Lindus dictus eſt. de N.70.b. Quartus ſol is, quem heroicis temporibus Acantho Rhodi peperiſſe dicitur, Ialyſum, Camirum, Lindum. I.V.231.b. Or.197.a. At.36.a. Legitur etiam Hialyſus.

Iam. At.2.b. Nuper quidem cum te iam aduentare arbitraremur, repentè abs te in menſem Quintilem reiecti ſumus. At.4.a. Domum Rabirianam Neapoli, quā tu iam dimenſam & exædificatam animo habebas, M. Fonteius emit H S.CCCXCIII. de D.85.b. Iam quid ego commemorem, &c. I.V.79.a. Iam illo tempore, cum, &c. Ep.27.a. Iam ab illo tempore cum ueniſti in Italiam. Orat.216.b. Iam à principio uidendum eſt, &c. pro Cor.61.a. Iam à principio Romani nominis. de Or.88.b. Iam ab illo fonte & capite Socrate. Ep.17.a. Iam à prima adoleſcentia. de Or.101.a. Iam inde ab adoleſcentia. de Pro.75.b. Iam inde à principio huius imperij. de N.50.b. Iam inde ab ortu. Or 208.b. Exercitatio iam inde ab Ariſtotele conſtituta. pro Fl.157.b. Patronus alicuius iam inde à patre atq; maioribus. in Vat.31.b. Ac tibi iam inde præſcribo, ne, etc. de D.80.a. Iam uſq; ab heroicis temporibus. Epiſt.27.a. Iam illo tempore, cum, &c. pro Mur.143.a. Omnia quæ per hoc biennium agitata ſunt, iam ab eo tempore, quo L. Catilina conſilium iniuit, &c. in hoc tempus erumpunt. Ep.60. & 59.b. & 124.b. Iam illud, &c. I.A.164.a. Iam illud cuius eſt non dico audaciæ, ſed ſtultitiæ? cliui Capitolini mentionem facere? de In.70.b. Iam iura legitima ex legibus cognoſcere oportebit.

Iam antea. At.263.a. Iam antea petiui abs te, &c. & Of.38.a. Iam antea, &c.)( Poſt uerò, &c.

Iam iamq;. At.115.a. Illum ruere nunciant, iam iamq; adeſſe. & 257.b. Iam iamq; uideo bellum. Tuſ.151.a. Cogitādum eſt iam iamq; eſſe moriendum. de Fin.100.a. Iam iam qúe poſſint emergere. At.195.a. Eadem quotidie, quæ iam iamq; contrita ſunt.

Iambus. pes in carmine, prima conſtans breui & ultima longa. de Or.159.b. Nam cum ſint numeri plures, Iambum & Trochæum frequentem, &c. de N.78.b. Hypponactis Iambus.

Iambicus numerus. Or.215.b.

Iam nunc. At.5.a. Hermæ tui pentelici cum capitibus æneis, de quibus ad me ſcripſiſti, iam nunc admodum delectant. I.V.61.b. bis. Iam nunc, pro iam tunc.

Iampridem. iandiu. At.178.b. De fundo Frunſinati redimendo iampridem intellixiſti uoluntatē meā. Ep.44.a. Nihil iam ſum pridem admiratus magis. At.25.a. Cupio equidem, & iampridē cupio Alexandriā uiſere. & Ac.39.a. Iam pridem inſtitui, &c. Or.206.b. Nam in me quidem iampridem effectum eſt quod futurum fuit. Ep.43.b. Alter iam pridem princeps iuuentutis, celeriter, ut ſpero, ciuitatis. I.V.69.a. Iampridē de tempore non ita remota. et 68.a. & 75.a. & de breui tempore. 68.b.

Iam tum. cum etiam, adhuc. At.6.a. Quæ iam tum cū aderas, offendere eius animum intelligebam. pro Cl.40.a. Qui omnes in iudicijs publicis iam tum florente repub. floruerunt.

Iam uerò. de Or.116.a. Iam uerò narrationem quod iubent ueriſimilem eſſe, rectè nos admonent. pro Pom.9.b. Iam uerò uirtus Cn. Pompeij, &c. de Cla.189.a. Orator probabilis, iam uerò etiam probatus, &c. I.V.132.b. Iam uerò priuatim plurimi, & cæt. de Clar.170.a. Iam uerò Origines eius, &c. I.V.68.b. Cuius, &c. ſimul, &c. iam uerò, &c.

Iamdiu. iampridem, aliquot iam per annos, multorum iam dierum interuallo. I.V.224.b. Per eos ipſos deos de quorum religione iamdiu dicimus. Attic.19.a. Conuentus, qui initiò celebrabantur, iamdiu fieri deſierunt. pro Flac.157.b. Soluere pecuniam alicui iamdiu debitam. de In.51.a. Res iamdiu geſtæ, & à memoria noſtra remotæ. Epiſt.25.b. Nam iamdiu nihil noui ad nos afferebatur. & 56.b. Quærenti mihi iamdiu quid ad te potiſſimum ſcriberem, &c. & 251.a. Ego te iamdiu plurimi facio. pro Cecin.287.a. Ebutius iſte qui iamdiu Cæſenniæ uiduitate aleretur. de D.132.a. Cur iſto modo oracula Delphis non eduntur? non modò noſtra ætate, ſed iandiu? de Leg.156.b. Poſtulatur à te iandiu hiſtoria. I.C.101. Quorum ego uix à te iandiu manus contineo. Epiſt.99.b. Iamdiu ignoro quid agas. & 224.a. Nam cum iandiu diligerem M. Anneum, tum uerò poſteaquam mecum fuit, neminem pluris facio. Q.Fr.323.a. Dierum iam amplius L. interuallo nihil à te literarum. de Fin.95.b. Sentis enim credo me iandiu, quod τέλος Græcus dicat, id dicere extremum, &c. I.V.69.a. & I.C.101.b. Iandiu, & iampridem, ferè idem.

Iandudū. At.106.a. Εμπολιτευσομαίσοι iandudū, & facerem diutius niſi me lucerna deficeret. et pro Cl.30.b. et Part.234.a. et de Or.111.a. Ep.44.b. Vides ſudare me iandudū de Am.111.b. Ea, quæ iandudū tractabamus ſtabilitas.

Ianiculum. opp. contra Rul.63. & 80.

Ianitor, oris. ianuæ cuſtos ſeu præfectus. I.V.149.b. Hunc ianitores, hunc cubicularij diligunt. contra Rul.72.b. Ianitores ducentos in annos ſingulos conſtituit, eoſdem miniſtros & ſatellites poteſtatis. I.V.239.b. Aderat ianitor carceris.

Ianua, nuæ. oſtium, aditus. I.V.89.b. Seruis ſuis imperat Rubrius, ut ianuam clauderent, & ipſi ad fores aſſiſterent. de Or.101.b. Quin. Mutij ianua atq; ueſtibulum quod quotidie frequentia hominum celebratur. de N.39.a. Fores in liminibus profanarum ædium, ianuæ uocantur. de D.122.b. Ianua clauſa ſubitò ſe aperuit. pro Plan.260.b. Qua nolui ianua ſum ingreſſus in cauſam. pro Mur.132.a. Eam urbem ſibi Mithridates Aſiæ ianuam fore putauit, qua effracta & reuulſa, tota pateret prouincia. Off.52.a. Quidam optimi uiri ad medium ianuæ ſedentes. quidam hoc loco de Iano medio intelligunt. de Or.102.a. Ab hoc aditu ianuaq; patefacta. & 134.b. Ianua et oſtium ferè idem.

Ianuarius, ria, um. pro Flacco 164.b. Calendis Ianuarijs.





Ianuarius, rij. contra Rull.61.b. Menſis Ianuarij.

Ianundæ augures. de D.99.

Ianus, ni. de N.39.b. Ianum in ſacrificando principem eſſe uoluerūt, quod ab eundo nomen eſt ductū. I.A.212.a. L. Antonius patronus Iani medij. & 208.a.

Iapides, dum. pop. pro Cor.61.a.

Ibi. in eo loco. pro Pomp.10.b. Qui cum prædonibus antea ibi bellū geſſerat. & Ep.78.a. Nemoq; eſt quin ubiuis, quàm ibi ubi eſt, eſſe malit. & 17.b. Vt ibi eſſe malis, ubi, &c. quàm iſtic, &c. I.A.250.a. Redijt ad milites, ibi illa peſtifera concio Tyburi. pro Dom.237.b. Ibi enim poſtis eſt, ubi templi aditus eſt. pro Cec.290.a. Illos armatos ibi fuiſſe. & ibid. Ibi tum Cecinna poſtulauit, &c. I.A.175.a. Atq; ibi perpotauit uſq; ad ueſperum. Tuſ.249.a. Demaratus fugit Tarquinios Corintho, & ibi ſuas fortunas conſtituit.

Ibidem. in eodem loco. pro Quint.15.b. Quod ibidem rectè cuſtodire poterunt, id ibidem cuſtodiant. de In.63.b. Quare cum in quandam tabernam diuertiſſent, ſimul cœnare, & in eodem loco ſomnum capere uoluerunt, cœnati diſcubuerunt ibidem, &c. de In.81.b. In naui ibidem. de In.43.b. Ibidem opperiar. pro S.R.20.b. Hic ibidem, &c. Orat.211.a. Et ibidem. Arch.29.b. Ibidem illico puer ad te cum epiſtolis. pro Cecinn.289.a. Læſit in eo Cecinnam, ſubleuauit ibidem: id eſt, in eodem. de Fin.52.b. Deinde ibidem homo acutus, &c. & Acad.12.a. Deinde ibidem. Tuſ.251.a. Mors ibidem eſt. & Ep.92.b. Ibidem operiri.

Ibis, bis. auis Aegyptia ciconiæ ſimilis. de N.21.b. Ibes maximam uim ſerpentum conficiunt, cum ſint aues excelſæ, cruribus rigidis, corneo proceroq; roſtro. de N.17.b. & Tuſ.243.b. Crocodilum, & ibim, & felem non uiolari ab Aegypto. de N.51.a. Ibes Aegyptiæ.

Iccirco, uel idcirco. ideo, ob eam rem, uel ea re. I.V.201.b. Iccirco nemo ſuperiorum attigit, ut iſte tolleret? de In.59.a. Iccirco iudices, quia ueram cauſam habebam, breui perorani.

Ichneumon, onis. murem Indicum hodie uocant. de N.21.b. Poſſum de Ichneumonum utilitate, de crocodilorū, de felium dicere.

Icilienſes populi. In Verr.170.a. Icilienſium incommoda.

Ico, cis. ferio, ictum facio. pro Corn.62.a. L. Martius cum Gaditanis fœdus iciſſe dicitur. I.P.88.b. Tu ſcilicet homo religioſus, fœdus, quod meo ſanguine in pactione prouinciarum iceras, frangere noluiſti. pro Seſt.8.a. Id enim fœdus meo ſanguine ictum ſanciri poſſe dicebant. de D.136.a. Cum Ptolemæus telo uenenato ictus eſſet. de Ar.254.b. Vos me primū ictum pro uobis fumantemq; uidiſtis.

Iconium, nij. opp. At.79.a. Ep.33.

Ictus, ctus. petitio. de Finib.71.b. Nec ullum habet ictum, quo pellat animi ſtatum. pro Cecinn.203.a. Ictu cominus & coniectione telorum magnas ſæpe copias pulſas eſſe. ad Herenn.20.a. Ictus enim fit, & uulnerantur arteriæ. contra Rull.67.b. Sublata erat de foro fides, non ictu aliquo nouæ calamitatis, ſed, &c. Tuſcul.179.a. Centaurus ictus corpori infixit meo. Poſtquam.208.a. Cum ego unà cum republ. conſulari ictu concidiſſem. pro Mil.114.a. Vulnus in latere quod acu punctum uideretur, pro ictu gladiatoris putari. Offic.36.b. A beſtijs ictus, morſus, impetitus. & 71.a. Phaeton ictu fulminis deflagrauit.

Id. id temporis, id ætatis, id quod, idq;, atq; id. de Orat.108.a. Et nos ipſi quoniam id temporis eſt, ualetudini operam demus. Attic.216.a. Is uenit ad me, & quidem id temporis, ut retinendus eſſet. I.C.99.a. Quos ego ad me uenturos id temporis eſſe prædixeram. de Fin.114.a. Maximè quod is locus ab omni turba id temporis uacuus eſſet. pro Mil.106.b. Milo profectus eſt id temporis, cum iam Clodius Romam redire potuiſſet. & 11.a. Quî conuenit? præſertim id temporis? pro Dom.237.a. Et ſi id eſt ætatis, ut nondum ſcientiam conſecutus ſit. de Orat.102.b. Hominibus id ætatis tantum onus imponere, &c. Epiſt.250.a. Cum id ætatis ſim. pro S.R.29.a. Duo filij id ætatis. Epiſtol.93.a. Id ætatis iam ſumus, ut omnia fortiter ferre debeamus. de Diuin.86.b. Aut ſi ualuit, id ualuit, ut peccatum in eo hæreat. de Orator.102.b. Epaminundam & Annibalem, & eius generis homines. Attic.54.a. Poſtridie S.C. factum eſt, id quod ad te miſi. de Orat.143.a. Et eundem, id quod in autoritatibus perſcriptis extat, ſcribendo affuiſſe. Epiſt.3.a. Diem conſumi uolebant, id quod factum eſt. Epiſt.138.a. Demus modò operam, ne tam neceſſe nobis ſit, quàm illi fuit, id quod agimus. de Or.92.a. Siue id quod conſtat, Platonis audiendi ſtudioſus fuit. & 108.a. Id quod eius ſcripta declarant. Attic.131.a. Id quod neutrum nobis hoc tempore contingit. de Orat.151.b. & pro Syl.167.b. I.Is. Ea quæ, pro, quæ. pro Cluent.47.a. Eorum initia cum recitarentur, ea quæ nobis nota eſſe arbitror, &c. de Or.131.a. Sed demus tibi iſtas duas ſumptiones, ea quæ λήμματα appellant dialectici. de Clar.190.a. Illud quod, pro, id quod. Tuſc.221.b. Quod id, pro, id quod. pro Plan.260.a. Vel quod, pro, id quod. I.A.231.a. Idq; per biduum. Off.1.a. Idq; Athenis. Orat.197.a. Quæris igitur, idq; iam ſæpius. Q.Frat.317.a. Atq; id anni tempore grauiſſimo. de Or.153.a. Alterum genus obtinent, atque id ipſum lacinia. pro Cluen.20.a. Ea primo, neq; id ipſum diu continebatur. de Fat.145.b. Motus uoluntarius eſt in noſtra poteſtate, nec id ſine cauſa, &c. Or.98.a. Imò id me herculè inquit ipſum attendo. Epiſt.3.b. Atq; id ipſum conſulibus inuitis. de D.126.b. Fani pulchritudo Præneſtinarum etiam nunc ſortium retinet nomen, atq; id in uulgus. quis enim, &c. de Cl.187.a. Tu quidem de fece hauris idq; iamdudum.

Idæi digiti ij ſunt qui & Idæi Dactyli in Creta & Corybantes uocantur, ſacerdotes magnæ matris Idææ quæ Cybele dicta eſt. de N.67.b. Tertius Hercules eſt ex Idæis digitis natus, cui inferias afferunt.

Idæus, a, um. At.16.b. Paſtor idæus. i. Paris. & de Sen.86.a. Sacra idæa magnæ matris. i. Cybeles.

Idcirco, uel iccirco. ideo. Att.129.a. Sin autem id actū eſt, & iccirco arma ſumpta ſunt, ut, &c. tum uerò, &c. At.129.a. Ego quod exiſtimabam diſperſos nos, &c. idcirco ad L. Domitium literas miſi. I.V.231.b. Verum illud eſt, quamobrem hæc commemorarim, quod, &c. At.5.a. Propter hanc dubitationem, quod, &c.

Idea, deæ. forma, ſpecies, ſpecies rerum, prima & inchoata intelligentia. Or.197.b. Has rerum formas Plato appellat ideas, easq; gigni negat. & ait ſemper eſſe, ac ratione & intelligentia contineri, cætera naſci, occidere, fluere, labi, nec diutius eſſe uno & eodem ſtatu. Acad.44.b. & Tuſcul.160.b. Mens ſola cernit quod ſemper eſt ſimplex, & uniuſmodi, & tale quale eſt: hanc Græci ideam uocant, nos rectè ſpeciem poſſumus dicere. Orat.206.a. Redeo ad illam Platonis rei formam & ſpeciem, quā & ſi

non cernimus,tamen animo tenere poſſumus. de Vn.201. a. Quot & quales animalium formas in ſpeciem rerum intuens poterat cernere.

Idem,eadem,idem.hic ipſe,is ipſe, unus,par, perpetuus,geminus. de Vn.201.a. Vnum quod ſemper eſſet in eodem æquè, & idem in omnibus, atq; uno modo celeraret. Ep.126.b.Caninius idem tuus,et idem noſter.Or.211. b.In templis ijſdem, at eiſdem erat uerius, nec tamen eiſdem Opimius,malè ſonabat ijſdem.pro Dom.7.a.Eadem Aſia,atq; idem iſte Mithridates nos docuit,&c. de Amic. 211.a. Amicus eſt tanquam alter idem. pro Dom.223.b. Hoc unum & idem uidetur eſſe atq; illud,quod de meipſo nominatim tuliſti. & ibi.Tam herculè eſt unum, quàm quod idem tu lege una tuliſti. & 227.a. Lex quam idem iſte tulerat. & 231.b. Tu iure eandem ſororem & uxorem appellare potes. Offic.40.a Nemo poteſt, qui non idem prudens ſit,iuſtus eſſe. de Arat.248.b. Tua tum eadem uirtus fuit, quæ priuato quondam tuo proauo. pro Seſt.24.b. Cedo nunc eiuſdem illius inimici mei de me eodem concionem.de D.124.b. M.Marcellus ille quinquies conſul,idem imperator,idem augur optimus. I.A. 168. a.Idem mœſtitiam meam reprehendit, idem iocum. & 197.a. Vt ei cum M.Curio conſeſſore eodem & colluſore,facillimè conuenire poſſit,pro Cæl.52.a.Non idem iudicum commeſſatorumq; conſpectus. de Pro.76.a. Imperij noſtri terrarumq; illarum idem eſt extremum.de In. 46.a.Quæſtio eadem in coniecturali conſtitutione, quæ iudicatio.I.V.161.a.Serui eiſdem moribus ſunt,quibus & dominus. Orat. 215.b. Eoſdem eſſe oratorios numeros qui ſunt poetici.I.V.243.b.Idem,qui ſemper fueris,inuentus es.I.C.98.b. & Or.204.b.bis.Ego idem,etc.de N.39. b.Dianam & Lunam eandem eſſe putant. I.V.225.a.Libera,quam eandem Proſerpinam uocant. de N.38.b.Romulus,quem quidem eundem eſſe Quirinum putant. Or. 197.b.Nec diutius eſſe uno & eodem ſtatu. I.V.222.a. Vno eodem tempore; id eſt, uno & eodem. Att.159.a. Nec tuam rationem eandem eſſe duco,quam meam. I.V. 222.b.Ei te eundem uinctum dedamus. Tuſc.191.b. Hos eoſdem motus,&c. de Or.89.b. Ab hiſce ijſdem permotionibus.I.V.122.b.Huic eidem Sopatro ijdem inimici. & ibi.Idem hic Sopater.de N.9.a.Hic idem : id eſt,Strato. Antequam.195.a.Hoc idem,&c. I.V.87.a.In ijſdem illis locis. de Or.91.a.Eoſdem illos ſermones ad Varronẽ traduximus.I.V.70.b.Eadem illa nocte. I.V.166.a. Eidem illi Decimo.Att.12.a.Idem ego ille,&c.idem inquam ego,&c.Poſtquam.211.b.Ipſe ille animus idem meus, etc. Att.52.b.Te, &c.eundem te, &c. Parad.228.b.Si quæratur,idem ne ſit pertinacia & perſeuerantia. Attic. 143.b. Iſte omnium turpiſſimus eſt idem, qui ſemper in republica fuit. I.C. 117.a.Earum rerum,quas geſſi, non eſt eadem conditio & illorum, quod mihi,&c.illi,&c. pro Cluent.34.b.Non quòd res alia eſſet,imò eadem.pro Cecin.296.b. Quod etiam ſi uerbo differat,re tamen eſt unum, & idem in omnibus cauſis ualet. & ibid.a. Non idem eſt Seruilius,quod familia.pro Syl.196.a.Hoc idem ualere debet,ac ſi pater iudicaret. pro Quint.2.a. Cum adhuc ei non ius par,non agendi poteſtas eadem,non magiſtratus æquus reperiri potuerit. pro Syl.168.a. Et de hoc,& de cæteris iudicium meum, & horum par atque unum fuit. pro Mur. 128.b. Vtriuſque dignitatem pari atque in eadem laude pono. Orat.198.b.Fuerunt quidam,qui ijdem ornatè & grauiter, ijdem uerſutè ac ſubtiliter dicerent. de Clar.195.b. Cauſæ ſimillimæ inter ſe,



uel potius eædem. de Clar.190.a. Oratio ſplendida & grandis,& eadẽ in primis faceta.pro Mur.128.b. Aſia iſta referta,& eadem delicata.de Clar.172.a. Eſt mos hominum,ut nolint eundem pluribus rebus excellere.de N.26. a.Ne ego incautus,qui cum Academico, & eodem rhetore congredi conatus ſum. Attic.91.a.Nunc iſta habet iuris idem quod cæteræ,nihil præcipui.de N.70.b.Mercurius is qui ſub terris habetur idem Trophonius. Att.110. b.Eadem poſtulantur à uobis,quæ ab ampliſſimis ciuibus. de N.76.a. Vir innocentiſſimus, idemq; doctiſſimus. & 79.a. Sed quomodo ijdem dicitis, non omnia deos perſequi?qui ijdem uultis,&c. de Orat.91.a. Finitimus oratori poeta,multis ornandi generibus ſocius, ac penè par: in hoc quidem certè propè idem,nullis ut terminis circũſcribat aut definiat ius ſuum. pro Syl.170.b. Vt me quẽ boni conſtantem ſemper exiſtimaſſent,eundem ne improbi quidem crudelem dicerent.de Or.103.a. Oratorem equidem non facio eundem quem Craſſus.& ibid.b. Eadem ratione:id eſt,ſimiliter.de Or.153.b.Cum quæritur,idem ne ſit, an aliquid interſit. & 159.a.Muſici,qui erant quondam ijdem poetæ.& 164.a.Nos eiuſdem linguæ ſocietate coniuncti ſumus:id eſt,nos eadem lingua ſumus.pro Mil.119 b.Vultus ſemper idem,uox,oratio ſtabilis & non mutata. Offic.18.b. Præclara eſt æquabilitas in omni uita, & idem ſemper uultus, eademq; frons, ut de Socrate & de C.Lælio accepimus. & Tuſcul.197.a. Vultus Socratis ſemper idem. I.C.108.a. Quibus præcipiendum uidetur, unum ſcilicet atque idem quod cæteris.Orat.206. b.In cauſis perpetuum & eundem ſpiritum ſine ulla commutatione obtinere. & pro Flacc.159.a. Qui iam tot annos unis moribus, & non mutatis legibus uiuunt. ad Herenn.33.a. Eiuſdem unius aut plurium uerborum. Acad.34.b. Hos enim quaſi eoſdem eſſe uultis. Epiſtol. 44.a. Eum te eſſe finge, qui ego ſum. de Finib. 107.b. Iidem abeunt qui uenerant. Epiſt.I.V.76.b. & 249. b.Eundem aliquem eſſe qui fuerat. & 230.b. Per eundem me. de In.51.a.Vtrunque genere idem eſt. de Clar. 173.b. Vnus enim ſonus eſt totius orationis,& idem ſtylus. de Leg.156.a. At quam Vlyſſes Deli ſe palmam uidiſſe dicit, hodie monſtrant eandem.Off.5.a.*Beneficentia, quam eandem uel benignitatem uel liberalitatem appellare licet. pro Cluent.38.a.Hoc dico,eandem fuiſſe P.Comminio controuerſiam cum Staleno,quæ nunc mihi eſt cum Actio.Offic.12.b.Non ijdem erunt neceſſitudinum gradus,qui & temporum. & 13.a.Itaque uiros fortes eoſdem bonos eſſe uolumus. & 56.a. Peripatetici noſtri, qui quondam ijdem erant qui Academici.& 66. b. Eadem utilitatis quæ honeſtatis eſt regula. Epiſt. 85.a.Eo quidem ipſo tempore. Att.197.b. Quod idem tibi placet. de Finib.95.b.Quod idem in cæteris artibus non contingit. de Fin.99.b. Quod idem Peripatici non tenent. Tuſcul.242.b.Idem iſte ſapiens. Epiſtol.177.b. Iidem illi qui ſolent,&c.de Fin.66.a. Hoc eſt idem quod illud. Att.* Hoc eſt ferè idem quod illud. Acad.21.a.Nihil eſt idem quod eſt aliud.Acad.16.b.Cum idem negares quicquam certi poſſe reperiri, idem te comperiſſe dixiſſes.Top.228.a.Comparatio de eodem & alio.Top.228.b. De eodem & altero.

Identidem.frequenter.pro S.R.32.b.Caſſius in cauſis identidem quærere ſolebat,cui,etc.de In.72.a. Appellare nomen alicuius identidem.pro Dom.241.b. Identidem ſe ipſe reuocans.Att.212.b.Reuoluor identidem in Tuſculanum.Ad Her.11.a.& 23.a.Neq; eodem identidem reuol-

uamur.



uamur.de N.64.a.In motu identidem reciprocando. & 55.a. Idq; prouidit natura, ut identidem fieri poſſet cum maxima celeritate. pro R.P.128.a.Recitabatur identidẽ Pompeij teſtimonium.Tuſ.204.a.Scindens dolore identidem intonſam comam. de Fin.80.a.Hoc enim identidem dicitis.ad Heren.41.b.Nunc identidem noſmetipſi nobis inſiſtemus.

Ideo.idcirco.I.V.201.b.Ideo Claudius retulit, ut iſte auferret:de In.49.b.& 46.b.& 44.b.Hæc ideo diligentius inducitur præſcriptio, ut poſſit, &c. Epiſt.9.b. Re quidem ipſa ideo mihi non ſatisfacio,quod,&c. pro Cæl. 41.b. Non ſi iuſta cauſa eſt oppugnandi, ideo quoq; iuſtum eſt,uos,&c.

Ideo quod.propterea quòd,idcirco quod. I.V.191. b.Ideo quòd,&c.& 107.a.& pro Cecin.286.a. ad Her. 33.b.& de In.44.b.Mihi tecum præcertatio non eſt,ideo quòd,&c.

Id eſt.quod eſt,hoc eſt,inquam. Att.106.a. Aſſentiar Cn.Pompeio,id eſt,T.Pomponio.& 64.b.Senatus hodie futurus erat,id eſt, Cal.Octob.Off.9.a.Duobus modis , id eſt,aut ui,aut fraude fit iniuria. At.129.a.Num cui ſuccenſeant,quod dico.num cui,id eſt, num Pompeio? de Opt. 243.a.Loqui purè & emendatè,quod eſt Latinè. contra Rul.81.a.Maxima multitudo,id eſt,tota Italia. de Orat. 94.a.Cum ei ita dicerẽ, me uelle eſſe ineptum,id erat petere blandius,&c.Off.44.a.Qui opera, id eſt, uirtute et induſtria benefici ſunt.& 33.a.Virtus,quæ conſtat de hominibus tuendis,id eſt,ex ſocietate generis humani.Epiſt. 28.a.& 48.b.Præter Quæſtores urbanos, id eſt, populũ Rom. Epiſt.55.a.Neq; ſolum nobis,id eſt,tuis,ſed prorſus omnibus. At.120.b.Has compedes, faſces inquam hos laureatos.

Idiota,tæ.illiteratus,imperitus. I.V.200.b. Quiuis noſtrûm, quos iſte idiotas appellat. )(. Homo ingenioſus atq; intelligens. I.P.93.a. Illi idiotæ,ut tu appellas,&c. & ibid.b. Sed planè animi ſui cauſa ludos nobis idiotis relinquet.

Idolum, li.ſimulachrum, ſpectrum, imago. de Finib. 53.a. Atomi,inane,imagines,quæ idola nominantur. uide Spectrum.

Idoneè.aptè,commodè. de In.46.b. Exordium eſt oratio animum auditoris idoneè comparans ad reliquam dictionem.

Idoneus,a,um.aptus,commodus,tempeſtiuus,conſtitutus,dignus.de In.66.b.In occaſione commoditas ad faciendum idonea. At.26.a. Ad lacertas captandas tempeſtates non ſunt idoneæ. I.V.156.a. Tibi fortaſſe idoneus fuit nemo,quem imitarere. At.132.a.Non mihi ſatis idonei ſunt autores,hi qui à te probantur.de Or.97.b. Cum minus idoneis uerbis uti conſueſcerem.Br.91.b. Res, quæ ne laude quidem ſatis idonea affici poſſit. pro S.R.29.b. Serui conſcij,tempus idoneum. pro Cl.21.a.Non eſſem ad ullam cauſam idoneus iudices,ſi,&c. pro Cor.56.b. Minus idoneum hominem premio afficere.de Cl.169.b. Autor idoneus.Q.Ennius. pro S.R.19.b. Indigniſſimum eſt uos idoneos habitos, per quorum ſententias talis iniuria decernetur.pro Dom.240.a. Nemóne horum idoneus tibi uiſus eſt ut cum eo dedicationẽ cõmunicares? pro Pom. 14.b.Pompeius idoneus non eſt qui impetret? Off.29.a. Modeſtia eſt ſcientia opportunitatis idoneorum ad agendum temporũ. Off.44.a.Sæpe idoneis hominibus indigentibus de re familiari impartiendũ.& 46.a.In deligendis idoneis iudicium & diligentiã adhibere. de Am.96.a.



Idonea mihi C.Lælij perſona uiſa eſt, quæ de amicitia loqueretur. de Leg.160.b. Quædam ratio,de qua dicetur idoneo loco.Ac.5.b.Res eſt idonea,de qua quæratur. & 6.a.Homines digni,quibus cum diſſeratur. Ep.92.b. Falernum mihi ſemper idoneũ uiſum eſt diuerſorio. ad Her. 17.a.Hæc res non eſt idonea dignitate tua.de In.48.b.Idoneum tempus,locus opportunus.de Fin.139.a.Idoneus ad aliquid agendum. ad Her.22.b. Imagines ad monendum idoneæ. ad Heren.1.b.Cum ſtatim auditoris animum nobis idoneum reddimus ad audiendum.& ibi. Idonea uerba. de Leg.171.a. Lex apta & idonea ad iubendum & uetandum.

Idus, iduum.octo dies dicuntur, qui ſingulis menſibus nonas ſequuntur:ſic dicti quod menſem diuidant.nam Iduare Hetruſca lingua,diuidere eſt.Ep.2.b.Nam hæc idibus manè ſcripſi.

Iecur,oris. de Nat.21.a.Cerebrum,cor,pulmones,iecur. & 53.b. Quædam à medio inteſtino uſq; ad portas iecoris(ſic enim appellant)ductæ uiæ.de D.104.b. Singulis iecorum fiſſis non intereſſe deum.& 115.a.Caput iecoris. Tuſcul.180.a. Tum iecore opimo farta & ſatiata affatim.

Iecuſculum, li. paruum iecur. de Diuin.115.a. lege Muſculus.

Ieiunè.tenuiter,exiliter.Or.208.a.Satura ieiunè dicere. & de Or.89.a.Videmus ijſem de rebus ieiunè quoſdã & exiliter diſputauiſſe.)(.Copioſè.de Fin.94.a. Ieiunius dicere aliquid.Ac.28.a. Ieiunè agere.

Ieiunitas,tis.tenuitas.)(.Vbertas & copia.de Cl.182. b.Cauenda eſt oratori inopia & ieiunitas. de Or.209.b. Ieiunitas bonarum artium eorum, qui de dicendi ratione ſcripſerunt.de Cl.191.a.b.Ieiunitas,& ſiccitas,& inopia. Or.198.b. Alij in eadem ieiunitate concinniores. Tuſcul. 175.b.Verborum ieiunitatem & famem ſe malle,quàm ubertatem & copiam dicerent.

Ieiunus,a,um.qui nihil edit,aridus,tenuis.Epiſt.107. b.Cum quidem biduum ita ieiunus fuiſſem, ut ne aquam quidem guſtarem. de Clar.168.b. Theodorus in arte ſubtilior,in orationibus ieiunior. de Orat.144.a. Antonium ieiuniorem, Craſſum pleniorem fuiſſe. de * 114.b. Ieiuna concertatio uerborum. Attic.13.a. Miſera & ieiuna plebecula.Or.206.b.Ieiunas igitur huius orationis aures ciuitatis accepimus.Off.32.a.Soliuaga cognitio & ieiuna uideatur.I.A.261.b.Quidam nimis ieiuno animo & anguſto.

Iens,euntis. At.250.b.Nonis Quint.ueni in Tuſculanum,iens ad Brutum.& 60.a.Iens in Pompeianum,bene manè hæc ſcripſi.

Igitur.ergo. Orat.206.b.Ieiunas igitur huius orationis aures ciuitatis accepimus. pro Lig. Habes igitur Tubero , &c. Acad. 6.a . Ordiamur igitur à ſenſibus. Acad. 19. b. Quid ergo eſſet id ? uiſum credo, quale igitur uiſum.

Ignarus,a,um. imprudens, inſcius, rudis, imperitus, indoctus, nec opinans. de N.37.a.Vt pleriq; dicunt phyſicæ rationis ignari.Or. 207.b. Oratorem ne phyſicorum quidem eſſe ignarum uolo. Poſtquam. 208. a. Ignarus ſum quid agatur. pro Seſt.16.b.Ignari quid uirtus ualeret. Top.227.b.Pueri ſæpe indicarunt aliquid ad quod pertineret ignari. Attic.73.a. Nunquam tamdiu ignarus rerum mearum fui. & Epiſtol.105.b. Ignarus inſtituti mei. de Orat.88.a.Homo ignorans legum.lege Expers. de Orat.92.a.& Tuſ.175.b.Non ſum ignarus,

quibus

quibus ea rebus conſequaris.de Or.102.b.Ea requiruntur à me quorum ſum ignarus,&c. de Ar.243.b. Attamen ignarus ille,qui conſules eſſent, æſtuans ſe è curia repentè proripuit. de Orat.90.b.Homo ignarus faciundæ orationis.

Ignauia,uiæ.inertia )(.Fortitudo.de In.82.b. Fortitudini contraria eſt ignauia,iuſticiæ iniuſtitia. Tuſc.193. a. & Ep.27.a.Recipiat idem neceſſe eſt timiditatem & ignauiã. Q.Fr.313.a.Vtinam nihil detis,ut potius ueſtra iniuria quàm ignauia mea ceſſem.pro Rab.95.a.Ignauiã ſuam tenebrarum ac parietum cuſtodijs tegere. Ep.196. a.Nec tua ignauia etiam inertiam afferret. ad Her.2.a. Inertia,ignauia,deſidia,luxuria.

Ignauè.)(.Contentè. Tuſc.187.a.Ne quid abiectè,ne quid timidè, ne quid ignauè, ne quid ſeruiliter, muliebritérue faciamus.

Ignauiter.ignauè.At.241.a.Quæris an ego,cum omnes calleant,ignauiter aliquid faciam.Hircius.

Ignauus,a,um.iners.)(.Fortis.de N.55.b.de Sen.84. a.Iners,ignaua,& ſomniculoſa ſenectus. pro Cec.293.b. Pœna ignauis ab imperatoribus conſtituitur.de Fat.146. a.Illa ignaua ratio quæ dicitur,appellatur quidem à philoſophis ἀργὸς λόγος. & ibi.Rectè hoc genus interrogationis ignauum & iners nominatum eſt.

Igneſco,ſcis.conflagro,ardeo.de N.49.b.Ad extremum omnis mundus igneſcet.

Igneus,a.ad Her.34.a.Ardor igneus. de N.30.b.Igneus motus. & 31.a.Genus igneum. & 33.b.Sol igneus. Tuſc.156.b.Pars ignea.& 162.a.In animis nihil eſt igneum. & 163.a.Natura ignea. Topic.226.a. Igneum fulmen.

Igniculus,li. de L.162.b.Tanta eſt corruptela malæ conſuetudinis,ut ab ea tanquam igniculi extinguantur à natura dati.de Fi.139.a. Natura homini dedit talẽ mentẽ, quæ omnẽ uirtutẽ iam poſſet accipere:ingenuitq; ſine doctrina notitias paruas rerum maximarũ, & quaſi inſtituit docere,& induxit in ea,quæ inerant tanquã elementa uirtutis.Tuſ.190.a.Natura paruos nobis dedit igniculos.de Fin.128.b.Quaſi uirtutũ igniculi & ſemina. Att. 249.a.Sed tamen interdũ nonnullos iacit igniculos uiriles.Ep.255.a. Quo tolerabilius feramus igniculũ deſiderij tui. At.186.a.Igniculus matutinus.

Ignifer.in Arato.

Ignis,gnis.flamma,incendiũ.de N.31.a. Lapidũ conflictu atq; tritu elici ignem uidemus.de N.31.b.Ignis omnibus rebus uitalem impertit calorem.&49.b.Quod aſtrorum ignis & ætheris flamma conſumat. pro Q.R.47.b. Ignis in aquã coniectus continuò extinguitur & refrigeratur.de D.83.b.Aethereo flammatus Iupiter igni.de Or. 125.b.Nulla materia niſi admoto igni,ignem cõcipere poteſt.Of.11.a.Pati ab igne,ignem capere. de N.66.b.Omnem uim eſſe ignẽ.& ibid.de Heraclito,& de calore,& de igne,qui permanere non poteſt niſi alatur,& omnem ignem paſtu indigere.

Ignitus,a.pro Dom.242.a. Inflammatus atq; ignitus furor.aliter,& (ut mea opinio fert) rectius igneus legendum eſt.

Ignobilis,le.humilis,ignobili loco natus, infimo loco natus, obſcuris ortus parentibus,unus de multis, de populo,humili atq; obſcuro loco natus,inferiore genere ortus, ex infimo genere & fortunæ gradu, homo tenuis & obſcuro loco natus,cuius uis & fortunæ conditio infima eſt, cuius ſtirps & genus ignoratur,qui parentibus natus eſt humilibus,homo ignotus & ſordidus,obſcurus,abiẽcta et obſcura familia,nullo ſplendore uitæ,nulla commendatione famæ,nulla commendatione maiorum,homo per ſe cognitus, ignobilis, ſine uirtute,ſine ingenio,uita etiã contempta & ſordida, omnium infimus & ſordidiſsimus,humilis ſanè & minimè generoſus(ut ita dicam) ortus amicitiæ,inferiori genere hominum, & infimorum hominum filij,quibus nec pater,nec mater ſit,terræ filius,minorum gentium.)(.Nobilis,clarus,præſtans,rerum multitudine nobilitatus. Part.233.a. pro Cluen.40.b. Si quis autem hoc uno nititur, quod ſit ignobilis,procedit, &c. Tuſ. 202.b. 203.a.Inglorius atque ignobilis ſenex. de Claris orat.194.b. Demetrius non ignobilis dicendi magiſter. pro Cecin.287.a. Qui Romæ argentariam non ignobilem fecit. In Verr. 241.a. Mulier ex familia non ignobili.

Ignobilitas,tis.humilitas, humilitas generis, obſcuritas,conditio atq; fortuna hominũ infirmi generis.)(.Nobilitas.pro S.R.33.a.b.Iam quos nemo propter ignobilitatẽ nominat,ſexcẽti ſunt.Tuſ.Aderit enim paupertas,ignobilitas,humilitas,&c.pro Mur.127.b. Obijcere ignobilitatem generis alicui.I.A.186.b.De ignobilitate & nobilitate generis.

Ignominia,niæ.infamia,dedecus, contumelia, macula,nota,probrum,labes.pro Q.18.b. Dedecore,macula, turpiſsimáq; notari. & I.A.213.a.Notare aliquem ignominia. pro Q.12.a.Omnia alicuius uitæ ornamenta per ſummum dedecus & ignominiam diripi.Tuſc.218.b.Ferre ignominiam & infamiam ſine dolore. pro Rab.96.a. Labes ignominiáq; mortis.I.V.199.a.Calamitatẽ ad quẽpiam per ſummam iniuriam ignominiamq; peruenire.de D.113.a.Cum ignominia & dedecore mori. pro Q.18.a. Imponere iniuriam alicui ſine ignominia. pro S.R.37.a. Qui ignominia mortuum affecerit.pro Q.18.a.Ignominijs omnibus appetitus.

Ignominioſus,a.I.A.190.a.Dominatio ignominioſa.

Ignorabilis,le.quod ignorari poteſt,uel ignoratus.de In.74.b. Quod non ignorabile,non fortuitum,non neceſſarium fuerit.

Ignorans,tis.ignarus.At.284.b.Iuuat enim magnificè loqui,& certè decet aduerſus ignorãtes,quid pro quoque timendum aut à quoq; petendum ſit. I.V.223.a.Hæc igitur & horum ſimilia iura ignorantem uagari celſum & erectum,&c.flagitioſum in primis putandum eſt. Homo ſine ulla bona arte, ſine humanitate, ſine ingenio, ſine literis.

Ignorantia,tiæ.ignoratio,inſcitia,inſcientia. pro Fl. 156.a.Vbi adoleſcentes nihil poſſent diſcere, niſi ignorantiam literarum. pro Seſt.11.a. Res frumentaria ad M. Scaurum per ignorantiam tranſlata. de Amic. 109.b. Qui aliquandiu propter ignorantiam ſtirpis in famulatu fuerunt.

Ignoratio,onis.ignorantia.)(.Scientia.pro Syl.174. b. Nam cuius ſcientiam de omnibus conſtat fuiſſe, eius ignoratio de aliquo purgatio debet uideri.de Diuin.118. b.Cauſarum ignoratio in re noua mirationem fecit, eadem ignoratio, ſi in rebus uſitatis ſit, non miramur. de Natur.1.b. Verſari in ſumma rerum omnium ignoratione. pro Cluen.40.a. Ignoratio ſui. Attic.115.b. & Ignoratio ſuarum copiarum. de Finib.99.a.Peripateticorum conſuetudo dicendi non ſatis acuta propter ignorationem dialecticæ.de L.159.b.Ignoratio iuris. )(. Scientia iuris.Or.203.a.Decori ignoratione in oratione ſæpiſsi-



ſæpiſsimè peccatur.Acad.44.b. Obſcuritas & ignoratio cauſarum.

Ignoro,as.ſum ignarus,ſum neſcius,prorſus ignoro, nec uſu nec ratione aliquid cognitum habeo. Am.106.a. Top.221.a.Rhetor ille Ariſtotelica ſe ignorare reſpõdit. pro Mil.107.b. At uerò tu ſolus ignoras?tu, &c. Att.75. a.Scrupulus,quem non ignoras.Or.219.a.Quod quidem tu minimè omniũ ignoras.de Am.100.b.Cum ignorante rege uter eorum eſſet Oreſtes,Pylades,&c. de Cl.180.a. Octauij eloquentia,quæ fuerat ante conſulatum ignorata. pro Rab.127.b. & Ac.2.a.& ad Her.16.a.Si ita putes,& cauſam,& me uehementer ignoras.At.132.b.Domitius ignorat de filio.de Fin.65.a.Quid ergo? iſtã uoluptatẽ Epicurus ignorat?de N.75.b.Non enim ignoro,etc

Ignoſco,ſcis.parco,concedo,ueniam do,remitto.At. 109.b. Velim mihi ignoſcas,quod ad te ſcribo tam multa toties.& 264.a.Ignoſce mihi,quod,&c. contra Rul.75. b.& Ep.55.a.Et mihi quæſo ignoſcite, &c. de Ar.252.a. Quam Deam iſte idcirco bonam ducit,quod in tanto ſibi ſcelere ignouerit.I.A.259.b.Quod nulla Barbaries poſſet ignoſcere.aliter,agnoſcere.At.283.b. Sceleris pœnam prætermittere.id enim eſt quod uocatur ignoſcere. I.P. 101.a.Cui maximorum ſcelerum uenia nulla ad ignoſcendum dari poteſt.Part.241.b. Ad eius facti deprecationem ignoſcendi petenda uenia eſt.At.179.a.Illi quibus ignotũ non eſt,&c.de In.74.b.75.a.Quibus in ſimili excuſatione non ſit ignotum. ad Heren.11.a. Si tali de cauſa alijs quoq; ignotum ſit.I.A.155.b.Sed hoc ignoſcant dij immortales uelim,&c. At.2.a.Abs te peto,ut mihi hoc ignoſcas. ad Cæſ.Iun.apud Non. Qui & præteritis agnoſcis,&c. Ep.44.a.Si facilè inueneris quid dicas,noli ignoſcere hæſitationi meæ.

Ignoturus,a.in Catone maiore,teſte Priſciano.

Ignotus,ta,tum.qui in hominum ignoratione uerſatur,obſcurus. Att.75.b.Ille tibi non ignotus curſus animi mei.de Or.99.b.Ius applicationis,obſcurũ ſanè & ignotũ,patefactũ eſt.I.C.116.a.Res tanta & ignotis & Barbaris credita.de Cl.187.a.Ignotus homo,&c.pro Fl.154.b. Ignotiſsimus Phryx. At.137.b.Res in uulgus ignota.

Ilia,orum.ſunt uentris inteſtina & uiſcera. In Vat. 31.a.Cum mihi reſponderis,&c.ita dolenter, ut aliquando iſta ilia,quæ ſunt inflata,rumpantur.Sic Vergil.in Melibœo:Inuidia rumpantur ut ilia Codro.

Ilias,dis.Homeri de bello Troiano, & Ilij excidio opus.pro Arch.190.a.b.Nam niſi Ilias extitiſſet illa,idem tumulus qui corpus Achillis contexerat,nomen etiam obruiſſet.At.125.a.Non multo,inquam,ſecus poſſum uaticinari,tanta malorum impendet Ἰλιάς, prouerbium.

Ilium,lij.de D.85.b. Achiui ita profecti ſunt ab Ilio, ut,&c.

Illabor,ris.influo.de N.53.a.In ſtomachum primo illabuntur ea quæ accepta ſunt ore.de L.177.b.Senſim pernicies illapſa in ciuium animos. de Fin.57.a. Voluptas ad ſenſus affluit & illabitur.

Illachrymo,as.Tuſ.179.b.Perge,aude nate,illachryma patris peſtibus.poetæ.

Illachrymor,aris.de N.76.b.Quid dicam de Socrate? cuius morti illachrymari ſoleo Platonem legens. de Sen. 82.b.Illachrymanſq; dixit,&c.

Illaqueo,as.irretio. de Ar.245.a.Illaqueatus legum periculis.

Ille,a,ud. de Or.88.b.Qui cum illis unà ipſum illum Carneadem diligẽtius audiuerat.de Or.88.b.Mneſarchus auditor Panætij illius tui.pro Pom.8.a.Medea illa ex Ponto quondam profugiſſe dicitur.de Or.93.a. Et longè Academiæ illi tuum hoc gymnaſium antepono. Ep.67.b. A qua te flecti non magis potuiſſe demonſtras,quàm Herculem Xenophontium illum à uoluptate.de Or.161.a. Antipater ille Sidonius,ille quem tu probè meminiſti,ſolitus eſt, &c.Off.22.b.Contráq; pater eius ille,qui,&c. de D. 121.a.Chryſippus ipſe,ille diuinationis autor.pro Seſt.11. a.Habebat inimicum C.Marium,ſextum iam illum conſulatum gerentem.de Or.113.b.Deniq; à philoſophia profectus princeps Xenophon Socraticus ille,&c. de Orat. 106.b.Nam ipſum quidem illud etiam ſine cognitione iuris,quàm,&c.Poſtquã.211.b.Ipſe ille animus idem meus, &c.pro Mar.132.a.Illa ipſa rerum humanarum domina fortuna. At.144.a.Qui circum eum illum ſunt. Att.23.a. Ego ille ipſe uindex æri alieni.de Or.124.a.In illo ipſo loco comprehenſus es.pro Fl.157.a.Huic illi legato,&c. I. C.97.b.Fuit illa iſta quondam in hac rep.uirtus. Off.59. b.& de D.121.a.Philoſophi quidã minimè mali illi quidẽ, ſed,&c.Item:Rumores ſatis illos quidem conſtantes, ſed, &c.ad Brut.283.b. Quod ab tuis familiaribus optimis illis quidem uiris,ſed, &c. Epiſt.22.b. Quid quæris? dum illum rideo,penè ſum factus ille. & ibid.Itaque cum primum audiui, ego ille ipſe factus ſum.ſcis quem dico.

Illecebra,bræ.inuitamentum, incitamentum, lenocinium, ſtimulus, blandimentum. I.C.106.a.Iuuentutis illecebra. de Leg.162.a. Voluptas eſt illecebra turpitudinis. pro Mil.110.a. Impunitatis ſpes maxima eſt illecebra peccandi.pro Cæl.39.b.Erant apud illum illecebræ libidinum.Tuſc.210.b.Illecebræ blandæ uoluptatis.Epiſt. 253.a.Deliniri illecebris uoluptatis. I.A.100.a. Adoleſcentem corruptelarum illecebris irretire.de Som.130.b. Suis te illecebris oportet ipſa uirtus trahat ad uerum decus.pro Seſt.26.b.Viciorum illecebræ.de Sen.85.a.Voluptatis illecebræ.

Illepidus,a,um.infacetus,putidus.de N.74.b.Parens auarus,illepidus,in liberos difficilis.

Illibatus,ta.intactus,purus. de Cl.169.b. Flos illibatus populi.aliàs,delibatus,ſed rectius,illibatus.Ennij.

Illiberalis,le.ignobilis,ſordidus,auarus. Offic.30.a. b. Quæſtus illiberalis ac ſordidus. & ad Heren.20.a. de Orat.97.a.Res ad cognoſcendum non illiberalis. Offic.21.a.Genus iocandi illiberale. de Fin.49.b.Sed cum ab illiberali labore deterret. Epiſtol.203.a. Illiberalis in aliquem.

Illiberalitas, tis. ſordes, auaritia. Attic.122.a. Malo Tironis uerecundiam in culpa eſſe, quàm illiberalitatem Curij.

Illiberaliter.ſordidè,auarè,ingratè. Att.252.b.Nihil ab eo neq; indiligenter,neq; illiberaliter.

Implicatio,nis.de In.74.b.Ac ſi qua neceſsitudo turpitudinem uidebitur habere, oportebit per locorum communium implicationem redarguentem demonſtrare. de Nat.54.a. Huic adde neruos,à quibus artus continentur, eorum'que implicationem toto corpore pertinentem, qui,&c.

Implicatus,a, um. illaqueatus, irretitus, circumretitus.l.Implico.de L.165.b.Voluptas penitus in omni ſenſu implicata inſidet.I.P.98.a.et Tuſ.228.b. Auaritiæ ſumma,quæ criminibus omnibus implicata eſt.Ep.89.a. Etenim omnes Cæſaris familiares ſatis opportunè habeo implicatos conſuetudine & beneuolentia.I.P.94.b.Familiaritate implicatus.In Vat.29.b.Inconſtantia cum leuitate tum etiam periurio implicata. de Ar.245.a.Illaqueatus omnium legum periculis,irretitus odio bonorũ omnium, implicatus expectatione ſupplicij.Tuſ.228.b. Animi ſuis angoribus & moleſtijs implicati.Ac.41.a.Dum me reip. procuratio multis officijs implicatum & conſtrictum tenebat. I.A.176.a.Verum implicata inſcitia impudentia eſt.pro S.R.32.b. Is non tam propenſus ad miſericordiã, quàm implicatus ad ſeueritatem uidebatur.

Implicitè.abſconditè.)(.patentius,expeditius. de In. 70.b. Abſoluta eſt,quæ ipſa in ſe,non ut negocialis implicitè & abſconditè,ſed patentius & expeditius recti & nõ recti quæſtionem continet.

Implicitus,a,um.pro Pom.7.b.Hæc ratio pecuniarũ, quæ Romæ uerſatur,implicita eſt cum illis Aſiaticis,& cohæret. Off.4.a.Quæ quatuor inter ſe colligata atq; implicita ſunt.

Implico,as,& aui,& cui.illaqueo,irretio,circumretio. Attic.131.a. Quod præmonui, fit ut Cæſar te im-

 plicet.

plicet. de Cl. 180. a. Atq; ita uixit, ut multarum ætatū oratoribus implicaretur. pro Dom. 234. a. Niſi etiam mulieribus religionibus te implicuiſſes. Atq; 19. a. At ita tamē nouis amicitijs implicati ſumus. pro Lig. 137. b. Is nullo ſe implicari negocio paſſus eſt. Off. 41. a. Qui contrahendis negocijs implicantur. Off. 24. a. Implicari aliquo certo genere curſuq; uiuendi. pro Cor. 67. b. Quod omnibus, qui noſtris familiaritatibus implicantur, uehementer utile eſt. Orat. 215. a. Interualla longa, breuia, quibus implicata & permiſta oratio eſt. de In. 49. b. Permiſtè cum alijs implicari. de D. 97. a. Dij uim ſuam cùm terræ cauernis includunt, tum hominum naturis implicant. de N. 12. a. Deus nullis occupationibus eſt implicatus. de N. 12. a. Næ ille eſt implicatus moleſtis operoſiſq; negocijs. & Tuſ. 228. b. Implicatus multis moleſtijs. I. V. 266. b. Implicatus ſeueritate iudicum. Tuſc. 222. a. Neglecta ratio multis implicatur erroribus. de Fin. 74. a. Vt profectus, &c. currat longius, & ſe implicet primū ciuium, deinde omnium mortalium ſocietate. de Amic. 112. a. Nam implicati ultrò & citrò, uel uſu diuturno, uel etiam officijs, &c. pro Cæl. 53. a. Eo maleficio tamen erant implicati.

Imploratio, onis. I. V. 269. a. Si te illius acerba imploratio, et uox miſerabilis non inhibebat, ne ciuium quidem Romanorum fletu commouebare? de Or. 126. b. Omnium deorum, & hominum, & ciuium & ſociorum imploratio.

Imploro, as. inuoco, expoſco, teſtor, appello, obteſtor, uoce miſerabili opem alicuius peto. I. V. 80. b. 81. a. Hic tu fortaſſe querêre, deûm atq; hominum fidem implorabis. & Acad. 22. b. & pro Q. 17. b. Qui deus appellandus eſt? cuius hominis fides imploranda? pro Fl. 146. b. Quē enim alium appellem? quem obteſter? quem implorem? ſenatumne, &c. I. V. 274. b. Vos etiam atq; etiam imploro atq; appello ſanctiſſimæ deæ. & ibid. Deos omnes imploro atq; obteſtor. pro Mur. 144. b. Fidem ueſtrā obteſtor, miſericordiam imploro. pro Mil. 118. a. Vos enim Albani tumuli atq; luci, uos, inquam, imploro & obteſtor, ueſtræ tum aræ, ueſtræ religiones uiguerunt, &c. I. C. 110. a. Deos immortales precari, uenerari, atq; implorare debetis, ut hanc urbem defendant. pro Dom. 215. b. & pro Rab. 92. a. Illa altera pars conſulis auxilium implorat & flagitat. de Or. 121. b. Neq; ipſe auxilium ſuum à bonis uiris fruſtra implorari patietur. At. 121. a. Turpe erit Domitium deſerere implorantem eius auxilium. I. P. 82. a. Implorare præſidium alicuius. pro Mil. 119. b. Miſericordiam ipſe non implorat, ego autem repugnante hoc imploro & expoſco. Poſtquam. 212. b. Cum me reſpub. imploraret. de Or. 104. b. Nemo eſt queſtus, nemo rempub. implorauit, nemo ſupplicauit. I. V. 107. a. Illa deos homineſq; implorante. I. V. 77. b. Implorare iura libertatis & ciuitatis. Epiſt. 154. a. Et Laterenſis propè implorans obteſtaretur, &c. pro Syl. 179. a. b. Implorarem ſenſus ueſtros, uniuſcuiuſq; indulgentiā teſtarer in ſuos. Ac. 4. a. At ille Heracliti memoriam implorans, quærere ex e[illegible] &c. I. V. 262. a. Mater filij nomen implorans, mihi ad pedes miſera iacuit. & 134. b. Itaq; ſi fit omnibus recuſantibus & implorantibus.

Impluuium, uij. locus ſine tecto in ædibus, quò impluere imber in domum poſſit. I. V. 88. a. & 106. a. Hæc duo ſigna, quæ nunc ad impluuium tuum ſtant.

Impolitè. inornatè, incultè. de Orat. 103. a. Tibi ſenatus breuiter impoliteq; dicenti, maximis de rebus eſt aſſenſus.



Impolitus, a, um. rudis. de Clar. 192. a. Forma admodum impolita atq; rudis. de Orat. 120. b. Genus hominum, rude, hebes, & impolitum. de Or. 113. b. Timæus ipſa compoſitione uerborum non impolitus. de Pro. 76. a. Impolitæ res & acerbæ, ſi erunt relictæ, offerent ſe aliquando, &c.

Impono, nis. Ep. 69. a. Qui cæteris coronas impoſuerunt uictoribus. & pro Fl. Imponere auream coronā alicui. I. A. 185. b. Antonius collegæ diadema impoſuit. de Or. 110. a. Ne nomen quidem ei uicio impoſuerunt. Att. 76. a. Clitellæ boui ſunt impoſitæ. prouerbium. l. Clitellæ. I. V. 104. b. Per iſtos quæ uolebat, in nauem clàm imponenda, occulta exportanda curabat. de D. 126. a. Cum M. Craſſus exercitum Brunduſij imponeret. At. 5. a. Si Lentuli nauis non erit, quò tibi placebit imponito. de Vn. 202. b. Atque ita quaſi in currum uniuerſitatis impoſuit. & Tuſc. 230. b. Velut iſte chorus uirtutum in eculeum impoſitus. de Fin. 166. a. Metellum multi filij in rogum impoſuerūt. Lent. Epiſt. 190. a. Naues onerariæ amplius quàm centū, in quas exercitus eius imponi poſſet. Ep. 125. b. Cuius amicitia, me in hanc perditam cauſam impoſuit. At. 16. b. Conſul eſt impoſitus nobis, quem nemo præter nos aſpicere poſſet. de N. 12. b. Itaq; impoſuiſtis in ceruicibus noſtris ſempiternum dominum. & At. 249. b. Imponere dominum alicui. de Orat. 107. b. Imponere nimis duras leges cuipiam. I. A. 212. a. Is leges ciuitati per uim impoſuit. & 206. b. Per uim imponere leges reipub. pro Corn. 63. a. Nobis iniquiſſimæ leges impoſitæ ſunt à uobis. pro Q. R. 49. b. Imponere ſeruitutem fundo. pro Fon. 278. a. Vectigal eſſe impoſitum fructibus noſtris dicitur. Att. 242. a. Frumentum imponere, quæ eſt alia Dionis legatio? con. Rull. 62. b. Agris publicis pergrande uectigal imponere. pro S. R. 20. a. Opprimi me onere officij malo, quàm id quod mihi cum fide ſemel impoſitum eſt, aut propter perfidiam abijcere, aut propter infirmitatem animi deponere. At. 140. a. Ne Pompeio quid oneris imponam. Epiſt. 224. b. Quando mihi ab amico onus imponitur, ego quoque tibi imponam. At. 207. a. Et ne magnum onus obſeruantiæ Bruto noſtro imponerem. Ep. 86. a. Niſi fortè, aut in miſeria nimis ſtultè, aut in amicitia nimis impudēter tibi onus impono. Or. 200. a. Imponere onus alicui. )( Recipere onus. contra Rull. 75. b. Vos mihi perſonam hanc impoſuiſtis, ut eum tuerer. Item: Vt meminiſſem quam perſonam à uobis impoſitam ſuſtinerem. At. 162. a. Duriores partes mihi impoſitæ ſunt ab offenſione noſtra. Att. 164. a. Partes has mihi Cæſar impoſuit, ne, &c. pro S. R. 38. b. Audacia, cuius partes Roſcijs impoſitæ ſunt. pro Mur. 133. a. Nunquam iſte plus militi laboris impoſuit, quàm ſibi ſumpſit. pro Q. 18. a. Aut iniuriam ſine ignominia ſibi imponerent. I. V. 203. b. Quibus tu priuatim iniurias plurimas contumeliaſq; impoſuiſti. I. V. 138. b. Mihi impone iſtam uim, ut omnino ne liceat polliceri. Att. 57. b. Ego mihi neceſſitatem imponere nolui huius nouæ cōiunctionis. pro Syl. 173. b. Mihi de me ipſo multa dicenti neceſſitas quædam impoſita eſt ab illo, &c. de Fin. 121. a. Imponere uulnus alicui. Att. 12. a. Non ita, ut ſperarant mali, tanto impoſito reip. uulnere. pro Seſt. 12. b. Imponere plagam mortiferam reip. Off. 58. b. Imponere faſtigiū operi inchoato. pro Planc. 272. a. Sin autem emimus, quem uillicum imponeremus, aut pecori præficeremus, non curamus, &c.

Imponere. pro decipere uel fallere. Q. Fr. 311. a. Catoni egregiè impoſuit Milo noſter. Attic. 249. a. Si Caſſellius



lius mihi impoſuiſſet aliquid.

Importo, as. inueho. de Or. 113. a. Modò enim huc iſta ſunt importata. I. V. 175. b. Verres Siciliæ multum calamitatis importauit. Poſtquam. 212. a. Nam calamitas importata eſt, quia defenderam ciuitatem. pro Seſt. 28. a. Quàm tantam importare meis defenſoribus calamitatem. Off. 36. b. Per eos deniq; ſi quid importetur nobis incommodi, propulſemus. de Or. 88. a. Plura detrimenta publicis rebus, quàm adiumenta per homines eloquentiſſimos importata. pro Deiot. 151. a. Hodierno die ſententia tua, aut cum ſummo dedecore peſtem importatura eſt regibus, aut incolumem famam cum ſalute. Epiſt. 265. a. Tergiuerſari nolui, ne mea nimia σπουδὴ ſuſpicionem ei aliquam importaret. Tuſcul. 216. a. Important enim ægritudines anxias. de Fin. 59. b. Eas ſolicitudines à dijs immortalibus importari putant. Tuſcul. 234. a. Nam hæc mala caſus importat, qui in ſapientem poteſt incurrere. Tuſ. 216. a. Motus auerſi à ratione important ægritudines anxias.

Importunè inſiſtere. moleſtè. Ac. 20. a.

Importunitas, tis. immanitas. I. V. 124. a. Vir incredibili importunitate et audacia. pro Cl. 53. b. Quē propter importunitatem animi nemo recipere tecto uellet. I. P. 84. a. Animal ex omniū ſcelerum importunitate, & omnium flagitiorum impunitate concretum. pro Syl. 181. b. Tanta importunitas inauditi ſceleris.

Importunus, a, um. immanis, infeſtus, moleſtus. de Ar. 244. b. Videbam illud ſcelus tam importunum, audaciam tam immanem adoleſcentis furentis. Poſtquā. 207. b. Hic uultum importunum in forum detulit. pro Cl. 55. a. Furore crudelis atq; importuna mulier. & 20. a. Mulieris importunæ nefaria libido. I. C. 107. a. Importuniſſimus hoſtis. de Fin. 56. a. Homo importunus & crudelis. de N. 76. a. & Ep. 61. a. Varius homo importuniſſimus ſummo cruciatu perijt. I. V. 77. b. Iſtius immanis atq; importuna natura. de Cl. 196. b. Hæc importuna clades ciuitatis. de Or. 110. b. Importunum tempus: id eſt, non opportunum, incommodum.

Impotens, tis. tenuis, infirmus, effrenatus, qui in ſua poteſtate non eſt, qui dolori uel iracūdiæ paret. pro Mur. 138. a. Valeant hæc omnia ad ſalutem innocentium, ad opem impotentium. de Fin. 59. b. Neq; homini infanti atq; impotenti iniuſtè facta conducunt. Epiſt. 54. b. Victoria, quæ etiam ſi ad meliores uenit, tamen eos ferociores impotentioreſq; reddit. Part. 240. b. Aut nullos animi motus, aut nō tam impotentes fuiſſe. Ep. 160. b. Sin iſta pax perditū hominē in poſſeſſionē impotētiſſimi dominatus reſtitutura eſt, etc. Tuſc. 231. b. Qui nulla impotēti lætitia efferuntur. I. A. 198. b. Quæ effrenatio impotentis animi? I. A. 199. a. Impotens, iracundus, contumelioſus, ſuperbus. I. A. 202. b. Aduolat ad urbem homo impotentiſſimus, ardens odio, &c. I. A. 233. b. Dolabella habet ſceleratam impiorum manum, eſt ipſe confidens, impotens, &c. Parad. 122. b. Animus fractus, & arbitrio carens ſuo. de Ar. 244. a. Dolore efferri, & iracundia longius progredi, quàm ſapientis hominis cogitata ratio poſtulat. de Aruſp. 244. a. Nihil feci iratus, nihil impotenti animo. I. A. 206. a. Is in ueſtra poteſtate erit, qui in ſua nunquam fuit? quid enim ille unquam arbitrio ſuo fecit? ſemper tractus quò libido rapuit, quò leuitas, quò uinolentia.

Impotentia, tiæ. animi effrenatio. Tuſ. 216. b. Quam uim ſignificantes mali poetæ, impendêre apud inferos ſaxum Tantalo faciunt, ob ſcelera, animiq; impotentiam et ſuperbiloquentiā. Tuſc. 220. a. Iidem inflammant appetitione nimia, quam tum cupiditatē, tum libidinem dicimus, impotentiam quandam animi à temperantia & moderatione plurimùm diſcedētem. Tuſ. 220. a. Irati color, uox, oculi, ſpiritus, impotentia dictorum atq; factorum, quam partem habent ſanitatis?



Impreſſio, onis. percuſſio, incurſio, pronunciatio, impetus. de Or. 160. a. Numeroſum, id quod habet quaſdam impreſſiones, &c. Ac. 15. b. Inter ipſas impreſſiones nihil intereſſe, ſed inter ſpecies. de Fin. 42. b. In pedibus celeritatem ponebant, uim in manibus, claritatem in uoce, in lingua etiam explanatam uocum impreſſionē. pro Fl. 162. a. Non igitur impreſſio, non occaſio, &c. Ep. 71. a. Non iudicio neq; diſceptatione, ſed ui atq; impreſſione euertere aliquem.

Impreſſus, a, um. pro Mil. 115. a. l. Nympha.

Imprimo, mis. quaſi informo, ſigno, inſcribo. de D. 85. a. Sus roſtro humi a literam impreſſit. Ac. 21. b. Quid ſi in eiuſmodi cera centum ſigilla hoc annulo impreſſero? Acad. 14. b. Similitudines uerò geminorū, aut ſignorum annulis impreſſorum pueriliter conſectantur. & ibi. Signa in annulis impreſſa. Tuſ. 161. a. An imprimi quaſi ceram animum putamus? Part. 232. a. Vt literatura conſtat ex notis literarum, & ex eo in quo imprimuntur illæ notæ, ſic confectio memoriæ tanquam cera locis utitur, & in his imagines ut literas collocat. pro Cec. 299. b. In aliquo loco ueſtigium imprimere. I. A. 253. a. Tu extra munitiones tuas ueſtigium ubi imprimas non habes. Ep. 75. b. Quæ cum uiderem tot ueſtigijs impreſſa, &c. pro Cor. 57. a. Nullus eſt locus, in quo non extent huius fortitudinis impreſſa ueſtigia. I. A. 171. b. Horū flagitiorū iſte ueſtigijs totā Italiā impreſſit. Or. 198. a. Illa enim ſunt curricula, in quibus Platonis primùm ſunt impreſſa ueſtigia. de Fat. 149. a. Viſum obiectum imprimit, & quaſi ſignat in animo ſuam ſpeciem. de Leg. 162. a. Quæ in animis imprimuntur inchoatæ intelligentiæ, ſimiliter in omnibus intelliguntur. Acad. 6. b. Quo è genere nobis notitiæ rerum imprimuntur. de N. 10. b. In omnium animis deorum notitiam impreſſit ipſa natura. Acad. 6. a. Viſum impreſſum effictumq; ex eo unde eſſet, &c. Acad. 15. b. Cum uiſa in animos imprimuntur. & 10. a. Viſum impreſſum in animo atq; mente. de Or. 125. b. Niſi omnes motus in ipſo oratore impreſſi atq; inuſti eſſe uidebuntur. Att. 35. b. Orbis reip. ſic eſt conuerſus, ut uix impreſſam orbitam poſſimus uidere. pro Mil. 115. b. Memoria publica recenſionis tabulis publicis impreſſa. I. A. 197. b. Vt horum iudicum lectione duplex imprimeretur reipub. dedecus. de D. 119. a. Cum terra araretur, & ſulcus altius eſſet impreſſus.

Improbabilis, le. non probabilis. Offic. 34. a. Nos alia probabilia, contrà alia improbabilia eſſe dicimus. aliter, Non probabilia. Acad. 9. b. Siue tu probabilem uiſionem, ſiue improbabilem, & quæ non impediatur proferas.

Improbatio, onis. )( Approbatio. ad Her. 8. a. Hæc et ad improbationem & approbationem teſtium pertinebunt. I. V. 187. a. Dubium ne eſt? quin iſta omnis improbatio cogendæ pecuniæ cauſa nata ſit?

Improbè. iniuſtè, peruerſè. pro S. R. 35. b. Multa improbè feciſti. & pro Mur. 125. a. Facis improbè. & pro Syl. 172. b. de Finib. 59. b. Præda improbè parta. Offic. 49. b. Plures ſunt ij, quibus improbè datum eſt, quàm illi

illi quibus iniuſtè ademptum eſt.

Improbiſsimè.improbè. At.260.b.Ego,ſi me non improbiſsimè Dolobella tractaſſet, dubitaſſem fortaſſe,&c.

Improbitas,tis.peruerſitas.Q.Fr.297.a.Cum te alicuius improbitas peruerſitasq; cõmouerit.pro Mur.126.a.Amicorũ neglectio improbitatem coarguit. Ep.89.a. Mirifica eſt improbitas in quibuſdam. & 5.b.Hominum improbitas.de D.122.b.Simiæ Dodoneæ improbitatem hiſtorijs græcis mandatam eſſe demiror. de Cl.185.a.Athenienſis Hyperboli improbitatẽ ueteres Atticorum comœdiæ notauerunt.At.12.a.Sed tamen non ita, ut ſperarant mali,tanto impoſito reip.uulnere, alacris exultat improbitas in uictoria.

Improbo,as.reijcio,uitupero,,damno.)(.Approbo. de Or.123.a.Ego iſta ſtudia non improbo,moderata modò ſint. Of.30.a.Primũ improbantur ij quæſtus,qui in odia hominum incurrunt. de D.95.b. Hæc improbantur à Peripateticis,à Stoicis defendũtur.Ac.24.a. Hoc negas te poſſe nec approbare,nec improbare.Tuſ.148.b. Iacentq; ea ſemper,quæ apud quoſq; improbantur. pro Fon.277.b.Falſum eſt ob probationem precium datum, cum multa improbata ſint.

Improbus.a,um.impurus,ſceleratus,perfidioſus,facinoroſus,nequã.)(.Bonus uir.de Cl.185.a.Vir longè poſt natos homines improbiſsimus.& At.279.b.Homo nequiſſimus & improbiſsimus. pro Deiot.147.b.Homo nequã & improbus.de Or.136.a.Improbus homo & perfidioſus.pro Syl.172.b.Si quid ab improbis de me improbè dicitur. At.151.b.Hic,qui in tam improbus fuit. de Or.102.a.Populum inflammare in improbos,& cõcitatum in bonos uiros mitigare.de Fin.59.b.Improborum facta ſuſpicio inſequitur.

Improuidus,a,um.incautus. de L.139.b. Neceſsitas quædam fatalis improuidas hominum mentes occupauit. At.115.a.Improuidi & negligentes duces. de Am.114.b. Credulus atq; improuidus ſenex.Ep.26.b.Illud miror,adduci potuiſſe te,qui me penitus noſſe deberes,ut exiſtimares aut me tam improuidũ,qui ab excitata fortuna ad inclinatam & propè iacentem deſciſcerem: aut tam inconſtantem,ut collectam gratiam florentiſsimi hominis effunderem.Tuſ.240.b.Improuida ætas.

Improuiſò.ex improuiſo,ex inopinato, de improuiſo, derepentè,ſubitò,repentè,repentinò.At.237.a. Cum hominem temperantem,ſummũ medicum,tantus improuiſo morbus oppreſſerit.de D.91.a.& pro Mur.133.a.Syracuſani improuiſo in caſtra Hamilcaris irrumpunt. I.V. 145.b.Sanè ei præter opinionem improuiſo incidi. Off. 50.a.Aratus tyrannum Metoclem improuiſo oppreſsit. I.V.99.a.Ex improuiſo ſi quæ res natæ eſſent. Tuſ.224.a.De improuiſo Chryſis ubi me aſpexerit,&c. pro S.R. 44.a.Collocare milites,in quos,ſi qui ex acie fugerint, de improuiſo incidant. de Or.97.a. Subitò dicere.)(.Sumpto ſpacio paratius accuratiusq; dicere.& ibid. Exercere ſe in ſubitis dictionibus.

Improuiſus, a,um.inopinatus,ſubitus, repentinus. Tuſcul.117.a. Sapi ns, cui nihil improuiſum atq; repentinum accidere poteſt,cui nihil ſubitum eſt quod homini euenire poſsit.Ac.44.b.Fortuna efficit multa improuiſa nobis.Tuſ.197.b.Omnia quæ mala putantur,ſunt improuiſa grauiora.I.V.122.b.Cum hoc illi improuiſum inopinatumq; accidiſſet.de Or.93.b.Nulla res neq; tanta, neq; tam improuiſa,neq; tam noua eſt,de qua nõ ſe profiteantur eſſe dicturos. contra Rull.78.a.Vnde iſte amor tam improuiſus, ac tam repentinus. pro Mur.137.a. In his L.Murenæ tantis tamq; improuiſis periculis. pro Font. 282.b.Cum bella ſubitò & improuiſa naſcantur. Att.56.a.Et hæc improuiſa omnia.Ep.23.b. Improuiſus aduentus hoſtium.



Imprudens,tis.inſciens,inſcius,ignarus,errãs per imprudentiam.)(.Sciens. de Or.92.b.Scripſi etiam illud in quodam libello,qui me imprudente & inuito excidit, & peruenit in manus hominum. pro S.R.22.a. Hæc omnia imprudente L.Sylla facta ſunt.de Fin.65.a.Qua tu etiam imprudens utebare nonnunquam. Acad.6.a.Imprudens eò, quò minimè uult, reuoluitur. Orat.215.Sed idem imprudens ipſe facit. Tuſcul.217.b.In altumq; prouehitur imprudens. de Clar.189.b. Tu mihi imprudens M.Seruilium præterijſſe uideris.pro S.R.33.b. Multa ſæpe imprudentibus imperatoribus uis belli molitur. de In.74.a.Nautæ imprudentes legis, cum exiſſent,uitulum immolauerunt.

Imprudenter.per imprudentiam,per ignorantiam, inſcienter.de In.52.a.Imprudenter lædere aliquem. Ac. 43.a.Illud imprudenter,ſi arbitrãtur,&c.Or.215.b. Verſus ſæpe in oratione per imprudentiam dicimus.

Imprudentia,tiæ.inſcitia,error,inſcientia.de In.47.a. Imprudentia eſt,cum ſciſſe aliquid is qui arguitur negat.de Ar.251.a.Sacrificium tam occultum,quod non modò curioſos oculos excludit,ſed etiam errantes: quo non modò improbitas,ſed ne imprudẽtia quidem poſsit intrare.I.V.120.b.& Or.215.b. Quod ſæpe per imprudentiã fit.de Or.157.b.Imprudentia teli emiſsi:id eſt, cum telum manu fugit.de In.51.a.Modi partes ſunt prudentia & imprudentia. & ibi. Imprudentia in purgationem confertur,cuius partes ſunt inſcitia, caſus, neceſsitas, & in affectionem animi.

Impuber,ris.adoleſcentulus. I.C.121.a. Cum filium eius impuberem necandum eſſe dixit.

Impudens,tis. inuerecundus,exhauſto rubore. ad Heren.27.a. Epiſt.67.b. Qui uerecundiæ fines ſemel tranſierit, eum bene & nauiter oportet eſſe impudentem. pro Quint.R. 48.a. Pudens impudentem fraudaſſe dicitur.pro Quint.14.a.Ore duriſsimo eſſe:id eſt, eſſe impudentem.

Impudenter.confidenter,audacter.I.V.135.b.Quamuis audacter,quamuis impudenter.& pro Flac.158.a.& Ep.67.b.Impudenter facit.

Impudentia,tiæ.confidentia,audacia,os. Or.220.a. Verecundia negandi ſcribendi impudentiam ſuſcepi. pro Fl.153.b.Audacia & impudentia fretus. pro Dom.233.a. An ego tantam oculorum impudentiã habere poſsim? ut uideã,&c.de Ar.243.b. Impudicã alicuius impudentiam reprimere.de Orat.99.a.Cæteros non dubitabo primùm inertiæ condemnare,deinde etiam impudentiæ. & ibid. Neſcire,&c.inſignis eſt impudentiæ.

Impudentiuſculus,la.Ep.98.b.Sumus enim impudentiuſculi,quàm per te uix licet.aliàs,putidiuſculi.

Impudicitia,tiæ. Octa.331.a.Cui forma per dedecus pecuniam & nomen nobile conſceleratum impudicitiæ dediſſet.*

Impudicus,a,um.impurus.I.A.185.b. de Or.132.b. Aduerſus & auerſus impudicus es. Octa.331.b.& in Sal. 275.a.Audiet Marius impudico domino parêre nos,qui ne militem quidem habere uoluit,niſi pudicũ. de Ar.243.b.Impudicã alicuius impudentiã reprimere. I.C.106.b. Complexi mulieres impudicas. & 109.a.Omnes impuri impudiciq;.



de L.166.a.Impudica loqui.

Impugno,as.oppugno.pro Q.2.a.Illis autem id tempus impugnandi detur,cum uitandi illorũ impetus poteſtas adempta nobis erit.At.284.a.Sceleratos ciues timore ab impugnanda patria deterrere.

Impulſio,onis.impulſus. de In.64.a. Cauſa diuiditur in impulſionem & ratiocinationem.impulſio eſt,quæ ſine cogitatione per quandam affectionem animi facere aliquid hortatur,ut amor,iracundia,&c.& 64.b. Cum impulſione aliquem commiſiſſe quid dicet.de Vn.197.b. Omnis coagmentatio corporis, uel calore, uel frigore, uel aliqua impulſione uehementi labefactatur.

Impulſor,oris.At.256.a.Et ſi quamuis non fueris ſuaſor & impulſor profectionis meæ,approbator certè fuiſti.In Vat.33.b.Autor & impulſor,& ſocius ſceleris. de Pro.72.b.Omnis illa tempeſtas Cæſare impulſore & autore excitata eſt.

Impulſus,ſus.inductus,impulſio.de In.64.b. Qui ſimili impulſu aliquid cõmiſerint. pro Dom.215.b.& I.V. 141.b.& pro S.R.36.a.Hoc P.Clodij impulſu factũ eſt. de N.32.a.& de Somn.131.a.Non alieno impulſu,ſed ſua ſponte moueri.de Som.128.b.Sonus, qui impulſu & motu ipſorum orbium efficitur.pro Cec.283.a.Impulſus ſcutorum,conflictus corporum.

Impunè.ſine pœna uel periculo.)(.Periculo capitis. pro Mil.109.b. Ep.231.b. Dionyſius cum multos libros ſurripuiſſet,nec ſe impunè laturum putàret,aufugit. Att. 13.a.Qui nummos in tribu pronunciauerit,ſi non dederit,impunè ſit. At.184.a.Mihi ne dolere quidem impunè licet.pro S.R.31.b.& 33.b.Homines uulgo impunè occiduntur.pro Q.2.b.Libertate uſus eſt,quo impunius dicax eſſet. de Leg.164.a. Vt dictator quẽ uellet indicta cauſa, impunè poſsit occidere.de In.66.a.Poteſtas impunè aliquid faciendi. I.A.159.b. Qui non modò impunè,ſed etiã cum ſumma interfectoris gloria interfici poſsit.de D.120 b. Hæc in metu & periculo cùm creduntur facilius,tum finguntur impunius. Parad.119.b.Cum lucrari impunè poſſet auri pondo decem. pro Deiot.149.b.Vbi id quod intus eſt,impunè euolare poteſt.pro Cl.34.a.Licet impunè confiteri.cõtra Rul.67.b.Vt impunè in ocio eſſe poſſemus.de Orat.159.b.In quo impunè progredi licet duos duntaxat pedes.

Impunius.aduerb.l.Impunè.

Impunitas,tis.licentia,uenia. pro Mil.118.a.Quem ſi ui uiciſſet,habiturus eſſet impunitatem & licentiã ſempiternam.pro Plan.259.a.& Epiſt.13.a. Non mihi tantum arrogo,ut C.Plancium ſuis erga me meritis impunitatem aſſecuturum putem.I.A.220.a.Cæteris autem ſi errorem ſuum depoſuerint,ueniam & impunitatẽ dandam puto.& Tuſc.218.b.Dare impunitatem peccatorum alicui.I.A.157.a. Cum tanta gladiorum impunitas ſit. pro Seſt.21.a.Quorũ effrenatus furor alitur impunitate diuturna.I.P.84.a. Animal ex omnium ſcelerum importunitate,& omnium flagitiorum impunitate concretum.pro R.P.126.b. & Offic.60.a.Quorum impunitas fuit non modò à iudicio,ſed etiam à ſermone. pro Mil.110.a.Impunitatis ſpes maxima eſt illecebra peccandi. Q.Fr.328. a. Gabinij abſolutio lex impunitatis putatur. de Clar. 194.b.Iuuenilis quædam impunitas & licentia dicendi. de Nat.22.b.Tanta eſt impunitas garriendi. pro Dom. 216.b.Impunitas ſcelerum.Tuſcul.218.b. Impunitas peccatorum.

Impunitus,a,um.inultus,liber. I.A.226.a.Poſſumus hanc iniuriam inultam impunitamq; dimittere. & 63.a. Vt cæterorum quoq; iniuriæ ſint impunitæ atq; inultæ. de Or.104.a.Virtus tamen ius ſuum & impunitam omnium rerum libertatem tenere debet. I.C.101.a.Tibi uni multorum ciuium neces,tibi uexatio,direptioq; ſociorum impunita fuit ac libera.I.V.215.b.Si iſtius hæc tanta iniuria impunita diſceſſerit.Off.38.b.Niſi enim multorũ impunita ſcelera tuliſſemus,nunquam ad unum tanta perueniſſet licentia.



Impurè.ſpurcè.I.A.160.a. Impurè & intemperanter facere aliquid.& de D.93.b.Facere multa impurè atque tetrè.de Fin.98.a.Impurè & flagitioſè uiuere.

Impuritas,tis.flagitia,turpitudines. I.A.161.a.Cum omnes impuritates,pudica in domo quotidie ſuſciperes.

Impurus,a,um.contaminatiſsimus, lutulentus, ſpurcus,improbus,ſceleratus.)(.Purus.At.151.b.Ego hunc impurum & ſceleratũ puto.pro Dom.222.a.Omnium non bipedum ſolum,ſed etiam quadrupedum impuriſsimus. pro Q.R.48.a.Perſona illa lutulenta,impura,inuiſa. de Ar.249.a.Vt eos ludos hæc lues impura pollueret. I.C. 109.a.Omnes impuri impudiciq;.

Imus,a,um.infimus.pro Q.R.48.b. Ab imis unguib. uſq; ad uerticem ſummũ.de Som.129.a.Nam terra immobilis manens ima ſede ſemper hæret.At.227.a. Ex caſtris ad imam Candauiam.ad Her.21.a.In diſtributione uocem ab imis faucibus adhibere oportet.ad Her.22.a.A ſummo, à medio,ab imo.

In.ad,apud,pro,erga,inter.de In.69.a. In noſtra cõſuetudine multis de cauſis fit, ut rarius incidant tranſlationes. de In.69.a.Quare non in omnem cauſam,ſed in omne genus cauſæ incidunt. de In.64.a. Non omnes loci in omnem cauſam conueniunt. pro Quint.R.47.a. In hanc formulam omnia iudicia concluſa & comprehenſa ſunt. de In.75.a.In conceſsionem præcepta dedimus. & ibid.b.In id quoque præcepta poſuimus. de In.63.b. Tradere locos in ſingula cauſarum genera.& ibid. Inuenta unamquanque in rem exponentur.de In.77.b. Hoc in omne factum,& in omne tempus idem ualet. de In.80.b. Lex ſcripta communiter in plures res,uel in aliquam certam rem. pro Quint.R.54.a.Niſi te in ſuam litem dediſſet cognitorem. & 50.a.In hanc rem me cognitorem dediſti. pro Cluent.23.a. Auditis de eo in quem iudices non eſtis. & 59.b.Iudex in aliquem. de In.68.b.Pater habet poteſtatem in filios.pro Cecinn.298.a. In aliquam rem afferre rationes.Attic.8.a.In illam orationem addidi quædam. contra Rull.61.b.Auctio conſtituta in menſem Ianuarij. Epiſtol.253.a. In hoc interdicto non ſolet addi,in hoc anno. In Ver.67.b. Cum ego diem in Siciliam inquirendi perexiguam poſtulauiſſem. pro S.R. 31.b.Aliquem eſſe dominum in ſuos.pro Cluent.36.b. In legem iurare. de In.76.b. Inſumere laborem in aliquam rem. Attic.25.b. Et quis in eius locum paretur. In Ver. 65.a.Nationes,quæ in amicitiam populi Romani ditionemq; eſſent. pro Pomp.10.a. Portus ueſtros in hoſtium fuiſſe poteſtatem. I.V.95.a.In codicis extremam ceram nomen infimum fecit. pro Cluen.26.a.In ſuſpicione uocatus eſt.I.C.105.a.Quorum æs alienum cõtractum in popinam non poteſt,&c. I.V.87.b.Ea in tabulas publicas ad ærarium perſcribenda curaui.de In.77.a.Vti aliquo uerbo uno pluribus'ue in ea ſententia,in qua is qui dicet,accipiendum eſſe demonſtrabit.Attic.37.a.In eam ſententiam multa dixit. Atti.6.a.Duæ epiſtolæ in eandem rationem ſcriptæ. In Verrem.90.a. Cum in eam ratio=

rationem pro ſuo quiſq; ſenſu loqueretur. de In.76.a. Alius in alium implicatus. pro Sext. Roſc.22.b. Capito, qui in decem legatis erat. I.V.67.b. Defigere furta alterius in oculis omnium. At.235.b. Conſilia in horas mutari uides. I.V.114.b. Dare iudicium in certa quædam uerba, ut qui iudicet, nõ poßit aliter iudicare. & 119.a. Locare aliquid in multos annos. contra Rull.63.a. In reliquum tempus aliquid ſancire. I.V.134.b. Ei honos ille in illum annum deberi putabatur. I.V.252.a. Verſus, qui in iſtius cupiditatem facti ſunt. pro S.R.43.a. Summa reipub. in huius periculo tentatur. contra Rull. 63.a. Aurum conſumptum in monumento. contra Rul.83.a. Concordiæ patronum me in hunc annum reipub. confeſſus ſum. pro Rab.94.a. Quod crimen in hunc maius expectas? pro Mur.134.a. Noſtra in aliquem ſtudia minui. pro Flac.159.a. Athenienſes unde fruges, iura, leges ortæ, atq; in omnes terras diſtributæ putantur. Poſtquam.211.b. Erat alius ad portas in multos annos. pro Dom.225.a. pro Flacc.150.a. Qui nuper ſummo cum imperio fuerit, ſummo in amore eſſe propter nomen ipſum imperij non potuit. pro Flac. 155.b. Vtrum in clarißimis ciuibus eſt is, qui, &c. Off.13. b. Hic in magnis uiris non eſt habendus: id eſt, inter magnos. pro Fl.153.a. Prætor pecuniam in remiges imperauit. pro Flac.155.a. Pecuniam in ædem ſacrã reficiendam perſcribunt. pro Flac.152.a. Pecunia in claſſem eſt erogata. & ibi. Nos hic in mare ſuperum & inferum ſeſtertiũ ter & quadragies rogabamus. con. Rul.83.a. Duodena deſcribit in ſingulos homines iugera. & 72.b. Ianitores ducentos in annos ſingulos ſtipatores corporis cõſtituit. pro Syl.175.a. Diuiſi eas tabulas toti Italiæ, diuiſi in omnes prouincias. Tuſ.168.a. Itaq; non deterret ſapientẽ mors, quo minus in omne tempus reip. conſulat. de Arch.250. b. Id totum in iſtius ludos prædictum atq; reſponſum eſt. Off.42.b. Facillimè in optimam partem cognoſcuntur adoleſcentes, qui, &c. de Som.128.a. Pietas in parentibus & propinquis magna eſt. de D.80.b. Cum magna uis uideretur eſſe in monſtris interpretandis, in aruſpicum diſciplina. pro Seſt.25.b. Quis eſt Italiæ locus? in quo non fixum ſit in publicis monumentis ſtudium ſalutis meæ? & 7.a. Habebit ſenatus in hunc annum quem ſequatur. pro Cæl.50.a. Dij nunquam præſentis fraudis pœnas in diem reſeruant. pro Seſt.7.a. Alter multos planè in omnes partes fefellit. pro Corn.59.a. Eſt enim in populum Romanum graue, non poſſe, &c. & ibid. In ſocios uerò iniurioſum & contumelioſum, ijs præmijs excluſos eſſe, &c. & 64.b. Vt in ſingulas colonias ternos ciues Romanos facere poſſet. & 65.b. Multi in ciuitate recepti ex liberis populis. & 66.a. Cum præſertim in genus ipſum accuſationis & nomen, eiuſmodi præmium nemini iucundum eſſe poßit. & 67.b. Suſcipere odium infinitum in aliquo. I.A.258.b. Quæ autem eſt iſta ſententia, ut in hodiernum diem ueſtitus mutetur. de Pro. 70.a. Is imperator in pœnam exercitus expetitus eſſe uidetur. Offic.63.b. Et ſimul ad cœnam inuitauit in poſterum diem. de D.84.a. Et Capitolinis iniecit ſedibus ignes. & 111.b. Solis defectiones itemq; lunæ, prædicuntur in multos annos. I. A.203.a. Summo ſtudio optimoq; in rempub. conſenſu. de Diuin.120.a. In omne corpus diuiſo & multiplicato cibo. & 131.b. Hoc ſi eſt in libris, in quem hominem, & in quod tempus eſt? de Fat. 143.b. Hæc commutari ex ueris in falſa non poſſunt. I. A.252.b. Qui ſe conſulatum in Bruti locum petere profitetur. Epiſt.84.a. Quid? tu in lictoribus in toga prætexta eſſe conſulatum putas? I. P.93.b. Plebs in cuius tu infamiam, ea quæ per latrones de me egeras, contuliſti. I.A.236.a. Ni Brutum colligaſſemus in Græciam. & 165.b. Is hanc rem in Ciliciam ad oſtium fluminis Cydani confeciſſet. & 178.a. In eius tetrarchiam ex Græcis comitibus ſuis collocarat. & 166.b. In huius me conſilij ſocietate tanquam in equum Troianum, cum principibus includi non recuſo. & 175.a. Qui in proximum annum conſulatum peteres. & 184.a. Cæſar patrimonium ſuum in ſalutem reipub. collocauit. Alter inſitus in Lælios, &c. l. Inſero. Calor inſitus in nobis, &c. l. Inſitus. de Pro.70.a. Omitto iuriſdictionem in libera ciuitate contra leges. & ibid.b. De pecunijs creditis dicere ius in liberos populos contra leges. de Orat.127.a. Tum omnem orationem conuerti in increpandam Cæpionis fugam. & ibid. In deplorandum interitum exercitus. I. V.138.a. In hanc rem teſtem totam Siciliam citabo. Att. 46.a. In aliquem, uel in ſe ipſum peccare: id eſt, contra. I.V.172.a. Minus tribus medimnis in iugerum nemo dedit. & 184.b. In frumentum imperatum HS. duo detricis in annos ſingulos Verri decernebantur. & 187.a. In medimna ſingula HS quinos denos dediſti. de Orat. 101.a. Amor in patriam. I.V.205.a.b. Committere ſe in conſpectum alicuius. & 204.b. Magnum ſumptum in Timarchidis prandium feci. & 234.a. Cum ad prætorem in ius adiſſemus. & 265.b. Pecuniæ erogatæ in operum locationes falſas. & ibid. Includere aliquem in cuſtodias. de N.18.b. Solem in deorum natura ponere. & 17.a. Epigramma Catuli in Roſcium: id eſt, in laudem eius. de Or.141.a. Scribere carmen in aliquem: id eſt, in laudem. Att.66.a. Eſt pondus apud ruſticos in memoriam patris: id eſt, ob memoriam. de N.39.b. Diana omniuaga, quod in ſeptem numeratur tanquam uagantibus inter ſeptem ſtellas errantes. Att.73.b. Sed ego hanc αὐ[illegible] in unum annum meditatus ſum. I.V.250.b. Hoſtilem in modum ſæuire. Attic.76.b. Incredibilem in modum concurſus fuit ex agris. de Nat.51.a. Aues, quæ ſe in mari mergunt. & 53.b. Sanguis à corde in totum corpus diſtribuitur. & ibid. Quæ confecta in reliquum corpus diuidantur. Attic. 85.a. Nec id ſatis efficitur in uſuram menſtruam. de N. 61.a. Quod perſpicuum eſt in iſtam partem. Att.93.a. Scaptius centeſimis renouato in ſingulos annos fœnore contentus non fuit. & ibid.b. Hunc ego ſi in præfectis habuiſſem, quem tu me hominem putares? & 111.b. Si quid offendimus in genero noſtro, id fit maius quàm, &c. Off. 68.a. Id quàm iniuſtum in patriam eſſet, non uidebat. de Sen.91.b. Quæ ſecundum naturam fiunt, ſunt habenda in bonis. de Leg.162.a. Dolor in maximis malis ducitur. de Am.104.a. In rempub. in magna aliqua re peccare. & ibi. In aliquem aliquid efficere. de Leg.164.b. Obſequia in homines: id eſt, erga. & ibid. Cerimoniæ religioneſq; in deos. & 177.a. Athenæ multa utilia in uita hominum attulere. & 185.a. Minores magiſtratus plures in prælia ſunto. & 191.a. Ego in iſta ſum ſententia, qua te fuiſſe ſemper ſcio. de Vn.195.b. Et cum inueneris, indicare in uulgus nefas. & 196.b. Quod in cernendi ſenſum caderet. pro R.P.128.a. Nulla pecunia Gabinio niſi in rem militarem data eſt. & 130.a. Quærere inuidiam in aliquẽ. de N.77.a. Impietas in deos, iniuria in homines: id eſt, contra. Attic.59.a. In hoc thecam nummariam ne retexeris: id eſt, ob hoc. & 149.a. Multa diſputas huic ſententiæ cõuenientia. de Or.94.b. Neq; hæc in eam ſententiam diſputo, ut, &c. At.117.b. Id ego in eam partem accepi, hæc oppi-



oppida, &c. de Or.99.a. Agere lege in hæreditatẽ paternam. & ibi. Tabellæ quibus id ſcriptũ erat, &c. & 100.a. Mulier quæ in concubinæ locum duceretur: id eſt, pro concubina. & 102.a. Inflammare populũ in improbos. et 101 a. Magno amore inflammatum eſſe in patriam. At. 119.b. Quid in utranq; partẽ mihi in mentem ueniat, explicabo breui. de Or.104.b. Cum Galba pupillum penè in humeros ſuos extuliſſet. & 108.b. Patris ſtudium in filijs erudiendis. At.122.b. In ſumptũ mutuari ab aliquo. de Or. 114. b. Ambulare in ſole. At.130.b. Committere legiones in cõſpectum hoſtium. de Or. 124.a. Indulgentia in liberos noſtros. & ibi: Viuere in diem.)( In ſempiternũ tempus ſpectare. & 126.a. Puer qui tibi in tutelam eſt traditus. & 128.b. Omnium rerum in contrarias partes facultas ex ijſdem ſuppeditatur locis. & ibid. Hoc conueniret in omnes luſcos. & 129. a. Sed ut in Scæuolam continuit ea dicta Craſſus, ſic in Bruto utroque genere pugnauit. & 131. b. Quod idem in bono ſeruo dici ſolet. & ibid. Ridiculum illud uetus in furace ſeruo. & 138.b. Eſt id in totam orationem confundendum. & ibi. In ignẽ poſita eſt. de Or. 147. b. In quo igitur homines exhorreſcunt? in quo exclamãt? Att.162.a. Reponere aliquem in ſuis. pro Quin.R. 45.b. Quod in codicem iniuratus referre noluit, id in litem iurare non dubitat. At.175.a. Non poſſum præ fletu diutius in hoc loco commorari. pro Clu. 50.a. Redigere aliquem in poteſtate ſua. At. 183.b. Cæſar itinera ita facit, ut multos dies in oppidum ponat. & 184. a. Melius in peßimis nihil fuit. & 203.a. Horti quam in diem proſcripti ſint, uelim ſcire. de Clar. 173.b. Fanius in mediocribus oratoribus habitus eſt: id eſt, inter. pro Q.R. 53.a. Si HS. milies in iudicium haberes. I. C.113.a. Recitatæ ſunt tabellæ in eadem ferè ſententia. At.212.a. Da te in ſermonem. de Cla. 178.b. Extat in eam legem oratio. Off.6.b. Id quod apud Platonem eſt in philoſophos dictum. Att.228.b. Si humaniter & amabiliter in me cogitare uis. de Cla.190. a. Verbum in longius ductum. At.241.a. Præſidia ſunt in multos annos prouiſa. de Cla.195.a. In hoc ſpacio, & in his poſt ædilitatem annis. pro Q.R.46.a. Hoc nomen in codicem acceptum & expenſum eſſe debuit. & ibid. Nomina in codicem digeſta habes. de Cl. 196.b. Genus dicendi uerbis incitatum, in quo fuit Aeſchylus. & ibi. Turba patronorum quam congeßi in hunc ſermonem. At.251.a. Hæc ſcripſi in eam partem, ne me motum putares. pro Cec.289.a. In eas ipſas res quas improbißimè fecit, teſtimonia ſumpſit. ad Brut. * Duri fuimus in Dolobella. & ibi. In duces uehemens, in milites liberalis. At.276.a. Atq; hoc mihi in te placuit. Aequabiliter in omnia genera fuſu oratio. Aequabiliter in omni ſermone fuſum, &c. pro Clu. 54.a. Venenum additum in aliqua parte panis. de Orat.209.a. De ſuis in rempublicam meritis dicere. Orat.218.a. Pæan commodè in ſolutam orationem illigatur. pro Quin.1.b. Hæ contra nos ambæ faciunt in hoc tempore. pro Clu. 57.b. Mulier in familiæ luctum atq; in priuignorum funus nupſit. pro Quin.11.b. In ea ipſa uerba, quæ aduerſarius ediderit iudicium accipere. Q.Fr.302.b. Tradere aliquem in cuſtodiam, uel in publicum, uel in piſtrinum. Verſari in controuerſia. l. Controuerſia. pro Q.17.a. Verſari in diſcrimẽ. pro S.R.20.a. Qui ex ciuitate in ſenatũ delecti eſtis. & 27 b. In eam partem potius peccant, quæ eſt cautior. Quint. Fr.311.b. In eam tabulam magni riſus conſequebantur. & 312.a. Pecunia Pompeio decreta in rem frumentariam. & ibi. S. C. Factum eſt in Afranij ſententiam. pro Quint. R.46.b. Quis in hanc rem fuit arbiter? pro Font. 278. a. Titurius quaternos denarios in ſingulas uini amphoras portorij nomine exegit. Quint. Frat. 318. b. Is ſe ternis numis in pedem tecum tranſegiſſe dicebat. ad Heren.41. a. Si quæ antè & pòſt & in ipſa facta erunt, comprehendemus. Item: Illiberalis in aliquem & negligens in amicos, & intolerabilis in omnes. uide in ſuis uocabulis. Ep. 224. b. In perditis ac deſperatis aliquid habere. ad Her. 33.b. Cum dictis quibuſdam reliquum relinquitur in audientiũ iudicium. ad Her.40.b. Illi gladium in latere defixit. Ep. 28.b. Legiones, quæ decretæ ſunt in Syriam. In uicio eſſe. l. Vicium.

Inædifico, as. ædifico. de Ar.250.a. In domo tua eſt inædificatum ſacellum. & 251.a.

Inæquabilis, le. Part. 230.b. Inæquabilis uarietas.

Inæſtimabilis, le.)( Aeſtimabile. de Fin.94.a.

Inalpini, orum. Alpium incolæ. Ep.169. b. Progreſſus ſum ad Inalpinos cum exercitu Bruti.

Inambulatio, onis. ad Her.21.a.

Inambulo, as. deambulo. de Orat. 109. b. Cum etiam tum in lecto Craſſus eſſet, Antonius autem inambularet cum Cotta in porticu. I.V.206. b. Prætor quieſcebat, illi inambulabant. At. 90.b. & Ep. 164.b. Ante lucem inambulabam domi. de L.159.a. In uiridi opacaq; ripa inambulare. & 156.b. Romulus non longè à tuis ædibus inambulans dixit, &c. Acad.42.a. Quia diſputabant inambulantes in Lycio.

Inanimatus, a, um. inanimis, muta et expers animi res.)( Animal, animatum. de N.9.a. & 67.b. & de Am.109.a. Res inanimatæ atq; mutæ. Of.34.b. Inanimata, ut aurum, argentum, &c.

Inanimus, a, um. inanimatus.)( Animal. Acad.10.b. & de D.128.b. I.V.171.a. Omnia muta atq; inanima commouerentur. & Tuſ.242.a. Inanimi.)( Animati. de N.41.a. Inanima natura. Tuſ.159.b. Inanimũ enim eſt omne quod pulſu agitatur externo: quod autem eſt animatum, id pulſu cietur interiore.

Inanis, ne. uacuus, ſuperuacuus, ſine cauſa, caſſus, uanus.)( Plenus. de N.19. b. Quid reliqua deſcriptio omnium corporis partium? in qua nihil inane, nihil ſine cauſa, nihil ſuperuacuum eſt. de N.14. b. Nihil eſt quod uacet corpore, corporibus omnis obſidetur locus, ita nullum inane eſſe poteſt. de Fat.145.a. Cum uas inane dicimus, non ita loquimur ut phyſici, quibus inane eſſe nihil placet, ſed ita, ut uerbi cauſa, ſine aqua uas eſſe dicamus. Acad. 31. b. Tu'ne inane quicquam putas eſſe? cum ita completa & conferta ſint omnia, ut & quod mouebitur corporum cedat, & quà quicque ceſſerit, aliud illico ſubſequatur. de Finib.52.a. Infinitum, inane, in quo nec ſummum, nec infimum, nec medium, nec ultimum, nec extremum ſit. Acad. 29.b. Leucippus plenum & inane. Att. 223. a. Structores ad frumentum profecti inanes redierunt. Offic.53.b. Ad quos cum tanquam ad mercaturam bonarum artium ſis profectus, inanem redire turpißimũ eſt. Tuſcul. 252. a. Quod nos honeſtum dicimus, id illi caſſum quiddam & inanis uocis ſono decoratum eſſe dicunt. Epiſt.94.a. Inanes eſſe meas literas quàm nullas malui. Attic. 131.b. Mittere tabellarium cum inanibus epiſtolis. I. V.141.a. Equus inanis, cui nemo inſidet. de Orat. 88.a. Sed deinceps omnia plena conſiliorum, inania uerborum uidemus. pro Muren.130.a. Hæc inanißima prudentiæ reperta ſunt. I. C. 100.b. Omnes conſulares ſimul atque aſſediſti, partem illam ſubſelliorum nudam atq; inanem reliquerunt. I. V. 125. b. Domus exornata & inſtructa

ſtructa.)( Nuda & inanis. Epiſt. 27. b. Nulla enim abs te per hos dies epiſtola inanis aliqua re utili & ſuaui uenerat. I.V.174.b. Ager Agyrinenſis ſeptuaginta aratoribus inanior eſt. Tuſ.199.b. Niſi uellent uoces inanes fundere. de Or.86.b. Inanis elocutio ac penè puerilis. de D.135.a. Falſa & inania ſomnia humana eſſe. At.274.a. Inanis ſpecies clementiæ. pro Q. R.52.a. Inani & tenui ſpe te conſolaris. pro Mil.120.a. O ſpes fallaces, ô cogitationes inanes meæ. de Fin.58.b. Inanium cupiditatum nec modus ullus, nec finis inueniri poteſt. pro Clu.32.a. Miſerrimus & inaniſsimus.

Inanitas, tis. inane, uanitas. de Fat. 144. a. Cum duo indiuidua per inanitatem ferantur, &c. Tuſcul. 190 b. In ſumma inanitate uerſamur. de Fin. 53. a. Vt ſapiens ſolum amputata & circumciſa inanitate omni & errore, naturæ finibus contentus ſine ægritudine poßit, & ſine metu uiuere.

Inaniter. falſò. Acad.10.a. Cum ſit incertum, uerè inaniter ne moueatur. Tuſ.212.a. Cum & inaniter & effuſè animus exultat.

Inapparatio, onis. nullus apparatus. ad Her. 7. b.)( Apparatio.

Inaudio, dis. exaudio, bene audio. Ep.141.b. Aquini cõſilia ſunt inita de me, quæ te uideo inaudiſſe.

Inauditus, a, um. inuſitatus. de Or. 96. a. Nihil dicam reconditum, nihil expectatione ueſtra dignum, nihil aut inauditum uobis, aut cuiquam nouum. & 97. a. Quamquam ea ſunt nobis quoque non inaudita. in Vat.36.a. Res in omni memoria omnino inaudita. Res ne fando quidem audita. l. Faris. de Ar. 257. b. Sacra maribus inuiſa & inaudita. pro Rab. 92.b. Supplicia inuſitata, crudelitas inaudita. pro Quin.5. b. Inaudita criminatione aduerſariorum.

Inauguro, as. initior, conſecro, dedico. I. A.181.a. Cur nõ inaugurare? et ibi. Vide qui te inauguret, &c. de Cl. 165. a. Et inauguratum ab eodẽ me recordabor. pro Dom.241. a. Templum inauguratum id eſt curia.

Inauratus, a, um. auratus. I.C.115.a. Romulus inauratus in Cappitolio. At.88.a. Turma inauratorum equeſtrium. Tuſ.157.b. Pellis inaurata arietis. de D.90.a. Columna extrinſecus inaurata. de Or.154. & I. V.119.a. et 131.b. Non inaurata ſtatua decorari, ſed aurea. ad Her.38.b. Palla inaurata indutus

Inauro, as. auro tego. Ep. 101.a. Moriar ni (quæ tua gloria eſt) puto te malle à Cæſare conſuli, quàm inaurari.

Inauſpicatò, auſpicio non captato, malis ominibus. de D.87.a. T. Gracchus tabernaculum uiciò cepit imprudẽs, quod inauſpicatò pomeriũ tranſgreſſus eſt. de D.86.a. Viciò nauigare. et ibi. b. Auerſa auiſoluere.

Incallidè. incautè. Offic. 76. b. Non incallidè tergiuerſari.

Incallidus, a, um. ſimplex, antiquus, incautus.)( Callidus. pro Cl 27.a. Seruus non incallidus, ſed frugi atq; integer. Ep.38.a. Quod ſi quis me aſtutiorem fingit, quid poteſt eſſe incallidius, quàm nunc committere, &c. & de In. 42. b. Non incallidi homines.

Incautè. incallidè. At.108.a. Stultè omnia & incautè agi iudico.

Incautus, a, ũ. improuidus. I. A.231.a. Trebonius oppreſſus eſt ab hoſte incautus. & Ep.142.b. Incautior fuiſſem. de N. 26.a. & pro S. R.21. b. Næ ego incautus, qui cum Academico, & eodem rhetore congredi conatus ſum. pro Plan.270.a. Qui te incautum nunc tuo loco dimouere potuerunt. de Clar.187.b. M. Meſſala prudens, acutus, minimè incautus.

Incedo, dis. ingredior, ambulo. de In. 67.a. Facilius autem ad inuentionem animus incedet, ſi pertractabit, &c. de D.90.b. Tum uiſam belluam quácunq; incederet, omnia arbuſta, uirgulta, tecta peruertere. Or. 199. a. À primo ſummißius, deinde preßius, pòſt ſenſim incedens exultauit audacius. pro Seſt.6.b. Alter ô dij boni quàm teter incedebat, quàm truculentus, quàm terribilis aſpectu. Cæl. Epiſt.119.a. Pudeat te auſum illum unquam eſſe incedere tanquam tuum competitorem. Ep.22.b. Repentè uerò inceßi omnibus lætitijs.

Incendium, dij. ardor, flamma. Parad. 121.b. Qui incendium fecerit? ædes nympharum manu tua deflagrauerũt. 106.b. Cædes, incendia, rapinæ, &c. pro Mur.136.b. Reſpondit, ſi quod eſſet in ſuas fortunas incendium excitatum, id ſe non aqua, ſed ruina reſtincturum. Antequam. 193.b. Arcem urbis ab incendio & flamma liberaui. I.C. 103. a. An te non exiſtimas inuidiæ incendio conflagraturum?

Incendo, dis, incendi, ſum. inflammo, incendium facio, ignem uel faces infero uel ſubijcio, comburo, cremo, cupiditatem do, incito. I.V.263.a. Claßis populi Rom. capta atque incenſa eſt. & Acad. 22.b. ter. I.C.112.b. Quod Saturnalibus urbem incendi placeret. de N.74.b. Qui tabellarium incenderit. & pro Rab.91.b. De tabellario incenſo. At.138.b. Naues, quibus uſus non eſt, omnes aut præcidiſſe, aut incendiſſe dicunt. de Ar. 257.b. Qui templum earum inflammauit dearum, quarum ope alijs incendijs ſubuenitur. de Leg.181.b. Nec antè ſepulchrũ eſt, quàm iuſta facta & corpus incenſum. de Or.125.b. Incendere iudices. & 126. a. Nulla mens poteſt incendi, niſi inflammatus ipſe ad eam & ardens acceſſeris. de L. 188.b. Et aliquando incenditur, & quidem ſæpe ſedatur. de Fat.140.b. Oratoria ſtudia, quibus etiam te incendi, quanquam flagrantißimum, acceperã. de Or.93.a. Cum ab ineunte ætate incenſus eſſem ſtudio utriuſq; ueſtrûm. Epiſt. 67.a. Meq; ita uel cepit, uel incendit, ut cuperem, &c. Tuſ. 157.b. Corporis facibus inflammari & incendi ad cupiditates. Epiſt.255.b. Cum incendiſſes cupiditatem meam conſuetudinis augendæ noſtræ. Ep.11. Cæſar à Craſſo in me eſt incenſus. Ep. 84.a. Voluntas officio incenſa. Tuſc.148.b. Omnes incenduntur ad ſtudia gloria. Item: Incendi ira. Tuſcul. 199. b. Incendere odores. In Ver. 218.b. Incendere thura & odores.

Incenſio, onis. incendiũ. I. C.112.b. Annus poſt Capitolij incenſionem uigeſimus. pro Syl.173.a. Incenſione urbem, internitione ciues, uaſtitate Italiam, interitu rempublicam liberaui.

Incenſus, ſa, ſum. inflammatus, iratus, qui cenſus non eſt. I. V.116.b. Iſte uehementer Sthenio incenſus hoſpitium ei renunciat. & pro S.R. 24. a. Incenſus pater, &c. de Opt. 245. a. Inimicitijs incenſa contentio. pro Clu. 56. a. Mulier incenſa odio priſtino. Attic.90.a. Placatus.)( Ira incenſus. de Pro.76.b. Nec imperatorem incenſum ad rempublicam bene gerendam reuocare. pro Cecin.304.a. Cum populus incenſum uendidit, hoc iudicat, &c. id eſt, non cenſum. pro Flac. Ad hæc prædia incenſa dedicauiſti.

Incertus, a um. obſcurus, fallax, opinabis, in opinione dubia, in caſu poſitus, auſpicia non conſtant. Offic.34.a. Qui alia certa, alia incerta eſſe dicunt. pro Muren. 132.a. Nihil



Nihil eſt incertius uulgo, nihil obſcurius uoluntate hominum, nihil fallacius ratione tota comitiorũ. pro Mur.140 a. Ridiculum eſt, quod eſt dubium, id relinquere incertũ: quod nemini dubium poteſt eſſe, id iudicare. At.281.b. Nõ ignoras quàm ſint incerti animi hominum & exitus præliorum. & I. A.247 a. Incertus exitus belli eſt. pro Mil. 112.a. Incerti exitus pugnarum Marsq; cõmunis. pro Q. 15.b. Incertus futuri temporis euentus. At.102.b. Armorũ exitus ſemper incerti. I. V.263.b. Aetas puerilis maximè lubrica atq; incerta. Or.205.b. Dicẽdi ancipites incertiq; caſus. Acad. 14.b. Ea dico incerta, quæ ἄδηλα Græci. contra Rul.79.a. Suſpenſus & incertus obſcura ſpe pendeo. pro Cec.299.b. Omnia in dubium incertumq; reuocari. & 292.b. Ad incertum reuocari poſſeßiones omnium. At.256.a. Quis incertis in rebus offendet Antonium? de Sen. 91. b. Quid enim eſt ſtultius, quàm incerta pro certis hebere? Att. 5. a. Incertus eram ubi eſſes. & 191. a. Non incertum puto de ſorte mea. Top. 226.b. Stabile.)( Incertum.

Inceſſus, ſus. ingreſſus, greſſus. Or.202.a. Status erectus & celſus, rarus inceſſus, nec ita longus. de Fin.80.b. Fingere ſibi uultum & inceſſum, ut grauior uideatur. Q. Fr. 300.b. Homo leuis ac ſordidus, ſed tamen equeſtri inceſſu Catienus. Off.26.a. Status, inceſſus, ſeßio, accubatio. I. P. 84.b. At fuit inceſſus ſaltem Capua dignus. pro Cæl.47. b. Non ſolum inceſſu, ſed ornatu atq; comitatu.

Inceſtè. fœdè, turpiter. pro Cæl.44.b. Ideo aquã adduxi, ut ea tu inceſtè uterere?

Inceſtum, ſti. flagitium inceſtum, & inceſtũ ſtuprum. I.P.100.a. Quis eum inceſto liberatum, non eos qui ita iudicarant, pari ſcelere aſtrictos arbitratur. Tuſ.225.b. Stupra dico & corruptelas & adulteria inceſta deniq; de L. 174.a. Inceſtum pontifices ſupremo ſupplicio ſanciunto. et 178.a. De periurijs & inceſtis. de In. 56.b. Peperit, fecit igitur inceſtum.

Inceſtus, a, um. pro Dom. 234.b. Iſte qui non ſolum aſpectu, ſed inceſto flagitio & ſtupro polluit cerimonias. & de Ar. 244. a. Clodius ex inceſto ſtupro emiſſus. I. A. 231. b. Cum uerborum contumelijs optimum uirum inceſto ore laceraſſet.

Inceſtus, ſtus. inceſtum. l. Inceſtum. de N.74. b. Poſtero die de inceſtu. de Clar.175.b. Oratio pro Fuluio de inceſtu.

Inchoatus, ta, tum. imperfectus.)( Perfectus. Off.49. b.a. Operi inchoato, propè tamen abſoluto tanquam faſtigium imponimus. Top.226.b. Perfecta anteponuntur inchoatis. de Clar. Præclara inchoata multa, perfecta non planè. de Orat.85. a. Quæ pueris nobis inchoata atq; rudia exciderunt. Att.211. b. Tantum nolebam, aut non abſolutum Bruto, aut Balbo inchoatum dari. Offic. 31. a. Cognitio contemplatioq; naturæ manca atque inchoata ſit, ſi, &c. de Finib. 109. b. Hoc autem inchoati cuiuſdam officij eſt, non perfecti. de L. 161. b. Prima & inchoata intelligentia. Off. 54. a. Nemo pictor eſt inuentus, qui Veneris eam partem, quam Apelles inchoatam reliquit, abſolueret.

Inchoo, as. ſementem facio, incipio, exordior, attingo, informo.)( Finio, pertexo, perficio. de Pro.73.a. Si idem extrema perſequitur qui inchoauit, iam omnia perfecta uidebimus. pro Arch. 191.a. Nam quas res nos geßimus, &c. attigit hic uerſibus & inchoauit, quibus auditis, &c. hunc ad perficiendum hortatus ſum. Acad.40.b. Philoſophiam multis locis inchoaui. de Cla.166.a. Quod mihi nuper in Tuſculano inchoaſti de oratoribus, quando, &c. Item: Meos libros, quos expectas, inchoaui, ſed conficere non poſſum his diebus. pro Dom.240.a. Cum nouum delubrum in urbis clarißimo loco nefando quodam inſtituto inchoares. pro Syl. 181.a. Quæ ita à fortuna deformata ſunt, ut tamen à natura inchoata compareant. Orat. 199. b. Inchoare & informare oratorem perfectum. de Leg. 165. a. Communis intelligentia nobis notas res efficit, easq; in animis noſtris inchoauit, ut, &cæt. de Diuin. 104. a. Sed ita à principio inchoatum eſſe mundum, ut &c. de Fin.114.a. Natura hominem inchoat, ſapientia perficit. de N.13. a. Difficile erat rem tantam inchoatam relinquere. At.140.a. Sementem alicuius rei fieri: id eſt, inchoari.

Incido, dis. incurro, inuenio. Off.6.b. Dum alterum iuſtitiæ genus aſſequuntur, &c. in alterum incidunt. & ibi. Qui dum altero iniuſtitiæ genere uacant, in alterum incurrunt. & ad Heren. 35. b. Dum eam uitaſtis uituperationem, quæ, &c. eam inueniſtis, ut timidi putaremini. pro Plan. 362.b. Sed cum accuſo, qui in me incurrit atque incidit. Off. 6. a. Cum in impiorum, honorum, gloriæ ue cupiditatem inciderint. Off. 30. b. Eorum autem ipſorum quæ honeſta ſunt, poteſt incidere ſæpe contentio. de In. 69. a. In noſtra conſuetudine rarius incidunt translationes. & ibid. In ipſis iudicijs rarius incidunt. de Or. 122. a. Nihil te effugiet, & omne quod erit in re occurret atq; incidet. At.137.a. Si rectè is, qui hanc epiſtolam tulit, in ipſum tuum diem incidit: id eſt, in tuum diem natalem. pro Clu. 21.b. M. Aurius captus in Quin. Sergij manus incidit. pro Plan.263.a. Incidere in aliquem. pro S. R.44.a. Milites alicubi collocare, in quos ſi qui ex acie fugerint, de improuiſo incidant. de Or.87. a. Nihil incidit poſtea ciuitati mali, quod non impendêre illi tanto antè uiderint. Att. 89.b. Faciesq; me in quem diem Romana incidunt myſteria, certiorem. I. P. 81. a. Cum in calendas Ianuarias compitalitiorum dies incidiſſent. At.89.b. Vedius cum omnia obſignaret, in Vedianas res incidit. Top. 227.b. Non omnes loci incidunt in omnem quæſtionem. de Fat.141.a. Saxum ex ſpelunca in crura eius incidit. pro Plan.280.a. Cum hic in me incidit, cõplexus eſt. I.V. 145. b. Sanè homini præter opinionem improuiſo incidi. I. V. 62.b. Non conſultò, ſed caſu in eorum mentionem incidi. & de Or.94. Incidere in aliquem ſermonem. & pro Cæl.40.b. Quoniam huc incidi. Ep.136. a. Incidunt in ſermone uario multa. de Am.95.b. Tum memini in eum ſermonem illum incidere, qui tum, &c. At.252.a. Ego enim in uarios ſermones incidebam. de Cla.165.b. Cum in eam nuper ex ſermone quodam incidiſſemus. Off.7.a. Sed incidunt ſæpe tempora, cum ea quæ, &c. Q. Fr.32.b. Hiſce literis nihil ferè ſcribo, quod ſi in alicuius manus inciderit moleſtè ferendum ſit. Or.200.b. Quorum ætas in eorum tempora, quos nominaui, incidit. Ep.156.b. Si caſus inciderit, pro uobis mori non recuſabo. Ep.73.a. Cogita tales caſus incidiſſe multis uiris fortißimis. Ep.64.b. Incidere fortuitò ad aliquid agendum. de Fin.115.b. Incidere in peccatum. I. A.193.b. Bellua, quæ quoniam incidit in foueam obruatur. de Fin.115.b. Quod cuiq; in mentem incidit. Epiſt. 156.b. Ex labore incidere in febriculam. I. P. 89. b. Incidere in furorem & inſaniam. Epiſtol.201. a. Incidere in morbum.

Incîdo, dis. cædo, reſeco, ſecurim inijcio, præcîdo, elido. Att.55.a. Qui mihi pennas inciderant, nolunt eaſdem renaſci. & Epiſt.86.b. Si gradus ſcalarum incidas. Quin.

Frat.320.a. Poema ad Cæſarem quod compoſueram, incîdi. Antequam. 195. a. Lingua inciditur ad deplorandam calamitatem. de D.98. a. Pulmo inciſus in extis profert diem. I. A. 169. b. Tametſi oportet incidamus media, ne nimis ſerò ad extrema ueniamus. Orat. 217. a. In omnibus numeris æqualiter particulas deceat incidere, an facere alias breuiores, alias longiores. Acad. 45. b. Incidere neruos uirtutis. contra Rul. 75. b. Incidere neruos populi Romani. I. C. 112. b. Literas proferri iuſsimus, linum incidimus, legimus. de Orat. 139. b. Inciditur enim omnis iam deliberatio, ſi intelligitur non poſſe fieri.

Incidere. inſcribere, inſculpere. Epiſt. 219. b. Tabula in qua nomina ciuium inciſa eſſent. I. P. 99. b. Vt eſſet, quod in baſi trophæorum incîdi inſcribiq; poſſet. I. V. 140. a. Videmus in baſi ſtatuarũ maximis literis inciſum à communi Sicilia datas. pro Font. 282. b. Quod in monumentis rerum geſtarum inciſum ac notatum uidemus. I. P. 95. a. Elogium in ſepulchro inciſum. I. V. 233. b. Id non modò tum ſcripſerunt, uerùm etiam in ære inciſum nobis tradiderunt. I. A. 156. a. Quæ ille in æs incîdit. pro Milon. 118. b. Incidebantur domi leges, quæ, &c.

Incinctus, a. igni accenſus. Acad. 22. b. Cærulea incinctæ igni incedunt. Poetæ.

Incipio, pis, cœpi. inſtituo, ingredior, initium facio, initium duco, initium ſumo, initium affero, initium introduco, principium capio, principium duco, principiũ habeo, primordium capio, exordium capio, exordium induco, exordior, aggredior, ordior, inchoo, informo, fundamenta iacio, rudimentum pono, duco. Qui commendationem ineuntis ætatis à ſcelere duxerit. pro Deiot. 144. a. de N. 27 b. Tum enim bella gerere noſtri duces incipiunt, cum auſpicia poſuerunt. At. 23. a. Vincere incipit timorem dolor. Tuſ. 174. a. & de In. 48. b. Homines mortem optare incipiant, uel certè timere deſiſtant. Tuſ. 228. b. Huic incipio ſententiæ diffidere. Off. 27. b. Vt incipiendi ratio fuerit, ita ſit deſinendi modus. I. C. 112. a. Cum iam pontem ingredi inciperent. At. 106. b. Epiſtola quam incipiente febricola ſcripſeras. pro Plan. 268. b. Quod (ut opinio mea fert) ne incipies quidem. Acad. 5. b. Sed quod nos facere nũc ingredimur, ut contra Academicos diſſeramus, id, &c. Suſcipere, incipere, ordiri. l. Ordior. Incipio ſperare, ingredior in ſpem.

Inciſè. Or. 217. b. Inciſè membratim' ue dicere.

Inciſim. cæſim, inciſè. Or. 318. a. Hæc quidem duo binis pedibus, inciſim, dein membratim, &c.

Inciſio, nis. Or. 217. a. De circuituum particulis, & tanquam inciſionibus diſſerendum eſt. & 218. a. De membris & inciſis uel inciſionibus.

Inciſum, ſi. inciſio. Or. 217. b. Quæ Græci κόμματα & κῶλα nominant, nos rectè inciſa & membra dicimus. & 218. a. Exemplum inciſi & membri.

Inciſus, a, um. inſcriptus, inſculptus, inſignitus. de Sen. 90. a. Notum eſt eius carmen inciſum in ſepulchro. pro Cor. 66. a. Quod nuper in columna ænea meminimus poſt roſtra inciſum & perſcriptum fuiſſe. pro Dom. 217. a. & 241. a. In qua baſi grandibus literis nomen Africani erat inciſum.

Incitamentum, ti. inuitamentum, illecebra. pro Arch. 190. a. Hoc hominibus maximum & periculorum inuitamentum eſt, & laborum.

Incitatius. aduer. )( Sedatè. 203. a. Incitatius ferri.



Incitatio, onis. Or. 98. a. Sic euolauit oratio, ut eius uim & incitationem aſpexerim, ueſtigia ingreſſumq; non uiderim. Acad. 20. b. Sol qui tanta incitatione fertur. de D. 99. a. Altera diuinans, mentis incitatione diuina. de Or. 111. b. Languentis populi incitatio & effrenati moderatio. de Orat. 125. a. Acri & uehementi quadã incitatione inflammari animum.

Incitatius. )( Tardius. aduer. Or. 217. b. Fluit omnino numerus à primo, tum incitatius breuitate pedum, tum proceritate tardius: uerſum contentiones magis requirũt, expoſitiones rerum tarditatem.

Incitatus, a, um. ſedatus. de Som. 129. a. Totius mundi incitatiſsima conuerſio. & de Vn. 198. b. Cœlum uolubile & in orbem incitatum.

Incitatior, oris. Orat. 200. b. Thucydides incitatior fertur.

Incito, as. impello, exacuo, excito, ſuſcito, acuo, incendo, cohortor, irrito, ſtimulos admoueo. )( Deterreo, ſedo. de N. 46. b. Stellarum motus tum incitatur, tum retardatur. de Som. 129. a. Nec enim ſilentio tanti motus incitari poſſunt. de Orat. 92. b. Exercitatio eloquendi celeritatem incitat. Or. 202. b. Philoſophi ſedare animos malunt, quàm incitare. pro Flac. 160. a. Nec deſunt qui iſtos in me & in optimum quenq; incitent. de N. 62. b. Equo incitato ſe in hoſtes immittere. de Or. 102. a. Populum inflammare in improbos, uel incitatum in bonos mitigare. pro Dom. 230. a. Populus Romanus incitatus iracundia, &c. de Or. 108. a. His ego cohortationibus Craſſe ad ſtudium, & ad laborem incitandos iuuenes puto. At. 17. b. Odia quæ erãt in me incitata, ſic mitigata ſunt. de Clar. 194. b. Incitare aliquem cupiditate faciendi aliquid. de Or. 89. b. Cauſæ quibus mentes incitantur aut reflectuntur. Quin. Fr. 279. b. Aliquem ſic animo incitari, ut ab omnibus eius deſideretur humanitas. de Or. 125. a. Facilius eſt currentem (ut aiunt) incitare, quàm commouere languentem. de Sen. 85. a. Voluptatis auidæ libidines temerè ad potiundum incitantur. & ibidem: Aliquis maxima incitatus uoluptate corporis. Tuſc. 241. b. Studium incitatum ad inueſtigandam ueritatem. Epiſt. 194. a. Ne putes in Aſia feriatum illum ab ijs ſtudijs, in quæ tua cohortatione incitatur, futurum. de Finib. 104. a. Incitari natura ad agendum aliquid. Epiſt. 8. a. Te uerò moneo, cùm beneficijs tuis, tum amore incitatus meo, ut, &c. Attic. 23. a. Quod ſi in eam me partem incitarem, profectò, &c. Epiſt. 183. b. Incitare milites in aliquem. Acad. 36. a. Incitari contra aliquem. de Or. 164. a. Quanquam ea tela texitur, & ea incitatur in ciuitate ratio uiuendi, & poſteritati oſtenditur, ut, &c.

Inclamo, as. altiore uoce clamo uel uoco. At. 33. b. Sed ita te para, ut ſi inclamaro, aduoles. & 35. b. Expeditus facito ut ſis, ſi inclamaro, ut accurras. de In. 64. a. Comitem illum ſuũ inclamauit ſemel ac ſæpius. de Orat. 104. b. Nemo ingemuit, nemo inclamauit patronorum, nihil cuiquam doluit.

Inclinatio, onis. conuerſio ſtatus, mutatio, permutatio, conatus, flexio, inflexio. I. V. 272. b. In republica permagni momenti eſt ratio atque inclinatio temporum. pro Seſt. 18. a. Fieri quædam ad meliorem ſpem inclinatio uiſa eſt. Epiſt. 88. a. Quæ quando in temporum inclinationibus ſæpe paruis poſita ſunt, omnia momenta obſeruabimus. pro Cor. 67. a. Fuit hoc meum fatum, ut in me unum omnis inclinatio communium temporum incumberet. I. A. 199. b. Minimis momentis maximæ inclinationes temporum



temporum fiunt. de Fin. 126. b. Theophraſtus ſcripſit, qui eſſet optimus reipublicæ ſtatus, quæ eſſent in rep. inclinationes rerum & momenta temporum. contra Rul. 82. a. An ignoras cætera uectigalia perleui ſæpe momento fortunæ, inclinatione temporis pendêre. pro Dom. 222. a. Mihi nihil oberat præter conuerſionem ſtatus & inclinationem communium temporum. pro Plan. 279. b. Reip. ſtatus, inclinatio temporum, ratio concordiæ. pro Mur. 236 b. Magna eſt comitijs cõſularibus repentina uoluntatũ inclinatio, præſertim cum incubuit ad bonũ uirũ. de Or. 129 a. Inclinatione uoluntatis propendêre in aliquẽ. de N. 30. a. Accubatio, inclinatio, ſeſsio.

Inclinatus, a, um. clinatus, propendens. In Arat. Inferior paulò eſt aries & flamen ad auſtri Inclinatior. & ibi: Hæc obit inclinata: id eſt, Caſsiopeia. & ibid. Et clinata magis paulò eſt aquilonis ad auras. Or. 199. a. & 202. a. Inclinata ululantiq; uoce canere. Brut. 289. a. Ferre præſidiũ labenti atq; inclinatæ Reip. Tuſ. 183. b. Noſtra acies inclinata, &c. de Orat. 138. b. Sed tantum impelli primò iudicem, ut iam inclinato reliqua incumbat oratio. de Clar. 169. a. Appius Claudius ſenatum iam inclinatum à Pyrrhi pace reuocauit. Epiſt. 2. b. Laboratur uehementer, inclinata res eſt: id eſt, quaſi ruinam minatur. Epiſt. 26. b. Qui ab excitata fortuna ad inclinatam, & propè iacentem deſciſcerem. Dolob. Epiſt. 130. b. Vt te in ocium referres, præcipuè nunc iam inclinata uictoria. Attic. 162. a. Inclinata iam re. )( Integrè. Tuſcul. 191. b. & de Or. 144. b. Inclinato iam in poſtmeridianum tempus die.

Inclino, as. propendeo, uergo. )( Erectus ſum, ſto. de Or. 125. b. Si ſe dant, & ſua ſponte quò impellimus inclinant atque propendent, accipio quod datur. Attic. 45. a. Qui ut me paulum inclinari timore uiderunt, ut, &c. de Sen. 80. a. Cum ſententia ſenatus inclinaret ad pacem faciendam cum Pyrrho. I. C. 119. a. Nunc quicquid eſt, quò cunque ueſtræ mentes inclinant, atque ſententiæ, ſtatuendum uobis ante noctem eſt. Attic. 196. a. Tum igitur intelliges quid inclinent ad hoc meum conſilium adiuuandum. de Orat. 125. b. Inclinantem erigere. )( Stantem inclinare. Tuſc. 220. Cum Aiax Danais inclinantibus prælium reſtituit. de Fin. 92. a. Quàm uellem, inquit, ut te ad Stoicos inclinaſſes. de In. 44. a. Inclinare omnia ad ſuæ cauſæ commodum.

Includo, dis. concludo. Attic. 12. b. Penè orationem in epiſtolam incluſi. I. A. 144. b. In huius me conſilij ſocietate, tanquam in equum Troianum includi cum principibus non recuſo. Orat. 198. & 209. a. Eos in eam formam non poterat includere. I. V. 265. a. Includere aliquẽ in cuſtodias. Attic. 23. a. Conſule in carcere incluſo. de N. 38. b. Phyſica ratio incluſa in impias fabulas. de Cla. 185. b. Hoc autem loco uolumus ætatem in diſparem oratorum ætatem includere. Tuſ. 212. b. Quam opinionem in omnes definitiones ſuperiores incluſimus. de Vn. 201. a. Deus omnia animalia in mundo intus incluſit. de Sen. 93. b. Dum ſumus in his incluſi compagibus corporis. pro Deiot. 145. b. In ſalute reipublicæ ſalus omnium incluſa eſt. de Som. 131. a. Si iam tum, cum erit incluſus in corpore, eminebit foràs. Att. 85. b. Scaptius incluſum in curia ſenatum Salamine obſiderat. contra Rul. 74. a. Agri eodem capite incluſi continentur. de Clar. 190. a. Quod multis locis in iuriſconſultorum includitur formulis. de D. 123. b. Auis incluſa in cauea. I. A. 189. b. Antonius armatos in cella concordiæ incluſit. Top. 221. b. Loci in quibus argumenta incluſa ſunt. Attic. 5. b. Typos, quos in tectorio atrioli includam, &c. Tuſc. 155. a. & 222. a. Phydias ſui ſimilem imaginem incluſit in clypeo. I. V. 212. b. Tu illa ex patellis quæ uellarat, ita aptè in Scyphis aureis includebat, ut, &c. Attic. 8. a. τοποθεσίαν, quam poſtulas, includam orationi meæ. de Orat. 160. a. Verba uerſu includere. de D. 97. a. Dij uim ſuam terræ cauernis includũt. de Sen. 87. b. Viriditas herbeſcens uagina iam quaſi pubeſcens includitur. Att. 240. a. Illa de Buthrotijs, quæ mihi ſunt incluſa medullis. de N. 50. b. Omnia quæ intus incluſa ſunt. de D. 83. b. Aetheris æterni ſepta atq; incluſa cauernis. pro R. P. 130. a. Sed me dolor debilitat includitq; uocem.



Incluſio, onis. obſeſsio. In Vat. 33. b. M. Bibulus, cuius incluſione contentus non eras.

Incluſus, a, um. concluſus, clauſus. pro R. 95. a. Aliquem incluſum atq; abditũ latêre in occulto. I. C. 98. a. S. C. incluſum in tabulis tanquam in uagina reconditũ. I. P. 82. b. Odium incluſum nefarijs ſenſibus impiorũ. de Ar. 249. b. Populus Ro. ſeptus & incluſus. Antequam. 192. b. Si liberûm conceptam dulcedinem animo incluſam tenetis. I. C. 106. b. Intus incluſum periculum eſt. pro Syl. 181. a. Illis incluſis in republica peſtibus.

Inclytus, a, um. clarus, nobilis, inſignis. de D. 104. a. Paris iudicauit iudicium inclytum. Or. 212. a. Inclytus dicimus breui prima litera.

Incœptio, onis. initium, principiũ. Acad. 30. a. Tam præclari operis incœptio.

Incœptum, pti. cœptus. I. C. 110. a. Si cuius non modò factum, ſed incœptũ ullum conatum' ue contra remp. deprehendero, ſenties, &c. Ep. 71. a. & 70. b. Cupio deterrere te, nè permaneas in incœpto.

Incœptus, a, ũ. inſtitutus. de Ar. 243. b. Duobus incœptis uerbis omnem illius impetum compreſsi.

Incognitus, a, ũ. ignotus. )( Cognitus, notus. Acad. 28. b. Cum tu me incognito aſſentiri uetes. & 47. b. Cum aut falſa, aut incognita res approbatur. de L. 173. b. Fatidicorum effata incognita interpretari. Poſtquam. 198. b. Illi fratrẽ mihi incognitum, qualis futurus eſſet, dederunt. Off. 4. b. In hoc genere duo uicia uitãda ſunt: unũ ne incognita pro cognitis habeamus, hiſq; temerè aſſentiamus. pro Cec. 290 a. Dum incognita re iudicare uoluit. de Or. 89. a. Natura rerum incognita. I. A. 192. a. Hoc inſperatum omnibus conſilium incognitum certè cœpit. contra Rul. 71. a. Incognitam legem accipere. de N. 40. b. Condemnare aliquem cauſa incognita.

Incola, læ. habitator. Off. 25. b. Peregrini autem & incolæ officium eſt, nihil præter ſuũ negociũ agere. de Sen. 93. a. Audiebam Pythagoram Pithagoricoſq;, incolas penè noſtros, &c. de N. 54. a. Sunt enim in terra, non ut incolæ atq; habitatores, ſed quaſi ſpectatores rerum cœleſtium. de Fin. 124. b. Coloneus ille locus, cuius incola Sophocles fuit. Tuſ. 249. a. Socrates totius mundi ſe incolam & ciuem arbitrabatur. Tuſ. 235. b. Beſtiæ nantes aquarum incolæ. In Verrem 205. b. Quam uos crucem incolis ueſtris ciuibus Romanis oſtendere ſoletis, quo minus ſibi arrogent.

Incolo, lis. habito, incola ſum. I. V. 85. a. Cum ſpoliatum fanum uiderent hi, qui Delum incolebant, grauiter ferebant. I. V. 204. a. Illam urbem Græci incolebant. Acad. 34. b. Et Roma urbs, & eam ciuitas incolit. Tuſc. 150. b. Vbi ſunt ergo hi, quos miſeros dicis, aut quem locum incolunt? de D. 99. b. Loca quæ à quibuſq; incoluntur. de N.

34.a.Qui terras incolunt,in quibus aër craſſus eſt. Q.Fr.294.b.Qui earum ciuitatum fines incolunt. Antequam.196.b. Qui ſedem Capitolij in ſaxo incolitis conſtitutam. de D. 127.b. Omnis terra quæ incolitur

Incolumis,me.ſaluus,integer. I.V.66.a.Vt hæc quæ dixi retinere incolumia ac ſalua poßimus. pro Plan.261.a. Qui ne equeſtrem quidem ſplendorem incolumẽ à calamitate iudicij retinere potuit.de Fin.110.b. Vt ſe & ſaluum in ſuo genere incolumẽq; uellet.I.C.116.a. Ciues integros incolumesq́; ſeruaui.pro Syl.178.b.Si eum in omni fortuna atq; omni errore incolumem habere non potuerũt. de In.83.a.Saluus & incolumis. & 52. a. Incolumis & beatus.& ad Her.11.b.bis.

Incolumitas,tis.ſalus.de In.83.a.Incolumitas eſt ſalutis tuta atq; integra conſeruatio.& ibi.Quibus rebus incolumitatem & libertatem retinent ciuitates. Antequam.193.a. Alicuius incolumitatem & ſalutem deſerere. Att. 285.a.Habere incolumitatem ab aliquo.de N.49. b. Incolumitas mundi.

Incomitatus,a,um.ſine comite,ſolus.de Or.105.a.Cuius artem cũ indotatã eſſe atq; incomitatam & incomptã uideres,uerborũ eam dote locupletaſti.

Incommodatio,onis.incommodum.At.15.a.Atq; in iſta incommodatione ineſt illud commodi.

Incommodè.moleſtè,malè.At.106.b.Animaduerteram poſſe pro re nata te non incommodè ad me in Albanũ uenire.At.111.b.Vt in his pro re nata non incommodè poſſint eſſe.Q.Fr.299.a.Id mihi non incõmodè uiſum eſt accidiſſe.At.97.a. Ille ſe ita audiſſe, ut nihil eſſet incommodè.de Am.98.a.Cum illo actum optimè eſt,mecum autem incommodius.

Incommodißimè. Attic. 72.a. Incommodißimè nauigare.

Incommodo, as. incommodum fero, incommodo afficio, incommodum do. pro Quint. 9. a. Qui nihil alteri ſcientes incommodant, nihil ipſis iure incommodi cadere poteſt.

Incommodum,di.damnum,detrimentum. de N.b. Incommoda uitæ ſapientes commodorum compenſatione leniunt. Att.105. b. Sed prorſus te commoueri incommodo ualetudinis tuæ nolo. de Orat.118.a. Qui locus talis eſt ut plus habeat adiumenti quàm incommodi, hunc iudico eſſe dicendum. de Clar. 165. a. Noſtro incommodo detrimentoq́; doleamus. I. V. 56.b.Tametſi multis incommodis difficultatibusq́; affectus eſt. Attic. 202. a. Nec id incommodo tuo feceris. pro Quint.1.a.Illud quoque nobis accedit incommodum, quod, &c. pro Muren. 135. b. Quibus incommodo morbi etiam cæteri uitæ fructus relinquendi. Quint.Frat. 301. b. Ferre incommodum alicui. Off. 5. b. Ne ipſe aliquo afficiatur incommodo. de Or. 37.a. Vicia aut incommoda, quæ ſunt in aliquo.de In.64.a. Reijciendi,diminuendi deuitãdi'ue incommodi cauſa. de Fin. 137. a.Atq; ipſa ſcientia, etiam ſi incommoda datura ſit,gaudent.

Incommodus,da, dum. inutilis, aduerſus,alienus. At.224.a. Antonij colloquium cum heroibus pro re nata non incommodum. pro Cluen. 52. a. In rebus eius incommodis ſubleuare aliquem:id eſt, aduerſit. de In. 54.a. Eorum controuerſiam non incommodum uidetur cum utrorumq; ratione exponere.de N.74.b. Facilem & liberalem patrem incommodum eſſe amanti filio. de Cla.176 a.Is incommoda ualetudine fuit. & Att.71. b. Incommoda ualetudo.

Incomprehenſus,a,um.non præceptus,incognitus. Acad.24.a.Illa, quæ nos incomprehenſa, & non percepta dicimus.

Incomptus,a,um.inornatus,incultus. At.21.a.Quanquam illa tua horridula mihi & incompta uiſa ſunt. Or.204.a.& de Or. 105.a.Mulier inornata & incompta oratio.l.Indotatus.

Inconcinnus,a,um.moleſtus,inurbanus,præpoſterus,abſurdus.de Or.110.a. Qui in aliquo genere incõcinnus aut multus eſt,is ineptus dicitur.

Inconditè.inſulſè.de Or.159.a.Ille rudis inconditè fundit quantum poteſt.& de D.138.b.Nihil tam præpoſterè tam inconditè,tam monſtruoſè dici poteſt,quod non poßimus ſomniare.

Inconditus,a,um. inconcinnus, inſulſus.de Or.101.b. Omne ius ciuile præter hoc noſtrum inconditũ eſt, ac penè ridiculum.Or.220.a. Si inconditi alicuius oratoris arripias ſententiam aliquam dißipatam.Or.211.a.Sententiam inconditis uerbis efferre. de Or. 159.a. Incondita antiquorum dicendi conſuetudo. de Clar. 187.a. Inconditũ genus dicendi.

Inconſiderans,tis. inconſideratus.de D.120.b.Nos aũt ita leues atq; inconſiderantes ſumus,ut,&c.

Incõſiderantia,tiæ.inconſulta ratio,temeritas.Q.Fr.328 a.Cuius ego in hoc uno inconſiderantiam & ego ſuſtinebo ut potero,& tu ut poßis,eſt tuorum neruorum.aliter, Cõſiderantia.

Inconſideratè.inconſultè, temerè, inconſultò. Off.21.a. Temerè,fortuitu,inconſideratè,negligẽter facere aliquid. & de Fat.146.b.& Tuſcul.149.a.

Inconſideratus,a,um.inconſiderans,inconſultus,amentißimus,temerarius,omnibus conſilijs præceps ac deuius, præceps, cæcus.)( Conſideratus.de Ar.257.b. Inconſideratiſſima & dementißima temeritas. Tuſc. 190. b. Temerarius & inconſideratus. pro Quin.14.b. O cupiditatem inconſideratam. Acad.33.b. Nihil poteſt dici inconſideratius.

Inconſtans,tis.leuis,mobilis, uolaticus, uolubilis, qui à ſe ipſo deſciſcit,qui tum hoc tum illud dicit,leuiſſimè trãsfuga, neque in hac neque in illa parte fidem habens. )( Qui idem ſemper dicit. pro Quin.R.47.b. Qua in re mihi ridiculè es uiſus eſſe inconſtans,qui eundem & lęderes, & laudares.de D.135.a. Nam ſi ea quoq; diuina ſunt,quid incõſtantius deo?Sall. in Cic. Aliud ſtans,aliud ſedens de republica ſentis.

Inconſtanter.leniter.de Fin. 83.a. Hæc dicuntur inconſtantißimè.& Acad.14.a.Inconſtanter loqui.& Tuſ.214 a.Inconſtanter & turbidè iactari.

Inconſtantia,tiæ.leuitas,mutabilitas,mobilitas.)(.Conſtans & perpetua ratio uitæ.d N.71.b.Fortuna ab inconſtantia & temeritate ſeiungi non poteſt.At.256.a.b.Nemo doctus unquã mutationẽ conſilij inconſtantiam dixit eſſe. de N.8. a. Iam de Platonis inconſtantia longum eſt dicere.Tuſ.226.a.Inconſtantia mutabilitasq́; mentis.I.A.311.a.Quid eſt inconſtantia,mobilitate, leuitate turpius? pro D.213.a.et Ep.12.a.Varietas & incõſtantia, & crebra tanquam tempeſtatũ, ſic ſententiarũ commutatio. In Vat.29.b.In altero inconſtantiam tuã cùm leuitate, tum etiam periurio refelliſti.

Inconſultè.inconſultò, inconſideratè. de N.10.b. Inconſultè ac temerè dicere aliquid.& Off. 44.a.Inconſultè largiri.

Inconſultò.inconſultè.ad Her.17.b.



Inconſultus,a,um.inconſideratus.pro Deiot.146.a. At credo hæc homo inconſultus & temerarius non uidebat.pro R.P.122.b.Illa Poſthumi ſiue inanis ſpes, ſiue inconſulta ratio, ſiue ut grauißimo uerbo utar, temeritas.

Incontentus,a,um.remiſſus.de Fin.123.a. Vt in fidib. plurimis, ſi nulla earum ita contenta numeris ſit, ut concentum ſeruare poßit, omnes æquè incontentæ ſint.et ibi. Aequè enim cõtingit omnibus fidibus, ut incontentæ ſint, illud non continuò, ut æquè incontentæ.

Incontinenter.intemperanter,diſſolutè. Off.59.a. Nihil libidinoſè,nihil incontinenter eſſe faciendum.

Incontinentia,tiæ. intemperantia. pro Cæl.42.b. Is multa de incontinentia intemperantiaq́; diſſeruit. & ad Her.2.a.

Inconueniens,tis.intemperans. Caß.Ep.189.a.

Incorruptè.caſtè,integrè.pro Mur.135.b. Qui multis pòſt ſeculis de te iudicabunt, & quidem fortaſſe incorruptius quàm nos.de Fin.55.a.Natura incorruptè atq; integrè iudicante.

Incorruptus,a,um.integer, purus, inuiolatus, ſanus, ſaluber, ſincerus, caſtus, religioſus, naturalis, non fucatus. de Cl.167.b.Succus ille & ſanguis incorruptus.et de Op.243.b.Incorrupta ſanitas. pro Mil.113.a.& de Vn.202.b.Quid hac quæſtione dici poteſt integrius?quid incorruptius?de Clar. 176.b.Incorrupta quædam latini ſermonis integritas. de Fin.63.b. Teſtis incorruptus atq; integer. Acad.6.a. Integri atque incorrupti ſenſus.Tuſcul.157.a. Animus permanet incorruptus. Or.202.a.Virgo incorrupta.de Clar.188.b.Purus,incorruptus.)(.Vicioſum & corruptum.

Increbeſco,ſcis.percrebeſco.uel,Increbreſco,percrebreſco,ſermo creber eſt,peruagor.Or.263.a.Nunc apud oratores ipſe numerus increbuit.de Or.91.b. Cum hoc neſcio quomodo apud eos increbuiſſet,me,&c.de Opt.243.b.Nonnullorum ſermo iam increbuit,ſe,&c. Or.198.b. Hi,quorum ſermo imperitus increbuit. In A.260.b.Hæc conſuetudo quæ increbuit.de L.183.a.Sed ait rurſus idẽm, increbuiſſe eam funerum magnificentiam, quæ nunc ferè Romæ eſt.Ep.105.a. Ventus increbeſcit.

Incredibilis,le,inauditus,abſurdus, monſtri uel portenti ſimilis,ſingularis. de In.67.a. Quæ rem credibilem aut incredibilem facere poſſunt. pro Corn.55.a.Vt mihi iam uerum uideatur illud eſſe, quod nonnulli quaſi quiddam incredibile dicere putabantur. pro Pomp.11.b. Hoc omnibus incredibile et falsò memoriæ proditũ uidebatur. Ep.7.b.Incredibilis hominum peruerſitas.Att.175.b.Nihil mihi unquam tam incredibile accidit,quàm,&c. Parad.116.a. Nihil eſt tam incredibile, quod non dicendo fiat probabile. In A.210.b.Si quod dixero,erit uel acerbũ auditu uel incredibile à M.Cicerone eſſe dictum.In A.173 a. & 196.a.Incredibile & ſimile portenti eſt, quo'nam modo,&c.Attic.212.a. Incredibile eſt quàm ego iſta non curem.Att.237.a.Incredibile eſt,quanta me moleſtia affẽcerit,&c.At.90.b.Hac re incredibile eſt, quantum ciuitates emerſerint.At.254.a.& de Or.101.a.Incredibile eſt quàm me omni genere delectarit.At.231.a.Singularis & incredibilis uirtus.de Or.99.a.Antonij incredibilis quædam & propè ſingularis & diuina uis ingenij. de Orat.108.b.Sic homines non eruditi ſummam eſſent prudentiam atq; incredibilem eloquentiam conſecuti.Or.200.a Admirabilis fama uirtutum incredibilium alicuius. pro Syl.181.b.Incredibilis fuit & ſingularis furor. Ep.223.b. Singularis & propè incredibilis fides. Epiſt.215.a.Agere incredibiles gratias alicui.

Incredibiliter.ſummopere,immortaliter. de Sen.87.b.Incredibiliter delector,&c.& Q.Fr.315.b.Literæ Cæſaris incredibiliter me delectarunt.Attic.122.b.Domitius de ſe incredibiliter pertimuit.de Or.110.b.Eos incredibiliter repueraſcere eſſe ſolitos.In A.159.b.& Br.91.b.Incredibiliter gaudeo,&c.

Incrementũ,ti.acceßio. de Sen.88.a.Quid ego uitiũ ſatus,ortus,incrementa commemorem?de Fin.83.a. Negat enim ſummo bono afferre incrementum diem.

Increpo,as,increpaui,& increpui.redarguo,accuſo. de Or.127.a.Tum omnem orationem conuerti in increpandam Cæpionis fugam. In Sal.273.a.Nam quod ætatẽ increpuiſti puto.Ac.19.a.& pro Dom.224.b. Increpare arrogantiam alicuius. Q.Fr.308.b. Cato Pompeij in me perfidiã increpauit.de Or.110.b.Diſcus increpuit. I.C.101.a.Quicquid increpuerit Catilinam timeri, non eſt ferendum.& I.P.101.a.Quicquid increpuerit pertimeſcens.pro Mur.129.a.Simulatq; increpuit ſuſpicio tumultus,artes illico noſtræ conticeſcunt.

Incubo,as.quaſi inhio.pro Cl.32.b.Hic ille planus improbißimus,qui illi pecuniæ,quam condiderat ſpe iam atque animo incubaret,contrahit frontem.

Inculcatus,a,um.At.251.b. Αρχέτυπον ipſum tibi miſi crebris locis inculcatum & refectum.Att.286.a.Libertas alicui tradita atq; inculcata.

Inculco,as.infercio, ingero, moleſtè obijcio ſeu offero,impello. de Fat.141.a.Quid igitur attinet inculcare fatum?Off.22.b. Ne ut quidam græca uerba inculcantes, iure optimo rideamur. Att.50.b.Tertium caput à quo ſit inculcatum uides.Or.215.b.Inculcamus ſæpe per imprudentiam etiã minus uſitatos uerſus. Or.219.b.Apud alios inculcata reperias multa.Or.201.b.De firmiſſimis alia prima ponet,alia poſtrema,inculcabitq́; leuiora. de Or.95.b.Id quod tradatur,uel etiam inculcetur ſi quis ſit tardior poſſe percipere.In Vat.34.a.Inculcaſti etiam ut ſe Piſonem nominaret.In Ver.183.a. Inculcatum eſt Metello, te aratores euertiſſe.de N.22.b.Vos autem non modò oculis imagines,ſed etiã animis inculcatis. Att.14.a.Valuit plus, quod erat illi nõnullorum artificijs inculcatũ. de Or.110.a.Græci qui ſe inculcat auribus noſtris.

Incultè.inornatè. de Cl.174.a.D.Brutus dicere non incultè ſolebat.Or.199.a.Incultè & horridè dicere. pro Q.10.b.Et incultè uiuere.

Incultus,a,um.horridus,incomptus,inornatus.de N.7.a.Terræ regio inhabitabilis atq; inculta. de Cl.166.a. Serere in inculto & derelicto ſolo.& pro Q.R.50.b. Ager incultus.Off.53.a.Nulla pars philoſophiæ inculta ac deſerta eſt.de Cl.175.a. Vir ut uita, ſic oratione durus, incultus,horridus.de Clar.188.b.Cotta alia quidem inculta & ſylueſtri uia ad eandem laudem peruenerat.de Or.151.b.Oratio exilis & inculta. contra Rull.68.b.Corpus incultum & horridum.pro Seſt.7.a. Vir ſubhorridus & incultus.Poſt.207.a.Cum eum incultũ,horridũ, mœſtumq́; uidiſſes.de Fin.50.b.Inculta quædam & horrida de malis Græcis, Latinè ſcripta deterius.Or.200.a.Pictura inculta,horrida.)( Nitida.

Incumbo,bis.innitor,inhæreo, elaboro, enixè operam do. de In.81.a.In gladium in naui ibidem incumbere. & ibid.In gladium incubuerat,&c. ad Her.4.a.Aiax incubuit gladio. de Or.138.b.Impelli primò leuiter iudex debet,ut iam inclinato reliqua incumbat oratio. & 147.b. Vt eos qui audiunt,quócunq; incubuerit,poßit impellere.

Inducere in animum. inducere animum, &c. id eſt, ſibi perſuadere. Q. de Pet. 211. a. Deinde induc in animum, ita ſimulandum eſſe. At. 4. a. Animum inducere non potui, ut uiderem, &c. pro S.R. 27. a. Qui potuit animum inducere, ut filium exhæredaret. Att. 228. b. Antonius induxit animum, ſibi licere quod uellet. de D. 85. a. Tu igitur animum poteris inducere contra ea dicere? quæ, &c. de D. 117. b. Tu igitur animum induces cauſam hanc defendere? & Tuſ. 234. a. Inducant animum diuitias contemnere. pro Syl. 183. a. Induxi in animum defendere aliquem. I. C. 101. b. & 102. a. Si ire in exilium animum induxeris. pro Cl. 26. b. Neq; enim legare eiuſmodi matri poterat in animum inducere. de Am. 107. a. Inducere animum iacentem amici in ſpem cogitationemq; meliorẽ. Off. 44. a. Quod te malum, inquit, rationis in iſtam ſpem induxit? ut, &c. Oct. 310. b. Ego patres conſcriptos ad parricidiũ induxi. pro Planc. 281. a. Quibus ego magno in metu meo ſubitò inducor in ſpem, uos, &c. At. 103. a. Id quod animum induxerat pauliſper non tenuit.

Inducere. pro introducere, inferre. de D. 136. b. Cur igitur eos inducitis in captiones, quas nunquam explicetis? de Fin. 139. a. Natura quaſi inſtituit docere, & induxit in ea, quæ inerant tanquam elementa uirtutis. de Or. 119. b. Qui hoc primus in noſtros mores induxit. pro R. P. 124. a. Inducere nouum morem iudiciorum in rempublicam. I. A. 256. b. Inducere nouum uerbum in linguam latinam. I. A. 155. a. Ne inexpiabiles religiones in rempublicã inducerentur. de Fat. 145. a. Hanc rationem Epicurus induxit, ob eam rem quod, &c. pro Cel. 42. b. Illa ſubtiliter ad criminandum inducta oratio. pro Cel. 44. a. Sed quid ego iudices ita grauem perſonam induxi? Ep. 101. a. Mira enim perſona induci poteſt Britanici iureconſulti. de D. 116. b. Epicurus iocandi cauſa deos induxit perlucidos & perflabiles. de D. 131. a. Qua ergo ratione hæc duo diuinandi genera inducis, eadem illa poſſunt eſſe quæ tollis. Off. 76. a. Etiam temperantiam inducunt, non facillimè illi quidem, ſed, &c. Off. 17. b. Rem pernicioſiſſimam in ciuitatem inducunt, ſeditionem atq; diſcordiam. Q. Fr. 324. a. Puerum in hanc noſtram rationẽ conſuetudinemq; inducemus. de N. 26. a. Quæ eloquentia falſos deos ſuſtulit, eadem ueros inducat. de Opt. 244. b. A me gladiatorum par nobiliſſimum inducitur. de N. 10. a. Poetæ deos libidine furentes induxerunt. At. 63. b. Varro inducetur in aliquem locum, ſi modò erit locus. Att. 209. b. Puero me hic ſermo inducitur. pro Dom. 231. b. Et homo facetus inducis etiam ſermonẽ urbanum. &c. Or. 209. b. Muta quædam eloquentia inducere. Tuſ. 250. b. Tireſiam poetæ nunquã inducunt deplorantem cæcitatem ſuam. Tuſ. 180. b. Inducere fortiſſimum uirum lamentantem. Epiſt. 37. b. Attribuere ſermonem uel orationem alicui. de Fin. 61. b. Sapiens ab Epicuro beatus ſemper inducitur. Offic. 59. b. Hinc ille Gyges inducitur à Platone, qui, &c. Tuſ. 162. a. Quinta quædam natura ab Ariſtotele inducta. de In. 67. b. Loci communes rarò inducendi. de Leg. 182. b. Inducere funus: id eſt, deducere. contra Rull. 89. a. Sed non modò illis cauet, uerumetiã aliud quoddam genus donationis inducit. Q. Fr. 322. a. Itaq; mirificum ἐμβόλιον cogito in ſecundum librum meorum librorum inducere. de Vn. 199. a. Seſeq; ipſe uerſans ſempiternæ uitæ induxit exordium. At. 14. b. Inducere controuerſiam de muſica. Ep. 4. a. A tuis inuidis nomen inductum fictæ religionis. contra Rull. 80. a. Hic ager quoquo precio coemptus erit, tamẽ ingenti pecunia nobis inducetur. Epiſt. 41. b. & 86. a. Vt agros quanti uelletis pop. Romano induceretis. I. V. 105. b. Inducere tectorium: id eſt, addere, allinire. )( . Delere.

Inducere. delere. Att. 67. b. Inducere nomina. & 15. b. Vt induceretur locatio poſtulatum eſt. Attic. 228. a. Etſi nomina facta ſunt, uel induci uel mutari poſſunt.

Inducere. ſeducere, decipere. Off. 62. b. Per errorem alterum inducere. I. P. 79. b. Hic nos decepit, fefellit, induxit. pro S. R. 37. b. Socios inducere, decipere, deſtituere. I. A. 175. b. Dolobella tum eſt impulſus, eluſus, inductus.

Inducere. quaſi induere. de In. 81. a. Soleæ ligneæ in pedes inductæ ſunt. & ad Heren. 5. a. Pedibus inductæ ſunt.

Inductio, onis. de Nat. 57. a. Nos aquarum inductionibus terris fœcunditatem damus. de Orat. 162. a. Perſonarum ficta inductio, & erroris inductio. Quint. Frat. 296. a. Hoc non eſt poſitum in labore aliquo, ſed in quadam inductione animi atque uoluntate. de In. 52. b. Inductio eſt oratio, quæ rebus non dubijs captat aſſenſionem eius, qui cum inſtituta eſt, &c. Ep. 9. a. Tantum enim animi inductio, & me herculè amor erga Pompeium apud me ualet, ut, &c.

Inductus, ctus. impulſus. ad Her. 11. a. Quod alieno inductu fecerit.

Indulgens, indulgentis. facilis. )( . Difficilis, ſeuerus, acerbus. Offic. 75. a. Qui nuper indulgens in patrem, idem acerbus & ſeuerus in filium. pro Cluent. 20. a. Quo enim eſt ipſum nomen amantius indulgentiuſq; maternum hoc, &c. Q. Fr. 300. a. Ambitioſus in aliquem: id eſt, indulgens.

Indulgenter. familiariter, leniter, molliter. At. 143. a. Illud præclarè admones, cum illum uidero, ne nimis indulgenter, & cum grauitate potius loquar. et de Fin. 87. b. Facere aliquid indulgenter, uel cum labore.

Indulgentia, tiæ. obſequium, patientia, quædam lenitas præſertim in filios. Att. 157. a. & 165. a. Indulgentia et obſequium ferè idem. Poſtquam. 198. a. Mihi liberi mei propter indulgentiam meam uita ſunt mea chariores. Attic. 157. a. Filium patris indulgentia deprauari. pro Seſt. 4. b. Indulgentia alicuius in aliquem, ut Ciceronis in collegam ſuum. pro Syl. 179. b. Vniuſcuiuſque indulgentiam teſtarer in ſuos. & Epiſt. 157. b. Nimia indulgentia in aliquem. In V. 99. a. bis. Qui ſimili ſenſu atque indulgentia filiorum commouemini. Att. 287. a. Tribuere indulgentiam alicui. Att. 142. b. Et hoc Cæſar pro ſua in nos indulgentia probabit. de Or. 124. a. Si feræ partus ſuos diligunt, qua nos in liberos noſtros indulgentia eſſe debemus? de L. 163. a. Homines inter ſe naturali quadam indulgentia & beneuolentia contineri. de Leg. 168. a. Cum animus cognitis uirtutibus à corporis obſequio indulgentiaq; diſceſſerit.

Indulgeo, es. obſequor, in aliquem ſum ambitioſus, indulgentiam alicui tribuo, aſſentor. I. V. 160. a. Is ciues Romanos coluit, ijs indulſit, eorum uoluntati & gratiæ deditus fuit. Am. 113. a. Sed obſequium multo moleſtius, quòd peccatis indulgens præcipitem amicum ferri ſinit. Tuſcul. 217. b. Ipſaq; ſibi imbecillitas indulget, in altumq; prouehitur imprudens. de Leg. 163. b. Epicurei ſibi indulgentes, & corporibus deſeruientes, &c. omnia, &c. & Tuſc. 117. b. Indulgere ſibi. Tuſc. 193. a. Sed uide ne hæc oratio ſit hominum aſſentantium noſtræ imbecillitati, & indulgentiũ mollitudini. Or. 211. b. Cõſuetudini aurib. indulgẽti libẽter obſequor. de Am. 106. b. Spernere ueteres amicitias et indulgere nouis. Q. F. 300. a. At enim Græcis ſolis indulgeo, quid, &c. Ep. 263. b. Sed utut eſt, indulge ualetudini tuæ, cui quidem tu adhuc, dum mihi deſeruis, ſeruiſti non ſatis. de Inuen. 48. a. Cur perdis adoleſcentem nobis? cur amat? cur potat? cur his rebus ſumptus ſuggeris? ueſtitu nimio indulges? nimiũm ineptus es.

Induo, is. ueſtio, in pedes induco. de In. 81. a. Off. 59. b. Is annulum ei uidit in digito, quẽ ut detraxit, ipſe induit. de Fin. 80. a. Ex eius ſpolijs ſibi & torquem, & cognomẽ induit. Att. 236. b. Quare talaria induamus. Tuſc. 242. b. Epicurus qui tantummodo induit perſonam philoſophi, ſibi ipſe hoc nomen inſcripſit. Tuſ. 179. a. Qui cum Deianira ſanguine centauri tinctam tunicam induiſſet, ait ille, &c. Off. 60. a. Ponit enim perſonam amici, cum induit iudicis. Off. 21. b. Intelligendum eſt duabus quaſi nos indutos eſſe perſonis: quarum una, &c. altera, &c. Tuſ. 168. a. Habes ſomnum imaginem mortis, eamq; quotidie induis. pro Syl. 181. b. Feræ quædam illæ forma hominum indutæ extiterunt. de N. 38. b. Dij induti ſpecie humana. Att. 7. b. Vir indutus muliebri ueſtitu. de Orat. 154. b. Pallium quo amictus, ſoccos quibus indutus eſſet. & ad Her. 38. b. Cum citharœdus prodierit optimè ueſtitus, palla inaurata indutus. de N. 76. b. Inijcere laneum pallium alicui. Acad. 6. a. Antiochus in idipſum ſe induit quod timebat. I. V. 129. a. Hic uidete in quos laqueos ſe induerit. )( . Expedire ſe ex laqueis. & 129. b. Videte ut dum expedire ſeſe uult, induat. & 50. a. Ipſe ſeſe induit. In Ver. 270. a. Sua confeſſione induatur ac iuguletur neceſſe eſt. de D. 117. a. Cum autem ij anhelitus ſe in nubem induerint, &c. id eſt, cõuerterint.

Induperator, oris. Imperator. de D. 102. a. Omnis cura uiris uter eſſet induperator. Ennij.

Indus, di. fluuius Indiæ omnium maximus. de N. 52. b.

Induſtria, ſtriæ. ars, ingenium, ſolertia, diligentia, ſedulitas, labor. At. 84. a. Quare non οἴχεται tua induſtria, ſed præclarè ponitur. de Cl. 166. b. Tua exquiſita doctrina & ſingularis induſtria. Tuſ. 241. a. Alterius mens rationibus agitandis exquirendiſq; alebatur, cum oblectatione induſtriæ, qui eſt unus ſuauiſſimus paſtus animorum. Att. 282. a. Meſſala tanta eſt induſtria, tantumq; euigilat in ſtudio, ut, &c. pro Pom. 9. b. Induſtria in agendo, celeritas in conficiendo, conſilium in prouidendo. Epiſt. 208. a. Quod uerſabatur in hoc noſtro ſtudio, & cum ingenio, ut noſti, nec ſine induſtria. pro Cæl. 47. a. Ingenium induſtria alitur. Poſtquam. 203. a. Mihi in labore perferẽdo induſtria non deerit. de Sen. 81. a. Manẽt ingenia ſenibus, modò permaneat ſtudium & induſtria. pro Pom. 4. a. Perfectum ingenio, elaboratum induſtria. Epiſt. 39. b. Qui in ſcribendo tantum induſtriæ ponam. Orat. 211. a. Vbi etiam de induſtria id faciendum fuit. & 212. b. Etiam ſi nihil eſt factum de induſtria. & 213. a. Αντίθετα numerum oratorum efficiunt, & eum ſine induſtria. Or. 220. a. et de Fin. 71. b. Neque uerbum ita traijciat, ut id de induſtria factum eſſe uideatur. & de In. 61. a. & 67. b. & In Ver. 72. b. & de Or. 146. b. Incuruatum de induſtria. Offic. 5. b. Iniuriæ quæ nocendi cauſa de induſtria inferuntur. Offic. 22. a. Erat in L. Craſſo multus lepos, maior etiam magiſq; de induſtria in C. Cæſare L. filio. de Cl. 191. a. Exilitatem de induſtria conſequi.

Induſtrius, aduer. artificioſius. pro Dom. 218. b. Quis de illius dignitate induſtrius dixit?

Induſtrius, a, um. ingenioſus, ſolers, laborioſus, φιλόπονος. pro Cæl. 53. b. Quæ niſi uigilantes, niſi ſobrij, niſi induſtrij conſequi non poſſent. In Ver. 158. b. & pro Pom. 7. a. Homo nauus, & induſtrius, experientiſſimus & diligentiſſimus. Att. 126. a. Homo uigilans & induſtrius. Tuſcul. 239. b. In rebus gerendis uir acer & induſtrius. & 182. b.

Inedia, inediæ. fames. pro Pl. 264. a. Minturnenſes C. Marium feſſum inedia fluctibuſq; recrearunt. Ep. 262. a. Inedia & purgationibus conſumi. Tuſ. 166. a. A uita quidam per inediam diſcedens reuocatur ab amicis. de Finib. 144. a. Inedia necatus eſt Regulus.

Inelegans, tis. impolitus, inconcinnus. de Clar. 191. a. Orationis non inelegans copia. & de N. 38. b. Phyſica ratio non inelegans.

Ineleganter. impolitè. de Finib. 70. a. Primùm diuiſit ineleganter, &c. & de Clar. 163. b. Oratio non ineleganter ſcripta.

Inenodabilis, le. inexplicabilis, inextricabilis. de Fat. 144. a.

Ineo, inis. ingredior, inuenio. pro Deiot. 145. a. Tu illius domum inire uoluiſti. Off. 8. b. & de Fin. 113. a. Inire prælium. de Ar. 212. b. Cum quod ineas cubile non ſentis. pro S. R. 26. b. Filius conuiuia cum patre non inibat. pro Dom. 240. b. Poſt ſacerdotium initum. I. A. 191. a. Cũ conſules magiſtratum inierint. & In V. 71. b. Inire magiſtratum. pro S. R. 36. b. Inire conſilia cum aliquo contra aliquem. pro Deiot. 144. b. Inire conſilium facinoris contra uitam alicuius. I. C. 115. b. Conſilia quæ clàm eſſent inita cõtra ſalutem urbis. At. 282. b Conſilia inire cœpi reipub. liberandæ. pro Syl. 167. b. Initum eſt conſilium à Catilina inflammandæ ciuitatis. At. 43. b. Inire conſilia de pernicie alicuius. pro Mur. 143. b. Inire conſilium faciendi aliquid. pro Dom. 239. a. De Pompeio interficiendo conſilia inibantur. I. A. 204. b. Cum conſules inirent rationem de cõmodis militum augendis. At. 225. a. Ea ratio ædificandi initur conſiliario quidem & autore Veſtorio. Ep. 216. a. Inire rationem, quemadmodum aliquid fiat. Att. 191. b. Ineũda nobis eſt ratio, quemadmodum poſſimus, &c. de Nat. 74. a. Inita & ſubducta ratione nefaria ſcelera meditari. In Ver. 171. b. Mihimet ineunda ratio & reperienda uia eſt. contra Rul. 79. a. Inietur ratio quæſtus de pecunia ueſtra. aliàs, Inuenietur. pro Mur. 130. a. Inire uiam, & redire uiam. de Arch. 255. a. Inire gratiam ab aliquo. In Ver. 131. b. & pro Cec. 300. a. Inire gratiã ab omnibus aliquo facto. de Cl. 183. b. Plures ineuntur gratiæ, ſi uno tempore dicas pro pluribus. At. 108. a. Inire ſummam gratiam cũ bonis omnibus. de N. 50. b. Pinna cum ſquilla quaſi ſocietatem init comparandi cibi.

Ineptè. inſulſè. l. Ineptus. de Clar. 191. a. Ineptè, odioſè, putidè dicere. & At. 13. b. Tuſ. 150. a. Facere ineptè. & Ep. 85. a.

Ineptiæ. arũ. nugæ. de Or. 94. a. Peto à uobis, inquit, ne has meas ineptias efferatis. de Orat. 110. a. Omnium autem ineptiarum, quæ ſunt innumerabiles, haud ſcio an ulla ſit maior, quàm ut illi ſolent, quocunq; in loco, quoſcunque inter homines uiſum eſt de rebus difficillimis, aut non neceſſarijs argutiſſimè diſputare. Tuſ. 168. a. & Ep. 23. a. Pellantur ergo iſtæ ineptiæ penè aniles. pro Sex. R. 25. b. Quid ad iſtas ineptias abis, inquies?

Ineptus, a, um. de Or. 110. a. Nam qui aut tempus quid poſtulet non uidet, aut plura loquitur, aut ſe oſtentat, aut eorum quibus cum eſt uel dignitatis, uel commodi rationẽ nõ habet, aut deniq; in aliquo genere aut inconcinnus eſt, aut multus, is ineptus dicitur. & ibi. Quem enim nos ineptum uocamus, is mihi uidetur ab hoc nomen habere ductum, quod non ſit aptus. de Or. 110. a. & 94. a. Dimittebam à

bam à me Scæuolam,cum ei ita dicerem,me uelle eſſe ineptum:id erat petere blandius,quod niſi ineptè fieret, bene non poſſet fieri.Tuſc.166.b.Ineptum ſanè negocium & græculum.de Or.104.a.Aliquem ineptum aut græculum putare.de Leg.157.a.Aliquis in loquendo multus & ineptus ad ſummam impudentiam. Att.62.b. Sed hoc ne cures,ego ineptus,qui ſcripſerim.Orat.199.b.Nihil inſolens atq; ineptum.Off.29.a.Tanta uis eſt loci & temporis,ut,&c.

Inermis,me.)(.Armatus.At.278.b.Perterritos,inermes,ſaucios,non ſunt noſtri duces perſecuti. & pro S.R. 42.a.pro Cec.296.b.Arma qui non habuerint, inermes fuiſſe uinces.Antequam.197.a.& pro Dom.228.b. Cedã inermis armatis.Ep.172.b. Manus peditum inermium.

Inermus,a,um.Ep.167.Multitudo inermorum. & 173.b.Cum paucis inermis fugiſſe Antonium.Ad Br.278. b.Perterritos,inermos,ſaucios, non ſunt noſtri duces perſecuti.

Inerrans,tis.errans,uagus.ut,Stellæ inerrantes. de N. 36.b.& 69.b.

Iners,tis.ignauus,deſidioſus,ſomniculoſus, ἀργὸς λόγος, languidus.)(.Operoſus,ſemper agens aliquid & moliens.contra Rul.84.b. Inertiſsimum & deſidioſiſsimum ocium.de Sẽ.84.a.Iners,ignaua,& ſomniculoſa ſenectus. de Fin.50.a.Inertiſsima ſegnitia.de Fat.146.a. Rectè hoc genus interrogationis ignauum atque iners nominatum eſt.de Orat.141.b.Neq; uerum eſt quod ab inertibus dicitur,&c.de Clar.186.b.Cenſorinus iners & inimicus fori. de Fin.88.b.Artes quibus qui carebant inertes à maioribus nominabantur.

Inertia,tiæ.ignauia,deſidia,ſegnicies,nequitia,negligentia,pigritia.Off.6.b.de Or.100. a. Caſtigemus etiam ſegniciem hominum atq; diſcordiam.pro Mur.126. a. Fuga laboris inertiam coarguit & deſidium. I. C.98.a. Iam meipſum inertiæ nequitiæq; condemno.& 103.a.Inertia ac nequitia.pro Q.R.49.a. Qui tantas pecunias nõ propter inertiam laboris,ſed propter magnificentiam liberalitatis repudiauit. de Orat.90.b.Duo illa relinquamus, idq; largiamur inertiæ noſtræ.& 99.a.Condemnare aliquem inertiæ.Par.233.a.Artes.)(.Inertiæ.Ep.196.a.Nec tua ignauia etiam inertiam afferet.ad Her.2.a.Inertia,ignauia,deſidia,luxuria.

Ineruditus,a,um.indoctus,rudis.pro Dom.231.b.Non ſum tam ineruditus,qui Mineruam Iouis ſororem, meam eſſe ſororem exiſtimem. Ac.33.b. Modò ne quis illud tam ineruditum abſurdumq; reſpondeat.de Fin.63.b.Non ergo Epicurus ineruditus,ſed ij indocti,qui,&c.

Inexercitatus,a,um.qui uſum non habet,tyro,de Or. 115.a.Hoc mihi crede,ludus eſt homini non hebeti,neq; inexercitato,&c.Tuſ.183.a.Rudis ille & inexercitatus miles.de Cl.176.b.& de Sen.80.b.M.Marcellus prõptus et nõ inexercitatus ad dicendũ fuit. & Tuſ.250. a. Nec tanquam inexercitatus hiſtrio in extremo actu corruiſſe.

Inexercitus,a,um.Tuſ.250.a.Aſclepiades non ignobilis,nec inexercitus philoſophus.aliàs,non ignobilis Eretricus philoſophus.

Inexhauſtus,a,um.de Fin.91.a.Erat,ut ſcis, in eo exexhauſta cupiditas legendi,nec ſatiari poterat.

Inexorabilis,le.implacabilis,inexpugnabilis,inexpiabilis.)(.Placabilis,exorabilis. pro Syl. 184. a. Qui uehemẽs in alios,inexorabilis in cæteros eſſe uiſus ſum.Quint. Fr.301.a.& Tuſ.150.a.In literis mittendis nimium te inexorabilem præbuiſti.

Inexpectatus,a,um.inſperatus. de Or.129. b. Quæ fuit illa,quanta uis,quàm inexpectata,quàm repentina.

Inexpiabilis,le.implacabilis,quod expiari purgariq; non poteſt.de Ar. 244. a. Cum his inexpiabile bellũ mihi ſuſceptum eſt.& 257.b.Inexpiabile ſcelus. & I.A.237.a. I.P.97.a.Præbere ſe implacabilem inexpiabilemq; alicui. I.A.155.a.Ne inexpiabiles religiones in remp. inducerentur.Tuſ.163.b.Qui in rep.uiolanda,fraudes inexpiabiles concepiſſent.Ibidem.154.a.Inexpiabilis religio.

Inexplebilis,le.inſatiabilis,inſaturabilis.Tuſ.231.b.Inexplebilis cupiditas.

Inexplicabilis,le.inenodabilis.At.120.b.O rem difficilem & inexplicabilem.& 155.b.Res ſunt inexplicabiles. & Acad.24.a.Hæc ſcilicet inexplicabilia eſſe dicitis. Att. 242.a.Tu quid egeris de tua cùm triſti,tum etiam difficili ad conſiderandum legatione uehementer expecto, eſt enim inexplicabilis.

Inexpugnabilis,le.Tuſ.236.a.Volumus enim qui beatus ſit,tutũ eſſe,inexpugnabilẽ,ſeptũ atq; munitum, &c.

Inextricabilis,le.inexplicabilis.Ac.24. a. Hæc ſcilicet inextricabilia eſſe dicitis.

Infacetus,a,um.inurbanus,inconcinnus. pro Cæl.52. b. Non infacetum mendacium.Off.63.a.Homo non infacetus & ſatis literatus.

Infamia,miæ.nota,macula,probrum,nota turpitudinis,ignominia,dedecus,cõtumelia.pro Fl.164.a.Eſto,habuit quandam ille infamiam ſuã.pro Cæl.46.b.Inferre infamiã alicui.At.67.a.Conſules flagrant infamia. pro Cl. 18.b.Negem fuiſſe infamiam iudicij corrupti.I.C.100.a. Quæ nota domeſticæ turpitudinis nõ iniuſta uitæ tuæ eſt? quod priuatarum rerum dedecus non hæret infamiæ? contra Rul.84.b.Effugere infamiam crudelitatis.& Ep.2.a. Vt magnam infamiam fugiat.Tuſc.218.b.Ferre ignominiam & infamiam ſine dolore.pro Syl.184.a.Ne qua generi ſuo nota turpitudinis inuratur.pro Cl.30. a. Iudicia uera atq; inſigni turpitudine notata,atq; oppreſſa dedecore & infamia.I.P.88.b.Vos autem ſempiternas fœdiſsimæ turpitudinis notas ſubiiſtis.Par.238.a.Ignominia, infamia,contumelia,dedecus.& I.V.63.a.Macula.

Infamis,me.turpis,habens infamiam, famoſus, contaminatiſsimus,omnium ſcelerum libidinumq; maculis notatiſsimus,cum tãtis ſceleribus eſſes & factis notatus. pro Dom.227.b.pro Fon.281.a.Turpis adoleſcentia, uita infamis.pro Cl.44.b.Homines omnibus uicijs atq; omni decore infames.I.C.106.a.Mulier infamis. & pro S.R. 35.a.Infamis palma.

Infamo,as.noto,ignominiam uel notam uel maculam inuro,ignominia noto,exiſtimationem alicuius offendo, deformo,detraho,infamiam alicui infero, aliquem nota atq; ignominia condemno, uerißimis maledictorũ notis inuro.Ep.132.a.Vt tua moderatio aliorũ infamet iniuriã.

Infandus,a,um.nefandus,execrãdus.de Or.138.a.Ex re ſi crudelis,ſi infanda,ſi præter opinionem.

Infans,tis.puer infans,paruus.de Fin.71.b. & 93.b. de Or.123.b.Omnia manſa,ut aiũt,nutrices pueris infantibus in os inſerere.pro Cl.23.a.& Or.209.a.Cum haberet ex Nouia infantem filium. pro S.R. 44.a.Infantium puerorũ incunabula.de D.105.b.Scribit Herodotus Crœſi filium,cum eſſet infans,locutum.de Fin.71. b. Nec uerò ut uoluptatem expetat,natura mouet infantem. & 138. a.Infantes.de Fin.63.b.Si infantes pueri,ſi mutæ etiam beſtiæ penè loquuntur.

Infans.indiſertus.)(.Eloquẽs,diſertus.de Cl.171.a.Ipſum Scipionem accepimus non infantem fuiſſe. de In. 42. b.Infans & inſipiens homo.de Fin.39.b.Homo infans atque impotens.ad Her.9.a.Dialectici infantiſsimi. de Cl. 173.b.Oratio neq; nimis infans,neq; perfectè diſerta.



Infantia,tiæ.ieiunitas,orationis inopia.)(.Eloquentia.de Or.156.a.Nec infantia eius qui rem nouit, ſed eam explicare dicendo non poteſt:nec inſcitia illius cui res non ſuppetit,uerba non deſunt,eſt laudanda. ad Her.9.a. Vt huius infantiæ garrulam diſciplinam cõtemneremus. At. 64.b.Incredibilis infantia accuſatorum.

Infantior,tius.At.324.a.Omnino nihil accuſatore Lẽtulo, ſubſcriptoribusq; eius infantius, nihil illo conſilio ſordidius.

Infatuo,as.fatuum ſtultumq; reddo.Fl.156.a. Neminem quidem adeò infatuare potuit, ut ei nummum ullum crederet.& I.A.187.b. Vt hominem ſtultum magis etiam infatuet mercede publica.

Infector,oris.Ep.27.b.Curtius noſter dibaphum cogitat,ſed cum infector moratur.

Infectus,a,um.de L.173.b.Quæ augur iniuſta, nefaſta,uicioſa,diráue dixerit,irrita infectaq; ſunto. de In.72. b.Habere aliquid factum pro infecto.Top.222. a. Promittere damni infecti.I.P.92.a.Præterita mutare non poſſumus.pro R.P.126.b.Mutari facta iam nullo modo poterant.Item:Hoc neq; moueri,neq; mutari poteſt.

Infelicitas,tis.aduerſa uel incõmoda fortuna,incõmodæ res,calamitas.)(.Beatè uiuere.Anteq.196.a.Vtiq; ea maneat exiſtimatio,quæ uirtute parta,nõ quæ infelicitate illata eſt.I.P.89.b. Amiſiſti exercitum, ſit hoc infelicitatis tuæ.de D.121.b.Nec enim tanta eſt infelicitas aruſpicum, ut ne caſu quidem unquã fiat quod futurũ illi eſſe dixerũt. de Fin.31.b.Beatè uiuere alij in alio,uos in uoluptate ponitis,item contrà omnem infelicitatem in dolore.

Infelix,cis.miſer,calamitoſus,ærumnoſus, deiectus ad calamitatẽ,cuius dura & crudelis fortuna eſt. I.A.172.b. Si quis reip.ſit infelix,is felix eſſe nõ poteſt.pro Pl.280.b. O cuſtodiã mei capitis infelicem.pro Rab.92.b.Caput obnubito,infelici arbori ſuſpendito.I.V.269.a. Infelix et ærumnoſus.& pro Q.17.b.Miſer & infelix.Or.212.a. Inhumanus prima litera breui,infelix longa.

Infenſius.aduer.Or.213.b.Quis porrò Iſocrati eſt aduerſatus infenſius?

Infenſus,a,um.inimicus.I.V.61.a.Homines,qui illi inimici infenſiq; ſunt.& 95.b.In te concitati infenſiq; ſunt. pro Cl.33.a.Sic illi iudices infenſi tũ reo uenerũt.I.C.100. b.Si me meis ciuibus ſuſpectũ tã grauiter atq; infenſum uiderem.I.V.139.a.Infenſo animo atq; inimico. Tuſ.222.a. Nec tam fuit hominũ generi infenſa atq; inimica natura. Ep.157.a.Pertinaciter cuipiam infenſus.

Infercio,cis.inculco.Or.220.a.Neq; inferciens uerba quaſi rimas expleat.

Inferi,orum.dij manes,inferorũ animæ, ſubterranei. de In.52.a.Impijs apud inferos pœnas eſſe præparatas.& Tuſ.150.a.Triceps apud inferos Cerberus. de Nat. 69.b. Hercules apud inferos.Tuſ.155.a.Permanere animos arbitramur conſenſu nationũ omnium:qua in ſede maneãt, qualeſq; ſint,ratione diſcendum eſt,cuius ignoratio finxit inferos,eaſq; formidines,quas tu contemnere nõ ſine cauſa uidebare.in terrã enim cadentibus corporibus,hiſq; humo tectis,ſub terra cenſebant reliquam uitã agi mortuorũ.I.V. 262.a.Excitare aliquẽ ab inferis. & de Cl. 195.a. Excitare ab inferis locupletiſs.teſtes.et pro Mil.117. a.Reuocare aliquem ab inferis.& I.V.258. a. Aliquem fore ab inferis teſtem.I.Vat.31.b.Inferorũ animas elicere, & puerorum extis deos manes mactare. & Or.204.b. Nec ab inferis mortuos excitabit.I.A.264.a.Illi ad inferos pœnas paricidij luent,uos piorum eſtis ſedem & locum conſecuti.Oct.331.a.Aliquis noſtrûm qui proximus in illam æternam domum diſceſſerit.Item:Tum tu Iupiter hos æternis ſupplicijs uiuos mortuoſq; mactabis.l.Macto. pro Cl.54. a.Quid tandem illi mali mors attulit? niſi fortè ineptijs ac fabulis ducimur,ut exiſtimemus illum apud inferos impiorum ſupplicia perferre,ab uxorum necatarum pœnis,actum eſſe præcipitem in ſceleratorum ſedem atq; regionem.quæ ſi falſa ſunt,id quod omnes intelligunt,quid ei tãdem aliud mors eripuit,præter ſenſum doloris?I.C.119.b Vt aliqua in uita formido improbis eſſet poſita, apud inferos eiuſmodi quædam illi antiqui ſupplicia impijs conſtituta eſſe uoluerunt,quod uidelicet intelligebant, his remotis non eſſe mortem ipſam pertimeſcendam.

Inferiæ,arum.denicales,iuſta,feralia,mortuorum ſacra.de N.67.b.Tertius Hercules eſt ex Idæis digitis,cui inferias afferunt.

Inferior,us.Q.Fr.293.a.Quem ego intelligo prudẽtia non eſſe inferiorem quàm me,uſu etiam ſuperiorem. pro Pl.265.a.Inferiorem quàm te,&c. Off.23.b.Timotheus belli laude non inferior fuit quàm pater. de Cl. 180. b.Is in iure ciuili non inferior quàm magiſter fuit. de Cl. 185.a.Inferior ætas,&c.)(.Superior ætas.de Cl.181.a.Aetate inferior paulo.pro Q.18.a.Indignum eſt uinci ab inferiore atq; humiliore.de Cl.167.a.Cauſam inferiorem dicendo fieri ſuperiorem poſſe.de Ar.258. a.Inferior gradus.Ep.204.b.Superior ordine,inferior fortuna. de Or. 100.a.Similiq; in genere inferiore ordine.Par.123.a.Qui infimum locum ciuitatis tenent. pro Cor.62.a. Illud autẽ quod adiunctum eſt,&c.id habet hanc uim,ut ſit ille in fœdere inferior. Am.96.b. Qui omnia ſua in ſe poſita eſſe ducit,& humanos caſus uirtute inferiores putat. ad Her. 36.b.In inferiores crudelis,in ſuperiores contumax,in æquos & pares faſtidioſus.de Cl.184.b.Multum à Cicerone abſum:id eſt,inferior Cicerone ſum.

Infernus,a,um.inferus.de N.48.b. Hic ſeſe infernis è partibus erigit hydra. & in Ar.Subiens inferna leonis.

Infero,fers.inueho,importo,induco,affero,offero, intrudo.Off.49.a.Paulus nihil in domum ſuam intulit,præter memoriam nominis ſempiternam. pro Dom. 234.a. Qui ex pontificis maximi domo religionem eripuit, is in meam intulit? pro Cec.292.b.Cum pedem intulero, atq; in poſſeßionem ueſtigium fecero,tum excludar. Antequã. 196.a.Vtiq; ea maneat opinio quæ uirtute parta,nõ quæ infelicitate illata eſt.de Ar.244.a.Qui ſupplicia neq; à ſociorum mœnibus prohibere,neq; ſociorum urbibus inferre potuerunt excißionem,inflammationẽ,euerſionem, depopulationẽ,uaſtitatem meis omnibus tectis atq; agris intulerũt. In Vat.35.a. Cum in templũ Caſtoris te cum tuis furijs funeſtum intuliſti. & 29. b. Repentè enim te tanquam ſerpens è latibulis intuliſti.pro Cæl.41.a. Cum hoc genus oppugnationis inferetur,&c. propulſare debebitis.& 49.a.Inferre facinus in famam atq; in fortunas alicuius. Off.5.b. Qui ab ijs,quibus infertur,ſi poßint,non propulſant iniuriam.de Ar.252.b. Inferre iniuriam ſtupri in aliquem.I.C.115.b.Inferre ignes templis deorum. pro Dom.225.b.Domus ardebat non fortuito, ſed oblato incendio.pro Cl.37.b.Multum mali,multum periculi unicuiq; noſtrûm inferre poteſt uis tribunitia.pro Fl.155.b Is ultro ſuis ciuibus ſumptum intulit.pro Cec.287.b.Atq;

etiam ſe ipſe inſerebat & intrudebat.pro Fl.150.a.Inferre rationes falſas,& referre in tabulas quodcunq; commodum eſt.pro Mil.104.b.Inferre mortẽ alicui per ſcelus. I.P.91.a.Inferre ſe in urbẽ.pro Fon.283.a.Age uerò nunc inferte oculos in curiã,introſpicite penitus in omnes reip. partes,utrum,&c.Or.128.a.Iracundiam ſimul atq; intuleris,non ſtatim poßis commouere.Oct.330.a.Inferre arma alicui.pro Mil.115.b.Caſtris,exercitu,ſignis inferendis fundos alienos petere.At.144.a.Inferre famem ſuis ciuibus & uaſtitatem Italiæ.pro Font. 283.a.Infeſtis propè ſignis inferuntur Galli in Fonteium. pro Flac.147.a.Inferre ſigna patriæ. In An.263.a. Cum Hircius Aquilam quartæ legionis inferret.Att.135.a.& 152.a. Bellum Italiæ terra mariq; inferamus.& Offic.16.b.Inferre bellum alicui.In A.198.b.Ille furens infeſta iam patriæ ſigna inferebat.pro Mil.111.a.Inferre uim.)(.Repellere uim. pro Deiot.144.a.Inferre terrorem alicui. In Ver. 257.b.Inferre crimen proditionis alicui.In A.259.b. Inferre turpitudinem alicui.de Ar.245.b.Qui puluinaribus Bonæ deæ ſtuprum intulit.ad Her.28.a.Non parenti manus intuliſti?In C.101.b.Inferre uim & manus alicui. pro Seſt. 3.a. Inferre periculum alicui. pro Plan.277.b.Inferre metum mortis alicui.Offic.43.a.Inferre periculum capitis alicui. pro Cor.59.b.Inferre ſe in diſcrimẽ uitæ pro patria. pro Cæl.46.b.Inferre infamiam bonis,inferre probrũ caſtis, inferre labem integris.de Inuen.44. b. Inferre moram & impedimentum alicui.ad Her.35.a.Inferre crimina.)(.Diluere crimina.de Fin.140.a.Sex.Tarquinius ſtuprum Lucretiæ obtulit.de Am.108.b.Ne criminibus aut inferendis delectetur amicus,aut credat oblatis.de Orat.87.b.Craſſus ſermonem de ſtudio dicendi intulit.Offic.29.a. In re ſe uera dedicatum aliquem inferre ſermonem. de Inuen.58. a.Quo illato infirmatur quod inductum fuerat.& 58.b. Aliud quàm cogebatur illatum eſt.& ibid.Num aliud conficiatur,aliud dicatur.de Leg.138.a.Néue alienum inferat in ſepulchrum.

Inferus,a,um.de D.102.b.Interea ſol albus receßit in infera noctis.I. A.l.Superus.Tuſ.161.b.Vt omnia ſupera, infera,media uideremus.At.136.b.Inferum mare.)(.Superum mare.l.Mare.

Infeſtißimè.pro Q.12.a.Inimicißimè atq; infeſtißimè contendere cum aliquo.

Infeſtus,a,um.infenſus,inimicus,aduerſus,moleſtus. )(.Propitius.Oct.329.b.Fortuna populi Rom. quæ nunc nobis infeſta eſt,fuit aliquando propitia. pro Quint.1.a. Mihi ſummam per iniuriã omnia inimica & infeſta ſunt. In A.229.a.Gallia,quam ſibi armis animiſq; infeſtam inimicamq; cognouit.In V.78.b.Clamore alicuius infeſto atque inimico excitari.In V.265.a. Iniquo infeſtoq; animo intueri aliquem.& Att.287.a.Infeſto animo reprehendere aliquem.In C.100.b.Infeſtis oculis omnium conſpici. pro Font. 283.a. Infeſtis ſignis inferri in hoſtem. pro S. R.33.a.Qui ardens auaritia fertur infeſtus in omnes. & ad Her.36.b.Infeſtus in cognatos.In Ver.265.b. In omnia maria infeſtus. Att.165.a.Indulgentia ferocem, arrogantem,infeſtum facit. pro Lig. 141. a.Africa huic uictoriæ maximæ infeſta.pro Seſt.11.b.Aliquem eſſe infenſum fortunis alicuius.de In.46.b.Si non omnino infeſti auditores erunt:id eſt,animo à nobis prorſus alieno uel inimici.pro Cæl.39.a.Aetas,quæ ipſa ſua ſponte infirma aliorum libidine infeſta eſt.pro Plan.259.a. Huius ſalus ob eam ipſam cauſam eſt infeſtior,quod,etc. de Pro.69.b.Viæ excurſionibus infeſtæ.contra Rul.82.a.Vectigal bellis infeſtũ. pro



Rab.92.a.Libertas ſupplicijs infeſta.de In.76.a.Reddere prouinciam infeſtam excurſionibus & latrocinijs. Aſin. Ep.163.a.Saltus Caſtulonenſis nunc frequẽtioribus latrocinijs infeſtior factus eſt.pro Sex.R.23.a.Vita filij infeſta. Ep.23.b.Ad infeſtißimam Ciliciæ partem.At.154.a.Mare infeſtum habui.& 250.b.Habere mare infeſtum.Attic. 244.a.Infeſtum & periculoſum iter. pro Cl.57.a.Infeſtum & immane ſcelus.

Inficialis aut coniecturalis quæſtio.Top.229.a.

Inficiatio,onis.negatio,depulſio.Par.239.a. Primus ille ſtatus rationẽ habet iniqui criminis, ipſam negationẽ inficiationemq; facti.ad Her.6.a.Intentio, occidiſti hominẽ:inficiatio,nõ occidi.de Or.118.a.Ac noſtræ ferè cauſæ, quæ quidem ſunt criminum plerunq; inficiatione defenduntur.

Inficiator.oris,fraudator.pro Fl.156.a.Vna & eadẽ eſt omnibus in locis fraudatorum & inficiatorum impudentia.& de Or.98.b.Vt ſi ille inficiator,&c. & In C. 109 a.l.Lentus.

Inficio,cis.oblino,imbuo,ſufficio. de Fin.91.b. Puer infici debet bonis artibus, quas ſi dum tener eſt cõbiberit, ad maiora ueniet paratior.de Leg.165.a. Qui teneros et rudes cum acceperunt,inficiunt ac flectunt,etc. de L.190 a.Cupiditatibus principum & uicijs infici ſolet tota ciuitas. At.281.b. Animi hominum infecti partibus.Tuſ.243. b.Sed nos umbris,delicijs,ocio, langore, deſidia animum infecimus. At.7.b. Vereor ne quod infectum eſt, ſerpat lõgius.Tuſ.190.b.Tũ planè inficimur opinionũ prauitate.

Inficior,aris.nego.l.Veneficium. In V.232.b. An ego poterã inficiari me eſſe hominẽ?Off.64.b. Quæ qui inficiatus eſſet,duplicem pœnam ſubibat?Q.13.b.À me nominis eius,quod inficiatus eſſet,diem petiuit. pro Cl. 52.a. Florio legatum ex teſtamento inficiatus es. In V. 244.b. Sibi iſte neq; inficiandi rationem,neq; defendendi facultatem reliquit.de Or.190.a. Præſertim cum non in crimine aliquo,quod ille poßit inficiari,ſed in iure conſiſtat.In C.113.a.Cum id poſſet inficiari repentè confeſſus eſt. Q. Fr.301.b.Quid ſi inficiatur?quid ſi omnino non debetur? At.56.a.& 277. a. Id poterat inficiari, poterat in alios deriuare.Par.234.a.Mori maluit falſum fatendo, quàm inficiando dolere.de Fin.76.a. In fœdere numantino inficiando.

Infidelis.infidus.Off.72.b.Neq; do, neq; dedi infideli cuiquam fidem.& 73.b.Nullam eſſe fidem quæ infideli data ſit.Of.69.a.Multi iniqui atq; infideles regno ſunt,pauci boni.Q.Fr.305.b.Infidelis amicus.

Infidelitas,tis.perfidia.pro Fon.277.a.Quibus propter infidelitatem credere non debetis. & de Am. 108.b. pro Mil.114.b.Quantæ infidelitates in amicis.Ep.154.a. Infidelitas exercitus.Tuſ.240.b.Dionyſius infidelitatem amicitiarum extimeſcebat.

Infideliter.perfidioſè. ad Br.91.b. Infideliter aliquid cuipiam ſuadere.

Infidus,a,um.infidelis.de Am.108.b.Nihil enim ſtabile eſt,quod infidum eſt.de Pro.75.b.Gentes infidæ et barbaræ.de Am.106.a.Infidus amicus.

Infigo,gis.impingo.l.Infixus.)(.Euello. de Som. 128. b.Orbis extimus,in quo infixi ſunt illi,qui uoluuntur ſtellarum curſus ſempiterni.de D.122.b.Timidè fortaſſe ſigniſer euellebat,quod fidenter infixerat.pro Cluen.21.a.Hoc quod in communibus hominum ſenſibus atq; in ipſa natura poſitum atq; infixum eſt.de N.31.a.Quæ ipſa ex ſe generata ſtirpibus infixa continentur. Tuſc.241. b.Sidera certis



certis infixa ſedibus.de N.11.b.In eas imagines mentem intentam infixamq; noſtram intelligentiam capere,quid ſit Deus.Tuſcul.219.b.Cum Africanus gladium hoſti in pectus infixit.

Infimus,a,um.imus.)(.Summus.de N.29.b.Terra eſt infima.& 36.b.Luna eſt infima quinq; errantium. Tuſ. 242.a.Medius mundi locus,qui eſt idem infimus in rotundo.de D.95.b.Ab infima ara ſubitò anguis emerſit.Q.Fr. 321.a.Cum ſcripſiſſem hæc infima, quæ ſunt mea manu. Q.Fr.316.a.Auricula infima mollior.de L.118.a. Omnia infima ſummis paria fecit.de Off.41.a. Qui ſummos cum infimis pari iure retinebat.Pard.123.a. Qui locum ciuitatis infimum tenent.de Or.119.b.Infimi homines mercedula adducti.& pro Mur.140. b. Infimorum hominum filij.Q.Fr.311.b.Infima fex populi.de Fin. 137. b. Homines infima fortuna.

Infinitas,tis.immenſitas,infinitio.Acad.29.b.Anaximander infinitatem materiæ dixit eſſe.Tuſc.250. Democritus infinitatem omnem peregrinabatur.& 248.b.Infinitas rerum atq; naturæ.& 11.b.De infinitate autem uehementius.Item:Summa uis infinitatis,& ut ab illa diſcedatur infinitate.

Infinitè.ſine modo & fine.Paræd.125. b. Ille diuitias infinitè concupiſcit.& Or. 219. a. Ne infinitè feratur ut flumen oratio.Acad.44.a.bis. Materia infinitè ſecari ac diuidi poteſt.

Infinitio,onis.infinitas.de Fin.53.a.Infinitio ipſa,quam ἀπειρίαν uocant,tota ab illo eſt,tum innumerabiles mundi,&c.

Infinitior.Top.223.b.Partium diſtributio ſæpe eſt infinitior.

Infinitus,a,um.cuius nulla eſt ora, nulla extremitas, immenſus,innumerabilis,inexhauſtus, interminatus.)(. Definitus.Acad.29.b.de D.129.b. Quod finitum eſt, habet extremum:quod non habet extremũ,infinitum ſit neceſſe eſt.de D.127.b.& Or. 206. a. Reliqua uerò tria interuallo infinita & immenſa.Acad.29.b. Infinitus aer,infinita materia.Ep.16.b.Sed eos,quos erat infinitum bene de me meritos omnes nominare.ad Her.12.b.Immenſa,infinita,immoderata cupiditas.de N. 12. b. Immenſa & interminata in omnes partes regionum magnitudo. & ibi. a.Innumerabilia & infinita,idem.de Or.121.Argumenta ſi ex rebus numeres,modica ſunt,ſi ex reis innumerabilia. de Or.90.b.Si cuipiam hoc nimis infinitum uideatur.At. 191.b.Innumerabiles domini fieri poſſunt in infinita poſteritate.contra Rul. 72. b. Primùm permittitur infinita poteſtas innumerabilis pecuniæ conficiendæ.Off.11.a.Infinita multitudo eorum qui his egẽt. Poſtquam.204.a. Immenſum quiddam & infinitum eſt quod uobis debemus. pro Cor.67. b. Si qui ſunt quibus infinitum ſit odium in quo ſemel ſuſceptum ſit.I.V.225. a. Spelunca conuerſa ad aquilonem infinita altitudine.de Or.85.a. Infinitus forenſium rerum labor.At.275.a.Infinita tribuere potentibus. de Or.1.b.Ad infinitum tempus. & b. a. Ab infinito tempore.& b.Infinito tempore ceſſare.de Or.121.b.Quoniã intelligitur,non in hominum innumerabilibus perſonis, neq; in infinita temporum uarietate,ſed in generum cauſis atq; naturis omnia ſita eſſe.de Orat.112.b. Genus quæſtionum infinitum.)(.Certum,in quo quid in perſonis,aut in conſtituta re & definita quæritur. de Or.96.b.Infinitæ rei quæſtio.& ibi.Cauſæ à communi quæſtione ſeiunctæ.Or.212.b.Sed proximus uerſus inquinatus,inſuauißima litera infinitus.



Infirmatio,onis.confutatio,refutatio.contra Rul.67 b.Infirmatio rerum iudicatarum.de In.45.b.Cum aliquid de commutatione aut infirmatione actionis agitur.

Infirmationem Cic. pro firmamento conſtitutionis capere uidetur.de In.70.a.

Infirmè.parum.Ep. 240.b. Et ſi intelligebam ſocios infirmè animatos eſſe.

Infirmitas,tis.imbecillitas.de Cl.194.a. Erat eo tempore in nobis ſumma gracilitas & infirmitas corporis.& 182.b.Infirmitas laterum,& imbecillitas uirium. At.171. a.Me conficit ſollicitudo ex qua etiam infirmitas corporis,qua leuata,ero unà cum eo.pro S.R.20.a. Suſceptum onus propter infirmitatem animi deponere. de Sen.83.b. Infirmitas eſt puerorum,ferocia iuuenum.At.254.a.Propter infirmitatem ætatis.pro Rab.94.b.Animi uim & infirmitatem corporis oſtendebat.pro Syl.173.b. Infirmitatem corporis animi uirtute ſuperauit.I.A.211.a.Sed animi uires corporis infirmitas non retardauit.Ep.94.b.Infirmitas ualetudinis.de In.61.b.Conſiderare ſuam infirmitatem in alieno malo.Ep.85.b.De quo quicquid detrahas, neceſſe eſt,aut infirmitati,aut inuidiæ aßignetur. Ac.3.a. Obſcuritas in rebus,infirmitas in iudicijs noſtris.

Infirmo,as.infirmum facio.debilito,frango.)(. Confirmo.de N.56.a.Quanta uerò illa ſunt,quæ uos Academici infirmatis & tollitis? Ac. 6.a. Hoc infirmat tollitq; Philo. de Or.96.b.Quæ pro aduerſarijs ſunt,infirmanda eſſe atque frangenda.& 139. a. Contrarijs infirmandis & tuis confirmandis.pro S.R.25.a.Ego res tam leues, qua ratione infirmem ac diluam nõ reperio.pro Cec.292.a.Si ſententia huius interdicti diminuta aut infirmata ſit.pro Dõ. 238.b.Quod in Gabinio fateris,id in me infirmas, et graue eſſe dicis.Or.201.b.Infirmare & excludere.pro Q.R. 52.b.Infirmare fidem alicuius.At.248.b. Ille tamen dolet dubitans utrum morem gerat Leptæ,an fidem infirmet Silio.pro Cec.294.b.Infirmare atq; conuellere pacta.In P. 89.a.Horum alter ſic fuit infirmatus cõſcientia ſcelerum ſuorum,ut,&c.

Infirmus,a,um.imbecillus,eneruatus, carens uiribus. de Fin.136.a. Labans.Q.Fr.312.b. Sed hominem infirmũ in uillam apertam inuitare nolui.I.V.222.b. Homo ætate affecta & uiribus infirmis.de Or.101.b. In eius infirmißima ualetudine affectaq; iam ætate.de Cl.180.b. Is ſemper infirma atq; etiam ægra ualetudine fuit.& 187.a. Is corpore erat infirmo.Acad.41.b.Sum enim admodum infirmus.de N.21.a.Corpus caducum & infirmum. I.P.97.a. Afflictus,infirmus,eneruatus.de Sen.80. a. Senectus facit corpus infirmum. Antequam.195.a.Singulorum opes ſæpe ſunt tenues & infirmæ ad gratiam referendam. Epiſt. 103.b.Veſtræ cautiones infirmæ ſunt. Q.Fr. 312. b.Quæ quo maiore conatu aguntur,eo leuiora infirmioraq; exiſtimo.pro Q.R.45.b.Quod apud omnes leue & infirmũ eſt,id apud iudicẽ graue et ſanctũ eſſe ducetur?pro Ce. 297.a.Ad probandũ utraq; res infirma nugatoriaq; eſt.

Infixus,a,um.defixus,inſitus,inuſtus, hærens in alieno,penitus inſidens nullo ut euelli modo poßit. pro Mil. 114.b.I.C.123.b.Dum memoria mei cõſulatus ueſtris erit infixa mentibus.Poſtquam.203.a.Hæc cura erit infixa animo meo ſempiterna.I.A.192.a.Tamẽ infixus animo hæret dolor.de Vn.101.a.Sidera infixa cœlo.de N.7.b.Deus aut infixus,aut infuſus eſſet in mũdo.de Or.161.a.Ea ſunt in communibus infixa ſenſibus.At.282.b. Animus infixus in patriæ charitate.& de Fin.130.a. Eſt enim infixum in ipſa natura.

Inflammatio,onis.ardor. de Or. 129. a. Inflammatio animi & quidam afflatus quaſi furoris.

Inflammo,as.incendo,inflammationē infero. At.119. a. Cum eadem lucerna epiſtolam ſcripſiſſem, qua inflammaram tuam. I.V.225.a. Qui templum earum inflammauit dearum,quarum ope alijs incendijs ſubuenitur. In V. 225.a. Ceres dicitur inflammaſſe tædas ex ignibus Actnæ. de Ar.253.a. Excitare & inflammare animos. pro Pont. 4.b. Genus belli eſt huiuſmodi quod maximè noſtros animos excitare atq; inflammare debet. de Or.102. a. Inflammare populum in improbos. de Or. 90. a. Animorū motus inflammare uel extinguere. pro Mar.136.a. Qui non fortuna inflammaret odiū ſuum,ſed bonitate leniret. Att. 119.a. Patriam non ſeruādam ad reditum noſtrum, ſed diripiendam inflammādamq́; relinquimus Ep.19.b. Et hoc quicquid attigi,non feci inflammandi tui cauſa,ſed teſtificandi amoris mei. de Or.103.b. Eorum mentes qui audiūt inflammare,aut inflammatas reſtinguere. de Or. 101. a. Magno amore inflammatum eſſe in patriam. pro Dō.225 b. In quos propter eorum crudelitatem mentes noſtræ inflammatæ fuerunt. Tuſ.157. b. Cum corporis facibus inflammari ſoleamus ad omnes ferè cupiditates, eoq́; magis incendi,quod,&c. Ep.8.a. Inflammatus ad gloriam. Tuſ. 231.b. Inflammatus & furens libidinibus. I.V.268. b. Inflammatus ſcelere et furore. Item: Inflammari in dicendo, & exardeſcere in dicendo.

Inflatio,onis.tumor. de D.93.b. A fabis abſtinendum eſſe,quòd habet inflationem magnam is cibus,tranquillitati mentis contrariam.

Inflatus,a,um.tumidus. In Vat.29. b. Serpens inflato collo tumidis ceruicibus. de D.115.a. Inflatas rumpi ueſiculas. de Cl.181.a. Si tibiæ inflatæ non referant ſonum. contra Rul.182.b. Quibus illi rebus elati & inflati non continebuntur. Ac.28.b. Eſt'ne quiſquam tāto inflatus errore, ut ſibi ſe illa ſcire perſuaſerit? Off.18.b. Cum homines opinionibus inflati turpiter irridentur. pro Mur.132.b. Cum hoſtium claßis ſpe atq; animis inflata Italiam peteret. & 136.a. Inflatus cùm ſpe militum,tū promißis collegæ mei. I.A.261.a. Inflatus lætitia atq; inſolens. de D.104. a. Inflatæ mentes,&c.

Inflatus,tus.afflatus,inſtinctus. Ac.6.b. Qui primo inflatu tibicinis Antiopam eſſe aiunt. de Cl.181.b. Aures tāquam tibiæ ſunt,eæ ſi inflatum non recipiunt,&c. de D. 82.a. Aliquo inſtinctu inflatuq; diuino futura prænūciare.

Inflecto,ctis.flecto. I.V.241.b. Vbi primùm ex alto ſinus ad urbem ab litore inflectitur. de N.35. b. Stellæ nunquam curſus ſui ueſtigium inflectunt. Poſtquam. 199.b. Qui ſuo ſqualore oculos ueſtros inflecteret. pro Cec.299 a. Ius ciuile,neq; inflecti gratia, neq; perfringi potentia, neq; adulterari pecunia poteſt. pro Mur. 138.b. Vt leuiter inflectendus potius quàm corrigendus eſſe uidearis. Ep.8.a. Magnitudinem animi tui ne unquam inflectas cuiuſquam iniuria. de Cl.163.a. Hic primus inflexit orationem, & eam mollē teneramq́; reddidit. de Or.126.b. Vox ad miſerabilem ſonum inflexa.

Inflexio,onis.flexio. de Or.163.b. Inflexio laterum. et de Vn.200.b.

Inflexus,a,um.flexus. Or.202. b. Inflexa uoce miſerabiliter dicere. de D.86.b. Bacillum incuruum,& leuiter à ſummo inflexum.

Infligo,gis.inijcio. In Vat.33. a. Si ad cætera uulnera quibus putaſti remp. deleri, hanc quoq; mortiferam plagam inflixiſſes conſulatus tui. In A.370.b. Tum illud tibi



uulnus inflictum. pro Pl.274.a. Quā enim illi iudices grauiorem poterunt reip. infligere ſecurim? I.P.86.a. Quæ meus diſceſſus reip. uulnera inflixit? I.P.93.a. Mihi illa omnia immortalem gloriam dederunt,tibi ſempiternam turpitudinem inflixerunt. de Orat. 132.b. Et ex eo in eum ipſum qui laceßiuit aliquid infligitur.

Inflo,as.inflationem habeo. Acad.21.b. Simul inflauit tibicen,à perito carmen agnoſcitur. de Orat. 164.a. Seruus cum eburneola fiſtula, qui inflaret eum ſonum, quo, &c. In Vat.31.a. Vt aliquando iſta, quæ ſunt inflata, rumpantur. de L.157. a. Fannius inflauit uehementius. I. P. 99.a. Cum tibi ſpe falſa animos rumor inflaſſet, quod putaſſes,&c. de D.133.a. Faba uenter inflatur. de Or. 146. b. Verba inflata atq; anhelata grauius. ad Her.27.a. Oratio quæ turget & inflata eſt.

Influo,is.illabor,redūdo. Tuſ.168.b. Apud Hipaninā fluuium qui ab Europæ parte in pōtum influit. de D.96 b. Atq; amnes mare influxit. de N.54.a. Alter uentriculus cordis in quem ſanguis per uenam illam cauam influit. de Vn.203.a. Influere.)(.Effluere. de Pro.75.b. C. Marius influentes in Italiam Gallorum copias repreßit. Off. 39.a. Vt in uniuerſorum animos tanquam influere poßimus. de Am.113.b. Quibus blandicijs C. Papirius nuper influebat in aures concionis,cùm,&c. de Leg.177.b. Nihil tam facilè in animos teneros atque molles influere quàm uarios canendi ſonos. de Or.128. a. Ex illa lenitate ad hanc uim influat aliquid oportet,& ex hac ui aliquid influendum eſt illi lenitati.

Informatio,onis.notio,conformatio. de N. 21.b. Habeo in animo inſitam informationem quandā dei. de Or. 141.b. Vnius uerbi imagine totius ſententiæ informatio. Part.259.a. Definitio atq; deſcriptio aut informatio uerbi. de N.10.b. Antecepta animo rei quædam informatio. Græcè πρόληψις.

Informatus,a,um.inſtitutus. Off.3.b. Nemini parêre animus bene informatus à natura uult.

Informis,me. ad Her. 40. b. Cum res muta aut informis ſit eloquens,& formata.

Informo,mas.conformo,formo,inſtituo. Or.197.b. Atq; ego in ſummo oratore fingendo talē informabo, qualis fortaſſe nemo fuit. Or.199.b. Referamus nos igitur ad eum quem uolumus inchoandum,& eadem eloquentia informandum,quā in nullo cognouit Antonius. de Or. 108. a. Non arbitrabar à me informari oportere, qualis eſſet orator,&c.& Or.200.a. Is orator quem informare uolumus. At.1.a. Petitorum hæc eſt informata adhuc cogitatio. pro Q.6.a. Ab illo qui antea dixit informata iam cauſa eſt. Att.173.a. Non nominatim,ſed generatim proſcriptio eſt informata. pro Syl.177.a. Cornelius etiam nūc de indicando dubitat,informat adhuc adumbratum indicium filij. de Fin.116.a. Informari uirtus non poteſt, ſi quicquā relinquatur.& 133.a. Quibus quaſi informatum eſt,quod hominis natura poſtulet. de N.16.a. Ita eſt informatū anticipatumq́; mentibus noſtris. de N.28.b. In animis noſtris informatas deorum eſſe notiones. de N.9.b. Deos ne coniectura quidem informare poſſumus. Ac.13.b. Siue illa inania uiſa cogitatione informantur,ſiue in quiete,ſiue per uinum,ſiue per inſaniam. pro Arch.186.a. Artes quibus ætas puerilis ad humanitatem informari ſolet.

Infra. Ep.142.b. Supra me Atticus, infra Verius. & 143.a. Infra Eutrapelum Cyteris accubuit. de N.53.a. Stomachi partes quæ ſunt infrà quàm id quod deuoratur,dilatantur,quæ autem ſuprà,contrahūtur. de N.36.b. Infra Saturnum



Saturnum Iouis ſtella fertur. de Som.128.b. Infrà autem iā nihil eſt niſi mortale. Att.122.a. Earum literarum exemplum infrà ſcripſi.& Ep. 87. a. Earum literarum exemplum infrà ſcriptum eſt. I.V.211.b. Ipſe ad mare infra oppidum expectabat. Or.197.a. Nec his ſolum locus eſt, ſed horum,uel ſecundis,uel etiam infra ſecundos. de Cl. 168. a. Homerus non infra ſuperiorem Lycurgū fuit. Tuſ.193. b. Humanas res deſpicere atq; infra ſe poſitas arbitrari. de Fin.95.b. Vt omnia quæ homini accidant,infra ſe eſſe iudicet. et 95.a. Infra ſe omnia humana ducens. Poſtquā. 200. Is infra omnes mortuos amandandus eſſet. & pro Quin. 9.a. Infra mortuos mandari. de Fin. 96. a. Ducere omnia humana infra ſe.

Infractio,onis.abiectio. Tuſ.193. Infractio quædam animi & demißio.

Infractus.a,um.fractus,demiſſus. pro Dom.226.a. Itaque infractus furor tuus inanes faciebat impetus. Ac.21.a. Tu autem te negas infracto remo commoueri. Poſtq̄.202. a. Non modò non infracto animo erat,ſed etiam confirmato & renouato. Or.213.b. Infracta & amputata loqui.

Infraſcriptus. l. Infra.)(.Supraſcriptus. Q.Fr. 297.a. l. Subſcribo.

Infrequens,tis.parum frequens,rarus. Q.Fr.313.b. Cū Appius ſenatum infrequentem coegiſſet,&c.& 328.b. Sū & Romæ & in prædijs infrequens. ad Her.32.b. Rei militaris te infrequentem dediſti.

Infrequentia,tiæ.paucitas,ſolitudo. Q.Fr.322.a. Summa infrequentia,&c.

Infringo,gis.frango,concido,delumbo. At.100. Eſſe quiddam ſuſpicor,quod te cogat cedere,& propemodum infringat. de Or. 87.a. Cum Druſi tribunatus infringi iam & debilitari uideretur. pro Cor.57.b. Ipſum florem dignitatis infringere. Or.197.b. Spem infringi, & elangueſcere induſtriam. pro Mil.102.b. Infringere gloriā alicuius. Or.219.b. Infringere & concidere numeros. Att. 160. a. Quæ ſi breuiora ſunt,infringitur ille quaſi uerborum ambitus.

Infucatus,a,um.fucatus,coloratus. de Or. 152. a. Sed animi iudicio etiam magis infucata uicia noſcuntur.

Infugio,gis.confugio. pro Seſt.6.b. Ne in tribunatus portum infugeret.

Infula,læ.mitra,diadema. I.V.226.a. Sacerdotes cum infulis & uerbenis.& de Or.150.a. contra Rul.62.a. His inſignibus atq; infulis imperij uenditis,&c. de Or.150.a. Pamphilus in infulis rhetoricam docens.

Infundo,dis.fundo,inſtillo. Tuſ.161.a. Quò tanquam in aliquod uas ea quæ meminimus infundantur. de L.190. b. Vicioſi principes non ſolum uicia concipiūt ipſi, ſed ea infundunt in ciuitatem. I.A.233.a. At hic nuper ſororis filio infudit uenenum,non dedit. de Or. 136. b. Quod ſemel eſſet infuſum nunquam effluere poſſe. de Or.141.a. Vt illi non infundere in aures tuas orationem,ſed in animo uideantur inſcribere. de Cl.170.a. Cum homines humiliores in alienum eiuſdem nominis infunderentur genus. Ep.34.b. Tunc cum in urbem noſtram eſt infuſa peregrinitas.

Infuſco,as.inficio. de Cl. 188. b. Ii quos aliqua barbaries domeſtica infuſcauerat. pro Plan.263.b. Vicinitas nō infuſcata maleuolentia,non aſſueta mendacijs. Tuſ. 196. a. Situ nidoris barba pedore horrida infuſcat pectus illuuiæ ſcabrum.

Ingemiſco,ſcis,ingemui.gemo,gemitus fit. In A.251. a. Quid ingemiſcis hoſtem Dolobellam indicatum? At.116 a. et 99.a. In quo tu quoq; ingemiſcis. pro Seſt.28.b. Quotienſcunque



tienſcunque me uiderit ingemiſcet. Tuſcul.243.a.& 169. b.& Epiſt.110.b. Pueri Spartiatæ non ingemiſcunt uerberum dolore laniati. I.A.172.b. Vna illa in re ciuitas ſeruitutis oblita ingemuit. de Som.127.b. Hic cum ingemuiſſent cæteri uehementius,leniter arridens Scipio quæſo,inquit,&c.

Ingenero,as.ingigno. Off.3.b. Natura ingenerat præcipuum quendam amorem in eos,qui procreati ſunt. contra Rul.85.a. Non ingenerantur hominibus mores, tam à ſtirpe generis,quàm, &c. Acad. apud Nonium. Homini ſoli ingeneratur cupiditas cognitionis & ſcientiæ. pro Seſt.7.a. Vt ingenerata ei familiæ frugalitas uideretur. de Diuin.128.a. Quod ſi hæc aſtro ingenerata & tradita eſſent,nulla res ea mutare poſſet. de Leg.160.b. Animus eſt ingeneratus à Deo.

Ingenioſè.ſolerter,acutè. Ac.21.b. Tractantur iſta ingenioſè.& de In.43.b.

Ingenioſus,a,um.habens ingenij multum,acutus, ſolers,eximio ingenio,acerrimo ingenio.)(.Hebes, tardus. de Fin.133. Eas uirtutes qui habent ingenioſi uocantur: id eſt,docilitatem & memoriam. pro Pl.271.b. Quæ ſcripſit grauis ille & ingenioſus poeta. Tuſ.165.a. Ariſtoteles ait,omnes ingenioſos melancholicos eſſe,ut ego me tardiorem eſſe non moleſtè feram. At. 235. a. Quid tu Bruto,& ingenioſo,& erudito putas? pro Q.R.50.a. Quo quiſq; ingenioſior & ſolertior,hoc docet iracūdius & laborioſius. de D.81.a. Acerrimo uir ingenio Chryſippus. pro Cæl.37.b. Adoleſcēs illuſtri ingenio & induſtria. Tuſ.215. b. Ingenioſus,acutus.)(.Hebes. Off.24.a. Vir excellente ingenij magnitudine. de Fat.142.a. Ingenioſus.)(.Tardus.

Ingenitus,a,um.ingeneratus,innatus,inſitus. de Leg. 165.a. Ingenita naturæ uirtus.

Ingenium,nij.natura,mos uel mores,induſtria, ſolertia. de Cl.169.b. Vt hominis decus eſt ingenium,ſic ingenij lumen eſt eloquentia. pro Cæl.47.a. Atq; in eo ingenium eius elucere uidebatis,quod ſæpe etiam ſi induſtria non alitur,ualet tamen ipſe ſuis uiribus. de Fin.133.a. Docilitas & memoria,quæ ferè appellantur uno ingenij nomine. pro Arch.189.a. Animorum incredibiles motus, celeritasq́; ingeniorum. de Orat. 94.a. Nam & animi,& ingenij celeres quidam motus eſſe debent,qui ad excogitādum acuti,& ad explicandum ornandumq́; ſint uberes, & ad memoriam firmi atque diuturni. Offic.23.a. Suum igitur quiſque noſcat ingenium.& ibidem. Ea quæ noſtri ingenij non ſunt. de Clar.190.b. Ardor animi,qui etiam ex infantium ingenijs elicere uoces & querelas ſolet. de In. 58. a. Sin inuerecundum animi ingenium poßidet,tamē accuſes,non enim ueretur. I.A.204.a. Cæſar omnem uim ingenij,quæ ſumma fuit in illo, in populari leuitate conſumpſit. de Cl.174.b. Quibus non omnino ingenium,ſed oratorium ingenium defuit. Q.Fr.200.a. Hominum ingenia ad fallendum parata. Ep.108.a. Vna quod uerſatur in hoc ſtudio noſtro & cum ingenio ut noſti,nec ſine induſtria. de D.120.a. Omnis coniectura ingenijs hominum in contrarias partes ſæpe deducitur. pro Fō.282.a. Habere multum ingenij ad fingendum. pro Pom.4.a. Perfectum ingenio,elaboratum induſtria. Ac.1.a. Magnum ingenium Luculli & magnitudo ingenij. pro Cæl.37.b. Adoleſcens illuſtri ingenio & induſtria. de Or. 136. b. Craßi reſponſum excellentis cuiuſdam ingenij & ſingularis. Off.14.b. Qui excellenti ingenio doctrinæ ſeſe dediderunt.& de Fin.73. a.& Epiſt.84.a. Ratio excellens ingenij. Or.205. a. Acre ingenium.& 298.a. Vir acerrimo ingenio. de Or.119.a.

& contra Rul. 88.b. Tardum ingenium. de Diuin. 97.a. Ingenia acuta.)(. Obtuſa. Tuſ. 241.b. Eximium ingenium. & de Fin. 75.b. Præſtans ingenium. Epiſt. 53.a. & 82.b. Fauere ingenijs. Epiſt. 67.a. Suauitas ingenij tui. & 82.b. Opinio ingenij.

Ingens, tis. immanis, inſanus, immenſus, uis. I.V. 171.b Ingens immaniſq; præda. de Or. 149.b. Ex ingenti immēſoq; campo in exiguum gyrum compelli. I.V. 67.a. Ingentes diuitiæ. de Pro. 70.a. Achæi ingentem pecuniam pendunt L. Piſoni quotannis.

Ingenuè. candidè, liberè, ſincerè. Ep. 59.b. Me abs te cupiſſe laudari, apertè & ingenuè confitebar. At. 213.a. et Or. 204.a. Iſti autem ingenuè mihiq; gratum. Ep. 196.b. Verè tecum agam, ut neceßitudo noſtra poſtulat.

Ingenuitas, tis. liberalitas, honeſtas, probitas. de Or. 131.a. Præſtare ingenuitatem & ruborem ſuum, uerborū turpitudine uitanda. Acad. 45.a. Præ ſe ferre probitatem quandam & ingenuitatem. I.V. 99.a. Ornamenta nō ſolum fortunæ, ſed etiam ingenuitatis.

Ingenuus, a, um. liberalis, liber, honeſtus. In A. 189.a. Nihil apparet in eo ingenuum, nihil moderatum, nihil pudens, nihil pudicum. Off. 30.b. Nec uerò quicquam ingenuum poteſt habere officina. de Am. 108.b. Apertè uel odiſſe magis ingenuum eſt, quàm fronte occultare ſententiam. ad Her. 26.b. Violare ingenuam. I.C. 122.a. Omnis ingenuorum adeſt multitudo. pro Fl. 162.a. Quid? ab ingenuis mulieribus hæreditates lege non ueniunt? de Cl. 188.b. Si ſis ingenuus ciuis Romanus. I.A. 180.a. Ingenui pueri cū meritorijs uerſabantur. de Or. 96.a. & de Fin. 102.a. Homo ingenuus liberaliterq; educatus. de Or. 109.b. Tu pudore à dicendo & timiditate ingenua quadam refugiſti. de Cl. 186.b. Ingenuo liberoq; faſtidio. I.A. 228.a. Qui ad ſeruitutem propulſandam ingenuo dolore excitetur. de Fin. 136.b. Qui ingenuis ſtudijs artibuſq; delectantur. de Or. 144.b. Omnem doctrinam harum ingenuarum & humanarum artium uno quodam ſocietatis uinculo contineri. & 154.b. Hæ artes quibus liberales doctrinæ atq; ingenuæ continerentur. de Or. 91.a. & Ep. 48.a. Omnibus ingenuis artibus inſtructum accedere ad dicēdum. de Fin. 78.b. & 79.a. Ingenuæ diſciplinæ. Epiſt. 77.b. Vita ingenua. & 20.a. Animus ingenuus.

Ingero, ris. inſero, intrudo. At. 173.b. Sed ingero præterita.

Ingigno, gnis. ingenero. de Fin. 74.a. Natura cupiditatem ingenuit homini ueri inueniendi. de N. 50.b. Tantam ingenuit in animantibus conſeruandi ſui natura cupiditatem.

Inglorius, a, um. inhonoratus. de Leg. 162.a. Beati qui honorati ſunt, uidentur, miſeri autē qui inglorij. Tuſ. 208.a. Vita inhonorata & ingloria. Tuſ. 202.b. Ingloriosius atque ignobilis ſenex.

Ingratè. animo ingrato, illiberaliter.)(. Gratè. pro Deiot. 149.a. Quamuis ingratè & impiè neceßitudinis nomen repudiauerit. Ep. 183.b. Sed immoderatè quidam & ingratè noſtra facilitate abutuntur.

Ingratis. inuitè, cum mala gratia.)(. Cum bona gratia. pro Q. 8.a. Extorquendum eſt inuitò atq; ingratis, quod non debet.

Ingratus, a, um. immemor beneficij uel gratiarū. At. 121.b. Nihil cognoui ingratius, in quo uicio nihil mali non ineſt. Poſtquam. 203.a. Non ſolum ingratus, quod ipſum graue eſt, ſed etiam impius appelletur. pro Pl. 276.b. Nulla amicitia poteſt eſſe inter ingratos. Off. 330.a. Ingratus crudeliter, aut immemor beneficij. At. 136.a. Ego ingrati animi crimē horreo. At. 124.b. Dimiſi à me ut hominem ingratum non inuitus. I.A. 161.b. Ne in te ingratus uiderer. ad Her. 36.b. Ingratus in amicos. Item: Quæ ego ſi non profundere ac perdere uidebor, omnibus meis uiribus ſuſtinebo: ſin ingrata eſſe ſententiam, non comittam ut tibi inſanire uidear.

Ingratificus. pro Seſt. 25.a. Sen. 31.a. O Ingratifici argiui, manes Graij, immemores beneficij. Accij.

Ingraueſco, ſcis. gliſco, creſco, grauior fio.)(. Leuor. At. 156.b. Iſte ardet furore, nec remittit aliquid, ſed in dies ingraueſcit. At. 278.b. Ingraueſcit in dies inteſtinum malum. In C. 103.b. Sic hic morbus uehementius uiuis ingraueſcet. de D. 111.b. & In A. 221.a. Medicus morbum ingraueſcentem ratione prouidet. de Sen. 84.a. Et corpora quidem defatigatione & exercitatione ingraueſcunt, animi autem ſe exercendo leuantur. pro Dom. 215.a. Cum ingraueſceret annona ut iam fames timeretur. Ep. 49.a. Nam ſi à prima ætate me omnis doctrina liberalis delectauit, tamen hoc ſtudium quotidie ingraueſcit. Ep. 18.b. Aetas noſtra iam ingraueſcens.

Ingredior, ris. intro, introeo, adeo in aliquem locum, in aliquem locum me infero, ineo, in poſſeßionem libertatis pedem pono, pedem in fundo pono, pedem infero, accedere in ædes, inuehi in portū, eo, uado, aßilio, aggredior. I.A. 173.a. Tu ingredi illam domū auſus es? & de Fin. 125.a. Quàcunq; ingredimur in aliquam hiſtoriam ueſtigium ponimus. In C. 112.a. Cum iam pontem ingredi inciperēt. pro Mur. 124.b. Qui eadem pericula, quibus nos perfuncti ſumus, ingrediuntur. Off. 53.b. Quod omnibus eſt ſciēdum, qui uitam honeſtam ingredi cogitant. Acad. 28.b. Vt quam uitam ingrediar definias. de Or. 165.a. Quod iter incipiam ingredi? & de Sen. 83.b. Ingredi iter pedibus. de Clar. 196.a. In uitam paulo ſerius tanquam in uiam ingreſſus ſum. pro Plan. 260.b. & Ep. 78.b. Qua uolui ianua ingreſſus ſum in cauſam. pro Cec. 289.a. Ingredi intra finem eius loci, quem, &c. In A. 210.b. Magna ſpe ingredior in reliquam orationem. Epiſt. 198.b. & In A. 220.a. Quo die primùm in ſpem libertatis ingreſſus ſum. In C. 197.a. In exilium eijciebam? quem iam ingreſſum in bellū eſſe uidebam? de Or. 144.b. & 156.a. Eloquentia quócunque ingreditur, eodem eſt inſtructa comitatu. pro Arch. 185.b. Hunc uideò mihi principem, & ad ſuſcipiendam & ad ingrediendam rationem horum ſtudiorum extitiſſe. de Orat. 128.b. Nam neq; aßiliendum ſtatim eſt ad illud genus orationis, &c. nec cum in eam rationem ingreſſus ſis, celeriter diſcedendum eſt. de Orat. 92.b. Nos, qui antequā ad dicendum ingreßi ſumus, obruimur ambitione. Epiſt. 19.a. Qui ingredior ad explicandam rationem ſententiæ meæ. de Or. 97.a. Ii qui ingrediuntur ad ſtudium: id eſt, qui diſcere incipiūt. de Or. 156.a. Et erat ipſe iam ingreſſus: id eſt, ad dicendum. de Fat. 140.b. Timidè ingredior ad hoc genus diſputandi. pro Cec. 300.a. Cum iſtam diſputationem mecū ingreſſus eſſet, dicebat, &c. At. 242.b. Quā orationem cum ingreſſus eſſem, Caßius interuenit. de Or. 102.b. Nunc aggredior quæ uultis: id eſt, explicanda. Off. 24.a. Quam quiſq; uiam uiuendi ſit ingreſſurus. Or. 203.b. Sequitur magnum opus & arduum, ſed ingredientibus conſiderandū fuit, quid ageremus. pro R.P. 123.a. Difficile eſt, quod cū ſpe magna ſis ingreſſus id nō exequi uſq; ad extremum. Ac. 5.b. Quod facere nunc ingredimur. & 39.b. Ingreſſus ſum facere: id eſt, cœpi. de D. 108.b. De diuinatiōe ingreßi ſumus dicere, etc. Top. 221.a. Maiores nos res ſcribere ingreſſos, &c. è curſu ipſo reuocauit uolūtas tua. At. 242.b. Ingreſſus eram dicere quid oportuiſſet. Tuſcul. 164.a. Qui in compedibus corporis fuerunt, etiam cum ſoluti ſunt, tardius ingrediūtur. pro Rab. 94.b. M. Aemilius uix ingredi poteſt. Ep. 153.b. Cum primùm poſſe ingredi cœpi. Ep. 194.a. Ingredi pleno gradu. Att. 38.a. Si dormis expergiſcere, ſi ſtas ingredere, ſi ingrederis, curre, ſi curris aduola. de Sen. 78.a. Via qua nobis quoq; ingrediendum eſt. pro Cæl. 46.a. Via lubrica qua inſiſtere aut ingredi ſine caſu aliquo aut prolapſione uix poßis. de Or. 108.a. Neq; is conſiſtens in loco, ſed inambulans & aſcenſu ingrediens arduo. Or. 204.a. Vt ingredi libere, non ut licenter errare uideatur.

Ingreßio, onis. agreßio, introitus. In A. 196.a. Sic ab ingreßione fori populum propulſari uideres. Or. 97.b. Ac uideo hanc primam ingreßionem meam è media philoſophia repetitam. Or. 216.b. Interdum curſus eſt in oratione incitatior, interdum moderata ingreßio.

Ingreſſus, ſus. inceſſus. de N. 20.a. Ingreſſus, cur[illegible]s, accubatio, inclinatio, ſeßio. In P. 97.a. Veſtigijs odorari ingreſſus cuiuſpiam. de Or. 98.a. Orationis ueſtigia ingreſſumq; non uidi.

Ingurgito, as. infero, immitto. In A. 173.a. Cum in eius copias ſe ingurgitaſſet, exultabat gaudio. de Fin. 66.b. Crudiq; poſtridie ſe rurſus ingurgitent: id eſt, repleant ciboq; obruant. In P. 88.b. Nunquam te in tot flagitia ingurgitaſſes.

Inhabitabilis, le. uaſtus, deſertus. de N. 7.a. Inhabitabilis atq; inculta terræ pars.

Inhæreo, res. hæreo, inſideo. de Or. 123.b. Quæ ſunt foris, neq; inhærent in rei natura. & de Vn. 201.a. Sidera quæ ſuis ſedibus inhærent. de Nat. 46.a. Beluæ ad ſaxa natuis teſtis inhærentes. de Diuin. 103.a. Animi qui corporibus non inhærent. Tuſ. 155.a. Inhæret in mentibus quaſi ſeculorum quoddam augurium futurorum. et 179.a. Eaq; inhæſit uiſceribus. & 214. Inhæſit in uiſceribus. de Diuin. 128.a. Quorum linguæ ſic inhærent ut loqui non poßint, hæ, &c.

Inhæreſco, ſcis. adhæreſco. de Nat. 55.a. Beſtiolæ in ſordibus aurium tanquam in uiſco inhæreſcunt. & Tuſc. 190.b. Poetæ leguntur, ediſcuntur, & inhæreſcunt penitus in mentibus.

Inhalo, as. exhalo. In P. 82.a. Cum ore fœtido teterrimam nobis popinam inhalaſſes.

Inhibeo, bes. ſuſtineo, retineo. Am. 108.a. In V. 269.a Si te illius uox miſerabilis non inhibebat, ne ciuem quidem Romanum gemitu commouebare? At. 210.a. Inhibere illud tuum, quod ualde mihi arriſerat, uehemēter diſplicet, eſt enim uerbum totum nauticum. quanquam id quidem ſciebam, ſed arbitrabar ſuſtineri remos, cum inhiberi eſſent remiges iußi, id non eſſe eiuſmodi didici heri, cum ad uillam noſtram nauis appelleretur, non enim ſuſtinent ſe, ſed alio modo remigant, id ab ἐποχῆς remotißimum eſt, quare facies ut ita ſit in libro, quemadmodum fuit. de Or. 97.b. Vt concitato nauigio cum remiges inhibuerunt, retinet tamen ipſa nauis motum & curſum ſuum, intermiſſo impetu pulſuq; remorum. contra Rul. 88.a. Sed tamen inhibet illis legibus ſpem nonnullam, cui ademptum eſt, aliquē ſcrupulum, cui datum eſt: id eſt, adhibet. In A. 255.a. Inhibere ſuppliciū alicui: id eſt, adhibere. pro Q. 4.b. Quod ſi facere nolit atq; inhibuerit eiuſmodi rationibus illum ad ſuas conditiones perducere, ſeſe nihil precari, &c.

Inhibitio, onis. retentio. At. 210.b. Inhibitio remigum motum habet & uehementiorem quidem remigationis nauem conuertentis ad puppim.

Inhio, as. incubo. In C. 115.a. Romulus paruus atq; lactens uberibus lupinis inhians.

Inhoneſtus, a, um. turpis. pro S.R. 26.b. & pro Dom. 234.b. Profectò illum Attiliū hominem turpißimum atq; inhoneſtißimum iudicares. Ep. 115.b. Et hercule confecta omnia fœda & inhoneſta ſunt. Sal. in Ci. 271.a. Quæ honeſtè nominari non poſſunt, inhoneſtißima.

Inhonoratus, a, ū. inglorius. Tuſ. 201.b. Multi inhonorati proferuntur. & 208.a. Vita inhonorata & ingloria.

Inhorreſco, ſcis. exhorreſco. de Or. 157.a. & de D. 85.b. Inhorreſcit mare, tenebræ conduplicantur. Pacuuij.

Inhoſpitalitas, tis.)(. Hoſpitalitas. Tuſ. 214.b. Inhoſpitalitas, eſt opinio uehemens fugiendum eſſe hoſpitem.

Inhumanè. inhumaniter. Off. 57.b. Si quid ab homine detraxeris utilitatis tuæ cauſa, inhumanè feceris, cōtraq; naturam. de Am. 104.b. Alios dicere aiunt etiam multo inhumanius.

Inhumanitas, tis. immanitas, crudelitas. pro Deiot. 150.a. Quæ eſt iſta tam impudens, tam crudelis, tam immoderata inhumanitas? de Sen. 78.b. Importunitas autem et inmanitas omni ætati moleſta eſt. de Or. 93.a. Quod ego nō ſuperbia neq; inhumanitate faciebam, ſed, &c. I.A. 162.a. Sit hoc inhumanitatis tuæ. I.V. 259.a. Manſuetudinem in crudelitatem inhumanitatemq; conuerti.

Inhumaniter. inhumanè. Q. Fr. 321.b. Nō poſſum ſcribere, me miratum eſſe, illum tam inhumaniter feciſſe.

Inhumanus, a, um. crudelis, humanitatis expers & uitæ communis ignarus, qui nunquam particeps fuit humanitatis, immemor humanitatis, multum ab humanitate diſcrepans, inurbanus ualde, inops humanitatis & inurbanus, ab omni humanitate derelictus, difficilis, agreſtis, inſuauium morum. Qui non eſt homo & communi naturæ ſenſu caret. de Sen. 78.b. Moderati nec difficiles, nec inhumani ſenes tolerabilem agunt ſenectutem. de Fin. 49.b. Vt Terentianus Chremes nō inhumanus, qui, &c. de Fin. 103.b. Illa uox inhumana & ſcelerata. I.V. 260.a. Quis tā fuit illo tempore durus & ferreus? quis tam inhumanus? Att. 202.a. In iſto tuo animo nihil agreſte, nihil inhumanū eſt. Or. 213.b. Qui aures tam inhumanas tamq; agreſtes habent. I.C. 106.a. Inhumana audacia. Of. 29.a. At hoc idem ſi in conuiuio faciat, inhumanus uideatur. de Or. 142.a. Inops humanitatis & inurbanus. & 113.a. & ad Her. 26.b. O derelictos ab humanitate homines.

Inhumatus, a, um. inſepultus. Tuſ. 171.a. Diogenes proijci ſe iußit inhumatum. de D. 138.a. Is cum eſſet proiectus inhumatus, amica corpus eius texit ſuo pallio. I.A. 264.b. Iiq; nec inhumati nec diſperſis buſtis humili ſepultura cremati.

Inibi. ibidem. contra Rul. 64.b. Luxuries Annibalem Capuæ corrupit, ſuperbia nata inibi eſſe ex Campanorū faſtidio uidetur. & I.A. 259.a.

Iniens, ineuntis. primus. Att. 2.b. Ianuario ineūte cura ut Romæ ſis. & Att. 55.b. Ineunte æſtate. pro Pom. 11.a. Pompeius extrema hyeme bellum apparauit, ineūte uere ſuſcepit, media æſtate confecit. de Fin. 113.a. Sed ut magnum certamen iniens. de Orat. 93.a. Qui ab ineunte ætate incenſus eſſem ſtudio utriuſque ueſtrûm. pro Pom. 4.a. Meæ uitæ rationes ab ineunte ætate ſuſceptæ. Off. 25.a. Ineuntis ætatis inſcitia ſenum conſtituenda et regēda prudentia eſt. de Am. 100.a. & I.V. 148.a. & I.A. 202.b. Ineūte ætate. de Cl. 178.a. In his exercitationib. ineūte ætate fuimus.

fuimus.Ep.145.b.Ab ineunte pueritia. Off.23.b. Ineunte adoleſcentia,cui ineſt,&c.I.V.55.b.Ab ineunte adoleſcentia.de Cl.194.b.À prima adoleſcentia.Off.42.a. Ab ineunte ætate.pro Plan.270.a.À prima ætate. de Leg.158.a.À primo tempore ætatis iuri ſtudere tenemini. de Or.109.a.Tamen adoleſcentulus quantum illius ætatis meæ patiebatur pudor,multa ex eo ſæpe quæſiui. de D.91. D. Quinto anno exeunte.)(.Quinto anno ineunte. de Leg.171.a. À paruis.

Inijcio,cis.obijcio,immitto,infero.pro Cluē.33.a. Hic tum iniectus eſt hominibus ſcrupulus & dubitatio. In C.112.a.Ne temere à me tātus tumultus ciuitati inijceretur. pro Cec.285.a.Sperarunt ſe iniecturos uobis cauſam deliberandi & iudicandi iuſtam morā & religionē. pro Cec.303.b.Cum Cotta decemuiris religionem inieciſſet. pro Cec.301.a.Cui periculū mortis ſit iniectū. pro Mur.136.a.& I.V.172.a.Inijcere timorē & deſperationē alicui.de Pro.78.a.Timor iniectus Cæſari de eius actis.de Fin.132.a.Inijcere terrorem mortis alicui.Ep.172.a.At.101.a.Iniјcere cupiditatem alicui & cogitationem. Q.Fr.306.b. Eo metu iniecto. pro Cl.39.b. Suſpicionem eſſe iniectam alicui.contra Rul.82.a.Tenuiſsima ſuſpicione hoſtium iniecta.At.254.a.Iniјcere ſpem alicui de aliqua re.pro Mil.118.a.Clodius cui deorum ira mentem iniecit,ut Milonem laceſſerit.& ibi.Eadem hanc eius ſatellitibus iniecit amentiam,ut,& pro D.216.a.Is meum nomen operarijs ediderat,imperitis iniecerat.pro Mur.135.b. Atq; ex omnibus illa plaga eſt iniecta petitioni tuæ,non tacente me maxima.pro Mur.133.b.Quam te ſecurim putas inieciſſe petitioni tuæ?pro Q.R.53.a.Ipſa mihi ueritas manum iniecit,& pauliſper conſiſtere & commorari coegit. de Fin.106.a.Iniјcere uincula alicui.de N.76.b.Iniјcere laneum pallium alicui.de N.84.a.Et capitolinis iniecit ſedibus ignes.de D.92.b.Se interfectum in plauſtrum à caupone eſſe coniectum,& ſupra ſtercus iniectum.I.V.249.b. Niſi uerò exiſtimatis hominem pecunioſiſsimū ſine aliqua cauſa quæſtus iniectum ad tam incredibile crimen. Ep.194.a.Cum mihi in ſermone inieciſſet,ſe uelle Aſiam uiſere. pro Quint.12.b.Quod Hortenſium,qui nuper iniecit,dicturum arbitror.

Inimicè.infeſtè,inimico animo.pro Quin.12.a.Inimiciſsimè atq; infeſtiſsimè contendere cum aliquo. & de N.3.Inimicè inſectari aliquem.In A.176.a. Vide quàm tecū agam non inimicè.

Inſitus,a,um.innatus,ingenitus,ingeneratus, inhærẽs, inuſtus.I.V.188.a.Ita ſerpit illud inſitum in natura malũ conſuetudine peccandi. & 225. a. Id animis eorum inſitũ atq; innatum uidetur.de Fin.55.a.Naturalis atq; inſita in animis noſtris notio.de N.10.b.et de Fin.107.a. Inſita uel potius innata cognitio.Tuſ.160.b.Inſitæ & quaſi conſignatæ in animis notiones.Or.209.b.Ea oratio in eam formam quæ eſt inſita in mentibus noſtris includi poteſt.pro S.R.27.a.Amorem illum penitus inſitum eijcere ex animo.I.V.264.a.Hoc in anima ſenſuq; noſtro penitus affixum atq; inſitum eſt.pro Font. 280. b. Inſitas inimicitias hæ gentes gerunt cum populi Rom.nomine. pro Cl.21.a. Hoc quod in communibus hominum ſenſibus, atq; in ipſa natura poſitum atq; infixum eſt.Tuſ.214.a.Opinio inhærens & penitus inſita.de Ar.256.b. Ineſt hoc tempore odium inſitum penitus,& inuſtum animis hominum.de L. 159.b.Lex eſt ratio inſita in natura.pro Q.297.b.Quod eſt penitus inſitum moribus,id ſubitò euellere. de Sen. 82. b.Quod homini naturaliter inſitum eſt,eo uti decet. I.P. 82.b.Huic populo eſt libertas inſita.Sal.in Ci.270.b. Paulo antè inſitus huic urbi ciuis.Top.226.b.Innatus & inſitus.)(.Aſſumptus & aduentitius.

Inſolens,tis.inſuetus,imperitus,arrogans.de Or.102. b.Ea requiruntur à me,quorũ ſum ignarus atq; inſolens.

 Or.199.

Or.199.a.Is nullum uerbum inſolens,neq; odioſum ponere audebat. At.36.a.Inſolens infantiæ, inſuetus contumeliæ.pro Dom.231.b.Non ſum tam inſolens,qui Iouem eſſe me dicam.pro Seſt.25.a.Non ſum tam inſolens in dicendo,ut,&c.pro Mar.132.a. Victoria quæ natura inſolens & ſuperba eſt.In Sall.175.a. Verùm ut opinor,honores tui te inſolentem faciunt.Ep.26.b.Inſolẽs homo. Tuſ.236.b.Inſolens alacritas.pro S.R.22.a.Qui in ſua re fuiſſet egentiſſimus,erat,ut fit,inſolens in aliena. de Orat.140.a. Non extuliſſe ſe in poteſtate,non fuiſſe inſolentem in pecunia. de Orat.141.b.Ne in re nota & peruulgata multus & inſolens ſim. Orat.199.b. Nihil inſolens atque ineptum.

Inſolenter.immoderatè,arroganter,raro. Ep.48.a. Nihil faciam inſolenter.& Tuſ.217.a. Efferre ſe inſolenter.& At.12.a.Gloriari inſolenter.I.C.108.b. Inſolẽtius ſe iactare.I.A.222.a.Is autorem ſenatus extinctũ lætè atq; inſolenter tulit.Or.214.a.& I.A.172.b.Gorgias his feſtiuitatibus inſolentius abutitur. de In.51.b.Deinde natura eius euenire uulgò ſoleat,an inſolenter & raro.

Inſolentia,tiæ.intolerantia.I.V.221.a.Illa tua ſingularis inſolentia,ſuperbia,contumacia.de In.51.b.Ex inſolentia arrogantia naſcitur.de Or.128.a. Non ſunt tanti ulla eius merita,quanta inſolentia hominis, quantumq; faſtidium.Br.90.b.Is cœperat eſſe tanta inſolentia,ut neminem liberum duceret.I.P.84.b.Inſolentia rerum ſecundarum.de Or.146.b.Peregrina inſolentia. de Cl.191.a. Inſulſitatem & inſolentiam tanquam inſaniam quãdam orationis odit.de Or.147.a. Tanta eſt inſolentia ac turba uerborum.de Or.93.a.Non ſuperbia,ſed iſtius diſputationis inſolentia,atq; harum rerum inſcitia.pro Deiot.144.b.Moueor etiam loci inſolentia.Ep.143.b.M. Antonius, cuius tanta eſt non inſolentia ſolum,nam id quidem uulgare uicium eſt,ſed immanitas, non modò ut uocẽ,ſed ne uultum quidem liberum poſſit ferre cuiuſquam. contra Rul. 64.a.In ea ueſtri iſti ſatellites modeſtè inſolentiam ſuam continebunt?pro Dom.241.b. Quanquam & inſolentia dominatus extulerat animos,& erat incredibili armatus audacia.de In.42.a.Primo propter inſolentiam reclamãtes:id eſt,quia non erant,&c.aſſueti.

Inſolitus,a,um.inſolens,inſuetus. de Or.142.a.Quæ cauſa me ad hanc inſolitam mihi loquacitatem impulit. et Tuſ.160.b.pro Pom.4.b. Hæc inſolita mihi ratio dicendi.pro Pom.12.b.Mithridates inſolita inflammatus gloria.pro Cor.62.b.Quaſi uero priſcum aliquod, aut inſolitum uerbum interpretaretur.de Cl.191.a. Aeſtus quidã non inſolitæ adoleſcentibus gloriæ.pro Seſt.7.a.Inſolitam lucem aſpicere.

Inſomnium,nij.ſomnium. At.116.a.Hæc metuo ne inſomnia ſint.& de Sen.86.a.Caret ergo uinolentia, cruditate,inſomnijs.

Inſpectio,onis.I.A.275.a.Nos enim nunciationem ſolùm habemus,conſules etiam inſpectionem.

Inſpecto,as.ſpecto,præſens ſum.At.275.b. Vtinam inſpectare poſſes timorem de illo meum. de Or.130.a. Qui agunt in ſcena geſtum inſpectante Roſcio.Ep.12.a.Sic me præſenti oſculabantur,&c.I.V.78.b.& Ep.15.a. Me inſpectante hoc feciſti I.P.81.b.Intuente te,uidente te.

Inſperans,tis.pro Mar.134.a.Quibus tu ſalutẽ inſperantibus reddidiſti.de Or.93.a.Inſperanti mihi,&c.

Inſperatus,a,um.improuiſus.Tuſ.196.b. Inſperatum nec opinatum malũ.& I.C.108.b.Inſperatæ repentinæq; pecuniæ.& In A.229.a.Inſperatum & repentinum præ-



ſidium.& 192.a.Inſperatum conſilium.& de In.48.b.Inſperatum gaudium.ad Her.3.a. Inſperatum incommodũ, ſubita lætitia.

Inſpergo,gis.perſpergo,reſpergo. de D.116.a.Cor eſt in extis,iam abſcedet,ſimulac molam & uinum inſperſeris.& ad Her.39.b.Inſpergere aliquem lingua.

Inſpicio,cis.aſpicio,conſidero.pro Cor.61.b.Reliqueras enim ciuitatem tuam,neq; noſtras leges inſpicere potuiſti.de Fin.103.a.In beſtijs uis naturæ inſpici poteſt. de L.191.b.Ne quis inſpiciat tabellam.pro Fl.153.b. Nam ut ſignum publicum inſpexit,dixit, &c. pro Deiot.147.a. Negauiſti tũ te inſpicere uelle.Or.200.a.Genus ἐπιδεικτικόν,quod quaſi ad inſpiciendum delectationis cauſa cõparatum eſt.pro Cec.286.b.Tanquam ſi arma militis inſpiciunda ſint.I.V.214.b.Cupere ſe dicit inſpicere. de Or. 106.b.Num igitur ſi fundus inſpiciendus,aut ſi,&c.Att. 213.b.& Ep.129.b.Hortos quoniam hodie eras inſpecturus,quid uiſum tibi ſit,cras ſcilicet.At.204.a. Si hortos inſpexeris,dederis mihi quod ad te ſcribam.Q.Fr.315.a.Maximæ mihi curæ erit,ut Ciceronem tuum uideam, ſcilicet quotidie,ſed inſpiciã quid diſcat quàm ſæpiſſimè.I.A.169 a.Vis'ne igitur te inſpiciamus à puero?ſic opinor.

Inſtabilis,e.ad Her.13.a.Inſtabilis fortuna Pacuuij.& 34.a.Inſtabilis in iſtum plurimum fortuna ualuit.

Inſtans,tis.præſens tempus,punctum temporis, ueſtigium temporis.de Fat.145.b.Præterita ea dicimus,quorũ ſuperiori tempore uera fuerint inſtantia:ſic futura,quorum conſequenti tempore uera erunt inſtantia.ad Her.7. b.Inſtans tempus.)(.Præteritum & conſequens. Tuſ.211. a.Quæ enim uenientia metuuntur,eadẽ efficiunt ægritudinem inſtantia.& 223.b.Inſtãtia & ſequentia.ad Her.16. b.Inſtans periculum.)(.Conſequens. de Or.118.a. Genus cauſæ ex cõtrouerſia facti,uel ex futuri,uel ex inſtantis.I. A.235.b.Si quicquã aliud uobis niſi de inſtanti bello cogitatum putabunt.Tuſ.165.b.Totumq; leue eſt,fit enim ad pũctum temporis:id eſt,quod dicunt in inſtanti.

Inſtar.quaſi dicas,æquè magnum,ſimile, exemplum, par,idem,quod exempla docebunt.I.V.244.b.Nauis maxima triremis inſtar.& 254.a.Nauis quæ urbis inſtar habere inter alias uideretur.At.156.a.Epiſtola quæ uoluminis inſtar erat.Tuſ.156.b. Terra ad uniuerſi cœli complexum quaſi pũcti inſtar obtinet.Ep.245.a.Fugerana, quæ fuit non uici inſtar,ſed urbis.At.255.a.Mearum epiſtolarum nulla eſt συναγωγή, ſed habet Tiro inſtar ſeptuaginta.Off.54.a.Omnia ex altera parte collocata,uix minimi momenti inſtar habẽt.de Cl.181.b. Plato mihi unus inſtar eſt omnium.Or.201.a.Hæc magna ſunt & tanquam animi inſtar in corpore. Att.155.a. Hæc eſt ἅλωσις, in qua nũc ſumus,mortis inſtar.et de Fin.138.a. Hoc inſtar mortis puto.Off.47.b.Patrocinio uero ſe uſos aut cliẽtes appellari,mortis inſtar putãt.Ep.129.a.Equidẽ hos Tuſculanẽſes dies inſtar eſſe uitæ puto.p Rab.95.b.Latêre mortis erat inſtar turpiſſimæ.& ibi.Eſſe inſtar furoris & ſceleris.I.P.90.b.Vnus ille dies mihi quidẽ immortalitatis inſtar fuit,quo in patriã redij.Q.Fr.319.b.Nemo iſtorũ eſt, qui non abs te munus fundi ſuburbani inſtar expectet.

Inſtauratio,onis.renouatio.de Ar.249.a. Dij ludorum inſtauratione placantur.

Inſtauratiuus,a,um.de D.92.a.Itaq; ludis intermiſſis inſtauratiui conſtituti ſunt.

Inſtauro,as.renouo.I.V.68.a.Cum in Cn. Dolobellam ſcelus ſuum illud priſtinum renouauit & inſtaurauit quæſtorium.pro S.R.44.a.Cauete ne noua & multo crudelior per



uos proſcriptio inſtaurata eſſe uideatur.At.7.b. Cũ id ſacrificiũ uirgines inſtauraſſent.& Q.Fr.311.a. Latinæ inſtaurantur.de Ar.248.b.Quorum de ſententia illa eadem renouata atq; inſtaurata celebrantur.de Pro.73 a.Ne inſtauratas maximi belli reliquias ac renouatas audiamus.de D.92.a.Ludos illos iterum inſtauratos memoriæ proditum eſt.pro Dom.214.a.Inſtaurare cædem.

Inſtigatio,onis.permotio, impulſio.ad Her.15.a. Amplificatio inſtigationis auditorum cauſa ſumitur.

Inſtigo,gas.ſollicito.I.P.85.a. Cum mea domus ardebat ignibus iniectis inſtignante te.ad Her.21.a.Si eos uehementer inſtigare uelimus.

Inſtillo,as.Tuſ.180.a.Ex quo liquatæ ſolis ardore excidunt guttæ,quæ ſaxa aſſiduè inſtillant Caucaſi.de Sẽ.84 a.Nam hæc quoq; niſi tanquam lumini oleum inſtilles, extinguuntur ſenectute. At.139.b. Literæ tuæ mihi quiddã, quo ſtarem,inſtillarunt.

Inſtinctus,a,ũ.inſtigatus.I.V.274.b.Iſte nefario quodam furore & audacia inſtinctus. pro Dom.242.a.Iſte metus furore inſtinctus.

Inſtinctus,ctus.inſtigatio,inflatus,afflatus.Tuſ.161.a. Poetæ carmina nõ ſine cœleſti aliquo mentis inſtinctu fundunt.de D.87.b.Oracula, quæ inſtinctu diuino afflatuq; funduntur.& 82.b. Aliquo inſtinctu inflatuq; diuino futura prænunciare.& 94.a.Cum à corpore animus abſtractus,diuino inſtinctu concitatur.

Inſtituo,is.conſtituo,incipio,morem induco,comparo,erudio.At.96.b. Cum inſtituiſſem ad te ſcribere, calamumq; ſumpſiſſem.Epiſt.153.b.Flagitare ſenatus inſtituit Cornutum,ut referret,&c.Ep.2.b.Quod inſtituit referre de religione,& ſæpe iam retulit,ab eo deduci non poteſt.Ep.264.a.Si diligentiam quam inſtituiſti adhibueris, citò firmus eris.de Leg.157.b.Hiſtoria nec inſtitui poteſt, niſi præparato ocio,nec exiguo tẽpore abſolui.de D.109 b.Si inſtituta perfecero.de Fin.114.a.Rem inſtitutam abſoluere.Ep.69.b.Quæ habes inſtituta perpolies.At.144 b.Hoc neſcio quid nullo argumẽto propoſito ſcribere inſtitui.Q.Fr.325.a.Libri,quos ſcribere inſtitui,&c. Q.de Pet.213.b.Perge tenere iſtã uiam quam inſtituiſti. de Or. 119.b.Perge ut inſtituiſti.de N.22.a.Malè inſtituta ratio exitum reperire non poteſt. Att.260.a. Hæc nec inſtitui, nec effici poſſunt ſine tua ope.pro S.R.45.b. Codicem inſtituere,conſcribere,ordinẽ conſeruare. de Or.136.a.Cũ ſermo mihi cum eo eſſet inſtitutus.& Tuſ.177.a.& 176. b.Eſt igitur ad hũc modum ſermo inſtitutus.de In.52.a.& 52.b.Inſtituere ſermonẽ uel orationẽ cũ aliquo.& de Fin. 145.a.Tecum mihi inſtituenda oratio eſt.de Or.142.b. Inſtituenti mihi referre,&c.Ep.104.b. Itaq; ut primũ Veliã nauigare cœpi,inſtitui Topica Ariſtotelica cõſcribere. Ep.73.a.Cũ rẽ aliter inſtitutam offendiſſem ac mihi placuiſſet ſi affuiſſem.Ep.44.b.Expedire exitũ inſtitutæ orationis.Ep.67.a.Suſcipere,inſtituere,perficere aliquam rem.pro Dom.219.a.Inſtituere,cõparare et perficere aliquã rem.Ep.67.a.Nõ eram neſcius,quantis onerib. premerere ſuſceptarũ rerum,& iam inſtitutarum. Ep.39.b. Pro noſtra nõ inſtituta,ſed iam inueterata amicitia. pro Syl.177.a.Cũ omnia ordinarentur,inſtituerentur, pararentur.I.V.65.b.Hoc inſtitui atq; adeò inſtitutum referri atq; renouari moleſtè ferunt.pro Q.2.b. Qui ab adoleſcẽtulo quæſtũ ſibi inſtituerat ſine impendio.Or.200.b. Iſocrates primus inſtituit dilatare uerba. pro Fl.153.a.Cum prætor ſumptus inſtituit eos qui antea non erant. Anteq̃. 194.a.Quam nunc colere gentẽ inſtituã?&c. & 193.b.



Cum à quibus debeam retineri reijcere inſtituãt.I.A.189. a.Antonius earum rerum omnium domeſticum mercatũ inſtituit.At.86.a.Hic magiſtratus multis annis poſt decẽuiros inſtitutus eſt.Q.Fr.295.Si omnium nomine,quicũque Romæ ludos facerent,quod erat iam inſtitutum, erogaretur.pro Mur.138.a.Iniquam legem & miſeram conditionem inſtituit periculis hominum,ſi exiſtimat,&c. de Fin.64.a.Quem morem Arceſilas reuocauit, inſtituitq;, ut hi qui,&c.Ep.222.a.Inſtituere ea, quæ ſequantur alij. pro Font.278.a.Fonteius portorium uini inſtituit. pro Dom.213.a.Multa diuinitus à maioribus noſtris inuenta atq; inſtituta ſunt.pro Dom. 238.b.Inſtituere pœnam in alium.de In.78.b.Multa incommoda conſequi, ſi inſtituatur,ut à ſcripto recedatur.de Or.92.a. Inſtituere ciuitates,ſcribere leges.& 90.a.De legibus inſtituendis.de Or. 100.b.Inſtituere aliquam artem.I.V.213.a. Inſtituere textrinam alicubi.& 212.a.Inſtituere officinã Syracuſis. de Or.8.a.Inſtituere & conſeruare ciuitates.Ac.47.a. Inſtituere ſibi certamen cum aliquo.Ep.239.a. Inſtituere certos tabellarios.& 226.a.Inſtituere aliquem ſecundũ hæredem filio.de Or.104.b.Inſtituere tutorẽ aliquẽ filiorum orbitati.pro Dom.220.b.Nõ ut ille filius inſtituatur, ſed ut è patricijs exeat.de Or.99.b.Qui eſſet ſecundum Poſthumum hæres inſtitutus.I.V.204.a.Piratæ aliquos ſibi inſtituunt amicos.pro Mur.129.a.Tu actionem inſtituis,ille aciem inſtruit.pro Cl.21.a.Præſto eſt mulier audax,inſtituit accuſatores,inſtituit teſtes.

Inſtituere.erudire,informare.de Or.146.a.Inſtituere & erudire aliquem.& 156.b.Expolire.I.V.184.a. Inſtituere & erudire filios ad maiorum inſtituta. pro Cæl. 45.b.Dicet aliquis,hæc igitur eſt tua diſciplina?ſic tu inſtituis adoleſcentes?ob hanc cauſam tibi hunc puerũ parens cõmendauit & tradidit?I.A.228.b.Nõ ita à maioribus noſtris inſtituti atq; imbuti ſumus,ut,&c. pro Q.15.b. Alicui quid faciat definire, aliquẽ inſtituere, & ei præcepta dare.I.V.85.b.In pueritia bonis artib.& diſciplinis inſtitutus nõ eras.de N.3.b.Diodorus & Philo, à quibus inſtituti fuimus.& de Cl.180.a.Inſtitutus literis græcis. & de Or.123.b.Doctrina liberaliter inſtitutus.de Cl.186.b. M. Glabrio inſtitutus patris diligentia.de Fin.110.a. Vita inſtituta præceptis philoſophorũ.de Or.123.b.Si quem planè rudem inſtitui ad dicendum uelim.de Cl.191.a.Erat enim cùm inſtitutus optimè,tum etiam perfectè planeq; eruditus.Or.212.b.Ad hanc legẽ nõ docti,ſed facti, nõ inſtituti,ſed imbuti ſumus.de Cl.183.a.Inſtitutus ad ſcenam. de Sen.82.b.Senectus adoleſcẽtulos docet, inſtituit, ad omne officij munus inſtruit.Q.Fr.297.a. Ea quæ ſuprà ſcripta ſunt non ut te inſtituerem,ſcripſi.

Inſtitutio,onis.inſtitutum.diſciplina,educatio. Off.2. b.Officiorum præcepta ad inſtitutionem uitæ communis ſpectare uidentur.de N.3.b. Multi græcis inſtitutionibus eruditi.de Or.146.a.Cum ad cuiuſq; naturam inſtitutio doctoris accommodaretur.de Or.308.b. L. Craſſum non plus attigiſſe doctrinæ,q̃ quantum puerili illa inſtitutione potuiſſet.& 146.a.Iiſdẽ præceptis atq; in una inſtitutione formari.Q.Fr.293.b. Hæc inſtitutio atq; diſciplina poteſt,&c.Off.2.b.Omnis,quæ à ratione ſuſcipitur de aliqua re inſtitutio,debet à definitione proficiſci. Att.15.b. Ratio inſtitutioq; adminiſtrandæ reip.I.V.273.a.Horum nos hominum ſectam atq; inſtitutionem perſequimur.

Inſtitutũ,ti.inſtituta ratio,mos,cõſuetudo.I.V.65.b. Attic.67.a. Non oblitus conſuetudinis atq; inſtituti mei, rarius ad te ſcribo. de Clar.189.b. Is bene iuris publici

leges & inſtituta cognouerat. I.P.86.a. Qui ciuitatis ueſtræ non leges, non inſtituta, non mores, non iura noritis. de Cl.175.a. Quod ſi omnia à philoſophis eſſent petenda, Peripateticorum inſtitutis cõmodius fingeretur oratio. & 175.a. Ex quo aurum inſtitutis in parentis eum loco colere debebã. & 184.a. Patrio inſtituto. I.V.210.a. Tenere idem inſtitutum in omnibus. I.V.55.b. Veteri cõſuetudine inſtitutoq́; maiorũ. & pro Q.11.b. More & inſtituto. & pro Mur.124.a. More inſtitutoq́; maiorum. Or.212.a. Quid uerò elegantius? quod non ſit natura, ſed quodam inſtituto, inclytus dicimus, &c. pro Mur.141.a. Nulla eſt pœna, quæ poßit obſeruãtiam tenuiorum ab hoc uetere inſtituto officiorum excludere. pro Cæl.48.a. Si qua mulier ſit eiuſmodi, qualem paulo antè deſcripſi, uita inſtitutoq́; meretricio. de Fin.112.a. Duarum uitarum nobis inſtituta capienda. de Or.88.b. C. Carbo hæſitans in maiorum inſtitutis. & Att.141.a. Cn. Magium Pompeij præfectum deprehendi, ſed & meo inſtituto uſus ſum. Off.1.a. Te abundare oportet præceptis inſtitutisq́; philoſophiæ. et de Cl.173.b. Is tamen inſtituto Lælij Panetium audiuerat. Off.33.a. De quibus dicere aggrediar, ſi pauca prius de inſtituto ac de iudicio meo dixero. Epiſt.73.a. Non putaui eſſe alienum inſtitutis meis, hæc ad te ſcribere. Ep.25. Genus inſtitutorum & rationum mearum dißimilitudinem habet cum illius adminiſtratione. Ep.258.b. Inſtituti mei tenendi cauſa. de Fin.64.a. Hoc inſtitutũ poſtea trãslatũ ad philoſophos noſtros eſt. de In.82.b. Quod ad hoc noſtrum inſtitutum non pertinet. Top.223.a. Sed ad huius libri inſtitutum illa nihil pertinent. In A.214.b. Confuſius heſterno die eſt acta res. C. Panſa, quàm poſtulabat inſtitutum conſulatus tui.

Inſtitutus, a, um. Or.212.b. Hæc dixi longius quàm inſtituta ratio poſtulabat. pro Dom.242.a. Nec inſtitutas cerimonias perſequi potuit.

Inſto, as. urgeo. pro Q.5.b. Tibi inſtat Hortenſius, ut eas in conſilium. de Or.93.a. Tibi cupienti atq; inſtanti ſæpißimè negaui. In V.178.b. Inſtat Scandalius, poſcere recuperatores. At.8.a. Inſtat & urget Cato. pro Font.283.a. Galli inſtant atq; urgent ſummo cum ſtudio. Att.215.b. Vrge, inſta, perfice. & de D.139.a. Inſtat enim, & urget, & quócunq; te uerteris, perſequitur. In V.147.a. Ego inſtare ut mihi reſponderet. 46.a. Quod profectò cùm ſua ſponte, tum te inſtante faciet. pro Font.276.a. Inſector ultro atq; inſto accuſatori, iudices inſector, inquam, & flagito teſtes. pro Planc.269.a. Etiam atq; etiam inſto, urgeo, inſector. pro Quin.14.a. Cupidè inſtare alicui. de In.66.b. Nunc quod inſtat, agere oportet. Q.Fr.322.b. Inſtare de aliqua re.

Inſtare. impẽdêre, imminere. In C.106.b. Quibus ego conſido impendêre fatum aliquod, &c. aut inſtare iã planè, aut certe iam appropinquare. Tuſ.211.b. Quæ uenientia metuuntur, eadem efficiunt ægritudinem inſtantia. In P.93.b. Inſtant magnificentißimi ludi. At.225.b. Ita mihi uidetur bellum illud inſtare. & 211.b. Mihi inſtat iter longum. de D.93.a. Quanquam iter inſtaret, &c. At.16.b. Inſtat nunc ille annus egregius. de Orat.152.a. Inſtat enim ô pater, &c. de In.74.a. Cũ ſacrificij dies inſtaret. Ep.176.b. & 191.b. Tibi ab ijs inſtat periculum. ad Her.13.a. Fortunam ſaxo inſtare prædicant uolubili: id eſt, inſiſtere.

Inſtructio, onis. apparatio, diſpoſitio. pro Cec.293.a. Sæpe clamore ipſo militũ, aut inſtructione aſpectuq́; ſignorũ magnas copias pulſas eſſe. ad Her.19.b. Hæc autem diſpoſitio locorum, tanquã inſtructio militum facilè in dicendo, ſicut illa in pugnando, parere poterit uictoriam.

Inſtructor, oris. ſtructor, qui conuiuij & mẽſæ inſtruendæ curam habet. Poſt.207.a. Conditores inſtructoresq́; conuiuij.

Inſtructus, a, um. paratus, comparatus, inſtitutus, munitus, ornatus. Or.198.b. Alij ad permouendos animos inſtructi & parati. & de Fin.76.b. Inſtructus ad mortẽ contemnendam. de Or.145.b. Inſtructißimus ad dicẽdum. Or.208.a. Sic igitur inſtructus orator ueniet ad cauſam. de Leg.163.b. Hæ rationes, quæ ſatis ſcitè nobis inſtructæ & compoſitæ uidentur. Or.202.a. Oratio inſtructa ſententijs & uerbis popularibus. pro Cæl.45.b. Hũc diuinis quibuſdam bonis inſtructum atq; ornatum puto. In P.80.a. Prouincia exercitu & pecunia inſtructa, & ornata. Br. At.288.a. Artes, quibus ſcio Ciceronem inſtructißimũ eſſe. & de Fin.54.a. Inſtructior doctrinis. de Or.107.b. Cætera uerò ab optimo uiro, & iſtis rebus inſtructißimo familiari noſtro longo mutuabor. de In.54.a. Omnibus rebus domus inſtructior, & apparatior eſt. & ad Her.26.a. Paratior & inſtructior ueniret. Off.63.b. Caninius emit hortos inſtructos. Ep.192.a. & In V.263.a. Naues inſtructæ & paratæ. & pro Cl.55.b. Nauis inſtructa & ornata. Tuſ.220.a. Inſtructus, armatus, paratus per ſeſe. de Or.122.a. Eam materiam orationis, quæ cuiuſq; eſſet generis, ſtudioſi qui eſſent dicendi omnibus locis deſcriptã, inſtructam, ornatamq́; comprehenderent, rebus dico & ſententijs. de Cl.179.a. Qui à philoſophia, à iure ciuili, ab hiſtoria eſſet inſtructior. & 186.a. Mediocriter à doctrina inſtructus, anguſtius etiam à natura.

Inſtructus, ctus. apparatus. de Or.144.b. Eodem inſtructu ornatuq́; comitata.

Inſtrumentum, ti. ſuppellex, apparatus, ſubſidium ad aliquid agendum. de Or.98.b. In oratoris uero inſtrumento tã lautam ſuppellectibilem nunquam uideram. & 122.a. Inſtrumentum cauſarũ, & generum omnium. & 142.b Inſtrumentum oratoris. & 151.a. de L.179.a. Iam æs atq; ferrum duelli inſtrumenta ſunt non ſani. de L.168.a. Homo multa inſtrumenta habet ad adipiſcendã ſapiẽtiam: id eſt, animũ & ingeniũ, &c. de Cl.189.b. Quicquid habuit, habuit ex diſciplina, inſtrumẽta naturæ deerãt. At.275.b. Antonius ab alio relictum regni inſtrumentum occiſionẽ regnandi habuit. & 282.b. Inſtrumentum regni delatum ad Antonium & Lepidũ. At.107.a. Soluendi ſunt nummi Cæſari, & inſtrumentum triumphi eò conferendum. I.C.106.a. Cũ induſtriæ ſubſidia atq; inſtrumenta uirtutis in libidine audaciaq́; cõſumerentur. Item: Opera, ad quorũ intelligentiam à natura minus habẽt inſtrumenti. de Fin.125.b. Nemo ſine eo inſtrumento ad ullam rem illuſtriorẽ poteſt accedere: id eſt, ſine bonis artibus uel ſcriptis Peripateticorum. de Fin.88.a. Quid tanto opus eſt inſtrumento in optimis artibus comparandis? pro Mil.107.b. Exhibe quæſo librarium illud legum ueſtrarum, quod te aiunt è domo illius eripuiſſe, ut præclarũ inde munus & inſtrumentum Tribunatus ad aliquem deferre poßis. pro Rab.123.a. Vt in augẽda re non auaritiæ prædã, ſed inſtrumentum bonitati quæreret. de Cl.196.b. Eloquentiã locupletaſti grauiorũ artium inſtrumento. In V.223.a. & At.197.a. Hæc omnia in inſtrumento ac ſupellectili C. Verris nominabuntur. Ac.1.b. Totius belli inſtrumentis & apparatus. In V.159.b. Apronius in eorum arationes uenit, omne inſtrumentum diripuit, familiam abduxit, &c. In Ver.158.b. Arationes magna impenſa magnoq́; inſtrumẽto tueri. pro Dom.225.a. In fundum uicini conſulis non inſtrumenta



ſtrumenta aut ornamenta aulæ, ſed etiam arbores transferebantur.

Inſtruo, is. paro, apparo, molior, orno, adorno, comparo, ſuborno, armo, inſtituo. I.V.202.a. Non enim te inſtruere domum tuam uoluerunt in prouincia. I.V.214.a. Inſtruere & parare conuiuiũ. I.A.208.a. Poſſeſſores nullam impenſam fecerant, nondum inſtruxerant: id eſt, ipſos agros, hinc inſtrumentum. I.V.158.b.l. Inſtrumentum. de N.45.b. Domicilium ornatum ſignis et picturis, inſtructumq́; rebus omnibus neceſſarijs. I.V.125.b. Domum exornatam & inſtructam ferè iam, iſte reddidit nudam & inanem. I.V.213.b. Neq; ſe ſatis, cum poteſtatem haberet, inſtruxiſſe & ornaſſe. I.V.269.a. Ad iudicium non ſe ſatis inſtruxerat. & 67.b. Paratus atq; inſtructus in iudiciũ uenit. de Or.106.b. Cur ergo non ijdem in iure ciuili ſatis inſtructi eſſe poßimus, ad hoc duntaxat, ne in noſtra patria peregrini eſſe uideamur? & 112.a. Inſtruere ſe domeſticis copijs. & 103.a. Oratorẽ eſſe inſtructũ uoce & lepôre quodã uolo. de Or.91.a. Oratorẽ omnibus ingenuis artibus inſtructum accedere ad dicendũ. & de Cl.187.b. Inſtructus omni copia. de L.163.a. Muneribus Deorum nos eſſe inſtructos & ornatos. pro Pom.7.b. Mithridatis copiæ omnibus rebus ornatæ atq; inſtructæ. I.A.226.a. Græcia M. Bruti imperio, autoritate, copijs nõ ſolũ inſtructa, ſed etiam ornata dextrã tendit Italiæ. Antequam. 196.a. Quod iam nõ ad unius perniciẽ, ſed ad uniuerſorũ inſtruitur calamitatẽ. Off.31.b. Nos ipſi à doctoribus atq; doctrina inſtructi ad remp. & ornati acceßimus. Or.198.a. Philoſophia non ſatis inſtructa ad forẽſes cauſas. & pro Cæl.53.a. Artes, quibus inſtruimur ad hunc uſum forenſem & ad capeſcendã remp. At.71.a. Inſtruar conſilijs idoneis ad hoc negociũ. pro Cec.291.a. Multitudinem hominum cogere, armare, inſtruere. et 292.a. Homines inſtructi et certis locis cum ferro collocati. & pro Cl.57.b. Inſtruere inſidias in aliquo loco. I.A.193.b. Inſtruere aciem. & contra Rul.84.a. Bellũ, inſtruere, & exercitus ornare. pro Mur.129.a. Tu actionem inſtituis, ille aciem inſtruit. cõtra Rul.81.b. Vrbs, quæ facere atq; inſtruere bellum poßit. pro R.P.129.a. & de Pro.71.a. Inſtruere exercitum. I.C.109.b. Inſtruite nunc contra iſtos, &c. ueſtra præſidia, ueſtros exercitus. pro Dom.237.a. Tribunus conſularibus copijs inſtructus. In Vat.29.b. Accuſatores ab aliquo eſſe inſtructos & ſubornatos. pro Cl.21.a. Omnis illa teſtium copia à matre eſt adornata, à matre hoc tẽpore inſtruitur, etc. pro Mur.135.a. Petitionem conſulatus diligenter adornare & inſtruere. de Sen.82.b. Senectus adoleſcentulos docet, inſtituit, ad omne officij munus inſtruit. de Or.149.a. Hic quem inſtruimus, orator. Ac.28.b. Qui claros uiros à ſe inſtructos, dicant remp. ſæpe rexiſſe. de Cl.184.a. Curio cùm tardus in cogitando, tum in inſtruẽdo dißipatus fuit. aliter, inſtruendo.

Inſuauis, ue. iniucundus. de Or.111.a. Qui uitam inſuauem ſine his ſtudijs putatis. & At.157.a. & Or.212.a. & Am.112.a. Ad Her.20.a. Quid inſuauius, quàm clamor in exordio cauſæ?

Inſubres. pop. pro Cor.61.a. Fœdera Germanorum, Inſubrium, Heluetiorum, Iapidũ, &c. Item: Aſconius. 76.

Inſuetus, a, um. inſolens, imperitus. At.36.a. Inſuetus contumeliæ. & ibi. Inſolens infamiæ. ad Her.25.a. Videte ne inſueti rerum maiorum uideamini.

Inſula, læ. terra undiq; aquis cincta, Item domus undiq; uias habens. Epiſt.253.a. Si inſulã Britaniam cœpero cogitare. & Quin. Frat.317.a. Literæ de inſula Britania. In V.233.b. Quod prædones procul ab inſula Sicilia prohibuiſſet. pro Mil.115.b. Inſula in lacu Precio. de Fin.137 b. Inſulæ beatorum. At.186.a. Μακάρων νῆσοι non mihi tanti ſunt, ut ſine te ſim totos dies. de Som.129.a. Omnis terra parua quædam inſula eſt circunfuſa illo mari, quod oceanum appellatis. de Leg.169.b. & 170.a. Sed uentum in inſulam eſt, hoc enim quaſi roſtro finditur Fibrenus: & diuiſus æqualiter in duas partes, latera hæc alluit, rapideq́; dilapſus, citò in unum confluit. In A.226.a. At hunc his ipſis ludorum diebus uidebam in inſula clariß. adoleſcentis Luculli. Off.65.a. Claudius proſcripſit, inſulam uendidit. pro Cæl.40.b. Nunc demum intelligo Clodij inſulam eſſe uenalem: id eſt, domum.

Inſulſè. ineptè, frigidè. At.239.b. Sanè inſulſè, ut ſolet, niſi fortè quæ non ames, omnia uidentur inſulſè fieri. & 65.b. Et eſt latum Hercule inſulſè. & 73.a. Multa ſtultè, inſulſè, arroganter dici & taceri. de Or.129.a. Non inſulſè interpretari aliquid.

Inſulſitas, tis. uanitas, ſtultitia. At.73.b. Vix harũ rerum inſulſitatem fero. pro R.P.128.a. Iam noſtis inſulſitatem Græcorum. At.214.a. de Cl.191.a. Chryſippi inſulſitatem bene noram.

Inſulſus, a, ũ. frigidus, abſurdus, ineptus. de Or.128.b. Quidã ſic inſulſi extiterunt, ut nihil aliud eorum niſi ipſa inſulſitas rideatur. At.73.a. Multa ſtultè, inſulſè, arroganter dici & taceri. pro Cæl.52.b. Adoleſcens nõ inſulſus. & Tuſ.151.a. Inſulſus homo. Ep.156.a. Quæ nec illiterata, nec inſulſa eſſe uidantur. At.215.b. O gulam inſulſam.

Inſulto, as. irruere, illudere. In V.262.a. Epicurus inſultans in omnes. & ad Her.36.a. Inſultare in miſerias alicuius. In V.262.b. Num tibi inſultare in calamitate uideor? pro Fl.154.b. Nunc uerò non inſultabo uehementius, nec uolitabo in hoc inſolentius, neq; in iſtum nugatorem inuehar. pro Mil.118.b. Clodius qui tot annos in hanc remp. inſultauit.

Inſum, es. ſum, inſideo. de Or.156.a. In oratore perfecto ineſt omnis philoſophorũ ſciẽtia. & 103.a. Non ob eã cauſã ineſt in facultate dicẽdi iuris ciuilis ſciẽtia. Or.200 b. Ineſt enim natura philoſophia in huius uiri mente quædam. Ep.71.b. Manere in uita in qua nihil inſit niſi miſeria. de Ar.257.a. Nullum dedecus reperiri poteſt, quod in hoc non inſit. de N.24.b. Superſtitio in qua ineſt timor inanis deorum. de N.24.b. Democritus tum cenſet imagines diuinitate præditas ineſſe uniuerſitati rerum: tũ principia mẽteſq́;, quæ ſunt in eodem uniuerſo, deos eſſe dicit. Top.227.b. Oracula ex ipſo appellata ſunt, quod ineſt his deorum oratio.

Inſumo, mis. impendo. At.77.a. Sic in prouincia nos gerimus, quod ad abſtinentiam attinet, ut nullus teruncius inſumatur in quenquam. de In.76.b. Inſumere ſumptum aut laborem in aliquam rem. At.197.b. Plus inſumptũ in monumentum eſt, quàm, &c. I.V.181.a. Qui tantum præſens lucrum nulla opera inſumpta contempſerit.

Inſuo, is. includo. Quin.Fr.300.a. Quoniam Smyrnæ duos Myſios inſuiſti in culeum. & pro S.R.23.b. Inſui in culeum.

Inſuper. præterea. Ep.253.a. Catius inſuper Epicureus, &c. & ad Her.31.b. Non modò id non fecit, ſed etiam inſuper ipſe grandi ſponſione uinctus eſt.

Inſuſurro, as. flare, in aurem loqui, loqui. Ac.37.a. Fauonius ipſe inſuſurrat. & Tuſ.248.a. Inſuſurrare alteri. Q.Frat.292.a. Nec in aures tuas fictè aut ſimulatè quæſtus cauſa inſuſurretur. I.V.257.b. Inſuſurrare ad aurem alicuius

alicuius familiariter. At.19.a.& pro Mur.142.a.Inſuſurrare aliquid alicui.

Intabeſco,ſcis.extabeſco.de N.77.a. Diuturno morbo intabeſcere.

Intactus,a,um.Ep.112.b.Intactus à ſibilo peruenerat Hortenſius ad ſenectutem.

Integellus,a,um.integer.Ep.131.a.Suauiſſimum συμβιώτην noſtrum præſtabo integellum.

Integer,a,um.incorruptus,inuiolatus,caſtus,ſolidus, totus,plenus,incolumis.de Or.104.b.Cum eſſet ille uir exemplum ut ſcitis innocentiæ,cumq; illo nemo eſſet neq; integrior,neq; ſanctior.et pro Pl.259.a.Vita integerrima. & Top.226.b.Integer.)(.Contaminatus.I.V.201.b. Vir integer,innocens,religioſus.et de In.66.a. Homo integer & caſtiſſimus.& de Or.125.a.Iuſtus, integer, religioſus, perferens iniuriarum. Ac.6.a.Integri & incorrupti ſenſus.de Fin.71.b.Omne animal integrum ſe ac ſaluũ uult. Tuſ.156.b.Multo etiam integriora ac puriora ſunt, ut à te longiſſimè ſe efferãt.de D.97.b.Integrũ corpus.)(.Viciosum corpus.pro Syl.183.a.Deos teſtor,integro me animo ac libero P.Syllæ cauſam defendere. pro Dom. 225.a. Cũ Gabinio integerrimas pacatiſſimasq; gentes ad diripiendũ tradidiſſes.de D.86.b. Qui lituus in curia ſaliorũ ſitus,cum ea deflagraſſet,inuentus eſt integer. pro Pl.277. b.Quos ego florentes atq; integros uici.pro Fl.159.a.Ex uera atq; integra Græcia.I.C.112.a. Literæ integris ſignis datæ.de Pro.72.b. Annus integer eſt nobis expectandus. pro S.R.43.a.Integram prædam ſine ſanguine habere. Ad Q.Fr.310.a.Quintum uidi planè integrũ. de Fin. 78. a.Integra ualetudo.pro Q.8.b.Dum exiſtimatio eſt integra,facilè cõſolatur honeſtas egeſtatem.I.V.69.a. Coniuges integras ab iſtius petulantia conſeruare non licitũ eſt.

Integer.ſolutus,liber.de N.61.a. Rudem me diſcipulũ atq; integrum accipe. At.117.a. Quod me admones, ut me integrum quoad poſſim,ſeruem,gratum eſt. Ep.203. b.Reſeruare omnem cauſam integram alicui.Ep.11.b. Vt integrum mihi de cauſa campana ad ſuum reditum reſeruarem.& 116.a.De Dolobella,integrum tibi ut reſerues, ſuadeo.Br. At.289.b.Omnino tempora integram tibi cauſam reſeruant.Ep.14.b.Quod nec integra re mihi ad conſulendum,&c.implicatus tenebar. Off.50. b.Is rem integram ad reditum ſuum iuſſit eſſe.& I.C.112. a. Vt ad conſilium publicum rem integram referrem. At.83.b. Præſertim cum integram rem cauſamq; reliquerim.

Integrum eſſe:id eſt,liberum uel ſolutũ eſſe, in noſtra eſſe poteſtate,licere.pro Mar.137.b. Cum id iam integrũ non eſſet:id eſt,cũ non poſſem negare.I.A.158.a.Loquor de legibus promulgatis,de quibus eſt integrum nobis. Ep. 15.b.Si mihi integra omnia ac libera fuiſſent. & 16.a. Si eſſent omnia mihi ſolutiſſima.I.P.92.a.Non eſt integrum mihi conſilio iam uti tuo.& Par.242. a. Quilibet ſi integrum daretur,eã ſententiam diceret. At.55. a. Mihi integrum eſt facere uel nõ facere.et Ep.18.b.At.281.a. Quid etiã idcirco trahebam, ut q̃ diutiſſimè integrum eſſet. & 248.b.Quouſq; inquies?quoad erit integrum. I.V.128.b. Cum tibi in integro tota res eſſet. Ep. 76. a.Res adhuc in integro eſt.et 23.a.In integro res nobis erit.de Or.144.a. Hæc iã in integro nobis eſſe non poſſunt.pro Rab. 93.b. Ego ſi mihi eſſet integrum,ſuſciperẽ hoc crimen. & Tuſ. 240.b.Atq; ei ne integrũ quidẽ erat,ut,etc.pro Mar.125. b.Non iam mihi licet,neq; eſt integrum,ut nõ reos defendam. At.146.a.Tũ poterimus deliberare, nõ ſcilicet in integra re,ſed certè minus infracta.pro Fl.166.a.Conſtituent quid agant,quibus integrum eſt.& ibi.Ii quibus integrum eſt,qui nõdum ad honores acceſſerunt. At.135.b.De triumpho erit,inquis,integrum.At.67.a.Sed hæc mallem integra re tecũ egiſſe,profecto aliquid egiſſem.pro Mur. 134.b.Ea dicam uobis audientibus amiſſo iã tempore,quæ ipſi ſoli re integra ſæpe dixi. At.200.b. Niſi hac æſtate abſolutum erit,quam rem uides integram reſtare,ſcelere me liberatum nõ putabo. De integro:id eſt,denuò. Att. 221.b. Itaq; ei de integro gratulare.& 213.a.Epiſtola mihi de integro ſcribenda eſt.

In integrum reſtituere : id eſt, in priſtinum ſtatum.l. Reſtituere.

Integrè.In Sal.272.b.Vita integerrimè acta.& de Fin. 55.a.Incorruptè atq; integrè iudicare. pro Pom. 4.a.In amicorum periculis caſtè integreq; uerſari. de Op. 244. a.Atticè dicere:id eſt,quaſi ſiccè & integrè.

Integritas,tis.innocentia.de Fin.134.b.Summũ bonũ cumulatur ex integritate corporis, & ex animi ratione perfecta.& 72.a.Integritas corporis,ualetudo,&c. & Tuſ.247.b.Integritas ualetudinis.de Fin.143 .b.Integritas unguiculorum omnium. de Cl. Vitæ grauitas & integritas. Q.Fr.293.a.Tua integritas & cõtinentia.I.A.188 b.Singularis integritas alicuius,multis magniſq; rebus ſpectata.& ibi.Vir ſumma integritate & innocẽtia.I.V.59. a.Integritas atq; innocentia ſingularis.de Or.111.b. Eadẽ facultate fraus hominum ad perniciem & integritas ad ſalutem uocatur. At.101.a.& 80.a.Cato integritatis & fidei mihi teſtimoniũ dedit. Q.Fr.292. a. Tertius hic annus habeat integritatem eãdem q̃ ſuperior, cautiorem etiã ac diligentiorẽ.At.91.b.Ain tandẽ Attice laudator integritatis & elegantiæ noſtræ.de Cl. 176. b. Incorrupta latini ſermonis integritas. At.11.a.Xenocrates & Metellus Numidicus.

Integro,as.recreo,reficio.de In.47.b. Animus defeſſus audiẽdo,aut admiratione integratur,aut riſu renouatur.

Integumentum,ti.inuolucrum. I.P.82. a. Vereor ne qui ſit,qui iſtius inſignẽ nequitiam frontis inuolutam integumẽtis nondum cernat.Poſt.207.b. Frontis uti integumento ad occultanda tanta uicia,diutius uti non licebit.de Or.141.a.Aliquando euolutus es illis in tegumentis diſſimulationis tuæ.& 98.a.Per quædam inuolucra & integumenta perſpicere aliquid.

Intellectio,onis.ſynecdoche.ad Her.34.b. Intellectio eſt, cũ res tota parua de parte cognoſcitur,aut de toto pars.

Intelligens,tis.ingenioſus,callidus.)(.Idiota.I.V.200 b.de Vn.196.b.Nihil non intelligens intelligente præſtantius eſt.de Cl.181.a.Non ſemper uulgi iudicium cũ intelligentium iudicio congruit.de Op. 244.a. Qui teretes aures habent intelligensq; iudicium. de Finib. 94. a.Doctus & intelligens uir.de Clar. 182. a. Intelligens dicendi exiſtimator.de Cl.195. a. Exiſtimator doctus & intelligens.I.V.200.b.Quæ non modò iſtum hominem ingenioſum & intelligentem,uerùm etiam quemuis noſtrũ, quos iſte idiotas appellat,delectare poſſent.I.V.234.b. Prætor intelligens negare.de Fin.78.a.Erat et cupidus uoluptatum,& cuiuſuis generis eius intelligens & copioſus.

Intelligenter.cum docilitate,quod inepti dicunt,intelligibiliter. Par.232.a.& b.Intelligenter audiri.

Intelligentia,tiæ.prudẽtia,cognitio,ſcientia,notio.de In 82.a.Intelligentia eſt, per quam animus perſpicit quæ ſunt.& Top.222.b.de L.161. a. Natura homini rerum plurimarum obſcuras & neceſſarias intelligentias enudauit,tanquam fundamenta ſcientiæ.de L.168.a. Principio homines



homines rerũ omnium quaſi adumbratas quaſdam intelligentias animo ac mente concipiunt.et de Vn.196.b.Deus intelligentiam in animo,animũ concluſit in corpore.de L. 161.b.Natura nullo docente profecta ab ijs quorũ ex prima & inchoata intelligentia genera cognouit, confirmat ipſa per ſe rationem & perficit.de L.165.a. Nã & cõmunis intelligentia nobis notas res efficit, easq; in animis noſtris inchoauit, ut honeſta uirtute ponantur in uicijs turpia.de N.34.a.Cũ in æthere aſtra gignantur,conſentaneũ eſt,in his ſenſum ineſſe & intelligentiam. Ac.30.a. Quod quædam animalis intelligentia per omnia permeet. de N. 72.a.Neptunũ eſſe animum cũ intelligentia per mare pergentem.de N.11.b.In eas imagines mentem intentam infixamq; noſtram intelligentiã capere quid ſit deus.Or.197 b.Plato ait,ideas ſemper eſſe,ac ratione et intelligentia cõtineri.& Off.65.b.Quatenus aliquid ratione et intelligẽtia teneri poteſt.de N.7.b.Mens ſimplex ſugere intelligentiæ noſtræ uim ac notionẽ uidetur.de D.95.a. Pars animi quæ rationis atq; intelligentiæ ſit particeps.de Vn.193.b. Quod intelligentia & ratione cõprehenditur.de Or.86. a.Quod lõgiſſimè ſit ab imperitorũ intelligentia ſenſuq; diſiunctũ. & 161. a. Idq; faciunt etiã in alijs operibus,ad quorũ intelligentiã à natura minus habẽt inſtrumẽti. Or. 207.b.Definire aliquid ad cõmune iudiciũ popularemq; intelligentiã accõmodare.I.A.223. a. Omnes qui ex omni ætate hac in ciuitate iuris intelligentiã habuerũt. de N.11. b.Tamẽ fretus intelligentia ueſtra breuius diſſero q̃ cauſa deſiderat.de In.53.b.Noui intelligentiã ueſtrã iudices,non poteſt ita uideri.de Op.244.a.Qui intelligentiã ponunt in audiendi faſtidio.pro S.R.26.a.Quid cenſes, hunc quo ſtudio & qua intelligentia eſſe in rebus ruſticis.I. V.210. a.Vt intelligatis in homine intelligentiã eſſe non auaritiã. Off.55.b.Honeſtum quod in noſtrã intelligentiã cadit.& 66.a.In malitia ſimulatio intelligẽtiæ.de In.59.a. Aut falſum quiddam hoc pacto ſapientia eſt, pecuniæ acquirẽdæ intelligentia.de Cl.173.b. Mutius iuris ciuilis intelligentia præſtitit.& 185.b.Is omnes intelligentia anteibat. Ac. 6. b.Quid de guſtatu & odoratu loquar?in quibus intelligẽtia & ſi uicioſa eſt,quædam tamen. Tuſ.241.b. Proponenda quædam quaſi mouentia ſunt,quæ nos magis ad cognitionem intelligentiamq; conuertant. de Fin. 94. b.Simul autem cepit intelligentiam,uel notionem potius, quã appellant ἔννοιαν illi,uiditq;,&c. Tuſ.159.a.Difficile eſt animi quid aut qualis ſit intelligentia. Par.232.b.& Of.39. b.Prudentia & intelligentia idem.

Intelligo,gis.cognoſco,ſentio,teneo,capio, percipio, interpretor,mente complector,cogitatione comprehendo,cogitatione complector,perſpicio,comprehendo,animaduerto,intelligentiã habeo,accipio,diſco, animo percipio,intelligentia & ratione comprehendo , ratione & intelligentia teneo,animo et cogitatione cõprehendo,cõſtrictũ conſcientia teneo,perſequor,ſententiã alicuius interpretor. Tuſ.198.b. At.33.a.Accepi aliquot epiſtolas tuas, ex quib.intellexi,&c.& 86.a.De me ſcribis te ex Philotimi literis cognouiſſe.& 97.b.Intellexi ex tuis literis,te ex Turannio audiſſe,à me prouinciã fratri traditã.de N.60. b.Sed ea magis ex aliorũ contentione , quàm ipſa per ſeſe cognoſci atq; intelligi poteſt.& ibi.Ea quæ minus intellexi,& ea quæ parum accepi. Off.29.b.Intelligo , animaduerto,ſentio. Off.209. a. Hoc quale eſſe debeat,ex ipſis quæ ſupradicta ſunt intelligi poteſt.& 198.a. Cuius ex epiſtolis intelligi licet,q̃ frequens,&c. & ibid. Quod pòſt magis intelligetur.& 216.b.Sed tamen nec nimis eſſe diuerſa,nec ullo modo coniuncta intelligi licet.pro S.R.33.a Quàm ſis audax hinc omnes intelligere poſſũt, quod, etc. pro Cec.292.a. Verum ita eſt uti dicis, te deiectum debeo intelligere,etiam ſi tactus non ſis. Off.43.a.Quam qui audiunt intelligere & ſapere pluſquam cæteros arbitrãtur. de Fat.149.a.Ex quo facilè intellectum eſt,uerbis eos, nõ re diſſidere. At.178.b.De fundo Fruſinati redimendo iam pridem intellexiſti uoluntatem meam.I.V.178.a.Vnde ergo hoc intelligi poteſt?ex hoc maximè,quod,etc. de In.81. b.Percipere quædam ex quibuſdam.I.P.94.b.Oratio adoleſcenti non acriter intelligenti præceps. Orat.197.b.Ille non intelligendi ſolum,ſed etiam dicendi grauiſſimus author Plato. At.135.a.Vtrũ hoc tu parũ meminiſti, an ego nõ ſatis intellexi?et 128.b.Explicari mihi tuũ cõſilium planè uolo,ut penitus intelligã.de Or.111.a. Malo nõ intelligi orationẽ meam,quàm reprehendi. & 114.a.Sed ne latius hoc patere uideatur,hæc dũtaxat in græcis intelligo, quæ ipſi,qui ſcripſerunt,uoluerũt à uulgo intelligi. de N. 23.a.Puderet me dicere non intelligere,ſi uos ipſi intelligeretis,qui iſta defenditis.& 10.a.Itaq; corpus quid ſit intelligo,quaſi corpus quid ſit nullo prorſus modo intelligo. I. V.222.a.Tametſi non tã multum in iſtis rebus intelligo. I. V.266.a.Quod iſte neq; attẽdere unquam , neq; intelligere potuit.de Am.200.b.Id ſi minus intelligitur,quanta uis amicitiæ ſit,ex diſcordijs percipi poteſt. Par.124. a. Quẽ enim intelligimus diuitem?aut hoc uerbum in quo homine ponimus?de L.184.b.Cum dico legem,nihil aliud intelligi uolo,quàm imperium,ſine quo,&c.de L.183.a.Noſtræ legis interpretes,quo capite iubemur ſumptus remouere, &c.hoc intelligunt,in primis ſepulchrorum magnificentiam eſſe minuendam.de In.38.b. Ambiguum ſi conceſſeris,ex ea parte quam intellexeris,&c.& ibi. Cum autẽ dicebas,&c.illud accipiebã,&c.id eſt,intelligebam.de N.9. b.Illud non queo intelligere:id eſt, coniectura informare. de Or.95.b.Percipere aliquid animo. Top.222.a.Cernere & intelligere aliquid animo.de N.75.b.Interpretari aliquid peruerſe:id eſt,malè intelligere. Oculis mentis uidere.l.Oculus.

Intemelij,pop.Ep.124.a.Cœlij.

Intemperans,tis.immoderatus, intemperatus , qui ſe in omni libidine effundit,libidinoſus, impurus, cupidus. At.213.a.Intemperans ſum in rei cupiditate quam noſti. & de Sen.83.a.Libidinoſa & intemperans adoleſcentia. Poſtquam.207.a.Vir libidinoſus,impurus,intemperans. et Ep.135.b.Homo intemperantiſſimus. In Vat.29.a. Sed fui paulo in te intemperantior fortaſſe quàm debui . I. V. 184.a.Intemperans uir & impudica mulier. de Fin.83.b. Gallonius.)(.Piſo.

Intemperanter.intemperatè,inſolenter. I.A.155.a. Nimis iracundè & ualde intemperanter. Tuſ.149.a. Intemperanter abuti aliqua re. Or.214.b.& I.A.203.b.Intemperantius uti aliqua re.

Intemperantia,tiæ.intemperies,incontinentia, inſolentia. Tuſ.213.b.Intemperantia eſt à tota mente & à recta ratione defectio. de Fin. 59.a.Intemperantia fugienda eſt. Ac.46.a.Et omnium perturbationũ arbitrabatur eſſe matrẽ immoderatã quandã intemperantiã . cõtra Rul. 89.a.Hæc ego uos concupiſſe pro ueſtra intẽperantia nõ miror. Off.25.a.Si autẽ libidinũ intemperantia acceſſerit, duplex malũ eſt. Poſt.206.a. Qui ne ſanctiſſima quidem parte corporis potuiſſet hominũ impurã intemperantiã propulſare.pro Dõ.217.a.Is tãta fuit intemperantia, ut, etc.de Ar.253.b.Explere intẽperantiã alicuius. pro Cæl. 42.b.

42.b.Is multa de incontinentia intemperantiaq́; diſſeruit. de N.74.a.Iniuſtitiæ,intemperantiæ,timiditatis,quæ ſemina eſſent.

Intemperatè.intemperanter.de Vn.202.a. Immoderatè & intemperatè uiuere.

Intemperatus,a,um.I.P.84.a. Intemperatiſsimæ per potationes.& 95.a.Intemperatiſsima pecus. & de Am. 110.a.Intemperata quædam beneuolentia.

Intemperies,ei.immodeſtia,procacitas. At.58.b. Ne qui uideor non ſtultè illius amici intemperiem tuliſſe, rurſus ſtultè illius iniuriam faciam illuſtrem.

Intempeſtiuè.Off.18.a. Ne iraſcamur intempeſtiuè accedentibus,aut impudenter rogantibus. & Ep.175.a. Qui ad nos intempeſtiuè adeunt.

Intempeſtiuus,a,um.peruerſus,præpoſterus. At.61. b.Nunquam mihi tua epiſtola aut intēpeſtiua aut loquax uiſa eſt.et pro Mur.127.b.Intempeſtiuū conuiuiū.de Am. 100.a.Amicitia nunquā intempeſtiua, nunquam moleſta eſt.

Intempeſtus,a,um.concubius.I.A.154.a. Cum intempeſta nox eſſet,manſi in uilla.I.V.222.a. & 254.b. Repētè nocte intempeſta ſeruorum armatorum fit concurſus. I.P.99.b.Is nocte intempeſta abijt.

Intendo,dis,intendi,intenſum & intentū.porrigo,cōtendo,intento,parco.At.261.a.Et ſimul dextram intēdit ad ſtatuam.& I. A. Hic dextram ad ſedes intēdit Caſsiopeiæ.Ac.9.a.Mens naturalem uim habet,q̄ intendit ad ea quibus mouetur.& ibi.Intendere ſenſus ad res percipiendas.I.A.235.b.Si fieri poſſet,uel plures te animos habere uellē,quos omnes ad Mutinā intenderes.de Or.102.a. Sed ut commoſtrarē tantum uiam,&c.ut fieri ſolet, digitū ad fontes intenderem.& 96.a.Studium nihil prodeſt perueniendi aliquò,niſi illud,quod eò,quò intendas ferat deducatq́;,cognoris.de Or.124.a.Hoc tibi antea explicandum eſt,quàm illuc proficiſcare,quò te dicis intendere.I.A.213 b.Agitur uita & fortuna optimi cuiuſq;,quò cupiditatem infinitā cū immani crudelitate iampridē intendit Antonius.I.P.80.b.Ego tela intenta iugulis ciuitatis de cōiuratorū manibus extorſi.pro Seſt.12.a.Intēta ſigna legionū exiſtimantur ceruicibus boniſq; ueſtris.At.33.b. Intēdere periculum alicui.de Or.88.b.& pro Cec.288.b.Intendere litem alicui:id eſt,inferre.pro Mil.108.b.Alicui diē dicere, mulctā irrogare,actionē perduellionis intēdere. de Pro. 73.b.Tela undiq; in patriā intenta. Ac.12.b. Defigere & intendere animū in aliquam rem.de *75.b. Intendere cōſiderationem in aliquā rem.pro S.R.19.b. Peto à te ut periculū,quod in omnes intēditur, propulſes. pro Mil.114. b.Iſta omnia in hunc unū inſtituta,parata,intēta ſunt. de Ar.243.b.Simul ac periculū iudicij intendi,omnē illius impetum cōpreſsi.pro Q.8.a.Minas iactare, pericula intendere.pro Fl.In quo quid reprehēdis? quod falſum intenderit?quî doces?pro Q.16.b.Is ſibi cū nuper edidit ſociū,quē (quomodo nunc intendit)ne in uiuorum quidem numero tū demonſtrat fuiſſe.I.C.103.b.Si iſte quò intendit, in Māliana caſtra peruenerit.pro Mur.128.b.Vt eò,quò intendit,maturè cum exercitu perueniat.I.A.226.a. Si C.Antonius,quod animo intenderat,perficere potuiſſet: id eſt, conceperat.Ac.12.b.Parum defigunt animos & intendūt in ea quæ perſpicua ſunt.I.V.68.a.Intendere animū aliquò.de N.12.b.Immēſa regionū magnitudo, in q̄ ſeinijciens & intendens animus latè longeq́; peregrinatur. Tuſ. 187.a.Qui uolūt exclamare maius, nō ſatis habēt, latera fauces,linguam intendere? toto corpore cōtentioni uocis aſſeruiunt.Tuſ.187.a. Nunquā ingemiſcit uir fortis, niſi fortè ut ſe intendat ad firmitatē.et ibi.In profundenda uoce omne corpus intenditur.Ac.20.b.Intendere longius aciē.Tuſ.217.a.Intendere aciem acrē in omnes partes.I.A. 235.a.Intēdere animū ad aliquā rem,referre animū ad aliquam rem,animū alicuius intentum eſſe ad aliquid faciendum.Ep.114.a.Intendere ſe aduerſarium in magiſtratū alicuius.ad Her.15.a.Intendere controuerſiam:id eſt, conteſtari litem.& 32.b.Huiuſmodi intendere orationē, quæ redarguatur:id eſt,habere,uel inferre.Ac.22.b.Intendere arcum.Item:Intendit crinitus Apollo arcū auratum Luna innixus.Or.202.a.Intendere & remittere ſonum uocis.In Horten. Quæro non quibus rebus intendam animum,ſed quibus relaxem.

Intenſus,a,um.inflata,tumida. Or.208.a. Principia uerecunda,non elatis intenſa uerbis.

Intenſius. aduer. maiore cupiditate. ad Her. 41.b. Alia meliora ſunt,quæ multo intenſius petimus in uita.

Intentio,onis.contentio,diligentia.de In. 67.b. Cum animus hac intentione omnes totius negocij partes conſiderabit.Tuſ.206.b.Mentem à cogitationum intentione, cantu & fidibus ad tranquillitatem traducere.

Intentio.criminis obiectio.ad Her.6.a. & de In.44. a.Intentio,occidiſti Aiacem:inficiatio,non occidi.

Intentio.mens,conſilium,animus.I.A.158.b.Quorum ea mens idq́; conſilium eſt,ut eripere cupiant, &c. de In. 78.a.Poſtea facti aut intentionis aduerſariorum, cum ipſo ſcripto contentio.

Intento,as.Tuſ.243.b.Dolor ardentes faces intentat, is fortitudinem & patientiam ſe debilitaturum minatur. Item:Explicet ſuum uolumen illud, quod aiunt,Sex.Roſcio intentaſſe,& meditatum eſſe,ſe omnia illa pro teſtimonio eſſe dicturum.pro Mil.108.b.Clodius non ſeruos, non arma,non uim intentauit?& ibi.Hæc inſidiata Pompeio eſt.de In.78.a.Tum ipſum aduerſarium quaſi intentantis loco producendo,hoc interrogando,utrum, &c.

Intētus,tus.proiectio,porrectio.pro Seſt. Voces quidē & palmarum intentus,et maledictorum clamores omnes profuderunt.

Intentus,a,um.extentus uel extenſus,contentus, attētus.de N.7.b.Animum eſſe per naturam rerum omnē intentum & commeantem. & 11.b.In eas imagines mentē intentam infixamq́; noſtram intelligentiā capere,quæ ſit beata natura.de Or.153.a.Voces,ut chordæ ſunt intentæ, quæ,&c.de Sen.84.a.Appius intentum animum tanquā arcum habebat.I. A.235.a.Quamuis intentus animus tuus ſit ad fortiſsimum uirum liberandum.contra Rul.81.a.Intentis oculis omnes reip.partes intueri. pro Pl. 151. Aliquid quàm maximè intentis oculis(ut aiunt)acerrimè cōtemplari.de Or.128.a.Oratio lenis & ſummiſſa.)(. Intenta & uehemens.de Or.107.b.Sermo paulo intentior. & ibi.Grauiſsimi ſermonis lenitas.)(.Summa uis & contentio.& ibi.Qui ut Seruius Galba lateribus aut clamore cōtenderent.I.V.241.b.& 252.a.In ore portus tabernacula carbaſeis intenta uelis collocabat.

Inter.in,cū.I.V.269.a.Nulla uox aliæ inter dolorem crepitumq́; plagarum audiebatur.de Or.88.b.Nō ſum neſcius iſta inter græcos dici & diſceptari ſolere.de Or.99. b.Qua de re inter Marcellos & Claudios centumuiri iudicarunt.de Or.118.a.Nihil eſt enim quod inter homines ambigatur,in quo nō quæratur,&c.de Or.122.a.Inter ingeniū et diligētiā perpaulū loci reliquū eſt arti.de Cl.196 b.Galba fuit inter tot æquales unus excellēs.et Or.197.b. Vnus excellit inter omnes. de Cl.185.b.Hortenſius ſuos inter æquales longè præſtitit.pro Pl.256.b.P.Craſsius inter equites Romanos ſummo ſplendore fuit.Or.205.b.Furere apud ſanos,& quaſi inter ſobrios bacchari. de Somn. 129.a. Homines,qui terrā incolunt, intèrruptos ita eſſe, ut nihil inter ipſos ab alijs ad alios manare poſsit. de Am. 101.b.Ea charitas quæ eſt inter natos & parentes.At.124 b.Huius enim operis maximi inter homines illū eſſe effēctorem uolo.de Am.102.b.Quæ ſæpe inter me & Scipionē de amicitia diſſerebantur.de Vn.201.b.Hæc inter ſe penè cōtingunt.et ibi.Quos fratres inter ſe & agnatos appellare uidemus.pro Mil.104.a.Vim inter ciues ſuſceptā eſſe. Antequā.195.b.Non patiar ut opera mea manus inter uos conſeratis,& cædes ciuiū inter ſe fiat. de Or.104. a.Atq; hæc inter ſe iungi copulariq́; poſsint.de Or.129.a. Capita inter ſe cōtraria. & de Opt.244.a.l.Contrarius. At.86.b.Cicerones pueri amant inter ſe,diſcūt. de N.25. b.Dij inter ſe diligūt.Q.Fr.523.a.Pueri ualent & nos,& inter ſe amāt.At.68.a.Quæ fueramus ego & tu inter nos de ſorore locuti. I.C.113.b.Illi furtim inter ſe aſpiciebant. de Or.517.a.Aliqui uoluntate ſimiles inter ſeſe.Ep.233.a Nihil poteſt eſſe coniunctius quā nos inter uos riſum tenere.29.b. de Or.91.b.Virtutes ipſas eſſe inter ſe æquales & pares.& de Cl.177.b.In reliquis rebus diſsimiles inter ſe fuerunt.de Ar.258.b.Noſtræ ſunt inter nos iræ diſcordiæq́; placādæ.At.135.b.Duæ artes inter ſe pares.I.V.60 a.Vobis inter uos uoluntas fuit coniuncta.de Cl.172.a.Sed etiā ipſorū inter ipſos cōceſſu ita tributum eſt. Att.27.a. Vna ſpes ſalutis eſt,iſtorū inter iſtos diſſenſio.de Am.105 b.Bonis inter bonos quaſi neceſſariā beneuolentiā eſſe. de N.15.b.Hoc mirabilius, quod uos inter uos riſum tenere poſsitis.At.158.a.De ea re nos inter nos locuti ſumus. de D.92.b.Noſq́; inter nos eſſe cōplexos. de Or.136.a. Sed quid uos inter uos? Ep.130.a.Puto fore ut mirere,id nos locutos eſſe inter nos,quod nunquā locuti ſumus. de Am. 111.b.Neq; ſolū colent ſe inter ſe,ſed,&c. Off.11.a.Ac latiſsimè quidē patens hominibus inter homines,omnibus inter omnes ſocietas hæc eſt. & 5.b.Hominum inter homines ſocietas.& ibi.Ipſi inter ſe alij alijs proſunt. I.A.230. b.Quorū ſummū quondam inter ipſos odium meminiſtis. pro Cor.67.a.Noſtras inimicitias ipſi inter nos geramus. Attic.229.b.Vt noſmetipſi inter nos coniunctiores ſimus. pro Q.5.a. Vt aut uterq; inter ſe aut neuter ſatiſdaret. Att.131.b.Qui inter ſe ne noti ſunt. de Fin.127.a. In eo nonnunquā uariari inter eos & dubitari uidetur.Ep.130 a.Atq; utinā hæc inter nos ſtudia exercere poſſemus. pro Cec.294.b.Sermo familiaris nō cohærebit,ſi uerba inter nos aucupabimur. de Or.109.a. Sermo quē illi quondam inter ſe de his rebus habuiſſent.& Ep.130.a. Sermo inter nos habitus. Ep.200.a. Non enim id inter nos facere debemus.de Or.103.a. Multū inter ſe diſtant iſtæ facultates, longeq́; ſunt diuerſæ atq; ſeiūctæ.de Fat.143.a.Si in ſphæra maximi orbes ſunt,medij inter ſe diuiduntur. pro Q. 8.a.Qui inter tot annos ne appellarit quidem Quintiū. pro Pom.17.a.Qui inter tot annos unus inuentus eſt,quē ſocij in urbes ſuas cum exercitu ueniſſe gaudeant.I.V.135. a.Vt dies quadragintaquinq; inter binos ludos tollerētur. I.A.172.b.Si inter cœnā in tuis immanib. illis poculis hoc tibi accidiſſet.Q.Fr.321.a.Hæc inter cœnā Tironi dictaui, ne mirere alia manu eſſe.de L.167.b.Vſucapionē XII tabulæ inter quinq; pedes eſſe uoluerunt.At.135.b.Inter me & Brunduſiū Cæſar eſt.Itē:Hoc inter me et illos intereſt, quod,etc.pro Seſt.20.a.Iudiciū inter ſicarios cōmittitur. I.V.89.a.Philodamus in primis inter ſuos copioſus. Att. 95.b.Literæ,in quibus ἄπεχε interſcripſeras.de Or.136. a.Cum cæteris tuis laudib.hæc eſt maxima.i.inter,&c.de Cl.104.b.Hic orator in illis numerari poteſt.pro Fl.155. b.Vtrum in clariſsimis ciuibus eſt is?

Interamna,næ.opp.At.22.a.& pro Dom.229.a.

Interamnis.pro Mil.110.b.C.Caſsius interamnis.

Intercalaris,re. Februarius, quòd in eo dies unus interponitur.Ep.90.b.91.a.Ad VI Cal.intercalares priores.pro Q.14.b. Dic Næui diem, ante V.Cal.intercalares.& ibi.Pridie Cal.intercalares.

Intercalarius,a,um.intercalaris.i.interpoſitus,interiectus.I.V.134.b.Tunc Cephaleditani decreuerunt intercalarium XLV dies longum,ut reliqui menſes in ſuam rationem reuerterentur. & ibi.Eſt conſuetudo Siculorum cæterorumq́; Græcorū, quod ſuos dies menſeſq́; congruere uolunt cum ſolis lunæq́; ratione, ut nonnunquā ſi quid diſcrepet,eximant unum aliquem diem aut ſummum biduum ex menſe,quos illi exhæreſimos dies nominant.

Intercalo,as.interpono,adiungo,prorogo. Ep.116. a.Curio belliſsimè,quia de intercalando non obtinuerat, transfugit ad populum.& 96.b.Quotidie nota facimus ne intercaletur.At.72.b.Te rogo ut pugnes ne intercaletur.At.75.a.Præmuni quæſo ut ſimus annui,ne intercaletur quid. Att.83.b.Cum ſcies Romæ intercalatum ſit necne,uelim ad me ſcribas.de L.75.b.Quod tempus,&c.diligenter habenda ratio intercalandi eſt.

Intercapedo,nis.intermiſsio.Ep.164.a.Itaq; iam me nō pœnitebit intercapedinem ſcribendi feciſſe.de Fin.61. b.Quas ob cauſas in eorum uita nulla eſt intercapedo moleſtiæ:id eſt,uacuitas.Ep.140.a.Intercapedo pro cunno. Item:Quid enim honeſtum uerbum eſt diuiſor?at ineſt obſcœnum cui reſpondet intercapedo.

Intercedo,dis.interſum,interuenio.de Or.116.b.Vix annus interceſſerat ab hoc ſermone cohortationis meæ, cum iſte,&c.pro Cl.32.b.Vnus et alter dies interceſſerat, cum res parum certa uidebatur.de Fin.86.a. Ne id quidē fieri poteſt,niſi cum multa annorū interceſſerint millia. In V.226.b.Vna nox interceſſerat,cum,&c.& In C.98. a.Nox nulla interceſsit,mox interfectus eſt. pro Q.8.b. Is qui cum tibi affinitas,ſocietas, omnes deniq; cauſæ & neceſsitudines ueteres intercedebant.& 9.b.Affinis meus qui cum mihi neceſsitudo uetus, controuerſia de re pecuniaria recens intercedit.Ep.89.a.Veteres mihi neceſsitudines cum his omnibus intercedunt.pro Cæl.44.a.Intercedunt mihi inimicitiæ cum illo.Ep.227.a.Multaq́; & magna inter nos officia & paria & mutua intercedunt.Ep. 203.b.Cum quibus,ſi mihi nulla cauſa intercederet,tamen te rogarem.& de Pro.77.b.Explicabo breuiter quæ mihi ſit ratio & cauſa cum Cæſare. de Am.110.a.Si morum aut ſtudiorum commutatio facta erit, aut in reip.partibus diſſenſio interceſſerit. ad Herenn.5.b. Ratio, quæ niſi intercederet, nec cauſa quidem eſſet, &c .Epiſtol. 3.b. De his rebus pridie quàm hæc ſcripſi, ſenatus autoritas interceſſerat. Epiſtol.242.a. Cum ueſtra autoritas interceſsiſſet,ut ego regem tuerer.de Cl.180.a.Itaq; eum, etſi nemo intercedebat,qui ſe illi anteferret,neq; ſecundū tamen neq; tertium dixerim. de Fin.104.a.b.Ea natura eſt hominis,ut cum genere humano quaſi ciuile ius intercedat. Epiſt.14.b. De Vatinio autem primùm reditus interceſſerat in gratiam.Epiſt.213.b.Inter nos uetus uſus intercedit.

Intercedere pro aliquo. id eſt, rogando impetrare,

uel ſpondere. At.85.a.Aſcribit etiã interceßiſſe ſe pro eis magnam pecuniam:id eſt,quaſi rogando impetraſſe. In A.169.a.Tantum enim pro te interceßiſſe dicebat. Ep. 16.a.Nullum meum minimum dictum,non modò factum, pro Cæſare interceßit,quod ille,&c.

Intercedere.reſiſtere,aduerſari,contrauenire,obſtare.de Or.129.b.Tribuni ex templo pulſi cum intercedere rogationi uellent.Q.Fr.311.b.Monſtra de aliquo promulgare,quibus intercedat nemo.de Leg.187.b.Quod legationis genus ego conſul ſuſtuliſſem approbante ſenatu, niſi mihi Leuinus Trib.Pleb.interceßiſſet. pro Q.12.a. Quid ſi M.Brutus interceſſurum ſe dixit, &c.uidetur'ne interceßiſſe appellatio tribunorum?de Pro.72.b. Sed mihi credite,nunquam ſuccedetur illis,niſi cum ea lege referetur,qua intercedi de prouincijs non licebit. Ep.3.b.De his rebus pridie quàm hæc ſcripſi,ſenatus autoritas grauißima interceſſerat,cui cum Cato & Caninius interceſſiſſent,tamen eſt perſcripta. Ep.7.a.Eaq́; quæ de reductione regis ſcripta eſt autoritas,cui ſcis interceſſum eſſe, ut ne quis omnino regem reduceret, tantã uim habet, ut, Attic.10.b.Qui ueritus eſt,ne Fuſius ei legi intercederet, quæ ex S.C.ferebatur. Epiſt.151.a. Meq; ſententiæ quæ ſecunda pronunciata erat, cum frequens aſſentiretur ſenatus, rogatu Seruilij P.Titius interceßit. Ter. 23. a. Si nulla ægritudo huic gaudio interceſſerit : id eſt, obſtiterit.

Interceptio,onis. pro Cl.53.a.Quæ deinde interceptio poculi?cur non de integro autem datum?

Interceptus,ta. ad Quint.Fr. & Attic.lib.1. Literæ interceptæ.

Interceßio, onis. quam uulgus oppoſitionem uocat, præſertim in cauſis forenſibus.cont.Rul.72.a.Cum interceßio ſtultitiam interceſſoris ſignificatura ſit,non rem impeditura. et In A.157.b. Quas tu mihi interceßiones inquis?At.lib.1.

Interceſſor,oris.qui obſtat & reſiſtit alicui.pro Syl. 179.b.Cæcilius agrariæ legi interceſſorẽ fore perpeſſus eſt.Q.Fr.305.b.Clodius poterit conciones concitare, deinde etiam interceſſor parabitur.de L.186.a.Interceſſor rei malæ ſalutaris ciuis eſto. pro S.R.36.b.Poſtremo iſto hortatore, autore, interceſſore ad Syllam non adierunt. In A.161.a.& Ep.151.a.Interceſſor grauißimus.

Intercido,dis.cado.pro Deiot.148.b.Pereant amici, dum unà inimici intercidant.Ep.64.b. Si qua interciderunt,non tam re quàm ſuſpicione uiolenta,ea,&c.

Intercido,dis.interſcindo.Parad.125.a. Mercedũ pactiones in patrocinijs interciſæ,pecuniarum in concionibus candidatorum.

Intercipio,pis.in itinere capere,auferre. Ep.157.a. Ne literæ à latronibus interciperentur. & Attic.7.b. Literas aut interire, aut aperiri, aut intercipi. Attic. 159.b.De his rebus, quas intercipi periculoſum eſſet. pro Cluent.53.a. Venenum cum in mulſo daretur,quendam eius familiarem intercepiſſe,bibiſſe,mortuum eſſe. contra Rull.66.b. Honos ad alienæ petitionis occaſionem interceptus.

Interciſè. Part.232.a. Interciſè atque permiſtè dicere.

Intercludo, dis. interſepio.Parad.117.b.Qui Carthaginenſium aduentum corporibus ſuis intercludendum putauerunt. Poſtquam.201.a. Inimici mei corporibus ciuium trucidatis, flumine ſanguinis meum reditum intercludendum putauerunt. de Pro.70.b.Byzantij Mithridatis impetum ægrè repulſum,& ceruicibus interclusum ſuis ſuſtinuerunt. Att.107.b. Ille à commeatu & reliquis copijs intercludendus.Cæl.Epiſt.112.a. Ipſum apud Bellouacos circunſederi,interclusum ab reliquo exercitu. Att. 138.a.Planè capti intercluſiq́; ſumus.pro Cec.301.a.In iſs ipſis intercludere inſidijs,quas mihi conaris opponere.de Fin.89.a.& Ep.244.a. Intercludere aditum ad aliquem locum.pro S.R.36.b.Intercludere omnes aditus alicui ad aliquem. pro Syl.167.b.Aditum ad aliquem locum alicui eſſe intercluſum.contra Rull.81.a.Cum à ciuibus intercluſum ſit præſidium. & Antequam.194.a.Aliquem locum præſidijs intercluſum teneo.pro Cl.56.b.Hoc modo innocentiæ defenſio intercluſa reſpirat.I.V.262.b. Intercludere perfugiũ fortunæ alicui.Att.115.a.Intercludere fugam alicui. At.127.a.Iter meum intercluſum putabam. pro Rab.91.a.Intercludere omnes ſeditionũ uias,munire præſidia reip. At.123.a.Intercludor dolore.

Intercluſio,onis.impedimentum.de Or.159.b.Clauſulas & interpuncta uerborum,animæ intercluſio & anguſtiæ ſpiritus attulerunt.

Intercluſus,a,um.pro Cæl.46.a.Via deſerta & inculta atq; intercluſa iam frondibus & uirgultis.

Intercolumnium,nij.columnarũ interuallum. Q. Fr. 319.a.Edera conueſtiuit qua baſim uillæ,qua intercolumnia ambulationis.In V.86.a.Signa omnibus intercolumnijs diſpoſita.& ad Her.21.b.Vt ædes,intercolumnium.

Intercurro,ris.intercedo,interuenio.In A.217.b.Pugnatur acerrimè, qui intercurrerent,miſimus tres principes ciuitatis.& ad Herenn.3.a.Alterum genus eſt narrationis, quod intercurrit nonnunquam. Tuſcul.182.b.Ergo his laborioſis exercitationibus dolor intercurrit nonnunquam.

Intercus,tis.quod inter carnem cutemq́; eſt, ut aquã intercutem dicunt latini morbum, quem hydropem uocant Græci.Off.70.b.Si quis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem.

Interdico,cis.prohibeo,ueto,decretum interpono.de Or.103.a.Neq; enim interdictum eſt à rerum natura,aut à lege aliqua,aut more,ut ſingulis hominibus ne amplius quàm ſingulas artes noſſe liceat.de Fin.50.a.Nec mihi ne faciam interdictum puto.pro Cor.60.a.Non modò nullo propoſito præmio,ſed etiam interdicto. pro Cæl.47. b.Si quis eſt,qui etiam meretricijs amoribus interdictum iuuentuti putet. de Sen.81.b.Noſtro more malè rem gerentibus patribus bonis interdici ſolet. de Ar.246.a.Vt huic furiæ uox interdiceretur. I.V.114.b.Si prætor improbus,cui interdicere nemo poßit,det quem uelit iudicẽ. pro Cec.289.a.Prætor interdixit ut eſt conſuetudo de ui hominibus armatis,ſine ulla exceptione, tantum ut unde deieciſſet reſtitueret. pro Cecin.291.b.Prætor qui de foſſis,de cloacis, deq́; minimis aquarum controuerſijs interdicit. Item:Hanc legem Clodius ſcripſit, ut interdictum ſit,cui non ſit interdictum.pro Dom.229.a. Quod de omnibus interdictum eſt, ſcriptum eſt in legibus. In A.157.a. Leges,quæ iubent,ei qui de maieſtate damnatus ſit, aqua & igni interdici.I. A.207.a.Sic contendit,tanquam ſi illi aqua & igni interdictum ſit.pro Dom. 222.b.Vt M.Tullio aqua & ignis interdiceretur. & 229.b.Vt mihi aqua & ignis interdiceretur.Ep.167.b.Futurum puto ut aqua & igni nobis interdicatur.ad Her.14.b.Quibus aqua & igni interdictum eſt.

Interdictio,onis. pro Dom.229.a.Tecti & aquæ & ignis interdictio.

Inter-



Interdictum,cti.propriè prætoris edictum eſt, ac formula,qua quid aut fieri iubet, aut uetat , præſertim cum de poſſeßione cõtenditur:deinde etiam omnis uetandi formula.contra Rul.89.a.Ergo hac lege prætorum interdicta tollentur.& At.117.a.Cæſaris interdicta reſpuentur. Orat.206.a. Cauſa pro Cecinna de uerbis interdicti fuit. pro Cecin.291.b. Tum per hoc interdictum eum reſtitui oporteret.& 286.b.Poſſeßionem per interdictum repetere. de Or.88.b.Multisq́; præeſſem,qui tecum interdicto contenderent, aut ex iure manu conſertum uocarẽt, &c. Epiſt.253.a. In hoc interdicto non ſolet addi in hoc anno.I. P.83.a.Tamen id iſs non licere per interdicta crudelitatis tuæ poteſtatis erat non ferendæ. pro Dom.227. a. Flamma temporis, interdictum ſceleris,uox furoris. In Piſ.90.a.Gabinius numen interdictumq́; deorum regi uendidit.

Interdiu. ad Herenn.7.a. Tempus ita quæritur, qua parte anni, qua hora,noctu, an interdiu, factum eſſe dicatur.

Interductus,ctus.diſtinctio uel nota. Or.219.b.Oratio non ſpiritu pronunciantis,nec interductu librarij, ſed numero coacta debet inſiſtere.

Interdum.eſt cum,nonnunquã. de Cl.186.a.Acumen M.Piſonis ſæpe ſtomachoſum, nonnunquã frigidum, interdum etiam facetum. Or.216.b.Interdum curſus eſt in oratione incitatior,interdum moderata ingreßio.de Fin. 73.a.Interdum,uel potius nimium ſæpe. de Or.162.a.Geminatio uerborum habet interdum uim,lepôrem aliàs.ad Her.32.b.Eſt cum non eſt ſatius,ſi,&c.

Interea.interim,tantiſper,hoc interim ſpacio.pro Q. 4.b.Hæc dum Romæ geruntur,Quintius interea,&c.et 3.a.Nec interea uerbum interpoſuit Næuius.& pro R.P. 123.a.In A.200.a.Teretur interea tempus.de Or.100.b. Interea dum hæc quæ diſperſa ſunt,coguntur. Ep.69.b. Tu interea ceſſabis.

Interemptio, tionis. clades, internecio. pro Pomp. 9.b. Iter in Hiſpaniam Gallorum interemptione patefactum eſſe.

Intereo,is.morior.de N.66.b.Non intelligo quomodo calore extincto corpora intereant, non intereant aut humore aut ſpiritu amiſſo. Att.35.b.Vt poſſe uideremur ſine dolore interire. de N.67.a.Ignem interiturum eſſe niſi alatur. Q.Fr.295.a.Cum id quod dabatur non eſſet interiturum.pro Arch.187.a.Tabulæ publicæ omnes tabulario incenſo interierunt.Att.7.b.Literas aut interire, aut aperiri, aut intercipi. de Fin.99.b.Vt interit magnitudine maris Aegei ſtilla muriæ.Ac.44.b.Nihil ualentius à quo intereat.& ibi.a.Eoq́; etiam interire non in nihilũ, ſed in ſuas partes.pro Mur.130.a. Maiores ſacra interire noluerunt.& ibi.Interimendorum ſacrorũ cauſa. pro Domo 220.b. Quid?ſacra Clodiæ gentis cur intereunt, quod in te eſt?

Intereſt,rat.refert,ad rem eſt, differt,diſtat.In A.246 a.Id potißimum faciam,quod maximè intereſſe reip.iudicabo.pro Mur.125.a.Oſtendam alio loco,quantum ſalutis cõmunis interſit,duos conſules eſſe,&c.Ep.55.a.Multum intereſt rei familiaris tuæ,te quàm primùm uenire. de Fin.79.b.Intereſt omnium rectè facere. Q.Fr.309.b. Hoc uehementer intereſt reip.de L.177.b.Ciuitatum hoc multarum in Græcia interfuit, antiquum uocum ſeruare modum. In A.157.a. Quis enim eſt hodie, cuius interſit hanc legem manere?pro Mil.112.a.Semper Milo quantũ intereſſet P.Clodij,ſe perire cogitabat. At.231.b. Cupio excurrere in Græciam,magni intereſt Ciceronis,uel mea potius,uel me herculè utriuſq́;,me interuenire diſcenti. & 205.a.Magni intereſt mea,unà nos eſſe. Ep.33.b. Vtriuſq; noſtrûm magni intereſt,ut te conueniam. de Clar. 188.a.Athenienſium plus interfuit firma tecta in domibus habere,quàm,&c.& ibi.Plus intereſt reip. caſtellum capi,quàm,&c.At.158.a.Nihil illius intereſt,quod in ſenatum non uenis.& 48.b.Non quo mea intereſſet loci natura.At.183.b.Illud mea magni intereſt,te ut uideam. pro Syl.182.a.Veſtra enim,qui uixiſtis, &c.hoc maximè intereſt.At.38.a.Permagni noſtra intereſt,te eſſe Romæ.& 122.a.Scio quanti reipub.interſit,omnes copias in unum locum conuenire. & 126.a. Magni intereſt reipub.omnes copias,&c.& 143.b.Permagni eius intereſt, rem ad interregnum uenire.pro Cl.49.a.Nec ſua putat intereſſe,ſe,&c.Ep.85.a.Non tantum intereſt, quo animo ſcribatur,quàm quo accipiatur.Ep.30.a.Quod mea & reip. intereſt.Ep.19.a.& de In.49.a.Si quid eſt,quod eos ſcire aut noſtra aut ipſorum interſit. Ep.202.a.Quod mea intelliges multum,tua nullam in partem intereſſe.pro Pl. 262.b.Hic è præfectura Atinati non tam honorata,quantum intereſſe uis ad rationem petendi.de N.3.b.Magni intereſt ad decus & ad laudem ciuitatis,ita fieri. Ep.257.a. Magni ad honorem noſtrum intereſt, quàm primùm ad urbem te uenire. & 67.b.Equidem ad noſtram laudem non multum uideo intereſſe,ſed ad properationem meam quiddam intereſt,non tè expectare,&c.Epiſt.29.b. Magni enim uidebatur intereſſe ad eam neceßitudinẽ, quam nobis ſors tribuiſſet,conſuetudinem quoq; accedere. Tuſ. 153.a.Non ſentientis autem nihil eſt ullam in partẽ quod interſit.At.172.b.Neq; ad id quod quæris multum intereſt.de Ar.246.b.Ad facinoris diſquiſitionem intereſt,adeſſe quàm plurimos.At.276.a.Magnopere intereſt, opprimi Dolobellam. de D.128.a.In motibus cœli multum intereſt,qui uentus,qui imber,&c.id eſt,refert. Ep.187. a. Multum intereſt te uiuere. de Som.120.a.Quid autem intereſt,ab his qui poſtea naſcentur,ſermonem fore de te, cum ab iſs nullus fuerit,qui antè nati ſunt?contra Rul.70 a.Leges ſunt ueteres,neq; eæ conſulares, ſi quid intereſſe hoc arbitramini,ſed tribunitiæ,&c. de N.78.a.Ad proſperam aduerſam'ue fortunam qualis ſis,aut quemadmodum uixeris,nihil intereſt. de Fin.83.b. Nihil intereſt ad beatè uiuendum,quali utaris cibo.cõtra Rull.80.b. Nihil intereſt reip.colonia deducatur nec ne. At.208.a. Quod ſi latius uolent proferre diem,poterunt uel biduũ uel triduum,uel ut uidebitur:nihil enim intereſt.de N.75.b.Nihil intereſt,utrum nemo ualeat,an nemo poßit ualere.Epiſt.43.a.De ambitu an de maieſtate, nihil ad rem intereſt. Or.201.b.202.a.In philoſophia plurimum intereſt, quemadmodum dicas,&c.Epiſt.208.a. In omnibus rebus permultum intereſt,quibus illæ modis fiant. At.66.b.Mihi nihil uidebatur eſſe,in quo tantulum intereſſet, utrum per procuratores ageres an per te ipſum.Ep.175.a.Permagni intereſt,quo tempore hæc epiſtola tibi reddita ſit. Att.83.b.Quid autẽ interſit, ſi tuos digitos bene noui,certè habes ſubductum.Item:Nihil intereſt,utrum ita ſcribas, ſi uter, &c.an ſi,&c. & quid intereſt utrum hoc feceris, an frumẽtum furatus ſis?Ep.8.a.Multum intereſt,utrum laus minuatur,an ſalus deſeratur.Or.218.a.Nihil intereſt dactylus ſit extremus,an creticus. & ibid.Nihil refert.& ibi.Nihil ad rem eſt.Parad.119.a.Nauem auri euertat gubernator an paleæ,in re aliquantum,in gubernatoris inſcitia parum intereſt.Poſtquam.207.a. Cum hoc homine

aut cum ſtipite æthiope in foro conſtitiſſes, nihil crederes intereſſe. de D.120.b. Quaſi uerò quicquam interſit, mures ſcuta an cribra corroſerint. de L.167.a. Hæc ne minimum quidem utrum adſint uel abſint intereſt. Att.119.a. Quaſi interſit audiam an uideam.

Intereſt. differt, diſtat, differentia uel diſcrimen eſt. de Orat.131.b. Tantum intereſt, quod grauitas in honeſtis rebus, iocus in turpiculis ponitur. de Fin.100.b. Inter eas res nihil omnino intereſt. Epiſt.77.b. & 81.a. Inter cauſas multum intereſt, inter uictorias nihil interfuturum puto. de Or.116.a. Non eſt credibile quid intereſſe mihi uiſum ſit inter eum, qui, &c. & qui, &c. In V.60.a. Vide quantum interfuturum ſit inter meam atq; tuam accuſationem. Att.14.b. Neq; inter me atq; te quicquam intereſt, præter, &c. Tuſc.234.b. Inter Zenonem & Peripateticos nihil præter uerborum nouitatem intereſſe. In P.82 b. Inter uos & Catilinam nihil intereſt. de Or.161.a. Plurimum intereſt inter doctum & rudem. & de N.5.a. Plurimum intereſt inter hoc & illud. & 64.b. At.128.a. Hoc inter me & illos intereſt, quod ego, &c. illi, &c. Poſtquã. 200.b. Hic tantum interfuit inter me & inimicos meos. Off.3.a. Inter hominem & belluam hoc maximè intereſt, quod hæc, &c. homo autẽ, &c. de Fat.144.a. Sed intereſt inter cauſas fortuitò antegreſſas, & inter cauſas naturales, &c. de Fin.55.a. Intereſt enim inter argumentum concluſionemq; rationis, & inter mediocrem animaduerſionem atque admonitionem. pro Seſt.22.a. Atque inter hanc uitam & illam, nihil tam intereſt, quàm uis & ius. Acad.21.a. Nullum eſt uiſum uerum à ſenſu profectum, cui non appoſitum ſit uiſum aliud, quod ab eo nihil interſit. & 8.a. Qui uera negant quicquam à falſis intereſſe. Acad.10.b. Viſa inter quæ nihil intereſt. & 11.a. Neq; in his quicquam intereſt. de Finib. 95.b. Nihil eſſe quod interſit aut differat aliud ab alio, præter honeſta & turpia. Attic.156.b. His deniq; in malis, quid interſit inter me & iſtos, quos, &c. pro Plan.261.b. Et quo plus intererat, eo plus aberat à me. In C.99.b. Dummodo inter me atque te murus interſit. Poſt.208.a. Nec unam quidem horam intereſſe paſſus es, inter meam peſtem & tuam prædam.

Interfector, oris. percuſſor, thrax. Poſt.204.b. Si hoſtes atq; interfectores reip. reuixiſſent. & In A.159.b. Vt nõ modò impunè, ſed etiam cum ſumma interfectoris gloria interfici poſsit. & pro Mil.115.a. & 117.a. Tyb. Gracchi interfectores.

Interficio, cis. ferro uitam eripio, morte mulcto, interimo, mortem offero. pro Domo 225.a. Quod eum totiens per inſidias interficere uoluiſtis. & Attic.207 a. pro Cluent.22.a. Deinde ipſum Aurium tollendum interficiendumq; curauit. Epiſt.157.b. Is manus ſibi afferre conatus eſt. de Clar.172.a. Cum in ſylua facta cædes eſſet.

Interiectio, onis. interpoſitio ad Her.2.b. Et tamen occultè dicemus, interiectione uerborum.

Interiectus, a, um. medius, interpoſitus. Parad.117.a. Quid inter horum ætates interiectus Cato? I.A.243.a. Inter has perſonas me interiectum moleſtè ferunt. de Cl.185 a. L. Siſenna interiectus inter duas ætates Hortenſij & Sulpitij. de N.39.a. Aer interiectus inter mare & cœlum. de Som.n129.b. Et in ipſis quaſi maculis ubi habitatur, uaſtas ſolitudines interiectas uides. cõtra Rul.83.b. Videte quantum interuallum ſit interiectum inter hoc & illud. ad Heren.6.b. Narratio accuſatoris ſuſpiciones interiectas & diſperſas habere debet. de Orat.243.a. Alij eis interiecti & tanquam medij. Orat.199.a. Quod eorum uicini non ita lato interiecto mari Rhodij nunquam probauerunt. pro Seſt.14.b. Videtis me ad priſtinam meam dignitatem breui temporis dolore interiecto eſſe reuocatum. de Pro.72.b. Annus eſt integer nobis expectandus, quo interiecto ciuium calamitas prorogatur. de Fin.88.b. In uoluptate maxima nullo interuallo interiecto, dies noctesq; uerſari. de Fin.67.a. Interiectam non uides. Off.19.a. Multi ſunt interiecti inter philoſophos & eos qui remp. adminiſtrant. Or.198.b. Eſt autem quidam interiectus intermedius utriuſq; particeps.



Interiectus, ctus. interiectio. de N.46.b. Luna interpoſitu interiectuq; terræ deficit.

Interijcio, cis. l. Interiectus. de Vn.198.b. Idq; interiecit inter indiuiduum, & id quod diuiduum eſt in corpore. de D.109.a. Interiectus eſt etiam nuper is, quem ad Atticum de ſenectute miſimus. de N.55.a. Naſus quaſi murus oculis interiectus eſt.

Interim. interea, tantiſper, hoc interim ſpacio. de Or.141.a. Hoc interim ſpacio conclaue illud concidit. At. 109.b. Interim uelim mihi ignoſcas, quod ad te ſcribo tam multa toties. Tuſc.255.b. Interim, interea, tantiſper. pro Lig.137.b. Interim Varus Vticam uenit, &c. & pro Cluent.21.b. Interim uenit index, &c. & Epiſt.151.a. Interim ad me uenit Munatius noſter. pro Clu.25.b. Tũ interim illa. &c.

Interimo, imis. interitum affero, interficio. de N.12.a. Si quæ interimant innumerabilia ſunt, etiam ea quæ conſeruent infinita eſſe debere. & 70.b. Mercurius qui Argum dicitur interemiſſe. & pro S.R.24.a. Qu. Scæuola à ciuibus ſuis interemptus eſt. de Fin.78.b. Lucretia ſeipſam interemit. pro Mil.119.b. Me quidem exanimant & interimunt hæ uoces Milonis. pro Mur.130.a. Horum ingenio ſenes ad coemptiones faciendas interimendorum ſacrorum cauſa reperti ſunt.

Interior, us. de N.7.a. Nihil eſt interius mente. & Acad.6.b. Tactus, quem philoſophi interiorem uocant. Offic.11.b. Interius eſt etiam, eiuſdem eſſe ciuitatis. de Orat.128.a. Interior eſt ille proprius: id eſt, magis attingit hominem. Off.65.b. Societas, quæ latiſsimè patet, interior, propior. de Somn.131.a. Quod animal eſt, id motu cietur interiore. pro Pomp.16.a. Regna interiorum nationum. In A.196 b. & pro Seſt.7 b. In interiore ædium parte totius reip. nundinæ. Q.Fr.321.a. Quod interiore epiſtola ſcribis, &c. de Diuin.134.a. Sed hæc quoq; in promptu, nunc interiora uideamus. pro Dom.241.a. Illa interiora iam ueſtra ſunt. In Sal.275.a. Salluſtius Africam interiorem obtinens. Q.Fr.300.b. Interior uicinus. de N.67.b. Interiores & reconditæ literæ. Ep.111.a. Opus eſt hic limatulo & politulo tuo iudicio, & illis interioribus literis meis, quibus ſæpe uerecundiorem me in loquendo facis. de Or.160.b. Oratio ne inſiſtat interius, ne excurrat longius.

Interitus, tus. occaſus, obitus. In C.115.a. Aruſpices legum interitum & urbis occaſum appropinquare dixerunt. Tuſc.163.a. Eſt enim interitus, quaſi diſceſſus & ſecretio ac diremptio earũ partium, quæ ante interitũ iunctione aliqua tenebantur. de D.116.a. Natura omniũ interitus atq; obitus conficit. de Fin.70.b. Qualis eſt iſta philoſophia, quæ non interitum afferat prauitatis? pro Syl. 173.a. Cum ad occaſum interitumq; reipub. Catilina dux eſſet conſtitutus. de Natur.15.a. Epicurus corporum concretionem fugit, ne interitus & diſsipatio conſequatur.



& I.C.99.a. Qui de noſtro interitu & urbis exitio cogitent. de N.66.b. Ad quem dolor uenit, ad eundem interitum uenire. de Clar.175.b. Gracchi immaturus interitus. Ep.153.b. Acerbiſsimo interitu conſulũ. At.125.a. Vniuerſe interitus. Tuſc.167.b. Toto animante deleto & facto interitu uniuerſo. de D.95.a. Cum interitum exercitus nunciauiſſet.

Interlitus, ta. lineis uel lituris inductus. pro Cluen.36. b. Codex C. Verris, qui tum interlitus proferebatur. In V. 129.b. Tabulæ ſunt in medio, quæ ſe corruptas atq; interlitas eſſe clamant.

Interluceo, ces. eluceo, emineo. ad Her.22.a. Vt loci diſtinctè interlucere poſsint.

Intermedius, a, um. medius. Or.198.b. Eſt autem quidam interiectus, intermedius, & quaſi temperatus, nec acumine poſteriorum, nec fulmine utens ſuperiorum, uicinus amborum, in neutro excellens, utriuſq; particeps, uel utrius potius expers.

Interminatus, a, um. infinitus. de N.12.a. Immenſa & interminata in omnes partes regionum magnitudo.

Intermiſsio, onis. intercapedo. de N.24.a. Deum ſine ulla intermiſsione pulſari agitariq; incurſione atomorũ. Ep.101.b. Neq; alia fuit ulla cauſa intermiſsionis literarũ niſi quod ubi eſſes planè neſciebam. Of.5.a. Ab actione ſæpe fit intermiſsio. de Am.97.a. Vt nulla intermiſsio fiat officij. de D.137.b. Nunc propter intermiſsionem forenſis operæ lucubrationes detraxi, &c.

Intermiſſus, a, um. interiectus, derelictus. pro Mur. 132.b. Dies intermiſſus, aut nox interpoſita ſæpe perturbat omnia. de D.92.a. Itaq; ludis intermiſsis, inſtauratiui ſunt conſtituti. de Or.156.b. Verba ab uſu quotidiani ſermonis iandiu intermiſſa. Off.37.b. Acriores morſus ſunt intermiſſæ libertatis quàm retentæ.

Intermitto, tis. interdum conquieſco, intermiſsionem uel intercapedinem facio.)(. Retineo. Or.200.a. In maximis occupationibus nonnunquã intermittis ſtudia doctrinæ. Ep.72.b. Intermittere conſuetudinem priſtinam. de Ar.252.a. Intermittere iuriſdictionẽ. Att.152.a. Ne quem diem intermitterem, has dedi literas. Attic.128.b. Vt ne quis à me dies intermittatur, quin dem ad te literas. Attic. 112.a. Vt ab urbe diſceſsi, nullum intermiſi diem, quin, &c At.72.a. Nec tui mentionem intermitti ſinimus. de Orat. 97.b. Cum remiges inhibuerunt, retinet tamen nauis motum & curſum ſuum intermiſſo impetu pulſuq; remorũ. de N.12.a. Nullo puncto temporis intermiſſo uerſari circum axem cœli, &c. contra Rull.64.b. Vectigal quod amiſsis alijs remanet, intermiſsis non cõquieſcat. de D.96. a. Gallos gallinaceos ſic aſsiduè canere cœpiſſe, ut nihil intermitterent. Epiſt.158.b. Neq; ille intermittit affirmare ſe uenturum. Ep.101.a. Mirabar quid tu mihi literas mittere intermiſeras. Tuſ.162.b. Cœlum ſuo tempore non intermittit niteſcere. de Or.163.a. Continenti ſpiritu.)(. Intermiſſo ſpiritu.

Intermorior, ris. pereo, morior. Epiſt.91.a. Si nullum officium tuum apud me intermoturum exiſtimas. Bythinici.

Intermortuus, a, um. demortuus. In P.82.b. Vos eandem illam manum ex intermortuis Catilinæ reliquijs concitaſtis. pro Mur.127.b. Memoriam propè intermortuam generis ſui uirtute reuocare. pro Mil.103.b. Declarant huius ambuſti Tribuni Plebis, illæ intermortuæ conciones.



Intermundia, diorum. de Fin.80.a. Indiuidua & intermundia, quæ nec ſunt, nec eſſe poſſunt, intelligimus. de Natur.5.b. Tanquam modò ex Epicuri intermundijs deſcendiſſet.

Internecinus, na, num. inexpiabilis, crudele, ubi neceſſe ſit omnes necari & occîdi. In A.* Internecinum bellum.

Internectus, cta, ctum. In A.259.b.* Internecti nota, &c.

Internicio, onis, uel internecio. uniuerſi interitus, occiſione occîdi. pro Dom.226.a. Viciſſem cum magna internicione improborũ. & pro Syl.173.a. Internicione ciues liberaui. I.C.116.b. Quæ diſſenſiones non reconciliatione cõcordiæ, ſed internicione ciuiũ dijudicatæ ſunt. At. 35.a. Neq; reſiſti ſine internecione poſſe arbitramur. de N.78.a. Qui nam Tantalidarum internecioni modus paretur. I.V.175.b. Aratorum internitio facta nulla eſt.

Internoſco, ſcis. ſecerno, diſcerno. de Orat.141.a. Quos cum humare uellent, non potuerunt obtritos internoſcere. & pro S.R.27.b. de Diuin.135.a. Quæ ſi alia uera, alia falſa, qua nota internoſcantur, ſcire uelim. Acad.7.a. Internoſcere uerum à falſo. de Amic.113.b. Secerni blandus amicus à uero & internoſci poteſt adhibita diligentia. ad Her.13.a. Qui dignum atq; indignum internoſcere nequeunt.

Internuncius, cij. interpres. Ep.153.b. Aſsiduis internuncijs cum Lepido egi, ut, &c. Oct.331.b. Quæ quidem me internuncio ad illos celeriter deferentur. In V.238. b. Damnatorum uitam à prætore uel ipſo carnifice internuncio redimi. I. A.248.b. Augures interpretes internuncijq; Iouis. de D.123.b. Hæ ſunt igitur aues internunciæ Iouis, quæ, &c.

Interpellatio, onis. interuentus. Part.232.b. Interuentus alicuius aut interpellatio. & de Or.162.a. & Q.Fr. 313.a. de Pro.72.b. Interpellatio mei familiaris, qua paulo antè interrupta eſt oratio mea.

Interpellator, oris. interuentor. Attic.244.b. Sed interpellatores illic minus moleſti. Offic.63.b. Dictitat ſe hortulos emere uelle, ubi ſe oblectare ſine interpellatoribus poſsit. Epiſt.92.a. In literis ſine interpellatore uerſor. ad Her.9.a. Dialectici alieni ſermonis moleſti interpellatores.

Interpello, as. interrumpo, impedimento ſum. At.26. a. Hic ſum ubi me interpellat nemo. Tuſc.151.b. Sed nihil interpellabo, continentem orationem audire malo. de N. 72.b. Tum Balbus, interpellare te, inquit, Cotta nolo. I.V. 233.a. In quo, ut aliquid eſſet moræ, multi interpellant. Ep.172.a. Interpellẽt me, quo minus honoratus ſim, dum ne interpellent, quo minus reſp. à me commodè adminiſtrari poſsit. At.229.b. Interpellantibus his inimicitijs animus tuus mihi magis patuit quàm domus. Q.Fr.312.b. Tu metuis ne me interpelles? primum ſi in iſto eſſem, tu ſcis quid ſit interpellare. & ibi. Tu uerò ut me & appelles, & interpelles, & obloquare & collocare uelim. de Or.133. a. Odioſè interpellare aliquem. & de Pro.77.b. Interpellari ab aliquo. Ep.180.b. Cæſar nunquam interpellauit, quin quibus uellem, &c. uterer. Att.18.a. Sed hæc tota res interpellata bello refrixerat. In V.90.b. Quod in priore actione interpellauit Hortenſius. Ep.129.a. & 157.b. Vi nulla interpellante.

Interpolo, as. renouo. Q.Fr.313.a. Appius uult, inquã, renouare honores eoſdem, quo minus togam prætextam quotannis interpolet. In Ver.108.a. Tollendo quod eſſet,

ſemper aliquid demendo,mutando,curando ne litura appareat,interpolando.

Interpono,nis.interijcio,in medio colloco. de Orat. 132.b.Sæpe etiam uerſus interponitur, uel ut eſt,uel paululum immutatus. ad Her.19.b. Mediocres argumentationes interponi & in medio collocari oportet. de In.48. a.Digreſsio extra cauſam interponitur, aut criminationis cauſa,aut, &c.& Or.202.b.Interponere conciones. I.A.261.a.Hæc interpoſui P.C.ut me purgarem. de Am. 96.a. Quaſi enim ipſos introduxi loquentes, ne inquit & inquam,ſæpius interponeretur.Or.211.a.Vt etiã modo niſi autem interpoſuiſſem,concurriſſent. In V.177.a. Cum hoc palàm Decumani loquerentur, tuumq; nomen in re tam turpi nefariaq; interponerent.ad Her.8.a.Maiores uoluerunt certis in rebus interponi quæſtiones. In V.72.a. Niſi iſta tua potentia in hac cauſa interponeretur.pro S.R.51.a.Cur in re tam ueteri noua hæc reſtipulatio interponitur? Q.Fr.325.a. & In V.99.a. & Attic. 268.a. De Aſcanione tu uerò quod uoles facies, me nihil interpono.pro Mil.106.a.Clodius uocabat tribus, ſe interponebat,&c. & In A.162.a. Quid enim interponerem audaciæ tuæ?quam nullæ leges poſſunt coercere. In V.58.a.Cur te interponis inuitiſsimis his,quibus,&c.Ep. 160.b.161.a. Sapientius facies, ſi te in iſtam pacificationem non interpones.pro S.R.37.b.In rem aliquam fidem ſuam interponere.& de Cl.172.a.Luſitani contra interpoſitam fidem interfecti.Or.219.a.Inter quas uarijs clauſulis interponit ſe rarò numeroſa comprehenſio. de D. 139.a.Proprium eſt Academiæ,iudicium ſuum nullum interponere. Attic.121.a.Hæc ſcripſi ſedato animo, nullum meum iudicium interponens, ſed exquirens tuum. In V.64.b. Pro aliquo inimicitias ſuſcipere, ad periculum accedere,operam,ſtudium,laborem interponere. In A.204.b.205.a. Quæ cum uiderem,nullam moram interponendam inſequendi M.Antonium putaui. Acad. 39.a.Quod cum audiſſemus,nullam moram interponendam putauimus,quin uideremus hominem, &c. de Leg. 172.b.In iureiurando dij immortales tum iudices,tum teſtes interponuntur.de In.72.a.Non oportuit antè ſupplicium quàm iudicium interponere. ad Her.10.a. Deinde interponetur ab accuſatore ſuſpicio ex coniecturis. Attic.263.a.Si ea decreta Coss.quæ de Cæſaris actis interpoſita ſunt,non ſeruantur, magnam perturbationem fore. & 64.b. Obnunciationibus per Scæuolam interpoſitis. In V.132.b. Qui ab Siculis ob decreta interponenda pecuniam accepit. & 157.b. Acerbiorem legem & duriora edicta interpoſuit. & 122.a. Iſte pœnis compromiſſisq; interpoſitis H S.C C C extorſit.Attic.112.a. Poſtulata hæc ab eo interpoſita ſunt, quo minus quod opus eſſet ad bellum, à uobis pararetur. In A. 201.b. Qui iſtum nondum interpoſita authoritate ueſtra ſuo conſilio & iudicio ut hoſtem arcuit. Epiſt. 7. a. Offenſionem eſſe periculoſam propter interpoſitam authoritatem religionemq; uideo. In P.80.a. Ego interpoſitam ſenatus autoritatem ſuſtinui.pro Syl.185.a.Vos reiectione interpoſita repentini iudices conſediſtis.I.P.90.a.Lentulus prouinciam, quam ſorte habebat, interpoſita religione depoſuit.

Interpoſitio,onis.interiectio. Ep.265.b. Vna omnino interpoſitio difficilior eſt,de quadrimo Catone. & de N.43.b.Cum perſonarum certarum interpoſitione.

Interpoſitus,a,um.intermiſſus,interiectus.pro Mur. 132.a.Dies intermiſſus aut nox interpoſita ſæpe perturbat omnia. & de Clar.172.a. Paucis interpoſitis diebus iterum Lælius dixit,&c.de Clar.185.b. Multis inter noſtrum tuumq; initium dicendi interpoſitis oratoribus. In A.162.a.Literas ad ſe ab amico miſſas offenſione aliqua interpoſita in medium protulit. pro Cluen.18.b.Vehementes habeat repentinos impetus,ſpacio interpoſito & cauſa cognita conſeneſcat. Q.de Pet.213.b.In hoc maximè uicioſa eſt ciuitas,quod largitione interpoſita uirtutis obliuiſci ſolet.

Interpoſitus,tus.interiectus.de N.46.b.Luna interpoſitu interiectuq; terræ deficit.

Interpres,tis.explanator,internuncius,coniector. de Diuin.104.b.Ea quibus bene percepta ſunt,hi non ſæpe falluntur,malè percepta maleq; interpretata falſa ſunt, non rerum uicio, ſed interpretum inſcitia. de D.119.b. Quid autem uolunt ea ſignificantes, quæ ſine interpretibus nõ poſſumus intelligere.de D.104.a.Quia erant multa obſcura,multa ambigua,explanationes adhibitæ ſunt interpretum. Offic.2.a.Sequimur igitur in hac quæſtione potiſsimum Stoicos, non ut interpretes, ſed, ut ſolemus, è fontibus eorum,iudicio arbitrioq; noſtro quantum quoque modo uidebitur hauriemus. de Opt.244.a.Nec conuerti ut interpres, ſed ut orator ſententijs iiſdem & earum formis tanquam figuris. de D.87.b. Grammatici interpretes poetarum. & 88.b.Interpres portentorum, qui Galeotæ tum in Sicilia nominabantur.de N.9.b.Chryſippus Stoicorum uaferrimus interpres.I.A.248.b. Augures qui Iouis optimi maximi interpretes internuncijq; ſunt. pro Cluen.45.b.Legum interpretes iudices. de D. 121.a.Coniector quidam & interpres portentorum. & 133.b. Tum auis illa uideri poſsit interpres & ſatelles Iouis.de D.127.b.Aſtrologi interpretes cœli. de D. 135.b. Si Pœni in ſenatu noſtro ſine interprete loquerentur. de D.132.a.Vt interpres egeat interprete. de N.54.b. Senſus interpretes & nuncij rerum. de Leg. 162.a. Mentis interpres eſt oratio.de In.79.b.Interpres uoluntatis alicuius.Or.211.b.Interpres auguriorum.& de N.60.b. Interpres Sibyllæ.& Top.221.a.Interpres iuris. In V.166. a. A.Varius eſt in Sicilia interpres,quo iſte interprete nõ ad Græcam linguam,ſed ad furta & flagitia uti ſole bat. pro Cec.295.a.Teſtamento ſi recitatus hæres eſſet pupillus,iſq; iam annos uiginti haberet,uobis interpretibus amitteret hæreditatem. de Fin.145.b. Ita quemadmodum in ſenatu ſemper eſt aliquis,qui interpretem poſtulet, ſic iſti nobis cum interprete audiendi ſunt. Ep.104.b.Nullã artem literis ſine interprete & doctore et ſine aliqua exercitatione percipi poſſe. At.278.b.Cæſarem quidam fallacibus interpretibus ac nuncijs impulerunt in ſpem conſulatus. In V.211.a.Per amicos & interpretes agere aliquid.I.V.71.a.& 130.b.Qui aut ſequeſtres aut interpretes corrumpendi iudicij ſolent eſſe. Ep.153.b.& 150.b. Quo ego interprete nouiſsimè ad Lepidum ſum uſus.

Interpretatio,onis.notatio,etymologia. Off.7.b.Nimis callida, ſed malicioſa iuris interpretatio. & 47.a. Iuris ciuilis cognitio & interpretatio. & contra Rull. 67.a.Verbi uis & interpretatio. pro Corn.62.b. In quo erat accuſatoris interpretatio indigna reſponſione, qui ita dicebat,Comiter eſſe Communiter,quaſi uerò priſcum aliquod aut inſolitum uerbum interpretaretur. & ibi.de interpretatione uerborum. Part.241.b. Verbi interpretatione ſe defendere.& ibi.& de Orat.100.b.Deprauatione uerbi urgeri. de Or.87.a. Neq; ea interpretatione mea, aut ornatius explicari, aut planius exprimi poſſunt.& 101.b.Senectuti uerò ornandæ quod honeſtius poteſt eſſe perfugiũ quàm iuris interpretatio?de Or. 132.b.Interpretatio nominis habet acumen,ut Neoptolemus.de Opt.144.b.Cauſa habens interpretationem legũ ſatis acutã.de Or.96.b.& 119.a.Controuerſia, uel contẽtio ex ſcripti interpretatione.pro Cor.57.b.An cuius linguam populi nõ noſſet,interpretationem fœderis non tenebat? de D. 88.b. Somnia Antiphontis interpretatione explicata.& 89.b. Eius igitur ſomnij,quæ ſit à coniectoribus interpretatio facta uideamus.

Interpretatio.ornamentum Rhet.ad Her.33.a.Interpretatio eſt,quæ exponit id quod poſitum eſt, alio uerbo quod idem ualeat, hoc modo:Remp.radicitus euertiſti, ciuitatem funditus deieciſti.

Interpretor,aris.interpretationẽ facio, expono, interpretatione explico,explano,explico,rem obſcurã explano,intelligo,nomen alicuius rei non adiungo, & eandem tamen ſententiam teneo,auguror,ſi fatum dicam quod ex æternitate uerum ſit.Off.33.b.Nec quicquam aliud eſt philoſophia,ſi interpretari uelis,quàm ſtudium ſapientiæ. de Cla.178.a.Interpretando explanare rem obſcuram. de Fin.68.b.Animaduerte igitur rectè ne hanc ſententiam interpreter.de Fin.130.b.Secundum naturam uiuere, quod ita interpretamur,uiuere ex hominis natura undiq; perfecta,& nihil requirente.de Fin.85.b.Epiſtolam eius,quam modò totidem ferè uerbis interpretatus ſum.de Am.99.a. Iam uirtutẽ ex conſuetudine uitæ ſermoniſq; noſtri interpretemur,nec metiamur eam,ut quidam indocti,uerborũ magnificentia.de Leg.158.b.Qui ius interpretari populo & reſpondere ſoliti ſunt. de Leg.171.b. In ipſo nomine legis interpretando ineſt uis & ſententia iuſti, & iuris colendi.I.A.223.a.In legibus interpretandis & æquitate explicandis.de In.78.a.Iudicem legi parêre,non interpretari legem oportet.Tuſ.198.b.Rectè ne interpretor ſententiam tuam? id eſt, rectè ne intelligo,&c.At.250.a.Tuam epiſtolam interpretari ipſe uix poterã.& 147.a. Rogaui ut interpretaretur,quid eſſet quod ille ſcriberet, conſilio meo ſe uti uelle.I.A.195.b. Sed uerecundus augur ſine collegis de auſpicijs non interpretaretur. pro R.P.127.a. Conſilium ex neceſsitate,uoluntatem ex ui interpretari. de N.24.b.Euemerus,quem noſter & interpretatus & ſecutus eſt Ennius.Off.45.b.Panætius,quem multum in his libris ſecutus ſum,non interpretatus.de Or.97.b. Omnes bonarum artium ſcriptores ac doctores,et legendi,& peruolutandi,& interpretãdi.de Fat.144.a. Verborum uim interpretari.& 146.a.Licet etiã immutare,ut fati nomẽ non adiungas et eandẽ tamen ſententiã teneas: hoc modo, &c.pro Cor.61.b.Quaſi uerò priſcum aliquod aut inſolitum uerbum interpretaretur.de D.99.a.Hetruria ſcientiſsimè interpretatur,quid quibuſq; oſtendatur portentis. de D.87.a.Quorũ omnium interpretes ut grammatici poetarum,proximè ad eorum quos interpretantur diuinationem uidentur accedere.de D.82.b.Exta pecudũ,aut monſtra,aut fulgurum interpretantium.& 80.b. In monſtris interpretandis procurandiſq;.l.Procuro.de D.90.a.Somnia, quæ magi Cyro interpretati ſunt,ex Dionyſij perſici libris. de D. 91.b. Ex quo illud ſomniũ ita interpretatum eſſe,ut,&c.cum,&c.I.A.160.a.Hoc uos per deos immortales,quale ſit non interpretamini? de In.77.b. et ad Her. 9.a.Interpretari uoluntatem alicuius ex aliquo facto uel euentu.de N.75.b.Bene dicta malè interpretari. & ibid. Peruerſè philoſophorũ diſputationẽ interpretari. de N. 71.b.Veſtri hæc confirmant interpretando quorſum quicque pertineat. At.41.b.Veremur ne interpretentur illud oppidum ab Italia non ſatis abeſſe.de N.84. b.Hoc nõnulli ridiculè interpretantur,qui me idcirco putent bene audire uelle,ut ille malè audiat.pro Plan.270.a.Si uerò hoc quod accidit interpretari uelis.pro Mur. 139.b. Quod atrociter in ſenatum dixiſti,aut non dixiſſes, aut mitiorem in partem interpretarere. pro Cecin. 302.a. Tu hoc idem (quod ego dico)interpretabere.de Ar. 252.a. Verba quæ ex Hetruſcis libris in te conuerſa,& interpretata dicuntur. At.274.b.Itaq; id ſenatuſconſultum pleriq; interpretantur etiam ad duos captiuos pertinere. At.262.b. Sic uelim exiſtimes,me de tua liberalitate ita interpretaturum, ut tuo ſummo beneficio me affectum putem. & 95. b. De Triario bene interpretaris uoluntatem meam. de Ar.252. a.Hoc quod ſit non facilè interpretor. pro Dom.239. a. Quæ ſi tu interpretaris de noſtris ædibus ſcripta eſſe,non repugno.de Cl.165.a.Si tanquã illi ipſi acerbitatis aliquid acciderit,dolemus ſummã eius felicitatem,non ſatis animo interpretamur.de Fin.93.a. & Acad.43.b. & ad Her.9. a.De ratione interpretandi.Item:In fraudem legis facere, uel fraudem legis fieri,eſt legem interpretari contra eius ſententiam.

Interpũctio,nis.interpunctũ,interductus.pro Mur.129 b.Res enim ſunt paruæ propè in ſingulis literis atq; interpunctionibus uerborum occupatæ.

Interpunctũ,cti.interpunctio, diſtinctio.de Or.159.b. Clauſulas et interpuncta uerborũ,animæ interclusio et anguſtiæ ſpiritus attulerunt.

Interpunctus,a,um.de Or.138.b.Narratio diſtincta perſonis,interpuncta ſermonibus. & 159.a. Clauſulæ interpunctæ in orationibus.Or.201.b.Diſtincta alios & interpuncta interualla delectant.

Interquieſco,ſcis.requieſco.de Cl.172.b.Cum paululum interquieuiſſem.

Interregnum,gni.tempus quo regnum rege uacat,dum creatur nouus.Q.Fr.327.b. Ad interregnum comitia adducta,rumor dictatoris iniucundus bonis. At.143.b. Nam permagni eius intereſt,rem ad interregnum non uenire. Q.Fr.323.a.Res ſpectat ad interregnum.At.107.b.et 143 b.Aut ſi per Tr.pl.non patiatur,tamẽ quieſcat rem adduci ad interregnum. Ep.100.b. Quis enim tot interregnis iure conſultum deſiderat?

Interrex,gis.is qui demortui regis locum tenet, donec alter creatur.At.151.a.Si Sulla potuit efficere ab interrege ut dictator diceretur,& magiſter equitũ,cur hic non poſſit? contra Rul.88.a.L.Flaccus interrex legem de Sylla tulit,ut omnia quæcunq; ille feciſſet,rata eſſent.pro Dõ.221. a.Interrex,quẽ et ipſum patricium eſſe,& à patricio prodi neceſſe eſt.Ep.100.b. Ego omnibus unde petitur, hoc conſilij dederim,ut à ſingulis interregibus binas aduocationes poſtulent.

Interrogatio,nis.de Fat.146.a.Recte genus hoc interrogationis ignauum atq; iners nominatum eſt.

Interrogatiuncula,læ.Parad.116.a.Cato minutis interrogatiunculis quaſi punctis, quod propoſuit, efficit. & de Fin. 107. b. Pungunt quaſi aculeis,interrogatiunculis anguſtis.

Interrogo,as.rogo,quæro,percuntor.Or.209.a. Vt interrogando urgeat,& rurſus quaſi ad interrogata ſibi ipſe reſpondeat. Quin.Fr.308.a.Clodius interrogabat ſuos, quis plebem fame necaret, reſpondebant,Pompeius. Tuſ.160.a.Socrates puſionem quendam interrogat quædam geometrica de dimenſione quadrati. Part. 229. b.

Sic ego te uiciſsim eiſdem de rebus interrogabo. In Vat. 31. b. Quid enim te de hiſpanienſibus furtis interrogem? de Or. 129. a. Hic meus frater à Philippo interrogatus quid latraret, furem ſe uidere reſpondit. & pro Dom. 221. a. Te interrogante augures reſponderunt. I. C. 99. b. Interrogas me, num in exilium? non iubeo. Acad. 20. a. Si quis deus te interroget, &c. utinam quidem roget. Acad. 10. a. Qui ita interrogant, ab his irridentur. & ibi. Interrogari ab aliquo. de Or. 118. b. Interrogari de aliquo. de Fin. 64. a. Socrates percuntando atq; interrogando dicere ſolebat eorum opiniones, quibus cum diſſerebat. de L. 185. a. Cum magiſtratus interrogaſsit: id eſt, interrogauerit.

Interrumpo, pis. interpello, dirimo, deleo. de Pro. 72. b. Interpellatio familiaris mei, quæ paulo antè interrupta eſt oratio mea. de N. 49. a. Contingere idem terræ neceſſe, ut omnibus eius partibus in medium urgentibus nihil interrumpat, quo labefactari poſsit tanta contentio grauitatis & ponderum. Ep. 64. a. Sed multa uarietate temporum interruptum officium cumulatè reddidi. Ep. 251. b. Amicitia longis interuallis temporis interrupta. Ep. 157. b. Ponteſq; quos feceram interrupi.

Interruptè. intercisè, uel inciſim.)( Continenter, perpetuò. de Or. 139. a. Interruptè narrare aliquid.

Interruptus, a, um. intermiſſus, inſiſtens, claudicans, infractus, amputatus.)( Vnus, par, idem, perpetuus, continens, continuatus. de L. 157. b. Nec tam facilè interrupta cõtexo, quàm abſoluo inſtituta. Ep. 14. a. Nõ offendes eundem bonorum ſenſum Lentule, quem reliquiſti, qui confirmatus conſulatu noſtro, nonnunquam poſtea interruptus & afflictus ante Cos. recreatus ab te totus eſt. pro Cæl. 50. a. Interruptis ac morientibus uocibus ſignificare aliquid. de Som. 129. a. Hos qui terram incolunt, interruptos ita eſſe, ut, &c. de Orat. 162. & 163. a. Continuatum.)( Interruptum.

Interſcindo, dis. de L. 171. a. Et à tergo pontem interſcindi iuſsit.

Interſcribo, bis. At. 95. Nam quas multo antè tuas acceperam literas, in quibus ἐπέχε interſcripſeras, quid eſſet mihi faciundum de relinquendo, eæ me pungebant.

Interſeco, as. ad Her. 20. b. Vt eas res inſerere atq; interſecare uideamur in animis auditorum.

Interſeptus, a, um. interclusus. pro Cor. 63. b. Ne interſeptum ſit his iter ad hoc ampliſsimũ præmium ciuitatis. & Tuſ. 158. a. Foramina terrenis concretiſq; corporibus interſepta.

Interſpiratio, onis. reſpiratio. de Or. 159. a. & ibid. b. Aequalibus interſpirationibus utebantur.

Interſum, es. intercedo.)( Deſum. de Sen. 78. a. Sæpe interfui querelis meorum æqualium. At. 237. a. Tu plura audis, & interes conſilijs. de D. 140. b. Non placet Stoicis ſingulis iecorum fiſsis, aut auium cantibus intereſſe deum. Ep. 8. b. & At. 139. a. Melioris ciuis & uiri putabam, quouis ſupplicio affici, quàm illi crudelitati non ſolum præeſſe, uerùm etiam intereſſe. de In. 61. a. Ipſe interfuit & præſens uidit. pro S. R. 24. b. Roſcius ne in conuiuio quidem ullo ferè interfuit. Q. Fr. 310. a. Huic conuiuio Quintus defuit. pro S. R. 36. b. Quibus in rebus intereſſe non poſſumus. pro Clu. 52. a. Hic in teſtamento faciendo interfuit. I. V. 75. a. Intereſſe in conſilijs aliquorum. de In. 54. a. Intereſſe in aliquo negocio. Ep. 219. a. Qua in re ego interfui. de In. 64. a. Ratiocinatio dicitur tum interfuiſſe, cum, &c. & 65. a. Cum cauſa quare peccauerit, non interceſſerit. ad Her. 3. b. Quibus in rebus alicuius firma autoritas



uidebitur interfuiſſe. I. C. 111. a. Tybris inter eos & pons intereſt. I. A. 246. b. Si maria, montes, regionum magnitudines intereſſent, odiſſes eum. de Sen. 90. a. Cuius inter primum & ſextum conſulatum ſex & quadraginta anni interfuerunt.

Intertrimentum, ti. detrimentum. I. V. 103. a. Cum eò ſine ullo intertrimento conuenerat.

Interuallum, li. ſpacium, diuiſio, diſcrimen. de Or. 142. b. Vtendum eſt locis multis, illuſtribus, explicatis, modicis interuallis. Ep. 6. a. Vt quoniam interuallo locorũ & temporum diſiuncti ſumus, per literas tecum quàm ſæpiſsimè colloquar. de Fin. 84. b. Dolor ſi longus, leuis: dat enim interualla & relaxat. Acad. 39. a. Satis eum longo interuallo ad ſuam uillam reduximus. I. V. 236. b. At cum in Italia bellum tam propè à Sicilia, tamen in Sicilia non fuit, quid mirum? ne cum in Sicilia quidem fuit eodem interuallo, pars eius belli in Italiam peruaſit. de N. 36. b. Neq; Mercurius à ſole longius quàm unius ſigni interuallo diſcedit. & ibidem: Lucifer nunquam à ſole duorum ſignorum interuallo longius diſcedit. de Or. 100. b. In Geometria, lineamenta, formæ, interualla, magnitudines. de Vn. 199. a. Interuallum ſeſquialterum, ſeſquitertium, ſeſquioctauum. et ibi. Duplum & triplum interuallum. de D. 127. b. Reliqua uerò tria interualla infinita & immenſa, à ſole ad Martis, inde ad Iouis, ab eo ad Saturni ſtellam. de Vn. 202. a. Fore ut certis temporum interuallis animal oriretur. de N. 7. a. Opinio eſt, natiuos eſſe deos longis interuallis orientes occidenteſq;. ad Her. 20. a. Interualla uocis in loquendo. de Som. 129. a. Illi octo curſus ſeptem efficiunt diſtinctos interuallis ſonos. Tuſ. 156. b. Interualla ſonorum. de Som. 128. a. Sonus interuallis coniunctus imparibus, ſed tamen pro rata portione diſtinctis. de Or. 160. a. Diſtinctio & æqualium & ſæpe uariorum interuallorum percuſsio numerum conficit. & ibid. Numerum in cadentibus guttis, quòd interuallis diſtinguuntur, notare poſſumus. & ibid. Quod metiri poſſumus interuallis æqualibus. Or. 201. b. Diſtincta alios & interpuncta, interualla, moræ, reſpirationeſq; delectant. Or. 214. b. Numerus interuallis, compoſitio uocibus apparet. & ibid. Interuallorum longorum et breuium uarietas. & 216. a. Pedes non ſyllabis, ſed interuallis metiendi. & ibid. Trochæus, qui temporibus & interuallis eſt par iambo. contra Rul. 83. b. Vide quantum interuallum ſit interiectum inter maiorum noſtrorum conſilia, & iſtorum dementiam: illi, &c. hi, &c. & pro Rab. 93. a. Quantum interuallum inter te atq; illum interiectũ putas?

Interuallum. pro tempore, ut tanto interuallo, longo interuallo. quod Verg. dixit: Longo poſt tempore, Cic. multis pòſt annis, dein, longo interuallo poſt, ſemel uſurpauit, quod nimis ſæpe uſurpant noui. pro Mur. 127. b. Ego uerò tanto interuallo clauſtra iſta nobilitatis refregi. contra Rul. 65. b. Perficiam ut huius ordinis autoritas, quæ apud maiores noſtros fuit, eadem nunc longo interuallo reip. reſtituta uideatur. Q. Fr. 323. b. Dierum iam amplius L. interuallo nihil à te literarum. de Clar. 166. a. Quoniam longo interuallo modò primùm te paulo hilariorem uideo. pro Clu. 55. a. Satis longo interuallo pòſt iterum aduocantur. pro Mur. 128. b. Vt cum longo interuallo ueneris, contendas, &c. I. A. 194. a. Hodierno die longo interuallo ad ſpem libertatis exarſimus. At. 282. a. Venio nunc longo ſanè interuallo ad quandam epiſtolam, quæ, &c. At. 177. a. Longo enim interuallo uideo mutata eſſe omnia. contra Rul. 66. a. Me perlongo interuallo propè memoriæ temporumq;



noſtrorum primum hominem nouum conſulem feciſtis. pro S. R. 20. a. Longo interuallo iudicium inter Sicarios hoc primum cõmittitur. I. V. 65. b. Conſuetudo longo interuallo repetita & relata. & 79. a. Longo interuallo ueterem conſuetudinem retuli. & At. 3. a. Et nos longo interuallo uiſeris. Ep. 104. a. Tu ſi interuallũ longius fuerit mearum literarum, ne mireris. I. V. 265. b. Verſabatur in Sicilia longo interuallo alter Phalaris. pro Clu. 32. a. Si cum animis ueſtris longo interuallo recordari illius uitam uolueritis. de Cla. 32. a. Cum res priuatæ longo interuallo iudicijs repetentur. pro Flac. 161. a. Longo interuallo Romam uenis. pro Arch. 186. b. Interim ſatis longo interuallo uenit Heracleam. pro Flac. 156. a. Interim neque ita longo interuallo ille uenit. de Pro. 75. a. An laurea illa amittet longo interuallo uiriditatem? Epiſt. 251. b. Amicitia longis interuallis temporis interrupta. Of. 7. a. Illa quæ quaſi longo interuallo interiecto uidemus. Acad. 148. a. Studia quæ lõgo interuallo intermiſſa reuocaui: id eſt, diu intermiſſa. Epiſt. 251. a. Primùm ut te tanto interuallo uiderem.

Ex interuallo. de In. 51. b. Confeſtim ſequi.)( Ex interuallo ſequi aliquem. de In. 66. a. Confeſtim.)( Ex interuallo. At. 66. a. Et ille latinus ἀττικισμὸς ex interuallo regustandus. Or. 119. a. Interuallo dicere: id eſt, ex interuallo, uel, cum interpoſitione & diſtinctione. ad Her. 2. a. b. Crebris interuallis & diuiſionibus oportebit uti.

Interuenio, nis. de improuiſo uenio. de N. 5. b. Vt hic qui interuenit, ne ignoret quæ res agatur. Top. 227. a. Vt ſi interuentum eſt cum ageretur aliquid. de Or. 110. a. bis. Vereor tamen ne moleſti uobis interuenerimus. Att. 242. b. & ad Her. 4. a. Quam orationẽ cum ingreſſus eſſem, Caſſius interuenit. At. 231. a. Magni intereſt Ciceronis, me interuenire diſcenti. Att. 299. b. Statius interuenit nonnullorum querelis, quæ apud me de illo ipſo habebãtur. ad Her. 4. a. Vlyſſes interuenit, occiſum conſpicatur. I. A. 169. a. Sed citò Curio interuenit, qui te à meretricio quæſtu abduxit. I. A. 179. a. Quid eundem in ſeptemuiratu nónne deſtituiſti? interuenit enim. de Pro. 70. b. Niſi C. Virgilius interueniſſet. pro Clu. 27. a. Cum multi boni uiri ex occulto interueniſſent. Tuſ. 199. a. Dolore non interueniente, aut ſi interueniret, &c. Ep. 98. a. Caſus uiro mirificus quidam interuenit, quaſi teſtis opinionis meæ. de Fin. 61. b. & Tuſc. 233. b. Epicurus exiguam dicit fortunam interuenire ſapienti.

Interuentor, oris. de Fat. 140. a. Quodam liberiore quã ſolebam, & magis uacuo ab interuentoribus die.

Interuentus, tus. inopinatus aduentus. I. C. 112. a. Tum interuentu Pontini pugna ſedatur. & de N. 23. a. Suppeditatio bonorum nullo malorũ interuentu. At. 55. a. Quod uereor ne tardius interuẽtu Varronis noſtri facias. Part. 232 b. Interuentus alicuius aut interpellatio. At. 258. a. Caleni interuentum & Caluenæ cauebis.

Interuerto, tis. præripio, intercipio. I. A. 175. b. Ille induxit, ut peteret promiſſum & receptum interuenit, ad ſéq; tranſtulit. I. V. 215. b. Qui ſi intellexerint interuerſo regali hoc dono, grauiter uos tuliſſe, &c. Item: Is intellexit poſſe ſe interuerſa ædilitate Piſone conſule prætorem renunciari.

Interuiſo, ſis. inuiſo. Epiſt. 95. b. Quodq; minus nos interuiſis, hoc fero animo æquiore. Quint. Fr. 319. a. Vrbanam expolitionem urget ille quidem, ſed etiam ipſe crebrò interuiſo.

Inteſtatò. aduer. inteſtatus, nullo facto teſtamento. de



Or. 100. a. Paterfamiliâs inteſtato mortuus eſt. & de In. 81. a. et ad Her. 4. b. & I. V. 99. b. & de Or. 99. b.

Inteſtatus, a, um. inteſtatio. pro Cl. 53. a. Haud hæres eſt Cluentius, inteſtatum dico eſſe mortuum.

Inteſtinum, ni. ilia, uiſcera. de N. 54. b. Reliquiæ cibi depelluntur tum aſtringentibus ſe inteſtinis, tum relaxantibus. & ibid. Quædam à medio inteſtino uſq; ad portas iecoris ductæ ac directæ uiæ. Ep. 107. a. Cum grauiter ex inteſtinis laborarem.

Inteſtinus, a, um. intimus, domeſticus. At. 228. b. Ingraueſcit enim indies inteſtinum malum. I. V. 84. a. Occultum inteſtinum ac domeſticum malum. & I. C. 110. b. Bellum inteſtinum ac domeſticum. contra Rul. Incluſum malum inteſtinum ac domeſticum eſt. Acad. 13. a. Vt ſi qui ex albeſcerent, uel ipſi per ſe motu mentis aliquo, uel obiecta terribili re extrinſecus. & ibi. Tremor inteſtinus.)( Tremor oblatus. Ep. 179. a. Inteſtinũ urbis malum. Ep. 49. b. Inteſtinus dolor. Item: Quid eſt quod tantopere te commoueat tuus dolor inteſtinus?

Intexo, xis. contexo, interpono, implico. Part. 230. a. Cum parua magnis, ſimplicia coniunctis, obſcura dilucidis inteximus. At. 207. b. Scis me antea orationis, aut aliquid id genus ſolitum ſcribere, ut Varronem nunquam poſſem intexere. Or. 114. b. Aliquid in cauſa prudenter intexere. At. 211. a. Te ἁρμονίσταϊα intexui. de N. 54. a. Venæ crebræ multæq; toto corpore intextæ.

Intextus, a, um. contextus. ad Her. 38. b. Veſtis coloribus uarijs intexta.

Intimè. enixè, ex animo. Q. Fr. 300. a. Aliquem alicui ab aliquo intimè commendari.

Intimus, a, um. domeſticus, familiaris.)( Externus, alienus. I. V. 223. a. In eo ſacrario intimo fuit ſignum Cereris. & de In. 65. a. Animi quidam intimus ſenſus. & pro Syl. 179. b. Intima cogitatio. & At. 82. a. 72. a. Sed angor intimis ſenſibus. Tuſc. 186. a. Intimus ſermo. I. V. 69. b. Ad intima iſtorum conſilia peruenimus. de N. 39. b. Itaq; in ea dea, quæ eſt rerum cuſtos intimarum, omnis precatio et ſacrificatio extrema eſt. de Or. 93. a. Penitus in eam ipſam diſputatio non penè intimam perueniſtis. Or. 114. b. Quæ diſputationem eſt huius inſtituti ſermonis, ſed artis intimæ. Acad. 40. a. Multa admiſcui ex intima philoſophia. & de L. 159. a. Sed penitus ex intima philoſophia haurienda iuris diſciplina eſt. Ep. 217. a. Itaq; abdidit ſe in intimã Macedoniam. pro Cæl. 50. b. Nam ſi eſſent in ueſtibulo nõ laterent, ſin ſe in intimum conijcere uellent, non ſatis commodè, &c. I. A. 169. b. Antonius intimus erat Clodio. & I. C. 106. a. Intimus alicuius. Att. 63. b. Itaq; in intimis eſt meis, cum antea notus non fuiſſet. Ep. 31. a. L. Valerius eſt ex meis domeſticis atq; intimis familiaribus. Q. Fr. 503. a. Intimus, proximus, familiariſsimus quiſq; ſibi pertimuit. pro S. R. 37. b. Tecti ad alienos eſſe poſſumus, intimi multo apertiora uideant neceſſe eſt.

Intolerabilis. intolerandus, non ferendus. I. A. 185. a. Intolerabile eſt ſeruire impuro. & Q. Fr. 305. b. & Epiſt. 185. a. de N. 51. b. Intolerabilis fœditas odoris. Tuſc. 217. a. Cui nihil intolerabile ad demittendum animum uideri poteſt. Att. 178. b. & de Or. 159. a. Mihi omnia ſunt intolerabilia ad dolorem. de Am. 100. b. Admodum intolerabilis iniuria. Epiſt. 35. a. Intolerabilia tributa exegi. Tuſc. 228. b. & de Or. 218. b. Intolerabilis dolor. & 199. a. Intolerabile uicium. Item: Intolerabile uerbum. At. 260. a. Intelerabilis Antonius.

Intolerandus, a, um. I. V. 218. a. Res indigna & intoleranda

randa uidebatur omnibus. & 259.b. & pro S.R.24.d. cõtra Rul.63.b.Nunc proſpicite omnium rerum infinitã atq; intolerandam licentiam.pro Font.283.a. Hæc immanis atq; intoleranda barbaria. In Vat.33.a. Intolerandus tyrannus.

Intolleranter.inſolenter.In Vat.35.a.Tu de tuis diuitijs intolerandiſſimè gloriaris. & de Or. 128.a.Intolerantius ſe iactare.et Tuſ.179.b.Intoleranter dolere.

Intolerantia, tiæ.inſolentia.cõtra Rul.72.b.Perſpicite hanc poteſtatẽ,non priuatorũ inſaniam, ſed intolerantiã regis eſſe dicetis.pro Cl.48.b. Quis eum cum illa ſuperbia atq; intolerantia ferre potuiſſet?

Intono,as.ſono,tono.pro Mur.143.b.Iam enim heſterna cõcione intonuit uox pernicioſa deſignati Trib. de D. 102.a.Partibus intonuit cœli pater ipſe ſiniſtris.

Intonſus,a,ũ.)( Tonſus.Tuſ.204.a.Scindens dolore idẽtidem intonſam comam.& 196.a.Accij.

Intorqueo,ques.torqueo.de Or.133.b.Teſtius in dicendo mentũ intorquẽs.de Ar.245.a.Si quod in me telũ intorſerit,ſtatim,etc.At.140.Sed uereor ne Pompeio quid oneris imponã μή μοι γοργείην κεφαλὴν δεινοῖο πελώρου intorqueat.Tuſ.226.a. Alternis enim uerſibus intorquẽtur inter fratres grauiſſimæ contumeliæ.

In totum.ex toto.de Ar.253.b.Quæſturamq; illam maximè fœcundam,in totum ad ſe ita redegit, ut improbiſſimè fraudaret populum.

Intra.inter,in interiore parte.At.127.b. Qui regionibus excluſi intra præſidia atq; intra arma aliena ueniſſẽt. pro Seſt.16.a.Antiochus intra montẽ Taurũ regnare iuſſus eſt. & pro Deiot.150.b.Deiotarus Tauro tenus regnare iuſſus eſt. I.V.* Locus intra oceanũ iam nullus eſt, quo &c.pro Pom.10.b.Nulla intra oceani oſtium nauis eſt.de Or.122.a.Noſſe regiones intra quas uenere & peruestiges,quod quæris. pro Cec.289.a. Ingrediens intra finem eius loci,quẽ,&c.At.43.b.Quod facile fuiſſet, niſi intra parietes meos de mea pernicie conſilia inirentur. Brut. 289.a.Cum tantum inſideat intra muros mali.ad Her.24 b.Ipſe intra carcerẽ ſtet.I.V.73.a.Omnia cõmemorabuntur, quæ intra decem annos, poſteaquam iudicia ad ſenatum translata ſunt,in rebus iudicandis nefariè & flagitioſè facta ſunt.Ep.49.a.Sed quoniam Cæſar fortaſſe arbitraretur,me hanc remp.non putare,ſi perpetuò tacerẽ,modicè hoc faciam,aut etiam intra modum,ut,&c. Ep.143. a. Deinde ne amicis nihil tribuamus,epulamur unà non modò,non contra legem,ſi ulla nunc lex eſt,ſed etiã intra legem,& quidem aliquanto.

Intractatus,a,um.indomitus.de Am.109.a.Nemo eſt, qui non equo quo conſueuit,libentius utatur,quàm intractato & nouo.

Intricor,aris.)( Extrico.de Fat.teſte Gellio 92.

Intro,as.introeo, ineo,ingredior, accedo in ædes.Ac. 30.b.Nulla acies humani ingenij tanta eſt,ut penetrare in cœlum,terram intrare poſſit. Tuſc.161.b. Niſi animus antequã corpus intraſſet, in rerum cognitione uiguiſſet. & de N. 28. a. Cum Gracchus pomerium intraſſet. pro R. P. 126. a. Rabirius regnum intrauit. I. A. 175. a. Tu illam domum ingredi auſus es? tu illud limen intrare? pro Cecin.289.a. Qui illum olearum ordinem intraſſet. pro Dom.214.a. Intrare in Capitolium non debuiſti. Quint. Frat.292.b.Qui in tuam familiaritatem penitus intrarit. & de Fin. 135.a. Intrandum eſt igitur in rerum naturam, &c. de Or.118.b.Tum definitio in mentem iudicis intrare non poteſt.de Or.102.a.Si in hæc,quæ patefecit oratione ſua Craſſus intrare uolueritis.



Introduco,cis.induco,facio.Tuſ.230.a.Socrates philoſophiam deuocauit è cœlo,& in urbibus collocauit,& in domos etiam introduxit.Q.Fr.322.b.Gabinius à conſule retentus eſt,introducti publicani. de D.87.b. Qui in ſenatum introducti negauerunt. pro Clu.25.b. Qui ſimulatq; introductus eſt,prima potione mulierem ſuſtulit.I.A.234 b. L.Cæſar comitia et ambitionem introduxit in ſenatum. Antequam. 196.a. Quæ omnia ſunt pernicioſa, quod in remp.ſunt introducta.In Sal.272.a.Iuſtius huic quàm mihi ſuccenſere debetis,qui initium introduxit. de Fat. 145. a. Epicurus introduxit declinationem atomorum.et 144 a.Qui introducunt fatum.de N.6. a. Plato,qui natum mũdum introduxit.Off.54.b. Panætius non uidetur huiuſmodi deliberationem introducere debuiſſe:in qua,&c. Off. 76.a. Epicurei prudentiam introducunt ſcientiam ſuppeditantem uoluptates.I.V.191. a. Ex huiuſmodi principio conſuetudo æſtimationis introducta eſt. Epiſt.264.a.Introducere aliquam conſuetudinem. Part. 233.b. Introducta rei ſimilitudo. Acad.33.a. & de Fin.115.b.Introducebat etiam Carneades,ſummum bonum eſſe,&c. pro Cel. 44.b. Iam ipſe tecum nulla introducta perſona loquar. de Am.96.a.Quaſi enim ipſos introduxi loquentes. At. 261. a.Poſſumus etiam ut ſponſores appellentur, procuratorem introducere.

Introductio,nis. At.11.b.Iam uerò ô dij boni rem perditam,etiam noctes certarum mulierum, atque adoleſcentulorum nobilium introductiones,nonnullis iudicibus pro mercedis cumulo fuerunt.

Introeo,is.intro,in aliquem locum adeo.At.105.b.Scribis Pomptinum in urbem introiſſe.& de Or.100.a. Mancinus in ſenatũ introire non dubitauit.At.258.a.In domũ alicuius introire.I.P.91.b. Quaſi uerò ad rem pertineat qua tu porta introieris,modò ne triumphali.Ep.259.b.Simul nobiſcũ in oppidum introiuit Terentia.de Am. 98.b. Quem fuit æquius,ut prius introierã in uitã,ſic prius exire de uita.I.A.173.b.An tu illa ueſtibula cum aſpexiſti, domum tuam te introire putas?

Introfero, fers.importo.I.V.242.b.Noctu introferri ſolitus eſt ad mulierem.& 259.b.pro Flac.In oppidum introferetur.

Introitus,tus.ingreſſio,ingreſſus.pro Cec.288.b.At iſte ad omnes introitus,quà adiri poterat in eum fundum, armatos homines opponit. pro Dõ.228.a. Aduentus meus & introitus in urbẽ qui fuit? I.A. 231.a.Qui introitus in Smyrnã? pro Cec.292.b.Nõ ſolũ introitu,ſed omnino aditu prohiberi.de N.55.a. Aures duros & quaſi corneolos introitus habẽt.I.V.230.a.Signum quod eſt ad introitum ponti.et 252.a. Propter introitũ atq; oſtium portus. pro Cæl.38.a.Hic introitus defenſionis.At.16.b.Primus introitus fuit in cauſam fabulæ Clodianæ.

Intromitto,tis.admitto.pro Syl.177. a.Vt intromiſſus me in meo lecto trucidaret.Epiſt.15.a.Si quando illa dicet, Phedriam intromittamus comeſſatum:tu,&c.

Introſpicio, cis. inſpicio. de Ar.251. a. Ne quis introſpicere poſſit tuam domum.pro Syl.181.b. Perſpicite etiam atque etiam,introſpicite omnium mentes. de Fin.89. a. Tute introſpice in mentem tuam. pro Font. 283.a.Age uerò nunc inferte oculos in curiam, introſpicite penitus in omnes reipublicæ partes. de D. 130.a. Cauſas omnium introſpicere.

Introuoco,as.accerſo,aduoco.I.V.89.b.Cur filiam tuam non introuocari iubes?

Intrudo,



Intrudo,dis.pro Cec.287.b.Atq; etiam ſe ipſe inferebat & intrudebat.

Intueor,ris.uideo,tueor,contueor,contemplor,aſpicio.de D.85.b.Rectores nauium profectione læti piſcium laſciuiam intuebantur,nec tuendi ſatietas capere poterat. Antequam.196.b.Non ſolum cunctam intueri, ſed etiam tueri poteſtis ciuitatem. pro Pomp.11.b. Pompeium omnes ſicut aliquem de cœlo lapſum intuẽtur.& Acad.16. b. Me omnes intueri:id eſt,intuebantur. de Som.129.a. Intueri ſolem nequimus aduerſum. Tuſc. 183.b. Qui cum acriter oculis deficientem ſolem intuerentur, ut aſpectum omnino amitterent,ſic mentis acies ſe ipſam intuens nonnunquã hebeſcit,ob eamq; cauſam contemplandi diligentiam amittimus.& Ep.73.a.Intueri aliquid oculis,aut animo complecti. cõtra Rul.81.a. Intentis oculis omnes reip. partes intueri.de Or.117.a.Tota mẽte aliquem atq; omni animo contueri.Tuſ.339.b.Ex quo omnibus bene ueritatẽ intuentibus,uideri neceſſe eſt miſerum.de Fin.60.b.Intueri aliquid acri & attento animo. I.V.265.a. Frequentia quæ nunc animo te iniquiſſimo infeſtiſſimoq; intuetur. de Pro.73.a. Intueri aliquem coràm. de Orat. 100. a. Intueri huc atque illuc. I. C. 113. a. Ille terram intuebatur. Att. 281. a. Intuere me ipſum, qui, &c. pro Plan. 280. b. Hos ego tum animo intuebar.pro Dom.222.b.Intuemini pauliſper animis iuuentutem. pro Plan. 259.a. Intueri & contemplari aliquẽ.de Am.100.a. Amicum qui intuetur,tanquam aliquod exemplar intuetur ſui. Or.197.b. Aliquid intueri,in eoq; defixũ eſſe. Tuſ.229.b. Qui rerũ naturam ſtudioſè intuerentur:id eſt contẽplarentur. pro Mil.109.b.Ora omnium atq; oculos intuemur. Ep.14.a. Qui ſplendorem & ſpeciẽ huius uitæ intuentur. Tuſ.181. a.Intueri in aliquam rem.& de Vn.201.a.Intueri in ſpeciem rerũ.de Cl.196.a.Sed in te intuens Brute doleo, cuius, etc.de Or.85.b. Ac mihi quidẽ in ſummos homines intuẽti, quærendũ uiſum eſt:quid ſit,etc.Tuſ.240.a.Delecti pueri ad nutũ illius intuentes diligẽter miniſtrabant. de Or.154. a.Dummodo illa ad hanc ciuilẽ ſcientiam, quò pertinent, & quam intuentur,transferamus.de Or.96.b.Cõmonere aliquẽ,quò quidq; referat,& quò intuens ab eo quodcunque ſibi propoſuerit,minus aberret.Or.199.a. Oratores uoluntatem eorum qui audiunt intueri debent. I. A.238.b. Non tam ueteranos intuendos uobis arbitror, quàm quid tyrones milites ſentiant.

Intus.)( Foris.de Fin.58.a.pro Mur.143.a.Intus,intus eſt equus Troianus.I.C.106.b. Intus incluſum periculum eſt.de Vn.201.a.Deus omnia animalia intus in mundo incluſit.de Sen.79.b.Nec uerò ille in luce modò et oculis ciuium,ſed intus domiq; præſtantior. pro Deiot. 149.b.Vbi id quod intus eſt atq; noſtrũ impune euolare poteſt.de Or. 134.b. Naſica ſenſit illũ intus eſſe. de Fin. 93.b. Quæ ſunt intus in domo.pro Syl.170.a. Ille relictus intus, expectatus foris. contra Rul. 8.a. Atq; hoc carmen ille non uobis, ſed ſibi intus canit.

Inuado,dis,inuaſi.impetum facio,inuolo,irruo,irrumpo,peto,uim facio.Tuſ.175.b.Si quis uniuerſam philoſophiam uelit uituperare,ſecundo id populo facere poſſit: uel ſi ea,quæ nos maximè ſequimur,conetur inuadere, magna habere poſſit auxilia reliquorum philoſophorum diſciplinis.I.A.153.b.Fugitiuus ille, qui in C. Marij nomen inuaſerat.In Sal. 273.b. Qui iſta inuſitata rabie petulanter in uxorem meam inuaſiſti.Off.16.a.In quo me ab inuidis inuadi ſolere audio.I.A.231.a.In Galliam Antonius inuaſit,in Aſiã Dolobella,alienã uterq; prouinciã.Q.Fr.322 b.Imperator noctu urbem hoſtium inuaſit. I.V.86.b. Inuadere in urbes hoſtium cum exercitu ui.pro S.R.19.b.Inuadere in pecunias alterius nullo iure.& 20.b.In fortunas alterius inuadere.& pro S.R.22.a.Iſte in præda huius inuadit.I.A.168.a.In multas præterea pecunias alieniſſimorum hominum inuaſit.pro Cec. 289. b. In aliquem aduenientem cum ferro inuadere.I.A.175.a.Cum mulier fleret uberius,is caput aperuit,in collum inuaſit. de D.123.b. Auis fame enecta in offam pultis inuadit. Tuſc. 219. b. An L.Brutus,&c.effrenatius in Aruntem inuaſerit.de N. 33. b.Ignis quócunq; inuaſit,cuncta diſturbat & diſſipat. Of. 49.a.Modò enim hoc malum in hanc urbem inuaſit. Tuſ. 175.b.Si quis ea,quæ nos maximè ſequimur, conetur inuadere.Off.58.b.Panætius negat,ullam peſtem maiorem in uitam hominum inuaſiſſe,quàm eorum opinionem,qui iſta dixerunt.Ep.260.b.Mirus furor inuaſit improbos. Ep. 11.a. Non potui magis in arcem illius cauſæ inuadere. pro Seſt. Neq; quenquam offendet oratio mea niſi qui ſe ita obtulerit, ut in eum non inuaſiſſe, ſed incurriſſe uideamur.



Inualetudo, nis. ualetudo,infirma ualetudo. At.100. a.Inualetudo tua ualde me conturbat.& 104.a.

Inuectio,onis. )(Exportatio.Off.35.a. Earum rerum quibus abundaremus exportatio,& earum quibus egeremus inuectio. de In.82.b.Clementia,per quam animi temerè in odium alicuius inuectionis concitati, concitati retinentur.

Inueho, his. importo. Offic. 49. a. Paulus tantum pecuniæ in ærarium inuexit, ut,&c. I. V. 230. a. Cum multa ex illo mari bella emerſerint, & multa in pontum inuecta ſint. & pro Muren.131. Cum bellum inuectum totam in Aſiam eſſet. pro Muren. 114. b. In portum ex alto inuehi.)(Portu ſoluere. de Fin. 141. a. Rex Perſes eodem flumine inuectus. de Pro. 76. a. Si in Capitolium inuehi uictor geſtiret. de Som. 127. a. Cum eris curru Capitolium inuectus, offẽdes rempublicam,&c. Tuſ. 196.a. Mala quæ tibi caſus inuexerat. & de In.42.a.Incommoda inuecta per aliquem. Tuſc. 217. a. Vt quencunq; caſum fortuna inuexerit,hunc aptè & quietè ferat. Tuſcul. 179. a. Nec mihi Euriſtheus tantum inuexit mali.de N.17.a.Triton natantibus inuehens belluis adiunctis humano corpori.

Inuehor,ris. inſector,inſulto, inuado. Att. 34. a. Diphilus in Pompeium petulanter inuectus eſt. de N. 58.b. Carneades libenter in Stoicos inuehebatur. pro Seſt. 5. b. Aſperè in aliquem inuehi. de Orat. 137. a. Acerbè & contumelioſè inuehi in aliquem,& prauiter. 143.a. pro Flac. 154. a. Nunc uerò non inſultabo uehementius, nec uolitabo in hoc inſolentius, neque in iſtum nugatorem inuehar, neque in iſto teſtimonio commouebor. de N.79. a. Vehementius inuehi in aliquem. de Orat. 87. a. Cum uehemẽtius inueheretur in cauſam principum conſul Philippus.de Am. 107. a. Acerbius in aliquem inuehi inſectariq; uehementius. I.A.242.a.In totam denique M. Antonij domum ſum ſemper inuectus.Epiſt.96.a. Me in quem inueheretur,delegerat.Epiſt.183.b.Piſo, qui in eum primus inuectus eſt. Tuſc. 204.a. Aeſchines in Demoſthenẽ inuehitur, quod,&c.de Or.136.b. Inuehi & maledicere. I. A. 174. b. De quo Cæſar in ſenatu apertè in te inuehens queſtus eſt.

Inuenio,nis. reperio,deprehendo,perueſtigo,nanciſcor,conuenio.At.76.b.Euerſam in perpetuum prouinciam nos inueniſſe ſcito. de Or. 123.a. Quomodo uerum inueniatur,

inueniatur, aut quomodo iudicetur. de Or. 85. b. Cum boni perdiu nulli, uix autem ſingulis ætatibus ſinguli tolerabiles oratores inuenirentur. pro S. R. 25. a. Ille quomodo crimen commentitium confirmaret, non inueniebat: ego res tam leues qua ratione infirmem, reperire non poſſum. de Or. 124. b. Nequaquam ſatis eſt reperire quid dicas, niſi id inuentum tractare poßis. de Cla. 167. b. Nihil acutè inueniri potuit. I. C. 114. b. Hæc in rempublicam cõiuratio manifeſtè inuenta atq; deprehenſa eſt. pro Dom. 213. a. Multa diuinitus à maioribus noſtris inuẽta atq; inſtituta ſunt. I. A. 176. b. Tu ergo unus ſceleratè inuentus es, qui, &c. Ep. 65. b. Scis meam fortunam neſcio quomodo facilè obtrectatores inuenire. ad Her. 35. b. Dum eam uitaſtis uituperationem, quæ, &c. eam inueniſtis, ut timidi putaremini. de Finib. 53. b. Torquatus qui hoc primus cognomen inuenerit.

Inuentio, onis. Tuſcul. 161. a. Illa uis quæ inueſtigat occulta, quæ inuentio atq; excogitatio dicitur. Acad. 8. a. Quæſtio eſt appetitio cognitionis, quæſtioniſq; finis inuentio. de In. 44. a. Inuentio eſt excogitatio rerũ uerarũ, aut ueriſimilium, quæ cauſam probabilem reddant.

Inuentor, oris. autor. de N. 68. b. Ariſtæus oliuæ inuentor dicitur. de Cla. 188. a. Cicero princeps & inuentor copiæ uerborum. de Orat. 89. a. Harum rerum inuentor ac princeps Plato. de In. 51. b. Deinde eius facti qui ſunt principes & inuentores, qui denique autoritatis eius & inuentionis comprobatores atque æmuli. de Fin. 55. b. Inuentor & quaſi architectus ueritatis. Or. 202. b. Inuentor, cõpoſitor, actor.

Inuentrix, cis. de Or. 86. a. Illæ omnium doctrinarum inuentrices Athenæ. & Acad.*

Inuentum, ti. de Orat. 92. a. Qui philoſophorum inuenta didiciſſet. & pro Mur. 138. b. Stoici æmuli inuentorum Zenonis. de Seneſt. 93. b. Tot artes, tot ſcientiæ, tot inuenta.

Inuentum, ti. argumentatio, argumentum, ratio. l. Argumentatio & Argumentum.

Inuentus, a, um. pro Clu. 35. a. Alterius bene inuentis obtemperare.

Inuerecundus, a, um. non uerecundus, impudens. de In. 58. Sin inuerecundum animi ingenium poſſidet. & 14. a. Poetæ.

Inuerſio, onis. ironia. de Or. 133. a. Inuerſio uerborum. & ad Her. 2. b.

Inuerto, tis. immuto, uerto, peruerto. de Or. 133. a. Inuertuntur autem uerba, ut pro deformi pulchrum. Part. 232. a. Inuertere ordinẽ. )( Directè dicere. Of. 59. b. Idemq; rurſus uidebatur, cum in locum annulum inuerteret. Q. Fr. 322. b. Niſi noſter Pompeius dijs hominibusq; inuitis negocium inuertit. de Ar. 255. a. Videant ij, &c. quàm ſe citò inuerterit: id eſt, mutarit.

Inueſtigatio, nis. inquiſitio, indagatio, conquiſitio. Off. 3 b. Hominis eſt propria inquiſitio & inueſtigatio ueri. & 4. b. Quæ omnes artes in ueri inueſtigatione uerſantur. & Acad. 45. a. Inueſtigatio naturæ.

Inueſtigator, oris. uenator. de Cla. 170. a. Varro diligentißimus inueſtigator antiquitatis. & pro Syl. 183. b. de L. 195. a. Diligens inueſtigator earum rerum, quæ à natura inuolutæ uidentur.

Inueſtigo, as. indago, exquiro, ſcrutor, perſcrutor, perquiro, perſequor, ueſtigijs odoror. At. 134. b. Illud moleſtum, me adhuc inueſtigare non poſſe ubi Lentulus ſit. & 140. b. De Lentulo inueſtigabo diligentius. At. 190. a. Velim des operam ut inueſtiges ex conſponſorum tabulis, ſitne ita. Or. 198. b. Inueſtigemus igitur, quem nunquam uidit Antonius. pro Lig. 137. a. Diligentia inimici inueſtigatum eſt, quod latebat. pro Syl. 167. b. Tu inueſtigaſti, tu pateſeciſti coniurationem. Quin. de Pet. 209. b. Perquirere & inueſtigare aliquid. I. V. 210. b. Inueſtigare & perſcrutari omnia. & 74. b. Inueſtigare & conſequi aliquã rem. Q. Fr. 302. b. & pro Clu. 22. a. Inueſtigare aliquẽ. de N. 58 a. Canum incredibilis ad inueſtigandum ſagacitas nariũ.

Inueteraſco, ſcis. & inuetero, as, inueteraui. conſeneſco. I. C. 116. b. Res noſtræ monumentis literarum inueteraſcent, & corroborabuntur. & Tuſ. 139. a. Nihil enim inueteraſcere, nihil extingui, nihil cadere debet eorũ in quibus uita beata conſiſtit. pro Syl. 171. b. Nos quorum iam nomen & honos inueterauit, & huic urbi & hominum famæ ac ſermonibus. pro Syl. 178. b. Cũ iam illa diſſenſio inueteraſſet, & multos annos eſſet exagitata. Tuſ. 214. a. Cũ hic feruor animi inueterauerit. Off. 45. a. Quanquam intelligo in noſtra ciuitate inueteraſſe iam bonis temporibus, ut ſplendor ædilitatum ab optimis uiris poſtuletur. I. V. 66. b. Inueterauit iam opinio pernicioſa reip. de N. 26 b. Nec unà cũ ſeculis hæc opinio inueterare potuiſſet. pro Pom. 5. a. Macula quæ penitus inſedit & inueterauit in populi Romani nomine. Ep. 234. b. Nam ſi inueterauerit, actum eſt.

Inueteratio, onis. uetuſtas. Tuſ. 227. a. Inueteratio autẽ ut in corporibus ægrius depellitur, ſic in animis quoque perturbatio.

Inueteratus, a, um. uetus, quod uetuſtate conſenuit. )( Recens. de Sen. 92. a. Nam omnis conglutinatio recens, ægrè inueterata, facilè diuellitur. Tuſ. 217. b. Aliter ferat inueterata, aliter recentia. I. A. 200. b. Malum inueteratum fit plerunq; robuſtius. pro Dom. 225. b. Omnis diu collecta uis improborum, quæ inueterata compreſſo odio atq; tacito iam erumpebat in actum. Ep. 39. b. Noſtra non inſtituta, ſed iam inueterata amicitia. pro Cor. 63. b. Qui inueteratam quandam barbariam ex Gaditanorum moribus diſciplinaq; delerit.

Inuictus, a, um. quod uinci non poteſt. pro Mur. 135. a. Rectè igitur unus inuictus es, à quo etiam ipſius uictoriæ conditio uiſq; deuicta eſt. Parad. 121. a. Mea conſilia, quibus reſpub. inuicta ſtat. de Fin. 106. a. Rectè inuictus, cuius etiam ſi corpus conſtringatur, animo tamen uincula inijci nulla poſſunt. de Or. 116. b. Animus acer & præſens & acutus idem atq; uerſutus inuictos uiros efficit. Of. 4. a. Animi excelſi atq; inuicti magnitudo ac robur. Off. 14. a. Qui inuictum ſe à labore præſtiterit, uinci à uoluptate. Poſt. 210. b. Fortis & inuicta defenſio ſalutis meæ. cõtra Rul. 85. b. Annibal armis inuictus. contra Rul. 76. a. Inuictus Pompeij exercitus. pro Pom. 14. a. Populus Romanus, cuius nomen inuictum uſque ad noſtram memoriam permanſerat. I. V. 219. a. Nomen inuictißimi imperatoris incidatur.

Inuidentia, tiæ. )( Miſericordia. Tuſ. 194. b. Quemadmodum miſericordia ægritudo eſt ex alterius rebus aduerſis, ſic inuidentia ægritudo eſt ex alterius rebus ſecundis. & ibid. Ab inuidendo autem inuidentia rectè dici poteſt. & 212. b. Inuidentia eſt ægritudo ſuſcepta propter alterius res ſecundas, quæ nihil noceant inuidenti. Inuidentia in eo qui inuidet tantum eſt, inuidia autem & in eo qui inuidet, & in eo cui inuidetur. l. Inuidia.

Inuideo, des. alienis bonis mœreo. )( Paueo, miſeror. de Or. 128. a. Inuident autem homines maximè paribus, aut



inferioribus, ſed etiam ſuperioribus inuidetur. de Or. 127. b. Aliorum laudi atq; gloriæ maximè inuideri ſolet. & ibi. Inuidetur enim commodis aliorum. contra Rul. 87 a. Illi qui honori inuiderunt meo. Ep. 7. b. Simul quod uideo nouitati eſſe inuiſum meæ. pro Cor. 57. b. Eſt huius ſeculi labes quædam & macula uirtuti inuidere. pro Mur. 145. a. Quare quid inuidendum Murenæ ſit in hoc præclaro conſulatu non uideo: quæ uerò miſeranda ſunt, uos uidere & perſpicere poteſtis. I. A. 224. b. Nemo alterius, qui ſuæ confidit uirtuti, indiget. pro Plan. 260. a. Populus ſemper aut inuidet, aut fauet. Off. 42. a. Non modò non inuidetur illi ætati, uerùm etiam fauetur. Ep. 7. b. Video non ut antehac putabam, nouitati eſſe inuiſum meæ. Tuſ. 194. b. Florem quis nam liberum inuidit meum, malè latinè uidetur, ſed præclarè Actius: ut enim uidere, ſic inuidere florem rectius quã flori dicitur. Itẽ: Nos cõſuetudine prohibemur, poeta ius ſuũ tenuit, & dixit audacius. Tuſc. 190. b. Vt nobis optimam naturam inuidiſſe uideantur, qui, &c. de Or. 129. b. Interdum in hoc tibi Craſſe paulũ inuideo. pro Fl. 161. a. Purpuram affers tyriam, in qua tibi inuideo quod, &c. Tuſ. 194. b. Non dixi inuidiam, quæ tum eſt, cũ inuidetur. & 212. b. Inuidia non in eo qui inuidet ſolum dicitur, ſed etiam in eo cui inuidetur.

Inuidia, diæ. odiũ, maleuolentia, offenſio. Tuſ. 212. b. Aegritudini ſubijcitur inuidentia, utendũ eſt enim dicẽdi cauſa uerbo minus uſitato: quoniã inuidia non eo qui inuidet ſolum dicitur, ſed etiam in eo cui inuidetur. & 194. b. Vt effugiamus ambiguũ nomen inuidiæ, quod uerbũ ductum eſt à nimis intuendo fortunã alterius. & de Cl. 178. b. Obtrectatio inuidiæ quæ ſolet lacerare plerosq;. de Or. 128. a Sed haud ſciam an acerrimus longè ſit omnium motus inuidiæ. & ibi. Tum excitatur ſi non acerbum odium, attamen aut inuidiæ, aut odij non diſsimilis offenſio. & ibi multa de inuidia. pro Clu. 31. b. Inuidiam atq; offenſionem ſe timere dixit. pro Cor. 58. a. Mors cum extinxit inuidiam, res geſtæ ſempiterna nominis gloria nituntur. I. A. 261. b. Excellentiũ hominũ uirtutẽ imitatione, non inuidia dignã eſſe. Ep. 2. a. Senatus religionis calumniam non religione, ſed maleuolentia & illius regiæ largitionis inuidia cõprobat. & ibi. et 3. a. Vt in rebus in ſummã inuidiã adductis ita uerſamur. pro S. R. 130. a. Nam in eum cui miſericordia opitulari debeat, inuidia quæſita eſt. At. 28. a. Nõ enim poterimus ulla eſſe in inuidia ſpoliati opibus et illa ſenatoria potentia. pro Plan. 275. a. Nam iſtius uerbi quouſque hæc poterat eſſe inuidia, datus eſt tibi ille, condonatus ille, &c. I. V. 206. a. Cogitaſti, ſi ei reddidiſſes te minus inuidiæ habiturum. Or. 213. a. Sed habet nonnullã inuidiam, cum in oratione iudiciali numerus ineſſe dicitur. de Or. 135. a. Scaurus nonnullam habet inuidiam, ex eo quòd aliorum bona ſine teſtamento poßidet. contra Rul. 80. a. Sullanus ager maximã habet inuidiam. pro Mur. 145. a. Conſulatus hoc tempore nullam inuidiam habere poteſt. contra Rul. 88. b. Marianus tribunus pl. qui nos Syllanos in inuidiã rapit. In Sal. 273. b. Parare inuidiã alicui ex ſua re familiari. Ep. 168. a. Magnam enim inuidiã his faciemus: id eſt, odium. de Or. 100. a. Propter inuidiam Numantini fœderis: id eſt, odium. Diſrumpi inuidia. l. Diſrumpo. de N. 25. b. Inuidiæ deteſtandæ cauſa.

Inuidioſè. odioſè. pro Mil. 103. b. Conciones illæ, quibus inuidioſe potentiam meam criminabare. Q. Fr. 302. a. & ad Her. 30. b. & 34. a.

Inuidioſus, a, um. habens inuidiam, odioſus. de Or. 137. a. Quæ ſunt in his inuidioſa, etiam inuidioſiora faciunt. & de Or. 213. b. contra Rul. 79. b. Qui poſſeßiones inuidioſas tenebant. At. 120. b. An accipere inuidioſum ad bonos? de In. 79. a. Hoc tibi inuidioſum futurum eſt. pro Cæl. 41. b. Neq; id ego dico, ut inuidioſum ſit in eos, qui, &c. pro Cor. 66. b. Pecunia L. Cornelij, quæ neq; inuidioſa eſt, & quantacunq;, &c. pro Clu. 51. b. Aliquis inuidioſus ac multis offenſus.

Inuidus, a, um. obtrectator, niger, maleuolus, liuidus, iniquus, alienis bonis mœrens, quidam nimis ieiuno animo & anguſto. pro Fl. 146. a. Si fortè aliquando aut beneficij huius obtrectator, aut uirtutis hoſtis, aut laudis inuidus extitiſſet. Tuſc. 214. b. Ergo inuidi, maleuoli, liuidi, &c. quia procliues ad eas perturbationes ſunt. Or. 210. a. Non inuidi ſolum, ſed fautores etiam laudum mearum. Ep. 96. a. Perſuaſerat nõnullis inuidis meis in me emiſſarium ſemper fore. et 4. a. A tuis inuidis & obtrectatoribus nomẽ inductum falſæ religionis. pro Mur. 128. a. Quibus Lucullus tantũ laudis impertit, quantum neque ambitioſus imperator, neq; inuidus tribuere alteri in communicanda gloria debuit.

Inuiolatè. incorruptè, integrè. de Sen. 94. a. Memoriã noſtri piè inuiolateq; ſeruabitis.

Inuiolatus, a, um. integer, incorruptus. pro Rab. 62. b. Qui caſtam concionem, ſanctum campum, inuiolatum corpus omnium ciuium Romanorum defendo, ſeruari oportere. & pro Seſt. 27. a. & pro Cæl. 39. b. pro Syll. 176. b. Et tamen id inuiolata ueſtra amicitia integro officio faciebat.

Inuiſo, ſis. uiſo. At. 60. b. Noſtram ambulationem, cum poteris, inuiſas uelim. & 20. b. Vt iam inuiſas nos rogo. & 196. a. Quod puerum inuiſis, gratum. At. 58. b. Domum noſtrã quoad poteris, inuiſas. Itẽ: Cui noſtrũ non licet fundos ſuos obire? aut res ruſticas uel fructus cauſa, uel delectationis inuiſere? pro Dõ. 234. a. Quid tibi neceſſe fuit homo fanatice ſacrificiũ, quod alienæ domi fieret, inuiſere? de Fin. 125. a. An eum locũ libenter inuiſit? de N. 47. b. Et natos geminos inuiſes ſub caput arcti.

Inuiſus, a, um. non uiſus, odioſus, quẽ animo æquo uidere nõ poſſumus, qui in odio eſt apud aliquẽ. de Ar. 257. a. Sacra maribus inuiſa: id eſt, nõ uiſa. Ep. 163. a. Lepidus adeò eſt inuiſus mihi, ut, &c. Of. 39. b. Quo quis callidior & uerſutior eſt, hoc inuiſior et ſuſpectior detracta opinione probitatis. de N. 59. b. & Q. Fr. 312. b. Eũ aut inuiſum deo, aut neglectũ à deo iudicemus. pro Dom. 226. a. Sic Cato inuiſus Cyprũ relegatur. pro Q. R. 48. a. Perſona illa lutulenta, impura, inuiſa.

Inuitamentũ, ti. inuitatio, incitamentũ. pro Syl. 181. a. Qui cum multa haberet inuitamenta urbis & fori, tamẽ, &c. et Ep. 149. b. Inuitamentũ ad tempus. & de Fin. 128. a. Prima inuitamenta naturæ. & 137. b.

Inuitatio, onis. I. V. 128. b. Ad inuitationes aduentusq; noſtrorũ hominũ. Tuſ. 208. b. Quædã inuitatio ad dolendum. At. 148. a. In Epeirum uerò inuitatio quàm ſuauis? quàm liberalis? quàm fraterna? I. A. 222. a. Aderat & hoſpitum inuitatio liberalis.

Inuitatus, a, um. At. 125. a. Hæc à te inuitatus breuiter expoſui

Inuitatus, tus. inuitatio. Ep. 98. b. Initiò mea ſponte, pòſt autem inuitatu tuo.

Inuitè. repugnanter, inuitò, inuitus. At. 120. a. Inuitè cepi Capuã. et de Or. 142. a. Inuitius facere aliquid. Ep. 40. b. Qui à me inuitißimè diſceßit.

Inuitò. aduer. inuitè. l. Ingratis.

Inuito,as.uoco,allicio.I.V.205.a.Quis ſenatorem Romanum tecto ac domo non inuitet? I.A.244.a.Tota familia occurret,hoſpitio inuitabit.Ep.100.a.Is me crebrò ad cœnam inuitat.pro Mur.141.b.Ad prandium inuitare.I.V.214.a.Vocare ad cœnam.At.204.a.Inuito eum per literas,ut apud me diuerſetur.& 216.a.Scindere penulam. l.Penula.I.C.102.a.Quanquã quid ego te inuitem? à quo, &c.At.33.b.A' Cæſare ualde liberaliter inuitor in legationem illã.& 34.b.Coſconio mortuo ſum in eius locum inuitatus,id erat uocari in locũ mortui. de Sen. 89.a. Ad agrum fruendum nõ modò non retardat,uerùm etiam inuitat atq; allectat ſenectus. Acad.41.b.Iucunditate quadã ad legendũ inuitati.At.283.b. Præclara illa quidem ingenia, quæ gloria inuitantur.pro Lig.139.a.Inuitare aliquẽ præmijs ad agendũ aliquid.de Am.114.b.Qui aſſentationẽ allectant et inuitant.de Fin.128.a.Vt ipſum per ſe inuitaret & alliceret appetitum animi.

Inuitus,a,um.non libenter,rogatus & recuſans, tergiuerſans,contra uoluntatem,repugnans,repugnanter,coactus,dolens,neceſſariò,grauor.)(Libens,uoluntarius. I.V.151.b.Statuas inuiti per uim atq; imperiũ dederunt. Parad.122.b.Sapiens nihil facit inuitus,nihil dolens,nihil coactus.de Or.110.a.Hoc nos ab iſtis adoleſcentibus facere inuiti & recuſantes heri coacti ſumus.de Or.125. a. Si quid perſequare acrius,ut inuitus et coactus facere uideare.pro Mur.134.a.Cogendi iudices inuiti, retinendi contra uoluntatem.pro Quint.8.a.Extorquendum eſt inuitò atque ingratis,quod non debet.pro Quint.9.a.Vi ac neceſſitate coactus hoc feci.pro Quin.R.51.a. Aliquem inuitum, & huc atque illuc tergiuerſantem facere aliquid. de N.77.a. Inuita in hoc loco uerſatur oratio. Att.110.b. Delectus inuitorum atq; à pugnando abhorrentium. ad Her. 23.a.Cur talem inuitã inuitũ cogis linquere? Ep.226.b.Ego cum à me inuitiſſimus dimiſi.At.16.a. Moleſtè rogo: id eſt, inuitus rogo. pro S.R.39.a.Neceſſariò facio: id eſt,inuitus facio.

Inultus,a,um.impunitus.pro Clu.54.a.Cur hunc eſſe inultum tamdiu ſinis? & pro Seſt.14.a.Ne inultus eſſet. I.V.63.a.Vt cæterorum quoq; iniuriæ ſint impunitæ atq; inultæ.pro Pom.5.b.Inultum aliquid pati,& inultum aliquid relinquere.& 6.a.& Antequam.195.b. Relinquere aliquid:id eſt,impunitum.

Inundo,as.extrà ripas diffluo.de Cl.194.b.de N.22.a. Terram inundat aqua.

Inuocatus,a,um.non uocatus.de N.22.b.Quid quod etiam ueniunt inuocatæ?

Inuoco,as.imploro.de N.39.b.Apud noſtros Iunonẽ Lucinã in pariendo inuocãt.Antequã.194.a.Sociorum inuocem ſubſidiũ,cũ à ciuibus interclusum ſit præſidiũ? de Or. 126.b.Inuocare aliquẽ aduocatũ ad defendendum aliquẽ. de N.61.b.Aſpice hoc ſublime candens,quẽ inuocant omnes Iouem.Ep.116.b.Inuocatus ad ſubſellia rei accurro.

Inuolatus,tus.uolatus.Ep.83.b.Non igitur ex alitis inuolatu, nec è cantu ſiniſtro oſcinis, &cæt. tibi auguror, &c.

Inuolo,as.inuado.de Or.154.b.Poſſeſſio quaſi caduca atque uacua, in quam homines abundantes ocio nobis occupatis inuolauerunt.& pro S.R.20.b.In fortunas alterius inuadere.

Inuolucrum,cri.uelut uagina uel theca quædam, integumentum.I.V.214.b.Candelabrum inuolutum quàm occultiſſimè delatum inuolucris reiectis oſtenderunt. de N. 83.a.Vt clypei inuolucrum,uagina autem gladij,ſic, &c. de Or.98.a.Per quædam inuolucra & integumenta perſpicere aliquid.Quint.Fr.292.a. Multis ſimulationum inuolucris tegitur,& quaſi uelis quibuſdam obtenditur uniuſcuiuſq; natura.

Inuoluo,uis.circumplico.Ep.139.a.Vbi ſalutatio defluxit,literis me inuoluo,aut lego,aut ſcribo.Part.221.b. Tũ definitio adhibetur, quæ quaſi inuolutũ euoluit id de quo quæritur.I.V.214.b.Imperat ut candelabrũ in prætoriũ inuolutũ quàm occultiſſimè deferatur. & 267.b. Capitibus inuolutis ad necem produci.de L.195.a.Res à natura inuolutæ. Ac. 8.a.Sed cum ea, quæ quaſi inuoluta fuerint aperta ſunt.I.P.82.a.& I.A.175.a.Neſcio quo è gurguſtio prodire capite inuoluto.de D.87.b.Cauſa latet obſcuritate inuoluta naturæ.

Inuolutus,a,um.implicatus,tectus.I.A.212.b.Ego pacis nomine bellum inuolutum reformido.& de Fin.55.a. Occulta atq; inuoluta aperire. Acad.8.a. Cum ea quæ quaſi inuoluta fuerint,aperta ſunt.Or.206.a.Res inuolutas et latentes definiendo explicare. I.P.82.a. Vereor ne quis ſit iſtius inſignem nequitiam frontis inuolutam integumentis non cernat.

Inurbanè.inſulſè,inconcinnè.de N.69.b.Non inurbanè Stratonicus,ut multa.

Inurbanus,a,um.inſulſus,infacetus.de Or.142.b. Non eſſem tam inurbanus,ac penè inhumanus,ut,&c.& 112.a Inops quidã humanitatis atq; inurbanus.de Or.185.a. Expedita aũt erat, & perfacilè currens oratio, & erat eius tanquam habitus non inurbanus.

Inuro,ris. καυτηριάζω. inſligo,imprimo.)(Exuro. de Cl.189.a. Qui uolunt illa calamiſtris inurere. pro Syl. 184.a.Ne qua generi ac nomini ſuo nota nefariæ turpitudinis inuratur.I.A.159.a.Hæc inuſta eſt à te mortuo Cæſari nota ad ignominiã ſempiternã.pro Mur.125.b. Id mihi ſummã crudelitatis famam inuſſiſſet.de Pro.72.a. Inſignẽ ignominiam alicui inuſtam eſſe.I.A.238.b. Inurere dolorẽ alicui.& pro Mil.121.a.& Tuſ.194.b.Inurere quàm maximum dolorẽ alicui.I.C.108.b. Tantus illorũ temporum dolor inuſtus eſt ciuitati.I.V.99.a.Cur hunc dolorem cineri eius atq; oſſibus inuſſiſti? I.C.100.a.Quæ nota domeſticæ turpitudinis nõ inuſta uitæ tuæ eſt? pro Cl. 44.a. Is cenſoriæ ſeueritatis nota non inuretur? In Sal.274.b. Inurere æternas maculas alicui. I.A.182.b.Plurima mala, quæ ab illo reip.inuſta ſunt.

Inuſitatus,a,ũ.inauditus,inſolens, præter conſuetudinẽ, nouus.de Or.117.b. Alter lepôrem quendã inuſitatum noſtris oratoribus eſt conſecutus. Or.197.b. Inuſitatas uias indagare,tritas relinquere.Off.59.b.Is hominis mortui uidit corpus magnitudine inuſitata. At. 51.b. Res inuſitata & noua.de Or.156.b. Inuſitatũ uerbũ, aut nouatum aut translatum.inuſitata ſunt priſca ferè ac uetuſta, et ab uſu quotidiani ſermonis iamdiu intermiſſa.

Inuſtus,a,um.impreſſus.de Or.125.a. Niſi omnes motus in ipſo oratore impreſſi atq; inuſti eſſe uidebuntur. et pro Dom. 231.b. Tantũ homines impios inuſtum nefarijs mentibus bonorum odiũ retinebat.de Ar.256.b.Ineſt hoc tempore odiũ inſitum penitus et inuſtũ animis hominum.pro Plan.265.a.Hæc ſunt expreſſa ſigna probitatis, nõ fucata forenſi ſpecie, ſed domeſticis inuſta notis ueritatis. pro Seſt.6.b.Si nondũ uulnera inuſta reip.recordamini.Ep.18. b.Monumentum uerò ſenatus hoſtili nomine, & cruentis inuſtum literis eſſe paſſi ſunt.

Inutilis,le.ad nullam rem utilis,ad nullam partem utilis,qui nullo uſui eſt.de D.110.b.Qui mores aut utiles aut inutiles



inutiles ſint.Off.43.a.Norbanus ſeditioſus, & inutilis ciuis.Off.59.a.Homo iners & inutilis.de In. 42.a. Is inutilis ſiue pernicioſus patriæ ciuis alitur.

Inutilitas,tis.damnũ.de In.82.a.Ex his illud conficitur, ut appetendarum rerum partes ſint honeſtas & utilitas, uitandarum turpitudo & inutilitas.

Inutiliter.fruſtra.ad Brut.91.b.Inutiliter ſuadere aliquid alicui. Ad Heren. 24.b. Inutiliter aliquid proferre.

Inuulnẽratus,a,um.integer.pro Seſt.27.a. Inuulnerati inuiolatiq; uixerunt.

Iocatio,nis.iocus, urbanitas,cauillatio. At.27.b. Nunc ſi quid in ea epiſtola fuit hiſtoria dignum, ſcribe ne ignoremus:ſin nihil præter iocationẽ,redde id ipſum. Ep.136.b. Nunc uenio ad iocationes tuas.

Iocor,aris.cauillor. Off.21.a.Duplex omnino eſt iocandi genus:unum illiberale, &c. alterum elegans,urbanum, &c.de N.35.a.Hic quàm uolet Epicurus iocetur homo nõ aptiſſimus ad iocandũ.de Or.* Multa in homine iucunditas,& magnus in iocando lepos.de D.116.b.Deos iocandi cauſa induxit Epicurus.Ep.17.b.Sed iam cupio tecum coràm iocari.& 19.a.Iocer ne tecum per literas? Ep.101.a. Sed de re ſeueriſſima tecum iocor. At.22.a.Familiariter cauillari & iocari cum aliquo.de Cl.192.b.Bella ironia,ſi iocaremur. At.254.b.Iocari me putas? moriar ſi, &c. Ep. 133.b.Quanquam mihi Dolobella(hæc enim iocatus ſum) libentius,&c.

Iocoſè.facetè,urbanè.Quint. Fr.313.b.Eumq; luſi iocoſè ſatis.

Iocoſus,a,um.facetus,urbanus.)(Serius. de Off.27.a. Si de ſerijs rebus loquatur,ſeueritatem adhibeat:ſi de iocoſis,lepôrem.

Iocularis,re.ridiculus,ludicrus.de L.166.a. Ioculare illud quidem et à multis ſæpe deriſum.de Fat.143.a.O licentiam iocularem.

Ioculatorius,a,um.iocoſus,feſtiuus.ut ioculatoria diſputatio. At.64.a.

Iocus,ci,& ioca,orum.ludus,riſus,facetiæ,lepor,ſal,hilaritas,feſtiuitas,cauillatio,iucunditas. de Or.128.a.Suauis eſt & uehementer ſæpe utilis iocus & facetiæ, in quibus tu longè alijs mea ſententia Cæſar excellis.& 131.a.Vitandum eſt oratori utrunq;, aut ſcurrilis iocus ſit ne, aut inimicus.de Fin.82.b.Qui cum ioca & ſeria, ut dicitur. Offic.21.a. Ludo enim & ioco uti illis quidem licet, ſed ſicut ſomno & quietibus cæteris. Off.21.a. Nec enim ad ludum & iocum facti ſumus. contra Rul.85.b. Illam copiam cum hac per riſum ac per iocum contemnent. I. A. 168.b.Tum uerò ioci cauſa magiſtrum adhibet.de N.27.a Irridere aliquem per iocum.I.V.107.b.Per ludum & iocum euertere aliquem.Ep.48.b.Dicere aliquid per iocũ. Off.27.a.Per ridiculum dicere.Q.Fr.300.b. Literæ per iocum miſſæ. Attic.229.b. Ioca tua plena facetiarum. At. 159.a.Iocus familiaris.Ep.102.b.Extra iocum. Ep.101. a.Remoto ioco.

Ionia,æ.regio. At.294.b.de D.80.

Ionius,a,um.de Or.149.a.Superum mare Ionium.)( Inferum,thuſcum.

Iota,tæ.de Or.147.a.Vt iotam literam tollas, & e pleniſſimum dicas.l.I litera.

Ipſe,a,um.de Am.111.a.Par eſt autẽ,primùm ipſum eſſe uirum bonum,deinde alterum ſui ſimilem quærere. de Or.106.b. Veteres leges aut ipſas ſua uetuſtate conſenuiſſe,aut nouis legibus eſſe ſublatas.de Or.170.b.Nam ipſum quidem illud etiam ſine cognitione iuris quàm ſit bellũ cauere malum,ſcire poſſumus.de D.101.b.Sed ipſum eſt deos non putare,quæ ab his ſignificantur contẽnere. de Or. 110.b.Hoc ipſum nihil agere & planè ceſſare me delectat. de D.125.b.Hoc eſt ipſum eſſe contra ſe diſertum.de Som. 130.b.Quod autem motum affert alicui,quod ipſum agitatur aliunde,quando finem habet motus,uiuẽdi finem habeat neceſſe eſt. At.133.a.Nec me conſules mouent,qui ipſi pluma aut folio facilius mouentur.Tuſ.234.a.Nihil grauius,niſi idem hoc ipſum honeſtè,ſapienter,iuſtè ad uoluptatem referret.de Ar.249.b. Id monſtrum ſibi ipſum eſt. de Or.115.b.Tum alij quærebant ab Annibale,quid nam ille ipſe de illo philoſopho iudicaret.pro Pom.9.b. Africa quæ eorum ipſorum ſanguine redundauit.pro Pom.12.a.Idem ipſe Mithridates,&c.de D.121.a.Chryſippus ipſe ille diuinationis autor.pro Mur.139.b. Etenim iſti ipſi mihi uidẽtur ueſtri præceptores, &c. pro Mar. 132.a. Illa ipſa rerum humanarum domina fortuna.de Or.94.b.Q. Varius illa ipſa facultate,quãcunq; habet,magnam eſt gratiam conſecutus.Or.197.b. Illud ipſum quod eſt optimum. de Or. 112.b.Ille ipſe Ariſtoteles,&c. Poſt.204.b. Illo ipſo tempore,illo ipſo anno.At.23.a. Ego ille ipſe uindex æris alieni.& I.C.106.b.Ipſi iſti,qui,&c.de Or.154.b. Ipſe ille Gorgias in illo ipſo libro.de Fin.82.a. Nunquam dictũ ab ipſo illo quod ſciam.pro S.R.39.b.Iſta ipſa lex,&c. de Cla.166.b.Iſtum ipſum dico librum. At.102.a. Cur reſpublica Cos. iſto ipſo defenſa nõ eſt? de Or.90.a.Si quis iſtas ipſas artes illuſtrare uelit.& ibi.b. Ipſos illos, & ipſe ille, & ille ipſe,&c.Ep.106.a.Ea enim ipſa hora acceperam literas tuas.& 254.a.Eo ipſo tempore,cum,&c. & Att. 1.a.Eo ipſo die,quo,&c.& 8.b.Erat in eo ipſo loco, ipſo die nundinarum πανήγυρις. Tuſ.156.a.Ego enim ipſe cũ eodem ipſo non inuitus errauerim.de N.75.b. Atq; ij tamen ipſi dij,&c. de Finib. 64.b.Velut in hoc ipſo, de quo nunc diſputamus. Tuſcul.239.b. Et tamen ab his ipſis,cum iam eſſent adultæ,ferrum remouit. de Fin.73.b. Itaq; hic ipſe reiectus eſt.& 44.b.His enim ipſis uerbis utitur.de In.66.a.Hoc ipſum genus, & eo ipſo in genere. Ep.177.b.Non quod ueterem comederit, ſed hanc ipſam recentem nouam deuorauit.de Or.91.a. Sic in orationibus hiſce ipſis.& de Fin.59.b. Hoc ipſo quod adeſt. At.53. a.Natali ſuo ipſo die.de N.66.b.Quem ipſum non omnes interpretantur uno modo.de Or.129.a.In quo ipſo ſeruabant ſuam.de Cla.167.a.Qui ipſe tum fuit. Attic. 193.a. Quod ipſum erat fortis ægroti accipere medicinam. Tuſ. 152.a.Quod ipſum quale ſit,&c.pro Põ.7.a.Quorum ipſorum per ſe res uobis curæ eſſe debent.Off.35.a. Hoc autem de quo nunc agimus, id ipſum eſt quod utile appellatur.de Or.94.a.Cum id ipſum dicere nunquam ſit non ineptum,niſi cum eſt neceſſarium. At.53.a.Quibus id ipſum ſe inimicos eſſe,non liceret negare.Tuſ.154.b. Nam iſtud ipſum,non eſſe cum fueris,miſerrimum puto. Antequam. 194.a.Qui noſtrum ipſum periculoſiſſimum caſum recognoſcat.de Cla.170.a.Cato mortuus eſt annis lxxxiij.ipſis ante me conſulem.At.49.b.Triginta dies erant ipſi, cum dabam has literas.& 73.b.Cum ibi decem ipſos fuiſſem dies.& Ep.22.a.Cum Athenis decem ipſos dies fuiſſem. pro Cec.290.a.Nam cum dixiſſet minus LIII. populus cum riſu acclamauit ipſa eſſe. pro Syl.179.b. Nihil audacter ipſi per ſeſe ſine P.Sylla facere potuerunt. de Ar.252.a. Hoc quid ſit,per ſe ipſum non facilè interpretor, ſed ex eo quod ſequitur. pro Corn.53.a. Dicere de ipſo modeſtè: id eſt,de ſe ipſo.

Ira,ræ.iracundia,indignatio,ſtomachus, dolor. Tuſc. 23.a.Ira eſt libido puniẽdi eius qui uideatur læſiſſe iniuria. & 218. a. Eſt enim ira,ut modò dixi, ulciſcendi libido. Tuſc.220.a.Iram Ennius inſaniæ principium eſſe dixit. Offic.27. b. Ira cum qua nihil rectè fieri nihil conſideratè poteſt.de D. 93.b.Pars animi in qua irarum exiſtit ardor. Off.18.a. Prohibenda maximè eſt ira in puniendo. Tuſcul.226.b. Facere aliquid per iram.Off.5.b. Qui aut ira, aut aliqua perturbatione incitatus eſt. Tuſc. 221. a. Et quidem illam ipſam iram centurio habeat, aut ſignifer.pro Cæl.45.a. Nunc enim mihi animus ardet,nunc meum cor cumulatur ira. de N. 11.a. Neque ira, neque gratia teneri. pro Mar.131.a. Dignitatem reipblicæ meis doloribus anteſero.

Iracundè.per iram,cum iracundia,rabioſè. I. A. 217. a.Vehementer me agere fateor ,iracundè nego. Tuſcul. 219.b. Nihil'ne in ipſa quidem pugna iracundè rabioſeq; fecerunt?)( Leniter, quietè. I. A. 217. a. Iracunde agere cum aliquo. pro Quin.R. 50. a. Quo quiſq; eſt ingenioſior,hoc docet iracundius & laborioſius.I. A.155.a.& Tuſc. 201.b. Nimis iracundè hoc quidem & ualde intemperanter.

Iracundia, diæ. acerbitas quædam naturæ & rabies, ira. Acad.34.b. Peripatetici iracandiam fortitudinis quaſi cotem eſſe dicebant.& Tuſcul.218.a. Iracundiam cotem fortitudinis eſſe dicunt. & ibid. Imperia ſeueriora nulla eſſe putant ſine aliqua acerbitate iracundiæ, oratorem deniq; non probant ſine aculeis iracundiæ. de Orat. 103. b. Quis hæſitauit ob eam cauſam, quod neſciret quid eſſet iracundia? feruór ne mentis, an cupiditas puniendi doloris. pro Muren. 132.a. Iracundia eſt inimica conſilio. Quin. Frat. 197. a. In tuis ſummis laudibus unam excipiunt iracundiam, quod uicium cum in hac priuata uita leuis eſſe animi atque infirmi uidetur, tum uerò nihil eſt tam deformè, quàm ad ſummum imperium etiam acerbitatem naturæ adiungere. & 297. a. Antè occupatur animus ab iracundia, quàm prouidere ratio potuit ne occuparetur. de Clar. 186.a. Sed efferueſcens in dicendo ſtomacho ſæpe iracundiaq; uehementius. Quin.Frat. 298. a. Si implacabiles ſunt iracundiæ, ſumma eſt acerbitas, ſi exorabiles, ſumma leuitas. I. V.118.a. Homo exarſit iracundia & ſtomacho. de Orat.137.a. Efferri iracundia. de Ar. 244.a.Dolore efferri & iracundia longius digredi quàm conuenit. de Fin. 54. b. Nec cum iracundia & pertinacia diſputari poteſt. pro Dom.230.b. Illi tamẽ populi incitati uim iracundiãq; ſubierunt. pro Flac. 162. a.Eum ardentem iracundia uidere potuiſti.Ep.15.a. Exarſi iracundia.At.274.a. Exercere iracundiam in ſuperatos.pro Mur.132.a.Cohibere iracundiam.

Iracundus,a,um.qui facilè & citò iraſcitur, concitus ad rixam,feruens.de Sen.90.b.At ſunt moroſi,anxij,iracundi,& difficiles ſenes.Tuſ.226.b.Quomodo ſi naturalis eſſet ira,alius alio magis iracundus eſſet? I.A.199.a.Impotens,iracundus,contumelioſus.I.A. 157. a. Sed eum iracundum audio factum.pro Plan.272.b.Niſi eũ nimis in ſe iracundum putabis fuiſſe.

Iraſcor,ris.incendor,ira incendor,alicui iratus fio, ſucc enſeo,animo incitor,exardeſco.)( Mitigor.Tuſc. 218.a. Peripatetici uirum uideri negant,qui iraſci neſciat,eamq; quam lenitatem nos dicimus, uicioſo lentitudinis nomine appellant. I.A. 217. a. Omnino iraſci amicis non temerè ſoleo.& Ep.2.b.Marcellinum tibi iratum eſſe ſcis. Tuſc. 220. a. Ne Scipio quidem iratus uidetur fuiſſe cum Tyb. Graccho,tum cum,&c. aliter,Iratus uidetur fuiſſe Tyberio Graccho.de Cla.196.a.Sæpe uidi iraſcentem & ſtomachantẽ philippum. At.246.a.& pro Flac.148.a. Arabioni de Sicio nihil iraſcor.pro Q.R. 52.b. Dij hominbus iraſci & ſuccenſere ſolent.de Or.143.a.Philippus grauiter exarſit.

Iratiſſimus,a.I.A.217.b.Cæſar ipſe qui illis fuerat iratiſſimus,tamen propter ſingularem eius ciuitatis grauitatem & fidẽ, quotidie aliquid iracundiæ remittebat.

Iratus,a,um.incenſus, ira incenſus, iracundia incitatus,inflammatus,in aliquem infeſtus,infenſus,offenſus,qui animo alieno & auerſo eſt ab aliquo.)( Propitius. pro Cæl. 46.a. Huic ego deos propitios, pleriq; autem iratos putant. At.234.b. Nolo te illum iratum habere. pro Flac. 148.a. Quàm promptus homo P.Septimius? quàm iratus de iudicio & de uillico? At.251.a.Ne in me ſtomachum erumpant cum ſint tibi bene irati.Tuſ.226. a. Iratos propriè dicimus exiſſe de poteſtate:id eſt,de conſilio, de ratione, de mente. Tuſc.194.a.Irati proprium eſt, cupere à quo læſus uideatur, ei quàm maximum dolorem inurere. Tuſ. 226.b. Ex quo illud laudatur Architæ,qui cum uillico factus eſſet iratior,Quo te modo(inquit)accepiſſem,ni ſi iratus eſſem.de Or.103.b.Facere iudicem iratum aduerſario.At.5.b.Si is qui rei dominus futurus eſt,alienus atq; iratus tibi eſt. Item:Iratus & offenſus alicui.& 137.b.Immitis alicui. At.135.b.In magna offenſa eſſe apud aliquẽ. l. Offenſa. At.172.b. Qui auerſiſſimo à me animo eſt.

Ironia,niæ.inuerſio,diſſimulatio,diſſimulãtia. de Or. 134.a.Socrates opinor in hac ironia diſſimulantiaq; longè lepôre & humanitate omnibus præſtitit. de Clar. 192. a. Ironia illa quam in Socrate dicunt fuiſſe, faceta & elegans.de Clar.193.a.Nec in hoc ironiam duxeris eſſe,quod dixi,&c. Quin.Frat.324.b. Sine ulla me Hercule ironia loquor. Acad.19.a.Ironiam alterius perpetuam præſertim nulla ratio fuit perſequi.de Or.134.a.Africanus Aemilianus εἴρων. & Att.258.b. Socrates de ſe ipſe detrahens,plus tribuebat his quos uolebat reſellere:ita cum aliud diceret atque ſentiret, libenter uti ſolitus eſt ea diſſimulatione quam Græci εἰρωνίαν uocant, quam ait etiam in Africano fuiſſe Fannius. l. Diſſimulatio,& inuerſio.

Irpinus, na, num. contra Rullum 88. a. Fundus Irpinus.

Irrauceo,es. raucum eſſe. de Orat.108.a. Aeſopum ſi paulum irraucuerit, explodi uideo. Priſcianus legit, irrauſerit.

Irrepo,pis.arrepo,influo,illabor.Epiſt.117.a. Credulitas in optimi cuiuſq; mentem facillimè irrepit.& de Or. 162.a. Diſſimulatio quæ maximè quaſi irrepit in mentes hominum. Or. 105.b. Eloquentia modò perſtringit,modò irrepit in ſenſus.pro Arch. 187.b.Cæteri in eorum municipiorum tabulas irrepſerunt.de Ar.156.b.Qui tam libenter in opinionem gratiæ irrepat. pro Cor.55. b.Is furatus eſſe ciuitatẽ, genus ſuum ementitus, irrepſiſſe in cenſum dicitur.Off.67.a.Si in locupletum teſtamenta nomen eius poſſit irrepere.

Irretio,tis.illaqueo,impedio,implicare. Tuſ.240.b.His enim ſe adoleſcens improuida ætate irretierat erratis, ut, &c.& I.C.100.a. Adoleſcentulus,quẽ corruptelarũ illecebris irretiſſes.de Or.88.b.Stoici diſputationum ſuarum laqueis te irretitum tenerent. Poſt.200.a. Qui prouinciarũ fœdere irretiti totum illum annum querelas ſenatus pertulerunt.In Vat.31.a.Cum homines negocia gerentes iudicijs iniquiſſimis irretires.de Ar.245.a.Aliquis illaqueatus omnium legum periculis,irretitus odio bonorũ omnium,impeditus expectatione ſupplicij.Tuſ.179.a.Hæc me irretiuit ueſte furiali inſcium.



Irretire aliquẽ. captare & decipere ſophiſtarum more.Acad.23.b.

Irretitus,a,um.implicatus.de Fin.136. b.537.a. Si Vlyſſes cantiunculis irretitus teneretur.In Vat.29.a.Vt loquacitatem iſtam tuam pauciſſimis interrogationibus irretitam retardarem.

Irrideo,des.illudo,ludificor.Acad.31.a.Vos ab illo irridemini,& ipſi illum uiciſſim eluditis. & 10.a. Qui ita interrogant, ab his irridentur.& de Fin. 105.b. Quæ irrideri ab imperitis ſolent. de Orat. 91. a. Appollonius irriſit philoſophiam. de N. 58. b. Nihil tam irridet Epicurus quàm prædictionem rerum futurarum. de N. 27.b.P. Claudius per iocum deos irridens. Att. 188.a. Cæſar mihi irridere uiſus eſt.& de Fin.122.b. In Cod. Germ. de Clar. 186.a. Admirando irridere.contra Rul.85.b.Irridere & contemnere aliquem.Poſt.206.b.Irridere ſqualorem & luctum alicuius.

Irrigatio, onis. Offic. 35. b. Adde ductus aquarum, deriuationes fluminum, agrorum irrigationes. & de Sen. 88.a.

Irrigo, as. rigo. de N. 24.b. Democriti fontibus Epicurus hortulos ſuos irrigauit. & 52. a. Aegyptum Nilus irrigat. Quin.Fr.318.a.Iugera L.Prati irrigaturum te facilè arbitror.

Irriſio,nis.ludibriũ. Acad.31.a.Liber igitur à tali irriſione Socrates.de Or.89.a.Oratio aut nulla ſit,aut omnium irriſione ludatur.Off.28.a.Et cum irriſione audientium,imitari militem glorioſum.

Irriſor,oris.Parad.118.a. Veniant igitur irriſores huius orationis.

Irritabilis,le.qui facilè irritatur & accenditur,iracundus.)(.Placabilis. Att.14.b. Animi bonorum ſæpe irritabiles ſunt.

Irrito, as. laceſſo. Brut. At. 287.a. Pueri potius audacia irritata eſt, quàm repreſſa à Cicerone. & 285. a. Neque magis irritatus eſſet Antonius regno Cæſaris, quã ob eius mortem deterritus.I. A. 210.a.Irritari Antonium non oportuit.pro Mil. 118. a.Vi irritare & ferro laceſſere aliquem.

Irritus,a,um.nihilum,uanus,inanis.)(Ratus.I.V.221 b. Metellus omnes Verris iniurias reſcindit & irritas facit.& I.A.181.a.I. A. 198.b. Quæ ſi leges ireitas feceritis,rata eſſe non poſſunt.de Leg.173. b. Quæ augur iniuſta et uicioſa,&c.dixerit,irrita infectaq; ſunto. I. A.181.a Antonius teſtamentũ irritum fecit. de Pro.78.b.Cuius tribunatus ſi ratus eſt, nihil eſt quo irritum ex actis Cæſaris poſſit eſſe.I.V.122.a.Quod iudicium de compromiſſis factum erat,id irritum iuſſit eſſe.I.V.136. b. Quæ in magiſtratu geſſiſti,ſuſtulit atq; irrita iuſſit eſſe.Poſt. 207. 1.Simulata irritaq; triſtitia.

Irrogatio,onis.conſtitutio. pro Rab. 92. a. Irrogatio mulctæ.

Irrigo,as.legem in aliquem fero,conſtituo.pro Dom. 122.a.Leges priuatis hominibus irrogari eſt priuilegiũ. pro Dom.224.b.Ne mihi præſenti mulcta irrogaretur.et 235.b.Priuilegijs tyrannicis irrogatis.pro Mil.108.b. Irrogare mulctam alicui.

Irrumpo,pis.irruo,inuado I.A. 231.a. Alter in Aſiam irrupit curſim.& Ep.241.b.de D.90. b. Syracuſani improuiſo in caſtra Pœnorum irruperunt.Acad.34.b.Atrocitas iſta,quomodo in ueterem Academiam irruperit,neſcio.de Or.152.b.Ab ijs,qui in noſtrũ patrimoniũ irruperunt,quod opus eſt nobis,mutuamur.contra Rul.75.b. Irrumpant in ærariũ. Ac.31.b.& 34.b. Imagines extrinſecus in animos noſtros per corpus irrumpunt.

Irruo,is.impetum in aliquem perfero, inuado,in aliquem me mitto,influo,redundo.de Or.88.b.Quod in alienas poſſeſſiones tam temerè irruiſſes.pro Dom. 234.b.In quem quiſq; per homines concitatos irruerit,in quam impetum pertulerit.&237.a. Omni impetu in aliquẽ irruere.de Fin.77. b.Et equo admiſſo in mediã aciẽ Latinorum irruebat.de Or.158.a.Vt deducta eſſe in alienum locũ, nõ irruiſſe uideatur.At.213.a.Irruere in aliquem, & inuadere in aliquem.l.Inuado.

Irruptio,nis.incurſio.pro Pom.6.b.Hoſtiũ copiæ non longè abſint,etiam ſi irruptio facta nulla ſit, tamen pecora relinquuntur.I. A.231.b. Irruptio armatorum in Trebonij domum. At.125.

Is,ea,id.I. A.191.a.Vt pro tantis eorum in remp.meritis honores eis habeantur.pro Syl. 182.b.Vitæ eius turpitudinem in ſummis eius periculis inſequebantur. de Cla. 191.a.Via laudis quam maiores eius ei tritã reliquiſſent. de D.138.a.Is cum eſſet proiectus,inhumatus, amica corpus eius texit ſuo pallio. pro Syl. 184. b. Nuper is homo fuit in ciuitate P.Sylla,ut nemo ei ſe honore anteferret. At.11.a. Venit mihi obuiã puer tuus,is mihi literas abs te reddidit:id eſt,qui.Ep.222.b. Q. Pompeius multis & ueteribus cauſis neceſſitudinis mihi coniunctus eſt, is cum antea,&c.Ep.I.A.175.a.Nihil turpius,quàm quod qui magiſter equitum tibi fuiße uiderere,is per municipia coloni aſq; Galliæ cum caligis et lacerna cucurriſti.Ep.68.b. Neque enim tu is es qui,qui ſis neſcias. I. C.102.a. Neq; enim Catilina is es,ut te aut pudor à turpitudine,&c. Ep. 64. b.Is enim tu uir es,& eum me eſſe cupio,ut &c. Ep.9.a. Ego is ſum cui uel maximè concedant omnes,ut, &c. de Or.111.a.Nam quod addidiſti,uos eos eſſe,qui,&c. At. 93 b.Sed illum eum futurum eſſe puto,qui eſſe debet. At.106 b.Itaq; ego is in illum ſum,quem tu me eſſe uis. Off. 54.b. Quod ſi is eſſet Panætius,qui,&c.& ibi.Sed cum ſit is,qui &c. de D.119.a.Omnem autem orationem fuiſſe eã, qua aruſpicinæ diſciplina contineretur.pro Flac.153.a. Eſt enim credo is uir iſte,ut ciuitatis nomen ſua autoritate ſuſtineat.pro Syl.167.b.Non enim una eſt ratio defenſionis ea,quæ eſt poſita in oratione.I.A.189.b.Antonius cum una legione & ea quidem uacillante L. Fratrem expectat. de D.110.a.Plurimis noſtris exemplis uſus es,& ijs quidẽ illuſtribus.Quin.Fr. 318.a. Erant loco poſita ambulationis uno latere,eo quod eſt proximũ Balnearis. Or.202.a. Excurſio moderata,eaq; rara.de Op.244.a.Multa dixit de eo,quod ciuis improbus laudatus eſſet. At. 38.b. Maximeq; in eo eſt reprehenſus quod dixerat,&c.At.11.b. Per unum ſeruum,& eum ex ludo gladiatorio. de Or. 148.a. Quorum princeps Socrates fuit,is qui,&c. & ibi. Is qui, &c.uel is,&c.& b.Ille & eius poſteri,ij qui,&c.pro Cl. 19.a.Hunc locum,&c.cum tandem, &c. Quin.Fr. 298. a.Ea noſtra ratio eſt,ut,&c.Quin.Fr.300.b. Atq; is dolor eſt,quod,&c.pro Clu.58.a. Mulierem quandam Larino,atq; illam uſq; à mari ſupero Romam proficiſci. pro Cecin.287.b.Is enim illi fuit Ebutius:id eſt,talis,uel ea perſona.I.V.107.b. Non enim prætereundum eſt ne id quidem.de N.31.a.Et id maximè hyberno tempore.At.38.b. Negauit,&c.neq; id ſanè diu,nam,&c.At.8. b. Et id multis uerbis.At.26.a.Et id ipſum ſine ſtomacho. At.11.a.Idq;

iudicium uocibus. At. 8. b. Atque id ereptum ex ſummis occupationibus. Att. 144. a. Qui circum eum illum ſunt. de Or. 127. a. Si is qui exiſtimor, etc. id eſt, ſi ego, &c.

Iſara. fl. Ep. 152. Planci.

Iſaurum. locus. I. A. 125.

Iſauricus, a. At. 82. a. Iſauricum forum.

Iſis. dea. de N. 69.

Iſiacus, a. de D. Iſiaci coniectores. Ennij.

Iſocrateus, a. Or. 217. a. Mos Iſocrateus.

Iſocrates, tis. de Or. 199. b. Ille pater eloquentiæ Iſocrates. de Or. 117. a. Ecce tibi exortus eſt Iſocrates magiſter iſtorũ omnium, cuius è ludo tanquã ex equo Troiano innumeri principes exierunt. de Or. 214. b. Iſocrates uerbis ſolutis numeros primus adiunxit.

ἰσονομία. l. Aequabilis & Aequabilitas, & Aequilibritas.

Iſſus. opp. At. 79. Ep. 23.

Iſte, a, ud. pro S. R. 26. a. Non tu in iſto artificio accuſatorio callidior es quàm hic in ſuo. pro Dom. 227. a. Lex quam idem iſte tulerat. At. 101. b. Iam ne iſtius quidem rei culpam ſuſtineo. de Am. 96. b. Eos qui iſta ſubtilius quærunt, in numero ſapientũ non habent. & de Sen. 94. b. Et ita ex uita iſta diſcedo tanquam ex hoſpitio. de Am. 97. a. Nec ab iſto officio, quod ſemper uſurpaui, abduci debui, &c. Parad. 116. b. Mihi iſta παράδοξα quæ appellantur, uidentur eſſe ueriſſima. de L. 283. b. Iſte igitur ſumptus minuit: id eſt, Demetrius. Ep. 84. a. Armorũ iſta & uictoriæ ſunt facta, nõ Cæſaris. Ac. 24. a. A' me iſtam exceptionẽ nõ impetrabunt. & ibi: Omnes iſtos aculeos. et 4. a. In iſta una diſputatione. Acad. 30. a. Cum Stoicus ſyllabatim iſta dixerit. Ac. 27. b. Iiſdem enim hic ſapiens de quo loquor, oculis, quibus iſte ueſter cœlum, terrã, mare intuebitur. Ac. 30. a. 34. a. Quanti libertas iſta æſtimanda eſt. de Or. 93. b. Iam uerò iſta conditione, dum mihi, &c. de Or. 93. a. Ego uerò, inquit, iſtis obſequi ſtudeo. de Sen. 81. b. Age ut iſta diuina ſtudia omittamus. de Orat. 122. b. Atq; ego ex iſtis ſæpe audiui: id eſt, ex C. Lælio et P. Africano. de Cl. 189. a. Nec iſtos excellentes uiros reſp. perdidiſſet. Tuſc. 142. b. Tranſeat idem iſte ſapiens ad remp. tuendã. et ibi: Huic ergo ut dixi, &c. id eſt Epicuro. de Or. 120. a. Meæ totius orationis et iſtius ipſius in dicendo facultatis, quã, etc. et 93 b. Adduxiſſent huc Græculum aliquem, qui nos iſtiuſmodi diſputationibus delectaret. pro Dom. 215. b. Hunc iſtũ ocij et pacis hoſtem. pro Q. 3. b. Tum iſte uir optimus, etc. Ep. 29. a. Iſte Ariobarzanem non regem, ſed regis filiũ appellat. de Or. 98. a. Hæc quæ iſti fòrſitan puerorum elementa uideantur: id eſt, Craſſo. de N. 25. a. Non erit iſta modò amicitia, ſed mercatura. & b. Pecudũ greges diliguntur iſto modo. de Am. 110. a. Iſto enim modo pædagogi maximè erunt diligendi. & Ep. 21. b. Iſto anno. de L. 157. a. Et ſæpe de iſto collocuti ſumus. de In. 77. b. Si hoc modò ſcripſiſſet, iſto uerbo uſus non eſſet, non iſto loco uerbum iſtud collocaſſet. Or. 109. b. Non poſſunt iſthæc ſic abire. Att. 130. b. Si ille circũ iſthæc loca cõmorabitur. Acad. 27. b. Iam iſtuc te quoq; impediat. Ep. 105. b. Attamen iſthæc ipſa, quæ te emiſſe ſcribis, erunt mihi grata.

Iſthmus, mi. terra anguſta & longa inter duo maria, uel quale eſt Peloponneſi Iſthmus, ubi etiã Corinthus fuit. de Fat. 141. b.

Iſtic. de Fin. 143. b. Iſtic ſum, inquit. et Ep. 17. b. Vt ibi malis ubi, &c. quàm iſtic, etc.

Iſtinc. Attic. 115. a. De malis noſtris tu prius audis, quàm nos: iſtinc enim emanant. Epiſtol. 17. b. Qui iſtinc ueniunt, &cæt.

Iſtiuſmodi. I. V. 72. b. Malicioſè neceſſe eſt iſtiuſmodi rationi aliquo conſilio obſiſtere. de Orat. 93. b. Adduxiſſe hic Græcum aliquem, qui nos iſtiuſmodi diſputationibus delectaret. l. Iſte.

Iſtuc, pro iſtud. pro Q. 10. b. Quo die uadimoniũ iſtuc factum eſſe dicis? et de D. 115. b. Qui idem iſtuc quidem dicunt, quod eſt dictum à te.

Ita. ſic, perinde, tam. At. 106. b. Quod putaſti fore, etc. factum eſt ita. & I. V. 227. b. Eſt iudices ita ut dicitur. At. 190. b. Velim des operam ut inueſtiges, ſit né ita. Brut. 91. a. Id ſi ita eſt, iſtic tibi cenſeo cõmorandum. pro Rab. 91. a. Quæ cum ita ſint, primum, &c. At. 127. b. Quod cum ita ſit, maximè uellẽ, primũ, &c. pro Syl. 167. b. Ita, inquit, tu enim, &c. Ep. 49. a. Ita mihi pulcher hic dies uiſus eſt, ut uiderer uidere, etc. Att. 72. a. Hoc tibi ita mando ut dubitem, an etiam te rogem, ut pugnes ne intercaletur. de Or. 94. b. Ita quicquid eſt in quo, &c. I. A. 265. b. Ita de unoquoque, ut quenque meritum arbitrantur, exiſtimant. Att. 142. a. Ego te (ita incolumi Cæſare moriar) tanti facio, ut paucos æquè ac te charos habeam. pro S. R. 28. b. Non ita multis antè annis aiunt quendam, &c. I. V. 118. b. & de Clar. 176. b. Tadius non ita multum tecum fuit. de Or. 107. b. & 140. a. & I. A. 154. a. Non ita multum ſpacij eſt. et de Cla. 187. a. Non ita multi ſunt. de N. 18. b. Quibus homines non ita ualde mouentur. de Cla. 168. a. Temiſtocles non ita ſanè uetus. I. V. 226. a. Simulachra præclara, ſed non ita antiqua: id eſt, non multum antiqua. de Cla. 168. a. Ille non ita pridem abijt. Or. 199. a. Non ita lato interiecto mari. Orat. 202. a. Rarus inceſſus nec ita longus. de Or. 115. b. Ac mihi quidem non ita moleſti ſunt. de Cla. 186. a. C. Fimbria non ita ſe diu iactare potuit. pro Q. 3. a. Nec ita multo pòſt in Galliam proficiſcitur. & ibi. Cum non ita commodè poſſet. pro Flac. 156. a. Interim nec ita longo interuallo ille uenit. Ep. 10. b. Non ita magna mercede, quàm ego maximo dolore cognoram. de Fin. 73. b. Acceſſione utuntur non ita probabili. Epiſt. 160. a. Non ita neceſſe uidebatur. Tuſ. 32. b. Hæc enucleare non ita neceſſe eſt. pro Q. 6. a. Nec tamen tam multa uerba faciam. Ac. 2. a. Hoc tibi non ita decorũ eſt. Ep. 53. a. Cũ ita latè pateat eius poteſtas. & 19. b. Ita ſunt omnia debilitata iam propè & extincta. et 136. a. Hæc ad illũ proferuntur: ita enim ipſe mãdauit, ſic fit, ut putet, etc. & 8. b. Atq; ita, ut nullã, &c. de D. 125. b. Itá ne? et I. V. 84. a. Itá ne uerò hoc Brutus egit, ut Lanuuij eſſet? de D. 85. a. & I. A. 99. b. Caſu inquis, itá ne uerò? de D. 122. b. Itá ne cenſes? antè coronam extitiſſe quàm, etc. Ita tamen ſi, enim uero ſi. l. Enimuero. Ita tamen niſi, enim uero niſi.

Ita. interdum iurandi formam habet. I. C. 120. b. Nam ita mihi ſalua republica uobiſcum perfrui liceat, ut ego, &c.

Italia, liæ. pro Arch. 186. a. Erat Italia tunc plena græcarũ artiũ, ſtudiaq; hæc et in Latio et hic Romæ colebantur. de Or. 122. b. Referta quondã Italia Pythagoreorum fuit. cõtra Rul. 79. b. Etenim quantulũ intereſt, utrum in Maſſici radices, an in Italiam, alió ue deducamini?

Italicus, a. Tuſ. 247. b. Italicæ menſæ. I. V. 243. b. Italicum bellum. ad Heren. 16. b. de Offic. 93. Italici philoſophi.

Italus, a, um. de Ar. 248. a. Itali ac Latini.

Itaque. proinde. de Am. 96. a. Itaque ex me quærunt, &c. & pro Deiot. 145. b. bis. & Ep. 3. b. bis. & 186. a. de Clar. 165. b. Homines mihi ita chari, itaque iucundi, ut, &c. id eſt, & ita. pro Cl. 28. a. Itaq; feci. & In V. 55. a. & de Fin. 92. a.

Item. ſimiliter, etiam, quoq;. de D. 111. b. Solis defectiones itemq; lunæ prædicũtur, &c. de L. 180. b. Placuit Scæuolæ & Coruncano, itemq; cæteris, qui, &c. In A. 191. a. D. Brutus, L. Plancus, itemq; cæteri, qui, &c. & I. V. 246 b. Quibus item ut cæteris imperabat, &c. de Am. 96. a. b. Itaq; ex me quærunt credo, & ex hoc item Scæuola. Att. 21. a. Græcè item ſcriptum librum L. Coſſinio ad te dedi. de Or. 131. a. In re eſt itẽ ridiculum. Q. Fr. 324. a. Aiunt nonnulli, Salluſtius item, me, &c. I. C. 112. a. Gabinium ſtatim ad me uocaui, deinde item accerſitur Statilius. Ac. 11. b. Vt enim de ſenſibus, item faciunt de reliquis. i. ita, uel idem. de C. 102. b. Romulus augur cum fratre item augure. At. 166. a. Tu meas epiſtolas concerpito, ego item tuas. i. uiciſſim. de Or. 94. b. Nihil eſt quod cogat homines, ſicut in foro non bonos oratores, item in theatro malos actores perpeti. Ter. 74. b. Si ex capite ſis meo natus, item ut aiũt Mineruam eſſe ex Ioue. Ep. 80. a. Hoc item tempore breuior eſſe debeo. de In. 42. b. & 50. b. & item. &c. & 51. a. Ac primò ſic, &c. & item poſtea, &c. Ep. 70. b. Te non ueniſſe miratus ſum, quod item nunc miror. & pro Q. R. 50. a. Quod item nuper, &c. Ep. 21. b. Meáq; item in te ſingularis beneuolentia. & 41. a. De quo item ſermone. & 132. a. M. Planius, qui eſt item Calenus. Ep. 166. b. bis. M. Lepidus Imp. itẽ pontifex Max. In V. 245. b. Cur Tauromínitanis, item fœderatis nauem imperaſti? Att. 39. b. Quare ut Numeſtio mandaui, tecum ut ageret, item atq; co ſi poteſt acrius, te rogo, &c. Or. 216. b. Non item in oratione, ut in uerſu extat numerus. In V. 204. a. Feciſti item uti prædones ſolent. de Or. 113. a. Ego item, inquit illa, quæ, &c. In V. 135. b. Item ut uos Romæ cognouiſtis. de Or. 119. a. Et item de cæteris rebus. Part. 241. a. & pro Muren. 140. a. Et item commune periculum. de Leg. 171. b. Ergo, ut, &c. item, &c. Attic. 36. a. Spectaculum tibi uni iucundum, cæteris non item. & Ep. 255. b. Alijs fortaſſe non item. de N. 38. a. Quod in libero ſeruant, in libera non item. Ac. 7. a. Alterum uidemus, &c. alterum non item. & Tuſc. 215. b. Animorũ non item. de Fin. 62. b. Itẽ contra. Top. 226. b. Itemq; quæ, &c. & In V. 87. b. Itemq; cum, &c. & de Or. 114. b. Itemq; de rep.

Iter, itineris. At. 12. b. Cenſeo uia Appia iter facias, celeriter Brunduſium uenias. & ibi. Confeſtimq; cum Q. Fratre & liberis noſtris iter in Apuliam facere cœpi. & Ep. 244. a. Iter in Ciliciam facere cœpi. At. 211. b. Cum illi iter inſtaret, & ſubitum & longum. At. 284. b. Tabellarius quem ad Brutum miſeram ex itinere redijt. & de In. 52. a. Venire ex itinere. pro Mil. 106. a. Iter neceſſariũ co die illi erat Lanuuiũ. & Ep. 144. a. Meumq; iter eò contuli. & Att. 40. b. Att. 69. a. Deinde cogitabam ſine ulla mora iuſta itinera facere. At. 75. b. Nunc iter conficiebam æſtuoſa & puluerulenta uia. & 225. b. Trebonius itineribus deuijs profectus eſt in prouinciam. At. 259. b. Veni ad pontem Tyretiũ, in quo flexus eſt ad iter arpinas. de Or. 135. b. Perge conficere iter reliquum. Q. Fr. 324. b. Patiamur illum ire noſtris itineribus. Att. 126. a. & Ep. 24. b. Cohortes, quæ ex Piceno ad me iter habebant. Att. 12. b. Cæſarem iter habere Capuam. Q. Fr. 310. a. Luceius in Sardiniam iter habet. pro S. R. 22. b. Cui ne iter quidem ad ſepulchrum patrium relictum eſt. Planc. Epiſt. 150. a. Cum iter ad Mutinam dirigerem, in itinere de prælio facto audiui. Tuſ. 169. a. Prô dij immortales, q̃ optabiliter iter illud ineundum eſſe debet. de 83. b. Ingredi iter pedibus, ingredi iter equo. In A. 243. b. Iter longum ingreſſus ſum. de D. 86. b. Itaq; perſæpe reuertit ex itinere, cum iam progreſſus eſſet multorum dierum uiam. & I. V. 191 b. In Vat. 31. a. b. Cum iter illud Hiſpanienſe pedibus ferè confici ſoleat, aut ſi quis nauigare uelit, &c. pro Planc. 279. a. Iter à Vibone Brunduſium terra petere contendi. pro Pomp. 9. b. Teſtis eſt Gallia, per quam legionibus noſtris in Hiſpaniam iter Gallorum interemptione patefactum eſt. Epiſt. 245. a. Cum abeſſem ab Amano iter unius dici. Ep. 174. a. Biduo me Antonius anteceſſit. & 133. b. Quatridui iter. & 257. b. Tertio die abs te ad Alyziam acceſſeramus. pro Cec. 299. a. Aquæductus, hauſtus, iter, actus. hîc iter, ius eſt, quo quis ire poteſt, non iumentum aut uehiculum agere.

Iteratio, nis. geminatio, repetitio, redintegratio. Or. 204. a. Verborum iterationes. & de Or. 161. a. et ad Her. 33. a. Plurium uerborum iteratio.

Itero, as. gemino, duplico, repeto. Orat. 209. a. Cum aut duplicantur interanturq; uerba, aut breuiter commutata ponuntur. & ibi. b. Vt quod dixit iteret. de Orat. 120. b. Ager non ſemel aratus, ſed nouatus & iteratus. Par. 231. b. Verba ſæpius iterata. & 234. a. Verba iterata, duplicata. ad Her. 33. a. Iterando redintegrare aliquid. Acad. 22. a. Itera dum eadem & iſta mihi. Tuſc. 184. a. Iterandum eadem mihi iſta. aliter, Iteranda: ſed mendoſè. ſic ad Attic. 229. b.

Iterum. rurſum. pro Fl. 156. b. Iterum iſte Romam ſe retulit. pro Dom. 240. b. Bis à me ſeruatus eſt, ſeparatim ſemel, iterũ cum uniuerſis. de In. 56. a. Primò quidem decipi incõmodum eſt, iterum ſtultum, tertiò turpe. Ep. 221. a. Id ut re experiatur, iterum & ſæpius te rogo. pro Seſt. 11. a. L. Saturninus iterum tribunus. de Ar. 249. a. P. Africanus iterum conſul ille maior, etc. & de D. 96. a. C. Flamminius conſul iterum. de D. 133. b. Nonnunquam etiam iterum ac tertium. pro Fon. 279. a. Semel atq; iterum ac ſæpius. de Or. 118. b. Iterum autem peccant, cum ſe iungunt, &c. pro Pom. 9. b. Teſtis eſt iterum ac ſæpius Italia. pro S. R. 28. a. Iterum ac tertiò nominaui, &c. de Cl. 171. a. Et Liuianæ fabulæ non ſatis dignæ, quæ iterum legantur.

Ithaca, cæ. parua inſula Vlyſſis patria. de Or. 101. a. & de L. 169. b.

Ithyreus, a, um. In A. 181. b. Ithyrei barbari cum ſagittis. & 164. a.

Itidem. ωv. ſimiliter, pariter, item. de D. 83. a. de L. 161. a. Et ea quæ mouent ſenſus, itidem mouent ſenſus omnium. Part. 236. b. Temperantia in rebus incõmodis eſt itidem duplex. bis. & de N. 71. b. Vinctus itidem à filio Saturnus. de Leg. 170. b. Quia nunc itidem ab eodem ſunt nobis agendi capienda primordia.

Itio, onis. eundo, itus. )(. Reditio. Attic. 180. a. De obuiam itione faciam ut ſuades. & 221. b. de D. 95. a. Sed Rhodiorum claſſi propinquum reditum ac domum itionem dari.

Ito, as. frequenter eo. Ep. 141. b. Te ad cœnas itare deſiſſe, moleſtè fero.

Itus, tus. itio, inceſſus. Att. 240. b. Quis porrò noſter itus, reditus, uultus, inceſſus inter nos?

Iuba, bæ. crines è collo equorum & aliarũ beſtiarum pendentes. de N. 48. a. Hic equus ille iubam quatiens, &c. de D. 95. b. Equus cuius in iuba examen apũ conſederat. de D. 122. b. Dionyſij equus habuit apes in iuba.

Iubatus, a, um. iuba ornatus. ad Her. 39. b. Tanquam iubatus draco.

Iubeo,bes.cogo,uolo,hortor.)( Veto. Ep.215.a. Literæ,non quæ te aliquid iuberent,ſed commendatitiæ. Ep. 232.b.Sperare nos amici iubent,ſuadent,hortantur. Att. 208.b. Et ſi tuæ literæ rectè ſperare iubent, tamen, &c. pro Deiot.151.a.Iubeo te bene ſperare & bono animo eſſe.Ep.96.a.Valde iubeo gaudere te. In V.69.b.Iubeo te ſine cura eſſe.& At.188.a.Ita porrò te ſine cura eſſe iuſſit.Att.96.a.Illum ſalutaui,poſtea iuſsi ualere. & 62.a. Dionyſium iube ſaluere.

Iubere.pro decernere,ſtatuere,& eſt populi proprium. In A.175.b.Cæſar oſtendit ſe,priuſquam proficiſceretur,Dolobellam conſulem eſſe iuſſurum. Attic.275.a. Quod nec ſenatus cenſuit,nec populus iuſsit,id arroganter non præiudico. pro Cecin.203.b. Si populus iuſſerit me tuum ſeruum eſſe,putas'ne id iuſſum ratum atq; firmum futurum? contra Rull.77.b. Quia uos fœdus non iuſſeritis, ueretur Hyempſal,ut ſatis firmum ſit. pro Fl. 149.a.Quæ ſciſceret plebs,aut quæ populus iuberet. pro Corn.62.b. Populus Romanus legem iuſsit de ciuitate tribuenda. In V.141.b. Senatus decreuit, populuſq; iuſsit. de Orat.90.a. Num apud populum de legibus iubendis atq; uetandis.

Iucundè.ſuauiter,dulciter.pro Deiot.147.a.Cum in conuiuio comiter & iucundè fuiſſes.de Am.95.b.Is multa narrare de C.Lælio memoriter & iucundè ſolebat. pro Cæl.40.a.& 42.b.Tuſ.247.b.Iucundè edere uel bibere. de Fin.57.b.Iucundè uiuere.

Iucunditas,tis.feſtiuitas,lepor, hilaritas, fructus. de Or.87.a.Multa in homine iucunditas, & magnus in iocando lepos.& At.161.b. Et ſi nihil unquam tam fuit ſcribendum,quàm nihil mihi unquam ex plurimis tuis iucunditatibus gratius accidiſſe.de Fin.67.a. In corpore uoluptas omnium latinè loquentium more ponitur, cum percipitur ea,quæ ſenſum aliquem mouet uoluptas. & ibid. Iuuare in corpore & in animo dicitur, ex eoq; iucundũ. Off.25.a. Relaxare animum & dare ſe iucunditati. contra Rull.81.b. Vrbani quibus iſta agri ſpes & iucunditas oſtenditur. pro Dom.228.a.Itaq; ille dies tantæ mihi iucunditati fuit,ut,&c. Antequam.193.b.Idcirco uitam eripere cupiunt,uti cum ſpiritu ſenſum quoq; adimant iucũditatis.i.uoluptatis.& 193.a.de Fi.56.b.Voluptas,quæ cum iucunditate quadam percipitur ſenſibus. de Or.157 a.Delectatio iucunditaſq;. de Am.111.b.Tranquillitas & iucunditas animi.pro Mar.134.a.Ex quo quidem maximus eſt fructus iucunditaſq; ſapienti. & pro Mur.133.b. Fructus iucunditatis.pro Dom.228.a.Ille dies tantæ mihi iucunditati fuit,ut,&c.Q.Fr.312.b.Nunc mihi iucunditatis plena epiſtola,hoc aſper ſit moleſtiæ.Off.2.b.Hoc conducit ad uitæ commoditatem iucunditatemq;.

Iucundus,a,um.amœnus,dulcis, ſuauis, differta grato,iucundus.quod iucunda ſunt,itẽ grata:ſed nõ continuò grata ſunt etiam iucunda. Nam grata eſt ægroto medicina,uerùm iniucunda & inſuauis:at ſitienti potus,& gratus eſt & iucundus.l.Gratus.)(.Odioſus. In C.118.a.Eſt mihi & iucunda in malis,& grata in dolore ueſtra erga me uoluntas. Q.Fr.320.a. Id mihi pergratum perq; iucundum erit. At.14.b.Fuit enim mihi ſæpe & laudis noſtræ gratulatio tua iucunda,& timoris conſolatio grata. Att.52.a.Iſta ueritas etiam ſi iucunda non eſt,mihi tamen grata eſt. Ep.51.a.Cuius officia iucundiora ſcilicet mihi ſæpe fuerunt, nunquam gratiora.71.a. Amor tuus mihi gratus & optatus,dicerem iucundus,niſi id uerbum in omne tempus perdidiſſem.In C.120.b.Comes alicui charus atq; iucundus.Ante.192.a.b.Iucundiſsimus fructus libertatis.In C.121.a. Patriæ ſolum cùm eſt omnibus charum, tum uerò dulce atq; iucundum.de Or.137.a.Inuehi in homines charos,iudicibuſq; iucundos.& 140.a.Fides iucunda eſt auditu in laudationibus.& 103.a.Sententiæ ad probandum accommodatæ,& uerba ad audiendum iucunda. & 148.a.Scientiæ ſuauitas,quo nihil eſt hominibus iucundius.Tuſ.247.a. Nihil uiſum eſt illo pane iucundius. pro S.R.26.b.Is nihil aut patri gratius,aut ſibi iucundius,aut re uera honeſtius facere poſſet.contra Rull.4.a. Agri iucundi & fertiles.Sal.in Cic.270.b.Filia tibi iucundior atque obſequentior quàm parenti par eſt.Ep.57.b. Ille mihi iucundiſsimus eſt. pro Pom.Conſpectus ueſter multo iucundiſsimus. de Fin.67.a.& 54.a.Iuuare enim in animo & in corpore dicitur,ex eoq; iucundum.I.V.152.b.Odor ſuauis & iucundus.

Iudæus,a,um.pro Fl.160.a.Cum aurum Iudæorũ nomine ex Italia Hieroſolymã exportari ſoleret. & de Pro. 71.a.Iudæi & Syri nationes natæ ſeruituti.

Iudaicus,a,um.pro Fl.160.a.Aurum iudaicum.

Iudex,cis.arbiter,diſceptator, animaduerſor, exiſtimator,æſtimator.de Fin.61.a.At.277.a. & pro Q.5.b. Flauius noſter de controuerſia, quam habet cum Dyrrachinis hæreditaria,ſumpſit te iudicem. de Or.127.a.Equites Rom.apud quos tum iudices cauſa agebatur.pro S.R. 20.a.Fannius huic quæſtioni iudex præfuit.& pro Cl.33. a.C.Viſelius iudex quæſtionis.pro S.R.32.a.L.Caſsius ille quem populus Rom.ueriſsimũ & ſapientiſsimũ iudicem putabat,identidẽ in cauſis quærere ſolebat, cui bono fuiſſet.& ibi.Hunc quæſitorem ac iudicẽ fugiebant,atq; horrebant.& ibi.Vel illo ipſo acerrimo iudice,uel apud Caſſianos iudices cauſam dicere. pro Cec.294.a. De ui teipſum habebo iudicẽ Ebuti.pro Cl.39.a. Sediſti'ne iudex in C.Fabritium?& 59.b.Iudex in aliquem. & 42.b. Neminem uoluerunt noſtri maiores, ne pecuniaria quidem de re minima eſſe iudicem,niſi qui inter aduerſarios conueniſſet.& ibi.Prætores urbani qui iurati debent optimum quenq; in ſelectos iudices referre.pro Mur.130.b.Vtrum iudicem an arbitrum dici oporteat. In V.114.b. Prætor det quem uelit iudicem. & 153.b.De conuentu nullũ unquam iudicem nec recuperatorem dedit. & 248.b.Iudex bonus eſſe nemo poteſt qui ſuſpicione certa non mouetur. pro R.P.124.a. Accuſaui de pecunijs repetundis, iudex ſedi,prætor quæſiui.pro Syl.185.a.Vos reiectione interpoſita repentini in nos iudices conſediſtis.pro Dom.220 a.Qui de quaq; re conſtituti iudices ſunt.& pro R.P.128 b.Iudex de reo. pro Pl.260.a.Populus ſemper dignitatis iniquus iudex eſt. Off.60.b.Nec ſi iudex quidem erit de ipſo amico.In A.156.b.In iudice ſpectari & fortuna debet & dignitas.& ibi.Lex promulgata de tertia decuria iudicum : id eſt,centurionum. pro Pl.265.b.Sanctiſsimus & iuſtiſsimus iudex.pro Syl.185.a. Sic nos ſi acres ac diligentes iudices eſſe uolumus,animaduerſoreſq; uiciorum, magna intelligemus ſæpe ex paruis.Ep.18.a.Iudex in aliquẽ.& 61.b.Vt tu quoq; æquũ te iudicẽ dolori meo præbeas.Off.23.a.Acrem ſe & uiciorũ & bonorum ſuorum iudicẽ præbeat. pro Syl.176.b.Te exiſtimo tibi ſtatuiſſe quid faceres, & ſatis idoneum officij iudicem poſuiſſe. de Fin.91.a.Aequus æſtimator & iudex rerũ.Or.207.b.Iudicem me eſſe,non doctorem uolo.In V.71.b. Iudex integer,ſeuerus,triſtis, ſumma religione. & 180.b. Iudices Caſsiani ſeueriſsimi.Tuſ.150.a. Inexorabiles iudices Minos & Rhadamãthus.& 169.b.Aeacus, et Triptolemus.

Iudicatio,onis. diſceptatio, propria iudicij quæſtio. Part.239.a. Ex rationis autem, & ex firmamenti conflictione & quaſi concurſu, quæſtio exoritur quædam, quã diſceptationem uoco:in qua quid deueniat in iudicium, et de quo diſceptetur,quæri ſolet.Top.229.a.Sed quæ ex ſtatu contentio efficitur,eam Græci κρινόμενον uocant:mihi placet id,quoniã quidem ad te ſcribo, qua de re agitur, uocari. de In.64.a.Quæſtio in coniecturali eadem,quæ iudicatio.& ad Her.5.b.l.Crinomenon. Ep.39.b. Longi ſubſellij iudicatio:id eſt,iudicium.

Iudicatum,ti.res iudicata. de In.70.b.Iudicatum eſt de quo iam antè ſententia alicuius aut aliquorum conſtituta eſt. & 52.b.Iudicatum eſt res,aſſenſione aut autoritate aut iudicio alicuius aut aliquorum comprobata. ad Herenn.9.b.Iudicatum eſt id,de quo ſententia lata eſt,aut decretum interpoſitum. pro Flac.156.b. Prætor decreuit,ut ſi iudicatum negaret, in duplum iret. & ibid. Itaque recuperatores contra iſtum iudicarunt, cum iudicatum non faceret, addictus Hermippo, & ab eo ductus eſt. pro Quint.5.a.Iſte poſtulat ut procurator iudicatum ſolui ſatiſdaret. pro Quint. 7.b. Si ueretur ut res iudicio facto parata ſit, iudicatum ſolui ſatis accipiat. pro Flacc.156.b. Prætor actionem ſe daturum negauit, re iudicata ſtari oſtendit placere. pro Syl. 179.a. Rogatio Cæcilia. & ibid. Cæcilius, qui id promulgarit, in quo uidebatur res iudicatas uoluiſſe reſcindere. & ibid. Status reipubl. maximè iudicatis rebus continetur.

Iudicatus, ta, tum. In A.233.a.Iudices, quorum res iudicatas irritas fecimus. & contra Rull. 68. a. Rerum iudicatarum infirmationes. pro Domo 228. b. Rem iudicatam referre. & pro Cluent.41.b.Id maiores noſtri nunquam iudicium nominauerunt, neq; perinde ut rem iudicatam obſeruauerunt animaduerſionem atq; autoritatem cenſoriam.pro R.P.123.b. Cauſa iudicata atq; damnata.

Iudicatus, tus. iudicatio, iudicium. Attic.191. b. Approbo maximè quod de iudicatu meo reſponſum ſit.I. A.156.b.Iſti ordini iudicatus etiã antè lege Iulia patebat.

Iudicialis, le. iudicij cauſa, forenſis. de In.43.b. Iudiciale genus eſt,quod poſitum in iudicio habet in ſe accuſationem & defenſionem, aut petitionem & recuſationem. Orat.213.a. Oratio iudicialis & forenſis. de Clar.191.b. Forenſe, concertatorium, iudiciale genus dicendi. Attic.21.b. Ab hoc refractoriolo iudiciali dicendi genere. pro Arch.192.Quæ firmè à me & iudiciali conſuetudine.ad Her.11.a. Hæc cauſa iudicialis fieri non poteſt.de D.120.a.Iudiciales cauſæ. & I.V.224.b.Perſequi aliquem legibus ac iudiciali iure.de Or.114.a. Oratio ſine iudiciali aſperitate.At.205.b.Iudiciali aſperitate ut careas uidebis.

Iudiciarius,a,um.iudicialis. I.V.77.a.Vt finis aliquãdo iudiciariæ controuerſiæ conſtituerentur.& pro Clu. 32.b.Quæſtus iudiciarius.de In.59.a. & I.P.99.b.Iudiciaria lex Cæpionis.

Iudicium, cij. legitima contentio, diſceptatio, quæſtio, lis, cognitio, notio, actio, æſtimatio, uel exiſtimatio. pro Cecinn. 286.a. Omnia iudicia aut diſtrahendarum controuerſiarum, aut puniendorum maleficiorum cauſa reperta ſunt. pro Quint.Roſc.46.b. Aliud eſt iudicium, aliud arbitrium.iudicium eſt pecuniæ certæ, arbitrium incertæ. pro Cecinn.285.b. In hac cauſa non de improbitate Ebutij,ſed de iure ciuili iudicium fieri uidetur.pro S.R. 36. b. Itaque mandati iudicium conſtitutum eſt. pro Quint.R. 50.a. Iudicium damni iniuria conſtitutum. pro Quin.2. a. Prætor iudicium prius de probro quàm de re fieri maluit. & de Opt.244.b. Iudicium fieri de factis famaq; Demoſthenis. & ibid. Hunc igitur in iudicium adduxit Aeſchines. & ibi. Si prius expoſuero, quæ cauſa in iudicium deducta ſit.pro Quint. 7.a. Romæ iudicia fiunt, & in prouincia ius dicitur. pro Q.11.b. Accipere iudicium in ea ipſa uerba, quæ aduerſarius ediderit. & ibid. Accipere iudicium pro aliquo.In V.122.a.Quod iudicium ſecundum Heraclium de compromiſsis factum erat. & 231.a. Poſtquam iudicia ſeuera Romæ fieri deſierunt. & 114.b.Qui iudicãt, aut qui iudicia dant.& 63.b.Iudicium dat ſtatim.& 104 a. Dare iudicium in aliquem. & 181. b. Ex formula, &c. pro Flacc.162.b.In Lurgonis libertum iudicium ex edicto dedit. In V.65.b. & de Claris orat.174.b. Vocare aliquem in iudicium. de Claris orat.176.b.Vocare aliquem in iudicium capitis. Off.64.a. Iudicia in quibus ex fide bona agitur.pro Cæl.37.b. Omnibus negocijs intermiſsis unum hoc iudicium exercetur. & pro Arch. 192.a.Qui iudicium exercet:id eſt,prætor.& 186.a.Prætor iudicium exercens. Quin.Fr.317.a.Scauri iudicium ſtatim exercebitur. pro Cec.296.b. Iuris iudicium cum erit & æquitatis, caue in iſta tam frigida calumnia deliteſcas. pro Cluen.18.b.Illa definitio iudiciorum æquorum, quæ à maioribus noſtris tradita eſt, ut ſine inuidia culpa plectatur, & ſine culpa inuidia ponatur. Sal.in Cic. 271.a. Cum legis Planciæ iudicia domi faciebatis. pro Cluent.36. b. Quid? illa tandem quæſtio, aut diſceptatio, aut iudicium fuit? pro Planc.266.b. Senatus de reiectione, de ambitu fieri uoluit iudicium alternorum. pro S.R.20.a.Iudicium inter ſicarios hoc primum committitur. & ibid. Vt acria & ſeuera iudicia fiant. de Pro.79.a. Cenſorium iudicium ac notionem & illum morem ſeueriſsimum magiſtratuum de ciuitate eſſe ſublatum. In P.100.b. Tum tu ipſe de te ſententiam tuliſti, tum iudicium pronunciaſti. pro Cluent. 40.b. Iudicium à ſubſellijs in roſtra deferre : id eſt, à iudicibus ad populum. Attic.66.b. Lex Plocia de iudicijs. de In.69. b.Iudicium purum & iudicium cum exceptione.& ibi. Recuperatorium iudicium. Cæl. Epiſtol. 123. b. Legis Scantiniæ iudicium apud Druſum fit. ad Herenn.40. b. In iudicio ſuperari turpiſsimum eſt, ſuperare pulcherrimum. ad Heren.9.b.Quod genus M.Druſus prætor urbanus, quod cum hærede mandati ageretur, iudicium reddidit, Sextus Iulius non reddidit. pro Quint. R.52.b. Iniurato in ſua lite aut iurato in alieno iudicio credere. de In.62.b. Probari iudicio alicuius, qui ueriſsimum pulchritudinis iudicium habeat. de Orat.160. a. Iudicium acre & certum. de In.66.b. Facere iudicium de aliquo ex anteacta uita. Epiſtol.182. a. Grauiſsimum uerò iudicium de mea fide, & de conſtantia feciſti, cum, &c.pro Mar.138.b.Propter ſingulare animi mei de tua uirtute iudicium. de Orat.148.a. Animi quodam iudicio abhorrere à re ciuili. de Natur.60.a. Cum ſuo cuiq; iudicio ſit utendum. Attic.121.a.Hæc ſcripſi ſedato animo, nullum meum iudicium interponens, ſed exquirens tuum. & ibid. Cuius cum cognoſſem mores,tuo tamen potius ſtabã iudicio quàm meo. Off.74.a. Nõ enim ſuo iudicio ſtetit regulus,ſed iudiciũ ſenatus eſſe uoluit.At.193.a.Ego meo iudicio multo ſtare malo quàm omniũ reliquorum. Of.1.b.Nos autem quantũ in utroq; prof-

proſecerimus, aliorum ſit iudicium, utrunq; certè ſecuti ſumus. pro Q.5.b. Secus de ſe iudicare, quod iudiciū eſt grauiſſimum. de Cl.165.a. In quo iuratus iudicium meæ dignitatis fecerat. At.228.b. Si bonitas tua reſponderit iudicio meo, quod ſemper habui de te, gaudebo. & 238.a. Brutus, quod iudicium habet de rep. ita conſecutus eſt, &c. pro Plan.279.a. Tum herculè me confitear non iudicium aliquod habuiſſe de reip. utilitate: id eſt, nihil reſpexiſſe rempub. de D.88.a. Ne reliquorum ſeculorum iudicium, quod de ipſis futurū eſt, pertimeſcere. Q.Fr.298.b. Tibi utendum eſt exiſtimationibus ac iudicijs poſterorum. Or.210.a. De cuius meritis tanta ſenatus iudicia fecit, comprobante populo Rom. quanta de nullo. I.A.159.b. Et populi quidem Romani iudicia & teſtimonia multa habetis. Br.At.275.a. Quod ſcribis, &c. quid ego ſentiam, mei iudicij eſſe ſtatuo nihil, niſi hoc, ſenatus aut populi Romani iudicium eſſe de his ciuibus, qui, &c. Brut.287.a. Si flexerit aduerſus alios iudicium ſuum, quod tanta firmitate & magnitudine direxit in exturbando Antonio. de N.10.a. Expoſui non philoſophorum iudicia, ſed delirantium ſomnia. Epiſt.248.a. Ad meum ſenſum & ad illud ſincerum ac ſubtile iudicium nihil poteſt eſſe laudabilius, quàm, &c. de Pet.205.a. Quaſi in ſingulis cauſis iudiciū de omni ingenio futurum ſit. Or.199.a. Athenienſium prudens ſincerumq; iudicium. Ep.112.a. Iudicium limatum & politum. Orat.199.a. Atticorum aures teretes & religioſæ. de Opt.244.a. Qui teretes aures habent, intelligensq; iudicium. Or.210.b. Aures, quarum iudicium eſt ſuperbiſſimum. Q.Fr.298.a. Vir iudicio eruditiſſimus. Or.203.a. Iudicium electioq; uerborum. & ibid. Magni igitur iudicij & ſummæ facultatis eſſe debebit moderator ille, &c. pro Pomp.12.a. De quo uos homine, id quod maximè facit autoritatem, tanta & tam præclara iudicia feciſtis? Epiſt.7.a. Facere iudicium facti alicuius. pro Fl.164.a. Multa & grauia iudicia de coniuratorum ſcelere feciſtis. pro Domo 227.b. Senatus cuius eſt grauiſſimum iudicium de iure legum. de Or.95.a. Subire iudicium graue. Or.200.a. Iudicia ſunt uaria, ut in Græcis. de Cla.181.b. Qui uulgi opinione diſerti ſunt habiti, hi intelligentium quoq; iudicio fuerunt probatiſſimi. de Clar.167.b. & 181.a. & 183.a. Gloria, quam nemo quidem meo iudicio eſt poſtea conſecutus. Tuſcul.148.a. Meum iudicium ſemper fuit, omnia noſtros inueniſſe per ſe ſapientius quàm Græcos. de In.43.a. Quare meo quidem animo nihilo minus eloquentiæ ſtudendum eſt. & pro Seſt.14.a. Hoc meo quidem animo ſummi in patriam amoris mei ſignum eſſe debet: id eſt, meo iudicio. de Or.113.b. Mea ſententia. Item: Opinione mea, quātum iudicare poſſum, ut mihi quidem uidetur, ut ſentio, ſicut mihi uidetur. Regula cognitionis & iudicij. l. Regula.

Iudico, as. iudicium facio, cognoſco, diſcepto, ſententiam dico uel fero, litem do, decerno, ſtatuo, conſtituo, iudicium meum interpono, iudicium iudico, pronūcio, diiudico, iudicio decerno, meum iudicium eſt, in eadem ſententia ſum, exiſtimo. pro Fl.156.b. Itaq; recuperatores contra iſtam rem minimè dubiam prima actione iudicauerunt. Attic.253.a. Conſulibus lege permiſſum erat, ut de Cæſaris actis cognoſcerent, ſtatuerent, iudicarent. de Cl.172.a. Iudicare, cognoſcere, ſtatuere de aliqua re. & In V.132.b. Res ab iſto iudicatæ, cognitæq;. pro Cecinn.297.a. Iudicare aliquid ex æquo & bono. de Orator.99.b. Iudicare de aliqua re inter aliquos. & pro Mil.102.a. Iudicare de aliquo. Offic.67.a. Iudicare contra aliquem. pro Quint. R.45.a. Secundum tabulas alicuius litem dare. de Diuin.104.a. Iudicauit iudicium inclytum inter deas treis aliquis, &c. Quint.Frat.314.b. Veſtra culpa hæc acciderunt equites Romani, diſſolutè enim iudicatis. pro Sext.Roſc.41.b. Laudabunt omnes ſi rectè & ordine iudicatis. pro Flac.148.a. Nefas eſt publicanum iudicare contra publicanum. de Orat.124.b. Plura iudicant homines odio aut amore, &c. quàm ueritate aut præſcripto, &c. pro Planc.260.a. Populus non delectu aliquo, aut ſapientia ducitur ad iudicandum, ſed impetu nonnunquam & quadam temeritate. de Orator.161.a. Omnes tacito quodam ſenſu, ſine ulla arte aut ratione, quæ ſunt in artibus ac rationibus recta ac praua diiudicant. & 94.b. In artibus, in quibus non utilitas quæritur neceſſaria, ſed animi libera quædam oblectatio, diligenter ac propè faſtidioſè iudicamus. & 95.a. Quo etiam grauius iudicium in dicendo ſubimus: quoties enim dicimus, toties de nobis iudicatur. pro Mar.135.b. Serui igitur etiam ijs iudicibus, qui multis pòſt ſeculis de te iudicabunt, & quidem haud ſcio an incorruptius quàm nos. nam & ſine amore, & ſine cupiditate, & rurſus ſine odio, & ſine inuidia iudicabunt. Q. de Pet.208.b. In ijs omnibus generibus quantum quiſque poſſit, iudicato atq; perpendito. & Offic.50.a. Non enim numero hæc iudicantur, ſed pondere. de Diuin.127.a. Oculorum falaciſſimo ſenſu iudicant ea, quæ ratione atq; animo uidere debebant. In A.186.a. Cum enim iudicauiſtis, &c. Iſtud etiam ſtatuiſtis, &c. & ibid. Iudicetur non uerbo, ſed re, non modò non conſul, ſed etiam hoſtis Antonius. de Orat.119.a. Atque ego, &c. ſic ſtatuo & iudico, neminem, &c. In A.237.b. Contrà ac Deiotarus ſenſit uictoria belli iudicauit. Epiſt.32.b. Quod egomet multis iam argumentis antea iudicaram. In C.120.b. Ego enim de meo ſenſu iudico. Epiſt.172.a. Tu enim à certo ſenſu & uero iudicas de nobis. de Finib.63.b. Iudicare de aliqua re. Tuſc.228.b. Sed in hoc me ipſe caſtigo, quod ex aliorum & ex noſtra fortaſſe mollicie, non ex ipſa uirtute de uirtutis robore exiſtimo: id eſt, iudico. de Cl.171.a. Orationes ex quibus exiſtimare de ingenio poſſumus. de Leg.185.a. Cum magiſtratus iudicaſſit: id eſt, iudicauerit.

Iugatus, a, um. iunctus. Tuſc.194.a. Omnes uirtutes inter ſe nexæ & iugatæ ſunt.

Iugerum, ri. terræ menſura, quantum uno boum iugo, uno die exarari poteſt iugum. In A.179.b. Medico tria millia iugerûm dediſti. At.31.a. Qui ager, ut dena iugera ſint, non amplius hominum quinq; millia ſuſtinere poteſt. In V.155.b. Edixerat ut aratores iugera ſationum ſuarum profiterentur. At.215.a. Is CC iugera de M.Pilio emit. In A.168.b. & 187.b. Duo millia iugerûm agri Leontini Sex.Clodio aſſignaſti. At.197.b. Is parteis fecit in ripa neſcio quotenorum iugerûm. Q.Fr.318.b. Iugera L. prati facilè irrigabis.

Iugis, ge. perennis. de D.103.a. Qui cùm uidiſſet aquā hauſtam de iugi puteo, dixit, &c. & de N.31.a. Ex puteis iugibus aquam calidam trahi. de D.114.b. Aqua iugis. & 124.b. Iuge auſpicium eſt.

Iuglans, dis. nux arbor, & fructus ipſe. Tuſ.239.b. Iuglandium putamina.

Iugulo, as. iugulum ferire, necare. In V.121.b. & pro Cl.31.b. Poſtquam tam multis cum factis decretiſq; iugulaſſet. At.10.b. Cum illum plumbeo gladio iugulatum iri tamen diceret. Tuſc.250.b. Nec grunitum audiunt cum iugu-



iugulatur ſus. In A.184.a. & pro Q.7.b. Qui multos ciues Brunduſij iugulare iuſſit. & 18.a. Iugulare propinquum ſuum. In A.255.b. Vt facilius reuiuiſcat Pompeianorum cauſa totiens iugulata.

Iugulum, li. pars colli anterior, collū, ceruix. pro Mil.107.a. Dare iugulum inimico. Att.11.a. Vt apertè iugula ſua pro meo capite P.Clodio oſtentarint. In C.111.a. Mucrones gladiatorum à iugulis noſtris reiecimus. pro Seſt.22.a. Vt aliquo præſidio caput, ceruices, iugulum, latera tutetur. de Fat.142.a. Socrates iugula concaua non habebat, nam obſtructæ illæ partes & obturatæ erant. In A.262.b. Cæſar Antonij crudelitatem non ſolum à iugulis noſtris, ſed etiam à membris uiſceribuſq; auertit.

Iugum, gi. inſtrumentū quo boues iugantur, par boū, iugerum, par, onus dominatus, imperium. de N.56.b. Nos onera quibuſdā beſtijs, nos iuga imponimus. & 58.a. Boū ceruices natæ ad iugum. & de In.48.a. Angues ingentes alites iuncti iugo. In V.147.a. Multis iugis arare. & 143.a. Qui in ſingulis iugis arant. Off.94.a. Conſules legionibus noſtris ſub iugum miſſis pacem cum Samnitibus fecerant. In A.231.b. Iugum impiorum. Antequam.192.b. Omnibus graue eſt ſeruitutis iugum. & ibid. Qui à ueſtro corpore iugum acerbiſſimum repulit ſeruitutis. I.A.154.a. Patriæ liberatores urbe carebant ea, cuius à ceruicibus iugum ſeruile deiecerant.

Iugum, pro montis uertice. de Or.149.a. Hæc autem ut ex Apennino fluminū, ſic ex communi ſapientium iugo ſunt doctrinarum facta diuortia.

Iugum, pro libra ſigno cœleſti. de D.128.b. L.Taruttius Romam, cum eſſet in iugo luna, natam eſſe dicebat.

Iugurtinus, a. de N.74.b. Iugurtina coniuratio.

Iulianus, a, um. Octa.331.a. Iuliani gladiatores reliquiæ Cæſaris ludi.

Iumentum, ti. ut equus, mulus, boues. pro Cec.195.a. Si uia ſit immunita, lex iubet quà uelis agere iumentum. At.129.a. & Tuſ.173.a. Quæ arma ſuperabunt, ea Brunduſium iumentis deportate.

Iunctio, onis. coniunctio. Tuſcul.163.a. Secretio earum partium, quæ ante interitum iunctione aliqua tenebantur.

Iunctus, a, um. cōiunctus, continens, compoſitus, quod iunctione aliqua tenetur. de D.127.a. Chaldæi notant ea ſidera natalitia, quæcunq; lunæ iuncta uidentur. & de Fat.147.b. Cauſa propior, & cum exitu iunctior. At.73.a. Propter propinquitatem totos dies ſimul eramus iuncti. Or.215.a. & Part.234.b. Verba translata, facta, iuncta. de Or.160.b. Verborum iunctio.

Iungo, gis. coniunctus, copulo. de N.49.a. Aer mari continuatus & iunctus eſt. & de In.66.a. Indignatio iuncta conqueſtioni. & de Or.156.a. Sapientia iuncta eloquentiæ. & de Cl.196.b. Iiſdem artibus decus omne uirtutis cum ſumma eloquentiæ laude iunxiſti. de D.139.a. Religio, quæ eſt iuncta cum cognitione naturæ. Tuſ.149.b. Prudentiam cum eloquētia iungere. de Or.158.b. Si uerba extrema cum conſequentibus primis iungetis. de D.137.b. Quæ cum ſomnijs, naturali cognitione iunguntur. pro Deiot.148.b. Deiotarus cum hominibus noſtris conſuetudines amicitiaſq; iungebat. & ibid. Cum aliquo rem rationemq; iungere. de Orat.130.b. & 147.b. Improbitas ſcelere iuncta. de Cl.179.a. Laudatio defenſione iuncta. Attic.89.a. Rheda equis iuncta. At.145.b. Nunc uideo infinitum bellum iunctum miſerrima fuga. pro S.R.41.a. Iungere ſe ad aliquem. de Fin.134.a. Sic ad illa, quæ ſemper habuit, iunget ea quæ poſtea acceſſerint. de Amic.99.b. Vt omnis charitas inter duos iungatur. de Orator.104.a. An hæc inter ſe iungi copulariq; poſſint. Tuſc.225.a. Tu homines diſſipatos inter ſe domicilijs coniunxiſti. Attic.73.a. Tamen propter uicinitatem totos dies ſimul eramus iuncti. Orat.203.a. Facere & iungere uerba. de In.82.a. Iunctum ex multis partibus. Att.62.a. Ex me & ex te iunctus M.Pomponius. de D.137.b. Quidam cum in ſomnis complexu uenereo iungeretur, calculos eiecit.

Iunior, oris. adoleſcentior, ætate poſterior, ætate inferior, minor natu, aliquot annis minor. de Vn.203.a. Dij (ut ita dicam) iuniores. Epiſt.129.b. Os adoleſcentioris Academiæ.

Iuno, onis. de N.39.a. Aer interiectus inter mare & cœlum Iunonis nomine conſecratur, quæ eſt ſoror & coniunx Iouis. & ibi. Iunonē à iuuando credo nominatam. In V.216.a. Iuno Sami colebatur. Antequā.196.b. Tuq; particeps connubij, ſocia regni regina Iuno. pro Mur.145.b. et de N.17.b. Nolite hunc à ſacris patrijs Iunonis ſoſpitæ, cui omnes conſules facere neceſſe eſt, domeſticum & ſuum conſulem potiſſimum auellere.

Iunonius, a, um. Oct.330.b. Cum te Iunonium puerum eſſe dixi.

Iupiter, Iouis. Saturni filius. de N.38.b. Iupiter, id eſt, iuuans pater, quem conuerſis caſibus appellamus à iuuando Iouem. & ibid. De Iouis epithetis multa. & 70.a. Ioues tres numerant ij, qui Theologi nominantur. ex quibus, &c. & 67.b. Ioues plures in priſcis Græcorum literis inuenimus. & 10.a. Aethera eſſe eum, quem homines Iouem appellarent. pro S.R.40.a. Iupiter optimus maximus, cuius nutu & arbitrio, cœlum, terra, mariaq; reguntur. Antequam.196.a. Iupiter optime, maxime, cuius nutu ac ditione ſola terrarum gubernantur. & ibi. Tu Iupiter Stator, &c. l. Stator. de Fin.164.a. Cum Iouem optimum, maximum, ſalutarem, hoſpitalem, ſtatorem dicimus. pro Dom.242.b. Te Capitoline, quem propter beneficia populus Rom. optimum, propter uim maximum nominauit. de N.39.a. Iupiter maximus, id eſt, magnas opes habens. & ibid. Iupiter optimus: id eſt, beneficentiſſimus. & 38.b. pro Mil.118.a. Iupiter Latialis. de Natur.17.b. Iupiter Ammon. de D.84.a. Principio æthereo flammatus Iupiter igni. pro Dom.231.b. Sed uide ne tu te debeas Iouem dicere, quod tu iure eandem ſororem & uxorem appellare poſſis. pro Font.280.a. Ille Iupiter, cuius nomine maiores noſtri ſanctam teſtimoniorum fidem eſſe uoluerunt. de Natur.36.b. Iouis ſtella, quæ φαέθων dicitur, ſignorum orbem annis XII. conficit. & 49.b. Stella Iouis illuſtrat & temperat. de Somn.128.b. Ille hominum generi proſper & ſalutaris fulgor, qui dicitur Iouis.

Iuratus, a, um. iureiurando deuinctus. )( Iniuratus. At.213.b. De epiſtola Cæſaris (iurato mihi crede) nō poſſum. pro Q.R.52.b. Iniurato in propria lite, uel iurato in alieno iudicio credere. pro Fl.149.b. Sed erant ea teſtimonia non concitatæ concionis, ſed iurati ſenatus. de Fin.76.b. Addebat etiam ſe in legem Voconiam iuratum contra eam facere non audere. pro Syl.173.b. & In V.72.a. Hæc iniuratus ſum dicturus, quæ iuratus in concione dixi. de In.78.a. Iuratus iudex.

Iure. rectè, meritò. de N.77.b. Propter uirtutem iure laudamur, & in uirtute rectè gloriamur. Att.249.b. De Memmio Attica iure queritur. Antequam.192.a.

Iure

Iure & meritò poſſum,&c. & In C.113.b. Meritò ac iure laudari.

Iurgium,gij.contentio,rixa.de Am.110.b.Ex inimicitijs iurgia,maledicta,contumeliæ gignuntur.de Sen.78.b.Vt Themiſtoclem ferunt Seriphio cuidam in iurgio reſpondiſſe,&c.Tuſc.226.a.Ira,cuius impulſu exiſtit etiam inter fratres tale iurgium. de Cl.187.a.Pontidius cum iudice ipſo iurgio ſæpe contendebat. pro Cæl.43.b.Omnia ſunt alia non crimina,ſed malè dicta iurgij petulantis. Tuſcul.220.a.Quid Achille homerico fœdius? quid Agamemnone in iurgio?Ep.150.a. Et perpetua de me iurgia cum obtrectatoribus. de D.101.a. Litibus & iurgijs ſe abſtinere.

Iurgo,as.iurgio contendo,rixor.de Rep. Si iurgant, inquit,beneuolorum concertatio,non lis inimicorum iurgium dicitur.& ibi.Iurgare igitur lex putat inter ſe uicinos,non litigare.Ex Non.1383.45.

Iuridicialis,le.ut iuridicialis conſtitutio. de In.69.b.& 45.a.& 44.b.Top.229.a.Tertia,quamuis moleſtum hoc nomen ſit,iuridicialis uocetur.

Iuriſconſultus,ti.iureconſultus, interpres iuris, interpres legum,iuriſperitus,prudens in iure ciuili,qui conſulitur & reſpondet de iure,qui ius interpretari populo et reſpondere ſoliti ſunt. de L.158.b.& 179.b.de Or.102.b. Iuriſconſultus eſt,qui legum et conſuetudinis eius,qua priuati utuntur,& ad reſpondendum, & ad agendũ, & ad cauendum peritus eſt.de Or.101.b.Eſt enim ſine dubio domus iuriſconſulti totius oraculum ciuitatis. de L.158.a. Ego more patrio ſedens in ſolio conſulentibus reſpondere.Item:Nam iure cauere,conſilio iuuare,atq; hoc ſcientiæ genere prodeſſe quàm plurimis,uehementer & ad opes augendas pertinet,& ad gratiam. de Or.105.a.Qui eſſet orator,iuris eundem eſſe conſultum.& ibi.b. Ita tibi iuriſconſultus ipſe per ſe nihil uidetur, niſi Leguleius quidam acutus & cautus,præco actionum, cantor formularum,auceps ſyllabarum. pro Mur.129.b.& 130.a.Contra iuriſconſultos. & ibid.Ea iureconſultorum ingenijs plerunq; corrupta ſunt. In A.223.a.Seruij Sulpitij admirabilis in legibus interpretãdis æquitate explicandis ſcientia. de Cl.173.b.Mutius augur iuris ciuilis intelligentia, atq; omni prudentiæ genere præſtitit. pro Q. 9.b.Ad C. Aquilium,aut ad eorum aliquem qui conſuluntur,concurriſſet.de Cl.171.a. Sext. Aelius iuris ciuilis omnium peritiſſimus. de Fin.51.b.P.Scæuola,M.Manilius,M.Brutus iuriſconſulti. de Or.95.b. Memoria iuriſconſultorum. Top.226.a.& b.Iuriſconſultorũ prudentia. de Or.101.b.Reſpondere ius,& de iure.Ep.31.a. L.Valerium iuriſconſultum ualde tibi cõmendo,ſed ita etiam ſi non eſt iuriſconſultus.melius enim ei cauere uolo,quàm ipſe alijs ſolet.& 99.b.& 100.& pro Mur.130.a.

Iuriſdictio, onis, uel iuriſditio. facultas & autoritas iuris dicendi.In V.116.a.& In V.132.a.Is uenalem in Sicilia iuriſdictionem habuit.Ep.55.b.& 25.a.Cum ab eo digreſſus eſſem,eo conſilio ut ab Athenis in Bœotiam irem, reliquamq; iuriſdictionem abſoluerem.de Ar.257.a.Qui in concione auſus eſt dicere,iuſticium indici oportere, iuriſdictionem intermitti,iudicia tolli.de Pro.70.a.Omitto iuriſdictionem in libera ciuitate contra leges. & ibi.b.De pecunijs creditis dicere ius in liberos populos cõtra leges. pro Fl.165.a. Aſiaticæ iuriſdictioni urbana iuriſdictio reſpondet. & 147.a. Præturæ iuriſdictio non attingitur. contra Rull.86.a. Sub ueſtrum ius iuriſdictionem, poteſtatem,orbem terrarum ſubigeretis. Att.75.b. & 90.b. & Q.Fr.293.b.Aeſtiuos menſes rei militari dare,hybernos iuriſdictioni.

Iuriſperitus,ti.iuriſconſultus. pro Cl.39.b.Quis P. Octauio ingenio prudentior?iure peritior? de Or.99.b. Q.Scæuola iuriſperitorum eloquentiſſimus,eloquentium iuriſperitiſſimus.de Cl.173.b.L.Cælius iuris ualde peritus. & 184.b.L.Lucullus iuris & publici,& priuati ſanè peritus. de Orat.107.a.Top.226.b.Hominum peritorum reſponſa.

Iuro,as.adiuro,iureiurando deuincio,iuſiurandũ do. Ac.17.a.Iurarem per Iouem deosq; penates, me,&c. & Tuſc.178.b.Et eo ipſo,per quem iuraui, herculè digna. Off.83.b.Quod enim ita iuratum eſt, ut mens conciperet fieri oportere,id obſeruandum eſt.pro Seſt.11.a.& 17.a. Is in legem per uim latam iurare noluit.pro Cl.36.b. Mulctam petiuit,quòd in legem non iuraſſet.pro Fl.163.a.Ergo is,qui ſi aram tenens iuraret, crederet nemo, per epiſtolam quod uolet,iniuratus probabit? pro Q.R.45.b. Quod in codicem iniuratus referre noluit, id iurare in litem non dubitat. de In.78.b.& 79.a. Ex lege in qua iuratus es,iudica.de Fin.36.b.Iurare ex ſui animi ſentẽtia.pro Cl.45.b.Iurare in certa uerba,& Peierare conceptis uerbis. At.189.a.b.& 1.a.Quod ſi erit durius,ueniam ipſe,et perpetuum morbum iurabo.Ep.101.b. Iurare Iouem lapideum.& 60.a.Magna uoce iuraui ueriſſimũ pulcherrimumq; iuſiurandum, quod populus idem magna uoce me uerè iuraſſe iurauit. de In.78.a.Iudici demonſtrandũ eſt quid iuratus ſit.Off.73.b.Non enim falſum iurare peierare eſt,ſed quod ex animi tui ſententia iuraueris, ſicut uerbis concipitur,more noſtro, id non facere, periurium eſt.& ibi.Iuraui lingua,mentem iniuratam gero.

Ius,iuris.eſt ars æqui boni, fas, lex,iuſtum, praui rectiq; partes,id eſt,iuris iniuriæq;. de In.70.a.Naturæ ius eſt,quod nobis non opinio, ſed quædam innata uis affert, ut religionem, pietatem,gratiam, uindicationem, obſeruantiam,ueritatem.& ibi.Iuris initium à natura ductum eſt. & 82.a.Naturæ ius eſt,quod non opinio genuit, ſed quædam innata uis inſeruit. de L.161.b. Non opinione, ſed natura ius eſſe conſtitutum.& 163.a.Ius in natura poſitum eſſe.de Or.153.a.Natura ne ſit ius inter homines,an opinionibus. Off.65.b.Maiores aliud ius gentium, aliud ius ciuile eſſe uoluerunt. quod enim ciuile, non idem continuò gentium:quod autem gentium, idem ciuile eſſe debet. de Arch.251.a. Hoc ſi minus iure ciuili perſcriptum eſt,lege tamen naturæ,& communi iure gentium ſanctum eſt,ut nihil,&c.pro R.P.129.b. Hyeme omnia bella iure gentium conquieſcunt. ad Heren.9.a.Ius commune. Parad.121.a.Ius & æquitas,quæ uincula ſunt ciuitatis. Ius ciuile quid ſit.l.Ius ciuile. pro Dom.220.a.Ius legitimum:id eſt,ius ciuile.& ibi. Legitimo & pontificio iure. & 239.a.Nec de põtificio,ſed de publico iure diſputo. & 240.b.Ius publicum uindicandi.pro Cec.299.a.Ciuili ac publica lege ius teneri.de N.68.a.Ius pontificum.& pro Dom.219.b.Ius ceremoniarum.& ibi.Ius religionis. & de Sen.84.b.Ius pontificum & ciuile tracto.In V.114.b. Ius prætorium.Off.7.b. Quæ quidem pleraq; iure prætorio liberantur,nonnulla legibus.de Sen.84.b.Ius augurum,& ius augurium,& ius augurandi. Attic.87.b.Ius ἄγραφον. de Finib.104.b.Homini cum humano genere quaſi ciuile ius intercedit.& ibi.a.Et quomodo hominum inter homines iuris eſſe uincula putant, ſic homini nihil iuris eſſe cum beſtijs.pro Cec.291.a.Impunè feci,nã quid agas mecum ex iure ciuili ac pretorio non habes.& ibid.



Experiundi iuris gratia ad conſtitutum uenire. & ibid. Statuere iura.& pro Cor.58.b.Conſtituere ius, quo omnes utantur. & pro Dom.234.b.Ius igitur ſtatuetis eſſe? omnia illi ſubiecta eſſe? pro Cecin. 292.a.b. Huiuſce rei uos ſtatuetis nullam eſſe actionem? nullum experiundi ius conſtitutum? I.V.57.b.Ciuili actione & priuato iure repetere aliquid. & Epiſt.184.b. Recuperare ius ſuum. pro Cecin.297.b. Ex æquo & bono, non ex callido uerſutoq; iure rem iudicari oportere. & ibidem: Si contrà uerbis & literis,&(ut dici ſolet) ſummo iure contenditur,ſolent eiuſmodi iniquitati, & boni & æqui nomen dignitatemq; opponere. Off.7.b. Ex quo illud,ſummum ius ſumma iniuria,factum eſt iam tritum ſermone prouerbium. Epiſt.115.b. Si ad illam ſummam ueritatem legitimum ius exegeris. I.V.236.a. Non agam ſummo iure tecum. & pro Cecin.287.a.Summo iure agere,& certum ius obtinere. de Leg.185.b.Dictator militiæ ſummum ius habeto. I.A.226.b.Omne ius imperij & exercitus amititis,qui,&c. de Pro.70.b.Vt tibi de pecunijs dicere liceret,ius in liberos populos. pro Mil.116.b. Priuata autem & ueſtra hoc dominante, nullum ius perpetuæ poſſeſſionis habere potuiſſent. de Leg.176.a.& 186.a.Cum populo agendi ius dare,aut non dare,augurum eſt.de Ar.246.b. Dare ius alicui faciendi aliquid.Item:Hic locus ſolus hoc præcipue ius habet, ut ſacer non eſſe iudicatus ſit. contra Rul.88.b. Ea omnia eo iure ſint, ut quæ optimo iure priuata ſunt. I.V.195.b. Cur quæ optimo iure eſſe debet, huic præcipua lex iniuriæ definitur? pro Cec.303.b. Si quid ius non eſſet rogari eius ea lege nihilum rogatum. pro Dom.234.b. Quid nam exceperas? ut ſi quod ius non eſſet rogare, ne eſſet rogatum. & 238.a. An conſecratio nullum habet ius? dedicatio eſt religioſa? Epiſt.117.a. Quod maior pars iudicarit, id ius ratumq; eſt. I.V.247.b. Quæ colonia eſt in Italia tam firmo iure? de N.28.a. An uos Thuſci auſpiciorum populi Romani ius tenetis? de Orat.107.a. Noſtri clariſſimorum hominum autoritate leges & iura tecta eſſe uoluerunt. Att.91.a.Nunc iſta ſyngrapha habet iuris idem quod cæteræ, nihil præcipui. & 83.a. Ita tamen ut non alio iure eſſet, quàm cæteræ eſſent, ſed eodem. & ibid.Ex ſyngrapha ius dici lex Gabinia uetat.de Orat.88.a.b.& 99.b. C.Carbo ignarus legum, hæſitans in maiorum inſtitutis,rudis in iure ciuili.et ibidem:Ea cauſa fuit oratoribus de toto ſtirpis ac gentilitatis iure dicendum.& 101.b. Cui Romæ exulare ius eſſet,ſi,&c.de Cla.174.b. Quidam in reſpondendo iure autoritate plus quàm ipſo ingenio ualent, & Rutilius magnum munus de iure reſpondendi ſuſtinebat. de L.158.a. Si te ad ius reſpondendum dediſſes. de Orat.121.b. In iuriſconſultorum libris nominatim ferè referri, quid alicui de iure uiro aut mulieri reſponderint. Att.133.a. Præter Appium nemo eſt ferè, qui non ius habeat tranſeundi. de Orat.104.a. Virtus ius ſuum atq; omnium rerum impunitam libertatem tenere debet. At.119.b.Ciuis, qui in ſua ciuitate non futurus ſit ſui iuris. ad Her.17.a. Statuere ius æquabile in omnibus. de Or.128.a. Aequabilitatem communis iuris præſtantia dignitatis tranſire. At.143.b. Non modò Coſſ.à Pr. ſed ne Prætores quidem creari ius eſt, quod maius imperium à minore creari non ſit ius. & 151.a. Quorum neutrum ius eſt. Tuſ.173.a. Sacerdotem curru ad fanum uehi ius eſt.Quin.Fr.293.b.Sit ſumma in iure dicendo ſeueritas.& ibidem:Ab aliquo ius dici æqualiter.de Pro.70.b.Dicere ius de pecunijs creditis. Attic.75.b. Quippe ius Laodiceæ me dicere, cum Romæ A. Plocius dicat. de Pro.71.a. Statuit ius publicano non dicere. pro Quint.7.a. In prouincia ius dicitur, Romæ iudicia fiunt, iudicia exercentur. pro Quint.6.b. Experiri ſummo iure. & Attic.260.b. Summo iure contendere.)( Ex æquo & bono agere, uel æquitate. & I.V.116.a. Aequo iure diſceptare cum aliquo. Quint. Frat.296.b. In pactionibus faciendis non legem ſpectare cenſoriam. Att.261.a. Noſtræ grauitatis eſt,ius noſtrum ſine ſumma illius ignominia perſequi. Offic.60.b. In uita ſibi quenque petere quod pertineat ad uſum, non iniquum eſt, alteri ſurripere ius non eſt. I.A.174.a. Ius poſtulabas:id eſt, æqua petebas. I.A.237.a. Ius poteſtatemq; imperandi habeo. contra Rul.88.b. Ea omnia eo iure ſint, ut quæ optimo iure priuata ſint. I.A.203.a. *Et pro populo Romano eo iure, quo qui optimo. Parad.121.b. Non ubi quiſque eſt, eius loci ius tenet. de N.24.a. Nihil iuris mihi cum illo eſt: id eſt, nulla communitas. I.V.89.a. Philodamus ius ſuum obtinere non potuit. & 99.a. De ſuis bonis ita dat, ut ab iure non abeat. Top.222.a.Omnibus ius eſt,parietem directum ad parietem communem adiungere.& ibidem: Mulier nupta cum eo cui connubij ius non eſt.& ibid.b. Hoc mihi ius uidebatur. et 221.b. Si compaſcuus ager eſt, ius eſt compaſcere. Off.8.b.Negat ius eſſe qui miles non ſit,pugnare cum hoſte. I.A.219.b. Huic portas huius urbis patêre ius nõ eſt. Off.2.a. Qui haberent ius ſuum diſputandi de officio, ſi, &c. Epiſt.53.a. Habere ius adeundi ad aliquem. I.V.155.b. Iura Siculorum, quæ habent à populo Romano, ne cogantur,&c. pro S.R.24.b. Filium pro patre mori iura omnia diuina & humana cogunt.Off.6.a.Qui omnia iura diuina atq; humana peruertit.& At.11.b.Ius & fas omne delere.pro Q.8.a.Quis nobis iſta iura tam æqua deſcribit? & 11.b.C. Aquilius hoc ius in ciuitate conſtituit, cuius, &c. pro Cecin.286.b. De communi iure dubitare. et ibidem:Ius de quo iudicium eſt.de Or.105.b. Pro æquitate contra ius dicere. de Or.100.a. Capitis noſtri ſæpe poteſt accidere ut cauſæ uerſentur in iure.pro Cor.63.a. Gaditani hoc ius eſſe uolunt,ut ſibi,&c.I.V.146.b.Vocare aliquem in ius.pro Quin.14.b. Vt ſtatim de iure aliquis concurrerit. pro Cecin.295.a.Quandoquidem te in iure conſpicio. ad Her.9.b.Vt in ius eas,cum uoceris. Ex iure manu conſertum. l. Conſertus. pro Plan.265.b. Vetere quodam in ſcenicos iure, maximeq; oppidano. pro S.R.42.b. Aliquid more, lege, iure gentium eſſe factum. de Am.102.a. Pro hoc enim qui minor eſt natu, meo iure reſpondeo. Attic.229.a.& 40.a. Poſtremò meo iure à te peto. & I.V.235.b. Pro meo iure. & pro Cecin.301.a. Pro ſuo iure contendet, &c. pro Flac.164.a. & de Fin.142.b. Pro meo iure dico. de Fin.125.a. Et fortaſſe ſuo iure. pro Font.282.b. Tibi pro mea autoritate præcipio. Epiſt.222.b. Quaſi pro meo iure. Tuſ.166.a.Vere & iure poſſum. Off.12.b.Ne ut quidam iure optimo irrideamur. Antequam.192.b.Iure & meritò poſſum. & pro D.213.a. Iure ac meritò poſſumus. pro Mar.131.b. Quod ei merito & optimo iure contigit.pro Mil.109.b. Iure,non iniuria.)( Iniuria.

Ius, iuris. Epiſt.138.a. Te iſtic Atriano iure delectato, ego me hic Hirciano. & 139.a. In ea cœna cocus meus præter ius feruens nihil potuit imitari. & 258.a. Ius enim tibi dandum non fuit, cum κακοστόμαχος eſſes. Tuſcul.247.a. Iure illo nigro,quod cœnæ caput erat.

Ius ciuile.ius legitimum uel publicum,iuris ciuilis ſcientia uel diſciplina,iuris ſtudium,ciuilis ſcientia, pruden-

tia iuris publici uel ciuilis. Top.221.b.Ius ciuile eſt æquitas conſtituta ijs,qui eiuſdem ſunt ciuitatis,ad res ſuas obtinendas.de Or.121.b.& 100.b.Craſſus heri nobis pollicitus eſt,ſe ius ciuile,quod nunc diffuſum et diſsipatũ eſt, in certa genera coacturum,et ad artem facilè redacturũ. & 100.b.Tum perfectam artem iuris ciuilis habebimus,magis magnã atq; uberem,quàm difficilem & obſcuram. Of. 47.a.Iuris ciuilis cognitio atq; interpretatio ſummo ſemper in honore fuit.pro Mur.128.a.Magna laus & grata hominibus,unum hominẽ elaborare in ea ſcientia, quæ ſit multis profutura.pro Cec.298.b.a.Qui ius ciuile cõtemnendum putat,is uincula reuellit non modò iudiciorũ, ſed etiam utilitatis uitæq; communis. et ibidẽ de interpretibus iuris iureq; ciuili multa.Off.11.a.Quæ deſcripta ſunt legibus & iure ciuili,hæc ita teneantur, ut ſit conſtitutum. Or. 210.a.Eloquentia primas tenuit ſemper urbanis pacatiſq; rebus,ſecundas iuris ciuilis ſcientia,cũ in altera gratiæ,gloriæ,præſidij plurimũ eſſet, in altera perſecutionũ cautionumq; præceptio. de Or.101.a.Fontes omniũ diſputationum,qui iure ciuili et legibus cõtinentur.& ibidẽ: Si quis ciuilẽ ſcientiã contempletur.et 105.a.Iuris ciuilis ſciẽtia.& 107.b.Hiſtoriam dico, & prudentiã iuris publici. et 98. b. Atqui non defuit illis eloquentia,ſed iuris ciuilis prudentia.pro Cor.59.b.Leges de iure ciuili:id eſt,de iure ciuitatis dandæ.

Iuſiurandũ,di,et iuriſiurandi.ſacramentũ,fides uel religio iuſiurandi,religio,fides.Ep.60.b.Magna uoce iuraui uerißimum pulcherrimũq; iuſiurandũ.et de In.52.a. Si auarus eſt,negligit iuſiurandũ. Off.73.a.Iuſiurandũ eſt affirmatio religioſa:quod autẽ affirmatè quaſi deo teſte promiſeris,id tenendum eſt.et 72.a.Conſeruare iuſiurandum At.88.b.Suauem habui recordationem clarißimi iuriſiurandi.pro Cæl.48.b.L.Luceius ſocius ueſtræ religionis iuriſq; iurandi.proFont.280.a.Religio iuſiurandi ac metus deorum immortalium in teſtimonio dicendo.pro Cæl.49 a.Ex qua domo recitatur uobis iureiurando deuincta autoritas:id eſt,teſtimonium iurati hominis.pro Q.R.52.b. Non enim ex pactione uerborum,quibus iuſiurandum cõprehenditur,ſed ex perfidia & malitia, per quam inſidiæ tenduntur alicui, dij immortales hominibus iraſci & ſuccenſere ſolent.& ibi.a.Abrogare fidẽ iuſiurandi cuipiam. Off.71.b.Cuius princeps iuriſiurandi fuit,quod omnes ſcitis,ſolus neglexit fidem. de Ar.251.b. Fidem iuſiurandũq; negligere.& ad Her.28.a. Non iuſiurandũ reliquiſti? aliter, contempſiſti.Off.73.a.Qui iuſiurandum uiolat,is fidem uiolat.et ibi. O fides alma, apta pennis, & iuſiurandum Iouis.Off.74.b.Nullum uinculum ad ſtringendam fidem iureiurando maiores arctius eſſe uoluerunt.et ibi.Iurauitq; ſe illum interfecturum,niſi iuſiurandum ſibi dediſſet,ſe partem miſſum eſſe facturum. pro S.R.35.a.Vt libentius animis ad illius teſtimonium ueſtrum iuſiurandũ accommodetis. I.C.112.a. Introducti Galli, iuſiurandum ſibi & literas à Lentulo ad ſuam gentem datas eſſe dixerunt. pro Flac.149.a.Pſephiſmata iureiurando conſtricta.de L.172.b.Plurima firmantur iureiurando inter ipſos homines dijs immortalibus interpoſitis, tum iudicibus, tum teſtibus.

Iuſſum,ſi.ſcitum.)( Vetitum.pro S.R.29.a.Cum præſertim deorum immortalium iuſſis atq; oraculis id feciſſe dicantur.de Leg.192.a.Senatori tria iuſſa ſunt, ut adſit, ut loco dicat,ut modo.pro Cecin.303.b.Putás ne ſi populus iuſſerit, id iuſſum ratum atque firmum futurum? pro Dom.228.b.Si id triginta curiæ iußiſſent, num id



iuſſum eſſet ratum? de Leg.171.b.Hæc & alia iuſſa ac uetita populorum uim habent, &c. & 159.b.Iura & iuſſa populorum. & 171.b.Qui pernicioſa & iniuſta iuſſa populis deſcripſerunt. & pro Dom.240.b.Populi iuſſa. pro Cor.62.b.Gaditanos nullum populi iuſſum habere. & 63.b.Cum Gaditanus ſcita ac iuſſa noſtra comprobat.

Iuſſus,ſus.pro Pom.9.a.L.Lucullus ueſtro iuſſu coactus abijt.de Off.63.

Iuſta,orũ.exequiæ,inferiæ.pro Fl.164.a.Iuſta Catilinæ facta ſunt.et de Leg.181.a.pro S.R.22.a.Hic miſer luctu perditus, qui nondũ etiam paterno funeri iuſta ſoluerat. de Leg.183.b.Sed uideamus Platonẽ,qui iuſta funerum reijcit ad interpretes religionum.

Iuſtè.iure,rectè,legitimè.At.275.a.At,inquies,iniquè facis,immo iuſtißimè.Of.3.b.Iuſtè & legitimè imperare.In Sal.272.b.Id uos,ſi fortè offendemini, iuſtius huic, quàm mihi ſuccenſere debetis.

Iuſtitia,tiæ.æquitas,ius,fas,iuſtũ.de In.82.a. Iuſtitia eſt habitus animi communi utilitate conſeruata,ſuam cuique tribuens dignitatem.& de N.67.a.Iuſtitia,quæ ſuum cuique diſtribuit. & de Fin.141.a. Iuſtitia in ſuo cuique tribuendo cernitur.& de Clar.172.a. Antiqui faciles in ſuum cuique tribuendo.de Fin.140.b. Iuſtitia eſt affectio animi,ſuum cuiq; tribuens, & ſocietatem coniunctionis humanæ munificè & æquè tuens. Off.32.a. Ea uirtus,quæ conſtat ex hominibus tuendis:id eſt, ex ſocietate generis humani. ad Her.16.b.Iuſtitia eſt æquitas, ius unicuiq; tribuens pro dignitate cuiuſque. Off.40.b.Iuſtitia,ex qua una uirtute boni uiri appellantur, mirifica quædam res multitudini uidetur.& 5.a. Iuſtitia in qua uirtutis ſplendor eſt maximus, ex qua boni uiri nominantur. et ibidem: b. Fundamentum iuſtitiæ eſt fides. & 7.a. Fundamenta iuſtitiæ,primùm ut ne cui noceatur, deinde communi utilitati ſeruiatur. & 20.a. Iuſtitiæ partes ſunt, non uiolare homines: uerecundiæ,non offendere. & 48.a. Fundamentum enim perpetuæ commendationis & famæ eſt iuſtitia, ſine qua nihil poteſt eſſe laudabile. & 57.b. Hæc uirtus omnium eſt domina et regina uirtutum. de N.1.b. Vna excellentißima uirtus iuſtitia. de Orat.140 b. In laude iuſtitiæ ſunt fides & æquabilitas. Offic.41.a. Iuſtitia ad rem gerendam neceſſaria eſt, cuius tanta uis eſt, ut nec illi quidem qui maleficio & ſcelere paſcuntur, poßint ſine ulla particula iuſtitiæ uiuere. & ibid. Iuſtitiæ uis etiam latronum opes firmat atque auget. & ibidem: Fruendæ iuſtitiæ cauſa uidentur olim bene morati reges conſtituti, ut ait Herodotus. Part.237.a. Iuſtitiam acerbitas imitatur.& 236.b.In commune autem quæ poſita pars eſt,iuſtitia dicitur, eaq; erga deos religio,erga parentes pietas,uulgò autem bonitas,creditis in rebus fides,in moderatione animaduertendi lenitas, amicitia in beneuolentia nominatur.de Fin.140.b.De iuſtitia & eius partibus.

Iuſtitium,tij.iuriſdictionis intermißio.de Ar.257.a.& pro Plan.266.a.Iuſtitium edici,iurisdictionem intermitti &c.bis.At.67.b.Memmius fauere iuſtitio et omnium rerum licentiæ.I.A.200.b. Iuſtitium indici, ſaga ſumi dico oportere.& 206.a.Iuſtitium indici.

Iuſtus,a,um.non iniuſtus,æquus,uerus,meritus, debitus,legitimus,indictus.)( Iniquus. Or.210.a.Quibus,ſi nihil aliud reſponderem,iuſta eſſet excuſatio.I.C.101.b. Vita multis ſupplicijs iuſtis debitisq; erepta. Offic.34.b. Honeſta & iuſta conſilia.)( Fraus & malitia. et I.A. 174.



174.a. Aequa & iuſta dicis. pro Seſt.27.a. Ariſtides, qui unus omnium iuſtißimus fuiſſe traditur. de Fin.139. b. Iuſtus Ariſtides.)( Iniuſtus Tubulus. pro Cecin.300. a. & Offic.41.b. Iuſtus & bonus uir.Off.7.a. Iuſtus homo, isq; quem bonum uirum dicimus. de Orat.127.b.Aliquam iracundiam non iniuſtam, ſed meritam & debitam fuiſſe contendere. de Am.110.a. Aliquis in amicitia parum iuſtus. pro Planc.272.b. Liberalem in publicanos, iuſtum in ſocios fuiſſe. Offic.9.a. Vti ſeruis ut mercenarijs ad operam exigendam & iuſta præbenda. Tuſ. 207.a. Si ſe officio fungi putet iuſto & debito. de Orat. 125.a. Oratione exprimere mores alicuius iuſtos, integros, religioſos,perferentes iniuriarum. de Fin.49.b. Vt propemodum iuſtioribus utamur illis,qui, &c. quàm ijs,&c. Offic.73.b.Cum iuſto & legitimo hoſte res gerebatur. de Pro.78.b. Caſum illum meum funus reipublicæ fuiſſe, ſed funus iuſtum & indictum. I.P.91.b. Iuſta gloria eſt fructus ueræ uirtutis. de Leg.171.b. Iuſtum et ius colere. de Clar.194.a. Illa iuſta eloquentia, quam dialecticam dilatatam eſſe putant. de Leg.174.a. Præter Idææ matris famulos, eoſq; iuſtis diebus, ne quis ſtipem cogito. de Ar.248.a. Omnia ſolennia ac iuſta ludorum omnibus rebus ſumma cum cerimonia ſunt ſeruata. Attic.69.a. Deinde ſine ulla mora cogitabam iuſta itinera facere. Epiſt.23.b. Iuſta uictoria. & Tuſ.166.a. Iuſta uxor.

Iuturna, næ. Dea. pro Cluen.38.b. Stalenus ſtatuas poſuit ad Iuturnæ:id eſt, in Iuturnæ æde.

Iuuenilis,le. de Cl.194.b.Iuuenilis quædam dicendi licentia.& Or.206.b. Iuuenilis redundantia. & in Hort. Iuuenilis libido.

Iuueniliter.more iuuenum. de Sen.79.a. Fabius Maximus Annibalem iuueniliter exultantem, patientia ſua molliebat.

Iuuenis, nis. adoleſcens.de Senect.83.b. Infirmitas puerorum eſt ferocitas iuuenum. Attic.159.a. Vellem ſuſcepiſſes iuuenem regendum. de Orat.141.a.& Tuſ.174 a.Iuuenes ſtare ad ianuam duos quoſdam,qui eum magnopere euocarent.Off.42.a.& de Sen.82.b.Iuuenis et adoleſcens idem.

Iuuentas, tatis. Hebe dea. Orat.171.a. Ludis Iuuentatis,quos Salinator Senonenſi prælio nouerat. de N. 23.b. At poetæ quidem nectar, ambroſiam, epulas comparant: & aut Iuuentatem, aut Ganymedem pocula miniſtrantem. Tuſc.161.b. Nec iuuentate pocula miniſtrante,lætari deos arbitror.

Iuuentus,tis.ætas florens. pro Dom.238.a.Imperia aſcribebantur nouæ iuuentuti.I.V.274.a. Mercurius iuuentutis cuſtos & præſes.de Sen.80.a.Res quæ iuuentute geruntur & uiribus.de Cl.176.a.Legendus eſt hic orator ſi quiſquam alius,iuuentuti.pro Do.222.b.Intuemini paulisper animis iuuentutem.

Iuuo, as. adiuuo. pro Mar.131.b. Et certè in armis locorum opportunitas multum iuuat. I.V.101.a. Lex Cornelia proſcriptum iuuari uetat.de Nat.2.b. Sin autem dij neque poſſunt nos iuuare, nec uolunt, quid eſt, &c. Attic.264.b. Multum potes nos apud Plancum iuuare. & ibidem: Adiuuabis igitur. Offic.2.b.& 3.a.Res,quibus & ſe poßint iuuare & ſuos. Tuſc.155.a. Iuuare,tueri,conſeruare homines. Epiſt.176.a. Si omni ſtudio Lamiam in petitione iuueris. de Fin.63.b. Eruditio ad beatam uitam iuuat. Epiſt.213.b. Iuuare atque ornare aliquem quibuſcunque rebus poßis. pro Corn.59.a. Qui



noſtros duces auxilio laboris, commeatus, periculo ſuo iuuerint. I.V.246.a. Te igitur autore ne foro quidem & commeatu Mamertini populum Romanum iuuare debuerunt. de Nat.59.a. Quorum neminem, niſi iuuante deo, talem fuiſſe credendum eſt. & Epiſt.105.a. Meq; dijs iuuantibus ante brumam expectabis. de Finib.67. a. Iuuare in corpore & in animo dicitur, ex eoq́ue iucundum.

Iuuat,bat,uit.pro delectat. I.V.202.b.Iuuat me,hæc præclara nomina ſic cõcidiſſe.Q.Fr.314.a.Te eſſe animo hilari,&c.ualde me iuuat.Or.212.a.Conſule aures, probabunt,quære cur? ita dicent ſe iuuari.Epiſt.77.b.Iuuitq; me,hoc tibi profuiſſe.

Iuxtà.non ſecus,ſimiliter,propter,propè, non longè. Poſt.208.b.Qui me omnibus officijs iuxtà ac ſi meus frater eſſet,ſuſtẽtauit.Cor.Nepos in uita Attici 272.b. Sepultus eſt iuxta uiam Appiam,ad V.lapidem.

## K A

K At.4.b.ad VIII.Kalen.decembris.& Ep.12. b.Ex Kalend.Ian.aliter,Cal.

## L A

L. De Or.131.a. Omnibus in parietibus inſcriptas fuiſſe literas tria LLL.duo M M.

Labecula, læ. In Vatin.37.a. Miloni non nullam laudatione tua labeculam aſpergis.

Labefacio,cis.labefacto. pro Seſt.24.a. Quem nulla unquam inuidia labefecit.

Lebefacto,as. perfringo,diſſoluo,conquaſſatus. pro Cecin.298.b.Is non homines lædit,ſed leges ac iura labefactat. pro Dom.218.a. Iiſdem machinis ſperant me poſſe labefactari, quibus antea ſtantem perculerunt. Epiſt.198 b.Nec uerò poſtea deſtiti labefactare eum, qui, &c. pro Clu.58.b. Quorum fidem precio labefactare conata ſit. pro Pom.7.b. Ruere illa non poſſunt, ut hæc non eodem labefactata motu concidant. pro Mil.108.a. Itaq; Milonis conſulatus, qui uiuo Clodio labefactari non poterat, mortuo deniq; tentari cœptus eſt. Acad.45.a. Ariſtoteles ideas labefactauit. Ep.69.b. Quæ cogitatio erat aliquantum labefactata atq; conuulſa. de Fin.58.a.Ne inuidia uerbi labefactetur oratio mea.pro Quin.R.46.a. Cæteri cum ad iudicem cauſam labefactari animaduertunt, ad arbitrum confugiunt.I.C.123.b.Perfringere ac labefactare conſpirationem bonorum.contra Rul.88.a. Labefactare & reſcindere ab alijs conſtituta.pro R.P.129.b. Labefactare dignitatem alicuius.Epiſt.59.b.Labefactare aliquam ſocietatem. Brut.276.b. Hoc adoleſcentis præſidium equidem adhuc ſatis firmum eſſe confido, ſed ita multi labefactant, ut ne moueatur interdum extimeſcam.

Labefactus, a, um. de Arat.258.a. Hæc iam labefacta, &c.

Labellum, li.de D.97.a.Platoni paruulo dormienti, apes in labellis conſederunt.

Labellum.pro uaſe.de Leg.183.b.Super terræ tumulum noluit quid ſtatui, niſi columellam, aut menſam, aut labellum.

Labens,tis.Brut.289.a.Ferre præſidium labenti atq; inclinatæ reip.

Laberius,rij.poeta mimicus ſanè modax.Ep.101.a.

Labes,bis. Ignominia, macula, ruina. In Vat. 32. a. Ne qua ex tua ſumma indignitate labes illius dignitati aſpergatur. de Leg. 174. b. Animi labes nec diuturnitate uaneſcere, nec ullis manibus elui poteſt. Parad. 120. a. In quancunque domum ſtuprum intulerit, eandem labem eſſe libidinis. pro Seſt. 7. a. Habeo quem opponam labi illi atque cœno. & 8. b. Cœnum illud ac labes. pro Cæl. 46. b. Ne probrum caſtis, labes integris, infamia bonis inferatur. de Am. 104. a. Videtis in tabella, quanta iam facta ſit labes. pro Dom. 233. b. Hanc labem turpitudinis & inconſtantiæ poterit populi Romani dignitas ſuſtinere? pro Rab. 96. a. Labes ignominiáq; mortis. pro Dom. 224. a. Labes atq; eluuies ciuitatis. I. V. 67. a. Labes atque pernicies prouinciæ. pro Flac. 151. a. Vtrum hic tandem diſceptationem & cognitionem ueritatis, an innocentiæ labem aliquam, aut ruinam fore putatis?

Labes.terræ hiatus, eluuies. de D. 96. b. Multis locis labes facta eſt, terræq; deſederunt. & 100. a. Delata etiam ad ſenatum labes agri priuernatis, cum ad infinitam altitudinem terra deſediſſet.

Labicanum.locus.de Off. 125.

Labicanus,na. pro Cn. Plancio 263. b. Labicana uicinitas.

Labici.pop.contra Rul. 85. b.

Labo,as.uacillo,nuto. At. 132. a. Scito labare meũ conſilium illud, quod iam ſatis fixũ uidebatur. I. A. 207. a. Cũ ei labare M. Antonius uideretur. de Fin. 105. b. Quid non ſic ex alia nectitur, ut non ſi ullam literam moueris, labent omnia. pro Mil. 114. b. Remp. ægram & labentem ſanare & confirmare.

Labor,eris.lapſus ſum, prolabor, dilabor, inclino. I. A. 170. a. Cum labentem & propè cadentem rempublicam fulcire cuperetis. de Am. 104. b. Serpit enim deinde res, quæ procliuis ad perniciem, cum ſemel cœpit, labitur. Tuſc. 218. a. Incitatáq; ſemel in procliue labuntur. de Leg. 166. b. Quin labebar longius, niſi me retinuiſſem. de D. 125. a. Sed labor longius, ad propoſitum reuertar. de Ar. 258. a. Vt aliquis lapſus de cœlo cœtus hominum adeat. Orat. 215. b. Breuitate & celeritate ſyllabarum uerba celerius labuntur. & ibid. a. Circuitus incitatior numero ipſo fertur, & labitur quoad perueniat ad finem. Orat. 197. b. Cætera naſci, occidere, fluere, labi, nec diutius eſſe uno & eodem ſtatu. pro R.P. 129. b. Labentem excipere. de Fat. 141. b. Naufragum illum in riuo eſſe lapſum. de D. 153. a. Contrahi autem animum Zeno, & quaſi labi putat atque concidere, & ipſum eſſe dormire. Acad. 44. a. Continenter labuntur & fluunt omnia. de Vn. 201. a. Sidera quæ uaga & mutabili ratione labuntur. In Arat. Nam non longinquum ſpacium labêre diurnum. Parad. 119. b. Lapſa eſt libido in muliere ignota. Attic. 57. b. Neque mihi licet labi ad eos, qui mihi non deſinunt inuidere. Acad. 35. a. Vos autem mihi ueremini, ne labar ad opinionem. de Leg. 177. b. Quarum mores lapſi ad molliciem pariter ſunt immutati cum cantibus.

Labi.errare,falli,decipi. de Cla. 181. a. Labi & cadere in aliqua re. Off. 4. b. Labi autem, errare, neſcire & decipi, & malum & turpe ducimus. Quin. Fr. 328. b. Tenes uerò lapſus eſt per errorem. contra Rul. 67. b. Aliqua in re non conſilio, ſed caſu lapſum eſſe. & I. A. 212. b. Si conſilio lapſi erimus. Off. 34. b. In quo uerbo lapſa conſuetudo deflexit de uia. de N. 7. b. & pro Rab. 95. b. Empedocles in deorum opinione turpiſſimè labitur. de Orat. 98. b. Aliquem in minimis tenuiſſimiſq; rebus labi. Att. 198. b. Qua in re ne labar, quæſo prouidete. de Clar. 187. b. Non puto exiſtimare te ambitione me labi, quippe de mortuis. Epiſt. 21. a. Nunquam labêre, ſi te audies. I. A. 247. b. Talis igitur & uir & ciuis opinione labi poteſt. & 225 a. Nam te inopia uerbi lapſum putarem, niſi, &c.

Labor.oris.labor corporis, contentio animi, opus, uigiliæ, ſudor, aſſiduitas. Tuſ. 182. a. Intereſt aliquid inter laborem & dolorem: ſunt finitima omnino, ſed tamen differt aliquid. Labor eſt functio quædam uel animi uel corporis, grauioris operis & muneris. Dolor autem motus aſper in corpore à ſenſibus alienus. & ibidem præclara multa de labore et dolore. pro Cæl. 45. b. Si quis omnẽ uitæ ſuæ curſum in labore corporis atque in animi contentione conficeret. pro Pomp. 9. Labor in negocijs, fortitudo in periculis. pro Muren. 133. a. Nunquam iſte plus militi laboris impoſuit, quàm ſibi ſumpſit. de Orat. 97. a. Eſt enim magni laboris, quem plerique fugimus. de Opt. 244. a. Suſcepi laborem utilem ſtudioſis, mihi ipſi non neceſſarium. pro Arch. 101. a. Quid eſt quod tantis nos in laboribus exerceamus? & ibidem: Nec tantis ſe in laboribus frangeret. Antequam. 194. a. Quoniam pro cunctis laborem ferre conſueui. de Sen. 94. a. Ocioſam ætatem & quietam ſine ullo labore & contentione traducere. de Vn. 201. b. Hæc ſi uerbis explicare conemur, earum rerum fruſtra ſuſcipiatur labor. Orat. 210. b. Nam eſſet cùm infinitus, tum puerilis labor. & 207 b. Quem laborem nobis leuauit Attici noſtri labor. pro Font. 276. b. Multo ſudore ac labore facere aliquid. de Orat. 110. a. Leuandi laboris cauſa paſſim uolitare. Antequam. 193. a. Suſtinere magnum laborem. de In. 76. b. Inſumere magnum laborem ac ſumptum in aliquam rem. I. V. 199. a. Impendere laborem ac ſumptum ad incertum caſum. de Orat. 105. a. Conſumere multum operæ ac laboris in aliqua arte. Attic. 15. a. Laborem propter ambitionem ſuſtinebam. Epiſt. 9. a. Perfunctus ſum maximis laboribus. Acad. 27. a. b. Labor exanclatus ab Hercule. de Cla. 187. a. Excipere magnos labores.

Laborans, rantis. afflictus, calamitoſus. pro Planco 277. a. Ego miſeris & laborantibus nihil negare poſſum.

Laboratus, ta, tum. Attic. 205. a. Habeo munus à te laboratum decem legatorum. aliter, elaboratum, & rectius.

Laborioſius. pro Q.R. 50. a. Quo quiſq; eſt ingenioſior, hoc docet iracundius & laborioſius.

Laborioſus,a,um. difficilis, operoſus, durus. Tuſ. 182. b. Induſtrios homines Græci ſtudioſos, uel potius amantes doloris appellant, nos commodius, laborioſos. I. A. 232. a. Qui magnos dolores perferunt, hos non miſeros, ſed laborioſos ſolemus dicere. pro Milon. 102. a. Quid enim nobis duobus laborioſius, quid magis ſolicitum, magis exercitum dici aut fingi poteſt? pro Cæl. 37. b. Vos laborioſos exiſtimet, quibus ocioſis ne in communi quidem ocio liceat eſſe. de L. 187. b. Nihil laborioſius moleſtiuſq; prouincia. Attic. 90. b. Hæc mihi nondum laborioſa ex illa uetere militia. Topic. 226. b. Laborioſum.) (Procliue: id eſt, facile. Epiſtol. 66. b. Laborioſa actio.

Laboro,as. elaboro, contendo, laborem ſuſcipio, opus facio, multum operæ pono uel confero in aliquam rem, in aliqua re multũ operæ ſtudijq; pono, in aliquo labore me exerceo,



exerceo, & magnis me laboribus frango, impenſam laboris ago in aliquem, operam do. Tuſ. 182. b. Aliud eſt dolere, aliud laborare: cum uarices ſecabantur C. Mario, dolebat: cum æſtu magno ducebat agmen, laborabat. Eſt inter hæc quædam tamen ſimilitudo. Conſuetudo enim laborũ, perpeſſionem dolorum efficiet faciliorem. & ibi de hac re pulchra. I. V. 174. b. Illi intelligebant ſeſe Verri ſerere, impendere, laborare. & 169. b. Aratores, qui uobis arant, uobis ſeruiunt. Off. 47. a. Diſertus homo & facilè laborãs multorumq; cauſas & non grauatè & gratuito defendẽs. de Sen. 81. b. Sed ijdem laborant in eis, quæ ſciunt nihil ad ſe pertinere. I. A. 197. b. Sed ne familiares, ſi ſcuta ipſi ferrẽt, laborarent. de N. 72. a. In enodandis nominibus, quod mirandum ſit, laboratis. de Clar. 167. a. In quo non modò de fici, ſed etiam laborare turpe eſt. Parad. 118. b. Quid enim ego laboraui? aut quid egi? aut in quo euigilaui? niſi ut, &c. At. 66. b. Ad quid laboramus res Romanas? & 206. b. Quo etiam magis laboro idem quod tu. Quin. Fr. 311. a. Quod ego nõ nimiũ laboro, etiam ſi minus aſſequar quod uolo. pro Syl. 176. b. Vos enim tum nihil laborabatis, nihil ſuſpicabamini. de Pro. 74. b. Nec decreui ſolum, ſed etiam ut uos decerneretis laboraui. Ep. 45. a. Hæc mihi ampliora multo ſunt, quàm illa ipſa, propter quæ hæc laborantur. pro Cæl. 48. b. Hæc mihi fructum aliquem afferre potuiſſent, cum à me ipſo laborata proferri uiderentur.

Laborare. pro ſolicitum eſſe uel curare. de D. 90. b. Quid iſtic fiat non laboro. Epiſt. 36. a. Hoc aſſequêre, ut in quam partem accipias minus laborem. & 145. b. Intellexi enim te laborare, ut ad me tuæ expectatiſſimæ literæ perferantur. Cæl. Ep. 119. b. Hoc uehementius laboro nunc, quod puto, &c. Epiſt. 75. b. Sic me & liberalitatis fructu priuas, & (quod minimè tamen laboro) mediocris etiam prudentiæ. Epiſt. 110. a. Nam de iudicijs, quod quæris, multo laboro minus, trahantur per me pedibus omnes rei, ſit uel Selius tam eloquens, ut poſſit probare ſe liberum, non laboro. & 54. b. At erat tuæ uirtutis in minimis tuas res ponere, de repub. uehementius laborare. Quint. Fr. 320. b. De filij tui eruditione quod labores nihil eſt. pro Quin. 12. b. Qui nunc ut tu uincas tantopere laborant. pro Cecin. 285. b. De quibus antea laborabam, nunc ſum animo æquiſſimo. & I. V. 215. a. De cæteris non laboro. & de In. 72. a. Non laborare de aliquo. Epiſt. 44. b. Laboro quomodo ea tuear, quæ mihi tuenda ſunt. At. 142. a. Non mediocriter laboro, ut poſſis, &c. I. V. 213. b. Non laborabat quin malè audiret. & 170. a. Non laborabat, ſi eſſet moriturus. & 176. a. Si ſocijs proſpicere non laboratis. & 174. b. Si quemadmodũ ſocij à magiſtratibus tractentur, non laboratis. pro Flac. 148. a. Græci nunquam laborant quemadmodum probent quod dicunt, ſed quemadmodum ſe explicent dicendo. de Orat. 127. b. Laborare pro bonis uiris. & pro Dom. 151. a. Laborare amici cauſa. Epiſtol. 47. a. Miror te non tuis bonis delectari potius, quàm alienis malis laborare. de Finib. 91. a. Laboro autem non ſine cauſa. Epiſt. 3. a. Si eſſet in ijs fides, in quibus ſumma eſſe debebat, non laboraremus. Attic. 210. a. De fama nihil ſanè laboro. & 114. b. Nec de me laboro, de pueris quid agam non habeo. Orat. 204. b. Homo de re magis quàm de uerbis laborans. pro Quint. 7. b. Non id ago, neque in eo nunc laboro. Attic. 210. b. Sed hæc hactenus, ut uidear περὶ μικρὰ σπουδάζειν

Laborare. cùm ad alia quædam, tum ad morbos relatum, pro affici, uel ægrotare, et aliqua re grauari. pro S. R. 44. a. Ex quibus rebus reſpublica maximè laborat, ijs maximè mederi conuenit. At. 100. a. Significant enim tuæ literæ te prorſus laborare. pro S. R. 43. b. Quod ſi omnes facerent, & reſpublica ex illis, & ipſi ex inuidia minus laborarent. pro Mur. 135. a. Quibus incommodo ualetudinis laborandum eſt. Att. 71. b. Vtpote cum ſine febri laboraſſem. de Fin. 61. a. Nec uerò quiſquam ſtultus nõ horum morborum aliquo laborat. Epiſt. 107. a. Cum iam decimum diem grauiter ex inteſtinis laborarem. Epiſt. 141. a. Ceparius dixit te in lecto eſſe, quod ex pedibus laborares. & Tuſc. 188. a. Ex renibus laborare. & ibid. Cum audiuiſſet eum grauiter eſſe ægrum, quod uehementer eius artus laborarent. Epiſt. 260. a. Non ignoro quantum ex deſiderio labores, ſed erunt omnia faciliora ſi ualebis. pro Clu. 60. a. Ea ſatis diu ex inuidia laborauit. de In. 62. a. Aliquanto ex inſcitia leuius laborarent. pro S. R. 44. b. Populus Romanus, qui quondam in hoſtes leniſſimus exiſtimabatur, hoc tempore domeſtica crudelitate laborat. At. 278. b. Nec externis hoſtibus magis quàm domeſticis laboramus.

Labrum, bri. oris humani extrema labra ſunt. de N. 6. a. Hunc cenſes primis, ut dicitur, labris guſtaſſe phyſiologiam? de Or. 92. a. Quæ iſti Rhetores ne primoribus quidem labris attigerunt. de Or. 155. b. Pericles in cuius labris lepôrem habitaſſe ferunt. de D. 122. a. Apes quas dixiſti in labris Platonis pueri conſediſſe. pro Cæl. 43. a. Aliquid primoribus labris guſtare, & extremis, ut dicunt, digitis attigiſſe.

Labrum. pro uaſe quodam ad formam oris humani et labrorum factum. Ep. 239. b. Labrum ſi in balneo non eſt, fac ut ſit.

Labron,onis. opp. Quint. Frat. 310. a. Vt Labrone conſcenderet.

Lac,ctis. ros uitalis. de Sen. 89. a. Villa abũdat lacte, caſeo, melle. de N. 51. b. In ijs animantibus quæ lacte aluntur, omnis ferè cibus matrum lacteſcere incipit. Tuſ. 190. b. Vt penè cum lacte nutricis errorem ſuxiſſe uideamur. de D. 100. a. Quondam lactis imber effluxit.

Lacæna mulier. Tuſ. 170. b. & 182.

Lacedæmon,onis. Sparta urbs. de Leg. 177. b. Illa ſeuera Lacedæmon, &c.

Lacedæmonicus, ca, cum. Spartiates, Lacænus. pro Flac. 159. a. Lacedæmoniorum ſpectata & nobilitata uirtus.

Laceratio,onis. laniatus. I. P. 88. b. Magna lætitia afficiebar ex corporis tui laceratione. Tuſ. 204. a. Muliebres lacerationes genarum.

Laceratus,a,um. diſtractus, diſſipatus. de Leg. 178. b. l. Lacero.

Lacerna,næ. penula ueſtis. I. A. 175. a. Rhodius cũ calceis & toga nullis nec calligis, nec lacerna.

Lacero,as. concerpo, dirumpo, conſcindo, diſcindo, carpo, dilacero, dilanio. At. 42. a. Meus me mœror lacerat et conficit. Tuſc. 196. b. Aegritudo lacerat, exeſt animum, planeq; conficit. I. A. 176. b. Hæc te lacerat, hæc cruentat oratio. Off. 12. a. Qui lacerarunt omni ſcelere patriam. & poſtquam. 204. b. Lacerare rempublicam. pro Quint. a. Ad reliquias uitæ lacerandas & diſtrahendas. pro Dom. 225. a. Vxor mea, quam uexauiſtis, raptauiſtis, omni crudelitate laceraſtis. I. A. 231. b. Reliquum corpus tractum & laceratum abiecit in mare. de Leg. 178 b. Obtrectatio inuidiæ, quæ ſolet lacerare pleroſq; de Or.

131.a.Lacerat lacertum Largij mordax Memmius. I. A. 231.a.Verborum contumelijs aliquẽ lacerare.& pro Mil. 118.b.Mortem alicuius lacerari.

Lacerta,tæ.ſerpentis genus. At.26.a.Tempeſtates non ſunt ad lacertas captandas idoneæ.& de D.121.a.Qui magis anguibus quàm lacertis?

Lacertoſus,a,um.robuſtus,neruoſus.I.A.219.a.Saxa cẽturio pugnax & lacertoſus.

Lacertus,ti. brachium à cubito ad manum,uires,nerui. Tuſ.179.b.O pectora,ô terga,ô lacertorum tori.& 182. b.Humeri,lacerti,manus.de Sen.82.b.Athletæ ſenis lacerti mortui ſunt.& ibi.Milo ex lateribus & lacertis ſuis nobilitatus eſt.de Or.106.& 131.a. Amentatas haſtas ab aliquo accipere,et eas oratorijs lacertis uiribusq; torquere. de Cl.170.a. Quanquam in Lyſia ſunt ſæpe lacerti,ſic ut fieri nihil poſsit ualentius.

Laceſſo,ſis.prouoco,irrito,tento.de Or.86.b. Arma quibus uel tectus ipſe eſſe poſsis,uel prouocare improbos, uel te ulciſci laceſsitus. Ep.196.a.& de Or.86.b. Sic igitur facies, neq; amabis,& ſcripto aliquo laceſſes, ego enim reſpondere facilius poſſum quàm prouocare. de Or. 136.b.Teſtis ſæpe non lædit,niſi laceſſatur. pro Pom. 8.a. b.Nationes quas nunquam populus Romanus neq; laceſcendas bello, neq; tentandas putauit. pro Mil. 118.a. Vi irritare, ferroq; laceſſere aliquem. Epiſt. 169.a.& pro Dom. 226.b. Nos te Antoni nulla laceſsiuimus iniuria. I. A. 160.b. Tu ne uerbo quidem uiolatus ultrò maledictis me laceſsiſti. I. P. 91.a. Reſponſione me inimica homo promptiſsimus laceſsiuit. Ep. 120.a. Procax in laceſſendo.& 38.b. Hos ego ſermones laceſsiui nunquam, ſed non ualde repreſsi. de Or. 130.a. Videmur quieturi fuiſſe, niſi eſſemus laceſsiti.& ibid. Omnino probabiliora ſunt quæ laceſsiti dicimus, quàm quæ priores. Epiſt. 210.a. Non enim te epiſtolis, ſed uoluminibus laceſſerem. & Attic.7.a. Quibus epiſtolis ſum abs te laceſsitus ad ſcribendum.

Laciades,de. Off.46.b. Cimon Athenienſis inſtituit, ut omnia præberentur,quicunq; Laciades in uillam ſuam diuertiſſet.l.Hoſpitalis.

Lacinia,niæ.pars ueſtis extrema & laxior.de Or. 153. a.Illud alterum genus obtinẽt,id ipſumq; lacinia.Ep.265. a.In lacinia ſeruans ex menſa ſecunda ſemina.

Lacinius,a.de D.90.Iuno Lacinia.

Lacon,nis.Lacedæmonius.Tuſ.238.a.& 172.b.Conſilijs noſtris laus eſt attonſa Laconum.

Laconicum,ci.uaporarium. At.60.b.Noſtram ambulationem & Laconicum cum poteris inuiſas.

Laconiſmus,mi.breuiloquentia.Ep.179.a. Breuitatẽ ſecutus ſum te magiſtro.& ibi.Sed quid ago? nõ imitor λακωνισμὸν tuum,altera iam pagella procedit.

Lachryma,mæ. Part.234.b. Citò areſcit lachryma, præſertim in alienis malis.& de In.62.a.Lachryma nihil citius areſcit, ut dicit rhetor Apollonius. I. V.271.a. Paulo antè lachrymas non tenebamus. de Som. 127.b.Equidem uim lachrymarum profudi. & pro Font. 284.a. Lachrymas profundo. pro Plan. 281.a.Lachrymæ,quas tu in meis acerbitatibus plurimas effudiſti. I. A. 172.b. Me miſerum, conſumptis lachrymis tamen infixus animo hæret dolor. Tuſc. 185.b. Si ſe lamentis muliebriter lachrymiſq; dedet.& Epiſt. 70.b. Tradere ſe lachrymis ac triſtitiæ.

Lachrymo,as.lachrymas effundo uel profundo,illachrymo.At.249.b.Te ut à me diſceſſeris, lachrymaſſe moleſtè ferebã.Tuſ.168.b.Ait Callimachus multo ſæpius lachrymaſſe Priamum quàm Troilum.pro Seſt.28.a. Video hũc oculis lachrymantibus me intuentem.

Lachrymor,aris,act.lachrymo.I.V.260.a.Quis tam fuit illo tempore durus & ferreus? quis tam inhumanus? præter te unum, qui non illorum ætate, nobilitate, miſeria commoueretur? ecquis fuit quin lachrymaretur?

Lachrymoſus,a.in Arat.

Lachrymula,læ.pro Plan.275.b.Non modò lachrymulam,ſed multas lachrymas uidere potuiſti.

Lactens,tis.lac ſugens.de Leg. 175.b. Hoſtia lactens, &c.& I.C.115.a.Romulus,quem inauratum in Capitolio paruum atq; lactentem uberibus lupinis inhiantem fuiſſe meminiſtis. & de D.118.a.Romulus lactens fulmine ictus. & 126.a. Puer lactens in gremio matris mammam appetens.

Lacteſco,ſcis.in lac conuerti,uel lacte impleri. de N. 51. b.& 52.a.In ijs animantibus,quæ lacte aluntur,omnis ferè cibus lacteſcere incipit.

Lacteus circulus. candens circus. de Som. 128.a. Circulus lacteus ſplendidiſsimo candore inter flammas elucens. & ibidem de eo multa.In Arat. Vidiſti magnum candentem ſerpere circum, Lacteus hic nimio fulgens candore notatur.

Lacuna,næ.foſſa,indigentia,inopia,uacuitas.I.V.130. a.Dederunt operam, ut illam lacunam rei familiaris explerent.& Att. 187.b. Vide ne qua lacuna ſit in auro: id eſt, fraus.

Lacunar, aris. trabs ſeu triclinij ſuperior pars. Tuſ. 240.a. Gladium è lacunari ſeta equina appenſum demitti iuſsit.

Lacunoſus,a,um.quod lacunas habet.de Vn.198.a. Mundus nihil habet eminens,nihil lacunoſum.

Lacus, cus.I.V.225.a.Circa Ennam lacus luciq; ſunt plurimi.& 274.b.Deæ quæ illos Ennenſes lacus lucoſq; colitis.de D.100.b.Cum lacus Albanus præter modum creuiſſet.pro Mil.115.b.Lacus Precius.Tuſ.155.a.Inde in uicinia noſtra Auerni lacus.

Lacus.uas è quo muſtum expreſſum fluit. de Cla.192 b. Noua iſta quaſi de muſto & lacu feruida oratio fugienda eſt.

Lædo.dis.offendo,aliquid mali alicui infero,uiolo,iniuriam facio.pro Cec.289.a.Non minus nos ſtultitia illius ſubleuat,quàm lædit improbitas.de Or.136.b. Sæpe teſtis non lædit niſi laceſsitus. pro Muren.145.a.Is iniuſtè neminem læſit. pro S.R.37.a. Qui fidem lædit, oppugnat omnium commune præſidium.Ep.6.a. Quos tu rei publicæ cauſa læſeras.I.V.148.a.Qui alterum nulla priuatim læſi iniuria,in iudicium uocant.Ep.59.a.Nec abſentem me ludibrio læſum iri.

Læna,næ.ueſtis auguralis,amiculum. de Clar. 169. b.Cum M.Popilius ſacrificium publicum cum læna faceret. bis.l.Amicio.

Læſio,onis.oratorũ quoddã ornamentũ.de Or. 162.a.

Læſus,a,um.de Or.137.a.Si læſus efferare iracundia. & pro Mur.134.a. Cui placet, obliuiſcitur: cui dolet, meminit.

Lætabilis,le.lætandum,lætitia dignum. Tuſc. 158.b. Quod ut ita ſit,quid habet iſta res,aut lætabile, aut glorioſum? & 217.a. Cui nihil nimis lætabile ad efferrendum uideri poteſt.

Lætè.hilarè.I.A.222.a.Is autorem ſenatus lætè atq; inſolenter tulit.

Lætans,



Lætans,tis.lætus.pro Cl.23.a.Caſsia lætãti iam animo & ſpe optima confirmata,nubit Oppianico.

Lætifico,as.lætitiam affero,lætitia afficio. de N.46. b.Acceſſus ſolis lætificat terram,ut cum cœlo hilarata uideatur.& 52.b.Indus non aqua ſolum agros lætificat, ſed eos etiam conſerit.

Lætificus,a,um.Tuſ.162.b.Vites lætificæ non intermittunt pampinis pubeſcere.Poetæ.

Licenter. nimis liberè, immoderatè. Or.204.a.b. Vt ingredi liberè, non licenter errare uideatur. pro Cæl.49.b. Serui licentius, liberius, familiarius cum domina uiuentes. de N.23.a. At quàm licenter fluentiũ frequenter tranſitio fit uiſionum.

Licentia, tiæ. libertas, impunitas, uenia, libertas immoderata. In V.148.b. Nunquã ipſimet nobis præcideremus iſtam licentiam libertatemq; uiuendi. Acad.8.b. Ne maiorem largiar ei qui contradicturus eſt, libertatem & licentiam. Off.21.a. Pueris non omnem licentiam ludendi damus. At.156.b. Hi niſi me ciuitate expuliſſent, obtinere ſe non poſſe putauerunt licentiã cupiditatũ ſuarũ. de Cl.194.b. Is redundantes nos & ſuperfluentes iuuenili quadam impunitate & licentia repreſſit. pro Fl.149.b. Græcia hoc uno malo concidit, libertate immoderata, ac licentia concionum. & 150.a. Græcorum diſſoluta conſuetudo & licentia impudens. & Or.211.b. Conſuetudo dabat hanc licentiam. Q.Fr.294.a. Immoderata libertas, infinita hominum licentia. contra Rull.63.b. Omnium rerum infinita atq; intoleranda licentia. pro Mur.128.b. Ne ab iſto conceſſam uideamur habere licentiam fingendi. de N.25.b. Homo ad ſcribendi licentiam liber. Or.200.a. Numerus liberiore quadam fruitur licentia. de Or.156.b. Verba priſca, quæ ſunt poetarum licentiæ liberiora. & 90.b. Poeta numeris aſtrictior, uerborum licentia liberior. de Fat.143.a. O' licentiam iocularem. de Sen.86.a. Tantum licentiæ dabat gloria. Off.56.a. Nobis aũt noſtra Academia magnam licentiam dat. & In V.197.b. Dare licentiam hominibus pecuniarum eripiendarum. & de N.77.a. Afferre autoritatẽ peccandi. i. licentiã. pro Cæl.47.b. Is abhorret non modò ab huius ſeculi licentia, uerùm etiam à maiorũ conſuetudine atq; conceſſis. Off.38.b. Niſi multorum impunita ſcelera tuliſſemus, nunquã ad unum tanta perueniſſet licentia. pro Dom.239.b. Tu in ciuis domo ſimulacrum non libertatis publicæ, ſed licentiæ collocaſti. At.243.a. Bella eſt autem huius iuris quinquennij licentia. pro Fon.282.a. Quantam habent ad maledicendũ licentiã. Off.30.a. Magnis illi & diuinis bonis, hanc licentiam aſſequebantur. & Am.111.b. In ijs pernicioſus eſt error, qui exiſtimant peccatorũ omnium patêre in amicitia licentiam. pro Mil.118.a. Quem ſi uiciſſet, habiturus eſſet impunitatem, & licentiam ſempiternam. pro Lig.140.b. Vide quid licentiæ Cæſar nobis tua liberalitas det, uel potius quid audaciæ. pro Cæl.40.b. Cuius rei ipſe perpetuã licentiam optaret. Ep.54.b. Magna gladiatorũ eſt licentia. & de Fin.79.b. Epicurus luxuriæ licentiam pollicetur. de D.139.b. Reſiſtere licentiæ alicuius. In V.153.b. Hac licentia permiſſa, ut quantũ uellent auferrent. de N.22.b. Democrito omnino hæc licentia. In V.122.a. Cum iſte calumniæ licentiam ſua autoritate dediſſet.

Licen-



Licentior, us. de Or.169.b. Inde ille licentior & diuitior fluxit dithyrambus.

Liceo, es. liceor, æſtimo. Att.193.b. De hortis quanti licuiſſe tu ſcribis, id ego quoq; audieram.

Liceor, eris. in licitationem pono, preciũ deſero, præconi publico ſubijcio, ſub præcone ſubijcio, uoci acerbiſſimæ præconis bona alicuius ſubijcio. pro Cec.287.b. Licetur Ebutius, deterrentur emptores multi, fundus addicitur Ebutio. Off.64.a. Non licitatorem uenditor, nec qui contra ſe liceatur emptor opponet. In V.164.b. Herbitenſes liciti ſunt uſq; eò, quo ad ſe efficere poſſe arbitrabãtur. & 153.a. Eum qui manus quæſierit, an eum qui digito licitus ſit, poſſidere? & 169.a. Is liceri non deſtitit. & 181.a. Liceri contra aliquem. Att.199.a. Hæredes Scapulæ liceri cogitãt. Off.50.b. Haſtam in foro ponere, & bona ciuium uoci ſubijcere præconis. & de N.77.a. Per præconem uendere. & At.200.a. Præconi ſubijcere.

Licet, bat. licitum eſt, ius eſt, integrum eſt, ius habeo, fas eſt, licentiam habeo, conceſſam ab aliquo licentiã habeo. pro R.P.126.b. Quorum impunitas fuit non modò à iudicio, ſed etiam à ſermone: id eſt, quæ facere licuit non modò per iudicia, ſed etiam per ſermonem. At.15.a. Quo in genere mihi negligẽti eſſe nõ licet. pro Fl.161.a. Cur his per te frui libertate ſua? cur deniq; eſſe liberos nõ licet? pro Cæl.37.b. Vos laborioſos exiſtimet, quibus ocioſis ne in cõmuni quidẽ ocio liceat eſſe. pro Cor.60.b. Si ciui Romano licet eſſe Gaditanum. At.135.b. Impetrabis, inquis, à Cæſare, ut tibi abeſſe liceat, & eſſe ocioſum. & 22.a. Nihilo magis ei liciturum eſſet plebeio rempub. perdere. pro Q.17.b. Si poterit Næuius id quod libet, & ei libebit, quod non licet. contra Rull.69.b. & 70.a. Vt id quoad poſſet, quoad fas eſſet, quoad liceret, pop. ad partes daret. pro Mil.110.a. Clod. nihil delectat, quod aut per naturam fas ſit, aut per leges liceat. In A.248.b. Licere id dicimus, quod leg. quod more maiorum inſtitutiſq; conceditur. Parad.119.b. Quod non licet, id hoc uno tenetur, ſi arguitur nõ licere. Antequam 196.a. Dum in ciuitate manere licitum eſt. de Or.152.b. De hac re in utrãq; partem diſſeri copioſe licet. de D.115.a. Sexcenta licet eiuſmodi proferri. pro Mur.125.b Non mihi iam licet, nec integrum eſt, ut miſeros non defendam. pro S.R.39.b. Id quod poſtea ſi per uos iudices licitũ erit, aperietur. & 26.a. Verũ quoniã ita Chryſogono uidetur, artificium obliuiſcatur, & ſtudium deponat licebit. Ep.9.a. Si per eum mihi licebit. & 50.a. Quibus ſine dolore licitum eſt, mortem cum uita commutare. bis. & 256.a. Tibi licet, mihi nefas eſt obliuiſci. de Or.152.a. Licet hoc uidere in reliquis ſenſibus. de D.99.a Videre licet nationes quaſdam, &c. Off.20.b. Licet ora ipſa cernere iratorum, qui, &c. & de D.82.b. Mirari licet quæ ſint animaduerſa à medicis herbarum genera. de Amic.114.b. Satis erat reſpondere, magnas, ingentes, inquit. Off.2.a. Qui tamen haberent ius ſuum diſputandi de officio, ſi, &c. id eſt, quibus liceret, &c. de Orat.99.b. Cui Romæ exulare ius eſſet. Off.60.b. Alteri ſurripere ius non eſt.

Licet. pro quanquam. de Am.110.a. Quantum' uis licet excellas. de Leg.189.a. Quantum' uis enumeres multos licet, nullos tamen, &c. Poſtquam.205.b. Licet corpus abeſſet meum, dignitas iam in patriam reuerterat. pro S.R.23.b. Licet omnes in me terrores impendeant, ſubibo: id eſt, quanquam.

Licinia atria. pro Q.7.b.

Licitatio, onis. auctio, haſta. In V.135.a. Exquiſitis pa-làm precijs licitationibusq; factis. & Att.180.a. Cum ea pars quæ uideretur eſſe minor, licitatione expleri poſſet.



Licitator, oris. qui rei ſub haſta poſitæ precium auget. Off.64.a. Non licitatorem uenditor, nec qui contra ſe liceatur, emptor opponet. & Ep.96.a. Nunc quando tuum precium noui, licitatorem. potius apponam quàm illud minoris ueneat.

Lictor, oris. apparitor. In V.259.b. Aderat ianitor carceris, carnifex prætoris, lictor Seſtius. Q.Fr.292.a. Sit lictor non ſuæ, ſed tuæ lenitatis apparitor, maioraq; præferant faſces illi, ac ſecures dignitatis inſignia, nõ poteſtatis. cont. Rull.85.a. Deinde anteibant lictores non cum bacillis, ſed ut hic prætoribus anteeunt, cum faſcibus duobus. pro Rab.92.b. I lictor, colliga manus.

Ligariana, næ. oratio pro Ligario. At.209.a.

Ligneolus, a, um. ligneus. Q.Fr.326.b. Hanc ſcripſi antè ad Lichnum ligneolum.

Ligneus, a, um. de In.83.a. Vti poſſe ligneam materiam neceſſe eſt. & de Leg.179.a. Ligneum autem quodcunque uoluerit, uno è ligno cauato. & de In.81.a. Ligneæ ſoleæ in pedes inductæ. Tuſc.239.b. Ponticulus ligneus.

Lignum, gni. materia, lignea materia, robur. I.V.90.a. Ligna & ſarmenta circundare, ignem ſubijcere cœperunt. & 85.a. Ignem ex lignis uiridibus atq; humidis in loco auguſto fieri iuſſit.

Ligo, as. uincio, conſtringo, alligo, illigo, colligo. I.C.121.a. Cum filium eius impuberem ligatũ à prætore miſſum in carcerem necandum eſſe dixit. de Vn.197.b. Mundus ita cohæret ut diſſolui nullo modo poſſit, niſi ab eodẽ à quo eſt ligatus. pro Dom.236.a. Tradere aliquem conſtrictum alicui.

Ligures. pop. Italiæ. contra Rull.85.a. Ligures montani duri & agreſtes. de D.96.b. Multos terræmotus in Liguribus factos eſſe. & de Cl.188.a. & pro Clu.32.b. & pro Dom.222.b. & pro Seſt.18.a. Qui Ligurum caſtella expugnauerunt.

Ligurio, ris. helluor. I.V.128.a. Non leuiter improbiſſima furta ligurire, ſed deuorare pecuniam. Ep.178.a. Cum quidam de collegijs noſtris agrariam curationem ligurirent, diſturbaui rem.

Liguritio, onis. helluatio. Tuſ.214.b.

Liguſticus, ca, cum. ut bellum liguſticum: id eſt, quod contra Ligures geſtum eſt. de N.33.a.

Lilybæum, bæi. I.V.63.b. Lilybæum Verres uenit.

Lilybætanus, na. In V.63.a.b. Agonis eſt quædam Lilybætana. & Ep.219.a.

Limatulus, a, um. Ep.111.a. Opus eſt hic limatulo & politulo tuo iudicio.

Limatus, a, um. perpolitus, elimatus. de N.41.a. Vir moribus domeſticis ac noſtrorum hominum urbanitate limatus. de Orat.99.b. Vir oratione maximè limatus & ſubtilis. & de Clar.173.a. & de Fin.98.b. & Epiſt.112.a. Limatum dicendi genus. Or.198.b. Alij ſubtili quadam & preſſa oratione limati. & de Or.145.a. Vir limatus & ſubtilis.

Limen, nis. ſuperior inferiorq; ianuæ pars, introitus, ianua, oſtium. de N.39.b. Fores in liminibus profanarum ædium ianuæ nominantur. pro Dom.225.b. Nec illi tam cupidi liminum meorum & ualuarum fuerunt. pro Cec.291.b. Non modò limine tectoq; ædium ſuarũ, ſed primo aditu ueſtibuloq; prohibere quempiam. pro Cæl.44.a. Qui ſimul ac pedem limine extulerat, &c. Tuſc.230.b.

Extra

Extra oſtium limenq; carceris.

Limes,tis.ſemita,uia. de Somn.130.b.Benemeritis de patria,quaſi limes ad cœli aditum patet.

Limo,as.polio,detraho,elimo.deOr.94.b.Neq; hæc ita dico,ut ars aliquid limare non poßit. & de Cl.186.a. Habuit à natura genus quoddam acuminis,quod etiam arte limauerat.Off.40.a.Cum ueritas ipſa limatur in diſputatione.de Or.146.a.Sed tantum alteri affinxit,de altero limauit.& 160.b. Stylus qui & alia & hoc maximè ornat ac limat.de Opt.243.b. Quoniam ſe ipſe ad minutarum genera cauſarum limauerat.Ac.39.b.Inſtitui quædã ad eum, quæ ſunt magna ſanè & limantur à me politius. Epiſt.38.b.De tua benefica prolixaq; natura,limauit aliquid poſterior annus:id eſt,detraxit.

Linea,neæ.filum quo materiam & opera ſua artifices dirigunt,uel ipſa figura,quæ filo colore infecto ſit. ſunt etiam geometrarum lineæ,latitudine & craßitudine carentes. Q.Fr.318.a.Diphilus aliquando perpendiculo & linea diſcet uti. Attic.60.a.Lineam tenere in agendo. Parad.119.b. Peccare eſt tanquam tranſire lineas,quod cum feceris, culpa commiſſa eſt: quam longè progrediare,cum ſemel tranſieris,ad augendam tranſeundi culpam nihil pertinet. Tuſc.156.b.Ferri ſurſum rectis lineis. de Fin.52.b.Ferri deorſum ad lineam.Tuſc.156.b. Ferri dearſum ad pares angulos.

Lineamentum,ti.figura,forma, quæ linearum ductu conſtat.de Fin.106.a. Animi lineamenta pulchriora ſunt quàm corporis.de Or.100.b.In Geometria, lineamenta, formæ,interualla,magnitudines.& de Cl.193.a.Intelliges nihil illius lineamentis,niſi eorum pigmentorum quæ inuenta nondum erant,florem & colorem defuiſſe.de N.11.b.Compoſitio membrorum, cõformatio lineamentorum. & 16.a.Deorum lineamenta atq; formæ.I.V.127.a. Eum multo magis figura & lineamenta hoſpitæ delectabant.de D.85.a.Aſperſa temerè pigmenta in tabula oris lineamẽta effingere poſſunt.& 118.b.Cum ad lineamẽta oris peruentum eſt.I.V.223.a.Tu illius æris temperationem & operum lineamẽta ſolus perſpicis?Or.215.a.Numerus quaſi quandã palæſtrã et extrema lineamẽta orationi attulit.

Lingua,guæ.de N.53.a.Linguam ad radices eius hærens excipit ſtomachus.de N.56.a.In ore ſita lingua eſt,finita dentibus,quæ ſonos diſtinctos & preſſos efficit, cum ad dentes,& ad alias partes pellit oris: itaq; plectri ſimilem linguam noſtri ſolent dicere,chordarum dentes.de D.128.a.Quorum linguæ ſic inhærent,ut loqui non poßint, hæ ſcalpello reſectæ liberantur.de Or.94.b.Sunt quidam ita lingua hæſitãtes,ita uoce abſoni,ut,&c.& 143.a.Hæc tibi eſt excidenda lingua,qua uel auulſa, libidinem tuam libertas mea refutabit.& 106. a. Vt totum illud uti lingua nuncuparat,in magiſtri carmine ſcriptum uideretur. Q.Fr.297.b.Linguam omnibus diligentißimè eſſe continendam.pro Fl.158.a.Lingua quaſi flabellũ ſeditionis. de Or.133.a.Gallus pictus eiecta lingua,buccis fluentibus.& 91.b.Oratores quidam lingua celeri & exercitata. & 94.b. Linguæ ſolutio,uocis ſonus.& 164.b.Verba neminẽ mouent,niſi eum,qui eiuſdem linguæ ſocietate cõiunctus eſt. Tuſ.250.b.In his linguis,quas non intelligimus, ſurdi ſumus.de Fin.101.a.& 91.a.Lingua latina inops. & Tuſc.192.a.b.Lingua latina uberior græca.Tuſ.182.b.Lingua græca uberior latina.

Liniamentum,ti.lineamentum,linea.Acad.29.a. Liniamentum ſine ulla latitudine. locus hic ſine dubio corruptus eſt.

Linquo,quis.pro Plan.264.a.Minturnenſes C. Marium linquentem terram eam, quam ſeruauerat, lachrymis uotiſq; omnibus proſecuti ſunt.de Fat.147.b. Vt is in inſula Lemno linqueretur.de D.84.a.Luce ſerenanti uitalia lumina liquit.

Lintriculus,li.linter.At.164.

Linter,tris.nauiculæ genus.de Clar.184.a. Motus erat is in Curione, quem C.Iulius in perpetuum notauit, cum ex eo in utranq; partẽ toto corpore uacillante,quæſiuit,quis loqueretur è lintre.pro Mil.215.b.Lintribus in eam inſulam materiam conuexit.

Linternus ager.Straboni Liternus. cont.Rull.79.a.

Linteum,tei.pro Rab.129.a. Merces fallaces chartis & linteis & uitro delatæ.

Linteus,a,um.ex lino,ut ueſtis lintea.In V.265.b.

Linum,lini.In V.241.a.Reticulum tenuißimo lino, minutis maculis plenum roſæ.In C.112.b. Tabellas proferri iußimus,linum incidimus,legimus.

Liparenſis,e.In V.166.b.Liparenſium teſtimonium.

Lippio,pis. Att.111.a. Cum leuiter lippirem, has literas dedi.

Lippitudo,nis.oculorum morbus ex pituitæ deſtillatione.Tuſc.227..a.Citiuſq; repentinus oculorum tumor ſanatur,quàm diuturna lippitudo depellitur. Att.131.b. Lippitudinis meæ ſignum,tibi ſit librarij manus. & 128.a.Mihi moleſtior lippitudo erat etiã,quàm antè fuerat.et 111. a. Si ſcriberem ipſe,longior epiſtola fuiſſet, ſed dictaui propter lippitudinem. Q.Fr.307.a.Non occupatione,ſed paruula lippitudine adductus ſum, ut dictarem hanc epiſtolam.

Liquatus,ta,tum. Tuſcul.180.a. Guttæ liquatæ ardore ſolis.

Liquefacio,cis.mollio.Tuſ.231.b.Quem nullæ lætitiæ exultantes languidis liquefaciunt uoluptatibus.

Liquefio,fis.liqueſco,tabeſco.de N.31.a. Glaciem calore liquefactam & dilapſam diffundi.In C.115.a.Cum et legum æra liquefacta ſunt.

Liqueſco,ſcis.liquefio.Tuſ.186.b.Cum uoluptate liqueſcimus fluimuſq; mollicia.

Liquet,bat.conſtat.pro Cec.290.a.Cum cauſam non audiſſet,& poteſtas eſſet ampliandi,dixit ſibi liquere. & ibi.Cum quid liqueres non habuiſtis.pro Cl.33.b.& 39.b. & At.1.a.Iudices non liquere dixerunt. de D.81.b.Cum id de quo Panætio nõ liquet, reliquis ſolis luce clarius eſſe uideatur. de N.8.a. Protagoras ſeſe negat omnino de dijs habere quod liqueat.& 26.a. Sed quod inter nos liqueat, ne tu quidem intelligis.& 24.a.Protagoras cui neutrum liquerit,nec eſſe deos,nec non eſſe. & 26.a. Si haberem aliquid quod liqueret. Ac.23.b.Si habes quod liqueat,neq; reſpondes, ſuperbi.de In.54.b. Simili modo liquet,alterã quoq; approbationem ſeparatam eſſe.

Liquidò.pro certò. In V.178.a.Nemo erat quin hoc ſe audiſſe liquidò diceret. & 229.a. Confirmare hoc liquidò poſſum.Item: Amicitiæ dediſti quod liquidò ueritati dares.Ep.149.a. Tamen lectis tuis literis liquidius de toto ſenſu tuo iudicaui.de Fin.72.b.Quod eo liquidius faciet,ſi,&c.

Liquidus,a,um.pro Cec.300.a.Quicquid inde hauſerias purum liquidumq; ſit.Genus ſermonis liquidum, fuſum,profluens.)(.Exile,aridum,conciſum. de Fin.61.a. Liquida uoluptas,& libera.

Liquo,as.l.Liquatus.

Liquor,oris.humor.)(.Concretio. de N.31.a.Aquæ admiſtum eſſe calorem,primùm ipſe liquor,tum aquæ declarat effuſio.et 35.b.Liquores perlucidi amnium.de Vn.203.b.Cauſæ quæ uim habeant caloris & frigoris, concretionis & liquoris.

Liris,ris.flu.de L.170.b.Ex eo loco Fibrenus ſtatim præcipitat in lirem.

Lis,tis.controuerſia,iudicium,res,cauſa, concertatio. Off.12.a.Si lis in iudicio ſit,propinquum potius defenderis.pro Mur.130.a.Rem an litem dici oporteat.pro Q.R 51.b.Roſciũ ſuas,non ſocietatis lites redemiſſe.de Or.137.a.Quid ſi,cum pro altero dicas,litem tuam facias?pro Q.R.52.b.In ſua lite uel in alieno iudicio.de Or.94.b. Multitudo litium & uarietas cauſarum.In V.154.b.Bona ſua repetere,ac perſequi liti atq; iudicio. de Or. 94.b. Lites, controuerſiæ & cauſæ.& 88.b.Intẽdere litem alicui. pro R.P.124.a.Inferre litem alicui.pro Cl.41. b. Litem capitis in aliquem inferre.& ibid. Vt lis hæc capitis æſtimaretur.& ibid.& Ep.117.a. Aeſtimationem litis non eſſe iudicium.pro Cl.41.b.Si quæ in eum lis capitis illata eſt, nõ admittunt.In V.95.b.C.Dolobellæ HS.ad tricies litem eſſe æſtimatam.& 190.a.HS. VIII.millibus lis æſtimata eſt. & 73.a.Lis æſtimata eſt eo nomine,quod,&c. pro Mur. 134.a.Lites ſeuerè æſtimatæ.de Orat.98. b. Neq; intelligebat,ſi ita eſſet,litem aduerſarium perditurum. pro Q.R.45.b.Secundum tabulas alicuius litem dare. & 54.a. Litem damni iniuria cum aliquo conteſtatam eſſe. de L. 166.b.Philoſophi ætatem in litibus conterunt. Att. 261.a.Non enim procuratores litem conteſtabuntur. pro R.P.224.a.In litibus æſtimandis nemo appellabatur niſi ex teſtium dictis,aut tabulis priuatorum, aut rationibus ciuium. & 123. b. Sunt lites æſtimatæ A.Gabinio, nec prædes dati.

Litera,ræ.nota literæ,ſcriptura.de N.4.b.Si innumerabiles unius et uiginti formæ literarũ uel aureæ,uel quas libet aliquo conijciantur, poſſe ex his in terram excußis annales Ennij ut deinceps legi poßint,effici.de In.80.a.Literæ quæ tenues & obſcuræ notæ ſunt uoluntatis. de Leg. 171.b.Neq; cum literis,quibus ſcita ſcribuntur, rectũ aut oritur,aut occidit.de Or. 147.a. Vt iota literam tollas,& e pleniſſimum dicas.de D.126.a.In robore inſculptas fuiſſe priſcarum literarum notas.de In. 64. a. Omne nomen ex aliquibus literis ſcribitur.de Orat.131.a.In omnibus parietibus inſcriptas fuiſſe literas,tria lll.duo mm. & 132.a.Similitudo uerbi ad literam immutati,ut Næuius, Ignauius.de Or.134.b.In eius tabulis oſtendit literas A. F. P. R.& 108.a.Demoſthenes eius artis cui ſtudebat,primam literam non poterat dicere. de Fin.105.b. Quid non ſic ex alio nectitur,ut non ſi unam literam moueris labent omnia?Ep.253.a.Puto te iam ſuppudere,cum hæc tertia iã epiſtola antè te oppreßit,quàm tu ſchedulam aut literam. Acad.2.b.Sed ne literam quidem ullam facimus niſi forenſem.de Or.148.b.Cum ipſe literam Socrates nullam ſcripſiſſet.& pro Ar.189.a.Nullam literam ſcripſi:id eſt,nihil ſcripſi.Ep.28.b.Ille cum ad Thermum de Parthico bello ſcriberet,ad me literam nũquam miſit.de Cl.167.a.Ante Periclem litera nulla eſt quæ quidem ornatum habeat. de Or.92.a.De frangendis cupiditatibus litera in eorũ libris nulla inuenitur.In V.230.a. Quod iſte ſi unam literã græcam ſciſſet,non ſuſtuliſſet.de In.55.b. Definite literas legis perſcrutari. At.23.b.Si homo eſſet,eum potius legeret,quàm unam literam ſcriberet.Part.241. a. Ex conſequentibus,quod ea litera de accuſatore ſoleat dari iudici. pro Mil.104.b.Litera ſalutaris,litera triſtis in iudicãdo. pro S.R.27.b.Crura quidem nobis nemo ſuffringet, ſed ſi ego hos bene noui,literam illam,cui uos uſq; eò inimici eſtis,ut etiam eas omneis oderitis,ita uehementer ad caput affigent,&c.At.100.a.Alexidis manum amabam, quòd tam propè accedebat ad ſimilitudinem tuæ literæ. pro Syl.175.b.Literæ poſteritatis cauſa repertæ ſunt,quæ ſubſidio obliuioni eſſe poſſent.

Literæ.pro doctrinis,& uaria eruditione,& artibus quæ literis continentur.de Ar.247.b.Verſor in ſtudio literarum.pro Ar.186.a.In ſtudijs humanitatis ac literarũ uerſari.& de L.169.b.Agere ætatem in literis. pro S. R. 38.b.Non eſt ueriſimile,ut Chryſogonus horum literas adamarit aut humanitatem.de Cl.189.a. Erant in eo plurimæ literæ,nec eæ uulgares,ſed interiores quædam & reconditæ.de N.67.b.Qui interiores & reconditas literas ſcrutantur.& de Cl.188.a.Multæ literæ reconditæ & exquiſitæ.Ep.42.a. & 111.a.Literæ interiores.Ep.43.b. Literæ diſertæ.& 256.a.Literæ reconditæ. de D.128.b.L. Tarutius in primis Chaldaicis literis eruditus.& Ep.202 b. Vir liberali doctrina politißimus. de Or. 115.a.Homo non hebes,neq; inexercitatus,neq; politioris humanitatis & communium literarum expers.I.P.64.b. Græcus non philoſophia ſolũ,ſed etiam literis,quod ferè cæteros Epicureos negligere dicunt,perpolitus.de Or.155.a. & 154.b.Geometria,muſica,literæ.de Cl.178.a. Literarum ſcientia & eloquendi elegantia.& 188.b. T. Flaminius literas neſciebat.In A.164.b.Tantum dicam,neq; illos, neq; ullas te omnino literas noſſe.ibidem: Meæ literæ nomini Romano laudis aliquid afferunt.pro Ar.188.b. Ad percipiẽdam colendamq; uirtutem literæ adiuuant.In V.223.a.Homo ſine ingenio,ſine literis.de Ar.247. b. Nõ his delector aut utor omnino literis,quæ noſtros animos deterrent atque auocant à religione. At.114.b.Nunc mihi nihil libri, nihil literæ,nihil doctrina prodeſt.At.65.a.Retuli me ad literas & ſtudia noſtra.

Literæ.pro memoria,ſeu monumentis,tabellis, libellis. de Or.101. a. Omnia enim hæc neq; ita multis literis aut uoluminibus magnis continentur.In V.195.a.Memoria,monumenta,literæ.de N.69.a.Sed illud nomen ueterum literis eſt uſitatius.Tuſ.149.a.& Ep.219.b. Mandare literis cogitationes ſuas,& tradere memoriæ. Ac.1. b. Conſignare aliquid literis & mandare monumentis. Tuſ. 156.a.Extare literis.de Or.109.a.& 176.b.Mandare literis.de Or.113.a.Cuſtodire literis aliqua. Ep.71.a. Aßiduè uti literis.Ep.8.b.Literis omnibus à pueritia deditus. In V.172.a.Nomina aratorum & cum ſingulis pactiones Decumanorum literis perſequi & conficere neceſſe eſt. pro Cl.57.a.Tu fortunas alterius literis conſcriptas in iudicium afferas?neq; earum literarum obſignatorem autorem,neq; teſtem ullum nominabis?

Literæ,arum.epiſtola,tabulæ,codicilli. Ep.251.b.Id quando non accidit,utemur bono literarum,& eadem ferè abſentes,quæ ſi coràm eſſemus,conſequemur.I.C.111.b Dare literas alicui ad aliquem. At.154.b. De omnibus rebus.At.70.b.Literas Pontino de omnibus rebus diligẽtes dabis.At.116.b.Ecce Caßij literæ,Nigidiũ à Domitio Capuã ueniſſe,eum dicere Vibulliũ è Piceno currere ad Cn. confeſtim inſequi Cæſarem.& ibi.a.Idibus ueſperi è Philotimo literas accepi, Domitium exercitum firmũ habere, Cæſarem intercludi poſſe,eumq; id timere. Ep. 6.a. Legi tuas literas,quibus ad me ſcribis,&c.Ep.21.b.De ſacerdotio tuo quantã curam adhibuerim,cognoſces ex ijs literis, quas Thraſoni liberto tuo dedi.& ibid. Vnis literis totius

æſtatis res geſtas ad ſenatum perſcribere.& 48.a.Sæpius ad aliquem literas uno exemplo dare.& 154.a. Binæ cōtinuæ literæ.At.83.b.Lucius queritur apud me per literas,&c.At.152.a.Cum eius clementiam Corfinienſem per literas collaudauiſſem.Ep.6.a.Per literas tecū ſæpiſsimè colloquar.I.V.113.a.Lucullus de Dionis iniuria grauiſsimè per literas cum Verre queſtus eſt.At.19.b.Ei nunc epiſtolæ,literis his reſpondeo.Ep.6.a.Non eius generis meæ literæ ſunt,ut eas audeam temerè committere.At.5.a. Nolebā illum noſtrū familiarem ſermonem in alienas manus deuenire.& 55.b.Literas in alienū incidere.Ep.19.b. Committere aliquid literis.At.7.b.Literæ non committendæ ſunt eiuſmodi periculo,ut aut interire aut aperiri aut intercipi poſsint.& 93.b.& 97.a.Aperire literas. pro Pl.277.a.Te aiebas de tuis reb. geſtis nullas literas miſiſſe.At.70.a.Literas tuas Fiſulanus mihi dedit.Ep.98.a. Cum de hoc ipſo Trebatio cum Balbo noſtro loquerer accuratius domi meæ,literæ mihi dantur à te,&c.& 6.a.Quoties mihi certorū hominum poteſtas erit,quibus rectè dem, nō prætermittā.Ep.153.a.Literæ frigidæ & incōſtantes.)(. Grauiſsimis uerbis ſententijsq; plenæ.Ep.54.a. Literæ multis uerbis ſcriptæ.Ep.173.a.Literæ breues.)(. Pleniores. & 181.b.Et uberiores.Ep.43.b.Prudentia tuarum literarū. Ep.111.a.Literæ facetæ et elegantes.Ep.34.a.Literæ ſcriptæ mea manu.At.75.a.Antequam aliquo loco conſedero,neq; longas à me,neq; mea manu literas expectabis. et 76.a.Tu autem ſæpe dare poteris tabellarijs publicanorū per magiſtros ſcripturæ. Att.89.a. Colloqui cum aliquo per literas.& 218.a.Brutus ne ullam literam ad me . Att. 231.b.À quo adhuc nulla litera eſt.In V.95.a. Vt Romam uenit,nullam literam pupillo , nullam tutoribus reddidit.

Literatè.ſcitè,eleganter.de Or.132.a.Bellè & literatè dicta laudantur. & In P. 92. b.Rationes enim ita ſunt perſcriptæ ſcitè & literatè,ut,&c. & de Clar. 183.a.L. Aelius ſcriptorum ueterum literatè peritus.& 174.a.L. Furius Pilus perbene latinè loqui putabatur, literatiusq; quàm cæteri.de Arch.247.b.Literate reſpondere.

Literatura,ræ.ipſa ſcriptura. Part.232.a.Memoria eſt germana literaturæ quodammodo , & in diſsimili genere perſimilis.nam ut illa conſtat ex notis literarum, & ex eo in quo imprimuntur illæ notæ , ſic confectio memoriæ tanquam cera locis utitur , & in his imagines ut literas collocat.

Literatura.pro literis & eruditione,aut fortè , ſcriptione.In A.182.a.Erat in Cæſare ingenium,ratio,memoria,literatura,cogitatio,&c.

Literatus,a,um.liberaliter eruditus,doctus, et ſciens. Ep.135.b.Frater tuus,quem literatiſsimum fuiſſe iudico, facilè diceret,hic uerſus Plauti non eſt,hic eſt.de N.64.a. Quod literatum eſt,id eſt melius quàm quod non eſt literatum.pro Mur.127.a.Tua nobilitas hominibus literatis & hiſtoricis eſt notior.pro Cor.55.a.Viri literati ac ſtudijs doctrinisq; dediti.Off.62.b.Homo nec infacetus & ſatis literatus.de Cl.171.b.Albinus & literatus , & diſertus fuit.& 189.a.Plena literatæ ſenectutis oratio. Tuſ. 248. b.Quid dulcius literato ocio?ad Her.25.a. Quiuis mediocriter literatus.de Leg.157.b. Eorum ſtudijs qui literis delectantur hoc munus debes.

Liternum.uilla.At.167.

Literulæ,arum.At.101.a.Chryſippus,quem ego propter literularum neſcio quid libenter uidi , in honore habui.Ep.262.a.Literæ noſtræ oblanguerunt.

Litigator,oris.pro Dom.236.b.Emit domum litigatoribus defatigatis propè dimidio carius quàm æſtimabat,&c.

Litigioſus,a,um.controuerſus.de Or.107.b. Vereris ne tua domus ſi à litigioſis hominibus non colatur, à cæteris deſeratur?& 125.a.l.Pertinax.pro Mur.129.b. Quid huic tam loquaciter litigioſo facias?Item: Defenſor nimiū litigioſus,concitus ad rixam.l.Rixa.pro Pl.276.b.Si in familiaritate mea locus eſſet nemini niſi litigioſo & nocenti.de Cl.159.b.Ignoratio iuris litigioſa eſt. de Fin. 143. a. Habent enim bene longam & ſatis litigioſam diſputationem.de Or.152.b.Litigioſum prædium:id eſt,controuerſum & controuerſa gens.

Litigo,as.diſcepto.At.217.a.Hircius cum Quinto acerrimè pro me litigauit.pro Cæl.43.a. Aliquot enim in cauſis eum uideram fruſtra litigantem.Ep.142.b.Noli pati litigare fratres & iudicijs turpibus conflictari. de Am. 114.b.Qui litigare ſe ſimulans blanditur. Q.Fr.312.b. Litigarem tecum ſi fas eſſet,ſed,&c.In A.253.a.Hic cum C. Fratre putat ſe litigare.pro Q.R.53.b.Qui per ſe litigat. )(.Qui cognitorem dat.At.26.b.& 217.a. Mira ſum alacritate ad litigandum.

Lito,as.litor,bene promitto.pro Pl.164.a. Litemus igitur Lentulo,parentemus Cethego,&c.Item:Cum pluribus dijs immolatur,quî tandem euenit,ut litetur alijs,alijs non litetur?quæ autem tanta inconſtantia deorum eſt, ut primis minentur extis,bene promittant ſecundis?

Litor,aris.lito.de D . 115. b. Hoſtia litatur pulcherrimè.

Litura,ræ.linea inducta ad aliquid delendum. pro Cl. 25.b.Oppianicus,qui digito legata deleuerat,ne lituris coargui poſſet,teſtamentum in alias tabulas tranſcriptum ſignis adulterinis obſignauit. Ep.85. a. Cum mendum ſcripturæ litura tollatur.pro Ar.187.a.His igitur tabulis nullam lituram in nomen A.Licinij uidetis.In V.95.a.Deinde in codicis extremam ceram nomen infimum in flagitioſa litura fecit.& 129.b.Videtis'ne totum hoc nomen , coràm ubi facit delatum , eſſe in litura ? quid fuit iſtic antea ſcriptum?quod mendum iſta litura correxit?& ibi. Tabulæ ſunt in medio,quæ ſe corruptas atq; interlitas eſſe clamant. & 147.a.Caudam illam Verris tanquam in luto demerſam eſſe in litura. & pro Quin.Roſ.45.b.l. Præſcriptio.pro Arch.187.b.Litura unius nominis commotus eſt.

Litus,oris.continens.Top.223.b.Litus eſt quà fluctus eludit.de In.74.b.In litore fluminis Eurotæ.Or.206.b.et In A.226.a. Quid tam commune quàm mare fluctuantibus,litus eiectis? pro Dom. 241.b . In litore deſerto aram conſecrare.de N.46.a.Amœnitates orarum & litorum. At.188.b.Vlla litore,tum proſpectu maris,tum,&c. Q. Fr.317.a.Timebam litus inſulæ.

Lituus,tui.de D. 86 . b. Quid lituus iſte ueſter,quod clariſsimum eſt inſigne auguratus? & ibid. Lituus erat incuruum & leuiter à ſummo inflexum bacillum.& ibi.Lituus auguralis ab eius litui,quo canitur,ſimilitudine, nomen inuenit.& ibi.Lituo Romulus regiones direxit, tum cum urbem condidit. At.29.b.De lituis βοώπιδος. de N. 27.b.De lituo Actij Nauij.

Liuidus,a,um.Tuſ.214.b.Ergo inuidi,maleuoli, liuidi,&c.l.Inuidus.

Liuius,uij.de Clar.171.a.Liuius, qui primus fabulam docuit.

Liuor,oris.inuidia.Br . Epiſt. 172.a.Tu enim è certo ſenſu & uero iudicas de nobis,quod iſti ne faciant ſumma maleuo-



maleuolentia & liuore impediuntur.

Liuor.nota percuſsionis in corpore,ſine uulnere. ad Heren.7.b.Si tumore aut liuore decoloratum eſt corpus mortui.

Locatus,a,um.poſitus,ſitus.Off.66.a.l. Loco.

Loco,as.colloco,pono.Ac.45.b . Inter rectè factū & peccatum media locabat quædam . Tuſ.184. a.Ipſi animi imagini refert quali in corpore locati ſint. pro Mur.131. a.Duæ ſunt artes,quæ poſſunt locare hominē in ampliſsimo gradu dignitatis.de Am.104.a.Etenim eo loco locati ſumus,ut,&c.id eſt,ea dignitate conſtituti. de Am. 115. b. Vos hortor,ut ita uirtutem locetis, ut ea excepta,nihil amicitia præſtabilius putetis.de Cl.183.b.Mēbra ſuo quæq; loco locata.Or.218.a.Si quis eorum pedum in extremo locatus eſt.Ep.20.b.Mentem deniq; omnem in Milonis conſulatu fixi & locaui.de Or.96.b.Quæſtio de re certis in perſonis & temporibus locata.At.85.b.Ciuitatem in Catonis fide locatam funditus perdidiſſem.pro Cæl.52.a. Deinde forteis uiros ab imperatrice in inſidijs, atq; in præſidio balnearum locatos.de In.52.a.Si Rhodijs turpe nō eſt portorium locare,nec Hermocreonti quidem turpe eſt cōducere. At.230.b.Dolobella locum illum ſternendum locauit.Q.Fr.320.b. Ad telluris quidem tuam ſtatuam locaui. I. A.224.a. Vtiq; quæſtores eam baſim ſtatuamq; faciendā & in roſtris ſtatuendam locent.In V. 107.b.Locare opus faciendum maxima pecunia.& 105 . b. Opus quod tu HS DLX. millibus faciendum locaſti.pro S.R.27.b. Anſeribus cibaria publicè locantur in Capitolio,ut,&c.In Ver. 260.a.Non palàm uiuorum funera locabantur?& 102.b Cum conſules ædes ſuas locauiſſent.contra Rul. 76. a. Agri à cenſoribus locati ſunt. pro Q.R.49.b. Diſciplina, quæ erat ab hoc tradita,locabat ſe non minus HS CCCLIII. I. A.164.a.Curio te in matrimonio certo ac ſtabili locauit.ad Her.13.a.Locare aliquam alicui nuptijs.de Leg. 186.a.Locaſsint,pro locauerint.

Locris.regio. At.46.

Locrenſis,e.Tuſ.239.a.Doris Locrenſis.& I.V.254

Locri.pop. At.88.de Fin.145.de N.27.In P.100.

Locuples,tis.diues,abundans.)(.Egēs.In V.63.b. Mulier copioſa planè & locuples.de Or.98.a.Tāquam in aliquam locupletem & refertam domum ueniſſem. pro Pl. 277.b.Egentes in locupletes armabantur.pro Q.R.48.b Egebat?imò locuples erat.de Or.160.b.Cuius mēbra ſunt in omni locupleti oratione diffuſa . de Fin. 127. a. Lyſias oratione locuples,rebus ieiunior.ad Her.30.a. Magnæ et locupletes copiæ.de D.133.a.Iam Pythagoras & Plato locupletiſsimi autores iubent,&c.& 88.a. Collegit innumerabilia oracula Chryſippus,nec ullum ſine locuplete autoritate ac teſte.de Cl.168.b.Locuples autor Thucydides. At.106.a.Nec moderatior quàm Sylla in pecunijs locupletium.Top.221.b.

Locupleto,as.dito,diuitijs augeo,orno,fortunis locupleto,augeo.Ep.25.a. Mihi erat in animo ciuitates locupletare.de Fin.83.b.Sapientes locupletat ipſa natura.contra Rul.79.b.Hæc lex eos fortunis locupletat. et 63.b.Locupletare aliquem.de Or.105.a.Cuius artem cum indotatam uideres,uerborum eam dote locupletaſti & ornaſti. de Cl.196.b. Eloquentiam locupletaſti grauiorum artiū inſtrumento.de In.62.a.Locupletare aliquem locū egregijs picturis.& ad Her.15.a. Quæ pertinent ad exaggerandam & locupletandam argumentationem.

Locus,ci.loci,orum.& loca,orū.occaſio,facultas, cōditio,numerus,pars.Part.233.a.In locis autem & illa naturalia,maritimi an remoti à mari,plani an montuoſi,leues,an aſperi,ſalubres an peſtilentes,opaci an aprici : & illa fortuita,culti an inculti,celebres an deſerti,coædificati an uaſti,obſcuri an rerum geſtarum ueſtigijs nobilitati, conſecrati an profani.ad Her.7.a. Locus quæritur publicus an priuatus fuerit,cuiuſmodi loci attingant. Ep. 127. a.Erit enim nobis honeſtius,uideri ueniſſe in illa loca ploratum potius quàm natatum.& 138.a. Vt in iſta loca uenire poſsim.de Or.144.a.Locus opacus & frigidus in ſylua.In V.252.a.Locus amœnus et arbitris remotus. de Or. 135.b.Nec amœnum,nec ſalubrem locum cēſeo.de Cl.192 a.Gratioſi ſcribæ ſint in dando & cedendo loco. de Orat. 141.b.Corpus intelligi ſine loco non poteſt.pro S. R. 29. b.Locus oportunus , aptus ad eam rem. & de In . 48.b. Locus oportunus,tempus idoneum.Ep.19. b. Loco excelſo & illuſtri ſita eſt laus tua.& 36.b.Illud ſcio, meos multos & illuſtres,& ex ſuperiore & ex æquo loco ſermones habitos cum tua ſumma laude.& 50.a. Ante me,poſt me,dextrà,ſiniſtrà.Ac.31.b. Suprà,infrà,dextrà,ſiniſtrà, ante,poſt.Ep.46.b.& 260.b.Quem in locum res deducta ſit,uides.pro S.R.44.a.Videte quem in locum remp, peruenturam putetis. Br.91.b . Res in eum locum uenerat,ut niſi,&c.in poteſtatem hoſtium ueniendum fuit. de L.180.b.Eo loco res eſt,ita ſoluta hæreditate,quaſi ea pecunia legata non eſſet.Ep.48. a. Nihil loci relictū eſt tuæ ſcientiæ.& 13.a.Nulli improbo locus eſt ad remp. uiolandam.& 35.a.Iniquis ſecus exiſtimandi uideris nonnihil loci dediſſe. de N.63.a.b.Repentè auertis orationē , nec das reſpondendi locum.de Or.94. b. Hæc turba & barbaria forenſis dat locum uel uicioſiſsimis oratoribus.pro Q.9.b. Aliquid loci rationi & conſilio dare,& ſeſe colligere.& 11.a.Qui locus igitur abſentis defendēdi procuratori primus datus eſt?Or.208.b.Quotieſcunq; dabitur amplificādi locus.pro Mur.240. b . Homines tenues unum habent in noſtrum ordinem proferendi beneficij locum. Or.210. a.Nullam habeo inſtituendi aut docendi locum : id eſt,nullam temporis partem.pro Dom.226.a. Non erat in tantis iniurijs nouæ crudelitati locus. & 241. b . Ne audaciæ quidem locum ad timorem comprimendum fuiſſe.pro Pl. 276.b.Si in mea familiaritate locus eſſet nemini,niſi litigioſo aut nocenti.pro Q.9.a.Vita turpis ne morti quidē honeſtæ locum relinquit. pro Fl.160.b. In tam maledica ciuitate locum ſermoni obtrectatorum non reliquit. pro Q.1.b. Veritas locum ubi conſiſtat, reperire non poterit. de Cl.192.a.Eſt etiam in arte tanta huic minutæ ſubtilitati locus.At.191.a.Nec eſt quicquam aut paruæ curæ aut nouæ loci.de Or.129.a.In hoc altero, &c . quid habet ars loci?pro Mur . 126 . b . Maledicto nihil in hiſce rebus loci eſt,omnia laus occupauit.In C. 123.a. Erit profectò inter horum laudes aliquid loci noſtræ gloriæ.& 105.b. Nō eſt iam lenitati locus,ſeueritatem res ipſa flagitat. pro Mur. 139.a.Eſſe apud hominem conſtantem ignoſcendi locum. & 135.b.Quo etiam mihi durior locus eſt dicendi datus. pro Dom.230.b.Calamitas mihi maledicti locum aut criminis obtinebit?pro Dō.243.a.& pro Pl.276.b. Qui in mea ſalute principem ſemper locum autoritatemq; tenuiſtis.Q.de Pet.205.b.Prodeſt quorum in locū ac numerum peruenire uelis,ab ijs ipſis illo loco ac numero dignum putari.In A.174.a.Quem locum apud Cæſarem obtinuiſti, quo numero fuiſti?In V.261.a.Ipſi in hoſtium numero locoq; ducemini.& In V.135.b.Præſertimq; eo numero & loco.At.288.a.Habere aliquem loco patris. de Cl. 165.a. Ex quo augurum inſtitutis in parentis eum loco colere debebam.

bebam.Poſtq̃.212.a.Is mihi in filij loco fuiſſet, nunc certè erit parẽtis.de Or.127.a.Sodales nobis in liberũ loco more maiorũ eſſe debẽt.de Pro.77.b.Is me habebat eodẽ loco,quo ſuũ generũ.At.280.b.Succedere alicui in patris locũ.pro Syl.170.b.Quorũ alter apud me parẽtis grauitatẽ,alter filij ſuauitatẽ obtinebat.I.A.231.a. À quo uictore ſi cruciatus abſit,mors in beneficij partẽ numeretur.I.A.179.a.Cur eos habes in loco patrui?& ibi.Quem parentis loco colere debebas.I.P.86.a.Túne etiam auſus meum illum diſceſſum,&c.in maledicti & contumeliæ loco ponere?pro Cl.30.b.Obijcere aliquid alicui in loco maledicti uel criminis.In Sal.174.b.Si quis prædæ loco magiſtratum accepiſſet. de Cl.177.a.Qui hoc munere in ciuitate functi ſunt,ut tenerent oratorum locum.At.84.b.Perbono loco res eſt.& 178.b.Et tum meliore loco res erant noſtræ.de Ar.258.a.Vt meliore ſimus loco ne optandũ quidem eſt,deteriore ſtatu ſumus,&c.pro Seſt.18.b.Res erat & cauſa noſtra eo loci,ut erigere oculos & uiuere uideretur.pro Dom.220.a.Ille tibi loco filij per ætatem eſſe poteſt.In V.64.b.Prætorem quæſtori ſuo parentis loco eſſe oportere.& ibi.Cum is tibi parentis numero fuiſſet.Ep.20.a.In loco beneficij,uel mercedis numerare aliquid.Q.Fr.292.a..Deferre aliquid alicui non in beneficij loco,ſed in laboris & muneris.de N.75.a.Vbi igitur locus fuit errori deorum?de In.80.b.Petere ſibi aliquid loco præmij.Ep.163.a.Cæſar me uetuſtiſſimorum familiarium loco habuit.& 61.b.Te mihi fratris loco eſſe duco.de Fin.75.a.Qui honeſtatem eo loco habet, ut ſine ea iucundè putet poſſe uiui.de Or.100.a.Mulier,quæ in concubinæ locum duceretur.Ep.97.b.Criminis loco putant eſſe, quod uiuam.de Fin.83.b.Qui uoluptatem nullo loco numerat.de Fin.104.a.Nec iuſtitiæ ullus eſſet,nec bonitati locus.Ep.213.b.Eſſe magno loco apud regem.& 33.b.Tenere primũ locũ apud regem.de Fin.101.a.Obtinere primũ uel ſecundum locum.& ibi.Tenere.de Cl.171.a.Et tenuit cum hoc,locum quendam.Or.197.a.At enim in poetis nõ Homero ſoli locus eſt,ſed et Sophocli,&c.pro Cl.49.b.Qui in ſummum locum ciuitatis non potuerunt aſcendere.& 45.a.Locus ſenatorius ludis.pro Pl.291.a.Eſſe ex equeſtri loco.Ep.39.b.Tua dignitas ſuũ locũ obtinebit.de Or.126.b.Si placuerit,uos meam defenſionem in aliquo artis loco reponetis.de N.84.a.In hoc loco mihi caput illud uidetur eſſe.de Cl.192.a.Occupare locum in ſubſellijs.de N.42.b.Aer uidetur quaſi locum dare & cedere.Antequam 192.b.Fidei conducit in loco beneficiũ retribuere.Ep.175 a.Literæ non loco redditæ.pro Cæl.39.a.Quoad ætas M.Cælij dare potuit ſuſpicioni locũ. pro Cor.58.a.Cuius audita uirtus dubitationi locum non daret.Ep.1.a.Sed planè nec precibus noſtris,nec admonitionibus reliquit locũ.& 5.b.Secundo loco.de N.51.b.Cũ in locis ſemen inſedit, rapit omnem ferè cibum ad ſeſe.In Sal.273.a.At quanto meliore loco reſp.ſtaret,ſi tu,&c.& In A.232.b.Qui ſe conſulatum in Bruti locum petere profitetur. Off.75.b.Nã ubi primùm prudentiæ locus dabitur?et 76.a.Apud eum quem locum habet fortitudo?de Sen.85.a.Libidine dominante temperantiæ locus non eſt.& 90.b.Cum quidam in theatrũ ueniſſet,in magno conſeſſu locum ei à ſuis ciuibus nuſquam datum.Par.119.a.Quibus circũſcriptus eſt habitandi locus.& 123.a.Qui iſta tractant,non honeſtiſſimum locũ ſeruitutis tenet.& ibi.Qui ciuitatis locũ infimum tenẽt.de In.81.a.Quo in numero hoc, & quo in loco illud haberi cõueniat.& At.183.a.Loci grauitas.At.8.a.Res eodẽ eſt loco quo reliquiſti.& 124.b.Reſpondit ſe, quod in nummis haberet,neſcire quo loci eſſet.& 127.a.Omnes copias primo quoq; tempore in unum locum conuenire.At.126.a.Si omnia in unum locũ contrahẽda ſunt.& 140.b.Valde gaudeo ſi nunc eſt ullus gaudendi locus.& 274.a.Noſtræ res meliori loco uidebantur.Q.Fr.301 b.Via iuris eiuſmodi eſt quibuſdam in rebus, ut nihil ſit loci gratiæ.& 308.a.Vrgere illi ut loco nos mouerent.& 309.a.Incidi in eum locum in dicendo cum Seſtius multis uulneribus acceptis ſubſidio beſtiæ ſeruatus eſſet.Off.29.a.Locum autem actionis oportunitatem temporum eſſe dicunt.

Loci artis uel doctrinæ.de Or.122.b.Ariſtoteles propoſuit quoſdam locos,ex quibus omnis argumentatio ad omnem diſputationem inueniretur.& 130.b.Locus et regio,quaſi ridiculi.Or.201.a.Ariſtoteles locos,ſic enim appellat,quaſi argumentorũ notas tradidit.Top.221.b.Locus eſt argumenti ſedes.Par.230.a.Loci ſunt in quibus latent argumenta.de Or.119.a.Locos argumentorum paratos & expeditos habere oportet.& 123.b.Sedes & tãquam domicilia omnium argumentorum.& 152.b.Loci communeis,qui de uniuerſa re tractari ſolent,ut,&c.de Cl.163.b.Scriptæ fuerunt & paratæ à Protagora rerum illuſtrium diſputationes,quæ nunc communes appellãtur loci.& 171.b.Communibus locis uti.& Ac.20.a.Deſine communibus locis.Or.208.a.Traditi ſunt è quibus argumenta ducantur duplices loci,uni è rebus ipſis, alteri aſſumpti,etc.de D.109.a.Magnus locus philoſophiæq; proprius à peripateticorum familia tractatus uberrimè.Or.212.b.Eſt enim hic locus latè patens de natura uſuq; uerborum.& 209.b.Nullus locus à Demoſthene edicitur,ſine conformatione quadam ſententiæ.et inducere locos cõmunes.Or.207.b.Loci philoſophiæ de religione, de morte,de pietate,&c.et 308.b. Αὔξησις in communibus locis maximè excellet,qui communes appellati, eo quòd uidentur multarum ijdem eſſe cauſarum,ſed proprij ſingularũ eſſe debebunt.pro Pl.277.b.Conijcere cauſam in locos.Par.116.a.Aliquid cõijcere in communes locos.de L.161.b.Exprimere aliquem locum in libris. de Fin.50.a.Cato cum ſententiam in ſenatu diceret,locos graues ex philoſophia tractabat.Or.203.b.Itaq; hunc locum longe lateq; patentem philoſophi ſolent in officijs tractare.

Locutio,onis.ſermo.)(.Reticentia.Or.202.b.Quanquam omnis locutio oratio eſt,tamen unius oratoris locutio hoc proprio ſignata nomine eſt.& 188.b.Solũ & quaſi fundamentum oratoris uides locutionem emendatã & latinam.& ibi.Græca locutio.ad Her.20.b.Sermo eſt oratio remiſſa & finitima quotidianæ locutioni.Off.29.b.Riſus,locutio,reticentia uocis,ſummiſſio.

Logice,ces.dialectica.de Fin.53.a.Iam in altera philoſophiæ parte quæ eſt quærendi ac diſſerendi,quæ λογική dicitur,Epicurus planè inermis ac nudus eſt.tollit definitiones,nihil de diuidendo ac partiendo docet, non quomodo efficiatur concludaturq; ratio tradit : non qua uia captioſa ſoluantur,ambigua diſtinguantur oſtendit. de Fat.140.a.Explicanda uis eſt ratioq; enunciationũ, quæ Græci ἀξιώματα uocant,quæ de re futura, deq; eo quod poſſit fieri aut non poſſit,quam uim habeant obſcura queſtio eſt,quam περὶ δυνατῶν appellãt,totaq; eſt Logicæ, quam rationem diſſerendi uoco.

Logicus,a,um.Tuſ.216.a.Habes ea,quæ de perturbationibus enucleatè diſputant Stoici,quæ logica appellant, quia diſſeruntur ſubtilius,è quibus tanquam è ſcrupuloſis cotibus enauigauit oratio.





Logodædalus,li.uerborum artifex,& auceps. Orat.200.a.Thraſymachus Chalcedonius & Leontinus Gorgias, & alij quos λογοδαιδάλους appellat in Phædro Socrates.

Logus,gi.ſermo uel dictum ridiculum.Gallio. Ego te certè ſcio omnes logos,qui ludis dicti ſunt, animaduertiſſe.ex Non.

Loligo,nis.quaſi uoligo,piſcis uolitans. de D.138.b.Loligines & delphini exultantes tempeſtatem futuram ſignificant.

Lolium,lij.herba.Attic.23.b.De lolio ſanus non es,de uino laudo.

Lomentum,ti.farina fabarum. Ep.123.b.Perſuaſum eſt ei cenſuram lomentum aut uitrum eſſe, errare mihi uidetur,nam ſordes eluere uolens,uenas ſibi omnes & uiſcera aperit.

Longè.procul,longinquo.)(.Propè.At.77.b.Appius quàm longiſſimè potuit,diſceſſit.& Epiſt.233.b.Longius non diſcedam.pro Flac.161.a.Longè omnino à Tyberi ad Caicum.& Tuſ.173.a.Satis longè ab oppido ad fanum.de N.71.a.In Arcadia non longe à Luſio flumine.In Ver.119.b.Bidis oppidum eſt non longe à Syracuſis.pro Flac.160.a.Non longe à gradibus Aurelijs hæc cauſa dicitur.& Ep.56.a.Cum non longe à Piræo abeſſem. pro Dom.235.b.Eius ſimulachrum non longe à Tanagris in ſepulchro poſitum fuit.Attic.193.a.Non progrediar longius quàm mihi conceſſum eſt.de N.36.b.Neq; à ſole longius unquam unius ſigni interuallo diſceſſit.Epiſt.21.a.Longe abſum,audio ſerò.& 36.b.Tam longe inquis? & 44.b.Cum tam longe abfuturus eſſem.de Fin.72.b.Propè,longe ſtare, mouere.Oct.330.a.Cur caſtra longius aduerſariorum caſtris,& propius urbem mouentur? pro Quin.14.b.Quàm longe eſt hinc in ſaltum ueſtrum Gallicanũ.Quint.Fr.327.a.Iſti Neruij quàm longe ſint neſcio. pro Plan.262.b.Longiſſimè abeſſe ab aliquo.& Acad.10.b.Longiſſimè abeſſe à uero.de Pro.75.a.Quid Oceano longius inueniri poteſt? pro Syl.177.b.Tempus muneris dandi longe abeſt.)(.Appropinquat.de Clar.170.a.Varro uitam Næuij producit longius. & 176.b.Aliquis longius ætate prouectus.pro Rab.99.b.Longius quàm uitæ termini poſtulant,cogitare.In Ver.122.a.Epicrates longe mihi obuiam proceſſit.de Aruſp.244.a.Iracundia longius digredi quàm conueniat.de Nat.33.b.Sol longe lateq; collucet. de D.97.a.Dij uim ſuam longe lateq; diffundunt.de N.12.b.Longe lateq; peregrinari. Tuſc.243.a.Longe lateq; ſe pandere.de Fin.79.a.Longe lateq; plurimum tribuere alicui.In V.259.a.Longe omnes multumq; ſuperare.de Fin.134.a.Cũ longe multumq; præſtat mẽs.& 88.a.Nos longe multumq; ſuperamur à beſtijs.Tuſc.245.b.Longe & retro ponere.de D.133.a.Horum defenſio repetita quàm longe eſt.de Fin.111.a.Longe ad uirtutem proceſſerunt.In A.212.a.In poſterum quã longiſſimè prouidere.Ep.22.a.Longe in poſterum proſpicere.At.2.a.Ab inſtituta noſtra paucorum dierum cõſuetudine longe refugit.Ep.66.a.Longe alia conditione ac cæteri imperatores.Acad.15.b.Longe aliter ſe habere ac ſenſibus uideatur:id eſt,multo aliter.In V.110.b.À quo mea uoluntas longiſſimè abhorret.de Or.103.a.Multum inter ſe diſtant iſtæ facultates,longeq; ſunt diuerſæ atq; ſciunctæ.de Cl.169.a.T.Coruncanus longe plurimum ingenio ualuit.de Or.123.a.Ab Ariſtotelis inuentis tibi uideor nõ longe aberrare.In Sal.272.b.Lõge falleris opinione.Or.216 a.Nam eſt longe aliter in uerſibus.de Cl.185.b.Hortẽſius ſuos inter æquales longe præſtitit.Or.212.b.Hæc dixi longius quàm inſtituta ratio poſtulabat, breuius autem quã ſi hac de re una diſputarem. pro Syl.176.a.Et erat huic iudicio longe diſſimilis illa contentio.In A.204.a.Quorum longe uicit ſapientia cunctos.Top.225.a.Longe diuerſus.& de D.84.b.Cæſaris autem longiſſimè diuerſa ratio,qui,&c.de Cl.185.a.Vir longe poſt natos homines improbiſſimus.de Ar.256.a.Quorum mentes ſunt perditæ,longeq; à communi ſalute diſiunctæ.Poſtquam.207.b Non cognoueram eum, quàm longe hinc ab hoc genere cognatio materna tranſalpini ſanguinis abſtuliſſet. Off.7.a.Longo interuallo interiecto uidere.Epiſt.232.b.De Quint.Fratre nihil longe recuſaui. Epiſt.196.b.Longe gentium.de Leg.156.a.Non longe è tua domo.Top.221.b.Abeſſe longeq; diſiunctum eſſe.& Attic.92.a.Quippe res eſt in manibus,tu autem abes longe gẽtium.de Or.86.a.Quod longiſſimè ſit ab imperitorum intelligentia ſenſuq; diſiunctum.In A.175.b.Cæſari uenienti, obuiam longiſſimè proceſſiſti. & 194.b.Nihil unquam longius Calẽdis Ianuarijs mihi uiſum eſt.

Longinquitas,tis.diuturnitas.)(.Propinquitas.de D.80.a.Eandem artem etiam Aegyptij longinquitate temporum innumerabilibus penè ſeculis conſecuti putantur.& Ep.81.b.Longinquitas temporis.Tuſ.251.a.Dolores longinquitate producti uehementius torquent.de D.83.b & de Fin.57.a.& 83.a.Nihil eſt quod non longinquitas tẽporis efficere poſſit.Ep.22.b.Quò propter longinquitatẽ,et propter latrocinia tardiſſimè omnia perſcrũtur.de In.50.b.Lõginquitas loci.)(.Propinquitas.I.A.227.b.Alter nondũ ex lõginquitate grauiſſimi morbi recreatus eſt.

Longinquus,a,um.diuturnus,longus.pro Mil.116.a Clodius æqualiter in propinquos & in longinquos irruebat.pro Deiot.145.b.Homo longinquus & alienigena.In.C.110.b.Exterus hoſtis atq; longinquus. pro Font.12.b.Ex locis tam longinquis & diuerſis.In V.195.a.Locus longinquus & reconditus.Ep.248.b.Nos quidem longinqui,& à te ipſo miſſi in ultimas regiones. de Ar.249.b.Ex ultimis terris aliquid accerſire. de D.114.b.Et quàm diutura iſta obſeruatio fuit? aut quã longinquo tempore potuit obſeruari?de N.58.a.Quarundã herbarum utilitates longinqui temporis uſu et periclitatione percepimus.de D.103.a.Longinqua obſeruatio.At.144.b.Lõginqui temporis ſpes.Par.240.a.Tempus differendi in longinquũ.de Fin.84.b.Longinquus dolor:id eſt,longus.et 100 a.Nec longinquiora breuioribus anteponantur.I.A.Nam non longinquum ſpaciũ labẽre diurnum.At.154.b.Conſilia in longinquum tempus differre.At.242.a.Nolo enim Lacedæmonem longinquo,qui Lanuuium exiſtimaui.

Longitudo,nis.diuturnitas,longinquitas,proceritas.In V.141.a.Noctis longitudo ſtupris & flagitijs conterebatur.de N.12.b.Immenſitas latitudinum, longitudinum, altitudinum.de L.190.a.Tempus uerò largitur longitudo diei.In A.221.a.Non cum longitudo itineris retardauit.de In.48.b.Rerum longitudo & obſcuritas orationis.Or.213.b.Lõgitudinum & breuitatum in ſonis iudicium.et 218.b.Longitudo ambitus.)(.Breuitas.Par.235.a.Longitudo orationis.de Vn.199.a.Diffindere aliquid in longitudinem.In A.221.a.Longitudo uiarum.

Longiuſculus,a,um.paulo longior.pro Ar.190.a.Epigramma in aliquem alternis uerſibus longiuſculis.

Longulus,a,um.ſatis longus.At.259.b.Longulum ſanè iter.

Longus,a,um.longinquus,diuturnus,procerus,pro-

in maximis luctibus.In P.98.b.In ſordibus,lamentis,luctu quę iacuiſti.Tuſ.li.3.Quamdiu uixit,uixit in luctu.& 83.a.Vt eos,quos luctu affecerat,lugere non ſineret. At.41.b.Ne & meum mœrorem exagitem, & te in eundem luctum uocem.pro Pl.275.a. Triſtis & acerbus luctus. de Leg.183.a.Habet enim luctum concurſus hominū.de Or.126.a.Mihi Telamon iratus furere luctu filij uidetur.pro Cl.57.b.Mulier in familiæ luctum & in priuignorum funus nupſit.& 58.a.Spectaculum ſordium, atq; luctus & tanti ſqualoris alicuius.pro S.R.22.a. Aliquis miſer luctu præditus.pro Mil.105.a. Illius mortem æquo animo nemo ferre poteſt,luget ſenatus,mœret equeſter ordo, tota ciuitas confecta ſenio eſt,ſqualent municipia, afflictantur coloniæ,agri deniq; tam beneficum, tam ſalutarem, tam manſuetum ciuem deſiderant.Tuſc.204.a.Hinc ſunt illa uaria & deteſtabilia genera lugendi, pedores, mulicbres lacerationes genarum,pectoris,fœmorū, capitis percuſſiones.& ibi.luctus elocutiones complures.At.43.b.Ne illius ſqualorem,luctumq; aſpicerem.Offic.7.a.Incidere in maximos luctus.

Lucubratio,onis.uigilia,nocturna commentatio. de D.137.b.Nunc quidem propter intermiſſionem forenſis operæ,& lucubrationes detraxi, & meridiationes addidi,quibus antea uti non ſolebam.de N.20.a.Iſta quæ uos dicitis ſunt tota commenticia,uix digna lucubratione anicularum.

Lucubror,raris.elaboro,excudo,elucubror.Par.116.b.Accipies igitur hoc paruum opuſculum,lucubratum his iam contractioribus noctibus.

Luculentè.copioſè,ſplendidè. de Cl.117.a.Scripſere alij rem uerſibus,& luculentè quidem ſcripſerunt.& At.236.a.Off.73.a.Quanquam ab impio rege dicitur, luculentè tamen dicitur.

Luculenter.luculentè.de Fin.67.a.Cum Græcè(ut uideor)luculenter ſciam.Off.64.a. Hoc quidem ſane luculenter.Q.Fr.322.a.& 325.a.Eodem die Gabinium ad populum luculenter caleſecerat Memmius.Q.Fr.325.a. Sanè texebatur opus luculenter.

Luculentus,a,um.ornatus,elegans,pulcher, amplus. At.192.b.Cato uerbis luculentioribus & pluribus rem cōprehenderat.& 253.b. Sunt præterea nauigia luculenta Sexti Bucilani.Ep.100.a.Camino luculento utendum cēſeo.In A.243.a.Luculentum patrimonium.At.113.a.Pōpeius ſcriptor luculentus.de Cl.176.a. Licinius habitus eſt ſanè(ut ita dicam)luculentus patronus. Att.166.a. Nūc credo,ut eſt luculentus autor:id eſt,exploratus, certus.& 167.b.Dicæarchum rectè amas, luculentus homo eſt.& 64.a.Etenim eſt luculenta res.At.177.b. Seruius de duabus legionibus luculentos autores eſſe dicebat.et de Cl.173.b.Cælius Antipater ſcriptor luculentus.In A.192.a.Preclara & luculenta reclamatione ueſtra factū martialium comprobauiſtis.& 212.a.Luculentam tamen ipſe plagam accepit,ut declarat cicatrix.

Lucullanus,a,um.At.238.a.Lucullanus fundus.

Lucus,luci.nemus ſacrum.In V.225.a. Circa Ennam lacus luciq; ſunt plurimi.& de D.101.a.Lucus Veſtæ. & 116.b.de L.173.a.Lucos in agris habento,& larium ſedē. Ep.105.a.Domus habet lucum,quem ſi excideris multum proſpexeris.pro Mil.118.a.Vos enim Albani tumuli atque luci,uos,inquam,imploro & obteſtor.

Ludibrium,brij.irriſio.At.273.b. Sceleratiſſimo hoſti ludibrio eſſe imperium populi Rom.Sall. In Cic.270.b.Senatus autoritas turpiſſimo cuiq; ludibrio eſt. ad Her.



36.a.Ludibrio & deſpectui culpiam eſſe.In V.256.a. Aliquid ludibrio eſſe.pro Dom.239.b. Libertatis ſignum poſuiſti ad ludibriū impudentiæ,magis quàm,&c.In A.255.b.Ne ludibrio ſimus inimicis.& Par.117.a. Ille hæc ludibria fortunæ ne ſua quidem putauit.

Ludibundus,a,um.ludens.I.V.183.a.Si Vulteium habebis,omnia ludibundus perficies.ter.Ep.259.b.Inde auſtro leniſſimo ad Hydruntem ludibundi peruenimus.

Ludicrus,a,um.iocularis. de N.21.b. At pueri etiam cum ceſſant,exercitatione aliqua ludicra delectantur. de Or.97.a.Quæ agenda ſunt in foro tanquam in acie, exercitatione quaſi ludicra prædiſcere & meditari. et 118.a.Ars ludicra armorum,& gladiatori, & militi prodeſt aliquid.Acad.2.b.Clarorum uirorum ludicros ſermones eſſe non oportet.

Ludifico,as.illudo.pro Q.10.a.Si quis latitare ac diutius ludificare uideatur.

Ludificatio,nis.pro Seſt.20.a. Conſecuti dies pauci, omnino Ianuario mēſe,per quos ſenatum habere liceret, ſed tamen acutum nihil niſi de me,cum omni mora, ludificatione,calumnia ſenatus autoritas impediretur.

Ludificor,aris.ludifico.pro S.R.27.a.Is apertè ludificari ac calumniari ſciens uidetur.

Ludius,dij.hiſtrio.pro Seſt.25.b.Ludius non ſolū ſpectator,ſed actor & acroma.de Ar.Reſp.149.

Ludo,dis.ludo utor,delectationis cauſa exerceor. de Or.91.a.Vt qui pila ludunt, non utuntur in ipſa luſione artificio proprio palæſtræ,ſed indicat ipſe motus didicerint ne palæſtram an neſciant.de Or.103.b. Pila bene & duodecim ſcrupis ludere.& Tuſ.239.b.Pila ludere. In A.171.b.Qui non dubitaret uel in foro alea ludere. Off.21.a.Ludendi autem eſt quidam modus retinendus, ut ne nimis omnia profundamus,&c.ſuppeditant autem & campus noſter et ſtudia uenandi,honeſta exempla ludendi. de Fin.131.b.Si quando pueris ludentes minamur. Ep.98.b. Non illo uetere uerbo quod iure luſiſti.de Or.129.a. Diſputationem aliquam facetijs ludere.Q.Fr.316.a.Domitius in ſenatu luſit Appium.& de Or.125.b. Ludere aliquem.Q.Fr.313.b.Eumq; luſi iocoſè ſatis.de Or.89.a.Oratio aut nulla ſit neceſſe eſt,aut omnium irriſione ludatur.de D.119.b.Hoc ciuili bello quàm multa luſerunt?Ep.115.a.Sic multum ac diu ludetur.de Or.158.b. Verùm in me quidem ille luſit ut ſolet.Par.116.a. Ego uerò illa ipſa ludens conieci in communes locos.

Ludus,ludi.munus,ſpectaculum, ſcena, iocus. pro Mur.133.b.Populus ac uulgus imperitorum ludis magnopere delectatur.& ibidem.Elegantia ludorum & ſcenæ magnificentia.& ibidem.Ludi magnificentiſſimi. & ibi. Ego qui trinos ludos feceram.de Ar.249.a.Hos ludos ſerui fecerunt,ſerui ſpectauerūt.pro Mur.133.b.Munus ampliſſimum quod petitio præturæ deſiderabat,præturà reſtituit:id eſt,ludos ampliſſimos.de Ar.257.a. Qui munera contra leges gladiatoria parant.de Or.154.b.In maxima illa ludorum celebritate quinquennali.At.254.a.Cōmiſſio ludorum & confectorum ludorum nuncij. Q.Fr.325.a.Quo die ludi committebantur:id eſt,VIII.Cal. Nouemb.& de Fin.91.b.Ludis commiſſis.Quin.Fr.327.b.Is ludos apparat magnificentiſſimos, ſic inquam, ut nemo ſumptuoſiores ſtultè bis terq;,uel quia nō poſtulatus, uel quia munus magnificum dederat,uel quia potuerat magiſtrum ſe non ædilem putare.pro Seſt.25.a.Qui ludos apparatiſſimos magnificentiſſimosq; fecit.& In P.93.b. Paratiſſimi magnificentiſſimiq; ludi.pro Ar.188.a.Celebrare dies



re dies feſtos ludorum.& Ludorum epulare ſacrificium. l.Epularis.de Aruſp.248.b.Libationes epulæq;.de Cl.171.b.& At.241.a.Facere ludos Apollini.Att.34.a. Ludi Apollinares.& I.A.159.a.Ludi Romani antiquiſſimi. I.V.243.a.Ioui,Iunoni,& Mineruæ.I.P.81.a. Ludi compitalitij.de D.91.b.Ludi uotiui.Ep.95.a.& At.254.a. Ludi Oſci,ludi Græci.

Ludus.pro ſchola.de N.15.a.Epicuri pater ludi magiſter fuit.& In V.6.a.Magiſter ludi.Ep.137.b. Vt Dionyſius tyrannus cum Syracuſis expulſus eſſet, Corinthi dicitur ludum aperuiſſe:ſic ego ſublatis iudicijs,amiſſo regno forenſi,ludum quaſi habere cœpi.de Or.117.b. Iſocrates magiſter iſtorum omnium,cuius è ludo tanquam ex equo Troiano innumeri principes exierunt. de Cl.167.b. Iſocratis domus cunctæ græciæ quaſi ludus quidam patuit,atque officina dicendi.pro Dom.9.a.Is è ludo atq; pueritiæ diſciplina in militiæ diſciplinam profectus eſt. de Or.118.a.Hæc eſt enim in ludo cauſarum ferè formula. Quin. Fr.325.a.Ducebam mecum Ciceronem meum in ludum dicēdi,non luſionis.

Ludus gladiatorius,et alij ludi. At.11.b.et I.C.100.a. Ludus gladiatorius. Att.11.a.Ludus talarius.pro Cæl.43.a.Datur enim huic aliquis ludus ætati conceſſu omnium. & 46.b.Dare aliquid temporis ad ludum ætatis. & 39.a.Vt exercitatione ludoq; campeſtri uteremur. de Orat.148.a.Ludus pilæ,uel teſſerarum,uel talorum. Off.21.a. Nec enim ad ludum & iocum facti ſumus.In V.107.b.Per ludum & iocum euertere aliquem. & 273.a. Per ludum & negligentiam ad honores peruenire.In A.193.b. Nullus ei ludus uidetur eſſe iucundior quàm cruor,quàm cædes,&c.de Or.115.a.Omnium cæterarum rerum oratio, mihi crede,ludus eſt homini non hebeti. de Fin.54.a. Illa perdiſcere ludus eſt.Of.30.b.Adde his,ſi placet,unguentarios,ſaltatores,totumq; ludum talarium.In A.181.a.Heri quartus in circo dies ludorum Romanorum fuit, Antonius ad populum tulit,ut quintus præterea dies Cæſari tribueretur.de L.174.a.Ludis publicis popularem lætitiam in cantu & fidibus & tibijs moderanto.

Lues,luis.peſtis.de Ar.249.a. Vt eos ludos hæc lues impura pollueret.

Lugeo,es.in luctu ſum,ſqualeo,mœreo.In A.244.b. Quis bonus non luget mortem Trebonij? & de In.72.a. Illa hoſtium mortem lugebat.pro Plan.280.b. & Epiſt.51.a.Hos pro me lugere,hos gemere uidebam. In P.83.a. Senatum reipub.occaſum atque interitum lugere uetuiſti.pro Dom.218.b.Lugente ſenatu, mœrentibus bonis omnibus.At.127.b.Neq; uerò nunc conſilium tuum reprehendo,ſed fortunam reipub.lugeo.& de Or.127.a. Lugere ſuos.Tuſ.166.a.Quid ego nunc lugeam uitam hominum?pro Mur.145.a.Statua deformata lugenſq;. de Cl.189.b.Omittamus lugere.

Lugubris,bre.funebris.Poſtq̄.199.b. Fratris mei lachrymæ ſordesq; lugubres.de L.182.a.Lugubris ciulatio. & Tuſ.154.b.Lugubris lamentatio fletuſq; mœrens.

Lumbus,bi In A.Et Cepheus conditur ante Lumborum tenus,&c.

Lumen,nis.luminare.de D.97.a.Noctu lumine appoſito experrecta nutrix animaduertit puerum, &c. pro Syl.74.b.Vos mihi in tantis tenebris clariſſimum lumen prætuliſtis. Antequam.193.b.Vos dij,qui meæ menti lumina prætuliſtis. de N.61.b.Natura duo lumina ab animo ad oculos perforata nos habere uoluit.de Clar.170.b. Sic Catonis luminibus obſtruxit hæc poſteriorum oratio. de



Som.127.a.Hic tu oſtendas oportet patriæ lumen animi, ingenij,conſilijq; tui.de Or.100.a. Propè cunctis ciuibus lumen ingenij & conſilij ſui porrigere atq; tendere. de Or.119.a.Certis dicendi luminibus ornare orationem. de Clar.188.b.Tabulas bene pictas in bono lumine.Tuſ.250.a.& pro Dom.234.b.Democritus luminibus amiſſis, alba ſcilicet & atra diſcernere non poterat.de Or.99.b.M. Buculeius cum ædes L.Fuſio uenderet, in mancipio lumina uti tum erant,ita recepit.& ibi. Quod cuicunq; particulæ cœli officeretur,quamuis eſſet procul, mutata lumina putabat.& pro Dom.236.b. de N.45.a. Varietas luminum lunæ.de D.127.a.Luna ſolis lumine illuſtrari putatur. At.117.a.& pro R.P.127.a. Cæſaris interdicta,ſi te ſecundo lumine hic offendero,reſpuentur.Of.11.a.Qui lumen de ſuo lumine accendit,facit ut nihilominus ipſi luceat,cum illi accenderit.

Luminare,ris.In A.170.a.Id decreuit ſenatus,et quidem incolumis nondū tot luminaribus extinctis. At.249.b.Octauam partem tuli luminarium, mediam abſtrahere memineris.

Luminoſus,a,um.illuſtris,eminens,excellens. Orat.208.b.Tum ſunt maximè luminoſæ & quaſi actuoſæ partes duæ.

Luna,næ.de Som.128.b.In infimo orbe luna radijs ſolis accenſa conuertitur.de D.127.a.Docet enim ratio Mathematicorum,quanta humilitate luna feratur,terrā propè contingens.et ibi.Luna ſolis lumine illuſtrari putatur. & 110.a.Luna ſuo lumine an ſolis utatur. de Nat.39.b. Luna à lucendo nominata eſt,eademq; eſt Lucina.l. Diana.de Som.128.a.Stellæ, &c. ex quibus erat illa minima, quæ ultima cœlo,citima terris luce lucebat aliena. de Or.159.b.Luna acceſſu ſuo & receſſu ſolis lumen accipit. de N.36.a.Iam ſolis annuos curſus ſpacijs menſtruis luna cōſequitur.& ibi de luna.de N.18.b.Solis annuam luſtrationem,ſolis incenſa radijs menſtruo ſpacio luna complet.In V.134.b.Siculi ſuos dies menſeſq; congruere uolunt cum ſolis lunæq; ratione.de N.46.b. Luna maior quàm dimidia pars terræ.& ibi de luna multa.Acad.31.a. Habitari ait Xenophanes,in luna.de D.84.a. Cum claram ſpeciē concreto lumine luna Abdidit,& ſubito ſtellāti nocte perempta eſt.& 100.a.Cum duo uiſi ſoles,& cum lunæ tres. Tuſcul.168.a.Cum luna laborat. de Fin.86.a. Epicurus lunæ dies ſingulos uim quandam habere credidit. de D.127.a.Cum ortus naſcentium luna moderetur.de N.30.a. Aeſtus maritimos fretorumq; anguſtias ortu aut obitu lunæ commoueri.de D.115.a. Quid de fretis & maritimis æſtibus dicam,quorum acceſſus & receſſus lunæ motibus gubernantur.de D.128.b.Plus terrarum ſitus quàm lunæ tactus ad naſcēdum ualere.aliter, tractus. de D.115.a.Oſtrea & conchylia omnia cum luna creſcunt pariterq; decreſcunt.et ibidem.Arbores cum luna ſimul ſeneſcentes tempeſtiuè cædi.Acad.21.b. Intendit Apollo arcum luna innixus.

Lunaris,re.de Som.129.a.Grauiſſimo autē ſono mouetur hic lunaris atq; infimus curſus.

Luo,is.perſoluo.l.pœna.pro Mil.103.b. Cum ei qui expectare uelit ante iniuſta pœna luenda ſit, quàm iuſta repetenda.& pro Syl.181.b.Luere pœnas reipub.de Sen.92.b.Qui morte ſua luit collegæ in Canenſi ignominia temeritatem.At.280.b.Acerbum eſt,parentum ſcelera filiorum pœnis lui.& 43.a. Itaq; mei peccati pœnas luo. In Ver.77.b. Innocentium ſanguis iſtius ſupplicio luendus eſt.& 91.b. Sceleratorum libido innocentium ſanguine luitur.

luitur.de Fin.140.a. Lucretia ſtuprũ per uim oblatum, uoluntaria morte luit:id eſt,expiauit,ulta eſt.

Lupa,pæ.meretrix,ſcortum.pro Mil. 112. a.Clodius ſemper ſecum ſcorta,ſemper exoletos, ſemper lupas ducebat.

Lupercalia,orum.Q.Fr.314.b.& In A.177.a.Ad lupercalia C.Cæſari,&c.

Luperci,orum.pro Cæl.42.b.Fera quædam ſodalitas & planè paſtoritia atq; agreſtis Germanorum lupercorum,quorum coitio,&c.

Lupinus,ni.ad Her.5.a.Folliculus lupinus. & In C. 115.a.Romulus paruus atque lactens uberibus lupinis inhians.

Lupus,pi.In A.188. b. O præclarum cuſtodem ouium (ut aiunt)lupum.At.216.a.De Varrone loquebamur, lupus in fabula.

Lurco,onis. At.13.a. Lurco Tribunus Plebis,&c.

Luſcus,a,um.uno captus oculo. de Or. 131.b. Hic luſcus familiaris meus C.Sextius.& ibi.Id dixit quod conueniret in omnes luſcos.

Luſio,onis.luſus. Q.Fr.325.a.Ducebam mecum Ciceronem meum in ludum diſcendi,non luſionis. de Fin. 138. a.Pueri luſionibus uel laborioſis delectantur.de Sen.89.a Habeant igitur alij ſibi arma,ſibi equos,ſibi haſtas,ſibi clauam & pilam,ſibi natationes & curſus, nobis ſenibus ex luſionibus multis talos relinquant & teſſeras.de Or. 91.a Qui pila ludunt,non utuntur in ipſa luſione proprio artificio palæſtræ.

Luſitania.regio.Ep.165.Pollio.

Luſitani.pop.de Cl.172.

Luſius fluuius.de N. 71. Ideo dictus quod in eo Iupiter infans lotus ſit authore Pauſania in Arcadicis.

Luſtratio,onis.peragratio. In A. 171.b. Peragratio itinerum,luſtratio municipiorum.Tuſ.244.a. & de N. 18.b.Non mõtiuagos atq; ſylueſtres curſus luſtrationesq; patiuntur.

Luſtro,as.peragro.de Nat.36.b. Mercurij ſtella anno ferè uertente ſigniferum luſtrat orbem.de N.58.b. To tam licet animis tanquam oculis luſtrare terram. & Ep. 25.a.Luſtrare iuriſdictionem.de Fin. 145. a. Pythagoras Aegyptum luſtrauit.& Tuſ.218.b.Luſtrare ultimas terras.de Som.128.b.Sol cuncta ſua luce luſtrat & complet. Off.12.a.& Par.233.a.Cum omnia ratione animoq; luſtraueris.& de Fin.88.b.Perluſtrare aliquid animo. de Vn.200.b.Cum alia maiorem luſtrarent orbem. At. 79. a.Ad III.Cal.exercitum luſtraui apud Iconium. & In A. 241.a.& de D.101.b.Cum imperator exercitum luſtraret.& ibi.Cum cenſor duceret,populum luſtraret.& ibi. In luſtranda colonia ab eo,qui eam de.

Luſtrum,ſtri.quinquennale ſpacium, idem quod Olympias græcis.de Or.100.a.Quæritur, qui domini uoluntate cenſus ſit,ſi non ſit conditum luſtrum,ſit'ne liber. At.17.b.Sub luſtrum cenſeri germani negociatoris eſt. et 66.b.Luſtrum iam deſperatum eſt.de Or.133.b.Luſtrum condere,& taurum immolare.Ep.25.b.Publicanis etiam ſuperioris luſtri reliqua ſine ſociorum ulla querela conſeruaram.At.90.b.Populi autem nullo gemitu publicanis,quibus hoc ipſo luſtro nihil ſoluerant, etiam ſuperioris luſtri reddiderunt.

Luſtrum.ganea, popina. pro Cæl. 49. b. Domus in qua luſtra,libidines,luxuries uerſetur.Poſtquam. 207. a. Cur in luſtris, & helluationibus huius ſaltatoris eximia uirtus tam diu ceſſauit?pro Seſt.7.a.Aliquis emerſus ex tenebris luſtrorum ac ſtuprorum.In A.161.b.Vino luſtriſq; confectus.



Luſus,a,um.illuſus,irriſus.de Fin.64.a.Sed et illum, & cæteros ſophiſtas luſos uidemus à Socrate.

Luteus,a,um.In V.207.a.Luteum negocium: id eſt, de fictili & luteo Scypho.

Lutulentus,a,um.luto plenus,& impurus. In P. 79. b.Pauci iſta tua lutulenta uicia noueramus. & 85.a.Lutulente Cæſoni.pro Q.R.48.a. Perſona illa lutulenta,impura,inuiſa.In Sal.272.a.b.Nihil aliud ſtudet, niſi ut lutulentus ſus cum quouis uolutari.

Lutum,ti.terra humore ſoluta & putris. In P. 92.a. Hic homulus ex argilla & luto factus.& 93.a.O lutum,ô ſordes.In V.212.a.Verres in luto totius corporis ueſtigijs uolutatus. & 147. a. Vides caudam illam Verris antequam luto demerſam eſſe in litura.

Lux,cis.lumen.de Diuin. 119. a. Si Deus erat,cur ſe contra naturam abdidit,ut patefactus aratro lucem aſpiceret?pro S.R.28.b.Propter quos hanc ſuauiſſimam lucem aſpexeris,eos indigniſſimè luce priuare.In Ver.240 a.Lux communis.pro S.R.40. a. Commoda quibus utimur, lucemq; qua fruimur, ſpiritumq; quem ducimus,à Deo nobis dari atq; impartiri uidemus. pro Quint.13.b. Communi luce priuari.pro Cl.24.a.Hanc à natura propriam lucem accipere.de Cl.165.b.Tanquam ad aſpiciendam lucem eſſe reuocatum.& de Arch.255.b.Lucem non aſpicere:id eſt,latêre.In Ver.251.a.Cur piratis lucis uſuram tam diuturnam dediſti?de Aruſp.257.b.Eodem tempore ſuſcipimur in lucem & hoc cœleſti ſpiritu augemur.In C.100.a.Poteſt'ne tibi huius uitæ hæc lux,aut huius ſpiritus cœli eſſe iucundus?cum,&c. pro Pom. 10.b. Qui tam breui tempore lucem aſſerre reipub.potuit. de Orat.97.b.Et illa commendatio incluſa in ueritatis lucem proferenda eſt.& 111.b.Hiſtoria lux ueritatis. In C. 120.b.Hæc urbs lux orbis terrarum, arx omnium gentium.In A.153.b.Lux quædam uidebatur oblata.de Diuin. 81.a.Cum id reliquis,ſolis uideatur luce clarius. & pro Cæl.42.a.Signa omni luce clariora pro Cæl.47.b. Sed in turpiſſimis rebus frequentiſſima celebritate & clariſſima luce lætatur. Acad.16.b. Proferre in lucem res occultas.ad Her.35.b.Luce noctem, nocte lucem expectas.pro Sex.Roſ.27.b.Si canes luce latrent, opinor ijs crura ſuffringantur.In A.244.b.Quis audeat luci?quis in militari uia?quis bene comitatum? quis illuſtrem aggredi? pro Seſt.21.b.Luce palàm occidi.In P.84.b.Cum arma in templum Caſtoris luce & palàm comportabantur. Off.70. b.Luce palàm in foro ſaltare.de Diuin.120.a.Cur ante lucem galli cantant?Quin. Frat. 309.a. Pridie Iduum hæc ſcripſi ante lucem.& Epiſt.3.b. & 56.a.de Orat. 133.a. Si ad te bene ante lucem ueniſſet. Attic. 56.b. Metellus cùm prima luce in campum currebat. pro Syl.177.a.& Epiſt.56.a.Prima luce.pro Mil.120.a. Centeſima lux eſt hæc ab interitu P.Clodij. In Arat. Illæ quæ fulgent luces ex ore coruſco:id eſt,ſtellæ.pro Deiot.149.a. Obſcuram familiam è tenebris in lucem euocare. pro Pom.5.a. Mithridates in ueſtris uectigalibus,hoc eſt,in Aſiæ luce uerſatur. & Offic.42.a.Tanquam in clariſſima luce uerſetur.In Arat.175.a.Primùm rediui luce non tenebris, deinde,&c.

Luxuria,riæ,& luxuries,ei.luxus, intemperantia,libido.pro S.R.30.b.In urbe luxuries creatur, ex luxuria auaritia,ex auaritia erumpit audacia.de Or.124.a. Auaritiam ſi tollere uultis,mater eius eſt tollenda luxuries.

contra



contra Rul.64.a.Luxuries Annibalem Capuæ corrupit. pro Mur.127.b.In quo luxuriã reperire non potes,in eo te umbram luxuriæ reperturum putas?& 142.a.Odit populus Rom. priuatam luxuriam,publicam magnificentiã diligit.Off.21.a.Turpe eſt diffluere luxuria.I.P.90.a. & ibi.Noua quædam & inaudita luxuries.& ibi .Profundæ libidines.et pro Cæl.46.b.Profuſa luxuries.pro Cor. 66 b.Tum luxuriam illius quæ non crimine aliquo libidinis, ſed communi maledicto notabatur.In V.135.b. In mulierũ corruptelis & in eiuſmodi luxuria atq; nequitia.pro Cæl. 49.b.& 43.a.Domus in qua luſtra, libidines, luxuries, &c.uerſentur.pro S.R.24.b.De luxuria purgauit Erutius,cum dixit,hunc ne in conuiuio quidem ullo ferè interfuiſſe.& 19.b.Quod per ſcelus adeptus ſis,id per luxuriam effundere atq; conſumere.de Or.121. a. Quod ſumptuoſus de luxuria.& 117.b.In ſumma ubertate ineſt luxuries quædam,quæ ſtilo depaſcenda eſt.& 157.a. Luxuriem eſſe in herbis.In V.55.b.& 184. a. Luxuries in flagitijs,crudelitas in ſupplicijs.ad Her.2.a.& 12. a.Inertia, ignauia,deſidia,luxuria.Off.19.a.Hæc libidini potius luxuriæq;,quàm liberalitati & beneficentiæ pareat. Offic. 25.a.Luxuria,cùm omni ætati turpis, tum ſenectuti fœdiſſima eſt.

Luxurioſè. intemperanter.pro Cæl.40.a. Cum libidinoſis luxurioſè uiuere.de Fin.69.a.

Luxurioſus,a,um.aſotus,intemperans.de Fin. 69. a. Luxurioſi reprehendendi ſunt ob eã ipſam cauſam quod ita uiuunt ut perſequantur cuiuſq; modi uoluptates.contra Rul.75.b.Aliquis ut in ſuis rebus ita in repub.luxurioſus nepos.In P.94.a.Nihil iſto ſcitote eſſe luxurioſius, nihil libidinoſius.Or.204.a. Lætas eſſe ſegetes, luxurioſa frumenta.In A.173.a.Multa & lauta ſuppellex, non illa quidem luxurioſi hominis,ſed tamen abundantis.

Luxus, us. intemperantia in edendo & bibendo. In Ver.161.a.Niſi fortè exiſtimatis eum in uino ac luxu non riſiſſe,qui nunc in periculo,ac exitio ſuo riſum tenere nõ poſſit.

Lycaonia,æ.regio.Ep.240.

Lycaones.pop.de Leg.176.Ep.42.

Lycium,cij.de D.81.b.Cum ambulandi cauſa in Lycium ueniſſemus,nam id ſuperiori gymnaſio nomen eſt. & 110.a.Tum in bibliotheca,quæ in Lycio eſt,aſſedimus. de Or.93.a.Et longè Academiæ illi ac Lycio tuum hoc ſuburbanum gymnaſium antepono.de D. 85. a. Inq; Academia umbrifera nitidoq; Lycio.& Ac.42.a.

Lychnus,ni.lucerna.Q.Fr.336.b.Hæc ſcripſi ad lychnum ligneolum.aliter,Lychnuchum.pro Cæl. 52. a. Lux alia eſt ſolis & lychnorum.

Lycij.pop.I.V.204.At.95.

Lycurgeus,a. durus, ſeuerus, qualis fuit Lycurgus, qui leges duras Lacedæmonijs tulit. Attic.8. a. Nos metipſi qui Lycurgei à principio fuiſſemus, quotidie demitigamur.

Lycurgus,gi.de Clar.176.a.M.Brutus accuſationem factitauit,ut Athenis Lycurgus.

Lydia,diæ.regio.pro Flac.160.a.Quid dicam de Lydia?&c.

Lydus,a,um.pro Fl.160.a.Quis unquam Græcus comœdiam ſcripſit, in qua ſeruus primarum partium non Lydus eſſet?

Lymphatus,a,um.furens, inſanus. de Diuin. 97.a. Flexanima tanquam lymphata ut Bacchi ſacris commota poetæ.



Lynceus,a,um.perſpicax.In Ver.155.a. Homo lynceus.& Epiſt.126.b.Quis eſt tam lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat?nuſquam incurrat?

Lyra,ræ.fides.Tuſ.149.a.Themiſtocles cum in epulis recuſaſſet lyram,habitus eſt indoctior.

Lyricus,a,um.Or.215.a.Poetæ, qui λυρικοὶ à Græcis uocantur,quos cum cantu ſpoliaueris, nuda penè remanet oratio.

Lyſias,ſiæ.de Or. 105. a. Diſertiſſimus ſcriptor Lyſias.& de Clar.167.b. Lyſias ſubtilis ſcriptor & elegãs. Orat.199. a. Venuſtiſſimus ille ſcriptor & politiſſimus Lyſias.

Lyſidicus,ci.In A.233.b.Lyſidicus ipſe in Græco uerbo,qui omnia iura diſſoluit.

Lyſander,dri.uerſutiſſimus Lacedæmoniorum dux. Off.22.a.

Lyſippus,pi.fictor inſignis.Ac 21.b.

## MA

M De Or.131.a.Omnibus in parietib. inſcriptas fuiſſe literas, tria lll.duo mm. M.mille ſignificat. l.Mille.

Macedo, onis. In A.203.b.Quid Macedo Alexander?

Macedonia,æ.regio.At.40.In P.91.& 92.

Macedonicus,ca.In Ver.230.a. Signum Macedonicum.In P.91.a.Imperator Macedonicus. Attic.257.b.Legiones Macedonicæ.

Macellum,li.locus in quo uenduntur omnia,quæ ueſcendi cauſſa in urbem aſſeruntur.de D.120. b.Si Epicuri de uoluptate liber corroſus eſſet, putarẽ annonam in macello cariorem fore. de Finib. 75.a.Quæ eſt iſta laus,quæ poſſit è macello peti?

Macer,cra,crum.tenue.contra Rul.79.b. Solum exile & macrum.

Maceria,riæ.murus in agro & uilla. Epiſt.263. b. Helluo nequiſſimus Seſter.200.Dabat nullo aprico horto,nulla maceria,nulla caſa.

Machærophorus,ri.gladiator,machæram ferens. Q. Fr.312.b.Hominem portaui ad Baias octophoro machærophoris centum ſequentibus.

Machina,næ.machinatio.In V.105.b.Columnæ machina appoſita deiectæ,eiſdem lapidibus repoſitæ ſunt.& 106.a.In P.88.b.M.Regulus,quem Carthaginenſes reſectis palpebris illigatum in machina uigilando necauerũt. pro Dom.218.a.Iiſdem machinis ſperant me reſtitutum poſſe labefactari,quibus antea ſtantem perculerunt.contra Rul.75.b.Hæc tota lex ad Pompeij opes euertandas tã quam machina comparatur.Brut.289.a.Omnes adhibeo machinas ad tenendum adoleſcentem.de Nat.74.b.Doli, machinæ,fallaciæ,præſtigiæ.& ibi.Commoliri dolum & machinam aliquam ad quempiam. Quin. de Pet. 206. a. Quo in magiſtratu amicam,quam palàm domi habebat, de machinis emit.

Machinatio,onis.de N.45.a.Cùm machinatione quadam aliquid moueri uidemus,ut ſphæram, ut horas. & 50.b.Etiam machinatio quædam atq; ſolertia.de Or.115. a.Iudex tanquam machinatione aliqua tum ad ſeueritatẽ, tum ad remiſſionem eſt contorquendus.

Machinator,oris.architectus,fabricator. pro S. R. 40.b. Scio omnium architectum & machinatorem eſſe Chryſogonum.& contra Rul.63.b.I.C.112.a.

Machinor,

Machinor,aris.ſtruo,molior,excogito,conſilium ineo.de N.56.a.Ad uſum orationis incredibile eſt quãta opera machinata natura ſit.de Or.159.a.Hæc quidem machinati ſunt ad uoluptatem.de N.51.b.Quod perpetuitatis cauſa machinata natura eſt.& 73.a.Sibi ipſi nefariam peſtem machinari.In V.69.a.Cum interea aliud quidam iamdiu machinaretur. pro Dom.224.a.Nihil aliud niſi utine quid per uim agi poſſet machinabere. ad Her.11.b.& 26.b.Machinari necem uel calamitatem alicui.de Vn.196.a.Quæramus igitur cauſam,quæ eum impulerit,qui hæc machinatus ſit,ut originem rerum, et molitionem nouam quæreret.

Macies,ei.corporis magna tenuitas & ſiccitas, gracilitas.contra Rul.85.a.Homo grandi macie torridus, cõtemptus,& abiectus. Item: Craſſum libertum ais, tibi de mea macie ſolicitudineq; narraſſe.Tuſ.196.a. Corpus macie extabuit.I.A.211.a.Profectus eſt ad bellum A. Hircius uir fortiſſimus,at qua imbecillitate? qua macie? ſed animi uires,corporis imbecillitas non retardauit.

Macrocollum,li.charta,membranula. At.252.b. Sed tamen idem σύνταγμα miſi ad te retractatius,& quidem ἀρχέτυπον ipſum crebris locis inculcatum & refectũ, hunc tu translatum in macrocollum,lege in arcano conuiuis.& 212.a. Impenſam facimus in macrocolla.

Macte.uox hortationem ſignificans. Att.188.a. Macte uirtute,mihi quidem gratum,&c. & 250.b. Seruuli aiebant,eum et agripetas eiectos à Buthrotijs,macte.Tuſ.156.a.Macte uirtute,ego enim ipſe cum eodem ipſo nõ inuitus errauerim.At.97.b.Quæſo quid nobis futurum eſt, macte ſcribas.aliter,maturè.

Macto,as.interficio.de Ar.253.b. Clodius diuiſores omnium tribuum domi ſuæ crudeliſſima morte mactauit.I.C.104.a.Tũ tu Iupiter hos æternis ſupplicijs uiuos mortuosq; mactabis.& 102.b. Nónne hunc ſummo ſupplicio mactari imperabis?I.P.82.b.Quorum ego furori niſi ceſſiſſem in Catilinæ buſto mactatus eſſem.In Vat.35.b. Quo etiam maiore es malo mactandus.Tuſ.179.b. Mactata ex cetra.pro Flac.164.a.& 157.b.Quam poteſtis P. Lentulo mactare uictimam gratiorem. In Vat.31.b.Inferorum animas elicere,& puerorum extis deos manes mactare. In V.205.b. Cum uideant ius ciuitatis illo ſupplicio eſſe mactatum.

Macula,læ.labes.de N.17.a.Eſt autem corporis macula næuus.pro S.R.37.a.Legationis cerimoniam polluere,maculasq; afficere.pro Pom.5.a.Delenda eſt nobis illa macula Mithridatico bello ſuperiore ſuſcepta.& At.282.b.Magna macula per uos deleta.pro Seſt.17.a.Quoniam illa in rep. macula regni publicati maneret, quam nemo poſſet eluere.In Sal.274.b.Inurere æternas maculas alicui,quas reliqua uita eluere non poſſit.pro Cor.57.b. Eſt huius ſeculi labes quædã & macula,uirtuti inuidere. pro Dom.217.b.Omnium libidinum maculis notatiſſimus.pro Pl.265.a.Hunc tu uitæ ſplendorem maculis aſpergis iſtis. I.V.260.a.Maculas flagitiorum tuorum innocẽtium ſanguine luere arbitrabare.& pro Cl.20.a.Macula familiæ: id eſt,turpitudo.

Macula. retis foramen ſeu plaga.l.Reticulum. de Sõ.129.b.In ipſis terræ quaſi maculis,ubi habitatur.

Maculo,as.macula afficio,commaculo,inquino,oblino,polluo,fœdo,contamino,labem infero, maculis aſpergo.de Ar.250.a.Qui caſtiſſimos ludos omni flagitio pollueret,omni dedecore macularet.pro Mil.118.a. Et tu ſancte Iupiter,cuius ille latus,nemora,finesq; ſæpe omni nefario ſtupro & ſcelere maculauit.pro Seſt.16.b. Maculare ſplendorem alicuius.



Maculoſus,a,um.maculis reſperſus.In A.174.a.Veſtis Pompeij non multa,eaq; maculoſa.Att.11.a.Maculoſi ſenatores.

Madeſio,ſis.perfundor,reſpergor.de D.94.b. Itaq; uaticinatus eſt,madefactũ iri minus triginta diebus Græciam ſanguine.In A.259.a.Imbuti ſanguine gladij exercituum noſtrorum,uel madefacti potius.

Madeo,des.madefio.I.A.180.a.Natabant pauimenta uino,madebant parietes.Poſtquam.206.b. Madẽs coma, compoſitus capillus.

Madidus,a.um.perfuſus.Q.Fr.314.a.Sed ille faſciculus totus aqua madidus mihi redditus eſt.

Mæandrus,dri.anfractus.I.P.90.b. Quos tu Mæandros,dum omnes ſolitudines perſequeris,quæ diuerticula flexionesq; quæſiſtis?

Magis.plus,præter,plus pluſq;.Ep.191.b.At.71.a.b. Quotidie magis ac magis ſuſpicor te in Epeirum profectum.Ep.29.a.Sed mihi magis magisq; quotidie de rationibus tuis cogitanti,placet:id eſt,plus pluſq;. In A.153.b. Quotidie magis magisq; perditi homines urbi minabantur.Par.129.b. Nihil huic addi poteſt, quo magis uirtus ſit.pro Mil.104.b.Non magis erit paricida ſi quis conſularem patrem,quàm ſi quis humilem necauerit. pro Pl.271.b.Is magis ædilis fieri nõ potuiſſet.pro S.R.24.b. Annos natus magis quadraginta.Ep.16.b.Ita contendit ut nihil unquam magis. de Or.110.b. Magis adeò id facultate quàm alia ulla culpa mea contigit.Epiſt.264.a.Expecto tuas literas,teipſum multo magis.de Or.121.a. Ac multo etiam magis ad uos.& de Cl.195.b.Magis etiam,&c.pro Fl.160.b.Nunc uerò hoc magis,quod,&c.contra Rul.85 b.Immo uerò etiam hoc magis,quàm,&c.quod,&c. I.V.148.a. Atq; eo magis,ſi,&c.et 164.b.Et eo magis,quòd,&c.Item.Mementote non tam illos eſſe nobis quàm hos pertimeſcendos:atq; etiam hoc magis ſunt timendi, quòd, &c.de Off.15.a. Capeſcentibus remp. nihil minus quàm philoſophis,haud ſcio an magis etiam deſpicientia adhibẽda ſit rerum humanarum. At.254.a.Magis eſt quod gratuler tibi,quàm quod te rogem. pro Cæl.40.a.Cuius in magnis cateruis amicorum ſi fuit etiam Cælius, magis eſt ut ipſe moleſtè fecerat errraſſe ſe,quàm ut iſtius amicitiæ crimen reformidet. At.234.a.De Græcia magis ac magis cogito.

Magiſter,ſtri.præceptor,doctor,autor. de N.15.b. Epicurus gloriabatur,ſe magiſtrum habuiſſe nullum.I.A.177.a.Quanquam te bonum timor faciebat, non diuturni magiſter officij.de Sen.83.a. Nec ulli bonarum artium magiſtri non beati putandi,quamuis conſenuerint uires. I.A.162.a.Iam uideo magiſtro tuo qui te tanta mercede, quanta iam proferam,nihil ſapere docuit. de Or.106.a. Pueri in hoc genere apud magiſtros exercentur.pro S.R.38.a.Is diſcipulus magiſtro tantulum de arte non concedit. de Clar.174.a.Gracchus ſemper habuit exquiſitos è Græcia magiſtros.de Orat.120.b.Magiſtri, ad quos filios noſtros mittimus.de In.50.b. Artium liberaliũ magiſtri, uiuendi præceptores.& Ep.136.b. Magiſter cœnandi,diſcipulus dicendi.de Or.Iſocrates magiſter omnium iſtorũ, &c.Or.197.b.Plato grauiſſimus autor & magiſter intelligendi & dicendi.& 198.a.& de N.8.b. Ariſtoteles à magiſtro Platone diſſentiens.de Or.155.b. Plato non linguæ ſolùm, uerumetiam animi ac uirtutis magiſter. & pro Mur.139.b. Veſtri præceptores & uirtutis magiſtri:id eſt,Stoici.



eſt,Stoici.pro Mur.139.a.Hæc omnia non à natura ſunt, ſed à magiſtro.ſine magiſtro, duce natura.l.Mamma.Or.207.a. Exiſtimator alicuius artificij, nõ magiſter.pro R.P.124.a.Vſus eſt magiſter optimus.de Or.97.a.Stylus optimus dicendi effector & magiſter.& 107.b.Stylus perfector dicẽdi ac magiſter.I.V.159.a.Dux et magiſter ad faciendum aliquid.de Cla.192.b.Suaſionem legis Seruiliæ ſibi magiſtrum fuiſſe dicebat. pro Cor.60.a. Tum uerò ius omne noſter iſte magiſter mutandæ ciuitatis ignorat. de Or.126.b.Quamobrem hoc uos doceo, bonus ego uidelicet & eruditus magiſter. de Ar.247.b. Ego habeo autores & magiſtros colendarum religionum, maiores noſtros.pro Dom.234.a. Autor & magiſter publicæ religionis.& 241.b. Præſertim illo magiſtro qui cogeretur docere antequã ipſa didiciſſet. pro Cecin.291.a.Te uti in hac re magiſtro uolo.I. V.62.a. Si ab iſto libro quem tibi magiſter ludi neſcio quis ex alienis orationibus compoſitum dedit. de Sẽ.86.b.Summus magiſter in poculo.At.76 a.& I.V.143.a.Magiſter ſcripturæ.l.Scriptura.& 145.b.Magiſtri,qui tabulas habebant.et 143.b.Quidã qui tum magiſter erat eius ſocietatis.et At.176.b.et Ep.207.b.& 227.a.pro Plan.265.b.P.Craſſus maximarũ ſocietatũ autor,plurimarum magiſter.At.1.b.L. Pontius,quẽ putabãt magiſtrum fore,ſi bona uenirent.pro Q.9.a.Cui magiſtri fiunt,domini conſtituuntur,qui qua lege, qua conditione pereat,pronuncient,huic,&c.

Magiſter equitum.cui imperium ſummum in equites erat,ut dictatori in populum. At.151.a.Sylla potuit efficere ab interrege ut dictator diceretur & magiſter equitũ. de Leg.185.b.Iſq; aue ſiniſtra dictus populi magiſter eſto. & 186.a.Magiſter populi equitumq;.

Magiſterium,rij.magiſtri dignitas & officium.de Sen.86.b.Me uerò & magiſteria delectant à maioribus inſtituta,& is ſermo qui à ſummo adhibetur magiſtro in poculo.

Magiſtra,ſtræ.de N.10.a.Legis æternæ uis,quæ quaſi dux uitæ,& magiſtra officiorum ſit.& de Or.111.b.Of.26.a.Natura magiſtra & duce. Tuſ.225.a. Philoſophia magiſtra uitæ.pro S.R.30.b.Vita ruſtica parſimoniæ & diligentiæ magiſtra eſt.

Magiſtratus,tus.imperium,honor,poteſtas, qui cum imperio eſt,qui poteſtatem gerit, qui in imperio eſt, aliquo honore aut imperio affectus, ſummis populi beneficijs uſus,qui magnis imperijs & prouincijs præfuit,faſces. de Am.108.a. Vbi eos inueniemus,qui honores, magiſtratus,imperia,poteſtates, opes, amicitiæ non anteponant? pro Muren.141.b. Cato negat iudicium hominum in magiſtratibus mandandis, uoluptatibus corrumpi oportere. & 142.b. Nulla re allici mentes hominũ oportere ad magiſtratum mandandum, niſi dignitate.Off.25.a. Eſt igitur proprium munus magiſtratus, intelligere ſe gerere perſonam ciuitatis, debereq; eius dignitatem & decus ſuſtinere, ſeruare leges, iura deſcribere, ea fidei ſuæ commiſſa meminiſſe. pro Seſt.15.b. Cenſura ſanctiſſimus magiſtratus.I.V.231.b. Ad me uenit Heraclius is, qui tum magiſtratum Syracuſis habebat. Offic.30.a. Cedere ijs, qui magiſtratum habebant. pro Plan.260.b. Tum enim magiſtratum non gerebat is, qui ceperat, ſi patres autores non erant facti.pro Plan.262.a. Libertas populi in mandandis magiſtratibus. & 272.a. Commiſſi ſunt ijs magiſtratus. At.279.a. Nemo tribunus plebis, nemo alio magiſtratu, nemo priuatus autor extitit. Attic.276.b.Dum unus erit patritius magiſtratus, auſpicia ad patres redire non poſſunt.et ibid.C. Marius factus eſt augur.pro Font.281.a.In honoribus petendis, in poteſtatibus, in imperijs gerendis. contra Rul.72.b. Quibus uos ampliſſimas poteſtates dediſtis. & 48.b. Legum miniſtri magiſtratus. & ibid.Legum interpretes iudices. contra Rul.71.a. Lege curiata magiſtratum non dari, cui nullis comitijs antè ſit datus. Epiſt.40.b. Creare & gerere magiſtratum, & gerere poteſtatem. Item: Abire magiſtratu. Epiſt.60 b. Atq; abeuntem magiſtratu concionis habendæ poteſtate priuauit.& At.11.a. Q.Fr.394.a. Bene gerere ſe in poteſtate. pro Quin.2.a. Magiſtratum æquum adhuc reperire non potui. I. V.191.a. Secuti ſunt auariores magiſtratus.Quin.Fr.294.a. Quæ in magiſtratu uicioſè decreuerant, eodem ipſis priuatis erat iure parendum. I.A.170.b. Tum ſenatus contra te dedit arma conſulibus reliquisq; imperijs & poteſtatibus. I. A.204.b. Vt ei triennium ante legitimum tempus magiſtratus petere, capere, gerere liceat. de Leg.184.b. Magiſtratus hæc eſt uis, ut præſit præſcribatq; recta, & utilia, & coniuncta cum legibus: ut enim magiſtratibus leges, ita populo præſunt magiſtratus, uereq; dici poteſt, magiſtratum legem eſſe loquentem, legem autem mutum eſſe magiſtratum. de Leg.190.b.Suffragia in magiſtratibus mandandis palàm ferre melius eſſet.& 193.b. Qui magiſtratu abierint apud cenſores edant,& exponant quid in magiſtratu geſſerint. In Sal.274.b. Accipere magiſtratum loco prædæ.Ep.190 b. Nam quod huc properent in magiſtratum uenire, cauſam non habent.



Magnanimitas,tis.magnitudo animi. Off.31.a. Quarũ una ſit cognitionis,altera cõmunitatis,tertia magnanimitatis,quarta moderationis.

Magnanimus,a,um.uir magni animi,uir altus & excellens.Off.13.a.& 14.a.Vir fortis et magnanimus.pro Fõ.282.b. Vir ſummi conſilij & maximi animi. pro Seſt.12.b.Vir fortis & acris animi magniq;.

Magnes,tis.de D.98.b. Vt ſi magnetem lapidem eſſe dicam,qui ferrum ad ſe alliciat & trahat:at rationẽ cur ita ſit,afferre nequeam.

Magnes. à Magneſia Theſſaliæ regione.de Cla.194.b. Dionyſius magnes.

Magnifacio,cis.Ep.210.b.Eius libertum Apolloniũ iam tum equidem cum ille uiueret, & magnifaciebam & probabam. At.234.a.Facio magnam πρᾶξιν Dolobellæ:id eſt magnifacio actionem Dolobellæ.

Magnificè.ſplendidè. de Cl.188.a. Amicè & magnificè te laudatum puto.I.V.182.b. Magnificè laudari ab aliquo pro Q.17.b.& I.V.89.a.Magnificè ac ſplendidè ornare conuiuium.de In.77.a. Vaſa magnificè & precioſè cælata.I.V.214.a.Exornat amplè magnificeq; triclinium.pro Dõ.236.a.Iſte habitare laxè & magnificè uoluit.I.C.104 b.Magnificè uicimus.At.284.b.Iuuat enim magnificè loqui.ad Her.31.b.Hic qui ſe magnificè iactat & oſtentat. I.A.223.a.Magnificè enim Sulpitius maiorum continentiam diligebat. Off.10.a. Hæc præſcripta ſeruantem licet magnificè uiuere.

Magnificentia,tiæ.ſplendor.de In.82.a.Magnificentia eſt rerũ magnarum & excelſarum, cum animi ampla quadam et ſplendida propoſitione,agitatio & adminiſtratio.& 62.a. Virtus & magnificentia, in qua grauitas & autoritas eſt. Or.204.b.Si ut in apparatu epularum à magnificentia recedens non ſe parcum ſolũ, ſed etiã elegantẽ uideri uolet.pro Mur.142.b. Odit populus Rom. priuatam luxuriam, publicam magnificentiam diligit. contra Rul.70.b.Hoc uix eſt liberi populi,uix ueſtrorũ amicorũ

magnificentiæ. de Leg. 168. b. In hac ille rerum magnificentia, &c. pro Quin. R. 49. a. Qui tantas pecunias non propter inertiam laboris, ſed propter magnificentiam liberalitatis repudiauit. de Leg. 190. b. Lucullo obiecta eſt magnificentia uillæ Tuſculanæ. Tuſc. 240. a. Magnificentia ædium regiarum. & 247. a. Magnificentia & ſumptus epularum. Off. 15. a. Capeſſentibus remp. & magnificentia, & deſpicientia adhibenda eſt rerum humanarum. de Leg. 183. b. Funerum ſepulchrorumq; magnificentia. Off. 28. b. Cauendum eſt etiam, præſertim ſi ipſe ædifices, ne extra modum ſumptu & magnificentia prodeas. & ibid. L. Lucullus, cuius quàm multi uillarum magnificentiam imitati ſunt. & 44. b. Theophraſtus eſt multus in laudanda magnificentia & apparatione populariũ munerũ. de Am. 99. b. Qui uirtutem uerborum magnificentia metiuntur.

Magnificentiſſimè. magnificè. At. 223. b. Noſtri autẽ ἥρωες quod per ſeipſos confici potuit, glorioſiſſimè & magnificentiſſimè confecerunt.

Magnificus, a, um. lautus, ſplendidus, ſummo ſplendore præditus, delicatus. I. V. 87. b. Vidi forũ adornatum magnifico ornatu. Q. Fr. 327. b. Ludi magnificentiſſimi, et munus ſumptuoſum atq; magnificum. de Or. 98. a. Multæ ac magnificæ res conſtructæ ac reconditæ. Ep. 136. b. Cœna magnifica & lauta. Tuſ. 240. a. Stragulum magnificis operibus pictũ. Ep. 95. a. Reliquæ ſunt uenationes binæ per dies quinq; magnificæ. de Or. 117. a. Genus dicendi magnificum atq; præclarum. & 98. a. Cum præclara quædã & magnifica didiciſſet. de Opt. 244. a. Ii quos nihil excelſum magnificumq; delectat. et Off. 16. a. Animus excelſus et magnificus. de D. 109. b. Magnificum etiã illud Romaniſq; hominibus glorioſum, ut, etc. contra Rul. 82. a. Cætera illa magnifica populi Rom. uectigalia. de Cl. 189. a. Voce, motu, forma etiam magnifica & generoſa quodammodo. pro Fl. 157. a. Vbi illa magnifica & glorioſa oſtentatio ciuitatis. de Leg. 169. a. Villa magnifica. At. 66. b. Illã aũt quam locauit facit magnificentiſſimã. Off. 45. a. L. Craſſus magnificentiſſima ædilitate functus eſt. contra Rul. 66. b. Eſt hoc ampliſſimum, ſed illud magnificentius, quod, &c. de Cl. 175. b. Genus dicendi magnificentius & ornatius. I. P. 80. a. Magnificentius eſt dicere quemadmodum geſſerimus conſulatum, quàm quemadmodũ ceperimus. Poſtquam 204. a. Senatus à quo ſæpe magnificentiſſimis decretis ornatiſſimus. de Cl. 182. b. Id melius eſt quod ſplendidius & magnificentius. pro Deiot. 147. a. Cui magnificentiſſima dona uſq; ad Numantiã ex Aſia miſit. pro Dom. 242. a. Italiæ magnificentiſſimus ille motus. In Vat. 30. a. Cicero magnificentiſſ. poſt hominum memoriã conſul factus.

Magniloquẽtia, tiæ. Or. 215. b. Dactylicus numerus hexametrorum magniloquentiæ eſt accõmodatior. Ep. 210. a. Homeri magniloquentia.

Magnitudo, nis. amplitudo, granditas, moles, ubertas. de Fin. 99. b. Magnitudo maris Aegei. Of. 31. b. Metiri magnitudinẽ mundi. I. A. 246. b. Si maria, montes, regionum magnitudines intereſſent. de Or. 86. a. Magnitudo & uarietas, multitudoq; cauſarum. I. V. 240. a. Genus prædandi ad magnitudinẽ quæſtus immenſum & infinitũ. & ibi. Magnitudo frigorum. Part. 237. a. Magnitudinem animi ſuperbia imitatur in animis extollendis. & Ep. 8. a. Magnitudinem animi tui ne inflectas cuiuſquam iniuria. Ep. 21. b. Magnitudo & uis amoris. contra Rul. 85. a. Magnitudo fructuum: id eſt, abundantia. I. V. 226. a. Signũ ex ære modica amplitudine. & de Leg. 183. a. Propter amplitudines ſepulchrorum. Item: Vtilitatis ubertas: id eſt, magnitudo. I. Vbertas. pro Deiot. 149. b. Eſto concedatur hæc quoque acerbitatis & odij magnitudo.

Magno. magno precio.)(Paruo emere, uel uẽdere. pro Q. R. 50. b. Magno tuã dimidiã partem decidiſti. contra Rul. 73. a. Ement agros quos uolent, & quàm uolent magno. At. 15. b. De aliquo conducere nimium magno. I. V. 202. b. Quid? tu iſta permagno æſtimas. & 231. a. Vendere aliquid paruo precio. Item: Nunc iacent precia prædiorum.

Magnopere. nimio opere. Ep. 20. a. Cum has ad te quã primũ literas magnopere perferri uellemus. At. 66. a. Et ſi quæris nulla eſt magnopere cõmota συμπάθεια. de In. 62. b. Cum puerorũ formas & corpora magno hic opere miraretur. & de Leg. 166. b. Gel. philoſophis magnopere autor fuit, ut, &c.

Magnus, a, um. amplus, grandis, non mediocris, nõ paruus, uberior, bonus, latè patens, immanis, infinitus, faſtus, inſanus, longè lateq; patens. de Or. 104. a. Quarum rerũ fateor magnam multiplicemq; eſſe diſciplinã. de N. 51. b. Magna dij curant, parua negligunt. de Or. 145. a. Hæc enim ars ſine controuerſia & magna eſt, & latè patet, & ad multos petinet, et ſummo in honore ſemper fuit, et chariſſimi ciues ei ſtudio etiam hodie præſunt. pro S. R. 40. a. Ventus uehemens, immoderata tempeſtas, nimius calor, intollerabile frigus. de Or. 86. a. Maiore delectatione, ſpe uberiore, præmijs amplioribus ad perdiſcendum commoueri. & 93. a. Studio acriore, ocio ac facultate diſcendi maiore ac maturiore, & labore atq; induſtria ſuperiore. I. V. 226. a. Signa duo pulcherrima & perampla. Ep. 86. a. Quanquã id magnum & amplum eſt. Or. 199. b. Magnũ opus & arduum Brute conamur. contra Rul. 74. a. Magna mihi res non modò ad ſtatuendũ, ſed etiã ad dicendum uidetur eſſe. pro Mur. 125. b. Mihi cum eo et uetus & magna amicitia eſt. Or. 201. b. Partes magnæ & graues. de Or. 158. b. Grandis oratio, pro magna. Ep. 2. a. Magna eloquentia, magna grauitas, magnum ſtudium, magna cõtentio. de In. 43. a. Multæ & magnæ res. et ibi. Quædam magna & ampla pars. Tuſ. 178. a. Experiar equidem, ſed magna res eſt. et 174. a. Quos enumerare magnũ eſt, ita ſunt multi. pro Plan. 277. b. Decertare mihi ferro magnũ fuit, cum reliquijs eorum, qui, &c. Q. Fr. 300. b. Nam ſi te uicinis tuis anteponis, ualde magnũ facis. Or. 206. a. Nos magnum feciſſemus ſi potuiſſemus, &c. de N. 59. b. Nemo uir magnus ſine aliquo afflatu diuino unquã fuit. et ibid. Magnis uiris proſperè eueniunt ſemper omnes res. pro Q. 17 a. Artes, quibus tu magnus es, tibi concedo. Off. 36. a. Dicæarchus Peripateticus magnus & copioſus. pro Mur. 139. b. Neq; diſputandi cauſa ut magna pars, ſed, etc. de In. 72. b. Augere aliquid & maius facere. de Cl. 184. b. M. Druſus tuus magnus auunculus. Off. 66. a. In his magni iudicis eſt, ſtatuere quid ſit æquum. et de Leg. 192. a. Quorum generum in utroq; magnus noſter Cato eſt. de Cl. 184. b. Magnus auunculus. Item: Druſus tuus magnus auunculus.

Magus, gi. de D. 90. a. Magi, quod genus ſapientum et doctorum habebatur in Perſis. et 99. a. Et in Perſis magi augurantur & diuinant. de Leg. 174. b. Magi Perſarum. de Nat. 10. b. Portenta magorum Aegyptiorum dementia.

Maieſtas, tis. imperium, amplitudo, dignitas. de Or. 123. b. Maieſtas eſt amplitudo ac dignitas ciuitatis. is eam minuit, qui, etc. de In. 69. a. Maieſtatem minuere, eſt aliquid de republica cum poteſtatem non habeas, adminiſtrare. de Or. 127. a. Lex Apuleia, qua qui maieſtatem minuiſſet,



capitis pœna afficiebatur. pro Rab. 90. b. Vt illud ſummũ auxilium maieſtatis atq; imperij de rep. tollatur. & 94. a. Vt imperium populo Ro. maieſtaſq; conſeruaretur. & pro Cor. 62. a. Seruare et conſeruare maieſtatẽ populi. I. V. 245. b. Minuere maieſtatem reip. & de Or. 118. b. Maieſtas ab aliquo imminuta. de D. 97. Dij non cenſent eſſe maieſtatis ſuæ, præſignificare hominibus, quæ ſunt futura. & 98. a. Neq; hoc alienum ducunt maieſtate ſua. de N. 41. b. Suſtinendi muneris propter imbecillitatem difficultas minimè cadit in maieſtatem deorum. & Acad. 30. a. pro S. R. 27. a. Maieſtas iudicum. I. P. 84. b. Magnum nomen eſt, magna ſpecies, magna dignitas, magna maieſtas conſulis. I. A. 157. a. Qui maieſtatem populi Rom. per uim minuerit. de Am. 113. b. Quanta illi fuit grauitas? quanta in oratione maieſtas?

Maior, ius. Top. 222. b. Quod in re maiore ualet, ualeat idem in minore. Q. Fr. 303. b. Quem ego ut fratrem maiorem uerebar. de L. 174. a. Prorſus maiorem quidem rem nullam ſciſcam aliter, in minoribus, ſi uoles remittam hoc tibi. Tuſ. 160. b. Qui in aliquo maiore ſtudio & arte uerſantur. de D. 86. a. Nihil ferè quondã maioris rei niſi auſpicatò gerebatur. & 119. a. Eius aſpectu cũ obſtupuiſſet bubulcus clamorẽ maiorẽ cum admiratione edidit. At. 124. a Balbus maior, et Balbus minor. Parad. 117. b. Africanus maior, & Africanus minor. de Am. 96. a. Cato maior. Of. 3. b. Quæ cura exſuſcitat etiam animos, maiores et ad rem gerendam facit. Tuſ. 187. a. Qui uolunt exclamare maius toto corpore contentioni uocis aſſeruiunt.

Maiores, orum. patres, ſuperiores.)(Poſteri noſtri, poſteriores. I. V. 65. b. Patres maioresq; noſtri. & Or. 198. a Patrum noſtrorum ætas. & b. Superiores.)(. poſteriores. I. A. 188. b. L. Philippus uir auo, patre, maioribusq; ſuis digniſſimus.

Maius, iæ. At. 205. a. Ille diem negabat eſſe menſe Maio. & I. A. 179. b. Maiæ Calend. Attic. 41. Idus. 42. nonæ 60.

Maiuſculus, a, um. grandior. Ep. 131. b. In aliqua maiuſcula cura negocioq; uerſari.

Mala, læ. maxilla. Or. 163. a. Vt meos malis miſer manderem natos.

Malè. prauè, nequiter, incõmodè, uicioſè, improbè, mala ratione. At. 237. a. O factum malè de Alexione. et. 261. b de Or. 137. b. Malè enim ſe res habet, quæ, etc. de Sen. 80. b. Vt Carthagini malè iandiu cogitandi bellũ inferatur. pro Mur. 139. a. Erraſti aliqua in re, malè dici putat Cato. de Sen. 81. b. Malè rem gerere. & I. C. 109. a. Malè gerendo negocio. pro Quin. 16. a. Qui cum omnibus creditoribus malè agat. et 9. b. Qui permulta malè agendi cauſa fraudãdiq; fecerunt. de Cl. 172. a. Male mulctatus. Or. 212. a. Malè ſonabat iſſdem. At. 222. a. Non dubito quin me malè oderit. pro S. R. 42. a. Aliquem malè locutũ eſſe. At. 84. b. & pro Cæl. 45. b. et At. 17. a. Malè audire, & bene audire. ad Her. 38. a. Mala ratione: id eſt, malè.

Malea ſiue Maleæ. Laconiæ promõtoriũ. Ep. 55. Sulp.

Maledicè. Off. 27. a. Cum de abſentibus maledicè contumelioſeq; dicitur.

Maledico, cis. maledictis figo, carpo, rodo, uellico, obtrecto, detraho, morbo procacitatis utor, petulantiſſima lingua aliquem cõſector, malis onero. de Or. 137. a. Si quis alteri maledicit, petulãs uidetur. de N. 20. a. Epicurus Phedoni Socratico turpiſſimè maledixit. & ibi. de maledicendo multa. Ep. 85. a. Cuius ſumma criminis hæc eſt, quod armatus aduerſario maledixi. et 38. a. Si quiſpiã maledicit. de Or. 133. a. Num ſi cõtra te dixero mihi maledicturus es, ut cæteris feciſti. pro Cæl. 39. a. Petulanter maledicere alicui. & pro Seſt. 20. b. Maledicito homini Reatino. de Or. 155. b. Pericles, in cuius labris ueteres comici etiã cum illi maledicerent (quod tum Athenis fieri licebat) lepôrẽ habitaſſe dixerunt. pro Deiot. 149. a. Non debebas optimo uiro fugitiui ore maledicere. pro Cæl. 38. b. Aliud eſt maledicere aliud accuſare. pro Cor. 67. a. Qui more hominũ inuident, in conuiuijs rodunt, in circulis uellicãt, non illo inimico, ſed hoc maledico dente carpunt. Ep. 138. b. Malis onerari. In Sal. 175. a. Is demum maledicit, qui non poteſt ab altero uerum audire.

Maledictio, onis. pro Cæl. 38. a. Maledictio nihil habet propoſiti, præter contumeliam.

Maledictum, cti. conuicium, probrũ, cõtumelia.)(laus. pro Mur. 126. b. Saltatorẽ appellat L. Mur. Cato, maledictum eſt, ſi uerè obijcitur, uehementis accuſatoris. & ibid. Maledicto nihil in hiſce rebus loci eſt, quod omnia laus occupauit. Q. Fr. 380. a. Cum omnia maledicta, uerſus etiam obſcœniſſimi in Clodiũ et Clodiam dicerentur. pro Cl. 30. b. In maledicti uel criminis loco aliquid alicui obijcere. & pro Flac. 147. b. Maledictũ omne, non modò crimen effugit. pro Fl. 156. b. Aliquem probris omnibus maledictiſq; uexare. & At. 175. b. Omnia in aliquem maledicta conferre. pro Syl. 171. b. Verbi inuidia contumeliaq; maledicti. de N. 20. a. Epicurus omnes figebat maledictis. de Cla. 180. a. Aliquis cum aculeo & maledicto facetus. pro Cæl. 40. a. A maledictis pudicitiæ ad coniurationis inuidiam oratio eſt noſtra delapſa. Antequam. 195. a. Sed quid ego plura de illorum, aut in me maledictis, aut in uos ſceleratè loquar factis? pro Dom. 232. a. Extinctum iam eſt illud maledictum crudelitatis. I. A. 256. a. Quem ego inuſtum ueriſſimis maledictorum notis tradam hominum memoriæ ſempiternæ. In Vat. 30. a. Cum tu mihi Cornelij defenſionem in maledicto obijciendam amputaris. I. P. 86. a. Maledicti & contumeliæ loco ponere aliquid. & de Fin. 54. a. Maledicta, contumeliæ, &c. pro Plan. 265. b. Nec ulla alia coniecta ſunt maledicta in eius uitam. & 266. a. Maledicta in aliquẽ aſperè & ferociter & liberè dicta. Brut. 287. a. Tantumq; is tribuit huic indulgentiæ, ut ſe maledictis non abſtineat.

Maledicus, ci. obtrectator, mordax, petulãs, procax, habens aculeos, perſtringo, momus. pro Fl. 160. b. In tam ſuſpicioſa & maledica ciuitate locum ſermoni obtrectatorũ non reliquit. & pro Cæl. 45. b. At fuit fama, quotuſquiſq; eam effugere poteſt in tã maledica ciuitate? ad Her. 8. a. et de Fin. 61. b. Homo natura maleuolus et maledicus. pro Mur. 126. b. Maledicus conuiciator. At. 17. a. Palicanus maledicus. pro Fl. 148. b. Qui maledicentiſſima ciuitate omne crimen effugit.

Malefacio, cis. malè mereor, pernicioſè mereor. Ep. 177 b. Dij iſti Seguleio malefaciant. At. 145. a. Quod ſi iſte Italiam relinquet, faciet omnino malè.

Malefactum, cti. Off. 46. a. Beneficia malè locata, malefacta arbitror. de In. 75. b. Deinde aduerſarius malefacta augebit.

Maleficioſè. malitioſe, nefariè. pro Cec. 288. b. Cum hoc nouæ litis genus tam maleficioſè intenderet.

Maleficium, cij. malefactum. pro Cæl. 53. a. Beneficij memoria nihil profuit, nocuit opinio maleficij cogitati. pro Plan. 268. b. Noli maleficiũ putare eſſe gratiam. pro Cæl. 48. b. Perficiendi & occultandi maleficij ſpes. I. A. 197. b. Conſcientia maleficiorum. pro S. R. 20. a. Supplicia pro

maleficijs ſuis metuere.& b.Maleficia manifeſta.pro Cec. 904.a.Maleficium exilio multatum.et 286.a. Punire maleficium.ad Her.7.b.Qui indicet aut factũ eſſe maleficiũ, aut à quo factũ ſit.de In.61.a.Non factitatũ eſt ne à barbaris quidem hoc maleficium.pro S.R.28.b. Committere maleficium & admittere maleficium.

Maleficus,a,ũ.reus,malè meritus.ad Her.17.a.I.V.265 a.In maleficiorũ ſceleratorumq; cuſtodias tu tantum numerum ciuium Ro.includere auſus es? Tuſ.239.b.Vir maleficus natura,& iniuſtus.

Malemeritus,a,um.Poſtquam.203.a.Malemeritis referre quod debeas. ad Heren.17.a. Vlciſci malemeritos oportet.

Maleolens,tis.de Or.132.a.At in maleolentem uideo me à te circumueniri.

Malepacatus ager,locus.At.79.b.

Maleprecor, ris.execror.I.P.86.b.Vtrum tandẽ bono uiro & ſapienti optabilius putas, ſic exire à patria, ut omnes ſui ciues,ſalutem,incolumitatem,reditũ precentur,quod mihi accidit:an quod tibi proficiſcenti euenit,ut omnes execrarentur,maleprecarentur, unã tibi illã uiam & perpetuam eſſe uellent?

Maleſentiens,tis.I.P.81.a.An poteſt ulla eſſe excuſatio,non dicã maleſentienti,ſed,&c.

Malemateriatus.Off.62.b.

Maleueſtitus,a.I.P.92.b. Ipſe cum hominibus quindecim maleueſtitis ad portam Cœlimontanam ſitiens peruenerim.

Maleuolentia,tiæ.mala gratia. I.P.80.a.Tuſ.213.a. Maleuolentia eſt uoluptas ex malo alterius ſine emolumẽto ſuo.Q.Fr.298.b. Poſterorum erit uerius iudicium,obtrectatione & maleuolentia liberatum.Ep.16.a.Noui animum tuum tum mihi amiciſſimũ, tum nulla in cæteros maleuolentia ſuffuſum.pro Plan.263.b.Vicinitas non infuſcata maleuolentia.pro Cor.58.a.Deprecandæ maleuolentiæ cauſa.Ep.2.a.Senatus religionis calumniam non religione,ſed maleuolentia & illius regiæ largitionis inuidia comprobat.

Maleuolus,a,um.in aliquem maleuolentia ſuffuſus. Ep.29.a.Ille ſi omnibus eſt maleuolus, minus offendor in me. ad Heren.8.a. Homo natura maleuolus & maledicus. pro Corn.66.b. Vt maleuolorum iniquorum,inuidorum animos frangeremus pro R.P.129.a. Tum ſubinuiſum apud maleuolos Poſthumi nomen. pro Quint.R.50.b. Quoniam tam natura maleuolus es.Quin.Fr.308.a.Cato auditus eſt magno ſilentio maleuolorum.Ep.42.b. Sed ne ſummorum quidem hominum maleuolis de me ſermonibus crederet.At.101.a.Cato in me turpiter fuit maleuolus. pro Deiot.150.a. Exturbanis maleuolorum ſermunculis hæc collecta ſunt.

Malitia,tiæ.fraus,calliditas.de N.75.a.Malitia eſt uerſuta & fallax nocendi ratio.Tuſ.216.a.Virtuti contraria eſt uicioſitas ſic enim malo,quàm malitiam appellare,quã Græci κακίαν uocant.nam malitia certi cuiuſdam uicij nomen eſt,uicioſitas omnium.pro Q.R.52.b.Perfidia & malitia per quam inſidiæ tenduntur alicui. pro Quint.10. a.Per ſummam fraudem & malitiam fingere aliquid.pro Clu.32.a. Ad omnem malitiam & fraudem mentem ſuam uerſare hæc ſecum cogitans cœpit. I.V.135.b.Hæc uerò eius erat ars & malitia miranda. pro Quin.R.48.a. Supercilia illa raſa olere maliciam,& clamitare calliditatem uidentur. pro Cecin.285.a. Id malicia eſt iam uſitata. de D.198.a. Leuitate, uanitate, malitia excluſa uanitatem probo. & 114.a. Teſtes aut caſu ueri,aut malitia falſi fictiq; eſſe poſſunt. de Fin.118.a.& 121.b.Fraus, improbitas, malitia, culpa, turpitudo. Epiſtol.138.a. Tamen à malitia non diſcedis.ad Her.18.a. & de In.75.b. 76.a. Vtile putamus ab omnibus unicam maliciam atque nequitiam cognoſci. Offic.66.a. Malitia quæ uult uideri ſe eſſe prudentiam, ſed ab ea diſtat plurimum. Part. 236.b.& Att.211.b. Prudentiam malitia imitatur. & 249.a. Cohæredes aquis ſinere opprimi malitia eſt. Offic.13.a. Mihi impoſuiſſet aliquid, niſi tua malitia affuiſſet. Offic.34.Inſidijs & malitia laudem eſt adeptus. Item:Hi ſæpe uerſutos homines & callidos admirantes,eorum malitiam ſapientiam iudicant. Off.34.b. Omnis opinio ad eam ſpeciem traducenda,ut honeſtis conſilijs iuſtisq; factis,non fraude & malitia ſe intelligant ea quæ uelint conſequi poſſe.



Malicioſe.callidè,ſubdolè,uerſutè. I.V.135.a. Nihil ſanè uafrè nec malicioſe facere conatus eſt. Or.215.b.et pro S.R.36.b.Etiam ſi in eligendo fecit malicioſe.ad Her. 2.a. Si quis rem mandatam malicioſius geſſiſſet. Att.244 a. Clodium nihil arbitror malicioſe, quanquam ſceleſtè quidem egerit. Offic.64.a. Doloſè aut malicioſe agere aliquid.

Malicioſus,a,um.uerſutus,callidus,aſtutus,fallax,tectus,obſcurus,ueterator.)(Apertus,ſimplex,ingenuus,iuſtus,bonus.Off.63.a.& 7.b.Exiſtunt etiam iniuriæ ſæpe calumnia quadam,& nimis callida,ſed malicioſa iuris interpretatione. de repub. lib. III. Non ſunt in diſputando uafri, non ueteratores, non malitioſi. pro Quint.10.b. Num malitioſum negas,fraudulentum? iam id quidem arrogas tibi.

Malleolus,li.nouus uitis palmes,ſarmentum.I.C.103. b. Malleolos ad incendendam urbem facesH comparare. de Sen.88.a.pro Mil.113.b.Domus ſcutis referta,plena omnia malleolorum ad urbis incendia comparatorum.

Malo,uis.magis uolo.At.193.a. & de Cl.181.a. Meo iudicio multo ſtare malo quàm aliorum. Att.122.b.Malo me cum Pompeio uinci quàm cum iſtis uincere. & 211.a. Scripta noſtra nuſquã malo eſſe,quàm apud te.Tuſ.170. a.Næ ego haud paulo hunc animum malim,quàm omniũ fortunas.de Fin.98.a.Quis non multis partibus malit?At. 84.b.Noli putare me quicquam maluiſſe,quàm ut mandatis tuis ſatisfacerem.& 112.a.Cato ipſe iam ſeruire quàm pugnare mauult.de D.113.a.Euanuiſſe mauultis,etc. pro Quin.2.a.Prætor iudiciũ prius de probro,quàm de re maluit fieri.pro Plã.271.b. Ego illi omnia malo quàm mihi. At.32.a.In hac re malo uniuerſæ Græciæ & negociatoribus. At.229.a.Tamen arbitror malle te quietam ſenectutem potius agere,quàm ſolicitam. Or.211.a. Nequire pro non quire,malle pro magis uelle,nolle pro non uelle. At. 86.b.Multo enim malo hunc à Pontidia,quàm illum à Seruilia.& 246.b. Domi enim manere ſi rectè poſſum, multo malim.

Malua, uæ.herba molliens aluum.Ep.107.a.Beta & malua.

Maluginenſis,e. de Or.133.a. M. Scipio Malugineſis.

Malum,li.damnum,incõmodum, detrimentũ, peſtis in malis.de Or.106.b. Quàm ſit bellum cauere malũ,omnes etiam nullo docente ſcimus.I.A.182.a.Seruitus eſt poſtremum malorũ omniũ.I.V.193.b.Minima malorũ eligẽda.& Off.72.b.Minima de malis. Oct.330.b.In duobus malis cum fugiendũ maius ſit,minus eſt eligendũ. At.107. b.Quod horum malorũ,quorũ aliquod certè ſubeundum



eſt, minimũ putes.I.A.200.b.Omne malũ naſcẽs facilè opprimitur,inueteratũ fit plerũq; robuſtius. pro Dõ.215.b. Medicina,quæ et illud natiuũ, malũ & hoc delectũ ſanare poſſet.pro Plan.266.a.Libertas malis oppreſſa ciuilibus, iam extollere caput, & aliquãdo recreata ſe erigere incipit.I.A.169.a.Cũ tanta mala florentiſſimæ familiæ, ſedaui,uel potius ſuſtuli.et de D.115.a.Semina malorũ.de Am. 97.a.Nihil mali accidiſſe Scipioni puto.At.83.b.Cõmemorat quid etiã mali C.Iulius fecerit,cũ,etc.I.A.153.b. Cũ ſeperet in urbe infinitũ malũ.Ep.138.b.Malis onerari.Att. 100.b.Virum bonũ oportet eſſe,ne malum habeat. et de Fin.79.b.Habere malum.de Leg.164.a.Sed quod metuat ne emanet:id eſt,ne malũ habeat.Tuſ.152.a.Infinitũ quoddam & ſempiternũ malum haberemus in uita. & 166.a. Qui nihil mali habeat.ad Her.32.b. Victoria,quæ plus calamitatis quàm boni dederit.ex Aſcon.85.a. Dare malum altè Metellus Coſ.Off.44.a.Quod te malũ rationis in iſtam ſpem induxit?ut,etc.I.A.155.b.Quæ nã (malum) eſt iſta uoluntaria ſeruitus? & 228.a.Quæ (malum) eſt iſta ratio? I.V.117.a.Quæ(malum) iſta fuit amentia? & pro Q.R.54.a. Quæ(malũ)ſtultitia fuit? de Leg.187.a. Magnum dicis malum.nam,et 188.b.Sed eſt iniqua in omni re accuſanda prætermiſſis bonis,malorum enumeratio.

Malus,a,um.improbus,incõmodus.de Am.97.a. Off. 59.b.Philoſophi quidam minimè mali illi quidem, ſed non ſatis acuti.Tuſ.164.b.Mortem non eſſe in malis.I.P.95.a. Ariſtarchus, qui notam apponebat ad malum uerſum. & ibid.Malus poeta.de N.75.a.Iudicium de dolo malo,& de fide mala.

Malus,li.quam nauis arborem uocant.I.V.253.b.Cleomenes malum erigi,uela fieri,ancoras præcidi imperat. de Sen.80.b. Cum alij malos ſcandant, alij per foros curſent.de Or.159.b.In nauigio antemnæ,uela,mali.In Arat. A' prora ad malum,à malo ad puppim.

Mamers,tis.oppidum Siciliæ,nunc Meſſana,unde Meſſanenſes & Mamertini idem.I.V.268.b.

Mamertina ciuitas. I.V.111.

Mamma,mæ.de N.52.a.Quæ multiplices fœtus procreant,ijs mammarum data eſt multitudo. & ibid. Quæ paulo antè nata ſunt,ſine magiſtro,duce natura mammas appetunt.de D.126.a.Puer lactens,in gremio matris ſedens, mammam appetens.de Fin.94.a.Viris mammæ atque barba.

Manceps, pis.qui conducit uel emit aliquid publicum. I.V.60.a. Mancipes à ciuitatibus pro frumento pecunias exegerunt. & 187.a. Cum frumentum ex decumis Romam mancipes aduexiſſent.& ibi.b. Mancipibus dedi. & 104.b.Quid ageret cœpit cogitare,ſi opus pupillo redimeretur,ſi res abiret ab eo mancipe quem ipſe appoſuiſſet,ſibi nullam prædã eſſe.pro Dom.223.a.Poſtremò ne in prædæ quidem ſocietate mancipem aut prædonẽ ſocium reperire potuiſti.pro S.R.21.b.Hominis ſtudioſiſſimi nobilitatis manceps fit Chryſogonus.At.186.b.Delegatio in mancipe annua.

Mancipatus,a,um.ſubiectus,aſtrictus.de Sen.84.a.Senectus honeſta eſt, ſi ſe ipſa defendit,ſi ius ſuum retinet, ſi nemini mancipata eſt.

Mancipi.rẽs omnis quæ abalienari poteſt. Top.223 a. Abalienatio eſt eius rei, quæ mancipi eſt, aut traditio alteri nexu,aut in iure ceſſio, inter quos ea iure ciuili fieri poſſunt.

Mancipium,pij.res mancupi,ſeruus. Ep.108.b. Sum enim χρήσει μὲν tuus, κτήσει δὲ Attici noſtri: ergo fructus eſt tuus,mancipium illius.& 109.b.Attici proprium te eſſe ſcribis mancipio & nexu,meum autẽ uſu & fructu. Top.224.b.Finge mancipio aliquẽ dediſſe id quod mancipio dari non poteſt,num idcirco id eius factum eſt qui accepit? aut num is qui mancipio dedit,ob eam rem ſe ulla re obligauit? & 229.b.Sic tibi nos ad id quod quaſi mancipio dare debuimus,ornamenta quædam uoluimus non debita accedere:id eſt,quaſi iure emptionis & uenditionis. de Ar.247.a.Multæ ſunt domus iure mancipij & iure nexi.pro Cecin.299.a.Cum omnia tua iure mancipij ſint,ea ea poſſis ne retinere.At.1.b.Res quas eum dolo malo mancipio accepiſſe de Vario diceret.Itẽ. Lex mancipij. Quicquid in mancipio uicij fuerit,uenditor ſi ſciret,nec emptori dixerit,id præſtato.de Or.99.b.Cum Marius ædes Auratæ uendidiſſet,neq; ſeruire quandam earum ædium partem ex mancipij lege dixiſſet,defendebam quicquid fuiſſet incommodi in mancipio,id ſi uenditor ſciſſet neq; declaraſſet,præſtare oportere.& Off.65.a.Aedes Sergio ſeruiebant,ſed in mancipio Marius non dixerat.pro Mur.124. b.In ijs rebus repetendis quæ mancipij ſunt, is periculum iudicij præſtare debet,qui ſe nexu obligauit. Attic.285.a. Brut.Arma quærenda putauimus,ut eſſet ſui iuris ac mancipij reſp.de Or.99.a.Nexorum ac mancipiorum iura. I. V.63.b.Mancipia pro ſeruis ſymphoniacis.At.125.a. Cõculcari miſeram Italiam uidebis à mancipijs utriuſq; ex omni genere collectis. pro Plan.272.a.In mancipijs parandis. Attic.66.b. Nulla ſpes prædæ niſi ex mancipijs:id eſt ex hoſtibus captis.At.195.b.196.a.Mancipium uel mancupium.Off.70.b.In mancipio uendendo ea uicia dicenda ſunt,quæ niſi dixeris, redhibeatur mancipium iure ciuili. & 66.a. In mancipiorum uenditione uenditorum fraus omnis excluditur.At.68.a.Sunt aliquod ſatisdationes ſecundum mancipia.& 221.a.Veſtorius ad me ſcripſit,ut iuberem mancipio dari ſeruo ſuo pro mea parte Hetereium cuidam fundum Brinnianũ,ut ipſe ei Puteolis rectè mancipio dare poſſet.At.249.b.Quod Cærelliæ uelle uideris mãcipio,dare ad eam ſummã quæ ſub præcone fuit maxima, id opinor eſſe CCCLXXX.



Mancipo,as.abalieno,in alterius poteſtatem,quaſi mãcipium aliquid trado,ſubijcio.I.A.170.a.Tum iſte uenditum atq; mancipatum tribunatum conſilijs ueſtris oppoſuit.de Fin.53.b. Cum L. Torquatus illam ſeueritatem in eo filio adhibuit, quem in adoptionem D. Syllano mancipauerat.

Mancus,a,um.curtus,debilis.pro Rab.94.b.Quintus Scæuola mancus ac membris omnibus captus ac debilis. Off.31.a. Cognitio naturæ manca quodãmodo atq; imperfecta ſit,ſi nulla actio rerũ conſequatur. de Fin.96.b. Qui mancã fore putauerunt ſine aliqua acceſſione uirtutem.pro Mil.196.a.Occurrebat mancã ac debilẽ præturã ſuam futurã conſule Milone.

Mandatum, ti.res mandata. Attic.84.b.Noli putare me quicquam maluiſſe quàm, ut mandatis tuis ſatisfacerem. & 68.b. Reliquum eſt, ut mandata noſtra exhaurias.& 10.a. Tu mandata effice,quæ recepiſti.Quint.Fr. 315.a. Tua mandata perſequar diligenter. I.A.176.b. A' nobis id certè mandatum non habebas. & Att.247.a. A' Dolobella mandata habeo. I.C.112.b. Habere mandatum uel mandata & literas ab aliquo ad aliquem. & Epiſt.46.b. De omnibus rebus.Attic.110.a.& I.A.206 b. Dare mandata alicui de magnis rebus. Epiſt.44.a. & 176.a.Dare mandata alicui ad aliquem. pro S.R.37. a. Qui mandat uel qui mandatum recipit. I.A.118.b.

Accipere mandata ab aliquo. Epiſt.31.a. Omnibus ei de rebus quas agi, quas curari à me uoles, mandata des uelim. & 96.a. Mandatum tuum curabo diligenter. Att.152.a. Agere mandata alicuius. At.115.a. Afferre mandata ad aliquem, ut, &c. I.A.199.b. Quamuis ſeuera legatis mandata dederimus. pro Syl.179.b. Et id mandato Syllæ Q. Metellus dixit, Syllam nolle, &c. pro Plan.295.b.* Item poſtea præ mandatis requiſitus. pro S.R.36.b. Itaq; mandati iudiciū conſtitutum eſt, non minus turpe quàm furti. et ibid. In mandatis operæ noſtræ uicaria fides amicorum ſupponitur. l. Mandatis. Attic.70.a. Gratiſſima eſt mihi tua cura de illo meo primo & maximo mandato. I.A. 222.a. b. Exequi mandata. & ibidem: Conficere mandata At.71.a. Mandaui omnia quæ tu ut polliceris, exhauries. 130.b. Ego Vetuſtileo ad te mandata dedi. Quin. Fr.315. a. Facies ſcilicet ut mea mandata digeras, perſequare, conficias. & 321.a. Vibulius de mea manſione mandata Cæſaris ad Pompeium pertulit.

Mandatus, a, um. pro S.R.36.b. Si quis rem mandatā malicioſius geſſiſſet, ſui quæſtus aut cōmodi gratia, aut negligentius, eum maiores noſtri ſummū admiſiſſe dedecus exiſtimabant.

Mando, as. mandata mando, mandatū uel mandato do, negocium do, impono, præſcribo, committo, trado, mitto. At.49.a. Sed tibi nihil mando nominatim, me totum tuo amori fideiq; commendo. & 69.a. Hortenſius ad me uenit, cui depoſcenti mea mandata cætera uniuerſè mandaui: illud probè, ne pateretur, quantum eſſet in ipſo, prorogari nobis prouincias. pro S.R.37.b. Non hanc ei rem Sextus Roſcius mandauit, ſed ipſe à decurionibus publicè T. Roſcio mandatus eſt. Epiſt.32.a. Mandaui filio, quæ illum uellem loqui tecum. Epiſt.33. Diligenter mandare aliquid alicui per literas. & At.88.b. de Orat.106.b. Mandare aliquid procuratori de agricultura. pro S.R.37.a. Qui mādat, uel qui mandatum recipit. Off.72.a. Exponere mandata. pro Mur.142.a. Mandare magiſtratum alicui exiſtimabant. pro Mur.142.a. Mandare magiſtratum alicui. & I.V.242.b. Mihi magiſtratum populus Romanus mandauit. pro Plan.260.a. Populus mandandis magiſtratibus non inanis eſt dignitatis iudex. contra Rul.69.b. Populus per religionem ſacerdotia mandare non poterat. I.V. 219.a. Populus Romanus hominibus nouis honores mandat. pro Pom.4.a. Autoritatis tantum in me eſt, quantum uos honoribus mandandum eſſe uoluiſtis. de N.3.b. Mandare aliquid literis. & Epiſt. 210.b. Mandare literis res geſtas alicuius. Epiſt.69.a. Cum mihi ſæpe oſtenderis te accuratiſſimè noſtrorum temporum conſilia atq; euentus literis mandaturum. I.V.163.b. Quorū renunciatio legibus illorum & literis publicis mandata eſt. Acad. 1.b. Literis conſignamus, quæ monumentis mandare uolumus. de Cla.267.a. Athenis primū monumentis & literis oratio eſt cœpta mandari. de Or.109.a. Mandare literis ſermonē aliquorū. & 142.b. Inſtituendi mihi ſermonē referre mandare huic tertio libro, quē. &c. pro Seſt. 24.a. Hæc monumentis annaliū mandantur. & Acad.36.b. Mandare monumentis. de D.122.b. Simiæ Dodoniæ improbitatē hiſtorijs Græcis mandatam eſſe demiror. de Orat. 113.a. Mandare literis res omnes ſingulorum annorum. & Or. 210.a. De artificio dicendi literis tā multa mandare. pro Arch.189.b. Mandare uerſibus æternum laborem alicuius præconium. Off.33.a. Mandare ſcriptis actiones ſuas. pro Dō.228.b. Mandare factum alicuius immortalitati. de D. 119.a. Alicuius loquentis uerba excipere, literiſq; mandare. de Or.148.b. Socratis ſermones immortalitati ſcriptis ſuis Plato tradidit. Cuſtodire literis. l. Cuſtodio. Tuſ. 230. a. Conſecrari literis alicuius. I.C.102.a. Præcipuè quæſo diligenter quæ dicam, & ea penitus animis ueſtris mentibusq; mandate. Ep.90.a. Quare mihi crede & memoriæ manda, me, &c. pro Quint.4.a. Quæſo ut eum diem memoriæ mandetis. & 6.a. Mandare aliquid memoriæ. de Or.116.a. & pro Mil.116.a. I.C.120.b. Cæſar non dubitat P. Lentulum æternis tenebris uinculiſq; mandare. & 101.b. Vitam ſuam fugæ ſolitudiniq; mandare. de Nat. 56.b. Mandare aliqua condita uetuſtati. pro Syl.178.a. Dimittere aliquem ab ſe, & mandare in ultimas terras. pro Quint.9.a. Is non modò ex numero uiuorum exturbatur, ſed etiam, ſi fieri poteſt, infra mortuos mandatur. At.1.b. Præterea typos tibi mando, quos in tectorio atrioli poſſis includere. At.98.b. Age hoc malum quod mihi cōmune eſt cum omnibus, nihil tibi mando, ut de eo cogites. I.A.187.b. Sententiolas edicti cuiuſdam memoriæ mandaui. & Am. 96.a. Cuius diſputationis ſententias memoriæ mandaui.

Mando, dis, di, manſum. conficio. de N.53.a. Dentibus manditur, extenuatur, & mollitur cibus. & 50.a. Animalia alia ſugunt, alia uorant, alia mandunt. de Ar. 258.a. Scylla eminentibus canibus & ieiunis naues ipſas mandens. de Orat.163.b. & Tuſc. 226.a. Impius hortatur me frater, ut meos malis miſer manderem natos. l. Manſus.

Manè. diluculo, primo diluculo, prima luce, cū prima luce. I.V.128.b. Mane Cal. Decēb. Sthenium citari iubet. At. 206.a. Hodie mane Dolobella, multus ſermo ad multū diē. et 214.b. Cras mane putat. et 226.b. Bene mane hæc ſcripſi. At.60.a. Quarum alteras multo mane mihi dedit. & 177.b. Eo die manè. I.C.115.b. Hodierno die mane, &c. et I.V.90.a. Poſtridie mane. & 116.b. Ep.2.b. Nam hæc idibus mane ſcripſi. I.C.99.a. Excluſi eos, quos tu mane ſalutatum miſeras. Of.74.b. Is prima luce Pomponij domū uenit. At. 78.b. Saturnalibus mane ſe mihi Pindenniſæ dediderunt. & 215.a. V. Calendarum mane accepi à Demea literas pridie datas. & 233.b. VIII. Iduum literas dederam bene mane.

Manens, tis. ſtans. )( Mouēs. Tuſ.215.a. Vicia enim affectiones ſunt manentes, perturbationes autē mouentes. Ep.84.b.a. Rerum hoc natura, &c. nec manens nec mutata ratio feret, &c.

Maneo, es. remaneo, commoror, reſto, ſto, ſum, hæreo. At.146.a. Si Lepidus et Volcatius remanēt, manendū puto. et 121.a. Id ſi eſt, in Italia fortaſſe manebitur. Of.72.a. In patria manere, eſſe domi ſuæ. & pro Dō.214.a. Scio me domi manſiſſe. Anteq.193.b. Liceat manere ſi nō illū Tullium, etc. at certè reliquias Tullij liceat in hac urbe remanere. At.36.b. Vellē Romæ manſiſſes. I.A.167.b. Tu nunquā in hac urbe manſiſſes. At.111.a. Eo die Capua diſceſſi, & manſi Calibus. & 135.a. Att.76.b. Multis locis ne tectum quidem accipio, & in tabernaculo maneo plerunq;. de D. 93.a. Cum in uilla manerem. Epiſt. 127.a. Adhuc Romæ maneo. Hæc ego ſuſpicans. Epiſt.96.b. Si manerem in Italia, uerebare ne officio deeſſem: ſi proficiſcerer ad bellum, periculum te meum cōmouebat. Ep.56.b. Manere in uita. Ipſum quod maneam in uita, peccare me exiſtimo. )( Excedere è uita. Ep.61.b. Ego te mihi ſemper amicum eſſe uolui, maneo in uoluntate, & quoad uoles tu, permanebo. & ibi. Velim tuam priſtinā erga me uoluntatē conſerues. At. 2.b. Manere in officio. pro Dom.226.b. Manere in fide. I.V.



I.V.69.a. Manere in cōditione atq; pacto. At.135.a. Manere in ſentētia. pro Seſt.16.a. Is in priſtina mēte manſit. Ep.200.a. Societas inter nos ſemper manebit. Ep.167.a. Quæ perpetuò animo meo fixa manebunt. de Fin.82.b. Aliquid ſtabile & firmum alicui permanere. Ep.75.a. Si ius uetus & mos antiquus maneret. de Pro.78.b. Legem Heliam manere, legem Fuſiam non eſſe abrogatam. pro Q.6.a. Non patiar iſtam manere ſuſpicionem, nos rem iudicari nolle. I.V.228.b. Parietes quorū ornatus tot ſecula manſerat, nudos deformatoſq; reliquit. At.229.b. Mihi cū eo nulla cōtentio iam manet. At.112.a. Pleriq; negāt Cæſarem in conditione manſurum. At.152.b. In eo manſimus, ne ad urbem. pro Clu.55.a. Serui ui tormentorum adducti in ueritate manſerunt. de D.81.a. Cum omnes Socratici manerent in antiquorum philoſophorum ſententia. I.V. 252.b. Manere in amicitia fideq; pop. Rom. At.68.a. Si integra in ſenatu noſtra cauſa ad Cal. Ian. manſerit. de Nat. 8.a. Nihil ſemper ſuo ſtatu manet. de Som.129.a. Nam terra immobilis manens, ima ſede ſemper hæret. Off.41.b. Is tandiu laudabitur, dum memoria rerum Rom. manebit. Poſt.202.a. Quod uiro forti adimi non poteſt, id mihi manet & permanebit. de Fin.83.a. Summus dolor plures dies manere poteſt. Epiſt.11.b.22.a. Ea mihi conditio maneat, qua profectus ſum. At.101.b. Manere in prouincia ex ſenatuſconſulto. At.120.b. Ac ne me exiſtimaris ad manendum eſſe propenſiorem quod plura, &c. poteſt fieri, &c. & 126.a. In ea manebo. Att.196.a. Sed erant cauſæ cur hoc tempore iſtic eſſe nollem: quæ ſi manebunt, quærenda erit excuſatio ad Brutum: & ut nunc eſt, manſuræ uidentur. & 258.a. Eodem die uulgò loquebantur, Antonium manſurū eſſe Caſilini: & ibi conſtitueram ut pridie Idus aut Aquini manerē, aut in Arcano. Of.38.b. Itaq; parietes urbis modò ſtant et manēt, ijq; ipſi iam extrema ſcelera metuentes. I.P.92.b. Nummus interea mihi Cæſar neglecto triūpho domi manet & manebit. I.A.154.a. Cum intempeſta nox eſſet, manſi in uilla P. Valerij. I.A.162.b. Clodij fatū te, ſicut C. Curionē, manet. Off.61.b. Maneat ergo, quod turpe ſit, id nunquā eſſe utile. de L.156.a. Multa diutius cōmemoratione manent quàm natura ſtare potuerunt. de Vn.203.a. Atq; is quidem cōſtanter in ſuo manebat ſtatu. pro R.P.126.b. Quamobrem illud maneat ac fixum ſit, quod neq; moueri neq; mutari poteſt.

Manes, nium. inferorum animæ, dij manes. de L.174. a. Deorū manium iura ſancta eſto, hos leto dato diuos habento, ſumptū in ollos luctumq; minuito. I.P.82.b. A me quidem pœnas expetiſtis, quibus coniuratorū manes mortuorum expiaretis. In Vat.31.b. Inferorum animas elicere, & puerorum extis deos manes mactare. I.V.259.a. A dijs manibus uenire: id eſt, ab inferis. Part.228.b. Aequitas tripartita eſt, una ad ſuperos deos, altera ad manes, tertia ad homines pertinet.

Manica, cæ. I.A.236.b. Antonius ſolet accipere manicas, nec diutius obſidionis metum ſuſtinere.

Manicatus, a, um. I.C.109.b. Manicatæ & talares et tritæ tunicæ.

Manifeſtè. manifeſtò, palàm, perſpicuè, clarè, nō obſcurè. I.C.111.b. Vt tota res à uobis manifeſtè deprehenderetur. & 114.b. Hæc in remp. coniuratio manifeſtè inuenta atq; deprehenſa eſt. pro Fl.160.b. Aliquid manifeſtè deprehenſum.

Manifeſtò. de Cl.190.b. Manifeſtò cōperiſſe aliquid, & manu tenere. et pro Cl.26.a. Or.204.a. Facilius manifeſtò compertum atq; deprehenſum. Item: Aliquid manifeſtò deprehenſum apparere. de In.76.b. Manifeſtò teneri in re turpi.

Manifeſtus, a, um. clarus, perſpicuus, apertus, nō obſcurus, inſignis, illuſtris, palàm, prōptus, propoſitus, uulgatus, teſtatus, conteſtatus, de quo conſtat, de quo liquet, ſolis luce clarius, quod in promptu eſt, quod patet & notum eſt omnibus, quod tenetur, res loquitur ipſa, res certa & maioribus quaſi theatris propoſita, ante omnium oculos poſitū, quod ante oculos eſt, in medio poſitū. I.V.145. b. Hoc quidem certè manifeſtum erit. & 74.b. Res notæ, teſtatæ, manifeſtæ. & 178.a. Res tam nota ac manifeſta omnibus. I.C.113.a. Scelus manifeſtum atq; deprehenſum. pro S.R.34.a. Quæ ita aperta & manifeſta ſunt, ut, &c. de Ar.251.a. Manifeſtum periuri. & ibid. Maximè illuſtre atq; inſigne periurium. Ep.2.b. Libonis & Hipſei nō obſcura concurſatio. pro S.R.35.b. Apertum tuum ſcelus ante omnium oculos ponere. pro Cl.21.b. Cum manifeſtò uenenum deprehendiſſet, & res non coniectura, ſed oculis ac manibus teneretur. pro Dom.215.a. Res erat non in opinione dubia, ſed in præſentia atq; ante oculos propoſito periculo. pro Cl.24.b. Res clara atq; omnium ſermone celebrata. de In.66.a. Nam is ante celauit, nunc manifeſtò tenetur. I.V.60.a. Manifeſtum & in medio poſitum & apertum. de N.73.b.

Manipularis, re. qui de manipulo, id eſt parua quadā militum manu eſt. At.144.b. Doleo quod non Pompeium tanquā unus manipularis ſecutus ſum. I.A.156.a. Addo etiam iudices manipulares ex legione Alaudarum.

Manlianus, a, um. tyrānicus, crudelis, qualis fuit Manlius quidam Romæ. de Finib. Vide ne Manliana ſint iſta ueſtra, aut maiora etiam, ſi imperes quod facere non poſſum. de Orat.106.b. Manlianæ leges uenalium uendendorum.

Mano, as. fluo, redundo, fundor, diſſeminor, diſpergor, latius diſſipor, ſerpo, percrebeſco. de N.36.a. Multaq; à luna manant & fluunt, quibus animantes alantur, & augeſcant, & pubeſcant. de Fat.144.a. Aeternis cauſis naturæ neceſſitate manantibus, uerum eſt id quod, &c. & de N.69.b. Illa ſuperiora unde hæc manant. de Orat. 119.a. A capite quod uelimus arceſſere, & unde omnia manant uidere. pro Pl.271.a. Aliquid ſine capite manare & eius autorem non extare. & ibid. Maledicto nihil latius diſſipatur. I.A.153.b. Cum ſerperet in urbe infinitū malum, idq; manaret indies latius. Tuſc.242.b. Manare & fundi per omnes partes. de Som.129.b. Homines qui terram incolunt interruptos ita eſſe, ut nihil inter ipſos ab alijs ad alios manare poſſit. Tuſ.229.b. Idq; eorum nomē uſq; ad Pythagoræ manauit ætatem. I.C.119.b. Latius opinione diſſeminatum eſt hoc malum: manauit non ſolùm per Italiam, ſed etiam tranſcendit alpes, obſcurè ſerpens occupauit multas prouincias. pro Cl.32.b. Manarat ſermo in conſilio, pecuniæ quandam mentionem inter iudices eſſe uerſatam. Off.12.b. Genera quatuor ex quibus honeſtas officiumq; manaret. & 31.a. Omnis honeſtas manat à partibus quatuor. de Natur.10.a. Qui aer per maria manat, is eſt Neptunus. de Natur.10.a. Quæ natura fluunt atque manant, ut aqua & terra. Off.66. a. Fidei bonæ nomen manat latiſſimè. In C.106.b. Quæ reſecanda erunt, non patiar ad perniciem ciuitatis manare. de Diuin.96.a. Herculis ſimulachrum multo ſudore manauit. In A.261.a. Cum hoc triduo triſtis à Mutina fama manaret. Parad.120.a. Peccata ex uicijs manant. & de Leg.168.b. Niſi ea fuerint, unde illa manant. de Orat.

Orat.148.b.Ab Ariſtippo Cyrenaica philoſophia manauit.Of.50.a.Contagiones malorum quæ à Lacedæmonijs profecta manarunt latius.

Manſio,onis.eſt,cum quis manet nec diſcedit. At.133.a.Cautior certè eſt manſio,honeſtior putatur traiectio.et 32.a.Nam ita manſionem illam deplorat,ut quemuis mouere poſſit.Ep.49.b.Is mecum ſæpe de tua manſione aut deceſsione communicat.de Fin.202.b.Manſio in uita.)(.Exceſſus è uita.Att.137.a.Manſio Formijs. Q.Fr.319.b. Quod tibi mea promiſsio manſionis tuæ grata eſt,ex parte gaudeo.

Manſuefacio,cis.condocefacio,domo.Tuſc.161.a. À quibus manſuefacti & exculti ad elegãtiora defluximus.

Manſuetè.leniter,humanè.pro Mar.132.a.Manſuetè facere aliquid.& ad Her.2.a.

Manſuetudo,nis.lenitas,facilitas.Of.35.b.Quas res et manſuetudo animi conſecuta & uerecundia eſt.Off.39.b. Manſuetudo morum ac facilitas. de Or.125.a.Facilitas,liberalitas,manſuetudo,pietas.de Or.117.a.Genus orationis uehemẽs & atrox.)(.Lenitatis & manſuetudinis. At.78.a.Incredibilis uidetur & noſtra manſuetudo & abſtinentia. Q.Fr.294.b. Omnia plena clementiæ,manſuetudinis,humanitatis.

Manſuetus,a,um.mitis,lenis,facilis. I.A.188.a.Quæro cur tam ſubitò manſuetus in ſenatu fuerit, cum in edictis tam fuiſſet ferus. pro Mil.105.a.Manſuetus ciuis.de Or.127.a.In meis moribus erga meos neceſſarios declarãdis,manſuetiſsimus uiſus ſum. de In.42.b.Manſuetus,mitis.)(.Ferus,immanis.

Manſus,a,um.confectus,emollitus. de Or.123.b.Omnia minima manſa(ut aiunt)nutrices infantibus pueris in os inſerere.

Μαντικὴ.l.Diuinatio.

Mantinea ciuitas.Ep.68.a.

Mantis,tis.uates. de D.100.a.Diuini quidã ſacerdotes,quos Mantes uocant.

Manubiæ,arum.præda,ſpolia,ue ex hoſtibus capta. pro Arch.191.a. Fuluius Martis manubias muſis conſecrauit.& de Or.143.b.Roſtra imperatorijs manubijs ornata. pro Dom.136.a.Tu M.Fuluij domum monumentũ tuarum manubiarũ eſſe uoluiſti.contra Rull.78.a.& 63.a.bis.Præda,manubiæ, aurũ coronariũ. I.V.190.a.Qua ex præda aut manubijs eſt abs te donatio conſtituta. I.V.107.b. Qui manubias ſibi tantas ex L.Metelli manubijs fecit.Ep.13.b.Non enim illæ manubiæ meæ,ſed operis locatio mea fuerat.

Manubrium,brij.capulus.I.V.214.a.Trulla excauata cum manubrio aureo.

Manufactus,a,ũ.)(.Naturalis.Of.35.b.Portus manu facti.pro Mar.132.b.Nihil eſt opere aut manu factũ, quod non aliquando conſumat uetuſtas. de Finib.105.b. Quid autem eſt aut in natura, quæ, &c.aut in operibus manu factis,&c.

Manumiſsio,onis.libertatis datio.pro Cæl.52.a.Scire cupio quid habeat argumenti iſta manumiſsio?

Manumitto,tis.libertatẽ do.pro Mil.112.a.& Q.Fr.299.b.Milo ſeruos manumiſit. pro Cæl.52.a.& Ep.231.b.Adſunt ſerui de cognatorũ ſentẽtia manumiſsi.pro Mil.112.a.Manu uerò cur miſerit,ſi quæris,neſcis,&c.

Manus,nus.dextra,litera,chirographum. de N.56.a Natura dedit homini manus multarum artium miniſtras, & ibi.Manus apta ad eliciendos ſonos neruorum & tibiarum admonitione digitorum.de Or.132.b.Manus laua,inquit,& cœna.I.V.214.a.Iſte unumquodq; uas in manus ſumere & laudare,mirari. pro Cæl.51.a. Cum Licinius pyxidem teneret in manu.de Ar.148.b.Cuius ab auia mater manibus eſſet accepta. Att.7.a.P.Clodius per manus ſeruulæ ſeruatus fuit & eductus.de Pro.77.a.Per manus hanc prouinciam tradit ei,cui minimè uos uelitis. pro Pl.265.a.Procul apparet,non excutitur,non in manus ſumitur. contra Rull.169.a.Itaq; hoc animo legem ſumpſi in manus,ut,&c.1.C.100.b. Iam tibi extorta eſt ſica iſta de manibus.I.V.69.a.Quam ſpem nunc habent in manibus breuiter exponam. & Epiſt.247.b. Cum ea ſpe, quam in manibus habeo.At.107.a.Habeamus in manibus Antonij concionem.I.V.69.b.Libelli nominum ueſtrorum erant in manibus omnium. Att.254.a.Scripta tua,quæ in manibus habebam. Or.206.a.Quoniam Demoſthenem totum cognouiſti, nec eum dimittis è manibus. Acad.39.b.Deponere aliquid de manibus. & Q.Fr.194.a.Ponere aliquid de manibus.Attic.212.a.Libros,quos Bruto mittimus,in manibus habent librarij.& Acad.39.a.Sed habeo opus magnum in manibus,quod,&c. Ep.12.a.Inimicum meum ſic amplexabantur,ſic in manibus habebant, ſic fouebant,ſic oſculabantur,ut,etc.Or.209.a. Puerum infantem in manibus perorantes tenuimus.de Nat.63.a.Quæſtio,quæ nunc in manibus eſt.Att.61.b.Libri quos in manibus habeo.Item : Libri oratorij diu multumq; in manibus fuerunt. Tuſc.232.a.Philoſophi quancunq; rem habent in manibus,in eam quæ conueniunt,congerunt omnia. Att.220.a.Omiſi ea,quæ in manibus habebã, quod iuſſeras edolaui.Q.Fr.321.b.Multos dies epiſtolam hanc in manibus habui propter commorationem tabellariorum. de Clar.175.b.Sed ecce in manibus uir præſtantiſſimo ingenio:id eſt,C.Gracchus. & ibid. Manus extrema non acceſsit operibus eius. cont.Rull.69.a.Itaque hoc animo legem ſumpſi in manus,ut,&c. & Tuſc.176.b. Sumere aliquid in manus.de Or.144.a.Qui hos libros in manus ſument. de Clar.176.b.Nunquam enim libelli illi in manus inciderunt.& Off.58.b.Nihil de ijs,quæ in manus meas uenerunt. Item : Quicunque calamus in manus meas uenit, eo ſic utor tanquam bono. de Orat.92.b.Libellus, qui me imprudente & inuito excidit, & peruenit in manus hominum. de Orat. 127. a. Cauſa illa mihi tum eſt elapſa de manibus. pro Cæl. 51. b. Fugit aliquis è manibus, emittere aliquem de manibus. & 51.a. Amittere aliquem de manibus. & In V.154.b. Amittere rem de manibus. Attic.92.a.Res eſt in manibus,tu autem longè abes.In V.160.b.Hæc ciuitas tam procul à manibus tuis atque à conſpectu tuo remota.Or.199.a. Demoſthenes negat in eo poſitas eſſe fortunas Græciæ,in hoc in eum,huc an illuc manum porrexerit. & de Finib.102.a. Porrigere digitum. de Finib. 146. b. Qui ſe fatentur uirtutis cauſa,niſi ea uoluptatem acciret, ne manum quidem uerſuros fuiſſe. In V. 241. b. Itaque erant exitus eiuſmodi, ut alius inter manus è conuiuio tanquam è prælio auferretur, alius tanquam occiſus relinqueretur. In Ver.204.b. In quem ſcyphum de manu iacere conatus eſt. In Ver.241.b. Nonnunquam etiam res ad manus atque ad pugnam ueniebat. pro Cluent. 46.a. Cum tribunus plebis populo concitato, rem penè ad manus reuocauiſſet. Attic.22.b.Simuli barbati in piſcinis ſint,qui ad manum accedant. Attic.37.a. Ad extremum autem manus dediſſe : id eſt, uinci ſe paſſum eſſe. & 252.a.Sapienter igitur quod manus dediſti. de Orat.164.a. Quem ſeruum ſibi ille habuit ad manum. pro Q.R.53.a.
Ipſa



Ipſa mihi ueritas manum iniecit, & pauliſper conſiſtere coegit.pro Fon.276.b.Conferre ferrum ac manus cum aliquo. Att.115.a.Conferre manum cum hoſte.& 41.b.Afferre manus ſibi ipſi.)(. Abſtinere manus à ſeipſo. Octa. 330.b.Ego ſenatum ſibi manus afferre coegi.I.V.85.b.Afferre manus ſacrilegas alicui fano.At.46.a. Afferre manus ſuis uulneribus. ad Heren.33.a.Inferre manus alicui. I.C.101.b.Inferre uim,& manus alicui. Tuſc.224.b. Cui in manu ſit,quem eſſe dementem uelit.Ep.233.b. Verùm hæc non ſunt in noſtra manu. Epiſt.115.a.b.Quàm uelis eum obligare,in tua manu eſt. Epiſt.157.a. Vocontij ſub manu ſunt,per quorum loca mihi fideliter patet iter. Ep. 98.b. Totum hominem tibi trado de manu (ut aiunt) in manum tuam iſtam & uictoria & fide præſtantem. Ac. 16.b.Hortenſius uehementer admirans,quod quidem perpetuò Lucullo loquente fecerat, ut etiam manus tolleret. Topic.222.b.Cum mulier uiro in manum conuenit. pro Quint.18.a. Manus Sext.Næuij in propinquorum proſcribendis bonis exercitata. Attic.117.b. Sed in ea Pompeij epiſtola erat in extremo ipſius manu:Tu cenſeo,etc. Quint.Frat.321.b. Hæc inter cœnam Tyroni dictaui, ne mireris alia manu eſſe. Epiſt.178.b. Quæ ſuperioribus literis mea manu ſcripſi. I.C.112.a.Introductus Statilius cognouit manum & ſignum ſuum. In V.182.a. Epiſtola Timarchidis manu ſcripta. Attic.179.a. Hæc ad te mea manu.At.38 b.& Q.Fr.302.b.Manus & multitudo idẽ. Epiſt.244.a.Militum firma manus. Att.10.b.& 75.a. Quos impetus in totam illam manum feci?de In.61.a.Factum per uim, per manum opulentam. pro Cecin. 291. a.Qui manum fecerit,copias parauerit,multitudinem hominum coegerit,armarit,inſtruxerit,&c.At.39.b.Plena manu laudare aliquem. Off.65.b.Leges tollunt aſtutias quatenus manu tenere rem poſſunt,philoſophi,quatenus ratione & intelligentia. de Amic.115.a.Virtus Scipionis nõ mihi ſoli uerſatur ante oculos,qui illam ſemper in manibus habui,ſed etiam,&c. & 114.a.Sed affuiſtis, & eſt in manibus oratio,de Sen.84.b.Septimus mihi Originum liber eſt in manibus,omnia antiquitatis monumenta colligo. & 81.b.Tum dicitur eam fabulam,quam in manibus habebat,& proximè ſcripſerat,iudicibus recitaſſe. de In. 81.b.Tendere manus ad aliquem. & Att.37.b. Epiſtola manu mea ſcripta. & 63.a.Epiſtola librarij manu eſt. At.75.a. Antequam aliquo loco conſedero, neq; longas à me,neq; ſemper mea manu literas expectabis. & 78.a. Stamus animis:et quia conſilijs ut uidemur bonis utimur, ſperamus etiam manu. Att.100.a.Nam Alexidis manum amabam,quòd tam propè accedebat ad ſimilitudinẽ tuæ literæ: manũ non amabam,quia indicabat te non ualere. & 131.b.Lippitudinis meæ ſignum tibi ſit librarij manus. At.210.a.Hæc in manibus habere ἀδιάχθαι te nollem. & 247.b.Hanc putaui mea manu ſcribendam.& 259.a. Is Romam cum manu magna. At.260.b.Noli putare pigritia facere me quod non mea manu ſcribam. & 261.a. Oppius me hortabatur, ut manum ueteranorum complecterer. & 278.b. Victoria excidit manibus.Quint.Frat. 323.a. Occupationum mearum ſignum tibi ſit librarij manus. Offic.5.b. Is manus uiolenter uideatur afferre ſocio. Offic.45.b. Quod præſens tanquam in manu datur, commodius eſt.& In A.241.a.Quorum epiſtolas in manu teneo.de Sen.79.b. Eſt in manibus eius uiri laudatio,quam cum legimus,&c. Q.de Pet.212.a. Sæpe fit ut agantur ea,quæ non putaris:illa quæ credideris in manibus eſſe,ut aliqua de cauſa non agantur.Tuſc.163.b.Cum penè in manu iam mortiferum illud poculum teneret. & I.A.162.a.Literæ,&c.ſunt enim librarij manu. & Ant. 114.a.Atq; ad extremum dat manus uinciq; ſe patitur.de Vn.198.a.Itaq; nec ei manus affixit,quia nec capiendum quicquam erat nec repellendum.

Manu tenere.in manu habere, prehendere, exploratum habere,certum cõperi. Off.65.b.l.Manus. & de Cl. 190.b. Cum indicia mortis ſe comperiſſe manifeſtò, & manu tenere diceret.

Marathon,onis.opp.& campus in Græcia.Off.13.a. Rhetorum campus de Marathone.

Marathonius,a.Tuſ.219.b.Taurus Marathonius.At. 144.Pugna Marathonia.

Marcellea,orum.dies M.Marcello à Syracuſanis conſecratus.I.V.119.a.& 139.b.

Mare,ris.altum,ſalum, profundum, Neptunia prata, pelagus, pontus,ponti gurges. Tuſcul.242.a. Vnde terra & quibus librata ponderibus,quibus cauernis maria ſuſtineantur. pro Cluent. 46.a.b. Vt mare quod ſua natura tranquillum ſit,uentorum ui agitari atq; turbari ſolet, ſic, &c. Acad. 26.b. Mare Fauonio naſceſcente purpureum uidetur. & ibi pulchra de mari multa. Tuſcul.164.a.Tanquam ratis in mari immenſo noſtra uehitur oratio. In P.92.a. Cum mare uaſtiſſimum hyeme tranſibas.de N.20.b.Belluæ quæ in mari rubro India'ue gignuntur. pro Plan.262.a.Illæ undæ comitiorum ut mare profundum & immenſum ſic efferueſcunt quodam quaſi æſtu, ut ad alios accedant, ab alijs recedant. Epiſt.65.b. Terra mariq; conquirere aliquem. Att.136.b.Mare inferum : id eſt, Tyrrhenum uel Thuſcum: mare ſuperum,id eſt,Adrianum uel Ionium. de Or.149.a. Superum mare Ionium.)(.Inferum mare Thuſcum ſcopuloſum & infeſtum. Att.120.b. Infero mari nobis incerto curſu hyeme maxima nauigandum eſt. Att.133.b. Iter ad mare ſuperum.

Margarita,tæ. quem Plinius unionem uocat, uulgus perlam.I.V.200.a.Nego ullam gemmã aut margaritam fuiſſe,quin abſtulerit. Or.204.a.Ornatus inſignis quaſi margarita.

Marianus,na,num.contra Rull.88.a. Marianus tribunus plebis.

Marinus,a,um.maritimus.de N.34.a. Aſtra,quæ marinis terreniſq; humoribus aluntur. de D.115.a. Marini æſtus & maritimi æſtus.l.Maritimus.

Maritimus,a,um. marinus.)(. Mediterraneus. de N. 52.b.Aeſtus maritimi multum accedẽtes & recedentes. I. Ver.146.a.Inſula,quæ undique exitus maritimos habet. pro Pl.280.a.Maritimus curſus.Part.233.a.Loci maritimi.)(.À mari remoti.Tuſc.236.a.Quod multas naues in omnem oram maritimam dimiſiſſet.

Maritus,ti.uir.pro Rab.91.b.Chariorem huic ſororis maritũ quàm filium fuiſſe.I.C.102.b.Vigilare ad inſidiandum ſomno maritorum. de In.53.a.Et tu ut maritus ſis quàm optimæ mulieris,& hæc quæ optimo uiro nupta ſit. pro Pl.265.a.Maritum appellas, ut uerba etiam fingas,non ſolum crimina.

Marmor,oris. pro Dom.235.b.Eius ſimulachrum è marmore in ſepulchro poſitum fuit. de D.118.b.In omni marmore neceſſe eſt ineſſe uel Praxtelia capita. pro Arc. 190.a.Ennius in ſepulchro Scipionum putatur eſſe conſtitutus è marmore.at is laudibus &c. Sic enim locus hic haud dubiè corruptus antea, reſtituendus ſuæ integritati mihi uidetur.

Marmo=

Marmoratus,a,um. pro Arch.190.a.Et marmoratis laudibus,&c.corruptus uidetur locus hic. lege Marmor,& Ex.

Marmoreus, a,um.In V.200.a. Signum marmoreũ, eburneum,æneum. pro Dom.225.b. Columnæ marmoreæ,&c. Parad.118.a.Tecta marmorea. & 125.b.Sola marmorea.

Marrucini pop.pro Clu.59.& I.A.213.

Mars, tis. I.A.192.a.Legio Martia, quæ mihi uidetur diuinitus ab eo deo traxiſſe nomen à quo populũ Romanum generatum accepimus. de Nat.36.b.Ioui proximum inferiorem orbem tenet πυρόεις, quæ Martis ſtella dicitur, eaq́; IIII.& XX menſibus, ſex ut opinor diebus minus,eundem luſtrat orbem.de Som.128.b. Tum rutilus horribiliſq́; terris ille fulgor,quem Martem dicitis. de N.49.b.Summa Saturni ſtella refrigerat, media Martis incendit. pro Arch.191.a.Fuluius Martis manubias muſis conſecrauit. de Or.158.a.Martem belli eſſe communem. Ep.81.a.Cum omnis belli Mars communis,& incerti ſemper exitus præliorum ſint.pro Seſt.5.a. Nimium communem Martem belliq́; caſum metuens. pro Corn.63.a.Qui ueterem illam ſpeciem fœderis Martiani ſemper omni ſanctiorem Marte duxerunt.aliter,Maieſtate.pro Mar.133.b.Quos amiſimus ciues, eos Martis uis perculit, non ira uictoriæ. pro Mil.112.a.Adde caſus, adde incertos exitus pugnarum,Martemq́; communem.Offic.58.b. Hanc igitur partem relictam explebimus nullis adminiculis,ſed(ut dicitur)Marte noſtro. & I.A.178.b.Rex ipſe ſua ſponte nullis commentarijs Cæſaris, ſuo Marte res ſuas recuperauit. & 228.b. Incertos exitus eſſe belli, Martemq́; communem.

Marſi,orum.pop.pro Dom.236.b. Is in Marſis natus eſt.

Marſicus,a,um.contra Rull.84.a.Marſicum bellum.

Martialis,le.de Ar.246.a.L.Lentulus flamen Martialis.& I.A.192.a. Martiales quidam Larini appellantur miniſtri publici Martis atq; ei deo ueteribus inſtitutis religionibus Larinatium conſecrati.pro Cl.26.a. Vt Venerei in Sicilia.

Martianus,a,um.ut martianum fœdus.pro Cor.63.a

Martij fratres,uates.de D.99.a.

Martius, a, um. pro Rabir.92.b. Campus Martius. & I.A.192.a. Legio Martia. Calend.Martijs prouinciæ decernebantur. lege Gallia. Attic.234.a. Idibus Martijs.

Mas,maris.de N.20.a.Et deos mares & fœminas eſſe dicitis. & Part.233.a. de Nat.51.b. In mari & in fœmina commiſcendorum corporum miræ libidines. & 20.a.Beſtiæ aliæ mares, aliæ fœminæ ſunt. de Ar.257.a.Sacra maribus non inuiſa ſolum,ſed etiam inaudita. de D.88.a.& 121.a.Anguis mas & anguis fœmina.de Leg.175.b.Hoſtia mas & hoſtia fœmina.de Leg.181.b.Porcus fœmina.

Maßicum,ci.mons.contra Rull.79.b.In maßici radices deducamini.

Maßilia,liæ.urbs.pro Fl.159.b.Neq; uerò te Maßilia prætereo,quæ,&c.pro Fon.276.b.Vrbs Maßilia.

Maßilienſis,ſe. pro Font.276.b. Ciuitas Maßilienſium.

Maſtaneſoſi regnum.pro Seſt.31.

Maſtruca,cæ. Sardorum ueſtis. pro Scau. Quem purpura regalis non commouit,eum Sardorum maſtruca mutauit?



Maſtrucatus,a, um.ut togatus. de Pro.72.a.Res in Sardinia cum maſtrucatis latrunculis geſta.

Matellio,onis.uaſis genus ad aquam hauriendam. Parad.123.a.Matellio Corinthius.

Mater,tris.parens,educatrix.de N.68.b. Hecate, quæ matre Aſteria eſt,ſorore Latonæ.de D.126.a. Iupiter puer,qui lactẽs cum Iunone in gremio fortunæ ſedens, mammam appetens caſtißimè colitur à matribus. de L.168.b. Sapientia mater omnium bonarum artium.de Or.124.a. Luxuries auaritiæ mater.

Matercula,læ.dimin.à matre.pro Fl.163.b.Materculæ ſuæ feſtiuus filius.

Materfamilias,matriſfamilias.eſt quæ in mariti familiam,& bonorum partem uenit.eſt etiam notæ autoritatis fœmina,ut Vlp.Iuriſconſultus dicit::quæ eadem eſt matrona.pro Cæl.44.a.Si matremfamilias ſecus quàm matronarum ſanctitas poſtulat nominamus.Top.22.a.Vxoris duæ formæ ſunt,una matrumfamilias,altera earũ quæ tantummodo uxores habentur.

Materia,riæ.& materies,ei.ſylua, ὑπόθεσις, argumentum,facultas,campus,ſeges.de In.83.b. Vri poſſe ligneam materiam neceſſe eſt. & Top.225.b. Vt materiæ, ferramenta,&c.de Or.125.b.Nulla materia niſi admoto igni ignem concipere poteſt.de Nat.78.b.Materiam rerum ex qua & in qua omnia ſunt, totam eſſe flexibilem & commutabilem.& ibi.de materia Acad.29.b.& 30.a. Plato ex materia in ſe omnia recipiente mundum eſſe factum cenſet.de Leg.160.b.Perpetuis curſibus,conuerſionibusq́; cœleſtibus extitiſſe materiam quandam ſerendi generis humani.Acad.44.a.& iterum.43.b.Sed ſubiectã putant omnibus ſine ulla ſpecie atq; carentẽ omni illa qualitate,&c.materiã quandam,ex qua omnia expreſſa atq; effecta,quæ tota omnia accipere poßit, omnibus modis mutare atq; etiam ex omni parte, eoq́; etiam interire nõ in nihilũ,ſed in ſuas partes.I.V.245.a.Mamertini materies non habent.& 106.a.Nam illò non ſaxum,non materies aduecta eſt.pro Mil.115.b.Repẽte lintribus in eam inſulam materiã,calcem,cæmenta atq; arma conuexit. de Or.116.b. Facilius ſicut in uitibus reuocantur ea, quæ ſe nimium profuderunt, quàm ſi nihil ualet materies, noua ſarmenta cultura excitantur.de In.50.a. Veruntamen nõ incommodum uidetur,quandam ſyluam atq; materiã uniuerſam, antè permiſtam & confuſam, exponere omniũ argumentationũ. de In.43.b.Materia artis eſt in qua omnis ars & ea facultas,quæ conficitur ex arte,uerſatur: ut ſi medicinæ materiam dicamus morbos & uulnera, quòd in his omnis medicina uerſetur.de Or.101.b.Hæc tanquã aliqua materies oratoribus ſubiecta eſſe debẽt.& Or.216 b.Eſt enim in utroq; & materia & tractatio: materia in uerbis,tractatio in collocatione uerborũ. de Or.130.b.& 131.a. Eſt enim deformitatis & corporis uiciorum ſatis bella materies ad iocandum.de Or.133.a.Materiam aliam eſſe ioci, aliam ſeueritatis. Off.4.a. Quocirca huic quaſi materia quam tractet & in qua uerſetur ſubiecta eſt ueritas.de Or.89.a.Si ornatè locutus eſt Phyſicus ille Democritus,materies illa fuit Phyſici, ornatus uerò uerborum oratoris putandus eſt. Part.237.a. Eſt etiam quaſi quædam materies ſubiecta honeſtati. de Fin.103.a. Eſtq́; illa ſubiecta quaſi materia ſapientiæ.Or.215.a.In uerbis ineſt materia quædam,in numeris expolitio.de Or.121.b.Materies orationis cuiuſque generis. Part.233.a. Materia ad argumentum ſubiecta. de Orat.85.b. Penè infinita uis & materia artium illarum. & pro Cecinn.300.a.

Materia



Materia æquitatis.pro Mil.108.b.Quid enim odiſſet Clodium Milo,ſegetem ac materiam ſuæ gloriæ? In A.235.a. Aut ſuſpicioni crimen,aut inuidiæ materiam dediſſe uidebimur.Q.Fr.299.b.Hoc ſic habeto,materiam omnem ſermonum eorum,qui de te detrahere uelint, Statium dediſſe.de Cl.168.a. Illa mors uulgaris nullam præbebat materiam ad ornatum.de Or.140.a.Opes ſuperbiæ ac libidini facultatem ac materiam dare.Ep.34.b.Sed tamen probabilem materiam nacti ſermonis,conabantur,&c. Q.Fr.306.a. Lupus egit cauſam agri campani ſatis accuratè, materiã rei non ignoras.pro S.R.33.a. Etenim in ſingulis eiuſmodi materies eſt, ut ſingulos dies poßis conſumere. pro Dom.215.a. Non ne id agendũ nobis fuit, ut materiã ſubtraheremus furori tuo?pro Dom.215.b.Prouidendum fuit, ne in hanc tantã materiem ſeditionis iſta funeſta fax adhæreſceret.Ep.67.b. Quod ſi te adducemus ut hoc ſuſcipias,erit materies digna facultate & copia tua.At.29.b.Quod me ut ſcribam aliquid,hortaris,creſcit mihi quidem materies,ut dicis,ſed,&c. In A.168.b. Sed materia facilis in te & in tuos dicta dicere. In Sal.273.a.b.Vnus enim ſatis es materiæ habens, &c. In V.184.a. Fac enim fuiſſe in iſto C.Lælij, M.Catonis materiem atq; indolem, quid ex eo boni ſperari poteſt.

Materiatus,a,um.quod ex materia conſtat. pro Clu.20.a.Aedes malè materiatæ & ruinoſæ.de Off.62.

Materis,ris.Gallorũ telum & haſta militaris.ad Her.34.a. Aut idem Gallos ſignificans dicat:nec tam facilè ex Italia materis tranſalpina depulſa eſt.Loco materis,prius legebatur,armatura:ſed præterquam quod uetera quædã exemplaria materis habent, docti ſatis intelligunt denominationem hanc à communi inſtrumẽti nomine fieri nõ poſſe,quæ à proprio(ut eodem loco de Macedonum telis oſtenditur) facienda eſt. Eſſe autem materim, proprium Gallorum telum,docet Nonius ex Siſenna autore uetuſto.

Maternus,a,um.pro Cl.20.a.Nomen maternũ,&c.

Matertera,ræ.matris ſoror.de Orat.108.b.& de D.101.b.C.Aculeo,quo cum erat noſtra matertera.

Mathematicus,a,um.de Or.85.b.Ii,qui Mathematici uocantur,magna in obſcuritate rerum & recondita in arte & multiplici ſubtiliq́; uerſantur. de D.110.b. Quæ in Geometria deſcribuntur,&c.mathematicorum ſunt,non ariolorum. de Finib.149.a.In ſummo apud illos honore Geometria fuit,itaq; nihil Mathematicis illuſtrius. & ibi. At nos metiendi ratiocinandiq́; utilitate huius artis terminauimus modũ. & 63.b.Mathematica à falſis initijs profecta,uera eſſe non poſſunt.& 67.a. Nec de re artificioſa loquitur,ut Mathematici.& 126.a.Mathematici, Poetæ, Muſici,Medici deniq;,&c.Tuſc.221.a.Mathematicorum mos eſt,non Philoſophorum.nam Geometræ cum aliquid docere uolũt,ſi quid ad eam rem pertinet eorum,quæ antè docuerunt,id ſumunt pro cõceſſo & probato: illud modò explicant,de quo antè nihil ſcriptum eſt. Acad.29.a. de Geometricis & Mathematicis probationibus. de D.127.a. Docet enim ratio Mathematicorum, quanta humilitate feratur. de N.53.b.Eruditus puluis Mathematicorum.

Matricida,dæ.qui matrẽ occidit,paricida.Q.Fr.300 a.Zeuxis,quem ſcribis certißimum matricidã tibi à me intimè commendari.de Ar.152.b.Somnium matricidarum.

Matrimus,a,um.cuius mater uiuit. de Ar.249.a. Si puer ille patrimus & matrimus terram non tenuit.

Matrimonium,nij.maris & fœminæ legitima coniugatio.pro Cl.54.b.Ius matrimonij caſtum & legitimum



damnatione uiri ſublatum putabat.de D.101.b.Collocare aliq̃ in matrimoniũ.In V.126.b.& 185.b.& At.276.b. et de L.191.b.Habere aliquam in matrimonio. pro Cecinn.287.b.Is habuit in matrimonio Cæſoniam.pro Cl.22.a. et 43.a.Is Saßiam in matrimonium ducere cupiuit.pro Cæl.44.a. Te modò Q.Metelli matrimonium tenuiſſe ſcis. pro Clu.24.b. Quæ nuptiæ nõn diuturnæ fuerunt, erant enim non matrimonij dignitate,ſed ſceleris ſocietate coniunctæ.I. A.169 a.Curio te à meretricio quæſtu abduxit, & tanquam ſtolam dediſſet in matrimonio ſtabili & certo collocauit.

Matrona,næ.materfamilias. pro Cæl.44.a.Si matremfamilias ſecus quàm matronarũ dignitas poſtulat nominamus.de N.69.a.Natio dea quæ partus matronarum tuetur à naſcentibus. de Ar.249.a. Quò matrona nulla adijt.Ep.99.a.Matronæ opulentæ optimates.

Maturatio,onis.feſtinatio,properatio. ad Her.16.b. Maturationes,&c.

Maturè.citò,ſuo tempore,celeriter.l.Maturus. In C.103.a.Tam maturè. & pro Mur.128.b.& Epiſt.31.b. & 258.a.Vt eò,quò intendit, maturè cum exercitu perueniat.Q.Fr.320.a.Balbum ais maturè Romam bene comitatũ eſſe uenturũ. In A.205.a. Quæ ſine mora, maturèq́; decreta facilius,&c.In V.222.b.Cuſtodes mature ſentiũt. I.V.160.a.Eo celerius de iſto tranſigamus, quo maturius ad Apronium ueniamus.de Or.194.b.Qui omnium maturimè ad publicas cauſas acceſſerim.pro Cec.286.a.Hæc res maturißimè iudicanda eſt.

Matureſco,ſcis.perficior,abſoluor.de N.39.b.Partus matureſcunt aut ſeptem aut nouem lunæ menſibus.

Maturitas,tis.tempeſtiuitas,tempus maturũ. de Or.116.b.Non poteſt in eo eſſe ſuccus diuturnus, quod nimis celeriter eſt maturitatem aſſecutum.& Tuſ.162.a. Maturitas frugum.Q.Fr.32.a.Sed eius rei maturitas nondum uenit,& tamen iam appropinquat. de N.49.b. Luna à ſole illuminata grauiditates & partus affert maturitateſq́; gignendi.Itẽ:Commutationes temporũ quadripartitæ ad maturitatẽ frugum aptæ.de Nat.21.a.Temporum mutatiões,maturitates,uicißitudineſq́; cognouiſſent.At.20.b.Inducendi ſenatuſconſulti maturitas nõdum eſt. Ep.49.a.Hoc ſtudium quotidie ingraueſcit,credo maturitate ætatis ad prudentiam. & 92.a. Etſi abeſt maturitas ætatis.de Sen.92.a.Sic uitam adoleſcentibus uis aufert,ſenibus maturitas. & 83.b.Maturitas ſenectutis.& 78.a. Maturitas tempeſtiua. de D.83.b.Hæc arbor arandi maturitatem ad ſignum floris accõmodat.de Cl.195.a.Sed uidebatur illud in me iam eſſe perfectum,& habere maturitatem quandam ſuam.pro Cæl.53.b.Quæ ſtudia in adoleſcentia tanquam in herbis ſignificant,quæ uirtuti maturitas & quãtæ fruges induſtriæ ſint futuræ. In C.103.b.Sed neſcio quo pacto omnium ſcelerum ac ueteris furoris & auaritiæ maturitas in noſtri conſulatus tempus erupit.de Cl.165.b. Cum oratio noſtra caneſceret & haberet ſuam quandam maturitatem & quaſi ſenectutem.& 179.a.Vt dicendi Latinè prima maturitas, in qua ætate extitiſſet, poſſet notari. Epiſt.134.a.Vt res ipſa maturitatem tibi animaduertendi omnium conceſſu daret. Or.296.b.Adoleſcens non tam re & maturitate, quàm ſpe & expectatione laudatus.

Maturo,as.maturitatẽ affero,accelero,propero. de Sen.88.a.Vua primò eſt peracerba guſtatu, deinde maturata dulceſcit.de N.2.a.Omnia quæ terra gignat maturata pubeſcũt. Att.278.b.Quod ut faceres,idq́; maturares,

magno

magnopere deſiderabat reſpublica. pro Cl.54.a. Maturare mortem alicui. Ep.28.a. Succeſſor tuus non poteſt ita maturare ullo modo, ut tu me in Aſia poſsis cōuenire. At.54.a. Te expecto & oro ut matures uenire.

Maturus, a, um. coctus, tempeſtiuus, ſuo tempore extingui. de Clar.191.b. Ipſe Thucydides ſi poſterius fuiſſet, multo maturior fuiſſet ac mitior. Att.207.a. Vides quàm maturū ſit. de D.122.a. Edidit hæc Calchas, quæ iam matura uidetis. Ep.128.a. Mihi uerò bene maturum uidetur fore. & 149.b. Sed ne maturum quidem etiamnum fuit: id eſt, tempus. de D.88.a. Maturam mortem oppetere. de Or.93.a. Ocium ac facultas diſcendi maior ac maturior. ad Her.29.b. Vt uirtutes in ætate maturiſsima uelint comparare. de Sen.93.a. Satietas uitæ tempus maturum mortis affert. In A.209.a. Venit tempus Quir. ſerius omnino quàm dignum pop. Romano fuit, ſed tamen ita maturum, ut differri iam hora non poſsit. & Q.Fr.209.a. Ego tibi ſpem maturæ deceſsionis afferebā. At.240.a. Componendum argumentum eſt & ſcribendi expectandum tempus maturius. de Sen.92.a. Poma ex arboribus ſi cruda ſunt, ui auelluntur, ſi matura & cocta, decidunt.

Matuta. Cadmi filia. Tuſ.154.a. de N.69.a.

Matutinus, a, um. Att.16.a. Cum bene cōpleta domus eſt tempore matutino. Ep.94.b. Matutina tempora lectiunculis conſumo. At.203.b. Hodie expectabam tuas literas matutinas aut poſtmeridianas. & 36.b. & 186.a. Veſpertinis temporibus.)( Matutinis temporibus. ad Br.90.b. Matutina ſalutatio. de D.83.a. Et matutinis acredula uocibus inſtat.

Mauors, tis. Mars. de N.39.b. & 72.a. Mars quia magna uertit.

Mauri. pop. Ep.162. Galba.

Mauritania, niæ. pro Syl.177.b. Rex Mauritaniæ. & In Vat.31.b. Veniſti ad fretum per Mauritaniam.

Maxilla, læ. mala. Orat.211.a. Literam è maxillis & taxillis conſuetudo elegans latini ſermonis euellit.

Maximè. ſummè, nec minimè, præſertim, in primis, potiſsimum, præcipuè, immortaliter. Off.10.b. Vt quiſq; maximè opis indigeat, ita ei potiſsimum opitulari. In A.220.a. Maximè equidem uellem, ut, &c. ſecundo autē loco, &c. Ep.60.b. Tam ſum amicus reipublicæ, quàm qui maximè. Ep.6.a. Et eos maximè qui te maxime debuerūt, & plurimum potuerunt iuuare. pro Dom.222.b. Intuemini pauliſper animis iuuentutem, & maximè eos, qui, &c. Att.154.a. Ego conſilijs tuis uſus ſum, maximè quod & grauitatem in congreſſu noſtro tenui, & ad urbem, &c. & 158.a. Maxime quod, &c. & 127.b. Quod cum ita ſit, maximè uellem, primum, &c. Ep.11.b. Quod ego cum audiſſem ex alijs, maxime ex meo fratre cognoui. de Or.97.a. Dicere quammaxime ad ueritatem accommodatè. Or.207.b. Cognoſcat etiam res geſtas, maxime ſcilicet noſtræ ciuitatis. & 206.b. An ego poetis et maxime tragicis concederem, ut, &c. At.109.b. Scribe aliquid, & maxime ſi, &c. & 177.b. Eo maximè quòd, &c. de N.59.b. Quæ ratio poetas, maximeq; Homerum impulit, &c. At.38.b. Maximeq; in eo eſt reprehenſus, quod dixerat, &c. de N.31.a. Et id maxime hyeme. & At.109.a. Maximeq; quod ſit, &c. de Fin.114.a. Maxime quod is locus id temporis uacuus eſſet. Part.240.a. Quæ uel maxime proſunt. de N.58.b. Hoc mihi uidetur uel maxime confirmare, &c. Q.Fr.311.b. Domus celebratur ut cum maximè. de Sen.84.b. Cauſarum illuſtrium, quaſcūq; defendi, nunc quàm maximè conficio orationes. ad Her.27.b. Hoc maximè ad modum mihi accommodatum eſt.

Maximoperè. ſummoperè. Ep.31.a. A te maximopere peto & quæſo, &c.

Maximus, a, um. ampliſsimus, ſummus, immanis, incredibilis, ingens, ſingularis, unicus, diuinus, immortalis, maximè rarus, magnas opes habens. de N.392. Quint. Frat.320.a. Reſpondi epiſtolæ maximæ, nunc audi de minuſcula. de Fin.83.a. Maximum malum, maximus dolor. Epiſt.222.b. Multa illius in me officia, multa in illum mea quoq;, & quod maximum eſt, ſummus inter nos amor & mutuus. & de Am.102.b. Summi puerorum amores. In A.192.a. Cui pro diuinis & immortalibus meritis diuini immortaleſq; honores debentur. & ibi. Is ſenatus ſingulares exquirit honores. pro Mil.119.b. Singularis, diuina, & incredibilis fides. Q.Fr.320.a. Omnia minima maxima ad Cæſarem mitti ſciebam. In A.223.a. Admirabilis quædam & incredibilis ac penè diuina alicuius ſcientia. & pro Mar.131.a. Tanta, tam inuſitata, inauditaq; clementia.

Mecum, tecum, ſecum. Or.211.a.b. Ex eo eſt mecum & tecum, non cum me & cum te, ut eſſet ſimile illis nobiſcum & uobiſcum. Poſtquam.211.a. Multa mecum ipſe reputaui. de L.169.a. & de In.42.a. Sæpe mecum ipſe cogito, &c. pro Q.9.b. Si tecum hæc duo uerba feciſſes, &c. pro Cæl.46.b. Vos met uobiſcum recordamini. Tuſ.197.a. Quamobrem omnes cum ſecundæ res ſunt maxime, meditari ſecum oportet, quo pacto aduerſam ærumnam ferant. Off.29.a. Si quis cū cauſam ſit acturus in itinere ſecum ipſe meditetur, aut ſi quid aliud attentè cogitet, non reprehendatur. Att.147.b. Legi tuas literas, quibus mecū agebas, ut, &c. de Sen.87.a. Nunc tanquam emeritis ſtipendijs ambitionis, mecum ſum, mecumq; (ut dicitur) uiuo. l. Nobiſcum & Secum.

Medea, deæ. de N.69.a. Medea duobus auis Sole & Oceano, Aeta patre, matre Idya procreata eſt. pro Pom.8.a. Ex Ponto Medea illa quondam profugiſſe dicitur, quam prædicant in fuga fratris ſui membra in ijs locis, quà ſe parens perſequeretur, diſsipauiſſe, ut eorum collectio diſperſa mœrorq; patris, celeritatem perſequendi retardaret.

Medeor, ris. ſano, curo, medicinam affero, medicinā adhibeo, curationem adhibeo, remedium adhibeo, remedium facio, medicinam facio, occurro. pro S.R.39.b. Intelligo me errare, qui cum capiti mederi debeam, reduuiā curem. de Or.155.a. Medici, qui morbis, qui uulneribus, qui oculis mederentur. & 98.b. Laborantibus ſuccurrere, ægris mederi, afflictos excitare. In V.225.b. Cum morbo alicui mederi uis, conſuetudo ualentis & natura corporis cognoſcenda eſt. Q.Fr.296.a. Mederi incommodis hominum. contra Rull.65.b. Huic malo pro ſe quiſq; noſtrū mederi, atque hoc omnes ſanare uelle debemus. pro S.R.26.a. Hi medentur reipublicæ qui execant peſtem aliquam tanquam ſtrumam ciuitatis. pro Seſt.9.b. Vt afflictæ reipublicæ quantum poſſet mederetur. In V.227.a. Medemini religioni ſociorum iudices, conſeruate ueſtram autoritatem. Attic.206.b. Si quid eſt enim offenſionis, hæc res mederi poteſt. Ep.187.b. Sunt enim permulta, quibus eſt medendum. Tuſc.202.a. Nec ille liber medetur uulneribus, ſed cicatricibus. Ep.108.b. Dies etiā ſtultis mederi ſolet. de D.109.a. Conſolatio mihi aliquantum medetur. Epiſt.236.b. Facere medicinam alicui. At.278.a. Velim facilius quàm tunc mihi, nunc tibi facilius tute medeare.

Medi.



Medi. pop. de Off.41.

Medicamen, nis. medicamentum. I.P.82.a. Cum diceres te uinolentis quibuſdam medicaminibus ſolere curari.

Medicamentum, ti. medicamen, medicina, remedium. Of.70.b. Si quis medicamentum cuipiā dederit ad aquam inter cutem. & ibi. Si eo medicamento ſanus factus fuerit. de Cla.184.a. Cn. Octauius multis medicamentis propter dolorē artuum delibutus. de N.52.b. Terræ plenæ medicamentorum ſalutarium. & At.137.b. Medicamēta, quæ parantur. de In.49.a. Vt uulneri præſto medicamentum ſit. pro Clu.24.a. Mulier partum ſibi ipſa medicamentis abegit. Or.204.a. Fucata medicamenta candoris & ruboris omnia repellentur. de Fin.69.a. Medicamenta illa Epicurea tanquam de narthecio promant. I.V.181.b. Panchreſtum medicamentum. pro Cl.70.a. & 28.a. Id huic ærumnoſiſsimo non uenenum, ſed multorum medicamentum laborum fuiſſet.

Medicina, næ. medicamentum, remedium, ualetudinis curatio, ars medendi. At.261.b. Deſperatis uetat Iſocrates adhibere medicinam. & 193.a. Fortis ægroti eſt, accipere medicinam. de Fin.128.a. Vt ualetudinis medicina, ſic uiuendi ars eſt prudentia. de Or.125.a.b. Medicus diligēs ægro adhibet medicinam. de D.85.a. Aegro à medico petere medicinam. pro Clu.55.b. Exercere medicinam. de Orat.139.b. His quatuor cauſis totidem medicinæ opponuntur. de D.85.a. An medicina ars non putanda eſt? quam tamē multa fallunt. Ep.236.b. Facere medicinam alicui. pro Q.2.a. Si aduerſarij falſum crimen quaſi uenenatum aliquod telum iecerint, medicinæ faciendæ locus non erit. Ep.236.b. Ita ſum leuatus, ut deus mihi aliquis medicinam feciſſe uideatur. Att.16.b. Quanquam animus eſt præſens, tamen uoluntas ipſa medicinam efficit. I.V.66.a. Nulla unquam medicina his tot incommodis reperietur. I.C.108.a. Deinde ſingulis medicinam conſilij atq; orationis meæ, ſi quam potero, afferam. Tuſc.214.a. Medicina quæ ſanaret cupiditatem. de Amic.97.a. Sed non egeo medicina, me ipſe conſolor. & Epiſt.71.b. Petere medicinam à literis. Offic.30.b. Quibus autem artibus, aut prudentia maior ineſt, aut non mediocris utilitas quæritur: ut medicina, architectura, &c.

Medicus, ci. pro Cl.29.a. In morbis corporis, ut quiſq; eſt difficillimus, ita medicus nobiliſsimus atq; optimus quæritur. de D.110.e. Ad ægros non uates, ſed medicos ſolemus adducere. de D.82.b. Mirari licet quæ ſint à medicis animaduerſa herbarum genera, quæ radicū, &c. pro Cl.25.b. Ad quam cum adduxiſſet medicū illum ſuum, mulier exclamabat ſe ab eo nullo modo uelle curari, quo curāte, ſuos omnes perdidiſſet. & ibi. Simulatq; introductus eſt, prima potione mulierem ſuſtulit. de Fat.146.a. Siue medicū adhibueris, ſiue nō, conualeſces. de Or.225.a.b. Medicus diligēs ægro adhibet medicinam. de Ar.251.b. Qui medicis ſuis nō ad ſalutem, ſed ad necem utitur. de Or.112.a. Si medicus de morbis diſertè dixerit. & 90.a. Aſclepiades quo nos medico & amico uſi ſumus, eloquentia uincebat cæteros medicos. de Or.154.b. Hippocrates ille Cous. de D.143.a. Aeſculapius et Serapis. Ep.258.a. De medico & tu bene exiſtimari ſcribis, et ego ſic audio, ſed planè curationes eius non probo: ius enim dandum tibi nō fuit, cū κακοστόμαχος eſſes. et 250.b. Curio miſi, ut medico honos haberetur.

Medietas, tis. media pars, medium. de Vn.199.a. Partes rurſus interuallis ita locabat, ut ſingulis eſſent bina media, uix enim audeo dicere medietates, quas Græci μεσότητας appellant, ſed quaſi ita dixerim, ita intelligatur. Attic.249.b. Octauam partem tuli luminarium, mediam abſtrahere memineris.

Medimnū, ni. menſuræ genus ſenos modios capiēs. I.V.159.a. Tritici ſeptem millia medimnûm. & ibid. Medimna DCC. & 171.b. Medimna XXXVI. id eſt, modij CCXVI.

Mediocris, cre. nonnullus, modicus. Tuſ.105.a. Omne malum etiam mediocre magnū eſt. de Or.119.b. Hæc ſunt omnia ingenij uel mediocris, exercitationis autem uel maximæ. & ibid. Hoc tamen prudentiæ eſt penè mediocris. de Or.85.b. Permultos excellentes in quoq; genere uidebis non mediocrium artium, ſed penè maximarum. de Clar.176.b. L. Cotta in mediocrium oratorum numero dicendi non ita multum laude proceſsit. & 175.a. Is fuit mediocris in dicendo. de Orat.116.a. Paruæ aut mediocres res. Acad.5.b. Quidam è philoſophis, & hi quidem non mediocres. Epiſt.64.a. Non enim fuit aut mediocre aut obſcurum. & 65.a. Maxima, minima, mediocria. Or.206.a. Modica temperatè dicere. Orat.215.b. Incitatus, temperatus, tardus. de Cla.173.b. Fannius in mediocribus oratoribus habitus eſt.

Mediocritas, tis. modus, nec nimium nec parum. de Cl.177.b. Omnis uirtus eſt, ut uetus Academia dixit, mediocritas. pro Mur.139.a. Virtutes omnes mediocritate quadam eſſe moderatas. Tuſ.195.a. Nunquā enim iratus qui accedit ad pœnam mediocritatem illam tenebit, quæ eſt inter nimium & parum, quæ placet peripateticis. & Acad.34.a. Peripatetici mediocritatem perturbationum mihi non ſanè probant. At.282.a. Eſt ſcilicet utriuſq; rei modus & quædā in utroq; genere mediocritas. de Or.94.b. Mediocritatē in dicendo C. Cælio honori fuiſſe. Item: Villarum magnificentia, quarum quidem certus eſt adhibendus modus, ad mediocritatemq; reuocandus. pro Dō.234.a. Modum quendam eſſe religionis, nimiū eſſe ſuperſtitioſum nō oportere. Of.45.b. In his aūt ipſis mediocritas regula optima eſt. I.A.160.b. Non uideo quid in hac mea mediocritate ingenij deſpicere poſsit Antonius. ad Her.21.a. Mediocritas uultus.)( Hilaritas.)( Triſtitia.

Mediocriter. modicè. Tuſ.195.a. Corpus etiā ſi mediocriter ægrū eſt, ſanum non eſt. de Or.90.b. Neminē ſcriptorem artis ne mediocriter quidē doctum fuiſſe. ad Her.25.a. Quiuis mediocriter literatus.

Mediolanenſis, ſe. I.P.93.a. Mediolanenſis præco.

Meditatio, onis. commentatio, exercitatio. de Cl.177.a. Nulla meditationis ſuſpicio, imparatus ſemper aggredi ad dicendum uidebatur. de Or.119.a. Quos locos multa commentatione ac meditatione paratos atq; expeditos habere debetis. de D.128.b. Multi naturæ uicium meditatione atq; exercitatione ſuſtulerunt, ut Demoſthenes. pro Cl.35.a. Anni ſunt octo cum iſta cauſa in iſta meditatione uerſatur. Tuſ.197.b. Stulta eſt meditatio futuri mali. I.A.221.a. Seruius in ipſa cura & meditatione obeundi ſui muneris obijt. Tuſ.183.b. & 184.a. Tantum exercitatio, meditatio, conſuetudo ualet. Item Tuſc. De exercitatione & conſuetudine & commentatione dixi, Apageſis nunc, &c.

Meditatus, a, um. cogitatus, præparatus, commentatus.)( Ex tempore. Off.6.a. Leuiora ſunt ea quæ repentino aliquo motu accidunt, quàm ea quæ meditata & præparata inferuntur. de Ar.244.a. Nihil feci non diu conſideratum & multo antè meditatum. pro Quint.7.a. Cum paratus meditatuſq; ueniſſes. I.A.176.b. Attuleras domo meditatum & cogitatum ſcelus. de Orat.119.a. Hoc meditatū nobis in perpetuum eſſe debet, ad omnem uſum,

Z &c.

&c. Tuſc.197.a. Sint ſemper omnia homini humana meditata. de Or.131.b. Ea quia meditata ſunt, minus ridentur. & 107.b. Accuratæ & meditatæ cõmentationes. I.A. 225.a. Quod uerbum non tibi excidit, ut ſæpe fit, caſu, ſed ſcriptum, meditatũ, cogitatum attuliſti.

Mediterraneus, a, um.)( Maritimus. de N.18.b. Ita fit, ut mediterranei mare eſſe non credant. I.V.199.b. Enna mediterranea eſt maximè. I.V.199.b. Ab hac inſula hæc lucra tanquam mediterraneis exigebantur. & 249.b. Homines maximè mediterranei.)( Homines maritimi.

Meditor, aris. attentè cogito, commentor, exerceo. Ep.20.a. Tu tamen ea para, meditare, cogita, quæ, &c. & 8.a. Hæc multo antè meditere, huc te pares, &c. Att. 73.b. Sed ego hanc ἀνιξίαν in unum annum meditatus ſum. Meditare aduerſus Brutum cauſam meam. & 125. b. Vides quam cauſam mediter. pro Mur.134.b. Meditari accuſationem. de N.60.a. Ego enim te diſputante quid contradicerem mecũ ipſe meditabar. I.P.92.a. Meditare quibus uerbis incenſam illius cupiditatem comprimas. pro Flac.148.a. Græcus teſtis non iuſiurandi, ſed lædendi uerba meditatur. Attic.152.b. Ex eius nuncio meditabar quomodo cum illo loquar. contra Rul.68.b. Is deſignatus alio uultu, &c. eſſe meditabatur. I.V.77.a. & 112.a. Nos qui meditati ad dicendum paratiq; uenimus. de Clar.193.a. Nullum patior eſſe diem, quin aut in foro dicam, aut mediter extra forum. de Clar.172.a. Non in agendo ſolum, ſed in meditando etiam fuit uehemens. de Or.108.a. Demoſthenes perfecit meditando, ut nemo planius eo loqueretur. de Orat.97.a. Quæ in foro agenda ſunt, exercitatione quaſi ludicra prædiſcere & meditari. & 96.a. Quid Craſſus ageret meditandi aut dicendi cauſa. de Ar.257.a. Veruntamen nocturnis uigilijs iuſtitium illud conceptum ac meditatum eſt. I.C.102.b. Ad huius uitæ ſtudium meditati illi ſunt, qui ferũtur labores tui, iacêre humi, &c. Epiſt.18.b. Aut ne ad eam meditere imparatum te offendam. & 9.a. Hæc ad te ob eam cauſam maximè ſcribo, ut iam de tua quoq; ratione meditere. & I.V.78.a. Meditetur de ducibus hoſtium, &c. I.A.182. b. Cæſar non multos annos regnare eſt meditatus. & 190 b. Iam accedunt conſules multos iam menſes de populi Romani libertate commentati atq; meditati. de Or.87.b. Age uerò ne ſemper forum, ſubſellia, roſtra, curiamq; mediteris. Offic.29.a. Vt ſi quis cum cauſam ſit acturus ſecum ipſe meditetur, aut ſi quid aliud attentè cogitet, non reprehendatur.

Medius, a, um. intermedius, interiectus, inter aliquos interiectus, interiectus medius, dimidiatus. de Orat.166. b. Nam uerſus æquè prima & media & extrema pars attenditur. Orat.208.b. Quod & inter media argumenta faciendum eſt. & 218.b. Oratio uel oriens, uel media, uel cadens. de Pro.78.a. Tempus proximum, medium, ultimum. pro Clu.57.a. Ne in extrema quidem, aut media aut aliqua deniq; parte quæſtionis uerbum fecit ullũ. pro Dom.223.a. Cum tu furens per medium forum popularis uolitares. Quin.Fr.309.a. Dixi pro Beſtia in foro medio. de D.87.a. Qui in uinea media dicitur conſtitiſſe. de Or.96.b. In teſtamentorum formulis, hoc eſt, in medio iure ciuili uerſari. pro Clu.23.a. Mulier in media potione exclamauit, &c. & Tuſ.156.b. Terra in medio mundo ſita. de Som.129.a. Medius mundi locus. & Tuſc.156.b. Vt illæ ſuperiores in medium locum mundi grauitate ferantur. de N.49.a. Mare, medium terræ locum expetens. & ibid. Id medium, infimum in ſphæra eſt.



Or.216.a. Eſt tertius ac medius inter illos. de Opt.243.a. Alij eis interiecti & tanquam medij. Acad.45.b. Iis ipſis alia interiecta & media numerabat. & ibid. Neutra autem in medijs relinquebat. At.164.a. Nam qui ſe medium eſſe uult, in patria manet: qui proficiſcitur, aliquid de alterutra parte iudicare uidetur. & 154.b. Lex Solonis, qui capite ſanxit, ſi quis in ſeditione non alterutrius partis fuiſſet. de Or.159.a. Itaq; tum graues ſumus, tum ſubtiles, tum medium quiddam tenemus. In Vat.32.a. Ex quibus partim tecum ſentiebant, partim medium quendam curſum tenebant. Off.52.a. Quidam ad medium ianuæ ſedentes. de Fin.51.b. Primùm ueniat in medium Epicuri ratio. I.V. 254.b. & 144.a. & de In.67.b. Venire in mediũ, & procedere in medium. I.V.71.b. & de Fin.80.b. & Ep.242. b. & de Or.118.a. Proferre aliquid in medium. pro Cluen. 34.a. Itaq; iudices incenſi ſuſpicione, rem in medium uocare cœperunt. pro S.R.21.b. De medio tollere: id eſt, interficere. & ad Heren.11. Tollere aliquem de medio. pro Sext. Roſ.37.a. Recede de medio, per alium tranſigam. & 22.a. & In Ver.144.a. Remouere aliquid de medio. In Ver.129.b. Tabulæ ſunt in medio. & 60.a. Quæ in medio poſita ſunt.)( Obſcura. de Orat. 86.a. Dicendi ratio in medio poſita. Tuſ.246.b. Obſcœnas uoluptates faciles, communes in medio ſitas eſſe dicũt. I.V.82.a. Proponere aliquid in medio. pro Cæl.47.b. Neminem nominabo, tantum in medio relinquam. I.V.268. b. & de N.4.b. Ponam in medio ſententias philoſophorũ. Or.212.a. Verba ſumpta de medio. pro Dom.241.a. Hæc non ſunt quæſita ex occulto aliquo genere literarum, ſed ſumpta de medio, & rebus palàm per magiſtratus actis. de In.63.a. At hic quidẽ ipſe, & ſeſe ipſum nobis & eos qui ante ſe fuerant, in medio poſuit, ut cæteros & ſeipſum per ſe cognoſceremus. de Clar.172.a. Vnum quaſi comperendinatus medium diem fuiſſe. de Or.159.a. Cum uerba iacentia ſuſtulimus è medio. & Off.5.b. Cõmunes utilitates in medium afferre. Off.59.a. Hoc quidem deliberantium genus pellatur è medio. I.A.200.b. Alteri uicti ſunt, alteri ſunt è medijs C. Cæſaris partibus. & 215.a. Inter bellum & pacẽ medium nihil eſt, quare neceſſe eſt, tumultum, ſi belli non ſit, pacis eſſe. I.A.226.b. Qui duorum fratrum ætatibus medius interiectus, uicijs cũ utroq; certabat. de Vn.197.a. Vnum interiectũ mediũ, & ſe ipſum, & ea quibus eſſet interpoſitum, colligaret.

Medius fidius. iurandi formula, ſeu aduer. ut me hercules, & id genus alia. At.133.b. Quod Lentulum uoluiſti hic remanere, mihi gratiſſimũ medius fidius feciſti. pro Syll. 183.a. Si medius fidius iudices, &c. Epiſtol.77.a. Vnum medius fidius tecum diẽ libentius poſuerim, &c. At.57.b. Medius fidius ne tu emiſti locum præclarum.

Medulla, læ. pingue illud aureum, oſſium media repleſ. Tuſ.233.b. Metrodorus omne bonum in uiſceribus medullisq; condidit. Ep.253.a. Neq; ſolum te, qui mihi hæres in medullis. de Cla.199.b. Suadæ medulla. l. Suada. Att.240. a. Prætereo illa, quæ mihi ſunt incluſa in medullis. Tuſ.214. a. Cum hic feruor tanquam in uenis medulliſq; inſederit. & ibi. Permanat in uenas & hæret in uiſceribus illud malum. I.A.159.b. Qui in medullis populi Romani ac uiſceribus hærebant.

Megalenſia, orum. de Ar.248.b. Ludi quos in palatio noſtri maiores ante templum in ipſo Matris magnæ conſpectu Megalenſibus fieri celebrariq; uoluerunt. et Ep.24. a. Scripſi hæc ipſis Megalenſibus.

Megaleſia, orum. de Ar.248.b. & 249.b. Tota hoc ædile ſeruorũ Megaleſia fuerunt.



Megabocchus. id eſt, Pompeius. At.27.

Megara, ræ. urbs. de D.92. Epiſtol.50. Sulpitij. Ad Heren.3.

Megareus, a, um. Acad.32.b.

Megaricus, a, um. de Fat.142.b. Stilpo Megaricus philoſophus.

Megaris, idis. locus non longè à Syracuſis. I.V.248. de D.136.

Megarenſis, e. I.V.238.

Mei, tui, ſui. Poſtquã.199.b. Qui fletu ſuo deſiderium mei memoriãq; renouaret. & 194.a. Vt aliquando nos memoria mei deſideriumq; teneret. de Ar.244.b. Clodius nihil fecit odio mei, ſed, &c. pro Cor.61.b. Ipſæ enim leges ſe à cognitione ſua iudicio publico repulerunt: id eſt, à cognitione ſui.

Mel, lis. de Sen.89.a. Villa abundat lacte, caſeo, melle. de Fin.55.a. Niuẽ eſſe albã, dulce mel. de Fin.97.b. Mel & dulciſſimum eſt, ſuo tamen proprio genere, non comparatione cum alijs dulce eſſe ſentitur. de D.126.b. Eo loco mel ex olea fluxiſſe dicunt. I.V.145.b. Quæro unde CCCC. amphoras mellis habueris. de Sen.83.a. Ex Neſtoris lingua melle dulcior fluebat oratio. Or.199.b. Xenophon cuius ſermo eſt melle dulcior.

Melampus uates. de D.176.

Melancholia, æ. atra bilis. Tuſ.192.b. Quem nos furorẽ μελαγχολίαν Græci uocant, quaſi uerò atra bili ſolum mens moueatur, &c.

Melancholicus, a, um. Tuſ.165.a. Ariſtoteles ait omnes ingenioſos melancholicos eſſe, ut ego me tardiorẽ eſſe non moleſtè ferã. de D.67.b. Qui ualetudinis uicio fuerunt, & melancholici dicuntur, habent aliquid in animis præſagiens atq; diuinum.

Melicus, a, ũ. à μέλο, id eſt, cantu, lyricus poeta dicitur. de Opt.243.a. Melici ac Dithyrambici poetæ.

Melior, us. potior, cõmodior, præſtabilior, lectior.)( Deterior. At.235.a. Hirciũ per me meliorem fieri uolunt. & ad Brut.91.b. Tibi reſpublica melior eſt facienda. & pro Fl.159.b. Phrygem plagis fieri meliorẽ. & Ep.154.a. & I.A.217.b. Facere aliquẽ meliorẽ. de In.53.a. Vt neq; uir melior, neq; fœmina lectior in terris ſit. At.235.b. Nemo unquã neq; orator neq; poeta, qui quenquã meliorẽ quã ſe arbitraretur. de Ar.258.a. Meliore loco eſſe.)( Deteriore ſtatu eſſe. At.132.a. Puto rẽ meliore loco eſſe debere. At. 231.a. Incipit res melius ire quã putarã. et ibi. Spero meliora. de Fin.115.b. Is melior quàm Pyrrho, deterior quàm cæteri. ad Brut.278.b. Vtrũ redire mihi cõducit, an cõmorari melius eſt. At.224.a. Melius eſſe. & 174.b. Ii tamen ipſi ſe hoc melius habent quã nos, quod et multi, etc. de Or.163 b. Quo melius noſtri illi ſenes, qui, &c. Off.64.a. Melius, æquius. ad Her.5.b. Melius, ſatius, potius. At.58.b. Literæ quibus intellexi Lentulo eſſe melius. Parad.118.a. Nihil bonum eſt, quod nõ eum qui poſſidet, meliorẽ facit. et ibi. Efficere aliquem meliorem.

Melita, tæ. I.V.224.a. Inſula eſt Melita, ſatis lato ab Sicilia mari diſiuncta. At.40. & 159. et 161.

Melitenſis, ſe. ut melitenſis ueſtis. I.V.144.b. & 241. a. Melitenſis roſa.

Melius, a. à Melo inſula dicitur. de N.2.a. Diagoras Melius.

Melius. cõmodius.)( Peius. de Fin.62.a. In dialectica autem nullam uim exiſtimauit eſſe, nec ad melius uiuendum, nec ad cõmodius diſſerendum. & 118.a.



Meliuſculè. aliquanto melius. Epiſt.256.b. Volebam ad te Marionem remittere, quẽ cum meliuſculè tibi eſſet, ad me mitteres.

Mellitus, a, um. ſuauis, dulcis. At.16.a. Mellitus puer.

Melos. id eſt. cantus. de N.44.a. Syluam melo, conſimilem ad aures cantum, & auditum refert. Accij.

Membrana, æ. de N.54.b. Natura oculos membranis tenuiſſimis ueſtiuit ac ſepſit.

Membranula, læ. macrocollum, charta. At.57.b. Librarijs imperes, ut ſumant membranulam, ex qua indices fiant.

Membratim. Or.217.b. Inciſè membratim uè dicere. & Part.241.a.

Membrũ, bri. pars, pars corporis. At.117.b. Nec ſum miratus eum, qui caput ipſum reliquiſſet, reliquis mẽbris non parcere. de Fin.64.a. Iam membrorũ, id eſt, partium corporis alia uidentur propter eorum uſum à natura eſſe donata, ut manus, crura, pedes, &c. alia nullã ob utilitatem, quaſi ad quendam ornatum, ut cauda pauoni. Parad. 117.a. Qui hæc cõmutabilia pecuniæ membra ſolo uerbo bona appellauerunt. Or.217.b. Quæ Græci κόμματα et κῶλα nominant, nos rectè inciſa & membra dicimus. ad Her.30.a. Membrũ orationis quid ſit. de Cl.179.a. In mẽbra quædam quæ Græci κῶλα uocant, diſpertiebat orationem libentius. de Or.160.b. Sæpe capienda membris minutioribus oratio eſt. et ibi.a. Oratio articulis membriſq; diſtincta. Or.219.a. Ex duobus uerſib. id eſt, membris perfecta cõprehenſio eſt. de N.3.b. Omnes partes atq; membra philoſophiæ. Or.203.b. Cauſæ earũq; quaſi membra. Comprehenſio uerborũ. l. Comprehenſio. I.A.250.b. Membrũ, ſententia, clauſula.

Memini, ſti. memoria teneo, memoria repeto, cõmemini, commemoro. I.V.206.b. Memini Pamphilum hoſpitem meũ mihi narrare, ſe, &c. At.125.b. Memini tibi librum afferri à Demetrio Magnete. pro Plan.280.b. Memini enim, memini, nec unquam obliuiſcar noctis illius. Epiſt.11.a. Nõ potui magis obliuiſci temporũ meorum et meminiſſe actionum. I.A.177.b. Meminiſti ipſe de exulibus, ſcis de immunitate quid dixeris. pro Pom.13.a. Felicitas quã præſtare de ipſo nemo poteſt, meminiſſe & cõmemorare de altero poſſumus. de L.158.b. Ego memini ſummos fuiſſe in ciuitate noſtra uiros, qui, &c. pro S.R.38.b. & Ep.13.b. Meminiſtis me ita diſtribuiſſe cauſam, &c. de Som.126.b. Omnia alicuius dicta & facta meminiſſe. Ep. 37.a. Dixi me nõ meminiſſe ullum tempus laudandi aut locum dari: id eſt, datum eſſe. pro Plan.276.b.a. Qui patriæ beneficia meminerunt. At.250.a. Sed de Erote meminero, & de omnibus. de Or.161.a. Antipater ille quem tu probè meminiſti. de Fin.78.a. Balbus fuit. Lanuuius, quem meminiſſe tu non potes. pro Mur.134.a. Cui placet obliuiſcitur, cui dolet meminit. I.A.133.a. Sed mementò præter Appium neminẽ eſſe, &c. & 249.b. Varroni memineris excuſare tarditatem literarum mearum. de Fin.125.a. Viuorum memini, nec mortuorum obliuiſci poſſum. Acad. 26.b. Omnia meminit Scyrõ Epicuri dogmata. et Ep.150 b. Meminiſſe mandata. Ep.61.b. De illo ne meminiſſe quidem uolo. et 18.b. Te rogo ut memineris, quãtæcunq;, etc. At.140.a. Cauſa igitur non bona eſt, imò optima, ſed agetur (memento) fœdiſſimè. & 142.b. Quin ea ipſa quæ à te commemorantur, non memini.

Memor, oris. qui memoriã alicui præſtat. Ep.6.b. Qui non tam memores eſſent uirtutis tuæ, quàm laudis inimici. Ep.11.b. Vt officium meum memoremq; in benemeritos

animũ præſtarẽ.de L.160. a. Homo animal acutum, memor,&c.de Or.121.a.Diligẽs,memor,ſobrius orator. & 161.a. Homo ingenioſus ac memor.de In. 50. a. Memor. )(.Obliuioſus.Ep.214.b.& cõtra R.70.a.Memor et gratus.Ep. 40.b. Præſtare memoriã alicui.At.102.a.Cuſtos urbis me præclaræ inſcriptionis memorẽ eſſe cogeret.de Cl. 193.a.Memor & quæ dicta cõtrà, quæq; ipſe dixiſſet.

Memorabilis,le.commemorabilis.de Cla.168.b. Multa iam memorabilia in domeſticis & in bellicis rebus effecerat. ad Brut. 91. b. Res à te geſta memorabilis & penè cœleſtis.I.A.256.b.Cuius memorabilis & diuina uirtus lucem afſert reip. & de Am.96. a. Familiaritas C.Lælij & P. Scipionis maximè memorabilis fuit.de Leg. 157. b. Incurret enim in illum memorabilem annum ſuum.

Memoria,riæ.recordatio,monumentũ.de In.82.a.Memoria eſt,per quam animus repetit ea quæ fuerũt. de Or. 86.b.Memoria theſaurus omniũ rerũ,quæ niſi cuſtos inuentis excogitatiſq; rebus & uerbis adhibeatur,intelligimus omnia, etiã ſi præclara fuerint, in oratore peritura. & de Cl.184.b. Hæc pars animi, quæ cuſtos eſt cæterarũ ingenij partiũ.ad Her.21.Memoria theſaurus rerũ inuentarũ & cuſtos.de Or.111.b.Hiſtoria uita memoriæ.Part. 232.a.Memoria eſt germana literaturæ quodãmodo, etc. I.Literatura.de Or. 141. a. Simonides Chius primus artẽ memoriæ protuliſſe fertur.Tuſ.160.a.Habet primùm animus memoriã,& eam quidẽ infinitã rerum innumerabilium,quam quidẽ Plato recordationẽ eſſe uult ſuperioris uitæ.de Or. 85.a. Mihi repetenda eſt ueteris cuiuſdam memoriæ nõ ſatis explicata recordatio.de Clar.165.b.Quorum memoria & recordatio mihi iucunda ſanè fuit. pro Fl.158. b. Reuocarẽ animos ueſtros ad Mithridatici belli memoriam. pro Syl.174.a.Antonij commemoratio,memoriã Syllæ retulit.pro Arch.185. b. Pueritiæ memoriam recordari ultimã. & 187. a. De hominũ memoria tacere, literarum memoriam flagitare. Antequam.195.b.Vt ego nihil dicam de rebus meis geſtis,tamen in animis & memoria ueſtra largiter relinquã.de Som. 126. b. Nunquam ex animo meo diſcedit illius optimi uiri memoria.de D.82.b. Nihil eſt quod non longinquitas temporũ excipiente memoria prodendiſq; monumentis efficere poſſit. de Orat. 109.a. Deberi hoc à me tantis hominum ingenijs putaui, ut cum etiam nunc uiuã, illorum memoriam teneremus, hanc immortalem redderem ſi poſſem.& 113. a. Cuius rei memoriæq; publicæ retinendæ cauſa Pont. Max. annales ſcribebat.de Orat. 119.b. Nihil unquam audiui quod nõ in memoria mea penitus inſederit. Themiſtoclis dictũ. Brut. 166.a.Liber quo iſte omnẽ rerum memoriã breuiter complexus eſt.& ibi.b. Ad rerum naturaliũ memoriam comprehendendam impelli.de Cl.184.b. Nullam memoriã antiquitatis collegerat.pro Rab.93.a.Iſte omnes uerborũ acerbitates nõ ex memoria ueſtra patrumq; ueſtrorũ, ſed ex annalium monumentis ac regum commentarijs cõquiſiuit.pro Pont.279.a.Quod ſæpe & noſtra,& patrũ memoria uſuuenit.Poſtquã.199.a.C.Marius noſtra patrũq; memoria ſubijt,&c. pro Rab. 65.b. Cauſam ſuſcepi antiquiorem memoria tua.I.C.100.b. Hoc poſt hominum memoriam contigit nemini. & I.V.235. b. Poſt hominũ memoriam.& 156 b.Quod nemo unquã poſt hominum memoriam fecit. Epiſt. 170. a. Res poſt hominũ memoriam maxima.de Or.86.a. Quis non iure miretur ex omni memoria ætatum,temporũ, ciuitatum, tam exiguum numerum oratorũ inueniri? pro Pom.14.a. Rhodiorũ uſq; ad noſtram memoriã gloria remanſit.Att.283.b.Omnia bella,quæ memoria noſtra fuerunt. & pro Font. 276. b. & Tuſ.176.b.Noſtra aũt memoria Philo.contra Rul. 66.a. Perlõgo interuallo propè memoriæ temporumq; noſtrorum.de N.69.b.Virorũ fortium memoriam honore deorum immortaliũ conſecratam. Att. 66.a. Sed tamen habet ædilitas eius memoriã non ingratã.Poſtquam. 205. a. Cn. Pompeius omnium ſeculorũ omnis memoriæ facilè princeps.I.A.166.a. Quæ res unquã erit cõmendatior hominum memoriæ ſempiternæ? de Ar.252.b. Quod ſacrificiũ nemo niſi P.Clodius omni memoria uiolauit, nemo unquã adijt.pro Dõ.243.a.Liberis noſtris ſatis amplũ patrimonium paterni homines & memoriæ noſtræ relinquemus. Off.53.Cratippus noſter,princeps huius memoriæ philoſophorũ.pro Cor.60.b.Multi etiam ſuperiori memoria. pro Seſt.10.a.Cõſules nõ modò ex memoria, ſed etiam ex faſtis euellendi.& ib. b. Tanta multitudo quanta mea memoria nunquam ullo in iudicio fuit.In Vat.35.b. Quod in hac rep.nõ modò factũ antè nunquam eſt, ſed in omni memoria eſt omnino inauditũ.de In.42.a.Res ab noſtra memoria propter uetuſtatẽ remotæ.Ep.64.b.Ea ſint euulſa ex omni memoria uitaq; noſtra.de D. 138.b .Quomodo hæc infinita aut memoria cõplecti, aut obſeruãdo notare poſſumus? Par.120.a. Iſtũ doctũ uirũ fuiſſe memoriæ traditũ eſt. & pro Mur. 138.a. Nam hoc memoriæ traditum eſt. de Or. 144.a. Prodere memoriæ ſermonẽ alicuius.de Or.100.a. Quia memoria ſic eſſet proditũ.& ibid. Quid quod uſu,patrũ memoria uenit? pro Syl.170.a.Ex memoria deponere inſidias factas.pro Q. 10. b.In memoriã redijt Quintius,quo die,&c.pro Syl.174.a.P.Syllæ nomen in memoria Caſſio nõ fuit.Poſtquã.198.a.& 199.b.Vt aliquando uos memoria mei deſiderijq; teneret.pro D.222. a.Hoc eſt maximè inſigne ad memoriã crudelitatis, &c. de Or. 95. b. Nihil tam ad diuturnitatẽ memoriæ ſtabile, quàm id in quo aliquid offenderis.pro Dõ.235.b. Monumentum, quod poſitum eſt ut eſſet indicium oppreſſi ſenatus ad memoriam ſempiternã turpitudinis. de Or. 94. a. Motus animi celeres, & ad memoriã firmi atq; diuturni. de Or. 93.a. Aliquid ex ſermone alicuius memoria dignũ excipere.& de In.62.b. Viri nomine & memoria digni. de Or.95.a.Aliquid animo percipere & memoria cuſtodire.pro Cl.47.a.& Ep. 94. a. Perinde quaſi id hominũ memoria nõ cõprehendatur.de Or.97.b.Legere aliquam orationẽ ad eum finẽ quẽ memoria poſſis cõprehendere. pro S. R. 23. b. Memoria retinere.id eſt, recordari. I.V. 61.a.Memoria cõplecti aliqua. Att.215 a. Vt mea memoria eſt.ad Her. 19. b. Nuperrimè dictum facilè memoriæ mandatur. & 23.b. Tradere aliquid memoriæ. pro Q.4. a.Quæſo eum diẽ memoriæ mãdetis.de Fin.98.b.Mandare aliquid memoriæ.Ep.90.a. Quare mihi crede,& memoriæ mãda.Ep.11.b.Quid ſibi is de me recepiſſet,in memoriam redegit.de In.60.a. Ita in memoriam redibit auditor.I.V.100.b. Quæſo redite in memoriam,quæ libido iſtius fuerit,&c.Ep.205.a.Credo te tenere memoria,me, &c. de N. 46. b. Multa carmina ex ijs memoria teneo.I. A.259.a.Tenete ueſtra memoria,quod ſæpe oſtẽditis,etc. Epiſt.96.b.Quin etiam ipſum diem memoria teneo. pro Pom.7.a. Retinere memoria aliquid.de Fin.91.b. Retinenere memoriam alicuius,ut amici. de Orat.96.b. Memoria ſepire res inuentas.Ep.79.b.Tenere memoriam alicuius.de Cl.168.a. Vt memoriam concinnitatis ſuæ relinqueret. Oct. 303.b. Quæ ueriſſimæ memoriæ propagata ſunt. de In.62.30. Earum nomina multi poetæ memoriæ tradiderunt.uel prodiderũt.Ep.113. b. Prodere memoriã alicuius



alicuius rei poſteris. Epiſt.72.a.& 89.b.Prodere aliquid memoriæ aut literis. Epiſt.89.b.Conſeruare memoriam beneficiorum acceptorum. ad Her. 21.b. Habere memoriam alicuius rei.de In.60.a.Reducere in memoriam. & b. Renouare memoriam. de In.60.a. Memoria auditoris de confirmatione redintegrabitur. ad Her. 17.a. 21. b. Habere memoriam alicuius rei præſentem uel auditã. Epiſt.181.a. Quantum memoria repetere præterita poſſum.Epiſt.72.a.Repetere memoria euentus aliorum. de Orat.85.a.Repetere memoria res antiquas.Epiſt. 111.b. Dare operã memoriæ alicuius. Ep. 8.a.Magna memoria conſulatus tui.Ep.18.b.Meã tuorũ erga me meritorũ memoriã,nulla unquã delebit obliuio.Ep.91.b. Quare grata mihi eſt & memoria tua noſtræ cõiunctionis,& eius augẽde uoluntas.de Cl.193.a.Hortenſius tãta memoria fuit, ut quæ ſecũ cõmentatus eſſet, ea ſine ſcripto uerbis eiſdẽ redderet.Tuſ.160.b.De ijs qui memoria excellẽti fuerunt.I.A 111.b.Vſq; ad noſtrã memoriã.de Sẽ.81.a.Nec ſepulchra legens uereor,quod aiunt,ne perdã memoriã.& ibi. Sepulchris legendis redeo in memoriã mortuorũ. de Sen. 84.b. Pythagoreorũ more exercẽdæ memoriæ gratia,quid quoquo die dixerim,audiuerim, egerim, cõmemoro ueſperi. Sen.93.a.b. Memoria præteritorũ,futurorũ prudentia. Sen.94.a. Vos tamen deos uerentes memoriã noſtri piè inuiolateq; ſeruabitis. de L. 189. a. Quamuis enumeres multos licet,nullos in omni memoria reperies pernicioſos tribunos.pro Deiot.147.a. Repetere memoriã præteriti temporis.de Fin.124.b. Cuius etiam illi hortuli memoriã mihi afferunt. de Or. 114.a. Res magnæ memoriaq; dignæ.& At.148.a. Vt gratus,pius deniq; eſſe in maximi beneficij memoria poſſim.de Cl.187.a.Sed ordinẽ ſequens in memoriã notam & æqualẽ neceſſariò incurro.Quin. Fr. 298.b.Ampliſſimis monimentis conſecrare memoriã nominis ſui.& Am.103.b.Sed loquor de ijs quos uidemus,aut de quibus memoriam accepimus.

Memoriola,læ. At.186.a.Memoriola uacillare.

Memoriter.ex memoria,ſine ſcripto.de N.19.b. Enumeraſti memoriter philoſophorũ ſententias. de D. 111.a. In quo noſtra quædã Aratea memoriter à te pronunciata ſunt.de Or.92.a.Memoriter pronunciare multa ex orationibus Demoſthenis.de Am.95.b.et ad Her.21.b.Is multa narrare.de C.Lælio ſocero ſuo memoriter et iucundè ſolebat.de Clar.193.a.Rem memoriter complecti.de Fin.106 a.Ne tu iſta poſuiſti tam multa memoriter. At. 56.b. Memoriter recitare.)( De ſcripto dicere.pro Fl.154.b.De tabulis publicis recitare. I.C.113.b.Et quoniam nondũ eſt perſcriptum ſenatuſconſultum,ex memoria uobis Quirites quid ſenatus cenſuerit, exponam. In Vat. 31. a. Tum memoriter reſpondeto ad ea quæ de te ipſo rogaro.Acad. 15.b. Oratio Luculli, quæ eſt habita memoriter copioſa, &c.

Memoro,as.cõmemoro,proſequor, dico.I.V.101.a. In plebem uerò Romanã utrum ſuperbiam prius memorem, an crudelitatẽ? aliter cõmemorem.de L.157.a .Nam quid Acciũ memorem? qui,&c.de L.182.b. Clarorũ uirorum laudes in concione memoranto,eaſq; ad cantus et ad tibicinem proſequũtor.de Fin.68.a.Heraclius de natura nimis obſcurè memorauit.de Vn.201.b.Oceanum Cœli Terræq; filium memorant.

Mena,æ.piſcis marinus,quẽ menulã uocant.de Fin.83. b.Bis licet dicere,ſe accipenſerẽ menæ non anteponere.

Mendaciũ,cij.uanitas,orationis uanitas.I.V.229.a.Nolo illos eſſe temeritati meæ & mẽdacio conſcios.pro Cl.32. b.Homo qui eſſet totus ex fraude et mendacio cõpoſitus.de In.58.b.Falſum eſt,in quo perſpicuè mendaciũ eſt. de In. 42.b.Stare à mẽdacio cõtra uerũ. Ac.20.a.Opinionis hoc eſt mendaciũ,nõ oculorũ.pro Mur.139.a.Improbi hominis eſt,mendacio fallere.pro Cl.53.a. Magnũ et impudens mendaciũ. Q.de Pet.212.a.Dicere mendaciũ alicui.ad Her. 29.b.Ille ſibi à mendacio non temperat.

Mendaciunculum,li.de Or.131.a. Quod tamen eſt mẽdaciunculis aſpergendum.

Mendax,cis.uanus,totus ex fraude & mendacio compoſitus,futilis.pro Q.R.52.b.Nihil intereſt inter periuriũ & mendacẽ:nam qui mentitur,peierare conſueuit.& Of. 70.b.de Or. 113.a. Si ut noſtri ſatis eſt non eſſe mendacẽ. de D.138.b.Mendaci homini ne uerũ quidem credere ſolemus.de D.135.a.Falſis & mendacibus uiſis mentes mortalium concitare. contra Rul.85.a. Carthaginenſes fraudolenti & mendaces.

Mendicitas,tis.paupertas.de Fin.132.a. Cum mendicitatẽ multi perpetiantur,ut uiuant. & pro S.R.32.b. Hic in ſumma mendicitate eſt.I.C.120.b. Vt omnes animi cruciatus,et corporis egeſtas,et mendicitas conſequatur. pro Fl.153.b.Potuit dare Seruilius,nã fratres quidẽ conſortes ſunt mendicitatis.In Vat.33.b.Qui ex eo magiſtratu nõ emerſeris ex mendicitate,ſed,&c.I.A.231.a. Paſtus mendicitatis.I.A.198.a.Huius mendicitas auiditati coniuncta in fortunas noſtras imminebat.

Mendiculus,li.I.C.105.a.Exercitus collectus ex ſenibus deſperatis,ex ruſticis mendiculis,ex decoctoribus.

Mendicus,a,ũ.mendiculus,pauper,qui pedẽ in ſuo ponere nõ poteſt. pro Mur.138.b. Sapientes ſi mendiciſſimi ſint,diuites eſſe.de Fin.144.b.et ad Her.13.b.Paupertas ſi malum eſt,mendicus beatus eſſe nõ poteſt.de Or.151.a. Inſtrumentum hoc forenſe exiguum ſanè atq; mendicum eſt. I.A.216.a.Ex mendicis fieri repentè diuites.

Mendoſè.uicioſè. Q.Fr.326.a. Libri mendoſè & ſcribuntur & ueneunt. Att.8.a. Ad IIII.Non.decembris mendoſè fuiſſe animaduerteram. ad Heren. 43. b. Ars mendoſè ſcripta.

Mendoſus,a,um.uicioſus.de Cl. 170.a. Quanquam his laudationibus hiſtoria rerum noſtrarum eſt facta mendoſior. & de Or.116.a. In quo & deeſſe aliquã partẽ & ſuperare,mendoſum eſt.

Mendum,di.uiciũ,erratũ.I.V.129.b.Quid fuit antea ſcriptũ? quod mendũ iſta litura correxit? & Att.212.a. Menda librariorum tolluntur. Ep.85.a.Nã cum mendum ſcripturæ litura tollatur,meus error exilio corrigitur. At. 27.a.Caſtritianum mendum nos corrigemus.& 237.a. Id Martiæ magnum mendum continent.

Meneclius,a.de Cla.195.Meneclium ſtudium.

Meneni.pop.I.V.169.a.

Menelaus,lai. de Cl.169.a. Menelaum ipſum dulcem quidem tradit Homerus,ſed pauca dicentem.

Menia.columna Romæ fuit,ad quam ſerui fugitiui et fures adligabantur, ut hodie quoq; ubiq; fieri uidemus in foro,infamiæ cauſa furunculos ad columnam quandã uinciri. ea uerò à Menio quodã qui eam erexit,appellata eſt. I.V.62.b.& pro Seſt.25.b.

Menia,orum.ab eodẽ Menio inuentore appellata. genus ædificij eſt,porrectis tignis ultra columnas ſeu parietes ædiũ,ſic ut nuſquã extrà cõquieſcant,aut nitantur.hoc genus Labeo Iuriſconſultus,proiecta uocat.Acad.lib.4.teſte Nonio.

Mens,tis.animus,ratio,ſenſus,conſilium,intelligẽtia, cogitatio.

cogitatio, uolũtas. Tuſ. 192. a. Mens, cui regnũ totius animi à natura tributũ eſt. & de Fin. 132. a. Præſtantiá mẽtis, cui tota hominis natura paret. & Tuſ. 241. b. Nihil eſt in homine ſagaci & bona mẽte melius. Tuſ. 156. b. Horũ igitur aliquid animus eſt, ne tã uegeta mens, aut in corde cerebróue, aut in Empedocleo ſanguine demerſa iaceat. de Sen. 83. a. Homini ſiue natura ſiue deus nihil mente præſtabilius dedit. de N. 9. b. Mens noſtra cogitatione quiduis poteſt depingere. & ib. Totius naturæ mens atq; animus. Or. 216. b. Mens, qua nihil eſt celerius. Acad. 13. a. Mens mouetur ipſa per ſeſe. de N. 34. a. Abducere aciẽ mentis à cõſuetudine oculorũ. de N. 11. b. Mens intelligentiáq; noſtra infixa in eas imagines, &c. Att. 55. a. Mentis ſenſus. de N. 7. b. Aperta ſimplexq; mẽs nulla re adiuncta fugere intelligentiæ noſtræ uim ac notionem uidetur. de Sen. 91. a. Mens, ratio, & conſiliũ in ſenſibus eſt. de Sen. 92. a. Integra mente cæteriſq; ſenſibus. I. V. 241. b. Pleriq; fuſi ſine ulla mẽte ac ſine ullo ſenſu iacebãt. de N. 1. b. Deorũ mente ac ratione mundũ adminiſtrari ac regi. pro Rab. 96. b. Mentes ſapientiſsimorũ & fortiſsimorũ ciuium, quæ mihi uidentur ex hominũ uita ad deorũ religionem ſanctimoniamq; demigraſſe. pro Mur. 124. a. Vt ueſtræ mẽtes atq; ſentẽtiæ cũ populi Ro. uolũtate ſuffragijſq; cõſentiant. de Ar. 253. a. Vt dolerẽt boni omnes, nõ illa tanta ornamenta ad bonã mentẽ uoluntatẽq; eſſe cõuerſa. de Ar. 257. b. Senatus princeps ſalutis mentiſq; publicæ. de Or. 99. b. Ego autẽ defendebã hac eum mente fuiſſe, ut ſi, &c. & Ep. 190. a. Ea mente feci, ut, &c. Ep. 146. a. Tota mente atq; omni animi impetu. de N. 63. b. Cõprehendere aliquid mente. Acad. 4. b. Mente incitatus: id eſt, quaſi furens. de D. 93. a. Ea pars animi, quæ mentis ac rationis particeps eſt. pro Mil. 118. a. Dij illũ in eam mentẽ impulerunt, Dij illi mentem dederunt, Dij illi mentẽ iniecerũt, ut conaretur, &c. Off. 21. b. Hominis mens diſcendo alitur, & cogitando ſemper aliquid aut inquirit, aut agit, uidendiq; & audiẽdi delectatione ducitur. pro Mil. 118. a. Mens noſtra, qua ſapimus, qua prouidemus, qua hæc ipſa agimus ac dicimus, &c. & ibid. Cui primùm mentem iniecit, ut ferro laceſſeret fortiſsimum uirum, &c.

In mentem uenire. pro recordari. de N. 59. b. Hæc mihi ferè in mentem ueniebant, quæ dicenda putarem de natura Deorum. de Ar. 257. a. Niſi exiſtimatis illi hanc euerſionem ciuitatis in mentem ſubitò nec cogitanti uenire potuiſſe de Fin. 114. b. Venit mihi Platonis in mentem. Epiſt. 96. b. Mihi ſolet in mentẽ uenire illius temporis. pro Q. 1. b. Non minus ſæpe mihi uenit in mentem poteſtatis quàm æquitatis tuæ. de Orat. 131. b. Vt quotieſcunq; gradum facies, toties tibi tuarũ uirtutum ueniat in mentem. Q. de Pet. 113. a. Hæc mihi ueniebant in mentem de duabus illis commotionibus. Att. 198. b. Nunquam ea res mihi tam bellè in mentem uenire potuiſſet. Att. 118. b. Cum autem Dolobella uenit in mentẽ, paulum reſpiro. pro Font. 277. b. Non ei in Gallia primùm uenit in mentem, ut portorium uini inſtitueret. de Orat. 105. b. Quid tibi in mentem uenit ita reſpondere? de D. 110. a. b. Quid in mentem uenit Caliſtheni dicere, Deos, &c. de Clar. 106. b. Mihi in mentem uenit uereri, ecquid nam, &c. & Epiſt. 56. b. Mihi in mentem uenit optare. I. P. 89. b. Mihi non uenerat in mentem, furorem & inſaniam optare uobis. Epiſt. 55. Venit mihi in mentem ſubuereri, ne, &c.

Menſa, ſæ. I. V. 208. a. Tu maximã & pulcherrimam menſam citriam à Lutadio abſtuliſti. Tuſcul. 240. a. Tum ad menſam eximia forma pueros delectos iuſsit conſiſtere. & ibid. Nec manum porrigebat in menſam. Tuſcul. 249. a. Menſæ cõquiſitiſsimis cibis extruebantur. & Tuſ. 247. b. Menſæ Italicæ & Syracuſanæ. de Fin. 69. b. Aſoti, qui in menſam uomant, & qui de conuiuijs auferantur. I. P. 94. a. Extructa menſa non conchylijs aut piſcibus, ſed multa carne ſubrancida, & ſerui ſordidati miniſtrant. & ibid. Menſam tolli iubet. Att. 224. b. Hæc ad te ſcripſi appoſita ſecunda menſa apud Veſtoriũ. & 236. a. & 244. a. & Epiſt. 138. b. Integram famem ad ouum affero, ita uſque ad aſſum uitellinum opera producitur. Att. 68. b. Mittere alicui de menſa. Item. Cui tamen Quintus de menſa miſit, illa reiecit. de Ar. 257. a. Deorũ ignis, ſolennes menſæ, abditi & penetrales foci. de N. 77. a. Menſæ argenteæ in delubris. I. V. 230. b. & 211. a. Menſæ delphicæ è marmore. pro Flac. 155. b. Si prætor dedit, à quæſtore numerauit: quæſtor à menſa publica, menſa aut ex uectigali, aut ex tributo. I. P. 98. b. Quid ſtipendium militibus per omnes annos à ciuitatibus menſis palàm propoſitis numeratum. Senect. 86. a. Senectus caret epulis, extructiſq; menſis & frequentibus poculis. de Leg. 183. b. Super terræ tumulum noluit quid ſtatui niſi columellã, aut menſam, aut labellum. In Salluſt. 275. b. Tu omnium menſarum aſſecla.

Menſarius, rij. trapezita, argentarius. pro Fl. 155. a. Ciuitas in qua nummus moueri nullus poteſt ſine quinque prætoribus, tribus quæſtoribus, quatuor menſarijs.

Menſio, onis. dimenſio, menſura. Orat. 204. a. Aures uel animus, aurium nuncio, naturalem quandam in ſe continet uocum omnium menſionem.

Menſis, ſis. curſus lunæ. de N. 39. b. Lunæ curſus, qui quia menſa ſpacia conficiunt, menſes uocantur. de Leg. 181. a. Sed menſem credo extremũ anni ut ueteres februarium, ſic hic decembrem ſequebatur. Epiſt. 63. a. Omnino res tota in menſem ianuarium reiecta erat. contra Rul. 61. b. Auctio conſtituta in menſem ianuarij. Att. 1. b. Excurremus menſe Septembri legati ad Piſonem. pro Plan. 278. Ego menſe Decembri mei conſulatus omnium parricidarum tela commoui. Att. 91. a. Non Maij in Ciliciam cogitabam, ibi cum Iunium menſem conſumpſiſſem, Quintilem in reditu ponerẽ. I. A. 179. O præclaram illam percurſationem tuam menſe Aprili atque Maio. Att. 205. a. Illam diem negabãt eſſe menſe. I. V. 134. a. Cephaledi menſis eſt certus, quo menſe, &c. Et prodita die, qua die, &c. l. Dies. de N. 70. b. Anni primus menſis apud Aegyptios Thoyt uocatur. de Vn. 200. b. Menſis autem, quando luna luſtrato curſu ſuo ſolem conſecuta eſt.

Menſtruus, a, um. quod ad menſem unum durat. pro Q. R. 46. a. Aduerſaria ſunt menſtrua, tabulæ ſunt æternæ. & ibid. Qui tabulas conficiunt menſtruas penè rationes in eas transferunt. de Nat. 18. b. Solis annuam luſtrationem menſtruo ſpacio luna complet. de Fin. 112. b. Si ei qui iucundè uixerit annos decem, uita iucunda menſtrua addatur. I. V. 163. a. b. Menſtrua cibaria. de Leg. 179. a. In delubris cõmunibus textile, nec operoſius quàm mulieris opus menſtruum. de Inuen. 51. a. Cum alicuius annui, menſtrui, diurni, nocturniué ſpacij certa ſignificatione. de Finib. 112. b. Vita menſtrua, & uita decem annorum.

Menſura, ræ. modus. de Clar orat. 166. a. Heſiodus eadem menſura reddere iubet, qua acceperis, aut etiam cumulatiore, ſi poſsis. Off. 10. b. Ea quæ acceperis utẽda maiore menſura, ſi modo poſsis reddere, iubet Heſiodus. Att. 207. b. Αὐτῷ τῷ μέτρῳ καὶ λώϊον αἴ κε δύνηαι. Or. 203. a.





Quicquid ſub aurium menſuram aliquam cadit, numerus uocatur. de Vn. 200. b. Vt eſſet menſura quædam euidens, quæ in iſtis octo curſibus celeritates tarditateſq; declaret. At. 216. a. & Cæl. Epiſt. 123. b. De æſtimatione ut ſcribis, cum agere cœperimus, & ſi nihil ſcripſit niſi de agri modo.

Menta, tæ. herba nota. Ep. 140. b. Volo mentam puſillam ita appellare, ut rutilam, non licet.

Mente captus. delirus. I. C. 115. b. Hic quis poteſt eſſe tam auerſus à uero, tam mente captus, qui, &c. I. P. 89. b. Vecors, furioſus, mente captus, tragico illo Oreſte aut Athamante dementior. Off. 19. b. Falli, errare, decipi, labi tam dedecet, quàm delirare & mente eſſe captum.

Mentio, onis. ſermo, commemoratio, uſurpatio. I. V. 62. b. Caſu in eorum mentionem incidi. & 270. a. Mentione atq; uſurpatione ciuitatis mortis moram aſſequi. de Am. 45. b. Cum Scæuola in eam mentionem incidiſſet. pro S. R. 19. a. Eius rei mentio facta nõ eſt. pro Cæl. 50. b. Sed enim hæc facta illius clariſsimi uiri mentio mentem meam dolore impediuit. de Clar. 175. a. & 176. a. Et quoniam Stoicorum eſt facta mentio, Q. Cælius Tubero fuit, &c. Item: Non feciſſem hominis penè infimi mentionem, niſi, &c. I. P. 84. a. Tu etiam facis mentionem conſulatus tui? pro Clu. 32. b. Pecuniæ mentionem quandam inter iudices eſſe uerſatam. de L. 187. a. Demetrius ille de quo ſuprà feci mentionem. contra Rull. 88. a. De quo apud uos antè feci mentionem. Poſtquam. 200. a. Nunquam de C. Mario in ſenatu mentio facta eſt. Q. Fr. 313. a. De te à Sipilo mentio eſt honorifica facta. I. A. 168. a. Nunquam ab eo mentio de me niſi honorifica, niſi plena amiciſsimi deſiderij. Ep. 114. a. Mentio facta eſt de legione ea, quæ, &c. & ibi. & ad Her. 14. b. Sed non ſtatim ſub mentionem & conuicium obtrectatorum. ad Attic. 72. b. Nec tui mentionem intermitti ſinimus.

Mentior, iris. ementior, mendaciũ dico, orationis uanitatem adhibeo. pro Q. R. 52. b. Nam qui mentitur peierare conſueuit. de Nat. 29. In quibus rebus nihil unquam uetuſtas mentita ſit. Acad. 24. a. Si te mentiri dicis, idq; uerum dicis, mentiri uerum dicis. & Attic. 192. b. Mentiri in aliqua re. de Nat. 62. b. Præſertim cum iſti plurimis de rebus diuinis mentiantur. de Or. 125. b. De me autem nihil eſt cauſæ, cur mentiar. Acad. 4. b. Et de hoc quidem nihil mentiuntur. de Clar. 168. a. Conceſſum eſt Rhetoribus mentiri, ut, &c. pro Cluent. 30. b. Redargue me, ſi mentior. pro Planc. 274. b. Me quæ de Plancio dicerem, mentiri, & temporis cauſa fingere. de N. 37. a. Quæ ordine & ratione uacant, ea mentita & falſa plenáq; erroris ſunt. pro Dom. 223. a. Non modò non ementitus ſum autoritatem ſenatus, ſed etiam, &c. Poſtquam 203. a. Mihi in ſententia ſimpliciter referenda fides non deerit. Q. Fr. 292. b. Natura, frons, oculi, uultus perſæpe mentiũtur, oratio uerò ſæpiſsimè. Off. 30. b. Nihil enim proficiunt niſi admodum mentiãtur. In Sal. 272. a. Dabo operam ut in hunc minimè mentitus eſſe uidear.

Mentitio, onis. à mentior, ut uidetur: id eſt, mendaciũ. ad Heren. 16. b. Maturationes, mentitiones, &c. mentiones, aliter.

Mentor, oris. I. V. 208. b. l. Toreuma. At. 141. a. Vellẽ habere Homeri illam Mineruam ſimulatam Mentoris, cui dicerem, μέντορ, &c.

Mentula, læ. puſilla menta. l. Menta.

Mentum, ti, pars ſubiecta ori, à gula eminens, in qua barba. I. A. 251. b. Cum in gremijs Mimarũ mentem mentumq; deponeres. I. V. 222. a. Rictus ſimulachri Herculis ac mentum paulo attritius. de Or. 133. b. Teſtius in dicendo mentũ intorquens. I. P. 82. a. Altero ad mentũ depreſſo ſupercilio. Tuſ. 150. a. Mento ſummã aquam attingẽs ſiti enectus Tantalus. ad Her. 39. b. Hic, cui ſanè magna eſt in mento cicatrix. & ibi. Siniſtra mentum ſubleuare.

Meotis palus. contra Rul. 76. a. l. Palus. & Tuſ. 238. a.

Meracus, a, um. purum, ſine aqua. de N. 75. a. Vinum meracius ſumere.

Mercator, oris. negociator, uenalitius, frumentarius, homines negocia gerentes. In V. 31. a. Qui mercaturam facit. Or. 220. a. Diuitiæ quibus omnes Africanos multi uenalitij mercatoreſq; ſuperarunt. Poſtquam. 202. b. Mercatores prouinciarum, ac uenditores ueſtræ dignitatis. Off. 30. b. Sordidi etiam putandi qui mercantur à mercatoribus, ut ſtatim uendant.

Mercatura, ræ. nundinatio, negociatio. I. V. 250. a. Alij à prædonibus erant capti, cum mercaturas facerent. Parad. 124. b. Qui honeſtè rem quærunt mercaturis faciendis. contra Rul. 79. a. & de Fin. 146. a. Quæſtuoſiſsima emendi & uendendi mercatura. de N. 25. a. Non erit iſta amicitia, ſed mercatura quædam utilitatum ſuarum. Off. 30. b. Mercatura autem ſi tenuis eſt, ſordida putanda eſt: ſin magna & copioſa, multa undiq; apportans, multiſq; ſine uanitate impartiens, non eſt admodum uituperanda. Off. 53. b. Ad quos cum tanquam ad mercaturã bonarum artium profectus ſis, inanem redire turpiſsimum eſt.

Mercatus, tus. nundinæ, emporiũ. I. A. 161. b. Cum domi tuæ turpiſsimo mercatu omnia eſſent uenalia. de In. 63. b. Quidã proficiſcens ad mercatũ quendam, & ſecum aliquantum nummorũ ferens, &c. I. V. 155. a. Tanto mercatu prætoris indicto concurritur undiq; ad iſtum Syracuſas. I. A. 189. b. Earumq; rerũ omniũ Antonius domeſticum mercatũ inſtituit. Tuſ. 229. b. Pythagoras dixit ſimilẽ ſibi uideri uitã hominum & mercatũ eum, qui haberetur maximo ludorũ apparatu totius Græciæ celebritate. nam ut illic alij corporibus exercitatis gloriam & nobilitatem coronæ peterent, alij emendi aut uendendi quæſtu lucroq; ducerentur, eſſet autem quoddam genus eorum, qui, &c. item nos, &c.

Mercedula, læ. At. 207. a. Conſtituere mercedulas prædiorum. & de Or. 101. b.

Mercenarius, a, um. operarius, conductus cum mercede. )(. Gratuitus. Off. 30. a. Illiberales & ſordidi quæſtus mercenariorum omnium, quorum operæ, non quorum artes emuntur. de L. 165. b. Quid liberalitas gratuita ne eſt, an mercenaria? ſi ſine præmio benigna eſt, gratuita: ſi cum mercede, conducta. I. P. 90. a. Gabinius tribuit ſe mercenariũ comitẽ regi. pro Mil. 110 a. Trib. Pleb. Clodij mercenarius. Ep. 43. b. De mercenarijs teſtib. à ſuis ciuitatib. notandis, &c. I. V. 246. b. Audite decretũ mercenarij prætoris. pro Cec. 296. a. Si tuus ſeruus nullus fuerit, & omnes alieni ac mercenarij. pro Cl. 52. b. Ennius egẽs quidam mercenarius Oppianici. Off. 9. a. Vti ſeruis ut mercenarijs ad operã exigendã. pro Seſt. 21. a. Mercenarius meus. I. V. 98. b. Caput mercenario prooemio ornatum.

Merces, dis. penſio, præmium, preciũ, fructus. pro Ar. 191. b. Virtus nullam aliam mercedem laborum periculorumq; ſuorum deſiderat, præter hanc laudis & gloriæ. et Epiſt. 41. a. Tribuere mercedem laborum alicui. Ac. 24. b. Minam Diogeni reddet, hæc enim erat merces dialecticorum. de Orat. 128. a. Si quam gloriam peperi, ea non eſt æqua merces laboris & periculorum. pro Dom. 217. b.

Cum ab eo merces tui beneficij preciumq́; prouinciæ meo ſanguine tibi eſſet perſolutum. I.P.86.a. Quorum mens erat oppreſſa præmio, lingua aſtricta mercede. de D.99.b. Ne ars tanta propter tenuitatem hominum à religionis autoritate abduceretur ad mercedem atq; quæſtum. pro Mur.140.a. Si mercede conducti obuiam candidatis iſſent. I.V.245.b. Precio atq; mercede minuiſti maieſtatem reipub. & 258.a. Ab omnibus tu mercedem miſsionis acceperas. & 263. Mercedem funeris ac ſepulturæ conſtitui nefas eſſe. Att.287.b. Merces Antonij oppreſsi poſcitur, in Antonij locũ ſucceſsio. pro S.R.31.b. Mihi uideris Eruci una mercede duas res aſſequi uelle. & ibi. Accuſare eos à quibus mercedem accepiſti. Q.Fr.324.a. Magna nobis à te propoſita merces eſt. & 319.a. Id me ſcis antea tibi eſſe pollicitũ, quid nunc putas tanta abs te mihi mercede propoſita? de Fin.85.b. Probitas pr.emiorũ mercedibus euocata. de Fin.82.b. Vides igitur, ſi amicitiã emolumento metiare, ſummas familiaritates prædiorũ precioſorum mercede ſuperari. Ep.20.a. Numerare aliquid in loco mercedis uel beneficij. At.11.b. Noctes certarũ mulierũ pro mercedis cumulo fuerunt. I.V.164.b. Merces preciumq́; impudentiæ. I.V.106.a. Quantũ paucæ operæ & mercedes fabrorũ tulerũt. Tuſ.192.b. Nam iſtuc nihil dolere, non ſine magna mercede cõtingit immanitatis in animo, ſtuporis in corpore. de Or.95.a. Summus ille doctor Apollonius cùm mercede doceret, nõ patiebatur, &c. Ep.10.b. Tamẽ in moleſtia gaudeo, eandem fidem te cognoſcere hominũ non ita magna mercede, quàm ego maximo dolore cognouerã. I.A.162.a. Iam inuideo magiſtro tuo qui te tanta mercede, quanta iam proſeram, nihil ſapere docuit. I.A.163.b. At quanta merces rhetori data eſt? & ibi. Vt pro tanta mercede nihil ſapere diſceres. Att.197. Vt ſumptus huius peregrinatiõis accõmodet ad mercedes Argileti & Auentini. At.246.a. Velim quæras ad Erote, ubi mercedes inſularũ. & 247.b. Mercedes dotalium prædiorũ. pro Dom.219.a. Data eſt merces erroris mei magna. Tuſ.192.b. Hoc non ſine magna mercede tibi contingit. de Am.111.a. Ipſe ſe quiſque diligit, non ut aliquam à ſeipſo mercedẽ exigat charitatis ſuæ. Off.30.b. Eſt enim in illis ipſa merces autoramentum ſeruitutis. I.V.173.b. Vt ſi quis uillicus ex eo fundo, cui HS. dena merces eſſet, exciſis arboribus ac uenditis, &c.

Mercor, aris. nundinor, emo. I.V.133.a. Ab iſto & præco ſenatorium ordinem precio mercatus eſt, & pueri ſenatorium nomẽ nundinati ſunt. pro Fl.156.a. Is fundum Romæ mercatus eſt de pupillo. & Ep.105.b. Si ea mercatus eſſes quæ uolueram. Off.30.b. Sordidi etiam putandi, qui mercantur à mercatoribus, quod ſtatim uendant. pro S.R.40.b. Mercari aliquam rem magno precio. I.V.143.a. Mercari aliquid ab aliquo. At.137.b. Ego uerò hæc officia mercanda uita puto.

Mercurialis, lis. Q.Fr.312.a. Capitolini & Mercuriales: id eſt, ſacerdotes, uel augures.

Mercurius, rij. Hermes. de N.79.b. Mercurius unus Cœlo patre, Die matre natus. & ibi de Mercurijs multa. de N.36.b. Mercurij ſtella, quæ ϛίλβων à Græcis dicitur, anno ferè uertente ſigniferum luſtrat orbem, neque à ſole longius unquã unius ſigni interuallo diſcedit. de Vn.200.a. Lucifer & ſancta Mercurij ſtella. de Som.128.a. Mercurij curſus: id eſt, ſtella.

Mereo, res. & mereor, eris. cõmereo, promereor, lucror, talẽ te putas ut iure lauderis. I.V.64.a. Iniurias ferẽdo maiorẽ laudem quàm ulciſcendo merere. de Or.105.a.



Reſpondit ſe meruiſſe ut maximis honoribus decoraretur I.C.105.a. Si illum ut erat meritus morte mulctaſſem. I.C.118.a. Dij omnibus pro eo ac merentur, gratiam referũt. Q.Fr.528.b. Ciceronem & ut rogas amo, & ut meretur, & ut debeo. Or.284.b. Ad liberos, qui nihil meruerunt, pœna parentũ peruenit. pro S.R.52.b. Alicui fructũ quẽ meruit, retribuere. Ep.154.a. Fac ualeas, dignitatẽq; meã ſi mereor, tuearis. At.139.a. Et ſi hoc ſæpe facturus ſum, ita de me mereris. pro Seſt.7.a. Mereri de aliquo: id eſt, bene mereri. I.V.160.a. Malè mereri de aliquo. de Am.113.a. Multo melius de quibuſdam acerbos inimicos mereri quàm eos amicos, qui, &c. Or.213.a. Eam quã benemeritã eſſe autumas, dicis malè mereri. At.156.b. Cum cogito me de rep. meruiſſe optimè. Poſtquã.202.b. Vobis, qui de me optimè meriti eſtis gratiã referã. pro Dom.225.a. An tribus proſcriptionẽ in me, ita de ſua ſalute meritò cõprobaſſent. Ac.44.a. Tu uerò bene etiã mériturus mihi uideris de tuis ciuibus. I.A.200.a. Honores benè de rep. meritorum & merentiũ. Tuſ.229.a. Philoſophia optimè de hominũ eſt uita merita. Ep.189.a. Ac uelim ut de repub. meremus, ſic felices ſimus. Ep.204.a. A te peto, ut ita de rep. mereare, &c. pro Font.277.a. Optimè de ſocijs meritum eſſe. de Cl.188.a. Bene de aliquo meritũ eſſe. Ep.16.b. Lætor te de me eſſe optimè meritum. pro Mil.121.a. Male mereri de aliquo. de L.190.b. Pernicioſè merentur de repub. uicioſi principes. At.98.b. Pompeius erat de me optimè meritus. Att.140.a. Ita meruiſſe illum de me puto, ut ἀχαριςίας crimẽ ſubire nõ audeã. I.A.183.a. Opto ut ita cuiq; eueniat, ut de rep. quiſq; mereatur. pro Mil.119.b. Stet hæc urbs præclara, quoquo modo merita de me erit.

Mereri. militare. pro Cæl.39.a. Mereri ſtipẽdia. pro Mur.126.b. Murena adoleſcens patre ſuo imperatore meruit. pro Rab.94.b. P. Seruilius, quo tu imperatore Labiene meruiſti. I.V.268.b. Clamabat ſe meruiſſe cum L. Prætio. pro Mur.126.b. Meruiſſe ſtipendia in bello. I.A.156.b. Qui equo meruiſſet. de Or.132.b. Aſellus merens ſtipendia. pro Q.R.49.b. Nam illa membra merere per ſe non amplius poſſunt, duodecim æris. pro Q.R.48.b. Roſcius HS.CCCLIII. merere & potuit & debuit. de N.14.b. Quid enim mereas, ut Epicurus eſſe deſinas? de Fin.80.a. Quid enim mereri uelis iã cum magiſtratum inieris, &c. quid merearis igitur, ut te dicas, etc. I.V.231.a. Quid arbitramini Rhegynos mereri uelle, ut ab ijs marmorea Venus illa ne auferatur? aliter, nolle.

Meretricius, a, um. pro Cæl.43.a. Cur te in iſtam uicinitatem meretriciã contuliſti. & 37.b. Aliquẽ meretricijs opibus accuſari. pro Cæl.46.b. Meretricia uita. I.A.169.a. Meretricius quæſtus.

Meretrix, cis. ſcortum, lupa, mulier uulgata omnibus, quæ ſe omnibus peruulgat, quæ domum ſuam pateſecit omnium cupiditati. pro Dom.235.b. Tanagræa quædam meretrix fuiſſe dicitur. pro Cæl.47.b. Vt non ſolùm meretrix, ſed procax etiam uideatur. Item Lais & Citheris meretrices.

Meretricula, læ. de Nat.19.a. Sed meretricula etiam Leontinum contra Theophraſtum ſcribere auſa eſt? I.V.154.a. Non à patre ei traditi, ſed à meretricula cõmẽdati

Mergo, gis. immergo. de N.51.a. Aues quæ ſe in mari mergũt & emergũt. de N.27.b. Mergere aliquẽ in aquã. In Arat. Mergitur unda delphinus. de D.136.b. De noſtris ſomnijs quid habemus dicere? tu de merſo me & equo ad ripam, ego, &c.

Meridianus, a, um. de Or.144.a. Omne illud meridianum



num tempus Craſſum in attentiſsima cura poſuiſſe.

Meridiatio, onis. meridianus ſomnus. de D.137.b. Nunc quidem propter intermiſsionem forenſis operæ, & lucubrationes detraxi, & meridiationes addidi, quibus uti antea non ſolebam.

Meridies, ei. Or.212.a. Meridiem dixerunt, non medidiem, credo quod erat inſuauius. de N.35.b. Sol curſum inflectit tum ad ſeptentriones, tum ad meridiem. de D.87.a. Qui ad meridiem ſpectans in uinea media dicitur conſtitiſſe. Tuſ.176.b. Cum ante meridiem dictioni operam dediſſemus, poſt meridiem in Academiam deſcendimus. Att.5.b. & de Or.142.b. Eo ipſo die poſt meridiem. Att.56.b. Milo permanſit ad meridiem. & 220.a. Hodie Antij, cras ante meridiem domi. Q.Fr.317.a. Ego eodem die poſt meridiem Vatinium aderam defenſurus. At.1.a. Si iudicatum erit meridie nõ liquere. & de Or.144.a. Igitur ante meridiem diſceſſerunt.

Meritò. iure, optimo iure. Off.22.b. I.V.271.a. Et merito & iure commouebamur. & de Or.105.a. Scæuolam omnes amare meritiſsimò debemus. I.C.113.b. Deinde prætores meritò ac iure laudantur. Antequam.292.b. Iure et meritò poſſum, &c.

Merito, as. I.V.173.b. Vt ſi quis uillicus ex eo fundo qui HS. dena meritaſſet, exciſis arboribus ac uenditis, &c. Domino XX. millia nummûm pro X miſerit. uereor ne ſit mendoſus locus. l. Merces in extremo.

Meritorius, a, um. impudicus. I.A.180.a. Pueri ingenui cũ meritorijs, ſcorta inter matresfamilias uerſabãtur.

Meritum, ti. promeritum, beneficium. Ep.9.b. Re quidem ipſa ideo mihi non ſatisfacio, quod nullam partẽ tuorum meritorũ non modò referenda, ſed ne cogitanda quidem gratia conſequi poſſum. & 2.a. Tanta enim magnitudo eſt tuorum erga me meritorum, ut, &c. I.A.191.a. Vt pro tantis eorum in rempub. meritis honores eis habeantur, gratiæq; referãtur. & Or.209.a. De ſuis in remp. meritis dicere. Item: Magna eius in me non dico officia, uel merita potius. Ep.159.a. Tu cuius ille tanta merita habet, quanta nemo præter me. de Am.101.a. Dare & recipere merita. I.A.136.a. Propter eorum diuinum & immortale meritum. I.C.114.a. Atq; etiã ſupplicatio dijs immortalibus pro ſingulari eorum merito, meo nomine decreta eſt. I.A.188.a. Meritoq; ueſtro maximas gratias uobis omnes & agere, & habere debemus. Att.74.a. Apud Patronem te in maxima gratia poſui, & Hercule merito tuo feci. Epiſt.233.a.b. Piſonem noſtrum merito eius amo plurimum. pro Seſt.11.a. C. Cæſar, qui à me nullo meo merito alienus eſſe debebat. de L.173.a. Olli, quos in cœlũ merita uocauerunt, Hercules, Liber.

Meritus, a, ũ. debitus, iuſtus. de Or.127.b. Aliquã iracundiam non iniuſtam, ſed meritam ac debitam fuiſſe defendere. de Or.144.a. Alicui debitam gratiam meritamq́; referre. pro Mil.113. Vobis ille ſeram quidem, ſed iuſtam & debitã pœnam perſoluit. pro Dom 220.b. Imberbis adoleſcentulus, bene ualens & meritus.

Merula, læ. auis ſolitaria. de Finib.134.b. Euolare merulas.

Merus, a, um. ſolus, purus, liquidus. At.16.a. Non homo, ſed litus atq; aer & ſolitudo mera. de N.79.a. Vehementius inuentus es in meram Stoicorum rationẽ. At.59.a. Cherippus mera monſtra nunciarat. At.150.a. Dolobella ſuis literis merũ bellum loquitur. At.93.a. Meræ nugæ. At.147.a. Meræ proſcriptiones, meri Sullæ.

Merx, cis. res uenalis. pro Pomp.14.b. Inſula Delos,



quò omnes undiq; cum mercibus atq; oneribus commeabant. I.V.31.a. Cum te non cuſtodem ad continendas, ſed portiorem ad partiendas merces miſſum putares. pro R.P.129.a. Fallaces & fucoſæ merces chartis & linteis & uitro delatæ. de In.81.b. Ille cuius merces erãt, in gladium incubuit.

Meſopotamia, miæ. de N.52.b. Meſopotamiam fertilem efficit Euphrates, in quam quotannis quaſi nouos agros inuehit.

Meſſana. ciuitas. I.V.81.b.

Meſsis, ſis. de Or.106.b. Nemo ignorat quid ſit ſementis ac meſsis, quid arborum putatio ac uitium. At.82.a. Fames tum erat in hac mea Aſia, meſsis enim nulla fuerat. Sementa prohibita & meſſe amiſſa. l. Sementis. Parad.125.a. Qui cædes municipiorum, qui illam Syllani temporis meſſem recordaretur.

Meſſor, oris. de Or.147.a. Non mihi oratores antiquos, ſed meſſores uideris imitari.

Meſſorius, a, um. pro Seſt.21.a. Gracchus meſſoria ſe corbe contexit.

Met. particula. pro Mar.133.a. Cæſar memet mihi reddidit. de Or.149.b. Non de memet ipſo, ſed de oratore dico. de Or.145.a. Quanquam memet mei pœnitet. contra Rul.66.a. Memet ipſum. & pro Cæl.42.b. Propterea quod egomet, &c. At.4.b. Nobismetipſis tum deniq; cùm illò uenimus placemus. de N.37.b. Vt noſmetipſi qui animis mouemur & ſenſibus. & 69.a. & Epiſt.45.b. Nobiſmetipſis.

Meta, tæ. conus, terminus. de D.112.a. Vmbra terræ, quæ eſt meta noctis. pro Cæl.43.a.b. In hoc flexu quaſi ætatis, fama adoleſcentis paulum hæſit ad metas, notitia noua mulieris, &c.

Metapontum. Italiæ oppidum. de Fin.125.a.

Metator, oris. I.A.233.a. Saxa caſtrorum antea metator, nunc, ut ſperat, urbis. & 260.a. Saxa peritus metator & callidus, urbẽ iã decẽpeda ſua diuiſerat. l. Decẽpedator.

Metendus, da. Tuſc.203.b. Vita omnibus metenda, ut fruges. Poetæ.

Methymnæus, a. Tuſ.139.b. Arion Methymnæus.

Metior, ris. dimetior, permetior, pondero, deſinio, dirigo, deſcribo norma, regula. I.V.191.b. Coge ut ad aquã tibi Ennenſes frumentum metiantur. & Ep.137.a. Venientem agrũ metiuntur. de N.6.a. Aeternitas, quã nulla temporis circunſcriptio metitur. Off.31.b. Etiam ſi metiri ſe mundi magnitudinem poſſe putet. Ac.32.b. Nec affirmabunt ſignum illud ſi menſi erunt, ſex pedum eſſe. I.V.193.a. Metiri numos: id eſt, numerare. de N.39.b. Menſes, quia menſa ſpacia conficiunt, nominantur. Parad.124.b. Ex eo quantum cuiq; ſat eſt, metiuntur homines diuitiarum modum. I.A.181.b. Tu omnia quæſtu tuo, non Cæſaris dignitate metiris. Am.99.b. Iam uirtutem ex conſuetudine uitæ ſermoniſq; noſtri interpretemur, nec metiamur eam, ut quidam indocti, uerborum magnificentia. Parad.119.a. Nec enim peccata rerum euentu, ſed uicijs hominum metienda ſunt. de Or.148.b. Ii qui nunc uoluptate omnia metiuntur. Q.Frat.318. Seſe autem menſum pedibus aiebat paſſuum IIII.M. & ibid. Sum ipſe menſus ab eo ponticulo, qui, &c. Off.2.a. Qui ſummum bonum ſuis commodis, non honeſtate metitur. Off.22.b. Studia noſtra naturæ regula metiamur. Off.55.b. Qui omnia metiuntur emolumentis & cõmodis. de Or.160.a. Quod metiri poſſumus interuallis æqualibus. Or.216.a. Pedes non ſyllabis, ſed interuallis metiendos eſſe. Orat.219.b. Sonantia omnia,

quæ

quæ metiri auribus poſſumus.Cæl.Ep.116.a.Curio legem uiariam & alimentariam,quas lubet ædiles metiri,iactauit.de Opt.243.b.Vim eloquentiæ non rei natura,ſed facultate metiri.Orat.199.a.Eloquentiamq́; ipſius uiribus, non imbecillitate ſua metiantur. de Sen.86.b. Neq; enim ipſorum conuiuiorum delectationes corporis uoluptatibus magis quam cœtu amicorum & ſermonibus metiebar. I.P.94.a.Epicurei omnes res, quæ ſunt homini expetendæ,uoluptate metiuntur. Tuſc.246.b.Obſcœnas uoluptates non genere aut loco aut ordine,ſed forma, ætate & figura metiendas putant.Tuſcul 168.a. Patriæ charitatem non ſenſu noſtro,ſed ſalute ipſius patriæ metiri. & de Finib. 82.b. Metiri amicitiam ſua ipſius amicitiæ charitate. Epiſt.101.b. & de Finib.76.b. Metiri omnia ſua uoluptate.de Fin.79.b.Dirigere omnia uoluptate. I.A. 245. b.Totum huiuſce rei conſiliũ non periculo meo,ſed utilitate reip.metiar.de Or.85.b.Clarorum hominum ſcientiam rerum geſtarum magnitudine metiri : id eſt, æſtimare & ſpectare.At.128.b.Ego qui omnia officio metior. de Or. 139.b.Pecuniæ fructũ utilitate metimur. Ep.145.b.Fidelitas,quam ego ex mea conſcientia metior.

Meto,tis.demeto.de Or.133.a. Vt ſementem feceris, ita metes. Antequam.192.b. Serere beneficium ut metere poßis fructum.

Metor,aris.Ep.154.b.Sed certè niſi uno loco metaremur,magnum periculum ipſe Lepidus,&c.Planci.

Metonymia.figura,quæ et immutatio et traductio appellatur.l.Hypallage.

Metuendus,a,um.de Ar.258.b.Quædam multæ metuendæq́; res.

Metuo,tuis.timeo,horreo,in metu ſum, in metu pono,metũ habeo.pro S.R.20.a.Supplicia,quæ à uobis pro maleficijs ſuis metuere atq; horrere debent. At.157.a.Frater meus non tam de ſua quàm de mea uita metuit.At.110 a.Metuere omnia ab aliquo.Ep.63.a.Metuere inſidias ab aliquo. Ep.5.a.Quanquam omnia ſunt metuenda,nihil magis q̃ perfidiã timemus.ad Her.11.b. Ab inimico ſibi periculũ metuebat.con.Rul.68.b.Quãto in metu fuerimus.

Metus,tus.timor,formido,ſuſpicio. Off.37 a.Malus cuſtos diuturnitatis metus.& Tuſc.226.b.Metus eſt expectatio mali.Tuſ.238.b.Eſt enim metus,futuræ ægritudinis ſolicita recordatio. Antequã.197.a.Reſpub.metu eſt debilitata ſeruili. et I.C.101.a.Patria tota in metu eſt propter te unũ. Tuſc.223.b. Aegritudini finitimus eſt metus.eſt enim metus,ut ægritudo præſentis,ſic ille futuri mali: itaq; nonnulli metum præmoleſtiam appellabãt,quòd eſt quaſi dux conſequentis moleſtiæ.Ep.120.a.Ego quidem præcipuum metum,quod ad te attinebat,habui,qui ſcirẽ. pro Pom.6.b.Prouincia à metu calamitatis eſt defendenda. contra Rull.65.a.Ciuitas ſolita ſuſpicione,ſuſpenſa metu. Ep.113.b.Incutere metum alicui. I.V.135.b. Afferre metum.)(.Oſtendere ſpem. Att.236.a.& Top.225.b.Quid autem abſurdius hunc metuere,alterum in metu non ponere?id eſt,alterum non metuere.de Or.95.a.Fractus & debilitatus metu.de Fin.131.b. Refugit ſanguis metu. pro Seſt.24.a. Quem neq; periculi tempeſtas, neq; honoris aura potuit unquã de ſuo curſu,aut ſpe,aut metu dimouere. Attic.136.a.Hunc metuere, alterum in metu ponere.

Meus, a, um.de Ar.253.a.Aruſpicum uerba ſunt omnia,nihil addo de meo. pro Cecin.288.b.Eſſe in poſſeſſione bonorum.de Fat.140.b.Vtriuſq; ſtudij mea poſſeſſio eſt. de Leg.273.a. Quod quidem ego facerem, niſi planè eſſe uellem meus.

Mico,as.uibro.de N.30.b.Iam uerò uenæ & arteriæ micare non deſinunt.de D.102.a.Et uaria grauiter ceruice micantem.de N.47.b.Stella micans radijs,&c. de D. 84.a.Concurſusq́; grauis ſtellarum ardore micantes. Off. 67.b. Cum fidem alicuius bonitatemq́; laudant, dignum eſſe dicunt,qui cum in tenebris mices. de D.126.a. Quid enim ſors eſt?idem propemodum quod micare, quod talos iacere,quod teſſeras.

Migratio,onis.loci mutatio,diſceſſus.Tuſc.154.a.& pro Cæl.41.a & Ep.130.a.&Tuſ.169.b.Mors & quaſi migratio commutatioq́; uitæ.

Migro,as.aliò ad habitandum eo,ſolum uerto uel muto. At.225.b.Itaq; nõ ſolùm inquilini,ſed mures etiam migrauerunt. & Epiſt.106.b. Deinde ut migrare tantopere feſtines. Tuſc.165.b. Video te alta ſpectare,& uelle in cœlum migrare.de D.82.a.Credo ne communi iure migrare uideatur. At.226.a.Migrare, ſolum uertere. Τὴν πρὸ γῆς ἐλαύνεσθαι. Sedem omnium rerum & fortunarũ ſuarum alicubi collocare. de Somn.126.b.& de L.181.a. Ex hac uita migrare. de Fin.61.b.& 103.a. Migrare de uita.)(.Manere in uita.

Migrare.tranſgredi,tranſilire,tranſire,non ſeruare, infringere. Off.7.a.Quæ pertinent & ad ueritatem,& ad fidem,ea migrare interdum,& non ſeruare,ſit iuſtum. de Fin.104.b.Qui ius conſeruat,iuſtus,qui migrat, iniuſtus eſt.de L.186.a.Quod quis earum rerũ migraßit,noxiæ pœna par eſto:id eſt,migrauerit.

Mihi.de Or.99.a.Tu mihi cum in circulo decipiare aduerſarij ſtipulatiuncula,ego tibi ullam cauſam maiorẽ cõmittendam putẽ? I.V.93.a.Tu mihi,cum in prouincia tam malè te geſſeris,hic tibi perfugiũ ſperes futurũ?Tuſc. 206.b.Hic mihi afferunt,mediocritates,quæ, &c.de Or. 116.b.Sit enim mihi tinctus literis,&c. de Ar.249.b. Is mihi etiã generis ſui mentionẽ facit.I.P.79.b. Is mihi etiã gloriabitur,ſe omnes magiſtratus ſine repulſa aſſecutum. I.V.107.b.Is mihi etiã queritur.& 113.b.Tu mihi ita defendas?I.A.157.b.Quas tu mihi interceßiones inquis?pro Mur.127.a.Tu mihi id arripis,quod,&c.I.C.105.a.Tongillum mihi eduxit,quem,&c.pro Cl.41.a.Quid mihi damnatos ambitus colligitis?de Som.128.b.Nouem tibi orbibus connexa ſunt omnia.

Miles,tis. pro Pomp.9.a. Pompeius extrema pueritia miles fuit ſummi Imperatoris.pro Cor.64.b.C.Marius P.Africani diſcipulus ac miles. pro Cluent. 44.a. Miles,qui locum non tenuit,qui hoſtium impetum uimq́; pertimuit.Ep.32.a.Sic intellexeram,permultos à te milites eſſe dimiſſos.pro Cec.296.b.Tanquam ſi arma militis inſpiciunda ſint. pro Cec.304.a.Iam populus cum eum uendidit,qui miles factus non eſt, non adimit ei libertatẽ, ſed iudicat non eſſe eum liberum,qui ut liber ſit adire periculum noluit.I.A.238.b.Tyrones milites.)(.Veterani milites. Ep.165.a.Miles legionarius, & miles auxiliarius. pro Flac.147.b. Fortißimus miles.I.A.213.b.Qui uicinos ſuos cohortatus eſt, ut milites fierẽt.& 215.a. Vt milites fiant ſine ui,ſine tumultus ſtudio,& uoluntate. pro Deiot.149.a.Hic adoleſcens meus in Cilicia miles, in Græcia commilito fuit.

Mileſius,a,um.pro Cl.24.a.Memoria teneo,Mileſiam quandam mulierem,&c.de N.25.a.Mileſij uani. Itẽ: Hæc ſunt patria Democriti quàm Democrito uaniora:id eſt,inania & fabuloſa.

Miletus,ti.urbs.I.V.94.a.

Militaris,re.bellicus,caſtrenſis.pro Cæl.39.b.Eadem erat,



erat ſi mereri ſtipendia cœperamus,caſtrenſis ratio et militaris.pro Mur.129.a.Rei militaris uirtus præſtat cæteris omnibus. de D.124.a.b.Rem bellicam adminiſtrare. pro Mur.129.a.Omnia latent in tutela ac præſidio bellicæ uirtutis. Off.13.a.Statuas uidemus ornatu ferè militari.pro Fl.*.Cum per leges militares effugere liceret iniquitatem tribuni.pro Pom.9.a.Scientia rei militaris. & de Or.95.b. Rem militarem diſcere. & pro Mur.126.b. Militaris labor. Ep.142.a.Pyrrhi & Cineæ libri de re militari.pro Clu.38.a.Tribuni militaris.&I.C.107.b.Signa militaria.

Militia,tiæ.res militaris,bellum. pro Pom.9.a.Pompeius ad patris exercitum atq; in militiæ diſciplinam profectus eſt.de Or.155.a.Illi & domi & militiæ fidem ſuam præſtabant.Tuſc.239.a.Quorum uirtus fuerat domi militiæq́; cognita. Off.8.b. Secundo aliquem obligare militiæ ſacramento,quia priore amiſſo iure pugnare cum hoſtibus non poßit.Off.71.b.Vlyſſes ſimulatione inſaniæ militiam ſubterfugere uoluit.

Milito,as.mereo,ſtipendia mereor,ſtipendia in bello mereo.Off.8.a.Pompilius Imperator tenebat prouinciã, in cuius exercitu Catonis filius tyro militabat.

Mille.I.V.193.b.Qui mille modiũ dediſſet, HSVIII. millia dare coactus eſt. At.111.b.Scutorum in ludo M.fuerunt.Att.66.b. Septa cingemus excelſa porticu, ut mille paſſuum conficiatur.pro R.P.127.b. Mille talentûm acceßionem eſſe factam.ad Her.23.a. Imagines mille uerborum. Ep.149.a.Mille equites uia breuiore præmißi.pro Clu.36.a.Quadraginta iſtorum acceßio millium quid ualet?pro Seſt.9.a. Edixitq́;,ut ab urbe abeſſet mille paſſus. pro Q.14.b.Septingenta millia paſſuum. I.V.186.a.Sexaginta millia modiûm tritici. pro Cl.31.b.Sexaginta millia nummum.de N.20.b.Sexcenta millia mundorum.I.V. 119.b.Hæreditas HS.quingentorum millium. Off.48.b. Non eſſe in ciuitate duo millia hominum, qui rem haberent. pro R.P.127.b. Vndecim millia talentûm ad Gabinium peruenerunt.pro Dom.224.b.Quid illa tot fortiſſimorum uirorum millia. pro Clu.33.a.& 35.a.HS.quadraginta millia nummum in ſingulos iudices diſtributa. Att.138.a.Hic numerus eſt hominum mille XXX. I.V. 165.a.Coguntur dare tritici modios MMMDC.& 166. a.Tritici modios quinq; millia.pro R.P.128.a. Quibus ſupercilijs renuentes huic decem millium crimini. pro Clu. 22.a.Is filio XL.millia legauit.pro Cl.32.a.Seſtertia ſexcenta quadraginta millia. pro R.P.125.b. Quid uociferabare decem millia talenta Gabinio eſſe promiſſa.Ep.162. a.Nam ei obuiam proceſſeram millia paſſus centum. I.V. 136.a.Hæc denaria XXXIX.millia.I.A.208.a.Quis unquam in illo Iano inuentus eſt qui L.Antonio mille nummum ferret expenſum? I.A.260.b. Si quis mille aut duo millia occidiſſet.pro Mil.111.a.Quo in fundo facilè mille hominum uerſaretur. Off 70.b.An emat denario quod ſit mille denariûm?

Milleſimus,a,um.de Fat.142.b.& At.24.b.Neq; neceſſe fuit Cypſellum regnare Corinthi,quanquam id milleſimo antè anno Apollinis oraculo editum eſſet. & Att. 187.a.Milleſima pars.

Milliare,ris.milliarium.At.84.a. Accepi literas tuas ad quintum milliare.

Milliariũ,rij.milliare,millium,mille paſſus. de Clar. 169.a.Cum plebs prope ripam Anienis ad III.milliariũ conſediſſet. At.122.a.Poſtea audiui à tertio milliario tum eum iſſe,&c.At.123.b. Si quidem etiam nos duos tales ad quintum milliarium.

Millies.At.225.b.Mori millies præſtitit quàm hæc pati. & 108.b.Potius mori millies quàm iſtiuſmodi quicquã cogitare.pro Rab.93.a.Sed moreretur prius acerbißima morte millies Gracchus,quàm,&c.

Millium,lij.milliarium,milliare,mille paſſus.At.40. b.Rogatio confecta eſt,ut mihi ultra quadringenta millia liceat eſſe.pro Cec.290.a. Is non auſus eſt dicere quot millia fundus ſuus abeſſet ab urbe. nam cũ dixiſſet minus abeſſe LIII.populus cum riſu acclamauit,ipſa eſſe.Cæſ.120 a.Quod oppidum à Corſinio ſeptem millium interuallo abeſt.pro Cl.23.a. Thennum abeſt à Larino XVIII.millia paſſuum.At.256.b.Erat enim Brutus citra Veliã millia paſſuum III. I.A.206. Dum ne exercitum propius urbem Romam CC.Mil.admoueret. & ibid. Iterum CC Mil.I.A.215.b.Ne propius urbem millia paſſuum ducenta exercitum admouerit.

Milonianus,a,um.Or.212.a.In Miloniana,&c.

Miluinus,a,um. Q.Fr.300.b.Licinius plagiarius cum ſuo pullo miluino.

Miluius pons.aliàs Miluinus.At.216.a.

Miluus,ui.auis rapax,pullis gallinarum inſidians. de N.51.a. Miluo eſt quoddam bellum naturale cum coruo.

Mima, mæ. mulieris nomen. I.V.166.a. I.A.171. 172.173.

Milyades.pop.I.V.95.

Mimicus,a,ũ.obſcœnus.de Or.131.a.Vitandũ eſt utrũque oratori,ne aut ſcurrilis iocus ſit aut mimicus.I.P.191

Mimula,læ. pro Pl.265.a.& I.A.172.a.Raptam eſſe mimulam.

Mimus,mi.qui dicta factáq; aliorũ & geſtus quadam cum laſciuia et obſcœnitate imitatur.quod ſi quis idipſum uerſibus faciat,& is poeta mimus erit,et uerſus quoq; mimi dicentur.de Or.131.a.Mimorum eſt enim ethologorũ, ſi nimia eſt imitatio,ſicut obſcœnitas. de Or.133.a. Tutor mimus uetus,oppido ridiculus. pro Cæl.51.b.Mimi ergo eſt etiam exitus non fabulæ,in quo cum clauſula non inuenitur,fugit aliquis è manibus,deinde ſcabella concrepant, auleum tollitur. I.A.233.a.Quorum alter commentatus eſt mimos,alter egit tragœdiam.I.A.173.a.Perſona de mimo modò egens,repentè diues. I.V.165 a.Tertia Iſidori Mimi filia.I.A.164.a. Vxor Mima.I.A.179.b.Mimos dico,& mimas in agro Campano collocatos.

Mina, næ. libra æris eſt, & pondo apud Romanos. nam hæc tria idem ſunt. Continet aũt mina drachmas centũ.ualet hodie aureis nummis decem. Off. 44.b. Si emere aquæ ſextariũ mina cogetur, hoc primo auditu omnibus incredibile uideretur. Acad.24.b.Si rectè cõcluſit, teneo: ſi uicioſè,minam Diogeni reddet,ab eo enim Dialecticam didicerat.hæc enim erat merces Dialecticorũ. Tuſc.246. a.Quos cum triſtiores uidißet,XXX. minas accepit, ne aſpernari regis liberalitatem uideretur. nam allata fuerant ei talenta L. de L.173.b. A' Platone funerũ ſumptus præfinitur ex cenſibus,à minis quinq; ad minam.

Minaciter.minis,aſperè.de Or.92.b. Aduerſarios minaciter terrere poßumus.& Ep.169.a.Minaciter agere. I.A.198.b. Num putatis dixiße eum minacius quàm facturum fuiße?

Minæ,arum.minatio,comminatio, terror, terrores, terror uerborũ.)(.Blãditiæ.At.33.b.Minæ quæ mihi proponũtur,modicè me tangunt.de Or.106.b. Virtutẽ inſtituendo ac perſuadendo,nõ minis & ui ac metu tradi. pro Font.281.a. Alicuius minis ac terrore commoueri.& pro Mur.

Mur.134.b.Accuſandi terrores ac minæ.pro Q.80.a.Minas iactare,pericula intendere,formidines opponere.contra Rull.74.a.Terrorem damnationis & minas quanti uolet æſtimabit.de Ar.243.b.Is ſe è curia repentè proripuit cum quibuſdã fractis iam atq; inanibus minis,& cum illius Piſoniani temporis terroribus. pro Font.280.b. Hi contrà uagantur erecti paſſim toto foro cum quibuſdam, minis & barbaro atq; immani terrore. pro Cl.22.b.Clamore & minis aliquem inſequi.

Minatio,onis.comminatio.de Or.135.b.Execrationes, admirationes, minationes.

Minax,cis.horrificus. Ep.260.a. Cæſar minaces & acerbas literas ad ſenatum miſit.pro Fon.281.a. Induciomarus iſte minax atq; arrogans.

Minerua,uæ.Pallas.de N.39.b.Minerua autem dicta quæ uel minuit uel minatur.& 71.b.Mineruæ plures. de N.70.a.Minerua quam principem & inuentricem belli ferunt. & 70.b.Ex Vulcano & Minerua Apollo natus. pro Dom.131.b.Minerua ſoror Iouis. Antequam.196.b. Tritonia armipotẽs,Gorgona,Pallas,Minerua. de N.21. b.Minerua galeata.pro Dom.242.b.Minerua cuſtos urbis.de Leg.178.b.Nos illam cuſtodem urbis ex noſtra domo in ipſius patris domum detulimus. Parad.116.b.Non enim eſt tale,ut in arce poni poſſit,quaſi illa Minerua Phidiæ.Sal.in Cic.271.b.Quẽ Minerua omnes artes edocuit. Ep.198.a.& 30.b.Cauſam tuam egi non inuita Minerua. etenim eo ipſo die ſenatus decreuit, ut Minerua noſtra cuſtos urbis,quam turbo deiecerat,reſtitueretur. de Am.99.a.Agamus igitur pingui Minerua,ut aiunt.Off. 22.b.Nihil decet inuita(ut aiunt) Minerua: id eſt, aduerſante & repugnante natura. Epiſt.138.a.Et ſi ſus Mineruam. Acad.42.b. Nam & ſi non ſus Mineruam (ut aiunt) tamen ineptè quiſque Mineruam docet. Att.140. b.Hic ego uellem habere Homeri illam Mineruam ſimulatam Mentoris.de Cl.188.b.Mineruæ ſignum ex ebore pulcherrimum Phidiæ.

Miniatulus,a,um.At.258.a.Cærulas enim tuas miniatulas illas extimeſcebam.

Miniatus,ta,tum.ruber.hinc miniatulus. Att.245.a. Me ad συντάξεις dedi,quæ quidem uereor ne miniata cerula tua pluribus locis notandæ ſint.

Minimè.minimum,minimè omnium.)(.Quippe.Or. 219.a.de Clar.183.a.Sed mihi placebat Pomponius maxime,uel dicam minime diſplicebat.de Fin.49.b.Sic iſti curioſi,quos offendit noſter minime nobis iniucũdus labor. At.14.b.Te alia minimè reprehendenda ratio ad honeſtũ ocium duxit.de Cl.193.a.Minimè uulgare genus dicendi. de Or.94.a.Hoc ego præſente ineptus eſſe minime uellem. Off.59.b. Philoſophi quidam minime mali illi quidem,ſed non ſatis acuti. pro S.R.37.a.Hoc minimè uidetur graue iis,qui minime ipſi leues ſunt. I.V.229.b.Vidi uos in hoc non minime cum teſtes dicerent,commoueri. de Orat.138.b. Eſt id in totam orationem confundendum, nec minime in extremam.

Minimum.)(.Plurimũ.Or.205.b.Hoc in genere neruorum eſt uel minimum,ſuauitatis autem uel plurimum. At.228.a. Noſq; cùm multum literæ,tum non minimum Idus quoq; Martiæ conſolentur.de In.47.b. Habere plurimũ ſplendoris.)(.Habere minimum ſplendoris. Ep.12. a.Non præmijs quæ apud me minimum ualent.

Minimus,a,um.tantulus, tenuiſſimus. Q.Fr.320.a. Omnia minima maxima ad Cæſarem mitti ſciebã. de Or. 98.b.Aliquem in minimis tenuiſſimiſq; rebus labi. At.39. a.Ne minima quidem dubitatio,&c.& I.V.112.b. Ne tenuiſſima quidem dubitatio.Off.72.b. Primum minima de malis. Epiſt.54.b.At erat tuæ uirtutis in minimis tuas res ponere,de republica uehemẽtius laborare.de Fi.53.a. Ne illud quidem phyſici eſt,credere aliquid eſſe minimũ. Ac. 44.a. Nihil in rerum natura minimum quod diuidi nequeat.Off.53.b.Ex malis eligere minima oportet. de Fat. 149.b. Cur atomi minimo declinant interuallo? maiore non? cur declinant uno minimo,non declinant duobus aut tribus? de L.167.a. Hæc ne minimum quidem utrum adſint an abſit intereſt.

Miniſter,ſtri.adminiſter,adminiſtrator, ſatelles, comes,famulus,ſeruus.de Or.107.a.Itaq; illi diſertiſſimi homines miniſtros habent in cauſis iuriſperitos. de Or.101. b.Infimi homines mercedula adducti miniſtros ſe præbent in iudicijs oratoribus. pro Cl.48.b. Legum miniſtri magiſtratus. Ep.12.b.Conſules ſerui ac miniſtri ſeditionum. & 21.b.Miniſter conſiliorum. I.V.152.a.Miniſter ac ſatelles cupiditatum.de Or.9.a.Omnes artes miniſtræ ac comites oratoris.pro Cæl.48.b.Huic tanto facinori tua domus popularis miniſtra eſſe non debuit. Tuſc.164.a.Res familiaris miniſtra & famula corporis. de Fin.72.b.Tu uirtutes uoluptatum ſatellites & miniſtras eſſe uoluiſti. Item:Martiales quidam Larini appellantur miniſtri publici.pro Cluent.26.a.Martis atq; ei Deo conſecrati. Q. Fr.291.b.Prætor omnes miniſtros imperij ſui,ſocijs & ciuibus,& reipublicæ præſtare uidetur.& 292.a. Sit annulus tuus non miniſter alienæ uoluntatis,ſed teſtis tuæ.Off. 44.a.Vt Macedones non te regem ſuum, ſed miniſtrum & præditorem putent.de Vn.203.b.Quibus utitur miniſtris Deus.

Miniſtra,ſtræ.de Nat.56.a.Manus multarum artium miniſtræ.Tuſc.164.a.Res familiaris miniſtra & famula corporis.

Miniſtrator,oris.miniſter.de Or.157.a.Miniſtratores petis,non aduerſariũ. et pro Fl.157.b.Hic mihi Meandrius,quaſi miniſtrator aderat,ſubijciens,&c.

Miniſtro,as.ſeruio.I.P.94.a.Menſa extructa multa carne ſubrancida,ſerui ſordidati miniſtrant.Epiſt.263.a. Acaſtum retine,quo commodius tibi miniſtretur. In V. 170.b. Cum in eis conuiuijs ſymphonia caneret, maximiſq; poculis miniſtraretur.de Fin.69.b.& 79.a.Adſint etiam formoſi pueri qui miniſtrent.& Tuſc.161.b.Miniſtrare alicui.& de N.23.b.Miniſtrare pocula alicui.In P. 94.a.Ipſe ſolus bibiturus,quæ eodem de ſolio miniſtrentur.I.P.85.a.Cum ardentes faces furijs Clodianis penè ipſe Conſul miniſtrabas.

Minitor,aris. Tuſc.170.b.Iſtis quæſo iſta horribilia minitare purpuratis tuis.I.C.104.b. Vrbi ferrum flammamq; minitari.I.V.268.b.Is Verri nimis atrociter minitabatur. de Or.163.b. & I.A.207.a.Minitari mortem alicui.At.34.b.P.mihi minitatur.I.A.238.b.Qui huic urbi ferro igniq; minitantur.& 257.b.Qui patriæ igni ferroq; minitatur.

Minor,aris.minitor,minas iacto,terreo, clamore & minis aliquẽ inſequor,uerbis terreo,terrorẽ infero alicui denunciatione periculi terreo,periculum capitis alicui oſtento,uim denuncio,periculũ iudicij cuipiã intendo,periculum uel iudiciũ alicui denuncio,belli & uaſtitatis metũ infero,terrorem inijcio, terrorem iacto & oppono, metum cædis inijcio.)(.Bene promitto.I.V.234.a. Niſi uehementius homini minatus eſſem,tabularũ poteſtas mihi facta non eſſet.et Ep.61.a.Me appellabat,mihi minabatur,



pro Cec.290.a. Cum Ebutius Cecinnæ malum minitaretur. Tuſ.170.b.Cum ei Lyſimachus rex crucem minitaretur. de Fin.131.b.Si quando pueris ludentes minamur, præcipitaturos alicunde. pro Plan.276.b.Cum mea domus ardore ſuo deflagrationem urbi minaretur. de D. 116.a.Quæ autem inconſtantia deorum eſt, ut primis minentur extis,bene promittant ſecundis? Ep.169.a.Nulla minãtis autoritas apud liberos eſt.I.V.123.b.Grauius minari cuipiam. pro Plan.277.a. Terrere aliquem denunciatione periculi. I.A.250.b.Hoſtis teterrimus omnibus bonis cruces ac tormenta minatur.

Minor,nus.Top.22.b. Quod in re minore ualet,ualeat in maiore.de L.180.b.Eaq; pecunia non minor eſſet facta cum ſuperiore exactione, quàm hæredibus omnibus eſſet relicta. Ep.139.a.b.Papyrij fuerunt patricij minorum gentium. At.6.b.Cecilium propinqui minore centeſimis nummum mouere non poſſunt.

Minotaurus,ri. Epiſt.198.a.Cum magna offenſione Minotauri:id eſt,Caluiſij & Tauri.

Minturnæ,arum.locus. At.68. & contra Rul.73.

Minturnenſis,e.At.79.poſt.Red.202.I.P.88.

Minuo,is. diminuo, detraho, derogo, delibo,exhaurio,extenuo,leuo,eleuo,debilito,remitto, deceſſionem de ſumma facio.Ep.36.b.Vt ſumptus egentiſſimarum ciuitatum minuerem ſine ulla imminutione dignitatis tuæ. de L.182.a.Minuere ſumptum,& extenuare ſumptum.pro Mur.134.a.Nonnullorum amicorum ſtudia minui ſolere in eos qui prouincias contemnunt. I.C.121.a.Ne quid de ſumma dignitate reipublicæ minueretur. contra Rul.63. a.Minuetur huius pecuniæ inuidia. pro Fl.152.a.Minuis, inquit,gloriam Pompeij,immo tu auges moleſtiam. Att. 177.a. Si putares, meam moleſtiam minui poſſe. de Fat. 140.a. Nec ea quæ nunc tracto minuunt, ſed augent potius illam facultatem. de In.68.a. Quæſtio eſt,maieſtatem ne minuerit. Oct.329.b.Minuere uectigalia.

Minus.pro eo quod eſt non,uel parum.de Or.94.a. Non intelligo quam ob rem, non ſi minus illa ſubtili definitione, at hac uulgari opinione ars eſſe uideatur. I. V. 249.b. Maximè ſi minus necari,at cuſtodiri oportebat. de D.85.a. At nonnunquam ea quæ prædicta ſunt, minus eueniunt.Epiſt.30.b.Cilix libertus tuus antea mihi minus fuit notus. Ep.95.b. Vt aliquid ad te ſcriberem huiuſmodi,quo minus te prætermiſiſſe ludos pœniteret. & ibid. Quod ſi aſſecutus ſum,gaudeo : ſin minus, hoc me tamen cõſolabor,quod,&c. pro Arch.190.a.Cupere debemus, quo minus manuum noſtrarum tela peruenerint, eódem gloriam famamq; penetrare. de N.60.b.Itaq; cogito ea, quæ minus intellexi,requirere. & ibid.Quærens ex te ea quæ parum accepi.

Minus.)(.Plus.Epiſt.70.a.Præſtitimus enim patriæ non minus certè,quàm debuimus: plus profectò,quàm eſt animo cuiuſquam,aut conſilio hominis poſtulatum. pro Q.R.49.b. Is locabat ſe minus HS.CCC. I.V.137.a.& 107.a. Minus XXX. diebus totam triennij præturam reſcidiſſet. Item: Minus tribus medimnis in iugerũ nemo dedit. de D.94.a.Malefactum iri minus XXX.diebus Græciam ſanguine. pro Cec. 290.a. Cum ſi uno minus damnarent, condemnari reus non poſſet. & ibid.Dixit minus abeſſe LIII. de N.36.b.IIII.& uiginti menſibus, ſex,ut opinor,diebus minus. At.124.a. Multo minus mouent minæ. & ibid.Minus multa dederunt illi reipublicæ pignora.de Or.112.a.Non ſi qui,&c.eo minus,&c. At. 24.b. Id propè dimidio minoris conſtabit illo loco. I.V. 181.b.Decumas XXX.mod.minoris quàm potuit, uendidiſſe. At.222.b.Ille gaudẽs affirmat,minus diebus XX. tumultum Gallicum.

Minuſculus,a,um. At.228.a.Minuſculam uillam utique Quinto traditurus ſum. Q.Fr.320.a.Reſcripſi epiſtolæ maximæ,nunc audi de minuſcula.

Minutatim.gradatim,perexiguè.γλισχρῶς. Acad. 13.a. Cum aliquid minutatim & gradatim additur aut demitur.& 22.a.Minutatim & gradatim interrogare. Q. de Pet. 210. a. Minutatim ex communibus proprij euadunt. At.251.a.Xenonem perexiguè & γλισχρῶς præbere:id eſt,minutatim.

Minutè. exiliter,anguſtè, ieiunè,tenuiter, ſubtiliter. Or.208.a.Grandia minutè dicere. & Acad.11.a. & de Fin.108.a. Hæc autem uniuerſa concidunt etiã minutius.

Minutia uia.At.138.

Minutia porticus.I.A.176.

Minutus,a,um.anguſtus,paruus.)(.Grandis. Part. 253.a. Nihil nimis enucleandum, minuta eſt enim omnis diligentia:hic autem locus grandia requirit. de Or.123. a.Genus ſermonis exile,aridum,conciſum,minutum. & Fractum.de Cl.191.b.Or.200.b.Conciſus numeris minutis Traſimachus.& 220.a.Minutos numeros ſequi.de D. 88.b. Chryſippus multa & minuta ſomnia collegit, ſed exemplis grãdioribus decuit uti. Acad.30.b.Minutorum opuſculorum fabricator. de Cl.188.a.Orator præſtat minutis imperatoribus. de D.93.b.Qui ut rationẽ non redderet,tamẽ hos minutos philoſophos uinceret. & de Fin. 61.a.Ecce autem alij minuti & anguſti. & de Or.153.b. Minutæ & anguſtæ concertationes. de Or.158.b.& Or. 205.a. Vt cum grandem orationẽ pro magna, minutum animum pro paruo dicimus. Am.116.a.Cato minutis interrogatiunculis,quaſi punctis,quod propoſuit,efficit.

Mirabilis,le.admirabilis,mirificus,mirandus.Parad. 122.b.Nec hoc eſt tam re,quàm dictu inopinatum atq; mirabile. pro Lig.138.b.Hæc non modò mirabilia ſunt,ſed prodigijs ſimilia.de Or.161.a.Mirabile eſt,cũ plurimum in faciendo interſit inter doctũ & rudem, quàm non multum differat in iudicando. de D.117.a.Mirabile eſt,quomodo,&c.& 122.a.Atq; hæc oſtentorum genera mirabile nihil habent. Or.200.b. Quo magis ſunt Herodotus Thucydideſq; mirabiles,qui,&c. Top.226.b.Mirabilis copia dicendi.

Mirabiliter. admirabiliter,mirandum in modum,mirè,mirificè,quod mirandum ſit. Ep.57.b.& 130.a.Omnes mirabiliter de te & loquuntur & ſentiunt. At.39.b. Mirabiliter enim moroſus eſt. de Or.92.b.Qui mirabilius et magnificẽtius augere poſſet atq; ornare quæ uellet.

Miracula,orum.prodigia,portenta. de N.5.b.Portenta et miracula non differentiũ philoſophorũ, ſed,&c.

Mirandus,a, um. mirabilis, admirabilis, habens aliquid admirationis.)(.Nihil mirabile habens. I.V.249.b. Opus ingens,in mirandã altitudinem depreſſum. & Ep. 40.b.Quæ minimè mihi miranda acciderunt. At.140.a. Mirandum enim in modum Cn. noſter Syllani regni ſimilitudinem cõcupiuit. de N.72.a. In enodandis nominibus quod mirandum ſit laboratis.

Miratio,onis.admiratio. de D.118.b.Cauſarum ignoratio in re noua mirationem facit.

Mirè.mirabiliter. At.259.a. Puero municipia mirè fauent.

Mirificè.mirè,mirabiliter. de N.13.b.Te ab eo mirificè diligi intelligebam. de L.169.a. Hi de omnibus rebus

mirificè congruunt. & Ac. 2. a. Mirificè delectari aliqua re. Att.33. b. Tantum doleo, ac mirificè quidem. & 77. a. Nam omnes mirificè συμφιλοδοξοῦσιν gloriæ meæ.

Mirificus,a,um.mirus,mirabilis. de D. 117.b.Sed te mirificam in latebram conieciſti. At.9.a. Cato conuicium Piſoni mirificum fecit.& 10.b.Spectator pugnarum mirificarum.Ep.43.b.Mirificamq; cepi uoluptatē. At. 228. a. Agere mirificas gratias alicui. Att.77. a. Lepta noſter mirificus.

Miror,aris.admiror,demiror, mihi mirum uel mirabile uel admirandum uidetur,ſtupeſco,obſtupeſco. de In. 62.b.Cum puerorū formas magno hic opere miraretur. At.158.b.& Epiſt.189.b.Mirari ſatis hominis negligentiam non queo.de Ar.254. b. Atq; ego hunc non miror, quid enim faciat? at illos homines ſapientiſsimos miror, &c.Off.45.a.In his infinitis ſumptibus nihil homines magnopere mirantur.de Or.113.b.Id me hercule,inquit Catulus admirans,illud iam mirari deſino, quod multo magis antè mirabar,hunc cum hæc neſciret,in dicendo poſſe tantum.At.165.a.& 169.b.Soleo mirari de neſcio queis HS. XX.de D.119.a.Cato mirari ſe dicebat,quod non rideret aruſpex aruſpicem cum uidiſſet. de Cl.172. a.Quod mirari non poſſum in eis qui nihil ſcripſerunt. At. 130.a. Miror quid cauſæ fuerit,quare conſilium mutaris. & ibi. Miror te ad me nihil ſcribere.pro S.R.18.b. Miror quid ſit,quod,&c. Off.44. b. Miror quid in mentem uenerit Theophraſto,in eo libro,&c.de D.82.b.Mirari licet quæ ſint animaduerſa à medicis herbarū genera. de Am.106. b.Quāquam miror in illa ſuperbia ſi quenquam amicum habere potuit.de N.20.b. Equidem ſatis mirari non poſſum,unde,&c.Or.197.b.Miror quid hæc ad te pertineant.In V.133.a.Sed ne miremini qua ratione,&c. de Or. 98.b.Enimuero,inquit Craſſus, mirari ſatis non queo etiam te,&c.In V.55.a.Si quis fortè miratur,me, &c. is ſi cognoſcet,&c.putabit,&c. At.256.a.Illud admirari ſatis non potui quod ſcripſiſti his uerbis,bene igitur,&c.de Or.161.a.Illud ne quis admiretur,quónam modo hæc uulgus imperitorum,&c.de Orat.157.b. Atq; in hoc genere mihi admirādum uidetur,quid ſit quod,&c.pro Rab.95. b.Mihi mirū uidetur,unde tu inueneris,&c. Item: In quo admirandum eſt,congreſſu'ne,&c.l. Admiror. de Orat. 126.a. Ac ne fortè hoc magnum et mirabile uideatur, etc. de Or.86.b. Quamobrem mirari deſinamus, quæ cauſa ſit eloquentium paucitatis. & Att.244.b.Sed tamen ne miraretur,cur idem iterum facerem, hoc cauſæ ſumpſi, quod ex te ipſo coràm antea nihil potuiſſem cognoſcere. & 264.b.Non dubito quin mirere,atq; etiam ſtomachere.Off.39.a.Familiaritates fide amantium.

Mirtilus,li.de N.78.a.

Mirus,a,um.Ep. 24. a. Me mirum deſiderium tenet urbis,incredibile meorum . & ibid. De pantheris agitur, &c.ſed mira paucitas eſt.de Or.125.a Hoc igitur mirum quiddam ualet.Or.204.a.Sales qui in dicendo mirū quantum ualent.aliter,nimium. Ep.162.a. Minimè mirum tibi debet uideri,me,&c.de Or.103.a. Per mihi mirum uiſum eſt,te,etc.pro Rab.95.b.Mihi mirum uidetur, unde, &c.de Ar.545.a.Nec mirum ſi hoc uobis ridiculum uidetur,&c.pro S.R.26.b.Nec mirum,qui,&c. quippe qui, &c.pro S.R.22. a. Neq; enim mirum ſi aliquid non animaduertat.In V.135.a.Nec mirum omnibus,&c.

Miſceo,ſces.permiſceo,turbo,perturbo,confundo,tēpero,pocula miniſtro.de L.188.a.Omnia infima ſummis paria fecit,turbauit,miſcuit.cōtra Rul.84.b.Qui iniquis imperijs rempublicam miſcerent.I.C.119.a. Noua quædā miſceri & concitari mala.Par.231.b.Maximeq; mouet ea quæ animi motum aliquem mouet oratio. pro S.R. 33.b. In tenebris ruebant,omniaq; miſcebant.de Ar.254.b. Miſcere & turbare omnia.Tuſ.226.a.Maius mihi miſcendū malum.Or.216.a.& ibi.Quos autem numeros cum quibus tanquam purpuram miſceri oporteat, dicendum eſt. Or.216.a.In perpetua oratione hi ſunt inter ſe miſcendi & temperandi pedes.Off.76. b. Aliquid ex diſsimilibus rebus miſceri & temperari.In A.155. a. Parentalia cum ſupplicationibus miſceri.de D. 93. b. Vt cū matre corpus miſcere uideamur.de D.126.a.Sortes quæ pueri manu miſcentur atq; ducuntur.de N. 16.a. Rubor mixtus candore.de N.31.a.Aer multo calore admiſtus eſt. & ibi. Aquæ admiſtum eſſe calorem. de Fin. 67.b.Qui alteri miſceat mulſum,ipſe non ſitiens.

Miſenus,uel Miſenum,ni.promontorium,& portus Italiæ,ad Gaietam,à Miſeno tubicinæ Aeneæ ibi ſepulto appellatus.pro Pomp.10.a.I.A.169.b.de Or.114.a.

Miſer,a,um.calamitoſus,ærumnoſus,infelix, afflictus, proſtratus,iacens,qui in miſeria eſt.Par.234. b. Nihil eſt tam miſerabile,quàm ex beato miſer.pro Pl.277.a. Ego miſeris & laborantibus nihil negare poſſum. Att.275.a. Miſerorum fortunam inſectari.Parad.118.b. Aerumnoſus,infelix,miſer.& pro Quint.17.b. Miſer atq; infelix. pro Sex.Roſ.31.a.Res miſera & calamitoſa. In Cic. 120. b.Hæc mihi uidentur miſera atque miſeranda.pro Cluen. 19.a.Spero locum hunc eius fortunæ miſeræ multumq; iactatæ portum futurum.pro Flac.161.a. Cur unus tu Apolonienſes miſeriores habes,quàm aut Mithridates, aut etiam pater tuus habuerit unquam? In A.232.a.Qui magnos dolores perferunt,hos non miſeros,ſed laborioſos ſolemus dicere. Att. 725. a. Nihil fieri poteſt miſerius,nihil perditius,nihil fœdius.

Miſerabilis,le.miſerandus.Par.234.b.Nihil tam miſerabile,quàm ex beato miſer.de Or.126.b. Non ſolū miſerabilis,ſed etiam irridenda fuiſſet oratio mea.I.A. 174. a.Auctionis miſerabilis aſpectus.pro Dom.225 a. Cum eius ſqualor inauditus omnibus mortalibus miſerabilis uidebatur.de Or.126.a.& Or.202.a . Vox ad miſerabilem ſonum inflexa.de Fin.78.b.Caſus miſerabilis.

Miſerabiliter.miſerandum in modū.Tuſ.169.a.Non miſerabiliter uir clarus emoritur.At.226.a. At Cæſar in foro combuſtus,laudatuſq; miſerabiliter.

Miſerandus,a,um.miſerabilis.de Or. 98.b. Aliquem ita labi,ut alijs miſerandus,alijs irridendus eſſe uideatur. de Or.134.b.Oratio tua omnibus miſeranda uiſa eſt.In C. 110.b.Hæc mihi uidentur miſera atq; miſeranda. de Pro. 70.a.Miſerandum in modum necari.

Miſeratio,onis.cōmiſeratio,miſericordia.Or.209.a. Miſeratione mens iudicum permouenda eſt. In A. 177.b. Tua illa pulchra laudatio,tua miſeratio, tua cohortatio. Par.234.b. Odia incitantur & miſeratio naſcitur. de Or. 126.b.Nō fuit hæc ſine meis lachrymis, nō ſine dolore magno miſeratio.De Cla.171.b.Miſerationibus,& cōmunibus locis uti.Ep.68.a. Quem enim noſtrū moriens Epaminundas nō cum quadam miſeratione delectat?

Miſerè.de Fin.100.b.Ad beatè miſerèuiuendum. At. 113.b. Eas ego, quo ad ſciremus utrum turpe pace nobis, an miſerè bello eſſet utendum in Formiano eſſe uolui,&c.

Miſereor, eris.me miſeret, miſericordiā alicui tribuo uel inpartior,miſericordia alicuius me tenet, alicuius ſupplicio miſericordia cōmoueor.Tuſ.213.a.I.V.90.b. Audi



te quæſo iudices,& aliquando miſeremini ſociorum. At. 57.b.Qui miſereri mei debent,non deſinunt inuidere. & ad Her.40.b.Miſerere noſtri.ad Her.5.a.Et tamē poſtuſtulat ut ſui miſereantur.de In.52.a.Vt maioribus aſſurgatur,ut ſupplicium miſereatur.Epiſt.112.a. Vſq; eò,ut ego miſererer eius eſuriei.& Ep.85.a.Et miſerere temporis. & At.286.b.Miſerebor ueſtri.Ep.54.b. Nec eam minus diligere debes,ſed miſerari potius.

Miſeret,bat.de D.94.b.et I.A.177.b.Mea mater tui me miſeret,mei piget.pro Lig.138. b. Caue te fratrū pro fratris ſalute obſecrātium miſereat. pro Mil.119.b. Eorū nos magis miſeret,qui noſtram miſericordiam non requirunt,quàm qui illam efflagitant.

Miſeria,riæ.calamitas,ærumna.de Fin.147.a. Vbi eſt uirtus,ibi eſſe miſeria & ærumna non poteſt. Par. 119.a. & Tuſ.196.b.Te miſeriæ,te ærumnæ premūt omnes. Antequam.196.b.In meis miſerijs & calamitatibus aliquam ferte opem.de D.126.b.Stoici omnia cum ſuperſtitioſa ſolicitudine & miſeria credunt.I.A.165.a.Quorū ſi utrumuis perſuaſiſſem,in has miſerias nunquam incidiſſemus.de Fin.100.a.Item qui proceſsit aliquantum ad uirtutis aditum,nihilominus in miſeria eſt.

Miſericordia,diæ.miſeratio,clementia.)(. Inuidia,inuidentia.Tuſ.212.b. & 213. a. Miſericordia eſt ægritudo ex miſeria alterius inuidia laborantis.et 194.b. Quemadmodū miſericordia ægritudo eſt ex alterius rebus aduerſis,ſic inuidentia ægritudo eſt ex alterius rebus ſecundis. pro R.P.130.a.Nam in eum cui miſericordia opitulari debeat,inuidia quæſita eſt.pro Pl.259. b. Peto à uobis, ut ei ueſtram miſericordiam me deprecāte tribuatis. pro Mil. 119.b.Oro uos,ut miſericordiam tribuatis fortiſsimo uiro.pro Q.18.a.Quintius Sex.Næuium obſecrauit,ut aliquando miſericordiam caperet aliquam, ſi non propinquitatis, at ætatis ſuæ.Poſtquam.198.a. Vt aliquādo uos memoria mei miſericordia deſideriumq; teneret.I.A.176 b.At etiam miſericordiam captabas, ſupplex te ad pedes abijciebas.pro Rab.91.b. Obſecro adhibeatis in hominis fortunis miſericordiam,in reipublicæ ſalute ſapientiam. At.280.a.Impartiri miſericordiam alicui. pro Mil. 119. b.Implorare & expoſcere miſericordiam.pro Pom. 8.b. Afflictæ regum fortunæ facilè multorum opes alliciūt ad miſericordiam.de Or.126.b.Non prius ſum conatus miſericordiam alijs commouere,quàm miſericordia ſum ipſe captus. οἶκτος ἢ ἐλεαλαὸν ἑαυτά. pro Cl.22. b. Omnes odio Oppianici & illius adoleſcentis miſericordia cōmouentur.& Ep.28.b.Miſericordia commoueri. At.165 a.Nihil eſt filio meo tractabilius, cuius miſericordia languidiora adhuc conſilia cepi. At.109. b. Et ſic frangor ſæpe miſericordia puerorum.Poſt.208.a. & pro Lig. Vir clementia & miſericordia ſingulari.de Or.89.b. Mentes ad lenitatem miſericordiamq; reuocare.pro Mur.145.a. Miſericordiam ſpoliatio conſulatus magnā habere debet. pro Rab.95. b. Qui hominis ſeditioſi imagine deſideria imperitorū miſericordia commoueret.I.C.100.b. Vt miſericordia permotus eſſe uidear.Tuſ.213.a. Nemo proditoris ſupplicio miſericordia commouetur.pro Mur. 139. b.Miſericordia commotus ne ſis,ſed tamen eſt laus aliqua humanitatis. Q.Fr.301.b.Miſericordia moueo. de Orat. 194.a.Concitare miſericordiam populo.de Orat.134.b. Oratores in epilogo miſericordiam mouent.pro S.R.42 b.Prædia mea tu poſsides,ego aliena miſericordia uiuo. pro Mil.119.b.Eorum nos magis miſeret,qui noſtrā miſericordiā non requirunt,quàm qui illam efflagitant. pro Deiot.151.a.Non debeo tentare, quónam modo dicendo miſericordiam tuam commouere poſsim,ipſa enim occurrere ſolet ſupplicibus,nulla oratione euocata.

Miſericors,dis.clemens.pro Seſt.41.b.Vir bonus, fortis & miſericors.pro Cec.290. a. Teſtis qui in re miſericordem ſe præbuit,& in teſtimonio religioſum. pro Lig. 139.b. Cum etiā hi quibus ipſe ignouiſti, nolint te in alios eſſe miſericordem.de In.61.b.Animus auditoris mitis & miſericors.ad Her.10.b.Supplex,manſuetus, miſericors. Poſtquam.207.b.Aliquem ſemper miſericordem fuiſſe.

Miſeror,aris.commiſeror.)(.Inuideo.pro Mur.137. a.Non queo ſatis huius euētum fortunamq; miſerari. pro Mur.145.a.Quare quid inuidendum Murenæ ſit in hoc præclaro conſulatu, non uideo: quæ miſeranda ſunt,uos perſpicere poteſtis.

Μισογυνεία .l. Mulieroſitas.

Miſsio,onis.dimiſsio. At.3.b.De literarum miſsione ſine cauſa abs te accuſor.I.A.209.b.Non ſine cauſa legatorū iſtam miſsionem ſemper timui.Tuſ.173.b. Silenus à Mida captus hoc ei muneris pro ſua miſsione dediſſe dicitur. I.V.256.a.Miſsio remigum.Ep.69.a.Miſsio ludorum.

Miſſus,us.miſsio.At.124.a.VII. Cal. ueſperi Balbus minor ad me uenit,occulta uia currēs ad Lentul.Cos.miſſu Cæſaris cum literis,cum mandatis,&c.

Miſſus,a,um.At.141.a.Duo præfecti fabrū Pompeij, qui in meā poteſtatē uenerunt,& à me miſsi ſunt.& ibid. Et eum ſtatim miſſum feci.At.130.b.Equum eſt me à te impetrare,ut cohortes,quæ ex Piceno uenerunt,miſſum facias.Off.74.b.Iurauitq; ſe illum interfecturum, niſi ſibi iuſiurandum dediſſet,ſe patrem miſſum eſſe facturum. I.A. 205.a.Eaſq; legiones bello cōfecto miſſas fieri placet. pro Fl.156.b. Qui eum iudicatum non faceret, addictus Hermippo,& ab hoc ductus eſt, poſtea miſſus,&c.Ep.118. a. Quibus de cauſis miſsi fieri debeant.et ad Her.2.a. Si eum miſſum fecerimus.I.V.256.a.Dicebat quiſq;, quos miſſos ſciret eſſe. Att. 134. b.Remotis ſiue omnino miſsis lictoribus.pro Seſt.26.a.Qui uoluptatibus ducuntur,miſſos faciant honores.I. V.170.a.Hos agros miſſos facio.pro S. R.40.a.Sed hæc miſſa faciam,quæ iam facta ſunt. Orat. 219.a.Miſſos faciant patronos,ipſi prodeant.

Mitificatus,concoctus,mitigatus. de Diuin.120.a.In omne corpus diuiſo, & mitificato cibo, gallos cantus edere.

Mithridates.rex Ponti.pro Pom.5.a.

Mithridaticus,a,um. pro Pomp. 5. Mithridaticum bellum.

Mitigatio,onis.delinitio,excuſatio. ad Her.35.b.Licentia ſi nimium uidebitur acrimoniæ habere, multis mitigationibus lenietur.

Mitigatus,a,um.placatus.Ep.78. a. Is magna ſigna dedit animi erga te mitigati.

Mitigo,as.mitiorem facio,lenio,placo,ſedo,flecto. Ep.17.b.Eum tibi ordinem aut reconciles,aut mitiges.& 81.b.Me ipſum longinquitas temporis mitigauit. de Or. 144. a. Summi labores noſtri magna compenſati gloria mitigantur.de L.177.a.Qui ex agreſti uita exculti ad humanitatem mitigati ſumus.At.45.b.Dolores mitigantur uetuſtate.de Or.130.b.Riſus triſtitiā mitigat & relaxat. de Or.102.a.Populum excitatum in bonos mitigare. de Or.137.a.Inuidiam extenuando mitigare.pro Cor.67.a. & Ep.78.a.Quanquam iſtorum animos, qui ipſi Cornelio inuident,non eſt difficillimum mitigare. & de In.47. b.Animus erga aliquem mitigatus. Or.209. a. Iraſci.)(.

Mitigari. pro Mur. 139.b. Ac te iam uſus flectet, dies leniet, ætas mitigabit. pro Cæl. 53.b. Iam ætas omnia, iã res, iam dies mitigabit. de N. 56.b. Materia autem, &c. ad mitigandum cibum utimur. Q.Fr. 294.a. Seueritatem acerbam multis condimentis humanitatis mitigare.

Mitis, te. lenis. manſuetus. )(. Immanis, ferus, aſper. At. 68.a. Nihil tam uidi mite, nihil tam placatum, quantum erat frater meus in ſororem tuam. pro Mur. 138.b. Acceßit his tot doctrina non moderata, nec mitis, ſed paulo aſperior ac durior. & de Sen. 82.b. Compta oratio ac mitis. de Clar. 191.b. Ipſe Thucydides, ſi poſterius fuiſſet, multo maturior fuiſſet ac mitior. de In. 61.b. Animus auditoris mitis & miſericors. Tuſ. 186.b. Patientia dolorem mitiorem facit. de In. 42.b. Mitis & manſuetus. )(. Ferus & immanis. I.C. 120.a. Homo mitißimus atq; lenißimus. At. 100.a. Auſter leniſſimus & mitis.

Mitra, træ. redimiculum, muliebre capitis ornamentum quaſi corona quædam. de Ar. 254. P. Claudius á coma, à mitra &c. factus eſt popularis.

Mitrella, læ. aliàs Mitella. pro R.P. 126.b. Deliciarũ cauſa quoſdam cum mitrella ſæpe uidemus.

Mitto, mittis. allego, iacio, miſſũ facio. Att. 71.a. Quotidie uel potius in ſingulos dies breuiores literas ad te mitto. At. 94.b. Velim obuias mihi literas quàm argutiſſimas de omnibus rebus crebrò mittas. ad At. 116.b. Cæſaris literarum exemplum tibi miſi, rogaras enim. Att. 139.b. Sic ergo habeto, ſalutares te mihi literas miſiſſe. de Pro. 74.a. Mittere literas ad aliquem de ſuis rebus. et At. 196.b. Itaq; miſi librum ad Muſcam. de Sen. 77.b. Hunc uerò librum de ſenectute ad te miſimus. Ep. 151.a. Paulo pòſt idẽ mihi Munatius eas literas legendas dedit, quas ipſi miſeras, et quas publicè. Ep. 151.a. Ex literis quas mihi miſiſti, &c. Ep. 17.b. Quod rogas ut mea tibi ſcripta mittã, &c. de N. 46.a. Luna eam lucem quam à ſole accipit, mittit in terras. de Claris or. 169.a. Fabricius, qui fuit ad Pyrrhum de captiuis recuperandis miſſus orator. I.A. 155.a. Cumq; languerem de uia, miſi pro amicitia qui hoc diceret, &c. Or. 205.a. Iacere ac mittere ridicula. pro Cl. 35.a. Mittere in conſilium. At. 84.a. Mittere ſanguinem. pro Seſt. 12.a. Vocem pro repub. nemo miſit. pro Flac. 147.a. Vox de quæſtura nulla miſſa eſt. I.P. 89.b. Mitto de amiſſa maxima parte exercitus. de Cl. 170.a. At quem uirum dij boni? mitto ciuem, aut ſenatorem, &c. quis illo grauior. At. 115 a.b. Mitto illam fugam, &c. cætera per occupationẽ. pro Mur. 131.a. Mitto prælia, prætereo, &c. pro Mil. 116.a. Vota enim feceratis, ut in eos ſe potius mitteret, quàm in ueſtras poſſeßiones. At. 24.b. Feciſti mihi pergratũ, quod Serapionis librum ad me miſiſti. & 101.a. Mitto alia, quæ audio multa, mitto furta, &c. & 125.b. Memini librũ afferri à Demetrio Magnete, ad te miſſũ ſcio περὶ ὁμονοίας, cum uelim mihi mittas. & 129.a. Demetrij Magnetis librum, quem ad te miſit de concordia, uelim mihi mittas. & 220.b. Laudationem Portiæ tibi miſi correctã, ut, &c. Ep. 22.a. Quid tu me hoc tibi mandaſſe exiſtimas, ut mihi gladiatorum compoſitiones, ut uadimonia dilata, & Chreſti compilationem mitteres? Ep. 259.b. Curio miſi, ut medico honos haberetur, et tibi daret quod opus eſſet, me cui iußiſſet curaturum. Mittere, pro ſcribere. l. Compilatio. At. 284.b. Particulam literarum tuarum, quas miſiſti Octauio, legi miſſam ab Attico mihi.

Mitylene, nes. ſiue Mitylenæ, arum. urbs. contra Rul. 74.a. Tuſ. 164. de D. 95.

Mitylinæi. At. 73.b. Dicrota Mitylenæorum. & 106.



Mixtus, a, um. uel Miſtus, a, um. fuſus, confuſus. de Vn. 202.a. Voluptate & moleſtia mixtus amor. & de N. 16.a. Ille fuſus & candore mixtus rubor. Off. 43.a. Sic eſt in oratiõe miſta modeſtiæ grauitas. I.C. 108.b. 109.a. Quartum genus ſanè uarium, & mixtum, & turbulentũ. Tuſ. 237.a. Si ea mixta ex dißimilibus erunt.

Mnemonica, orum. præcepta de memoria. ad Her. 21.b. & 23.b.

Mnemoſyne, es. de N. 70.a. Secundæ Muſæ, Ioue tertio & Mnemoſyne procreatæ nouem.

Mobilis, le. uolaticus, uolubilis, argutus, quod modò huc modò illuc transfertur. )(. Conſtans, ſtabilis. de N. 54.b. Natura oculos fecit lubricos et mobiles. de N. 32.a. Mundi feruor ille purior, perlucidior, mobiliorq;. et ibi. ardor mobilißimus. pro Quin. R. 53.a. Conſtans. )(. Mobilis. pro Dom. 243.a. Caduca ſemper & mobilia hæc eſſe duxi. Epiſt. 59.a. Te tamen mobili in me meoſq; animo eſſe nõ ſperabam. & 61.a. Nec in te animo fui mobili, ſed ita ſtabili, ut, &c.

Mobilitas, tis. motus, inconſtantia. de N. 34.a. Sidera animalia ſenſu acerrimo & mobilitate celerrima eſſe. de Or. 95.a. Mobilitas linguæ, celeritas uerborum. Itẽ: Quid eſt inconſtantia, mobilitate, leuitate turpius?

Mobiliter. de Nat. 30.a. Cum cor animantis euulſum, ita mobiliter palpitaret. & de D. 35.a. Animus mobiliter agitatus.

Moderatè. modeſtè, modicè. contra Rul. 64.a. Qui copiam rerum moderatè ferre non poſſunt. de Or. 112.b. Si amiſerit, moderatius tuliſſe. & Ep. 78. Omnia humana placatè & moderatè feramus. pro Syl. 168.b. Autoritas, &c. qua moderatè ego utar, &c. Or. 214.a. Hoc genus Iſocrates moderatius temperauit. Off. 36.b. Iis quibus cum congregamur, uti moderatè et ſcienter. de Fin. 49.a. Qui moderatius id uolunt fieri, difficilem quandam temperantiam poſtulant.

Moderatio, onis. temperantia, temperatio, mediocritas, modus. de N. 44.b. Conflagrare terras neceſſe ſit à tãtis ardoribus, moderatione & temperatione ſublata. & 77.a. Mundi diuina in homines moderatio. de D. 128.a. Hoc temperatio lunæ cœliq; moderatio efficit. pro Cæl. 46.b. Dummodo illa in hoc genere præſcriptio moderatioq; teneatur, parcat iuuentus pudicitiæ ſuæ, &c. Off. 71.b. Altera in conſormatione & moderatione continentiæ & temperantiæ cernitur. de Or. 111.b. Languentis populi incitatio & effrenati moderatio. pro Seſt. 19.b. Quæ etiam collegæ eius moderatio de me? de Or. 130.b. Adhibenda eſt etiam in iocando moderatio. pro Flac. 152.b. Tempeſtatum moderatio atq; conuerſio. Or. 202.b. Tum oculorum eſt quædã magna moderatio. contra Rul. 66.a. Quare adhibebitur à me certa ratio moderatioq; dicendi. de Or. 107.b. Hiſtrio aſtrictus certa quadam numerorũ moderatione & pedum. & 131.b. Temporis igitur ratio & ipſius dicacitatis, & temperantia, & raritas dictorum diſtinguet oratorem à ſcurra. pro Dom. 243.a. Etenim ad noſtrum uſum propemodum iam eſt definita moderatio rei familiaris. de Or. 140.a. Bonitas & moderatio. )(. Superbia ac libido. Off. 20.a. Ordo & conſtantia, & moderatio dictorum omnium atq; factorum. Off. 4.b. Ordo autem & conſtantia, & moderatio, &c. de Sen. 77.a. Noui enim moderationem & grauitatem animi tui. & Ep. 132.a. Tua moderatio & grauitas. Att. 183.a. Moderatione paulo minus temperatus. Off. 19.b. Vt in eo moderatio & temperantia appareat cum ſpecie quadam liberali. In An. 162.b. Si meam in dicendo moderationem, modeſtiamq; cognoſcitis.



Moderator, oris, rector, gubernator. de Or. 44.a. Rector & moderator, & tanquam architectus tanti operis. Or. 203.a. Moderator ille & quaſi temperator huius uarietatis. Par. 230.b. Diſceptator: id eſt, rei ſententiæq; moderator. Or. 207.a. Eloquens ſit perſonarum temporumq́ue moderator. Tuſ. 162.a. Sol moderator & dux temporũ. de Som. 128.b. Sol dux, & princeps, & moderator luminũ reliquorum. de L. 172.b. Dominos eſſe omnium rerum & moderatores deos. Ep. 20.b. Ventorum moderator quidam, & quaſi gubernator. Ep. 16.b. Tu eris omnium moderator conſiliorum meorum.

Moderatrix, cis. de N. 78.b. Diuina prouidẽtia fictrix & moderatrix materiæ. pro Fl. 158.a. Curia moderatrix officij. & de In. 43.a. & Tuſ. 236.b. Temperantia eſt moderatrix omnium commotionum. In A. 204.a. Cæſar rem pub. ſibi iudicem conſtituit, & moderatricem omnium factorum. Or. 199.a. Semper oratorum eloquentiæ moderatrix fuit auditorum prudentia.

Moderatus, a, um. temperatus, æquabilis, conſtans. de Or. 123.a. Ego iſta ſtudia non improbo, moderata modò ſint. I.A. 168.a. Id magno argumento ſit, me in utroq; fuiſſe moderatũ. pro Mur. 138.b. Doctrina non moderata, nec mitis, ſed paulo aſperior ac durior, quàm, &c. de D. 83.b. Qui moderato cultu atq; uictu quieti ſe tradiderit. pro Mur. 139.a. Noſtri illi moderati & temperati homines, &c. & ibi. Virtutes omnes mediocritate quadam eſſe moderatas. Par. 120.b. Vita quæ omni geſtu moderatior, omni uerſu aptior eſſe debet. pro Mur. 127.a. Conuiuium moderatum atq; honeſtum. de Claris orat. 165.b. Ocium moderatum & honeſtum. Or. 202.a. Excurſio moderata eaq; rara. Et moderata ingreßio. l. Temperatus. Ep. 199.b. Temperati moderatiq; mores. pro Cor. 56.b. & Ac. 45.a. Vir caſtus, moderatus, ſanctus. pro Font. 280.b. Cupidus. )(. Moderatus. de Or. 152.a. Vnguentum moderatũ. In An. 189.a. Nihil apparet in eo ingenuum, nihil moderatum, nihil pudens, nihil pudicum. de Orator. 111.b. Quis enim cantus moderatæ orationis pronunciatione dulcior inueniri poteſt. & Quint. Frat. 294.a. Vir natura ipſa moderatus.

Modero, as. de L. 147.a. Popularem lætitiam in cantu & fidibus & tibijs moderanto.

Moderor, aris. modero, modũ adhibeo, tempero, guberno, certa ratione guberno, metior, moderationem adhibeo. de Or. 86.b. Actio uocis conformatione moderãda eſt. Tuſ. 248.b. Tibicines, iiq; qui fidibus utuntur, ſuo, nõ multitudinis arbitrio cantus numeroſq; moderantur. de Or. 131.b. Tempus igitur dicendi prudentia & grauitate moderabimur. Ep. 21.a. Te hortor ut omnia gubernes ac moderere prudentia tua. de N. 79.a. Deus cœlũ uerſans, terram tuens, maria moderans. Ac. 30.b. Mens, quæ omnia moderetur, moueat, regat. de D. 127.a. Cum ortus naſcentium luna moderetur. de Or. 104.b. Cui populus ipſe moderandi & regendi ſui poteſtatem tradidit. In Ver. 199.a. Venti & tempeſtates res ruſticas moderantur. de N. 1.a. Quæſtio ad moderãdam religionem neceſſaria. de In. 51.b. Moderari nauim ex ſcapha. Part. 236.b. Regere, gubernare, moderari. pro Cor. 67.b. Sententiam aliquam tanquam nauigium aliquod ex reipub. tempeſtate moderari. pro Fl. 148.b. Noſter teſtis ſe ipſe ſuſtẽtat, omnia uerba moderatur. pro Syl. 182.a. Tormenta gubernat dolor, & moderatur natura cuiuſq;. de Ar. 245.a. Atq; hoc ſic



moderetur & cogitet, ſi contentus ſit, &c. de Or. 115.a. Iudex eſt omni ratione ad tẽpus, ad cauſam oratione moderandus. Or. 202.a. Trunco magis toto ſe ipſe moderãs. pro Cæl. 38.b. Tecum agam leuius quod pudor tuus moderatur orationi meæ. pro Flac. 162.b. Lurco moderatus eſt in teſtimonio dicendo religioni ſuæ. Or. 201.b. Cauſæ, quibus totis moderatur oratio. At. 80.b. Quinto togam puram iubebo dari, cui Deiotarus moderatur. de Or. Oratio ſine uinculis ſibi ipſa moderatur. Part. 231.a. Auditorum aures moderantur oratori prudenti. In Ver. 169.b. Sentio iudices moderandum mihi eſſe iam orationi meæ, fugiendamq; ueſtram ſatietatem. Tuſ. 242.a. Cauſæ, quibus ratio moderatur. de Fin. 81.b. Moderari conſilia ſua officio. Ep. 114.b. Nam ſi hoc more moderari poſſemus, ut, &c. Sall. In Cic. 270.b. Cicero ita moderatur in hoc ordine quaſi unus, &c. de Or. 94.a. Quanquam moderabor ipſe, ne, &c. Q.Fr. 297.b. Moderari uerò animo & orationi, cum ſis iratus, nõ mediocris ingenij eſt. Off. 28.b. Quæ pertinent ad liberalem ſpeciem & dignitatem, moderanda ſunt. I.A. 261.b. Sententiam ſuam non ſemper utilitate reip. ſed cùm ſpe, tum metu moderari.

Modeſtè. moderatè. In Sal. 275.a. At in prætura modeſtè ſe geßit & abſtinenter. & de L. 184.b. Modeſtè parêre. contra Rul. 94.a. In ea ueſtri iſti ſatellites modeſtè inſolentiam ſuam continebunt.

Modeſtia, ſtiæ. moderatio, pudor, frugalitas. Off. 4.a. Omnium quæ fiunt, quæq; dicuntur, ordo & modus, in quo ineſt modeſtia & temperantia. ad Her. 16.b. Modeſtia eſt, in animo continens moderatio cupiditatũ. Off. 28.b. Modeſtia, quo in uerbo modus ineſt. de In. 82.b. Modeſtia eſt, per quam pudor honeſtus claram & ſtabilem cõparat autoritatem. At. 104.b. Tironem propter humanitatem & modeſtiam malo ſaluum, quàm propter uſum meum. Ep. 180.b. Vitæ modeſtia non parum ualet contra falſos rumores. In P. 81.a. Seueritas cenſoria magiſtra pudoris & modeſtiæ. de D. 94.b. Virginalis modeſtia. ad Her. 17.a. Modeſtia. )(. Inertia & diſſoluta negligentia. Off. 10.a. Qui uirtutibus his lenioribus erit ornatus, modeſtia, temperantia, iuſtitia. Off. 28.b. Modeſtia ſic definitur à Stoicis, ut ſit ſcientia earum rerum quæ agentur aut dicentur, loco ſuo collocandarum. Off. 29.a. Modeſtia eſt ſcientia opportunitatis, idoneorũ ad agendum temporũ. Off. 43.a. Si ineſt in oratione mixta modeſtiæ grauitas, nil admirabilius fieri poteſt. I.A. 161.b. Si meã in dicendo moderationem modeſtiamq; cognoſcitis.

Modeſtus, a, um. cõmodus, ſui cognoſcens. )(. Immodeſtus. Ep. 229.a. Homo frugi & modeſtus. & At. 214.a. et 227.a. Modeſtus & frugi uir. Ep. 208.a. Nam & modeſtũ hominem cognoſces & prudentem. At. 159.a. Pulſus eſt modeſtior Rex, et probior, et integrior. pro Mur. 136.b. Adoleſcentia modeſtißima. pro Pl. 264.a. Adoleſcentis modeſtißimi pudor. contra Rul. 82.b. Plebs optima et modeſtißimi mores.

Modicè. moderatè, mediocriter. At. 33.a. Minæ, quæ mihi proponuntur, modicè me tangunt. pro Syl. 182.a. Quanq̃ à me de ea timidè modiceq; dicetur. de Or. 96.a. Modicè et ſcienter uti aliqua re. de Cl. 165.a. et I.A. 232.a. & de Fin. 58.b. Modicè ferre aliquod malũ. Par. 236.a. Genere breuiter modiceq; laudato. Ep. 49.a. Sed quoniã is fortaſſe arbitraretur, me hanc remp. non putare, ſi perpetuo facerem, modicè hoc faciã, aut etiam intra modum.

Modicus, a, ũ. paucus, paruus, moderatus, mediocris. Parad. 125.a. Pecunia mea eſt ad uulgi opinionem medio-

cris,ad meam modica,ad tuam nulla.de Or.121.a. Argumenta ſi ex reis numeres,innumerabilia ſunt: ſi ex rebus, ualde modica.& ibi.Generum quæſtiones modicæ et paucæ ſunt.de L.192.a.Quæ in patribus agũtur, modica ſunto:id eſt,modeſta atq; ſedata.de D.104.a.Si modò temperatis eſcis modicisq; potationibus eſt affectus.At.57.b.Sed tamen modici fuimus in apotheoſi.de Fin.131. b. Hæc ipſa nimia in quibuſdam futura non fuerunt, niſi quædam eſſent modica natura.de Sen.84.a. Vtendum eſt exercitationibus modicis.Or.203.a.Genus dicendi ſubtile, modicum,uehemens.Or.204.b.Actio modica iactatione corporis.Item: Modica interualla.

Modificatus,a,um.aliàs mitificatus. à propria natura,ad aliquem modum (τρόπον uocant græci) traductus & immutatus.Pa.281.a.Verba ab oratore modificata & inflexa quodammodo.de Or.160.a.Verba illa modificata eſſe debebunt.

Modius,dij.ſexta pars medimni.In V.171.b.In V.59. b.Pro frumento in modios ſingulos duodenos ſeſtertios exegit.& 165.a.Coguntur Aeſchrio dare tritici modios M M M D C. id eſt,Medimna D C. ut ſuprà dixerat. & 164.b.Of.45.b.Marcus Seius in caritate annonæ aſſe modium populo dedit. Am. 109. a. Verum eſt id quod dicitur,multos modios ſalis ſimul edendos eſſe,ut amicitiæ munus expletum ſit.

Modò.pauloante,memoria noſtra.Off.49. a. Modò enim hoc malum in hanc remp.inuaſit.de D.80.b. et 100 a.Tum.I.V.201.a.Nuper,quid dico nuper?imò uerò modò & planè paulo antè.Or.200.b.Quorum ſatis arguta multa,ſed ut modò primumq; naſcentia, minuta nimisq; depicta.Epiſt.50.b.Modò uno tempore tot uiri clariſsimi interierunt.de Cl.169.b.& Off.49.a. Modò planè annis C X L.ante me coſulem.

Modò.pro tamen.At.201.b.Contudi animum & fortaſſe uici,ſi modò permanſero.Ac.21.b.Deniq; uideantur ſanè,ne affirmentur modò. pro Flac.159. b. Quanquam quis ignorat,qui modò unquam mediocriter hæc ſcire curauit.de Or.122.a.Hæc omnibus,qui ea mediocriter modò conſiderant,pertractata eſſe poſſunt.Ep.152.a. Si nos mediocris modò fortuna reipub.adiuuerit.Ep.5.b.Si Pompeius paulum modò ſibi placere oſtẽderit.Ep.89.b. Quæ ſecundis rebus delectationem modò habere uidebantur, nunc uero etiam ſalutem.Ep.127.a.Studia noſtra, à quibus antea delectationem modò & ſolatium, nunc uerò etiam ſalutem deeſſe non arbitramur.Orat.199.a.Hi unum modò quale ſit ſuſpicantur.de Or.161.a. Si in his paulum modò offenſum eſt.de Orat.123.a.In hac arte, ſi modò eſt hæc ars.de D.98.b.Nemo unquã aliter Philoſophus ſenſit,in quo modò eſſet autoritas.Or.189.b. Lentulus ſatis erat fortis orator,ſi modò orator.Ep.92.b. Si modò tecti ſatis eſt.Br.288.a.Cicero ſeruitutem, honorificam modò, non aſpernatur.Antequam.191.b.Iſti modò uideant, qua ratione,&c.I.V.62.a. Vide modò etiam, atq; conſidera. & Ep.112.b.Vide modò inquis,&c.Ep.149.a. Vt uel omnem impetum belli in me conuertere non recuſem,ſi modò meo caſu patriæ periculum morari poſsim. Ep.261.a. A tergo uidetur,ſi inſaniet,poſſe opprimi, modò ut urbe ſalua.& 94.b. Modò ut tibi conſtiterit fructus ocij tui. Or.199.a.Putant enim qui incultè dicat,modò id eleganter faciat,eum ſolum Atticè dicere:id eſt,ſi modò.

Modò.alio quodam uſu.ad At.212.b.O Academiã uolaticam,modò huc,modò illuc.ad At.30.b. Modò hoc,modò illud audire.de D.93.b.Carneades modò ait hoc,modò illud. de Diuin.227.b. Modò hoc modo,modò illo modo affici.de N.8.a.b.Modò unum,tum autem plures. & 9.a. Modò mundum,tum mentem putat,&c.I.A.173. a. Modò egens,repentè diues.pro Fon.276.b.Prouincia Galliæ conſtat ex ijs generibus hominum,qui partim noſtra memoria bella cum Rom.acerba geſſerunt, partim modò ab noſtris imperatoribus ſubacti, modò bello domiti, modò triumphis notati,modò ab ſenatu agris multati ſunt,partim,&c.Ep.89.b.Modò,pro tantummodo.

Modulatè.concinnè,numeroſè,compoſitè.de N. 30.b. Tibiæ modulatè canentes,& fidiculæ numeroſè ſonantes.

Modulor,aris.metior,moderor.de Or.160.a.Aures hominum uocem natura modulantur ipſa.& Or. 202.a. Ipſa natura quaſi modulatur hominum orationem.

Modus,di.ratio,uia.menſura.Off.27.b. Vt incipiendi ratio fuerit,ita ſit deſinendi modus.Off.28.b.Modus autem eſt optimus,decus ipſum tenere.Off.21.b. Diligenter tenendus eſt modus uoluptatis fruendæ.de N.35.b.Solis acceſſus & receſſus frigoris & caloris modum temperant. Or.202. b. Oculorum & hilaritatis & uiciſsim triſtitiæ modũ res ipſæ,de quibus agetur,temperabunt.de Or.152 a.In ipſo tactu eſt modus mollitudinis et leuitatis. Or.203 b.In omnibus rebus uidẽdum eſt quatenus: & ſi enim ſuus cuiq; modus eſt,tamen magis offendit nimium quàm parum.pro * Nullus modus eſt hominis occidendi, quo ille non aliquot occiderit.pro Cl.37.b. Iudicium in quo non modus eſt habitus,nõ mos,conſuetudoq; ſeruata.pro Mur. 141.a.Hoc ab eo more & modo factum eſt. Off.21.a.Ludendi eſt modus quidam retinendus, ut ne nimis omnia profundamus.Quin.Fr.311.a. Αφιλαφίαν quam tu ſoles dicere,bono modo deſidero.At.212. a. De die tantum uideto, & id ipſum bono modo tantum quantum uidebitur.Off.4 a.Omniũ quæ fiunt,quæq; dicuntur, ordo & modus.de Or.141.b. Pictoris cuiuſdã ſummi ratione & modo,formarum uarietate locos diſtinguentis. Ac.35.a. Hæc tibi tam ſunt defendenda quàm mœnia,mihi autẽ bono modo.Ep. 49. a. Modicè faciam aut etiam intra modum.Ep.52.b.Sed habet iſta res medium quendã modum. Ep.52.b.Sed eſt earum non ſatietas,ſed modus.de Fin.70. b.Ergo & auarus erit,ſed finitè: & adulter, ſed habebit modũ.Tuſ.184.b.Nec magnitudinis,nec diuturnitatis modum terminat.Tuſ.149.a.Terminare modũ artis utilitate.de Fin.49.b. Statuere modũ alienæ induſtriæ. & ad Her.17.a.Statuere modũ unicuiq; rei.pro Syl.176.a. Statuere modũ inimicitiarum.pro Pom.9. a. Statuere modũ imperio.de Fin.49.b.Conſtituere modũ rebus infinitis. pro Syl. 175.b.Niſi tibi aliquem uitæ modũ cõſtitueris,coges me,etc.pro Mar.135.a.Definire modũ alicui rei.Tuſ. 244.a.Apponere & adhibere modũ. de In.51.a. Modus eſt in quo quemadmodũ,et quo animo factũ ſit,quæritur. Tuſ.176.b.et 177.a.Eſt igitur ad hũc modũ ſermo inſtitutus.de In.57.b.Atq; ea quidẽ argumenta ad hũc modũ tentari oportebit.de In. 51.a.In qua utrũ cõceſſeris reprehenditur ad hunc modũ.de In.43.b.Sine certarũ perſonarum interpoſitione ad hunc modum:ut ſi quis, &c.de In.52.a. Quod ſine ullo teſte firmatur hoc modo.nemo eſt,&c. de In. 52.a. Vna reliqua neceſſariò confirmatur, hoc pacto. de D.133.b.Siue ſic eſt,ſiue ullo modo.de Or.103.b.Iſta ratione.pro Q.4.b.Modo & ratione omnia facere, & rectè,& ordine aliquid fieri.Parad.125. b. Non æſtimatione cenſus,ſed uictu atq; cultu terminatur diuitiarũ modus. At.282.a. Eſt ſcilicet utriuſq; rei modus, ſicut reliquarũ. Of.4.b.His enim rebus,quæ tractãtur in uita,modũ quẽdam adhibẽtes & ordinẽ,honeſtatẽ, & decus conſeruabimus. Of.24.a.In omnib. quæ agũtur ex eo modo quẽ quiſque nactus eſt, quid deceat exquirimus. I.A.226.b. Certi fines Macedoniæ, certa cõditio,certiſsimo modo erat etiã illius exercitus.de Sen.95.a. Nam habet natura ut aliarũ rerum omnium,ſic uiuendi modum. & Parad.120.b. Etiam ne minimis rebus, ſiquidem rerum modum fingere non poſſumus, animorum modum tenere poſſumus. & 124. b. Ex eo quantum cuiq; ſat eſt, metiuntur homines diuitiarum modum. & ibi. Quantum cuiq; ſat eſt,ad id accommodatur diuitiarum modus. de Leg.183.b.Demetrius ſepulchris nouis finiuit modum. pro Mil.123.b.Conſtituere modum faciendi aliquid. Off.28.b.Cauendum eſt etiam ſi ædifices,ne extra modum ſumptu & magnificentia prodeas. de Or.146.b. Vox quaſi extra modum abſona. de D.100.b. Cum lacus Albanus præter modum creuiſſet.I.V.157.a.Tamen antiquum modum ſationis nulla ex parte exequi potuit. pro Flac.* Voluiſti magnũ agri modũ cenſere.At.216.a.De modo agri. pro Cl.58.a.Quibus finem fecit nõ mulieris modus, ſed amicorũ autoritas.



Modus in muſicis,pro menſura uocum. de Or.100.b Vt in muſicis numeri,& uoces,& modi. de D.120.a.Surdus uarietates uocum aut modos noſcere non poteſt. de Leg.177.b. Antiquus uocum modus,& uarij canendi ſoni.& ibi.Oculos ceruicesq; pariter cum modorum flexionibus torquent.de Or.107.b.Roſcius dicebat, ſe quo plus ſibi ætatis accederet, eo tardioris tibicinis modos & cantus remiſsiores eſſe facturum. de Som.129.a.Illi octo curſus,in quibus eadem uis eſt duorum modorum,ſeptem efficiunt diſtinctos interuallis ſonos. Or.216.b.Non ſunt in oratione tanquam tibicini percuſsionũ modi, ſed uniuerſa comprehenſio. & ibi.a. In eis ſingulis pedibus modus ineſt,aut ſeſquiplex,aut duplex,aut par. de Or.97.a.Nõ poetico,ſed quodam oratorio numero & modo.& 160. a.Poetæ,quos neceſsitas cogit,& ipſi numeri,& modi.et Or.215.a.Modus pro uerſu. Tuſc.200.a.Carmen & rebus,& uerbis,& modis lugubre.& 171.a.Preſsi & flebiles modi.

Modus.pro moderatione,uel fine.I.V.132.b.Nos modum aliquem & finem orationi noſtræ faciamus.& 137. b. Quid uerò modum ſtatuarum haberi nullum placet? atqui habeatur neceſſe eſt.de L.166.b.Facere modũ controuerſiarũ.de N.78.a.Qui nam internecioni hominum modus pareturé pro Pom. 4.b.Itaq; mihi non tam copia, quàm modus in dicendo quærendus eſt. Ep.73.a.& 145. a.Facere modũ lugendi.& 203.a.Quare faciam modum.

Maiorem in modum,& ſimilia.Epiſt.178.a.& Att. 264.a.Peto à te maiorem in modũ,ut,&c.& Q.Fr.315. a.In maiorẽ modum.Ep.249.a.& 257.a.Mirum in modum gaudeo,&c. Att.2.b.& 27.b.& I.V.231.a.Mirandum in modum iratus eſt. Att.74.a.Mirabilẽ in modum. & 76.b.Incredibilem in modum. de Pro.70.a.Miſerandum in modum necari. I.V.68.b.Seruilem in modum cruciari.& 250.b.Hoſtilem in modum. Att.72.a.Hilarem in modum.I.V.149.b.In mirandam altitudinem.

Alius quidam Modi uſus. de Fin 133.a.Iam uerò animus non eſſe ſolùm, ſed etiam cuiuſdàm modi debet eſſe. de D.115.b. Num etiam ſi fiſſum cuiuſdam modi fuerit,in iecore lucrum oſtenditur.I.V.201.b.Homines cuiuſq; modi.de Fin.69.a.Cuiuſq; modi uoluptates.& 64.b.Multa cuiuſq; modi rapit.de Or.135.b.Cuiuſq; modi ridicula. et pro Fl.154.b. Cum tabulæ ipſæ cuiuſq; modi ſunt, proferuntur. Q.de Pet.213.a.In tot hominum cuiuſq; modi uicijs.de In.79.a.Lex cuiuſcemodi ſit:id eſt,qualiſcunq; ſit. pro S.R.34.b. Vereor cuiuſq; modi es Roſci,ne, &c. de Fin.96.b.& Tuſ.251.b. & de Or.112.b.Cuiuſmodi ſunt, qui,&c. I.V.114.b. & 200.b. Eiuſdem modi totum ius prætorium. Acad.25.b.Quia poſsit eiuſdem modi exiſtere falſum aliquod,cuiuſmodi hoc uerum. de Fin.86.a.& I.V.108.a.An eiuſdẽ modi? de Fin.73.a.Id autem eiuſmodi eſt,ut,&c. At.140.a.Vniuſmodi.& Acad.44.a.Vniuſmodi & ſimplex.de Fin.94.a.& I.V.106.a. Iſtiuſmodi res. & At.108.b.Iſtiuſmodi prætor. Item.Omnia iſtiuſmodi regna. I.V.65.b.Illiuſmodi quadruplatores.Att. 108.b.Illiuſmodi quicquam cogitare.de In.64.b.Cum res aliuſmodi eſt ac putatur.Item. Accepi eiuſmodi literas,ut neuter,&c.Vno modo.Or.208.a. Nec enim ſemper tractantur uno modo.At.91.a.Omni modo egi cum rege,& ago quotidie.

Modus.pro more. I.V.110.a.Humano modo,uſitato more.pro Mur.129.b.Tibicinis Latini modo. de D.98.b Cæteros umbrarum uagari modo.

Mœchus,chi.adulter. Ep.116.b.Ocella nemini perſuaſiſſet ſe mœchum eſſe,niſi,&c. & Ter.8.a.Vt arbitretur te ſibi paratum mœchum,ſi illam duxeris.

Mœnia,orũ.muri urbis.de N.79.a.Muri urbis,quos uos Põtifices ſanctos eſſe dicitis, diligentiusq; urbẽ religione,quàm ipſis mœnibus cingitis.et pro Pl.280.a.Brundiſium ueni,uel potius ad mœnia acceſsi.pro Seſt.22.b.Tum domicilia coniuncta, quas urbes dicimus, mœnibus ſepſerunt. Acad.34.b. Hæc tibi tam ſunt defendẽda,quàm mœnia.At.120.b.Armatum ad patriæ mœnia accedere.et de L.168.b.Cum ſeſe non unis circundatum mœnibus popularem alicuius loci,ſed ciuem totius mundi agnouerit.

Mœrens,tis.mœſtus. Tuſ.154.b.Illa lugubris lamentatio fletusq; mœrens. & pro Syl.131.a.P.Sylla mœrens, demiſſus,afflictus.

Mœrço,res.doleo,lugeo,gemo,in mœſtitia ſum,uoce & querelis dolorem indico. Ep.233.a. Nec miror, ſed mœreo caſum eiuſmodi. Q.Fr.305.a.Illud mœreo,quod &c. Tuſc.171.a. At illa ſicut acerbiſsimam rem mœret. pro Seſt. 11. b. Non uerebar ne quis perditorum ciuium mortem mœreret. & 10.a. Etiam ne edicere audeas, ne homines ſuam,meam,reip.mœrerent calamitatem.Tuſc. 173.a.Cum grauiter filij mortem mœreret. Ep.51.a.Amici,qui tuo dolore mœrent. pro Cor.66.b.Homines alienis bonis mœrẽtes. Tuſ.154.b.Nemo enim mœret ſuo incommodo,dolent fortaſſe & anguntur. Or.203.b. Cum triſtis eſſet Calchas,mœſtior Vlyſſes,mœreret Menelaus. I.A.223.a.Vt nemo unquam unici filij mortem magis doluerit,quàm ille mœret patris. I.P.83.b.Cum omnes boni abditi incluſiq; mœrerent, templa gemerent. pro Dom. 218.b. Lugente ſenatu, mœrentibus bonis omnibus. pro Pl. 281. a. Quid enim poſſum aliud niſi dolere? niſi flere? pro Seſt.8.a.Qui remp.nimis tardè concidere mœrent. Ep.51.b.& de Or.126.a.Nec domo mœrens ad rempub. confugere poſſum.

Mœrendi,mœrendo.Tuſcul.204.b.Vt apud Homerum,quotidianæ neces interitusq; multorum,ſedationem mœrendi afferunt,&c.Ibidem:Intellectum eſt,nihil proficí mœrendo.

Mœror,ris.ægritudo flebilis. Tuſc.213.a.At.195.b. Mœrorem minui,dolorem non potui. de Or.126.b.Cum C.Marius mœrorem orationis meæ lachrymis ſuis adiuuaret.Ep.59.b.& 71.b. Cum à me exponeretur,quanto in mœrore uerſatus eſſem. Att.157.a.& 189.b.Iacet in

mœrore meus frater. pro Seſt. 18. b. Diſceſſerat ab Aſia frater meus magno ſqualore, ſed multo maiore mœrore. At.180.b. Nihil enim de mœrore minuendo ſcriptum ab ullo eſt, quod, &c.

Mœſtè. ad Her.20.b. Tum clementer, mœſtè, hilariter, &c.

Mœſtitia, tiæ. mœror, triſtitia, luctus, ſqualor.)(.Hilaritas. Tuſ.171.a. Preßi & flebiles modi, qui totis theatris mœſtitiam infrant. I.A. 167. b. Tanta in mœſtitia fui, quanta, &c. Off.29.b. Superciliorũ remißio aut contractio, mœſtitia, hilaritas, &c. Or. 210.b. Reſiſtere mœſtitiæ. & 201.b. Seueritas, & quaſi mœſtitia orationis.

Mœſtus, a, um. triſtis, mœrens, ſordidatus, incultus, horridus, capillatus. de Or.120.b. Cum excitaui mœſtum ac ſordidatum ſenem. Poſtquam.207.a. Cum eum incultum, horridum, mœſtumq; uidiſſes. Ep.51.b. Vt tum me à rep. mœſtum domus excipiebat. ad Her.21.a. Mœſto & conturbato uultu.

Mola, læ. far toſtũ ſale reſperſum, libatio. de D.116. a. Cor eſt in extis: iam abſcedet, ſimul ac molam & uinum inſperſeris.

Mola. ſaxum quo frumentum frangitur. At.23.a. Fauonius Rhodi uidetur molis potius, quàm Moloni operam dediſſe.

Moles, lis. I.V.228.a. Fons munitione ac mole lapidũ à mare disiunctus. At. 66.b. Aditus inſulæ muniti ſunt mirificis molibus. & 150.b. Ab utroq; portus cornu moles iacimus. pro Mil.113.a. Albanorum aræ, quas ille cæſis lucis ſubſtructionum inſanis molibus oppreſſerat. I.A. 264.a. Erit igitur extructa moles opere magnifico, inciſæ literæ, diuinæ uirtutis teſtes ſempiternæ. contra Rull. 84. a. Hi Capuam ſedem nouæ reip. conſtituunt, molem contra ueterem remp. comparant. I.C.102.a. Vix molem iſtius iniuriæ ſuſtinebo. I.C.114.b. Non facilè tantam molem mali à ceruicibus depuliſſem. Off.35.b. Agrorum irrigationes, moles oppoſitæ fluctibus.

Moleſtè. grauiter. Ep.11.a. Sanè moleſtè Pompeium id ferre conſtabat. At.211.b. Te de prædio Auiæ exerceri moleſte fero. & 15.a. Iam illud moleſtè rogo, ut, &c.

Moleſtia, ſtiæ. cura, ſolicitudo, angor, negociũ, ægritudo permanens. Tuſ.213.a. de Or.142.b. Acerba ſanè recordatio ueterem animi curam moleſtiamq; renouauit. Ep.216.b. Omnes moleſtias & ſolicitudines, quibus te miſerrimam habui, depoſui. pro Syl.167.a. Ex huius incommodis magnam animo moleſtiam capio. pro Q.R.50.b. Nunquam hac te cura & moleſtia liberabo. Ep.26.b. Niſi iam ratio ipſa depuliſſet omnes moleſtias. & 10.a. In moleſtia gaudeo. Ep.261.b. Habeo etiã illam moleſtiam, quod, &c. 57.a. Eſſe in maximis moleſtijs. Epiſt.47.a. & 201.a. Trahere moleſtiam ex pernicie reip. & At.21.a. Exhibere moleſtiam alicui. At.120 b. Sed in hoc ipſo habent tamen ijdem faſces moleſtiam. Q.Fr.312.b. Nunc mihi iocũditatis plena epiſtola hoc aſperſit moleſtiæ, quod, &c. & 127.a. Deleuit mihi omnem moleſtiam recentior epiſtola. de Amic.113.a. Qui monentur, eam moleſtiam quam debent capere, non capiunt, &c.

Moleſtus, a, um. grauis, intempeſtiuus, odioſus, negocioſus, laborioſus. de Am.100.a. Amicitia nunquã intempeſtiua, nunquam moleſta eſt. Off.14.b. Minus alijs grauis aut moleſta uita eſt ocioſorum. pro Mur.128.a. Prouincia negocioſa & moleſta. de Leg.187.b. Nihil laborioſius moleſtiusq; prouincia. de N.37.b. Labor operoſus et moleſtus. Acad.41.b. Academiam renouari à te, niſi moleſtum eſt, uelim. de Or.110.a. Nos quidem, niſi fortè moleſti uobis interuenimus, ueniſſe delectat. Ep.230.a. Si tibi graue non erit. de Sen.87.a. Cupidis talium rerum odioſum & moleſtum eſt fortaſſe carere. de Am.199.b. Sunt enim quidam, qui moleſtas amicitias faciunt, cum ipſi ſe contemni putant.

Molior, iris. ago, ſtruo, conor, & quodammodo machinor, paro. de N.1.a.b. Vtrum dij nihil agant, nihil moliãtur, atq; ab omni curatione & adminiſtratione rerum uacent, an contrà ab ijs cuncta regantur. & 12.a. Deus nulla opera molitur. Ep.87.b. Agam ipſe per me, & moliar. & Acad.7.a. Vt moliatur aliquid et faciat. de N.16. b. Agẽs aliquid & moliẽs deus. & 37.b. Non ceſſans deus, nec quæ agit moliens cum labore operoſo & moleſto. de Leg.195.b. Qui aliquod munus efficere molitur. Ep.5.a. Nunc id ſperamus atq; molimur, ut, &c. I.V.222.b. Amplius hora iam in demoliẽdo ſigno permulti homines moliebantur. & 253.b. Non me pœnitet pro ratione temporum ita eſſe molitum. Ep.89.a. & de Fin. 59.b. Si molita quippiam eſt. pro Seſt.3.a. Moliri periculum alicui. pro Cl.54.b. Moliri inſidias alicui. & 55.b. Struere & moliri aliquid calamitatis alicui. pro S.R.22.a. Moliri aliquid mali. & contra Rul.68.a. Moliri aliquid occultè. & Tuſ. 151.b. Moliri maiora. I.C.104.b. Peſtem patriæ nefariè moliri. pro Plan.266.a. M. Druſus multa in rep. moliẽs. de Ar.253.a. Quis igitur hanc optimatiũ diſcordiam molitur. At.105.b. Niſi quid occultè Cæſar per Tribunos molitus erit. pro S.R.31.b. Multa ſæpe imprudentibus imperatoribus uis belli ac turba molitur. At.138.b. Equidem illud molior, ut mihi Cæſar concedat, ut abſim. Or.200.a. De quo molimur aliquid exquiſitius dicere. At.236.b. Minime obſcurum eſt, quod iſti moliuntur. & 257.a. Octauius magna molitur. Sen.82.a. Senectus eſt operoſa, & ſemper agens aliquid et moliens, tale ſcilicet, &c. Parad. 125.a. Reus corruptelã iudicij moliens. de Or.127.b. Hæc ferè ſunt in iudicum animis oratione molienda, amor, odium, &c. de Vn.197.a. Mundum efficere moliens deus, terram primùm ignemq; iungebat, &c. pro Mil.114.a. Si Milonem de tua uita nefariè aut nunc cogitare, aut molitum aliquando aliquid putas.

Molitio, onis. machinatio, fabricatio. de N.5.b. Quæ molitio? quæ ferramenta? qui uectes? & 6.b. Tanta rerum molitio. de Vn.196.a. Originem rerum, & molitionem nouam quærens.

Molitor, oris. machinator, fabricator, architectus. de Vn.197.b. Effector mundi & molitor deus.

Mollio, lis. lenio, mitigo, effœmino. de N.20.a. Sed uſu mollienda nobis dura uerba ſunt. & Or.201.b. Mollire dura. de N.53.a. Dentibus manditur, extenuatur, & mollitur cibus. de N.31.a. Frigoribus dureſcit humor, & idem uiciſſim mollitur tepeſactus, & tabeſcit calore. de N.52.a. Nilus recedens agros mollitos oblimatosq; ad ſerendum relinquit. de Or.145.a. Aetas iam deflexa ad ocium domeſticarum me rerum delectatione molliuit. de Sen.79.b. Fabius Annibalem iuueniliter exultantem patientia ſua molliebat. Tuſ.180.b. Poetæ molliunt animos noſtros. Tuſc. 341.b. Sed nos animum opinionibus, maloq; more delinitũ molliuimus. I.A.240.b. Ipſa illa martia legio hoc nuncio langueſcet & mollietur.

Mollipes, dis. de D.83.a. Mollipedesq; boues ſpectantes lumina cœli.

Mollis, lis. tener, tractabilis, flexibilis, effœminatus.)(.Durus, & quaſi ferreus. de Cl.168.a. Hic inflexit orationem,



& eam mollẽ teneramq; reddidit. & Or.201.b. Oratio mollis & tenera, & ita flexilis, ut ſequatur quócunq; torqueas. de Or.117.b. Genus dicendi molle & remiſſum. Off.26.a. Ne quid effœminatũ aut molle, aut ne quid durum aut ruſticum ſit. Q. Fr.316.a. Infima auricula mollior. de Or.104.a. Philoſophus mollis, languidus, eneruatus, omnia ad uoluptatem corporis doloremq; referens. & de Fin.56.b. & 127.a. Voluptarius, delicatus, & mollis. de Cl.185.a. Solutus & mollis in geſtu. At.22.a. Quodammodo molli brachio obiurgare aliquem. pro Mil.109.a. Molle, tenerum, fragile, flexibile.

Molliter. leniter. de Or.148. Recubare alicubi molliter ac delicatè. & Off.11.b. Delicatè & molliter uiuere. Ep.16.b. Id enim feci parcè & molliter. de N.52.a. Aues nidos conſtruunt, eosq; quàm poſſunt mollißimè ſubſternunt. de Sen.78.a. Quod ferendum eſt molliter ſapienti.

Mollitia, tiæ. & Mollities, ei. mollitudo, teneritas, lenitudo. Part.237.a. Lenitatem mollitia animi imitatur. de Fin.55.b. & Tuſ.186.b. Qui officia deſerunt mollitia animi: id eſt, laborum & dolorum fuga. de Fin.139.a. In primo ortu ineſt mollities & teneritas quædam. Att.14. b. Agilitas, ut ita dicam, molliticsq; naturæ. Att.194.b. Noſti Niciæ noſtri imbecillitatem, mollitiem, & conſuetudinem uictus. pro Syl.170.a. Qua mollitia ſum animi & lenitate. de Leg.177.b. Ciuitatum mores lapſi ad mollitiem, pariter ſunt immutati cum cãtibus. Or.202.a. Mollitia ceruicum.

Mollitudo, nis. de N.51.b. In pulmonibus ineſt raritas quædam, & aßimilis ſpongiæ mollitudo. de Or.152.a. & 157.b. In ipſo tactu eſt & mollitudinis & leuitatis modus. Tuſ.237.b. Mollitudo corporis, lenitudo orationis. ad Her.19.b. Mollitudo uocis, cum eam torquere pro commodo noſtro poſſumus.

Moloßi. pop. de D.96.

Momentum, ti. punctũ temporis, pondus, uis, motus eodem & loci ueſtigio & temporis. Ep.88.a. Omnia momenta obſeruabimus, neque ullum prætermittemus tẽpus tui iuuandi. de Fin.145.b. Nec ullo minimo momento plus ei uitæ tribuo, quàm Stoici. I.A.199.b. Minimis momentis maximæ inclinationes temporum fiunt. de D.105.a. Paruis enim momentis multa natura aut affingit, aut mutat, aut detrahit. Off.54.a. Omnia ex altera parte collocata uix minimi momenti inſtar obtinent. contra Rul.82. a. An ignoratis, cætera uectigalia perleui ſæpe momento fortunæ, inclinatione temporis pendére? & de Fin.126.b. Momenta temporum. pro Mur.124.b. M. Cato diligentißimè perpendens momenta officiorum omnium. pro Mur. 128 .a. Quæſtura utriuſq; propemodum pari momento fortis fuit. de Fin.96.b. Nihil aliud alij momento ullo antepones. & 145.b. Nec ullo minimo momento plus ei uitæ tribuo, quàm Stoici. Acad.47.b. Paria in contrarijs partibus rationum momenta. Or.201.a. Non ſemper ex eiſdem, argumentorũ momenta ſunt. de Fin.71.b. Hoc nihil habet momenti. Acad.31.b. Ita ſunt in pleriſq; contrariarum rationum paria momenta. pro Mur.139.a. Petunt aliquid publicani, caue quicquam habeat momenti gratia. de Fin.117.a. Hæc res nullum habet momentum ad beatam uitam. & ibi. Qui ad appetitionem rerum eſſe in his momenta diceret. & ibi. Ne minimi quidem momenti ad ſummum bonum adipiſcendum. de Fin.131.a. In his momenta ſunt maxima ad beatè uiuendũ. de Fin.60.b. Hoc plus aut ad beatam, aut ad miſeram uitam affert momenti, quàm eorũ utrumuis. I.V.272.b. In rep. permagni momenti eſt, ratio atq; inclinatio temporũ. Brut.90.b. Non enim ignoras, quanta momenta ſint in rep. temporũ. pro Fõt.276.b. Vt ſua autoritas aliquid apud ueſtros animos momẽti habuiſſe uideatur. pro Mur.145.b. Si quid habet aut momenti commendatio, aut autoritatis confirmatio mea. In Vat.29.a. Teſtimonium tuum nullius momẽti putatur. In Vat.30.b. Id eſt maximi momenti & ponderis. de In.72.a. Magno momento eſſe ad perſuadendum. Att. 254.b. Magna ῥοπὴ ad proficiſcendum tuis literis. pro Font.278.b. Ad unamquamq; rem exiſtimandã, momentoq; ſuo ponderandã. de Or.96.b. Inuenta non ſolum ordine, ſed etiam momento quodam atq; iudicio diſponere. de N.49.b. Aſtra forma ipſa figuraq; ſua momenta ſuſtinent. Tuſ.156.b. Elementa habent inter ſe diuiſa momenta. At.184.a. Sed propera per deos. ſcis enim, quantum ſit in temporibus, quantum in celeritate.

Momus, mi. cui nihil ſatisfacit, qui nihil non carpit, qui omnes reprehendit, reprehẽſor, obtrectator. Att.80. a. Vt etiam Ligurino μώμῳ ſatisfaciam.

Moneo, es. admoneo, ſuadeo, hortor, præcipio, prædico. de In.70.b. Pietas officium erga parentes conſeruare monet. de D.135.b. Mea cauſa me mones, quod non intelligam: quid igitur me mones? & 135.b. Quæ noſtra cauſa nos mones. Q.Fr.309.a. Tu me de retinenda Seſtij gratia literis monuiſti. At.181.a. Te oro, ut Terentiã moneas de teſtamento. At.275.a. & de D.123.a. & Ep.176.b. Monere aliquem de aliqua re. Ep.2.a. Monere aliquem, ut fugiat infamiam. de Ar.249.b. Et ut caueat ab aliquo. Off. 8.b. Monere aliquem, ne aliquid faciat. de Ar.254.a. De quo ipſo nũc monemur. et 256.a.b. Cũ dij monent de optimatium diſcordijs. de Or.147.a. De ijs te, ſi quis me fortè locus admonuerit, commonebo. I.C.108.b. Sed eos hoc moneo, deſinant furere. Off.18.b. Vt rectè præcipere uideantur, qui monent, etc. At.234.a. Id ipſum, quod me mones, qua triduo antè cogitarã. de Or.117.a. Hic Sulpitius, me quidẽ (inquit) rectè mones. Ep.31.b. Eaq; me ex tuis mandatis monuit, quæ, &c. Ep.27.b. Quæ tu me mones, ut caueam. ad Her.1.a. Si te unum illud monuerimus. Ep.143. b. & 145.b. Monere atq; hortari aliquem. Ep.47.a. Monente & denunciante te. Ep.74.b. Memoria noſtræ amicitiæ, & uirtute filij tui monitus. I.V.73.a. Moneo, prædico, antè denuncio. Ep.145.b. Autoritate monere. I.A.212 b. Equidem non deero, monebo, prædicabo, denunciabo, & teſtabor ſemper deos & homines, quid ſentiam. Am. 112.b. Sed cum tot ſignis natura declaret, quid uelit, obſurdeſcimus tamen, neſcio quomodo: nec ea quæ ab ea monemur, audimus, &c. & ibid. Nam & monendi ſæpe amici ſunt, & obiurgandi: & hæc accipienda amicè, cum beneuolè fiunt.

Monedula, æ. auis, quæ monetam pecuniamue furatur, cuius eſt admodũ cupida. pro Fl.162.a. Non plus aurum tibi, quàm monedulæ committebant. prouerbium.

Moneta, tæ. à monendo dicta. Iuno autem moneta appellabatur, quòd in eius æde publicæ monetæ pecuniæq; Romæ cudebantur. de N.69.a. & de D.191.a. Iuno moneta. & ibi. De ea, &c. I.A.209.b. At.li.8.

Monetalis, e. qui monetam cudit. At.165.b. Monetali autem aſcripſi, quod ille ad me proconſulem, &c.

Monile, lis. colli ornamentum. I.V.208.b. Monile ex auro & gemmis.

Monimentum, ti. & Monumentum, ti. ὑπομνηματισμός, memoria, literæ, cõmẽtarij, ſtructio, ornamentũ, publicũ opus, trophæũ, moles, ſepulcrũ. de In.51.a. Res, quarum

quarũ monimenta certa in literis extãt. Ep.67.a.Cupio quàm celerrimè res noſtras monimentis cõmendari tuis. Ep.83.a.Nec nos quidem noſtra diuinatio fallet, quam ſapientiſsimorum uirorum monimentis atq; præceptis conſecuti ſumus.de Or.101.b.Monimenta rerum geſtarũ,& uetuſtatis exẽpla oratori nota eſſe debent.Or.114.a.Qui ſine ullis ornamentis monimenta ſolùm temporum,hominum,locorum,geſtarumq́; rerum reliquerunt. Ep.75.b. Niſi iſta pecunia grauiſsimis eſſet certiſsimiſq; monimentis teſtata,cui data,quo ſenatuſconſulto,&c.pro R.93.a. Iſte omnes & ſuppliciorũ, & uerborum acerbitates non ex memoria noſtra ac patrum noſtrorum, ſed ex annalium monumẽtis, atq; ex regum cõmentarijs conquiſiuit. de Cl.170.a. Ipſæ enim familiæ ſua quaſi ornamenta & monimẽta ſeruabant, & ad uſum, ſi quis eiuſdem generis occidiſſet,& ad memoriam laudum domeſticarum,& ad illuſtrandam nobilitatẽ ſuam. At.283.b.Extare enim uolebam in crudeliſsimos hoſtes monumẽta odij publici ſempiterna.Item.Cum ad templum monimentumq́; noſtrum ciuitates pecunias decreuiſſent. contra Rul.78.b.Prædas ac manubias ſuas imperatores in monumenta deorũ immortalium,atq; in urbis ornamẽta conferre. Antequam. 193.a. Tot præclaris teſtimonijs monumentiſq; uirtutis cõparatis. cõtra Rul.86.a.Hæc tu ſceleris ueſtigia,quàm monimenta maiorũ ſapientiæ ſequi maluiſti. I.C.116.b. Quibus pro tantis rebus nullum inſigne honoris, nullum monimentum laudis poſtulo. I.C.116.b.In animis ego ueſtris omnes triumphos meos,ornamenta omnia honoris, monumenta gloriæ,laudis inſignia,condi & collocari uolo. pro Ar.191.a.Aditus templorum,ac monimentorum ſuorũ carminibus exornauit. pro Dom.235.b.Monumentum quod poſitum eſt, ut eſſet indicium oppreſsi ſenatus, ad memoriam ſempiternam turpitudinis. pro Dom.223. b.Quid quod nunc apud pontifices agis?te meam domum conſecraſſe,te monumentũ feciſſe,te in meis ædib.ſignum dedicaſſe. pro Dom.233.a.Si mea domus non modò mihi non redditur,ſed etiam monumentum præbet inimico doloris mei,ſceleris ſui,publicæ calamitatis:quis erit,&c. I.V.267.a. Apud te,cuius nullum in rep.unquã monumentum fuit. Ep.13.b.Non meum monimentũ:non enim illæ manubiæ meæ,ſed operis locatio mea fuerat. Epiſt.56.a. Monumentũ ei marmoreum faciendum locauerunt.Tuſ.154.b.Monumenta ſepulchrorũ. & de Fin.89.a.Elogia monimentorum. I.V.144.b.& 205.a.Indicia & monumenta furtorum. de In.71.a.Statuere æterna inſignia poſteris,& ſtatuere æternum monumentum.I.P.99.a.Is in Macedonia trophæa poſuit,quæ bellicæ laudis uictoriæq́; inſignia & monumenta ſunt.Item.Aetas trophæis monumentiſq́; finem affert. pro S.R.43.a.Nec ſibi quicquã patrium,ne monumenti quidẽ cauſa reliquit.pro Mil.122.a Huius uos animi monumenta tenebitis:id eſt,memoriam. I.A.252.a. Cuius conſulatus eſt ex omni monumentorum memoria reuulſus.de Cl.167.a. & Acad.1.b. & 39.b. & de D.87.a.Nota res eſt,& à te ipſo mandata monumẽtis. pro Seſt.24.a. Hæc monumentis annalium mandantur, poſteritati propagantur. pro R.P.129.b.Hæc res annalium monumẽtis celebratur.pro Dom.230.a.Vt annales pop.Rom.& monumẽta antiquitatis loquũtur. & 241. a. Nullum ex ea dedicatione literarũ extat monumẽtum. pro Plan.279.a. Hæc de ſapientiſsimis uiris monumenta, nobis literæ prodiderunt. de D.82.b.Nihil eſt,quod non longinquitas tẽporum excipiente memoria, prodendiſq; monumentis efficere poſsit.contra Rul.83.b.Hoc perſcriptum in monumentis ueteribus reperietis. pro Syl.174. b.Publica monumenta. Q.Fr.295.b.Studia & artes,quæ ſunt nobis Græciæ monimentis diſciplinisq; traditæ. & 298.b.Ampliſsimis monimentis conſecrare memoriã nominis ſui. Off.11.b.Magnum eſt enim,eadem habere monimenta maiorum,eiſdẽ uti ſacris, ſepulchra habere communia. Off.53.a. Nulla eius ingenij monimenta mandata literis, nullum opus ocij, nullum ſolitudinis munus extat.

Monitio,onis.admonitio.de Am.113.b.Monitio acerbitate,obiurgatio contumelia uacare debet.

Monitor,oris.admonitor,magiſter.de Or.117.b.Hoc præceptum eſt magis monitoris nõ fatui, quàm acuti magiſtri. In Sal.274.a.Quos ego habui omnium mearum actionum monitores.I.C.120.a.Cæſar monitor & autor huius ſententiæ.pro Mur.142.a.Appellare ciues per monitorem.

Monitum,ti.præceptum,monitio. I.A.262.a.Meæ aures dies & noctes omnium præceptis & monitis patuerunt.Ep.64.b.Meis conſilijs monitiſq; nituntur. & 70. a.Monitis præceptiſq;. & 145.a.Monitis & præceptis, ad quem metum ſi deorum monitis nõ duceremur, tamen ipſi noſtro ſenſu coniecturaq; raperemur.

Monogrammus,mi. pictus,tenuis,ocioſus. de M.37. b. Epicurus monogrammos deos, & nihil agentes commentus eſt.

Mons,tis.alpes.de Pro.76.a.Nihil eſt iam ultra illam montium altitudinem,quod ſit pertimeſcẽdum. & de N. 45.b.Impendentium montium altitudines.& 52.b.Montes ueſtiti ac ſylueſtres. & 58.b.Veſtitus denſiſsimi montium.de Cl.169.a.Mõs,qui ſacer appellatus eſt. de D.84 a.Cum tumulos Albano in mõte niuales Luſtraſti.de Or. 88.a.Genus hominum in montibus ac ſyluis diſsipatum.

Monſtro,as.demonſtro,commonſtro,oſtendo,pateſacio,digitum ad rem intendo,ſpeciem præ me fero.Off.11. a.Homo qui erranti comiter monſtrat uiam.ex Ennio.de D.108.a.Qui ſibi ſemitam non ſapiunt,alteri monſtrant uiam.Ep.262.b.Tu ſi quid librarij mea manu non intelligent,monſtrabis.de L.156.a.At quam Vlyſſes Deli ſe palmam uidiſſe dixit,hodie monſtrant eandem. Ter.* Scio ubi ſit,uerùm hodie nunquam monſtrabo.

Monſtroſus,a,um.portentoſus. de Fin.6.b. Alij lucifugi,monſtroſi.de D.122.b.Monſtroſiſsima beſtia.

Monſtroſè. de D.138.b. Nihil tam præpoſterè,tam inconditè, tam mõſtroſè cogitari poteſt,quod non poſsimus ſomniare.

Monſtrum,ti.oſtentum,portentum,prodigium,τέρας. de D.99.b.Quia enim oſtendunt,portendunt,monſtrant, prædicunt, oſtenta, portenta, monſtra, prodigia dicuntur.& de N.27.a. I.C.104.b.Nulla iam pernicies à monſtro illo atq; prodigio mœnibus ipſis comparabitur. I.V.186.a.Non mihi iam furtum,ſed monſtrum atq; prodigium uidebatur. Ar.249.b.Periculum ex aliquo monſtro ſignificatum cauere.Tuſ.220.b.Dicere monſtra.I.P. 86.a.Immaniſsimum ac fœdiſsimum monſtrum. At.124. a. Sed hoc τέρας horribili uigilantia,celeritate,diligentia eſt.1.Cæſar.

Montanus,a,um. contra Rul.85.a.Ligures montani,duri,& agreſtes.

Montiuagus,a,um.Tuſ.244.a.Non montiuagos & ſylueſtres curſus patiuntur.

Montoſus,a,um.montuoſus.pro Plan.263.a.Aſpera & montoſa regio.

Montuoſus,a,um.uel potius mõtoſus.Part.233.a.Loci plani.



ci plani.)(.Loci mõtuoſi. Am.109.a.Locis mõtuoſis delectamur,& ſylueſtribus. Alijs Montoſus rectius uidetur.

Monumentum,ti.uide Monimentum.I.A.263.b.Placet mihi,militibus,qui pugnantes occiderunt,monumentum fieri quàm ampliſsimum. I.A.197.a.An illa non grauiſsimis ignominijs,monumentiſq; huius ordinis ad poſteritatis memoriam ſunt notanda, quod M.Antonius,&c. & 202.a.Clariſsimum monumentum clementiæ ſuæ.

Mopſus.Argiuorũ rex,et uates.de N.27.de D.98.b.

Mopſuheſtia,æ.uel Mosheſtia,uel Mopsheſtia potius. urbs à Mopſo condita,ab eoq́; ſic appellata. Ep.38.b.de D.98.b.

Mora,ræ. cunctatio, dilatio,prolatio,tarditas,retardatio,procraſtinatio,tergiuerſatio,ſuſtentatio.de In.80. b. Deinde utrũ ſtatim fieri neceſſe ſit, an habeat aliquam moram & ſuſtentationem. At.183.b. Multa mihi moram afferunt. I.A.199.b.Iſta legatio moram & tarditatẽ afferet bello. & I.V.270.a.Vt ſupplicij aliquam paruam moram poſſet afferre. At.251.b.De Publio autem quod perſcribi oportet,moram non puto eſſe faciendam. Ep.156. b.Propter tarditatem ſententiarũ,moramq́; rerum. pro Syl.178.a. Venire omnes ſuas poſſeſsiones maluit, quàm ullam moram fieri cuiquam creditorũ ſuorum. I.V.270. a.Non modò effugium, ſed ne moram quidem mortis aſſequi potuit. At.276.b.Omnino Panſa uiuo celeriora omnia putabamus,nunc per auſpicia longam moram uideo. pro Cec.286.a.Quî igitur conuenit,quæ cauſa,&c.eandem eſſe moram ad iudicandum? pro Cec.286.a.Moram ad condemnandum acquiſiſſe. At.215.a.Non enim puto tam expeditũ iudicium,ut non habeat aliquid moræ. pro Rab.91.b.Cum ad iudicij moram familiaris funeris excuſatio quæreretur. & I.V.269.b.Moram ſupplicio quærere. pro Cec.285.a.Iudicandi iuſtam moram ac religionem iudicibus inijcere. I.C.99.a.Dixiſti,paululũ tibi eſſe etiam nunc moræ,quod ego uiuerẽ. pro Mil.111.b.Quid ergo erat moræ et tergiuerſationis?Ep.188.b.Habeo paululum moræ,dum promiſſa militibus perſoluo. Acad.39. a. Quod cum audiuiſſemus, nullam moram interponendam putauimus,quin uideremus,&c.de In.44.b.Inferre moram & impedimentum alicui. Aſin.Ep.163.a.Eſſe in mora:id eſt,morari,& detinere aliquem,uel inferre moram & impedimentum alicui. Brut.288.b.Quod ego,ut debui,ſine mora feci. I.C.111.a. & Ep.117.b.Illi ſine recuſatione,ac ſine ulla mora negocium ſuſceperunt. At.177. a.Sine mora facere aliquid,abiecta omni cũctatione. Or. 201.b. Diſtincta alios,& interpuncta, interualla,moræ, reſpirationeſq; delectant. I.A.224.b.Tu nullam moram interpoſuiſti, quin quamprimùm maximo gaudio frueremur. I A.205.b.Quæ cum uiderẽ,nullam moram interponendam inſequendi M. Antonium putaui. & 206.b. Vtinã hæc legatio nihil haberet moræ.& 217.b.Tu omnes moras interponis,quibus infirmetur Brutus. At.81. a.Tibi,ut uideo,& ſpero,nulla ad decedendum mora. & 81.b. In his γλυκύπικρον illud confirmas, moram mihi nullã fore. a Fa.307.a.Comitia ſine mora futura uidẽtur.

Moralis,le.de D.140.a.Nos eam partẽ philoſophiæ de moribus appellare ſolemus,ſed decet augentẽ linguam latinam nominare moralem.

Moratus,a,um.morib.præditus & perpolitus, conſtitutus,inſtitutus. de Or.92.a. Ea, ſine quibus ciuitates nec eſſe,nec bene moratæ eſſe poſſunt. de Cl.165 b.Bene morata,& bene conſtituta ciuitas. & de Sen.90.a.Optimè morata ciuitas. et pro Mil.120.a.Genus hominũ optimè moratũ. contra Rul.85.a.Modeſtiſsimi mores. Part. 237.a.Quemadmodum quis inſtitutus moratuſ'ue fuerit. Tuſ.177.a. & de Fin.62.a.Quotuſquiſq; philoſophorũ inuenitur, qui ſit ita moratus,ut ratio poſtulat? de Or. 125.a.Probus,bene moratus,& bonus uir.Att.86.b.Dionyſius mihi quidem in moribus eſt.de Am.107.b.& 105. a.& 506.b.Bene moratus,bene inſtitutus,qui commodis eſt moribus,cui mores emendati ſunt.de D.94.b.O' poema tenerum,& moratum,atq; molle. Off.41.a.Apud etiam maiores noſtros fruendæ iuſtitiæ cauſa uidẽtur olim bene morati conſtituti reges.

Morboſus,a,um. Tuſ.220.b.Maiores noſtri iracundos ſolos,morboſos nominauerunt.

Morbus,bi.ægrotatio,inualetudo,malum.I.C.103.b. Vt homines ægri morbo graui,cum æſtu febriq; iactãtur, ſi aquam gelidã biberint, prius releuari uidentur, deinde multo grauius uehementiuſq; afflictãtur: ſic hic morbus, qui eſt in rep.releuatus iſtius pœna,uehementius reliquis uiuis ingraueſcet.Tuſ.191.b.Qui in morbo ſunt,ſani non ſunt.& 192.a.Corpus quod in morbo eſt. Off.17.a.Medici leuiter ægrotantes,leuiter curant: grauioribus morbis periculoſas curationes & ancipites adhibent. pro.Cl. 54.b. & I.C.103.b.Is ibi in morbum incidit,ac ſatis uehementer diuq; ægrotauit.Ep.156.b.Is in morbum grauem & periculoſum incidit,ex labore in morbũ incidere. Ep. 217.a.Ille in morbũ incidit,ex quo non conualuit.& Tuſ. 165.a.Cadere in morbũ. Ep.201.a.Grauius ægrotant ij, qui cum leuati morbo uidentur,in eum deintegrò inciderũt.Poſt.198.b.Bona ualetudo iucũdior eſt eis,qui è graui morbo recreati ſunt, quàm qui nunquã ægro corpore fuerunt.de D.94.a.Qui ſunt morbo graui & mortifero affecti. I.P.98.a.Qui cum uno genere morbi affligerentur, neq; ſe recreare quiſquã poſſet, cum ſemel incidiſſet, dubitabat nemo,etc.de Fat.143.b. Vt in eo,qui mortifero morbo urgetur. de D.111.b.Medicus morbũ ingraueſcentem ratione prouidet. & ibi.a.Num uates acutius conijciet morbi naturam,quàm medicus? & ibi. Aegrotus euaſit ex morbo. pro Dom.215.a.Adhibere medicinam,quæ & illud natiuum, & hoc delectum malum ſanare poſſet. pro Plan.278.b. Si me uis aliqua morbi, aut natura ipſa conſumpſerit,tamẽ,&c.pro S.13.b.Vi interire.)(.Morbo extingui. pro Syl.181.b. Ex magnis, & diuturnis,& iam deſperatis reip. morbis iſta repentè uis erupit, ut ea confecta & eiecta,conualeſcere aliquando & ſanari ciuitas poſſet.de N.77.a.Hũc igitur nec Aeſculapius miſero diuturnoq; morbo intabeſcentẽ interemit.Tuſ.215.b.Animi ualentes,morbo tẽtari non poſſunt, corpora poſſunt. de N.37.b.Deus nec morbũ metuẽs ex defatigatione membrorum.At.169.a.b.Tu quartana cares,& nouũ morbũ remouiſti,ſed etiã grauedinẽ.& 68.b.Te à quartana liberatum gaudeo,itemq́; Pyliam. At.169.a. Valetudinem tuam iam confirmatam eſſe & à uetere morbo,& à nouis tẽtationibus,gaudeo.& 183.b.Scripſeras enim,te quodam ualetudinis genere tentari.& Tuſ.215.b.Morbo teneri. At.104.a.Pyliam in idem genus morbi delapſum audio. At.100.a.Inualetudo tua me ualde conturbat; ſignificant enim tuæ literæ,te prorſus laborare. At.173.b.Tulliæ meæ morbus & imbecillitas corporis me exanimat. pro Cl.29.a.In morbis corporis ut quiſq; eſt difficillimus, ita medicus nobiliſsimus atq; optimus adhibetur. pro Cl. 24.a.Graui morbo affectũ eſſe. pro Cl.22.a.Mulier oppreſſa morbo eſt. Ep.107.b.Morbi ſeneſcentis remiſsio. Tuſ.113.b. Cũ ſanguis corruptus eſt, aut pituita redũdat, aut

aut bilis in corpore, morbi, ægrotationesq́; naſcuntur. & ibid. Ex perturbationibus morbi cōficiuntur, quæ uocant illi νοσήματα At. 237. a. Cum hominem temperantē, ſummum medicum tantus improuiſo morbus oppreſſerit. de Fin. 85. a. Tanti aderant morbi ueſicæ & uiſcerum. de Fin. 61. a. Nec uerò quiſquam ſtultus non horum morborum aliquo laborat: id eſt, animi uel corporis. Ep. 107. b. Ego autē cùm omnes morbos reformido, tum quod Epicurum tuum Stoici malè accipiunt, quia dicant δυσεντερικὰ καὶ δυσουρικὰ πάθη moleſta eſſe: quorum alterum edacitatis morbum putant, alterum etiam turpioris intemperantiæ. & ibid. Tanta me διάῤῥοια arripuit, ut, &c. & ibid. Ego hic cogito commorari, quoad me reficiam. nam & uires & corpus amiſi: ſed ſi morbum depulero, facilè illa reuocabo. & Tuſ. 227. a. Depellere morbum. I. V. 95. a. Nam ille quoq; ſodalis iſtius erat in hoc morbo & cupiditate. Ep. 17. a. Quòd morbo impeditus in Ciliciam non tranſieris. pro Syl. 177. a. Quas oras quaſi morbus quidam illius furoris peruaſerat. de Orat. 125. b. Mederi morbo alicui. de Fin. 144. b. Bonum ualetudo, miſerum morbus. Quin. Fr. 310. a. Quintus tuus perleuiter commotus fuerat: id eſt, ægrotus. et ibid. Eumq́; uidi planè integrum: id eſt ualentem, ſanum. Ep. 107. a. Cum grauiter ex inteſtinis laborem. & ibid. b. Quia febrim non haberem. Att. 193. a. Ab his me remedijs noli in iſtam turbam uocare, ne recidam. de Cl. 165. a. Nam me iſtis ſcito literis ex diuturna perturbatione totius ualetudinis, tanquam ad aſpiciendam lucem eſſe reuocatum. At. 231. b. Antè ſciui ei rectè eſſe, quàm non bellè fuiſſe. At. 232. a. L. Cæſarem Neapoli affectum grauiter uideram. de D. 82. b. Mirari licet, quæ ſint animaduerſa à medicis herbarū genera, quæ radicum, ad morſus beſtiarum, ad oculorum morbos, ad uulnera. de Vn. 197. b. Nullus morbus mundum poteſt, aut ſenectus affligere. At. 211. a. De Attica optimè quod leuius ac lenius, & quod fert εὐκόλως. de D. 137. b. Medici ex quibuſdam rebus & aduenientes morbos, & creſcentes intelligunt. nonnullæ etiam ualetudinis ſignificationes, ut hoc ipſum, pleni enecti'ue ſimus, ex quodam genere ſomniorum intelligi poſſe dicuntur. I. A. 216. a. Aliquis infirmus ex graui & diuturno morbo. & ibid. Graui periculoſoq́; morbo affectus. & ibid. Contra uim grauitatemq́; morbi contendit, ut ad caſtra perueniret. I. A. 227. b. Alter nondum ex longinquitate grauiſsimi morbi recreatus eſt. de Sen. 91. a. Facilius in morbos incidunt adoleſcentes, grauius ægrotant, triſtius curantur.

Mordax, cis. aculeatus, dentatus. de Or. 131. a. Lacerat lacertum Largij mordax Memmius. de Cl. 180. a. Aliquis cum aculeo & maledicto facetus, & charta dentata. l. Charta.

Mordeo, des. figo, carpo, perſtringo. At. 207. a. Valde me momorderunt epiſtolæ tuæ de Attica noſtra. pro S. R. 27. b. Alij canes & latrare & mordere poſſunt. Tuſ. 218. b. Morderi eſt melius conſcientia. Att. 175. a. Si qua ſint in tuis literis, quæ me mordeant. Ep. 15. a. Par pari referto, quod illam mordeat. Tuſ. 208. a. Si paupertas momordit, ſi ignominia pupugit. Att. 91. b. Qui ſcribis mordere te interdum, quod non ſimul ſis. Ep. 44. b. Neq; non me tamen mordet aliquid, &c. Ep. 178. b. Mordere frenum. Item. Si frenum momorderis. Habere aculeos in reprehendendo aliquo. l. Aculeus.

Mordicus, adu. Acad. 13. b. Perſpicuitas, quam mordicus tenere debemus. & de Fin. 123. b. Verba tenent mordicus. Q. Fr. 324. b. a. Auriculam fortaſſe mordicus abſtuliſſet: id eſt, morſu, uel dentibus. Parad. 118. a. Illud tamen arctè tenent, accurateq́; defendunt: id eſt, mordicus.

Moribundus, a, um. moriens. l. Interruptus. pro Seſt. 21. b. Tribunum plebis plus uiginti uulneribus acceptis, iacentem moribundumq́; uidiſtis.

Morigeror, aris. morem gero, obſequor, ſatisfacio, placeo. Or. 212. a. Voluptati autem aurium morigerari debet oratio. l. Mos.

Morior, eris. emorior, cado, occido, intereo, decedo, mortem obeo, mortem oppeto, de uita decedo, è uita, uel ex uita, uel à uita diſcedo uel recedo, è uita migro uel emigro, ex hac uita migro, ex hominū uita demigro, uita excedo, è uita excedo, uitam amitto, uita me deficit, uita priuor, uitalia lumina linquo, animā amitto, animam efflo, animam ago, uitam dimitto, uitam pro rep. reddo, extremum uitæ ſpiritum edo, uitam pro patria profundo, uitam deſero, ab hominibus demigro, indigniſsimè eripior bonis omnibus, agere ſupremum diem uitæ, conficere extremum uitæ diem morte, cedere uel recedere è uita, deſciſcere è uita, uitam naturæ reddo, lucis hanc uſurā reddo, ſi quid mihi acciderit, ſi quid de eo factum eſſet, interire, diſsipari, diſſolui, uitam cum morte cōmutare, mortem occumbere, diem ſuum obire, cum duo fulmina noſtri imperij ſubitò in Hiſpania extincti occidiſſent, qui extremum ſpiritū in uictoria effudiſtis, ui interire, morbo extingui, ex corporis uinculis tanquam ex carcere euolo, mortem capio, de uita exeo. )( In uitam introeo. Ep. 80. b. Ita enim uiuere, ut non ſit uiuendum, miſerrimum eſt: mori autem nemo ſapiens miſerū duxit, ne beato quidem. de Sen. 94. a. Sapientiſsimus quiſq; æquiſsimo animo moritur, ſtultiſsimus iniquiſsimo. Att. 139. a. Videbatur uel mori ſatius fuiſſe, quàm eſſe cum ijs. pro Quin. 3. a. Moritur in Gallia Quintius, & moritur repentinò. Ep. 165. b. Auiam tuam ſcito deſiderio tui mortuam eſſe. At. 2. b. Ex uulnere mori. Poſtquam. 204. b. Nunquā ueſtrorum in nos beneficiorū memoria ac fama morietur. pro Cæl. 53. b. Vt iſte interpoſitus ſermo deliciarum deſidiæq́; moreretur. I. P. 99. b. Ne ſuauiſsimi hominis memoria moreretur. de Sen. 92. a. Adoleſcentes mori ſic mihi uidentur, ut cum aquæ multitudine uis flammæ opprimitur: ſenes autem ſic, ut ſua ſponte, nulla adhibita ui, cōſumptus ignis extinguitur. & 92. b. Moriendum certè eſt: & id incertum, an eo ipſo die. At. 34. a. Cum Cæſar ueniſſet mortuo plauſu. Ep. 122. b. Mori, & agere animam. I. A. 236. a. Agitur autem, liberi' ne uiuamus, an mortem obeamus. de Cl. 171. a. Ennius cum Thyeſtem fabulā docuiſſet, mortem obijt. de D. 92. a. Eodē ſibi leto, quo ille interiſſet, eſſe pereundū. pro Cæl. 54. b. Nolite hūc natura ipſa occidentē uelle maturius extingui uulnere ueſtro, quàm fato ſuo. pro Cl. 23. a. Is qui & naturæ, & legibus ſatisfecit, quem leges exilio, natura morte mulctauit. pro Cl. 22. a. Mulier oppreſſa morbo eſt. de Cl. 176. b. Sed cecidit in curſu: id eſt, perijt. Oct. 329. b. Cedam uita: id eſt, moriar. & 331. b. Vitā fugere. de Cl. 165. a. Hortenſius è uita ceſsit, ſuo magis, quàm ciuium ſuorum tempore. de Or. 142. b. Illa uirtus L. Craſsi morte extincta ſubitò eſt. I. A. 224. a. Vitam amitto. Ep. 50. b. Obire ſuum diem. & 56. a. Diem ſuum obiiſſe. Epiſt. 142. a. Si in hac cura uita mihi ponenda ſit. Ep. 50. a. Vitam cum morte commutare. Tuſ. 170. b. Occumbere mortem. de Fin. 160. a. Conficere extremum uitæ diem morte. de Fin. 102. b. Migrare è uita. )( Manere in uita. & 103. a. De uita exeo. )( In uitā introeo. de Fin. 103. a. Deſciſcere à uita. de Fin. 85. a. Agere ſupremum diem



diē uitæ. Tuſ. 217. a. recedere à uita. et 155. a. cedere è uita.

Moror, aris. cōmoror, maneo, cunctor, in mora ſum. Epiſt. 254. a. Tu quòd adhuc Brunduſij moratus es, ualde probo. & 192. a. Diutius morari aut expectare præſidiū, non neceſſe habui. Ep. 172. a. Dabo operam, ne Antonius in Italia moretur. & 178. b. Ego in Italia morabor. Epiſt. 242. a. Tēpus eius tridui quod in his caſtris morabar, in magno officio & neceſſario mihi ponendum putaui. Att. 76. b. Moratus triduum Laodiceæ, & totidē dies Sinadæ, audiui, &c. At. 254. a. Brutus ualde moratur, non tergiuerſans, ſed expectans, &c. At. 99. a. Quàm uellem nunc in prouincia morari. de Or. 149. b. Cum Athenis diutius eſſem moratus. I. C. 101. b. Si hic morari æquo animo non potes, abi in alias terras. At. 197. a. Publia ſcripſit, ſe unà (ſi ego paterer) moraturam. de Som. 127. b. Quid moror in terris? I. P. 85. a. Nec eſt paſſus, in rep. diutius ueſtrorū ſcelerum peſtem morari. Att. 130. a. Cum conſtituiſſes ad me uenire, miror quam ob cauſam moratus ſis.

Morari aliquem: id eſt, retardare, moram afferre, moram inijcere, moram & impedimentum inferre. At. 182. b. Multa eum in Aſia dicuntur morari. Ep. 250. a. Si me nauigatio non morabitur. I. A. 199. b. Tamen legatorum nomen, belli celeritatem morabitur. & 201. a. Hem cui legatos mittamus, cui bellum moremur inferre. de D. 84. b. Hæc tardata diu ſpecies, multumq́; morata, Cōſule te tandem celſa eſt in ſede locata. In Vat. 31. a. Morari aliquem conſcendentem. At. 215. a. Ego morabor te. Ep. 27. b. Curtius cogitat dibaphum, ſed eum infector moratur. & 26. b. Niſi quid me Eteſiæ morabuntur. & 93. b. Si quid eum uel impediet, uel morabitur. Att. 212. a. Libri ad Varronē nos morabantur. Ep. 148. b. Si modò meo caſu reip. periculum morari poſsim. Tuſ. 173. a. Cum enim illā ad ſolenne ſacrificium curru uehi ius eſſet, morarentur iumenta, &c. I. V. 224. b. Hic iſte omnia, ne multis morer, aſportanda curauit: id eſt, ne te pluribus teneam. At. 217. a. Balbo placebat, propinquum diem, & Romæ ſi Cæſar moraretur, poſſe in diem tertium differre.

Moroſè. faſtidioſe, importunè. de Clar. 186. b. M. Piſo iracundius reſpuebat ineptias hominum, ſiue moroſè, ut putabatur, ſiue ingenuo liberoq́; faſtidio.

Moroſitas, tis. difficultas. Offic. 18. a. Ne ſi iraſcamur aut intempeſtiuè accedentibus, aut impudenter rogantibus, in moroſitatē inutilem & odioſam incidamus. de Sen. 90. b. At moroſitas tamen habet aliquid excuſationis.

Moroſus, a, um. difficilis, inhumanus, importunus. Ep. 102. a. Moroſi ſunt, qui amant. Or. 206. a. Vſq; eo difficiles & moroſi ſumus, ut nobis non ſatisfaciat ipſe Demoſthenes. Att. 7. b. & de Or. 132. a. Genus cauillandi moroſum. At. 39. a. Mirabiliter enim moroſus eſt. Aliter, moratus. de Sen. 90. b. At ſunt moroſi, anxij, iracundi, & difficiles ſenes. At. 134. b. Stomachoſa & ſubmoroſa ridicula. & ibi. Homo moroſus. & Q. Fr. 309. b. In defendendo moroſo homini cumulatiſſimè ſatisfecimus.

Mors, tis. interitus, occaſus, fatum, letum, neceſsitas, exitus, funus, diſceſſus, ſupremus alicuius dies, diſceſſus è uita, exceſſus è uita, extremus uitæ dies, extremus ſpiritus, exceſſus, fatum mortis, fatum extremū, fatum ſupremum, diſſolutio naturæ. Tuſ. 152. a. Sunt qui diſceſſum animi à corpore putant eſſe mortem, ſunt qui nullū cenſeant fieri diſceſſum, ſed unà animum & corpus occidere, animumq́; cum corpore extingui. Tuſc. 169. b. Mortem eſſe migrationem in eas oras, quas, qui è uita exceſſerunt, incolunt. Tuſ. 154. a. Mortem non interitū eſſe omnia tollentem atq; delentem, ſed quandam quaſi migrationem commutationemq́; uitæ. & 168. a. Somnus eſt imago mortis. pro Seſt. 13. b. Cum ſit omnibus definita mors, optandum eſt, ut uita quæ neceſsitati debetur, patriæ potius donata, quàm reſeruata naturæ uideatur. & pro Pl. 278. b. Si me uis aliqua morbi, aut natura ipſa cōſumpſiſſet, tamē, etc. pro Mil. 121. a. Mortem naturæ finem eſſe, non pœnam. pro Quin. 9. a. Mors honeſta ſæpe uitam turpem exornat, uita turpis ne morti quidē honeſtæ locum relinquit. I. C. 118. b. Nec enim turpis mors forti uiro poteſt accidere, neq; immatura cōſulari, nec miſera ſapiēti. de L. 162. a. et de Fin. 135. b. Mors fugitur quaſi diſſolutio naturæ. Ep. 93. b. Omnium rerum mors eſt extremum. I. A. 163. b. Mortem omnibus natura propoſuit. Off. 16. b. Mors ſeruituti turpitudiniq́; anteponenda eſt. Antequam. 196. a. Neq; enim mors miſeranda eſt, quæ ob rem capitur. I. C. 123. a. Mors, quam illi mihi minitantur, omnibus eſt parata. & de Sen. 91. a. Omni ætati mors eſt communis. Tuſc. 168. a. Mors propter incertos caſus quotidie imminet. de Fin. 161. a. Mors quæ quaſi ſaxū Tantalo ſemper impendet. I. C. 119. a. Mortem à dijs immortalibus non eſſe ſupplicij cauſa conſtitutam, ſed aut neceſsitatem naturæ, aut laborum aut miſeriarum finem eſſe: itaque eam ſapientes nunquam inuiti, fortes etiam ſæpe libēter appetiuerunt. Ep. 180. a. Nunquam honeſta mors fugienda, ſæpe etiam appetenda eſt. I. A. 219. b. Turpis fuga mortis omni eſt morte peior. de Fin. 85. a. Præclaræ mortes ſunt imperatoriæ. Ep. 56. a. Et cui inimici propter dignitatem pepercerant, inuentus eſt amicus, qui ei mortem afferret. pro S. R. 24. b. Qui mortem obtulerit parenti. Ep. 56. a. Vir clariſsimus ab homine teterrimo acerbiſsima morte eſt affectus. pro Cl. 53. b. Homines inimicos ſuos morte affici uolunt. de Cl. 173. b. Carbo morte uoluntaria ſe à ſeueritate iudicum uindicauit. I. A. 203. b. Alexander tertio & trigeſimo anno mortem obijt. Gracchi immaturus interitus. l. Immaturus. I. V. 179. b. Conſciſcere mortem ſibi ipſi. & ibi. Dyrrhachinum mortem oppetiſſe. & Tuſ. 173. b. Mortes oppetitæ. & pro Seſt. 21. a. Morte obita. Tuſc. 169. a. Mitti ad mortem. & 170. a. Duci ad mortem. de Fin. 102. b. Exceſſus è uita. )( Manſio in uita. Tuſ. 163. b. Supremus uitæ dies. & 174. a. Supremus ille dies. de Fin. 85. b. In extremo ſpiritu. & Tuſ. 167. b. Poſt extremum ſpiritū. Off. 47. b. Patrocinio uero ſe uſos aut cliētes appellari mortis inſtar putāt. pro Dom. 232. b. Vidi prætextatos inimicos nondum morte cōplorata arbitria petentes funeris. pro Cec. 287. a. Sicut is in morte ſua teſtamento declarauit. de Sen. 91. a. De morte. de Fin. 86. a. Mors diſſolutio. Acad. 40. b. Occaſus. Q. F. 305. b. Lachrymæ meorū me ad mortem ire prohibuerunt. I. A. 221. b. Et huic & multis alijs mors ob remp. habita honori fuit. & 245. b. Mors neceſsitatē habeat fati, aut ſi antè oppetenda eſt, oppetatur cum gloria. I. A. 264. a. O' fortunata mors, quæ naturæ debita pro patria eſt potiſsimum reddita. de Am. 97. b. Moriendi ſenſum celeritas abſtulit. Tuſ. 168. a. Mors propter incertos caſus quotidie imminet, & propter uitæ breuitatem nunquam longè poteſt abeſſe.

Morſus, ſus. Of. 36. b. A' beſtijs ictus, morſus, impetitus. & de Fin. 83. b. Viperinus morſus. Tuſc. 186. b. Acer morſus doloris. & 212. a. Vt ægritudo quaſi morſum aliquē doloris efficiat. Of. 37. b. Acriores ſunt morſus intermiſſæ libertatis, quàm retentæ. At. 190. b. Recordationes quaſi morſu quodam dolorem efficiunt. de D. 85. b. Quid ariſtolochia ad morſus ſerpentum poſsit. & 82. b. Herbæ

ad morſus beſtiarum. Tuſc.243.b.Certare pugnis,calcibus,unguibus,morſu. de Fat.147.b.Philoctetes ulceratus ſerpentis morſu. de Sen.88.a.Et contra auium minorum morſum,munitur uallo ariſtarum. de D.121.b.Cũ ſerus immani lacerauit uiſcera morſu.

Mortalis,le.diſſolubilis, quod habet naturã & conditionem ut mori poßit. de N.65.b.Omne animal mortale & diſſolubile eſt. & de Vn.201.a.Homines mortali conditione eſſe generatos.& I.A.264.a.Ita pro mortali conditione uitæ immortalitatem eſtis conſecuti. de Sen.93.b. Animum dum in corpore mortali eſt,uiuere. & ibi. Animum non eſſe mortalem.& de N.90.a.Corpus mortale. de Leg.168.b.Quod in ijs mortale & caducum,quod diuinum æternũq; ſit.de Som.128.b.& Or.206.b.Infrà autem nihil eſt iam,niſi mortale & caducum. de N.6.a.Plato fecit mundum mortalem.de D.116.a.Natura omnium interitus atq; obitus conficit.pro Dom.233.a.Quod & ſenatus & popolus Rom. & omnes mortales iudicarunt. I.P.100.a. Omnes mortales omnium generum, ætatum, &c.de N.77.b.Atq; hoc quidem omnes mortales,ſic habent,&c.et de Fin. 65.a.Omnes mortales qui ubiq; ſunt. I.V.147.a.Vt omnes mortales uidere poßint,&c.pro S.R.34.b. Vt ab omnibus mortalibus audacia tua cognoſceretur. pro Dom.225.a.Cum eius mœror inauditus omnibus mortalibus miſerabilis uideretur.de Ar.257.a.Qui ſit unus omnium mortalium ſine ulla dubitatione deterrimus. Para.118.b. Quo beatius eße mortali nihil poteſt. Antequam.197.b. Miſerrimi mortalis caſum ſubire. pro Flac.134.b.Quem nemo qui mortalis eſſet,audiuit.I. V. 130.a.Nemo omnium mortalium.& 272.b.& 55.b.Defendo multos mortales. pro S.R. 20.a. Quæ ſit omnium mortalium expectatio,uides. Off.24.b. Fortuna nõnunquam ipſa mortalis,cum immortali natura pugnare uidetur.pro R.P.127.b. Nec me pœnitet mortales inimicitias,ſempiternas amicitias habere.

Mortalitas,tis.mortalis uitæ cõditio,naturæ cõmunis fragilitas. de N.7.a.Omne quod ortũ eſt,mortalitas conſequitur. Oct.130.a.Supra mortalitatẽ tuã tibi ſunt omnia tributa.pro Mar.134.b.Caſus humanos et incertos euentus ualetudinis, et naturæ cõmunis fragilitatẽ extimeſco.

Mortifer,a,um.mortem afferens. de D. 94.a. Qui ſunt morbo graui et mortifero affecti.et Tuſ.163.b. Mortiferum poculũ. pro Seſt.12.b.Plaga inſanabilis illa mortifera.& in Vat.33.a.Plaga mortifera.pro Syl.181.a.Accepit P.Sylla uehemens & mortiferum uulnus. de D.121.a.Emißio maris anguis erat mortifera Corneliæ. Acad. 30.a. Cur deus mortifera tam multa terra mariq; diſperſerit.de Leg.272.a.Præcepta,quæ imperiti pro ſalutaribus mortifera conſcripſerunt.

Mortuus,a,um. morte deletus, ſenſu ac uita carens, qui iam nuſquam eſt, qui ex hac uita migrauit, qui è uita exceßit,conſumptus.)(.Viuus. At.195.b.Amo illum mortuum,tutor ſum liberis. de Leg.182.a.Homini mortuo ne oſſa legito.de Or.106.b.Si cauſam ageres militis,patrem eius dicendo à mortuis excitares. pro Quin. 9.a. Is non modò ex numero uiuorum exturbatur, ſed etiam ſi fieri poteſt,infra mortuos mandatur. & Poſtquam.200.a.Infra omnes mortuos mandatus eſſet. pro Mil.16.a.Inferre mortuum in domum alicuius. I.P.98.b.Cum tu quòd tibi ſuccederetur,exanguis et mortuus cõcidiſti.pro Rab.96.b.Qui ſenſu et uita carẽt.de Sẽ.82.b.Athletæ ſenis lacerti mortui ſunt. In Sal.272.b.Qui iã deceſſerũt,omniq; odio carẽt & inuidia. de Cl.168.a.Themoſtocles ueneno potò mortuus concidit. Q.Fr.303.a.Quædam effigies ſpirantis mortui. pro Mil.119.b.Excitare aliquem à mortuis.

Mos,oris. conſuetudo,inſtitutum,diſciplina,uſus,ritus,modus. de Or.91.b. Hic enim eſt mos patrius Academiæ,aduerſari ſemper omnibus in diſputãdo. de Cl.272.a. Mos eſt hominum, ut nolint eundem pluribus in rebus excellere. I.V.249.a.Cũ omnes ut mos eſt, ut fieri ſolet, concurrerent. & 241.a.Nam ut mos fuit Bithyniæ regibus,lectica octophoro ferebatur. Acad.39.a.Vt mos amicorum eſt. I.V.89.b.Tum ille negauit moris eſſe Græcorum, ut in conuiuio uirorum accumberent mulieres. Ep. 194.b.Sed quia mos eſt ita faciẽdi,rogo. Of.47.a.Quod in patrijs eſt moribus, multorũ cauſas gratuitò defendere.contra Rul.66.a.Eſt hoc in more poſitum inſtitutoq; maiorum,ut ij,qui,&c. At.209.b.Quæ autem his temporibus ſcripſi,Ariſtotelicũ morẽ habent. Off.26.a.Noſtro quidem more cum parentibus puberes filij non lauantur. Off.30.a.Quæ more agũtur inſtitutiſq; ciuilibus. & pro Mur.124.a.More inſtitutoq; maiorũ,&c.pro Cec.285.a Cauſam more inſtitutoq; omnium defendi. & pro Quin. 11.b.Ita tamen more & inſtituto per Tribunum.Off.30.a. Contra morem cõſuetudinemq; ciuilem aliquid facere. pro Cl.37.b.Non mos cõſuetudoq; ſeruata.pro Cec.283.a.Vis moribus facta.)(.Vis contra ius moremq; facta. & ibi.Recedere è conſuetudine. & 288.b.Vt de fundo Cecinna moribus deduceretur:id eſt,more & conſuetudine. & 290.a.Vt moribus deductio fieret.de Or.96.a.Et noſtro more aliquando,non rhetorico loquamur. contra Rull. 71.a.Iam hoc inauditum & planè nouo more uti,&c. de Cl.176.b. Nõ antiquo illo more, ſed hoc noſtro eruditus. pro Cec.291.b.Prætor quemadmodum more & exemplo opitulari poßit,nõ habebit.I.V.122.a.b.Hoc iniecto metu iudicibus nullo more,nullo exemplo,ecquam rem putatis eſſe?&c. Att.159.a.Pompeius Syllano more exemploq; uincet.Or.199.a.Inclinata ululantiq; uoce Aſiatico more canere.et 217.a.Placet dici omnia Iſocrateo Theopompeoq; more. de Vn.195.a.Multa ſunt à nobis in Academicis,Carneadeo more & modo diſputata.de D.98.b.Ceteros umbrarum uagari modo. de Am.102.a.Quidam pecudum ritu ad uoluptatem omnia referunt.de Or.150.a. Ariſtotelio more, & hoc Arceſilæ modo diſputare. pro Cæl.44.a. Agere illo auſtero more & modo. pro Mur. 141.a.Hoc ab eius amicis more & modo factum eſt. I.V. 110.b. & pro Mur.129.a.Humano modo,uſitato more. Ep. 114.b. Nam ſi hoc more moderari poſſemus, ut,&c. Att.223.b.Noſtro more,ne patiamur intermitti literas. pro Fl.148.b. Quæ accuſatorio iure & more ſunt facta. Ep.182.b.Et ſi more magis hoc quidẽ ſcribo,quàm quo te admonendũ putẽ.pro Cæl.45.b.More meretricio uiuere. & de In.42.a.More beſtiarũ uagari.pro Q.R.54.a.Niſi fortè tu peruerſo more id facis.& Tuſ.154.b.Vicioſo more effici quidpiã. de Or.93.b.Nõ grauabor breuiter meo more quid quaq; de re ſentiam dicere.& de Fin.67.a.Suo more loqui.& ibi.Voluptas in corpore,omniũ latinè loquentiũ more ponitur.de Or.80.a.Dicendi ratio in medio poſita,cõmuni quodã in uſu atq; hominũ more & ſermone uerſatur. de Sen.78.a.Gigantũ more bellare cum dijs. I.V.98.b.Fit ſermo inter eos & inuitatio,ut græco more biberetur. Ep.16.b.More Ariſtoteleo ſcribere. de Or.109.b.Ad Græcorũ conſuetudinẽ diſputare.Tuſ.210 b.Ad eã cõſuetudinẽ diſputauimus. Or.201.a.Ad morem dicẽdi rhetorũ exercere aliquẽ,&c.Hor.42.a.In morem Salium. & pro Ar.192.a.Iudiciali cõſuetudine.Off.13.a.

Apud



Apud Platonem eſt, omnẽ morẽ Lacedæmoniorũ inflammatum eſſe cupiditate uincendi.pro Fl.149.a.O morem præclarũ et diſciplinã,quã à maioribus accepimus. de In. 82.b.Perducere aliquid in morem. de Or.116.a.Qui hoc primus in mores noſtros induxit. et 151.b.Græcorũ prudentiã poſſe ad noſtrũ morẽ uſumq; trãsferri.Tuſ.230.a. Quẽ morẽ cũ Carneades tenuiſſet,etc.de Fin.64.a.Retinere morẽ. et reuocare morẽ. Ep.75.a.Mos antiquus manet.Part.235.a.Ius in natura ſit,an in more. de In.50.b. Apud quos,quo more,cuius arbitratu ſit educatus.Acad. 45.b.Virtus natura uel more perfecta. Gerere morẽ alicui,& placere alicui.l.Obſequor. Att.32.a.Vtrique à me mos geſtus eſt.Ep.29.a.Sed tibi morẽ geßi.& Tuſ.151.b. Gerã tibi morẽ. pro Quin.2.a. Alicuius ſtudio ac cupiditati morẽ gerere. de Or.93.b.Gerendus eſt tibi mos adoleſcentibus Craſſe. pro Fl.159.a.Lacedæmonij,qui ſoli iam tot annos unis morib.& nunquã mutatis legib.uiuũt.Ep. 199.b.Tẽperati moderatiq; mores.Att.262.a.Tua ſingularis humanitas,ſuauißimiq; mores.& Ep.a.Mores perditi. At.86.b.Dionyſius mihi quidẽ in morib.eſt,pueri autẽ aiũt eũ furẽter iraſci.de Fin.127.a.Ariſtoteles,et eius filius Nicomachus, cuius accuratè ſcripti de morib.libri,dicũtur eſſe Ariſtotelis.et 107.a.Philoſophiæ pars,qua mores conformari putantur.pro S.R.24.b.Mores feros immanemq; naturã alicuius oſtẽdere.Q.Fr.303.b.Deſidero filiã,effigiẽ moris,ſermonis,animi mei.de Or.125.a.Mores oratoris effingit oratio. & ibi.Exprimere oratione mores alicuius iuſtos, integros, religioſos,timidos,perferẽtes iniuriarũ. pro S.R.36.b.Totã uitã,naturã,moreſq; alicuius cognoſcere.pro Cor.63.a.Cæſar inueteratã quãdam barbariẽ ex Gaditanorũ morib. diſciplinaq; deleuit. Of.24.a. Plerũq; parentũ præceptis imbuti,ad eorũ conſuetudinẽ moreq; deducimur.& 60.b.Præclarũ à maiorib.accepimus morẽ rogandi iudicis,ſi ea teneremus,quæ ſalua fide facere poßit. I.P.86.a.Lex contra omnes leges nullo ſcripta more.I.A.173.b.Quid unquã domus illa uiderat,niſi pudicũ?niſi ex optimo more et ſanctißima diſciplina? et Parad.122.b.Suis quiſq; fingitur moribus.de L. 174.a.Tamẽ hæc erãt ferè in more maiorũ,qui tũ, ut lex ualebat. pro Deiot.149.a.Imitari potius aui mores diſciplinãq; debebas.de L.178.a.Oraculũ editũ eſt, eas potißimùm religiones tenẽdas eſſe, quæ eſſent in more maiorũ.

Motio,onis.cõmotio,motus.de Fat.149.a.Qui protruſit cylindrũ, dedit ei principiũ motionis, uolubilitatẽ aũt non dedit.de N.36.a.Ex diſparib.motionib.magnum annum cõfici.& de Vn.200.a.Orbium motio trãſuerſa. Acad.45.a.Animi motiones atq; rationes. & Tuſ.153.a.

Moſheſtia,æ.urbs,quã Græci Μόψου ἑστίαν uocant. Mopſuheſtia.

Motus,tus.motio,momentũ,agitatio,pulſus,impulſus, curſus,lapſus. de Vn.198.a.Deus motũ dedit cœlo,eũ qui figuratus ſit aptißimus. de Som.128.a.Orbes qui uerſantur retro cõtrario motu atq; cœlum.& ibi.Quod animal eſt,id motu cietur interiore.& ibi.Inanimatum eſt omne quod impulſu agitatur externo. de D. 110.a. Sol, luna, quẽ motum habeat. de N.30.b.Omne quod eſt calidum et igneum, cietur & agitatur motu ſuo. de N.65.a.Natura omnia ciens motib.mutationibuſq; ſuis.& Ac.30.a.Tantum motũ mutationẽq; moliri.et de D.128.a.In maximis motib.mutationibuſq; cœli.Tuſ.202.a.Eo enim erãt uultu, oratione, omni reliquo motu & ſtatu,ut eos Argiuos diceres. de N.32.a. Motus principiũ ab animis eſſe ductũ. de D.95.a.Pars animi quæ ſenſum,quæ motũ,quæ appetitum habet.de Of.36.b.Motus animi turbati,quos Græci πάθη uocant.de Cl.172.b.Cũ omnis motus animi tanquã uẽtus hominẽ defecerat.de Vn.202.b.Ira & mens,& reliqui motus animi. de D.135.a.Nunquã animus agitatione et motu uacuus eſſe poteſt. de D. 133.b. Maiores enim quàm ulli inſani efficerent motus ſomniãtes. I.C.110.a.Is omnes motus Catilinæ conatuſq; prohibuit. de N.32.a. Motus principiũ ab animis eſſe ductũ.Poſt.200.a.Nullus in eorũ reditu motus municipiorũ factus eſt.de Or.127.a Si quis motus populi factus eſt. pro Dom.242.a.Totius Italiæ magnificentiß.ille motus municipiorũq; cõcurſus. pro Fl.151.a.Motus quidã temerarius græculæ cõcionis.I.C.105.a.Qui nullũ reip.motũ afferre poterãt.de Fin.66 a.Res quæ dulcem motũ afferũt ſenſibus.& ibi.Tũ eſſe in motu uoluptatẽ.& 67.b.Sic enim appellat hanc dulcẽ in motu,illã nihil dolẽdi in ſtabilitate.pro Fl.164.a.Videtis in quo motu temporũ,quanta in conuerſione rerũ ac perturbatione uerſamur. Of.26.a.Nã palæſtrici motus ſæpe ſunt odioſiores.de N.86.a.Omnes animorũ motus pernoſcẽdi.de Or.94.a. Animi atq; ingenij celeres quidã motus eſſe debẽt,qui,etc.Or.109.a.Motus cogitationis celeriter agitatus.Tuſ.156.b.Momẽtũ,pro motu.de Vn.203.b.Vt ſex motib.ueheretur antè et ponè:nã et ad dextrã et ad læuam,et ſurſum et deorſum.de Fat.144.b.Itaq; tertius quidam motus oritur extra põdus et plagã,cum declinat atomus interuallo minimo. et 145.a.Eſſe quendã motum animi uoluntariũ. de Sen.93.b.Cũ animus ſemper agitetur, nec principiũ habeat motus,quia ipſe ſe mouet,nec finem quidẽ habebit motus.de Or.103.b. Animorũ motus aut iudicibus,aut populo dicẽdo miſcere atq; agitare.et ibi.Philoſophi quidã omnino motus negãt in animis ullos eſſe debere. Of.26.b.Elaborãdũ eſt,ne animi motus à natura recedat.et ibi. Motus animorum duplices ſunt,alteri cogitationis,alteri appetitus. Of.27.b.Vt perturbationes fugiamus:id eſt,motus animi nimios, rationi nõ obtẽperantes.

Mouens, tis. quod eſt in motu.)(.Stans, manens. de Fin. 71.a. Summum bonum puer utra uoluptate dijudicabit?ſtante an mouente?

Moueo,es.cieo,agito,pello,impello,excito,motum facio,motum affero,momentum habeo, digitũ profero. de N.32.a. Ex ſe & ſua ſponte moueri.)(.Agitari pulſu externo.de N.37.b.Vt noſmetipſi, qui animis mouemur & ſenſibus. de N.78.b. Hominum mẽbra nulla contentione mente ipſa ac uoluntate mouentur. de D.126.b.Signiferi orbis unamquamq; partem,aliam alio modo mouere atq; immutare cœlũ, perinde ut quæq; ſtellæ in his finitimiſq; partibus ſint quoq; tempore. de Fat.145.a.Atomos per inane moueri grauitate & pondere. Acad.25.b.Moueri mente ac ſenſibus. Or.220.b.Orator non approbationes ſolùm,ſed admirationes,plauſus,clamores mouere debet. Of.20.a. Pulchritudo corporis mouet oculos,et delectat. & ibi. Decorum mouet approbationem eorum quibus cum uiuitur.de D.96.b.Cũ ſignifer primi haſtati ſignum non poſſet mouere loco. & pro Cec.292.a.Si ne quidem loco motus fueris. Att.252.b.Multa me mouẽt in diſceſſu, in primis quod,etc. At.152.a.Neq; illud me mouet,quod, &c. Ep.8.a.Quæ quidem mea cohortatio ne tibi inanis eſſe uideatur,illa me cauſa mouet. At.172.b.Quæ me cauſæ mouerint,quàm acerbæ,quàm nouæ, non queo ſcribere. de Or.125.b.In commouendis iudicibus,ijs ipſis ſenſibus ad quos illos adducere uolo,permoueor. Attic.133.a. Nec me conſules mouent, qui ipſi pluma aut folio facilius mouentur. I.V.209.a.Mouere caſtra ex aliquo loco,&

uaſa colligere. Ep.77.b.Ne te moueas iſtinc tam infirma ualetudine. At.134.b.Poſtquam ille Canuſio mouerat.& 60.a.Ego me de Cumano moui ante diem,&c.Quin.Fr. 308.Itaq; magnæ mihi res moueri uidebātur. Part. 240. a.Quæ quidem uel maximè ſuſpicionem mouent. de Or. 132.b.Sed admirationem magis quàm riſum mouet. Att. 30.a.Quantam tu mihi moues expectationem de ſermone Bibuli.Ep.54.a. Non eſt porrò tuum,uno ſenſu oculorum moueri.de Leg.179.a.Eam petitionem comparaſti, quæ & riſus & querelas moueret. de Or.104.b.Qui patris clariſsimi recordatione & memoria fletum populo moueret. de Fin.100.a.Quia cogitationes comprehenſionesq; rerum, è quibus efficiuntur artes, appetitiones mouent. Ep.157.b.Quæ animum meum repentè mouerunt.pro Deiot.145.b.Mouebar animo,& de ſalute populi Rom.extimeſcebam.pro Mur.130.b.Mouere ſtomachum alicui.

Mouere.pellere,eijcere.I.A.170.a.Mouere aliquem de ſententia.pro Cl.42.b.Mouere aliquem ſenatu.& ibi. a.Ex ſenatu eijci à cenſore.de Or.134.a.Mouere aliquem tribu.de Off.67.a.Vt ueros hæredes moueat,in eorum locum ipſe ſuccedat. de Off.50.a.Quinquaginta annorum poſſeſsiones mouere non nimis æquum putabat. contra Rul. 77. a. Sed moueri poſſeſsionibus amiciſsimis ſedibus ac dijs penatibus negant oportere. Q.Fr.308.a.Vrgere illi ut loco nos mouerent.

Mox.quàm mox,ſtatim. Att.157.b.Præterijt uillam meam Curio,iuſsitq; mihi,nunciari mox ſe uenturum. I. C. 98.a.Nox nulla interceſsit,mox interfectus eſt. de In. 73.a.Non neceſſe eſt expectare, quin mox iudiciū fiat.de Fin.108.a.De ſummo bono mox,ut dixi,uidebimus.de D. 90.a. Diſcedo parūper à ſomnijs, ad quæ mox reuertar.

Mucro,onis.I.C.111.a.Iidem gladios in remp.diſtrictos retudimus, mucronesq; eorum à iugulis noſtris reiecimus. I.A.259.b.Et dubitare,utrum mucrones noſtrorū militum in ciue,an in hoſte figantur. pro Cl.43.a.Cenſorius ſtilus, cuius mucronem multis remedijs maiores noſtri retuderunt. de Leg.288.a.Clodius mucronem tribunitium exacuit in nos.pro Cec.301.a.Hic eſt mucro defenſionis tuæ.

Muginor,aris.cunctor,moror,& quod alij boni autores dicunt,Muſſo:id eſt,taceo,& diſsimulo.Att.259.a. De Ocella, dum tu muginaris, nec mihi quicquam reſcribis,cepi conſilium domeſticum.

Mugio,gis.mugiunt boues dum clamant. ad Heren. 33.b.Vagire,mugire,murmurare,ſibilare.

Mugitus,tus.boum à ſono ficta uox,ut etiam mugire. de D.87.b.Terræ mugitus.Translatio eſt.

Mula,læ. de D.118.b.Mulæ partus à te prolatus eſt, res mirabilis propterea,quia non ſæpe fit.& 88.a.

Mulceo,ces,mulſi,mulſum.permulceo,lenio.In Arat. Vt res nulla feras poſsit mulcere procellas.& ibi.Hæc angens anima uitali flamine mulcet. & ibi.Huic ceruix dextra mulcetur Aquari.

Mulciber,bri.Vulcanus. Tuſc.180.a.Iouisq; numen Mulcibri adſciuit manus.Poetæ.

Mulcta,ctæ.uel multa.pœna.pro Cec.304.a.Noſtri ciues ſæpe in colonias profecti ſunt,aut ſua uoluntate,aut legis mulcta,quam ſufferre non poterant.I.V.113.a.In cuius teſtamento quodam loco ſi commiſſum quid eſſet,mulcta erat Veneri. de Or.176.a.L.Caſilenus ab L.Sabelio mulctam lege Aquilia de iuſtitia petiuit. de Opt.244.b. Aeſchines à Cteſiphonte multam petijt. & I.V.107.b. bis.Petere mulctam ab aliquo. Item.Craſſus conſul Pont. Max.Flacco collegæ Flamini Martiali mulctam dixit, ſi à ſacris diſceſsiſſet, quam mulctam populus Romanus remiſit. pro Rab.92.a. Illud quod eſt in eadem mulctæ irrogatione perſcriptum. I.A.155.a.Quis unquam tāto damno ſenatorem coegit?aut quid eſt ultra pignus aut mulctam. pro Mil.108.b.Irrogare mulctam alicui. Epiſt.75.b.Vt multa tam grauis T.Mario depelleretur.

Mulctatio,onis.direptio. pro Rab.93.a.Miſera mulctatio bonorum,miſerum exilium.

Mulcto,as.afficio,punio. pro Cor.63.b.Populus Gaditanus hunc mulcta & pœna mulctauit.de Or.101.a.Vicia hominum atque fraudes damnis, ignominijs, uinculis, uerberibus,exilijs,morte mulctantur. Poſt.211.b.Quod ſi mihi æternam eſſe propoſitam ærumnam arbitrarer, morte me ipſe potius, quàm ſempiterno dolore mulctaſſem. pro Lig.139.a.Sylla quos oderat,morte mulctabat. pro Cl.23.a. Hunc leges exilio, natura morte mulctauit. Antequam.196.a.Si exilio mulctabunt corpus.Tuſ.170. a.Ego uerò illi maximam gratiam habeo, qui me ea pœna mulctauerit,quā ſine mutuatione & ſine uerſura poſſem diſſoluere. Tuſc.248.b.At mulctantur bonis exules. Tuſc. 158. b. Qui animos noſtros quaſi capite damnatos morte mulctant. I.C.103.a.Perſæpe priuati pernicioſos ciues morte mulctarunt. I.V.79.a.& I.C.103.a.Multos crudeliſsimè per uim morte eſſe mulctatos. de Pro.76.b. Si illum,ut erat meritus,morte mulctaſſem. pro Seſt.16. a.Maiores noſtri Antiochum Aſia mulctarunt.pro Font. 276.b.Galli à ſenatu agris urbibusq; mulctati ſunt. et contra Rul.73.a.Mulctare liberos populos agris. pro Cecin. 304.a.In nulla lege noſtra reperietur, maleficium ullum exilio eſſe mulctatum.de Cl.172.a.Addebat etiam ſcriptores illos malè mulctatos exiſſe cum Galba: id eſt,malè acceptos,aut affectos. I.V.222.a.Qui primò cum obſiſtere conarentur, malè mulctati clauis ac fuſtibus repelluntur. pro Mil.108.b. Qua in turba C.Vibannius ita eſt mulctatus,ut uitam amiſerit. pro.R.P.122.a.Cum ab ipſa fortuna crudeliſsimè uideat huius cōſilia eſſe mulctata. de Pro. 76.b.Mulctari imperatorē diminutionē prouinciæ, contumelioſum eſt.Epiſt.85.a.Stultitia mulctatur fama.I.V. 112.b.& 116.a.Hæredem iuſſum eſſe facere,&c. niſi fecerit,Veneri Ericinæ eſſe mulctatum.

Mulgeo,ges. In Arat.Igniferum mulgens tremebundis æthera pennis:Aliter,mulcens.

Muliebris,bre.mulieris,mollis.Off.26.a.Venuſtatem muliebrem ducere debemus,dignitatem uirilem.pro Mil. 106.b. Muliebri & delicato ancillarum puerorumq; comitatu.de In.62.a. Excellens muliebris formæ pulchritudo. Off.12.b.Vos etenim iuuenes animum geritis muliebrem,Illaq; uirgo uiri.ex Ennio. de Or.146.b.Vox muliebris.pro Cæl.52.a.Et muliebre bellum.Tuſ.178.a.Eneruata muliebrisq; ſententia. I.A.169.a.Virilis toga.)(Muliebris ſtola.

Muliebriter.effœminatè. Tuſc.185.b.Si ſe lamentis muliebriter dedet. & 187.a.Ne quid ſeruiliter muliebriter'ue faciamus.

Mulier,ris.fœmina.pro Mur.130.a.Mulieres omnes propter infirmitatem conſilij maiores in tutorum poteſtate eſſe uoluerunt.& pro Cec.298.b.Quod mulier ſine tutore autore promiſerit, non deberi. de Leg.175.b. Vt ſentiant omnes mulieres,in natura fœminarum deum caſtitatem pati.

Mulierarius,a,um. pro Cel.51.b.Mulieraria manus: id eſt,



id eſt,multitudo à muliere in inſidijs collocata.

Muliercula,læ. I.C.109.b.Non ſuas ſecum mulierculas ſunt in caſtra ducturi?

Mulieroſitas,tis.cupiditas fœmineæ uoluptatis,ſeu uiri in mulieres amor. Tuſ.214.a.Vt mulieroſitas,ut ita appellem eam, quæ Græcis φιλογυνεία dicitur.)(.Odium mulierum,quale in μισογυνεία eſt.

Mulieroſus,a,um.mulierum appetens.de Fat.142.a. Stilphonem ſcribunt & ebrioſum & mulieroſum fuiſſe.

Mulio,nis.qui mulos agit. Ep.154.b.Ventidius mulio.Planci.

Mulionius,a,um. quod mulionis eſt. pro Seſt.21. a. Mulionia penula.

Mulſum,ſi.potio ex uino melleq; confecta. de Orat. 135.a. Qui alteri miſceat mulſum, ipſe non ſitiens,& qui illud ſitiens bibat.de Or.135.a.Suadebat Cranius,ut mulſum frigidum biberet. at ille, Perdam,inquit,uocem.pro Cl.53.a.Dare uenenum in mulſo.

Multifariam.multis modis,multis locis.de Or.124.a Aurum multifariam defoſſum. de Leg.163.b.Iudicia quæ quondam nuſquam erant,hodie multifariam nulla ſunt.

Multiformis,me.uarius,diuerſus.)(.Vniuſmodi. Ac. 44. a. Principes qualitates ſunt uniuſmodi & ſimplices, ex his autem ortæ uariæ ſunt,& quaſi multiformes.

Multijugis,ge.multus & uarius,multiplex. At.225.a Literas multijuges accepi uno tēpore à Veſtorij liberto.

Multimodis:id eſt,multis modis.de Or.163.a. Multimodis ſum circumuentus,morbo,exilio,atq; inopia, &c. Poetæ.

Multiplex,cis.uarius,copioſus. de Sen.80.a.Vitis ſerpens multiplici lapſu & erratico.pro Fl.147.a.Præturæ iuriſdictio res uaria,& multiplex ad ſuſpiciones & ſimultates. de Am.108.a.Multiplex & tortuoſum ingenium. de N.53.b. Aluus multiplex & tortuoſa. pro Cel.40.a. Varia multiplexq; natura. de Or.104.a.Magna multiplexq; diſciplina. de N.52.a.Quæ multiplices fœtus procreant,his mammarum data eſt multitudo. Orat.198.a. Multiplices uarijq; ſermones.de Cl.175.a.Genus orationis uagum,fuſum,& multiplex. Acad.42.a. Plato,qui uarius,& multiplex,& copioſus fuit.ad Her.41.a. Anceps & multiplex uerborum poteſtas in ambiguis. Tuſc.230. a.Multiplex ratio diſputandi. de Cl.192.a.Corona multiplex. de Sen.88.a.Vitis ſerpens multiplici lapſu & erratico.At.90.a.Sed eſt magnum illud quidem,ueruntamen multiplex pueri ingenium,&c. de Or.85.b.Recondita in arte,multipliciq; uerſantur.

Multiplicabilis,le.multiplex.Tuſ.179.b. Hæc interemit tortu multiplicabili draconem.Poetæ.

Multiplicatus,a,um.auctus. Quin.Fr.302.b.Si diem nobis Clodius dixerit,tota Italia concurret, ut multiplicata gloria diſcedamus.Off.28.a. Clariſsimi uiri filius in domum multiplicatā non repulſam ſolùm, ſed ignominiam & calamitatem retulit.Ep.148.a. Aucto exercitu, auxilijsq; multiplicatis.

Multitudo, nis. frequentia, celebritas, turba, cœtus, concilium,concio,conuentus,caterua,chorus, natio, populus,uulgus,corona,uis,numerus,copia,copiæ, manus, colluuies.I.V.69.b. Cum maxima frequentia à multitudine domum reducebatur.Off.13.a. Qui ex errore imperitæ multitudinis pendet, hic in magnis uiris non eſt habendus. Off.24.a. Alij multitudinis iudicio feruntur, quæq; maiori parti pulcherrima uidētur, ea maximè exoptant. de Cl.122.b.Ego quanta manus eſt coniuratorum hominum,tantam me inimicorum multitudinem ſuſcepiſſe uideo. pro Plan.260.a.Populus ſemper iniquus dignitatis iudex eſt. pro Plan.260.b. Populus non delectu aliquo aut ſapientia ducitur ad iudicandum, ſed impetu nonnunquam,& quadam temeritate. & ibi.Non eſt enim conſilium in uulgo,non ratio,non diſcrimen,&c. & de Som. 130.a.Neq; ſermonibus uulgi dederis te,&c. de D.125.a. Nihil eſt tam ualde uulgare,quàm nihil ſapere. de Amic. 113.b.Concio ex imperitiſsimis conſtat. pro Dom.231.a. Multitudo hominum congregata ex ſeruis cōductis. pro Cecin.291.a.Qui manum fecerit,copias pararit,multitudinem hominum coegerit. de Orat.86.a.Magnitudo & uarietas, multitudoq; cauſarum. & Antequam 198.b. Magnitudo multitudoq; ueſtrorum beneficiorum.de Fin. 81.b.Sed tamen non grauiſsimum eſt teſtimonium multitudinis. Tuſc.175.b. Philoſophia paucis contenta iudicibus,multitudinē conſultò fugiens.de Fin.75.a.Et ſi quando turpe non ſit, tamen non eſt non turpe,cum à multitudine laudetur. Tuſ.188.b.Itaq; fama & multitudinis iudicio mouentur,ut id honeſtum putent, quod à pleriſq; laudetur: te autem etſi in oculis ſis multitudinis, tamen eius iudicio ſtare nolim, nec quod illa putat, idem te putare pulcherrimum. I.V.141.a. Quanta multitudo,quanta uis hominum. pro Arch.186.b. In tanto hominum conuentu ac frequentia. & I.V.69.b.In tanto conuentu. I. V.130.a.& de N.12.b.Multitudo,copia,numerus,uis, ut ex magna copia uel numero. & I.V.144.a. Infinita uis atomorum. I.A.161.a.Frequentia ueſtrûm incredibilis, concioq; Quirites. de Ar.248.b.Vis innumerabilis collecta ſeruorum.de Pro.75.a.Numerus & multitudo,idem. At.38.b.Manus iuuētutis duce Curione,etc. At.274.a.b. Nam tantæ multitudinis,quantum capit urbs noſtra,concurſus eſt ad me factus.

Multò. longè, multis,uel omnibus partibus. de Fin. 98.a.Non paulo,haud paulo,impendiò, longo interuallo,cum animum quadam infinita laude anteponerent corpori. de Fin.100.a. de Or.85.b.Multo pauciores oratores,quàm poetæ boni reperiuntur. At.126.a.Ea cognoui commodiora eſſe multo,quàm ut,&c. Att.193.a.Meoq; iudicio multo ſtare malo,quàm omnium reliquorum. ad Herenn.38.a. Expolitio adiuuat & exornat orationem, ſed multo maximè per eam exercemur ad elocutionis facultatem.de Or.113.b.Illud iam mirari deſino,quod multo magis antè mirabar,hunc,&c. de Sen.84.a.Nec uerò corpori ſolùm ſubueniendum eſt, ſed etiam menti atque animo multo magis. pro Mil.119.b.Atque haud ſcio,an multo etiam ſit adiuuandus magis,etenim,&c. Att.124. a.Multo minus mouebant minæ. Off.32.a.Sic homines ac multo etiam magis natura congregati,&c. & de Orat. 121.a.Ac multo etiam. Poſt.204.b. Non multo poſt diſceſſum meum. I.C.100.a.Aut non pòſt multo commiſſa. de N.44.b. Sol multis partibus maior quàm terra. pro Fl.156.a. Interim neque ita longo interuallo ille uenit: id eſt,neq; ita multo pòſt.pro Arch.186.b.Interim ſatis longo interuallo uenit Heracleam. pro Mil.108.b.Hæc eadem longo interuallo cōuerſa eſt in me.Tuſc.170.a.Haud paulo doctior.

Multùm.ualde,bene,ſanè,ſanequàm,ita,non parum, non paulum,neſcio quid. pro Quin.1.a.M.Iunius in hac cauſa multum & ſæpe uerſatus. & de L.190.b.Res multum ac ſæpe quæſita. At.131.b.Multum mecum municipales homines loquuntur. I.V.259.a. Longè omnes multumq; ſuperare. de D.108.b.Quærenti mihi,multumq;

& diu cogitanti, quã nam re poſſem, &c. At.207.b. Liber mihi ſanè probatus. Ep. Sanè grandis, uel bene grandis. de Or.97.a. Diu multumq́; ſcriptitare. & Att.61.b. Libri diu ac multum in manibus fuerunt.

Multus, a, um. grandis, multiplex, creber, nimius. de Nat. 54. a. Venæ crebræ, multæq́; toto corpore intextæ ſunt. & 53.b. Per uenas admodum multas. de Orat.104.a. Multæ, copioſæ, uariæq́; rationes. & 128.b. Multa, & uaria, & copioſa ratione. & de In.43.a. Multæ & magnæ res. Epiſt.36.b. Cum tu tam multis uerbis ad me ſcripſiſſes. de Nat.44.b. Hi tanti ignes tamq́; multi. de Orat. 88.a. Hæc tanta tamq́; multa. pro Syl.181.a. Hæc diu, multum, & multo labore quæſita, una eripuit hora. de Arch. 258.b. Cum quibuſdam multis metuendiſq́; rebus. de Sen. 89. b. Multæ etiam iſtarum arborum mea manu ſunt ſatæ. I. V.140.a. Non minus multas ſtatuas poſuit, quàm abſtulit. & Epiſt.102.a. Minus multa. de Clar.190.a. M. Calidius, qui non fuit orator unus è multis, potius inter multos propè ſingularis fuit. & ibid. 196. b. Turba patronorum. & numerari in uulgo patronorum. & ibi. Vt numerarer in multis. Offic.22.a. Vt unus de multis eſſe uideatur. & de Fin.78.b. Tenuis L. Virginius unusq́; de multis. Epiſt.58.b. Nimium multa. & de Fin.77.a. Et ſatis multa. ad Herenn.1.a. Ne parum multa ſciſſe uiderentur. & de Orat.135.b. Nimis multa in genera diuidere. Epiſt.23.a. Tuum nomen multum eſt in his locis. Att. 206.a. Multus ſermo ad multum diem. Quin.Fr.310.b. Multa nocte ueni ad Pompeium. de Leg.157.a. Accius in orationibus multus, & ineptus ad multam impudentiam. Acad.5.b. Antipatrumq́;, qui multus in eo fuiſſet, reprehendebant. de Orat.110.a. Qui in aliquo genere aut inconcinnus aut multus eſt, is ineptus dicitur. de Nat.49.b. Nolo hac in re multus uideri. Offic.44.b. Theophraſtus eſt multus in laudanda magnificentia. de Orat.141.b. Ne in re nota & peruulgata multus & inſolens ſim. pro Plan.276.b. Sed hoc frequenter in me congeßiſti, ſaneq́; in eo creber fuiſti. de Orat.118.a. Nonnulli dum operam ſuam multi exiſtimari uolunt, uolitant, &c. In Ver.240.a. Statuite quanti hoc putetis & quàm multo redemiſſe. de Orat. 162. b. Frequentes, pauci, ſinguli. de In.62.a. Multi, plures, complures, frequentes. & I.V.67.b. Multa, complura, frequentia.

Mullulus, li. mullus piſcis. Parad.123.a. Exceptare barbatulos mullulos de piſcina.

Mulus, li. de N.58.a. Longum eſt mulorum perſequi utilitates & aſinorum. & Top.223.b. Mulus clitellarius. Ep.259.b. Equum & mulum Brunduſij reliqui. Ep.138.a. Potes mulo iſto Romam peruehi. At.246.b. Petij ab eo de mulis uecturæ itineris, &c. contra Rul.72.b. Deinde ornat eum mulis, tabernaculis, centurijs, ſupellectili.

Mullus. piſcis. At.22.b. Si mulli barbati in piſcinis ſunt, qui ad manum accedant.

Mundanus, a, um. Tuſc.249.a. Socrates quidem cum rogaretur, cuiatem ſe eſſe diceret, mundanum, inquit: totius enim mundi ſe incolam & ciuem arbitrabatur.

Munditia, tiæ. lautitia, elegantia. Off.26.b. Adhibenda eſt præterea munditia non odioſa, nec exquiſita nimis. Or.204.a. Elegantia modò & munditia remanebit. Ep. 138.b. Lautitia, munditia, elegantia.

Mundus, a, um. lautus, elegans. Q.Fr.309.a. Tuam domum in carinis mundi habitatores Camiæ conduxerunt. de Fin.69.b. Vir mundus & elegans.

Mundus, di. uniuerſitas mundi, ſiue uniuerſitatis corpus, natura, rerum natura, quod in natura rerum omne eſt, uniuerſa natura, hoc templum, orbis terrarum, in omni cœlo atq; terra, ille cœlum ac terras regens deus. Liber de uniuerſitate (ut uulgò uocatur) totus eſt ex Timæo Platonis expreſſus: quare de mundo pulcherrima continet. de Nat. 57. a. Eſt enim mundus quaſi communis deorum atque hominum domus, aut urbs utrorumq́;. & ibi. Mundus deorum & hominum cauſa factus eſt. & de N.160. b. Vniuerſus hic mundus una ciuitas communis deorum atque hominum exiſtimanda eſt. & de Fin.103.b. Mundum autem hunc cenſent regi numine deorũ, & eſſe quaſi communem urbem & ciuitatem hominum & deorum. & de Leg.170.b. Quod uniuerſum mundum regeret. de D.127.b. Cœlum ipſum quod extremum atq; ultimũ mundi eſt. de Leg.172.b. In cœlo & mundo ineſſe mentem & rationem. Acad.14.b. Democritus ait innumerabiles eſſe mundos. de N.16.a. & 20.b. Sexcenta millia mundorum. de N.52.b. Mente & conſilio omnia in hoc mundo adminiſtrari. de N.30.a. Mundum eſſe deum animantem, compotem rationis. de Som.127.b. Deus cuius hoc templum eſt omne, quod conſpicis. de N.7.a. Anaximandri opinio eſt, innumerabiles eſſe mundos. & 6.a. Plato dixit mundum fore ſempiternum. de Vn.201.a. Hunc uarietate diſtinctum bene Græci κόσμον, nos lucentem mundum nominaremus. de Or. 159.b. Status huius totius mundi atq; naturæ. de D.129.b. Epicurus quod in natura rerũ omne eſſe dicimus, infinitum eſſe dixit. de Amic.100.b. Quæ in rerum natura totoq́; mundo conſtant, quæq́; mouentur. Parad.119.a. Qui omnem orbem terrarum unam urbem eſſe dicunt. de Leg.184.b. Sine quo nec hominum uniuerſum genus ſtare, nec rerum natura omnis, nec ipſe mundus poteſt. de Am.112.b. Si quis è cœlo naturam mundi, pulchritudinemq́; ſiderum perſpiceret. de Leg. 160. a. Omnem naturam deorum numine regi. de Vn.202.b. Animus uniuerſæ naturæ. Off 31.b. Metiri mundi magnitudinem. de Leg.174.b. Mundus hic omnis templum eſt deorum & domus. Item. Omne cœlum ſiue mundus, ſiue quo alio uocabulo gaudet, hoc à nobis nuncupatus ſit. de Vn. 196.b. Hunc mundum animal eſſe, idq́; intelligens, & diuina prouidentia conſtitutum.

Mundus, di. muliebris ornatus, & uirilis. In Oeconomico, teſte Columella.241.

Munero, as. muneror. pro Deiot.146.b. Locus erat quidam, in quo erant ea compoſita, quibus te rex munerare conſtituerat.

Muneror, aris. largior. At.100.b. Alexion me opiparè muneratus eſt. de In.62.b. Aliud alij commodi aliquo adiuncto incommodo natura muneratur.

Munia, orum. munera, onera. pro Mur.141.b. Hæc ſunt officia neceſſariorum, commoda tenuiorum, munia candidatorum. & pro Seſt.26.b. Qui ſuis ceruicibus tanta munia ſuſtinent, hi ſunt optimatum principes.

Municeps, pis. ciuis, popularis, qui è municipio eſt. At. 277.b. C. Naſennius municeps Sueſſanus. & de Cl.187.a. M. Pontidius municeps noſter. & I.V. 168.a. P. Cauius Coſſanus municeps. & 168. b. Clamabat ſe municipem Coſſanũ eſſe. At.153.b. Ego Ciceroni meo Arpini potißimum togam puram dedi, idq́; municipibus meis fuit gratum. pro Cl.59.a. Non illi uos de unius municipis fortunis arbitrantur ſententiam laturos, ſed, &c. de Leg.170.a. Ego & Catoni & omnibus municipibus duas eſſe cenſeo patrias. Ep.225.a. Lucius tribulis & municeps & familiaris meus. & Ep.208.b. Mei municeps Arpinates.



Municipalis, le. ex municipio. pro Syl.171.b. Eſt enim ipſe à materno genere municipalis. & At.109.a. Ex dolore municipali. pro Seſt.13.a. & Q. de Pet.209.b. Sunt municipales ruſticiq́; Romani. & In A.171.b. Homines municipales & ruſticani. de Leg.191.b. Municipalis reſp. Att. 131.b. Multum mecum municipales homines loquuntur, multum ruſticani.

Municipium, pij. conuentus, præfectura, colonia. Ep. 208.b. Non dubito quin ſcias non ſolum cuius municipij ſim, ſed etiam quàm diligenter ſoleam meos municipes Arpinates tueri. pro S.R.20.b. S. Roſcius municeps Amerinus fuit, genere & nobilitate ſui municipij facilè primus. pro Seſt.9.b. Nullum erat municipium Italiæ, nulla colonia, nulla præfectura, quæ non, &c. de Fin. 107. b. Stoici totum hunc mundum municipium ſuum eſſe exiſtimabãt. In A.186.b. Omnes qui ſumus è municipijs. pro Plan.262 b. Tu es ex municipio antiquißimo Tuſculano, hic eſt è præfectura Atinati non tam priſca. In C.109.b. Vrbes coloniarum ac municipiorum. contra Rul.83.a. Calenũ municipium complebunt. pro S.R.25.a. Municipium ruſticanum. In P.90.b. Neq; enim regio fuit ulla, neq; præfectura aut colonia, ex qua non, &c.

Municè. liberaliter, largè, prolixè. de N.73.b. Municè & largè dare aliquid. de Fin.140.b. Societatem hominum municè & æquè tuens iuſtitia dicitur.

Muniſicus, a, um. liberalis, largus. Off.46.b. Conuenit autem tum in dando muniſicum eſſe, tum in exigendo non acerbum. de Or.87.b. Quid porrò tã liberale ac muniſicum, &c. pro Q.48.b. Roſcius ſemper liberalißimus muniſicentißimusq́; fuit.

Munio, nis. paro, adorno, firmo, confirmo, obuallo. pro Mur. 135. b. Hæc omnia tibi accuſandi uiam muniebãt, adipiſcendi obſtruebãt. de Pro.69.b. Macedonia, quæ erat antea multorũ imperatorum, non turribus, ſed trophæis munita. At.66.b. Aditus inſulæ muniti ſunt mirificis molibus. pro Pom.10.b. Atq; hæc tria frumentaria ſubſidia reipub. firmißimis præſidijs claßibusq́; muniuit. pro Syl.182.a. Munite communem arcem bonorum, obſtruite perfugia improborum. I.C.98.b. Illam coloniã meis præſidijs, cuſtodijs, uigilijsq́; muniui. contra Rul.62.b. Italiam præſidijs confirmare. I.C.99.a. Domum meam præſidijs maioribus muniui atq; firmaui. pro Seſt.20.a. Qui ſe præſidio munierit. & ibi. Vt à ſuis munitus tuto in foro eſſet. At.39.b. Nos firmißima hominum beneuolẽtia muniti ſumus. Ep.58.b. Nouarũ me neceßitudinũ fidelitate contra ueterũ inimicorum perfidiam muniẽdum putaui. de Fin. 82.b. Tueri & munire beneuolentiam multorũ. pro Rab. 91.a. Intercludere omnes ſeditionum uias, munire præſidia reip. de N.55.a. Munitæq́; ſunt palpebræ tanq̃ uallo pilorũ. Ep.173.b. Munio me ad hæc tempora. de Sen. 88.a. Et contra auium minorũ morſum munitur uallo ariſtarũ. de Am.102.a. Qui uirtute & ſapientia ſic munitus eſt, ut nullo egeat. de Pro.76.a. Alpibus Italiam munierat antè natura, non ſine aliquo diuino numine. pro Font. 277.b. Ter. Munire uiã. Tuſ.155.a. Munire ſibi uiam in cœlum. de Or.127.b. Qui primùm tibi muniſti ad te audiendum uiam. At.15.b. Munire ſibi tutam uiam ad retinẽdas opes. At.141.a. Hæc noua ſit ratio uincendi, ut miſericordia & liberalitate nos muniamus.

Munio, onis. genus carminis. de Or.107.a. Hoc nos ſi facere uelimus, antè condemnentur ij, quorum cauſſas receperimus, quàm toties, quoties perſcribitur, Pæanẽ, aut Munionem citarimus. aliter, cantarimus.



Munitio, onis. pro Fon.277.b. Obiectum eſt etiã, quæſtũ M. Fonteium ex uiarum munitione feciſſe, ut aut ne cogeret munire, aut id quod munitum eſſet ne improbaret. I.V.228.a. Fons, qui fluctu totus operiretur, niſi munitione ac mole lapidum à mari diſiunctus eſſet. I. P.88.a. Munitio Theſſalonicæ. & I.A.250.a. Antonius Mutinam operibus munitionibusq́; ſepſit. de Or.138.a.

Munito, as. munio. pro S. R. 42. a. Nunc quam uiam munitet, quod iter affectet, uidetis.

Munitus, a, um. ſeptus, uallatus, ſtipatus, armatus. pro Seſt.23.a. Qui ſtipatus ſemper ſicarijs, ſeptus armatis, munitus iudicibus fuit. Par.118.b. Regulus tot uirtutum præſidio munitus, tantoq́; comitatu uirtutis ſeptus. Off. 35.b. Effectumq́; eſt, ut eſſet uita munitior, atque ut, &c. pro Mur.137.b. Cuius ingenio paterni omnes amici munitiores eſſe debebant. Q. de Pet.208.b. Partis ac fundatis amicitijs fretum ac munitum eſſe oportet. de D.89.b. Is ſapientia munitum pectus gerit. pro Fl.165.b. Aliquis bonorum omnium præſidio non modò munitus, ſed etiam ornatus. de Ar. 247. a. Domus tot ſenatuſconſultis munita atq; ſepta. & ibi. Domus publico omni præcipuo & diuino, & humano iure munita. de Fin.59.b. Septus ac munitus contra hoſtes. Ep.23.b. Caſtella munita, oppida munitißima. et At.41.a. Caſtellum natura munitum. pro Pom. 16.b. Nulla domus noſtris magiſtratibus ſatis clauſa atq; munita fuit. & pro Rab.92.a. Libertas leuitate legũ munita. pro Mur.129.a. Illud dico, nullam eſſe in illa diſciplina munitam ad conſulatũ uiam. pro Fl.159.b. Græcia Aſiæ oram maritimam cinxit urbibus, non ut munitam colonijs illam gentem, ſed ut obſeſſam teneret. I.V.67.a. Nihil tam munitum quod non expugnari poßit. contra Rul. 83.b. Vrbs natura ac loco munita, ſuccincta portibus, armata muris. pro Ar.189.b. Põtus & regijs quondam opibus, & ipſa natura regionis uallatus. In V.243. b. Tutus, clauſus, ſeptus, munitus contra aliquem. Q.Fr.308.b. Pompeius dixit munitiorem ſe ad cuſtodiendam uitam ſuam fore, quàm Aphricanus.

Munus, eris. donum, officium, ludi, opus. I. A.182.b. Cæſar muneribus, congiarijs, epulis multitudinem imperitam lenierat. & Q.Fr.327.b. & Or.200. a. Munus magnificum dare. * Mittit homini munera ſatis largè hæc ad uſum domeſticum uini & olei, quod uiſum erat, etiam tritici quod ſatis eſſet. de Ar.244. b. Aliquem quaſi diuino munere donatum reip. uideri. Ep.131.a. Sed ego hoſpiti ueteri & amico munuſculum mittere uolui leuidenſe, craſſo filo, cuiuſmodi ipſius ſolẽt eſſe munera. de Vn.204. a. Philoſophia data eſt nobis deorum conceſſu atq; munere. de D.109.b. Quod enim munus afferre reip. maius meliusúe poſſumus, quàm ſi, &c. Poſt.204.a. Deorũ beneficio & deorum munere. Off.76.b. Munera perinde ſunt, ut accipiuntur. Ac.40.a. Dare munus alicui. ad Her.6.a. Largiri munus alicui. pro Syl.177.b. Quaſi uerò tempus dandi muneris non ualde appropinquaret. & ibid. Poſſet alia familia Fauſti munus præbere. de Or.153.b. Meq́; ad meum munus penſumq́; reuocabo. de Cl.170.a. Is functus eſt omni ciuium munere. de Cl.174. b. Rutilius magnum munus de iure reſpondendi ſuſtinebat. de Som.128.a. Ne munus aßignatũ à deo defugiſſe uideamini. Off.35.a. Inuectio certè nulla eſſet, niſi his muneribus homines fungerẽtur. pro Cl.23.a. Mater audiuit ſibi non ſolum filiũ, ſed etiam exequiarũ munus ereptum. de D.109.b. Tantũ huic ſtudio relinquendum, quantũ uacabit à publico officio & munere. & ibi. Tũ priſtinis orbati munerib. hæc ſtudia re

nouare cœpimus.de D.139.b.Sine oculis non poteſt exta re officium & munus oculorum.Tuſ.193.b. Oculus conturbatus non eſt probè affectus ad ſuum munus fungendum.& ibid.Ad exequendum munus ſuum. In A.221.d. Non quod ei cura deſuerit in tanto officio tantoq; munere.de Am.100.a.Valetudo opportuna eſt, ut dolore careas,& muneribus fungare corporis.At.94.b. Paucos dies habebam reliquos annui muneris. Acad.30.b. Dare alicui immunitatem munerum. de Or.112.a. Videamus quid ei negocij demus,cuiq; eum muneri uelimus eſſe præpoſitũ. de Or.108.a.Oratoris proprium officium ac munus.pro Font.279.b.Alicui muneri atq; officio præeſſe. de Orat. 101.a.Honoribus ac reip.muneribus perfunctus ſenex. de Or.114.a.Videtis'ne quãtum munus ſit oratoris hiſtoria. Or.94.b.Magnum quiddam eſt onus ac munus profiteri,&c.I.V.89.b.Munus hoc meum non eſt,cũ meæ partes ſunt hoſpitum recipiendorum,id libenter facio.de N.5 b.Qui miniſtri tanti muneris fuerunt.Par.241.b.& 242. a.Quo expoſito,munus promiſsi omne confecero. Ac.30 b.Dare alicui immunitatem munerum.Off.53.a.Nulla tamen eius ingenij monumenta mandata literis, nullũ opus ocij,nullum ſolitudinis munus extat.de Pro.76.a.Suſceptum reip.munus explere.de Or.140.a. Singularum uirtutum certa quædã ſunt officia ac munera.Ep.65.b. Hoc quicquid eſt oneris ac muneris.Epiſt.151.a.Suſtinere munus conſulare.Ep.59.b.Tanti ac tam præclari muneris ſocietas.Epiſt.90.b.Munus officij ac ſtudij erga aliquem. Att.1.b.In omni munere candidatorio fungendo. Tuſcul. 139.b.Munus animi eſt ratione uti.pro Mil.105.b.Principum munus eſt,reſiſtere leuitati multitudinis,&c. de Fin. 114.a. Officium munuſq; ſapientis,&c.Epiſt.170.a.Tuum eſt hoc munus,tuæ partes.Tuſ.235.b.Tenere ſuum munus.Ep.116.b.Deferre munus alicui. de Or.88.b.Tu qui tuo magis ſtudio,quàm proprio munere aliquo diſertorum ius à nobis ciuile didiciſti. Q. Fr.293.b. Parui refert abs te ipſo ius dici æquabiliter & diligenter, niſi idem ab ijs fiet,quibus tu eius muneris aliquam partem cõceſſeris. Q.Fr.299.a.In extrema parte muneris ac negocij tui diligentiſsimus ſis. Off.44.b. Theophraſtus eſt multus in laudanda magnificentia popularium munerum. Off.48. b.Sin aliqua neceſsitas huius muneris alicui reip. obuenerit,danda,&c.Sen.82.b.Aliquem ad omne officij munus inſtruere. Sen.83.b.Maſſaniſſa ſenex omnia regis officia & munera exequitur.Sen.84.a.Quidam ſenes nullũ officij aut omnino uitæ munus exequi poſſunt. Sen. 93.a.Nã dũ ſumus in his incluſi compagibus corporis,munere quodam neceſsitatis & graui opere perfungimur.Am.109.a Multos modios ſalis ſimul edendos eſſe,ut amicitiæ munus expletũ ſit.Par.116.b.Quoniam illud maiorum uigiliarũ munus in tuo nomine apparuit.de L.157.a. Mihi uideris eorum ſtudijs qui literis delectantur, debere hoc munus. de L.158.a.Qui conſulentibus reſpondet,ſenectutis grato atq; honeſto fungitur munere.de L.158.b. Qui ei muneri præfuerunt.de L.159.b.Cuius muneris colendi efficiẽdiq; cauſa nati ſumus.de L.170.a.b.Tanquam id habuerit operis ac muneris,ut hanc nobis efficeret ſedem,&c. Fungor aliquo munere.Colo & efficio aliquod munus.

Munuſculum,li.Off.66.b.Alieni facinoris munuſculum non repudiarunt. & Epiſt.216.b. Munuſculum leuidenſe.

Muræna,næ.piſcis.Parad.123. a. Mulorum & murænarum copia.

Murgentinus ager.a. In V.157.a.



Muria,riæ. aqua multo ſale condita.quam Plin. ſalſuginem etiam uocat.de Fin.99.b.Stilla muriæ.

Murmur,ris.mugitus,fremitus. de Or. 157.b.Murmur maris. Nec metuunt canos minitanti murmure fluctus.In Arat.

Murmuro,as.de Ar.247.b. Vidi heſterno die quendam murmurantem,qui,&c.Tuſc.250.b.Fremitus murmurantis maris.ad Her.33.b.Vagire,mugire, murmurare,ſibilare.

Murus,ri.mœnia,propugnaculum.de N.79.a.Muri urbis,quos uos ſanctos eſſe dicitis. pro Pom. 14. b. Inſula Delos parua,ſine muro nihil timet. Off.8. a. Aries murũ percuſsit.At.25.a.& 26.a.De muro imperaui Philotimo ne impediret.de Fin.111.a.Si Annibal ad portas ueniſſet, murumq; iaculo traieciſſet.In V.235.b. Ad omneis meos impetus quaſi murus quidam boni nomẽ imperatoris opponitur.In C.123.b.Dum memoria conſulatus mei ueſtris erit infixa mentibus,firmiſsimo me muro ſeptum eſſe arbitrabor.In P.81.a.Lex Aelia et Fuſia propugnacula muriq; tranquillitatis & ocij.

Mus,ris.de N.29.a.Non poſsis adduci ut muribus domum & muſtellis ædificatam putes.de D.100.b.Clypeos à muribus eſſe deroſos.de D.120.b. Mures diem & noctem aliquid rodentes.

Muſa,ſæ.de N.70.a.Muſæ primæ quatuor natæ Ioue, Thelxiope, Mneme, Aœde, Melete:ſecũdæ ex Ioue et Mnemoſyne,nouẽ:tertiæ ex Ioue & Antiopa,quas Pieridas et Pierias ſolent poetæ appellare.pro Ar.191.a.In qua urbe Imperatores propè armati poetarũ nomen & muſarum delubra coluerunt. Or.202.b.Xenophontis uoce muſas quaſi locutas ferunt.Ep.16.a.Ab oratoribus diſiungo me ferè,referoq; ad manſuetiores muſas.Tuſ.241.a. Quis eſt enim qui cum muſis,id eſt,cum humanitate & cum doctrina habeat aliquid commercium,qui,&c? de N. 68.b.Orpheus & Rheſus matre Muſa nati.pro Ar.189.b. Nemo eſt tam auerſus à muſis,qui non mandari uerſibus æternũ ſuorum laborum præconium facilè patiatur. Or.198.a. Forenſes cauſæ agreſtioribus muſis relictæ.At.25.a. Interea quidem cum muſis nos delectabimus.At.25.b.Cum omnibus muſis rationem habere cogito.

Muſca,ſcæ.de Cl.184.a.Hodie te iſtic muſcæ commediſſent.& de Or.131.b.Puer abige muſcas.

Muſcoſus,a,um.humore ſordidus, ſqualidus, obſoletus.Quin.Frat.319.a. Iam ἀπoδυτηρίῳ nihil alſius,nihil muſcoſius.

Muſculus,li.exiguus mus.de D.115.b.Muſculorum iecuſcula bruma dicuntur augeri.

Muſica,cæ.cantus,ſymphonia. de Or.155.a. Muſicã Damon & Ariſtoxenus tractauerunt.de N.30.b. Idẽ ſcilicet cenſeres in platanis ineſſe muſicam.de N.190.b.Leges muſicæ.& 177.b.Cantus muſicorum.

Muſicus,ci.de Or.100.b.Vt in muſicis numeri & uoces & modi.et 85.b.Quis muſicis penitus ſe dedidit,quin, &c.Tuſc.240.b.Muſicorum uerò perſtudioſum accepimus:id eſt,Dionyſium.Off.29.b.Vt in fidibus muſicorum aures uel minima ſentiunt.de D.110.a. Qui fidibus aut tibijs uti uolunt,earum tractationem non ab aruſpicibus accipiunt,ſed à muſicis.In P.84.a. Hic autem non tam concinnus helluo,nec tam muſicus,iacebat,&c. Tuſc.177.b. Si abſurdè canat is,qui ſe haberi uelit muſicum.Tuſ.149. a.Ergo in Græcia muſici floruerunt.de Fin.90.b. Geometræ,muſici,grammatici.Item:Timotheus muſicus, Steph. in uoce Mileti.

Muſicus,



Muſicus,ca,um.de L.177.b.Plato negat mutari poſſe muſicas leges,ſine mutatione legum publicarum.

Muſtaceum,cei.cibi genus,ex farina,caſeo, aniſo cumino,adipe,muſto, & de uirga lauri abraſa aliquid, ſuppoſitis folijs lauri cum coquitur,ut Cato docet. At.79.b. Laureolam in muſtaceo quærere. Bibulũ hoc prouerbio notat,qui ſine labore,in re friuola, præclaram quæreret gloriam.

Muſtella,læ.de N.29.a.Non poſsis adduci ut domum muribus & muſtellis ædificatam putes.

Muſtum,ſti.de Cl.192.b.Noua iſta quaſi de muſto ac lacu feruida oratio.

Mutabilis,le.habens mutationem. de N. 65.b. Omne corpus mutabile eſt. & de Vn.199.b.Materia mutabilis. de Vn.201.a.Sidera quæ uaga & mutabili ratione labuntur.pro Mil.109.b.Mollis,tener,flexibilis.

Mutabilitas,tis. Tuſc. 226.a.Inconſtantia mutabilitaſq; mentis.

Mutatio,onis.permutatio,motus,conuerſio,ſtatus cõuerſio,inclinatio temporum. In Ar. 240.b.Optimus eſt portus pœnitenti, mutatio conſilij.pro Quin.2.b.Fit magna mutatio loci,non ingenij. Epiſt.8.b.Atq; ita ut nullam mutationem unquã habitura res eſſe uideatur. de N. 46.b.Lunæ uarias mutationes lucis habet.de N.65.a.Natura omnia ciens, & agitans motibus & mutationibus ſuis.Acad.30.a. Vt nulla uis tantos queat motus mutationemq; moliri.de Nat.36.b.Mutationes quatuor temporum.& 65.b.Mutationes elementorum inter ſe. pro Cl. 28.b.& Off.24.b.Crebra coloris mutatio.Off.24.b. Morum facienda mutatio eſt.de D.105.b.Extorum fieri mutatio poteſt.Off.5.b.Mutatio officiorum dando, accipiendo.At.125.a.b.Nemo doctus unquam mutationem conſilij,inconſtantiam dixit eſſe.Off.24.b.Eam mutationem ſi tempora adiuuabunt,facilius commodiuſq; faciemus. In A.159.a.Vnde igitur ſubitò tanta iſta mutatio.

Mutatus,a,um.Ep.77.a. Alij mutati uoluntate ſint. & 84.a.b.Rerum hoc natura,&c. nec manens nec mutata ratio feret.

Mutia,orũ.feſtus dies, Q.Mutio ob bene adminiſtratam Aſiam,conſecratus.In V.119.a.

Mutilatus,ta. diminutus. In A.189.b. Antonius in Galliam mutilatum ducit exercitum.

Mutilus,a,um.diminutus,mutilatus.Or.214.a. Animus mutila ſentit quædam,& quaſi decurtata. Or.199. b.Mutila quædam & hiantia loqui.

Mutina,næ.urbs.In A.199.a. Antonius circunſedit Mutinam,firmiſsimam & ſplendidiſsimam populi Romani coloniam. At.278.

Mutinenſis,e.At.276.a.Mutinenſis fuga.

Muto,as.mutationem facio,permuto, uerto, inuerto, conuerto,immuto,commuto, uario. Poſtquam.206.b. Vos ueſtem mutandam cenſuiſtis, cunctiq; mutaſtis. & Quin.Fr.308.a.pro Cor.60.a.Neque mutare ciuitatem quiſquam inuitus poteſt,neque ſi uelit mutare, non poteſt.et 61.a.Ne quis inuitus ciuitate mutetur.pro Cor.68 b.Illum ciuitate mutatum eſſe fateor.de Orat.159.a.Idq; ad omnem rationem mutatur & uertitur. de Pro.74.a. Poſteaq; rebus geſtis mentes ueſtras uoluntatemq; mutaſtis.pro Dom.217.b.Cui quidem cũ Ciliciam dediſſes,mutaſti pactionem.pro S.R.35.b.Verſa & mutata in peiorem partem ſunt omnia.Or.202.a.Ergo ille princeps uariabit,mutabit,&c.At.116.a.& Ep.49.a.Philotimi literis lectis mutaui cõſilium de mulieribus. pro Mur.229.a.



Sapientem ſententiam mutare nunquam.& At.135.a.b. Mutare ſententiam.de Clar.194.b. Mutare conſuetudinem dicendi.pro Cluen.24.a.Mutare teſtamentum. Par. 121.b.Mutare ſolum.& pro Dom.229.a.Quò uertendi, hoc eſt mutandi ſoli cauſa,uenerant.de Orat.158.a. Proprium proprio commutare.Orat.205.a. Ennius pro Afris immutat Africam.& ibid. Summutantur uerba pro uerbis.Att.235.b. Conſilia in horas commutari uides.b. Mutari,non cõſtare ſibi,diſcedere à ſeſe.de Fin.85.b.Probitas gratuita,non mutata uoluptatibus. aliter mutuatã, aliter inuitatam.

Mutuatio,onis.de Or.157.a.Translationes quaſi mutuationes ſunt,cum quòd non habeas aliunde ſumas.Item: Mulctari ea pœna,quæ ſine mutuatione & ſine uerſura poſsit diſſolui.pro Fl.156.a.Cum multos minutis mutuationibus fraudauiſſet,&c.

Mutuatus,a,um.de Fin.85.b. aliter mutatam,aliter inuitatam.

Mutuè.mutuò,uiciſsim.Epiſt.60.a. Tu ipſe uelim iudices,ſatis'ne uideatur his omnibus rebus tuus aduentus, cum proximè Romam ueniſti,mutuè reſpondiſſe. & 63. b.Officijs non mutuè reſpondetur.hæc Cic.filius.

Mutuò.mutuum.Ep.153.a.Fac ualeas,meq; mutuo diligas.Ep.63.b.Officijs mutuo reſpondere.Epiſt.167.a.Et ſi omni tempore ſumma ſtudia officij mutua inter nos certatim extiterunt.Epiſt.149.a. Te ut diligas me,ſi mutuò me facturum ſcis,rogo.Ep.60.a. Satis'ne uideatur his omnibus rebus tuus aduentus mutuo reſpondiſſe. Or.204. a.Verbum aut translatum,aut factum aliunde ut mutuò, aut factum ab ipſo.

Mutuor,aris.quod nõ habeo aliunde ſumo,mutuũ aliquid ſumo,utendum accipio.At.245.b.Cum abundare debeã,cogor mutuari.Q.Fr.326.b.Tu quicquam ab alio mutuaris? At.103.b. Age à Cœlio mutuabimur.de Nat.44.a. Mutuemur hoc quoq; uerbum.Or.217.b. Aut noua uerba facere,aut à ſimili mutuari.de Or.107.b. Cætera uerò à familiari meo longo mutuabor.de Or.89.b. Quæ ſunt oratori cum illis communia,non mutuor ab illis. Att.122. b.Sed eum uideo in ſumptum ab alijs mutuatum.Tuſ.184 b.À uiris uirtus nomen eſt mutuata.de Fat.140.b. Orator ſubtilitatem ab Academia mutuatur,& ei uiciſsim reddit ubertatem orationis & ornamenta dicendi.

Mutus,a,um.elinguis,tacitus.)(.Loquens, eloquens. Poſtquam.203.a.Mutum forum,elinguem curiam, tacitam & fractam ciuitatem uidebatis.Quint.Frat.442. b. Qui mutis pecudibus præſunt.de Fin.63.b.Si mutæ etiam beſtiæ loquerentur. de Leg.184.b.Lex eſt mutus magiſtratus.In C.113.a.Imago aui tui clariſs.uiri,quæ te à tanto ſcelere etiam muta reuocare debuit. In V.271.a.Omnia muta atq; inanima commouerentur. et de N.9.a.Res inanimatæ atq; mutæ.At.132.a. Nullum fuit tempus poſt has fugas & formidines,quod magis debuerit mutum eſſe à literis,propterea quod,&c.ad Her.40.b.Cum res muta aut informis fit eloquens & formata. & Tuſc.242.a. Muti uel loquentis origo.Or.209.b. Muta quædam eloquentia iuducere.In C.116.b.Nihil me mutum delectat,nihil tacitum.de Or.123.a.Dialectica in excogitandis argumentis muta nimium eſt,in iudicandis nimiũ loquax. pro Fl.147.a.Muta eſt huius temporis accuſatio. pro Dom. 240.a.Is mutam in delicto perſonam nomenq; præbuit pro Dõ.218.a.Ciuitas fracta malis, muta,debilitata, abiecta metu.I. A.186.b.Satius eſt mutum eſſe,quàm quod nemo intelligat dicere.

Mutuum.

Mutuum.mutuò.pro Fl.156.a.Pecuniam ſumpſit mutuum à S.Schola.aliter mutuam. Ep.200.a.Tibi ex S.C. imperandum,mutuumq; ſumẽdum cenſeo.Mutuum in amicitia.l.Mutuus.

Mutuus,a,um.pariter atq; æqualiter reſpõdens,par. At.262.a.Tua uoluntas erga me,meaq; erga te par atq; mutua.pro S.R.37.a.Idcirco amicitiæ comparantur, ut commodum mutuis officijs gubernetur.de Am.99.a.In amici mutua beneuolentia conquieſcere.Ep.60.a.Mutuum in amicitia eſt,cum par uoluntas accipitur & redditur.& 145.a.Tuus erga me mutuus amor.Ep.59.b.Tribuere alicui mutuam uoluntatem.Ep.204.a.Pro pari inter nos & mutua beneuolentia.Ep.227.a.Multa & magna inter nos officia,paria & mutua intercedunt. Epiſt. 173.a.Cũ Appio ſumma mihi neceſſitudo eſt, multis eius officijs & meis mutuis conſtituta.Off.12.a.Beneficia mutua & grata eſſe debent.In Sal.273.a.Non enim ſperaſti mutuam me tibi gratiam relaturum,ut uiciſſim tuos compellarem.de Am.105.b.Remuneratio beneuolẽtiæ, uiciſſitudo ſtudiorum uel officiorũ.At.165.a.Ille mihi HS.quatuordecim non reddit,quæ dedi eius filio mutua. 171.b. Dare pecuniam mutuam alicui.cõtra Rul.82.b.Dare frumentum mutuũ alicui.I.V.81.b.Sumere pecunias mutuas I.A.229.b.& Brut.91.a.Sumere pecunias mutuas ab aliquo.pro Fl.148.a.Da mihi teſtimonium mutuum.

Mutyenſis,e.ſiue Motyenſis,ſiue Motycenſis ager. In V.169.b.

Mycenenſis,ſe. de Fin.68.a.Mycenenſes attica pubes.Poetæ.

Mylaſa,orum.urbs.In A.198.a.& 207.

Mylaſeis uel Mylaſij.pop.Ep.224.b.

Myndus,di.opp.In V.94.a.

Myndenſes.Ep.37.a.Myndenſium teſtimonium.

Myoparo,onis.nauis piratica.In V.190.a.In portu piraticus myoparo nauigauit.& 250.b.& 94.a.

Myrmillo,onis.gladiator,laniſta.In A.189.b.Ille autẽ ex myrmillone dux,ex gladiatore imperator.I.A.198.a.L.frater,qui myrmillo Milaſis depugnarat.

Myrina,næ.urbs Lemni.Ep.76.b.

Myron,onis.fictor,qui Herculem ex ære fecit. In V.200.b.& de Or.145.a.

Μυροθήκιον. arcula,uel pyxis,in qua unguenta pigmentaq; temperantur,& aſſeruantur.l.Arcula.

Myſia,ſiæ.regio.Or.199.a.Caria,phrygia,Myſia.

Myſius,a. At.293.& 300.a.

Myſterium,rij.initia ſacra,res occulta. Tuſ.154.a. Reminiſcere quoniam es initiatus, quæ tradantur myſterijs.& de L.177.a.Myſteria,quæ appellantur initia,etc. & de Or.149.b.Quod myſteria non referrent,etc. de N. 38.a.Quod quale ſit,ex myſterijs intelligi poteſt.de Orat. 148.b.Hoc tacitum tãquam myſterium teneas. pro Mur. 129.b.Id enunciatis ueſtris myſterijs totum eſt contemptum.Ac.15.b.Quæ ſunt tandem iſta myſteria?cur celatis? Tuſ.221.a.Ne rhetorum aperiamus myſteria.de Or.102. a.Quid ſi petimus ab Antonio ut ea nobis explicet,& illa dicendi myſteria enunciet? At.67.a.Epiſtolæ noſtræ tantum habent myſteriorum,ut eas ne librarijs quidem ferè committamus.At.83.b. Velim adſcribas certum quo die myſteria futura ſint.& 89.a.Facieſq; me, in quem diem Romana incidant myſteria,certiorem.

Myſus,a,ũ.pro Fl.160.a.Myſorũ ultimus.prouerbiũ.

Myſtagogus,gi.rex ſacrorũ,& magiſter. I.V.230.b. Itaq; iudices ij qui hoſpites ad ea quæ uiſenda ſunt ducere ſolent,& unum quidq; oſtendere, quos illi Myſtagogos uocant,&c.

## NAE.

NAE. profectò,ualde.I.A.161.a. Næ tu ſi id feciſſes,melius famæ tuæ conſuluiſſes. At.57.b. Medius fidius næ tu emiſti locũ præclarum.Tuſ.164.a. Næ ille medius fidius uir ſapiens lætus morietur.de N.26. a.Næ ego incautus,qui cum Academico & eodem rhetore congredi conatus ſum.I.V.219.a.Næ iſta præclara nobilitas deſinat queri,populum Romanum hominibus nouis honores mandare.At.86.b.Næ tu me ſolicitudine magna liberaris.& de Cl.187.b.Næ ego uelim, &c. Ep.95. a.Næ tu haud paulo plus delectationis habuiſti q̃ quiſquã noſtrum.Ep.106.a.Scilicet iſta quidẽ ſumma,næ ego multa libẽtius emerim diuerſorium Tarracinæ,ne,&c. Tuſc. 191.b.Næ iſta glorioſa ſapientia nõ magno æſtimãda eſt, ſi quidem non multum differt ab inſania.Ac.29.b. Quod ſi geometricis rationib. nõ eſt crediturus,quæ uim afferũt in dicẽdo,næ ille longè aberit,ut argumentis credat philoſophorum.I.C.105.b.Næ illi uehementer errant,ſi, &c.

Nænia,niæ.de L.182.b.Honoratorum uirorum laudes in concione memorantor,eaſq; ad cantus & ad tibicinem proſequantor,cui nomen Næniæ, quo uocabulo etiã Græci cantus lugubres nominant.

Næuius.poeta comicus.de Cl.170.a.

Næuus,ui.de N.17.a.Næuus in articulo pueri delectat Alceum.eſt autem corporis macula næuus. de Cl. 194.a. Totum aliquem non næuo aliquo aut crepundijs,ſed corpore omni uelle cognoſcere.

Nam.nanq;,autẽ,enim,etenim,quoniã,ſi quidẽ,quippe,nimirum,ſcilicet,uidelicet,ſanè. Ep. 203.b.Cũ eo mihi ſumma neceſſitudo eſt,magno enim beneficio meo affectus cumulatiſſimè mihi gratiã retulit,nã nec in honorib. meis unq̃ defuit,nec in laboribus.I.C.116.b.Quamobrem,Quirites celebratote,&c.nam multi,&c.erepti enim,&c.de In.43.b.Nã Hermagoras quidẽ nec quid dicat attendere, nec quid polliceatur intelligere uidetur. Ep. 232. b. Nam quid ego de Cicerone dicã?qui,&c.de Or.121.b. Nam herculè,inquit,Antonius,ſi,&c.& I.V.123.b. Nam hercule, inquit,&c. At.49.a.Nam quod purgas eos,&c.& 135.b Nam quod negas,&c.pro Cæl.52.a.Ex quibus requiram, quónam modo latuerint. At.177.a. Quamnám rationem allaturus es huius rei?de D.89.b. Cuiusnám modi eſt Tarquinij ſomniũ?At.273.b. Quinq; cohortibus quid ſenám facturum arbitratur.Part.234.a.Ec quónam modo. & 232.a.Nunquidnám reſtat?Tuſ.246.b. Offecerat uidelicet apricanti:id eſt,nam offecerat apricanti,uel offecerat ſcilicet apricanti.ut illud,Nunquam uidelicet ſitiens biberat.I.A.217.a.Nam quod me tecum iracundè agere dixiſti ſolere,non eſt ita,uehementer,&c.

Nanciſcor,ris.nactus ſum,inuenio, adipiſcor, conſequor,aſſequor,mihi obuenit.de N.51.a.Alter alterius ubicunq; nactus eſt oua frangit.& Tuſ.164.a. Cato ſic abijt è uita,ut cauſam moriendi ſe nactum eſſe gauderet. Orat. 199.b.Nactus ſum etiam, qui Xenophontis ſimilẽ eſſe ſe cuperet.de Fin.51.b.Quoniam nacti te, inquit,ſumus.At. 315.a.Cuius rei nonnullã cõſuetudinẽ nactus ſum, etc. pro Mil.116.a.Quonammodo imperium ferre potuiſſetis,ſi id ille nactus eſſet?de Som.131.a.Ne uim ullam nãciſcatur, quæ à primo impulſu moueatur.Ep.173.b. Si quid firmitatis



nactus ſit Antonius.Ep.194.b. Nactus pluſculum laxamenti.et cum plus ocij nactus ero.de N.77.a. Poteſtas, quam ille per ſcelus erat nactus.& b.Nacti aliquid fortuiti boni.de N.58.b.Iam uerò immanes belluas nanciſcimur uenando.Ep.205.b.Tamen maiorem ſpem impetrãdi nactus ſum,poſtea quàm,&c.Sen. Vitis ut ſe erigat clauiculis,quaſi manibus,quicquid eſt nacta complectitur. In V. 97.a.Sortem eſt nactus urbanæ prouinciæ.

Nanq;.ſi quidem.pro R.P.122.a.de Or.93.b. Tum ille,nanq; quod tu non poteris,nemo poterit. de Or.91.a. Nanq; illud quare Scæuola negaſti?Ep.152.b. Nanq; aſſiduis internuncijs,&c.

Nar.fluuius.At.62.

Narbona,æ.ciuitas.At.193.

Narbonenſis,e.At.160.pro Fon.276.b.

Narbo,onis.Narbona. pro Font. 276.b.Eſt in prouincia Galliæ Narbo Martius colonia noſtrorum ciuium, ſpecula populi Rom.

Naris,ris.nares ſunt naſi foramina.de N.54.b.Nares eo quòd odor ad ſuperiora fertur,rectè ſurſum ſunt.et 53. a.Os adiũctis naribus ſpiritu augetur.& 55.a.Nares ſemper patent.Tuſ.199.b.Faſciculum ad nares admouere.ad Her.41.a.Emungere ſe cubito.de D.83.a.Naribus humiferum duxere ex aere ſuccum.

Narnienſis.contra Rul.81.b.

Narona,næ.urbs.Ep.231.b.& 51.Vatinij.

Narratio,nis.rerum geſtarum aut ut geſtarum expoſitio.de Fin.48.a.de Or.116.a.Deinde rẽ narrare, ita ut narratio ueriſimilis ſit,ut aperta,ut breuis.et 139.a.Narratio obſcura totam obcæcat orationem.Or.208.a. Narrationes credibiles,nec hiſtorico, ſed propè quotidiano ſermone explicatæ dilucidè.Or.208.a.Rem breuiter exponere,& probabiliter & apertè.& 217. b. Si exponenda narratio eſt.Par.232.b. Narratio eſt rerum explicatio,& quædam quaſi ſedes ac fundamentum conſtituendæ fidei.de Or.139.a.Omnis oratiõis reliquæ fons eſt narratio.de Narratione uide ad Her. 1.b.& 3.a. de In.48.a.

Narrator,oris.de Or.113.a.Cæteri non exornatores rerum,ſed tantummodo narratores fuerunt. de Or. 129. a.Imitator & narrator facetus.

Narro,ras.rem geſtam expono,narrationem expono,rem demonſtro,dico.Ep.31. a. Iucunda mihi eius oratio fuit,cum de animo tuo,de ſermonibus, quos de me haberes quotidie,mihi narraret. At.45.b. Craſſi libertũ ais, tibi de mea ſolicitudine macieq; narraſſe.ad Heren.20.b. Narrare de aliqua re.de Or.131. a. Vt mores eius de quo narres exprimantur. At.216.a.Othonẽ quod ſperas poſſe uinci,ſanè bene narras. At.247.b.& 246.a.Narro tibi,Quintus exultat lætitia. Att. 26.b. Narra mihi: reges Armenij patritios ſalutare nõ ſolẽt? Att.29.a.Narro tibi, planè relegatus mihi uideor poſtea quàm in Formiano ſum.Att.45.b. Craſſi liberum ais tibi de mea ſolicitudine macieq; narraſſe.& 246.a.Narro tibi,hæc loca uenuſta ſunt.& 290.b.Male narras de Nepotis filio.

Narthecium,cij.Myrothecium.de Fin.69.a. Medicamenta illa tanquam de narthecio promant. Ac.lib.2. Nonius.l.Puteo,& Vnguentum.

Narus.ignarus.Or.212.a.Noti erant,& naui,& nari,quibus cum in præponi oporteret,dulcius uiſum eſt: Ignoti,ignaui,ignari dicere,quã ut ueritas poſtulabat.

Nari,orum.opp.At.40.a.Dat.VI.Id. April. Naris Luc.aliter Naryci Locr.à Naryx.

Naſica.l.Corculum.

Naſcor,ris.orior,in uitam uenio uel introeo uel ingredior,gignor,ortum habeo,in lucem edor uel ſuſcipior,alicuius ſatu edor,in lucem edor,patris ſatu matriſq; conceptu omnes generamur et edimur,proficiſcor,pateſio,procedo.de Fin. 107.a. Omnes nati ſumus ad ſocietatem & communitatem generis humani.Tuſ.150.a.Quoniam etiam mortui miſeri ſunt, in miſeriam naſcimur ſempiternam.de Fin.81.a.Sed ipſum à ſe oritur & ſua ſponte naſcitur.contra Rul.84.a. Antè extingui atq; opprimi, quã planè exortum ac natum eſſet. pro S. R. 25.b. Si tibi fortuna nõ dedit ut patre certo naſcerere.Or.197.b.Cætera naſcuntur & occidunt.Top.224.a. Filius natus in decem menſibus. de Cl.167.a. Thucydides qui non naſcentibus Athenis,ſed iam adultis fuit.pro Quint.16.a.Ex quo hæc omnia nata & profecta ſunt.de Fin.118.a. Timiditas ex rebus naſcitur.de Cl.168.b. Nec in impeditis & regum dominatione deuinctis naſci cupiditas dicendi ſolet. Off. 36.a. Nulla tam deteſtabilis peſtis eſt, quæ non homini ab homine naſcatur. contra Rul. 64.a. Homines in ueteri dignitate fortunaq; nati.I.C.111.a. Naſcendi incerta conditio.&,ſine ſenſu naſcimur.de L.159.a. Cuius cauſa nati & in lucem editi ſumus.At.2.a.Filiolo auctus ſum. Maior natu,& minor natu.l. Natu.

Naſſa,ſæ.uas uimineum ad capiendos piſces.At.247. b.Ex hac naſſa exire conſtitui non ad fugam, ſed ad ſpem mortis melioris.

Naſturtium.tij.herba acri & odore & ſopore,quam græci Cardamum uocant.Tuſ.247.b. Perſas negat Xenophon ad panem adhibere quicquam præter naſturtium. & de Fin. 84.a.

Naſus,ſi.de Fin 55.a. Naſus ita locatus, ut quaſi murus oculis interiectus eſſe uideatur.ad Her.40.a. Emungere ſe cubito.

Natalis,le.At 283.a.Cũ is dies caſu Bruti natalis eſſet. At.137.a.Natali die tuo ſcripſiſti epiſtolam,&c.At.104. b.Ita ad urbem IIII.Non.natali die meo.pro Fl.165.b.Hũc ego diem uerè natalem huius urbis, aut certe ſalutarem appellare poſſum.& de D.129.a. Natalis dies urbis. At. 49.a.Agere diem natalem ſuum,uel alicuius.de Fin.85.a. de Fin.86.a. Agere diem ſuum natalem quotannis. & ibi. Vt & ſui & Metrodori memoria colatur. & ibi. Colere diem natalem.de D.126.b. Chaldæis in prædictione & in notatione cuiuſq; uitæ ex natali die, minime credendum eſt.pro Seſt.26.a.& At.53.a. De natali die Ciceronis.I.C. 111.a. Non minus iucundi atq; illuſtres nobis ſunt ij dies, quibus conſeruamur,quàm ij quibus naſcimur.

Natalitius,a,um.dies natalis. de D.126.b. Qui hæc Chaldæorũ natalitia prædicta defendunt.& 127.a. Chaldæi notant ſidera natalitia.I. A.163.a. Hodie non deſcendit Antonius. cur?dat natalitia in hortis.

Natatio,onis. de Sen.89.a. Natatio & curſus.

Natio,onis.gens, genus,terra. de Pro.75.b.Cæſar cum acerrimis nationibus Germanorum & Heluetiorum prælijs feliciſſime decertauit.pro Font. 281.a. Exteræ nationes & gentes.pro Cl.32.b.Is ſe Ligurem non fecit, ne nationis magis ſuæ quàm generis uti cognomine uideretur. id eſt,Pacetus natione,ligur.de N.78.b. & 79.a. Deum non curare ſingulos homines, nec ciuitates, nec nationes & gentes.de Or.110.a. Erudita illa Græcorum natio. de In.50.a. Atq; hominum genus in natione conſideratur, graius an barbarus.de Ar. & pro Seſt.23.b. Deteriores cauete,quorũ quidẽ eſt magna natio.pro Mur.140.b.Tota natio candidatorũ.& pro Seſt.23.a. Natio optimatiũ.

Q.Fr.295.a.Immanes ac barbaræ nationes. & I.P.91.a. Nemo tibi obuiam uenit, ne de officioſiſſima quidem natione candidatorum.

Natio dea. de N.68.b.& 69.a. Natio dea,quæ quia partus matronarum tueatur,à naſcentibus Natio nominata eſt.

Natiuus,a,um. germanus,quod nobiſcum naſcitur. de N.7.a.Anaximandri opinio eſt,natiuos eſſe deos, longis interuallis,orientes occidentesq́;.Par.231. a. Simplicia uerba partim natiua,partim reperta ſunt. de Nat. 46.a. Belluæ ad ſaxa natiuis teſtis inhærentes. pro Dom. 215.b. Medicina,quæ & illud natiuum malum & hoc delectum ſanare poſſet.de Ar.248.a.Huius gentis ac terræ domeſticus natiuusq́; ſenſus.

Nato,as.no.pro Cæl.45.a.Quò omnis iuuentus natãdi cauſa uenit.& de In.81.b.& Ep.100.a.Naufragus quidem natans,&c.de N.72.a.In quo quidem magis tu mihi natare uiſus es,quàm ipſe Neptunus.I.A.180. a. Natabãt pauimenta uino.

Natrix,cis.ſerpentis genus.Ac.30. a. Cur Deus tantam uim natricum & uiperarum fecerit? cur mortifera tam multa paßim diſperſerit?

Natu.maior natu,ætate antecedent. Ac.16.a.Aliquot annis minor natu. & de Cl. 186.b. Q.Pompeius biennio quàm nos fortaſſe maior.pro Cl.40.a.Ex his omnibus natu minimus.Quin.Saturius.& de Or.113.b.Minimus natu horum omnium Timæus. de Cl. 173.b.Tum ego audiui equidem iſta de maioribus.I.V.262.a. Grandes natu matres.& 91.b.Grandis natu parens.de Cl.171. b. & Tuſc. 148.b.Minor natu.de In.52.b.Qui fuit maior natu quàm Plautus.de Sen.79.a.Non admodum grandis natu,ſed tamen ætate prouectior.

Natura,ræ.communis hominum parens,uis, ingeniũ, quam noui philoſophi & indiſerti, ſubſtantiam & eſſentiam uocarunt.de N.42.a.Nanq; alij naturam cenſent eſſe uim quandam ſine ratione cientem motus in corporibus neceſſarios.alij autem,uim participem rationis atque ordinis tanquam uia progredientem,declarantemq́; quid cuiuſq; rei cauſa efficiat,quid ſequatur,cuius ſolertiã nulla ars,nulla manus,nemo opifex conſequi poßit imitãdo. & ibi deinceps multa de natura. & 37. a. Omnis natura artificioſa eſt.& ibi rurſus de natura multa. Par. 118.a. Cum tibi ſiue deus ſiue mater (ut ita dicam) rerum omniũ natura,dederit animum.et Tuſ.174.b.Natura parens omnium.& 235.b.Natura communis parẽs. & de Fin.130 a.Omnium eſt natura communis.& de N.10.a. Communis rerum natura uniuerſa atq; omnia continens.de N.52. a.Prouida ſolerſq́; natura.I.V.243. a. Quæ iucunda uidẽtur eſſe,non modò his extraordinarijs cupiditatibus, ſed etiam ipſi naturæ ac neceßitati denegarem.de N.31.b.Natura ignis,& ea ipſa tota feruida eſt,& cæteris naturis uitalẽ impertit calorem.de Fin.130.a. Aliud equo eſt natura,aliud boui,aliud homini.& ibi.b.Naturæ ſunt diuerſæ. & 126.b.Theophraſtus perſecutus eſt ſtirpium naturas, omnium ferè rerum,&c. At.275.a.Occultæ hominum uoluntates multiplicesq́; naturæ.de Fin.59. b. Vis & natura iuſtitiæ.& 62.a.Vis uerborum & natura orationis. de N.6.a.Omnes natura numini diuino parent.Tuſ.156. b.Quinta illa non nominata magis quàm non intellecta natura.& 180.b.De quinta natura ex Ariſtotele. de D. 128.a.Eodem temporis puncto nati,dißimiles et naturas, & uitas,& caſus habent.de D.82.b.Eſt enim uis & natura quædam,quæ futura prænunciat,quorũ uim atq; naturam ratio nunquam explicuit.de Som.131.a. Hæc eſt natura propria animæ atq; uis,ut ipſa à ſe ipſa moueatur. de Or.161.a.In omni genere magna quædam eſt uis incredibiliſq; naturæ.pro Syl.182.a.Tormẽtum gubernat dolor & moderatur natura cuiuſq; tum animi tum corporis. et ibi. Vita ipſa ex ui ſua naturaq́; facilè perſpicitur. de Cl. 190.a.Geſtus natura ita uenuſtus,ut ars etiam quæ nõ erat,& è diſciplina motus quidam uideretur accedere. & 191.a.Atq; hic à magiſtris parum inſtitutus, naturam habuit admirabilem ad dicendum:induſtriam nõ ſum expertus,ſtudium certè fuit.pro Ar.188.b.Sæpius ad laudẽ atq; uirtutem naturam ſine doctrina, quàm ſine natura ualuiſſe doctrinam.& ibi. Aliquem ſine doctrina naturæ habitu eſſe moderatum. & ibi. Cum ad naturam eximiam & illuſtrem acceſſerit ratio quædam cõfirmatioq́; doctrinæ, tum illud neſcio quid præclarum ac ſingulare ſolet exiſtere. Tuſ.152.b.& 162.a. Quinta quædã natura ab Ariſtotele inducta:& nubi de natura,quam ſubſtantiam uocãt, præclara quædam.de Som.131. a. Vel concidat omne cœlum,omniſq; natura, conſiſtat neceſſe eſt:id eſt,animus. Off.22.b.Nihil contra naturam uniuerſam eſt contendendum.de Or.92.b.Id ſi eſt difficile nobis, ſit tamen in re poſitum atq; natura.& ibi.Nihil decet inuita (ut aiunt) Minerua:id eſt,aduerſante & repugnãte natura.de Or.94. a.Naturam atq; ingenium ad dicendum uim afferre maximam.de Or.129.a.Natura fingit homines ac creat imitatores ac narratores facetos.Or.212.a.Hoc non natura fit, ſed quodam inſtituto.de Cl.190. b. Siue quod natura non eſſet ita factus.pro Seſt.26.a.Natura improbus.)(. À natura bene inſtitutus.pro Mar. Victoria, quæ natura inſolens eſt.contra Rul.85.a. Aliquid ingenerari à ſtirpe generis ac ſeminis:id eſt,ab ipſa natura.de Fin.140. b. Cum ſic hominis natura generata ſit,ut,&c.Tuſ.168.a.Natura ſic ſe habet,ut,&c. Tuſc.176.a.Quod natura fert. de Or.101.a.Cuius rei tanta eſt uis,tanta natura,ut, &c. de Or.123.a. Acie mentis rerum omnium uim naturamq́; uidere.de Or.123.b. Argumenta,aut ex ſua ſumi ui atq; natura,aut aſſumi foris.de Or.125.b.Medico & conſuetudo ualentis,& natura corporis cognoſcenda eſt. I.V. 240. b.Natura loci ac cœli Syracuſarum. Q.Frat.317.b.Quos tu ſitus,quaſi naturas rerum & locorum habes? Ep. 7.b. Ea eſt natura & ratio prouinciæ tuæ,&c. pro Cl. 32. b. Vicia quæ ab natura habeas,ſtudio atq; artificio quodam maliciæ condire.pro Rab.95.b. Atqui uidemus hæc in rerum natura tria fuiſſe,ut aut,&c.aut,&c.aut,etc. et pro S.R.30.a.Aliquid ex rerum natura ſuſtuliſſe. de In.82.a. Natura ius eſt:id eſt,ius naturale eſt.Ita natura comparatum eſt.l. Comparo.Ita nati ſumus,ut,&c.l.Natus. de D. 138.a.Quædam matrona uiſa eſt in ſomnis obſignatã habere naturam.de Or.159.a.Itaq; incredibiliter hoc natura eſt ipſa fabricata.de Fat. 145.b. Motus enim uoluntarius eam naturam in ſe ipſe continet, ut ſit in noſtra poteſtate,nobiſq; pareat,nec id ſine cauſa, eius enim rei cauſa ipſa natura eſt.de Sen.78. a. Naturam optimam ducem tanquam deum ſequimur,eiq; paremus. de Am.99.a.Natura optima rectè uiuendi dux.de L. 182. b. Natura quæ norma legis eſt.pro Mur.132.a.Sed tamen ea uiciſti, quæ et naturam,& conditionem,ut uinci poſſent, habebant. de Fin. 130. a. Sed naturas eſſe diuerſas,ut aliud equo ſit natura,aliud boui,aliud homini.

Naturalis, le. phyſicus,innatus, inſitus,naturæ coniunctus uel copulatus,à natura profectus uel ortus,ſecundum naturam,cuius cauſas natura continet,quod quidem



ferè à natura eſt.de Clar.166.b.Eiſq; libris ad memoriam rerum naturalium comprehendendam impulſi ſumus.& Part.235.b. In obſcuris naturalibuſq́; quæſtionibus. & de Fin.52.b. Motus naturalis. I.A.186.a.Pater naturalis. de Clar.183.b. Omnium cauſarum unum eſt naturale principium.de Fat.141.b.Noſtrarum uoluntatum & appetitionum non ſunt cauſæ naturales & antecedentes, nihil enim eſſet in noſtra poteſtate. de D.82.a. Hæc enim duo genera diuinandi naturalia ſunt. pro Cæl.36.b. Niſi ipſe ſe cùm domeſtica diſciplina,tum etiam naturali quodam bono defenderet. de D.103.a. Artificioſa præſentio. )(.Naturalis diuinatio, quæ Phyſica diſputandi ſubtilitate referenda eſt ad naturam deorum.de Cl.167.b.Naturalis,nõ fucatus nitor.Off.11.a.Naturalis quædam ſocietas. de Or.94.b.Vt homines adoleſcentes,ſi quid naturale fortè non habeant,deterreantur. de Fin.55.a.Naturalis atq; inſita in animis noſtris notio.de Som.129.a. Natura fert, ut,&c.id eſt,naturale eſt,ut,&c. Off.10.b.Sed quæ naturæ principia ſunt ſocietatis humanæ, repetendum altius uidetur:id eſt,naturalia principia.de N.6.a. Phyſiologia:id eſt,naturæ ratio.de Cl.176.a.Facilè cerneres naturale quoddam ſtirpis bonũ degenerauiſſe uitio deprauatæ uoluntatis.

Naturaliter.à natura,ſecundum naturam,naturæ ipſius habitu.natura, ablatiui caſus.de Sen.82.b.Quod homini naturaliter inſitum eſt,eo uti decet.Off.39.b.Honeſtum per ſe nobis placet,animoſq́; noſtros natura & ſpecie ſua commouet.& ibi.Eos à natura ipſa diligere cogimur. de Am.115.a.Ita ratio comparata eſt uitæ naturæq́; noſtræ,ut alia ætas oriatur ex alia. pro Pl.265.b. Hoc ualeret inquam in communi conſenſu omnium,& dulcißima commendatione naturæ.

Natus,ta,tum.editus,procreatus,factus,alicuius ſatu uel partu editus. de N.68.b. Orpheus & Rheſus matre Muſa nati.& 69.a.Circe è Perſide Oceani filia nata.Tuſcul.196.a.Thyeſtes Tantalo prognatus,Pelope natus. Poſt.98.b. À parentibus paruus ſum procreatus,à uobis natus ſum conſularis.de Fin.139.b.Natus,ſuſceptus,& inſtitutus ad laudem. de Or.93.a.Cum te unum ex omnibus ad dicendum maximè natum aptumq́; cognoui. & 92.a. Ita nati ſumus,ut rem geſtam exponere,& de omnibus rebus loqui ſine arte poßimus.I.V.135.b.Reperiebam hunc ad iſtius flagitioſas libidines natum atq; aptum fuiſſe. & factum.l. Factus.de Fi.73.a.Equus natus ad curſum,canis natus ad indagandum. Ep.57.a.Natus ad agendum ſemper aliquid dignum uiro.de Ar.244.a.Scipio natus mihi uidetur ad interitum exitiumq́; Carthaginis. & ibid.T. Annius ad hanc peſtem funditus delendam natus eſſe uidetur. pro Seſt.22.b.Vir ad dignitatem & gloriam natus. pro Cæl.50.a. Ille uir, qui ſe natum huic imperio. pro Corn.55.a. L.Craſſus homo natus ad dicendi ſingularem quandam facultatem. In A.241.a. Cæſar deorum beneficio natus ad hæc tempora. In A.238.b. Aliquis ad facinus prædamq́; natus. Orat.205.b. At hic noſter ad hoc unum eſt natus, in hoc ſolo ſe exercuit. Part.238.a.Genus hominum eſt ad honeſtatem natum. de Clar.186.b.. Gn.Pompeius uir ad omnia ſumma natus. de Nat.58.a Boum ceruices natæ ad iugum. de pro.71.a.Syri natio nata ſeruituti.pro Cæl.50.a.Ille uir qui ſe natum huic imperio putauit.In P.88.a.Ille gurges atq; helluo natus abdomini ſuo,non laudi atq; gloriæ. de Clar.191.a. Multitudo & forum,cui nata eloquentia eſt. pro Mur.143.b.Tu mihi eſt Cato,qui non tibi,ſed patriæ natus es, uidere, &c. Off.5.a.Non nobis ſolum nati ſumus, ſed, &c. de Or.154 b.Græci nati in literis. Antequam.196.a. Non magis me mea cauſa puto eſſe natum quàm reip.procreatũ. de Or. 94.b.Quidam ſunt ita habiles,&c.ut non nati,ſed ab aliquo deo ficti eſſe uideantur.Att.106.b.Animaduerteram poſſe pro re nata te non incommodè ad me in Albanum uenire.Att.111.b.In his locis pro re nata non incommodè poſſunt eſſe.At.224.a. Antonij colloquium cum heroibus noſtris pro re nata non incommodum. I.V.169.b.Eques Rom.propè annos LXXXX.natus.de Orat.149.b.& de Cl.185.a. Annos natus unum & uiginti.pro Clu.40.b. Cum annos ad quinquaginta natus eſſet. pro Cec.295.a. Iſq́; iam annos uiginti haberet.de L.161.b.Homines ad iuſtitiam eſſe natos.

Natus,ti.procreatus,filius.de Am.101.a.Ea charitas, quæ eſt inter natos & parentes. de Fin.141.b. À primo ſatu quo à procreatoribus nati diliguntur. de Fin.77.b. Neq; porrò ex eo natus,&c.

Nauale,lis.armamentarium:id eſt,locus in quo naues naualiáq; opera omnia fiunt, & ſeruantur. Muri, naualia,portus,aquarum ductus.Off.45.b.

Naualis,le.de Or.90.a.Si huic M.Antonio pro Hermodoro fuiſſet de naualium opere dicendum. de Sen.79. b. Pedeſtres naualeſ'ue pugnæ.& pro Mur.132.a.Pugna naualis ad tenendum. pro Pom.14.a. Diſciplina naualis. & 9.b.Nauale bellum.At.lib.x.

Nauarchus,chi.magiſter & gubernator nauis,nauicularius. I.V.248.a.Sumptum omnem in claſſem Nauarcho ſuo quæq; ciuitas dabat.& 190.a.

Nauci.iuglandis putamen,res'ue nihili. de D.108.a. Non habeo deniq; nauci Marſum augurem.

Naufragiũ,gij.iactura quæ fit in mari naui fracta,calamitas. Ep.259.b.Interea,qui cupidè profecti ſunt,multi naufragia fecerunt:id eſt,nauim fregerunt. & de D.85.b Tot clarißimorum ducum regumq́; naufragium. de In. 42.b.Maxima ac miſerrima naufragia fiebant. pro Rab. 95.b.Nec tuas unquam rationes ad eos ſcopulos appuliſſes,ad quos S.Titij nauem afflictam,& in quibus C.Deciani naufragium fortunarum uideres. Att.67.b. Hæc enim me una ex hoc naufragio tabula delectat.Off.70.a. Si tabulam de naufragio ſtultus arripuerit, extorquebit'ne eã ſapiens,ſi poterit? pro S.R.43.a. Quem tu è patrimonio tanquam è naufragio nudum eieciſti. pro Dom.241.a. Quod ſin naufragio reip.tenebris offuſis,demerſo populo,&c.Ep.10.b.Naufragium rei familiaris. pro Seſt.5.b. In quo naufragio reip.colligendo & reficiẽdo, ſaluti communi omnia reperientur P.Seſtij conſilia eſſe uerſata.I.P. 88.b.Vt tu naufragio expulſus penderes,&c. I.A.243.a. Qui ex naufragio luculenti patrimonij ad hæc Antoniana ſaxa proiectus eſt.

Naufragus,a,um.qui naufragium fecit,eiectus. de In. 81.a.Naufragus quidam natans.& de Fat.140.b. Vt in illo naufrago. & I.C.103.b.& 109.b.pro Syl.175.a. Aliquis patrimonio naufragus. I.P.88.b.Martium Aphrica expulſum,naufragumq́; uidit.Off.70.a. Duo naufragi in una tabula.

Nauicula,læ. Poſtquã.202.b.Marius cum parua nauicula traiecit in Aphricam. & Ac.37.a. Nos ad nauiculas uoſtras aſcendimus.

Nauicularia,riæ.I.V.245.a.Nauiculariam facere.

Nauicularius,rij.nauiculator.Ep.260.a.Nauiges cũ honeſto aliquo homine,cuius autoritate nauicularius moueatur.At.136.b.Ego nautas illum non putabam habitu-

rum,ille conſidebat:& eo magis,quod audita nauicularijs
hominis liberalitas eſſet.I.V.136.a.Vt aratores,ut merca
tores,ut nauicularij.

Nauiculator,oris.nauicularius. pro Pom.5.b.Merca
toribus ac nauiculatoribus iniurioſius tractatis.

Nauigans,tis.uector.Off.70.a.bis.

Nauigatio,onis.curſus,curſus maritimus.de N.76.b.
Videtis'ne,inquit,amici quàm bona à dijs nauigatio ſacri
legis detur?& Q.Fr.312.a.Aiebant te prima nauigatione
tranſmiſſurum.Q.Fr.310.a.Primam nauigationem ne o=
miſeris.& de Sen.92.a.Aliquando in portũ ex longa na=
uigatione uenire.

Nauigiũ,gij.nauis.de N.56.b.Arborum confectio ma
gnos uſus affert ad nauigia facienda.de Or.159.b.In naui
gio latera,carinæ,prora,puppis,antennæ,uela,mali.Ac.
25.a.Nauigare probo nauigio,bono gubernatore. pro
Cor.67.b Sententiam aliquam tanquam aliquod nauigiũ
ex reip.tempeſtate moderari.At.243.a. Prorſus diſſolu=
tum offendi nauigium,uel potius diſsipatum.

Nauigiolum,li. Ep.192.a.Nos uix ipſi ſingulis cum
nauigiolis reciperemur.Lentuli.

Nauigo,as.nauẽ ago,naui & in naui uehor.de N.76
b,Dionyſius nauigabat Syracuſas:iſq; cũ ſecundiſsimè cur
ſum teneret,Videtis'ne,inquit,&c.Ep.259.a.Rogo te ne
nauiges,niſi exploratè.At.120.b.Infero mari nobis incer
to curſu hyeme maxima nauigandũ eſt.At.165.b.Recor=
dor enim cum illo Rhodiorũ ἀφράκτῳ nauigans,quã fue
rim ſolicitus.pro Dom.218.a.Cum ipſe Archipirata cum
grege prædonum pleniſsimis uelis nauigaret.de Fin.88.a.
Cũ Xerxes maria ambulauiſſet,terramq; nauigaſſet, etc.
At.255.a.Magis cõmodè quàm ſtrenuè nauigaui.remis e=
nim magnã partem.pro Fl.152.b.Reliquum eſt ut quæra
tur,utrũ noſtra iſta claſsis curſu & remis,an ſumptu tan=
tum & literis nauigauit.

Nauis,uis.nauigium.I.V.244.b.Nauem maximã tri
remis inſtar palàm ædificauit.Ep.55.b.Cum ab Epidauro
Piræum naui aduectus eſſem.Ep.199.a.Conſcende nobi=
ſcum.& quidem ad puppim,una nauis eſt iam bonorũ om
nium,quam quidem nos damus operam,ut rectam tenea=
mus,utinam proſpero curſu.& Ac.37.a.Aſcendere ad na
uim.de N.73.a.Quæſiuitq; num etiam in ijs nauibus Dia
gorã uehi crederent.de Or.97.b.Vt concitato nauigio cũ
remiges inhibuerunt,retinet tamen ipſa nauis motum &
curſum ſuũ,intermiſſo impetu pulſuq; remorũ.At.129.a
Vt omnes copiæ nauibus Dyrrhachiũ tranſportarentur.
de In.54.a.Eadẽ nauigij ratio eſt.nam nauis optimè cur=
ſum conficit ea,quæ ſcientiſsimo gubernatore utitur. pro
Plan.279.a.Vidi nauem ſecundis uentis curſum tenentem
ſuum.Ep.199.a.Tenere nauim rectam.I.P.83.b.Qui ma
ximis turbinibus ac fluctibus reip.nauẽ gubernaſſem, ſal=
uamq; in portu collocaſſem.Of.70.a.Quoad peruentum
ſit eò,quò ſumpta nauis eſt,non domini eſt nauis ſed naui=
gantium.In Vat.81.a.Mercatores è naui egredientes ter
rere,conſcendentes morari.de Or.99.a.Euertere nauem
in portu.de Fin.123.a.Euertere nauem palearum. de In.
54.a.Nauis optimè conficit curſum. de D.92.a.Nauem
conſcendere.& 94.b.Conſcenſio in naues.I.V.263.a.Na
uis inſtructa & ornata.At.259.b. Δολιχὸν πλόον ὁρμαί=
νειν. Att.210.a Cum ad uillam noſtram nauis appellere=
tur.& 235.a.È Pompeiano naui aduectus ſum in Luculli
noſtri hoſpitium:egreſſus autem è naui, accepi tuas lite=
ras.Ep.199.a.Quamobrem conſcende nobiſcum.& qui=
dem ad puppim una nauis eſt iam bonorum omniũ quam
quidem nos damus operam, ut rectam teneamus, utinam
proſpero curſu.

Nauita,tæ.nauta.Tuſ.180.a. Noctem pauentes, timi
di adnectunt nauitæ:id eſt,nauem.Poetæ.

Nauitas,tis.induſtria.Ep.159.b.Iſta opera tua,naui=
tas,animus in remp.

Nauiter.ſtrenuè. Epiſt.67.b.Qui ſemel uerecundiæ
finem tranſierit, eum bene & nauiter oportet eſſe im=
pudentem.

Nauo.as.do,præſto,exhibeo. de Or.111.a.Equidem
iam mihi uideor nauaſſe operam,quod huc uenerim. &
At.277.b. Tibi omnes nauare operã & ſtudium uolunt.
Q.de Pet. 207.b. Qui etiam ſi ſuffragandi ſtudia non
nauant,tamen afferunt petitori aliquid, &c. Epiſt.40
b.Vt cum hic tibi ſatisfecerimus,iſtic quoq; noſtram in te
beneuolentiam nauare poſsimus.Attic.240.a.Quam uel
lem Bruto ſtudium tuum nauare potuiſſes. Epiſt.250.b.
At petitionis quidem tuæ ratio mihi ſemper fuit explora
ta,ſed tamen nauare operam uolebam. Epiſt.250.a.Vti=
nam potuiſſem pro tuis ampliſsimis erga me ſtudijs atque
beneficijs tibi operam meam ſtudiumq; nauare. Ep.127.
a.Etſi minus in curia atq; in foro, ac in literis & libris, ut
doctiſsimi ueteres fecerunt,nauare reip.& de moribus ac
legibus ſcribere.Epiſt.79.b.Nemo eſt tam afflictus, qui ſi
nihil aliud ſtudeat,niſi id quod agit,non poſsit nauare ali
quid & efficere. Att.147.a.Vtinam aliquod in hac miſe=
ria reip. πολιτικὸν opus efficere & nauare mihi liceat.
pro Cæl. 52.a. Sed ſi me audiant, nauent aliam operam,
aliam ineant gratiam. pro Dom. 243. b. Nauare ope=
ram alicui atq; ei ſeſe uenditare. & Epiſt.159.b. Nauare
operam reip. de Clar.191.a. Qui nauarat miles operam
imperatori.

Naupactum.urbs. alij Neopactum. I.P.99.

Nauſea,ſeæ.Stomachi faſtidium,uomendiq; cupiditas.
At.226.a.Tua ὑπηνέμιος nauſea abijt.& Ep.240.a.Fe
ſtinare te nolo,ne nauſeæ moleſtiã ſuſcipias,æger. At.74.
b.Nauigauimus ſine timore & nauſea.

Nauſeo,as.ſtomachi faſtidio laboro,abhorreo. Epiſt.
198.b. Quem ego ructantem & nauſeantẽ conieci, &c.
& 107.b. Vidit me nauſeantem. Att.81.a. Epiſtola quam
dediſti nauſeans Buthroto. de N.18.a. Quàm bellum erat
confiteri potius neſcire quod neſcires,quàm iſta effutien=
tem nauſeare.I.A.176.b.Sudat,pallet,quidlibet, modò ne
nauſeet,faciat.

Nauſeola,læ.nauſea. At.225.a.Nauſeolã tibi tum cau
ſam ocij dediſſe facilè patiebar.

Nauta,tæ.nauiculator,nauicularius,remex. At.136.
b.Ego nautas eum non putabã habiturum, ille cõſidebat:
& eo magis,quod audita nauicularij hominis liberalitas
eſſet.Ep.259.b.Nautæ ſolent feſtinare quæſtus ſui cauſa.
In Arat.Hoc ueniens poterunt prænoſcere nautæ.

Nauticus,a,um.de N.57.a.Nauticarum rerũ ſcientia.
& At.210.a.Inhibere uerbum eſt totum nauticum. pro
Pom.14.b.Cum eum uobis maiores ueſtri exuuijs nauti=
cis,& claſsium ſpolijs ornatum reliquiſſent.

Nauus,a,um.ſtrenuus,induſtrius. I.V.158.b.Homo
nauus & induſtrius. & 174.a.& 184.a. Nauus & pu=
dens & probus filius.& pro Pom.7.a.

Ne.ut ne,quo ne,quo minus,an,ut. Ep.52.b.Itaq; ne
que tu multum interfuiſti rebus gerendis, & ego id ſem=
per egi,ne intereſſem.Ep.4.a.Quæ ne ſpes eum fallat,ue
hemẽter te rogo.pro Pl.264.b.Vicia me herculè res hæc
Cn.Plãcij tegere potuerũt,ne tu in ea uita de qua dicã tot
&



& tanta adiumenta huic honori fuiſſe mirere.I.V.234.b.
Ecce autem noua turba, ne tamen iſtum ſine amicis planè
nudum putetis ac deſertum.I.V.219.a.Iudicium de pecu=
nijs repetundis ne ſit hoc tempore. de In.77.a. Meretrix
coronam auream ne habeto.de Or.161.a.Illud ne quis ad=
miretur,quó nam modo hæc,&c.Tuſc.192.b.Ne ægrotus
ſim,inquit,ſed ſi fuerim ſenſus adſit. I.V.207.a.Quid uis
nobis dare,iſtine auferantur ab te. At.137.b.Ille annus qui
me,ne dicam grauius,afflixerat.Ep.133.a. Deinde ne ami
cis nihil tribuamus,epulamur unà. Tuſc.164.b. Tantum
abeſt ab eo ut malum mors ſit,ut uerear ne homini,&c.
I.P.83.a. Conſul edicit, ut ſenatus ſenatuſconſulto ne ob=
temperet. pro Dom.222.a.Proſcribere uelitis,ut M.Tul=
lius in ciuitate ne ſit.Ep.223.b.Da operam ut ſocrus ado=
leſcentis rea ne fiat. Ep.4.a.b.Non tam ut te impediret,
quàm,ut ne quis Alexandriam uellet ire.& ibi.Satis pro=
uiſum eſt,ut ne quid ſaluis auſpicijs agere poſsint. Epiſt.
96.a.Quo ne pluris emerent. Epiſt.197.a. Te hortor,
ut ne cui,&c.Epiſt.208.b.Da operam ut ne quid tuorum
mihi ſit ignotũ.& At.44.a.Vt prorſus ne quid ignorem.
pro Cecin.303.b. Vt ne longius abeam. Quin.Fr.323.a.
Opera datur,ut iudicia ne fiant. de Fin.63.a.b.Sunt qui
dicunt fœdus quoddam eſſe ſapientum, ut ne minus ami=
cos quidem quàm ſe ipſos diligant. Att.68.a.Vt hoc no=
ſtrum deſiderium ne plus ſit annuum. I.V.101.a. Impe=
trant ut ne iurent.Epiſt.9.a.Neq;(ut ego arbitror)erra=
rent ne aduerſarij quidem eius,ſi,&c.de In.61.a.Non fa=
ctitatum eſt,ne à barbaris quidem id maleficium. Ep.143.
a. Me uerò nihil iſtorum ne iuuenem quidem mouit un=
quam,ne nunc ſenem.& I.V.107.b.Non enim prætereũ=
dum eſt,ne id quidem. Q.Fr.312.a.Non prætermittam,
ne illud quidem,Furiũ,&c.Ep.73.a.Ne hoc quidem præ=
termittendum eſſe duxi,te ut hortarer,ut,&c. I.V.200.
a.Nihil in ædibus cuiuſquam, ne in oppidis quidem, nihil
in locis communibus,ne in fanis quidem. de Or.160.a.Vt
nihil ſit ne ſpiritu quidem minimo longius, aut breuius.
Tuſc.231.b.Nulla ne minima quidem aura,&c. Or.207.
b.Cum illa cognoueris,nolo ignores,ne hæc quidem huma
na.de N.15.b.Ne tu quidem Vellei.de Cla.189.b.Ne Titus
quidem Poſthumius contemnendus in dicendo fuit. pro S.
18.b.Ne iſtius quidem laudis ſum cupidus.de Orat.116.a.
Ne hæc quidem reprehendo,ſunt enim,&c.I.C.116.a.Ne
dici quidem opus eſt,quanta calamitate reip.etc.Tuſ.151.
a.An tu dialecticis ne imbutus quidem es. de N.62.a.Nec
habere ne ſpei quidem extremum.pro Mil.116.b.Non po
teſt dici ſatis,ne cogitari quidem,quantum,&c. Att.177.
a.Ne ſi uelim quidem,id facilè poſsim.Epiſt.38.a.An mihi
de te nihil eſſe dictum putas?ne hoc quidẽ,quod cum,&c.
Epiſt.34.b. Quod ne nunc quidem deſpero. Orat.202.
a. & 201.b. Et quoniam cœpi, &c.ne nunc quidem ſo=
lum de orationis modo dicam, ſed etiam de actionis. I.C.
106.a. Nemo non modò Romæ, ſed ne ullo in angulo
totius Italiæ fuit,quem,&c. Attic.131.b.Ii,qui inter ſe ne
noti ſunt. Attic.32.a. Ego illud ne quidem contemnam.
pro Cec.297.a.Si ne quidem tuorum quiſquam loco mo=
tus erit.pro Q.14.b.Tamen ne uereris,ut poſsis,&c.pro
S.R.25.a.Tamen ne hæc uita relegatio appellabitur? Ac.
33.a.Et hic metuo,ne uix ſibi conſtet.Ep.78.b. Tamen ue
reor ne conſolatio ulla poſsit uera reperiri.& ibi.Non ue
reor ne eum miſerum eſſe nefas ſit dicere:id eſt,non dubi=
to quin.pro Flac.159.b.Tamen ne iſti teſtes habebũtuur?
pro Dom.223.a.Tamen ne arbitraris id te poſſe obtine=
re? In P.79.b.Iam ne uides belluas?iam ne ſentis? Ep.53.a
Nón ne maius,&c.Off.72.a.Is ſententiam ne diceret re=
cuſauit. Attic.85.a. Quot uis præfecturas ſume,dum ne
negocieris.& 251.b.Si quid eiuſmodi acciderit,ne quid ti=
bi ſit fama mea potius.& 278.b.Nullas adhuc à te literas
habebamus,ne famã quidem,quæ declararet,te cognita ſe
natus autoritate,in Italiam adducere exercitũ. & Q.Fr.
317.b.Cum à me literas librarij manu acceperis,ne paulũ
ocij me habuiße iudicato.Ep.131.a.Ne quidem. Sen.83.b.
*.Ne ille quidem magno deſiderio tenebitur uirium. Pa=
rad.118.b.Huic nihil eſt quod exploratũ habeat,perman=
ſurum ſibi quidem ne unum diem. de L.182.a.*.Ne ſum=
ptuoſa aſperſione longè coronæ nec acerræ prætereãtur.
Off.15.b.Tamen ne minima quidem ex parte Lycurgi le=
gibus & diſciplinæ conferendi ſunt.

Ne.pro an,utrum.l.An.Tuſcul.170.b. Nihil mea in=
tereſt, humi'ne an ſublime putreſcam. de Diuin. 99. b.
Fiat, nec ne fiat, id quæritur. de Natur. 60. a. Tibi
permitto,reſpondere'ne malis an audire, &c. Attic.260.
Tamen uide, ſi fortè in Tuſculano rectè eſſe poſsim, ne id
melius ſit an hoc, &c.Epiſt.253.a.Doceas tu me oporte=
bit,in mea'ne poteſtate ſit ſpectrum tuum. Q.Fr.303.a.
Tu'ne id ueritus es?

Neapolis,lis.I.V.228.a.Vrbs quæ,quia poſtrema ædi
ficata eſt,Neapolis nominatur.

Neapolitanus,a,um.Ep.218.a.Tuſ.166.b.

Nebulo,onis.planus,qui mendacijs & dolis nebulam
quandam & tenebras offundit,nugator.I.A.174.b.Hæ=
rebat nebulo, quò ſe uerteret non habebat. Attic.6.b.Ne=
bulonem illum ex iſtis locis amoue. pro S.R.39.b. Nos
ab iſto nebulone facetè eludimur.& Attic.248.a.Quem
tu illo certiorem nebulonem. Attic.89.a. Hoc ego ex
P. Vedio magno nebulone audiui. Attic. 93. b. Huius
nebulonis operatione,ſi Brutus moueri poteſt,licebit eum
ſolus ames.

Nebuloſus,a,um.turbulentus,caliginoſus.Tuſ.161.a.
Nebuloſum & caliginoſum cœlum.

Nec.non.de L.185.a.Magiſtratus nec obedientem &
noxiũ ciuem coercento.de N.67.a.Nec uerò poſſum,etc.
l.An,& Ne.

Necdum.nondũ. Att.92.b.Nec dum ego tamen Quin
tum conueneram. Tuſc.205.a.Philoſophi ſummi,necdum
tamen ſapientiam conſecuti.

Neceſſariè.neceſſariò.de In.51.b.Aut probabiliter o=
ſtendens,aut neceſſariè demonſtrans.

Neceſſariò.neceſſariè,ex neceſsitate,neceſsitate,neceſ=
ſarijs & maximis cauſis.Oct.329.a.et Tuſc.210.b.Feciſ=
ſem neq; tam libenter quàm neceſſario.Ep.77.a.& 88.a.
Cum pleriſq; eorum,'quibus cum uiuo neceſſariò.

Neceſſarius,a,um. opus habens aliquam neceſsitatẽ,
fatalis. de N.56.b.Nos è terræ cauernis ferrum elicimus,
rem ad colendos agros neceſſariam,omnia uera in præte
ritis neceſſaria ſunt,quia ſunt immutabilia. de Fat.143.a.
& ibid. Si quod primũ in connexo eſt,neceſſarium eſt,ſit
etiam quod conſequitur neceſſarium.Top.225.b.Neceſſa
ria concluſio.& de In.32.a.Neceſſaria conſecutio.de Fat.
149.a. Neq; eam cauſam ad aſſentiendũ neceſſariam eſſe
concedet. de Vn.202.b. Commonſtrauitq; leges fatales
ac neceſſarias. Ac.24.a.Si alterutrum conceſſero neceſſa=
riũ eſſe,neceſſe erit cras Hermachũ uiuere.pro Q.R.47.
a.Illa ſuperior fuit oratio neceſſaria, hæc erit uolũtaria.
Poſt.203.a.Non tam neceſſarium eſt malemeritis referre
quod debeas,quã ut benemeritos colas. de D.106.a.Quæ
prætermitto,tibi enim nota ſunt, mihi ad cõmemorãdum

non neceſſaria. Orat.203.a.Hoc tamen ipſum ad id quod propoſitum eſt,non eſt neceſſarium. Off.3.a.Omnia quæ ſunt ad uiuendum neceſſaria inquirere. & 5.b.Expetuntur diuitiæ ad uſus uitæ neceſſarios.Ep.20.a.Non dubitaui id à te petere,quod mihi eſſet maximè neceſſariũ.Itẽ:Intereſt inter cauſas fortuitò antegreſſas, & inter cauſas cohibentes in ſe efficientiam naturalẽ. de Amic.100.a.Non aqua,non igni,non aere,ut aiunt,pluribus locis utimur q̃ amicitia. de L.192.b.Eſt ſenatori neceſſariũ noſſe remp. Am.110.a.Nec eos habere neceſſarios oportet, quos ineunte ætate dileximus. I.A.228.a.Cum illum neceſſarium & fatalem penè caſum non tulerimus. Att.273.a.Multa eius indicia,ſed ad ſcribendum non neceſſaria. Att.277.a. Noli pati à neceſſarijs tuis, neceſſario meo iniuriam fieri.

Neceſſarius, rij. coniunctus, qui aliqua neceßitudine alicui adiunctus eſt,non alienus,qui aliquem aliqua neceßitudine attingit.Epiſt.209.a.M.Cæſius homo mihi maximè neceſſarius.Epiſt.216.b.In neceſſarijs,qui tibi à patre relicti ſunt,ego tibi ſum uel coniunctißimus. Attic.142.b. Cum utrique ſis maximè neceſſarius. & ibid.a.Per te, qui utriq; es coniunctus. pro Syl.167.a. L.Torquatus meus familiaris ac neceſſarius.Ep.179.b.Vicio mihi dant,quod mortem hominis neceſſarij grauiter fero.pro Mur.141.a Virgo ueſtalis huius propinqua & neceſſaria.& Ep.229 b.Cerelia neceſſaria mea. pro Clu.29.a.Neceſſarius & coniunctus,&c.non alienus.

Neceſſe eſt.neceſſum eſt,neceſſarium eſt,neceßitas eſt, oportet,opus eſt,non poteſt abeſſe quin,&c. Si ita res coget,neceßitas cogit. Ac.24.a.Si alterutrum conceſſero neceſſariũ eſſe, neceſſe erit cras Hermachum uiuere. Ep.6.a. Alterum mihi, ut te plurimum diligam, facere neceſſe eſt. de Fat.143.b.De homine enim dicitur cui neceſſe eſt mori.et 144.a.Neceſſe eſt mori Scipioni.I.A.172.b.Tantum uini eo die exhauſeras,ut tibi neceſſe eſſet uomere poſtridie.pro Dom.234.a.Quid tibi neceſſe fuit homo fanatice ſacrificium illud inuiſere? de Or.112.b.113.a.Nam & teſtimonium ſæpe dicendum eſt,ut mihi neceſſe fuit in S. Titium.pro Syl.171.a. At hic etiam,quod tibi neceſſe minimè fuit,facetus eſſe uoluiſti. pro Syl.176.a.Mihi hoc neceſſe fuit facere. Ep.17.a.Legem curiatã conſuli ferre opus eſſe,ſibi neceſſe non eſſe. de Orat.116.a.Sunt quidem hæc concinnè diſtributa,ſed tamen id quod neceſſe fuit hominibus expertibus ueritatis,non peritè. pro Mur.126.a Mihi neceſſe puto etiam aduerſarijs prodeſſe. Part.234.a.Non habebimus neceſſe ſemper concludere. Opt.244 a.In quibus uerbum pro uerbo non neceſſe habui reddere. Attic.152.a. Planco & Oppio ſcripſi equidem quoniam rogaras, ſed ſi tibi uidebitur,non neceſſe habueris reddere. Attic.155.b. Eo minus habeo neceſſe ſcribere, aut etiam cogitare quid ſim facturus. pro Quint.2.b. His de rebus non neceſſe habeo dicere ea,quæ,&c. pro Cæl.46.b.Ex quibus neminem mihi neceſſe nominare,uoſmet uobiſcum recordamini.de D.110.b.Si neceſſe ſit,&c. ſed nihil opus eſt,&c.de Fin.83.b.Nam id quidem eſt interdum neceſſum. de Or.89.a.Oratio aut nulla ſit neceſſe eſt, aut omnium irriſione ludatur. de Pet.211.a.Nam comitas tibi neceſſe eſt. de In.83.b.Vri poſſe flamma ligneam materiam neceſſe eſt. & ibid.Corpus mortale aliquo tempore interire neceſſe eſt.

Neceßitas,tis.neceßitudo,fatum,uis,tempus, uſus uitæ neceſſarius.Top.225.b.Cauſa in qua inſit efficiendi neceßitas.& de N.12.b.Fatalis neceßitas rerum futurarum. Poſtquam.202.a.Quaſi aliqua fatali neceßitate mihi cum fortuna belligerandum fuit. pro Seſt.13.a.Vita neceßitati debetur.Ep.54.a.Tempori cedere:id eſt,neceßitati parẽre,ſemper ſapiẽtis eſt habitum.I.A.205.a.Facilius apparabitis ea,quæ tempus & neceßitas flagitat. de In.54.a. Annuæ commutationes quadam ex neceßitate,ſemper eodem modo fiunt. Epiſt.54.b.Vt etiam ſi natura tales non ſint,neceßitate eſſe cogantur. Off.48.b.Si aliqua neceßitas huius muneris alicui reip.obuenerit,danda erit opera, &c.& ibi.Neceßitati parendum eſſe. Or.216.b.Numeri in quibus neceßitati parẽre cogimur.& Orat.219.b.Qui ſeruiendum neceßitati putet. de Off.45.a.Venia neceßitati datur.de Fat.145.b.Nec ob eam cauſam fatũ erat,aut neceßitas timenda.& 144.a. Aeternis cauſis naturæ neceßitate manantibus uerum eſt,id quod,&c. de D.112.a. Mathematici ea prædicunt, quæ naturæ neceßitas perfectura eſt.de N.65.a.Nullum eſt corpus,quod effugiat ferẽdi patiendiq; neceßitatem.I.C.119.b.Mors aut neceßitas naturæ,aut laborum aut miſeriarum finis eſt.Off.4.a. Reliquis tribus uirtutibus neceßitates propoſitæ ſunt ad eas res parandas,quibus actio uitæ continetur. At.57.b.Ego mihi neceßitatem imponere nolui huius nouæ coniunctionis.pro Syl.173.b.Mihi de me iam multa dicẽdi neceßitas quædã impoſita eſt ab illo. Or.219.b.Nobis in dicendo atq; in ſcribendo neceßitatis excuſatio non probatur.pro Q.9.a.& de Fin.55.b.Aliquẽ ui ac neceßitate coactũ & inuitũ aliquid facere.pro Cl.21.b.Vi & neceßitate coactus feci.& de N.5.b.Neceßitate aſtrictus,&c. pro S.R.34.b.Quæ te neceßitas tanta premebat. & 39.a.Nõ dicã plura quàm neceßitas ipſa coget.pro Cl.29.a.Itaq; ille inopia & neceßitate coactus confugit,&c. I.A.225.a. Sed mihi neceßitatem attulit paulo plura dicendi ſententia eius.de D.112.a.Ea quæ habent aliquam neceßitatẽ.i. quæ ſunt neceſſaria.de D.103.a.Sed uigilantes animi uitæ neceßitatibus ſeruiunt.pro S.R.29.a.Magnã uim,magnã neceßitatẽ,magnam poßidet religionem paternus maternusq; ſanguis.pro Syl.167.a.Neceßitatem familiaritatẽq; uiolare.pro Cl.31.b.Is ſibi nihil non modò ad cupiditates ſuas, ſed ne ad neceßitatem quidem reliquit. I.A.245.b. Mors neceßitatem habet fati. pro Mil.110.a. Miloni neceßitas fuit exeundi.Off.25.b.Ipſiq; neceßitati dant operam ut quàm occultißimè pareant.Off.32.a.Nec uerũ eſt quod dicitur à quibuſdam,propter neceßitatẽ uitæ,idcirco iſtam eſſe cum hominibus cõmunitatem & ſocietatem.

Neceßitudo,nis.neceßitas,coniunctio.de In.83.b.Neceßitudo eſt,cui nulla ui obſiſti poteſt.& ibid.Neceßitudo mutari,& leniri non poteſt. & 69.b. An neceßitudine, quod alio modo agi non poßit.de In.83.b.Neceßitudo ſimplex & abſoluta.)(.Cum adiunctione.I.V.64.b.Sic enim à maioribus noſtris accepimus, prætorẽ quæſtori ſuo parentis loco eſſe oportere:nullam neq; iuſtiorem,neq; grauiorem cauſam neceßitudinis poſſe reperiri quàm cõiunctionem ſortis,quàm prouinciæ,quàm officij,quàm publicam muneris ſocietatem.& pro Plan.264.b.Neceßitudo contubernij.Ep.207.b.Coniunctio quæſturæ liberorũ neceßitudini proxima eſt.Ep.212.a.Cum Liſone eſt mihi hoſpitium uetus,quam ego neceßitudinem ſanctè colendam puto,ſed ea cauſa etiam cum alijs compluribus,familiaritas tanta nullo cum hoſpite.In V.233.b.Coniungere neceßitudinem cum aliquo.pro Deiot.151.a.Summam neceßitudinem magna eius officia in me & in meos effecerunt. pro Seſt.11.b.Cum quo mihi erant omnes amicitiæ neceßitudines. pro Pl.267.a.Illæ tribus, in quibus magnas neceßitudines habet Plancius. pro Mur.125.b.Familiaritatis neceßitudiniſq; oblitus,&c.pro Cl.59.b. Atq; etiã nomina neceßitudinum mutauit,uxor generi, nouerca filij: id eſt,affinitatum.Off.12.b.Non ijdem erunt neceßitudinum gradus,qui & temporũ.Ep.215.b.Summa neceßitudine & ſumma coniunctione adductus. pro Cl.41.b.& I. Ver.61.b.Mihi cum eo ſumma utriuſq; officijs conſtituta neceßitudo eſt. Att.204.b.Mihi ſummo beneficio meo cũ fratribus illis neceßitudo eſt. de Am.109.b.Qui in amicitiæ coniunctioniſq; neceßitudine ſunt ſuperiores,exæquare ſe cum inferioribus debent. I.A.248.a. Sed hanc mihi dißipationẽ pro paterna neceßitudine & coniunctione depoſco.pro Q.7.a.Pro fraterna illa neceßitudine.et Ep.146.b.Pro plurimis noſtris neceßitudinibus. Orat.215.a. Habere aliquam neceßitudinem aut cognationẽ cum aliquo. Att.262.a.Paterna,magna,& uetus,& iuſta neceßitudo.At.276.b.Iampridem hoc ex noſtra neceßitudine, quæ ad ſummam beneuolentiã peruenit,ſublatnm eſſe debet.ad Her.36.b.Quos natura aut uoluntas neceßitudine aut beneuolentia coniunxit,diſtrahuntur. Ep.208.b.Bonos uiros ad neceßitudinẽ tuam adiunxeris. Ep.211.b. Vt Lyſonem recipias in neceßitudinem tuam.Ep.30.a.& 29 b.Magni enim uidebatur intereſſe ad eam neceßitudinem quã nobis ſors tribuiſſet, conſuetudinem quoq; accedere. pro Lig.140.b.Hæc ego noui propter omnes neceßitudines,quæ mihi ſunt cũ illo domi unà eruditi,militiæ contubernales,pòſt affines,in omni deniq; uita familiares. Q. de Pet.209.a.Qui aliqua neceßitudine alicui eſt adiũctus



Nενία,as.mortuorum negocia,& res,& umbræ,& funerum tota ratio. Tuſc.155.b.Animos enim per ſeipſos uiuentes non poterant mente complecti:formã aliquã, figuramq; quærebant.Inde Homeri tota νενία. At.146.a. & 153.a.Pro turpi & flagitioſo Cæſaris comitatu.

Nec ne. At.195.b.Sit miſſum nec'ne,ſcio dictum quidẽ tibi.& Tuſc.181.a.Doleam nec'ne doleam nihil intereſſe.

Necnon.I.C.118.b.Nec non meam mentem domũ ſæpe reuocat exanimata uxor.& Off.22.b.Nec non Xenocratem,&c.& Parad.117.a.Nec non ſæpe laudabo.& de Fin.78.b.Nec non,&c.

Neco,as.necem affero.pro S.R.29.b.Solon nullũ ſupplicium conſtituit in eum qui parentẽ necauiſſet. Parad.120.b. Nihil igitur intereſt patrem quis necet an ſeruũ. At.85.b.Scaptius incluſum in curia ſenatum obſederat ut fame ſenatores quinq; necarẽtur.& Q.Fr.308.a.Necare aliquẽ fame.pro Põ.5.a.Necari ac trucidari.de Fin.81.b. Quo minus ambo unà necaremini. de N.76.b.Zenonem Eleatẽ in tormentis necatum.pro Pom.5.b.Aliquẽ uinculis & uerberibus atq; omni ſupplicio excruciatũ necare.

Necromantia,tiæ.pſychomantia,diuinatio unde animæ excitantur,ut de occultis reſpondeant. Tuſ.155.b.Inde ea quæ meus amicus Appius νεκρομαντίᾳ facit.

Nectar,aris.deorum immortalium potio. de N.23.b. At Poetæ quidem nectar, ambroſiam, epulas comparant. l.Ambroſia,& Iuuentas,atis.

Necto,ctis.connecto,colligo. de Leg.166.b.Videtis ne quanta ſeries rerum ſit? atq; ut ex alio alia nectantur? & Ac.6.b.de Fin.105.b.Quid non ſic ex alio nectitur, ut non ſi unam literam moueris,labent omnia. de D.106.b. Cum cauſa cauſæ nexa rẽ ex ſe gignit. Top.225.b.Ex hoc genere cauſarum fatum à Stoicis nectitur.

Necuero. Offic.3.b. Nec uerò illa parua uis naturæ eſt, &c.

Ne dicam.de N.13.a.Doleo te in tam leues,ne dicã, in tam ineptas ſententias incidiſſe.Am.111.b.Pleriq; peruerſe,ne dicam impudenter,uolunt. I.A.241.a.Gallia Bruti nutũ ipſum,ne dicam imperium ſequitur. pro Pom.230.b.Abſui ſimul cum rep.dicam maxima cum dignitate.

Nedum.non modò,quo minus.At.67.a.Epiſtolæ noſtræ tantum habent myſteriorum,ut eas ne librarijs quidem ferre committamus,nedum cuilibet.pro Dom.241.a Tamẽ in ſcelere religio nõ ualeret,nedum ualeat id quod, &c.contra Rull.85.b.Homo priuatus uix facilè ſeſe continet,&c.nedum iſti non conquiſituri ſint aliquid ſceleris, &c.Item:Immo uerò etiam hoc magis,etc. Ep.143.a.Me uerò nihil iſtorum ne iuuenem quidem mouit unquam,nedum ſenem.aliter,ne nunc.Epiſt.259.a.Vix in ipſis tectis frigus uitatur,nedum in mari,& uia ſit facilè abeſſe ab iniuria temporis. de In.56.a.Ei non permitterem,ut illud faceret,&c.nedum nunc iſtud patiar, cum,&c. pro Cl.37.b.Optimis temporibus non potuerunt,&c.nedum his temporibus,&c.

Nefandus,a,um.nefarius,deteſtabilis. de Ar.253.b. Nefandum ſcelus.

Nefariè.ſceleratè. pro S.R.23.a.Pater occiſus nefariè.& I.C.104.b. Peſtẽ patriæ nefariè moliri. I.V.69.b. Libidinoſè,nefariè,crudeliter.

Nefarius,a,um. pro Syl.172.a.Horum ego uoluntates conſceleratas & nefarias,ſanare non potui.de Or.103 b.Qui animorum motus in iudicium mentibus concitent, ſcelus eos nefarium facere. pro S.R.24.b. Sceleſtum & nefarium facinus. Ep.4.b.Subitò exorta eſt nefaria Catonis promulgatio.

Nefas.non licet,fas non eſt,ſcelus. Ep.256.a.Tibi licet,mihi nefas eſt obliuiſci? I.V.217.a.Illi uerò dicebant id ſibi nefas eſſe. de Natur.70.b.Mercurius quem Aegyptij nefas habent nominare.pro Fl.148.a.Cælius putabat nefas eſſe,publicanum iudicare cõtra publicanum. pro Mil.103.a.Si ſceleratos interfici nefas eſſet.At.8.a.& 7.b.Idq; ab ijs nefas eſt decretum.Sen.79.b.Nefas dictu eſt, miſerã fuiſſe talem ſenectutem.de In.79.a.Nefas eſt legi non obtemperare.pro Mil.115.b.Is cui nihil unquam nefas fuit, nec in facinore,nec in libidine.

Nefaſtus,a,um.nefarius,impius. de Leg.173.b.Quæ augur iniuſta,nefaſta,uicioſa,dira'ue dixerit,irrita infectaq; ſunto.

Negans,tis.Top.224.a.b.Sunt etiam ualde contraria alia quæ appellantur negantia, ἀποφατικὰ Græci, contraria aientibus:ut ſi hoc eſt,illud non eſt.

Negantia,tiæ.Top.225.b.Deinde addunt coniunctionum negantiam,ſic:non ſi hoc eſt & illud,hoc autem nõ, igitur illud.

Negatio,onis.inficiatio,negantia.pro Syl.174.b.Cũ is qui de omnibus ſcierit, de Sylla ſe ſcire negarit, eandem uim eſſe negationis huius quam ſi extra coniurationem hunc eſſe ſe ſcire dixiſſet.de In.51.b.Deſperatũ eſt id quod ab aliqua re per oppoſitionem negationis ſeparatur hoc modo,ſapere & non ſapere. de Fat.143.b.Quid eſt quod non poßit iſto modo transferri ad coniunctionum negationem.Part.239.a.Negatio inficiatioq; facti.

Neglectio,onis.negligentia.pro Mur.126.a. Amicorum neglectio,improbitatem coarguit.

Neglectus,a,um.contemptus. Poſt.207.a. Homo inhumanus,neglectus,&c. & de Finib.104.a.Abiectus & neglectus uir.

Negligens,tis.indormiens alicui rei agendæ,qui in agendo quidpiam indormit.de Clar.186.a. Nam M. Glabrionem ſocors ipſius negligenſq; natura tardauerat.

Att.115.a.Improuidi & negligentes duces.I.V.179.b.Sit aliquis ſociorum atq; amicorum negligentior. Ep.203.a. Is non te in me illiberalem,ſed me in te negligentem putabit.I.V.184.b.Verres negligens & diſſolutus.

Negligenter.indiligẽter.Or.204.a.Minuta nõ negligẽter tractãda ſunt.pro S.R.46.a.et pro Pl.261.b.Negligenter.)(.Diligenter.Or.200.a.Multa apud aliũ negligentius. pro Cec.299.a.Negligentius adſeruare aliquid.

Negligentia,tiæ.indiligentia,incuria,pigritia. Orat. 204.a.Quędam etiã negligentia eſt diligens. & ibi.Non ingrata negligentia. ad Her.30.b. Diligentia comparat diuitias,negligentia corrumpit animũ.pro S.R.28.a.Negligentia alicuius in faciendo aliquid. de Ar.248.a.Nihil cuiuſquam aut negligentia contemptũ,aut ſcelere eſſe pollutum.de Or.113.a.Quarũ rerũ negligentia pleraſq; cauſas uidemus amitti.i.neglectione.Off.6.b.Negligentia, pigritia,inertia.Of.26.b.Fugere agreſtem & inhumanã negligentiã.Am.112.a.Cùm multis in rebus negligentia plectimur,tum maximè in amicis & diligendis & colendis.

Negligo,gis.pòſt mitto,non curo,curare omitto, deſero,prætermitto,omitto,leuiter fero,diſsimulandum puto,excludo.pro Cl.44.b.Hoc prætermitti à cenſoribus et negligi non poſſe uidebatur. At.286.b.Libertate contentum negligere humana. I.A.187.a.Antonius diem edicti obire neglexit. et 254.a.De Theopompo ſummo homine negleximus.I.Vat.29.b.Num Heliam?num Fuſiam legem neglexerit?

Nego,as.denego,inficior,recuſo,abnuo,diſsimulo,cauſæ nihil dico quin:id eſt,non nego.)(.Fateor,dico,aio. de Clar.171.a.Tu qui à Mæuio uel ſumpſiſti multa ſi fateris, uel ſi negas ſurripuiſti de Ar.246.b.Nego unquam poſt ſacra conſtituta tam frequens collegium iudicaſſe.& 247 a.Nego eſſe ullam domũ,&c. pro Mil.102.b.Negant intueri lucem fas eſſe ei,qui à ſe hominem occiſum fateatur. At.121.b.Præciſè negare alicui. Topic.224.b.Negantia contraria aientibus.de N.60.a.De hac re non magnoperè pugno.pro Cl.31.b.Is eum deſperare uetuit.

Negocialis,le.ut negocialis conſtitutio. In.69.b. & 45.a.& de L.193.a.*

Negociatio,onis.mercatura.Ep.228.a.In reliquijs ueteris negociationis colligendis.

Negociator,oris.mercator. Q.Fr.291.a.Improbus negociator,paulo cupidior publicanus. Att.17.b.Sub luſtrum cenſeri,germani negociatoris eſt.

Negociolum,li. Quin.Fr.325.a.Etenim erit aliquid negocioli.

Negocior,aris. negociũ gero, mercaturam exerceo uel facio.I.V.80.a.Tum ciues Romani, qui Lampaſci negociabantur,concurrunt.& pro Pom.7.a.Homines induſtrij,qui in Aſia negociantur.& pro Deiot.148.b.Equites Romani,qui in Aſia negociati ſunt. & pro Fl.160.a. Negociaris in libera ciuitate.& ibi. Quouſq; negociabere.At.82.b.Negaui me cuiquam negocianti dare.

Negocioſus,a,ũ.plenus negocij.de N.12.b. pro Mur. 128.a.Prouincia negocioſa & moleſta.

Negocium,cij.res,munus,opus,labor. de N.12.a.Næ ille eſt implicatus moleſtis operoſiſq; negocijs. pro Syl. 178.a.Cuius æs alienum negocij gerendi ſtudio contractũ eſt. & pro Q.11.b.Locuples & ſui negocij bene gerens. Q.Fr.299.b. In extrema parte & concluſione muneris ac negocij tui diligentiſsimus ſis.Off.25.b.& 6.b. Peregrini officiũ eſt,nihil præter negocium ſuum agere.de Orat. 210.b.Quando ages negocium publicum?quando amicorum?quando tuum?de Or.134.a.Aliquando tibi tuum negociũ agere licebit.Att.104.a.Cum negociũ noſtrum aut confecerimus aut depoſuerimus.pro Fl.162.a.Nõ debuit, cum prætor eſſet,ſuũ negociũ agere.de D.129.b. O' acutos homines,q̃ paucis uerbis negociũ confectũ putant. At. 215.b.Expedire & conficere negociũ.pro Q.13.b.Tranſigere ſuſceptum negociũ.I.V.181.a.Procurare negociũ alterius in decumis.& At.141.b.Procurare negocia alterius.pro Dom.223.b.Eidem, inquit,utraq; de re negocium dedi.de Or.112.a.Videamus quid ei negocij demus,cuique eum muneri uelimus eſſe præpoſitum. de Ar.247.a. & Ep.179.a.Negocium magiſtratibus eſt datũ anno ſuperiore,ut curarẽt,ut ſine ui mihi ædificare liceret.Att.219.a & 248.a.Dare negociũ alicui,ut aliquid agat uel faciat. I.C.120.a.Neſcio an amplius mihi negocij contrahatur. pro Q.11.a.Qui ad negocium ſuum relicto procuratore proficiſcitur.pro S.R.38.b.Rei familiaris negocio ſeruorum diligentia cognoſcitur.pro Pl.273.a.Quid dicam de occupatis meis temporibus? cui fuerit negociũ nunquam ocioſum.pro Cæl.49.a.In negocio,quod actum eſſe dicicitur,nullum ueſtigiũ eſt ſermonis. de D.116.b.Deus nihil habens nec ſui,nec alieni negocij. de Or.117.b.Cauſæ in quibus pluſculum eſt negocij. & ibid.Nihil eſt negocij cauſam hanc defendere. & Tuſc.Ep.118.a.Mihi cum illa eſt negocium. Br.90.b.Ego hic cum homine furioſo ſatis habeo negocij.et At.60.a.Puer quo ego regẽdo habeo negocij ſatis.de N.18.a.Habere negociũ & exhibere negociũ alteri.pro Cl.51.b.Si cui fortè ea lege negocium faceſſetur.Ep.23.b.Tantis opib.tantoq; negocio oppidũ oppugnabã.I.V.233.a.Cum audiſſent ei negocium faceſsitũ. & Ep.40.a.Qui tibi negociũ faceſſerẽt. Ep.163.a. Aliquid recuperari nullo negocio poſſe.Ep.63.a.Plurimũq; in eo negocij habui,ut,&c.Ep.161.a.Nunc cũ his tantũ negocij eſt,ut,&c. de Or.125.b.Sin eſt integer iudex,plus eſt operis.Ep.208.b.Suſcipere,adminiſtrare,et conficere negociũ.Ep.5.b.Intereſſe negocijs & præeſſe negocijs. pro Cl.59.a.Qui prædia,qui negocia,qui res pecuniarias habent in agro Larinati. Ep.3.b. Qui in prouincia magna negocia & ampla & expedita habet. Att.72.b.Verſari in negocio.de Fin.121.b.Gerere negocia.Ep.34.b.Et gerere aliquid negocij. pro Q.R.50.b.Tu tuum negociũ geſsiſti bene.I.V.211.b.Dare negociũ alicui,& dare prouinciam alicui.& At.213.b.Ponere operã alicui. Ep.118.b.Imponere negociũ alicui.Ep.153.b. Cõficere negociũ ex ſententia. pro R.P.123.a. Mittere in negocium,& dare partes alicui.Ep.96.a. Agere negocium alicuius diligenter. Off. 72.b.Deum nihil habere ipſum negocij,nihil exhibere alteri. Am.112.a. Qui ſuum negocium gerunt ocioſe. At.11. b.Datur negociũ magiſtratibus.At.74.a.Negocium magnum eſt nauigare,atq; id menſe Quintili. & 74.b.Noſtra negocia,amabo te,explica.& 75.b.Eſt incredibile,q̃ me negocij tædeat. & 77.b.Satis enim negocij habeo in ſanãdis uulneribus quæ prouinciæ ſunt impoſita. At.169. a.Cato qui Siciliam tenere nullo negocio potuit.& 195.b. Nolo enim negocij Q.Fratrem habere quicquam.Parad. 123.a.b.Vt eũ ne in familia quidẽ dignũ maiore aliquo negocio putet.pro Mil.110.b.Nõ enim uideo cur nõ agã negociũ meũ. At.206.a.Velim des negociũ alicui q quærat, &c. & 229.a.Id nullo negocio facere potes. I.A.164.b. Quid'nã homines putarent,ſi tũ occiſus eſſet,cùm illũ gladio ſtricto inſecutus es?negociumq; tranſegiſſes, niſi, &c.

Nemea, eæ.de Fat.141.b. Locus eſt ubi Hercules leonem interfecit.





Nemeæus leo.Tuſ.219.b.

Nemo,nis.ne quis,omnis nõ,nemo omnium,quis omnium.Ep.5.b. Neminẽ ex cõſularibus amicũ tibi eſſe uideo præter Lucullũ.pro Q.13.b. Nemo ex tot creditoribus alijs,&c.14.a.Nemo de ijs qui peritiſsimi ſunt, huic anteponendus eſt.de Or.101.a. & Ep.6.b. Nemo de cõſularibus.de L. 188.b. Quod enim eſt tam deſperatũ collegium, in quo nemo è decẽ ſana mente ſit?de N.45. a. Nemo homo.& 25. a. Nemo nec homo nec deus.& ad Her. 29. a. Nemo rex.Tuſ.154.b.Nemo omniũ tam eſt immanis,qui, &c.& de Or.119.b.Nemo omniũ tot ac tãta habuit,&c. I.V.130.a.Nemo omnium mortaliũ,&c.Or.213.a. Quis omnium doctior Ariſtotele?pro Font.276.a. Nemo Gallorum,&c.I.V.111.b.Fortaſſe nõ nemo ueſtrûm audiuit. pro Dom.235.a.Ciuis eſt nemo in tanto populo,qui, &c. Tuſ.248.a.Nemo de nobis unus excellat.I.C.220.a.Video de iſtis abeſſe nõ neminẽ, &c. pro Mur.144.a. Hoſtis eſt in urbe,&c.nõ nemo etiã in illo ſacrario.Item. In ipſa,inquam curia nõ nemo hoſtis eſt. pro Dõ. 231.a. Cùm me in iudiciũ populi nemo omniũ uocarit. de D.98.a.Excipi de antiquis præter Xenophanẽ neminẽ.Tuſ.170.b. Vtrum ſit melius,dij immortales ſciunt, hominẽ quidẽ ſcire arbitrator neminẽ.de Cl.175.b. Gracchus eloquẽtia neſcio an habuiſſet parem neminẽ. Ep.35.b. Colligit tibi quod haud ſcio an nemini,ut,&c.Ep.85.a.Me quotidie Cæſar magis amplectitur,familiares quidẽ eius ſicuti neminẽ. Att.119. a.Reſp.te mihi ita cõmendauit,ut chariorem habeam neminem.de Or. 95. b. Roſcius dicebat ſe reperire diſcipulum quem quidem probaret , potuiſſe neminem. ad Her. 25.b.Viuus nemo potuit,&c.pro Dom.228.b.Quod omnes non negent:id eſt,nemo. Att.119.a. Facio pluris omnium hominum neminem.& 147.b. Magis idoneũ quàm ego ſum reperies neminem.Off.53.b.Quod cum omnibus eſt faciendum,tum haud ſcio an nemini potius quàm tibi.

Nempe.nimirũ,quippe,opinor.pro Fl.163. b. Si dat tantam pecuniã Flacco,nempe idcirco dat,ne rata ſit emptio.I.A.156.a.Cn.Pompeij cõſulatus in quibus actis conſiſtit?nempe in legibus.I. A.193.a. A quo defenderit?nempe ab hoſte.& I.P.99.a.Quibus autẽ hoſtibus?nempe his, qui,&c. I.V.272. b. A quo tempore futurum eſt? nempe eo,cum,&c. & pro Cl.30.a. Quo crimini,nempe quod, &c.pro Dom.220.a.Quod eſt Pontifices ius adoptionis? nempe ut is adoptet qui,&c.de N.79.a.Iidem etiam uota ſuſcipi dicitis oportere,nempe ſinguli uouent. Acad.29.a. Non me,inquit,dico ſcire,optime,nempe iſta quæ,&c.de Cla.166.a.Nempe eum dicis qui,&c. I. V.139.a. Nempe ita dicis propter decumas.Part.233.b. Nempe igitur ea re ſtant,quæ,&c.Tuſcul.230.b.Nempe negas,&c.Ep.18.b. Nempe ſtudium meum non defuit declarandorum munerum tuo nomine. Att.151.b. Scimus nempe, hæremus nihil ominus.pro Q.15.a.Nempe,ſi,&c.& ib. Opinor ſi,&c. Part.232.b. Nempe ea ſequuntur, quæ ad faciendam fidẽ pertinent. Att.285.a. Quod autem tibi cum Antonio priuatũ odiũ?nempe quia poſtulabat hæc.I. A.186.b. At auus huius nobilis, Tuditanus, nempe ille, qui, &c. I.A.244.b. Sed effugi inſidias,nẽpe in Antonij cõgreſſum ueniendum eſt.pro Mil.104.a.Quid ergo tulit? nẽpe ut quæreretur.

Nemus,ris.de D.104.a.Multos nemora & ſyluæ commouent.& de Ar.249. a. Agros & nemora peragrare. Att.240.a.L.Cæſar ueniam ad ſe rogat in nemus.

Neoptolemus,mi:id eſt Pyrrhus.de Am.110.a.

Nepa,pæ.ſcorpius.de N.47.b. Atq; oculos urget pedibus pectuſq; nepai.& In.Arat. Hæc caput atq; oculos torquere ad terga nepai.de Fin. 134.b. Nepas aculeis, uti alias ueſpas.

Nepos,otis.qui ex filio uel filia natus eſt,qui diſperdit ac diſsipat patrimonium.pro Deiot.144.a.Qui nepos auum in diſcrimen capitis adduxerit.Tuſ.166.a.Metellum multi filij, filiæ, nepotes, neptes, in rogum impoſuerunt. de Cl.189.a.Ex filia nepos.& Tuſ. 165.b. Quærerem ex eo cuius ſuorum ſimilis fuiſſet Africani fratris nepos. pro Quint.7.a.Perditus ac profuſus nepos. & de Ar. 257.b. contra Rul. 75.b. Aliquis ut in ſuis rebus ita in rep.luxurioſus nepos.contra Rul.61.a.Eſſe nepotem in patrimonio.I.V.189.b.Numulis corrogatis de nepotum bonis.

Neptis.ptis.Tuſ.166.a.l.Nepos.

Neptunius,a,um.In Ara.Neptunia prata ſecantes,& Neptunia piſtrix.& ad Her.27.a.Neptuniæ lacunæ.

Neptunus,ni.de Q.39.a.Datum eſt igitur Neptuno altero Iouis fratri maritimũ omne regnũ,nomenq; productum,ut Portunus à portu, ſic Neptunus à nando. & 10. a. Quicq; aer per maria manaret, eum eſſet Neptunum.

Nequam. nihili, improbus, impurus,poſterius. pro Cæl. 36.a. Homo nequam atq; improbus. & pro S. R.40.a.Serui nequam & improbi.de Or.231. b. Seruus frugi.)(.Seruus nequam.I. V.101.a. Verres tam nequam. & ibi Ius tam nequam eſſe Verrinum.Ep.177.b. Homo nequiſsimus omniũ qui ſunt, qui fuerunt, qui futuri ſunt. Ep.183.b.Homo perditus,multoq; nequior quàm ille ipſe quem tu nequiſsimũ occiſum eſſe dixiſti.de Pro. 71.b. Ne Gabinius unus omniũ nequiſsimus exiſtimaretur.& I.P. 30.a. Niſi nequior quàm Gabinius extitiſſet.I.P.94.a.Nihil iſto ſcitote eſſe luxurioſius,nihil libidinoſius,nihil poſterius,nihil nequius.& Tuſ.198.b.Nihil nequius aut turpius effœminato uiro.At. 6.b.Homo ſanè nequã. At.10.a. Cùm accuſator homines nequiſsimos reijceret, reus frugaliſsimũ quenquã ſecerneret.& 98.a Nunquã uidi hominẽ nequiorem.I.A. 210.a. Nequã eſt homo ille atq; cõfidens.

Nequando.de Am.107.b.Vt nequando amare inciperemus eum,quem aliquando odiſſe poſſemus.ad Her. 2.b.

Nequaquam. minimè omnium, nullo pacto, nulla ex parte.de Fin.81.a.Nequaquam iſta amicitia eſt. & de In. 56.b.Nequaquã tantum inter eos intereſſet.& Ep. 246. b.Nequaquã paribus rebus. de In.63.a. Vt nequaquã cum illius commodo fuerit cõparanda.de N.72.b.Nequaquam iſtuc iſtàc ibit.& pro S.R.19.a.Nequaquã ſimiliter, &c.

Neq;,nec.de Or.94.a.Nullæ enim lites neq; controuerſiæ ſunt,quæ,&c. At.128. a. Nam certè neq; tum peccaui,cum, &c.neq; cum, &c.

Nequeo,quis.nõ queo,nõ poſſum,non habeo quemadmodũ,mihi liberũ nõ eſt.de Or.137. a. Quidã quæ ſanare nequeunt,exulcerant. Or.218.b.Nec tamẽ hæc ita aſtricta ſunt,ut ea cum uelimus laxare,nequeamus. Ac.44. a.Nihil in rerũ natura eſt minimũ,quod diuidi nequeat. de D. 128.b.Demoſthenes rho literã dicere nequibat.de Sẽ. 84. b.Quæ ſi exequi nequirem,tamen,&c.de Som.129.a. Sicut ſolem intueri nequitis aduerſum.pro Mil. 116. b. Nequeo uetera illa iudicare,&c.Or.211.a.Nequire pro non quire. At. 17. b. Atque hoc loco illud non queo preterire.

Nequicquã.fruſtra,nihil.pro Q.14.b.Et ſerò & nequicquam pudet.& Antequã.194.a.At.285.b.Cæterũ nequicquam perijt ille,ſi, &c. Tuſ.203. b. Quæ generi humano angorem ne quicquã afferunt.Tuſ.194.a. Nequitia ab eo quod ne quicquã eſt in tali homine.Tuſ.164.a. Secernere autẽ à corpore animũ,ne quicq̃ aliud eſt, q̃ emori diſcere.

Ne quidem.pro Deiot.150.b.Deiotarus nũquam ſuc-

cumbet inimicis,ne fortunæ quidem.l.Ne.

Ne quis.de Opt.244.b.Cum eſſet lex Athenis,ne quis plebi ſcitum faceret,ut quiſquam,&c.

Nequiter.de Fin.70.a.Ille porrò malè,prauè,nequiter,turpiter cœnabat. & ad Her.7. a. Qui fecerit illud tā nequiter,eundem hunc tam perperam feciſſe non eſt mirandum.Tuſ.198.b.Turpiter & nequiter facere aliquid.

Nequitia,tiæ.inertia.I. C. 98.a.Iam me ipſum inertiæ nequitiæq; condemno.& 103.a.Inertia ac nequitia.Tuſc. 194.a.Nequitia ab eo quod nequicquam eſt in tali homine,ex quo idem nihili dicitur.& ibi.Frugalitas,cui cōtrarium uiciū nequitia dicitur.& 181. a.Scio dolorē non eſſe nequitiam.pro S.R.41.a.Officina nequitiæ,diuerſorium flagitiorum omnium.ad Her.18.a.Ab omnibus unicā malitiam atq; nequitiam cognoſci.de Fin.138.a. Homo ſingulari nequitia præditus.& pro Cl.24.b.Vir perdita nequitia,ſumma egeſtate.At.12.a.Nequitia,libido.

Nereides.nymphæ marinæ.I. Arat. Hanc illi tribuūt pœnam Nereides almæ.

Neruij.pop.At.327.

Neruoſè.enixè,fortiter.Ep.158.a. Vigilanter, neruoſeq; aliquem ſubornare.Planci.

Neruoſius.firmius.Orat.208.b.Aliquanto neruoſius dicere.Off.73.b.Neruoſius aliquid diſſerere.

Neruoſus,a,um.fortis,robuſtus.de Cl.175.b. Ariſtoteles in dicendo neruoſus.

Neruulus,li.At.269.a.Si tu neruulos tuos adhibueris.

Neruus, ui. torus, uis,uires. de N.37.b. Nec enim dij uenis & neruis,& oſſibus continentur.& 54.a. Huc adde neruos à quibus artus continentur,eorumq; implicationem toto corpore pertinentem,qui ſicut uenæ & arteriæ à corde tracti,& profecti in corpus omne ducuntur. de Or.163.a.& pro S.R.41.a.Nerui in fidibus ita ſonant,ut à digitis ſunt pulſi.Tuſ.148.b. Cantus uocum neruorum & tibiarum.de D.115.a.Iam neruos in fidibus alijs pulſis reſonare alios.Ep.78.b.Quantum in cuiusq; animo roboris eſt & neruorum. Epiſt.40.a. Planè uideo fore neruis opus,ſapientiaq; tua.I.V.72.b.& Ep.151.b. Contendere omnes neruos in aliqua re.de Fat.144.b. Itaq; contendit omnes neruos Chryſippus,ut perſuadeat,&c. Q.Fr.328. a.Et tu ut poſſis,eſt tuorum neruorum.Or.202.b.Oratio Philoſophica neq; aculeos,neq; neruos forenſes habet. Q. de Pet.211.a.Nerui atq; artus ſapientiæ ſunt, non temerè credere.I.A.185.a.Nerui belli pecunia.pro Pom.7.a. Vectigalia neruos reip.ſemper duximus.cōtra Rul.75.b.Incidere neruos populi Ro.Acad.45.b. Theophraſtus neruos uirtutis incidit.Tuſ.80.b.Poetæ neruos uirtutis elidunt.I. A.240.b.Legionū noſtrarum neruos his conſilijs incidemus.de L.177.a.Illa ſeuera Lacedæmō neruos iuſſit,quod plures quàm ſeptē haberet in Timothei fidibus,inde demi.

Neſcio,ſcis.ſum ignarus,ſum inſcius,ſum rudis, ſcientiā meam fugit.de Orat.95.b.Dum mihi liceat fateri neſcire. quod neſciam.de Orat.90.b.Neminem in eo diſertum eſſe poſſe,quod neſciat.Or.212.a.Nō ſcire quidem barbarum iam uidetur,neſcire dulcius.Tuſ.160.b. Nec me pudet ut iſtos fateri,neſcire quod neſciam. Att.192.b. Opinor,ſed certum neſcio.I.V.214.b.Peruenit res ad iſtius aures neſcio quomodo.& Off.13.a.Ea neſcio quomodo pleniore ore laudamus. Or. 204.a. Sententiæ neſcio unde ex abdito erutæ.Acad.20.b.At ille neſcio qui,qui ſolet,&c. & pro Seſt.18.a.Ligur iſte neſcio qui,&c. Ep. 71.a. Neſcio quo pacto,neſcio quomodo,& caſu neſcio quo.pro Mil. 104. Diuiſa eſt ſententia poſtulante neſcio quo.de Or.101.b.



Cauſidicus neſcio quis. & Att.206.b. Iſta neſcio, quæ Q. Fr.293.b.Paconij neſcio cuius hominis querelæ.pro Flac. 154.a.b.Supplet enim ille neſcio qui,&c. Item. O paſtores neſcio quos,&c.Brut.91.b.Mihi non erat explicatum quid agerem:id eſt neſciebam.I.A.167.b. Neſcio quid conturbatus mihi eſſe uideris.

Neſcius,a,um.inſcius.pro Deiot.145.a.Iratum te regi Deiotaro fuiſſe,non erant neſcij.de Or.88.b. Non ſum neſcius Craſſe iſta inter Græcos dici ſolere. & 92.a. Non ſum ignarus,quibus rebus,&c.Ep.67.a. Neq; tamen hæc cum ſcribebā eram neſcius, quantis oneribus premerere. & de Fin.49.a.Nō erā neſcius Brute, &c. ad Her. 21.a. Non ſum neſcius,quantū,&c.Att.143.a. Heus tu ne fortè ſis neſcius,Dolobella me ſibi legauit, ad IIII.Non. Apri.

Neſis.inſula.Att.252.&253.

Netinenſes.pop.I.V.140.

Netini.pop.I.V.247.

Neuter,a,um.indifferens, nullarū partium.Att. 98. b.Ita effici,ut neutri illorum quiſquam eſſet me charior. Off.14.b. In quo quidem neutrorum eſt cōtemnenda ſententia.de D.150.b.Quid bonum ſit,quid malum,quid neutrum.& 121.b.Neuter anguis: id eſt,nec mas, nec fœmina. Off.36.b.Hæc ſine hominum operibus neutrā in partem effici poſſunt.Or.211.b. Quæ non ſanè ſunt in omnibus neutris uſitata.Acad.33.a. Huic ſummum bonum eſt, in his rebus neutram in partē moueri,quæ ἀδιαφορία ab ipſo dicitur. Att. 98.b. Neuter quenquam omnium pluris facere quàm me uidetur.& 125. a.Sed neutri σκοπὸς eſt ille,ut nos beati ſimus: uterq; regnare uult.

Neutiquam.nequaquam.At.146.a. Cui te ſocium neutiquam puto eſſe oportere.& de Vn.202.a.Indiſſolubiles uos quidē eſſe nō poteſtis,neutiq̄ tamen diſſoluemini. Ac. 14.a.Mihi neutiquam cor conſentit cum oculorū aſpectu.

Nex.cis.mors.pro Mil.103.a.Latroni quæ poteſt afferri iniuſta nex.de N.27.b.Iunius necē ſibi ipſe conſciuit. pro Cec.304.b. Homines uincla, neces, ignominiaſq; uitant.I.C.101.Multorum ciuium neces.de Leg.181.a. Denicales feriæ à nece appellatæ.

Nexum,xi.& Nexus,us. obligatio ciuilis quædam eſt, quæ fiebat ſeptem adhibitis teſtibus, ciuibus Romanis puberibus,idq; per æs & libram:id eſt ære,nummóue aliquo percuſſa libra, quo facto,ſolutio repreſentabatur. Sicq; nō minus corpus,quàm bona obligabatur,ut pignus: præſertim ſi quis pro pecunia quam debet,operas ſuas corpusq; ſeruituti ſubijciat. pro Cec. 304.b. Sylla ita tulit de ciuitate, ut non ſuſtulerit horum nexa atq; hæreditates. de Ar.247.a. Multæ ſunt domus iure mancipij & iure nexi.de Or.99.a. Nexorum & mancipiorum iura. de Or. 157.b.Nexum quod per libram agitur. Top.223.a. Tradere rem alicui nexu.Parad.122.b. Mancipia, quæ ſunt dominorum facta nexu aut aliquo iure ciuili. pro Mur. 124.b.In ijs rebus repetendis quæ mancipij ſunt, is periculum iudicij præſtare debet,qui ſe nexu obligauit. Epiſt. 109.b.Atticus noſter, cuius quando proprium te eſſe ſcribis mancipio & nexu, meum autem uſu & fructu, contentus iſto ſum.& 810.b.Sum enim χρήσει μὲν tuus κτήσει δὲ Attici noſtri:ergo fructus eſt tuus,mancipiū illius.

Nexus,a,um.aptus,cōiunctus.Tuſ.194.a.Omnes uirtutes inter ſe nexæ & iugatæ ſunt.& de D.106.b.Cum cauſa cauſæ nexa rem ex ſe gignit. Tuſcul.242. a. Cauſæ aliæ ex alijs aptæ,& neceſſitate nexæ. Or.209.b. Res collocatæ & quaſi ſtructæ & nexæ uerbis.de Fat.148.a. Ex æternitate quædam uera eſſe,& ea non eſſe nexa cauſis æternis, & à



& à fati neceſſitate eſſe libera.

Ni.niſi.de Or.134.b. Quid ploras pater? mirū ni cantem. Att. 261.a. De quo quidem ipſo dixi Oppio cum me hortaretur,&c. me nullo modo facere poſſe, ni mihi exploratum eſſet,&c.I.V.198.a.Ni ad equeſtrem ordinē iudicia referantur.& Ep.83.a.Ni uererer,ne,&c.I.C.109. a.Ni exeunt,ni pereunt.Tuſ.250.b. Ni ita ſe res haberet.

Nicander.poeta colophonius, de rebus ruſticis ſcripſit.de Or. 90.b.

Nicæa,æ.urbs,pro Plan.277.

Nicenſes.pop.Epiſt.226.

Nidor,oris.odor,præſertim popinæ.I.P.82.a. Pauliſper ſtetimus in illo ganearum tuarum nidore atq; fumo. Tuſ.196.a.Situ nidoris,barba pedore horrida.

Nidulus,li.de Or.101.a.

Nidus.di.de N.52.a.Aues cubilia ſibi nidoſq; conſtruunt,eoſq; quàm poſſunt molliſſimè ſubſternunt.& de Or. 110.b.Volucres uidemus fingere atq; conſtruere nidos.

Niger,a,um.ater.de D.110.a.Quæ alba ſint,quæ nigra dicere.pro Cec.290.a.Phormio nec minus niger, nec minus confidens, quàm ille Terentianus Phormio.

Nigror, oris. quam nigredinē barbari, nigritudinem & nigritiam.Plin.nigritiē,Cor. Celſus appellat. hic uerò pro tenebris,& caligine uſurpatur.de Or.157.a. Nigror noctis occæcat.& de D.85.b.

Noto, as. animaduerto, obſeruo, deſtingo, deſcribo, deſigno, inuro, conſtituo. Orat.199.a. Facile eſt uerbum aliquod ardens, ut ita dicam, notare, idq; reprehendere. de Orat.111.b. Non eſt dubium, quin ſi quis hoc animaduertit, id poſſit notare. de Clar. 194.b. Appollonius in notandis animaduertendiſq; uicijs prudentiſſimus. & 195. a. Quid tanquam notandũ animaduertendumq; ſit in Horten ſio, breuiter licet dicere. de Orat.233.a. Genus huius ridiculi inſigni aliqua & nota re notari uolo. & 160. a. Numerum in guttis cadentibus, quòd interuallis diſtinguuntur, notare poſſumus. & ibid. b. Notatur maximè ſimilitudo in conquieſcendo. & 161. a. Hæc uulgus imperitorum in audiendo notat. de Cl.179.a. Vt hoc in qua ætate accidiſſet poſſet notari. Att.106.b. Diem tuum ex epiſtola tua, quam incipiente febricula ſcripſeras, mihi notaueram. Top.221.b. Demonſtrare & notare locum. Orat.207.b. Conſeruare & notare tempora. de Nat.59.a. Multa diuturnus uſus ita notauit, ut artem diuinationis efficeret. de Orat.94.a. Quæ obſeruata ſunt in uſu dicendi, hæc ab hominibus peritis animaduerſa ac notata ſunt. de D.82.b. Obſeruata ſunt hæc tempore immẽſo, & ſignificatio euentus animaduerſa ac notata. & 127.a. Chaldæi animaduertunt ac notant ea ſidera, quæ, &c. de D.80.a. Chaldæi motus ſtellarum obſeruauerunt, quibus notatis quid cuiq; ſignificaretur memoriæ prodiderunt. & 99. b. Arabes propterea facilius cantus auium uolatuſq; notauerunt. & 87.b. Obſeruatis ac notatis ſignis. & de Nat. 62.b. Quis cornicis cantum notauit? Epiſt. 83.b. Notantur mihi ſigna ad diuinandum duplici quadam uia. de Fin. 86.a. Notandus eſt dies natalis. I. V. 241. a. Notare initium ueris, aut à Fauonio, aut ab aliquo aſtro. Acad.10.a. Proprium in communi ſigno notari non poteſt. & Epiſt. 105.b. Tamen id caput notaui, & deſcriptum tibi miſi. Tuſcul.192.a. Melius hæc notata ſunt uerbis Latinis quàm Græcis. & de Fin. 90. b. Notare res nouis nominibus. & 92.b. Epiſt.135.b. Habere tritas aures notandis generibus poetarum. de Fin. 120. a. À nobis iſta deſcripta, notata, præcepta ſunt. ad Heren. 24.a. Notare præcepta artis de tanta tamq; diffuſa ſcriptura. Tuſcul.162.b. Sol quaſi faſtorum notans & ſignificans dies. Part. 233.a. Quæ temporis quaſi naturam notant, ut hyems, uer, æſtas, &c. de Pro.60.b. Via illa caſtris Thracijs diſtincta ac notata eſt. de Orat.158.b. Tanquam ſtellis notare & illuminare orationem. I.V.73.b. Notare ſententias iuratorum hominum diſcoloribus ſignis. Poſtquam. 207. b. Frons calamiſtri notata ueſtigijs. I.V.125.a. Notare tabellam cera uel ſanguine. I.C.97. Catilina notat & deſignat oculis ad cædem unumquemq; ueſtrûm. de Orat. 130.b. Hæc enim ridentur, quæ notant & deſignant turpitudinem aliquam non turpiter. pro Font. 282.b. Quod in monumentis rerum geſtarum inciſum ac notatum uidemus. Epiſt. 68.a. Reprehendes ea, quæ uituperanda duces, & quæ placebunt comprobabis, multorum in nos perfidiam, inſidias, proditionem notabis. & de Fin.74.b. His tribus generibus honeſtorum notatis, ſequitur quartum. pro Dom.233.b. Vt illius facinus memoria & nomine loci notaretur. de Clar. 184.a. C. Iulius motum Curionis in perpetuum notauit. de Clar. 185. a. Athenienſis Hyperboli improbitatem ueteres Atticorum comœdiæ notauerunt. de Sen. 85. a. Sed notandam putaui libidinem nimiam. de Orat.140.b. Nec improbus notari ac uituperari ſine uiciorum cognitione ſatis inſigniter poteſt. I. A.213.a. Notare aliquem ignominia. & Ep. 84.b. Boni ciues nulla ignominia notati. pro Quint. 18. b. Dedecore, macula, turpiſſimaq; ignominia notari. de Orat.134.a. Milites ignauos à cenſore notari ſolitos. &, tribu moueri. pro Cluent.30.a. Iudicia uera atque inſigni turpitudine notata, atque oppreſſa dedecore & infamia. pro Dom.226.b. Homo ſcelere & furore notatus. Item. Cum tantis ſceleribus eſſes & factis notatus. I. V. 271. b. Nolo eos ſic in hac urbe notatos ambulare, ut non cera, ſed cœno obliti eſſe uideantur. pro Font. 276. b. Galli triumphis ac monumentis notati. I. A. 197. b. An illa non grauiſſimis ignominijs monumentiſq; huius ordinis ad poſteritatis memoriam ſunt notanda? quod M. Antonius, &c. In Vat.* Scis te tribulium tuorum iudicio notatum. pro Cor. 66.b. Tum luxuriam L. Cornelij, quæ non crimine aliquo libidinis, ſed communi conuicio notabatur. Att.42.b. Quos cenſores furti & captarum pecuniarum nomine notauerunt. & pro Cluent.42.a. Homines ignominia notati. pro Cluent. 44. a. & Off.75.b. Is cenſoriæ ſeueritatis nota non inuretur. pro Planc.267. a. Tu deliges ex omni populo amicos tuos? tu me inſcio notes, & tuos & tuorum neceſſarios? quos effundas repente, &c. & de Orat.141.a. Res autem ipſas rerum effigies notaret. & Att.245. a. Quæ quidem uereor ne miniata cerula tua pluribus locis notandæ ſint. I. A. 171. b. Notabo tamen ſingulas res, & ſi non poterit, &c. & 198.a. Hic pecunias noſtras æſtimabat, poſſeſſiones notabat & urbanas & ruſticas. I. A. 198. b. Quæ quanquam rata



rata eſſe non poſſunt, tamen ſeparatim ſuo nomine notanda cenſeo. de Am.113.a. Notare aliquod uitium multis nominibus. de Vn.199.a. Illum eiuſdem naturæ, hunc alterius notauit. pro Mil. 104.a. Cum ineſſet in re uis, crimen iudicio reſeruaui, rem notaui. & 107.a. Ita & Senatus rem, non hominem notauit.

Notus, a, um. cognitus, omnium ſermone celebratus, quod patet omnibus, quod tenetur, peruulgatus, manifeſtus, teſtatus, non ignotus. I. V.74. b. Res notæ, teſtatæ, manifeſtæ. & 126.a. Res nota atque apud omnes peruulgata. & 178.a. Res nota ac manifeſta omnibus. Att.10.b. Notum atque teſtatum. & 75.b. Non ignotus, &c. pro Mil.116.a. Hæc patent & nota ſunt omnibus. Orat.207. b. Habent omnes philoſophiæ notos & tractatos locos. de Or. 133.a. Hoc inſigni aliqua & nota re notari uolo. Ep. 68.b. Atque illi artifices corporis ſimulachra ignotis nota faciebant. de Leg.165.a. Communis intelligentia nobis notas res efficit. de Orat.101.a. Vetuſtatis exempla oratori nota eſſe debent. Orat.207.a. Volo igitur huic omnem bene dicendi rationem notam eſſe. & ibid. Qui ea multo quàm nos habes notiora. Att.247.a. Facies omnia mihi nota. pro Mur. 127. b. Tua liberalitas hominibus literatis eſt notior, populo uerò & ſuffragatoribus obſcurior. pro Syl.180.b. Vita P. Syllæ uobis populoq; Romano notiſſima. de Pro.75.b. Quas regiones nulla antea nobis fama notas fecerat. pro Cluent.38.a. De dignitate Cælius notis tacitus facilè ipſe reſpondet, quibus autem non æquè eſt cognitus, hi ſic habeant, &c. & 43.b. Mulier nõ ſolum nobilis, ſed etiam nota. I. A.232.a. Notus atque inſignis latro. Att. 244. a. Tuum iudicium quod mihi erat notum, &c. Quint. Fr.299.a. Iam tibi Aſia nota eſſe debet. de Leg.184.b. Vt ad citeriora ueniam, & notiora nobis. Quint. Fr.314.b. Caliſthenis quidem uulgatum & notum negocium.

Nouacula, læ. culter tonſorius. de D.87.a. Cotem nouacula poſſe præcîdi. bis.

Nouatus, a, um. factus. de Orat.156.b. Inuſitatum uerbum aut nouatum, aut translatum. & Epiſt.45.b. Hæc renouata, &c. de Orat.120.b. Ager non ſemel aratus, ſed nouatus & iteratus.

Nouè. ad Heren. 3. b. Ne quid ambiguè, ne quid nouè dicamus.

Nouellus, a, um. )( Vetulus. de Fin. 133. b. Arbor nouella & uetula.

Nouem. Quint. Fr.325.a. Sermo in nouem & dies & libros diſtributus.

Nouendialis, le. quod nouem dies, uel nono die celebratur: ut nouendiale ſacrum, apud Liuium. Quint. Fr. 325.a. Nouendiales feriæ, quæ fuerunt Tuditano & Aquilino Coſſ.

Nouerca, cæ. Or.206.b. & pro Cl.59.b. Vxor generi, nouerca filij, filiæ pellex. Off.71.a. Cùm filius patri ſuſpectus eſſet de nouerca.

Nouiſſimè. nuperrimè, poſtremò. Planc. Epiſt.153.b. Quo ego interprete nouiſſimè ad Lepidum ſum uſus. & 158.a. Primùm, &c. deinde, &c. nouiſſimè, &c.

Nouiſſimus, a, um. poſtremus. )( Primus. pro Quint. Roſ.50.a. Breui tempore, qui ne in nouiſſimis quidem erat hiſtrionibus, ad primos peruenit comœdos. Oct.329. b. Vt nouiſſima cõferam primis. & ibid. Vt ordiar ab initio, & perducam ad extremum. Epiſt. 189. a. Vt hæc nouiſſima noſtra facta non inconuenientia fuiſſe iudices. Caſſij. Epiſtol. 562. b. Cùm omnes ſe recepiſſent noſtri ordines, recipere me nouiſſimus cœpi ad caſtra S. Galba. & 168.a. D. Bruti.

Nouitas, tis. de N.45.b. Perinde quaſi nouitas nos magis quàm magnitudo rerum debeat ad exquirendas cauſas excitare. & de D.321.a. Eumq; errorem, quem tibi rei nouitas attulerit, naturæ ratione depellito. Epiſt. 172. a. Quantam cupiditatem hominibus inijciat nouitas, non te fugit. ad Heren. 23.a. Natura nouitate commouetur. de Orat. 140. b. Res magnitudine præſtabiles, & nouitate primæ. de N. 52. a. Nouitate delectamur & copia. de D. 105.a. Qua ille rei nouitate perculſus, &c. de Fin.90.b. Nouitas nominum. & pro Mur. 127.a. Nouitas generis alicuius. Epiſt. 7. b. Simul quod uideo nouitati eſſe inuiſum meæ. de Am.109.a. Nouitates autẽ, ſi ſpem afferunt, &c. non ſunt repudiandæ. uetuſtas tamen ſuo loco conſeruanda eſt. Q. de Pet. 205. a. Nominis nouitatem dicendi gloria maximè ſubleuabis.

Nouitius, a, um. nouus, tyro. de Pro.79.b. Syrum neſcio quem de grege nouitiorum factum eſſe conſulem. pro Dom. 223.a. Ille nouitius Ligur.

Nouo, as. innouo, nouum facio, nouam rationem ſuſcito, facio. Ep.244.b. Socij, qui nouari aliquid uolebant. & Acad.47.a. Et ea, quæ ab eo nouata ſunt, probas. de Orat.156.b. Verba quæ nouamus & facimus ipſi. & 157. a. & Orat. 203. a. In poetis licentia maior eſt faciendorum iungendorumq; uerborum. & 215.a. Verba facta: id eſt, nouata. de Leg.186.a. Nihil habui, quod putarem nouandum in legibus. Att.260. Tu mihi de his rebus quæ nouantur, omnia certa, clara.

Nouocomenſes. populi, à Nouocomo urbe Italiæ. Epiſt.219.a.

Nouus, a, um. recens, inauditus, inuſitatus, præter conſuetudinem. de Orat. 96.a. Nihil dicam reconditum, nihil expectatione ueſtra dignum, nihil aut inauditum uobis aut cuiquam nouum. contra Rul. 71. a. Iam hoc inauditum & planè nouo more, &c. pro Cec. 292. a. Nouum eſt, non dico inuſitatum, uerùm omnino inauditum. pro Arch.186. a. Nouum quoddam & inuſitatum genus dicendi. Orat. 199. b. Nouum quoddam & inauditum imperitorum genus. & Att.97.a. Res inuſitata & noua. & I.V.113.a. Noua tibi hæc ſunt & inopinata. de D. 120. b. Cauſam igitur ueſtigato in re noua atque admirabili. & contra Rul.84. b. Rerum nouarum cauſam quærere. & I. C. 97. b. Aliquis rebus nouis ſtudens. pro Mil.101.b. Hæc noui iudicij noua forma terret oculos. I. A. 168. b. Vt ſi ſemper decertandum ſit, ſemper nouus ueniam. pro Flac.148.b. Lege hac recenti ac noua certus eſt: inquiſitioni comitum numerus conſtitutus. & Epiſt. 177. b. Sed hanc ipſam recentem nouam deuorauit. & Orat. 285. a. Ego ex iſtis nouis Atticis, &c. de Nat. 67. a. Quoſdam quaſi nouos & aſcriptitios ciues in cœlum receptos fuiſſe. de Orat. 94. b. & pro Mur.127. a. & I. A.208.b. C. Cælius, homo nouus. pro Planc. 273. a. Homo à ſe ortus. I.C.103. a. & de Clar.173.a. Homo per ſe cognitus ſine ulla commendatione maiorum. Att. 85. a. Quod uideo tibi etiam nouum accidiſſe, tanquam mihi. Att.115.a. Ego ſi quid hodie noui cognoro, ſcies. Epiſt. 25. b. Nam iamdiu nihil noui ad nos afferebatur. Epiſt. 181. a. Nunquidnám, inquam, noui? & de Orat.109.b. Nunquidnám, inquit, noui? Att.273.b. De Dolobella ſi quid habes noui facies me certiorem. Att.64.a. De prælio rumores non boni. Att. 134. b. Mirabar nihil allatum eſſe, ne rumoris quidem, nam erat mirum ſilentium. Att. 214. b. Sed in

eius epiſtola nihil erat noui.

Nox, ctis. tenebræ, uxor Erebi. de N. 68.b. de N.35.b. Ipſa enim umbra terræ ſoli officiens noctem efficit. & de D.112.a. Vmbra terræ, quæ eſt meta noctis. Att.11.a. Noctes certarum mulierum nonnullis iudicibus, pro mercedis cumulo fuerunt. Att.36.b. Milo media nocte in campum uenit. & ibid. In comitium Milo de nocte uenit. Att. 104.a. Balbus multa de nocte profectus eſt ad Cæſarem. Att.122.a. & pro Mur. 140.b. Epiſtola, quam de nocte daturus eram. Item. Multa nocte ueni ad Pompeium. de D.92.b. Concubia nocte. ad Her.35.b. Luce noctem, nocte lucem expectatis. At.313.a. Equidem credibile non eſt, quantum ſcribam die, quin etiam noctibus, nihil eſt enim ſomni. I.C.119.a. Nunc quicquid eſt, &c. ſtatuendum uobis ante noctem eſt. de Fin.59.b. Eorum animi noctes atq; dies exeduntur. pro S.R.19.b. Scrupulus, qui me dies noctesq; ſtimulat. de Or.108.a. In uno aliquo opere noctes & dies urgeri.

Noxa, xæ. noxia, culpa. pro S.R.28.b. Quod in minimis noxis & in leuioribus peccatis maximè quæritur, id Erutius in parricidio quæri non putat oportere. aliter, noxijs.

Noxia, xiæ. noxa, culpa, crimen. de L. 186.a. Quod quis earum rerum migraſſet, noxiæ pœna par eſto. ad Heren.12.b. Amicum caſtigare ob meritam noxiam. bis.

Noxius, a, um. malus. de L.185.a. Nec obediens & noxius ciuis coerceatur.

Nubecula, læ. I.P.83. Frontis nubecula.

Nubes, bis. de N.46.a. Aer concretus in nubem cogitur, humoremq; colligens, terram auget imbribus. & de D.117.a. Cùm illi anhelitus ſe in urbem induerint. Acad. 18.a. Qui ſub nube ſolem non ferunt. de Nat. 45.a. Nubium magnitudo uiſq; uentorum. In Arat. Opaca & atra nubes. Tuſ.157.a. Cœlum hoc in quo nubes, imbres, uenti coguntur. de D.117.a. Conflictu nubium ardorem exprimi. de N.69.b. Nubium una centauros genuiſſe dicitur. pro Dom.218.a. Quæ tu in illis reip. tenebris, cæciſq; nubibus & procellis conſtituiſti.

Nubila cœli. in Arato.

Nubilis, le. apta uiro. pro Quint.18.a.b. Ipſe filiæ nubili dotem conficere non poteſt. pro Clu. 20.a. Is reliquit grandem & nubilem filiam, quæ breui tempore poſt mortem patris nupſit A. Melino.

Nubo, bis. collocari, in matrimonium collocari, cum aliquo coniungi, cum aliquo eſſe. l. Nuptus. de D. 101.b. Virgo nupſit ei, cui Cæcilia nupta fuerat. pro Cluent. 20.b. Nubit genero ſocrus. & ibid. Mater familiæ nubenti lectum illum genialem ſtrauit. pro Cæl. 44.b. Cui cum ex ampliſsimo genere in ampliſsimam familiã nupſiſſes, cur, &c. Epiſt.116.a. Paula Valeria diuortium ſine cauſa fecit, nuptura eſt D. Bruto, nondum retulerat. & 50.b. Aliquam adoleſcentibus primarijs nuptam fuiſſe. de N.71.a. Venerem Adonidi nupſiſſe traditum eſt. Item. Venus nupſit Vulcano. & Epiſt.243.a. Regis Parthorum filius, quo cum eſſet nupta regis Armeniorum ſoror. I. V. 231.b. Viri, cum quibus nuptæ erant. Top.222.a. Cùm mulier fuiſſet nupta cum eo, cui connubij ius non eſſet. pro Clu. 57.b. Mulier in familiæ luctum atq; in priuignorum funus nupſit. pro Quint. 14.a. Q. Roſcius, cuius ſoror eſt cum P. Quintio. de Orat.108.b. C. Aculeo, quo cum erat noſtra matertera.. Epiſt. 50.a. Vt cum aliquo adoleſcente primario coniuncta ætatem ageret. de Or.155.a. De filia collocanda referre ad aliquem. de Clar. 173.b. P. Craſſus cum Ser. Galba, cuius C. Filio filiam ſuam collocauerat, affinitate ſeſe deuinxit. & de In. 59.a. P. Scipio Corneliam filiam Tiberio Graccho collocauit. ad Her. 13.a. Cur me huic locabas nuptijs.

Nuceria urbs. pro Pom.83. pro Cor. 60.

Nudatus, a, um. ſpoliatus. de Or. 99.a. Antonij diuinæ uis ingenij, etiã ſi hac ſcientia iuris nudata ſit, poteſt, &c. Epiſt.153.b. Reſp. interitu conſulum nudata.

Nudiustertius. nunc eſt dies tertius. de N. 63.a. & I. C.120.a. Omnia quæ à te nudiustertius dicta ſunt. I. A. 194.b. & iterum 195.b. Recordamini, qui dies nudius tertius decimus fuerit, &c.

Nudo, as. ſpolio. pro Dom.213.a. Vtrum perditos magiſtratus ſceleratorum ciuium præſidio nudare, an etiam deorum immortaliũ religione armare uultis? Poſtquam. 211.a. Qui mea pericula nõ modò ſuo præſidio, ſed etiam ueſtra deprecatione nudarunt. Tuſ. 225.a. Nudare corpus. I. V. 68.b. Idem monumenta antiquiſsima ſpoliauit, nudauitq; omnia. de Or. 141.a. Aliquando te illis integumentis euolutum nudatumq; uideo.

Nudus, a, um. pro Flac.157.a. Quoniam nudus te delectarat, ſemper nudum eſſe uoluiſti. Att.110.a. Vrbs nuda præſidio, referta copijs. I. V. 200.b. Ciuitas ab omnibus rebus uacua atq; nuda. & pro Dom.225.a. Reſpublica nuda à magiſtratibus. Poſtquam.199.b. Aliquis nudus à propinquis, nulla cognatione munitus. I. V. 125.b. Domus exornata & instructa.)(. Nuda & inanis. Att. 144.b. Mulier nuda decore. Parad.120.a. Nuda iſta ſi ponas, iudicari qualia ſint facilè non poſſunt. de Or.133.b. Nudum nuces legere.

Nugæ, arum. λῆροι, tricæ, ineptiæ. de D.114.b. Húncine hominem tantis delectatum eſſe nugis. pro Mil. 112.a. Tum nugarum in eo comitatu nihil. Att.92.b. Videatúrne aut pietatis eſſe meæ, fratrem relinquere, aut diligentiæ nugarum aliquid relinquere. & 93.a. Meræ nugæ. Att. 251.a. λῆρος πολὺς in uino & ſomno iſtorum.

Nugator, oris. pro Fl. 154.a. & de Sen.82.b. Neque in iſtum nugatorem tanquam in aliquem teſtem inuehar.

Nugatoriè. inaniter, ineptè. ad Her. 35.b. Non cõtra tenuiter & nugatoriè reſponſum?

Nugatorius, a, um. leuis, ineptus. Ep.168.b. Nam illud ualde leue eſt ac nugatorium, ea re, &c. de N. 22.b. Tota res Vellei nugatoria eſt. pro Cec. 297.a. Ad probandum utraq; res infirma nugatoriaq; eſt. pro S. R.25.a. Mala nugatoriaq; accuſatio. ad Her.11.b.

Nugor, aris. ludo, iocor. de D.114.b. Democritus non inſcitè nugatur, ut phyſicus.

Nuli ſalo. oppid. pro Font. 278.a.

Nullus, a, um. non ullus, non aliquis, ne ullus quidem, unus nullus. de Pro.70.b. Att.283.b. Nullum bellum ciuile fuit in noſtra republica omnium, quæ memoria noſtra fuerunt, in quo, &c. Epiſt.6.b. Senatuſconſultum nullum extat, quo, &c. Officior.34.b. Qua nulla pernicies maior hominum uitæ poteſt afferri. de Orat.94.b. Nullæ enim lites neque controuerſiæ ſunt, quæ, &c. Att. 140.b. Senatorum nullos eſſe Romæ, nos quoque audieramus. & de Nat. 20.b. Elephanto belluarum nulla prudentior. pro Mur.130.a. Res, quæ nullo uſui ſit. de Clar. 17.a. Si tanta uirtus in oratore Galba fuit, cur ea nulla in orationibus eius apparet? de Or.88.a. Remp. quam nunc uix tenemus, iam diu nullam haberemus. de Leg. 172.a. Ergo tu Seias leges nullas putas. pro Dom. 226.b. Ne illa quidem, quæ nulla eſſet, eſſe lex putaretur. Tuſc.177.b. Nullum id quidem agumentum eſt. & 150.b. Miſeri ob id ipſum, quia nulli ſunt. de D.123.a. Etenim ut ſint auſpicia, quæ nulla ſunt, hæc certè, &c. & 137.a. Formæ quæ nullæ ſunt. de Cl.184.a. Nulla re una magis orator commendatur, quàm ſplendore uerborũ. de Pro.70.b. Vnum ſignum Byzantij ex maximo numero nullum habent. At. 9.b. Facere ſenatuſconſultum nullum. de Cl.194.a. Non ullus. Off.33.a. Nec eſt uſquam conſilio locus. pro Mar. 134.a. Nulli enim de inimicis ſuperſunt. de Sen.93.b. Nolite putare me, cum à uobis diſceſſero, nuſquam aut nullum fore. & ibi. Eundem igitur eſſe creditote, etiã ſi nullũ uidebitis. de Or.89.a. Oratio aut nulla ſit neceſſe eſt, aut omnium irriſione ludatur. & 93.b. Reſponde mihi dicendi aut nullam artẽ, aut pertenuem uideri. & de Clar.184.a. Curio memoria fuit nulla. Q. de Pet.208.b. In petitione autem niſi id agas, nullus petitor eſſe uidearis.



Num. ec, nunquid, an, num, num'ne. I.C.100.a. Interrogat me, num in exilium? non iubeo. I.V.174.b. Num expectabis, dum L. Metellus? &c. Ac.18.b. At quis eſt hic, nũ Sophiſtes? Ac.13.b. Num cenſes Ennium dixiſſe? &c. & 19.a. Num ergo is excæcat uos? &c. & pro Dom.238.a. Nũ igitur? &c. de Orat. 88.a. Quid in Numa Pompilio? num quod eloquentiæ ueſtigium apparet? Item: Maximè illud conſiderandum uidetur, num. &c. an, etc. pro Deiot.147.b. Num quæ trepidatio? num qui tumultus? num quid niſi moderatè? de N.18.a. Deum ipſum num'ne uidiſti? Ep.181.a. Num quid'nam, inquam, noui? Part.234.a. Ec'quo nam modo. de In.67.a. Num quo alio modo. de Somn.128.a. Num'ne aſpicis, quæ in templa ueneris? de D.85.b. Annũ imperatorum ſcientia nihil eſt?

Numa, mæ. alter à Romulo Romanorum rex. de Or. 161.a. & 122.b. Numa rex doctiſsimus.

Numantia, tiæ. urbs Hiſpaniæ. In Anton.193.b. Maiores noſtri Carthaginem exciderunt, Numantiam euerterunt.

Numen, nis. uis, poteſtas. de N. 6.a. Omnes naturæ numini diuino parent. & de D.105.a. Deus, cuius numini parent omnia. de Natur.45.a. Eſſe quoddam numen, uimq; deorum. & I.V.225.b. Multa ſæpe prodigia uim Cereris, numenq; declarant. I.A.190.a. Magna uis eſt, magnum numẽ, unũ & idem ſentientis ſenatus. Poſtquã.203.b. Vos qui apud me uim & numen deorum tenetis. & 202.a. Numen ueſtrũ æquè mihi graue & ſanctum, ac deorum immortalium futurũ eſt. pro Dom.241.b. Numen diuinũ precibus placare. de Fin.108.b. Summi rectoris & domini numen. de Fin. 57.a. Horrere diuinum numen. & 103.b. Regi numine deorum. pro Rab.91.b. Vos quorum poteſtas proximè ad deorum numen accedit. I.C.110.b. Dij immortales, qui non procul ut quondam, &c. ſed hic præſentes ſuo numine atq; auxilio nos defendunt. & Antequam. 196.b. In meis calamitatibus diuinum aliquod auxilium & numen oſtendite. I.A.248.b. Mihi quidem numine deorum immortalium uidetur hoc fortuna uoluiſſe, ut, &c. pro Dom.242.a. Diuino Ciceronẽ numine eſſe reip. redditum. de Pro.76.a. Alpibus Italiam munierat antè natura, non ſine aliquo diuino numine: nam ſi, &c. Item: Ritè igitur ueteres, &c. de D.85.a. Præcipuè ingenti coluerũt numine diuos. I.P.90.a. Gabinius numen interdictũq; deorum regi uendidit. pro Mil.117.b. Qui nullam uim cœleſtem exiſtimat numénue diuinum.

Numerato. Att.194.a. Mihi & res, & conditio placet, ſed ita ut numerato malim quàm æſtimatione.

Numeratus, a, um. pro Cec.287.a. Cum uteretur dote uxoris numerata: id eſt, in nummis.

Numero, as. adnumero, dinumero, numerando percenſeo, numero aliqua commetior, metior, cõplecti orando. de Or.121.a. Argumenta ſi ex reis numeres, innumera ſunt: ſi ex rebus, modica. de N.39.b. Diana omniuaga in ſeptem numeratur quaſi uagantibus. & 67.b. Singulas enim ſtellas numeras deos. de Cla.179.b. Is in mediocribus oratoribus numeratus eſt. I.P.85.a. Numerandus eſt illè annus deniq; in rep. de Leg.171.b. Id eſt numerandum in bonis. & de Fin.55.a. Numerare aliquid in bonis. Tuſc. 182.b. Numerare aliquid in onere. Epiſt.20.a. Numerare aliquid in loco mercedis uel beneficij. pro S.R.24.b. Hoc maleficium ita raro extitit, ut ſi quando auditum ſit, portenti ac prodigij ſimile numeretur: id eſt, exiſtimetur. de Fin.83.b. Qui uoluptatem nullo loco numerant. de Cl. 196.b. Numerari in multis. & ibid. Numerari in uulgo patronorum. & 184.b. Proximum optimis numerari. de Or.113.a. Num etiam pars hæc cauſarum numeranda eſt. de In.54.a. Hanc primam partem numerant. Orat 204.a. Hoc quartum numerat Theophraſtus in orationis laudibus. de Cl.194.b. Hi tum in Aſia Rhetorũ principes numerabantur. & de Opt.243.b. Omnes qui Attici numerantur: id eſt, nominantur, appellantur. Ep.14.a. Sapiens, qualẽ me & eſſe & numerari uolo. de Cl. 184.b. Non acutus orator, ſed tamen orator numeratus eſt. pro Mur.136.a. Sulpitiũ accuſatorẽ ſuum numerabat, nõ competitorem. de D.95.b. Ea genera non naturalia, ſed artificioſa dicuntur, in quo aruſpices, augures, cõiectoreſq; numerantur. de In.62.a. Crotoniatæ quondam in Italia in primis beati numerabantur. I.P.84.a. Ego ſine eo conſilio conſulem numerẽ? pro S.R.21.a. Is propter me honeſtiſsimus inter ſuos numeratur. At.98.b. Me autem uterq; numerat ſuũ. I.V.143.a. Is propè alter Timarchides numeratur. Att.70.b. Exponere & numerare pecuniã alicui. & 76.b. Nam numeratũ ſi cuperẽ, non erat. I.V.81.b. Dio HS decies centena millia numerauit. pro Fl.155.b. Si prætor dedit, à quæſtore numerauit. Attic.219.b. Multos nummos domi eſſe numeratos. Tuſ.246.b. Poſtridiè rogarunt eum, cui numerari iuberet. At.235.a. Dolobellæ præclara iam uel ſibi habeat nummos, modò numeret Idib. & Or.199.b. Thucydides nunquam eſt numeratus orator. At.262.a. Atticus pecuniam numerauit de ſuo. I.A.210.a. Quos quidem à ſe primùm numerare poſſunt. Q. Frat. 327.b. Meſsalam certum Cos. cum Domitio numeraſti. I. Piſ.98.b. Numerare ſtipendium militibus. I.A.156.b. Niſi fortè ſi quid retulit in libellum, id numerabitur in actis Cæſaris. I.A. 231.a. A quo uictore ſi cruciatus abſit, mors in beneficij partem numeretur. I.A. 247.b. Maximum uerò eius beneficium numero, quod hoc animo in remp. eſt. de Am.99.b. Viroſq; bonos, eos qui habentur, numeremus. Parad.116.b. Nunquam ego hæc in bonis rebus numeranda duxi. & 117.a. Sapiens ille Bias (ut opinor) qui numerantur inter ſeptem ſapientes. de L.172.b. Hunc hominem omnino numerare non decet.

Numeroſè. de Clar.167. Sentẽtia aptis conſtricta uerbis cadit plerunq; numeroſè. Or.218.b. Aptè, circumſcriptè, & numeroſè dicere, uel cadere. et 217.b. Fundere orationẽ numeroſè et uolubiliter. de N.30.b. Tibiæ modulatè canentes, & fidiculæ numeroſè ſonantes. Or.220.b. Compoſitè & aptè dicere. id eſt numeroſè.)(. Sine uerborum & ordine & modo dicere. Or.214.a. Concluſè & aptè aliquid dicere. Or.210.b. Comprehenſio numeroſè & aptè cadens. de Or.159. Coniunctionem ſicuti uerſum nu

meroſè cadere uolumus.

Numeroſus,a,um.Or.218.b.Numeroſa oratio,id eſt, ſimilis numerorum,non planè è numeris conſtans. de Or. 160.a. Id numeroſum eſt in omnibus ſonis atque uocibus quod habet quaſdam impreßiones,& quod metiri poſſumus interuallis æqualibus.de Cla.167.b.Quædã ad numerum concluſio.

Numerus,ri.multitudo,ſumma. de Som.127.b.Hi duo numeri,quorum uterq; plenus alter altera de cauſa habetur,id eſt,ſeptem & octo.de Or.119.b.Hæc ſunt enim tria numero. I.V.85.b. Mille numero nauium claßis. de Or. 121.b. Genera eſſe definita non ſolum numero, ſed etiam paucitate.de N.22.a.Speciem dei percipi cogitatione, nõ ſenſu,neq; eandem ad numerum permanere. In Vat.37.a Is in eorum numero mauult eſſe,qui à te uituperantur. & pro Cor.60.b. Vidi ego quoſdam Athenis in iudicum numero,&c.pro Arch.191.b.Isq; eſt eo numero,qui, etc. & 188.b.Ex hoc eſſe hunc numero,qui,&c. de Or.98.b. Homo ex numero diſertorum. de Diuin.109.a.Cato noſter in horum librorum numero ponendus eſt. I.P.87.a. Vt ſi quis impediſſet reditum meum,in hoſtium numero putaretur.I.251.a.Ipſi in hoſtium numero locoq; ducemini.Epiſt.119.b.& 205.a.Habere aliquem in numero ſuorum. Att.227.b.Habere aliquem in numero hoſtium. de N.9.a. Habere aliquem in numero ſapientum uel hoſtiũ. At.117.a.& de Am.96.b.Eos,qui iſta ſubtilius quærunt, in numero ſapientum non habent.de N.69.b.Filiæ Erichthei in numero deorum ſunt. Attic.69.a. Illi in deorum numero non habebuntur. contra Rull.85.a. Aliquos in deorum numero uenerandos eſſe.de Nat.36.b.Reponere ſtellas in numero deorum. I.V.195.b.In illo antiquorum hominum numero reponi. de In. 60.a. Nobis non placet hanc partem in numero reponi. de Clar.175.a.Qui nullo in numero oratorum fuit. de Clar.173.a. & 174.a. Quos aliquo uideo in numero oratorum fuiſſe. I.A.186. b.Homo nullo numero. Orat.217.a. Eſſe in aliquo numero. & Ep.17.b. Eſſe aliquo numero. de Orat.162.b. Eſſe in nullo numero. de In.81.a. Quo in numero hoc, & quo in loco illud haberi conueniat. & In Ver.64.b. Cum is tibi parentis numero fuiſſet:id eſt,loco. & 135.b. Eo numero & loco. de Orator.94.b. Quidam in oratorum numerum uenire non poſſunt. de Clar.187. a. Is in aliquem patronorum numerum peruenerat.Off.41.b. Filij eius mortui numerum obtinent iure cæſorum. & de Clar.180.a.Is aliquem numerum obtinebat. de N.69.b. Errantes ſtellæ numerum deorum obtinebunt.& Quint. Fr.292.b.Si quem tui amantiorem cognouiſti quàm temporis, hunc ad tuum numerum aſcribito. I.A.167.a.Tu uerò aſcribe me talem in numerum. de D.109.a.Noſtri quoq; oratorij libri in eundem numerum referendi ſunt. ad Heren.3.b.& 4.a.Si dicemus numero,quot de rebus dicturi ſumus.Off.55.a.Quod perfectum & abſolutum eſt, ut Stoici dicunt,omnes numeros habet. de D.85.a.Quicquam poteſt eſſe caſu factum, quod omnes habet in ſe numeros ueritatis? & de N.33.a.Perfectum expletumq; omnibus ſuis numeris & partibus. de Fin.95.a.Continere omnes numeros uirtutis:id eſt,partes.Acad.40.b.Poema elegans omni numero. pro Font.276.b.Eſt præterea numerus Romanorum ciuium. pro Cl.36.a.Pecunia numero ac ſumma ſua,quanta ſit oſtendit.pro Plan.272.b.Magnus numerus frumenti.I.V.144.b.Mellis uis maxima.In V.171.a. Tantus frumẽti pecuniæq; numerus.In A.173.a. Maximus uini numerus fuit:id eſt,copia,uis. Ep.32.a.Numerus militum integer. Epiſt.118.b. Quoad is numerus effectus eſſet. Epiſt.118.a. Si ex eo numero quos S.C.in prouincias ire oporteret, ad numerum non eſſent. HS CCCXCIII.In V.250.a.In tanto conuentu nemo erat quin rationem numerumq; haberet.& ibi.Cum maximus numerus deeſſet,&c.pro Cl.33.a.HS XL.millia in ſingulos iudices diſtributa eum numerum ſententiarum conficere debebant.

De numero oratorio,& muſico, &c.de Finibus 123. a. Vt in fidibus ſi nullæ earum ita contentæ numeris ſint,ut concentum ſeruare poßint,omnes æquè incontentæ ſunt. Academic.7.a. Explere numeros, & conficere uerſus, eius eſt qui fidibus utitur. Orat.212.b. & de Or.97.a. Non poetico, ſed quodam oratorio numero & modo. & 160.a. Numeri & modi. de Or.160.a. Aures hominum uocem natura modulantur ipſa, quod fieri non poteſt,niſi ineſt numerus in uoce. numerus autem in continuatione nullus eſt, diſtinctio & æqualium & ſæpe uariorum interuallorum percußio,numerum conficit.& ibi.Numerum in cadentibus guttis, quòd interuallis diſtinguuntur,notare poſſumus.& ibid.Ratio numerorum & modorum. Or.203.a. Quicquid ſub aurium menſuram aliquam cadit, etiam ſi abeſt à uerſu numerus, qui Græcè ῥυθμὸς dicitur. & 214.a.Iſocrates uerbis ſolutis numeros primus adiunxit. de Clar.167.b. In ſoluta oratione dum uerſum effugias,modum & numerum quendam oportere ſeruari. & ibid.Concluſio ad numerum. de Clar. 190.a.Numeri non apertè,nec eodem modo,ſed uariè & dißimulanter concluſi. Or.216.a.Modus & numerus in pede.& 107.b.Hiſtrio aſtrictus certa quadam numerorum moderatione & pedum.de Or.159.a.Verborum numerus,uocum modus. & ibid.De numero in oratione.de Leg.158.a.Numerus in cantu.de Or.107.b.Modus in tibijs.Or.215.b.Iambicus et dactilicus numerus.de Or.160. a. Pòſt anapæſtus procerior quidã numerus effloruit. & 113.b.Thucydides uerborum propè numerum ſententiarum numero conſequitur. Or.219.b.Hanc ſiue compoſitionem,ſiue perfectionem,ſiue numerum uocari placet. Or.219.b.Claudere ſententias numeris.& 217.a.Redigere ſententias in quadrum numerumq;. & 214.b.Numerum interuallis,compoſitio uocibus apparet. Or.218.a. Iam pæan,quòd plures habeat ſyllabas quàm tres, numerus à quibuſdam,non pes habetur. & 219.b. Attici maximè numero ſeruiunt.Or.210.b.Comprehenſio numeroſè & aptè cadens. & 214.a.Concluſè & aptè dicere. Q. de Pet.205.b.Prodeſt quorum in locum ac numerum peruenire uelis, ab his ipſis illo loco ac numero dignum putari. de Fin.118.b.Quod alia peccata plures,alia pauciores quaſi numeros officij præterirent. de Or.100.b.Vt in muſicis numeri,& uoces, & modi. de Orat.147.b. Et in ipſa oratione quaſi quendam numerum & uerſum conficiunt. Parad.120.b. Hiſtrio ſi paulò ſe moueat extra numerũ,exſibilatur et exploditur.de L.158.a.Roſcius in ſenectute numeros ceciderat,et tardiores fecerat tibias.

Numicia.porticus.*

Numidicus,a.I.V.234.Metellus Numidicus.

Nummarius,a,um.quod ad nummos pertinet.At.165 a.De ratione nummaria.& I.V.177.a.Iudicium nummarium.& pro Cl.33.a.Nummarij iudices. I.V.123.a. Eſſe in ſumma difficultate nummaria.At.12.a.Nummarij iudices. Off.67.b.Prætores & tribuni plebis rem nummariam de communi ſententia conſtituerunt. iactabatur enim temporibus illis nummus,ſic ut,&c.

Numma-



Nummatio,onis.nummorum copia & uis.I.A.183.a Confer ea cum nummatione tua.

Nummatus,a,um.peculiatus, numis abundans.contra Rull.77.b. Hyempſal non minus bene nummatus, quàm bene capillatus. & Ep.102.b.Bene nummatus.

Nummulus,li. Attic.11.b. & 131.b. Nummulis acceptis.

Nummus,mi.uel Numus.denarius, ſeſtertius,pecunia. de In.63.b.Quidam proficiſcens ad mercatum, & ſecum aliquantum nummorum ferens. Att.235.a.Dolobella ſibi habeat nummos,dummodo numeret idibus. pro Fl.155.a. b.Ciuitas in qua nummus moueri nullus poteſt,ſine quinque prætoribus.pro Fon.276.a.Nummus in Gallia nullus ſine ciuium Romanorum tabulis commouetur. At.124.b. Reſpondit ſe quod in nummis haberet,neſcire quo loci eſſet,nam,&c. Epiſt.63.a.Emi eam ipſam domum millibus nummûm XXXV.& 231.b.Dionyſius,qui meam bibliothecam multorum nummorũ tractauit,aufugit. I.A.186. b.Qui nummos populo de roſtris ſpargere ſolebat: id eſt, Tuditanus.& 243.a.Cum aquilæ primipili nummos aureos daret,de meis bonis ſe dare dixit. Ep.209.b. Vt libertus negocium conficiat,ad nummosq; perueniat.pro Fon. 278.a.Vmbini & uictoriati mille. Att.75.b.Aduentus noſter ne nummo quidem ſumptui fuit. aliter, ne minimo. de Fin.76.a. Ex qua hæreditate ne nummum quidem unum attigiſſet,ſi,&c. In V.192.b.Denarius & nummus idem.& pro Cl.36.a.Seſtertius.l.Mille. At.83.a. Aßidẽt, ſubducunt ad nummum,conuenit.& 89.a. Pompeius putat uos ſuos nummos comediſſe. Off.67.b.Pretores & tribuni plebis rem nummariam de cõmuni ſententia conſtituerunt. iactabatur enim temporibus illis nummus, ſic ut nemo poſſet ſcire quid haberet. Item: Accipere nummos adulterinos pro bonis, & eoſdem ſoluere alicui pro bonis.

Nunc.hoc tempore,in præſentia,hodie,aliàs,etenim, per hæc tempora. Epiſt.76.b. I.A.211.b. Sed erat tunc excuſatio oppreßis,nunc nulla eſt. Attic.105.a.Niſi fortè hæc illi tum arma dedimus, ut nunc cum bene parato pugnaremus. pro Q.R.43.b.Dic nunc te ab eo eſſe circunſcriptum.pro S.R.38.a. Etenim quoniam fidem magiſtri cognoſtis, cognoſcite nunc diſcipuli æquitatem. Epiſt.13.b. Nunc ut appelles, &c. & Tuſc.190.a.Nunc autem,&c.de Clar.187.b.Vidi nuper, & nunc uidebam. de eadem re.

Nuncupo,as.appello,nomino, προσφωνῶ, & nuncupor, ἀποτεθεικόν.id eſt,deponens.de N.9.b.Res utiles uocabulis deorum eſſe nuncupatas. & 40.a. Nuncupare aliquem aliquo nomine. & 38.a.Itaq; illud nomine ipſius dei nuncupabant.Off.64.a.Ea uicia præſtari,quæ eſſent lingua nuncupata.de Or.157.a.Neq; illud fugerim dicere aut effari,aut nuncupari,&c. de Or.106.b.Vt totum illud uti lingua nuncuparet,in magiſtri carmine ſcriptum uideretur.I.V.242.b.& I.A.185.b.Nuncupare uota pro imperio. At.210.b.Brutus cui προσφωνῶ.& 244.b.Nos hic φιλοσοφοῦμεθα, quid enim aliud? & τὰ περὶ τοῦ καθήκοντος magnificè explicamus, προσφωνοῦμεν q; Ciceroni.

Nundinæ,arum.mercatus.contra Rull.84.a. Illi Capuam nundinas ruſticorum,horreum Campani agri eſſe uoluerunt. I.A.167.a. Cuius domus quæſtuoſißima eſt falſorum chirographorum officina, & agrorum uectigaliumq; flagitioſißimæ nundinæ. Att.8.b.Nundinarum πανήγυρις in circo flaminio. Attic.64.b.Profectò rem non habes ullam,hæc negocia multarum nundinarũ fore. I.A.178.a. Imperium populi Romani huius domeſticis nundinis diminutum.I.A.169.b.In interiore ædium parte totius reip.nundinæ.

Nundinatio,onis.quaſi mercatura.contra Rull.62.b. & I.V.132.b.& 237.b.Nundinatio iuris.

Nundinor,aris.mercor,emo, cauponor. I.V.100.b. Qui ab iſto ius ad utilitatem ſuam nundinarentur. In V. 133.a. Ab iſto & præco, qui uoluit iſtum ordinem precio mercatus eſt,& pueri annorum ſenum denum ſenatorium nomen nundinati ſunt. I.A.185.a.Vna in domo omnes,quorum intererat,totum imperium reip.nundinabantur.de D.122.a.In Selonio angues apud focum nundinari ſolent.

Nundinum. pro Domo 221.b. Si quod in cæteris legibus trinum nundinum eſſe oportet, id in adoptione ſatis eſt trium eſſe horarum.& 222.a. Quarta ſit accuſatio trinum nundinum prodita die,qua die iudicium ſit futurum.

Nunquam.nullo tempore,nemo unquam poſt hominum memoriam,nihil ex omnium ſeculorum memoria. At.98.b.Videre mihi uideor tantam dimicationẽ,quanta nunquam fuit.I.A.167.b.Tu nunquam in hoc ordine uel potius nunquã in hac urbe manſiſſes. I.A.191.b.Nihil ex omnium ſeculorum memoria tale cognoui.pro Mur.143 b.Qui locus eſt iudices? quod tẽpus? qui dies? quæ nox? cum ego,&c.Ep.5.a.A me nullum tempus prætermittitur de tuis rebus cogitandi.

Nunquando.I.A.200.a.l.Vexillum.

Nunquid.an,ne,num,ecquid. pro Dom.238.a.Nunquid igitur bona Lentuli religionibus religauit? & de D. 110.a.Nunquid ergo in ijs rebus eſt,quæ,&c. de L.170.a Nunquid uos duas habetis patrias? an,&c. Off.2.b.Omnia'ne officia perfecta ſint,nunquid officiũ aliud alio maius ſit,& quæ ſunt generis eiuſdem.

Nunquid'nam. Part.232.a.Nunquidnam de oratore ipſo reſtat? de N.18.b.Quid ſolis,nunquidnã aut lunæ aut quinq; errantium ſiderum ſimile uidiſti?

Nunquis,nũquæ,nunquod,nunquid. Att.206.Velim quæras,fundus nunquis in Nolano uenalis ſit.con.Rul.90 a.Nunquis ueſtrûm ad uim accõmodatus eſt.Q.Fr.307.a. Me adhuc nemo rogauit,nunquid in Sardiniam uellem. et ibid.Te puto ſæpe habere,qui nunquid Romæ uelis, quærant.de N.18.b.Nunquid nam ſolis ſimile uidiſti? Par.232. a.Nunquid nam de oratore ipſo reſtat? de Fin.57.a.Nunquid nam manus tua ſit affecta, quemadmodum affecta nunc eſt,deſiderat?

Nuncia.de Or.111.b.Hiſtoria nuncia uetuſtatis.de L. 156.a.Nuncia fulua Iouis,miranda uiſa figura.i.Aquila.

Nunciatio,onis,renũciatio.I.A.175.b. Nos enim nunciationem ſolum habemus,conſules etiam inſpectionem.I. A.196.a.Cum eo collega tulit,quem ipſe fecit ſua nunciatione uicioſum.

Nuncio,as.affero,renuncio, ab aliquo alicui nuncium perfero.Acad.19.b.Ne ſenſus quidem uera nunciant.pro Cluent.23.a. Atq; hunc tantum mœrorem matri prius hominum rumor,quàm quiſquam Oppianici familia nunciauit.I.P.89.a. Senatus huius unius literis nunciantibus non credidit, poſtulantibus denegauit. I.V.244.a.Cum eſſet hoc incommodo nunciatum. & 129.b. Quid me patri nunciare uis tuo? Acad.39.a.Nunciatum eſt nobis à M. Varrone, ueniſſe eum, &c. pro Pomp 8.b. Eam calamitatem non ex prælio nuncius, ſed ex ſermone rumor attulit. pro Pomp.11.b. Sermones ac

literæ

literæ præferũtur,&c.id eſt,nunciatur.de Cl.165.a.Cum eò mihi de Q.Hortenſij morte eſſet allatum. Off.31.a. Si ei ſubitò ſit allatum periculum patriæ.I.A.154.b.Qui boni aliquid uolunt afferre,affingunt aliquid,quo faciant id quod nunciant lætius.

Nuncius,cij.cui dem,uel cui des.At.184.b.Philotimus non modò nullus uenit,ſed ne per literas quidem, aut per nuncium certiorem facit me quid egerit.Ep.19.a.Domeſticarum rerum tuarum habes & ſcriptores & nuncios. Item : Cæſarem quidam improbiſſimis literis ac fallacibus interpretibus nuncijsq; corruperunt. pro Q.14.b.Qui eiuſmodi nuncios,ſeu potius pegaſos habet. Att.47.b.De Q.Fratre nuncij nobis triſtes nec uarij uenerãt.At.79.a. Cum graues de Parthis nũcij uenirent,perrexit in Ciliciã. pro Cor.68.a. Nolite per deos immortales hũc illi acerbũ nunciũ uelle deferri,ut audiat,&c. At.103.a.Quidam boni nuncij non optimis tamen autoribus.& 44.a.Quidam boni nuncij me Theſſalonicæ tenebant. pro S.R.21.b.Exoptatum nuncium alicui afferre. Ep.29.b.Cum optatiſſimum nunciũ accepiſſem,te mihi quæſtorem obtigiſſe. Ep.198.a.Niſi legatorum nuncio pareat.ad Br.90.b.Triſtes de Bruto nuncij afferebantur. contra Rull.82.b. At ex hoc uectigali nunquam malus nuncius auditus eſt.de Nat. 54.b. Senſus interpres ac nuncij rerum.In Arat.Ales nuncius Iouis. Top.844.a. Remittere nuncium. Epiſt.253.a. Iam biennium eſt cum uirtuti nuncium remiſiſti delinitus illecebris uoluptatis.I.A.261.a.Optatiſſimi nuncij & literæ uenerunt. Att.45.b.In Epeirum igitur non iui,quòd ſubiti mihi aduerſi nuncij uenerant. At.42.a.Duo nuncij afferuntur,unus,&c. de Or.99.a.De cuius morte domũ falſius ab exercitu nuncius uenit. de Orat.100.a.Romæq; alteram duxiſſet,neq; nuncium priori.remiſiſſet.& 105. b.Remittere nunciũ ſuperiori uxori : id eſt, repudiare uxorem,diuortium cum uxore facere. Q.Fr.289.b. Et ſi non dubitabam quin hanc epiſtolam multi nuncij fama de inque ipſa eſſet ſua celeritate ſuperatura, tamen exiſtima ui,&c. pro Lig.138.a. A Cæſare hoc ipſo C.Panſa mihi nuncium perferente, conceſſos faſces laureatos tenui. pro Pomp.5.a. Is qui una die, uno nuncio,atq; una literarum ſignificatione,ciues Romanos necandos trucidandós que denotauit. In A.262.a. Meis literis, meis nuncijs meisq; cohortationibus omnes ad patriæ præſidium excitaui.

Nuper.paucis antè diebus,uel annis,uel ſeculis. I.V. 202.a.Nuper,quid dico nuper?immo uero modò, ac planè paulo antè.Ac.39.a.In Cumano nuper cum mecum Atticus noſter eſſet,&c. At.2.b.Nuper cum te iam aduentare arbitraremur,&c. & I.V.65.a.Nuper cum,&c. de Orat.92.a.In quibus erat is,qui nuper Romæ fuit Manedemmus hoſpes meus. de Or.105.b.Cauſa quæ abs te nuper dicta eſt.de In.47.b.& ad Her.2.b.Aut ab aduerſarij dicto exordiemur, & ab eo maximè quod ille nuperrimè dixerit.Off.75.a.Qui nuper indulgens in patrem, idem ſeuerus in filium.de Cl.186.b.Vidi enim Mitylenis nuper uirum,&c.& ibi.Tum uerò nunc uidebam,&c.de N.51. a.Quid ea quæ nuper,id eſt,paucis antè ſeculis medicorũ ingenijs reperta ſunt?de D.98.b.Neq; ante philoſophiam patefactam,quæ nuper inuẽta eſt,hac de re communis uita dubitauit.de Ar.251.a.Nuper id patuiſſe dicunt:id eſt, decennio antè fortaſſe uel amplius. Att.224.*.Nunc magnopere à te peto,de quo ſum nuper tecum locutus,ut uideas ne quid ei deſit.

Nuptiæ,arum.matrimonium, nuptiarum & matrimonij dies. pro Clu.20.a.Nuptiæ plenæ dignitatis,plenæ concordiæ.& 24.b.& de In.51.a. Nuptiæ non matrimonij dignitate,ſed ſceleris ſocietate coniunctæ. de N.68.b. Niſi fortè maritimæ nuptiæ terrenis anteponantur. Att. 214.a.Mulier uetula ſanè,& multarum nuptiarum. de Or.163.b.Innuptæ nuptiæ:id eſt,contra ius faſq; coniunctæ.l.Innuptus.



Nuptialis,le.pro Cl.20.b.Faces illæ nuptiales.& 23.a Dona nuptialia.& ad Her.34.a.Nuptiales tibiæ.

Nuptus,a,um.collocatus.pro Seſt.4.a.et de Fin.144. a.P.Seſtius C.Albini filiam, ex qua hic eſt puer, & nupta iam filia. I.V.242.b.Mulier nupta uni propoſita omnibus.& de In.53.a.Illa eſt nupta quàm optimo uiro. Tuſc. 243.b.Singulis Indis plures ſolent eſſe nuptæ : id eſt,uxores.pro Cæl.47.b.Non nupta mulier.

Nurſinus,a.à Nurſia antiqua urbe in Vmbria.de Fin. 77.a.C.Plotius Norſinus.

Nurus,rus.filij mei uxor. I.A.171.b.Reiecta mater amicam impuri filij tanquam nurum ſequebatur.

Nuſquam.qui nullus eſt,nullo in loco.)(. Vſquam, uſpiam. Att.115.a.Nullus uſquam delectus,noſter dux nuſquam eſt.Ep.28.a.Commoraturum me nuſquam ſanè arbitror. Tuſc.150.b.Ego uerò nuſquam eſſe illos exiſtimo. pro Planc.271.b. Quia iam nuſquam ſunt:id eſt,mortui. Q.Fr.318.b.Sumptus nuſquã melius poteſt poni. ad Her. 6.b.Vt nuſquam uentum aut abitum ſine cauſa putetur. de L.164.b.Siue eſt illa lex ſcripta uſpiam,ſiue nuſquam. Sen.93.b.Nolite arbitrari me cùm à uobis diſceſſero,nuſquam aut nullum fore.de In.80.b.Quod nuſquam eſt.)(. Quod uſpiam eſt.

Nuto,as.uacillo. I.V.222.b.Illud ſignum interea nutabat,cum uectibus ſubiectis conarentur commouere. de Nat.24.b.Democritus nutare uidetur in natura deorum. & de Fin.65.a.Et in eo nutare,&c.

Nutricor,aris.nutrio. de N.43.a.Mundus omnia ſicut membra & partes ſuas nutricatur & continet.

Nutricula,læ.In Vat.29.b.Gellius nutricula ſeditioſorum omnium.I.A.233.a.Vt haberent aliquorum nutriculas prædiorum.

Nutrimentum,ti.quod nutrices pueris in os inſerunt. Orat.201.a.Educata huius nutrimentis eloquentia eſt:id eſt,Edidictici generis.l.Coloro.& l.Nutrix.

Nutrio,tris.alo,educo.In Sal.273.b.Multi priuatorũ audacias nutriuerunt,ego nihil timui niſi leges.

Nutrix,cis.alumna. de Orat.123.b.Omnia manſa,ut aiunt,nutrices pueris infantibus in os inſerere.Or.200.a. & de D.97.a. Eſt enim illa quaſi nutrix eius oratoris, quem,&c.Tuſc.190.b. Vt penè cum lacte nutricis errorem ſuxiſſe uideamur. Amic.110.a.Iſto enim modo nutrices & pædagogi iure uetuſtatis plurimũ beneuolentiæ poſtulabunt.

Nutus,tus.nixus,uis.de N.45.b.Terra undiq; ipſa in ſeſe nutibus ſuis conglobata.& de Or.159.b.Terram mediam ſua ui nutuq; teneri. Tuſ.156.b.Grauia ſuopte nutu & ſuo pondere in terram feruntur.

Nutus.ſignificatio,uoluntas.Ep.203.a.Nec dubitant quin ego à te nutu hoc cõſequi poſſem. Ep.183.a.Interfecto enim rege,regios omnes nutus intuemur. Epiſt.42.b. Totumq; me ad eius uiri uoluntatẽ nutumq; cõuerterem. Or.199.a.Ad alicuius arbitrium & nutum totum ſe fingere & accommodare.pro Q.17.b.Contra nutum ditionemq; alicuius reſpirare. I.A.212.b.Illi ad nutum parati ſunt futuri. Quint.Fr.294.a.Tot ciuitates unius hominis nutum



nutum intuentur.de Ar.258.a.Bonorum animus ad nutũ noſtri ordinis expeditus iam non erit.I.C.115.a. Hæc deorum immortalium nutu atq; conſilio geſta eſſe uidentur. I.V.122.b.Nulla res niſi ad nutum iſtius iudicator.& contra Rull.86.a.Omnes pecunias ad nutum ueſtrum pendêrẽt.I.242.b.Iura omnia nutu atq; arbitrio alicuius gubernari.& 63.b.Ad nutum iſtius. de Or.101.a. Authoritate nutuq; legum docemur coercere cupiditates.pro S.R.40. a.Iouis nutu & arbitrio omnia regi. Att.106.b.An mihi nutus tuus nõ faceret fidem.& de Or.88.a.Tiberius Sempronius non accurata quadam orationis copia, ſed nutu atq; uerbo libertinos in urbanas tribus tranſtulit. Parad.123.b. Hæreditatis ſpes quem nutum non obſeruat locupletis orbis ſenis. Attic.226.a. Tu'ne contra Cæſaris nutum?

Nux,cis.de Or.133.b.Nucem frangere.& ibi.Nudum nuces legere.

Nympha,phæ.aquarum deæ,muſæ. de N.68.a.Nymphæ deæ,& Paniſci,& Satyri.pro Mil.115.a. & Parad. 121.a.Clodius ædem Nympharum incendit, ut memoriam publicam recenſionis tabulis publicis impreſſam extingueret.

Nyſius,ſij.l.Bacchus.

Nyſus.Bacchi pater.de N.71.

## O B

OEheu.I.C.107.b.Eſt mihi tanti ô Quirites,&c. Ep.160.a.O mi Furni, quàm tu cauſam tuam non noſti.Tuſc.232.a.Nam quid profitetur ô dij boni. Antequã.293. b.O miſera uitæ ratio. pro Cæl.48.b. O immoderata mulier. In V.88.a.O conſuetudo peccandi, quantum habes,&c. In P.83.a.O noſter miſericors quid facis?de Arch.247.a.Vobis autem referentibus ô poſt hominum memoriam fortiſſimi conſules,ſenatus decreuit, &c.pro Seſt.6.b.Alter ô dij boni, quàm teter incedebat. & Q.Fr.322.a. Hic ô dij, nihil unquam honorificentius nobis accidit.Ep.197.a.O multa intolerabilia locis omnibus.pro S.R.31.a.O dij immortales, rem miſeram & calamitoſam. Ep.235.a.O me perditum,ô me afflictum.Octa.330.a.O meam calamitoſam ſenectutẽ,ô me nunquam ſapientem. At.94.a.O rem totam odioſam. Att.242.a.O Bruti amanter ſcriptas literas. Att.237.a.O factum malè de Alexione. Att.66.a.O expectatas mihi tuas literas.In A.188.b.O C.Cæſar (adoleſcentẽ appello) quàm tu,&c. In A.188.b. O felicem utrumq;. Hunc quoque felicem, hanc enim,&c.

Ob.propter,de.de N.69.b.Ob eam enim ipſam cauſam Erichtheus Athenis colitur. Tuſc.201.b.Omnia ſubita uideri maiora,& quidem ob duas cauſas:primũ quod, &c.deinde,&c.pro Font.279.b.Ob aliquod emolumentum ſuum cupidius aliquid agere. In A.200.a. Sunt alia ob quæ magis nunquam parebit,&c. pro Mar.133. b. Dij pœnas à te ob aliquod delictum expetiuerunt. Att. 66.a. In memoriam patris:id eſt,ob memoriam. Epiſt. 222.a. Vt ſcires,&c.ob eam rem tibi hæc ſcripſi. de Fat. 145.a. Hanc rationẽ Epicurus induxit ob eam rem, quod ueritus eſt,ne,&c.

Ob.ante. pro R.P.128.a. Mors ob oculos mihi ſæpe uerſata eſt. pro Seſt.13.a. Mihi exilium ob oculos uerſabatur. de Vn.203.a. Ignis, qui eſt ob os effuſus. Tuſcul.199.a. Quem ſpectabant, cuius ob os Graij ora obuertebant ſua.

Obambulatio,onis.inambulatio.ad Her.22.a. Frequẽtia & obambulatio hominum.



Obbibo,bis.bibo,haurio. Tuſc.169.a.Cum uenenum obbibiſſet,&c.

Obcæcatus,a,um.Ep.241.a.Non ſtultitia obcæcatus, ſed uerecundia deterritus recuſaui.

Obcæco,as.occæco,excæco, obſcuro. de Orat.139.a. Narratio obſcura totam obcæcat orationem. ad Her.22. a.Ne obcœcentur tenebris imagines. Ep.241.a. Quod ego negocium non ſtultitia obcæcatus,ſed uerecũdia deterritus non recuſaui.

Obdormio,mis.dormio. Tuſc.168.a.Endymion neſcio quando in Latmo obdormiuit,nondum opinor experrectus eſt.

Obdormiſco,ſcis.obdormio.Tuſc.174.a.Quid melius?quàm in medijs uitæ laboribus obdormiſcere,& ita cõniuentem ſomno conſopiri ſempiterno.& 168.a.

Obduco,cis.obnubo,obſtruo,obtego.de N.50.a.Trunci libro aut cortice obducuntur,quo ſint à caloribus & frigoribus tutiores.& de Or.163.b.de Leg.131.a.Redditur terræ corpus.quod ita locatum ac ſitum quaſi operimento matris obducitur. & 183.a.Quod cum proximi facerent, obductaq; terra erat,frugibm obſerabatur.Ep.127. a.& Tuſ.182.b.Conſuetudo diuturna callum iam obduxit ſtomacho meo. & 202.a. Labor callum obduxit dolori. Ac.5.a.Obducere tenebras rebus clariſſimis.pro Seſt.7.b Quæ obſtructio nec diuturna eſt,nec obducta ita, ut curioſis oculis perſpici non poſſit. Att.255.a. Ibi tanquam domi meæ ſcilicet,itaq; obduxi poſterum diem. Attic.1.a. Vt mihi uideatur non eſſe ἀδυνατον Curium obducere: id eſt,quaſi opponere.

Obductio,onis.pro Rab.93.b.Obductio capitis.

Obductus,a,um.opertus.cont.Rull.88.a. Ne refricare obductam iam reip.cicatricem uiderer. & de N.50.a. Animantes quaſdam ſquamma uidemus obductas.

Obdureſco,ſcis.callum obduco. I.V.220.b.Ita Sopater de ſtatua,cum iam penè obduruiſſet, uix uiuus affertur.At.204.b.Sed iam ad iſta obduruimus,& humanitatem omnẽ exuimus.& 162.b.Nam ipſe obdurui. Ep.262. b.Niſi diuturna deſperatione rerum obduruiſſet animus, ad dolorẽ nouum.Ep.195.b.Equidẽ ſic iam obdurui,ut ludis Cæſaris noſtri æquiſſimo animo uiderẽ T.Plancum.& 71.a.Alij neſcio quo pacto obduruerunt. ad Brut.289.a. Obdureſcunt enim quotidie magis ad uocẽ tributi. Tuſc. 205.a.Obduruiſſeq; ſeſe contra fortunam arbitrantur.In V.242.b.Cum in eiuſmodi patientia turpitudinis aliena, non ſua ſatietate obduruiſſet. I.A.181.a.Atq; his quidem iam inueteratis conſuetudine obduruimus. pro Mil.116. a.Sed neſcio quomodo uſu obduruerat & percalluerat ciuitatis incredibilis patientia.

Obduro,as.perfero,tolero. At.186.b.Quare obduretur hoc triduum.de Fin.98.a. Aut quis contra ſtudia naturæ tam uehementer obdurauit.aliter,obduruit.

Obediens,tis.obſequens.Off.36.b. Appetitiones quas Græci ὁρμάς,obediẽtes efficere rationi.et I.P.97.b.Quæ natio ſemper obediens huic imperio fuit.& de Vn.196.b. Nulli naturæ eſt obediens aut ſubiectus deus. de N.41.a. Appetitum rationi obedientem præbeamus.Off.26.b.Illi parati ſunt ad nutum futuri.

Obedientia,tiæ.obtemperatio. Of.20.b. Appetitus relinquunt & abijciunt obedientiam,nec rationi parent, cui ſunt ſubiecti lege naturæ. Parad.122.b. Seruitus eſt ſicut obedientia fracti animi, & abiecti, & arbitrio carentis ſuo.

Obedio,dis.pareo,audio,auſculto, obtempero, obſecundo,aſſentio,ad nutum paratus ſum, imperium non recuſo,monita alicuius ſequi,naturam ducem ſequi,eiq; parêre:obediens ſum,dicto pareo,dicto audiens ſum.)(.Obedientiam relinquo & abijcio. Tuſ.235.a.b.Sapiens parebit & obediet præcepto illi ueteri,&c. de N.5.b.Obedire & parêre uoluntati dei.de L.185.a.Neq; ſolum ut obtemperent, obediantq; magiſtratibus,ſed etiam ut eos colant diligantq; præſcribimus. Offic.57.a.Homo naturæ obediens,homini nocere non poteſt. de Clar. 187.a. Plurimum in hac urbe pollet multorum obedire tempori,multorumq; uel honori uel periculo ſeruire. Item: Si ſerui noſtri ad uerba nobis obediant, non ad id quod ex uerbis intelligi poteſt, obtemperent. contra Rull.80.a.Si me audire uis.

Obeo,bis.peragro,luſtro.de Fin.145.a. Cur ipſe Pythagoras & Aegyptũ luſtrauit, & Perſarũ magos adijt? cur tantas regiones barbarorum pedibus obijt? de Somn. 127.a.Cum obierit legatus Aegyptum & Syriam.& 95. b.Vt noſtras uillas obire, & mecum lecticula concurſare poſsis.I.C.116.b.Tantum reſtitiſſet urbis,quantum flamma obire non potuiſſet.pro Mil.106.b.Obire facinoris locum tempuſq;.de Or.106.b.Cui noſtrûm non licet fundos ſuos obire?aut res ruſticas inuiſere? contra Rull.73.a.Obire omnes prouincias.pro Cæl.41.a. Quo facilius & noſtras obire domos,& ipſe à ſuis coli poſſet.I.V.67.b.Ego Siciliam totam quinquaginta diebus obij.I.V.133.b.Noli te expectare dum omnes obeam oratione mea ciuitates. pro Mur.128.b.Is Aſiam ſic obijt,ut,&c. pro Arch.188. a. Quantum cæteris ad res ſuas obeundas conceditur temporis.& pro Pom.10.b.Obire negocia. Attic.241.a.& Acad.2.a. Seruus uidetur obijſſe legationem. pro Pom. 14.a. Cum neque priuatam rem maritimam, neque publicam iam obire poſſemus. Quint. de Pet.121.a.Qui tantum modò reciperet,quantum uideret ſe obire poſſe. & 210.a. Sic homines cum obeunt plures competitores,&c.

Obire.peragere,exequi.Att.128.b.Id enim & ſi erat deliberationis,tamen obire non potui:id eſt,mare tranſire.de Or.99.a.Iudicia priuata magnarum rerum obire. I.A.187.a.Antonius diem edicti obire neglexit.de L.173. a.Nec ulla uiciorum ſacra obeunto. pro Q.9.b.Qua tibi uadimoniũ non ſit obitũ,eadem te hora,&c.At.3.a.Obieris Q.Fratris comitia.& 208.a.Obire auctionis diem facilè poteris.de Amic.96.b.Eoq; magis quod his proximis Non.cum in hortos D.Bruti Aug.commentandi cauſa,ut aſſolet,ueniſſemus,tu non affuiſti,qui diligentiſsimè ſemper illum diem & illud munus ſolitus eſſes obire.Ep.159. b.Annum petitionis ſuæ non obierunt. Tuſ.172.a.Multa mihi ipſi ad mortem tam tempeſtiua fuerunt,quæ utinam potuiſſem obire.I.A.221.a.Seruius in ipſa meditatione obeundi ſui muneris exceſsit è uita. I.C.102.b. Iacêre humi ad facinus obeundum. In Arat.Obit infera Perſeus In loca:id eſt,adijt.

Obire.oppetere,occumbere. pro Clu.27.a.Omnibus obeunda mors eſt. I.A.221.a. & de Cl.171.b.Sulpitius in legatione mortem obijt. I.A.203.b.Alexander tertio & trigeſimo anno mortem obijt.

Obſirmatus,ta.pertinax. At.6.a.Obſirmatus in iracundia.

Obiecto,as.obijcio.pro Dom.228.b.& pro Plan.275 b.Obiectare probrum alicui.& in Sal.272.b.Mihi lachrymulam Cypriani iudicij obiectas. Item: Obiectare falſum crimen alicui.

Obiectus,a,um.oppoſitus. Ac.13.a.Vt ſi qui tremerent obiecta terribili re. & de Fin.58.b.Obiecta ſpecie uoluptatis. & Tuſc.158.a. Cum nulla res obiecta impediet, quo minus percipiat quale quidq; ſit. In A.206.a. Hodie neſcio qua obiecta re remiſsior ſenatus fuit.& Poſt.211.a. Quibus ego rebus obiectis,cum uiderem,&c.mecũ reputaui,&c. Ac.10.b.& Tuſ.158.a.Non poteſt animal obiectam rem perſpicuam non approbare. pro Dom. 231.b. De obiectis non confiteri. pro Cl.41.a.Crimen obiectum alicui,& in aliquem. pro Font.276.b. Propugnaculum hoſtibus oppoſitum & obiectum.Ep.81.b.Obiectus ad omnes caſus ſubitorum periculorum. & Tuſ.172.b.Obiectus fortunæ.

Obiens,obeuntis.occidens.de Som.129.b.In orientis, aut obeuntis ſolis partibus.

Obijcio,cis.oppono,obiecto,exprobro,aliquid in aliquem dico, maledicti & contumeliæ loco pono, crimino,iacio,conijcio,offero. At.12.b.Obijcit mihi,me ad Baias fuiſſe. In Saluſt.272.a. In idem uicium incidam,quod huic obijcio. de Orat.135.a.Obijcere probra alicui. Tuſcul.148.b. Obiecit ut probrum Marco, quod duxiſſet, &c.& I.V.208.a.Non tibi obijcio,quod Apollonium omni argento ſpoliaſti.Orat.202.a. Cum alter alteri obijcit uocis flexiones.pro Dom.231.b.Cum mihi furta & libidines obijciuntur. & ibid. De obiectis non confiteri. pro Mur.126.b. Obijcere maledictum alicui.pro S.R.32 a.Illa diluam,quæ de peculatu mihi iſte obiecit.Part.238. b. Ita conſiſtendum eſt,ut quod obijcitur factum neges. de Orat.130.a.Quod eſt ab eo obiectum lepôre magis eleuandum,quàm contentione frangendũ uidetur.pro Mur. 127.b. Obijcere ignobilitatem generis alicui. In Vat. 30.a.Cum tu mihi Cornelij defenſionem in maledicto obijciendam putaris. I.V.244.a. Obijcere aliquam rem in magnis criminibus. pro Cluent.30. Obijcere aliquid alicui in maledicti uel criminis loco. pro Cluent.41.a. Obijcere aliquid alicui,& in aliquem. Epiſt.169.a. Non potuiſti continere iracundiam tuam, quin nobis de morte Cæſaris obijceres. pro Planc.275.a. De Cyprio mihi uidelicet obijcies,quem ego,&c. pro S.R.24.b.Quorum tu nihil in S.Roſcium ne obijciendi cauſa contuliſti. & ibid. Quæ res huic tantum furorem obiecit? pro Cecin. 286.a. Si quis error in tanta re ſit obiectus. de Leg. 179. b. Erroris obijciendi cauſa.Tuſc.177.a. Obijciebatur animo meo metus. Acad. 13. a. Si tale uiſum obiectum eſt à deo,dormienti. ad Brut.289.a. Qui ſplendore falſi honoris obiecto,aciem boni ingenij perſtringunt. de D.97.b. Obijciuntur autem ſæpe formæ, quæ reipſa nullæ ſunt,ſpeciem autem offerunt.pro Planc.276.a.Obijcere ſalutem ſuam pro aliquo.pro Domo 242.b.Obieci meum caput pro ueſtra ſalute ciuium furori atq; ferro. pro Cor.59.a.Qui ſe ſæpe telis hoſtiũ,qui dimicationi capitis, qui morti obiecerit. de Arch.249.b. Vt alter conſeſſus poteſtati ſeruorum obijceretur. pro Arch. 188. b. Nunquam me pro ſalute ueſtra in tot ac tantas dimicationes,atq; in hos impetus obieciſſem. de Orat. 85.a.Et hoc tempus omne obiecimus ijs fluctibus,qui,&c.pro S.R.30 a.Noluerunt feris corpus obijcere, ne, &c. pro Muren. 145.a.Obijci inſidijs coniuratorum, & ad omne periculum inuidiamq; opponi. pro Font.276.b.Propugnaculum hoſtibus oppoſitum & obiectum. Off.40.b.Cumq; his ampla & honeſta res obiecta eſt,totos ad ſe conuertit & rapit. In Saluſt.273.a. Qui mihi auſus es eloquentiam ut uicium



ut uicium obijcere. de D.86.b.Sed ſigno obiecto monuit Craſſum,quid euenturum eſſet,niſi caueret. I.A.162.a. Quid ſtultius, quàm obijcere aduerſario, quod ille ſi uerbo negarit, longius progredi non poſsit qui obiecerit? I. A.186.a. Antonius ignobilitatem obijcit C. Cæſaris filio. de L.190.a. Cum Lucullo obiecta eſſet magnificentia uillæ Tuſculanæ. pro Mil.108.b.Facinoroſorũ armis meos ciues pro me obijci nolui.

Obitus,a,um.pro Seſt.21.a.Morte obita.l.Obeo.

Obitus,tus.occaſus,interitus. de D.107.a.Qui ſiderum ortus,obitus,motuſq; cognouerunt. & 116.a.Natura omnium rerum interitus atq; obitus conficit. I.P.86. b.Qui dies poſt obitum occaſumq; noſtrum reip. primus illuxit. Epiſt.49.b. Obitus filiæ tuæ. & 172.a. Obitus conſulum.

Obiurgatio,onis.caſtigatio. de Or.139.b.Tum obiurgatio ſi eſt autoritas,tum admonitio, quaſi leuior obiurgatio.Att.44.a.Caſtigatione & obiurgatione dignus es. Attic.64.a. Nunc ſuſceptam obiurgationem reprimam. Off.27.b. Atq; etiam illud ipſum,quod acerbitatis habet obiurgatio, ſignificandum eſt ipſius cauſa, qui obiurgetur,ſuſceptum eſſe. Offic.27.b.In obiurgationibus utendum nonnunquam & uocis contentione maiore,& uerborum grauitate acriori.& ibi.Obiurgatio habens multum acerbitatis.& ibi. Caſtigatio clemens.pro Cæl.42.b. Deliciarum obiurgatio fuit longa. Offic.68.a.Qua hunc obiurgatione,aut quo potius conuicio à tanto errore coner auertere? de Am.113.a.Monitio acerbitate,obiurgatio contumelia carere debet.

Obiurgator,ris.admonitor ſeuerus. contra Rul.89. a.Hic noſter obiurgator. & de N.2.a.Beneuolus obiurgator. & de D.103.a.Vt obiurgatores ſuos conuinceret. I.V.148.a. Sed ne obiurgator quidem ferendus eſt is,qui quod in altero uicium reprehendit, in eo ipſe deprehenditur.

Obiurgatorius,a,um. Att.205.b.Obiurgatoria epiſtola.

Obiurgo,as. caſtigo, aſperius admoneo,aſperius appello. de Am.112.b.Nam & monendi ſæpe amici ſunt,& obiurgandi. pro Cæl.42.b. Is fuit in hac cauſa pertriſtis quidam patruus,cenſor,& magiſter, obiurgauit M.Cælium,ſicut neminem unquam parens.At.15.b.Obiurgaui ſenatum,ut mihi uiſus ſum ſumma cum autoritate.At.22. b.Quod me de Pompeij familiaritate obiurges, &c. & 66.b.Nunc te obiurgari patere, ſi iure. Q.Fr.319.b.Cæſar meam in rogando uerecundiam obiurgauit. Ep.38.a. Ne in quo te obiurgem,id ipſum uidear imitari. & 22.b. In quo cum obiurgarer,quod,&c. & 181.a.Quem cum obiurgarem,quod,&c. Attic.94.b.Meq; obiurgauit uetere prouerbio.

Oblangueo,es. uel oblangueſco,ſcis. refrigeſco,deferueſco.Epiſt.262.a.Literulæ noſtræ oblanguerunt.

Oblatus,a,um.datus,illatus.Att.260.a.Gaudeo mihi cauſam oblatam,in qua omnes ſentiant,me ab illo alienatum. & in C.111.a. Facultatem mihi oblatam putaui,ut quod,&c. pro Pom.13.b.Bonum quod à dijs oblatum & datum eſt.I.V.66.b.Quod diuinitus datum atq; oblatum uidetur. pro Dom.225.b. Domus ardebat non fortuito, ſed oblato incendio. Acad.13.a. & 46.a.Neq; ut quicquam intereſſet inter inteſtinum & oblatum timorem. Acad.46.a. Quædam quaſi impulſio oblata extrinſecus. de Fin.140.a.Stuprum per uim oblatum Lucretiæ. Att. 279.a. Præſidia quæ oblata ſunt contra arma Antonij. Am.108.b. Nec criminibus aut inferendis delectetur amicus,aut credat oblatis. & ibi.Ab aliquo oblatas criminationes depellere.

Oblectamentum,ti.oblectatio,delectatio,delectamentum. I.V.231.a.& de Sen.87.b.Vt illi haberent hæc oblectamenta & ſolatia ſeruitutis. & 88.b.Oblectamenta ſenectutis.Parad.123.a.Oblectamenta puerorum.

Oblectatio,onis.oblectamentum. de Or.94.b. Artes in quibus non utilitas quæritur neceſſaria, ſed animi libera quædam oblectatio. de N.6.b.Quæ iſta poteſt eſſe oblectatio deo? Off.33.b.Siue oblectatio quæritur animi requieſq; curarum,ſiue,&c. de Am.115.b.In amicitia Scipionis mihi requies plena oblectationis fuit.

Oblecto,as.oblector,ago. pro Arch.188.b.Hæc ſtudia adoleſcentiam agunt, ſenectutem oblectant, &c. de Or.114.a. Cum his me oblecto, qui res geſtas aut orationes ſcripſerunt. Quin.Fr.309.a.Quid agas,& ut te oblectes,ſcire cupio. Att.186.b.Ego me interea cum libellis. Quin.Fr.290.a. Vt quàm diutiſsimè te iucunda opinione oblectarem. Quin.Fr.314.b.Oblecta te cum Cicerone quàm belliſsimè. Off.63.b.Dictitabat ſe hortulos aliquos emere uelle, quò amicos inuitare, & ubi ſe oblectare poſſet.

Oblector,aris.delector,ducor,oblecto.Epiſt.27.b.In communibus miſerijs hac tamen oblectabar ſpecula. & pro Mur. 133. b. Ludis tamen oblectamur & ducimur. Quin.Fr.315. a. Ego me in Cumano ſatis commodè oblectabar.

Oblido,dis.lædo.*

Obligatio,onis.autoramentum,ſeruitus quædam,& quaſi uinculum.ad Brut.289.a.Eſt autem grauior & difficilior animi ac ſententiæ pro altero,quàm pecuniæ obligatio. pro Plan.275.a.In qua ego homo aſtutus ei me dedam, cui nihil magnopere debeo, & huius tanti officij ſeruitutem aſtringam teſtimonio ſempiterno.

Obligatus,a,um.obſtrictus,deuinctus,gratiam alicui debens,alligatus. Epiſt.88.b.Dolobellam antèa tantummodo diligebam,obligatus ei nihil eram,nec enim acciderat mihi opus eſſe, & ille mihi debebat, quod non defueram eius periculis: nunc tanto ſum deuinctus eius beneficio,quod,& c.ut nemini plus debeam.Off.12.a.Patria & parentes,cuius beneficijs obligati ſumus. Att.264.b.Velim ſic exiſtimes,non tibi tam Atticum, quàm me obligatum fore. I.V.70.b.Videbam me hoc iudicio diſtrictũ & obligatũ fore. Ep.212.a. Te ita exiſtimare uolo,quibuſcũq; rebus Atticũ obſtrinxeris,iiſdem me tibi obligatũ fore. Epiſt.175.b. Magno beneficio eius,magnoq; merito ſum obligatus.& I.A.247.b.Tum me eius beneficio obligatum puto. & I.C.123.a. Hoſtes beneficio ſe obligatos putant. I.A.247.b. Magnis & multis pignoribus eum reſp. obligatum tenet. & pro Plan. 267.a. Tenere aliquem obligatum largitione. contra Rul.89.a.Soluta meliore in cauſa ſunt quàm obligata.ad Heren.41.b.Obuolutus & obligatus corio. pro Plan.259.a. Cui ſum obſtrictus memoria beneficij ſempiterna. Item: Nolo amplius ſeruire huic turpitudini.

Obligo,as.obſtringo,deuincio,aſtringo, religo, comprehendo,alligo. ad Brut. 289.a. Magis enim illum pro quo ſpopondi,quàm me obligaui. pro Cecin.286.a.Qui quod ſpopondit, qua in re uerbo ſe uno obligauit, id non fecit. pro Mur.124.b.In periculum iudicij præſtare debet,qui ſe nexu obligauit. Top.224.b. Num is qui mancipio dedit, ob eam rem ſe ulla re obligauit? I. V.144.b.

Obligentur non ſolùm iuſiurandi atq; exiſtimationis periculo,ſed etiam communi conſcientia.pro Cor.61.a.Populus Romanus iniuſſu ſuo nullo pacto poteſt religione obligari.Off.8.b.Obligare aliquem ſecundo militiæ ſacramento. pro Syl.180.b. Multi, quorum pro ſalute ſe hic Syllæ obligauit. Poſtquam.211.a Alter conſul pactionibus eos ſuorum præmiorum obligauit. pro Dom.234.a.Domum alicuius religione ſempiterna obligare. pro Dom. 217.a.Cum populum Romanum ſcelere obligaſſes. & de Arch. 250.a. Qui ludos certiſſimos ſcelere obligares. de D. 81. b. Eſt enim periculum, ne aut neglectis his impia fraude, aut ſuſceptis anili ſuperſtitione obligemur. I.A. 204.a. Audebo etiam obligare fidem meam : id eſt, promittere,&c. Offic.47.b.Hi obligari beneficio uolunt.& Ep.204.a. Obligare ſibi aliquem ſummo beneficio in perpetuum.& 115.a. Quàm eum uelis obligare,in tua manu eſt. Tuſcul.183.a. At ille medicum modò requirit, à quo obligetur. de N.71.a. Aeſculapius,qui primus uulnus obligauiſſe dicitur. & Tuſcul.183.a.Vt collocet in cubili,ut uulnus obliget.Quin.Fr.315.a.Quem fac ut tua liberalitate tibi obliges. Quin.Fr.321.a.Scaurum beneficio defenſionis ualde obligaui.

Obligurio,ris.ligurio,deuoro. I.C.106.a.Patrimonia ſua profuderunt,fortunas ſuas obligurierunt.

Oblimatus,ta.pinguis. de Nat.52.a. Nilus recedens mollitos & oblimatos agros ad ſerendum relinquit.

Oblino,nis.l.Oblitus.de Cl.169.a.Eloquentia ita tota Aſia peregrinata eſt, ut ſe externis oblineret moribus. At.36.a. Si Protogenes Hyaliſium illum ſuum cœno oblitum uideret. In A.260.a.Libido flagitioſa,qua oblita eſt Antoniorum uita.

Obliquè.)(.Rectè, per rectum curſum. de Fin.52.b. Atomi quæ rectè,quæ obliquè ferantur.& in Arato.

Obliquus,qua.)(.Rectus. de D.105.a.Nam ſi omne animal,ut uult,ita utitur motu ſui corporis, prono,obliquo,ſupino,membraq; quócunq; uult flectit,contorquet, porrigit, contrahit, eaq; antè efficit penè quàm cogitat, quanto ideo eſt facilius, cuius numini parent omnia? de Off.129.& in Arato,bis.

Oblitero,as. Poſtquam.208.b. & in Vat.32.a.Qui publici mei beneficij memoria priuatam offenſionem obliterauerunt.

Obliteſco, ſcis. deliteſco.)(.Emergo. de Vn.201.b. Quibuſq; temporibus à noſtro aſpectu obliteſcant, rurſuſq; emerſæ,&c.

Oblitus,a,um.delibutus,fucatus.I.C.106.b.& Poſtquam.206.b.Socij Catilinæ unguentis obliti. ad Herenn. 27.b. Si crebræ collocabuntur, oblitam reddunt orationem. In Ver.271.b. & Attic.36.a.Iudices non cera,ſed cœno obliti. Epiſt.134.b.Cum eas uideam primùm oblitas Latio, nunc uerò etiam Brachatis nationibus. I.A. 236.b. Et eum nondum tanto parricidio oblitum hoſtem iudicauit. I.V.149.b. Contraq; ſunt omnia cùm ſummo dedecore & turpitudine,tum ſingulari ſtultitia atq; inhumanitate oblita.

Obliuio,onis.reticentia,taciturnitas,ſilentium. Ep. 72.b. Non obliuione amicitiæ noſtræ, neq; intermiſſione conſuetudinis meæ ſuperioribus temporibus ad te nullas literas miſi. & 15.a.Ego eius omnes grauiſſimas iniurias communis concordiæ cauſa uoluntaria quadam obliuione contriueram. de Fin.60.b.Aduerſa quaſi perpetua obliuione obruere. Ep.18.b.Meam tuorum erga me meritorum memoriam nulla unquam delebit obliuio.I.A.222.b. Nulla eius legationis poſteritatem inobſcurabit obliuio. I.A.153.a. Omnem memoriam diſcordiarum obliuione ſempiterna delendam cenſui. de Som.130.b.Sermo nunquam de ullo perennis fuit,& obruitur hominum interitu, & obliuione poſteritatis extinguitur. de Fin. 60.b. Et aduerſa quaſi perpetua obliuione obruamus. de Clar. 169.b. Et id ipſum niſi eſſet unius Ennij teſtimonio cognitum, hunc uetuſtas ut alios fortaſſe multos obliuione obruiſſet. Offic.6.a.Adducuntur pleriq;,ut eos iuſtitiæ capiat obliuio.& I.A.184.b.Nos poſt exactos reges ſeruitutis obliuio ceperat. I.V.218.a.Venire in obliuionem alicuius rei.pro Pom.5.a.Mithridates omne reliquum tempus non ad obliuionem ueteris belli, ſed ad comparationem noui contulit.de Or.109.a.Laudem aliquorum iam propè ſeneſcentem ab obliuione hominum, atq; à ſilentio uindicare.de Clar.184.a.Exempla obliuionis. I.A.264. a.Veſtra uirtus nec obliuione eorum qui ſunt,nec reticentia poſterorum inſepulta eſſe poterit. pro Mar.135.b. Tuas laudes nulla unquam obſcurata eſt obliuio. pro Deiot.150.b.Hæc nulla unquam uetuſtas obruet,nulla unquam delebit obliuio.

Obliuioſus,a,um.immemor.)(.Memor. de In.50.a. Memor an obliuioſus. de Cl.184.a. Curius ita memoria fuit nulla,ut aliquotiens,&c. & ibi de obliuiſcendo multa.Sen.84.a.Stultus & obliuioſus ſenex.

Obliuiſcor.me fugit,mihi excidit, ex animo meo excidit, ex animo effluit, obliuio me capit, ex animo amitto, ex memoria depono, memoriam alicuius rei amitto, memoriam alicuius rei depono, in obliuionem uenio, obliuione perpetua deleo,oblitero, ex animo meo diſcedit alicuius rei memoria, aliquid è memoria elabitur, animus præteritam uoluptatem præterfluere non ſinit, aliquid mea memoria dilabitur, mihi in mentem non uenerat inſaniã optare uobis.Att.67.a.Puto te exiſtimare me nunc oblitum conſuetudinis & inſtituti mei, rarius ad te ſcribere quàm ſolebam.Epiſt.7.b.Non nos quidem ut noſtræ dignitatis ſimus obliti,ſed ut,&c. Ep.11.a.Non potui magis obliuiſci temporum meorũ, & meminiſſe actionum. pro Plan.280.b.Memini enim,memini, nec unquam obliuiſcar noctis illius,&c. pro S.R.26.a. Obliuiſci artificium. pro Cæl.47.b.Obliuiſcor iniuriarum,depono memoriam doloris mei. de Clar.184.a. Curio ſubitò totam cauſam oblitus eſt. & ibi.Is etiam in ſcriptis obliuiſcebatur quid paulo antè poſuiſſet. pro S.R.33.a.(Vt alia obliuiſcar.) & pro Quin.R.53.b. Obliuiſcor eos uiros eſſe primarios,improbos temporis cauſa fingo. pro Q.12.b. Tollere funditus, ac delere omnem memoriam alicuius rei. de Fin.60.b. Vt aduerſa quaſi perpetua obliuione obruamus,& ſecunda ſuauiter & iucundè meminerimus. de Clar.184.b.Alicui ſolitam effluere mentem. Attic.86. a.Mihi non excidit illud,&c. & 137.b.Non ſum immemor illius,&c. Attic.88.b.Habui ſuauem recordationem clariſſimi iuriſiurandi,quod ego non eram oblitus. Attic. 142.b. Quod laudas,quia obliuiſci me ſcripſi, antefacta & dicta noſtri amici, ego uerò ita facio. pro Mil.113.b. Ciues de republica optimè meriti,in quibus homines non modò res præclariſſimas obliuiſcuntur, ſed etiam nefarias ſuſpicantur. In Sal.272.b. Tui maiores per te uenerunt in obliuionem.

Obloquor,ris.obſtrepo. Quin.Fr.312.b.Tu uerò ut me & appelles,& interpelles,& obloquare,& colloquare uelim. pro Cl.50.b.Vocat me iamdudum tacita ueſtra expectatio,quæ mihi obloqui uidetur.



Obmuteſco,cis.conticeo,reticeo. de Clar.195.b.Hoc ſtudium Brute noſtrum conticuit ſubitò & obmutuit. & 166.a.Tum etiam eloquentia obmutuit. & pro Fl.156. b.Repentè homo loquaciſſimus obmutuit. pro Dom. 140.b. Miror ei non & linguam obmutuiſſe, & manum obtorpuiſſe.de Senect.81.b.Num quenquam horum coegit in ſuis ſtudijs obmuteſcere ſenectus? pro Mil.120. b.De me nulla unquam obmuteſcet uetuſtas. de Fin.107. b.& 75.b. Si quis obmuteſcere concupierit, nihil aliud legat.

Obnitor,ris.obſiſto,occurro.pro Mil.108.a.At non P.Clodio uſitatis iam rebus obnitendũ eſt Miloni, ut tueatur dignitatem ſuam.

Obnoxius,a,um.ſubiectus. M.Brut.At.288.a.Viuat Herculè Cicero,qui poteſt ſupplex & obnoxius.

Obnubilus,a,um. Tuſ.158.b.Leti obnubila,obſita tenebris loca.Poetæ.

Obnubo,bis.obtego. pro Rab.92.b.Caput obnubito, arbori infœlici ſuſpendito.

Obnunciatio,onis.auguris ſignificatio de periculo imminenti. At.64.b.Obnunciationibus per Scæuolam interpoſitis. de D.86.b.M.Craſſo quid acciderit uidemus, dirarum obnunciatione neglecta. Quin.Fr.323.b.Comitiorum quotidie ſinguli dies tolluntur obnunciationibus magna uoluntate bonorum omnium.

Obnuncio,as.nuncio,prænuncio. I.A.176.a. Poſtquam.206.b.Legem Trib.pl.tulit,ne auſpicijs obtemperaretur,ne obnunciare conſilio aut comitijs liceret. I.A. 176.a.Conſul conſuli obnunciauiſti. pro Seſt.20.b.Tribunus obnunciauit conſuli. & 21.b.Cum auſpicijs religioniq; parens obnunciaret quod ſenſerat. de D.86.b. Sed ſigno obiecto monuit Craſſum quid euenturum eſſet niſi caueret.At.56.b.ter.Aſſequitur inter lucos homines Milo,obnunciat. Att.56.b.Metellus poſtulat,ut ſibi poſtero die in foro obnuncietur.

Oborior,ris.exorior. pro Lig.138.a. Vide quanta lux liberalitatis & ſapientiæ tuæ mihi apud te dicenti oboriatur.

Obrepo,pis.irrepo.de Sen.77.b.& 78.a.Obrepere aiunt ſenectutem citius quàm putaſſent. & 85.a.Qui enim citius adoleſcẽtiæ ſenectus,quàm pueritiæ adoleſcentia obrepit? Item: Ita ſenſim & ſine ſenſu ſeneſcimus,ut non intelligatur, quando obrepat ſenectus. de D.137.a. Nullæ imagines obrepunt in animos dormientiũ extrinſecus. Att.95.a.Mihi deceſſionis dies λεληθότως obrepebat.I.P.79.b.& pro Plan.262.a.Obrepſiſti ad honores errore hominum. F.Ep.264.b.Cratippus ſæpe inſcientibus nobis & cœnantibus obrepit. At.92.a.Obrepſit dies, ut uides,&c.

Obrigeo,ges.uel Obrigeſco,ſcis.de N.7.a.Pars terrarum obriguit niue & pruina.& de Som.129.b.Quorum duos obriguiſſe prina uides.

Obrogo, as. eſt legem aliam rogare, ut aliam ab alio latam legem infirmes. At.50.b.Quod promulgare,abrogare,derogare,obrogare non licet.

Obruo,is.operio,ſepelio.)(.Eruo.de N.52.a.Crocodili cum in terra partum ediderunt,obruunt oua. & 51. a.Ranæ marinæ obruere ſeſe arena ſolent. de Fin.108.b. Is etiam ſi quid obrutum erit,poterit eruere. I.A.193.b. Tetra bellua,quæ quoniam in foueam incidit,obruatur. pro Arch.190.b. Idem tumulus,qui corpus eius contexerat,nomen etiam obruiſſet. Tuſc.208.a.Aut ita paruum malum,ut id obruatur ſapientia,uixq; appareat. Quin. Fr.290.a.Te oro,ne te obrui tanquam fluctu, ſic magnitudine negocij ſinas. de Clar.169.b. Hunc uetuſtas obliuione obruiſſet. & de Fin.60.b.Et aduerſa quaſi perpetua obliuione obruamus. de Or.135.a.Vt teſtem omnium riſus obrueret.de Or.92.b.Obruimur ambitione & foro. I.V.80.a.Obrutus & oppreſſus. de Arch.253.b. Quod dij omen obruant. Sen.81.a. Obruere theſaurum alicui. pro Deiot.150.b.Hæc nulla unquam uetuſtas obruet,nulla unquam delebit obliuio.

Obruſus,ſa.ſincerus,purus & purgatus. de Cl.188. b.Quo magis expurgandus eſt ſermo, & adhibẽda quàm obruſa ratio, quæ mutari non poteſt: nec utendum prauiſſima conſuetudinis regula. Sic nos hunc locum hactenus ſine dubio corruptum, poſſe corrigi putamus. niſi malimus in hunc modum legere,quod mihi magis placet: Et adhibenda quaſi obruſa, ratio,&c. ut moneat Cicero, ad inquinatum ſermonem expurgandum, adhibendam eſſe rationem, quaſi obruſam quandam, quæ mutari non poteſt: non uſum, qui uoluntate plerunque, non ratione aliqua ualet. Nam & obryzum,aurum dicitur,quod igni excoctum & expurgatum, diminui,mutari ue iam nulla exploratione poteſt. Et Politianus Epiſt.lib.6.ad Philip. Beroaldum,Exigere ſcripta ad obruſam,dixit: quaſi igni & calce (quod cementum uocant) explorare,quod de auro fit: quæ ratio explorandi tota, obruſa dici uidetur. Hæc nos, nihil affirmantes, ſed in medium quæ pro tempore potuimus, afferentes. Nam ut obtruſa legamus, nullus inde ſenſus elici commodè poteſt.

Obrutus,a,um. obductus, ſepultus. pro Mil.118.a. Voſq; Albanorum obrutæ aræ. & pro Cec.302.b.Obrutis rebus omnibus et perditis.de N.52.a.Nilus Aegyptum tota æſtate obrutam oppletamq; tenet.

Obſcœnè.turpiter. Off.26.a. Adulterari turpe eſt, ſed dicitur non obſcœnè.de N.70.b.Mercurius,cuius obſcœnius excitata natura creditur, quòd aſpectu Proſerpinæ commotus ſit.

Obſcœnitas,tis.turpitudo,deformitas. Epiſt.140.a. Si quod ſit in obſcœnitate flagitium. & Offic.26.a. Nec oratio uacat obſcœnitate. de Orat.131.a.Verborum turpitudinem & rerum obſcœnitatem uitare. Offic.21.a. Rerum turpitudinem adhibere, uerborum obſcœnitatem.

Obſcœnus,a,um.turpis,in obſcœnis. Off.25.b.Quod facere non turpe eſt modò occultè, id dicere obſcœnum eſt. Tuſc.249.b.Illud Antipatri eſt quidem paulo obſcœnius,ſed non abſurda ſententia eſt.Off.21.a.Genus iocandi illiberale,petulans,flagitioſum,obſcœnum. de N.23.a. Delicatæ & obſcœnæ uoluptates. Ep.140.a.At hodie penis eſt in obſcœnis.Quin.Fr.308.a.Multa maledicta,uerſus etiam præclariſſimi in Clodium.

Obſcuratio,onis. obſcuritas. de Fin.112.b. In quibus propter earum exiguitatem obſcuratio ſequitur.& ibid. Quibus in rebus obſcuratio magna eſt.l.Exiguitas.

Obſcurè. λεληθότως, clam.)(.Apertè, palàm. I.C. 119.a. Hoc malum obſcurè ſerpit. & 99.a. Non agam obſcurè. de Fin.67.a.Heraclitus de natura nimis obſcurè memorauit. pro Mil.109.b. Palàm.)(.Obſcurè. pro Quint.9.a. Huic ne perire quidem tacitè obſcureq; conceditur. pro Cluen.28.b. & Parad.124.b.Obſcurè ferre aliquid.

Obſcuritas, tis. obſcuratio, tenebræ,caligo,ænigma. de Orat.147.a.Vt oratio,quæ lumen rebus adhibere debet, ea obſcuritatem & tenebras afferat. de Fin.67.a.

Satis'ne igitur uideor uim uerborum tenere? an ſum etiam nunc græcè loqui uel latinè docendus? & tamen uide, ne ſi ego non intelligam, quid Epicurus loquatur, cum græcè, ut uideor, luculenter ſciam. ſit aliqua culpa eius, qui ita loquatur, ut non intelligatur, quod duobus modis ſine reprehenſione fit: ſi aut de induſtria facias, ut Heraclitus, cognomento qui σκοτινὸς perhibetur, quia de natura nimis obſcurè memorauit: aut cum rerum obſcuritas, non uerborum facit, ut non intelligatur oratio, qualis eſt in Timæo Platonis. Acad. 3.a. Eſt enim omnis cognitio multis obſtructa difficultatibus, maximaq; eſt & in ipſis rebus obſcuritas, & in iudicijs noſtris infirmitas. de D. 87.b. Cauſa latet obſcuritate inuoluta naturæ. de D. 131.b. Adhibuit etiam latebram obſcuritatis, ut ijdem uerſus aliàs in aliam rem accommodari poſſe uiderentur. & 135.b. Iam uerò quò pertinent obſcuritates & ænigmata ſomniorum? intelligi enim à nobis dij uelle debebant ea, quæ noſtra cauſa nos monebant. de Orat. 90.b. Philoſophia in tres partes diſtributa eſt, in naturæ obſcuritatem, in diſſerendi ſubtilitatem, in uitam atque mores. Top. 221.a. Sed à libris te obſcuritas reiecit. pro Cluen. 32.b. In ea obſcuritate & dubitatione omnium, Canutio placuit iudices pronunciare. contra Rul. 73.a. Duæ ſunt huius obſcuritatis cauſæ: una pudoris, &c. altera ſceleris, &c. pro Plan. 267.b. In tenebris quàm in luce cauſam uerſari mauis. Epiſt. 83.b. Sed habeo alia ſigna quæ obſeruem, quæ etſi non ſunt certiora illis, minus tamen habent uel obſcuritatis, uel erroris. Offic. 42.a. Ita ut nullum obſcurum poteſt nec dictum eius eſſe, nec factum. pro Mar. 135.b. Erat autem obſcuritas quædam, &c.

Obſcuro, as. lucem eripio, noctem uel tenebras rebus offundo, tenebras affero, obſcuritatem affero, tenebras obduco, obcæco, inobſcuro, officio, obſtruo, perſtringo. de N. 45.a. Aetneorum ignium tenebræ finitimas regiones obſcurauerunt. de Fin. 138.b. Minora maioribus obſcurantur. de Fin. 99.b. Lumen lucernæ obſcuratur & offunditur luce ſolis. I.C. 98.b. Nox tenebris obſcurat omnia. Attic. 35.a. Quæ ſcribam, ἀλληγορίαις obſcurabo. pro Cluen. 18.a. Nihil nec ſubterfugere reticendo, nec obſcurare dicendo. de Orat. 117.b. Omnis eorum memoria ſenſim obſcurata eſt & euanuit. & de Orat. 163.b. Obſcurari atque penè obrui. & de Fin. 99.b. Obſcurari & obrui, atque interire. de Fin. 112.b. Obſcurari quædam, nec apparere, quia ualde parua ſunt. pro Mar. 135.b. Tuas laudes obſcuratura nulla unquam eſt obliuio.

Obſcurus, a, um. habens obſcuritatem, tenebricoſus, caliginoſus, tortuoſus, inuolutus, à natura inuolutus, latens, opertus, flexiloquus, ſpiſſus, cæcus.)(. Apertus, perlucidus, illuſtris. de In. 82 a. Res apertæ obſcuriores fiunt oratione. de D. 104.b. Quia erant multa obſcura, multa ambigua, explanationes adhibitæ ſunt interpretum. de D. 132.a. Chryſippus totum uolumen impleuit oraculis, partim flexiloquis & obſcuris, ut interpres egeat interprete, & ſors ipſa referenda ſit ad ſortes: partim ambiguis, & quæ ad dialecticum referenda ſint. de Nat. 79.a. Non ut deorum naturam tollerem, ſed ut intelligeretis, quàm eſſet obſcura, & quàm difficiles explicatus haberet. de Orat. 99.b. Ius applicationis obſcurum ſanè & ignotum, patefactum eſt in iudicio, atque illuſtratum à patrono. contra Rul. 73.a. Cur hoc tam eſt obſcurum atque cæcum. Attic. 120.a. Dolor apertus.)(. Hebes. Part. 233. a. Obſcurus.)(. Rerum multitudine nobilitatus. pro Mur. 127.b. Tua nobilitas hominibus literatis eſt notior, populo uerò obſcurior. contra Rul. 68.b. de oratione Rulli obſcura. Orat. 199.b. de Thucydide, & eius oratione obſcuriſſima. I. A. 187.b. Ego autem, qui intelligeret, quid dicere uellet, adhuc neminem reperi. & ibi. Satius eſt mutum eſſe, quàm quod nemo intelligat, dicere. de M. Antonio. de Clar. 191.a. Oratio nimia religione attenuata, à multitudine deuoratur. Acad. 2.b. Cognitio multis obſtructa difficultatibus. Attic. 216.a. Διὰ σημείων ſcribere: id eſt, per notas & ſigna. de Clar. 170.b. Philiſti Syracuſij & Thucydidis conciſæ ſententiæ, interdum etiam non ſatis apertæ cùm breuitate, tum nimio acumine. Offic. 22.b. Sermone eo debemus uti, qui notus eſt nobis, ne ut quidam græca uerba inculcantes, iure optimo irrideamur. de D. 135.b. Euphorion poeta nimis obſcurus.)(. Homerus. & ibi. Heraclitus ualde obſcurus.)(. Democritus. & ibi. Mea cauſa me mones quod non intelligam. quid igitur me mones? & de D. 134.b. l. Circuitio. de Fin. 67.a. & Acad. 9. b. & de Orat. 114.a. & de N. 15.b. 16.a. & de Or. 111.a. & 146.a. de oratione obſcura.

Obſecratio, onis. preces, deprecatio, obteſtatio. de In. 47.a. & de Or. 162.a. Si prece & obſecratione humili ac ſupplici utemur. pro Fon. 284.a. Obſecratio, deprecatio. & de Ar. 258.b. Conſtituendæ nobis ſunt procurationes & obſecratio, &c.

Obſecro, as. amabo te. pro Dom. 219.b. Idem pro ſalute mea populum Romanum obſecrauit. Poſtquam. 201.b. Denique ipſe pro mea uos ſalute non rogauit ſolùm, uerumetiam obſecrauit. de Orat. 116.b. Non ſolùm hortabor ut elaboret, &c. ſed etiam obſecrabo. pro Quint. 18.a. Næuium obſecrauit per fratris ſui mortui cinerem, per nomen propinquitatis, ut, &c. In Verrem 117.a. Cum multis lachrymis eum oraret atque obſecraret Heraclius, imperare non potuit. Epiſtol. 55.a. Cum mihi C. Marcellus non ſolùm conſilium daret, ſed precibus quoque me obſecraret, &c. Epiſtol. 166.b. Ego uos P. C. oro atque obſecro, ut, &c. pro Quint. 18.a. Itaque te hoc obſecro, ut, &c. de Fin. 68.b. Obſecro, inquit Torquate, hæc dicit Epicurus? Attic. 43.a. Obſecro mi Pomponi, non uides, &c. Attic. 190.b. Obſecro Pyliæ ſalutem. Epiſtol. 233.a. Quid, obſecro te, me miſerum, quid futurum eſt? Item: Sed obſecro te, ita uenuſta habeantur iſta, non ut uincula uirorum ſint, ſed ut oblectamenta puerorum. Attic. 124.a. Sed obſecro te, quid hoc miſerius, quàm, &c. Attic. 44.a. Ad me, obſecro te, ut omnia certa perſcribas. Attic. 88.b. Deinde me obſecras amantiſſime, ne obliuiſcar uigilare, & ut animaduertam quæ fiant. Attic. 170.b. Id ut facias, te obteſtor atque obſecro. Attic. 208.a. Attica mea obſecro te, quid agit? quæ me ualde angit.

Obſecundo, as. pro Pom. 13.a. Is cui ciues aſſenſerint, ſocij obtemperauerint, hoſtes obedierint, uenti tempeſtateſq; obſecundarint.

Obſepio, pis. ſepio, intercludo. pro Mur. 135.b. Hæc omnia tibi accuſandi uiam muniebant, accuſandi obſepiebant.

Obſequens, tis. obediens. Ep. 148.b. Filius obſequens patri. & Sal. 270.b. Filia tibi iucundior atq; obſequentior, quàm parenti par eſt.

Obſequium, quij. indulgentia, patientia. de Am. 113. a. Obſequium amicos, ueritas odium parit. Att. 98.b. Itaque effeci omni obſequio, ut neutri illorum quiſquam eſſet me charior. I. P. 80.a. Ego Antonium collegam



patientia atque obſequio meo mitigaui. pro Cæl. 40.a. Comprehendere multos amicitia, tueri obſequio. At. 95. b. Mulieres ualde intelligo delectari obſequio & comitate adoleſcentis. Ep. 152.b. Abuti obſequio alicuius ad omnes res. de Leg. 168.a. Cum animus cognitis uirtutibus à corporis obſequio indulgentiaq; diſceſſerit. Att. 157.a. Omne meum obſequium in illum fuit cum multa ſeueritate. Att. 165.a. Ea uerò non ſunt ab obſequio noſtro. de Leg. 164 b. Obſequia in homines.

Obſequor, ris. morem gero, indulgeo, ſatisfacio, morigeror, gratificor, placeo. Or. 220.b. Dum tibi roganti obſequi uellem, ſcribendi impudentiam ſuſcepi. de Or. 93. b. Ego uerò, inquit, tibi obſequi ſtudeo. Tuſc. 240.a. Cum huic obſecutus ſis, illi eſt repugnandum. Epiſt. 15.b. In nauigando tempeſtati obſequi, artis eſt. de Fin. 68.a. Obſequar igitur uoluntati tuæ. pro Quin. 17.a. Vt ueſtræ naturæ bonitatiq; obſequamini. Orat. 211.b. Conſuetudini auribus indulgenti libenter obſequor. de Orat. 85.a. Sed tamen etiam in his aſperitatibus rerum obſequar ſtudijs noſtris. pro Cluen. 49.b. Obſequor tibi de te, uel de aliqua re.

Obſero, ris. occludo, obſigno. de Leg. 183.a. Quod cum proximi fecerant, obductaq; terra erat, frugibus obſerebatur.

Obſeruans, tis. ſtudioſus, cupidus, diligens. Ep. 203.a. Aulus Fuſius, obſeruantiſſimus noſtri. Ep. 235.b. Quem ſpero tui fore obſeruantem. At. 262.a. Cognoui te mei ita cupidum, ut paucos æquè amantes atque obſeruantes me habere exiſtimem.

Obſeruantia, tiæ. reuerentia, ueneratio. de In. 70.b. Obſeruantia eſt, per quam ætate, aut ſapientia, aut honore, aut aliqua dignitate antecedentes reueremur & colimus. & 82.b. Cultu quodam & honore dignantur. Epiſt. 199.b. Sex. Aufidius obſeruantia qua me colit, accedit ad proximos. pro Mur. 141.a. & pro Plan. 268.a. Nulla eſt pœna, quæ poſſit obſeruantiam tenuiorum ab hoc uetere inſtituto officiorum excludere. pro Cor. 68.a. Officia illius obſeruantiamq; dilexit. pro Quint. 10.b. Amicos obſeruantia, rem parſimonia retinere. Att. 207.a. Ne magnum onus obſeruantiæ tibi imponerem. Ep. 64.b. Mea tibi obſeruantia nunquam defuit.

Obſeruatio, onis. animaduerſio. de Cl. 167.b. Verùm id natura magis aut caſu, quàm ratione aliqua aut obſeruatione fiebat. & Or. 214.b. Verſus inuentus eſt terminatione aurium & obſeruatione prudentum. de D. 138.b. Obſeruatio diuturna notandis rebus fecit artem. & ibid. Quæ aſtris præſentiuntur, hæc notata ſunt obſeruatione diuturna. & ibid. Neq; obſeruatione inueniri potuit ſcientia. de D. 8.a. Chaldæi diuturna obſeruatione ſiderum ſcientiam putantur effeciſſe, ut prædici futura poſſent. Off. 51.b. Valetudo conſeruatur notitia ſui corporis, & obſeruatione rerum, quæ res aut prodeſſe ſolent, aut obeſſe. Off. 8.b. Apud antiquos ſumma erat obſeruatio in bello mouendo.

Obſeruito, as. ſtudioſe obſeruo. de D. 101.a. Neq; ſolùm deorum uoces Pythagorei obſeruitauerũt, ſed etiam hominum, quæ uocant omina.

Obſeruo, as. animaduerto, noto, ſpeculor, aucupor, quaſi inſidior, ſeruo, pertracto, in ſpeculis ſum. Ep. 83.b. Sed habeo alia ſigna, quæ obſeruem, quæ etſi non ſunt certiora illis, minus tamen habent uel obſcuritatis, uel erroris. de D. 80.a. Chaldæi motus ſtellarum obſeruauerũt, quibus notatis, quid cuiq; ſignificaretur, memoriæ prodiderunt. & 82.b. Obſeruata ſunt hæc tempore immenſo, & ſignificatione euentus animaduerſa ac notata. de D. 118.a. Et ſi cauſæ non reperiuntur iſtarum rerum, res tamen ipſæ obſeruari animaduertiq; poſſunt. de D. 138.b. Quomoda hæc infinita obſeruando notare poſſumus? Or. 204.a. Sunt enim quidam oratorij numeri in oratione obſeruandi ratione quadam. de Or. 93.a. Et perſæpe me, quæ ſoleres in dicendo obſeruare, docuiſti. & 94.a. Quæ obſeruata ſunt in uſu ac tractatione dicendi. de Or. 97.a. Quæ ſua ſponte homines eloquentes fecerunt, ea quoſdam obſeruaſſe atq; collegiſſe. de Cl. 191.a. Is nimium inquirens in ſeſe atq; ipſe ſeſe obſeruans, metuenſq; ne uicioſum colligeret, etiam uerum ſanguinem deprauabat. Or. 217.b. Non enim id agit ut inſidietur & obſeruet, ſed iam fauet, proceſſumq; uult. pro S. R. 22.a. Multi occupationem eius obſeruant, tempuſq; aucupantur. Ep. 175.a. Itaq; ei præcepi, ut tempus obſeruaret epiſtolæ tibi reddendæ. pro S. R. 33.b. Nihil mali eſt, canes ibi quampluri mos eſſe, ubi permulti obſeruandi, multaq; ſeruãda ſunt. Parad. 123.b. Obſeruare omnes motus alicuius. de N. 50. b. Vt in araneolis aliæ quaſi rete texunt, aliæ autem ex inopinato obſeruant, & ſi quid incidit, arripiunt. de Am. 107.a. Nec obſeruat ſtrictè amicitia, ne plus reddat quàm acceperit. Attic. 50.b. Cum ſemper ita habitum obſeruatumq; ſit. pro Quin. 16.a. Quid tu id quemadmodum obſeruas? I. V. 136.b. Metellum eum cenſum obſeruari iuſſit, qui Sex. Peduceo prætore habitus eſſet. Orat. 215.b. Quod ne accidat, obſeruari non poteſt: id eſt, caueri. pro Dom. 227.a. Obſeruare leges. pro Cl. 41.b. Maiores noſtri nunquam perinde ut rem iudicatam, obſeruauerunt animaduerſionem cenſoriam. Off. 41.a. Latronum leges eſſe dicuntur, quibus pereant, quas obſeruent. ad Heren. 29.a. Quid in uiris? idem'ne obſeruabant? minimè. Epiſt. 215.a. Ago gratias, quòd meas obſeruationes tam diligenter obſeruas. At. 114.b. Illud ψευδησιόδειον, ſic enim putatur, obſeruo, μηδὲ δίκην, præſertim in te, quem, &c. de D. 101.b. Obſeruare & ſeruare idem. Q. de Pet. 213.b. Fac ut abs te cuſtodiri atq; obſeruari ſciant. Attic. 130.a. Scribis tibi in animo eſſe obſeruare Cæſarem, & ſi ſecundum mare ad me ire cœpiſſet, confeſtim in Samnium ad me uenturum. At. 221.b. Magis mihi iſti ſeruiunt, ſi obſeruare ſeruire eſt.

Obſeruare. colere, uenerari. Epiſt. 48.a. & 87.b. Colere & obſeruare aliquem. de Amic. 101.b. Omnes ferè familiariſſimi eius, quaſi deuincti meis magnis ueteribus officijs, me diligenter obſeruant & colunt. & de Amic. 101.b. Coli & obſeruari ab aliquo. Epiſt. 65.a. Qui me ſicut alterum parentem & obſeruat & diligit. pro Plan. 267.a. Tribus officijs ab aliquo obſeruatas non largitione. pro Plan. 268.a. Neque hoc liberis noſtris interdicendum eſt, ne obſeruent tribules ſuos, ne diligant. Epiſt. 139.a. Perofficioſè & peramanter obſeruare aliquem. Epiſtol. 65.a. Obſeruare & diligere aliquem ſicut alterum parentem. Attic. 34.a. Cæcilium colimus & obſeruamus. & In Ver. 345.b. Vehementerq; illum ordinem obſeruo.

Obſes, dis. pignus, fiducia. pro Pom. 10.b. Pompeius eis ſpem deditionis non ademit, obſides imperauit. & I. V. 175.a. Tantum quod oratoribus Metellus obſides non dedit. Ep. 245.b. A nobis multos obſides habet pop. Rom. Item. Ab his Pindeniſſo capto obſides accepti. pro Cluen. 35.a. Stalenus hanc condemnationem dederat obſidem Bulbo. & 57.b. Nuptiæ quarum illa obſides filios ab eo accepit.

accepit. I. A. 159. b. Reip. tuus paruus filius in Capitolium à te miſſus obſes fuit. Antequam. 197. a. Cum præcipuum nobis obſidem ſui animi ueſtram reliquerit libertatem. I. C. 118. b. Paruus filius qui mihi uidetur amplecti remp. tanquam obſidem conſulatus mei.

Obſeßio, onis. obſidio. pro Dom. 213. b. Obſeßio templorum, occupatio fori, oppreßio curiæ. & pro Cor. 56. a. Obſeßio militaris uiæ.

Obſeſſor, oris. oppreſſor. pro Dom. 215. b. Depopulator fori, obſeſſor patriæ.

Obſeſſus, a, um. circumſeſſus, cinctus, oppreſſus. I. C. 122. b. Patria obſeſſa facibus & telis impiæ cõiurationis. & pro S. R. 23. a. Domus obſeſſa. pro Fl. 159. b. Græcia Aſiæ oram maritimam cinxit urbibus, non ut munitam colonijs illam gentem, ſed ut obſeſſam teneret.

Obſideo, es. circumſideo, obſeſſum teneo, occupo, foſſa & uallo ſeptum teneo, oppugno. I. A. 212. a. Qui Mutinam & conſulem deſignatum obſederit. & ibid. Antonius armis obſedit, aut excluſit ſenatum. & pro Dom. 231. a. Qui impelluntur ut obſideant ſenatum. Poſtquam. 204. b. Cum ui, ferro, metu obſeßi teneremini. de Arch. 244. b. Obſidere, oppugnare, labefactare aliquam urbem. pro Font. 280. a. Ab his gentibus obſeſſum Capitolium eſt. de Arch. 255. b. Is obſeſſus eſt domi. pro Pomp. 7. b. Vrbem Azicenorum obſeſſam eſſe ab ipſo rege maxima multitudine, & oppugnatam uehementißimè, quam L. Lucullus ſummis obſidionis periculis liberauit. I. V. 265. b. Qui ſinus quoſdam obſediſſe maritimos dicuntur. & ibid. Aut promontoria tenuiſſe. & I. A. 205. b. Orat. 217. b. Cum is qui audit ab oratore, iam obſeſſus eſt ac tenetur. contra Rul. 81. a. Totam Italiam ſuis præſidijs obſidere & occupare cogitat. pro Fl. 158. a. Cum curia ſpeculatur, atque obſidet noſtra. I. A. 153. a. Dictatura quæ uim iam regiæ poteſtatis obſederat. & 177. a. Cum omnes aditus armati obſiderent. I. C. 102. b. Iacêre humi ad obſidendum ſtuprum. I. V. 67. b. Obſidere tempus alterius. Att. 85. b. Scaptius equitum turmis incluſum in curia ſenatum Salaminæ obſederat. At. 154. a. Nos, quoniam ſuperum mare obſidetur, infero nauigabimus. Att. 240. a. Antonius militibus obſeſſurus eſt ſenatum.

Obſidio, onis. obſeßio. Att. 129. a. Domitium periculo obſidionis liberare cupio. & pro Font. 283. b. Colonia quæ per hunc obſidione liberata eſt. pro Mur. 128. b. Vrbes partim obſidione cepit. I. A. 236. b. Antonius ſolet accipere manicas, nec diutius obſidionis metum ſuſtinere. Epiſt. 63. a. & pro Pom. 7. b. Qui ex obſidione fœneratores exemerit.

Obſignator, oris. Att. 191. a. Obſignatores teſtamentorum. & 264. a. Nobis teſtibus & obſignatoribus. & pro Cl. 57. a.

Obſigno. as. ſigno, conſigno. )( Reſigno. pro Fl. 150. b. Lex tabulas iudicum ſignis obſignari iubet. de Or. 99. a. Cum obſignas tabulas clientis tui, quibus id ſit ſcriptum, quo ille capiatur. de Orat. 131. a. Furacem ſeruum ſolum eſſe, cui domi nihil nec obſignatum ſit, nec occluſum. Att. 262. b. Decretum quod obſignatum eſt ab amplißimis uiris. & 264. a. Decretum quod ego obſignaui cum multis amplißimis uiris. pro Quin. 12. a. Eius rei conditionisq; tabellas obſignauerunt uiri boni complures. I. V. 232. b. Literas obſignandas publico ſigno curaui. & 256. b. Obſignare tabellas ſignis amicorum. & 106. b. Quod tum codicem obſignaſſem. I. V. 100. a. Tabulæ teſtamenti obſignatæ non minus multis ſignis, quàm è lege oporteat. I. Ver. 68. a. Quæ cognoui egomet apud iſtum in ædibus, cum obſignandi cauſa ueniſſem. pro Fl. 154. a. Hæc quæ eſt à nobis prolata laudatio, obſignata erat creta illa Aſiatica, qua utuntur omnes in publicis & priuatis literis. & ibi. Noſtra igitur laudatio conſignata creta eſt. Attic. 122. a. & 64. b. Obſignata iam epiſtola ſuperiore, quam, &c. & 250. b. Signata iam epiſtola, Formiani, &c. Tuſ. 234. b. Agere cum aliquo tabellis obſignatis. de D. 138. a. Quædam matrona uiſa eſt in quiete obſignatam habere naturã, retulit, negauit eam, quoniam obſignata fuiſſet, concipere potuiſſe. at alter prægnantem eſſe dixit, nam inane obſignari nihil ſolere. & Ep. 266. b. Obſignare lagenas inanes. de In. 81. a. Tabulæ obſignantur. Att. 78. b. Obſignaram iam epiſtolam meam, quam te puto perlegiſſe. At. 97. a. Admiratus ſum, ut uidi epiſtolam obſignatam, breuitatem eius. & 100. b. Curij teſtamentum, Ciceronum ſignis obſignatum.

Obſiſto, ſtis. reſiſto, repugno, occurro, interpono. I. V. 222. a. Qui primò cum obſiſtere & defendere conarentur, repulſi ſunt. I. V. 236. a. Obſtitiſti uidelicet, ne ex Italia tranſire in Siciliam poſſent. & pro Fla. 165. a. Græcis, Lydis obſiſtent Rhodij, &c. I. C. 114. b. Conſilijs Catilinæ occurri atq; obſtiti. & 186. a. Niſi Panſa obſtitiſſet. de Fin. 110. a. Qua facilè poſſet repugnari obſiſtiq; fortunæ. & Tuſc. 181. a. Obſiſtere dolori. Att. 2. a. Ambitionem meam putabis obſtitiſſe. de Fin. 96. b. Obſiſtere uiſis, aſſenſusq; ſuſtinere. & Acad. 27. a. Obſiſtere opinionibus, repugnare uiſis. Quin. Fr. 300. a. Obſiſtere ſermoni alicuius. Off. 5. b. Qui autem non defendit, nec obſiſtit iniuriæ, tam eſt in uitio, quàm ſi, &c. Offic. 37. a. Multorum odijs nullæ opes poſſunt obſiſtere. Off. 40. a. Vicia quibus alij facilè non poſſunt obſiſtere. Sen. 92. a. Audacter obſiſtere alicui.

Obſitus, a, um. obſoletus, horridus, ſqualidus. Tuſculan. 158. b. Læti obnubila, obſita tenebris loca. Poetæ.

Obſoleo, les. I. A. 180. b. In homine enim turpißimo obſolebant dignitatis inſignia.

Obſoleſco, ſcis. tenebris uetuſtatis opprimor. Acad. 41. a. Hæc incluſa habebam, & ne obſoleſcerent, renouabam cum licebat, legendo. & de In. 51. a. Res quæ propter uetuſtatem obſoluerunt. & 42. b. Hoc uerò à pleriſque eorum deſertum obſoleuiſſe. pro Seſt. 16. a. Virtus ſplendet per ſeſe ſemper, nec alienis unquam ſordibus obſoleſcit. pro Cæl. 49. a. Chartæ quoque, quæ illam priſtinam ſeueritatem continebant, obſoluerunt. contra Rul. 64. b. Vectigal quod amißis alijs remaneat, intermißis non conquieſcat, in pace niteat, in bello non obſoleſcat. pro Pom. 13. b. Obſoleuit iam iſta oratio, re multo magis quàm uerbis refutata. pro Quin. 10. b. Cuius ſplendor omnis his moribus obſoleuit. de Orat. 55. a. Quæ ſanè nunc obſoleuerunt.

Obſoletius. I. V. 107. a. Obſoletius ueſtitus.

Obſoletus, a, um. inſolens, antiquus, inuſitatus, ſordidus. I. V. 87. a. Hæc nimis antiqua & obſoleta ſunt. & 259 a. & de Or. 156. b. Abiecta & obſoleta uerba fugienda ſunt. & Att. 19. a. Barbara quædam & obſoleta. pro Q. 10. b. Hæc uulgaria & obſoleta ſunt. de Orat. 145. a. Vereor ne paulo obſoletior ſit oratio. Off. 75. b. Cyrenaicis obſoletis floret Epicurus. pro Font. 282. b. Studijs militaribus apud iuuentutem obſoletis. contra Rul. 68. b. Veſtitus obſoletior, corpus incultum & horridum. I. P. 98. b. Atq; inde obſoletus Theſſalonicam ueniſti. & ad Heren. 35. a. Numitor obſoletus.

Obſonium.



Obſonium, nij. uel opſonium. pulmentum: id eſt, quicquid ad panem uinumq; adijcitur in cibum, ut caſeus, carnes, oua, piſces, & id genus alia. Ep. 138. b.

Obſono, as. Tuſ. 247. a. Socratem ferunt, cum uſq; ad ueſperum cõtinentius ambularet, quæſitumq; eſſet ex eo, quare id faceret: reſpondiſſe ſe, quo melius cœnaret, obſonare ambulando famem: id eſt, obſonij loco, ſibi famem comparare.

Obſtinatio, onis. peruicatia, pertinacia, nimia perſeuerantia. de Pro. 77. b. Quæ ego omnia non ingrato animo, ſed obſtinatione quadam ſententiæ repudiaui.

Obſtinatus, a, um. pertinax, pugnax. In V. 79. b. Hũc in iudicando nimium ſui iuris ſententiæq; cognoſco. Offic. 69. b. Qui nimis præfractè aliquid defendit. Off. 6. a. Qui negat aliquid & in eo perſtat. Attic. 6. a. Illius uoluntas obſtinatior. pro Lig. 141. a. Quem de ſuſcepta cauſa propoſitaq; ſententia nulla uis, nullum periculum poſſet depellere.

Obſtippus, a, um. de N. 47. a. Obſtippum caput: id eſt, inflexum in alteram partem. poetæ.

Obſtita, torum. oſtenta quæ obſtant dicta fuiſſe puto. de L. 173. b. Fulgura atq; obſtita pianto.

Obſto, as. obſiſto, officio, impedio. Acad. 6. a. Maxima eſt in ſenſibus ueritas, ſi omnia remouentur, quæ obſtant & impediunt. Or. 201. b. & pro Quint. 7. a. Aut aliquid afferet, quod oppoſitum propabilius ſit quàm illud quod obſtabit. pro S. R. 37. a. Officere & obſtare commodis alicuius. de D. 109. a. Niſi quæ cauſa grauior obſtiterit. Itẽ: Quid autem obſtat, quo minus ſit beatus, ſi non ſit bipes? Item: Obſtiti uidelicet ne, &c. l. obſiſto. pro S. R. 19. b. Cui pecuniæ uita Sex. Roſcij obſtare atque officere uidetur. Mil. 120. b. Miloni facinoris ſuſpicio, non facti crimen obſtat.

Obſtrepo, is. obloquor. de Or. 147. a. Ipſi ſibi in dicendo obſtrepere uidentur. & Ep. 62. a. Quæ res fecit, ut tibi literis obſtrepere non auderem. pro Mar. 132. a. Sed tamẽ eiuſmodi res neſcio quomodo etiam dum leguntur, obſtrepi clamore militum uidentur.

Obſtrictus, a, um. obligatus, deuinctus. pro Cæl. 54. b. Hunc addictum, deditum, obſtrictum uobis habebitis. pro Fl. 159. a. Obſtrictus memoria beneficij ſempiterna. I. P. 85 b. Aliquem fœdere obſtrictum teneri.

Obſtringo, gis. deuincio, obligo. At. 86. a. Cum ſex libris tanquam prædibus meipſum obſtrinxerim. & pro Cl. 57. b. Quæ illum donis muliebribus, & ſpe hæreditatis obſtrinxit. Ep. 172. b. Omneis iam amicos meos ære alieno obſtrinxi. Epiſt. 212. a. Te ita exiſtimare uolo, quibuſcunque rebus Atticum obſtrinxeris, iiſdem me tibi obligatum fore. In V. 227. a. Tanta religione obſtricta tota prouincia eſt, tanta ſuperſtitio mentes Siculorum occupauit, ut, etc. & At. 201. a. Ego me magna uoti religione obſtrictũ puto. de Or. 133. b. Memnius religione ciuitatem obſtrinxit. & In A. 176. a. Obſtrinxiſti populum Rom. religione. In V. 242. b. Me omnium officiorum obſtringi religione arbitror. I. V. 77. b. Qui tot ſcelerib. ſe obſtrinxerit. & 216 a. Qui tanto ſcelere ſe obſtrictum eſſe nõ ſentit. & de Of. 68. b. Qui ſe obſtrinxerit. In A. 237. a. Qui nefario patriæ paricidio ſe obſtrinxerit. pro Syl. 168. a. Si defendes eum, quem obſtrictum eſſe patriæ ſuſpicêre. pro Cæl. 47. a. Si hic obſtrictus uoluptatibus teneretur. pro Dõ. 237. a. Qui tibi erat magis obſtrictus beneficio recenti. pro Plan. 274 b. Maximis beneficij uinculis obſtrictus. )( Liber & ſolutus. pro Cluen. 60. b. Quem uobis in perpetuum obſtringite. de In. 79. a. An legibus obſtrictos in tantis moleſtijs eſſe, æquum eſt.



Obſtructio, onis. intercluſio. pro Seſt. 7. b. Sed hæc obſtructio nec diuturna eſt, nec obducta ita ut curioſis oculis perſpici non poßit.

Obſtructus, a, um. clauſus, ſeptus. Ac. 2. b. Eſt enim omnis cognitio multis obſtructa difficultatibus.

Obſtruo, is. obſepio, obturo, oppilo. de Cl. 166. a. Ad quos omnis nobis aditus, qui penè ſolis patuit, obſtructus eſt. pro Syl. 182. a. Munite communem arcem bonorũ, obſtruite perfugia improborum. pro Dom. 236. a. b. Primò ſe luminibus eius eſſe obſtructurum minabatur. de Cl. 170. b. Sic Catonis luminibus obſtruxit hæc poſteriorum, quaſi exaggerata altius oratio. In A. Sic autem officiens ſignis mõs obſtruet altus. de Fat. 142. a. Zopyrus dixit, Socratem iugula concaua non habere, obſtructas enim eas partes, & obturatas eſſe. Sen. 92. b. Qui iter pœnis uel corporibus ſuis obſtruere uoluerunt.

Obſtupefactus, ta. ſtupefactus. I. C. 107. b. Si Catilina obſtupefactus ac perterritus mea diligentia in exilium abierit. pro Deiot. 150. a. Homines admiratione obſtupefacti. de D. 93. a. Cum ea pars animi ſit immoderato obſtupefacta potu atq; paſtu.

Obſtupeſco, ſcis. ſtupeo, ſtupeſco. de D. 119. a. Eius aſpectu cum obſtupuiſſet Bubulcus, clamorem maiorem cũ admiratione edidit. At. 82. a. Ob hæc beneficia, quibus illi obſtupeſcunt, nullos honores mihi decerni ſino. I. C. 113. b. Sic enim obſtupuerant, ſic terram intuebantur, ut, &c. de D. 122. a. & Ep. 112. b. Quidnam torpentes ſubitò obſtupuiſtis Achiui? pro Mar. 135. b. Obſtupeſcent poſteri imperia & prouincias tuas.

Obſum, es. fraudi ſum. de Or. 95. a. Pudor qui non modò non obeſſet eius orationi, ſed etiam probitatis commẽdatione prodeſſet. ad Her. 31. b. Quid illis adiumento futurum eſſet, aut offuturum nobis.

Obſurdeſco, ſcis. ſenſum audiendi amitto. de Sõ. 129. a Hoc ſonitu completæ aures obſurduerunt. & de Am. 112. b. Obſurdeſcimus tamen, nec ea quæ monemur, audimus.

Obtego, gis. contego, obduco. pro Seſt. 20. a. Frater meus in comitio iacuit, ſeq; ſeruorum libertorumq; corporibus obtexit. & In Vat. 31. a. Vt adoleſcentiæ turpitudo obſcuritate ac ſordibus tuis obtegatur. pro Cæl. 46. b. Quæ uicia multis poſtea uirtutibus obtecta adoleſcentiæ excuſatione defendi poſſunt. de Leg. 181. a. Quemadmodum os reiectum terræ obtegatur. At. 16. a. Fingere, dißimulare, & obtegere.

Obtemperatio, onis. obedientia. de L. 164. b. Iuſtitia eſt obtemperatio legibus, &c.

Obtempero, as. obedio, pareo. pro Q. 1. b. Si id eſt defendere, cupiditati alterius obtẽperare, quo is facilius innocentes poßit opprimere. pro Cec. 295. a. Si ſerui ad uerba nobis obediant, non ad id quod ex uerbis intelligi poteſt, obtemperent. Ep. 21. b. Te audi, tibi obtẽpera. & Tuſ. 177 a. Obtemperat ipſi ſibi. At. 43. b. Sed tamen quod me uos ſperare uultis, uobis obtemperabo.

Obtendo, dis. obduco. Q. Fr. 292. b. Vniuſcuiuſq; natura tegitur, & quaſi uelis quibuſdam obtenditur.

Obtento, as. tento. At. 145. a. Spes quædam me obtentabat, fore, &c.

Obtero, ris. contundo. de Or. 141. a. Quos cum humare uellent, non potuerunt obtritos internoſcere. Antequam. 195. a. Qui nouam rationẽ ſuſcitant, ueteres maiorum obterũt laudes. de D. 86. a. Aperteq; artem obterere



extiſpi-

extiſpicum. Ep. 65. b. Proſternere & obterere obtrectationes maleuolorum. In V. 235. b. Laudem imperatoriam criminibus auaritiæ obteri. pro Cæc. 288. b. Ita calumniā obtriuit ac contudit.

Obteſtatio, onis. imploratio, obſecratio, deprecatio. Ep. 120. b. Mei officij eſt me, meminiſſe, qua obteſtatione decedens mihi ne paterer fieri, mandaris. pro Dom. 238. a. Sanctiones ſacrandæ ſunt aut genere ipſo, aut oſtentatione & conſecratione legis, aut pœna, cum, &c. pro D. 238 a. Quid ergo tua obteſtatio tibicinis uoluit? pro Cl. 24. b. Mulier obteſtatione uiri domo exire non debuit.

Obteſtor, aris. teſtor, appello, imploro. In V. 274. b. Deos omnes imploro atq; obteſtor. & pro Mur. 144. b. Veſtram fidem obteſtor, miſericordiam imploro. pro Fl. 146. b. Quem enim alium appellem? quem obteſter? quem implorem? pro Plan. 281. a. Mecum uos ſimul miſerrimus obteſtatur parens, & pro uno filio duo patres deprecamur: nolite iudices per uos, per fortunas ueſtras, per liberos inimicis meis dare lætitiam. pro Mil. 119. b. Oro obteſtorq; uos, ut miſericordiam huic tribuatis. Antequā. 193. a. Iure igitur uos obteſtor, quos mihi & debere, & poſſe intelligo opitulari. At. 280. b. Oro atq; obſecro te mi Cicero, neceſſitudinem noſtram, tuamq; in me beneuolentiam obteſtans, obliuiſcaris. &c. & Ep. 40. a. Obteſtans omnes deos, &c. pro Flac. 165. b. Cum ego te Flacce cœlum noctemq; conteſtans flens flentem obteſtabar, cum tuæ fidei ſpectatiſſimæ ſalutem ciuium commendabam. pro Quint. 17. a. Te obſecro obteſtorq; per ſenectutem ac ſolitudinē meam, nihil aliud niſi ut, &c. At. 170. b. & pro Seſt. 28. b. Idq; ut facias te obteſtor, atq; obſecro. & pro Syl. 184. b. Id ſibi ne eripiatis uos obteſtatur. pro Seſt. 12. b. De quo te te patria obteſtor, me fugiſſe, &c. pro Cæl. 54. a. Quare obteſtor oroq; uos iudices, ut, etc. Antequam. 197. a. Nūc ego uos obteſtor, ut uelitis, &c. & 204. a. Si uobis parum cumulatè gratias egero, quæſo obteſtorq; uos, ne, &c. At. 51. a. Oro obteſtorq; te ut Quin. Fratrem ames. pro Mil. 218. a. Vos enim Albani tumuli atque luci, uos inquam, imploro & obteſtor, ueſtræ tum aræ ueſtræ religiones uiguerunt.

Obtineo, es. teneo, adipiſcor, uinco. pro Q. 5. b. Nemo adhuc præter te fuit, ubi noſtrum ius contra illos obtineremus. & In V. 89. a. & pro Cec. 291. a. Tenere ius ſuum. In V. 265. b. Verres totam inſulam obtinebat, Cyclops Aetnā ſolam tenuiſſe dicitur. Att. 117. a. Pompeius malas cauſas ſemper obtinuit, in optima concidit. & pro Quin. R. 46. b. Totam litem aut obtinere, aut amittere. Or. 203. a. & I. V. 112. b. Hoc ad obtinendas cauſas ualet plurimum. pro Q. 13. b. Hoc cogitent, ita ſe graues eſſe, ut ſi ueritatem uolent retinere, grauitatem poſſint obtinere. & ibi. Non ad obtinendum mendacium, ſed ad uerum probandum autoritas adiuuat. Q. Fr. 297. a. Neceſſitudinem, quæ eſt nobis cum publicanis, obtinere & conſeruare poſſumus. pro Syl. 170. a. Quorum alter apud me parentis grauitatem, alter filij ſuauitatem obtinebat. pro Dom. 230. b. Calamitas mihi maledicti locum aut criminis obtinebit? I. A. 169 b. Suam quiſq; domum tum obtinebat. In Sal. 275. a. Salluſtio Africam interiorem obtinēte. Ep. 12. b. Obtinere prouinciam cum imperio. de Or. 88. b. Academiam Carneades & Clitomachus obtinebant. pro Q. 1. b. Q. Hortēſius, qui hoc iudicio partes accuſatoris obtinet. de Or. 164. a. Ad actionis uſus maximam ſine dubio partem uox obtinet. de N. 35. b. Sol qui aſtrorum obtinet principatum. Ep. 58. a. Obtinere priſtinam dignitatem ſuam. Ep. 57. a. Obtinemus ipſius Cæſaris ſummam erga nos humanitatem. Ep. 52. b. Nihil tibi deeſſe arbitror ad tuas fortunas obtinendas. & 9. b. Omnia, quæ uoles, tu obtinebis. Ep. 5. a. À nobis agentur omnia, ut neq; ſi quid obtineri poterit, non contendamus, neq; ſi non obtinuerimus, etc. pro Cor. 67. b. Quæ uolebamus & contendimus, obtenta non ſunt. Of. 69. a. Regnum quod à Tantalo proditum iure obtinebatur. At. 156. b. Hi ſunt qui niſi me ciuitate expuliſſent, obtinere ſe non poſſe putarunt licentiam cupiditatum ſuarū. Q. Fr. 318. a. Nunc hoc uel honeſtatem teſtudinis, uel ualde bonum æſtiuum locum obtinebit. Offic. 41. b. Filij eius mortui numerum obtinent iure cæſorum. In An. 174. a. Quem locum apud Cæſarem obtinuiſti? quo numero fuiſti? pro Lig. 139. a. Hæc tanta lenitas, quantam tu per te, per te, inquam, obtines.

Obtingo, gis. obuenio. In Vat. 31. a. Cum tibi aquaria prouincia ſorte obtigiſſet. Off. 5. a. Quod cuiq; obtigit, id quiſq; teneat. At. 20. a. Quam mihi obtigiſſe dicis σωάρταρ, nunquam deſeram. Ep. 29. b. Cum optatiſſimum nūcium accepiſſem, te mihi quæſtorem obtigiſſe. In C. 118. b. Deinde ſi quid obtigerit, æquo animo paratoq; moriar. de D. 101. b. Cum ei obtigiſſet ut bellum gereret cum rege Perſe. & 116. a. Talia cuiq; exta eſſe, qualis cuiq; obtigerit hoſtia.

Obtorpeſco, ſcis. uel obtorpeo. torpeo, obſtupeſco. pro Dom. 240. b. Miror ei non & linguam obmutuiſſe, & manum obtorpuiſſe. & Tuſc. 205. a. Sed iam ſubiectus miſerijs obtorpui.

Obtortus, a, um. In V. 204. b. Quem obtorta gula in carcerem abripi iuſſit. & pro Cl. 29. b. Aliquem obtorto collo ad ſubſellia reducere.

Obtrectatio, onis. calumnia reprehēſio, uituperatio. de Clar. 178. b. Obtrectatio inuidiæ, quæ ſolet lacerare pleroſq;. pro Fon. 279. b. Aliqui & ciuilibus ſtudijs atq; obtrectatione domeſtica inimici. Tuſc. 212. b. Obtrectatio autem eſt ea, quam intelligi zelotypiam uolo, ægritudo ex eo, quòd alter quoq; potiatur eo, quod ille ipſe concupierit. Epiſt. 154. a. Hæc res habet obtrectationem. & Epiſt. 7. b. Maleuolentiſſimæ obtrectationes. de In. 45. b. Inuidia & obtrectatione impediri. Quint. Frat. 298. b. Poſterorum erit uerius iudicium obtrectatione & maleuolentia liberatum.

Obtrectator, oris. inuidus, maledicus, iniquus, calumniator. pro Plan. 271. a. Nonnulli noſtri iniqui, multi communes obtrectatores, atq; omnium inuidi multa finxerunt. Epiſt. 4. a. À tuis inuidis & obtrectatoribus nomen inductum fictæ religionis. & 165. b. Verebar ne obtrectatores mei, &c. & pro Font. 279. b. Cum ſtudiorum ſuorū obtrectatorem ſuſtuliſſent. pro Flac. 160. b. In tam ſuſpicioſa & maledica ciuitate locum ſermoni obtrectatorum non reliquit. & de Ar. 255. b. Obtrectatores eorum atque aduerſarij. Quin. Fr. 305. b. Quid ſperem potentiſſimo inimico, dominatione obtrectatorum, infidelibus amicis, pluribus inuidis?

Obtrecto, as. aduerſor, maledico, uitupero, calumnior. Tuſ. 221. b. Obtrectare uero, aut illa uicioſa æmulatione quæ riualitati ſimilis eſt æmulari, quid habet utilitatis? cū ſit æmulantis angi alieno bono, quod ipſe non habeat: obtrectantis autem angi bono alieno, quod id etiam alius habeat. Item: Non tam id laboro, ut ſi qui mihi obtrectent, à te refutentur, quàm intelligi cupio, me à te amari. In An. 225. a. Hanc tibi conſuetudinem pleriſq; in rebus bonis obtrectandi, ſi quis detraxerit, qui tibi uelit obtrectare non relinquetur. & Ac. 5. a. Arceſilas Zenoni obtrectans. pro Pom. 8. a. Qui huic obtrectant legi atq; cauſæ. Att. 52. a. Si obtrectabitur, utar autoritate ſenatus. Tuſc. 218. b. Ipſum illud æmulari & obtrectare non eſſe inutile, cum aut ſe nō idem uideat conſecutum quod alium, aut alium idem quod ſe. pro Pom. 14. b. Quo mihi etiam indignius uidetur obtrectatum eſſe adhuc.

Obtrudo, dis. detrudo, deturbo. In V. 218. b. Qui non modo obtruſit aliqua ex parte monimenta Scipionis, ſed funditus ſuſtulit & deleuit.

Obtruſus, ſa. l. Obruſus. de Clar. 188. b. Adhibenda eſt quàm obtruſa ratio, quæ mutari non poteſt.

Obtrunco, as. occido. de N. 73. a. Puerum interea obtruncat, membra articulatim diuidit.

Obtundo, dis. retundo, perſtringo, onero. Tuſc. 165. a. Multa enim è corpore exiſtunt, quæ acuant mentem, multaq; quæ obtundant. Att. 118. a. Ego ſi ſomnum poſſem capere tam longis te epiſtolis non obtunderem. de Orat. 151. b. Ingenia obtundi nolui, corroborari impudentiam. In Ver. 225. b. Non obtūdam diutius aures ueſtras. & 183. a. Obtuderunt eius aures, te ſocium prætoris fuiſſe. Tuſc. 198. a. Nihil eſt enim quod tam obtundat eleuetq; ægritudinem. Epiſt. 70. b. Cupio non obtundere te, ſi non delectare noſtro ſtudio. Or. 135. a. Cum patronus uocem in dicendo obtudiſſet.

Obturbo, as. perturbo. Att. 190. a. Me literæ non leniunt, ſed obturbant. & 191. a. Philippus obturbauit mihi ſolitudinem.

Obturatus, ta. obſtructus, interclusus, oppilatus. de Fat. 142. a. l. Iugulum.

Obtuſus, a, um. retuſus. Antequam. 194. b. Aequi auditores adhibebuntur, aures nō obtuſæ criminatione, ſed uacuæ præbebuntur. & ad Her. 19. a. Si aures auditorum obtuſæ uidebuntur. de Sen. 94. b. Animus is qui plus cernat, & longius.) (.Ille cuius obtuſior ſit acies.

Obtutus, tus. aſpectus. de D. 133. b. Quodam obtutu oculorum duo lucernæ lumina pro uno uideri. de N. 61. b. Cum idem obtutus eſſet amborum oculorum. de Or. 144. a. Qui uultum eius obtutumq; oculorum in cogitādo probè noſſet. de Vn. 199. b. Animus oculorum effugit obtutū. & Off. 29. b. Oculorum obtutus. & pro Pl. 263. a. Oculorum coniectus. de N. 47. a. Figere obtutū aliquò. At. 242. b. Fortibus oculis ſpectare aliquem. de N. 47. a. Obtutum in cauda maioris figere dicas.

Obuallatus, ta. munitus, circumuallatus. contra Rul. 66. b. Quem locum nobilitas firmatum & omni ratione obuallatum tenet.

Obuenio, nis. obtingo. In Ver. 112. a. Verri ſorte prouincia obuenit. & 112. b. Quod hæreditas ei obueniſſet. & ad Her. 31. b. Sin aliqua neceſſitas huius muneris alicui reipub. obuenerit, danda erit opera, ut, &c. Offic. 48. b. Id igitur obuenit uicium, quod tu futurum eſſe præuideras. In A. 188. a. In ſortione prouinciarum, quæ cuiq; apta erat, ea cuiq; obuenit.

Obuerſatio, onis. obambulatio. pro Muren. 135. b. Etenim obuerſationes, teſtificationes, &c. animaduertebant, &c.

Obuerſor, aris. uerſor. pro Seſt. 4. a. Sed mihi obuerſatur ante oculos reipub. dignitas. & pro Dom. 242. b. Reſpub. obuerſabatur ante oculos exterminatoris ſui. Tuſc. 186. a. Obuerſentur ſpecies honeſtæ animo. Acad. 35. a. Nónne ipſa ueritas, & grauis, & recta ratio mihi obuerſetur?

Obuerto, tis. conuerto. In Arat. Obuertunt nauem magno cum pondere nautæ. Tuſcul. 119. a. Quem ſpectabant, cuius ob os Graij ora obuertebant ſua. Idem 9. fam. Epiſt. ultima.

Obuiam procedo, egredior: id eſt, occurro. In A. 175. b. Cæſari ex Hiſpania redeūti obuiam longiſſimè proceſſiſti. In V. 122. a. Epicrates longè mihi obuiam cum ſuis omnibus proceſſit. pro Mur. 140. a. Multi obuiam prodierūt de prouincia decedenti. & ibi. Deinde ipſe accuſator cum bene magna caterua obuiam uenit. et Ep. 27. a. Cum in Cumanum mihi obuiam ueniſti. pro Mur. 140. a. Si mercede conducti obuiam candidatis iſſent. In A. 171. b. & Ep. 35. b. Ex oppido prodire obuiam alicui. pro Seſt. 18. b. Huic ad urbem uenieti tota obuiam ciuitas proceſſerat. At. 187 & 42. a. Tironem Dolobellæ obuiam miſi. Ep. 35. b. Illi obuiam miſimus Athenas. pro Pl. 279. b. Cum ipſa penè inſula mihi ſeſe obuiam ferre uellet. In P. 90. b. Cum mihi ipſa Roma propè conuulſa ſedibus ſuis ad complectendum cōſeruatorem ſuum procedere uiſa eſt. Att. 180. a. De obuiā itione ita faciam, ut ſuades. Ep. 236. a. Properare obuiam alicui. At. 21. a. Prodire obuiam alicui. Obuiam pro contra. At. 65. b. Huic obuiam Cato & Seruilius præit apertè: id eſt, contra hunc, &t. Antequam. 194. a. Malorū conatibus obuiam ire. Att.* Obuiam mihi fit tabellarius qui me offendit. pro Mil. 106. b. Obuiam fit ei Clodius expeditus in equo.

Obuius, a, um. occurrens. pro Mil. 110. b. Quippe ſi ille ei obuius futurus non erat. pro Cec. 299. b. Sin autem ingredienti cum armata multitudine obuius fuerit, &c. pro Cor. 65. b. Nam & Mamertinos & quoſdam Vticenſes ciuitate donauit. At. 94. b. Tu autem fac ut tuæ literæ mihi uolent obuiæ.

Obuoluo, uis. obnubo, obduco. Or. 203. b. Pictor ille uidit, obuoluendum caput Agamemnonis eſſe, quoniā ſummum illum luctum penicillo non poſſet imitari. In Ver. 250. a. Alij capitibus obuolutis è carcere ad palum rapiebantur. de In. 81. a. Os autem obuolutum eſt folliculo & præligatum.

Obuolutus, a, um. inuolutus. de D. 94. b. Fax obuoluta ſanguine. & ad Heren. 4. b. Obuolutus & obligatus corio.

Occæco, as. obcæco, cæco. de Or. 157. a. Noctis & nimbum occæcat nigror. & de D. 85. b. & de Fin. 55. b. Occæcati cupiditate non prouident.

Occalleſco, ſcis. percalleſco, obdureſco. At. 33. b. Sed iā prorſus callui.

Occaſio, onis. locus, tēpus, opportunitas, facultas, anſa, campus, cauſa, diuerticulum, tempeſtas, tempus oblatū. I. V. 83. a. Simul ac primū ei occaſio uiſa eſt, prouinciā deſeruit. & Ep. 198. a. Ego tamen ut primum occaſio data eſt, feci, &c. de Cl. 191. a. Qui occaſione aliqua etiam inuitis ſuis ciuibus adeptus eſt imperium. I. V. 121. a. Iſte amplam occaſionem nactus, &c. de In. 51. a. Occaſio eſt pars temporis, habēs in ſe alicuius rei idoneam faciendi aut nō faciendi oportunitatem. &, In occaſione ad ſpacium temporis faciendi quædā opportunitas intelligitur adiuncta. Offic. 29. a. Tempus autem actionis opportunum Græcè εὐκαιρία, Latinè appellatur occaſio. cōtra Rul. 66. b. Qui aliqua occaſione conſules facti ſunt. &, Veſter honos ad alienæ petitionis occaſionem interceptus. At. 275. b. Antonius ab alio relictum regni inſtrumentum occaſionem regnandi habuit. & Pom. 4. b. Occaſionem ſibi ad Aſiam occupandā oblatam eſſe putant. Ep. 145. b. Hæ gentes ma la noſtra

la noſtra ſuam putant occaſionem. Ep.147.b. Habere occaſionem ad agendum aliquid. de Leg.156.b. Teneo quam optabam occaſionem, neq; remittam. & Q. de Pet. 209. a. Hoc tempus tibi oblatum noli prætermittere. de Arch. 256.b. Captare occaſionem. In A.166.a. Alijs conſilium, alijs animus, alijs occaſio defuit. I.A.212. b. Qui familiarē iugularat, quid hic occaſione data faciet inimico? ad Her. 37.a. Occaſio commoda, idonea. Att. 114.b. Illum ne data quidem occaſione repulimus. pro Cec.287.b. Amittere occaſionem. & Att.242.b. Amiſſa occaſio. pro Mil.106.b. Obire locum & tempus facinoris. pro Syl. 167.a. Facilè patior oblatum mihi tempus, in quo, &c. & I. A.189.b. Non tempore oblato utemini? & ibi. Nullum erit tempus hoc amiſſo. At.263.b. Facilè patior datū tempus, in quo, &c. & Par.242.a. Diuerticula peccatis dare. Gaudeo mihi cauſam oblatam, etc. &, Arripere cauſam ad agendum aliquid. l. Oblatus. pro Mil.192.a. Nunc locus uobis datus eſt, ubi poßitis, &c. pro Cl.33.b. L. Quintius oblatam ſibi facultatem putauit, ut poſſet, &c. pro Lig. 141. a. Qui uos tantæ laudis occaſione priuauerit. pro Mil.109.a.b. Quæ tum non modò occaſio, ſed etiam cauſa illius opprimendi fuit? pro Mil.109.a. Quem ſi interficere uoluiſſet, quātæ quoties occaſiones, quàm præclaræ fuerūt. At.78. a. Si fuerit occaſio, manu: ſin minus, locis nos defendemus. At.279.b. Antiſtius ſe acerrimum propugnatorem communis libertatis præſtitiſſet, ſi occaſioni potuiſſet occurrere. pro Flac.152.b. Caſus eſt enim in capiendo, locus, euentus, occaſio. In A.182. b. Certatim poſthac mihi crede ad hoc opus curretur, nec occaſionis tarditas expectabitur. In A. 190.a. Hanc igitur occaſionem oblatam tenete per deos immortales.

Occaſus, ſus. obitus, interitus, obliteſco.)(. Ortus, exortus. de N.35.b. Sol ab ortu ad occaſum commeans. & ad Her.23.a. Occaſus ſolis.)(. Exortus. & de In.54.a. Obitus ſignorum.)(. Ortus. In P.86.b. Qui dies poſt obitum occāſumq; noſtrum reip. primus illuxit. In C.115. a. Totius urbis atq; imperij occaſus appropinquat. pro Syl.173. a. Cū ad occaſum interitumq; reip. Catilina in caſtris dux eſſet conſtitutus. In P.83.a. Senatus reip. occaſum atque interitum luget.

Occatio, onis. agricolarum uerbum fuit, cum iacto ſemine crate ſolum æquabant, ſeminaq; occultabant. de Sē. 87.b. Terra ſemen occatum cohibet, ex quo occatio, quæ id efficit, nominata eſt.

Occatus, ta, tum. id eſt, crate occultatus, & depreſſus.

Occidens, tis. occaſus, obiens. de N. 49.a. Qui terras ab oriēte ad occidentem colunt. de Som.129.b. In orientis aut obeuntis ſolis partibus.

Occidio, onis. l. Occiſio.

Occido, dis. cado, morior, condor. de N.30. b. Refrigerato autem & extincto calore occidimus ipſi, & extinguimur. pro Cæl.54.b. Nolite hunc natura ipſa occidentem uelle maturius extingui uulnere ueſtro, quàm ſuo fato. Tuſcul. 172.a. Cum ſuis ſe laudibus uita occidens conſolari poteſt. de Diuin. 91.b. Eudemus prælians ad Syracuſas occidit. de D.116.a. Ex nihilo oriri.)(. In nihilum occidere. pro Mil.121.a. Vt beneficia quæ in me contuliſtis in huius exitio occaſura eſſe iubeatis. de Dom.85. b. Propè iam occidente ſole. In Ver. 94.b. Occiſus: id eſt, mortuus. Acad.30.a. Hic ornatus nunquam dilapſus occidet. Epiſt. 45.b. Aliquid opis occidenti reip. tuliſſemus. Tuſc.172.a. Vita occidens. Quin.Fr.305. b. Sin planè occidimus (me miſerum) ego omnibus meis exitiò fuero, quibus antè dedecori non eram.

Occîdo, dis. interficio, interimo, cædo, neco, macto, iugulo, trucido, perimo, uitam eripio, de medio tollo, luce communi priuo, uitam aufero, necem affero, mortem affero, cædem facio, uita priuo, morte mulcto, morte afficio, mortem conſciſco, uitam adimo, uitam mihi exhaurio, alicuius cædem efficio, interitum affero, alicuius rei interitum atq; obitum conficio, uita expello, occiſione occido, conficio, opprimo, uitam patris uiolare, ui interire.)(. Morbo extingui, mortem hoſtibus obtuli, qui mortem obtulerit parenti, mortem oblatam eſſe patri à filio, cædem & occiſionem facere. pro S.R.35.a. Nullus modus eſt hominis occidendi, quo ille non aliquot occiderit. pro S.R. 21.a. Occiditur ad balneas Palatinas rediens à cœna Roſcius. de Fin.78.b. L. Virginius Virginiam filiam manu ſua occidit. pro Dom.232.a. Rempub. condere meo diſceſſu, quàm omnium interitu occidere malui. pro Mil. 103. b. Cædem, qua P. Clodius occiſus eſt contra rempub. eſſe factam. In A. 265. a. Cum Panſa hoſtium copias occiſione occiderit.

Occiſio, onis. cædes. pro Cec. 293.a. Tu uim negabis eſſe factam, ſi cædes & occiſio facta non erit? & I.C.112.b & ad Her.35.a. Cum cædem infinitam ciuium feciſſent. In A.265.a. Cum Panſa hoſtium copias occiſione occiderit. Ep.244.b. Cognoui magnum equitatum eorum à cohorte prætoria occiſum. aliter, occidione.

Occiſus, a, um. cæſus, occiſione occiſus. I.C.102.b. Vigilare ad inſidiandum bonis occiſorum. & Ep.244.b. Occiſione occiſus.

Occludo, dis. claudo. de Or.131.b. Furax ſeruus, cui nihil domi eſt nec obſignatum, nec occluſum. Ac.36.b. Occludi tabernas iubes. In C.122.a. Quæſtus occluſis tabernis minui ſolet.

Occo, as. l. Occatio.

Occulo, lis. occulto. Attic.76.a. Appij uulnera non refrico, ſed apparent, nec occuli poſſunt. Tuſc.182.b. Mulieres in urbibus mollißimo cultu parietum umbris occuluntur. de Orat.124.b. Puncta argumentorum plerunq; occulere.

Occultatio, nis. Attic. 149.b. Sed ibi occultatio nulla eſt. de N.51.

Occultator, oris. pro Mil.111.a. Ille latronum occultator & receptor locus.

Occultè. abditè, ex occulto, ex inſidijs, circuitione.)(. Rectà, apertè. contra Rul.61.a. Quæ res apertè petebatur, ea nunc occultè cuniculis oppugnatur. & 74.a. Occultè latêre, reconditum eſſe. de Nat.16.a. Nec conſultò dicis occultè, ut Heraclitus. In Ver.145.a. Conditum eſſe, & abditè latêre. In C.111.a. Occultè peruenire aliquò. pro Clu.27.a. Cum multi boni uiri ex occulto interueniſſent. Att.149.b.

Occulto, as. tego, obtego, contego, ſupprimo, inuoluo, tenebris obſcuro, ab oculis remoueo, dißimulo, obſcurè fero, obſcuritate & ſordibus obtego. Off.25.b. Quæ natura occultauit, eadem omnes ab oculis remouent. & I.V. 92.b. Cauſam huius tanti terroris occultas. de N.36.a. Stellæ quæ tum occultantur, tum rurſus aperiuntur. pro Seſt. 14.a. Occultari, deliteſcere.)(. Emergere, aperiri. l. Aperio. Item: Marius ſenile corpus paludibus occultauit demerſum. Poſt.207. b. Frontis tibi integumento ad occultanda tanta uitia diutius uti non licebit. pro S.R. 32.a. Tenuitas huius eo magis elucet, quo magis occultatur. Acad. 39.a. Intemperantis eſt ſcribere, quod occultari uelis. & 81.a. Intus ueritas occultatur. At. 124.a. Occultare: id eſt, occultum manere. et 146.b. Iuuentus eſt uix in hortis ſuis occultans. de Or.99.a. Quoniam ſententiæ atq; opinionis meæ uoluiſtis eſſe participes, nihil occultabo. pro Pō. 5.a. Mithridates ita regnat, ut ſe neq; Cappadociæ latebris occultare uelit. Off.21.b. Sed ſi quis eſt paulo erectior, quamuis uoluptate capiatur, occultet, & dißimulet appetitum uoluptatis propter uerecundiam.



Occultus, a, um. latens, abditus, abſconditus, reconditus, à natura inuolutus, abſtruſus, tectus, obſcurus, tacitus, penetralis, clandeſtinus, furtiuus. pro S.R.35.b. Paulo occultior atq; tectior ueſtra iſta cupiditas eſſet. Ep.178. a. Si quid erit occultius, & ut ſcribis, reconditum. Acad.41. b. Res occultæ & ab ipſa natura inuolutæ. & de Fin.55. a. Occulta quædam & quaſi inuoluta aperiri.)(. Prompta & aperta indicari. de Fin.139.a. Res occultas & latentes indagare. In V.84.a. Occultum, inteſtinum, & domeſticum malum. de N.11.b. Res occultæ & penitus abditæ. pro Cæl.49.b. Serui quibus occulta credantur. pro Cl. 27.a. Cum multi boni uiri ex occulto interueniſſent. et 34 a. Qui tum propè in occulto ſtetiſſent. pro Rab.95.a. Incluſum atq; abditum latêre in occulto. Or.220. a. Veritas in occulto latet.

Occumbo, bis. obeo, oppeto. Tuſc.170.b. Vt eſſet qui pro patria mortem non dubitaret occumbere.

Occupatio, onis. obſeßio. At.37.b. Ex eo colligere poteſ, quanta occupatione diſtinear. & 17.b. Summæ atq; incredibiles occupationes meæ. de N.12.a. Deus nullis occupationibus eſt implicatus. Ep.161.a. Ipſe erā maximis occupationibus impeditus. Ep.95. b. Propter moleſtißimas occupationes meas, quibus ſi me relaxaro (nā ut planè exoluam non poſtulo) docebo, &c. Ep.201.a. Nam antea diſtinebar maximis occupationibus. & Or.200.a. In maximis occupationibus nūquam intermittis ſtudia doctrinæ. Att.49.a. Expedire ſe ab omni occupatione. de Or.55.a. Occupatio ambitionis. et 86.b. In tanta occupatione urbis ac uitæ. & 107.a. Multo minus ad iuris ciuilis perdiſcēdi occupationem deſcendendum eſt. Ac.2.a. Bellum in quo magna rei militaris occupatio eſſe ſolet. At.262.a. Cū ſorore ages attentius, ſi occupatione iſta relaxaris. de Clar. 194.a. À negocijs nullus dies mihi uacuus eſt. de Cl.190. a. Nullum tempus illi unquā uacat, aut à forenſi dictione, aut à ſcribendo. pro Dom.213.b. Obſeßio templorum, occupatio fori, oppreßio curiæ. At.8.b. Ita diſtinebar ut uix huic tantulæ epiſtolæ tempus habuerim, atq; id ereptum ſummis occupationibus.

Occupatio. in ornamentis rhetoricis. ad Her.32.b. Occupatio eſt, cū dicimus nos præterire, aut nō ſcire, aut nolle dicere id quod tum maximè dicimus, &c.

Occupatio. aliud ornamenti genus, πρόληψις græcè dicitur, cum quod obijci nobis poteſt, antè occupamus ipſi, idq; diluimus. de Or.162.a. Antè occupatio. Or.209.b. Vt antè occupet, quod putat opponi.

Occupatus, a, um. diſtentus, diſtrictus, impeditus, implicatus, aliquo maiore negocio detineri. de N.79.a. Videtis ergo diuinam prouidentiam non eſſe tam occupatam quàm putatis, ſed fac eſſe diſtentam, cœlū uerſantem, terram tuentem, maria moderātem. pro Cæl.47.a. Amores nunquam hunc occupatum impeditumq; tenuerunt. Ep. 201.a. Quamuis occupatus ſis, ocij tamen plus habes. & pro Mur.144.b. Occupatus in faciendo aliquid. Ep.114. a. Comitiorum dies occupatiorem me habebant. pro Plan. 273.a. Et quid dicā de occupatis meis temporibus? cui fuerit negocium quidem nunquam ocioſum. de Or.105.b. Suſpenſo animo & occupato, Craſſum tibi reſpondiſſe uideo. & de In.49.a. Habere animum occupatum in aliqua re. pro Fō.283.b. Quæ pro uobis tot annos in dijs immortalibus placandis occupata eſt. pro S.R.33.b. Dum in alijs rebus erat occupatus, qui ſummam rerum adminiſtrabat. pro Mur.130.b. Homo uehementer occupatus. At.159.a. Sum occupatus. de Q. Fratre: id eſt, Q. Fratre mihi exhibente negocium de L.157.b. Nec occupata opera, nec impedito animo res tanta ſuſcipi poteſt. At.276.a. In Dolobella opprimendo occupati eſſe debemus. de L.157.a. Nullum mihi tribuitur uacuum tempus & liberum. Q. Frat. 317.a. Nunquam à cauſis & iudicijs diſtrictior fui. & ibi. Ne paulum ocij habeo. Q.Fr.325.b. Incredibile eſt mi frater, quàm egeam tempore. & 327.a. Et ſi diſtentus cū opere, tum animo ſum multo magis. pro Syl. 172. a. Mihi ne ad ea quidem, quæ pro ſalute omnium geßi, recordanda & cogitanda quicquam relinquitur temporis. pro S.R. 22.a. Tot tantisq; negocijs aliquem diſtrictum eſſe, ut reſpirare liberè non poßit. Ac.41.a. Dum me reip. non ſolum cura, ſed quædam etiam procuratio multis officijs implicatum & conſtrictum tenebat.

Occupo, as. obſideo, teneo, uſurpo, poßideo, præſidijs intercluſum teneo, præſidijs deuincio. contra Rul. 81.a. Rullus totam Italiam ſuis præſidijs obſidere & occupare cogitat. Att.131.a. Cæſar magnam Italiæ partem occupauit. de Cl.192.a. Locus in ſubſellijs occupetur, compleatur tribunal. I.A.197.b. Qui regibus exactis regnum occupare uoluerunt. & Off.70.a. Occupare tyrannidem. & ad Br.285.a. Alterius locum occupare. pro Mur.126.b. Maledicto nihil in hiſce rebus loci eſt, quòd omnia laus occupauit. de Or.100.b. Si hoc alius quiſpiam me impedito occuparit. Or.209.b. Vt antè occupet quod putat opponi. pro Fon.278.a. Magnitudine rei occupare animos eorū qui audiunt. pro Q.Fr.297.b. Antè occupetur animus ab iracundia, quàm prouidere ratio potuit ne occuparetur. I.V.227.a. Tanta ſuperſtitio mentes Siculorum occupauit, ut, &c. Or.205.a. Ne odij locum riſus occupet. de Or. 97.b. Verba cuiuſq; rei propria & ornatißima atq; optima occupaſſe Ennium. pro Fl.157.a. & 158.b. Pecuniam grandi fœnore adoleſcentulo occupauiſti: id eſt, ut ego opinor, commodauiſti. Off.12.a. Qui in patria funditus delenda occupati ſunt & fuerunt. Tuſ.233.b. Occupaui inquit te fortuna, atq; cepi, omneſq; aditus tuos intercluſi ut ad me aſpirare non poſſes.

Occurro, ris. obuius ſum, obuiam procedo, reſpōdeo, obſiſto, obijcior, in mentem uenio. Att.276.b. Scripſi ad eum ut mihi Heracleam occurreret. et pro Mil.111. a. Cur non antè occurrit, ne in uilla reſideret? & I.A.154.b. Non quo me ad tempus occurſurum putarem, ſed, etc. At. 124. a. Occurrens ad Lentulum. de D. 93.b. Tum ei uiſa quietis occurrent tranquilla atq; ueracia. & ibi. Tū ei uiſa obijciuntur à ratione uacua. de Or.120.b. Loci certi, qui ad cauſam explicandā ſtatim occurrant. de Or.97.a. Omnes loci artis inquirentibus nobis, omniq; acie ingenij contemplantibus oſtendunt ſe & occurrunt. & 122.a. Nihil te effugiet, atq; omne quod erit in re occurret atq; incidet. & 160.b. Ipſi pedes occurrant orationi, ipſi, inquam, ſe offerent, & reſpondebunt nō uocati. de Cl.167.a. Mihi occurrunt Attice, & quaſi lucent Athenæ tuæ. Att.248.b. Permulta mihi de ueſtro itinere cogitanti in utranq; partē occurrunt. de Fin.116.b. Qui quodcunq; in mentem ueniat, aut quod-

aut quodcunq; occurrat ſe ſequi dicent. pro Cl. 30.b.Sed ego occurram expectationi ueſtræ iudices etiam, etc.I.V. 224.b.Sentio iudices occurrendum eſſe ſatietati aurium. Ac.12.a.Occurretur enim ſicut occurſum eſt.& Ep. 153. a.Bruti erit officium occurrere ei,&c.Ep.173.a.Maleuolentiæ hominum in me,ſi poteris,occurres.At.286.b.Futura quoq;,niſi antè ſit occurſum explores,ne ſe inſinuēt. de Fat.148.b. Chryſippus illi rationi ſic occurrit,ſi, &c. Or.214.b.Varietas occurrit ſatietati.I.C.114.b.Conſilijs Catilinæ occurri atq; obſtiti.de N.73.b.Huic loco ſic ſoletis occurrere. Ac.7.b.Si quid officij ſui ſit, nō occurrit animo.& de Or.118. a. Statim occurrit animo quæ ſit cauſa ambigui.Or.207.a.Hæc tenenda ſunt oratori, ſæpe enim occurrunt. de Fin.101.b.Id mihi ita occurrit ut indifferēs dicerem.At.209.b.Mihi quædam occurrunt, ſed ea corā. Off.34.a.Occurritur autem nobis & quidem à doctis & eruditis quærentibus,ſatis' ne.&c.I.A.263.b.Quorum de honore utinam mihi plura in mentem uenirent.duo certè non prӕteribo,quæ maximè occurrunt. pro Lig.138.a. Nec quid tibi de alio audienti,de me ipſo occurrat, reformido.pro Deiot. 151. a. Miſericordia tua occurrere ſolet ſupplicibus nulla oratione euocata.

Occurſatio,onis.obuiam itio, ſtudium illud occurrendi,ſalutandi,prenſandiq; eos à quibus honorum ſuffragia expectamus.pro Pl. 265.a.Facilis eſt illa occurſatio et blāditia popularis.pro Mil. 120.a. Veſtras occurſationes,ſtudia,ſermones,ſecum ablaturum eſſe dicit.

Oceanus,ni.de Vn.201.b.Oceanus et Salacia cœli terræq; filij.de Som.129.b.Terra parua quædam inſula eſt, circumfuſa illo mari,quod Athlanticum, quod magnum, quod oceanum appellatis.In V.194.b.Locus intra oceanum nullus eſt,quò non noſtrorum hominum libido peruaſerit.pro Pom.10.b.Nulla intra oceani oſtium prædonum nauis eſt.

Ocellus,li.oculus.At.255.a.Cur ocellos Italiæ, uillulas meas non uideo?

Octauianus,a,um.de D.80.b.Octauianum bellum.et de N.28.b.

Octauianus,ni.Cæſar,qui ab alijs nonnullis, Octauius dictus eſt.Ep.165.b.Et tibi et Octauiano ſcripſi,ut me, &c.& 198.b.Cæſar Octauianus.At.329.a.Cicero,Octauiano Sal.

Octies.de Off.127.

Octingenti.pro Gn.Pl. 270. b. Quem magiſtratum iam octingenti ferè ſunt conſecuti.

Octingenteſimus,a,um.de Sen.78.a.

Octogeſimus,a,um.de Sen.78.a.& 83.a.

Octogies.I.P.98.a.Seſtertiûm centies & octogies.

Octoginta.de Sen.91.b.Qui octoginta regnauit annos.de Cl.185.b.Ille octoginta annos natus.In V.174.a. Octoginta tres.centum octoginta octo.

Octonus,na.I.V.192.b.Tu mihi octonos HS.dato,etc.

Octophorus,ri.uehiculi genus octo habens rotas.At. 312.b.Memini enim cū hominē portarē ad Baias,Neapoli Octophoro Anitiano machærophoris centum ſequentibus,miros riſus nos edere.

Octuplus,a,ū.de Vn.199.a.Octupla pars,etc.I.V.153.

Oculus,li.lumina.Tuſ.237.b.Dentes candiduli, oculi uenuſti,color ſuauis.Itē:Oculi tanquam ſpeculatores altiſſimū locum obtinent,ex quo plurima circumſpicientes fungātur ſuo munere.& ibi.Natura oculos membranis tenuiſſimis ueſtiuit ac ſepſit.& ibi de fabrica oculorum mirabili.de Fin.75.b.Oculorū,inquit Plato,eſt in nobis ſenſus acerrimus.de N.61.b.Duo lumina ab animo ad oculos perforata.de Or.163.b.Oculi ſunt, quorum tum intentione,tum remiſſione,tum cōiectu, tum hilaritate motus animorū ſignificamus.de D.90.b.Vt eum quoq; oculū, quo bene uideret,amitteret.& de Ar.252.b.Quod oculos non perdidiſti.pro Dom.235.a. Quem ſatis mirari,quibus oculis aſpicere audeas,non queo. de Nat. 63.b.Difficile eſt mentē ab oculis ſeuocare.At.278.a. In te omnium cōiecti oculi ſunt.& pro Cl.28.a.Conijcere oculos in aliquem.cōtra Rul.71.a.Cum ad omnia ueſtra pauci homines cupiditatis oculos adieciſſent.I.V.116.a.Adijcere oculum alicui rei & ad aliquam rem.I.A.153.a.Nec uerò uſquam diſcedebam,nec à rep.deijciebam oculos.I.V.207.a.Oculos de aliquo nuſquam deijcere.& 234.b.Cum ſpumas ageret in ore,arderent oculi.I.V.249.a.Palàm ante oculos omniū eſſe. de Or.106.b.Dicendo excitare aliquem à mortuis, ſtatuere ante oculos.contra Rul.76.b.Ponite ante oculos uobis eum,&c.contra Rul.77.b.Ante oculos iſtorum uolitat regis filius. pro S.R.35. b. Apertum ſuum ſcelus ante omnium oculos ponere. & de Or.161. b.Subijcere ſub aſpectum.pro Syl.180. b. Et uitā illius ante oculos ueſtros proponite.de N.23.b.Propone ante oculos deum,&c.& pro Seſt.3.b.Propone oculis tuis.Ac.39. b. De rebus ante oculos poſitis diſputant.& de Or.101.a.Omnia ſunt poſita ante oculos.I.V.254.b.Ei uerſabatur ante oculos ſimilitudo periculi,&c.& pro S.R.22.a.Multa ſimul ante oculos uerſabantur.& 35.a.Non uerſatur ante oculos uobis in cæde Glauciæ?pro Dom.215.a.Res erat in opinione dubia,ſed in præſentia atq; ante oculos propoſita. Q.Fr. 291.a.Non latêre neq; abditum eſſe, ſed in oculis clariſſimæ prouinciæ atq; in auribus omniū gentium ac nationū eſſe poſitum.de Or.112.a.Conſtituere aliquem in foro,atque in oculis ciuium.pro Pl.273.a.Feci ut poſtea me præſentem uiderent,habitaui in oculis.& ibi. b. Plancius fuit in oculis.I.V.125.a.Quæ in foro palàm Syracuſis in ore atq; oculis prouinciæ geſta ſunt.de N.78. b. Hi duos oculos oræ maritimæ effoderunt.de Or.206.a.Oculis mentis uidere aliquid.I.V.249.a.Paſcere oculos et exaturare animum cruciatu alicuius.pro Pl.273. a. Populus Romanus aures hebetiores,oculos acres & acutos habet.I.Vat. 29.b.Oculi eminentes.de N.17.a.Oculi peruerſi. de Vn. 201.b. Nullo poſito ſub oculis ſimulachro.At.91.b. Tu cuius os mihi ante oculos ſolet uerſari.de Am.103.b.Sed loquor de ijs,qui ante oculos ſunt,quos uidemus. de L.161. a.Oculi nimis arguti,quemadmodum animo affecti ſimus loquūtur.pro Mil.118.a. Aliquando ad eum puniendum oculos aperuiſti.In oculis eſſe,uel ferri:id eſt,charū eſſe,amari.At.90.b. Publicanis in oculis ſumus.Tuſ.188.b.Eſſe in oculis multitudinis.de Ar.255.b.Ferebāt in oculis hominē quidā boni uiri:id eſt, ualde amabāt,et charū habebant. Q.Fr.319.b.Balbū in oculis fero. I.A.207.b.Oderat antè,etc.nūc fert in oculis.Ep.267.a.Te,ut dixi,fero oculis.

Ocyus.citius.)(.Tardius.At.152. a. Deſeremur ocyus à rep.quàm à re familiari.& pro Q.7.b. An ut ocyus ad tuum peruenias?Tuſ.215.b.Ingenioſi in morbum incidūt tardius,& recreantur ocyus.de Som.131. a. Idq; ocyus faciet,ſi,&c.& In Ar.

Odi,odiſti,odit.odio habeo,odium in aliquem habeo, inuideo,alienum animum ab aliquo habeo,odium alicuius rei habeo,aliqua res mihi odioſa eſt.At.222. b. Tamen nō dubito,quin me malè oderit.At.285.b.Seruire & cōtumelias pati peius odi malis omnibus alijs. Ep. 96.a.Oderam multo peius hunc qaàm illum ipſum Clodiū.de Fin.131.a. Et oderit ſe, & ſimul diliget. I.A.207.b. Oderat antea, &c.nunc fert in oculis. & 159.a.Oderint dum metuant. de Fin.131.a.Et oderit ſe & ſimul diliget. de Cl.181.b.Fauet.)(.Odit.pro Cl.54.a.Aliquē acerbè & penitus odiſſe I.A.255.a. Nec deſeram partes quas Pompeius odiuit. ex epiſtola M.Antonij. I.A.202.a.Lepidus gemitu declarauit quantum haberet odium ſeruitutis. pro Cl.20.a.Mater in filium hoſtili odio & crudelitate eſt. de Am.108.b. Apertè uel odiſſe magis ingenuū eſt, quàm fronte occultare ſententiam. pro Mil.108.b.Hoc ciuile odium quo omnes improbos odimus. At.92.a.Nec enim Appiū odimus, & Brutum amamus.& ibid.b.Odit enim prouinciam,& herculè nihil odioſius,nihil moleſtius. Att.93.b. Grauius non contēnere & reges odiſſe ſuperbos. Off.37.a.Quem metuunt,oderunt:quem quiſq; odit,perijſſe expetit.

Odioſè.faſtidioſè,moleſtè.de Cl.191.a.Ineptè,odioſè, & putidè dicere.& ad Her.30.b.

Odioſus,a,um.inuidioſus,odio imbutus,moleſtus,habens inuidiam,ardens inuidia.Off.26.a.Paleſtrici motus ſæpe ſunt odioſiores. & de Sen.77.b. Senectus ſic odioſa eſt pleriſq;,ut,&c. pro Mur.131.a.Orator odioſus in dicendo & loquax. pro Q.R.47.a.b.Alterum eſt grauius & odioſius.At.111.b.Non dubito quin tibi odioſæ ſint epiſtolæ quotidianæ. Or.199.a.Inſolēs & odioſum uerbum. Q.Fr.316.a.Res ardet inuidia. Att.92.b.Odit enim prouinciam,me herculè nihil odioſius,nihil moleſtius.de Sen. 82.a.Senes ſunt odioſi omnibus. de Sen.87.a. Cupidis talium rerum,odioſum & moleſtum eſt fortaſſe carere. & 90.b. In fragili corpore odioſa omnis offenſio eſt.de Amic.109. a. Odioſum ſanè genus hominum officia exprobrantium. Attic.92.b.Huc enim odioſa afferebantur de Curione.

Odium,dij.inuidia,offenſa,offenſio. Tuſc.213.b.Odium eſt ira inueterata.& ibi.Diſcordia ira acerbior,intimo odio & corde concepta. de Orat.127.a. Animos iudicum ad Q.Cæpionis odium renouabam atq; reuocabā. & ibid.In Cæpionis inuidia renouanda. & ibi.b. Struere odium in aliquem.& 128.a.Tum excitatur acerbum odium.& de In.60.b.Concitare magnum odium in aliquem. pro Mar.235.b.Qui & ſine amore et ſine cupiditate,rurſusq; ſine odio & ſine inuidia iudicabunt.I.A.177.b.Tantum te cepiſſe odium regni uidebatur.At.161.a.Cum Cæſar perditæ multitudini in odium acerbiſſimum uenerit. de Fin.81.a.Venire in odium. pro Pom.16.a.Difficile eſt dictu quanto in odio ſimus apud exteras nationes. pro Cæl.43.b. Magnum odium uideo cum crudeliſſimo diſſidio extitiſſe.& pro Cor.62.a.Gens aliqua diſſidens à populo Rom.odio quodam atq; diſſidio. pro Corn.67.b. Si qui ſunt,quibus infinitum ſit odium,in quo ſemel ſuſceptū ſit.I.P.86.b.In tanto mortalium odio, iuſto præſertim & debito. pro Cl.50.a. Pro odio quod habuit in ordinem equeſtrem. pro Mur.135.b. Vt odia occulta ciuium,quæ nunc tacitis diſcordijs continentur, in optimi cuiuſq; fortunas erumperent. & contra Rull.69.a.Odium penitus inſitum.Epiſt.187.b.Lepidus magno odio ciuitati eſt. & pro Muren.145.a.Is nemini odio fuit. Off.30.a.Primùm improbantur hi quæſtus qui in odia hominum incurrunt. Poſtquam.198.a. Odium in aliquem conceptum iamdiu continet. Poſtquam.203.a.Odium uel precibus mitigari poteſt,uel utilitate deponi, uel uetuſtate ſedari. de Arch. 244.a.In Clodium uerò nō eſt hodie meum maius odium quàm antea fuit.pro Pl.274.a.b.Odium barbarorum immane & crudele in hoſtem.I.Vat.30.a.Odium diuturnū, quod in bonos iam inueteratum habebatis,ſaturare cupiebatis.At.35.b.& 166.a.Hæc dominatio in odio eſt omnibus. I.V.74.a.Hic magno odio eſt apud omnes. & 72.b. Incurrere in odium offenſionemq; populi. de In.26.a.Habere magnum odium in aliquem. Att.89.a.In quo(ut audio)magnum odium Pompeij ſuſcepiſtis.& 222.b.Ego dubitem quin ſummo in odio ſim? & 229.a.Accidit ut ne in ipſum quidem Clodium meum odium inſigne fuerit. Am. 95.a.Cum is capitali odio à Q.Pompeio diſſideret. de In. 60.b.Indignatio eſt oratio,per quam conficitur ut in aliquem hominem magnū odium,aut in rem grauis offenſio concitetur.



Odor, oris.I.V.152.b.Odor Apronij teterrimus,quē, ut aiunt,ne.beſtiæ quidem ferre poſſent, uni iſti ſuauis & iucundus uidebatur. Poſtquam.207.b.Vnguentorum odor.& I.V.318.a.Thure & odoribus incenſis.Tuſc.199. b.Incendere odores. In Ver.265.b.Proferebant alij purpuram,thus alij atq; odores.de Nat.54.b.Nares, eo quòd omnis odor ad ſuperiora fertur,rectè ſurſum ſunt.de N.51 b. Multæ etiam inſectantes odoris intolerabili fœditate depellunt. de Orat.252.a. Vnguentum ſumma & acerrima ſuauitate conditum. pro Cæl.46.a.Qui non odore illo, non tactu, non ſapore capitur. pro Clu.32.b. Canutius qui quodam odore ſuſpicionis Stalenum corruptū eſſe ſenſerat. de Sen.89.b.Suauitates odorum,qui afflantur è floribus.

Odoratio,onis.Tuſc.213.a.Tactionum & odorationum uoluptates.

Odoratus,tus.quem olfactum Plinius uocat. Ac.6.b. Nihil neceſſe eſt de odoratu & guſtatu loqui. de N.53.a. Pomorum iucundus non guſtatus ſolùm, ſed odoratus etiam & aſpectus.

Odoror,aris,& odoro,as.olfacio, odore quodam ſuſpicionis aliquid ſentio.I.V.206.b.Vt canes uenatici optimè odorabantur omnia & perueſtigabant.& 135.b.Acutiſſimè indagare & odorari omnia ſolebat. de Or.125.b. Odoror quàm ſagaciſſimè poſſum, quid ſentiant iudices, &c.I.P.97.a.Scelera tua non ueſtigijs odorantes ingreſſus tuos,ſed totis uolitationibus corporis & cubilibus perſecuti ſumus.& pro Clu.35.a.Quid Albana pecunia?ueſtigijs ne nobis odoranda eſt? an ad ipſum cubile uobis ducibus uenire poſſumus?contra Rul.79.a.Hi quos hunc Decemuiratum odorari ſuſpicamini. Att.60.a.Tu uelim Fabium,ſi quem habes aditum, odorere, & iſtum conuiuam tuum deguſtes. Poſt.207.a.Hi uoluptates omnes ueſtigāt & odorant. Att.61.b. Soles enim tu hæc feſtiuè odorari. At.94.a.Illud præterea μυστικώτερον ad te ſcribam, tu ſagacius odorabere.& 223.b.Sed quid hæc ad nos, odorare tamen Antonij διάθεσιν. Att.236.b.Odorari diligentius quid nam futurum ſit.

Odrilitium. de Finib.69.b.aliter, Orichalcum.Cod. German.

Odyſſea,ſeæ.Homeri opus de nauigatione Vlyſſis. de Cl.171.a.Nam & odyſſea latina eſt.

Oeconomia, miæ. Att.84.a.Nec οἰκονομίαν meam inſtituam,ſed ordinem ſeruabo tuum.l.Diſpoſitio.

Oeconomicus,a,um.Off.51.b.Xenophontis liber qui Oeconomicus inſcribitur.& de Sen.89.b.Xenophontis liber de tuenda re familiari.

Oedipus,odis.Sophoclis tragœdia. de Fin.124.b.Memoria Oedipodis.

Oenomaus.Accij tragœdia.Ep.136.

Oenophorum,ri.uas uinarium. de Fin.69.b.Vinum diffu-

diffuſum è pleno ſit œnophoro,ut ait Lucilius.aliter,hirſiphon,pro œnophoro legitur.

Oetæus.mons.de N.67.Accij.

Offa,ſæ.cibus globoſus,orbiculatus. de D.86.a.Neceſſe eſt offa obiecta cadere fruſtum ex pulli ore cum paſcitur. & 123.b.Si auis fame enecta in offam pultis inuadit,hoc tu auſpicium putas.

Offendo,dis.lædo,uiolo,offenſionem affero,offenſionem habo,iniuriam facio,amitto,inuenio,incurro,offenſiunculam aliquam animi factam eſſe. Ep.37.a.Hoc uerò ex quo ſuſpicio nata eſt,me exquiſiuiſſe aliquid, in quo te offenderē,translatitiū eſt. & de In.51.b. An offendi in his conſuerint. Ep.7.b.Eos non tam conſtantia noſtra delectat,quàm ſplendor offendit. & 10.b. Multis rebus meus offendebatur animus.& 64.a. Att.92.b. Cumulatè publicanis ſatisfactum, offenſus contumelia nemo. Poſtquam. 208.b.Qui cum mea ſententia uoluntas eorum eſſet offenſa,publici mei beneficij memoria priuatam offenſionem obliterauerunt.pro Pl.260.a.Offendere exiſtimationem alicuius. Ep.14.a.Quod quenquam maleuolentiſſimum iure poſſit offendere.pro Clu.54.b.Is ex equo cecidit, & latus offendit uehementer.de In.62.b. Minus in arrogantiam offenderent. Ep.126.b.Quis eſt tam Lynceus qui in tantis tenebris nihil offendat? nuſquam incurrat? pro Cluent.30.b. Poſtremò eum qui bis apud iudices offendiſſet, quàm eum qui bis cauſam ijs probaſſet. de Or.136.b.Multa circunſpicienda ſunt,ne quid offendas, ne quò irruas. ad Br.90.b.Aut ſi quid offenſum ſit,per te remp.eſſe recuperandam.de Or.108.a.A quibus nihil præter uoluptatem quæritur,in ijs offenditur,ſimulatq; imminuitur aliquid de uoluptate. de Or.95.b.Nihil tam ad diuturnitatem memoriæ ſtabile,quàm id in quo aliquid offenderis. de Or.161.a.Si in his paulum modò offenſum eſt. Ep.29. b.Qui ſi dignum ſe maioribus ſuis præbuerit, tua laus ex aliqua parte fuerit: ſin quid offenderit,ſibi totū,tibi nihil offenderit.& 158.b.Si quid eſſet offenſum in his exercitibus.& 7.a.Ep.14.a.Non offendes eundem bonorum ſenſum Lentule,quem reliquiſti. Ep.18.b.Aut ne ad eam me ditere imparatum te offendam. I.V.134.b. Offendit eum menſem comitialē,comitijs iam ab hinc XXX. diebus habitis.Q.Fr.311.b.Nam Pompeius apud illam perditiſſimā atq; infimā fecē populi propter Milonē ſuboffendit. pro Cl.38.a.In eodem genere,in quo ipſi offendiſſent,alios reprehēdiſſent,ſe ad præmia legis uenire oportere.I.A.212. a.Quod offendit animos maioris partis hominum magis.

Offenſa,ſæ. At.135.Magna in offenſa ſum apud Pompeium.& Ep.124.b.Deniq; illud cogita,quod offenſæ fuerit in iſta cunctatione te prius ſubiſſe,&c.Cælij.

Offenſio, onis.inuidia, incommodum, detrimentum, quaſi quædam calamitas,mala pugna.pro Clu.19.b.Huic nihil poteſt offenſionis accedere ſine acerbiſſimo incommodo. Or.208.a.Principia acuta ſententijs, uel ad offenſionem aduerſarij,uel ad commendationē ſui. de Or.118. a.In quo eſt illa magna offenſio uel negligentiæ ſuſceptis rebus,uel perfidiæ receptis. de N.18.a.Epicurus ne in offenſionem Athenienſium caderet,uerbis reliquit deos, re ſuſtulit. I.V.72.b.Incurrere in odium offenſionemq; populi. de Or.128.a.Tum excitatur ſi non tam acerbum odium,attamen aut inuidiæ,aut odij nō diſſimilis offenſio. pro Mur.134.a. Sapiens prætor offenſionem uitat æqualitate decernendi,beneuolentiam adiungit lenitate audiendi. de Pro.75 a. An reditus in patriam habet aliquam offenſionem? Poſtquā.208.b.Qui publici mei beneficij memoriam priuatam offenſionem obliterarunt.Item. Offenſionum definitiones,&c.ut inhoſpitalitas,mulierum odium.Tuſc.213.b. Eaq; quæ ſunt eis morbis contraria, quæ habent ad res certas uicioſam offenſionem atq; faſtidium. de In.49.a.Excipere offenſionem ex aliquo facto. Epiſt. 49.a.Effugere offenſionem alicuius.Ep.86.b. Præſtabo nihil ex eo te offenſionis habiturum.de In. 60.b.Concitare grauem offenſionem in aliquam rem. Ep.62.a.Graues ſolent offenſiones eſſe ex grauibus morbis,ſi qua culpa cōmiſſa.Ep.7.a.Offenſionem eſſe periculoſam uideo. Tuſc. 215.b. Corporū offenſiones ſine culpa accipere poſſunt, animorum non item. de Diuin.126.a. Quæ ſi ſuſcipiamus,pedis offenſio nobis & ſternutamenta erunt obſeruanda. pro Pomp.8.b. Hic in ipſo illo malo grauiſſimaq; belli offenſione L.Lucullus iuſſu coactus abijt.& 9. b.Non offenſionibus belli,ſed uictorijs.Accipere offenſionem in ædilitate.l.Offenſiuncula.At.14.a.Tantum intelligebam ei eſſe offenſionis,quantum literæ tuæ declarabāt. & ibi.Deponere offenſionem,&c.At.162.a.Offenſio noſtra,quæ magis à φιλοτιμίᾳ mea,quàm ab iniuria tua nata eſt. Att.212.a.Mihi credas uelim,mihi maiori offenſioni eſſe quàm delectationi poſſeſſiunculas meas. de In.60. b.Indignatio eſt oratio,per quam cōficitur,ut in aliquem hominem magnum odium,aut in rem grauis offenſio concitatur. In A.216.b. Te rogo ut accipias ſine offenſione quod dixero.Off.73.b.Turpitudo in deformitate corporis habet aliquid offenſionis. Amic.112.a.Repentè in medio curſu amicitias, exorta aliqua offenſione, dirumpimus. Offic.15.a.Videntur labores & moleſtias tum offenſionum,tum repulſarum,quaſi quandam ignominiam timere & infamiam.

Offenſiuncula,læ.pro Pl.269.b.Vidi M.Piſonem offenſiūcula accepta in iſta ædilitate ſummos honores à populoRom adeptum.Ep.202.b.Si qua offenſiuncula facta eſt animi tui peruerſitate aliquorum.

Offenſus,a,um.infenſus,læſus. de In.59.a.Offenſum eſt,quod eorum qui audiunt,uoluntatem lædit. pro Clu. 51.b.Etiam ſi is inuidioſus,aut multis offenſus ſit. Attic. 15.a.Animus alienatus & offenſus.Ep.154.a.Si hominem mihi offenſum non ſubleuaſſem.Tuſc.248.b.Exilium propter alienam & offenſam populi uoluntatem,malum eſt. At.3.b.Si cuius animus in te eſt offenſior.et I.A.158.b.Omnes illi ſunt offenſi.de Sen.90.b.In fragili corpore odioſa omnis offenſio eſt.& At.3.b.Animū eius eſſe offenſiorem arbitrabar. Att.241.b.Hircius ſcribit ſe uehementer eſſe offenſum à ueteranis.

Offero,fers.polliceor,profiteor,defero. Att.21.b.Atni popoſciſces,ego me tibi non offerebam.& contra Rul. 68.b. Feci finem offerendi mei.pro S.R.36.a.Qui obtulerunt hāc prædam Chryſogono.pro Planc.264.a.Vltro me herculè ſe mihi etiam offerentes,ultrò pollicentes rogaui.& pro Cæl.41.b.Vltrò ſe offerre alicui, & proijcere ſe.pro Syl.181.a.Caput meum obtuli pro patriæ periculis. & pro Seſt.3.a. Offerre ſe in diſcrimen pro ſtatu ciuitatis. I.P.83.b.Sed his unum me pro omnium ſalute obtuli.Q.Fr.302.b. Noſtræ cauſæ non uidentur homines defuturi, mirandum in modum profitentur, offerunt ſe, pollicentur.& Epiſt.93.a.Nihil eſt cur aduenientibus te offerre geſtias.de Or.160.b.Iſti pedes occurrent orationi,ipſi, inquam, ſe offerent & reſpondebunt non uocati. pro S.R.33.a.Os ſuum non modò oſtendere,ſed etiam offerre.pro Seſt.17.b.Offerre uitam ſuam in diſcrimen, & offerre ſe temeritatibus.Tuſ.155.a.Offerre ſe ad mortem



pro patria.pro Seſt.13.b.Qua manu uitam ſibi exhauſit, eadem hoſtibus mortem obtulit.de Fin.140.a.Stuprū per uim oblatum Lucretiæ. pro Mil.119.a. Ne obtuliſſe nos gratulationi uideamur.& pro S.R.37.b.Vir fortis ſe acriter morti offerens.At.137.a.Cur mihi te offers.At.282.b. Romam ut ueni,ſtatim me obtuli Antonij ſceleri. Off.17. a.Offerre ſe periculis ſine cauſa.I.C.117.a.Qui ſe pro ſalute ueſtra obtulerint inuidiæ periculiſq; omnibus. pro Syl.177.b.Sed tamen obtulit ſe ad ferramenta proſpicienda.At.43.b.Ne me perditum illi afflictumq; offerrē. Att. 225.b.Multis ſæpe in difficillimis rebus præſens auxilium eius oblatum eſt.At.36.b. Quod ſors obtulerit,id acturus uidetur.pro Cl.54.a.Offerre alicui,quod ipſe ſibi optare deberet. pro Syl.175.a.Id iudicium è quo ſalus oblata eſt omnibus.pro Seſt.28.b.Ego uos in omni fortuna,quæcunque erit oblata, complectar.de D.138.a.Quæ igitur natura obtulit illam ſpem Simonidi? de D.97.b. Obijciuntur ſæpe formæ, quæ reipſa nullæ ſunt, ſpeciem autem offerunt.At.67.a.Offerre ſe in uia alicui. Att.279.b.Is uobis ultrò pollicitus eſt,& dedit XX.HS.ex ſua pecunia,& quod multo carius eſt,ſeipſum obtulit & coniunxit.de L. 16.a.Dummodo tabella optimo cuiq; oſtēdatur, ultroq; offeratur. pro Mil.120.a.Ego, qui pro te totiens morti me obtuli.pro R.P.126.a.Is in cuſtodia fuit regia,& uita eius oblata pœnæ eſt.

Officina,næ.locus ſellæ atq; operis & quæſtus quotidiani. In Ver.212.a. Verres inſtituit officinam Syracuſis. Off.30.b. Opifices omnes in ſordida arte uerſantur, nec uerò quicquam ingenuum poteſt habere officina. I.P.98. a.Officina armorum. & ibid.Cum pater armis faciendis tuus præeſſet.& I.A.211.b.Armorum officinas in urbe uidetis. Parad.116.b.Tale tamen eſt, ut ex eadem officina exiſſe uideatur. I.A.167.a.Cuius domus quæſtuoſiſſima eſt falſorum chirographorum officina. pro S.R.41.a.Domus officina nequitiæ,diuerſorium flagitiorum omnium. de L.163.a. Philoſophi, qui quaſi officinas inſtruxerunt ſapientiæ. & Or.200.b.Domus Iſocratis officina habita eloquentiæ eſt. & de Cl.167.b.Domus Iſocratis quaſi ludus quidem atq; officina dicendi. & de Or.113.b.Officina rhetoris clariſſima.

Officio,cis.noceo,obſum,obſto,obſtruo,obſcuro. de In.56.b.Quæ uidebūtur officere huic partitioni,propulſabimus.& Tuſ.246.b.Offecerat uidelicet apricanti.pro S.R.37.a.Cur meis commodis officio ſimulato officis? pro R.129.b.Nec mentis quaſi luminibus officit altitudo fortunæ.pro S.R. 19. b. Cui pecuniæ uita S.Roſ.obſtare atq; officere uidetur.& 37.a.Officere atq; obſtare commodis alicuius.Off.65.a.Demoliri ædes,quarum altitudo officeret auſpicijs.de Or.99.b. Cuicunq; particulæ cœli officeretur,quamuis eſſet procul,immutata lumina putabat.de de Cl.170.b. Horum ſententijs conciſis officit Theopompus,elatione atq; altitudine orationis ſuæ.de N.35.b.Vmbra terræ ſoli officiens noctem efficit. In Arat.Sin autem officiens ſignis mons obſtruet altus.

Officioſè.diligenter. Ep.139.a.Qui me quidem perofficioſè & peramanter & obſeruant.& At.211.b.Officioſè parêre alicui.& 88.b.Sed illa officioſius,quod,&c. de Am.109.b. Aliquid officioſè aut amicè,aut cum labore aliquo ſuo factum poſſe dicere.

Officioſus,a,um.plenus officij,gratioſus.)(. Inofficioſus.I.V.88.b.Lampſaceni ſummè in omnes ciues Ro.officioſi. & pro S.R.18.b.At tanto officioſior quàm cæteri, ne,&c.Ep.225.b.pro Pl.268.b.Quos tu ſi ſodales uocas, officioſam amicitiā nomine inquinas crimino ſō.pro Mil. 103.b.Propter officioſos labores meos nonnulla apud bonos gratia. pro Q.R.47.b.Vir purus,pudens,humanus, officioſus,liberalis.& Epiſt.178.a.Homo officioſiſſimus. pro Syl.178.b. Qui ſingulari extiterit in remp.noſtram officio & fide. Att.219.b. Nec diligentiorem, nec officioſiorem facilè delegiſſem Veſtorio. Q.Fr.101.b.Denocius eſt in me officioſiſſimus. I.P.91.a. Officioſiſſima natio candidatorum.

Officium,cij.partes,munus,munus officij,opus. Off. 2.a. In officio colendo ſita uitæ eſt honeſtas omnis, & in negligendo turpitudo. pro Mur.539.b.Stoici mihi uidentur fines officiorū paulo longius quàm natura uellet, protuliſſe. Or.203.b.Oportere perfectionem declarat officij,quo & ſemper utendum eſt & omnibus.At.259.Non dubito quin καθῆκον officiū ſit,ſed inſcriptio plenior,de officijs.At.260.b.Mihi non eſt dubium, quid quod Græci καθῆκον, nos officium,præclarè conuenit: aut da melius, dicimus Cos.officium,ſenatus officium.de In.43.b.Officium eſt id, quod facere debet orator,finis cuius cauſa facere debet.de Fin.102.a.Eſt aūt mediū officiū,quod ita factū eſt,ut eius facti probabilis ratio reddi poſſit.et ibi.De officio medio.et 109.b.De officio perfecto et medio.et Off.2. b.pro Q.4. b.Nullū eſt officiū tā ſanctū atq; ſolēne, quod non auaritia cōminuere & uiolare ſoleat.Off.10.a.Nullum officium referenda gratia magis neceſſarium eſt.Of. 25.a.b. Peregrini officium eſt nihil præter negociū ſuum agere.& ibi.Eſt propriū munus magiſtratus,&c.& ibi. Eſt igitur adoleſcentis,maiores natu uereri. de Or.96.b. Oratoris officiū eſt,dicere ad perſuadendū accōmodatè. & ibi.Oratoris propriū officiū atq; munus. de Fin.114. a.Officiū,munus,opus.de Or.140.b.Singularum uirtutū certa quædam ſunt officia ac munera.de D.91.b.Sine oculis non poteſt extare officium et munus oculorum.& 130 b.& Ep.153.a.Bruti erit officium occurrere ei.de In.70. b.Pietas officium erga parentes conſeruare monet. Of.7. a.Contra officiū eſt,maius damnum anteponi minori.& ibid.Non ſit contra officium non facere,&c. pro Dom. 216.b.In hoc officio, quod fuit præcipuè meū. & 203.a. Hæ fuerunt partes meæ præcipuæ. pro Q.11.a.Qui primus erat officij gradus,à procuratore ſeruatus eſt.Epiſt. 73.a.Prætermittere officium erga aliquē. Of.6.b.Prætermittendæ defenſionis deſerendiq; officij plures ſolent eſſe cauſæ.de Fin.55.b.Deſerere officium.& Ep.61.a. Deſeri ab officijs amicorum. Off.b.Ab officio diſcedere.& ibid. Sunt autem quædam officia aduerſus inimicos ſeruanda. Ep.73.a.& de Fin.109.b.Omnia officia amicitiæ diligenter ſancteq; ſeruaui. pro Clu.45.a.& Of.73.a. Retinere officiū.de In.82.b.Tribuere officiū & cultum alicui. Ep. 55.b.Vt intelligas homini amiciſſimo te tribuiſſe officium. & 51.a.Officia,quæ illi tempori tribui potuerunt.& Of. 12.b.In officijs tribuendis uidendū eſt,&c.& de In.82.b. I.V.273.b.Perſoluere officiū receptum alicui. Poſtquam. 203.b.In officio perſoluendo diſſimilis ratio pecuniæ debitæ eſt. Epiſt.56.a.b.Quæ officia mea fuerunt, omnia ei præſtiti. et 194.a.Filius tuus, cui nos & charitate & amore officium tuum præſtaturos nō debes dubitare.Ep. 64.a.Cumulatè reddere officiū iamdiu alicui debitū.Att. 141.b.Præſtare officia urbana alicui. Att.46.a.Exequi ſua officia & ſtudia.I.V.62.a.Satisfacere officio ſuo.Ep. 37.a.Fungi officio ſuo, & declarare officiū ſuum. & 72. b.Fungi officio amici.Of.42.a.Fungi officio iuſticiæ.pro Cl.41.b.Me perfunctum iam eſſe arbitror. Ep.40.b.Su-

ſcipere officia & partes pro dignitate alicuius. I.V.148.a.Declinare ab religioni officij in aliqua re. At.177.b.Nihil ab illo factum eſt, quo minus mea in te officia conſtarent.Ep.45.a. Nullum officij onus cuiquam reliquum feciſti.Ep.62.b.Omnia officia à me in te profecta ſunt. & ibi.Deſiderare officia ab aliquo. & 63.b.Deſiderare officia alicuius in aliquem. Ep.6.a.Expectare officia ab aliquo. & 84.b. Polliceri & deferre officium ſuum alicui. pro S.R.30.a. Quos natura ipſa retinere in officio non potuit.& ad Her.Cum canes fungantur officijs luporum. At.80.b.Nicanor in officio eſt, & à me liberaliter tractatur.& Ep.255.Eſſe in officio.& 62.b.Eſſe ſingulari officio in aliquem. pro Fl.157.a.In aliquem multa & magna officia conferre.Promereri officium & promereri beneficium.l.Promereor.At.2.b.& ad Her.26.b.In officio manere.& Ep.39.a.Tueri officium.& Ep.96.b.Deeſſe officio ſuo. Ep.32.b.Mea in te omnia ſumma neceßitudinis officia conſtabunt. pro Pl.263.b.Vel quia huius ipſius in illum ordinem ſumma officia quæſturæ tribunatuſq; conſtabant.Ep.18.a.Nõ tam mihi moleſtum fuit accuſari abs te officium meum,quàm iucundum requiri.Ep.63.b.Officijs mutuò reſpondere. pro Mur.141.b. Is uoluit ad hoc officium neceßitudinis eſſe gratioſus. pro Fon.279.b.Alicui muneri atq; officio præeſſe. Ep.193.a. In Syriam ad meum officiũ reuerti.de Pro.73.a.Vt cõmune officiũ cenſuræ cõmuni animo defenderent. Q.Fr.193.a. Quæ res ad officiũ imperij tui pertinebunt,de his rebus nihil attingant. Att.113.b. Tua erga me officia plena tui ſuauißimi ſtudij. Antequam.195.a.Qui neq; tantorum officiorũ impenſam egiſtis in patriam.de Am.97.a.Vſurpare aliquod officium.abduci ab officio,intermittere officium.Ep.125.b.Magna eius in me non dico officia,ſed merita. & 200.b.Officia uel merita potius. Ep.2.a.Ego omni officio ac potius pietate erga te cæteris ſatisfacio omnibus,&c. & ibi.Cum ſumma teſtificatione tuorum in ſe officiorũ. Ep.78.b.Sed quoddam nobis officium iuſtum & pium debitum reip.noſtræq; dignitati uidebatur.Att.194.a.Leuatio quædam eſt,ſi minus doloris,at officij et debiti.pro Q.10.a.In uita alicuius rationẽ ſummi officij deſiderare.pro S.R.18.b.Ita fit ut adſint, propterea quod officiũ ſequuntur.pro Sex. Roſ. 19.a.Vtriuis ſaluo officio facere poteris. At.5.b.Magnopere confido illum fore in officio. Att.90.b.Ac maximæ partes iſtius officij ſunt pueri Ciceronis.& 209.b.Torquato noſtra officia grata eſſe facilè patior,eaq; augere non deſinam. Att.277.a.Hoc ad meum officium priuatarum rerum pertinet. Q.Fr.307.a.Spero Cyrum in officio fore.Off.31.b.Officijs ſcientiæ præponenda ſunt officia iuſticiæ. de Sen.83.b.Maſſaniſſa ſenex omnia regis officia & munera exequitur. et 82.b.Inſtruere aliquẽ ad omne officij munus.de Sen.92.a.Rectè in ſenectute uiuitur, quoad munus officij exequi & tueri poßis. de Am.109.b.Officia meminiſſe debet is, in quem collata ſunt,non commemorare qui contulit. pro Mil.121.a.Tibi nullum à me amoris,nullum ſtudij,nullum pietatis officium defuit.

Offirmo,as.de Fin.92.a.Cæteras philoſophorum diſciplinas non modò nihil adiuuare arbitror,neq; offirmare quo meliores ſimus,ſed ipſam deprauare naturam.aliter, affirmare.

Offundo,dis.obijcio,offero. Ac.20.b.Ergo ut illis aqua,ſic nobis aer craſſus offunditur.de Fin.99.b.Obſcuratur & offunditur luce ſolis lumen lucernæ.de N.3.a.Philoſophia, quæ lucem eriperet, & quaſi noctem quandam



rebus offunderet. pro S.R.33.a.Tanquam ſi offuſa reip. ſempiterna nox eſſet.Tuſ.208.a.Si quid tenebrarum offudit exilium.pro Dom.241.a.Quod in naufragio reip.tenebris offuſis demerſo populo,&c. Tuſ.229.a.Hic error & hæc indoctorũ animis offuſa caligo eſt. de Vn.203.b. Cũ ignis oculorũ,cum eo igne qui eſt ob os offuſus,ſe confundit & contulit. In Sal.272.b.Tu tuis maioribus uitæ, quam turpiter egiſti,magnas offudiſti tenebras.

Olbia,æ.opp.Q.Fr.110.b.Literas Olbia datas.

Olbienſis,ſe. Q.Fr.309.a.À te poſt illam Olbienſem epiſtolam,nullas literas accepi.

Olea,leæ. pro Cecinn.289.a. Eius fundi extremam partem oleæ directo ordine definiunt.de D.111.b.& 103 a.Agricola cum florem oleæ uidet,baccam quoq; ſe uidere putat. de L.156.a.Athenæ ſempiternam in arce oleam tenere potuerunt. Ep.136.b.Antea delectabar oleis & lucanicis tuis.

Olearius,a,um. Topic.212.a. Cella olearia. & de Sen.89.a.

Oleaſter,ſtri. I.V.159.b.Hominem ſuſpendi iußit in oleaſtro quodam.

Oleo,es.redoleo.de Or.152.a.Vnguentum magis laudatur quod terrãm,quàm quod crocum olet. Att.21.a.Vt mulieres ideo bene olere,quia nihil olebant,uidebantur. de N.15.b. Epicurus nihil olet ex Academia,nihil ex Lyceo, nihil ne è puerilibus quidem diſciplinis. de Or.146.b.In qua nihil ſonare aut olere peregrinum poßit.& 132.a.At in malè olentem,uideo me à te circunueniri. pro Q.R.48.a. Supercilia illa penitus abraſa olere malitiam & clamitare calliditatem uidentur.Or.211.a. Quid illud,nõ olet unde ſit?quod dicitur, etc. Tuſ.220.b. Male olere omne cœnum.)(.Bene olens. Ac.6.b.

Oleum,lei.I.V.230.a.Ariſteus inuentor olei. de Sen.84.a.Namq; hæc quoq; niſi tanquam lumini oleum inſtilles,extinguuntur ſenectute.At.217.a.Ante lucẽ cum ſcriberem contra Epicureos,de eodem oleo & opera exaraui neſcio quid ad te.& 32.b.Ne & opera & oleum philologiæ noſtræ pereat.& Ep.95.a. Is fatetur ſe & operam & oleum perdidiſſe.

Olfacio,cis.odoror.Tuſ.249.b.Vt ea,quæ guſtemus, olfaciamus,tractemus,audiamus.& de D.110.a.Olfacere aliquid. contra Rul.63.a.Nullus nummus tam abſtruſus eſt,quem non architecti huiuſce legis olfecerint.

Olim.quondam,quodam tempore. At.90.b.Ante lucem inambulabã domi,ut olim candidatus.& 172.a.Vtinam coràm tecum olim potius,quàm per epiſtolas.At.65 a. Locus ille animi noſtri ſtomachus ubi habitabat, olim concalluit. Epiſt.255.a.Quando ad amorem meum aliquantum olim diſcedens addidiſti. & 78.b.Nec nos arbitror uictoriæ præmijs ductos patriam olim reliquiſſe,etc. de Or.125.a. Sic enim olim loquebantur. pro Cæl.39.b. Quis clarioribus uiris quodam tempore iucundior? Att.154.b.Qui mihi dixit olim,&c.

Olitor,oris. Ep.263.b.Excita Phædrum ut hortum ipſe conducat,ſic olitorem commouebis.

Oliua,uæ.olea.de N.68.b.Ariſteus,qui oliuæ inuentor dicitur.

Oliuetum,ti.locus oliuis conſitus.de N.77.b.Vineta, oliueta.& contra Rull.79.a.Iugera CC in quibus oliuetum fieri poteſt. de Nat. Quid de uitibus oliuetiſq; dicam? & de Sen.89.a.Quid de uinearũm oliuetorum ue ſpecie dicam?

Olla,læ.Ep.138.a.Implere ollam denariorum.



Olli,æ,a.illi,illæ,illa. de L.173.a.Et ollos,quos in cœlum merita ſuſtulerunt. & ibid. Aſt olla, propter quæ, &c. de Clar.169.b.Is dictus ollis popularibus olim, qui, &c.ex Ennio.

Olympeni.pop.contra Rull.61.& 76.

Olympia,piæ.urbs Peloponneſi,apud quam olympia fiebant.Tuſ.172.b.& de Or.154.b.Cum olympiã ueniſſet,in maxima illa quinquennali celebritate ludorum. & de Sen.83.b. Olympiæ per ſtadium ingreſſus eſſe dicitur Milo,cum humeris bouem ſuſtineret uiuum.

Olympia,orũ.ludi olympiaci, maxima illa quinquennalis ludorum celebritas. de Cl.187.a. Pugiles exercitati pugnos & plagas olympiorum cupidi ferre poſſunt. de Or.243.b.Ab olympijs coronam petere.& At.246.b.Ad olympia. de D.138.a.Curſor ad olympia proficiſci cogitans,uiſus eſt in ſomnis curru quadrigarum uehi.

Olympiacus,ca,cum. ad Herenn.24.b. Quaſi ſi quis ad olympiacum uenerit curſum. aliter,ad olympia cum uenerit.

Olympionices,cæ.Tuſc.172.b.Rhodius Diagoras olympionices nobilis.pro Flacc.152.b. Acinas pugil olympionices,quod eſt apud Græcos prope maius & glorioſius quàm Romæ triumphaſſe.de In.80.a.Olympionicarum præmium capito.

Olympius Iupiter.Tuſ.183.& I.V.228.

Olynthus urbs.I.V.87.a.

Omen,nis.augurium. de D.101.a.Neq; ſolum deorũ uoces Pythagorei obſeruauerũt,ſed etiam hominum, quæ uocant omina.quæ maiores noſtri quia ualere cenſebant, idcirco omnibus rebus agendis,quod bonum,fauſtum, felix,fortunatumq; eſſet,præfabantur.pro Seſt.19.a.Exierunt malis ominibus atq; execrationibus duo Vulturij. pro Clu.20.b.Nullis auſpicijs,funeſtis ominibus omnium. I.104.a.Hiſce ominibus Catilina cum ſumma reip.ſalute & cũ tua peſte & pernicie proficiſcere,&c. contra Rul.84.b.Neq; te Rulle omina illa M.Bruti, atque auſpicia à ſimili furore deterrent.Ep.44.b.Neq; triſtius dicere quicquam debeo ea de re,quàm tu ipſe optimis ominibus proſequeris.I.P.86.a.& Ep.44.b.Ominibus bonis uel triſtibus aliquem exeuntem proſequi.de D.101.b.Tum ille, Accipio omen,inquit,mea filia.& ibi.Cæcilia exiuit in quoddam ſacellum ominis capiendi cauſa. de D.125.b. & pro Mur.133.b.Prærogatiuum omen comitiorum.de D.102.b.Sic aquilæ clarũ firmauit Iupiter omen. I.A.232.b.Atq; hoc quidem deteſtabile omen auertat Iupiter. & 193.a. Quibus Antonius(ô dij immortales auertite & deteſtamini quæſo hoc omen)urbem ſe diuiſurum eſſe promiſit. At.279.b.Sin aliter fuerit(quod dij omen auertant) reip.uicem dolebo. & 280.a.(Quod Iupiter omen auertat.)& pro Mur.145.a.de Ar.253.b. Si ciuitas hæc cadet (quod dij omen obruant)I.A.222.b.Atq; ita locutus eſt,ut eius oratio omen fati uideretur.& 243.a.Proficiſcantur legati optimis ominibus.

Ominor,aris.auguror. de Clar.196.a.Melius quæſo ominare,inquit Brutus.de D.101.a.Antiqui omnibus rebus agendis quod bonum,fauſtum,felix,fortunatumq; eſſet,præfabantur. I.C.104.a. His ominibus Catilina cum reipu.ſalute & cum tua peſte ac pernicie proficiſcere ad impium bellum.de D.101.b.Rebus diuinis,quæ publicè fierent,fauere linguis,in imperandis ferijs,litibus & iurgijs ſe abſtinere.& ibid.Bonis ominibus,qui hoſtias ducerent, elegabantur.& ibi.Primus miles fiebat bono omine. Off.48.b.Sin qua neceßitas huius muneris alicui reip. obuenerit,malo enim alteri quàm noſtræ reip.ominari.



Omitto,tis.mitto,prætermitto,relinquo,dimitto,miſſum facio,prætereo, non exequor, &c.præterquã quod, &c.de Fin.56.b.Vt uoluptates omittantur,maiorum uoluptatum adipiſcendarum cauſa.Q.Fr.310.a.Primam nauigationem dummodo idonea tempeſtas ſit,ne omiſeris. de Som.127.a.Ades,inquit,animo, timorem omitte. pro Syl.176.a. Noli id putare omnino à me eſſe omiſſum, ſi quid eſt tibi remiſſum atq; cõceſſum.pro Cæl.49.a.Quod facinus in alienũ hominem illatũ ſeuerè acciperet,id omiſiſſet curare in hoſpite? Att.263.b.Omitte Atticum Ciceroni tuo.de Cl.189.b.Itaq; omittamus lugere. pro Q.12.b.Vt alia omittam,hoc ſatis eſt,Alphenus,&c. I.P.90.b. Omittamus de reditu Gabinij,&c. & pro R.P.128.a.At de me omittamus,&c. At.119.a.Omitto illa uetera, quod iſtum in remp.ille aluit, &c. ille legibus, &c. ille Galliæ, &c.ille,&c.ille,&c. pro Q.13.a. Nulla conditio, mitto æqua,uerum'ne,&c. Off.60.a. Omiſit hic pietatem & humanitatem,ut id quod,&c.

Omnino.utiq;,uſquequaq;, planè, prorſus, funditus. de Orat.113.b. Theopompus & Ephorus cauſas omnino nunquã attigerunt. Ep.63.a.Omnino res tota in menſem Ianuarium reiecta erat. Ep.7.a.Vt ne quis omnino regẽ reduceret.de Or.114.a.Poetas omnino non conor attingere.Off.13.a.Omnino fortis animus duabus rebus cernitur.de Am.11.a.Omnino amicitiæ confirmatis iam ingenijs iudicandæ ſunt.de Or.108.b.Vir omnino omnis eruditionis expers.de N.20.a.Iſta ſiue beatitas, ſiue beatitudo,utrunq; omnino durum.At.93.b.Et ad ipſum hæc per ſcripſi diligentißimè omnino. Ep.260.a.Cui cum cuperẽ mederi,cupiditates certorũ hominum impedimento mihi fuerunt omnino Ep.260.b.Nunquam improbi ciues habuerunt paratiorẽ ducem omnino.pro Mar.135.b. Quid enim eſt omnino ipſum diu? Tuſ.148.a.Cum defenſionum laboribus,aut omnino aut magna ex parte eſſem aliquando liberatus.pro Cor.64.a.Quæ labore huius aut omnino aut certè facilius conſequuntur. Tuſ.149.a.Vt nõ multũ,aut nihil omnino Græcis cæderetur.Att.50.b.Vix aut omnino nõ poſſe fieri.de In.44.b.et 45.b.Et tamen quantum & cuiuſmodi & omnino quale ſit quæritur.de In.82 b.Vis & iniuria,& omnino omne quod obfuturum eſt.et 58.a. Hoc genus & cætera neceſſaria,& omnino omnis argumentatio.

Omnipotens,tis.rerum omnium præpotens.Tuſ.225 b.Teq; omnipotens Neptune inuoco.Poetæ.

Omnis,ne.totus,cunctus,uniuerſus,quicunq;, quiuis, quis omnium non?ſummi medij infimi,omnia minima maxima,ioca ſeria ut dicitur,communis. de D.129.b.Quod omne eſt,id non cernitur ex alio extrinſecus. de Fin.Omne cœlum totamq; cum uniuerſo mari terram mente complecti.Ep.86.a.Si tibi perſuaſeris,non hoc eſſe tui muneris,ſi quid rogatus fueris ut facias,ſed totum tuum eſſe,omne onus perficies.I.P.81.b.Totum palatium erat ciuitate omni,cuncta Italia refertũ.de Orat.117.a. Tota mente atq; omni animo intueri aliquem.Tuſc.187.a.In profundenda uoce omne corpus intenditur. de N.45.a.Sanguis per uenas in omne corpus diffunditur. pro Cl.21.a.Mater ſanguinẽ profundere omnẽ cupit. Pro S.R.30.b.Non omnem frugem in omni agro reperire poßis. Q.Fr.295.a.Omnes quicunq; Romæ ludos faciunt.& de Or.109.a. Omnia quæcunq; in hominum diſceptationẽ cadere poſſunt,bene ſunt oratori dicenda. de Or.85.b.Qui non aliqua in re una ſeparatim elaborarunt,ſed omnia quæcũq;,

&c.comprehenderunt.de Or.112.a.Non omnia quæcunq; loquimur ad artē ſunt reuocanda. pro Syl.170.a.Eo tempore omni Romæ fui. de Clar.195.a.Omni huic ſermoni propoſitum eſt,&c. de Or.97.b.Subeundus eſt uſus omnium.Off.26.a.Et ab omni,quod turpe eſt,fugiamus.pro Rab.94.b.Omnes omnium ordinum homines. I.P.100.a.Omnes mortales omnium generum,&c.& 90.b.Omnes omnium generum,ætatum,ordinum, uiri ac mulieres omnis fortunæ ac loci. I.A.257.b.Omnes te dij, homines, ſummi medij infimi,ciues,peregrini,uiri,mulieres,liberi, ſerui oderunt. pro Arch.188.b. Nam cæteræ res neque temporum ſunt,neq; ætatum omnium, neq; locorum. de D.127.b. Omnes omnium interitus, quicunq; gignantur in terra,eoſdem eſſe.Item:Neq; uerius eſt à ſingulis quàm ab omnibus repetere officij præmium. contra Rull.78.a Decemuiros portitores omnibus omnium pecunijs conſtitui.Q.Fr.320.a.Omnia minima,maxima,ad te mitti ſciebam. Att.102.a. Sic omnia facere omnis debet, ne armis decernatur. de Or.115.a.Omnium cæterarū rerum oratio,mihi crede,ludus eſt,&c.de Fin.66.b.Omnes qui ubique ſunt,qui latinè ſciunt.Tuſc.228.a.Nihil eſt enim omnium, quæ in philoſophia tractantur, quod grauius dicatur.& 241.a.Qui eſt enim omnium, qui,&c?Ep.196.a.& 253.b. Γαύτα πόρὶ πάντων Orat.202.a.Plato longe omnium quicunq; ſcripſerunt princeps.& de Or.154.b. Gorgias princeps ex omnibus auſus eſt,&c. Att.245.a. Ex omnibus tuis ſtudijs in me hoc ſcito mihi gratiſsimum eſſe,&c.de Cl.190.b.Ex omnibus oratorijs laudibus longe iſta eſt maxima, inflammare,&c.de Or.93.a. Cum te unū ex omnib.maximè natū aptumq; cognoſſem. & 94.a.Hic eſt unus homo ex omnibus,quo præſente,&c.de Orat.108.a.Aculeo, quem Craſſus dilexit ex omnibus plurimùm.pro S.R.19.a.Non electus unus,qui maximo ingenio,ſed relictus ex omnibus, qui minimo periculo poſſem dicere. de Clar.186.a. M.Piſo maximè ex omnibus Græcis doctrinis eruditus. de Or.156.a. Sin quærimus quid unum excellat ex omnibus,docto oratori palma danda eſt. & 154.b. Soli ex omnibus aurea ſtatua ſtatuta eſt : id eſt, Gorgiæ. In C.114.b.Ille erat unus timendus ex omnibus. de Orat.152.a.Guſtatus eſt ſenſus ex omnibus maximè uoluptarius. pro Mur.132.a.Cuius ex omnibus pugnis,illa mihi uidetur acerrima. de Or.148.b.Stoici ſoli ex omnibus philoſophis dixerunt,&c. & 110.a. Ex omnibus uerbis latinis huius uerbi uim uel maximam ſemper putaui. At.253.a.Nec me ulla res magis angit ex omnibus. Ep.71 b.Et ſi unus ex omnibus minimè ſum accommodatus,&c. & 20.b.Si unus ex omnibus exoptandus eſſet.Tuſc.228.a De re,quā tu ex omnibus maximè probas. pro Mar.134.b.Quis omnium?&c.nemo omnium, &c.I.A.175.a.Ex omniū omnibus flagitijs nullum turpius uidi,quàm quod, &c. de Am.112.a.De amicitia omnes ad unum idem ſentiunt. Attic.102.b.Hic omnia facere omneis,ne armis decernatur.& ibi omnis,ſepties uſurpatum. de Fin.86.a. Omnibus menſibus uiceſimo die lunæ,facere aliquid.

Omniuagus,a,um.de N.93.b.Diana omniuaga dicitur, non à uenando, ſed quòd in ſeptem numeratur tanquam uagantibus.

Onager,onagri.aſinus ferus,& agreſtis. Attic.89.a. Erat præterea Cynocephalus in eſſedo, nec deerant onagri.

Onerarius,a,um.de D.95.a.Et noctu flagrantes onerarias uidebatis.& Attic.166.a.Occultè in aliquam onerariam corrependum. In V.Actione 3,Oneraria nauis.

Onero,as.de N.61.b.Animaduerti te,cum in foro diceres, quàm plurimis poſſes argumētis onerare iudicem. & Sall.in Cic.271.b.Etiam ne aures noſtras onerabis tuo odio?Ep.41.b.Te autem quibus mendacijs homines leuiſsimi onerarunt.

Onus,ris.pondus,partes,munus. de Sen.77.b.Onus Aetna grauius mihi uideor ſuſtinere. Ep.67.a. Sciebam quantis oneribus premerere ſuſceptarum rerum. & 206 a.Municipium maximis oneribus preſſum. & 33.b.Oneris tibi imponere non audeo quicquam. & I.V.136.a.Imponere nimium oneris plebi. Or.200.a.& Ep.86.a.Imponere onus alicui.)(.Recipere onus. In Sal.272.a. Magnum mihi dicendi onus imponitur. At.207.a.& Q.Fr.306.a.Ne magnum onus obſeruantiæ Bruto noſtro imponerem. Q.Fr.306.a.Ne quod onus ſimultatis nobis imponeret ex ſuperiorum temporum conuicijs.pro S.R.20.a. Hoc onus ſi uos aliqua ex parte alleuabitis, feram ut potero,&c. & ibid.Opprimi me onere officij malo, quàm id quod mihi cum fide ſemel impoſitum eſt,aut propter perfidiam abijcere,aut propter infirmitatem animi deponere.& ibid.Fide ſapientiaq; ueſtra fretus plus oneris ſuſtuli, quàm ferre me poſſe intelligo.I.V.148.b.Ego plus oneris habeo quàm alij, &c. & amplius oneris ſuſcepi quàm cæteri,&c.& 149.b.Plus etiam quàm pars uirilis poſtulet,oneris ac muneris ſuſcipere.& 55.b.Adductus ſum officio,ut onus hoc laboris ſuſcipiendum putarē.de Or.94 b.Magnū eſt quoddā onus atq; munus ſuſcipere ac profiteri,ſe,etc.pro Syl.179.b.Depoſito onere domeſtici officij, nihil poſtea de reip.cōmodis cogitauit. I.V.55.b.Vt onus hoc laboris atq; officij nō ex meo,ſed ex meorū neceſſariorum tempore mihi ſuſcipiendum putarem.pro S.R.37.a. Suſcipere onus officij quod non poſsis ſuſtinere. I.V.218.b.Cur ego tuas partes ſuſcipio?cur tuū onus ſuſtineo? Ep.45.a.Hoc nihil ad te,noſtrum eſt onus.de Or.86.b.Neque ego noſtris oratoribus tantum oneris imponam. & 140.a.Sed uereor ne Pompeio quid oneris imponam.At.234.b.Tibi hoc oneris non impono,nolo te illum iratum habere. pro Pomp.14.b. Inſula Delos quò omnes undiq; cum mercibus atq; oneribus commeant.

Onuſtus,a,um.At.13.a.Aſellus onuſtus auro. & I.V.244.b.Nauis onuſta præda Sicilienſi.et de D.93.a.Nunc onuſti cibo & uino perturbata & confuſa cernimus.Off.62.a.Naues onuſtæ frumento.

Opaco,as.obſcuro.de N.35.b.Sol ita mouetur,ut terras modò his,modò illis partibus opacet.& 45.a.Cum terras nox opacaſſet.de Orat.87.a.Platanus ad opacandum aliquem locum patulis diffuſa ramis.

Opacus,a,um.ater, obſcurus, frigidus, umbroſus.)(.Apricus.de Or.144.b.Locus opacus & frigidus in ſylua.& Part.233.a.Locus opacus.)(.Locus apricus. In Arat. Opaca nubes. de Leg.159.a. In uiridi & opaca ripa inambulare.

Opera,ræ.adminiſtratio,munus,actio,opus,manus. uiri ad operas conducti,operarij. Off.30.b.Mercenariorum operæ,non artes emuntur. & I.V.213.a. Ipſe dabat purpuram,amici operas.Off.35.b.Eas nos nullo modo ſine hominum manu atq; opera capere poſſemus.& ibi.Sine hominum opere. I.V.111.a.Duabus in rebus legatorum una opera conſumitur,in laudando & repetendo. I.V.143.b.Canuleius in portu Syracuſis operas dabat. & 144.a.& Att.176.b.Terentius magnas operas in portu & ſcriptura Aſiæ pro magiſtro dedit. & Ep.227.a.Qui operas in ſcriptura pro magiſtro dat. Ep.207.b.C.Puppius,



qui eſt in operis eius ſocietatis.I.V.106.a.Quantum paucæ operæ & mercedes fabrorum tulerunt.I.A.157.a. Operæ mercenariæ,multitudo conducta.& 155.a.Publicis operis diſturbare domum aliquam.& I.V.245.a. Nauem tibi operis publicis eſſe ædificatam. Quint. Fr. 308.b.Operas ſuas Clodius confirmat, manus ad Quirinalia paratur. pro Planc.268.b. Plancius in operas plurimos miſit.pro Seſt.11.a.Erat mihi cōtentio cum operis conductis.& 6.b. Is uenditabat ſe operis, à quibus, &c. Epiſt. 262.a. Tu muſis noſtris para, ut operas reddas. de D. 137.b. Nunc propter intermiſsionem forenſis operæ lucubrationes detraxi.Offic.44.a. Qui opera,id eſt, uirtute, & induſtria benefici ſunt. Epiſt. 107. a. Dixitq; iudicem ſibi operam dare conſtituiſſe. & Att. 220. b. Iudex operam dare mihi conſtituit, eo die, &c. Att. 32.b. Ne & opera & oleum philologiæ noſtræ pereat. Parad. 122. a. & Epiſt. 95. a. Is fatetur ſe & operam & oleum perdidiſſe.Prouerbium.Att.203.a.Cùm Seſtij auctione operam dederis,nos reuiſes. & 213. b. Faberio operam ponamus. de Clar. 193. b. Miloni Rhodio Romæ operam dedimus. de Orat.95.a.Apollonius, quos iudicabat non poſſe oratores euadere, operam apud ſeſe perdere non patiebatur.de Clar.193. b. Ego autem iuris ciuilis ſtudio multum operæ dabam. Quint.Scæuolæ P. F. Att. 246. b. Vt ergo in huiuſmodi re tribues nobis paulum operæ.de Orat. 95.b.In artificio & opera quàm tenui & leui adhibere multam diligentiam.de Clar.180.a.Gellius multā operam & utilem amicis præbuit. pro Cl.51.a.Omnis mihi cura atq; opera poſita eſt in omnium periculis defendendis.Off.28.b.Maiorem curam & operam ſuſcipere quàm cauſa poſtulet.Epiſt.215.a. Non parcam operæ. I.V.214.a. Candelabrum è gemmis clariſsimis opere mirabili perfectum. & 216. b. Simulachrum ſingulari opera artificioq; perfectum. de Or. 119. b. Quoniam uos tantum operæ mihi ad audiendū datis. & 122. b. Plus te operæ Græcis dediſſe rebus uideo,quàm putaram. At.262.b.Da operam ut ualeas.At.69.b.Dionyſius mihi operam dat egregiam. Att. 23.a.& de Or.151.a.& de Cl.178.a.& pro Cecin. 288.a. Dare operam alicui. Att. 66.a. Dare dies alicui. & 3.b. Dare aures alicui. Ep.111.b. Dare operam memoriæ alicuius.Tuſ.149.b.In quam exercitationem ita nos ſtudioſè operam dedimus,ut,&c.Ep.140.b.Dare operam liberis. I.V.175.a. Summa data eſt opera à me,ut quàm plurimo decumas uenderem.de Or. 108. b. Dare operam ualetudini.Dare operam funeri.l.Funus.Quint.Frat.315.a.Bene ponere operam.At.191 b.Ponere multum operæ in aliqua re.& de Cl.174.a.& Quint.Fr.296.a.& Off. 4.b.de Fin.49.a.Ponere multam operam in aliqua re.de D. 109.b.Tribuenda eſt opera reip. uel potius in ea cogitatio curaq; ponenda.de Or. 105. b. Conſumere operam in aliqua re.Item.In ea arte tu plus operæ laboriſq; conſumpſeras.pro S.R.26.b. Qui in agris colendis tantum operæ temporiſq; conſumpſerunt. Tuſ. 170. b. Conſumere, multam operam fruſtra.de In.63.a.& I.V.72.b. Conſumere operā in maximis philoſophiæ partibus. pro Font. 276.b.Cōſumere multum laboris & operæ in aliqua cauſa.Item.Prædijs colendis operæ plurimum ſtudijq; conſumere. Att.277.a.Tibi omnes nauare operam & ſtudium uolunt.Off.4.b.Magnum ſtudium multamq; operam in res obſcuras atq; difficiles conferre.pro Cor.58.a. Officij potius quàm dicendi ſtudio hanc operam & munus ſuſcepi. I.V.215.b.Tibi hæc opera ſumenda eſt. ad Her. 20. b. Vtrum data ſit opera ut ſciretur.de Orat. 92.b. Nam primum quaſi dedita opera dicebat, &c. & Att.131. b. Dedita opera facere aliquid. Ep. 111. b. Data opera parauì, qui ſic,&c. Off.9. a. Id age,ut uir bonus eſſe uidearis: id eſt,da operam ut,&c.pro Seſt.3.b.Cōtende ut,&c. id eſt, da operam ut,&c.Item.Seruire uoci, dare operam uoci, indulgere nouis amicitijs, & ſpernere ueteres. Par. 124.b.Qui operis dandis, publicis ſumendis rem honeſtè quærunt. de L. 169. a. Et ſermoni reliquo demus operam ſedentes.& 175.a.Dare operam rebus diuinis. Att. 217. a. De eodem oleo & opera exaraui neſcio quid ad te. & 9. b. Operæ Clodianæ pontes occupauerunt. & 56. a. Qui erant mecum facilè operas aditu prohibuerunt.& 230.b. Omni ope atq; opere enitar,ut de Buthrotijs,&c.& 263.a.Omnibus rebus magna cura,multa opera & labore cōfectis. Q.Fr. 324. b. De uerſibus, quos tibi à me ſcribi uis, deeſt mihi quidē opera, quæ non modò tempus, ſed etiam animum uacuum ab omni cura deſiderat.Off.9.a. Vti ſeruis ut mercenarijs ad operam exigendam. & 47. b. Sed quis eſt tandem qui inopis & optimi uiri cauſæ, non anteponat in opera danda gratiam fortunati & potentis?

Operæpretium. non alienum, eſt tanti,utile, iucundum,dignum.contra Rul. 80.b. Quo in genere eſt operæ pretium diligentiam maiorum recordari.I. V. 135.a. Iam uerò Cenſores quemadmodum creati ſint, operæpretium eſt cognoſcere.& 105.a.Operæpretium eſt ipſam legem cognoſcere. pro S.R. 28. a. & de Fin.121.a. Operæpretium erat,ſi animaduertiſtis iudices, negligentiam eius in accuſando conſiderare.pro S.R.36.a. Si nihil in iſta pugna Roſcij, quod operæpretium eſſet fecerant, quam ob cauſam à Chryſogono tantis præmijs donabantur.

Operarius.rij.baiulus.I. V.217.b.Barbari quidam operarij mercede accepta ſignum illud ſuſtulerunt. Tuſ. 248.b.& ad Her.21.a.& Ep.111.a. Quos ſingulos ſicut operarios barbaroſq; contemnas. I.V. 229. b. Operarius appoſitus ad deferenda onera.pro S.R.35. b. & At. 101. a.Operarius homo.de Clar.188.b. Operarij autem & baiuli deeſſe non poſſunt.& Parad. 120.a. Operarij & baiuli,&c.de Or.91.b.Non oratores,ſed operarij lingua celeri & exercitata. & 108. a. Operarium quendam nobis Antoni oratorem facis.

Operatio,onis.opera. At.93.b. Huius nebulonis operatione ſi Brutus moueri poteſt,licet eum ſolus ames.

Operculum, li. quo aliquid tegitur, & operitur. de Nat. 53. b. Aſpera arteria tegitur quaſi quodā operculo.

Operimentum, ti. integumentum, operculum.l.Obduco.

Operio,ris.tego,inuoluo.I.V.226.a.Contumeliæ quibus operti oppreſsiq; ſumus.l.Opertus. Tuſ.186. a. Operite,abſcedite.I.V.228.a.Fōs qui fluctu totus operiretur, niſi munitione ac mole lapidum à mari diſiunctus eſſet.

Operoſe.laborioſe,nimiaq; cum cura & opera. Or. 210.b.Vt fiat quaſi ſtructura quædam,nec tamen fiat operoſè:nam eſſet infinitus labor.

Operoſus,a,um.laborioſus.de Fin.63.b. Viuendi artem tantam,tamq; operoſam relinqueret?Quint.Fr.315.a.Scribebā illa πολιτικὰ,ſpiſſum ſanè opus & operoſum. de Sen.82.a.Senectus nō modò languida atq; iners nō eſt, uerùm etiam eſt operoſa & ſemper agens aliquid. de N. 37.b. Moliri aliquid cum labore operoſo & moleſto. & 44.b. Nec quæ ſunt minus operoſa. & de Clar.196. b. Operoſa cōcurſatio.& Q.F.326.a.Res operoſa eſt. Off. 36.a. Quæ in uſu & tractatione belluarum fiunt utiliter ad hominum uitam,artibus ea tribuuntur operoſis.de L.

179.a.In delubris cõmunibus textile, nec operoſius quàm mulieris opus menſtruum.de Leg. 183.a. Ne quis ſepulchrum faceret operoſius, quàm quod decem homines effecerint triduo.

Opertus,a,um.coopertus,tectus,inuolutus.I. A. 180.b. At iſta lectica operta latus eſt per urbẽ.& de D.124.b.Is ectica operta facere iter ſolebat.de Sen.83.b. Nullo imbre adduci poteſt,ut capite operto ſit.Par.121.b.Clodius in opertum Bonæ deæ acceßit. & ib. Et tu quidem in operto fuiſti.de D.104.a. Quo ex genere Apollinis operta prolata ſunt.& 132.a. Nec Apollinis opertis credendum exiſtimo.

Opes, pum. potentia,diuitiæ facultates, copiæ. Att. 124.b. Moderatori reip.beata ciuium uita propoſita eſt, ut opibus firma,copijs locuples,gloria ampla, uirtute honeſta ſit.pro Q.1.a. P. Quint. cui tenues opes ſunt, nullæ facultates,exiguæ amicorum copiæ ſint. Att.152.a. Cæſar iam opes meas,non ut antè opem expectat. Att.287. Cæſar qui maximas opes habebat,paucorum uirtute ſublatus fuit.et de N.39.a.Maximus:id eſt,magnas opes habẽs.Off. 14.b.& 41.a.Bargulus latro magnus opes habuit,et multo maiores Viriatus. & 59.a.Hinc opum nimiarũ,potentiæ non ferendæ.I. A.159.a.Opes uiolentas & minimè ferendam potentiam cõcupiſcere.de Pro.77. b. Cùm me firmißimis opibis contra ſcelus inimicorum munire poſſem. I.A.165.a. Pompeius omnes opes ſuas & reip. ad Cæſarẽ detulit.contra Rul.75.b.Hæc lex tota ad Pompeij opes euertendas tanquam machina comparatur.pro Pom.12.b. Accepta in Ponto calamitate, ex eo prælio hoſtium opes animiq; creuerunt.contra R.72.b. Poteſtatem hanc tantis cõfirmat opibus et copijs,ut inuitis eripi nullo modo poſſit,ornat apparitoribus,ſcribis,&c.contra Rul.81.a. Totam Italiam ſuis opibus obſident.de Am. 100.a. Diuitiæ oportunæ ſunt ut utare, opes ut colare, honores ut laudere. Antequam. 193. a. Et ſingulorum opes ſæpe ſunt tenues & infirmæ ad gratiam referendam .& ib. Vniuerſorum auxilium eo plurimũ prodeſt,quo firmioribus opibus eſt nixum.Ep.15.b. Neq; pugnandũ contra tantas opes.Tuſ.195.b.& 191.a.Omnibus uiribus atq; opibus repugnare alicui.de Fin. 59. b. Opes nel fortunæ, uel ingenij.& 143.b. Diuitiæ, honores,opes.de Cl.191.a.Si honores quàm opes conſequi maluiſſet.Oct.330.a.Proſtratam remp.tuis opibus extuliſti. Ep.83 .a. Coniunctione frangi Senatus opes,diſiunctione ciuile bellum excitari uidebam. de Sen.78.b.Tibi propter opes & copias tolerabilis ſenectus uidetur.pro Clu.50.a. Vir magnus opibus præditus. pro Q.5.b.Potentia inops. pro Dom. 253. a. Nemo fuit, qui non me pro ſuis opibus in illa tempeſtate defenderit. de D.109.a.Iuuentus ita prolapſa eſt,ut omnium opibus refrenanda ſit.pro Quint. 8.b. Alterius opes id quod miſerrimum,non expectare.Off.2.b.Id conducit ad facultates rerum atq; copias,ad opes,ad potentiam.& 17.b.Qui neq; opes aut potentiam conſectabitur, totamq; rempub. ſic tuebitur,ut omnibus conſulat.Off.43. b. & Am. 106. b.Si quando ei ſubueniatur,qui potẽtis alicuius opibus circumueniri uideatur.pro R.P.122.a. Qui ſuæ fortunæ fundatas et optimè cõſtitutas opes poteſtati regiæ cõmiſerit.

Ophiuchus,chi.anguitenens latinè.l. Anguitenens.

Opifex,cis,artifex.de N.195.b.de N.5.b. Opifex ædificatorq; mundi deus. & 56. b. & de Fin. 88. b. Omnia nos conſecutos eſſe adhibitis opificum manibus. Item. Opifices & tabernarios, atq; illam omnem fæcem ciuitatum,quid eſt negocij cõcitare?Tuſ.155.Opifices poſt mortem nobilitari uolunt.Tuſ.235.a.Zeno uerborum opifex. Or.197.a.Sed ne opifices quidem ſe artibus ſuis remouerunt.Acad.36. a. Nec artifices quidem tueri ſua artificia poſſent,niſi uocabulis uterentur nobis incognitis, uſitatis ſibi.I.C.122.a.Omne opificum inſtrumentum, omnis opera ac quæſtus frequentia ſuſtinetur, alitur ocio.



Opimius. Or.212.a.

Opimus,a,um.pinguis,amplus,magnificus..)(.Gracilis,tenuis,ſtrigoſus,ſubtilis.247.b.Opimus bos.& 180. a.Tum iecore opimo farta & ſatiata affatim. de D. 105. a.In extis bouis opimi cor non fuit.de Cl.170.a. Qui non tam habitus corporis opimos,quàm gracilitates cõſectentur.Off.199.a. Opimum quoddam & tanquam adipale dictionis genus.pro. S.P.19. b. Opima & præclara præda.& I.V.95.b. Contentus tam opimis ſpolijs non fuiſti. I.V.103.a.Opimus præda.pro Dom.217. b. Syria opima & fertilis.pro Fl. Decianus ad Lælium detulit hanc opimam accuſationẽ.pro Pom.6.b.Aſia opima eſt et fertilis.

Opinabilis, le.quod in opinione poſitum eſt. de D. 85.b.Artes,quæ coniectura continentur & ſunt opinabiles.& ib. Omniſq; opinabilis diuinatio, coniectura enim nititur.de Vn.195.b. & Acad.44. b. & Tuſcul. 206.b. Quod totum opinabile eſt.

Opinatio,onis.opinio.de Vn. 195. b. Senſus mouentia quæ ſunt,eadem in opinatione conſiſtunt. & Ac. 20. a.Opinatione & perceptione ſublata.Tuſ.214.b.Hæc autem opinatio eſt,iudicare ſe ſcire quod neſciat.

Opinator,oris.qui probabilia tantum ſequitur, nihil affirmat.Acad.17. a. Ego uerò ipſe magnus quidam ſum opinator,non enim ſum ſapiens.

Opinatus,a,um.Off.40. a. Separatim autem in ſingulis admirantur,ſi perſpiciunt nec opinata quædam bona. Tuſ. 211. b. Partes perturbationum ex duobus opinatis bonis naſci, & ex duobus opinatis malis.

Opinio,onis.ſententia,ſenſus,exiſtimatio, cõiectura, placet.I.V.225.a.Vetus eſt hæc opinio, quæ conſtat ex antiquißimis Græcorum literis atq; monumentis. de N. 38. b.Vetus hæc opinio oppleuit Græciã, exectũ eſſe Cœlum à filio Saturno.de D.80.a.Vetus opinio eſt iam uſq; ab heroicis ducta temporibus,&c. de Or. 108.b. Magna nobis pueris opinio fuit,L.Craſſum,&c. Att.140.b.In his locis opinio eſt,coniectura magis quàm nuncio aut literis, Cæſarem Formijs citò fore.de N. 26.b. Opinionum cõmenta delet dies.& 88.a.Nos publicam propè opinionem ſecuti ſumus.pro Dom.215.a.Res erat nõ in opinione dubia,ſed in præſentia,atq; ante oculos propoſito periculo. pro Cl. 18.b.Euellam ex animis hominum tantam opinionẽ? tam penitus inſitam,tam uetuſtam.& ib.Tum ſi quam opinionem mentibus ueſtris cõprehendiſtis,ſi eam ratio conuellet,ne repugnetis,eamq; animis libẽtibus remittatis.de N. 13.b.Deos eſſe,perſuaderi mihi nõ opinione ſolum,ſed etiam ad ueritatẽ planè uelim.de N.61.b.Opinio de dijs immortalib.& omniũ eſt, & quotidie creſcit. de Cl. 174.b. Philoſophorũ de ſe ipſorũ opinio firma in hoc uno & ſtabilis inuenta eſt.Or. 205.b. Inſerere nouas opiniones, & euellere inſitas.pro Cec.287.b.Et in eam opinionẽ Cæſenniã adducebat, ut putaret, &c. Ep.2.b. In eam opinionẽ rẽ adduxerunt,ut Põpeius cupere uideatur. de D. 123. a. Romulus qui auſpicatò urbem condidit,habuit opinionẽ, eſſe in prouidendis rebus augurandi ſcientiam. & ibid. Retinetur aũt ad opinionẽ uulgi. reip.mos, religio, &c. Acad.46.b.Opinio quæ eſſet imbecilla,& cum falſo incognitoq; communis.Off.40.b.41.a. Omnibus opinio iuſtitiæ





neceſſaria eſt,quam qui non habent,iniuſti habentur. de Am. 102.a. Ille uicißim opinione fortaſſe nonnulla, quã de meis moribus habebat,me dilexit.I. V.160.a.Eſto, falſam de illis habuit opinionẽ,malam de nobis. Att.180.a. Valde de aduentu Cæſaris opinio eſt. & 100.b. Opinio, quam is uir habet integritatis meæ.I.V.74.a.Hic de uobis malam opinionẽ animo imbibit.pro Cl.32.a.Perinde ut opinio eſt de cuiuſq; moribus.& 47.b. Antea erã in illa opinione populari.de In.52.a.Probabile eſt,quod in opinione poſitũ eſt.Ep.8.a. Magna eſt hominũ opinio de te. At.65. a.Vt opinionẽ habeas rerũ.Oct.330.a.Opinio de te multũ me fefellit.& Ep.6.a.Nõ fallã opinionem tuã.cõtra. Rul. 87.b.Paruam exigui temporis uſurã,bonæ de me opinionis poſtulo.& ib. Sin aliter hoc ipſo in loco depoſitam & abiectam relinquatis.pro Cl.47.b.Si quam huc grauiorẽ de illo opinionẽ attuliſtis,hanc quæſo deponite. Antequã. 196. a. Vt ea maneat opinio & exiſtimatio, quæ uirtute parta,nõ quæ in felicitate illata eſt.Ep.120.a.In eam opinionem Caßius uenerat:id eſt,ita de eo opinari cœperũt. Ep.13.b. Accipere falſam opinionẽ de aliquo.de Or.92. b. Cùm hæc audirentur ab ijs,quibus nõ ſcientia eſſet tradenda,ſed exigui temporis aut falſa,aut certè obſcura opinio. & 94.a.Res ab opinionis arbitrio ſeiunctæ,ſcientiaq; cõprehenſæ.de Or.95.a. Aut æterna in eo,aut certè diuturna ualet opinio tarditatis.Off.41.b. Hi opinionem afferunt populo,eorũ fore ſe ſimiles, quos ſibi ipſi delegerunt ad imitandũ.de Or.123.a.Opinionem iſtorũ ſtudiorum & ſuſpicionem artificij apud iudices oratori aduerſariã eſſe. de Ar. 256. a. Qui tam libenter in opinionẽ gratiæ irrepat.de Cl.186.a.Cn. aũt Lentulus multo maiorem opinionem dicendi actione faciebat, quàm quanta in eo facultas erat.Part.241.a.Penetrare ad ſenſum opinionẽq; iudicis. de Cl.181.b.Qui uulgi opinione diſerti ſunt habiti, ijdem intelligentium quoq; iudicio probantur.de N.74.a.Contra cõmunem opinionem,ratione pugnare.& de Or.92. b.Ex communi quadam hominũ opinione dicere. & 122. a.Nihil enim affirmare poſſum,niſi ſententiã & opinionẽ meam.de N.4.b.Opiniones philoſophorum,& ſententiæ philoſophorum.I.V.145.b. Sanè ei præter opinionem improuiſo incidi.Ep. 67.a. Tamen uicit opinionem meam. pro.Mur.139.b.Quantum ego opinione auguror. & ib. a.Non re ductus,ſed opinione.Ep.240.a. Et ipſe opinione celerius uenturus dicitur.Ep.139.b.Quam ob rem opinione celerius cõfido eum pœnas daturũ.de Cl.165.a.Opinione omnium,maiorem animo cepi dolorem.de Or.98. a.Formam totius negocij opinione maiorem melioremq; uideo.Ep.163. b. Id opinione tua mihi gratius eſt.de Or. 118.a.Sed etiam illa maior opinione mea:id eſt, ſententia mea. pro Seſt. 7.a.Aliquis falſa opinione,errore hominũ commendatus.de Or. 128.a. Excellens opinione fortuna. de Fin.91.b.& Tuſ.224.a.& pro Font.282.a. Vt opinio mea fert.pro Dom.219.b. Plura dixi quàm ut opinio tulerit,aut uoluntas mea.Ep.131.b.Vt opinio mea eſt. At.76. b.Itaq; opiniones omnium ſuperaui.de Or.99.a.Quoniã ſententiæ & opinionis meæ uoluiſtis eſſe participes, nihil occultabo.At.127.a.In eadem opinione fui,qua reliqui omnes.de Or.144.a. Si quis ductus opinione uulgi, putet, &c.At.206.b. De Cæſaris aduentu eam opinionem Dolabella habet, quam tu coniecturam faciebas ex literis Meſſalæ. pro Pom. 8.b. Erat etiam alia grauis atque uehemens opinio,quæ,&c.

Opinoſus,a,um.magnus opinator. Acad.26.a. Antipater & Archidemus uel duo principes dialecticorum opinoſißimi homines.



Opinor,aris.opinio mea eſt, opinio mea fert, opinionem habeo,puto,in aliqua opinione ſum.pro Dom. 234. b. Multa in uita falſò homines opinantur. & de D.111.b. Gubernatores nihil ſine certa ratione opinantur.I.P. 89. a. De uobis Senatus opinatur non ſecus, ac de teterrimis hoſtibus.Ep.103.a. Quoad opinatus ſum me in prouinciã exiturum.Tuſ. 202.b. Nihil eueniſſe quod nõ opinandum fuiſſet. Acad.15.b.Carneades delabebatur interdũ, ut diceret,opinaturum,id eſt, peccaturum eſſe ſapientem. & ib. Sapientem nihil opinari: id eſt, nunquam aſſentiri rei uel falſæ uel incognitæ. & pro Mur. 139. a. Sapientem ſæpe aliquid opinari quod neſciat.de Cl.176.a.T. Albitius penè Græcus(loquor ut opinor)ſed licet ex orationibus iudicare.de Fin.71.a.A primo, ut opinor, animantium ortu, &c. At.26.b. Primus,ut opinor,introitus.Ep.106.b.Capius(opinor)olim,non omnibus dormio:ſic ego,&c. pro Cl. 48.a. Certè(ut hominem confirmare oportet) nullus eſt,&c.pro Dom.219.b. Plura dixi quàm aut opinio tulerit,aut uoluntas mea. pro Cl. 47. b. Antea cùm eram in illa opinione populari.

Opiparè. lautè,apparatè,ſplendidè. At. 222. a. Cæſar edit & bibit opiparè ſanè & apparatè. & 72.a. Cùm opipare epulati eſſemus hilarem in modum. At. 100. b. Alexion me opipare muneratus eſt.

Opis.l. Vpis.

Opis,opi, opem, ope. auxilium. At.152.a.Cæſar iam opes meas,non ut antea opem expectat. Antequam.196. b. In meis calamitatibus aliquam ferte opem diuinam. de Fin.89.b.Ferre opem & ſalutem indigentibus. Ep. 62.a. Si mihi tua clementia opem tuleris.Tuſ.229.a. Ad te confugimus,à te opem petimus.I. V.110.b. Opem auxiliumq; alicui ferre.& pro Rab.91.a. Ferre opem patriæ. Porrigere atq; tendere opem alicui.l. Porrigo. pro Font. 280. b.Confugere ad opem alicuius.de N.74.b.& 75.a. Ope, conſilioq; tuo furtum factum eſt. At.230.b. Omni ope & opera enitar,ut,&c.Ep.45.b. Aliquid opis occidenti reipub.tuliſſemus. & 187.b. Ferre aliquid opis reipub. I. V. 270.a.Conſtitue nihil eſſe opis in hac uoce.I.P. 83.a. Ego ab hoc eiecto cadauere quicquam mihi aut opis,aut ornamenti expectabam?pro Quint.5. a. In altera ſpes eſſet ad talem tamen uirum iudicem ueniendi, unde eo plus opis auferret,quàm quo minus attuliſſet gratiæ. At.233.b.Petere opem ab aliquo. & 260. a. Hæc nec inſtitui, nec effici poſſunt ſine tua ope.Off.10.b.Vt quiſq; maximè opis indigeat,ita ei potißimum opitulari. de Sen. 77. b. Quibus nihil opis eſt in ipſis ad bene uiuendum, ijs grauis eſt omnis ætas. pro Mil. 107. a. Homines omnem ſemper uim quacunq; ope poſſunt,à uita ſua propulſant.

Opitulor,aris.opem fero,ſubuenio.Ep.201. b. Nihil ſanè poſſum tibi opitulari. & 45. b. Opitulari reip. & 57.a.Opitulari ſontibus.pro S.R.23.a. Mulier hoſpiti oppreſſo iam deſperatoq; ab omnibus opitulata eſt. Off. 10. b.Vt quiſq; maximè opis indigeat,ita ei potißimum opitulari. de In. 63. a. Qui permultum ad dicendum opitulati ſunt.Off.31.b.Subuenire & opitulari patriæ.

Oportet,bat.conuenit,attinet, decet, neceſſe eſt. de Or. 86. b. Ex rerum cognitione efflorescat & redundet oportet oratio.de D.127.a.Docet enim ratio Mathematicorũ,quam iſtis notam eſſe oportebat, quãta humilitate, &c.Or.203.b.Oportere perfectionẽ declarat officij, quo ſemper utendum eſt & omnibus.pro Cor.56.a.Si aliquid nõ contrà ac liceret factũ diceretur,ſed cõtrà atq; oporteret.

teret. pro Cor. 5 & Orat. 203. b. Oportere eſt conſentaneum eſſe officio, licere legibus & iuri, decere temporibus & perſonis. pro Plan. 260. a. Si à populo præteritus eſt, quē non oportuit. pro Pom. 17. b. Pericula facilè ut hominem præſtare oportet, innocētia tecti pellemus. Off. 1. a. Quanquā te abundare oportet præceptis philoſophiæ, &c. pro Mil. 104. b. Quid in iudicando ſpectare oporteret. At. 212. a. Hoc fieri & oportet, & opus eſt. At. 58. a. Si loquor de rep. quod oportet, inſanus: ſi quod opus eſt, ſeruus exiſtimor. I. C. 99. a. Quos ferro trucidari oportebat. de Or. 144. a. Cùm ſibi de ijs, quæ dici ob oratore oporteret, ſumeret. I. V. 187. a. Pecunia quā oportuit ciuitatibus pro frumento dari. Ac. 3. b. Totā enim rē Lucullo integrā ſeruari oportuit. Or. 218. Sed id crebrius fieri non oportet. de Or. 124. b. Proponi oportet quid afferas, & id quare ita ſit, oſtendere. I. V. 98. a. Verùm hoc, quod iam pridem factū oportuit. de In. 55. b. Oportet putare, &c. & cōuenit arbitrari, &c. & ad Her. 28. b. Videte ergo quid cōueniat eos impetrare. & pro Cecin. 291. a. Non oportet, &c. nihil eſt quod, &c. quid ego, &c. Att. 90. a. Ne quid fiat ſecus quàm uolumus quamq; oportet. I. A. 18. b. Beneuolentia ciuium ſeptum eſſe oportet, non armis.

Opperior, iris. expecto. At. 156. a. Ego in arcano opperior, dum iſta cognoſco. & Ep. 92. b. Nihil puto tibi eſſe utilius, quàm ibidem opperiri. At. 69. b. Scribas ad me uelim, ſi quid erit quod opperiare. At. 77. b. Sed quid plura? coràm opperior reliqua. Att. 43. b. Ibidem opperiar.

Oppeto, tis. obeo, occumbo. I. A. 265. a. Cùm milites pro ſalute populi Rom. mortē oppetierint. & pro Seſt. 12. b. Mortem pugnans oppetiſſes. & Att. 41. b. Oppetere mortem. & Ep. 53. a. & Tuſ. 172. a. & 173. b. Claræ mortes pro patria oppetitæ. Off. 23. a. At Aiax quo animo traditur millies oppetere mortem, quàm illa perpeti ab alio maluiſſet. I. A. 245. b. Mors neceſsitatem habeat naturæ, aut ſi antè oppetenda eſt, oppetatur cum gloria.

Oppidanus, a, um. pro Plan. 265. b. Iure quodā in ſcenicos uetere, maximeq; oppidano. de Or. 131. a. Senex quidam oppidanus. de Clar. 187. a. Oppidanum quoddam & inconditum genus dicendi.

Oppidò. ſanè. de Or. 133. a. Tutor minus uetus, oppidò ridiculus. de Fin. 97. a. Eorū definitiones paulum oppidò inter ſe differūt. & Ep. 235. b. Præterquam oppidò pauci.

Oppidulum, li. oppidum. At. 156. b. Melitæ, aut alio in loco, ſiue in oppidulo me futurum puto. & 313. b. Neq; ſolùm illud extorſi oppidulum, quod erat poſitum in Euphrate & Zeugmate, ſed, &c.

Oppidum, di. urbs. I. V. 216. b. Segeſta eſt oppidum peruetus in Sicilia. de D. 95. b. Tum ante oppidum Nolā florentiſsima Samnitū caſtra cœpit. & 91. b. Pheræ, quæ erat urbs Theſſaliæ, in quo oppido, &c. Ep. 244. b. Magnas copias ad oppidum Antiochiam acceſsiſſe.

Oppignero, as. pignori do. pro Seſt. 24. b. Libelli etiam pro uino ſæpe oppignerabantur.

Oppilatus, ta. obſtructus, clauſus. I. A. 164. b. Niſi ille ſe ſub ſcalas tabernæ librariæ conieciſſet, hiſq; oppilatis impetum tuum compreſsiſſet.

Oppleo, es. impleo. de N. 38. b. Vetus hæc opinio oppleuit Græciā, exectū eſſe Cœlum à filio Saturno. Tuſ. 183. a. Nanq; Aeſculapij liberorū ſaucij opplent porticus. Poſt. 206. a. Mors praua oppleta tenebris ac ſordibus. de N. 25. a. Nilus Aegyptum tota æſtate obrutā oppletamq; tenet.

Opploro, as. ploro. ad Her. 40. b. Quin uos auribus meis opplorare deſinitis.



Oppono, nis. obijcio, reſpondeo. opponi & è regione fieri. I. Oppoſitus. Top. 229. a. Cùm opponitur ſcripto ſcriptoris uoluntas. Ac. 15. b. Autoritas tanta planè me mouebat, niſi tu oppoſuiſſes nō minorē tuam. I. V. 217. a. Opponebant illi interdū nomē Africani. de Or. 139. b. His quatuor cauſis totidē medicinæ opponuntur. Or. 212. b. Siue paribus paria redduntur, ſiue cōtrarijs opponuntur contraria. & 213. a. & 218. b. Par pari referre, cōtrarium cōtrario opponere, uerbum uerbo cōparare. Or. 209. b. Vt antè occupet, quod putat opponi. pro Cor. 55. a. Principio orationis hoc oppono, me, &c. de Opt. 244. b. Huic labori noſtro duo genera reprehenſorū opponūtur: unū, &c. alterum, &c. de Fin. 98. b. Omni uirtuti uicium contrario nomine opponitur. At. 1. a. Et illud ſuū regnū iudiciale oppoſuit. cōtra R. 64. a. Illam urbē huic urbi uolunt opponere. I. P. 97. a. Cuius ego imperio nō alpiū uallum immaniſsimis barbarorū gentibus obijcio & oppono. & pro Fōt. 276. b. Propugnaculū hoſtibus oppoſitū & obiectum. de N. 52. b. Aues pennis pullos fouent ne frigore lædātur, et ſi calor eſt à ſole, ſe opponūt. Off. 64. a. Nec qui cōtra ſe liceatur, emptor opponet. I. A. 162. a. Sed quid opponēs tandem? ſi negem, &c. quo me teſte conuinces? pro Seſt. 7. a. Habeo quē opponā illi. de Fin. 85. a. Opponere ſe hoſtibus. de Fin. 73. a. Id protulit nō tam ut probaret, quā ut Stoicis, quibus cum bellū gerebat, opponeret. Top. 229. b. Defenſor aliquid opponet de tribus. Q. F. 312. b. Oppoſuiſti ſemel ἀντίστοιχον cauſam, Ciceronis noſtri ualetudinem. pro Cor. 60. a. Opponere ſe periculis, &c. de Ar. 258. a. Ciuē qui ſe pro patriæ ſalute opponat inuidiæ fruſtra poſthac requiretis. pro Q. 8. a. Minas iactare, formidines opponere. pro Cec. 289. a. Ad omnes introitus armatos homines oppoſuit. pro Mur. 145. a. Obijci inſidijs coniuratorum, & ad omne periculum atq; ad omnem inuidiam opponi. I. C. 109. b. Et primum gladiatori illi imperatores noſtros opponite. de Clar. 167. a. Iis oppoſuit ſeſe Socrates, qui, &c. de Leg. 187. a. Lacedæmone Ephori regibus à Theopompo ſunt oppoſiti. Att. 116. a. Pompeium perſequi Cæſar dicitur ut interficiat (ô me miſerum) & non omnes noſtra corpora opponimus? & 282. b. His quod opponi poſſet præſidium non habebamus.

Opportunè. εὐκαίρως, nō incōmode, loco, in loco, tēpore, in tēpore. )( ἀκαίρως, iniquo loco, alieno tēpore. At. 144. a Trebatius opportunè ad me ante aduentū Cæſaris uenerat. & pro Clu. 52. b. Opportunè ades. Ep. 11. b. Te ipſum, inquit, cupio, nihil opportunius potuit accedere. de N. 5. a. Peropportunè, inquit, uenis. de Fin. 103. a. Si id opportune facere poſsit. pro. Cæl. 51. b. Potuerunt ne meliori tempore proſilire? Ep. 168. a. Satis in tempore ad eos accedemus ſi ualebunt. At. 234. a. Tu uero cum Craſſo, ut cætera quàm commodè, opportunè autem, quod id ipſum apud me mones quatriduo antè ad eum ſcripſeram.

Opportunitas, tis. εὐκαιρία, occaſio, tempus actionis opportunū, utilitas. de Fin. 99. b. Quemadmodū opportunitas, (ſic enim appellemus εὐκαιρίαν) non fit maior productione temporis, habēt enim ſuū modū, quæcunq; opportuna dicuntur. de In. 50. b. Locus conſideratur, in quo res geſta ſit ex opportunitate, quam uideatur habuiſſe ad negotium adminiſtrandum. & 51. a. Occaſio eſt pars temporis in ſe alicuius rei idoneā faciendi, aut nō faciendi opportunitatē. Off. 29. a. Locū aūt actionis opportunitatē tēporis eſſe dicūt. & ibi. Opportunitas idoneorū ad agendū temporū & Epiſt. 44. b. pro Mur. 131. b. Et certè in armis locorum ualet opportunitas. de D. 99. b. Ac mihi quidem



dem uidentur ex locis ipſis, &c. diuinationem opportunitates eſſe ductæ. Off. 8. a. Sed credo illos ſecutos opportunitatem loci, maximè ne, &c. I. A. 188. b. Diuina uerò opportunitas, ut in ſortitione prouinciarum, quæ cuique apta eſſet, ea cuiq; obueniret. Att. 126. a. Tenendam hanc horam puto, quæ dignitatem & opportunitatē habet. de Am. 99. b. Amicitia plurimas opportunitates habet. pro Pom. 13. b. Cùm ad cæteras ſummas utilitates hæc quoque opportunitas adiungatur, ut, &c. de N. 19. b. & 37. a. b. Conſidera, quæ ſit utilitas quæq; opportunitas in homine membrorum. & Att. 120. a. Natura prouida utilitatum opportunitatumq; omniū. I. Deſperatio. Att. 257. b. O Brute ubi es? quantam εὐκαιρίαν amittis. Off. 28. b. Deinceps de ordine rerum, & temporum opportunitate dicendum eſt. Off. 59. b. Itaq; hac opportunitate annuli uſus, reginæ ſtuprum intulit. de Nat. 52. b. Enumerari non poſſunt fluminum opportunitates. de Leg. 161. b. Omitto opportunitates habilitateſq; reliqui corporis.

Opportunus, a, um, commodus. )( Importunus. Off. 29. a. Tempus actionis opportunū Græcè εὐκαιρία, Latinè appellatur occaſio. & de In. 48. b. Opportunus locus, tempus idoneum. pro S. R. 29. b. Locus opportunus captus ad eam rem. & Epiſt. 99. b. Aetas opportuniſsima. Ep. 153. a. Nihil poſt hominum memoriam opportunius accidere uidi. & 115. b. Hec res mihi accidit opportuna. contra Rul. 84. a. Capua non modò non obfuit, ſed opportuniſsima ſe nobis præbuit. pro Cec. 287. b. Magis opportuna opera nonnunquam quàm aliquando fideli. de Or. 130. b. Requieſcā in Cæſaris ſermone quaſi in aliquo peropportuno diuerſorio. de Cl. 196. b. Si operoſa eſt concurſatio magis opportunorum. I. A. 192. b. Milites Albæ conſtiterunt in urbe opportuna. de Am. 100. a. Cæteræ res quæ expetuntur, opportunæ ſunt ſingulæ rebus ferè ſingulis, diuitiæ ut utare, opes ut colere, &c.

Oppoſitio, onis. de In. 51. b. Diſparatum eſt, quod ab aliqua re per oppoſitionem negationis ſeparatur: ut ſapere, non ſapere. de Or. 136. a. In refellendo aduerſario, uel in confirmandis noſtris rebus. Or. 201. b. Aut aliquid affert, quod oppoſitum probabilius ſit, quàm illud quod obſtabit. de Orator. 92. b. Quod contrà dicatur refellere. I. Refello.

Oppoſitus, a, um. diuerſus, aduerſus, contrarius, è regione factus. Tuſ. 178. a. Ne dolorem ſummum malum diceres, oppoſitoq; dedecore ſententia depellerere. Off. 35. b. Moles oppoſitæ fluctibus. pro Dom. 225. b. Hanc ego uim meo corpore oppoſito à bonorum ceruicibus depuli. & ibid. Omnem uim improborum excepi meo corpore. Or. 201. b. Aut aliquid affert quod oppoſitum probabilius ſit, quàm illud quod obſtabit. de D. 112. a. Luna ſubiecta ſoli atq; oppoſita noſtris oculis. & ibid. Luna è regione ſolis facta.

Oppoſitus, tus. pro Mar. 136. a. Non modò excubias & cuſtodias, ſed etiam laterum noſtrorum oppoſitus & corporum pollicemur.

Oppreſsio, onis. obſeſsio, oppugnatio. pro Dom. 213. a. Occupatio fori, oppreſsio curæ. & Off. 68. b. Oppreſsio legum & libertatis.

Oppreſſor, oris. Att. 286. a. Vindex & oppreſſor coniurationis.

Oppreſſus, a, um. obſeſſus, oppugnatus. Poſt. 208. a. Senatus oppreſſus & afflictus. & pro Dom. 218. a. Oppreſſa captaq; rep.

Opprimo, mis. ſeruitute oppreſſum teneo, ſubigo, abſcondo. Off. 37. b. Qui ui oppreſſos imperio coercent. & ibid. Armis oppreſſa ciuitas. & Epiſt. 47. b. Opprimere remp. armis. Att. 274. a. Opprimemini (mihi crede Brute) niſi prouideritis. & pro Font. 281. a. Conficere atq; opprimere hoſtes. Epiſt. 155b. Qui oppreſſerit Antonium, is bellum confecerit. & pro Mur. 131. a. Quem L. Murena repreſſum magna ex parte non oppreſſum reliquit. pro S. R. 24. a. & pro Mil. 109. b. Extinguere & opprimere potentiam alicuius. Att. 237. a. Cùm hominem temperantem tantus improuiſò morbus oppreſſerit. pro Q. 1. b. Innocentes iniquo iudicio opprimere. pro S. R. 20. a. Opprimi me onere officij malo, quàm, &c. & Ep. 51. b. Opprimi dolore. Epiſt. 253. a. Cùm hæc tertia iam epiſtola antè te oppreſſerit, quàm tu ſchedulam aut literam. I. V. 226. a. Cōtumeliæ quibus operti oppreſsiq; erant. & 80. a. Obrutus & oppreſſus eſt. de D. 119. Quo modo potuit terra oppreſſus uiuere?



Opprobrium, brij. dedecus, ignominia. In Sal. 274. b. Cum omnibus matribus familiarum opprobrio eſſet.

Oppugnatio, onis. de Or. 102. b. Oppidorum oppugnationes. & Q. Frat. 310. b. Sine oppugnatione noſtra. & in Vat. 29. b. pro Cæl. 41. a. Cùm hoc genus oppugnationis inferetur, propulſare debebitis.

Oppugnator, oris. qui contrà pugnat, qui fert arma contra. )( Defenſor, propugnator. Antequam. 194. a. & pro Planc. 275. b. Qui oppugnator ſalutis meæ fuiſſet. I. A. 241. a. Antonius oppugnator patriæ.

Oppugno, as. impugno, contrà arma fero, oppugnationem infero, prodo. I. A. 206. a. Cùm Antonius Brutum oppugnet, Mutinam circunſedeat. pro Pom. 7. b. Vrbem Cizicenorum obſeſſam eſſe ab ipſo rege & oppugnatam uehementiſsimè. de Ar. 244. b. Obſidere, oppugnare, & labefactare aliquam urbem. contra Rul. 61. a. Quæ res apertè petebatur, ea nunc cuniculis oppugnatur. Antequam. 194. a. Oppugnare nocentes. )( Propugnare pro innocentibus. de In. 42. a. Oppugnare patriam. )( Pugnare pro patria. pro Q. 7. a. Oppugnare caput alterius. Or. 219. a. Oppugnare aliquem clandeſtinis conſilijs. & Ep. 1. a. Oppugnare aliquem pecunia. I. V. 128. a. Pater rogat eos atq; orat, ne oppugnent filiū ſuum. de Or. 123. b. Carneades nullam unquam rem defendit, quam non probarit: nullam oppugnauit, quàm nō euerterit. Ep. 59. a. Nec Metellum fratrem ob dictum capite & fortunis per te oppugnatum iri exiſtimaram. & 61. a. Quare ego non oppugnaui fratrem tuum, ſed fraterni tuo repugnaui. pro S. R. 38. b. Quod à uobis oppugnari uideo, ne in quæſtionē dentur, ſuſpicioſum eſt. Q. Fr. 309. b. Vatinium, à quo palàm oppugnabamur, arbitratu noſtro concidimus.

Oppuntius, tij. I. V. 130. b. Philodamus oppuntius.

Ops, opis. I. A. 156. a. Pecunia utinā ad ædem Opis maneret. & 178. a. de Vn. 281. b. Ops Saturni ſoror, Oceani & Salaciæ filia. Att. 88. a. Statua quæ ad opis per te poſita in excelſo eſt. & 230. b. ad Opis. ſcilicet ædem.

Optabilis, le. optatus, optandus, expetendus, potior. de Or. 104. a. Quæ uulgò expetenda & optabilia uidentur. Ep. 68. a. Quæ etſi nobis optabiles in experiundo nō fuerunt, in legendo tamen erunt iucundæ. I. A. 210. a. Mihi pax ſemper fuit optabilis. pro Seſt. 23. b. Hoc eſt maximè optabile omnibus. Offic. 10. a. Quæ ut concurrant omnia, optabile eſt. I. P. 86. b. Vtrum tandem homo uiro optabilius putas, ſic exire, &c. an, &c. ad Brut. 91. b. Exitus optabilis.

Optabiliter. cum deſiderio, optatò. Tuſ. 169. Quàm opta-

optabiliter iter illud ineundum eſt.

Optandus,a,um.I.P.86.b.Optandum duco mihi fuiſſe illam expetendamq́; fortunam.

Optatio,onis,optatum. Offic.71.a.Theſeus,cui cum tres optationes Neptunus dediſſet,optauit interitũ Hyppoliti filij ſui.

Optatio,onis.ornatus quidam orationis.de Or.172.a.Optatio.)(.Execratio, &c.

Optatò. optabiliter. Att.214.a. Et mihi optato ueneris.& de Orat.110.b.Ocium quod nunc peroptatò nobis datum eſt.

Optatum,ti.ſomnium, deſiderium,uotum. cõtra Rul.61.a.Hæc non cogitata ſapientum, ſed optata furioſorum uidentur.Off.7.a.Ex tribus enim optatis hoc erat tertiũ, quod de Hyppoliti interitu iratus optauit. & 71.a. Quo optato impetrato, Theſeus in maximis fuit luctibus. Ep.28.a. In omnibus tuis rebus, meis optatis fortuna reſpondit.Epiſt.25.a. Quid eſt cauſæ cur mihi non ſit in optatis complecti hominem?I.P.89.b. Illud etiam accidit præter optatum meum, ſed ualdè ex uoluntate ,ut in furorem & inſaniam incideris.

Optatus,a,um. optabilis, exoptatus, longus in optatis,gratus.I.V.56.a. Quid eſt quod omnibus gratius atq; optatius poßit eſſe?Epiſt.264.b. Grati & optati rumores de aliquo.Epiſt.29.b.Cùm optatißimum nuncium accepiſſem,te,&c.& 30.a.Mihi quæſtor optatior obtingere nemo potuit.pro Dom.226.a.Quod illis optatißimum erat. Att.151.a.Nihil mihi optatius,quàm euolare. Q.Fr.310.b. Vale mi optime & optatißime frater,& aduola. pro.S.R.25.a.Patres optatißimum ſibi putant eſſe, filios ſuos rei familiari maximè ſeruire.

Optimates,tum.ſummi ciuitatis uiri,primarij,principes,nobiles.)(.Populares. Att.163.b.Vide ne dum pudet te parum optimatẽ eſſe, parum diligẽter quod optimum ſit,eligas.& Ep.14.a.& Tuſ.172.a.pro Fl.157.b. Vſq; eò orba fuit ab optimatibus illa cõcio, ut princeps principum eſſet Meandrius.pro Seſt.23.a.Qui ita ſe gerebãt,ut ſua conſilia optimo cuiq; probarentur, optimates habebantur.de Cl.193.b. Optimates Athenienſium. & de In.68.a.Contra uoluntatem omnium optimatum.Ep.99.a. Matronæ opulentæ optimates.Tuſ.172.a.Optimates.)(.Plebs.Att.20.a.Hanc uiam optimatum nõ teneo.& 134.a.Philotimus enim me ab optimatibus ait cõſcindi,quibus optimatibus,&c.Off.50.a. Ex quo tantæ diſcordiæ ſecutæ ſunt,ut Tyrãni exiſterent,optimates exterminarẽtur.

Optimè.præclarè. Q.Frat.311.a. Si perficiunt optimè,ſi minus,&c. Ep.57.b. Sed hæc tu melius, uel optimè omnium.I.V.134.a. & Acad.29.a. Optime,inquit, &c. de D.81.b.Optimè uerò,inquam,&c.

Optimus,a,um. lectißimus,beneficentißimus.de N.38.b.Iupiter optimus: id eſt, beneficentißimus. & de Opt.243.b. Quod omnes laudes habet,id eſt optimum. de In 53.a. Nam & tu mulier optimum uirum uis habere,& tu Xenophon uxorem habere lectißimam maximè uis. de Opt.243.a.Optimum unum eſt,& quod optimo dißimillimum eſt, id eſt deterrimum. de Cl.177.a. In omnibus rebus difficilis optimi perfectio atq; abſolutio. Orat.197.b. Nam neq; illud ipſum,quod eſt optimum, deſperandũ eſt: & in præſtantibus rebus magna ſunt ea,quæ ſunt optimis proxima.Or.200.a. In omni re difficillimum eſt formam exponere optimi,quod aliud alijs uideatur optimum. de Ar.250.a. Viris,qui eſt optimus à populo Romano iudicatus,P.Scipio.de Fin.65.a.Hoc uerò, inquit, optimum, ut is,&c.εἰρωνικῶς.de Or.97.a. Stylus optimus & præſtantißimus dicendi magiſter.pro Clu.29.a.Optimus.)(.Deterrimus.

Optio,onis.poteſtas.de Fin.55.a.Cum ſoluta nobis eſt eligendi optio. & Acad.6.a. Si optio naturæ noſtræ detur.I.V.61.b.Ille tibi poteſtatem electionemq́; facturus eſt,ut eligas utrum uelis.In.V.An erit hæc optio,& poteſtas tua?ut dicas,&c.de Fat.140.b.Vtro frui malis,optio tua ſit.de Cla.181.b. Quando autem dubium fuiſſet apud patres noſtros eligendi, cui patroni daretur optio, quin Antonium optaret aut Craſſum? pro Q.5.b. Cui hæc optio tam miſera tamq; iniqua daretur , ut, &c. pro Cec.297.a.Si mihi non copioſo homini ad dicendum optio detur,utrum.&c. Att.67.b. Hybernam legionem eligendi optio delata.

Opto,as.cupio,deſidero, exopto, expeto, uota facio, eligo.de Or.93.a.Inſperanti mihi,ſed ualde optanti cecidit,ut in iſtum ſermonem delaberer.de Or.156.a. Quorum ſi alterum ſit optandum,malim indiſertam prudentiam,quàm ſtultitiam loquacem.de Fat.149.b. Optare hoc quidem eſt,non diſputare.Or.202.a.Bonitas uocis optanda eſt(nõ eſt enim in nobis)ſed tractatio in nobis &c. Q.Fr.314.a.Id erat huiuſmodi,ut magis optandum quàm ſperandum putarem. pro Pom.8.b.Itaq; tantum uictus efficere potuit,quantum incolumis nunquam eſt auſus optare.& pro Fl.153.a. Quantum ſibi ablatum domo impudentißimus dicit,tantum nunquam eſt auſus ut haberet optare.I.A.258.b. Cùm ad eum, quẽ cupimus optamusq́; ueſtitum, redierimus. de Cl.196.b. Tibi fauemus, te tua uirtute frui cupimus,tibi optamus eam remp.quæ,&c.de Orat.85.a. Neq; nobis cupientibus & optantibus fructus ocij datus eſt,& pro Lig.138.b.Quid cupiebas?quid optabas?I.C.107.b.Neq; ego à dijs immortalibus optabo Quirites,ut,&c.pro Clu.57.b.Nihil eſt enim mali, nihil ſceleris,quod non illa filio uoluerit, optarit, cogitarit, effecerit. Offic.71.a.Sol Phaetonti filio facturum ſe eſſe dixit, quicquid optaſſet,optauit ut in currum patris tolleretur. Off.7.a.Ex tribus optatis hoc erat tertium, quod de Hyppoliti interitu iratus optauit.Ep.42.a.Sed ne optari quidem ſacerdotem licebat, qui cuiquam ex collegio eſſet inimicus.I.P.86.b.Optandũ duco mihi fuiſſe expetendamq́; fortunam.& 89.a.b.Hæc ego de uobis ſemper expetiui, hæc optaui, hæc precatus ſum. & ibid. Optare inſaniam alicui.de Am.207.b.Quin etiam neceſſe eſt cupere,etiam optare,ut quàm ſæpißimè amicus peccet.

Opulentia,tiæ.opes. Sal.in Cic.271.a. Opulentiam iſtam ex ſanguine ciuium paraſti.

Opulentißimus,a,um.ditißimus,opibus circumfluens, & abundans.de D.132.b. Crœſus Aſiæ rex opulentißimus.& Tuſ.247.b. Sardanapalus opulentißimus Syriæ rex.de N.76.b.Opulentißima & beatißima ciuitas.

Opus,ris.munus,opera,artificium.de Or.115.a. Magnum eſt quoddã opus atq; haud ſciam an de humanis operibus longè maximum dicere, &c. de Cl.171.a. Et nimirum is princeps ex latinis illa oratorum propria,& quaſi legitima opera tractauit, ut egrederetur à propoſito, ut delectaret animos,&c. I.V.212.b. Nunquam mihi opus deeſt.Or.203.b.Magnum opus & arduum,ſed ingredientibus conſiderandum fuit,quid ageremus.Tuſ.208.b.Magnum opus & diffilile. Att.147.a. Vtinã aliquod in hac miſeria reip. πολιτικὸν opus efficere & nauare mihi liceat.Ep.107.b. Itaq; opera efficio tanta quanta fortaſſe tu ſenties.de Or.112.a.Homo unius cuiuſdam operis, ut inquit



inquit Cæcilius.At.25.a.Curabo ut huius peregrinationis tibi opus extet.& 159.a.Ep.263.b.An pangis aliquid Sophocleum?fac opus appareat.I.V.229.b. Opus tam elegans,tam perfectum,tam elaboratum. & de N.54.a.Opus artificioſum & diuinum.de N.21.a.Opera magnifica atq; præclara.de N.37.a.Quod in operibus noſtrarũ artium manus efficit,id multo artificioſius naturam efficere.Off.30.a. Pictores & ueri etiam poetæ ſuum quiſque opus à uulgo conſiderari uult.Acad.39.a.Magnum opus in manibus habeo.Ep.7.b. Minimè miror te tuis præclaris operibus lætari. de Or.108.a.In uno aliquo opere noctes & dies urgeri.I.V.68.b. Publicorum operum depopulatio. pro Dom.223.b. Operum publicorum exactio. Top.222.a. Eius operis uicio:id eſt,fornicis uel parietis.I.V.210.b. Hæc omnia antiquo opere & ſummo artificio facta.& 224.b. & ſumma arte.I.V.229.a. Quarum iſte non opere delectatur.ſed pondere,& 206.b.Hydria præclaro opere,grandi pondere.I.V.223.a.Galeæ cœlatæ opere Corinthio.de Leg.183.a. Exornare ſepulchrum opere tectorio. Tuſ.240.a. Stragulum magnificis operibus pictum.de Sen.81.b. Nunquam ulla in agro maiora opera fiunt ſenibus abſentibus. Att.208.b. Academicẽ σύνταξιν totam ad Varronem traduximus.Att.226.a.Dij immortales,quæ tum opera effici potuerunt.Off.53.a. Nulla eius ingenij monimenta mandata literis,nullum opus ocij, nullum ſolitudinis munus extat.I.A.250.a. Antonius Mutinam operibus munitionibusq́; ſepſit.I.A.264.a.Erit igitur extructa moles opere magnifico,inciſæq́; literæ, &c. de Sen.82.b.Præclarum opus eſt,inſtituere adoleſcentes. Par.116.b.Hoc tamen opus in apertũ ut referas,nihil poſtulo.& 118.a. Qui Corinthijs operibus abundant. de L.157.a .Cùm ſit opus unum hoc oratorium maximè.pro Mar.132.b.Nihil eſt opere aut manu factũ,quod non aliquando conſumat uetuſtas. Top.226.a. Cauſæ, quæ ſine ulla appetitione animi,ſine uoluntate ſuum quaſi opus efficiunt.I.V.230.b.Nimio opere ſicut magno opere. Off.35.b.Quæ non ſine hominum opere habere poſſemus. & ib.Sine hominum manu atq; opera.Q.Fr.328.b.De arcano Cæſaris,opus eſt uel me herculè etiam elegantioris alicuius,ſcilicet artificis. de D.120.b. Vt ſi mures corroſerint aliquid,quorũ eſt opus hoc unum monſtrũ putemus.

Opuſculum,li. Att.30.b. Minutorum opuſculorum fabricator.& de Leg.156.b.In iſto opuſculo,&c. Parad.116.b.Accipies igitur hoc paruum opuſculum lucubratum his iam contractioribus noctibus.

Opus eſt.conuenit,tempus fert,res fert,ſi uſus eſt,ſi ita commodum ueſtrum fert,neceſſe eſt.de Or.112.b.Illud etiam ſi opus eſt,tamen eſt minus neceſſarium.Ep.17.a.Legem curiatam conſuli ferre opus eſſe, ſibi neceſſe nõ eſſe. ad Her.28.a.Tacito cùm opus eſt clamas, cum loqui conuenit,obmuteſcis.& At.118.b.Sed opus fuit Hircio cõuento.At.212.a.Hoc fieri & oportet & opus eſt.At.106.b. Quid opus eſt de Dionyſio tam ualde affirmare? an mihi nutus tuus non faceret fidem?Ep.66.b.Et ſi opus eſſe uidebitur, ipſe cõueniam.I.C.16.a.Ne dici quidem opus eſt, quanta diminutione ciuium,&c.de Or.104.a.Acuto homine nobis opus eſt.& I.A.236.a.Expedito nobis homine opus eſt.Par.124.b.Mihi quæſito opus eſt.In Sal.273.b.Vbi rerum teſtimonia adſunt,non opus eſt uerbis. Off.75.b.Is quod ſibi opus eſſe uidebat, nõ quod reip. cenſuit. & Ep.50.b. Illa quandiu ei corpus fuit, uixit. pro Flac.153.b.Græci ex tempore,quod opus eſt,obſignãt.Ep.66.a.Nos ſi quid erit iſtic opus, defendes. Ep.173.a. Tu quæ iſtic opus erunt , adminiſtrari proſpicies. Epiſt.88.b. Non enim acciderat mihi opus eſſe. Epiſt.29.b. Is omnia pollicitus eſt,quæ tibi eſſent opus.Ep.139.a. Nihil tibi opus eſt illud à Trabea.Ep.20.b. Dux nobis & autor opus eſt.Ep.109.b.Sulpitij tibi operam intelligo non multum opus fuiſſe.At.247.b. Video mihi opus eſſe uiaticũ. & ibid.Mihi opus eſt uniuerſo quidem,ſcilicet uiatico.de Or.141.b.In omnibus rebus,quæ ſub aſpectum ueniunt ſedes opus eſt.de In.69.a . Huius nobis exempla per multa opus ſunt.Ep.147.b.Aliquantum nobis temporis & magni laboris,& multæ impenſæ opus fuerunt,ut quæ, &c. At.97.b.Dices nummos mihi opus eſſe ad apparatum triumphi.Ep.58.b.Quibuſcunq; rebus opus eſſe intelligam, tibi præſto ero.de Cl.174.a.Ad remp.dũtaxat quod opus eſſet,ſatis habuit eloquentiæ.contra.R.64.a. Mihi ad huiuſce uerbi uim uehementer opus eſt prudentia ueſtra. Ep.31.b.& ad Heren.37.a. Præſidio firmiori opus eſt ad iſtam prouinciam.Ep.158.a. Vlla in re, quæ ad ualetudinẽ opus ſit.I.V.102.a.Aiebat multa ſibi opus eſſe, multa canibus ſuis.Tuſ.246.a.Alexandro roganti,ut diceret,ſi quid ſibi opus eſſet, Nũc,inquit,&c.At.19.b.Tum ſi quid res fieret, coràm inter nos conferemus: id eſt,ſi quid opus erit.I.A.194.a.Si res ita tuliſſet:id eſt,ſi opus fuiſſet. Ep.132.a.Si tibi ita conueniat:id eſt, opus ſit. Am.106.a.Atq; haud ſcio,an ne opus ſit quidem,nihil unquam omnino deeſſe amicis.Epiſt.116.a.Amabo te, ſi quid quod opus fuerit Appio facies,ponito me in gratia.

Ora,ræ.regio,pars terrarũ,extremitas.pro Cor.56.b.Qui tot habet triumphos,quot oræ ſunt parteſq́; terrarum.& de N.59.a.Quacunq; in ora ac parte terrarum. Ep.185.b.Exteræ nationes à prima ora Græciæ uſque ad Aegyptum.Tuſ.162.b.Terra duabus oris diſtantibus habitabilis.Tuſ.157.b.Oræ ipſæ locorum illorum, quò peruenerimus Att.109.a.& Tuſ.236.a. Tota hæc maritima ora.de D.117.b.Oræ gentium,in quibus hæc ne obſeruantur quidem.de N.46.a . Amœnitates orarũ & litorum. Tuſ.172.b.Duæ oræ diſtantes.de N.12.b. Ignibus altißima ora reddita eſt.de N.46.a.Aether extrema ora & determinatio mundi.de Fin.86.a.Regiones, quarum nulla eſſet ora , nulla extremitas. de N.12.b . Immenſa regionum magnitudo, in quam ſe intendens animus,nullam oram ultimi uideat. de D.102.b. Omnes auidi ſpectant ad carceris oras.pro Pomp.8.b.Fani diripiendi cauſa, in eas oras noſtrum exercitum eſſe adductum.

Oraculum,li.ſors, uaticinatio. Top.227.b. Oracula ex eo ipſo appellata ſunt, quòd ineſt in his deorũ oratio. de D.100.a.Iiſdemq́; de rebus ſemper aut Delphis oraculum,aut ab Ammone , aut à Dodone petebant. de D.96.a.Cùm oraculum ab Ioue Dodoneo petiuiſſent de uictoria ſciſcitantes. de D.80.b. Græcia nullam coloniã miſit ſine Pythio aut Dodoneo aut Ammonis oraculo. de D.96.a.b.Sacerdos quæ propoſita erat oraculo.pro Font.280.a. Nationes quæ quondam Delphos uſq; ad Apollinem Pythium atq; ad oraculum orbis terræ ſpoliandũ profectæ ſunt. de D.87.b. Oracula quæ inſtinctu diuino afflatuq́; fundũtur.& ib.Oracula,quæ æquatis ſortibus ducuntur. de D.104.a.Credo etiã anhelitus quoſdam fuiſſe terrarũ, quibus inflatæ mentes oracula funderent. de D.88.b. Poteſt autem uis illa terræ quæ mentẽ Pythiæ concitabat,euanuiſſe uetuſtate. At.274.a.Hæc ex oraculo Apollinis Pythij edita tibi puta,nihil poteſt eſſe uerius. & Off.49.b. Apollo Pythius oraculo edidit, Spartam,&c. pro Font.279.a.Si quicquã ex illo loco dicetur,ex oraculo dici pu-

tet. de D.132.b. Sors illa edita eſt opulentiſſimo regi Aſiæ, Crœſus Halim penetrans magnā peruertet opū uim. & ib. Cur iſto modo iam oracula Delphis nō edūtur. de L. 178.a. Oraculū editū eſt, eas, etc. de N.14.b. Hæc ego nūc phyſicorū oracula fundo. de D. 95.a. Expoſui ſomnij ac furoris oracula. Tuſ.174.a. & de Fin.68.b. Quod oraculū erat datū, ſi rex interfectus eſſet, uictrices Athenas fore. & ibi. Oraculo edito. pro S.R.29.a. Cum præſertim deorum immortaliū iuſſis atq; oraculis id feciſſe dicantur.

Oratio, nis. locutio, ſermo, concio. Or.202.a. Quanquam omnis locutio oratio eſt, tamen unius oratoris locutio hoc proprio ſignata nomine eſt. de N.20.a. Sermo & oratio in homine. de Or.125.b. Illa, quæ à bono poeta dicta eſt flexanima atq; regina rerū oratio. & ibi. Oratio mores effingit hominū. & ibid. multa de oratione. Orat. 213. b. Iſocrates orationis faciendæ ac ornandæ autor locupletiſſimus. & de Or.90.b. Ignarus faciundæ ac poliendæ orationis. pro Dom.216.b. Cum his hæc haberi oratio poteſt, qui, &c. Ep.112.a. Tu quam orationē Pomp. habuerit tecum, fac mihi perſcribas. Tuſ. 246. Habere multam orationem de aliqua re. Ep.62.a. Mitiſſimam in ſenatu orationē habuit. Off.26.b. Magna uis orationis eſt, eadéq; duplex, altera contentionis, altera ſermonis: contentio, &c. ſermo, &c. & 42.b. Duplex eſt ratio orationis, quarum in altera eſt ſermo, in altera contentio, &c. & ibi. Contentio orationis maiorem uim habet ad gloriam: ea eſt enim quam eloquentiam dicimus. & 43.a. Quæ in multitudine cum cōtentione habetur oratio. Ep.153.a. Oratio grauiſſimis uerbis ſententijſq; plena. de Or.87.b. Sapientiſſimis ſententijs grauibuſq; uerbis ornata oratio & perpolita. de Clar.175.b. Orator grandis uerbis, ſapiens ſententijs, genere toto grauis. de Fin.94.a. Verùm tamen cū de rebus grandiorib. dicas, ipſæ res uerba rapiunt, ita fit cùm grauior, tum etiā ſplendidior oratio. pro Cor. 58. a. C. Pompeius cuius oratio omnibus ornamentis abūdauit. pro Cæl.47.a. Genus orationis, eius facultatē, copiam ſententiarum atq; uerborū perſpexi. & ibi. Sed inerat oratio & bonis artibus inſtituta, & cura, & uigilijs elaborata. pro Seſt.19.b. Ita de me ille ſcripſit, ijs uerbis, rebus, ſententijs, ut, &c. de In.67.a. Diſtinguere & illuſtrare orationē rarò inducendis locis cōmunibus. de Or.147.a. & 114.a. Oratio de horridis rebus nitida, de ieiunis plena, de peruulgatis noua. & 125.a. Flumen orationis & uarietas. & Acad.30.a. Flumen grauiſſimorū & optimorum uerborum. & de Fin.64.b. Aureum orationis flumen fundēs Ariſtoteles. Item. Quaſi torrens fertur oratio. de Cl. 172.a. Oratio incitata, grauis, uehemens. de Or.161.b. Figura orationis plena et tamen teres.)(. Tenuis, nō tamē ſine neruis & uiribus, mediocris. de Or.159.a. Itaq; tum graues ſumus, tum ſubtiles, tum medium quiddā tenemus. de Opt. 243.a. Orator grādis, grauis, copioſus.)(. Tenuis, ſubtilis, breuis. & Orat.201. b. Alij graues, alij tenues, alij temperati. Or.205.a.b. Oratio uel orator grauis, acer, ardens, amplus, copioſus, ornatus.)(. Tenuis, ſubtilis, acutus, ſubmiſſus. humilis, medius, modicus, temperatus, mediocris, ut philoſophorū: inſignis, florens, pictus, expolitus, ut ſophiſtarum. de N.30.a. Vberius & fuſius diſputare.)(. Anguſtius & breuius, &c. & ibi. de oratione rhetorica & dialectica. de Orat. 128.b. Multa uaria, & copioſa oratio. de Or.127.a. Genus orationis uehemēs atq; atrox.)(. Genus alterū lenitatis & manſuetudinis. & de Clar.175.b. Genus dicendi magnificentius & ornatius. et de Clar.175.a. Genus orationis uagū, fuſum, multiplex. de Or.145.b. Genus dicendi forte, uehemens, cōmotum in agendo, præmunitum, ex omni parte ſeptum, acre, acutum, enucleatum, & multa alia. de Or.125.a. & de Clar.167.b. Oratio fortis, intenta, acris, uehemens, grandis, incitata.)(. Placida, ſummiſſa, lenis. de Or.113.a. Genus ſermonis liquidum, fuſum, profluens.)(. Exile, aridum, conciſum, minutū. de Cl. 173.a. Limatum dicendi genus. de Or. 151. a. Oratio grauis, ſuauis, erudita, liberalis, admirabilis, polita, ſenſus & dolores habens.)(. Exilis, inculta, uulgaris, obſoleta. et ibi. Conſperſa quaſi uerborū ſententiarumq; floribus. de Or. 160.a. Oratio, quæ quidē polita ſit atq; facta quodammodo. & 152.a. Concinna, diſtincta, ornata, feſtiua. & 158. b. Iuncta, cohærens, lenis, æquabiliter fluens. de Or.161.b. Diſtinguenda & frequentanda eſt omnis oratio luminib. ſententiarum atq; uerborū. de Or.147.b. Qui diſtinctè, qui explicatè, qui abundanter, qui illuminatè & rebus & uerbis dicunt, & in ipſa oratione quaſi quendā numerum uerſumq; cōficiunt, id eſt, quod dico ornatè. de Clar.174. a. Peracutum & artis plenum orationis genus. de Cl.170. b. Hæc poſteriorum quaſi exaggerata altius oratio. & de Fin.126.b. Oratio ſplendida, illuſtris. Or.315.b. Oratio alta & exaggerata.)(. Abiecta, humilis. de Clar.183.a. Incitata, uolubilis, redundans & circumfluens oratio. de Or. 114.a. Genus orationis fuſum atq; tractum, & cum lenitate quadā æquabiliter profluens, ſine iudiciali aſperitate, & ſine ſententiarum forenſium aculeis. Or.199.a. Opimum quoddā, & tanquam adipale orationis genus. Orat. 201.a. Dulce orationis genus, & ſolutum, & effluens, ſententijs argutum, uerbis ſonans, eſt in illo epidictico genere. Or.198.b. Glandiloqui (ut ita dicam) fuerunt, cum ampla & ſententiarum grauitate & maieſtate uerborum. et ibi. Oratores uehementes, uarij, copioſi, graues. de Clar. 191.a. Accuratū & exquiſitum dicendi genus. de Cl.195. b.196.a. Oratio cùm incitata & uibrans, tum accurata etiam & polita. Or.215.a. Oratio collocata atq; diffuſa.)(. Anguſta atq; cōciſa. de Clar.189.a. Plena literatæ ſenectutis oratio. & ibi. Splendida quædam & minimè ueteratoria ratio dicendi. pro Syl. 169.a. Copioſiſſima atq; ornatiſſima oratio. de Clar.189.b. Cōpoſitum dicendi genus, et acre, & expeditum. & 190.a. Oratio ſplendida & grandis & eadem faceta & perurbana. ad Her. 27. b. Oratio puris & electis uerbis compoſita. At.238.a. Eſt autem oratio ſcripta elegātiſſimè ſententijs & uerbis, ut nihil poſſit ultrà. pro Plan. 271. a. Tua fuit perelegās & perſubtilis oratio. de Clar.192.a. Genus orationis ſincerum, ſolidum, & exſiccatum. Or.201.b. Lenitas & æquabilitas orationis, & purum quaſi quoddam & candidum genus dicendi. contra Rul.68.b. Is explicat orationem ſanè longā & uerbis ualdè bonis. Off.1.a. Aptè, diſtinctè, ornateq; dicere oratoris proprium eſt. de Or.147.a. Preſſe, æquabiliter, leniter loqui.)(. Aſperè, uaſtè, ruſticè loqui. & de Cl. 174.b. Subtiliter, preſſè, enucleatè, ſolutè & ſuauiter dicere. de Clar.170.a. Attici acuti, elegantes, faceti, breues. de D.97.b. Oratio uel actio uehemens, & grauis, & copioſa. de D.140.b. Vbertas orationis et ornamenta dicendi. Or.202.b. Oratio tracta quædam & fluens. & ibi. Contorta & acris oratio. de Or.125.b. Sentētiæ integræ, ueræ, nouæ, ſine figmentis fucoq; puerili. Ep.85.a. Oratio libera, incitata. de Or.109.b. Quid enim tua poteſt oratione aut ſubtilius, aut ornatius eſſe? pro Seſt.26.b. Sed mihi omnis oratio eſt cū uirtute, non cū deſidia. de Cl. 174.b. Appij uolubilis, ſed paulo feruidior erat oratio. pro Fl.156. b. Homo uolubilis, præcipiti quadam celeritate dicendi. de Clar.



Clar.187.a. Feruidum quoddam & petulans & furioſum genus dicendi. & ib. Inconditū genus dicendi. de Cl. 170. b. Antiquior eſt eius ſermo & quædam horridiora uerba. & 171.b. Exilis oratio & redolens antiquitatē. Or. 218. b. Oratio carens numeris, diſſipata, inculta, & fluens eſt. & 220.a. Oratio diſſipata, diffluens, ſoluta. de Cl. 189. a. Oratio tum obſcura, quia peracuta: tum rapida & celeritate cæcata oratio. Or.198.b. Oratio aſpera, horrida, triſtis, neq; perfecta neq; cōluſa. & ib. Leuis, inſtructa, & terminata oratio. & ib. Alia pulchra. de Cl.174.a. Triſte & ſeuerum genus dicendi. Or.201.b. Duritas & ſeueritas & quaſi mœſtitia orationis. Or. 216. b. Ne immoderata aut fluens aut diſſoluta aut anguſta ſit oratio. Or.203. b. Genus dicendi ſummiſſum & humile. & ibid. Orator tenuis, ſubtilis, acutus. Q.Fr.314.b. Ille capitalis, creber, acutus, breuis, penè puſillus Thucydides. Off.1.b. Diſputator ſubtilis, orator parum uehemens, dulcis tamen. de Cl. 190.b. Eos quorum altior oratio, actioq; eſſet ardentior, furere & bacchari arbitrabatur. Or.199.a. Horridè, incultè.)(. Eleganter, enucleateq; dicere, & inquinatè loqui. de N. 30.a. Anguſtia cōcluſæ orationis nō facilè ſe ipſa tutatur. de Cl.182.b. Cauēda eſt preſſo illi oratori inopia & ieiunitas, amplo autē inflatū & corruptū dicendi genus. de Or. 182.b. Attenuatè preſſeq; dicere.)(. Sublatè ampleq; dicere. ad Her.27.a. Oratio inflata, arida, exilis. & ib. Fluctuans, diſſoluta. de Fin. 94. a. Res philoſophicas ornatè dicere uelle, puerile eſt: planè autē & perſpicuè expedire, docti & intelligentis uiri. de Or.114.a. & de Cl. 175. a.b. Oratio philoſophorū qualis. Or. 203.a. Oratio Platonis & Democriti qualis. de Cl.175.b. Oratio philoſophorum pacatior, oratorū pugnacior. de L.158.b. Oratio tua non multum à philoſophorū lenitate abeſt. & de Or.128.b. Genus dicendi in quo uis atq; cōtentio quæritur. & Tuſ.237. b. Lenitas orationis. Or.292.b. de oratione philoſophorū multa & pulchra. de Cl. 175. b. Oratio Stoicorū aſtricta & contracta, id eſt, Academicorū ueterū & Platonis.)(. Libera, lata. & de Or.91.a. Oratio Stoicorū ſpinoſa et exilis. de Orat. 149.a. Stoici orationis genus habent fortaſſe ſubtile & certè acutū, ſed ut in oratore exile, inuſitatum, abhorrens de auribus uulgi, obſcurum, inane, ieiunum. de Or.114.a. & Or.202.b. Oratio hiſtoricorum qualis. Or. 219.b. Siculorum dicendi genus adiectū. de Cl.183.a. Grandis, & ut ita dicam, Tragicus orator. de Or.127.b. Neque paruis in rebus adhibendæ ſunt hæ dicendi faces. & ib. Tragedias agere in nugis. de Sen.82.b. Cōpta oratio & mitis. Sermo quietus & remiſſus. de Sen.83. a. Ex Neſtoris lingua, ut ait Homerus, melle dulcior fluebat oratio. de Sen. 84.b. Cauſarum illuſtrium quaſcunq; defendi, nunc quàm maximè conficio orationes.

Oratiuncula, læ. oratio. At.209.a. Scripſit enim ad mè Balbus, & Oppius mirificè ſe probare, ob eāq; cauſam ad Cæſarem, meam ſe oratiunculam miſiſſe. 239.a. Brutū omni re, qua poſſum cupio iuuare, et cuius de oratiuncula idē te, quod me ſentire uideo. de Cl.171.a. Iudicant eum oratiunculæ, tum hiſtoria quædā græca, ſcripta dulciſſimè. & 183. de N.68.a. Oratiuncula aureola.

Orator, oris. is qui dicit, eloquens, legatus. de Or. 90. b. Is orator erit mea quidē ſententia hoc tam graui dignus nomine, qui quacunq; res inciderit, quæ ſit dictione explicanda, prudenter, compoſitè, ornate & memoriter dicat, cum quadam etiā actionis dignitate. de Or. 90.a. Orator plenus atq; perfectus is eſt, qui de omnibus rebus poſſit uariè copioſeq; dicere. & 150.b. De oratore ſummo & perfecto. de Or.103.a. Oratorem eum puto eſſe, qui & uerbis ad audiendum iucundis, & ſententijs ad probandū accommodatis uti poſſit in cauſis forenſibus atque communibus, eumq; eſſe præterea inſtructū uoce & actione & lepôre quodā uolo. de Or. 108.a. Sit orator nobis is, qui ut Craſſus deſcripſit, accommodatè ad perſuadendum poſſit dicere. & 96.b. Oratorē ubicunq; conſtiterit, cōſiſtere in ſuo. de Or.95. Nihil in hominū genere rarius perfecto oratore inueniri poteſt. & 94.b. Pingendus eſt nobis detractis omnibus uitijs orator, atq; omni laude cumulatus. & 156. a. Si quærimus quid unū excellat, docto oratori palma danda eſt. & ib. In oratore perfecto ineſt omnis philoſophorum ſcientia. Off.1.a. Oratoris propriū, aptè, diſtinctè, ornateq; dicere. Or.202.b. Oratorē hoc uno excellere, id eſt, oratione: cætera in eo latêre, indicat nomen ipſum. Non enim inuentor, aut compoſitor, aut actor, hæc complexus eſt omnia: ſed & græcè ab eloquendo ῥήτωρ, & latinè eloquens dictus eſt, &c. & ib. Dicēdi, id eſt, eloquendi maxima uis ſoli oratori conceditur. & Or.207.a. Diſputandi ratio & loquendi Dialecticorū ſit, Oratorū autem dicendi & ornandi. Part.242.b. Vt oratorē decet latè exprimere. de Or. 148.a. Vt illum efficeret oratorem uerborū, actoremq; rerum. & Or. 220.a. Orator cōpoſitus.)(. Inconditus. & de Cl.174.a. Orator canorus & uolubilis. de Cl. 188. a. Orator præſtat minutis imperatoribus. de Cl. 187.b. Antronius & Statienus mali oratores. de Or. 86. b. Vis oratoris profeſſioq; ipſa benedicendi, hoc ſuſcipere ac polliceri uidetur, ut omni de re, quæcūq; ſit propoſita, ab eo ordine copioſeq; dicatur. de Orat.89.a. Oratoris eſt compoſitè, ornatè, copioſe eloqui. de Or. 91. a. Nemo eſt in oratorū numero habēdus, qui nō ſit omnibus ijs artibus quæ ſunt libero homine dignæ, perpolitus. de Or. 145. a. De oratorū tam Græcorū quàm Latinorum differentia. de Cl.169.a. C. Fabricius ad Pyrrhū de captiuis reddendis miſſus orator. & de Ar.251.b. Oratores cōtra ius faſq; interfectos, id eſt, legatos. de L.173.b. Fœderū pacis belli induciarum oratores, fœciales, iudices ne ſunto. l. Oratio.

Oratoriè, ornatè, copioſè, ſplendidè. Or.219. a. Pulchrè & oratoriè dicere. & ad Her.41.b.

Oratorius, a, um. Acad. 45.a. Huic quaſi ex altera parte oratoria uis dicendi adhibebatur, explicatrix orationis perpetuæ ad perſuadendum accōmodatæ. Par. 237. a. Et illam diſputandi prudentiam cōcertatio captatioq; uerborum, & hanc oratoriam uim inanis quædā profluentia loquendi imitatur. de Or.105.a. Sic illam orationē diſertam ſibi & oratoriā uideri, fortē & uirilem non uideri. & de Cl.188.b. Illa oratoria ornamenta dicendi. Par.116.a. Stoicè nullis oratorijs ornamentis adhibitis dicere.

Oratus, tus. rogatus. pro Flac.163.b. An etiam ſcripſit oratu tuo?

Orbatus, a, um. priuatus. pro Cl.26.b. Mater orbata filio. Ep.54.b. Nec eam multis claris uiris orbatam priuare etiam aſpectu tuo. Ep.83.a. Omni ſpe ſalutis orbatus.

Orbiculatus, a, um. globoſus. Ep.124.a. Malis orbiculatis eſſe paſti uidentur.

Orbis, bis. circus, circulus, ambitus, rotundus ambitus. de N. 35.a. Duæ formæ præſtantes ſunt, ex ſolidis globus, ex planis circulus aut orbis, qui Græcè cyclos dicitur. de Som.128.a. Stellæ circulos ſuos orbeſq; conficiunt celeritate mirabili. & ib. b. Nouem tibi orbibus uel potius globis connexa ſunt omnia. & de N.35.a. Circuitus orbium ſolis conuerſionem conficiunt annuā. Ac. 17.a. Quæ curſu interiore breui conuertitur orbe. de N.36.b. Orbis ſigni-

ſer, & orbis ſignorum. de Som.128.a. Orbis lacteus, & circulus lacteus. de Vn. 199.a. In orbem torquere. I.P. 84.a. Cum illum ſuum ſaltatorium uerſaret orbem. Att. 28.a.& 35.b. Minore ſonitu quàm putaram orbis hic reipub. eſt conuerſus. & pro Planc. 279.a. Stare debemus tanquam in orbe aliquo reipub. qui uerſetur, &c. de Or. 161.b. Circuitus & quaſi orbis uerborum. Or.210.b. Forma ipſa concinnitasq; uerborum conficiat orbem ſuum. Orat.220.a. In Thucydide orbem orationis deſidero. de Fin.129.b. Sententiæ illorum in hunc orbem, quem circunſcripſimus, incidere non poſſunt. pro S.R.35.b. Africa tertia pars orbis terrarum. cõtra Rul.72.b. Orbis terrarum gentiumq; omnium. I.V.225.a. & Ep.27.a. Orbem omnium peragraſſe terrarum. & ib. Hæc orbis terrarũ perturbatio. pro Dom.253.b. Vir princeps orbis terræ. contra Rul.71.a. Ager campanus orbis terræ pulcherrimus. I.C.99.a. In hoc orbis terræ grauiſſimo conſilio. Ep. 64.a. Sed ſcito ea quæ nos pro ſalute patriæ geſſimus, orbis terræ iudicio comprobari. de Fa.143.a. Si in ſphæra maximi orbes ſunt, medij inter ſe diuiduntur.

Orbita, tæ. rotæ currentis ueſtigium. Att.35.b. Orbis reipub. ſic eſt conuerſus, ut uix impreſſam orbitam uidere poſſimus.

Orbitas, tis. ſolitudo liberorum. pro Dom. 232.a. de Or.104.b. Inſtituere aliquem tutorem filiorum ſuorum orbitati. & 143.a. Craſſus deplorauit caſum & orbitatẽ ſenatus. de Fin.144.b. Bonum liberi, miſera orbitas. Ep. 145.a. Maxima orbitate reip. uirorum talium.

Orbo, as. priuo, ſpolio, nudo. Acad.16.a. Ea philoſophia, quæ cõfundit uera cum falſis, ſpoliat nos iudicio, priuat approbatione, omnibus orbat ſenſibus. et 9.a. Ipſumq; animal orbat animo. pro Seſt.11.a. Ne uictor multis fortibus ciuibus remp. orbaret. Poſt.205.a. Cum reſp. nõ ſolum parentibus perpetuis, uerùm etiam tutoribus annuis eſſet orbata. & pro Mur.144.a. Ne orbetur auxilio reſp. de Cl.165.a. Cum forum uoce erudita ſpoliatũ atq; orbatum uideret. Off.7.a. Theſeus filio Hippolyto orbatus.

Orbus, a, um. priuatus, deſertus. Q.Fr.305.a. Sed te incolumi orbi nõ erunt: id eſt filij. Poſt.200.a. Reſp. orba cõſulis fidem tanquã legitimi tutoris implorauit. Ep. 43.b. Vt tam orba ciuitas tales tutores cõplecti debeat. pro Fl. 157.b. Vſq; eo orba fuit ab optimatibus illa cõcio, ut, &c. de Cl.196.a. Orbæ eloquentiæ quaſi tutores relicti ſumus. de N. 4.a. Quam philoſophiæ rationem nunc propemodum orbam eſſe in Græcia intelligo. Ep. 57.a. Itaq; orbus ijs rebus omnibus, quibus, &c. Par.123.b. Hæreditatis ſpes quem nutum non obſeruat locupletis orbi ſenis? de L. 185.b. Néue plebem orbam Tribunis relinquunto.

Orcheſtra, ſtræ. locus in theatro, uel ſcena, ubi ſedebant ſenatores. de Pro.72.a. Piſo iam cum Græcis in Orcheſtra helluatur, antea poſt ſiparium ſolebat.

Orcus, ci. Dis pater, Pluto. de N.68.a. Iupiter & Neptunus, ergo etiam Orcus frater. I.V.226.a. Vt Verres alter Orcus ueniſſe Ennam, & Proſerpinam rapuiſſe uideretur. de Fin.79.a. Mihi ſex menſes ſatis ſunt uitæ, ſeptimum Orco ſpondeo. Tuſcul. 158.b. Acherontia templa alta, Orci pallida.

Ordinatè. ordinatim. ad Her. 41.b. Diſtinctè & ordinatè diſponere.

Ordinatim. ordinatè, ordine, compoſitè, diſtinctè, ex ordine. Ep.174.a. Ille enim id paſſim, ego ordinatim. Sulpitij. & 50.a. Honores ordinatim petere. Bruti.

Ordino, as. compono, conſtituo, deſigno, digero, ratione diſpono, in ordinem adduco uel redigo. pro Syl.177.a. Cùm omnia ordinarentur, inſtituerentur, pararentur. de In.46.b. Tum deniq; ordinandæ ſunt cæteræ partes orationis. de Or.112.a. Ea mihi uidentur in lite ordinanda, & in conſilio dando eſſe poſita. Q.Fr. 307.b. Referebatur de ordinandis prætoribus. aliter, ornandis. Q.Fr. 307.b. Referebatur de prouincijs quæſtorum, & de ordinandis prætoribus.

Ordior, iris, orſus ſum. incipio. de D. 114.a. Itaq; ordiar ab aruſpicina, quam, &c. & de Fin.51.b. Vt autem à facillimis ordiamur, prima, &c. & de Or. 160.b. Ordiri orationem à pœane. & Or.208.a. At.54.a. Alterius uitæ quoddam initium ordimur. Ep. 67.a. Dixeras autem mihi te reliquas res ordiri. de Clar.193.a. Hortenſius admodum adoleſcens, orſus eſt in foro dicere. de Or.93.a. Craſſus princeps eius ſermonis ordiendi fuit. I. V. 225.a. De quo paulo altius ordiar, & repetam memoriam religionis. & de Cl.166.b. Eloquẽtia, de qua diſputare ordimur. Oct.329.b. Vt ordiar ab initio, & perducam ad finem. de Fat.140.b. Proinde ordire. I.A. 169.a. Vis ne igitur te inſpiciamus à puero? ſic opinor, ordiamur à principio. de L.157.b. Ego autem animi pendêre ſoleo, cum quid orſus ſum, ſi traducor aliò. de L.158.b. Sed iam ordire explicare quæſo, de iure ciuili quid ſentias. de L. 160.a. Nam ſi hoc non probas, à deo cauſa ordienda eſt potiſſimũ. pro Mar. 136.a. Sed unde eſt orſa, in eodem terminetur oratio.

Ordo, nis. ratio, diſtributio, diſpoſitio, collocatio, ſocietas, natio (ut ita dicã) grex. Att. 84.a. Nec οἰκονομίαν meam iuſtitiam, ſed ordinem cõſeruabo tuum. & pro Q. R.45.b. Ac.17.b. Vt præpoſterè tecum agam, mox reſeram me ad ordinem. de Or.124.b. Ordo & diſpoſitio argumentorum. Off.29.a. Nam & ordinem ſic definiunt, compoſitionẽ rerum aptis & accõmodatis locis. & 28.b. εὐταξίαν, in qua intelligitur ordinis cõſeruatio. & ib. Itaque uidetur eadem uis ordinis & collocationis fore. de Or. 141.a. Ordo eſt qui memoriæ maxime lumen affert. de Or.96.b. Inuenta non ſolum ordine, ſed etiam momento quodam & iudicio diſponere. de Cl.187.a. Sed ordinem ſequens in memoriam notam & æqualem neceſſariò incurro. Or.218.a. Verborum ordinem imminuta, fac ſic, comprobauit filij temeritas. de D.106.b. Fatum, id eſt ordo ſerieſq; cauſarum. de Ar.248.a. Rerum ordo ac uiciſſitudo. de Cl.185.a. Vt in ijs perturbem ætatum ordinẽ. & 166.a. Explicare ordines temporũ. Par.120.b. Quicquid peccatur, perturbatione peccatur rationis atq; ordinis. de L. 185.a. Mihi uerò ordo iſte rerum placet. & ib.b. Tu uerò iſtam rationem quam cœpiſti, tene. de Cl. 189.a. Præcepta quæ habent ordinem. Ac.29.b. Sed ex ea materia particulas primùm confuſas, poſtea in ordinem adductas. ad Her.19.a. Redigere in ordinem ea quæ inuenimus. pro Q. Roſ.46.a. Hæc ſunt deiecta, illæ in ordinem confectæ. pro Cec.289.a. Eius fundi extremam partem oleæ directo ordine definiunt. Att.161.a. Domeſtica ordine adminiſtrantur. Part.229.b. Ordine interrogare aliquem. I.V.192.a. Rectè, ordine, è rep. facere aliquid. pro Q.4.b. Rectè atq; ordine aliquid factum eſſe. & ib. Modo & ratione omnia facere. I.V.233.a. Vt quiſq; ætate antecedebat, ita ſententiam dicebat ex ordine. contra Rul. 75.b. Quam tu mihi ex ordine de legis ſcripto recita populi Romani actionẽ. ad Her.22.a. Collocare aliquid ex ordine. & 25.b. Item putamus oportere ex ordine hos locos habere. ad Her. 21.b. Si in ordine ſtantes notos quàm plures uiderimus. pro Dom.216.b. Plurima bella Cn. Pompeio extra ordinem



nem ſunt commiſſa. & ib. Negat oportere quicquam uni extra ordinem decerni. & de Pro.73.a. Cùm prouinciam extra ordinem decernebant. pro Cl. 35.b. Iudicem pecuniam ab reo clàm atq; extra ordinem accepiſſe. Item. Non eſt idem ordo dignitatis & renunciationis, propterea quòd renunciatio gradus habet, dignitas autem eſt perſæpe eadem omnium. pro Fl.155.a. Lyſanias adeptus eſt ordinem ſenatorium. & pro Dom.227.b. Proximus eſt huic dignitati ordo equeſter. & pro Cl. 50.a. & 29.a. Fidiculanus cuius erat ordinis? Senatorij. Ep.3.a. Maximeq; uiſi ſumus ſenatum commemoratione tuæ uoluntatis erga illum ordinem commouere. Off.30.b. Hæ ſunt ijs, quorum ordini conueniunt honeſtæ. I. V. 112.a. Si cuiquam ordini ſiue oratorum, ſiue pecuariorum, ſiue mercatorum probatus ſit. Ep.151.b. Omnium generum atq; ordinum conſenſus. Ep.87.b. Tum certè ordinis tui facilè princeps. & 207.a. Ordo publicanorum. pro Dom.242.a. Omnes ſocietates, omnes ordines. I.P.98.b. Quid per tuũ ſeruulum ordines aſſignati? pro Q.5.b. Nemo noſtro loco natus. & de Am.109.a. In noſtro (ut ita dicã) grege. At.129.b. Aliter uideo cenſeri Marcello, & cæteris noſtri ordinis qui hic ſunt. Off. 4.a. Omnium quæ fiunt quæq; dicuntur ordo ac modus. Off.4.b. His enim rebus quæ tractantur in uita, modum quendam adhibentes & ordinẽ, honeſtatem & decus conſeruabimus. de Sen. 89.b. Arborũ ordines in quincuncem directi. In Sal. 273.a. Illa pernicioſa ambitio cuius primos ordines Salluſtius duxit. de L.185.a. Pecunia ciuitatis ordines partiunto. de L.160.b. Locus certè non deerit, quoniam tenes ordinem rerum. de Vn.196.b. Id ex inordinato in ordinem adduxit. pro Mil.102.a. Ampliſſimorum ordinũ delecti uiri. I.A.156.b. Vir fortiſſimus qui ordines duxit: id eſt militum copias. I. A.169.a. Sediſti in quatuordecim ordinibus, cum lege Roſcia prohibereris. I. A.191.a. Aliquem rectè atq; ordine exq; rep. feciſſe & facere. I.A.225.a. Literas Bruti rectè & ordine ſcriptas uideri. I.A. 201.a. Qui ordo in ſententijs rogandis ſeruari ſolet, eundem tenebo in uiris fortibus honorandis. de Sen. 88.a. Frugem ſpicæ ordine ſtructam.

Oreſtes, ſtæ. Vir tragædijs decantatus, Agamemnonis & Clytemneſtræ filius, Pyladis amicus. de Am.100.b.

Oreſtis, idis. pars Macedoniæ. de Ar.251.b.

Orichalcum, ci. æris genus auri colore, ſeu natiuũ ſit, ſeu cadmia tinctum. Off.70.b. Si quis aurum uendens, orichalcum ſe putet uendere. & de Fin.69.b. In Cod. germ. aliter. Odrilitium.

Oriens, tis. ortus. de N.59.a. Qui terras ab oriente ad occidentem colunt. Orat.218.b. Oratio uel oriens, uel media, uel cadens. Oriens, id eſt, prima. pro Dom.226.b. Vis oriens & congregata.)(.Iam diſtricta & extincta.

Origo, inis. principium, initium, cauſa, ortus, ſtirps, ſemen, fons, caput, author. de Vn. 195.b. Nullus rei cauſa remota, reperiri origo poteſt. Or.219.b. Vitium quod ab Egeſia fluxit: id eſt, initium duxit, uel originem habuit. de Cl.188.a. Verborum delectum originem eſſe eloquentiæ. de Vn.196.a. Quæ cauſa impulerit eum, qui hæc machinatus ſit, ut originem rerum & molitionem nouam quæreret. Tuſ.195.a. Doloris igitur huius origo nobis explicanda eſt: id eſt, cauſa efficiens ægritudinem in animo.

Orion, onis. In Arat. Fabula Orionis & Dianæ.

Orior, oreris. naſcor, exorior, in uitam introeo, proficiſcor, mano, hanc à natura propriam lucem accipere. de Fin.81.a. Sed ipſum à ſe oritur, & ſua ſponte naſcitur. & pro Mur. 140.a. Tu qui ab illo ortus es. de Leg.169.b. Hoc ſolum in quo tu ortus & procreatus es. de Vn.202.a. Vos qui deorum ſatu orti eſtis. de Finib. 141.a. Officia, quæ oriuntur à ſuo cuiuſq; genere uirtutis. de Orat. 124.a. Ea, quæ ſunt orta de cauſis. pro Dom.227.a. Sed ne quis orıretur aliquando, qui diceret, &c.

Orithia, thiæ. de L. 156.b. Orithiam aquilo ſuſtulit.

Oriundus, a, um. alicuius ſatu ortus, cuius genus profectum eſt alicunde. Top.223.a. Qui ab ingenuis oriundi ſunt. pro Syl. 171.a. Eſt enim ipſe à materno genere Municipalis. & ibid. a. pro Font. 282.b. Hoc dico, inquit, te eſſe ex municipio, generis illius antiquitas Tuſculano ex clariſſimo municipio profecta. de Vn.202.a. Vos qui deorum ſatu orti eſtis.

Ornamentum, ti. honor, dignitas, decus, inſigne, lumen. Epiſt.64.a. Suſcepiq; mihi perpetuam propugnationem pro omnibus ornamentis tuis. I.C.116.b. In animis ego ueſtris omnes triumphos meos, ornamenta omnia honoris, monumenta gloriæ, laudis inſigni cõdi uolo. de Pro.73.a. Intueor coràm hæc lumina atq; ornamenta reip. & 74.b. Sed decus illud & ornamentum triumphi minuendum non putaui. & ib. Alij ſine ullis uerborum ornamentis dabant. I.A.185.b. Flos Italiæ, firmamentũ imperij noſtri, ornamentum dignitatis. pro Syl.184.a. Omnia generis inſignia atq; ornamenta occiderunt. de Or.101.b. Equidem mihi hoc ſubſidium comparaui, non ſolum ad uſum forenſem, ſed etiam ad decus atq; ornamentum ſenectutis. & pro Cecin. 290.a. Falcula decus atq; ornamentum ciuitatis. pro Cor.63.b. C. Cæſar populum iſtum maximis ornamentis affecit. de Cl.177.a. Sententiarum ornamenta & cõformationes. & 188.b. Illa oratoria ornamenta dicendi. de Or. 119.b. Neminem omnium tot ac tanta quanta eſſent in Craſſo habuiſſe ornamenta dicendi. I. A. 218.a. Cùm ad nos mitteret Cotylam, ornamentum atque arcem amicorum ſuorum. pro Mil.108.b. Q. Hortenſius lumen & ornamentum reipub.

Ornatè, non inornatè, eleganter, politè, non incultè, ſplendidè, luculenter. de Or.147.b. Qui diſtinctè, qui explicatè, qui abundanter, qui illuminatè & rebus & uerbis dicunt, & in ipſa oratione quaſi quendam numerum uerſumq; conficiunt, id eſt quod dico ornatè. de Fin.95.b. Poteſt id quidẽ fuſè & copioſè, & omnibus electiſſimis uerbis grauiſſimiſq; ſententijs rhetoricè & augeri & ornari. de Fin. 94.a. Philoſophicas res ornatè dicere uelle, puerile eſt. Off.1.b. Ornatè ſplendideq; dicere. pro Cæl.39.a. Ornatè politeq; dicere. de Orat.89.a. Oratoris eſt, compoſitè, ornatè, copioſè eloqui. Tuſ.176.a. Qui profitentur ſe neq; diſtinctè, neq; diſtributè, neq; eleganter, neque ornatè dicere.

Ornatus, a, um. politus, luculentus, excultus, comptus, expolitus, nitens, elaboratus. I.V.59.b. & de Clar.177.b. Frater tuus lectiſſimus, & ornatiſſimus adoleſcẽs. pro Fl. 156.b. Splendidiſſimus atq; ornatiſſimus uir. de Sen.89.a. Agro bene culto nihil nec uſu uberius, nec ſpecie ornatius. pro Q.18.a. È fundo ornatiſſimo deijci. de Or.88.b. Homo in dicendo ornatus & grauis. de Fin.53.b. Res uerò bonas uerbis electis grauiter ornateq; dictatas, quis non legat. Or.200.a. Omnes apud Pacuuium ornati elaboratiq; ſunt uerſus. I.P.80.a. Prouincia exercitu & pecunia inſtructa & ornata. de Fin. 88.a. Sapiens plurimis & grauiſſimis artibus atq; uirtutibus inſtructus & ornatus. pro Pom.4.a. Locus ad agendum ampliſſimus, ad dicendũ ornatiſſimus. ad Brut. 289.a. Vir coniuge, liberis, multis affinibus ornatus. pro S.R.37.a. Is terret etiam nos ac mi-

natur tribus prædijs, hoc eſt, præmijs ſceleris ornatus. Item. Compoſita oratio & ornata, & artificio quodam & expolitione diſtincta.

Ornatus,tus.lux uerborum,flos orationis.de Or. 89. a.Ornatus uerborum oratoris putandus eſt.& 142.b. Diſtinctio & ornatus oratoris.de Cl.189.a. Ornatus orationis tanquam ueſtis.& 196.a.Concinnitas illa ſententiarũ manebat,ſed ea ueſtitu illo orationis,quo conſueuerat,ornata non erat.& Or.198.b. Omnemq; orationem ornamentis modicis uerborũ ſententiarumq; diſtinguit.et 203. a.Clariſſimis uerborũ luminibus utitur Plato. & 204. a. Inornata mulier,incompta oratio.de Or.144.b.Eloquentia,quaſcunq; in oras diſputationis,regiones ue delata eſt, & quócunq; ingreditur, eodem eſt inſtructu, ornatuq; comitata.Or.204.a.Tum remouebitur omnis inſignis ornatus quaſi margaritarum, ne calamiſtri quidem adhibebuntur.& ib. Fucati uerò medicamenta candoris & ruboris omnia repellentur,elegantia modò & munditia remanebit.& ib.Collocata uerba habent ornatum,ſi aliquid concinnitatis efficiunt,quod mutatis uerbis non maneat manente ſententia.& b.Illa continuitas,quæ uerborum collationem illuminat his luminibus quæ Græci quaſi quoſdam geſtus orationis, σχήματα appellant. & ibid. Elaborata concinnitas.de Cl. 177.a. Schemata, quæ uocant græci,in uerbis pingendis & illuminãdis ſententijs habent pondus. de Cl. 190.a. Verborum ſententiarumq; illa lumina, quæ uocant greci σχήματα,quibus tanquam inſignibus in ornatu diſtinguebatur omnis oratio.de Fin. 51.a. Quando enim nobis ullus orationis uel copioſæ uel elegãtis ornatus defuit? Or. 205.a. Tranſlata uerba, quaſi ſtellæ illuſtrant orationem.Or. 209.a. Orationis lumina & quodammodo inſignia.Item.Hæc quaſi lumina magnum afferunt ornatum orationi.de Orat. 151.b. Sed ita diſtinctum,ut ſint quaſi in ornatu diſpoſita quædam inſignia & lumina. & ib.Flores.& de Cl.186.a.Nullus flos neq; lumen ullũ orationis.de Or.161.b.Diſtinguenda & frequentanda eſt omnis oratio luminibus uerborũ & ſententiarũ. Item. Ante Periclem litera nulla eſt, quæ quidem ornatum habeat. de Cl. 188. Itaq; ad hanc elegantiam uerborũ latinorum adiungit etiam illa oratoria ornamenta dicendi. de Cl. 193. a.Catonis lineamentis nihil niſi eorum pigmentorũ, quæ inuenta nondum erant,flos & color defuit.& 165.b.Ornata ſententiarum concinnitas.& ib.Ex ornato & faceto genere uerborũ. Or. 209.b. Omnes aut certè pleraſq; aliqua ſpecie illuminare ſententias. Or.212.b.Splendidis nominibus illuminatus eſt uerſus.pro Seſt.25.a.Omni ex genere orationẽ aucupantur, & omnes undiq; floſculos carpunt & delibant.Off.13.a.Statuas uidemus ornatu ferè militari. de Sen. 89. b. Cyri purpura ornatuſq; perſicus, multo auro multiſq; gemmis.pro Cæl.47.b. Non inceſſu ſolum,ſed ornatu atq; comitatu.pro Dom.235. b. Hoc ſimulachrum quidam ad ornatũ ædilitatis ſuæ deportauit. de Or.101. a. Ornare aliquem alieno ornatu.de Fin. 79. a.Pulcherrimo ueſtitu,ornatu regali.

Orno,as.exorno,diſtinguo,illuſtro,illumino,noto,pingo,elaboro,uario,ornatũ affero,in aliquem omnia ornamenta congero,ornamento ſum,ornamento afficio,honoro,decoro,honeſto augeo,amplifico,collocupleto, cõmodis augeo,laudo,adorno,paro,inſtruo.de Or.145.a.Quibus orationẽ ornari & illuminari puto. & 96.b. Veſtire atq; ornare oratione res inuentas.Or.206.a.Fuit ornandus in Manilia lege Pompeius,temperata oratione ornandi copiã perſecuti ſumus.& Q.Fr.309.a. & Ep.25.b. Ornare aliquẽ ueris & diuinis laudibus.Ep.14.a.Ornare aliquem inſignibus gloriæ.Ep. 59.b.Cùm tu à me rebus ampliſſimis atq; honorificentiſſimis ornatus eſſes. I. P. 86.a. Qui frequentia ſua aduentũ ueſtrũ ornauerunt ac celebrauerunt.de Or.92.b.Mirabilius & magnificentius augere aliquid atq; ornare.pro Pl.263.b. Tota illa regio ſe huius honore ornari,ſe dignitate augeri putabat.de 179.a.Oratio,in qua autoritas ornatur Senatus.Ep.134.a.Tibiq; nõ modò tuendos,ſed etiã ornandos illos uiros. & 174.b.De adornando adoleſcente.pro S. Roſ.41. b. Non modò non læſi te,uerùm etiam ornaui.At.15.b.Quos ego non ſolùm tuli, ſed ornaui. Tuſ. 173.a. Tu uerò iſtam artem ne reliqueris,quam ſemper ornaſti:illa enim,ſi uerè loqui uolumus, te ornauerat.Epiſt. 98. a. Si uis, ad me alium mitte, quem ornem.I. V.83. a. Ornare aliquem beneficijs omnibus. & Att.85. b. Ornare ciuitatem beneficijs omnibus. pro Dom.231.b.A populo Romano ſemper ſum defenſus, amplificatus, & ornatus.I. C.117.a. Quæ geſſi in conſulatu priuatus tuebor atq; ornabo.pro Syl.181.a.Per quos res eius ſecundæ quondam erant ornatæ, nunc ſubleuantur aduerſæ.pro Flac.158.b.Ornare aliquem.)(.Spoliare aliquem.de Ar.250.b. Deiotarus clariſſimorum imperatorum teſtimonijs ornatus.& pro Mur.144. a. Reſpub. ſuis præſidijs ornata.Att.67.a.& 51. b. Ornare prouincias conſulibus.de N.45.a.Domicilium ornatum ſignis et picturis,inſtructumq; rebus omnibus neceſſarijs.pro Cec. 296.b.Armatos uerè appellamus,qui ſcutis teliſq; parati ornatiq; ſunt.de Leg.163. a. Muneribus deorum nos eſſe inſtructos & ornatos.pro Põ.7.b.Domicilia regia omnibus rebus ornata atq; referta. contra Rul. 72. b. Deinde ornat apparitoribus,ſcribis,librarijs, &c. pro Pom.5.a. Qui maximas ædificaſſet ornaſſetq; claſſes. I. V. 210.a. Ornare,& apparare conuiuium. & pro Quint. 17. b. Ornare cõuiuium magnificè ſplendideq;. pro Cluent. 20. b.Lectum ſibi ornari & ſterni iubet. pro Flac. 164. a. Sepulchrum L. Catilinæ floribus ornatum eſt. de Orat. 105. a. Nouo & alieno ornatu ornare iuris ciuilis ſcientiam.de Orat.105.a.Quod tanquam ſtellis quibuſdam notat & illuminat orationem. At.3.a. Caietam ſi quando abundare cœpero,ornabo.de Orat.101.Senectuti uerò celebrandæ & ornandæ quod honeſtius poteſt eſſe perfugium,quàm iuris interpretatio? At.280.a.Lepidus ornatus cum honoribus ampliſſimis à Senatu.At.287.b. Ornare aliquem omnibus decretis. Q.F.324. b. Ille à me ſingularibus meis ſtudijs ornatus eſt.I.A.165. a. Hic non ſolum meis laudibus me ornat,ſed etiã honorat alienis. I.A.226. a.Græcia M.Bruti imperio,autoritate, copijs,non ſolum inſtructa,ſed etiam ornata, dextram tendit Italiæ. I.A. 238.a.Ornari & exornari ab aliquo.

Oro,as.rogo,obſecro,obteſtor,orationem habeo.At. 170.b.Te etiam atq; etiã oro,ut me tuendũ ſuſcipias. At. 248.b.Orare aliquem poo ſalute alicuius. Tuſ.226.b. Rogandi ſunt orãdiq;, ut,&c.I.V.128.a.Rogare atq; orare aliquem.& 117.a.Orare atq; obſecrare aliquem, & obteſtari. pro Planc. 281. a. Teq; C. Flaui oro & obteſtor, &c.pro S.R.20.a. Quapropter uos oro atq; obſecro iudices,ut,&c.& Ep.166.b.Ego uos P.C.oro atq; obſecro, ut,&c. At.197.a. Orat multis & ſupplicibus uerbis,ut liceat.& I.V.260.a. Idq; poſtremũ parẽtes ſuos liberi orabant,ut,&c.Q.F.290.a.Illud ad extremũ te oro & hortor,ut,&c.I.V. 223.b. Quò liberos adire ne orandi quidẽ cauſa fas erat:id eſt,in quod fanũ. Att.59.b.Dic oro te, clarius.de Cl.168.b.Nemo unq̃ melius ullã orauit capitis





cauſam.Item:Legati domũ re ignorata reuerterũt. Poſt. 204.a. Quis poſſit ueſtra in nos uniuerſa promerita non dicam complecti orando,ſed percenſere numerando. Off.60.b.Iudex amicus orandæ liti,tempus, quoad per leges liceat,accommodet.

Orondicus,ci.urbs.contra Rul.76.a.

Oropus,pi.opp.At.193.

Orphicus,a,um. de N.71.a.Sacra orphica Dionyſio putantur confici.& 22.b.Orphicum carmen.

Orſus,a,um.inceptus. de Clar.176.b.Eius collega L. Beſtia bonis initijs orſus tribunatus, triſtes exitus habuit conſulatus.

Orſus,ſus.initia,exordium.de D.131.b. Auguris ut noſtri Chalcantis fata queamus Dicere,ratos ne habeant anuanos pectoris orſus.

Ortus,tus,exortus.)(.Occaſus.de D.112.a.de D.118. b.Sed quid plura?ortum uideamus aruſpicinæ. & 127.a. Cum ortus naſcentium luna moderetur.de L.188.a.Tribunatus cuius primum ortum inter arma procreatum uidemus.de L.160.a.Iuris ortum à fonte repetamus. Off.5.a. Non ſolũ nobis nati ſumus,ſed ortus noſtri partẽ patria, partẽ parentes uendicant.de L.170.a.Cato ortu Tuſculanus fuit,ciuitate Romanus. I.C.115.a.Simulachrum ſolis ortum curiãq; conſpiciens.de Vn.195.b.Quæ ortum habere gignià; diximus.& ibi. Quod ſemper eſt,neq; ullum habet ortũ.& ibi.Mundum nullo ortu fuiſſe generatũ. de N.35.b.Sol ab ortu ad occaſum cõmeans. de In.54.a.Signorum ortus & obitus ſeruant.de D.107.a. Siderum ortus obituſq; cognoſcere.de D.127.b.Ortus occaſuſq; ſiderum non fieri eodem tempore apud omnes.

Os,oris.de N.50.a.Quædam animalia cibum oris hiatu & dentibus ipſis capeſſunt.de D.96.b. Midæ dormienti formicæ in os tritici grana congeſſerunt.de Orat.123.b. Inſerere cibũ in os alicui.I.P.82.a.Os fœtidum.et I.V.229 a.Gorgonis os cinctum anguibus. de D.137.b.Draco cum rediculã in ore teneret,locutus eſt.de D.86.a. Neceſſe eſt offa obiecta cadere fruſtũ ex pulli ore,cum paſcitur. I.V. 125.a.Quæ palàm in ore atq; oculis omniũ geſta ſunt. In V.101.a.Iſtius iniquitas tum in ore uulgi & in communibus prouerbijs uerſabatur. pro Mil.109.b.Ora omnium atq; oculos intuemur.I.C.118.a.Video P.C.in me omnium ueſtrûm ora atq; oculos eſſe conuerſos.de D.102.b. Sic expectabat populus atq; ora tenebat.pro S.R.21.a.Eo tempore Roſcius erat Romæ frequens atq; in foro,& in ore omniũ quotidie uerſabatur. Att.237.a.Deinde habent in ore,nos ingratos.Ep.92.a.Habere aliquid ſemper in ore. Tuſ.174.a.Vigere in ore. de Fin.80.b.Illa ſemper tibi in ore ſunt.Ep.71.b. Cõſolatio peruulgata,quam ſemper in ore atq; in animo habere debemus. At.91.b.Tu cuius mihi os ante oculos ſolet uerſari. Orat. 197.b.Vnde illud,ut ex ore aliquo quaſi imago exprimatur.de Cla.179.b.Cui orationi Cæpionis ore reſpondit Aelius. & pro Deiotar. 149.a.Non debebas optimo uiro fugitiui ore maledicere. & Tuſ.156.a.Plato quem ex ore tuo admiror.de Cl.189. a.Nihil non conſideratũ exibat ex ore.& Or.209.a.Verbum ex ore nullũ niſi elegans exeat.& In Vat.29.b.Non putas fas eſſe uerbum ex ore exire cuiuſquam,quod non, &c.pro Syl.180.b. Verbum ec quod unquã ex ore huius excidit,unde quiſquã poſſet offendi?pro S.R.41.b.Os ſuũ alicui tradere. At.17.a.Præbere os alicui ad malè audiendum.I.V.76.b.Ora iudicum aſpicere.& os ſuum populo oſtendere.de Or.111.a.Studiũ dicẽdi niſi acceſſit os,nullũ poteſt eſſe.I.V.241. b.In ipſo aditu atq; ore portus. I.V. 230.a.In ore Ponti & anguſtijs. & ibid.Introitus ponti. pro Deiot.144.b.In tuis oculis,in tuo ore uultuq; acquieſco.pro Mar.132.b. Te uerò cuius mentem ſenſuſq; & os cernimus,quibus laudibus efferemus? At.93.b.Tibi autem ualde ſolet in ore eſſe.I.A.227.a.Brutus erat in deſiderio ciuitatis,in ore & in ſermone omnium. de Am.95.b.Sermo qui tum ferè erat multis in ore.

Os.pro fronte,& impudentia.I.V.118.b.Noſtis os hominis,noſtis audaciã.pro Q.14.a.Mihi uidetur ore duriſſimo eſſe,qui præſente Roſcio geſtum agere conetur.Tuſ. 199.a.Cum os perfricuiſti.de Or.96.a. Quod tandem os eſt illius patroni,qui ad eas cauſas,ſine ulla ſcientia iuris, audet accedere?Ep.129.b.Noſti profectò os adoleſcentioris Academiæ.I.P.93.a.Sed os tuum ferreum ſenatus conuitio uerberari noluſti.

Os,oſſis.de N.54.a.Quid dicam de oſſibus?quæ ſubiecta corpori mirabiles cõmiſſuras habent. & ibi multa de utilitate oſſium. de Cl.170.b.Atq; utinam imitarentur, nec oſſa ſolùm,ſed etiam ſanguinem. I.V.99.a.Cur hunc dolorem cineri eius atq; oſſibus inuſſiſti? & 262.a.Cineri atq; oſſibus filij.

Oſcinis,ne,nis.uel Oſcen,inis.auis auſpicium ore, cantuq; faciens.omnis auis quæ canit.de N.58.b.Aues, & alites, & oſcines, ut augures noſtri appellant. de D.105.a. Aues,quæ tum huc,tum illuc uolant,alites:quæ tum à dextera,tum à ſiniſtra parte canãt,oſcines.Ep.83.b.Ex cantu ſiniſtro,oſcinis,augurari.

Oſcitanter.negligẽter. de Cl.190.b.Tam ſolutè egit, tam leniter,tam oſcitanter.

Oſcitor,aris.dormito,ocior.ad Her.35.b.Cum etiam maiores calamitates impendere uideantur,ſedetis & oſcitamini.de N.15.a.Iſta quæ Epicurus oſcitans hallucinatus eſt.& de Or.121.b.Iſta oſcitans & dormitans ſapientia. & de Cl.182.b.Oſcitans iudex.pro Mil.112.a. Adde inſcitiam pranſi,poti,oſcitantis ducis. pro Clu.32.a. Et eum, quod iandiu nihil quæſierat,triſtem atq; oſcitantem impellit:id eſt,ocioſum,negligentem.

Oſculatio,onis.oſculum. pro Cæl.47.b.Complexu et oſculatione,&c.

Oſculor,aris.ſuauior,ſuauiũ do.de Som.127.b.Ille me amplexus atq; oſculans flere prohibebat.pro Mur.145.a Mater filium ſuũ oſculata eſt.Tuſ.168.a.Vt eum dormiẽtem oſcularetur. I.V.222. a.In precibus & gratulationibus,nõ ſolùm id ſimulacrũ uenerari, ſed etiam oſculari ſolent.pro Mur.129.a.Quoniam mihi uideris iſtam ſcientiam iuris tanquã filiolam oſculari tuam,non patiar, etc. Ep.12.a.Inimicum meum ſic amplexabantur,ſic in manibus habebant,ſic fouebant,ſic oſculabantur,&c. At.254.a Complecti & oſculari aliquem.

Oſculum,li.ſuauium. Att.185.b. Atq; utinam continuò ad complexum meæ Tulliæ,et ad oſculum Atticæ poſſim currere.

Oſci ludi.id eſt,ruſticani & obſcœni.nam & obſcœnũ,ab oſcis deducũt.Oſci uerò Italiæ pop.fuerũt.Ep.95.a

Oſin. At.187.a.Quod autem oſin hanc rem ἔρανον à te fac.*.

Oſtendo,dis.demonſtro,doceo,propono,argumento planum facio,declaro,ſignificationem habeo. de Or.97. a.Omnes loci artis inquirentibus nobis oſtendunt ſe & occurrũt.pro S.R.33.a.Os tuũ non modò oſtendis,ſed etiam offers.I.V.76.b.Nec tam nefarijs criminibus,& tam multis teſtibus euictus,ora iudicum aſpicere & os ſuum pop. Romano oſtendere auderet. contra Rull.67. Cui errato

nulla uenia proponitur,non dubitandi fidele conſilium oſtenditur.de Ar.249.a.Hæc nobis & ſcelerum indicia oſtendit,& periculorum ſigna patefecit. de Somn.127.a. Hic tu oſtendas oportet patriæ lumen animi conſilijq; tui. pro Cec.287.a.Sicut & uiuus multis ipſe rebus oſtendit, & in morte ſua teſtamento declarauit.Ep.129.b.Et ſi munus flagitare,quamuis quis oſtenderit,ne populus quidem ſolet, niſi cõcitatus:tamen,&c.id eſt,promiſerit.I.V.217.a.Iſte tum metum,tum ſpem oſtendere.& At.177.a.Cum præſertim ne ſpes quidem ulla oſtendatur. Q.Fr.303.a. Tribuni ſunt nobis amici, conſules ſe optimè oſtendunt, prætores habemus amiciſſimos.de Vn.202.a.Palàm oſtendi:id eſt,palàm apparere. & pro Arch.188.b. Si non hic tantus fructus oſtenderetur.At.2.a.Demonſtraui hæc Cæcilio,ſimul & illud oſtendi,&c. ad Her.10.b. De his primùm partibus oſtendendum eſt,deinde,&c.At.127.b.De Italia nihil mihi unquam oſtenderas.

Oſtentatio,onis.uenditatio,ſimulatio,uanitas,gloria. ad Her.40.a.pro R.P.128.b.Quod genus tandẽ eſt iſtud oſtentationis & gloriæ. de Or.139.a.Vitanda eſt ingenij oſtentationiſq; ſuſpicio. de Orat.111.b.Et eo magis quòd nulla mihi oſtentatione uideris eſſe uſurus. de Fin.81.a.In fronte oſtentatio ſit,intus ueritas occultetur.& 121.b.Oſtentatio glorioſa.contra Rull.65.a.Conſul ueritate non oſtentatione popularis.Off.41.b.Qui ſimulatione & inani oſtentatione,ficto non modò ſermone,ſed etiam uultu ſtabilem ſe gloriam conſequi poſſe rentur,uehementer errant. Tuſc.177.a. Philoſophorum diſciplina,oſtentatio ſcientiæ non lex uitæ. Off.10.a.Quæ ab oſtentatione proficiſci potius quàm à uoluntate uideantur. pro Fl.157.a. Vbi illa magnifica & glorioſa oſtentatio ciuitatis? At.75.a.Intelligis oſtentationes nunc in diſcrimen eſſe adductas, &c.de Am.112.a.Virtus uenditatio quædam atq; oſtentatio eſſe dicitur.Parad.124.a.Quæ eſt iſta in cõmemoranda pecunia tua tam inſolens oſtentatio?

Oſtentator,oris.glorioſus. ad Heren.39.b.Vt ſi uelis oſtentatorem pecunioſum deſcribere.

Oſtento,as.uendito, præ me fero. contra Rull.68.a. Largitio, quæ uerbis oſtentari poteſt, reuera fieri nullo pacto poteſt.& ibid.Aliud obſcurè moliri,aliud ſpecie ſimulationis oſtentare.contra Rull.81.b.Agrum quem uobis oſtentant,ipſi concupiuerunt. pro Mar.135.b.Huic tu inſeruias,huic te oſtentes oportet.pro Cl.22.a.Cum ei filij recuperandi ſpes eſſet oſtentata.pro Q.R.47.a.Pecunia, quæ ex liberalitate huius promiſſa ſit & oſtentata.At.38.a. Clodius omnibus præ ſe fert & oſtentat. Ep.4.b.Quid enim me oſtentem? qui,&c. & 145.a.Oſtentare prudentiam.Epiſt.58.a.Bellum ex altera parte cædem oſtentat, ex altera ſeruitutem. ad Heren.30.b. Hic qui ſe magnificè iactat & oſtentat.ad Her.15.a.Venditare ingenium & oſtentare memoriam.

Oſtentũ,ti.portentũ,oſtenta, quia oſtendant aliquid. de D.96.b.L.Monſtrũ.I.V.225.b.Cum magnorũ periculorum metus ex oſtentis portenderetur.& de Ar.245.b. Gaudeo mihi dicendum eſſe de toto hoc oſtẽto,quod haud ſcio an grauiſſimum multis his annis huic ordini nunciatũ ſit.de D.105.b.Crœſi filius infans locutus eſt, quo oſtento regnum patris concidit. Cæl.Ep.123.b. Scis Appium hic oſtenta facere de ſignis & tabulis.

Oſtiatim. I.V.210.b.Nolite expectare dum ego hoc crimen agam oſtiatim.& 212.a.

Oſtiũ,ſtij.ianua.Tuſ.230.b.Extra oſtium limenq; carceris. de Or.134.b.& de Ar.248.b.Alicui ab oſtio quærenti reſpondere.de N.83.a.Aſpera arteria oſtium habet adiunctum linguæ radicibus. de Pet.211.b.Quæ ſi ſignificant uolũtatem eſſe abditam, parui refert patêre oſtium. I.V.227.b. Inſula in utriuſq; portus oſtium aditumq; proiecta.pro Pom.10.b. Ante oſtium Tyberinũ. & ibi.Intra oceani oſtium.pro S.R.29.a.Aperto oſtio dormiẽtes eos repertos eſſe.I.A.165.b.Ad oſtium fluminis Cydni.



Oſtrea,ſtreæ. de D.115.a.Oſtreis & conchylijs omnibus contingit,ut cum luna creſcant pariter pariterq; decreſcant. Epiſt.107.b.Qui me oſtreis & murenis facilè abſtinebam.

Oſurus,a,um. de Am.107.a.Ita amare oportere,ut aliquando ſis oſurus.

Otiolum,li.otium. Ep.113.a.Cum otioſus ſum, planè ubi delectem otiolum meum non habeo.Cælij.

Otior,aris.nihil ago,ceſſo,uaco, otio perfruor. Off. 63.b.Cum ſe Syracuſas otiandi cauſa,non negotiandi (ut ipſe dicere ſolebat)contuliſſet.Canij. de D.85.a.Otia quũ ſtudijs læti tenuere decoris. de Or.110.b.Nihil agere & planè ceſſare.

Otioſè.per otium,uacuo animo.I.V.207.a.Contemplari unumquodq; otioſè.et de Fin.113.b.Tum licebit otioſè iſta quærere.Off.71.b.Otioſè uiuere domi.

Otioſus,a,um.ceſſans,nihil agens,feriatus,uacuus,laxatus curis,otio nimio affluens, animo uacuo eſſe, ſolutus opere,qui cura uacat & negotio : qui ſecum eſt, ſecumq;, ut dicitur,uiuit,uacans animo,iners,languidus.)(.Operoſus,ſemper agens aliquid.de Cl.165.a.Cum inambularem in Xyſto,eſſemq; otioſus domi.& At.199.b.Niſi eris ualde otioſus. de N.79.a.Cur nõ rebus humanis aliquos otioſos deos præfecit. pro Pl.273.a.Quid dicam de occupatis meis temporibus,cui fuerit negocium nunquam otioſum. Q.Fr.327.a.Idq; perficiam his ſupplicationum otioſis diebus.Itẽ,Ocioſus.)(.Occupatus. Ep.142.b.Si otioſum eum reddiderit.Of.52.b.Dicere ſolitum Scipionem accepimus, nunquã ſe minus otioſum eſſe,quàm cum eſſet otioſus. de Sen.94.a.Otioſam ætatem & quietam ſine ullo labore et contentione traducere.de L.167.b.Ceſſatio libera atq; ocioſa.de Sen.87.a.Si uerò habet aliquid tanquam pabulũ ſtudij atq; doctrinæ,nihil eſt otioſa uita iucũdius.I.A.235.a.Otioſus et nihil agens.de Or.103.b.Quo in ſtudio hominum ingenioſiſſimorum otioſiſſimorum totas ætates uidemus eſſe contritas. Off.14.b. Sed & facilior, & tutior, & minus alijs grauis aut moleſta uita eſt otioſorum.Of. 38.a. Spectatoreſq; ſe præbuerunt otioſos Leutricæ calamitatis.

Otium,tij.tempus,ſpatium,uacuũ tempus,laxamentum,ceſſatio libera atq; otioſa,remiſſio,quies,uacatio ætatis,legatio libera,tranquillitas uitæ,facultas. de Or.85.a. Et quantũ mihi uel fraus,&c.uel cauſæ, &c.uel reſp.tribuet otij,ad ſcribendum potiſſimum conferã.& At.20.b. Quod mihi de forenſi labore temporis datur, in his ſtudijs conquieſco.& 98.a.Cum non eſſet temporis mihi ad ſcribendum ſatis.de Or.93.a.Non deſpero fore aliquẽ aliquãdo, qui et ſtudio acriore quàm nos ſumus atq; fuimus, & otio ac facultate diſcendi maiore ac maturiore exiſtat talis orator,qualẽ,&c.de Or.110.b.Otium quod & raro datur,& nunc peroptatò nobis datum eſt. & ibi.Otij fructus eſt non contentio animi,ſed relaxatio.Item:Philiſtus otium ſuum conſumpſit in hiſtoria ſcribenda.de Or.114.a.Horũ libros delectationis cauſa cum eſt otiũ lego.et 121.b. Cum ſe de turba & à ſubſellijs in otium,ut cogitat,ſolitudinemq; cõtulerit.pro Seſt.3.b.Otiũ & ſolitudo langorem



rem afferunt hominibus. contra Rull.84.b.Inertiſſimum & deſidioſiſſimum ocium. pro Seſt.23.b.Quod maximè eſt optabile & bonis & beatis cum dignitate ocium.contra Rull.87.a.Iſtos,quibus ocioſi ocium feciſſemus, ocioſiſſimos reddam. & ibid.Vos omni ratione ocium tenere debetis.& ibid.Qui propter deſidiam in ocio uiuunt.Ac. 2.a.Vt non multum imperatori ſub ipſis pellibus ocij relinquatur.Ep.35.a.& 22.b.Pluribus uerbis ad te ſcribam, cum plus ocij nactus ero.de D.327.a.Plura ad te uacuo animo ſcribam.Ep.161.b.Plura ſcribam, ſi plus ocij habuero.Ep.201.a.Quãuis enim occupatus ſis, ocij tamen plus habes:aut ſi ne tu quidem uacas,noli mihi moleſtiam exhibere.de Or.98.a.Quoniã tantum habemus ocij,quantum iamdiu nobis non contigit.Part.229.b.& pro Fl.147.b. Si tibi eſt ocium,& ſi uis. & Off.33.b.Et magis etiã tum, cum plus erat ocij. Item : Scribendi ocium non erat.I.V. 237.a.Ergo tunc cum bello fugitiuorum tota Italia arderet,Cn.Norbanus ſummo in ocio fuit. Ac.2.b. Hebeſcere & languere in ocio.& de N.3.b.Cum ocio langueremus. de Orat.104.a.Philoſophorum autem libros reſeruet ſibi ad huiuſcemodi Tuſculani requiem atq; ocium. Ep.28.b. Si antea auditum erit ocium eſſe in Syria. At.188.a. Tantum'ne ab re tua eſt ocij tibi,ut etiam oratorem legas? de Or.148.a.Homines ocio nimio affluentes. & ibi.Summa facultas uacui & liberi tẽporis. de Orat.154.b.Homines abundantes ocio.& ibi.Græci diffluentes ocio.pro Pl.273 a. M. Cato in principio Originũ ſuarũ ſcripſit, clarorum uirorum atq; magnorũ non minus ocij quàm negocij rationem extare oportere.de Cl.165.b. Ocium moderatum & honeſtũ. )(.Inertia atq; deſidia.Tuſ.248.b.Ocium literatum. & Ep.130.b.Referre ſe in ociũ. ad Her.1.a. Et ſi negocijs familiaribus impediti uix ſatis ocium ſtudio ſuppeditare poſſumus,& id ipſum quod datur ocij,libentius in philoſophia conſumere conſueuimus,tamen,&c.de In. 42.b.Honeſta ſtudia per ocium concelebrata ab optimis uiris. de Or.89.b.Philoſophi in angulis ocium conſumũt. I.V.76.a.Si ſpatium ad dicendũ noſtro cõmodo,uacuoſq; dies habuiſſemus. Q.Fr.324.b.Opera quæ nõ modò tẽpus, ſed etiã animum uacuũ ab omni cura deſiderat.i.ſummum ocium.de D.109.b.Tantũ huic ſtudio relinquẽdum,quantum uacabit à publico munere.& At.199.b.Si uacabis:id eſt,ſi ocium habebis.At.25.b. Ἐπὶ σχολῆς ſcribe: id eſt, per ocium. de Fat.140.a.Itaq; & ſæpe aliàs, & quodam liberiore quàm ſolebam & magis uacuo ab interuentoribus die,cum ille ad me ueniſſet, primo,&c. de Orat.86.b. Græci non ſolũ ingenio & doctrina,ſed etiã ocio ſtudioq; abundantes.de Or.121.b.Iſtam oſcitantem & dormitantẽ ſapientiam Scæuolarũ,& cæterorum beatorũ ocio concedamus.de Am.115.b.In ſtudijs cognoſcẽdi ſemper aliquid atq; diſcẽdi, remoti ab oculis populi omne ociũ tempuſq; contriuimus. de L.157.b.Mihi nullum tribuitur uacuum tempus ac liberum.& ibi.Nec occupata opera,nec impedito animo res tãta ſuſcipi poteſt: id eſt, ſine ſummo ocio. & ibi. Vtrunq; opus eſt,& cura uacare & negocio. & ibi.Mihi nullum uacuum tempus eſt conceſſum.

Otriculanus.uilla.pro Mil.113.b.

Ouans,tis.propè triumphans.At.283.b.Vt ouanti introire Cæſari liceret,decreui. de Orat.126.a. Imperatorem ornatum à ſenatu,ouantem in Capitolium aſcendiſſe. ad Her.26.b.Quo pacto hoſtes ouantes irruerunt in ciuitatem.I.A.260.b.Heri me ouãtem & propè triumphantem populus Romanus in Capitolium domo tulit,domum inde reduxit.



Ouis,uis.pecus.de N.58.a.Ouium uillis confectis atq; contextis homines ueſtiuntur.I.A.188.b.& de Am.108.a. O' præclarum cuſtodem ouium(ut aiunt)lupum.

Ouum,ui. ὠόν. de N.50.b. Anatum oua gallinis ſæpe ſupponimus. & 52.a. Piſces,ut aiunt,oua cum genuerint,relinquunt.& ibi.Gallinæ ex ouis pullos excludunt. Ac.5.a.Vides'ne ut in prouerbio ſit,ouorum inter ſe ſimilitudo?& ibi.Hi cum ouum inſpexerant,quæ id gallina peperiſſet,dicere ſolebant.de D.136.a.Defert ad cõiectorum quidam ſomniaſſe ſe,ouum,&c.Ep.138.a.Integram famem ad ouum affero.prouerbium.

## P A

PAbulum,li.paſtio.de D.114.b. Extis declarari hoc duntaxat pabuli genus, & earum rerum quas terra procreet uel ubertatem uel tenuitatem. de Sen. 87.a. Si uerò habeat aliquid tanquam pabulum ſtudij atque doctrinæ, nihil eſt ocioſa uita iucundius. Acad.32.a.Eſt enim animorum ingeniorumq; naturale quoddam quaſi pabulum conſideratio contemplatioq;. de Ar.244.a. Quid enim hunc proſequor, pecudem ac belluam, pabulo inimicorum meorum & glande corruptum?

Pacatus,ta,tum. de Orat.87.b.Pacatæ & tranquillæ ciuitates. & pro Lig.137.b. Prouincia pacatiſſima. Antequam.167.b.Pompeius terra mariq; hoſtes reddidit pacatos. I.A.213.b.Huic tali uiro poterit'ne pacatus eſſe Antonius?

Pachynus.portus & mons.I.V.253.b.

Pacidianus,ni.L.Aeſerninus.

Pacificatio,onis.cõpoſitio,ab armis diſceſſio.At.106 b.Nulla ſpes pacificationis eſt. Item: Itaq; ſapientius feceris ſi te in iſtam pacificationem non interpones.

Pacificator,oris.qui pacis faciendæ arbiter eſt,& legatus,& deprecator pacificus. At.7.b.Propoſitumq; eſſe nobis pacificatorem.

Pacificatorius,a,um.I.A.240.a. Poſteaquam nos pacificatoria legatione implicatos putant.

Pacificari.ab armis diſcedere,pacem cum aliquo facere uel efficere. Attic.241.b.Seruius pacificatus eſt,cum librariolo ſuo.

Pacificus,a,um.At.128.a.Ecquæ pacifica perſona deſideretur,an in bellatore ſint omnia?

Paciſcor, ris,pactus ſum. pago, depaciſcor,ſpondeo, deſpondeo,promitto,conſtituo, pactum uel pactionẽ facio,pactionem cum aliquo conflo, fœdus cum aliquo ferio,cum aliquo pactionẽ uel fœdus ſancio,pactiones agere.I.V.155.a. Edictum ne quis frumentum de area tolleret antequam cum Decumano pactus eſſet.In Sal.275.a.Is ne cauſam diceret, Seſtertio duodecies cum Cæſare paciſcitur.At.28.a.Si quæ de me pacta ſunt ea non ſeruantur,in cœlo ſum.pro Seſt.15.b.Gabinius Ciliciam ſibi pactus eſt. Off.7.b.Cum triginta dierum eſſent cum hoſte pactæ induciæ. de Orat.141.b.Dixit ſe dimidium eius ei quod pactus eſſet pro illo carmine daturum. I.C.102.a.Scio pactam & conſtitutam eſſe cum Manlio idem. Q.Fr.323. b.Paciſci præmium ab aliquo. pro Seſt.10.a. Pacto iam fœdere prouinciarum. Att.81.a.Deiotari filius cui pacta eſt Arthabaſdis filia.

Paco,cas.pacifico.Ep.245.a.Pacare Amanũ,& perpetuum hoſtem ex eo monte tollere,agere perrexi.

Pactio,onis.pactum,conditio,fœdus,promiſsio, deciſio. de In.71.a.Cum omnes perituri milites eſſent,niſi ad hanc pactionem ueniſſent,utrũ ſatius fuerit amittere milites,an ad hanc conditionem uenire?& I.V.161.b.At.125.a. An cenſes nihil inter eos conuenire? nullam pactionem fieri potuiſſe. Att.145.b.Si res ad pactionem non uenit, longius bellum puto fore.At.75.a.Et eo magis quod in noſtra prouincia confectæ ſunt pactiones publicanorum. Poſt.211.a.Conſul pactionibus eos ſuorum præmiorũ obligarat.Poſt.200.b.Cum duo conſules empti pactione prouinciarum autores ſe inimicis reip.tradidiſſent. pro Q.F. 296.b.In pactionibus faciẽdis legem ſpectare cenſoriam. Q.R.51.b.Flauius de tota lite fecit pactionem. pro Q.R. 52.b.Non enim ex pactione uerborum,quibus iuſiurandũ comprehenditur,ſed ex perfidia per quam inſidiæ tenduntur alicui,dij immortales hominibus iraſci ſolent. pro Fl. 163.a.Quis pactionem fieri coegit?& ibi.Deciſionis arbiter C.Cæcilius fuit. Ep.227.b.Vt pactiones cum reliquis ciuitatibus conficiat.At.67.a.Facere pactionem cum aliquo,ſi aliquid fiat.de Pro.71.a.Facere pactionem cum aliquo de aliqua re.de Ar.253.b.Clodius nefarias cum multis ſcelerum pactiones ſocietateſq; conflauit.de Pro.72.a. Igitur in Syria imperatore illo nihil aliud actũ eſt, niſi pactiones pecuniarum cum tyrãnis. pro Q.R.50.b.Roſcius cum Flauio de ſua parte fecit pactionem.

Pactor,ris.I.V.246.b.Societatis pactores.

Pactum,cti.pactio,conuentum, conuentus, conditio. de In.70.b.Pacta præſtant legibus. & ad Her.10.a.Pactum præſtat iuri.At.92.a.Pomptinus enim ex pacto & conuentu,nam ea lege exierat,iam à me diſceſſerat. Off. 73.b.Regulus non debuit conditiones & pactiones bellicas perturbare periurio. I.V.69.a.Manere conditione atq; pacto.de Or.118.a.Pacta,cõuenta,ſtipulationes.pro Cec.294.b.Pacti & conuenti formula.de Vn.97.b.Nullo pacto,nullo modo.& de In.49.a.Alio pacto.& Ep.163.b.Nulla conditione.de In.70.b.Pactum eſt quod inter aliquos conuenit. Off.70.b. Pacta & promiſſa ſemper ne ſeruanda ſint,quæ nec ui, nec dolo malo, ut prætores ſolent dicere,facta ſunt.

Pactus,a,um.promiſſus. Off.73.b.Vt ſi prædonibus pactum pro capite precium non attuleris. Q.Fr.323.b. Magna inuidia ſunt conſules propter ſuſpicionem pactorum à candidatis præmiorum.

Pacuuius,uij.poëta tragicus.Or.200.a.Omnes apud hunc ornati elaboratiq; ſunt uerſus.& de Or.106.b.Teucer Pacuuij.

Pæan.nis.pes in uerſu,aut oratione, & hymnus.Græcè παιὰν,ᾶνος. de Orat.160.a.Pæan eſt duplex, aut ſic, ¯ ˘˘˘, aut ſic, ˘˘˘ ¯. & ibi.A ſuperiore pæane.Or.218.a. Ariſtoteles pæana ut optimum probat,à quo diſſentio. de Or.107.a.Pæanem aut munionem cantare.& Or.215.b. aliter,Pæon, παίων,ῶνος.

Pædagogus,gi.etiam puellarum. At.197.b.Et pædagogi probitas,& medici aſsiduitas, id me ſuſpicari uetat. Am.110.a. Iſto enim modo nutrices & pædagogi maximè erunt diligendi.& ad Her.27.a.Conturbatus eſt adoleſcens,nec mirum,cui etiam nunc pædagogi lites ad auriculas uerſantur.

Pæſtanus,a. Att.255.

Pæſtum,ſti.opp.Italiæ.At.181.b.

Paganus,a,um.pro Dom.228.a.Nullum eſt in hac urbe collegium,nulli pagani aut montani, qui non,&c.Pagani & montani conuenticula erant plebis Romanæ.

Pagella,læ.a.Extrema pagella pupugit me.& 179.a Non imitor λακονισμὸν tuum , altera iam pagella procedit.

Pagina,næ.altera folij pars.Or.200.b.Etenim ut ſcis quaſi in extrema pagina Phædri his uerbis loquens Socrates, Adoleſcens,&c.At.90.a.Quoniam reſpondi tuæ paginæ poſtremæ prima mea, nunc ad primã reuertar tuã. At.76.b.Et ſi meam in eo parſimoniã huius paginæ contractio ſignificat.242.a.Epiſtolæ prior pagina.Att.216.b.Etenim hæc decantata erat fabula,ſed complere paginã uolui. Q.Fr.301.a.Cum hanc paginam tenerem,L.Flauius ad me uenit. de Fi.118.a.Vtrum igitur tibi uideor an totas paginas cõmouere.Ep.258.a.Variè ſum affectus tuis literis,ualde priore pagina cõturbatus, paulum altera recreatus.Att.89.b.Reſpondebo primùm poſtremæ tuæ paginæ,quæ mihi magnæ moloſtiæ fuit.

Paginula,læ.At.59.b.Longæ paginulæ in codicillorũ faſtis futurorum conſulum.

Pago,gis,pepigi,uel pegi,pactum.paciſcor. pro Q.R.49.a.Dic pactionem feciſſe , non pepigit. ad Her.10.a.Ex pacto ius eſt,ſi quid inter ſe pepigerunt,ſi quid inter quos conuenit.I.P.87.a.b.Obtinuiſti prouinciam ijs finibus,quos lex cupiditatis tuæ,non quos lex generi tui pepigerat.Off.70.b.Nec ab eo qui cum pepigerat impetret, ut,&c.de L.167.b.Requiri placet terminos,quos Socrates pegit,ijſq; parêre.ad Her.10.a.Rem ubi pagunt,oratione pagunt.

Pagus,gi.uilla,curia.Q.de Pet.209.a.Collegium omnium pagorum,uicinitatum.

Pala,læ.annuli pars plana & latior, in qua uel gemma includitur,uel ſignum aliquod inſculpitur. Off.59.b. Is cum palam annuli ad palmam cõuerterat,à nullo uidebatur,ipſe autem omnia uidebat.

Palæmon,nis.l.Leucothea.

Palæſtra,ſtræ. gymnaſium.de In.62.a.Illi ſtatim hominem duxerunt in palæſtram,atq; ei pueros oſtenderũt multos magno præditos dignitate. Or.198.a.Palæſtra ad iuuat hiſtrionem. Or.215.a.Numerus quaſi quandam palæſtram & extrema lineamenta orationi attulit.Or.219.a.Motus hic habet palæſtram quandam. de Or.91.b.Sed palæſtræ magis & olei,quàm huius ciuilis turbæ atq; fori.At.25.a.Palæſtra palatina. I.V.115.b. De palæſtra & palæſtritis. ad Heren.38.b.Non enim ut in palæſtra,qui tædas candentes accipit celerior eſt in curſu continuò,quã ille qui tradit:ita melior imperator nouus qui accipit exercitum,quàm ille qui decedit,propterea quòd defatigatus curſor integro facem,hic peritus imperator imperito exercitum tradit.

Palæſtricè.palæſtritarum more.de Opt..243.b.Palæſtricè ſpaciari in Xyſto.

Palæſtricus,a, um.I.V.119.b.Nunquam uos prætorẽ tam palæſtricum uidiſtis. Of.26.a.Nam palæſtrici motus ſæpe ſunt odioſiores.

Palæſtrita,tæ. I.V.115.b.Faciemus ut palæſtritæ negent ex teſtamento eſſe poſitas.

Palàm.manifeſtè,apertè, in conſpectu, in oculis omnium,in ore atq; oculis omnium.)(.Clàm, per præſtigia. I.V.115.a.Quæ in foro palàm Syracuſis in ore atq; oculis omniũ geſta ſunt.pro Cæl.41.b.Palàm in eum tela iaciuntur,clàm ſubminiſtrantur. Poſt.206.a.Cuius primùm tempus ætatis palàm fuiſſet ad omnes libidines diuulgatũ. I.P.84.a.b.Cum arma in templum Caſtoris luce ac palàm comportaretur. In Piſonem 98.a. Stipendium militibus numera-



ratum eſt,menſis palàm propoſitis. In An.197.b. M.Antonius palàm ſecum habuit armatos.Item:Non per præſtigia,ſed palàm totum oppidum cõpilauit. Off.79.b.Luce palàm in foro ſaltare.pro Mil.106.a.Palàm agere cœpit,apertè dicere, occidendum Milonem. I.P.81.b. Mitto enim domeſtica, hæc cõmemoro , quæ ſunt palàm. pro Fl.160.a.Quæſitum & prolatum palàm non negas. Poſt.208.a. Nondum palàm factum erat concidiſſe rempublicam, cum, &c.Or.200.a.Non ex inſidijs,ſed apertè ac palàm facere aliquid. & I.V.69.b. Apertè palàmq; dicere aliquid.At.257.a.Octauius rem gerit palàm. Att. 210.b.Credo enim palàm factum eſſe.pro Cl.22.a.A. Aurius in foro palàm,multis audientibus,& clariſsima uoce, nomen Oppianici delaturum eſſe teſtatur. Acad.4.a.Alterum quidem palàm,alterum obſcurius. & Ep.2.a.Is palàm ſic egit cauſam tuam,ut,&c.I.V.249.a. Palàm ante oculos omnium eſſe. de Pro.70.b.Hæc audacia,quam ille præſens in oculis ueſtris mentibuſq; deficit. Attic.210.b. De Panſa etiam , ſi quid certius , credo enim palàm factum eſſe.

Palatinus,a,um. At.25.a.Palæſtra Palatina.pro S.R. 21.b.Ad balneas palatinas.

Palatium,tij.mons Romæ. pro Dom.233.b. In Palatio atque in pulcherrimo urbis loco.Antequam.196.b.et de Nat.72.a.Iouis Statoris templum à Romulo in Palatij radice eſt collocatum. pro S.R.49.a. Alter tibi deſcendit de Palatio & ædibus ſuis.I. C.97.b. Nihil ne te nocturnũ præſidium Palatij mouet?

Palatus,ti.pars oris interior , ſuperiorq;,in qua ſenſus eſt guſtatus.alij autores palatum genere neutro uſurpant.de Fin.69.b.Nec enim ſequitur,ut cui cor ſapiat, ei nõ ſapiat palatus.de Fin.71.a.Voluptas, quæ palato percipitur,quæ auribus. de Nat.35.b.Epicurus dum palato quid ſit optimum iudicat,cœli palatum, ut ait Ennius, nõ ſuſpexit.

Palea,leæ. Parad.119.a.Auri nauem euertat gubernator an paleæ,in re aliquantum,in gubernatoris inſcitia nihil intereſt.de Fin.123.a.Gubernator æquè peccat,ſi palearum nauem euertit & ſi auri. Item: Itaq; aurum paleam'ue portet,ad bene aut malè gubernandum nihil intereſt.

Palinodia,diæ.Contraria cantio,retractatio.Att.57.b.Subturpicula mihi uidebatur eſſe palinodia. & 105.a. Mihi autem nulla de eo palinodia detur,propter,&c.At. 28.a.Quarum expecta diuinam παλινῳδίαν.

Palinſeſtum.uel Palimpſeſtum, uel potius Palimpſeſtos.charta ſeu tabula,in qua cum aliquid ſcriptum eſt, deleri abradiq; commodè poteſt,rurſumq; ſcribi. deletitiam Vlpianus Iuriſconſultus uocat. Ep.104.a.Nam quod palinxeſto laudo equidem parſimoniã,ſed miror quid in illa chartula fuerit,quod delere malueris, quã hæc ſcribere.

Palla,læ.ueſtis genus,præſertim muliebris honeſta. I.A.186.b. Qui cum palla & cothurnis nummos populo de roſtris ſpargere ſolebat.

Palladium,dij.Palladis ſignum. pro Mil.107.b.Exhibe quæſo librarium illud legum ueſtrarum , quod te aiunt ex medijs armis turbaq; nocturna tanquam palladium ſuſtuliſſe.

Pallas,dis. Antequã.196.b.Tritonia armipotes,Gorgona,Pallas,Minerua.l.Gorgona. In Arat. Vt nemo cui ſancta manu doctiſsima pallas,Solertem ipſa dedit fabricæ rationibus artẽ.Ep.30.b.Idq; me puto non inuita Mineruа eſſe facturum,quam quidem ego, ſi fortè de tuis ſumpſero, non ſolùm Pallada, ſed etiam Appiada nominabo.

Palleo,les.exalbeſco,expalleſco.I.A.176.b.Sudat,pallet,quidlibet,modò ne nauſeet,faciat,&c.ad Heren.13.b. Neceſſe eſt quoniam pallet,ægrotaſſe.

Palliatus,a,um.I.A.197.a.Græcus iudex modò palliatus,modò togatus.pro R.P.126.b.Is ſæpe palliatus fuit et aliqua habuit non Romani hominis inſignia.Q.Fr.319.a Deniq; illi palliati,topiariam facere uidentur.

Palliolum,li. Tuſc.202.b.Sæpe eſt etiam ſub palliolo ſordido,ſapientia.prouerbium.Cæcilij.

Pallium,lij. amiculum. Pallium propriè Græcorum fuit ut toga Romanorum. I.V.212.b.Verres cum tunica pulla,& pallio.& 242.a.& 253.b.Iſte cum pallio purpureo tunicaq; talari.de Or.154.b.Hippias gloriatus eſt,pallium quo amictus,ſoccos quibus indutus eſſet, ſe manu ſua confeciſſe.pro R.P.127.a.Conſularis homo ſoccos habuit & pallium.& 126.b.Aut pallium ſumendũ Alexandriæ, aut omnes fortunæ abijciendæ,ſi togam retinuiſſet. de D. 138.a.Amica corpus eius texit ſuo pallio. de N.76.b.Dionyſius aureum Ioui detraxit amiculum grandi pondere, eiq; laneum iniecit pallium.

Pallor,oris.Tuſ.313.a.Ex quo fit, ut terrorem pallor & tremor & dentium crepitus conſequatur.& Ac.13.a. Nihil intereſſet, qui diſtingueretur tremor ille & pallor. pro Flac.148.a. Magno cum tremore & pallore aliquid dicere.

Palma,mæ.manus pars interior.de Finib.67.b.Zeno rhetoricam palmæ, dialecticam pugno ſimilem eſſe dicebat.& Or.207.a.Cum autem manum dilatauerat,palmæ illius ſimilem eloquentiam eſſe dicebat. Off.59.b. Is cum palàm eius annuli ad palmam conuerterat,à nullo uidebatur,ipſe autem omnia uidebat.In Arat.Hanc dextram Cephei dextro pede pellere palmam geſtit.

Palma.uictoria,laus,principatus alicuius rei. de Or. 156.a.Si quærimus quid unum excellat ex omnibus,docto oratori palma danda eſt.de Or.129.b.Miror te non huius rei palmam ut cæterarũ,Craſſo detuliſſe. I.A.159.b.Niſi fortè Actio tum plaudi & palmam dari putabatis. de Cl.180.a. In quadrigis,qui palmam iam primus acceperit.Att.62.b.Ne diutius pendeas,palmam tulit.Antequã. 197.b. Habeant hanc palmam ex innocentis cruore. de Sen.80.b.Quam palmam utinam dij immortales tibi Scipio reſeruent.pro S.R.21.a.Alter plurimarũ palmarum uetus ac nobilis gladiator habetur. & I.A.233.a. Sexta palma urbana etiam in gladiatore difficilis. pro S.R.35.a. Multæ ſunt infames palmæ , hæc prima tamen eſt lemniſcata.

Palma.arbor nobilis,quæ contra pondus nititur, & potius in alteram curuatur partem:hinc uictoriæ,fortitudiniſq; inſigne ſumptum eſt. I.V.253.a. Palmarum agreſtium multitudo in Sicilia.de L.156.a.Vlyſſes Deli ſe proceram & teneram palmam uidiſſe dixit.

Palmaris,re.id eſt,cui palma uictoriaq; datur. I.A. 208.a.Sed illa ſtatua palmaris,de qua,&c. & de N.6.a. Sed illa palmaris quidem,ſcilicet ſententia philoſophorũ.

Palpor,aris.adulor,blandior.Ep.165.b.Palparer planè neceſſe erat,ſi uellem,&c.Pollionis.

Palpebræ,arum.de N.54.b.Palpebræ,quæ ſunt tegumenta oculorum,molliſsimæ tactu,ne læderent aciem. & 55.a.Munitæq; ſant palpebræ tanquam uallo pilorum.In P.88.b.M.Regulus,quem Carthaginenſes reſectis palpebris uigilando necauerunt.

Palpito,as.palpitare,eſt moueri & exilire, ſed motu frequen-

frequenti & leni. de N.30.b. Cum cor animantis euulſum ita mobiliter palpitaret, ut imitaretur igneam celeritatē.

Paltos. Syriæ opp. Ep.189.b. Caßij.

Paludatus, a, um. paludamento ornatus. l. Chlamys. In P.86.a. Conſul proficiſcens paludatus in prouinciam. & pro Seſt.19.a. Exierunt duo Vulturij paludati. & Ep. 120.a. Att.16.b. Craſſum minore dignitate aiunt profectum paludatum.

Palus, li. lignum in terra infixum, & patibuli genus. I.V.237.b. Damnati producuntur, & ad palū alligantur.

Palus, udis. I.A.195.b. Ille paludes ſiccare uoluit. contra Rull.76.a. Mithridates Mæote & illis paludibus defenditur. & 80.b. & Poſt.202.b. Arenam aliquam aut paludes emere.

Pamphylia. regio in minori Aſia. In Ver.149. de Diuin.80.

Pamphylij. pop. in Aſia. de D.85.b.

Pamphylius, a. At.82.a. Forum Pamphylium.

Pampinus, ni. folium uitis. de Sen.88.a. & Tuſ.162.b. Vua ueſtita pampinis, nec modico tempore calet, & nimios ſolis defendit ardores.

Pan, nis. paſtorum deus. Verg. in Buc. Pan curat oues, ouiumq; magiſtros. de N.79.b. Ex Mercurio & Penelopa Pana natum ferunt.

Panathenaicus. Iſocratis oratio de rebus geſtis Athenienſium, ſic appellata à ludis quinquatrijs, quæ Panathenea uocabantur. Or.200.b. In Panathenaico Iſocrates ea ſe conſectatum fatetur.

Panchreſtus, a, um. optimus, utilißimus. I.V.181.b. Panchreſtum medicamentum.

Pando, dis. aperio. Tuſc.243.a. Alia autem diuina illa longè lateq; ſe pandant, cœlumq; contingant: id eſt, bona animi. Tuſ.211.a. Quærebam igitur, utrum panderem uela orationis ſtatim, an, &c. & Tuſc.174.b. Quò utinam paßis uelis peruehi liceat. In Arat. Omnis iam panditur hydra. & ibid. Non ſecum medium pandet Nepa, &c. l. Præpando.

Panegyricus. laudatio, uel ſuaſio, uel concio in conuentu habita. Or.200.a. Tales ſuaſiones, qualem Iſocrates fecit panegyricum. de Cl.170.a. Mortuorum laudationes. & ibid. Quanquam his laudationibus hiſtoria rerum noſtrarum eſt facta mendoſior.

Panegyris. πανήγυρις, conuentus. At.8.b. Erat in eo ipſo loco, illo die nundinarum πανήγυρις.

Pango, gis. cōpono, condo, ſcribo. Ep.263.b. An pangis aliquid Sophocleum? fac opus appareat. Att.30.b. De pangendo quod me adhortaris, fieri nihil poteſt. Att.13.b. Condere poema. Q.Fr.325.b. Nec ſanè ſatis commoueor animo ad ea quæ uis canenda. Att.26.a. Itaq; ἀνέκδοτα, quæ tibi uni legamus, pangentur.

Panicon. quidam inanes metus. pro Cæl.45.a. At.251 a. De Ventidio πανικὸν puto. & 223.a. πανικὸν certè, ſcripſiſſes enim.

Panis, nis. I.P.94.a. Piſtor domi nullus, nulla cella, panis & uinum à propala atq; de cupa. pro Cl.53.a. Oppianicum ueneno eſſe necatum, quod ei datum ſit in pane. Tuſc.147.a. Cum Ptolemæo peragranti Aegyptum comitibus nō conſecutis cibarius in caſa panis eſſet, nihil uiſum eſt illo pane iucundius.

Paniſcus, ſci. de N.68.a. Nymphæ deæ, paniſci & Satyri. de D.85.a. & 118.b. In Chiorum lapidicinis ſaxo diffiſo caput extitiſſe paniſci.

Pannoſus, a, um. malè ueſtitus, ſordidatus. Att.56.b.



Pauci pannoſi, ſine laterna.

Panormitanus. I.V.132.b.

Panormus. urbs. I.V.121.b. At.119.

Panthera, ræ. beſtia maculoſa, cuius mas, pardus appellatur. de N.18.b. Leones & pantheras eſſe. et 51.a. Pantheræ in Barbaria, uenenata carne capiuntur.

Paphlagonia regio. contra Rull.62.

Paphos. urbs. I.A.168.

Paphij. pop. Ep.122.

Par, ris. parilis, æqualis, æquus, ſimilis, communis, iugum, ſocius alicuius rei. de In.70.b. Par eſt, quod inter omnes æquabile eſt. Or.208.a. Oratio par & æqualis rebus ipſis. de N.57.a. Vita beata par & ſimilis deorum. Orat. 218.a. Iambus par, chorei, ſed ſpacio par, non ſyllabis. Par. 230.a. Ex comparatione parium. de Or.124.a. Ex pari, ſic, &c. Top.222.b. Quod in re pari ualet, ualeat in hac, quæ par eſt. de L.188.a. Omnia infima ſummis paria fecit. de N.12.a. Vt omnia omnibus, paribus paria reſpondeant. ἰσονομία. de Or.160.a. Paria eſſe debent extrema primis. de Or.162.b. Aut quæ paribus paria referuntur. & Ep.15.a. Par pari referre. prouerbium. de In.62.b. Si par in nobis, atq; in illo ſcientia fuiſſet. de Cl.168.b. Omnia fuiſſe in Themiſtocle paria & Coriolano. de Or.91.b. Virtutes ipſas eſſe inter ſe æquales & pares. & 105.b. Conſtituere duas artes inter ſe pares & eiuſdem ſocias dignitatis. de Cl.184.b. Quædam ſunt mihi paria cum illo, quædam ſuperiora. ad Her.7.a. Si nō poterit par uicium cum cauſa reperire, reperiat diſpar. Or.200.b. Vt uerba uerbis quaſi dimenſa & paria reſpondeant. de Am.109. a. In amicitia ſuperior, par eſt inferiori. I.A.159.a. Libertate eſſe parem cum cæteris, principem dignitate. de Fin. 66.b. Verbum latinum par græco & idem ualens. Ep.60 a. Mutuus animus in amicitia eſt, cum par uoluntas accipitur, & redditur. Tuſc.148.a. Reſpondere ſuis maioribus, & parem eſſe eiſdem. Ep.66.b. In reliquis rebus tuis pari me ſtudio erga te, & eadem uoluntate eſſe cognoſces. Ep. 204.a. Pro pari inter nos et mutua beneuolentia. At.262 a. Tua uoluntas erga me, par atq; mutua. Ac.9.b. Stellarū numerus par an impar ſit, neſcitur. & 224.a. Officia paria & mutua. At.88.b. Habes ad omnia, non ut poſtulaſti χρύσεα ἀντὶ χαλκείω, ſed paria paribus reſpondimus. At.256.b. Si quid cui debetur, ut ſit unde par pari reſpondeatur. pro Pl.264.b. Aliquis alicui omni uirtute & laude par. Parad.117.b. Reges ſunt omnes pares inter ſe præter Superbum. de Or.106.a. Ille cum diſſerendo par eſſe non poſſet, &c. & pro Fon.281.a. Eſſe parem alicui belli gerando. de Or.90.b. Poeta oratori multis ornandi generibus ſocius, ac penè par. Off.25.a. Aequo & pari iure cū cæteris uiuere. de N.60.a. Neq; enim mihi par ratio cum Lucilio eſt ac tecum fuit. pro Cæl.55.a. Ingenium minimè uolūtati par. de D.81.a. Cratippus, quem ego parem ſummis peripateticis iudico. pro Planc.271.b. Honorum gradus ſummis hominibus & infimis ſunt pares, gloriæ diſpares. pro Lig.141.a. Mihi omnia paria cum illo ſunt. de L.193.a. Noxiæ pœna par eſto. At.130.a. Nos diſiecta manu, pares aduerſarijs eſſe non poſſumus. At.130.b. Diſtracti pares aduerſarijs eſſe non poſſumus. pro Pomp.14. a. Hi nullo in loco pares iam prædonibus eſſe poterant. de Sen.78.a. Pares cum paribus, ueteri prouerbio, facillimè congregantur. de Orat.128.a. Inuident autem homines paribus & inferioribus, ſed etiam ſuperioribus inuidetur. ad Her.36.b. In æquos & pares faſtidioſus. I.P. 81.a. Q. Metellus, cuius paucos pares hæc ciuitas tulit.





Poſtquam.207.b. Tu es auſus in circo Flaminio productus cum illo tuo pari dicere, te ſemper miſericordem fuiſſe? Attic.260.a. Duo pares æquè inter ſe. de Amic.98. b. Ex omnibus ſeculis uix tria aut quatuor nominantur paria amicorum. pro Dom.218.b. Quod enim par amicitiæ fuit unquam in hac ciuitate coniunctius, quàm fuimus inter nos ego & Pompeius? pro Dom.227.a. Atque hanc rem par illud ſimile Piſo & Gabinius uidit. I.P.85. b. Vter periſſet in eiuſmodi pari, lucrum fieri putabat. de Opt.244.b. Gladiatorum par nobilißimum. I.A.229.a. T. Plancus, cæteriq; pares id agunt. I.A.230.b. Ecce tibi geminum in ſcelere par inuſitatum, &c. de Cl.175. Gracchus ſi uixiſſet, eloquentia neſcio an habuiſſet parem neminem. I.V.118.a. Scyphorum paria complura.

Par eſt. decet, æquum eſt. de D.132.a. Caſum prælij omnes timebamus, ſed ita ut conſtantibus hominibus par eſt, non apertè. pro Mur.127.a. His rebus fretum ad conſulatus petitionem aggredi par eſt. & ibi. Paria eſſe iſta cognoſces in L. Murena. Attic.143. Dubito quid me facere par ſit. de Amic.111.a. Par eſt autem, primùm ipſum eſſe bonum, deinde, &c. Epiſt.179.b. Quibus tu, ut par erat, reſtitiſti. I.V.237.a. Statim, ut par fuit, comprehenſi ſunt. pro Rab.97.a. Quod ei præmiū dari par fuiſſet? Orat.197.a. Sed par eſt, omnes omnia experiri. At.246. b. Tu uerò quicquid erit quod me ſcire par ſit, ſtatim, etc. Offic.50.b. Sic par eſt agere cum ciuibus. de Leg.171.b. Ex quo intelligi par eſt, eos qui, &c.

Parabilis, le. paratus, facilis inuentu et paratu. de Fin. 58.b. Ipſa natura diuitias, quibus contenta eſt, & parabiles & terminatas habet. Tuſ.246.b. Diuitias naturæ parabileis.

Paradoxa. de Fin.123.a. Hæc paradoxa illi, nos admirabilia dicamus. & Acad.34.b. Illa mirabilia Stoicorum, quæ παράδοξα nominantur. Parad.116.a. Quæ quia ſunt admirabilia, contraq; opinionem omnium, ab ipſis etiam παράδοξα appellantur.

Paralyſis, ſis. reſolutionem neruorum Corn. Celſus interpretatur. At.257.a. Quid eſt quod audiui de Bruto? Pyliam παρεῖσθαι παραλύσει, te ſcripſiſſe aiebat.

Paraſitus, ti. omnium menſarum aſſecla. de Am.114. b. Aſſentatio paraſitorum in comœdijs faceta uidetur. Epiſt.14.b. Dixi me facere quiddam, quod in Eunucho paraſitus ſuadeat militi.

Paratè. adu. de Cl.187.a. Is tamen ad dicendum ueniebat magis audacter quàm paratè.

Paratius. adiect. de Or.97.a. Quamobrem in iſtis ipſis exercitationibus, etſi utile eſt, etiam ſubitò ſæpe dicere, tamen illud utilius, ſumpto ſpacio ad cogitandum paratius atq; accuratius dicere.

Paratus, a, um. inſtructus, armatus, promptus, expeditus, præſto. I.V.61.a. Quo paratior ad uſum forenſem promptiorq; eſſe poſſem et 67.b. Paratus atq; inſtructus ad iudicium uenit. pro Q.7.a. Cum paratus meditatusq; ueniſſes. & I.V.112.a. & ad Her.26.b. Paratior inſtructiorq; ueniret. de N.60.a. Spero te, ut ſoles, bene paratum uenire. & I.A.183.a. Antonius inſtructus paratusq; uenit. de Or.88.a. Gracchi omnibus uel naturæ, uel doctrinæ præſidijs ad dicendum parati. de Or.119.a. Quos locos multa commentatione ac meditatione paratos atque expeditos habere debetis. Or.198.b. Alij ad permouendos animos inſtructi & parati. & pro Cec.288.a. Paratus ad hoc munus. de Cl.178.a. Prompta & parata in reſpondendo celeritas. Tuſ.220.a. Fortitudo ſatis eſt inſtructa, armata, parata per ſeſe. Item: Nec deſiderat iracundiam aduocatam. de Or.123.b. Vt habeant paratum quid quaq; de re dicant. Q. de Pet.208.a. Iis fac, ut propoſitum ac paratum auxilium tuum eſſe uideatur. de Clar.177.b. Q. Scæuola in iure paratißimus. & ibid.a. Non ſatis paratus ad cauendum fui. pro Mil.106.a. Homo ad omne facinus paratißimus. de Amic.114.b. Cum alter ad mentiendum paratus eſt. contra Rul.82.a. Ad uim promptus, ad ſeditionem paratus, expeditus ad cædem. Offic.44.a. Deinde conſuetudine beneficentiæ paratiores erunt, & tanquam exercitatiores ad bene de multis promerēdum. & ibid. Ad idem ſemper expectandum paratior. pro Seſt. 10.b. Conſenſu bonorum omnium tam parato, tota denique Italia ad omnē contentionē expedita. pro Q.2.a. Si id quod parati ſunt facere, mihi nocuerint. Epiſt.69.b. Paratus contra fortunam. Epiſt.120.a. Paratus ab exercitu. & 148.a. Paratus ab omni re. & 148.b. & 174.a. Paratus animo. ad Att.105.a. Cum bene parato pugnare. ad Attic.138.a. Domitius paratus ad nauigandum. ad Attic. 149.a. Ego hunc paratum uideo peditatu, equitatu. de Leg.183.b. Sed fuit hic uir, & ciuis, & reip. maximè, tuendæq; ciuitatis paratißimus. Paratus.)(. Imparatus. pro Mil.112.a. Imparatum in paratos incidere.



Parcæ, arum. de N.68.b. Parcæ deæ ſunt, quas Erebo & Nocte natas ferunt.

Parcè. reſtrictè. Epiſt.16.b. Etenim id feci parcè & molliter. Off.21.b. Parcè, continenter, ſobrieq; uiuere. de Fin.73.a. Nec cur id tam parcè tamq; reſtrictè faciant, intelligo. & Epiſt.85.a. Scripſi de te parcè & timidè. pro Mur.131.a. Itaq; ſi ſatis profeciſſem, parcius de eius laude dicerem. pro Flac.151.a. Maiores noſtri minimo contenti tenuißimo cultu uiuebant.

Parco, cis. ignoſco, concedo, remitto, cōdono, ueniam do, tempero, impunitatem do, impunitum ſcelus fero, faueo. pro Quin.9.b. Viri boni malunt commemorare, ſe cum perdere poſſent, peperciſſe, quàm cum parcere poſſent, perdidiſſe. Epiſt.56.a. Cui inimici propter dignitatem pepercerant, inuentus eſt amicus, qui ei mortem afferret. pro Mil.119.b. & I.V.90.a. Parcere alicui. & Parcere alicui ſcelerato: id eſt, ignoſcere. I.A.172.a. Omnes mihi cenſebant parci oportere. I.V.128.a. Pater flens unumquemq; rogabat, ut filio ſuo parceret. Attic.117.b. Nec ſum miratus eum, qui caput ipſum reliquiſſet, reliquis membris non parcere. pro Cæl.46.b. Parcat iuuentus pudicitiæ ſuæ, ne ſpoliet alienā. pro Rab.92.a. Hunc nec ſuæ nec alienæ pudicitiæ peperciſſe. de Orat.130.b. Parcendum eſt maximè charitati hominum, ne temerè in eos dicas, qui diliguntur. pro Quin.7.a. Parcere auribus alicuius. de Or.158.b. Auribus cōſuetudiniq; parcendum. de Orat.129.a. Craſſus parcebat aduerſarij dignitati, in quo ipſo ſeruabat ſuam. & Orat.205.a. Parcet & amicitijs & dignitatibus. I.V.228.a. Itaq; Marcellus ædificijs omnibus pepercit. Ep.207.a. Te rogo ut Albinio parcas, & prædia eius ne attingas. de Ar.257.b. & pro Cl.53.a. b. Quis minus unquam pepercit hoſtiū caſtris, quàm hic omnibus corporis ſui partibus? pro Plan.277.b. Ego fateor, quòd uiderim mihi auxilium non deeſſe, idcirco me illi auxilio peperciſſe. Epiſt.258.a. Te rogo, ſumptui ne parcas ulla in re. Ep.215.a. Sed tamen non parcam operæ. Ep.179.b. Quem cum obiurgarem, quod parum ualetudini parceret, tum ille, &c.

Parcus, a, um. paruo contentus, diligens, reſtrictus, tenax. de Or.135.b. Cum optimus colonus, parcißimus, fru=

galiſsimus eſſet. pro Cæl.45.a.Pater parcus & tenax.de N.74.b. Poſtremò à parco patre, quod ſumas, quanto diſsipas libentius. pro Cor.65.a. M.Craſſus uel nimium parcus in largienda ciuitate. & Or.204.a.In transferendis uerbis uerecundus & parcus.& ibid.b.Non parcus ſolùm,ſed elegans.ad Her.35.a.Homo prodigus & luxurioſus.)(.Parcus & diligẽs.de Am.112.a.Quàm paruo contentũ tenuis uictus cultusq; delectat. de Cl.177.b.Craſſus erat elegantium parciſsimus, Scæuola parcorum elegantiſsimus.

Pardij.pop.I.V.211.

Parens,tis.pater & mater.Poſt.204.a.Parentes chariſsimos habere debemus, quòd ab ijs uita, patrimonium, libertas, ciuitas tradita eſt. I.V.260.a.Idq; poſtremum parentes ſuos liberi orabant. & 257.b.Veniunt Syracuſas parentes propinquiq; miſerorum adoleſcentium. & 264.a.Hæc ſi tibi tuus parens diceret.pro Syl.182.b.Parens tuus Torquate,&c. Ep.65.a.Me ſicut alterum parentem & obſeruat & diligit. de In.21.a. Si ad ſenes, de patribus aut parentibus cogitent. de Fin.64.a.Socrates, qui philoſophiæ parens iure dici poteſt.de Or.85.b.Philoſophia bonarum artium omnium procreatrix quædam & quaſi parens. de Vn.202.a.Horum operum ego parens effectorq; ſum. At.143.a. Cum parentes non alere nefarium ſit, noſtri principes antiquiſsimam & ſanctiſsimam parentem patriam fame necandam putant. de Leg.168.a. Earum rerum parens eſt educatrixq; ſapientia.

Parentalia,orum. iuſta,& cõuiuia quæ in funere parentum & coniunctorum exhibentur. I.A.155.a.An me cenſetis decreturum fuiſſe, ut parentalia cum ſupplicationibus miſcerentur?

Parento,as.iuſta ſoluo,funus duco,funus induco. pro Fl.164.a. Litemus igitur Lentulo,parentemus Cethego. de L.181.a.Hoſtia maxima parentare pietatis eſſe adiunctum putabat. I.A.155.b.Vt cuius ſepulchrum nuſquam extet,ibi parentetur,ei publicè ſupplicetur. I.A.254.b. Dolobella imperatori ſuo parentauit.

Pareo,res. obedio, obtempero, dicto audiens ſum,in legem iuro.Tuſ.235.a.Sapiens parebit & obediet præcepto illi ueteri,&c.& de Fin.6.a. His parendum non eſt. de N.5.b.Obedire & parêre uoluntati architecti. Orat. 216.b. Numeri in quibus quaſi neceſsitati parêre cogimur.Off.41.a.Latronum leges eſſe dicuntur, quibus pareant,quas obſeruent. I.A.209.b.Non ut parêret,& dicto audiens eſſet huic ordini, ſed ut conditiones ferret, leges imponeret,&c. Att.36.a.Timeo ne ille dolori atque iracundiæ pareat. ad Her.13.b. Morem gero, obſequor, obtempero.At.128.b.Parêre conſilijs alicuius.

Parianus,a.Ep.223.b.Pariana ciuitas.

Parricida,dæ.primùm,qui parentem occîdit: deinde lege Pompeia,qui propinquum quemuis: poſtremò Numæ Pompilij lege, qui liberum hominem morti ſciens dederit. Patriæ etiam oppreſſor, aut proditor,parricida iure uocatur:quia patria,parens uniuſcuiuſq; eſt. At.277. a.Audiuimus eum ueniſſe in ſuſpicionẽ Torquato de morte Panſæ, cuſtodiriq; ut parricidam. pro D.218.b.Quid de me quod tuliſſe te dicis, paricida, fratricida, ſororicida,non ne extra ordinem tuliſti? Ep.184.b.Vt non modò ſicarij,ſed etiam paricidæ iudicemini. pro S.R.30.a.& 23.b. Paricidas inſui uoluerunt in culleum uiuos, atq; ita in flumen deijci. I.C.103.b. Paricida ciuium interfectus. Parad.120.a.Paricidam eſſe qui patrem necauit.I.A.116 b.Fateor eos pluſquam ſiccarios,pluſquã homicidas,plus etiam quàm paricidas eſſe: ſi quidem eſt atrocius patriæ parentem,quàm ſuum occidere.l.Clepo,& Patricida.



Paricidium,dij. I.V.270.b.Ciuem Romanum propè paricidium necari.de In.69.a.Cum uenefici cuiuſdam nõmen eſſet delatũ, & quia paricidij cauſa ſubſcripta eſſet, extra ordinem eſſet acceptum. & ibid.Cum de nece parentis nihil demonſtratum ſit, indignum facinus eſſe,ea pœna afficere eum, qua paricidæ afficiuntur. pro Dom. 220.a.Hoc dico eſſe paricidium. pro Cluen.23.b.Fraternum paricidium.I.A.163.b.Paricidium patriæ.I.A.187. a.Hic de patris & patrui paricidio cogitauit. I.A.137.a. Qui nefario ſe patriæ paricidio obſtrinxit.

Paries,tis. maceria, priuatus murus,quo domus à domo diſtinguitur. Top.222.a.Paries directus, ſolidus,uel fornicatus.Ep.58.b.Nihil mihi intra meos parietes tutũ. I.V.228.b.& de Or.228.b.Interiores templi parietes.& de Or.131.a.In omnibus parietibus eſſe literas,tria LLL. &c.pro Mil.116.a.Ducere parietem per ueſtibulum alterius.Parad.121.a.Cum parietes diſturbabas. I.V.31.a. Licet parietes in adoleſcentia perfoderis.

Parietinæ,arum.parietes ueteres & ruinoſi. Epiſt. 202.b.Epicuri parietinæ.

Parilia,orum.dies feſtus,quo urbs Roma condita eſt. Att.129.b.& de D.128.b.

Parilis,le.par,ſimilis.In Arat.Conſimili ſpecie ſtellas pariliq; colore.

Pario,ris.gigno, procreo, partum edo, acquiro. de Orat.163.b.Mulier grauida expletis iam ferè ad pariendum menſibus. de Orat.133.b.Si quintum páreret mater eius,aſinum fuiſſe parituram. & Epiſt.50.a.Vt ea liberos ex ſeſe pareret. Acad.15.a. Hi cum ouum inſpexerãt, quæ id gallina peperiſſet,dicere ſolebant.de N.1.b.Fruges & reliqua quæ terra pariat. & ibid. Omnia quæ terra gignat.I.C.102.a.Ad hanc te dementiam natura peperit. & Tuſcul.228.b.Tu urbes peperiſti.ad Heren.25.a.Parere, proferre, gignere. & de Orat.141.b.Ars non totum aliquid parit & procreat. Orat.207.a.Poſtea Dialectici ſpinoſiora multa pepererunt.I.C.118.a.Dummodo meis laboribus populo Romano dignitas ſalusq; pariatur. & Epiſt.146.b.Victoria pax parienda eſt. pro Syl.170.b.Tum afflicto P. Sylla conſulatus uobis pariebatur, ſicuti partus eſt.Off.39.a.Hæc quibus rebus pariuntur à ſingulis,eiſdem ferè à multitudine. I.A.173.a.Malè parta,malè dilabuntur.

Paris,dis.Oct.330.a.At te fata patriæ Paridem futurum prædicabant, qui uaſtares urbem incendio, Italiam bello.

Pariter.ſimul,ſimiliter,æqualiter,æquè,uiciſsim. de D.115.a. Conchilijs omnibus contingit, ut cum luna creſcant pariter pariterq; decreſcant. de Orat.143.b.Vt ille qui hæc non uidit, & uixiſſe cum republica pariter & cum illa ſimul extinctus eſſe uideatur.Tuſc.153.a.Pariter cum uita ſenſus amittitur. Of.42.b.Tua laus pariter cum republica cecidit. Tuſ.174.a.Animus uoluptatem pariter cum corpore percipit. de Sen.87.b.Studia doctrinæ, quæ pariter cum ætate creſcunt. Antequam.196.b.Ferte opem pariter reipublicæ,cunctæq; ciuitati,meiſq; fortunis. de Fin.63.a.Nam & lætamur amicorũ lætitia æquè ac noſtra,& pariter dolemus angoribus. Offic.39.a.Sed ea non pariter omnes egemus. Or.200.b.Vt pariter extrema terminentur. contra Rul. 82.a. Et quem pariter, qui iter faciunt,ueſtrum eſſe audiunt. I.V.271.b. Siculi mecum pariter moleſtè ferunt. & ad Her.16.a. Pariter nobiſcum. Poſtquam. 212.a.Reſpublica me ſecum pariter reportauit. Am.106.b.Vt noſtra in amicos beneuolentia, illorum erga nos beneuolentiæ pariter æqualiterq; reſpondeat. Parad.124.b.Qui domi tuæ uidet pariter accuſatorum atq; iudicum conſociatos greges.



Parma,mæ.urbs Italiæ. I.A.260.a.Qua enim in urbe tam immanis Anibal capta, quàm in Parma ſubrepta Antonius.

Parmenſis,ſe.I.A.256.b.bis.

Paro, as. apparo, comparo, orno, adorno,inſtituo, inſtruo,molior,munio,uiam munito.Orat.208.a.In quo aut concilietur auditor, aut erigatur, aut paret ſe ad audiendum.Epiſt.8.a.Huc te para,hæc cogita.In Sal.273.b. Qui mihi parare putaſti inuidiam ex mea re familiari. Epiſt.19.b.Eſt enim tibi grauis aduerſaria conſtituta,& parata incredibilis quædam expectatio. pro Cec.296.b. Armatos uerè appellamus, qui ſcutis teliſq; parati ornatiq; ſunt.I.V.214.a.Inſtruere & parare conuiuium. Att. 191.a. Cogito trans Tyberim hortos aliquos parare. & pro Fl.161.a.Agros ſibi uſpiam parare.

Parochus,chi.publicus curator miniſterq;,qui peregrinis reip. nomine ligna ſalemq; præbebat, atq; alia neceſſaria. Att.204.b.Ariartem omnino Seſtius parochus publicus occupauit,quod quidem facilè patior,&c.

Γαρανομασία l.Annominatio.

Pars,tis.membrum. de In.49.b.& 51.b.Genus eſt, quod plures amplectitur partes:ut animal. pars eſt, quæ ſubeſt generi: ut equus. de Orat.100.b. Partes ſunt,quæ generibus ijs ex quibus emanant,ſubijciuntur. de Or.94. a.Res aliquas uerbis deſignare,generibus illuſtrare,partibus diſtribuere.de Fin.97.b. Omnes hæ ſunt genere quatuor,partibus plures. de Nat.3.b.Omnes partes philoſophiæ, atq; omnia membra tum facillimè noſcuntur, cum totæ quæſtiones ſcribendo explicantur. de Orat.140.a. Virtus habet plures partes,quarum,&c. de Orat.116.a. Deinde faciunt quinq; quaſi membra eloquentiæ. de Or. 141.b.Traducta ex parte ad genus notatio.

Partes uariè uſurpatæ. de Orat.142.b. Quis Antonio permiſit,ut partes faceret,& utram uellet prior ipſe ſumeret? Attic.197.b. Is partes fecit in ripa neſcio quo, ternorum iugerum.pro Quin.R.54.a.Vt ſocius in ſocietate habet partem, ſic cohæres in hæreditate habet partem.I.V.253.a.Quibus illi urbis ſuæ partem ademerunt, ijs tu noſtri imperij partem dediſti. pro Cec.287.a.Mulieres in partem uocatæ ſunt. & ibid. Ei partem bonorum maiorem legauit.pro Dom.243.a.Vrbis partes celeberrimæ & maximæ,ut forum,curia,&c.

Pars.pro factione. Offic.28.b.Studioſè pleriq;,præſertim in hac parte,facta principum imitantur.Att.120. b.Quòd plura in ea parte uerba fecerim. de Fin. 98.a. Quis non multis partib.malit,etc. At.119.b.In hac parte hæc ſunt,uide nunc quæ ſunt in altera. Ep.159.b.Si Africanæ legiones celeriter uenerint, ſecuros uos ab hac parte reddam. Epiſt.125.b.Vtinam aut non in iſta parte Appius,aut non in hac Curio, cuius amicitia me paulatim in hanc perditam cauſam impoſuit. Attic.140.a. Cum eadem metuam ab hac parte,ſi illinc beneficium non ſit,rectius putem quiduis domi perpeti. I.C.109.b.Ex hac parte pudor pugnat,illinc petulantia. ad Brut.91.b.Vir bonarum in republica partium. I.A.200.b.Nam nunc quidem partium contentionem eſſe dictitat. quarum partium? alteri uicti ſunt, alteri ſunt è medijs C. Cæſaris partibus. Epiſt.163.a.Non licet mihi nullius partis eſſe,quia utrobiq; inimicos habeo. pro Quin.12.b.Erat,inquit,illarum partium. quid ni, qui, &c. I.A.212.a.Periculum quod offendit animos maioris partis hominum magis. pro Cor. 59.a. Cum magna pars,&c. contra Rul.81.a. Omnibus uobis, aut maiori ueſtrûm parti. contra Rul. 70.b. Qui maiorem partem populi ſuffragijs priuauit. & 69.b.Vt minor pars populi uocaretur. Attic.255.a. Si quidem ſimiles maioris partis oratorum futuri ſumus. de Or.110.a.Scæuolam dicere aiebat,bonam partem ſermonis in hunc diem eſſe dilatam.



Ex parte,maiore,minore,& alia.de D.113.a.In eo ſenatu,quẽ maiore ex parte cooptaſſet.pro Cl.31.b.Hæc enim ille,& aliqua ex parte habebat, & maiore ex parte habere ſe ſimulabat. pro D. 220.b. Itaq; populus Rom. breui tempore neq; Salios habebit, neq; ex parte dimidia reliquos ſacerdotes. pro Mur.134.a.Quæſtio peculatus ex altera parte lachrymarum, ex altera cathenarum. de Som. 129.b. Extrema ex altera parte grauiter, ex altera acutè ſonant. & ibi.& 130.b. Cœli uerticibus ex utraq; parte ſubnixi.Off.62.b.Mundus ex quadam parte mortalis,ex altera autem parte,&c. de D.115.a.Caput iecoris ex omni parte diligentiſsimè conſiderant. & ibi.Semina malorum in contrarias partes ſe uertunt. de Ar.245. b.Veſtræ domus multo maxima ex parte ſunt liberæ religione. Offic.27.b.Magna autem ex parte clementi caſtigatione licet uti. Orat.207.a.Rhetorica quaſi ex altera parte reſpondet dialecticæ. pro Quin.R.50.b.Qui ager neq; uillam habuit,neq; ulla ex parte fuit cultus.pro Cec. 292.a.Si ulla ex parte hæc ſententia infirmata fuerit.pro Quin.R. 49. b. Is ſeruus ex qua parte erat, Fannij non erat HS.LIII. ex qua parte erat Roſcij,amplius erat HS. CCCLIII. de L.180.b.Si quis de hæredibus exegiſſet pro ſua parte,id quod,&c. Quin.Fr.319.b. Ex parte gaudeo.At.102.a.Et ſi ex parte magna tibi aſſentior. Epiſt. 71.a. Ex omnibus partibus amor tuus mihi ſe oſtendit. Epiſt.29.b. & 133.a. & de Fin.133.b.Tua laus ex aliqua parte fuerit. Ep.169.b.Ex magna parte communi commodo inſeruieris. pro Fl.154.b.Flaccus bellum Cretenſe magna ex parte geſsit. Tuſcul. 148. a. Aut omnino,aut magna ex parte liberatus. Tuſcul.229.a.Tibi nos ut antea magna ex parte, ſic nunc penitus totoſq; tradidimus. Acad.10.b. Si magna parte quidem ad uerum ipſum,aut quamproximè accedunt. & 11.a. Si ex omni parte eiuſdem modi ſint. Epiſt.146.a.Ex maxima parte. Tuſcul. 232.b.Ex maiore parte pleraſq; res nominari. & 233.a. Ex maiori parte unamquamq; rem appellari ſpectariq; dicunt.Tuſc.245.a.Si multo maiore & grauiore ex parte bona propendent. Orat.214.a.Quod ab ijs uerè quadam ex parte,non totum dicitur.

Magnam partem,& alia ſine præpoſitione. de D. 93.a.Cum magnam partem noctis uigilaſſes. Epiſt.134. b.& Tuſc.211.a.Non omnino quidem, ſed magnam partem. pro Font.178.b.In rebus iudicandis,ad unamquamque rem ponderandam, non minimam partem ſapientia iudicis tenet. Orat.215.b.Magnam partem ex iambis noſtra conſtat oratio. In Verrem 212.a.Maiorem partem diei ſedere alicubi. Epiſtol.119.b.Amabo te,huc cura.ſoles libenter,ut ego maiorem partem nihil curare. Offic. 5.b. Maximam autem partem ad iniuriam faciendam aggrediuntur nonnulli,ut,&c. Tuſc.211.a.Stoici magnam partem in his partiendis occupati ſunt. Attic.225.a.Remis magnam partem:id eſt,nauigaui. Poſtquam.199.b.

Nam mulieres filijq; parui,&c.itineribus neceſſarijs,aut magnam partem tectis ac tenebris continebantur. Epiſt. 47.a.Et ſi abſui magnam partem conſulatus tui. pro S. R.35.a.Nullam partem noctis requieſcere.

In utramq; partem,& alia id genus.Att.248.b.Permulta mihi de noſtro itinere in utramque partem occurrunt.de D.96.b.Flumina in contrarias partes fluxerunt. de Or.128.b.Omnium rerum in contrarias partes facultas ex iiſdē ſuppeditatur locis. Off.36.b.Magna uis eſt in fortuna in utramq; partem,uel ad ſecundas res,uel aduerſas.& ibi.Hæc ſine hominum operibus & ſtudijs neutram in partem effici poſſunt. pro Seſt.7.a.Alter multos planè in omnes partes feſellit. Ep.55.a.Cum ſuſpicarer multum intereſſe rei familiaris tuæ, te quamprimum, idq; in omnes partes ualere. Epiſt.66.b.Neq; tibi in omnes partes defendendum putes. Off.2.b.Præcepta quibus in omnes partes uſus uitæ confirmari poſſit. Epiſt.202.a.Hoc tua nullam in partem multum intereſt. Epiſt.115.b. In hanc partē tutum tibi erit gratificari: id eſt,in Appium. At.251.a.Hæc ſcripſi in eam partem,ne me motum putares.I.C.118.a.Moueor his rebus omnibus,ſed in eam partem,ut ſalui ſint nobiſcum omnes. Off.42.b.Facillimè in optimam partem cognoſcuntur adoleſcentes, qui, &c. Attic.156.a. Accipere aliquid in optimam partem. Ep. 168. a. Quæ profectò in optimam partem accipies. & 36. a. Hoc aſſequêre, ut in quam partem accipias, minus laborem. & Att.117.b.Id ego in eam partem accepi,hæc oppida,&c. pro Mur.139.b. Quod dixiſti,aut non dixiſſes, aut mitiorem in partem interpretare. I.A.231.a. Aliquid in beneficij partem numerare. I.V.237.a. Durum hoc fortaſſe uideatur,neq; ego ullam in partē diſputo. ad Attic.102.b.Nunc in alteram partem magis timendi armorum exitus. pro S.R.27.a.In eam partem potius peccant,quæ cautior eſt. Ep.121.b.In hanc partem errare malo,ut faciam,&c.quàm,&c.Epiſt.117.a. Aliquando tamen ſæpe re dilata, in eam partem, ut eum decedere poſt Calend.Martias placeret,ſenatuſconſultum factum. Pro Syl.181.a. In impiorum partem,atque in parricidarum numerum aliquem transferre.

Pars.pro regione,uel loco. Epiſt.185.b. Ab orientis partibus. & 186.b. Omnes quæ in iſtis partibus ſunt copiæ. In Ver.107.b. Quæremus etiam,quid iſte in extremis Phrygiæ partibus fecerit.Tuſcul.163.b.Hypanis,qui ab Europæ parte in pontum influit.pro Mur.145.a.Ibis igitur in exilium miſer,quò?ad orientis ne partes?I.P.85. b.Qui in Italia omnes omnium gentium partes tribus triumphis deuinxit.Epiſt.150.a.In his partibus:id eſt,in his regionibus,uel locis.

Pars.pro munere,& officio,uel perſona. Quin.Fr. 298.b.Et ſi mea pars nemini cedit,fac ut tua cæteros uincat. contra Rul.70.a.Creationem Pont.Max.populi ad partes dare.Attic.103.b.& 104.a.& Epiſt.40.b.Pompeius hortabatur,ut partes ſuas ſuſciperem. & 44.a.Suſcipere officia & partes pro dignitate alicuius. Att.117. a.Si erit bellum, ut uideo fore, partes meæ non deſiderabuntur. de Or.111.a.Ac maximè partes iſtius officij ſunt pueri Ciceronis. Epiſt.30. b. De mea beneuolentia erga te,& ſi potes ex eodem Phania cognoſcere,tamen uidentur etiam aliquæ partes meæ.de Orat.156.a.Sed certè hæ partes fuerunt tuæ de illuſtranda oratione ut diceres. de Orat. 111. a. Sed cur impedimus Antonium? cuius audio eſſe partes,ut de tota eloquentia diſſerat. de Orat.110.a. Sed tranſactis iam meis partibus, ad Antonium audiendum ueniſtis. ad Attic.162.a.Iudicabam duriores partes mihi impoſitas eſſe ab offenſione noſtra. de Nat.8.b.Eiq; eius partes tribuit,ut,&c.id eſt,id munus.pro Font.278. b. Næ multo ueſtræ maiores grauioresq; partes ſunt ad cogitandum,quàm ad dicendum meæ. pro Quin.1.b.Q. Hortenſius, qui hoc iudicio partes accuſatoris obtinet. Epiſtol. 41.a. Cum te ex fratre meo,ne tum quidem,cum tibi propè neceſſe eſſet eas agere partes, inimicum mihi fuiſſe cognoſſem. Offic.20.a.Nobis à natura conſtantiæ, moderationis,temperantiæ partes datæ ſunt. Epiſt.130. a. Tibi dedi partes Antiochianas, mihi ſumpſi Philonis. Epiſtol.41.b. Cum tibi propè neceſſe eſſet eas agere partes:id eſt,eſſe inimicum. pro Mur.125.a.Ego has partes lenitatis & miſericordiæ, quas me natura ipſa docuit, ſemper egi libenter: illam uerò grauitatis ſeueritatisq; perſonam non appetiui,ſed ab republica mihi impoſitam ſuſtinui. de Aruſ.258.a. Niſi hanc perſonam & has partes poſſem ſuſtinere. Epiſtol.44.a.De me autem ſuſcipe paulisper partes meas, & eum te eſſe finge, qui ego ſum. pro Flac. 160. a. Quis unquam Græcus comœdiam ſcripſit, in qua ſeruus primarum partium non Lydus eſſet? pro Dom. 215. a. An meæ partes in ea cauſa non præcipuè fuerunt?& 216.a. & 161.b.In hoc officio,quod præcipuè fuit meū. pro R.P.124.a.Nulla pars non fuit mea. pro Cor.55.a. Quæ ſunt igitur partes meæ? I.V.89.a. Munus hoc meum nō eſt, cum meæ partes ſunt hoſpitum recipiendorum,id libenter facio. Attic.103.b.& 104.a. Et ſuſcipere partes ſuas. de D.101.b.Quid de auguribus loquar?tuæ partes ſunt,tuum, inquam, auſpiciorum patrocinium debet eſſe. I.V.218.b.Cur tuas partes ſuſcipio, cur tuum onus ſuſtineo? & Epiſt.40.a.Suſcipere officia & partes pro aliquo. In Vat. 35.a. Eripuiſti partes illo tempore chariſſimas partim à Cæſare, partim à publicanis. Attic.229.b.Tuas partes eſſe arbitror,ut pueri animum tenerum his opinionibus imbuas. pro Rabirio Poſthumo 123.a. Dare partes alicui, & mittere in negocium.

Primas, ſecundas, & tertias partes alicui dare, &c. id eſt, primam laudem, ſeu primum locum & gradum. In Verrem 62. a. Vt in actoribus Græcis fieri uidemus, ſæpe illum qui eſt ſecundarum aut tertiarum partium, cum poſſit aliquanto clarius dicere, quàm ipſe primarum,multum ſummittere, ut ille princeps quàm maximè excellat.In Verrem 62.b.Si alienus minus uehemens fuerit, & tibi primas in dicendo partes conceſſerit. Orat. 198.a.Tribuere primas alicui. I.A.216.b.Pater tuus primas omnium ciuium P.Naſicæ,qui Tyberium Gracchum interfecit,dare ſolebat.de Orat.162.b.Huic primas dediſſe Demoſthenes dicitur, huic ſecundas, huic tertias. & Orat.202.a.Demoſthenes tribuit & primas & ſecundas actioni. Orat.199.a.Pericles cui primæ ſine controuerſia deferebantur.de Clar.172.a.Et ſi utriq; primas,priores tamen deferunt Lælio. Item: Velleius, ad quem tum Epicurei primas deferebant.de Clar.193.b.Primas in cauſis agebat Hortenſius.& 196.a.Hortenſius facilè primas tenebat. de Clar.182.a.Ex his illi duo facilè primas tulerunt. Quin.Fr.324.b.Tibi iſtius generis in ſcribendo priores partes tribuo quàm mihi.

Pro mea parte,&c. Ep.15.b. Quiq; meus in rep.ſit pro mea parte capeſſenda ſtatus. Ep.61.a.Atq; etiam ut ita fieret,pro mea parte adiuui. & 15.a.Quiq; meus in repub.ſit pro mea parte capeſſenda ſtatus. Tuſcul.168. b. Omnia iſta perinde ut cuiq; data ſunt, pro rata parte, à uita longa aut breuia dicuntur. I.V.219.a. In his artibus pro mea parte uerſor,quarum ille princeps fuit. Ep. 251.b. Ego pro mea,tu pro tua,pro ſua quiſq; parte ferre potuiſſet. Caſſ.Epiſt.190.a.Ita pro noſtra parte celeriter iter nobis expediri poſſe confido. Epiſt.180.a.Ac debeo pro ciuili parte remp uelle ſaluam. pro S.R.41.a. Pro illa tenui infirmaq; parte nobilitatem defendi. pro Syl.167.b.Omnes qui adſunt pro ſua parte atq; autoritate defendunt.pro R.P.123.a.Rabirius magnas partes habuit publicanorum.



Parſimonia,niæ. frugalitas,moderatio ſumptuum,diligentia. Parad.125.b.Magnum uectigal eſt parſimonia. Tuſ.247.b.Ciuitates quædam parſimonia delectantur,ut de Lacedæmonijs paulo antè diximus.& ibi:de parſimonia uictus Perſarum.I.V.110.a.Summa parſimonia,ſumma diligentia. Off.51.b.Res familiaris cōſeruatur diligentia & parſimonia, iiſdem etiam rebus augetur. pro Q. 10.b.Amicos obſeruantia,rem parſimonia retinere. & 17.b.Ruſtica illa atq; inculta parſimonia. Attic.70.b.& Or.204.b. Et ſi meam in eo parſimoniam huius paginæ contractio ſignificat. de Pro.74.b.Sed decus illud triumphi minuendum noſtra parſimonia non putaui.

Parthi.pop.Att.76.& 77.

Parthicus,a.At.75.b.Ocium Parthicum.

Parthini.pop.I.P.100.

Particeps,pis. conſors, ſocius,non expers,compos.) (.Expers. de Orat.99.a.Quoniam ſententiæ atque opinionis meæ uoluiſtis eſſe participes, nihil occultabo. de D.93.a.Ea pars animi, quæ mentis ac rationis eſt particeps. de Vn.199.b. Animus rationis compos & particeps. pro Arch.190.b.Milites dulcedine quadam gloriæ commoti, quaſi participes eiuſdem laudis, magno illud clamore approbauerunt. & contra Rul.84.a.Qui aliquam partem illius honoris attigerunt. Epiſt.151.a.Feci continuò omnes participes meæ uoluptatis. de Inuen.73. b. Tu particeps factus es in turpiſſimo fœdere. Ep.168. b.Digni ſumus,quos habeas tui conſilij participes.de Fin. 141. a. 140. b. Virtutes ita connexæ ſunt, ut omnes omnium participes ſint. Attic.145.b.Huius belli ego & particeps,& adiutor,& ſocius eſſe cogor. de Fin.72.b.Nec ulla de ſummo bono ratio, aut uoluptatis non dolendi'ue particeps,aut honeſtatis expers probabitur. Orat.198. b.Vtriuſq; particeps,uel utriuſq;,ſi uerum quærimus,potius expers. de N.30.a.& 33.a.Mundum eſſe compotem rationis. de D.87.b. Quod particeps artis eſt.)(.Quod arte caret. pro Font.283.b.Socius ac particeps fortunarum omnium. Antequam.196.b.Teq; particeps connubij,ſocia regni regina Iuno. Att.285.b.Beneficijs & honoribus ut participes frui,quantis uellemus.

Participo,as. impartio, communico, partem capio. de L.162. b. Sequitur igitur ad participandum alium ab alio, communicandumq; inter omnes, iuſtos natura nos eſſe factos.Tuſ.183.a.Qui alteri exitium parat,eum ſcire oportet,ſibi paratam peſtem ut participet parem.

Particula,læ.articulus,appendicula. de Vn. 196.b. Mundi omne animal quaſi particula quædam eſt. de N. 33.a.Homo eſt quædam particula perfecti. Of.41.a.Qui ſcelere paſcuntur,non poſſunt ſine ulla particula iuſtitiæ uiuere. Att 284.b.Particulam literarum tuarum legi.de Orat.123.b. Omnes tenuiſſimæ particulæ. & 99.b.Cuicunq; particulæ cœli officeretur. I.P.98.a.Cognoſcis ex particula ſcelerum tuorum,genus uniuerſum.

Particulatim.articulatim,membratim. ad Heren.3.a Si ſummatim,non particulatim narrabimus.

Partim.qua.pars,ex parte,quidam.de Or.117.a.Sed eorum partim in pompa, partim in acie illuſtres fuerūt. In Vat.32.a.Reliqui ſex fuerunt, ex quibus partim tecum planè ſentiebant,partim medium quendam curſum tenebant. Epiſt.5.b.Cæteri ſunt partim obſcurius iniqui,partim non diſſimulanter irati. I.P.90.a. Cum partim eius prædæ libido deuoraſſet, partim noua quædam & inaudita luxuries,partim emptiones,&c.de D.132.a.Quorū partim ficta apertè, partim effutita temerè, nunquam prudenti cuiquam probata ſunt. & 125.b. Neceſſe eſt fateri partim horum errore ſuſceptum eſſe, partim ſuperſtitione multa fallendo. I.A. 220. a. Cum partim è nobis ita timidi ſint,ut,&c. partim ita à repub. auerſi,ut, &c. pro Pom.7.a.Ex cæteris ordinib. homines induſtrij partim in Aſia negociantur, partim eorum in ea prouincia magnas pecunias collatas habent. Offic.48.b.Eorum autem ipſorum partim eiuſmodi ſunt, ut, &c. partim,&c. id eſt,eorum aliqua,&c.de Or.96.b. Cauſarū,quæ,&c. partim in iudicijs uerſantur, partim in deliberationibus: id eſt,quædam,& quædam.de N.22.a.Beſtiarum terrenæ ſunt aliæ,partim aquatiles. de D.99.b. Multa inuſitata, partim ex cœlo, alia ex terra oriebantur, quædam etiam ex hominum conceptu & ſatu. de Amic.104.b.Sed nihil eſt quod illi non perſequantur ſuis argutijs, partim fugiendas eſſe nimias amicitias, ne, &c. alios autem dicere aiunt,&c. de D.113.a. Cæſar à nobiliſſimis ciuibus,partim etiam à ſe omnibus rebus ornatis trucidatus eſt. Att. 172. a. Videbis ergo ut ſuſtentetur partim de Fruſinati.

Partim.contra Rul.73.b.Solum,ſine ſecundo. Att.129.a. Domitius ſuas XII.cohorteis tribus in oppidis diſtributas habet, nam partim Albæ,partim Sulmonæ collocauit. Quin.Fr.304.a. Amici partim deſeruerunt me, partim etiam prodiderunt.

Partio,tis.partior. Orat.215.a.Pes qui adhibetur ad numeros,partitur in tria. de Orat.153.b.Sed paulo ſecus à me,atq; ab illo partita ſunt. pro Syl.168.b. Neque ego hoc partiendæ inuidiæ, ſed communicandæ laudis cauſa loquor.

Partior, iris. diuido,partio,partitionem facio,communico. de Vn.198.b. Idq; ipſum in ea,quæ decuit,membra partitus eſt. I.V.99.a. Patres bona ſua cum filijs partiuntur.de Cl.181.b.Hortenſius cum Cicerone cauſas partiebatur.de Orat.142.b. Antonius ita partitus eſt tecum, ut,&c. pro Dom.217.b.Tamen ærarium cum eo partitus eſt.I.V.208.a.Cum bona pupillus erepta cū illo partitus eſt. de Fin.53.a.Epicurus nihil de diuidendo ac partiendo docet. Orat.207.b. Is genus uniuerſum in ſpecies certas,ut nulla neq; prætermittatur, neq; redundet,partietur ac diuidet.de Fin.107.a.Qui totam philoſophiam in tres partes diuiſerunt, quam partitionem à Zenone retentam eſſe uidemus. pro Mil.115.a.Partiri aliquid cum aliquo. de Clar.177.a.Actio partienda eſt in geſtum atq; uocem. I.A.261.a. Partiuntur inter ſe,qui Capitolium, qui urbis portas occuparent.

Partiendus,da,dum.l.Portitor.

Partitè.diſtributè. Orat.205.b. Partitè, definitè, diſtinctè dicere.

Partitio,onis.diuiſio.de Orat.86.b.Græcos partitionem quandam artium feciſſe uideo.& de Claris orat.193 a.Partitiones,quibus de rebus dicturus ſis.pro Syl.169.a Atque inter nos partitio non eſt temerè facta. de Orat. 131.b.Hæc ſit prima partitio,quod facetè dicatur,id aliàs

in re habere, aliàs in uerbo facetias. de Fin.58.a.Partitio qua uſus eſt Epicurus, qui poſuit unum genus cupiditatum,&c.alterum,&c. tertium,&c. pro Cecin. 287.b. Cum præſertim pecunia ex partitione deberetur. I.A. 257.a.Vrbis Italiæq; partitio. & pro Seſt.15.a.Partitio ærarij. Offic.41.a.Propter æquabilem prædæ partitionem,Bargulus,&c. de Leg.18.b. Partitionis caput ſcriptum cautè. De Partitione uide multa præclara Top. 222.b.& 223.a.& b.& de In.49.a.& b.

Partitor,oris.l.Portitor.

Parturio,ris.in pariendo laboro,enitor,conor. pro Mur.144.a.Dij faciant,ut hoc quod conceptum reſpub. periculum parturit, conſilio diſcutiam & comprimam. I.A.182.b. Vtinam aliquando dolor populi Romani pariat, quod iamdiu parturit. Amic.104.b. Securitate frui non poteſt animus, ſi tanquam parturiat unus pro pluribus.

Partus,a,um.collectus,comparatus. contra Rul.69.a. Libertas plurimo ſudore & ſanguine maiorum noſtrorum parta,nobiſq; tradita. & pro Syl.182.a.Exiſtimatio parta. de Or.102.a.Vt ipſum quod erat hominis proprium,non partum per nos,ſed diuinitus ad nos delatum uideretur. pro Quin.13.b.Honeſtè partis bonis priuari. & de Pro.74.b.Præda parta.I.A.173.a.Malè parta,malè dilabuntur.de Or.128.a.Aliqua non eſſe uirtute parta, ſed uicijs & peccatis. & ibi. Aliqua magno labore,magnis periculis eſſe parta. At.282.b.Magna peſtis erat depulſa per uos,uobis uerò parta diuina gloria.

Partus,tus fœtus. de N.69.a.Natio dea,quæ partus matronarum tuetur,à naſcentibus nominata. de N.39.b. Diana adhibetur ad partus,quòd ij matureſcunt aut ſeptem,aut nouem lunæ curſibus.& 49.b.Luna ſole illuminata grauiditates & partus affert. & 51.b.Ceruæ paulo ante partum perpurgant ſe quadam herbula. de D.118.b.Conceptio mulæ contra naturã fortaſſe,ſed partus propè neceſſarius. de D.38.a.Irridetur partus hic mulæ.& ibi.Fœtus extitit in ſterilitate naturæ. & ibidem:Partus malorum. pro Cluen.23.b.Cum mulier eſſet grauida,& iam appropinquare partus uideretur. Epiſt.92.a. Me Romæ tenuit Tulliæ meæ partus. de D.119.a.Quæ natura partum animantis faciat.de Or.124.b.Feræ partus ſuos diligunt. de Fin.51.a.An partus ancillæ in fructu ſit habendus.Tuſ.179.a.Quantũ una uecors Oenei partu edita.Off.130.b.Matris tuæ partum aureum eſſe dixi.

Parui duco.paruipendo. pro Arch.188.a. Pericula mortis parui eſſe ducenda. & de Fin.69.b.Sed quia parui id duceret.

Paruifacio,cis.de Fin.73.b.Virtus uoluptatem minimi facit.

Paruipendo.parui duco. Att.239.a.Sed ſi iſta paruipendimus, certè & maiora contemnimus.

Paruitas,atis. de V.203.Quæ cerni non poſſent propter paruitatem.

Parum.paulum,modicum,paululum,leuiter,ad exiguum tempus,minus,non.pro Seſt.9.b.Parum'ne eſt Piſo,ut omittam Gabinium,quòd tantum homines fefelliſti? ut negligeres autoritatem ſenatus?remp.proderes?etiam ne audes?&c.Tuſc.172.a.Nemo parũ diu uixit,qui,&c. Att.163.b. Vide ne dum pudet te parum optimatem eſſe, parum diligenter quod optimum ſit, eligas. & 164.b. Sunt ea quidem parum firma.de In.58.b.Cum parum memineris,quod conceſſeris. de N.60.b.Quæram ex te ea, quæ parum accepi.& ibi. Quàm ea quæ minus intellexi, requirere. de Senect.92.b. Ad exiguum tempus durat.de Fin.97.a.Paulum oppido inter ſe differunt. Tuſc.233.a. Paululum ad beatam uitam deeſt.

Parumper.pauliſper,aliquantum, ad breue tempus, ad punctum temporis,paulum. de D.90.a.Diſcedo parumper à ſomnijs,ad quæ mox reuertar. de Cl.195.a.Digredi parumper à cauſa.At.137.a.Abduco parũper animum à moleſtijs.& de Or.156.a.Parumper ipſe cõticuit.

Paruulus,a,um.puſillus. de In.63.a.Dum paruulum hoc conſequimur. & 65.a. Et impulſionem paruulam quandam fuiſſe dicet. & I.V.222.b. Acad.21.a.Videte quæſo quàm in paruulis ſitis.

Paruus,a,um. puſillus, exiguus, modicus,breuis,anguſtus, tenuis, minutus, mediocris,modica magnitudine. ad Her.22.a. contra Rul.78.b.Paruam exigui temporis uſuram bonæ de me opinionis poſtulo. & 83.a. Parua pars. de Som.128.a. Ipſa uerò terra ita parua mihi uiſa eſt,ut,&c. pro Pom.14.a.Inſula Delos parua. de Orat. 116.a. Parua aut mediocris res. Q.Fr.327.a. Non enim commoda quædam ſequebamur parua ac mediocria.pro Cl.37.a.Sylla magis opibus,cognatis,&c.hæc autẽ apud Iunium parua atq; infirma ſunt.de L.157.a.Sed eſt quædam inter nos parua diſſenſio. de Leg.156.a.In paruum quendam & anguſtum locum concludi. pro Cec.289.b. Beneficium non paruum.de Pro.70.a.Macedoniam pacatam tenui præſidio,atq; exigua manu tuebamur. I.V. 231.a. Vendere aliquid paruo precio. At.2.b.Ea abs te diligenter paruoq; curata ſunt. pro.S.R.40.a.Cur tantulo uenierunt? de L.171.a.À paruis enim didicimus,&c. Off.14.a. Ea quæ eximia pleriſq; & plæclara uidentur, parua ducere,& contemnere. de Leg.166.b.Quæ cum adſint,perparua ſunt,&c.de Leg.167.a.Perparuam uerò controuerſiam dicis.

Paſco,ſcis,paui.& Paſcor,ris,paſtus ſum. Att.87.a. Lancibus & ſplendidiſſimis caniſtris,non oluſculis nos ſoles paſcere. Offic.35.b.Sine hominum opera aut paſcere equos,aut domare non poſſumus. pro Cecin.296.a.Qui colendi aut paſcendi cauſa eſſe in agro conſueuerant. de D.87.a. Qui cum propter paupertatem ſues puer paſceret,una ex his amiſſa uouiſſe dicitur,&c.pro Mil.102.a. Quos P. Clodij furor rapinis & incendijs pauit. I.V. 249.a.Cum eius cruciatu paſcere oculos,animumq; exaturare uellent. Offic.41.a.Qui maleficio & ſcelere paſcuntur. Attic.60.b.Ego hic paſcor bibliotheca Fauſti. I. P.89.a.Hiſce ego rebus paſcor,his delector,his perfruor, quòd ſenatus,&c. de N.27.b. Cum cauea liberati pulli non paſcerentur. & de D.86.a.Neceſſe eſt offa obiecta cadere fruſtum ex pulli ore,cum paſcitur. pro Cluen.31.b. Beſtiæ fame dominante plerunque ad eum locum ubi paſtæ aliquando ſunt,reuertantur.Offic.51.b.Ex quo genere cõparationis illud eſt Catonis ſenis, à quo cum quæreretur, quid maximè in re familiari expediret, reſpondit,Bene paſcere. quid ſecundum? bene ueſtire. quid tertium? ſatis bene ueſtire.quid quartum? arare. I.A.232.a. At in eius corpore lacerando cum animum ſatiare non poſſet,oculos pauit ſuos.

Paſcua,orum.contra Rul.61.b.Vtrum tandem hanc ſyluam in relictis poſſeſſionibus, an in cenſorum paſcuis inueniſti?

Paſiphae,es.de N.69.a. Circe & Paſiphae è Perſide Oceani filia natæ,patre Sole.

Paſithea,theæ.de D.100.a.In Paſitheæ fano.

Paſſer,ris.de D.95.b.Chalcas apud Homerũ,ex paſ-

ſerum



ſerũ numero,belli Troiani annos auguratus eſt.& de Fin. 80.b.& de D.121.b.& 122.a.

Paſſerculus,li. de D.122.a.De paſſerculis coniecturam facere.

Paſſim.diſperſè,ubiq;,undiq; ſine ordine. pro Mur. 141.b. Ad prandium uocare uulgò,paſſim.quid eſt uulgò? uniuerſos.Ep.174.a.Ille enim it paſſim,ego ordinatim. pro Syl.175.a.Illas fabulas deſcribi ab omnibus ſtatim librarijs,diuidi paſſim et peruulgari, atq; edi populo imperaui.pro S.R.41.a.Paſſim per forũ uolitare. de Or.100.b.Paſſim carpere & colligere undiq;. de D.125.a.Aues huc & illuc paſſim uagantes.& de Or.110.a.Aues paſſim ac liberè uolitare.

Paſſus,a,um.apertus,à pandendo.de N.48.a. Minorem ſeptentrionem Cepheus paſſis palmis ſubſequitur.& Tuſ.174.b.Quò etiam uelis paſſis peruehi liceat.

Paſſus,ſus.gradus,ut quotieſcunq; gradum facias toties tibi tuarũ uirtutum ueniat in mentem. pro Seſt.9.b. Edixitq; ut ab urbe abeſſet mille paſſus. At.256.b.Erat enim Brutus citra Velliam millia paſſuum tria.pro Q.14.b.Triduo ſeptingenta millia paſſuum ambulare. Q.Frat. 318.b.Seſe menſum pedibus aiebat paſſuum CCCCM.de Fin.99.b.Et gradus unus in ea uia quæ eſt hinc in Indiã. de L.167.a.Qui me deduxit in Academiam perpauculis paſſibus.In A.213.b.Ne propius urbem millia paſſuum ducenta exercitum admouerit.pro Mar.131.b. Diſiunctiſſimas terras paſſibus peragrare.

Paſtio,onis.pabulum,paſtus.pro Pom.6.b.Aſia fertilis eſt magnitudine paſtionis.

Paſtor,oris.pro Fl.154.a.O paſtores neſcio quos cupidos literarum,&c.

Paſtoralis,le.paſtoricius.de D.102.b.Atq; ille Romuli auguratus paſtoralis,non urbanus fuit.

Paſtoricius,a,um.paſtoralis. At.13.a. Paſtoricia fiſtula.Item:Fera quædam ſodalitas & planè paſtoricia, atq; agreſtis germanorum lupercorum.

Paſtus,a,um .pro Cluen.32.b.Hic ille planus quæſtu iudiciario,paſtus contrahit frontem.Ep.124.a. Nunc tibi noſtri milites malis orbiculatis eſſe paſti uidentur.

Paſtus,ſtus.paſtio,cibus,locus paſcuus.de N.46.a. Volucrum lapſus,pecudum paſtus,uita ſylueſtrium.& 50.a. Paſtum animantibus largè & copioſè natura comparauit.& ibi.Partes corporis ad paſtum capeſcendum conficiendumq;.& 58.b.Pecudum paſtus. de Fin.88.a. Terra fundit ex ſeſe paſtus uarios beſtijs.& 75.a. Pecudes ad paſtum procreatæ.de D.99.b.Cilices paſtu pecudum maximè utuntur.de N.51.a.Beſtiæ in paſtu circumſpectant. Tuſ.241.a.Oblectatio induſtriæ,qui eſt unus ſuauiſſimus paſtus animorum. In A.231.a. Qui popularetur agros, non ad ſpem cõſtituendæ rei familiaris, ſed ad præſentem paſtum mendicitatis ſuæ.Of.3.a.Omne genus animantiũ, omnia quæ ſint ad uiuendũ neceſſaria,inquirunt,parant, ut paſtum,ut latibula.

Patarani.à Patara Lyciæ oppido.+

Patauini.pop.In A.241.

Patauinus,a. At.201.

Patefacio,cis.in lucẽ profero,diuulgo, aperio.de Or. 93.a.Nunc uterq; ueſtrum patefecit earum rerum aditũ, quas quærimus.& 102.a.Hæc quæ patefecit oratione ſua Craſſus.de Ar.249.a.Hæc nobis & ſcelerum indicia oſtẽdit,& periculorum ſigna patefecit.pro Mil.21.b. Indicia communis exitij indagaui,patefeci,protuli. Top.227.b. Patefacere aliquid,in indiciumq; proferre.pro Fl.147.a. Qui ea proferenda patefaciendaq; curauit. de Or. 99.b. Patefacere & illuſtrare obſcura. & Ac.12.a.Patefacere aliquid obſcurum.Ep.94.b. Ex quo tibi patefeciſti Scianum.Ep.231.b.Huic ego tantummodo aditum ad tuam cognitionem patefacio,& innuo cognitum.In C.123.a. Patefacere nobis prouincias,quò exire poſſumus. At.178.b. Patefacere odium ſuum in aliquem.Ep.87.b.Itaq; Theudæ liberto tuo totum me patefeci.de Am.114.a.Patefacere & illuſtrare ueritatem.

Patefactio,onis.euolutio,explicatio.de Fin.64.b.Definitio eſt patefactio quaſi rerum opertarum, cum quid quicq; ſit,aperitur.

Patefactus,a,um. illuſtratus, diuulgatus, apertus.de D.88.b.Neq; ante philoſophiam patefactã hac de re quiſquam dubitauit.de Or.102.a.Ab hoc, aditu ianuaq; patefacta.& Tuſ.241.a.Aditus patefactus.In A.114.a.Lentulus patefactus eſt indicijs & confeſſionibus ſuis.pro Põ. 7.b.Patefactum noſtris legionibus eſſe pontum, qui antè populo Rom.ex omni aditu clauſus eſſet. pro Syl.167.b. Quare iſta cõiuratio ſi patefacta per me eſt,tã patet Hortenſio quàm mihi.& Ep.10.a.Quibus patefactis, &c. In C.114.a.Lentulus patefactus,&c.

Patella,læ.uas picatum,uel fictile, ſacrificijs faciendis aptum.In Ver.210.a.Patella grandis cum ſigillis ſimulachriſq; deorum.

Patens,tis.apertus.)(.Clauſus.de D.80.a. Cœlum ex omni parte patens atq; apertum intueri. pro Q.17.b.Habere domum clauſam pudori,patentem atq; adeò expoſitam cupiditatibus.

Patentius.aduer.apertius.de In.70.b.l. Abſconditè.

Pateo,es.apertus ſum.I.A.181.b.Cur ualuæ cõcordiæ nõ patent?pro S.R.42.b.Mea domus tibi patet,mihi clauſa eſt.de Cl.167.b.Domus Iſocratis cunctæ Græciæ quaſi ludus quidam patuit.Ep.27.a. Si cuius aures ad hanc diſputationem patẽt.de Cl.166.a.Aditus,qui nobis patuit, obſtructus eſt.At.166.a. Si nobis is curſus, quem ſperaram,pateret.pro Mur.130.a.Quod omnibus patet,et æquè promptum eſt mihi & aduerſario meo.de D.109.a. Vt nullũ philoſophiæ locum eſſe pateremur,qui non latinis literis illuſtratus pateret.de Or.87.a.Cum illa pateãt, in promptuq; ſint omnibus.pro Q.R.45.b. Non habere ſe hoc nomen in codice fatetur, ſed in aduerſarijs patere contendit.de Ar.256.a.Quid exiſtimatis eũ,ſi redditus ei gratiæ patuerit,eſſe facturum.Ep.87.b.Vt intelligant omnia Ciceronis patere Trebatio.pro Cor.59.b. Iis præmijs excluſos eſſe ſocios,quæ pateant ſtipendiarijs. Of.15.a.In Philoſophorum uita minus multa patent,quæ fortuna feriat.de Am.111.b.Qui exiſtimant peccatorum omniũ patere in amicitia licentiam.de Or.105.a. Hæc enim ars & latè patet,& ad multos pertinent.& Off.18.b.Hoc latiſſimè patet,ad plurimoſq; pertinet.Off.5.b. In quo uicio latiſſimè patet auaritia.de In.58.a.Hoc maiorẽ quandã uim habet,et latius patet quàm hic explicetur.pro Ar.189.b. Bellum in multa uarietate terra mariq; uerſatũ,& latè fuſum eſt.Ep.34.b.Late enim patet hoc uitiũ & eſt in multis.Or.203.b.Locus longè lateq; patens.Off.47.a.Cuius beneficia latè patent.& ibid.Latiſſimè eorum manat induſtria.& pro Fl.271.a.Latius diſſipari.Ep.241.b.Cappadocia maximè patet.& 244.a.Cappadocia,quæ patet à Syria. de D.99.b. Babylonij in camporum patentium æquoribus habitantes.At.61.b. Velim domũ ad tuos ſcribas,ut mihi libri tui pateant. Q.Fr.194.b.Facillimos eſſe aditus ad te,patere aures tuas querelis omnium. Off.11.

a. Ac latiſſimè quidem patens hominibus inter ipſos, omnibus inter omnes ſocietas hæc eſt. In A.178.a. Septies millies ſeſtertiûm, quod in tabulis, quæ ſunt ad Opis, patebat.

Patet, bat. conſtat. pro Mil.104.a. Quid porrò quærendum eſt, factum ne ſit? at conſtat. à quo? at patet. Tuſc. 159.b. Cum pateat igitur æternum id eſſe, &c. I. A.240. a. Diſcuſſa eſt caligo, diluxit, patet, uidemus omnia.

Pater, tris. parens, generator, genitor, procreator, ſator, unde aliquis natus eſt, educator, altor, ſenatores. l. Cõſcripti, & Patricius, Maiores. pro Rab.96.a. Quem uere patrem patriæ, parentem, inquam, reip. poſſumus dicere. & I. P.80.b. & pro Seſt.25.b. Me Q. Catulus parentem patriæ nominauit. de In.61.a. Si ad ſenes de patribus, aut parentibus cogitent. & I. A.186. a. Pater naturalis. pro Dom.228.b. Pater uitæ neciſq; poteſtatem habebat in filio. de Or.132.b. Quibus nec pater, nec mater ſit. Item: Si id quod præclarè à ſapientibus dicitur, uultu ſæpe læditur pietas, quod ſupplicium ſatis acre reperietur in eum qui mortem obtulerit parenti? pro quo ipſum mori iura omnia cogebant. de Am.96.b. Scimus L. Acilium apud patres noſtros appellatum eſſe ſapientem. & pro Mur.142 a. Fuit eodem ex ſtudio uir eruditus apud patres noſtros Q. Tubero. de Or.100.a. Quid, quod uſu memoria patrũ uenit? & ibi. Quæſitum eſt apud maiores noſtros, &c. Off.61.a. Vt Petronius apud patres noſtros, Papius nuper. In V.65.b. Patres maioreſq; noſtri. Or.198.a. Patrũ noſtrorum ætas.

Pater familiâs. l. Familiâs.

Patera, ræ. poculi genus latum ac patens. de N.77.a. Pateræ coronæq; quæ ſimulachrorum porrectis manibus ſuſtinebantur. de D.90.a. Mercurius è patera ſanguinem uiſus eſt fundere. de Cl.168.a. Excipere ſanguinẽ patera. l. Filicatus.

Paternus, a, um. patrius. pro Cæl.44.a. Bona paterna. & At.262.a. Paterna neceſſitudo. & pro Dom.243. a. & Ep.223.a. Satis amplum patrimonium paterni nominis. de Or.99.a. Egiſſetq; lege in hæreditatem paternã teſtamento exhæres filius. et 99.b. Poſſet ne paternorum bonorum exhæres eſſe filius.

Pater patratus. qui ad iuſiurandum patrãdum, id eſt, ſanciendum in fœderibus, mittebatur. de Or.100.a. Cum propter inuidiam Numantini fœderis pater patratus ex ſenatuſconſulto. C. Mancinum Numantinis dedidiſſet. & 221.a. & pro Cec.304.a.

Πάθη. uel πάθος. l. Motus, & Perturbatio.

Patheticus, a, um. Orat.208.b. Alterum quod Græci παθητικόν nominant, quo perturbantur animi, & concitantur.

Pateſco, ſcis. I. A.261.a. Quæ res pateſcit P. Conſcripti: ſed ſuo tempore totius huius ſceleris fons aperietur. ſic enim legendum eſt, non pateſacit, aut pateſacta eſt.

Patibilis, le. παθητικός. de N.65.a. Omne animal patibilem naturam habet.

Patibilis. tolerabilis. )( Impatibilis, intolerabilis. Tuſ. 219.b. Negligenda mors eſt, patibiles & labores, & dolores putandi.

Patibulum, li. crux. In V.221.a. Tibi Marcelli ſtatua pro patibulo in clientes Marcellorum fuit.

Patiendus, da. Att.165.a. Sed ea omnia mihi ſunt patienda.

Patiens, tis. de Ar.245.b. Non modò patienti, ſed etiam libenti animo religioni parebo. de Or.137.a. In quo nimium patiens & lentus exiſtimor. & 134.b. Vir patiens & lentus. pro Lig.141.a. Ne offendam tuas patiẽtiſſimas aures. Q. Fr.298.a. Meæ literæ te patientiorem, leniorem q; fecerunt. Off.22.a. Quo in genere uerſutiſſimum, & patientiſſimum Lacedæmonium Lyſandrum accepimus. pro Cæl.40.a. Quis in laboribus patientior? l. Patior.

Patienter. toleranter, placidè, ſedatè, moderatè, tranquillè, patienti animo, lentè, leuiter, tolerabiliter, non repugnanter. de Am.113.a. Et monere & moneri propriũ eſt amicitiæ, & alterum liberè facere, non aſpere: alterum patienter accipere, non repugnanter. Epiſt.9.a. Patienter ferre potentiam alicuius. Item: Patienter, placidè, ſedatè, ferre dolorem.

Patientia, tiæ. tolerantia. de In.82.a. Patientia eſt, honeſtatis aut utilitatis cauſa, rerum arduarum ac difficiliũ uoluntaria ac diuturna perpeſſio. Par.237.a. Patientiam duritia immanis imitatur. contra Rul.78.b. Homo patientia paupertatis ornatus. In C.102.b. Habes ubi oſtentes illam præclaram tuam patientiam famis & frigoris, inopiæ rerum omnium. pro Dom.243.a. Externorum bonorum & in utendo rationem, & in carendo patientiã ſemper expetendam putaui. In P.80.a. Ego Antonium collegam patientia atq; obſequio meo mitigaui. pro Mil.116. a. Sed neſcio quomodo uſu obduruerat, & percalluerat ciuitatis incredibilis patientia. In A.226.a. Brutus uſus eſt incredibili patientia. In V.242.b. Obduruiſſe in patientia eiuſmodi turpitudinis. contra Rul.69.b. Tentare patientiam alicuius. Offic.25.a. Adoleſcentia à libidinibus arcenda eſt, exercendaq; in labore patientiaq; & animi, & corporis.

Patina, næ. lanx. Ep.136.b. & At.59.a. Patina tyrotarichi. l. Tyrotarichus.

Patior, ris. fero, perfero, ſuffero, tolero, perpetior, ſuſtineo, haurio, ſubeo, non moleſtè fero, capio, facio, ſino, quieſco, locum relinquo. de Nat.65.a. Nullum eſt corpus, quod effugiat accipiendi aliquid extrinſecus: id eſt, ferendi patiendiq; neceſſitatem. & b. Omne animal ad accipiendam uim externam & ferendam paratum eſt. Off.23. a. Multa paſſus eſt Vlyſſes in illo diuturno errore. Tuſc. 178.b. Res ad patiendum tolerandumq; difficilis. de Fin. 99.b. Etiam ſi dolores tolerabilius patiantur. Tuſ.184.a. Pati dolorem toleranter. & de Fin.111.b. De dolore patiendo. In C.108.b. Iſta non modò homines, ſed ne pecudes quidem mihi paſſuræ uidentur. pro Font.281.b. Quod in turpi reo patiendum non eſſet. In V.261.b. Patimur enim iam multos, & ſilemus. In C.99.b. Non feram, nõ patiar, non ſinam. At.151.a. Aſperius quàm tui patiantur mores, de Dionyſio ſcripſiſti. pro Cl.35.a. Cluentius Stalenum ab eſſe patiebatur. In V.155.a. Et imbri frumentum corrumpi in area patiebatur. l. Sino. de Cl.189.a. Præcepta quæ habent ordinem & quaſdam errare in dicendo non patientes uias. de Clar.193.a. de D.109.a. Vt nullum philoſophiæ locum eſſe pateremur, qui non latinis literis illuſtratus pateret. At.107.b. Aut ſi per Trib. Pl. non patiatur, tamẽ quieſcat rem adduci ad interregnum. pro Q.16.b. Neque eum, ſi tribunos appellarit, idcirco minus iudicio pati paratum fuiſſe. At.263.b. Non modò facilè patior, ſed etiam gaudeo. Ep.63.b. Quibus officijs ſi quando non mutuè reſpondetur, apud me plus officij reſidere facillimè patior. Att.211.b. Facilè patiebar nos potius Romæ unà eſſe, quàm alibi. pro Plan.272.b. Populus Roman. deligit magiſtratus, in quibus ſi qua præterea eſt ars, facilè patitur: ſin minus, uirtute eorum & innocentia contentus eſt. At.209.



Att.209.b. Torquato noſtra officia grata eſſe facilè patior, eaq; augere non deſinam. I. V.148.b. Patior nõ moleſtè, eam uitam, &c. Att.251.b. Me laudari non moleſtè fero. & 238.b. Flauia quod bene loquitur, non moleſtè fero: id eſt, facilè patior. In V.242.a. Indignè pati. & de In. 72.a. Indignè paſſus. Epiſt.195.b. Pati aliquid periniquo animo. Att.238.b. Conſilium meum à te probari facilè patior. Offic.6.b. Vt eos quos tutari debeãt, deſertos eſſe patiantur. In A.209.a. Aliæ nationes ſeruitutem pati poſſunt, &c. In A.241.a. Gallia æquo animo belli patitur iniuriam. de Vn.108.a. Mundus per ſe, & à ſe, et patitur, & facit omnia. pro Lig.137.b. Is nullo ſe implicari negocio paſſus eſt.

Patræ, arum. ciuitas. At.172. Ep.108. & 211.

Patrenſis, e. Ep.211.

Patratus, a, um. perfectus. l. Patro. de L.171.a. Ferijs iurgia amouento, eaſq; in famulis, operibus patratis, habento. l. Pater patratus.

Patria, patriæ. ſedes natalis, dij penates, patrij: terra parens, altrix, patriæ ſolum. Tuſ.249.a. Patria eſt ubicunque eſt bene. Teucri uox. In C.101.a. & de Or.101.a. Patria quæ communis eſt omnium noſtrûm parẽs. In C.122. a. Patriæ ſolum cùm omnibus eſt charum, tum uerò dulce atq; iucundum. de Or.101.a. Ac nos id quod maximè debet, patria noſtra delectat, cuius rei tanta eſt uis, tanta natura, ut Ithacam illam in aſperrimis ſaxulis tanquam nidulum affixam ſapientiſſimus uir immortalitati anteponeret. & ibid. De amore in patriam. & Att.118.b. Pro patria & in patria mori præclarum eſt. Off.12.a. Pro patria nemo bonus dubitat mortem oppetere, ſi ſit ei profuturus. Antequam.196.a. Neq; enim mors miſeranda eſt, quæ ob remp. capitur. de Fin.103.b. Decet chariorem eſſe patriam nobis quàm noſmetipſos. & Poſtquam.204.a. Patria qua nihil poteſt eſſe iucundius. de Som.127.b. Omnibus qui patriam conſeruarint, adiuuerint, auxerint, certũ eſſe in cœlo ac definitum locum, ubi beati æuo ſempiterno fruantur. pro Plan.176.b. Cui non locus ille mutus, ubi quiſque altus & doctus eſt, cum grata recordatione in mente uerſetur? In A.174.a. Ego arma contra deos patrios araſq; & focos, contra patriam tuli. & ibi. b. Patria, dij penates patrij, aræ, foci, lar familiaris. pro Flac.159.a. Et eorum eadem terra parens altrix, patria dicitur. Att. 143.a. Patria antiquiſſima & ſanctiſſima parens. pro Seſt.13.b. Mortem uirgines regis, opinor Erictheï filiæ pro patria contempſiſſe dicuntur. de Fin.139.b. Patriæ conſeruator Codrus. )( Patriæ proditor Pullus Numitor Fregellanus. In P.80.b. Me, Q. uin. Catulus parentem patriæ nominauit. de In.50.a. Patria, Athenienſis an Lacedæmonius. & Tuſ.171.a. Quærentibus amicis, uellent'ne Clazomenas in patriã, ſi quid accidiſſet, efferri, Nihil neceſſe eſt, inquit, &c. de Or.106.b. Ne in noſtra patria peregrini atq; hoſpites eſſe uideamur. Par.117.a. Cuius cum patriam Prienem cepiſſet hoſtis, admonitus eſt, &c. de L. 169.b. Hæc eſt mea & huius fratris mei germana patria, hic enim orti ſtirpe antiquiſſima ſumus, hic ſacra, hic genus, hic multa maiorum ueſtigia, &c. de L.169.b. Sapientiſſimus uir Ithacam ut uideret, immortalitatem ſcribitur repudiaſſe. & 170.a. Ego & Catoni & omnibus municipibus duas eſſe cenſeo patrias, unam naturæ, alterã ciuitatis: ut ille Cato cum eſſet Tuſculi natus, in populi Rom. ciuitatem ſuſceptus eſt. itaq; cũ ortu Tuſculanus eſſet, ciuitate Romanus, habuit alterã loci patriam, alteram iuris. & ibi. Patria pro qua mori, et cui nos totos dedere, et in qua noſtra omnia ponere, & quaſi conſecrare debemus.

Patricida, dæ. de Leg.174.a. Sacrum ſacróue commendatum qui clepſeritr apſeritq;, patricida eſto. aliter, paricida.

Patricius, a, um. Romulus (inquit Liuius) centum creat ſenatores, qui patres ab honore, Patricij quoq; eorum progenies appellati. )( Plebeius. pro Mur.127.a. de L.181 b. Sylla primus è patricijs Cornelijs igne uoluit cremari. de Cl.170.a. Vt ſi ego me à M. Tullio eſſe dicerem, qui patricius cum Ser. Sulpitio conſul fuit. & ibi. Ad plebẽ tranſitiones. Ep.139.a.b. Quid tibi uenit in mentem, negare Papyrium quenquam unquam niſi plebeiũ fuiſſe? fuerunt enim patricij minorum gentium. At.276.b. Dum unus erit patricius magiſtratus, auſpicia ad patres redire non poſſunt. pro Cec.304.b. Omnes patricij antiquiſſimiq; ciues. pro Dom.220.b. Exire è patricijs: id eſt, fieri plebeiũ. de L.170.b. Tibrenus præcipitat in litem, & quaſi in familiam patriciam uenerit, amittit nomen obſcurius.

Patrimoniũ, nij. bona, hæreditas. pro R. P.128.b. Qui duo lauta & copioſa patrimonia accepiſſet. & Off.44. a. Effundere patrimonium. & pro Cæl.46.b. pro Dom. 243.a. Liberis noſtris ſatis amplum patrimonium paterni nominis ac memoriæ noſtræ relinquamus. In A.170.b. Quæ arationes in populi Romani patrimonio glandiferæ & fructuoſæ ferebantur. de Or.106.a. Mutius paterni iuris defenſor & quaſi patrimonij propugnator fui. pro Cec.299.a. Non minus diligenter publica patrimonia iuris, quàm priuatæ rei ueſtræ retinere debetis. pro S. R.43.a. Quem tu è patrimonio, tanquam è naufragio nudum expuliſti. pro Fl.163.b. Qui patrimonium ſuum lautum, quod hic nobiſcum conficere potuit, Græcorum conuiuijs maluit diſſipare. & ibidem. Quaſi bona comeſſe Romæ non liceret. Epiſt.17.a. Vt frater meus uerè exiſtimet, adiuncto iſto fundo patrimonium fore ſuum per te conſtitutum.

Patrius, a, um. paternus, quod eſt patris uel patriæ. de Cl.184.a. pro S. R.25.b. Intelligere, qui animus patrius in liberos eſſet. & 42.b. & pro Pl.166.b. Percipere ſenſum ex mœrore patrio. In V.68.b. Res patriæ atq; auitæ. & Tuſ.157.b. Patria & auita philoſophia. de Orat.91.b. Hic enim eſt mos patrius Academiæ, aduerſari ſemper omnibus in diſputando.

Patro, as. cõmitto, perficio, perſoluo. l. Patratus. I. V. 60.b. Quæ C. Verres in Aſia patrauit. Att.10.a. Tiunpet promiſſa patrauit. Et perſoluere promiſſa. l. Perſoluo.

Patrocinium, nij. defenſio, aduocatio. Ep.65.a. Si tuã conſuetudinem in patrocijs tuendis ſeruas, P. Varinius cliens ad te uenit, qui pro ſe cauſam dicier uult. de Cl.174.b Hoc dicendi genus ad patrocinia mediocriter aptum uidetur. de N.3.a. Suſcipere patrocinium alicuius deſerti. & de Or.106.a. Arripere patrocinium æquitatis. Or.107. b. Legitimarum & ciuilium cõtrouerſiarum patrocinia ſuſcipere. & I. 4.210.a. Suſcipere patris patrocinium. de Fin.77.b. Aut hæc tibi ſunt uituperanda, aut patrociniũ uoluptatis repudiandum. Off.23.a. Itaq; illud patrociniũ orbis terræ uerius quàm imperium poterat nominari. pro Dom.217.a. Cum in eius bona fortunas patrocinium huius imperij immiſiſſes. Par.118.a. Voluptas plurimorum patrocinijs defenditur.

Patrona, næ. defenſtrix. de Or.126.b. Aduocatio patrona illa ciuitatis & uindex libertatis.

Patronus, ni. defenſor, cuſtos, tutor, in cuius fide aliquis eſt. pro S. R.19.a. His de cauſis ego huic cauſæ patronus ex-

nus extiti.& de Or.134.b.Dare patronum cauſæ alicui. pro Cæl. 40.b. Quis eum unquam non modò in patroni,ſed in laudatoris,aut aduocati loco uiderat? Offic. 8. a. Qui ciuitates,aut nationes in fidem cepiſſent, earum patroni erant more maiorum.pro Syl.178.b.Colonorũ diſſenſio delata ad patronos eſt.& ibi. Hic patronus,cuſtos, defenſor illius prouinciæ.Off.43. b.Patronus nonnunquã ueriſimile,etiam ſi minus ſit uerum,defendit. pro Seſt. 4. b.Conuentus ille me unum patronum adoptauit.I.A.207 b.Atqui quinq; & triginta tribus patronum adoptarũt. pro Cor.59.b.Hanc tu igitur patrone fœderum & fœderatorum conditionẽ ſtatuis tuis ciuibus. I.A.207.b.L.Antonius,qui uos omnes in fidem ſuam recepit. pro Mur. 124.b.In quibuſdam ciuitatibus patronus cauſis publicè conſtituitur.contra Rul.81. a. À ueſtrorum commodorũ patrono conſcripta hæc lex eſt.Ep.109.a. Ergo patrone mi bene uale.& ibi.Sed amice magne noli,&c.Ep. 213.a. Peto à te,ut Antonium libertum in patroni eius negocio tueare. de Am.100. b. Qualis tum iuſtitiæ patronus fuit contra accuratam orationem Phili. pro Mil.104. b. Ille uir,&c.ſenatus propugnator ac penè patronus.

Patrueles,lis.fratrum inter ſe filij:quoniam qui alteri pater eſt,alteri eſt patruus.de Fin.124.a.L.Cicero frater noſter,cognatione patruelis,amore germanus. pro Plan. 264.a.Torquatus Cn.Plancij frater patruelis & ſocer.

Patruus,trui.mei patris frater,quãquam & alijs modis patruus dicatur,ut eſt apud iuriſconſultos de gradibus affinitatis.de Ar.249.b.Pater tuus & patruus tuus. & I. V.104.a.M.Ionius patruus pueri.de Or. 108.b.L.Cicero patruus M.Ciceronis. Att. 78. b.Qui cum ſororis tuæ filij patruo certaret. pro Cæl. 42 . b. Is fuit in hac cauſa pertriſtis quidam patruus , cenſor , magiſter,obiurgauit M.Cælium,ſicut neminem unquam parens.

Patulus,a,um.patens.de N.50.b. Pinna duabus grandibus patula conchis. & ibid . Admonita à ſquilla pinna morſu comprimit conchas.& de Fin.103.b.Illa,quæ in cõcha patula pinna dicitur. de Orat.87.a.Platanus patulis diffuſa ramis.

Paucitas,tis.de In.49.b.& de Orat.121.b.122.a.Genera eſſe definita non ſolum numero,ſed etiam paucitate. & pro Rab.94.a.Ep.24.a.De Pantheris agitur mandato meo diligenter,ſed mira paucitas eſt.Ep.152.a.Ex paucitate eius decem fugerunt.Antequam.194.a.Paucitas amicorum.de Orat.85.b. Magna oratorum eſt ſemperq; fuit paucitas.

Pauculus,a,um. Att.152.a.Pauculos dies alicubi commorari.& de Leg. 167. a . Qui me ex noſtris penè conuellit hortulis,deduxitq; in Academiam perpauculis paſſibus.

Paucus,a,um.rarus,modicus , exiguus , minus multi, quotus quiſq; tenuis.)(.Innumerabilis,multus.In V. 106. a.Quanti paucæ operæ,& mercedes fabrorum tulerunt. pro Mur.129.b.Poſſet agi lege nécne,pauci quondã ſciebant.contra Rul.69.b.Paucas tribus ad uſurpandam libertatem uocare.pro Cl.44.a.Paucos ex multis ad ignominiam ſortiri.de Or.121.a.Generum quæſtiones modicæ & paucæ.de Cl. 172. a.Paucis interpoſitis diebus iterum redijt. ad Her.30. a. Qui cum plures erant paucis nobis exæquari non potuerunt.At.7.a. Quotus quiſq; eſt,qui, &c.& 44.a.Eoq; ad te minus multa ſcribo,quod, &c. Tuſ.177.a.Quotus quiſq;philoſophorum inuenitur,qui, &c.Tuſc.229 . b . Alij gloriæ ſeruiunt,alij pecuniæ,rari ſunt quidam,qui,&c.pro S.R.40. a. Cur tantulo uenierunt? Q.Frat.318.a.Spero paucis menſibus opus Diphili perfectum fore.Off.64.b.Perpaucæ res ſunt,in quibus dolus iſte malus non uerſetur.

Paueo,es.timeo.In A.196.b.Pauet animus apud conſilium illud pro reo dicere.Tuſ.180. a. Nauem ut horriſono freto noctem pauentes timidi adnectunt nauitæ.

Pauimentatus,a,um.pro Dom.236.b . Porticus pauimentata CCC.pedum.

Pauimentum,ti.ſolum arte factum,et ſtratum aliqua materia in ædibus , quod pedibus inambulando pauimus: id eſt,tundimus & terimus. In A.180.a . Natabant pauimenta uino,parietes madebant. Q.Frat.218.a.Villa mihi ualde placebat,propterea quòd ſummam dignitatem pauimenta porticus habebant.de Or.158.b.Quàm lepidè lexeis compoſtæ ut teſſerulæ omnes,arte pauimento, atque emblemate uermiculato.

Pauio,uis.ferio,peto,tundo.de D.123.b.Sed quia cum pulli paſcuntur neceſſe eſt aliquid ex ore cadere,& terrã pauire,terripauium primò,pòſt terripudium dictum eſt, hoc quidem iam tripudium dicimus.

Paulatim.ſenſim,minutatim,leniter.Ep. 125. b. Cuius amicitia me paulatim in hanc perditam cauſam impoſuit.

Pauliſper.aliquantum,paulum,ad breue tempus , ad punctum temporis.)(.In perpetuum.In V.208.b. Abeſſe ab domo pauliſper maluit,quàm illud argentum amittere.In P.82.a.Pauliſper ſtetimus,in illo tuarum ganearum nidore atq; fumo. Ep.103.b. Quæ ego pauliſper à te deſideraui.& 44.a.Suſcipe pauliſper meas partes.In V.212. a.& 241.a.Lectica pauliſper depoſita. pro Mil.106.a. Milo pauliſper,dum ſe uxor comparat , commoratus eſt. At.65.a.Recordor quàm bella nobis pauliſper gubernantibus ciuitas fuerit.

Paulò.haud multo,breui tempore.Or.204.b.Hoc ornamento liberius paulo utendum eſt.& de Or.90.b . Poeta numeris aſtrictior paulo.de Or.119.b. Orator paulo illuſtrior.Or.211.a.Ne ille quidem haud paulo melior ſcriptor Plato. Att.29. b.Ciuis haud paulo melior,quàm iſti noſtri.de Or.107.b.Sermo paulo intentior.Orat.206.b. Quædam etiam paulo hilariora.At. 7. b. Nec epeiroticis paulo liberiores literas committere audeo. At.229.a.Ne paulo quidem triſtius. & Tuſc.183.b.Ille uerò melius,ac non paulo quidem.At.129.a.Non ſolumglorioſis conſilijs utamur,ſed etiam paulo ſalubrioribus.Att.283.a. Cognoui eo die paulo plures in ſenatu maleuolos eſſe, quàm gratos.Parad.120.b.Hiſtrio ſi paulo ſe moueat extra numerum,exploditur.

Paulo amplius.paulo plus.pro Fl.160.b. Auri uiginti pondo paulo amplius.ad Her.25.a . Quiſquis enim audierit de arte paulo plus,omnia uidere poterit.

Paulo ante.modò,dudum,iandudum.In V.201.a.Nuper,quid dico nuper?immo uerò modo,ac planè paulo antè.& Part.242. b . Quæ paulo antè & quæ proximè diximus.

Paulo minus.pro Fl.160.b.Auri pondo centum paulo minus.pro Syl.180.b.Ecquod illius factũ eſt , quod cuiquam paulo minus conſideratum uideatur. pro Syl.180. b.Ecquod huius factum aut commiſſum,non dicam audacius,ſed cuiquam paulo minus conſideratum uideretur,factum quæro. pro Quin.2.b. C.Quintius una in re paulo minus conſideratus,qui,&c.At.183.a.Sullana confers, in quibus omnia genere ipſo præclariſſima fuerunt:moderatione,paulo minus temperata.

Paulo



Paulo magis.de Cl.172.a.Verba,paulo magis priſca. In Ver.125.b.Paulo magis animum cuiuſpiam commouere.& 209.a.Quod iſti paulo magis placeret. & 69 . a. Paulo magis affabre.In A.Et clinata magis paulo eſt aquilonis ad oras.

Paulo nimium.de Or.116.b.Paulo nimiũ redundans.

Paulo pòſt.non multo pòſt,breui tempore pòſt, paucis interpoſitis uerſibus. de Orat.137. b. De quibus paulo poſt dicemus.& pro Cl.20.a.Breui tempore poſt.et Oct. 329.a.Poſt paulo.de D.107.b.Cum ipſe paucis interpoſitis uerſibus dicas,&c.id eſt,paulo poſt. de Or.122.a. In ijs locis quos proponam paulo poſt.Ep.10.a.De qua oſtendam equidem paulo poſt qui ſit meus ſenſus.

Paulo ſecus.l.Secus.

Paululum.puſillum.de N.49.b.Nihil ferè aut admodum paululum.ad Br.91.a.Itaq; mane hoc paululum exaraui.Ep.79.b.Qui tamen paululũ uideor leuari. Tuſc. 233.a.Huic paululum ad beatam uitam deeſt.et 232.b. Sed habeo paululum quod requiram.pro Quin.9.b. Reſpirare paululum.

Paulum.de Or.159.b.Hæc paulum immutata cohærere non poſſunt.& 93.a.Paulum huic aliquid poterit addere.& Acad.32.a.Sed paulum antè dicendum eſt. pro S. R.37.b.Et ex eo non paulum neſcio quid in rem ſuam conuertit.contra Rul.83.a.Quaſi uerò paulum differat ager Campanus & Stellatis. & de Fin.97.a.Paulum oppido inter ſe differunt. Att.138.b.Tuas nunc Epiſtolas à primo lego: hæ me paulum recreant.de Clar.171.b . Inter hos ætate paulum his antecedẽs Galba. de Fin.39.a.Paulum abeſſe ab aliquo loco.Ep.5.b.Quod ſi Pompeius paulũ modo ſibi placere oſtenderit,faciet.

Pauo,onis.Ep.* de Fin.94.a.Alia autem, nullam ob utilitatem,quaſi ad quendam ornatum à natura eſſe donata:ut cauda Pauoni,&c.

Pauor,oris.Tuſ.213.a.Pauor metus eſt,mentem loco mouens.de Or.157.a.Vnde illud Ennij,Pauor ſapientiam mihi omnem ex animo expectorat.

Pauper,ris.inops,egens,qui eget,tenuis,tenuior,humilis,ſumma egeſtate,paruis opibus ac facultatibus præditus,miſerrimus & inaniſſimus , cui egeſtas imperat, cui parua eſt res familiaris,qui in paupertate eſt.ad Her.12. a.Per.125.b.M.Manilius pauper fuit,habuit enim ædiculas in Carinis,& fundum in Labicano.& 126.a . Hic non modò non copioſus & diues , ſed etiam inops ac pauper exiſtimandus eſt.In Vat.35.a.Ex paupere diues factus es. In V.136.a.Tenuiſſimus.)(.Locupletiſſimis.

Paupertas,tis.tenuitas,anguſtia rei familiaris,domeſtica difficultas,inopia,egeſtas,mendicitas.Tuſ.202.b.Vt de paupertate,cuius onus diſputando leuamus,docentes q̃ parua & quàm pauca ſint,quæ natura deſiderat.& 234. a.Paupertas,ignobilitas,humilitas.de Fin.144.b.Paupertas ſi malũ eſt,mendicus beatus eſſe nemo poteſt. contra Rul.78.b. Homo non ſolũ honoribus populi , uerùm etiã patiẽtia paupertatis ornatus.Of.40.b.Qui propter paupertatem ſues puer paſceret. Par.124. b.Iſta paupertas uel potius egeſtas ac mendicitas tua.

Pax,cis.concordia,ocium,quies,tranquillitas, cõpoſitio,uenia.At.111.b.Pax uel iniuſta utilior eſt quàm iuſtiſſimum bellũ in ciuibus.Off. 8.a.Paci,quæ nihil habitura ſit inſidiarũ,ſemper eſt conſulendum.& 74.a.Conſules noſtri pacem cum Samnitibus fecerunt.In A.242.a.Cum his facta pax,non erit pax,ſed pactio ſeruitutis.& 177.b.Pacem haberemus,quæ erat facta per obſidem puerũ M. Antonij filium.& 182.a.Et nomen pacis dulce eſt,& res ipſa ſalutaris.& ibidem:Pax eſt tranquilla libertas. & 210 b.Ego pacem cum M.Antonio eſſe nolo.& 213 . a.Habere pacẽ cũ aliquo.& ibi.Eſſe pacẽ cum aliquo.I.A.241.a. Pacis dulciſ.& pulcherrimũ nomen.& ibi. b. Quæ enim eſt conditio pacis?in qua ei cũ quo pacẽ facias,nihil concedi poteſt?& 242.a.Nõ facere pacẽ,ſed differre bellum. Antequam.193.b.Pax & concordia cæteris gignetur, cũ iam domeſticis non inſideat,ſed publicè prouidẽti eripiatur?& 194.b.Et uos ut tutam tranquillamq; pacem traheretis,mea perfeci uigilantia.Q.Fr.290. b. Tibi data eſt ſumma pax,ſumma tranquillitas.In A.153.a . Pax deniq; per eum cũ præſtantiſſimis ciuibus confirmata eſt.& Ep. 160.b.Conciliare pacem inter aliquos. At.111.b.Spero etiam in præſentia pacem nos habituros.pro Fl.152.a.Põpeius pacem maritimã cõfecit.pro Mur.131.b.L.Sylla Mithridatem,&c.cum pace dimiſit . Tuſc . 244.b. Nos illud quidẽ cum pace agemus.)(.Cum ira,iracundè. pro Cl.38. b.Nummarius interpres pacis & concordiæ non probatur.pro Cor.62.a.Nihil eſt aliud in fœdere, niſi ut pia & æterna pax ſit.I.A.212.a.Poteritis igitur exploratã habere pacem,cum in ciuitate Antoniũ uideatis?& 213.a.Cum his pacem ſeruabit Antonius? de Pro.69.b. Qui ut pace uterentur,uim argenteam dederunt.de Cl.168.b. Eloquẽtia pacis eſt comes,ocijq; ſocia.contra Rul.65. a. Summa trãquillitas pacis & ocij.& Tuſ.237.b.Placidiſſima pax. pro Cec.291.a.In pace & ocio copias parare. Att.150.a. Rurſus in ſpem pacis ueni. & ibi. Cum in ſpem uenero de cõpoſitione aliquid me conficere.de Pro.69. b. Macedonia à Barbaris,quibus eſt propter auaritiã pax erepta,uexatur.de Som.167.b.Pax ſit rebus.

Pax.pro uenia.pro Rab.91.a.Ab Ioue pacem & ueniam peto,precorq;,ut,&c.I.C:117.b . Atq; ut in perpetua pace eſſe poſſitis,prouidebo.pro Fon.280.a. In bellis gerendis ab dijs immortalibus pacem & ueniam petere. de N.17.a.Pace mihi liceat cœleſtes dicere ueſtra , Mortalis uiſus pulchrior eſſe deo.Tuſ.230.b.& de L.190.a. Cuius ego iudicium(pace tua dixerim)longè antepono tuo. de Or.91.a.Tu uix ullam cæteris oratoribus(pace horum dixerim)laudem reliquiſti.& de Fat.141.a.( Pace magiſtri dixerim.)Off.60.b.Peccauit igitur(pace uel Quirini uel Romuli dixerim.)de L.191.a.Pona tua uenia dixerim pro Cl.50.a.Equites ordini ſenatorio concordia coniunctiſſimos eſſe cupio.pro S.R.21.a.Recedere ab armis.pro Mil.121.b.Pace tua patria dixerim(metuo enim ne ſceleratè dicam in te,quod pro Milone dicam piè.)

Paxillus,li.Or.211.a.Literã X è uexillo & paxillo cõſuetudo euellit,unde uelum,& palus,li,ducta ſunt.

Pæan,nis.Apollo.In V.230.a.Pæan apud Syracuſanos cum Aeſculapio colebatur.ibid.Signum Pæanis.

Peccatum,ti.delictum,erratum,crimen,culpa,error, uiciũ,noxa,noxia,maleficium,paruus actus, animi labes. )(.Rectè factum.de Fin.104.b.Ac.45.b.Sic inter rectè factum atq; peccatum,officium et contra officium media locabat quædam:rectè facta ſola in bonit actionibus ponẽs, parua,id eſt,peccata in malis.de Am.103.b. Nulla eſt excuſatio peccati,ſi amici cauſa peccaueris.de Am.111. b. In ijs pernicioſus eſt error,qui exiſtimant libidinum peccatorumq; omnium patêre in amicitia licentiam.de Fin.97.a. Peccatum eſt prodere patriam. pro Mur.139.a. At leue delictum eſt,omnia peccata ſunt paria.de N.28.a. Vir ſapiens confiteri peccatum ſuũ maluit quã hærere in republica religionem.de Or.95.a.Oratoris peccatũ ſi quod eſt animad-

animaduerſum,ſtultitiæ peccatum uidetur.At.103.a.Noſtrum quidem ſi eſt peccatum,in eo eſt,quod,&c. Ep.77.b.Præter culpam & peccatum,quo ſemper caruiſti,homini accidere nihil poteſt,quod ſit horribile & pertimeſcendum.& 76.b.De quibus memini mihi à te Smyrna literas eſſe allatas,non mei errati,ſed tui:in quo peccatum uidebatur eſſe,ſi modò erat, fratris tui & Tullij. In A.169.b. Quam facultatem mihi multitudo iſtius uiciorum peccatorumq́; largitur. Off.71.a. Gladium reddere peccatum eſt,non reddere officium. At.45.a.Scio nos noſtris multis peccatis in hanc ærumnam incidiſſe. & 131.b.Id quantis noſtris peccatis uicijsq́; uenerit,non poſſum ſine moleſtia cogitare.At.137.b.Sic ego decem annorum peccata recordans ſuccenſebam.

Pecco,as.delinquo,aliquid admitto uel committo, ſcelus admitto,ſcelere me aſtringo uel obſtringo, uel deuincio,rem aliquam nefariam committo, facinus edo, ſcelus in aliquem edo,flagitium committo,ſcelera facio, culpam ſuſcipio uel contraho,uel committo,uicium uel ſcelus concipio.)(.Rectè facio.de Fin.100.a. Off.64.a.Nunquam eſt utile peccare,quia ſemper eſt turpe. Or.212.a.Impetratum eſt à conſuetudine,ut peccare ſuauitatis cauſa liceret.At.46.a.Si quid in te peccaui,ac potius quoniam peccaui,ignoſce:in me enim ipſum peccaui uehemẽtius.de N.28.b.In his ſi qui errauerunt,hominum coniectura peccauit.& 8.a.Xenophon eadem ferè peccat. & 7. b.Empedocles multa alia peccat.pro Mur.138.b.Non multa peccas,inquit ille,&c.ſed ſi peccas,te regere poſſum.Itẽ : At ego te ueriſſimè dixerim peccare nihil.Or.203.a. Decori ignoratione in poematis ſæpiſſimè peccatur. de Fin.71.b. In hoc eodem peccat Hieronymus. pro S.R. 27.b.In eam partem potius peccãt,quæ eſt cautior.Ep.56.b.Vt ipſum quod maneam in uita,peccare me exiſtimem. Att.98.b. Peccare in republica.Par.120.b. Quicquid peccatur,per turbatione peccatur rationis atq; ordinis.

Pexus,xa, xum. I.C. 109.a.Quos pexo capillo nitidos uidetis.

Pectus,oris.anterior pars à gula, uſq; ad uentrem,animus,nerui,uires.de Or.154.a.Onerandum & cõplendum pectus plurimarum & maximarum rerum copia.de Am.114.a.In amicitia niſi(ut dicitur) apertum pectus uideas,tuumq́; oſtendas,nihil fidum habeas,&c.de L.166.a Amicus per ſe amari debet toto pectore,ut dicitur. Att. 207.b.De hortis toto pectore cogitemus. Ep.149.b.Incũbere ad laudem toto pectore.

Pecuaria,orum.pecorum greges,& armẽta.ad Her. 35.a.Cum canes fungantur officijs luporum, cuinam præſidio pecuaria credemus?de Clar.172.a.Quæ ſocietas,pecuaria.de P.Cornel.L. Mummio Cens.redemiſſet.

Pecuarius,a,um.quod ad pecora pertinet. pro Q.2. b.Erat ei pecuaria res ampla & ruſtica ſanè bene culta.

Pecuarius,rij.magiſter pecoris.pro Deio.148.b.Deiotarus diligentiſſimus agricola,& pecuarius habebatur.In V.112. a.Aratores,pecuarij,mercatores,&c. et pro Fon. 276.a.Aratores,pecuarij,coloni,&c.

Peculator,oris.Off.66.a.Fures,peculatores:id eſt,qui peculatum faciunt.

Peculatus,tus.crimen eius qui publicam pecuniam auertit,pecuniæ publicæ furtum.pro Rab.91.b. An de peculatu facto,de tabulario incenſo longa oratio exprimenda eſt?Or.118.a.De ſiccarijs,de ueneficijs,de peculatu inficiari neceſſe eſt.ad Her.4. b. Si quis peculatus accuſetur, quòd uaſa publica de loco priuato dicitur ſuſtuliſſe. pro Fl.155.a.Damnari peculatus,& damnari pecuniæ publicæ.In A.241.b.Cum pecuniam publicam auerterit, num fraude poterit carere peculatus?

Peculiaris,re.præcipuus.In V.186.b. Quid?peculiarem habes aliquam Siciliam, quæ tibi ex alio genere frumentum ſuppeditet?pro Fl.157.a. Venio ad Lyſaniã, peculiarem tuum Deciane teſtem. Q.Fr.313.a. Hoc mihi peculiare fuerit,hic etiam iſto frui.I.V.155.a. Peculiare edictum:id eſt,ad aliquod tempus proprium.

Peculiatus,a,um.nummatus,pecunioſus. Ep.164.a. Balbus planè bene peculiatus.

Peculium,lij.pellionis proprium lucrum, præſertem ſeruorum.Par.123.b.Qui cupiditate peculij nullam conditionem recuſant duriſſimæ ſeruitutis.& In V.95.a.Peculia omnium uicarijq́; retinentur.

Pecunia,niæ.fortunæ,nummi.At.62.b. Pecunia omnium dignitatem exæquat.de Fin.76.a.Magni æſtimabat pecuniam non modò non contra leges, ſed legibus partã, quæ quidem uel cum periculo eſt quærẽda nobis: eſt enim effectrix multarum & magnarum uoluptatũ. de D. 103. a. Vt oſtenderet etiam philoſophum, ſi ei commodum eſſet,pecuniam facere poſſe.contra Rul.72.b.Poteſtas innumerabilis pecuniæ conficiendæ de ueſtris uectigalibus alienandis.Item:Redigere pecuniam ex rebus uenditis uel ex uectigalibus.l.Redigo.Ep.75.b.& 28.b.Erat enim curata nobis pecunia Valerij mancipis nomine. In V.260.a. Dare pecuniam alicui.In P.87. b. Nondum commemoro exactas pecunias,non captas,non imperatas.pro S.R.19 b.In alienam pecuniam tam plenam atq; præclaram inuaſit nullo iure.de Or.134.a.Breui ad maximas pecunias uẽturus es.pro S.R.19.b.Pecunia fortunæq́; Sex.Roſcij. & ibi.Patrimonium tam amplum & copioſum.pro S.R.22.a.Ipſe ampliſſimæ pecuniæ ſit dominus. I. A.195.a.Pecunia nerui belli.pro R.P.124.a.Iubet lex Iulia perſequi ab ijs,ad quos ea pecunia,quam is accepit, qui damnatus ſit, peruenerit.& 123.b.Quò ea pecunia peruenerit. Q.Fr. 292.b.Græci omnes uias pecuniæ norunt, & omnia pecuniæ cauſa faciunt. In Arat. 205.a.Quantam pecuniam militibus in ſingulos Cæſar pollicitus ſit, tantam dari placet.

Pecunioſus,a,um.nummatus, peculiatus. pro Q.R. 52.b.Vir copijs rei familiaris locuples & pecunioſus. Parad.124.b.Nocens & pecunioſus reus. ad Her.31.b. Quæro igitur,unde iſte tam pecunioſus factus eſt? In V. 240.b.Homo pecunioſiſſimus. & de In. 50.b. Pecunioſus.)(.Tenuis.

Pecus,oris,& udis. Tuſ.163.a.Tum multitudo pecorum partim ad ueſcendum,partim ad cultus agrorũ, partim ad uehendum,partim ad corpora ueſtienda.In A.189 b.Antonius cædit greges armentorum, reliquiq́; pecoris, quodcunq; nactus eſt. contra Rul.73.b. Multa in mancipijs,multa in pecore,&c. Offic.21.a.In promptu habere quantum natura hominis pecudibus reliquisq́; beſtijs antecedat. At.106.a. Vt pecudes ſui generis ſequuntur greges,ut bos armenta.de N.58.b. & de Fin. 133. b.Sus uerò quid habet præter eſcam?qua pecude nihil genuit natura fœcundius.de Or.135.a.Agros publicos depaſci à pecore alicuius. de N.73.b.Agnum inter pecudes aurea clarum coma.Item:Tarda & languida pecus. At.12.a.Non modò homines,uerùm etiam pecudes ſciebant. & In C.108.b. Iſta non modò homines,ſed ne pecudes quidem.In P.83.a. Ego iſtius pecudis conſilio niti uolebam?In P.95. a. Iſtius impuriſſimæ atq; intemperantiſſimæ pecudis ſordes.In A. 216. a.



216.a.Si homines ſunt illi potius,quàm pecudes. Off.21.b Natura hominis pecudibus cæterisq́; beſtijs antecedit. & 35.a.Expertes rationis ſunt equi,boues,reliquæ pecudes. de Rep.apud Non.Cum adhibent in pecuda paſtores.

Pedalis,le.quod pedis unius menſurã continet. Acad. 20.b.Mihi quidem ſol quaſi pedalis uidetur.

Pedarius,a,um. frequentes, qui in ſenatu ipſi ſententiam non dicunt,ſed in aliorum pedibus eunt. Att.19.a.Et raptim in eam ſententiã pedarij cucurrerunt.Poſtquam. 205.b. Cum præclarum caput recitaretur,ne quis ad nos referret,ne decerneret, ne pedib. iret,ne ſcribẽdo adeſſet.

Pedes,itis.At.130.b.Equitum & peditum copiæ.

Pedeſter,ſtris,ſtre. I.A.223.a. Statua ænea pedeſtris uel equeſtris. de Sen.79.b. Pedeſtres nauales'ue pugnæ. de Fin.88.a.Equeſtres pedeſtresq́; copiæ.

Pedetentim,ſenſim. Tuſ.202.a.Senſim enim & pedetentim progrediens extenuatur dolor.Epiſt.134.a.Legi concionem tuam, nihil illa ſapientius, ita pedetentim & gradatim tum acceſſus à te ad cauſam facti, tum receſſus. de In.47.b.Pedetentim in defenſionẽ ingredi. & ad Her. 2.b.Pedetentim ad cauſam accedemus.pro Cl.42.a. À me omnia cautè pedetentimq́; dicentur. At.260.a.Quod me mones,ut pedetentim,aſſentior. pro Quint.9.a.Timidè ac pedetentim ad aliquid agendum deſcendere. Off.24.b. Sin minus,ſenſim erit pedetentimq́; mutatio facienda.

Pediſſequa,quæ.famula. de Or.105.b.Iuris ſcientiam eloquentiæ tanquam ancillulam pediſſequamq́; adiunxiſti. ad Herenn.40.b.Gorgia pediſſequa puerorum. & 28. b. Diuitiæ non ſunt idoneæ, quæ uirtutis pediſſequæ ſint.

Pediſſequus,qui.famulus.pro Dom.235.b.Cum hunc à pediſſequis conculcari iuberes. At.31.b.Clamor pediſſequorum noſtrorum. pro Deiot.144.a.Et eum à legatorum pedibus abduxit.

Peditatus,tus.pedeſtres copiæ. I.A.195.b.Tu ciuem ſceleratum peditatu,equitatu, copijs inſtrues? Ep.95.a. Armatura uaria peditatus & equitatus. & 244.b.Et equitatu,& peditatu,& pecunia paratus.

Pedor,oris.fœtor. Tuſ.196.a.Situ nidoris barba pedore horrida.& 204.a.Pedores.

Pegaſus,ſi. equus pennatus,ut in fabulis eſt. pro Q. 14.b. 15. a. O fortunatum hominem,qui huiuſmodi nuncios ſeu potius pegaſos habet.

Pegmata.ſunt ornamenta & machinæ quædã ligneæ, aut ex alia materia, quibus imponuntur ſtatuæ, ſigna,libri,& alia ad ædium ornatũ.ad Att.59.b.Nihil uenuſtius quàm illa tua pegmata.

Peiero,as. fidem iuſiurandumq́; negligo uel relinquo. pro R.P.128.a.Vbi ſemel quis peierauerit,ei credi poſtea etiam ſi per plures deos iuret,non oportet. pro Quin.R. 52.b.& ad Her.28.b.Nihil intereſt inter periurũ & mendacem:qui mentiri ſolet, peierare conſueuit. quem ego ut mentiatur inducere poſſum, ut peieret exorare facilè potero. pro Cl.43.b.Peierare conceptis uerbis. Offic.73.b. Non enim falſum iurare peierare eſt, ſed quod ex animi tui ſententia iuraueris, ſicut uerbis concipitur more noſtro,id non facere,periurium eſt.

Peior,us.deterior.I.A.219.b.Turpis fuga mortis omni eſt morte peior. Tuſ.178.a.Malum id quidem,ſed alia peiora. pro S.R.35.b. Verſa & mutata in peiorem partem ſunt omnia. Acad.15.b.Quid ſi utrunq;,num peius eſt?Tuſ.181.b.Turpitudo peius eſt quàm dolor. I.A.233. a.Quo neminem peius odi.& Epiſt.96.a.Oderam multo peius hunc,quàm illum ipſum Clodium. de Fin.118.a. Quod aliud alio melius eſſet,aut peius.

Pelagus,gi.mare. de Or.157.a.Feruet æſtu pelagus. Pacuuij.

Pelaſgus,a,um.Græcorũ natio & gens. de Fin.66.b.

Pelignus,a. At.121.b.C.Accius Pelignus. I.Vat.36.b.

Pelius.pro Cæl.41.a.Vtinam ne in nemore Pelio.

Pella.urbs.At.42.

Pellex, cis. quæ cum eo cui uxor ſit, corpus miſceat, cõcubina. Or.206.b.Ab hac indole iam illa matura uxor generi,nouerca filij,filiæ pellex.Sall.in Cic.275.b.Tu omnium cubiculorum ineunte ætate pellex,idem poſtea adulter.& 270.b.Filia matris pellex.

Pellicatus,tus.pro Cl.20.b.Filia nefarium matris pellicatum ferre non poſſet. Offic.38.a.Dionyſius ab uxore eſt propter pellicatus ſuſpicionem interfectus.

Pellicio,cis.allicio,induco. pro Cluen.20.b. Ea animum adoleſcentis pellexit omnibus rebus, quibus illa ætas capi & deliniri poteſt. pro Flac.161.a.Mulierem imbecilli conſilij ſatis locupletem pellexit Decianus ad ſeſe. de Orat. 106. a. Multo maiorem partem ſententiarum ſale tuo & lepôre pellexiſti.

Pellicula,læ. pro Mur.142.a.Atq; ille ſtrauit pelliculis hædinis lectulos punicanos.

Pellis,lis. de N.17.b.Soſpita dea cum pelle caprina, haſta,& ſcutulo.& de Or.115.a. I.P.98.b.Omni totius prouinciæ pecore compulſo pellium nomine. Acad.2.a. Vt non multum imperatori ſub ipſis pellibus ocij relinquatur.Item:Pellis inaurata arietis.

Pellitus,a.teſte Aſcon.73.

Pello,is.moueo,agito,depello. Orat.210.a.Si uicioſum eſt dicere ornatè,pellatur è ciuitate eloquentia. Off. 59.a. & de Orat.113.b.Quamobrem hoc deliberantium genus pellatur è medio.& de Leg.189.a.Thucydides ſcripſit libros ſuos cum in exilium pulſus eſſet.pro Cec.290. b.Qui armis fugatus pulſusq́; eſt,non eſt deiectus? de Ar. 252.b.Cum lapidibus optimos uiros foro pellis.pro Dom. 235.b. Hæc me domo mea pellet? pro Mil. 115.b. Pellere aliquem poſſeſſione. de Fin. 58.a.Pellere mœſtitiam ex animis. Epiſt. 56.b.Nulla me ipſum priuatim pepulit inſignis iniuria.aliter,perculit.Or.214.a.Quod cũ animos hominum auresq́; pepuliſſet, notandum certè genus fuit. de Fin. 71.b. Nec ullum habet ictum quo pellat animi ſtatum. Acad. 9.a. Quemadmodum prima uiſa nos pellerent,deinde appetitio ab his pulſa ſequeretur. de N.7.a. Senſus,quo natura ipſa pulſa ſentit. de Clar.182.b.Nerui in fidibus pulſi.Offic.60.a.Species utilitatis animum eius pepulit,qui,&c.

Pellucens,uel perlucens:id eſt,perlucidus.de Cl.190. a.Mollis & pellucens oratio.

Pelopidæ,arum. à Pelope immaniſſimo rege dicti. idcirco crudeles & immanes, quales erant Cæſariani, quos hic intelligit Cicero. Att.227.a. Vbi nec Pelopidarum facta,nec nomen audiam. & Epiſt.109.a.Hinc euolare cupio, & aliquò peruenire, ubi nec Pelopidarum nomen, nec facta audiam.Epiſt.108.b.Vbi nec Pelopidarum,noſti cætera. At.243.b.

Peloponneſiacus,a,um. Of.17.a. Peloponneſiacum bellum.

Peloponneſius,a,um. Att.60.a.Peloponneſiæ ciuitates.

Peloponneſus,ſi. Apia,Pelaſgia. At.90.a.Achaia. de D.99.a.Elis urbs Peloponneſi.

Pelops,pis. Tantali filius,qui in Peloponneſo regnauit. Tuſ.195.b. Pelops qui quondam ſocero Oenomao rege Hippodamiam raptis eſt nactus nuptijs.

Peloris,idis.terra,& Siciliæ pars,Peloro monti ſubiecta.I.V.236.b.

Pelorus,ri.mons.I.V.254.a.& 213.

Penarius,a,um.ut cella penaria.l.Penus. I.V.109.b. & de Sen.89.a.

Penates,tum.dij patrij,lares,foci. de N.39.b.Dij penates ſiue à penu ducto nomine, ſiue quòd penitus inſident. pro Dom.242.b. Illi dij penates ac familiares mei per uos in meam domum mecum erunt reſtituti. & ibid. Vos patrij penates familiaresq́;.& ibid.Vos qui huic urbi & reipublicæ præſides eſtis. & pro Seſt.12.b.Vos penates patrijq́; dij.& pro Syl.183.b.Dij patrij,ac penates, qui,&c. pro Dom.234.b.Vniuſcuiuſq; ueſtrûm ſedes,aras,focos,deos penates ſubiectos eſſe libidini tribunitiæ.I.V.203.b. Deos penates à te patrios repoſcit. pro Seſt.9.a.Exterminare aliquē à ſuis dijs penatibus. & pro Quin.15.b.Quintius à ſuis dijs penatib.præceps eiectus.pro Deiot.146.a. In conſpectu deorū penatiū necare hoſpitem.

Pendeo,des. ex aliquo aptus ſum,ſuſpēſus ſum,nitor. de D.136.a. Quidam ſomniauit ouum pendêre ex faſcia lecti ſui cubicularis. Tuſc.198.b.Si prudentia extrinſecus religata pendeat,& non oriatur ex ſe. I.V.159.b.Tamdiu pependit in arbore ſocius populi Romani, quamdiu uoluntas Apronij tulit.& 161.b.Pendêre ex arbore. & 217.a.Sagittæ pendebant ab humero.I.P.88.b. Vt tu uſpiam ſaxis fixus aſperis euiſceratus latere penderes. Offic. 13.b. Qui ex errore imperitæ multitudinis pendet, hic in magnis uiris non eſt habendus.& de Fin.75.a.Quid turpius eſt, quàm ſapientem ex inſipientium ſermone pendere? pro Syl.179.b.Omnis terror,& omnis ſuſpicionis timor ex Antonij improbitate pendebat. I.V.191.a.Vt intelligas non ex æſtimatione pendere crimen, ſed ex coniunctione,&c. Acad.29.a. Rationes quæ ex coniectura pendent.de Or.121.a.Cauſas non ex perſonis, ſed ex genere quæſtionis pendere.& Top.225.b.Cauſæ ex æternitate pendentes.pro Cecin.295.a.Non ex uerbis aptum pendere ius,ſed uerba ſeruire hominum conſilijs. Att.235.a. Reſpublica è Bruto pendet,quæ aut nulla erit,aut ab iſto ſeruabitur. pro Mar.134.b.Quis non intelligit ex unius tui uitam pendere omnium? Ep.160.b.Comitia tamen, quando ex his pendes, quantum facere poſſumus, in Ianuarium menſem protendimus.& 155.b.Puderet me inconſtantiæ literarum, ſi non ex aliena leuitate pēderent. Ep.94.a.Tuiq́; qui ex te pendent. Tuſc.235.a.Cui ex ſe ipſo apta ſunt omnia,nec ſuſpenſa aliorum bono caſu aut contrario,pendere ex alterius euentis coguntur. de Fin. 61.b.Pendere ex futuris. & Ep.69.b. Pendere aliunde. Q.Fr.325.b.Promiſsis ijs quæ oſtendis,non ualde pendeo. pro Mur.146.b.Salus noſtra, quæ ſpe exigua extremaq́; pendet. contra Rul.79.a.Suſpenſus & incertus obſcura ſpe,& cæca expectatione pendeo. contra Rul.82.a.Cætera uectigalia per leui ſæpe momento fortunæ, inclinatione temporis pendere. Ep.114.b.Ego quidem uehemēter animi pendeo. At.122.a.& Tuſ.216.b.Pendeo animi expectatione Corfinienſi. de L.157.b.Et animi pendere ſoleo,cum quid orſus ſum,ſi traducor aliò. At.259.b.Animi pendeo de te & de me. At.177.b.& 221.b.Pendeo animi, quam nam rationem,&c. Tuſc.169.a.Si expectando & deſiderando pendemus animis,cruciamur,angimur. Att. 62.b.Ne diutius pendeas,palmam tulit. de Or.118.b.Ex quo uerbo lege Apuleia tota illa cauſa pendebat. & Att. 177.b.Pendere animi. I.P.101.a.Non in tabellis paucorum iudicum, ſed in tabellis omnium iudicum famam noſtram fortunamq́; pendere. Parad.118.b.Cui omnis ſpes, & ratio,& cogitatio pendet ex fortuna.

Pendo,dis,pependi.appendo,æſtimo,ſoluo.Or.201.b.In philoſophia res ſpectatur, non uerba penduntur. I.V.200.a. Rem uobis proponā, uos eam ſuò nominis pondere penditote. Ep.177.a.Totamq́; iſtam cantilenam ex hoc pendunt,ut quamplurimū lucri faciant. pro Quint. 1.b.Si ex opibus, non ex ueritate cauſa pendetur. pro S.R.28.b.Tamen non temerè creditur,neq; leui coniectura res penditur. contra Rul.89.a. Ego pro aqua uectigal pendam. & Q.Fr.296.b.Pendere uectigal.de Pro.70.a. Achæi ingentem pecuniam pendunt L. Piſoni quotannis. At.89.a.Vedius HS.centena pendat neceſſe eſt.& 228.a. Vel impenſo precio. At.194.b.Pendere uſuram pecuniæ cuipiam. & 193.a.Pendere uſuram ei à quo emeris. Att. 175.a.Maximas pœnas pendo temeritatis meæ. & 224.b.& Tuſc.180.a.Pœnas illum pependiſſe audiui.

Penè.propè, nihil propius eſt factum, quàm ut,&c. de Or.9.b.Oratori poeta multis ornandi generibus penè par,in hoc autem propè idem,nullis ut terminis,&c.Ep. 4.a.Bibulum habuimus multo iuſtiorem, penè etiam amicum. pro Q.R.47.b. Iudicia ſummæ exiſtimationis,& penè dicam,capitis. Ep.22.b.Penè factus ſum ille.

Penes. I.V.186.b.Cum omnis copia frumenti penes iſtum eſſet redacta. cōtra Rul.76.a. Agri quorum adhuc penes Pompeium omne iudicium & poteſtas more maiorum debet eſſe. pro Dom.239.b.Cenſor,penes quem maiores noſtri iudicium ſenatus de dignitate eſſe uoluerunt. pro Mil.113.a. Serui centum dies penes accuſatorem fuerunt.Or.210.a.Eloquentia eos ornat,penes quos eſt. ad Her. 27. a. Vt ne ad ſolarium quidem idoneus, ſed penes ſcenam,& in eiuſmodi locis exercitus ſis. de Cl.188.b.Locutionis emendatæ ac latinæ laus penes Cæſarem fuit. I.V. 243. b. Cum penes te prætorium ac nomen eſſet. & Poſtquam.202.b.Imperium quod erat penes ipſos.Epiſt. 52.b.Ille,penes quē omnis eſt poteſtas. & 155.b.ad Her. 25.a.Si putabit poſſe omnia penes unum autorem conſiſtere:id eſt,omnia penes unum reperiret.

Penetrales.loca interiora et ſecretiora domus uel templi. de Ar.257.b. Abditi & penetrales foci.de N.39.b.À penu penetrales à poetis uocantur.

Penetro,as.peruado,pertineo,permano,ſerpo. pro Arch. 190. a. Cupere debemus, quò minus manuum noſtrarum tela peruenerint, eódem gloriam famamq́; penetrare. de Som.130.a.Cum Romulus hæc ipſa in templa penetrauit.de Pro.75.b.Non ipſe ad eorum urbes ſedesq́; penetrauit. I.V.225.a.Subitò,non lōgè à Syracuſis penetrauit ſub terras. Acad.30.b.Nulla acies humani ingenij tanta eſt,quæ penetrare in cœlum poſsit. Tuſ.157.a.Animus penetrat,& diuidit omne cœlum. de N.57.a.Ratio hominis in cœlum uſq; penetrauit.Part.241.a.Definiendo uerbo penetrare ad ſenſum opinionemq́; iudicis.de Cl. 177.a. Nulla res magis penetrat in animos. I.A.250.a. Antonio in Galliam penetranti D. ſe Brutus obiecit. de Vn. 201.a. Aſtra per cœlum penetrantia ſolſtitiali ſe & brumali reuocatione conuertunt.

Penicillus,li. Orat.203.b. Pictor uidit obuoluendum caput Agamemnonis eſſe, quoniam ſummum illum luctum penicillo non poſſet imitari. Quint. Frat. 315.b. Mihi date Britaniā,quā pingā colorib.& penicillo meo.





Peniculus,li. Ep.140.a. Caudam antiqui penem uocabant,ex quo eſt propter ſimilitudinem peniculus.

Penis,nis. Ep.140.a.Caudam antiqui penem uocabant, ex quo eſt propter ſimilitudinem peniculus, at hodie penis eſt in obſcœnis. Ep.140.a.Adoleſcentes peni deditos eſſe,Piſonis Frugi.

Penitus.prorſus. de N.24.b.Euhemerus religionem penitus totam ſuſtulit.Ep.70.a.Rationes à te collectæ uetabant me reipublicæ penitus diffidere. Offic.38.a.& de Or.154.a. Hanc conſuetudinem penitus amiſimus. pro Q.R.48.a.Supercilia illa penitus abraſa.Ep.259.a.Tamen te penitus rogo,ne,&c.de N.39.b.Dij penates dicti, eo quòd penitus inſident. pro Mil.114.b.Si tibi penitus inſedit iſta ſuſpicio. I.C.103.b.Periculum autem reſidebit & erit incluſum penitus in uenis atq; uiſceribus reipublicæ.de Arch.257.a. Vicia in aliquo penitus defixa atq; hærentia. contra Rul.69.a.Odium penitus inſitum.de Or. 94.a.Res penitus perſpectæ planeq́; cognitæ. & 138.a. Res penitus ex cauſa efflorescere. de Or.92.b. Artem cognitis penituſq́; perſpectis rebus contineri. de Or.93.a. Penitus in eam ipſam huius ſtudij diſputationem intimam perueniſtis.de Or.86.a.b.Omnes animorum motus penitus pernoſcendi. de Cl.180.b.Totam enim rempublicam tenebat,penituſq́; cognorat. Att.109.b.Dimittam ne me penitus in cauſam. Quin.Fr.292.b.Qui in tuam familiaritatē penitus intrarit.I.V.143.a.Is bene penitus in iſtius familiaritatem ſeſe dedit. pro Cluen.18.b.Euellam ex animis hominum tantam opinionem? tam penitus inſitam? tam uetuſtam?I.C.102.b.Et ea penitus animis ueſtris mentibuſq́; mandate. contra Rul.75.b.Penitus abſtruſas inſidias contra aliquem ponere. pro Syl.169.a.Nondum penitus in republica uerſabar. Acad.9.b.Natura in profundo ueritatem,ut ait Democritus, penitus abſtruſit.& 31.a.Videamus terrā ne penitus defixa ſit. Ep.165.a.Legiones penitus in Luſitania in hybernis collocaram. de Fin. 150.b.Habere aliquam rem penitus cognitam. I.V.249.b.Opus multorum operis penitus exciſum. Tuſ.229.a.Tibi nos ut antea magna ex parte, ſic nunc penitus totoſq́; tradimus. Ep.223.b.Eum tibi penitus commendo atq; trado.Ep.259.a.Tamen te penitus rogo,ne,&c. de Fin.56.a. Ob eamq́; cauſam multi ſeipſos penitus perdiderunt. Att.128.b. Explicari mihi tuum conſilium planè uolo,ut penitus intelligam.Off.35.a.& de Leg.159.a.Nec aurum effoderetur penitus abditum.& 161.a.Sed penitus ex intima philoſophia hauriendam iuris diſciplinam puto. Item: Natura in ſpecie oris penitus reconditos mores effinxit.

Penna,næ.pinna. de N.52.a. & de D.102.a.Aures pullos ex ouis excluſos pennis foueat, ne frigore lædantur.de Fin.132.a. Pennarumq́; contextu corporis tegmenta faciebat. In Arat.Quæ uolat,& ſerpens geminus ſecat aera pennis.

Pennatus,a,um.pinnatus.de D.102.a.Hic Iouis altiſoni ſubitò pennata ſatelles.& in Arat.

Penniger,a,um. de Vn.201.a. Animalium genus pennigerum & aerium.

Pennula,læ.parua penna.de N.52.a.

Penſio,onis.merces,uectigal.Ep.92.b.Teneor tamen dum à Dolobellæ procuratoribus exigam primam penſionem. pro Quin. R.53.b. Cum altera penſio ſoluenda eſſet.At.172.a.De penſione altera,oro te,omni cura conſidera,quid ſit faciendum. Att.188.b.Sed de prima penſione antè uideamus,adeſt.I.A.181.b.Iſta coniunx tua nimium debet diu populo Romano penſionem tertiam. At. 251.b. Hortenſius uerò impudenter, nihil enim debetur ei, niſi ex tertia penſione, quæ eſt Calend. Sextil. ex qua penſione ipſa maior pars eſt ei ſoluta aliquando ante diem.

Penſito,as.pendo. pro Pom.6.b.Qui uectigalia uobis penſitant,aut eos qui exercent atq; exigunt.& contra Rul. 89.a. Immunia commodiore conditione ſunt, quàm illa quæ penſitant.I.V.185.a.Penſitare pecunias alicui.

Penſum,ſi.à pēdeo.quod in colu eſt,è quo fila ducunt nendo mulieres. de Orat.153.b.Nunc ad reliqua progrediar,meq́; ad meum munus penſumq́; reuocabo.

Penſum.penſio.I.V.171.a.Penſum in agro Leontino magis eſt exigendum.

Penula,læ.pallium quo utimur in itinere propter pluuiam,lacerna. pro Mil.106.b.Milo de rheda reiecta penula deſiluit. At.316.a.Sed ita egi,ut non ſcinderem penulam..& ibid.Horum ego uix attigi penulam.pro Seſt.21.a.Is Milloniam penulam arripuit,&c.

Penulatus.penula indutus aut amictus.l.Rheda.

Penus. de N.39.b.Penates à penu ducto nomine.eſt enim omne quo uescuntur homines,penus.

Penuria,riæ.paucitas. de Clar.165.a.Magna ſapientium ciuium bonorumq́; penuria.de Am.108.a.Sunt igitur conſtantes eligendi amici, cuius generis magna penuria eſt.de In.76.b.Penuria agri.)(.Copia.

Per,cum accuſatiuis rerum.pro Quint.12.b.Qui per uim & ſcelus plurimum poſſunt.& 20.a.Iſta cauſa abs te tota per ſummam fraudem & malitiam ficta eſt. pro S.R.19.b.Quod per ſcelus adeptus eſt,per luxuriam effundit ac conſumit.Offic.74.a.Quod per uim actum eſt,ratum eſſe non debet. de Leg.192.b.Agere aliquid per uim. I.V.87.a.Per ſcelus & latrociniū afferre aliquid.Quint. Fr.294.a.& I.V.234.a.Per uim & metum facere uel auferre aliquid.pro D.225.a.Per inſidias interficere aliquē. de N.77.a. Poteſtas quam ipſe per ſcelus erat nactus.I.P. 85.b. Lex iniuſta per ſeruos, inciſa per uim, impoſita per latrocinium.Quin.Fr.327.b.Per uim perferre legem. de Ar.251.b. Pòſt exercitu ſolicitato per nefandum ſcelus fugit illinc. pro S.R.23.b.Per ſummum dedecus uitam amittere. pro Quin.2.a. Mihi ſummam per iniuriam omnia inimica ſunt. Ep.123.a.& I.V.63.b.Per iniuriam facere uel eripere aliquid alicui. pro Q.R.48.b.Fannium per maliciam feciſſe, & Roſcium per imprudentiā deceptum eſſe.& ibi. Vtrunq; incredibile eſt,& Roſcium quicquam per auaritiam appetiſſe,& Fannium quicquam per ſe bonitate amiſiſſe.pro Mil.104.b.Mors illata per ſcelus. ad Her.12.b.Per dolum facere aliquid. Tuſ.226.b.Per iram interficere aliquem. Ep.40.b.Per uim uiolare aliquem. I.V. 224. a. Res per caſtimoniam mulierum ac uirorum ſacræ,per alicuius ſtuprum uiolatæ. pro Cec.286.a.Per tutelam aut fiduciæ rationem fraudare quempiam. de In. 61.b. Aliquid per uim, per manum opulentā factum eſſe. ad Her.10.b. Per culpam uenire in neceſsitatem.& 28.b. In bello per ignauiam tubæ ſonitū ferre non potes. de In. 56.a. Per fidem fallere aliquē. Poſtquam.202.b.Qui per ſimulationem amicitiæ me prodiderunt.pro Dom.206.b Cato inuiſus,quaſi per beneficium Cyprum relegatur,alter eijcitur per honorem turpiſsimum, alter per honeſtiſſimam calamitatem. pro S.R.32.a. Aſcēdere per alterius incommodum & calamitatē.& 24.a. Scæuola ciues ſuos ſeruare per compoſitionem uolebat. pro Q.12.b.Per ius & magiſtratus aliquem defendere.pro S.R.20.a.Per ſententiam

tentiam iusq; iurandum alicuius aliquid aſſequi, quod antea ſcelere ac ferro aſſequi conſueueris. Or.205.a. Translata, quæ per ſimilitudinẽ ab alia re transferuntur. de N. 9.a. Rebus inanimis per quandam ſignificationẽ, deorum nomina eſſe tributa. de Or.157.a. Verbum per ſimilitudinem translatum. de Or.143.b. C. Cotta depulſus per inuidiam tribunatu. pro Dom.229.b. Ferre legem alicui per gratiam. In Vat.31.b. Vt nemo per tuum latus (quod ſoles dicere) ſaucietur. pro Dom.223.b. Ne id quidẽ per legem Liciniam, ut ipſe tibi curationem ferres, facere potuiſti. I.P.83.a. Tamen id ijs non licere per interdicta crudelitatis tuæ, poteſtatis erat non ferendæ. I.A.240.a. Sed quaſi per caliginẽ perſtrinxerat aciem animi Bruti ſalus. pro Mil.110.a. Hoc neq; per naturam fas eſt, neq; per leges licet. de Or.157.b. Nexum quod per librã agitur. I.V.134.a. Per hanc rationem: id eſt, ad hunc modum, uel hoc modo. de D.120.a. Hoc igitur per gallinas Iupiter tantæ ciuitati ſignũ dabat. de D.134.a. Aeſculapius poteſt præſcribere per ſomnium curationem ualetudinis. de Or.87.a. Quæ ſit ab actio Nauio per lituum regionum facta deſcriptio. de D.118.a. Quàm ſcitè per notas nos certiores facit Iupiter. & 114.a. Animus per ſomniũ curis uacuus. & 87.b. Vaticinans per furorem, ut Sibylla, &c. de Pro. 77.a. Per manus prouinciam alteri tradere. Ep.257.a. Cum per ualetudinem & per anni tempus nauigarẽ poteris, ad nos ueni. & 94.b. Cum per ualetudinem poſſes, noluiſti. I.A.172.a. Omnes conſulares, qui per eam ualetudinem exequi fugã illam non poſſunt. Att.276.b. Nunc per auſpicia longam moram uideo. pro Pom. 17.b. Nec Pompeij gratiam mihi per hanc cauſam conciliari puto. I.V.74.b. Per gratiam contendere aliquid ab aliquo. & 191.b. Per beneficium concedere aliquid. de In.81.a. Nemo poteſt omnes res per ſcripturam complecti. & 64.a. Per impulſionẽ facere aliquid. Top.227.b. Per exta præſenſio. de Or.98.a. Per quædã inuolucra & integumenta perſpicere aliquid. de N.54.b. Natura membranas oculorum perlucidas fecit, ut per eas cerni poſſet. In Verrem 212.a. Non per præſtigia, ſed palàm per imperium oppidum compilare. & 201.a. Per ſimulationem ædilitatis. contra Rullum 85.b. Illam copiam cum hac per riſum ac per iocum contemnent. In Verrem 273.a. Honores ad quos per ludum & per negligentiam perueniſtis.

Per, cum perſonis coniunctum: ut per me, id eſt me autore, &c. Att.15.b. Cæſar cum eo coire per Arrium cogitat, & Bibulus cum hoc ſe putat per C. Piſonem poſſe coniungi. de Or.88.a. Plura detrimenta publicis rebus, quàm adiumenta per homines eloquentiſſimos importata. I.C. 119.b. Ne quis pœnam eorum aut per ſenatum, aut per populum leuare poſsit. pro Mil.120.a. Tranquilla rep. ſine me ipſi, ſed per me tamen perfruantur. de Ar.253.a. Ne per optimatum diſcordiam pericula patribus creentur. pro Mil.102.b. Habere ſpem ad ſalutem alicuius per iudices expugnandam. de Pro.78.a. Licere per aliquos gloriari aliquem, ſe, &c. I.A.153.a. Pax denique; per eum, per liberos cum ciuibus confirmata eſt. pro Mur.135.a. Exturbare aliquem, qui & per ſe, & per ſuos, & uero etiam per alienos defendatur. pro Fl.157.a. Si ciuitas per uiros bonos grauesq; homines querelas ad uos detuliſſet. pro Dom.224.b. Cum meam domum refertã uiris bonis per amicos ſuos complerent. Attic.66.b. Nihil intereſt, utrum per procuratorem agas, an per te ipſum. pro S.R. 87.a. Recede de medio, per alium tranſigam. Attic.86.b. Per binos tabellarios miſi Romam literas. Attic.76.a. Tu autem ſæpe dare poteris tabellarijs publicanorum, per magiſtros ſcripturæ. pro Cluen. 53.a. Venenum datum alicui per aliquem. I.P. 98.b. Quid per tuum ſeruulum ordines aſsignati? pro Cluent. 27.a. Comparare inſidias alicui per aliquem. Attic.11.b. Biduò per unum ſeruum confecit totum negocium. I.C.101.a. Nullum iam tot annos facinus extitit niſi per te, nullum flagitium ſine te. & 106.a. Quod nefarium ſtuprum non per illum? Attic.20.b. Enitere per ſeruos tuos, ut ſcheda ne qua depereat. de Nat.77.a. Per præconem uendere aliquid. Attic. 277.b. Bibulus uellet per te aliquid autoritatis aſſumere. In Verrem 110.b. Iniurias ſuas per uos ulciſci ſtatuerunt. & 58.a. Vlciſci iniurias ſuas per alium. pro S.R.31.b. Vulgò occidebantur per quos? Attic.82.b. Appius aliquot turmas equitum dedit Scaptio, per quas Salaminios coerceret. Quint.Frat.313.b. Mirificè mihi & per ſe, & per Pompeium blanditur Appius. Attic.93.a. Rex non in Pompeium prolixior per ipſum, quàm per me in Brutum fuit. pro Quint.3.a. Per te C. Aquili decidit Quintius, quod liberis Scapulæ diſſolueret. Item: Hoc eo per te agebatur, quòd, &c. Quint.Frat.294.b. Complures urbes dirutas ac penè deſertas per te eſſe recreatas. de Seneċt.81.a. Reſpublica per adoleſcentes labefactata. pro Flac.160.b. Ante pedes prætoris in foro expenſum eſt auri pondo centum, paulo minus per Sex. Cæſium, &c. Attic.284.b. Atqui non eſſe, quàm eſſe per illum præſtat. & 173.a. Clodius ſuſpicatur aliquid à ſuis, uel per ſuos potius inimicos ad te eſſe delatum, quo, &c. & 175.a. Per eos diligentiſſimè contendas opus eſt, ut, &c. de Orat.135.b. Ego cùm doctior per te, tum etiam audacior factus ſum ad iocandum. Attic.143.b. Id aſſequetur, ſi per prætores conſules creentur. & 129.a. Volo etiam exquiras quid Domitius agat, (habebis autem per quos poſsis.) & ibid. Memini quid mihi ſuaſeris per Theophanem Culeonem. Epiſt.4.b. Per te factum eſt, quo minus pax fieret. Attic. 235.b. Hircium per me meliorem fieri uolunt. Acad.23.b. Per me uel ſtertas licet, non modò quieſcas. Epiſt.110.a. Trahantur per me pedibus omnes rei. Tuſcul.219.a. Digladientur illi per me licet: id eſt, quod ad me attinet. Epiſt.217.b. Per quos homines ſteterim. Epiſt.42.a. Memetipſum per illum reſtitutum puto. & ibi.b. Agere aliquid per aliquem. & 6.a. Per aliquem fieri certiorem, &c. & 110.a. Quæ ſunt à me in ſecundo libro per Antonij perſonam diſputata. & 143.b. Nunquam per M. Antonium quietus fui. Tuſcul.158.a. Liberari metu per aliquem.

Per ſe aliquid agere. l. Per ſe. pro Mar. 137.a. Cum id neque per te ſcires, neque aliunde ſcire potuiſſes. pro Syll. 179.b. Vargunteium & Antonium nihil audacter ipſos per ſeſe ſine P. Sylla facere potuiſſe. pro Plan.268.b. Is omnibus officijs per ſe, per patrem, per maiores ſuos totam Atinatem præfecturam comprehenderat. de Or. 109.a. Cæteræ ferè artes ſe ipſæ per ſe tuentur ſingulæ. & 144.b. Nullum genus rerum auulſum à cæteris per ſe ipſum poteſt conſtare. Epiſtol.38.b. Hoc cùm per ſe mihi gratum eſt, tum quod, &c. & 39.b. Hoc eſt mihi charum non propter, &c. ſed per ſe, &c. Tuſc.218.a. Quod cùm ipſum per ſe, tum, &c. Orat.101.a. Iam uerò ipſa per ſeſe multum prodeſt. I.C.103.a. Homo per ſe cognitus nulla commendatione maiorũ. Ep.10.a. Per ſeſe facere aliquid. )(. Cum alio.12.a. pro Dom.227.b. Exul, ipſum per ſe nomẽ eſt calamitatis. de Ar.253.a. Hoc quid ſit, per ſe ipſum



non facilè interpretor, ſed ex eo quod ſequitur, ſuſpicor. pro Seſt. 16.b. Virtus ſplendet ipſa per ſeſe ſemper, nec alienis unquam ſordibus obſoleſcit. de Or.129.b. Hoc non minus eſt per ſe ipſum inuidendum. de N.32.a. Ignis per ſe ipſe ac ſua ſponte mouetur. de Or.109.b. Tu qui rationem dicendi per te ipſum, uſum autem per nos percipere uoluiſti. & 93.a. Cum & per me ipſum egiſſem, & per Brutum ſæpe tentaſſem. I.C.99.b. Quotienſcunq; me petiſti, per me tibi obſtiti.

Per literas. Att.245.a. Agere gratias alicui per literas. At.207.a. Brutus per literas purgat Cæſarem de interitu Marcelli. & 150.a. Cæſar mihi ignoſcit per literas, quòd non uenerim. & 204.b. Inuito eum per literas, ut apud me diuerſetur. I.P.88.a. Is à ſenatu ſupplicationem per literas poſtulauit. & I.V.175.b. Per literas ſupplicare alicui. Att.278.a. Conſolari aliquem per literas. & 15.a. Ea pars epiſtolæ, per quam te mihi purgatum eſſe uoluiſti. & 19.b. Q. Frater purgat ſe mihi per literas. pro Fl.163.b. Nunc matri purgat ſe per epiſtolam. At.178.a. Accuſaſti me per literas grauioribus uerbis. Att.89.a. & Ep.6.a. Colloqui cum aliquo per literas. & 15.b. Per literas colloqui cum aliquo, uel oſtendere aliquid. Ep.20.a. Per literas petere aliquid ab aliquo. pro Syl.177.b. Literæ, per quas ille precib. à Sylla petit, ut gladiatores emat.

Per deos, & cæteræ uel iurandi, uel precandi formulæ. pro R.P.128.a. Per plures deos iurare. Off.33.b. Quid eſt enim per deos optabilius ſapientia? pro Fl.147.a. Per deos immortales iudices uos quæretis? &c. I.V.218.b. Quis nã per deos immortales tuebitur P. Scipionis mortui memoriam? pro S.R.43.a. Si tibi omnia mea tradidi, per deos immortales, quæ eſt iſta crudelitas? pro Seſt.24.a. Hæc imitamini per deos immortales, qui gloriam quæritis. de N.22.a. Hoc per ipſos deos quale tandem eſt? Att. 284.a. Propera per deos. et ad Her.40.b. Et tu per deos, inquit, hunc amplexare. Oct.329.b. Nam per deûm immortalium fidem, perq; fortunam populi Romani, quis, &c. de Orat.131.a. Per tuam nobilitatem, per ueſtram familiam, per tuas ſtatuas, &c. & pro Quint. 18.a. Næuium obſecrauit per fratris ſui mortui cinerem, per nomen propinquitatis, per ipſius coniugem & liberos, ut, &c. ad Her.40.a. Parce, inquit, & per ea quæ tibi dulciſſima ſunt in uita, miſerere noſtri.

Per, cum tempus ſignificat. de Cl.191.b. Duo fratres per idem tempus diſsimiles inter ſe. Attic.108.a. Tenuiſti prouinciam per decem annos, nõ tibi à ſenatu, ſed à te ipſo per uim & factionẽ datos. & 104.b. Hunc per annos decem aluimus contra nos. Ep.145.a. Per tot annos rep. deuexata. Quin.Fr.307.b. Cõſecuti ſunt dies comitiales, per quos ſenatus haberi non poterat. pro S.R.31.b. Per iſta tempora ijdem fuerunt, &c. & pro Cl.53.b. Per hos annos, &c. pro Cl.22.b. Per illam uim atq; uictoriam L. Syllæ: id eſt, eo tempore. I.C.115.a. Ludi, decem per dies facti. Ep.117.b. Vtiq; eius rei cauſa per dies comitiales ſenatum haberent. Ep.259.a. Tamen te penitus rogo, ne te uiæ per hyemem niſi bene firmam committas. Ep.94.b. Neq; tamen dubito, quin per eos dies matutina tempora lectiunculis conſumpſeris. & 95.a. Binæ uenationes per dies quinq; magnificæ. pro Pom.4.a. Cum antea per ætatem nondum huius autoritatem loci cõtingere auderem. pro Dom.220.b. Factus es eius filius contra fas, cuius per ætatem pater eſſe potuiſti. & ibi. Ille tibi loco filij per ætatem eſſe poteſt. Ep.197.b. Quod nullam partem per ætatem ſanæ & ſaluæ reip. guſtare potuiſti. Q. de Pet.210.b. Qui per ætatem & per negocium poſſunt.

Pergratum, & alia. At.20.a. Per mihi, per, inquam, mihi gratum feceris. de Amic.98.b. Pergratum mihi feceris. & de Or.103.a. Per mihi mirum uiſum eſt, te, &c. At. 154.b. & 240.a. Per enim magni æſtimo, te, &c. Reliqua compoſita uide locis ſuis.

Perabſurdus, a. Part.234.b. Nam hæc quia uidentur perabſurda, cum grauiora ſunt quàm cauſa, diligenter ferè quid quemq; deceat, iudicandum eſt.

Peraccommodatus, a. Ep.33.a. Tunc mihi ille dixit, claſſe te uelle decedere, perfore accommodatũ tibi, &c.

Peracer, cre. de Or.154.b. Ingenium peracre.

Peracerbus, a. de Off.88.

Peracutus, a. I.V.130.b. Qui eo uultu nos intuetur, ut ſibi ipſe peracutus eſſe uideatur.

Peracutè. aduer. acutè. Acad.45.b. Peracutè moueri. Epiſt.35.a. Et ſimul peracutè quærebaris, quòd eos tributa exigere uetarem prius, quàm ego re cognita permiſiſſem.

Peractio, onis. finis, extremum. de Sen.95.a. Senectus peractio ætatis eſt tanquam fabulæ.

Peradoleſcens. adoleſcens. pro Pom. 15.b. Quid tam præter conſuetudinem, quàm homini peradoleſcenti, cuius à ſenatorio gradu ætas longè abeſſet, imperium atque exercitum dari?

Perœbia, æ. regio. I.P.100.

Peræquè. I.V.174.b. Atq; hoc peræquè in omni agro decumano reperietis. & Or.198.b. I.P.98.a. Quod cùm peræquè omnes, tum acerbiſſimè Bœotij ſenſerunt. Epiſt. 165.b. Legiones omnes peræquè Antonij cæſas.

Peræquus, a. I.V.210.b. Vt hoc liceret ſuſpicari, fuiſſe aliquando apud Siculos peræqua proportione cætera.

Perago, gis. perficio. de N.28.a. Gracchus cum comitia nihilominus peregiſſet, rem ad ſenatum retulit. I.P. 80.b. Atq; ita eſt à me conſulatus peractus, ut, &c. de Seneċt.91.b. Nec hiſtrioni ut placeat, peragenda eſt fabula, modò in quocunq; fuerit actu, probetur.

Peragratio, onis. percurſatio, luſtratio. I.A.171.b. Peragratio itinerum, luſtratio municipiorum.

Peragro, as. pedibus obeo, luſtro, concurſo. I.V.225.a. Ceres dicitur orbem omnium peragraſſe terrarum. & de Orat. 132.b. Cum quidem omnes prouincias ſe peragraſſe gloriaretur. de Cl.169.a. Eloquentia omnes peragrauit inſulas, & peregrinata tota Aſia eſt. pro Muren. 126.b. Aſia ab eo in militari labore peragrata eſt. pro Mil.120.b. Fama de interitu Clodij fines imperij Romani iam peragrauit. de Pro 75.b. Has regiones populi Romani arma peragrarunt. de D.100.a. Cilices, qui campos et montes hyeme & æſtate peragrant. de Ar.249.a. Agros & nemora peragrare. pro Cor.57.b. Cn. Pompeij res geſtæ omnes gentes cum clariſsima uictoria terra mariq; peragrarunt. de Fin.145.a. Plato Aegyptum peragrauit. de Vn.200.b. Annus, ubi ſol ſuum totum confecit & peragrauit orbem. pro Cæl.48.b. Poſſum omnes latebras ſuſpicionum peragrare dicendo. de Or.104.a. Oratorem dicendo peragrare per animos hominũ, ſenſus menteſq; pertractare. de Fin.86.a. Qui innumerabiles mundos, infinitaſq; regiones, quarum nulla eſſet ora, nulla extremitas, mente peragrauiſſet. & 88.a. Maria pedibus peragrare, claſsibus mentes. & 145.a. Peragrare, luſtrare, pedibus obire. de Cl.194.b. Pòſt à me Aſia tota peragrata eſt, cum ſummis oratoribus. Off.52.b. Et ob eam cauſam urbe relicta, rura peragrantes ſæpe ſoli ſumus.

Peramans,tis.amans. At.59.b.Homo peramans ſemper noſtri fuit.

Peramanter. At.139.

Peramplus,a.I.V.226.a.Signa perampla.

Peranguſtus,a.I.V.270.a.b.Peranguſtum fretum.

Peranguſtè.adu. de Or.98.a.Perfice,ut Craſſus hæc quæ coarctauit, & peranguſtè refersit in oratione ſua dilatet nobis atq; explicet.

Perantiquus,a.I.V.200.b.Sacrarium perantiquum.

Perappoſitus,a.de Or.134.a.Non ſolum mimis perappoſita,ſed etiam quodammodo nobis,&c.

Perarduus,a. I.V.185.a.Mihi perarduũ eſt hoc commonſtrare.

Perargutus,a.de Cl.179.Homo perargutus.

Perattẽtè audire aliquẽ.attentiſſimè. pro Cæl.42.b.

Perattentus.attentus.I.V.150.a.Perattentos animos habere.

Perbacchor,aris.bacchari,furere. In Sall.273.b. Poſteaquam ille ſuum annum in rep.perbacchatus eſt. I.A. 180.a. Quamdiu in illa uilla turpiſſimè es perbacchatus?

Perbeatus,a.beatus.de Or.85.a.Perbeati fuiſſe Q.Frater illi uideri ſolent,qui in optima rep.cum & honoribus & rerum geſtarum gloria florerent,eum uitæ curſum tenere potuerũt, ut uel in negocio ſine periculo, uel in ocio cum dignitate eſſe poſſent.

Perbellè.adu. Att.57.a.Perbellè feceris,ſi ad nos ueneris. Ep. 263.b. Sed ſi me amas,quod quidem aut facis,aut perbellè ſimulas,quod,&c.

Perbenignè.adu.benignè. Att.310.b.Perbenignè reſpondere.

Perbeneuolus,a.beneuolus.Ep.235.b.Cænius eſt perbeneuolus nobis.

Perbene.l.Bene.

Perblandus,a. pro Rab.Poſt.126.a. Huic perblandus reperiendus fuit,&c.

Perbonus,a.I.V.208.b.Perbona Toreumata.pro Fl. 161.a.Agri natura perboni.

Perbono eſſe alicui.At.84.b.Quoad mecum rex fuit, perbono loco res fuit.

Perbreuis,e.I.V.152.a.Perbreue tempus.

Perbreuiter.breuiter. pro Dom.221.a.Sed hæc de auſpicijs quæ ego nunc perbreuiter attingo,acta ſunt à te.

Percautus,a.At.293.a.Delectus percautus.

Percalleo,les.obdureſco.de Orat.122.a.Si modò uſum rerum percallueris. pro Mil.116.a.Sed neſcio quomodo uſu obduruerat, & percalluerat ciuitatis incredibilis patientia.

Percelebrari.ualde celebrari,& diuulgari. I.V.252. De qua muliere plurimi uerſus tota Sicilia percelebrabantur. pro Cæl.* Audita,& peruulgata,& percelebrata ſermonibus res eſt.

Perceler. celer.pro M. Cæl.50.a.Interitus perceler.

Perceleriter.Ep.89.a.Perceleriter aliquid adferre.

Percello,lis,perculi,perculſum.l.Perculſus.I.V.177. b. Hæc te uox non perculit? non perturbauit? pro Cæl. 54. b. Ne adoleſcentiam plenam ſpei maximæ perculiſſe atq; afflixiſſe uideamini. pro Dom.218.b.Iiſdem machinis ſperant me reſtitutum poſſe labefactari, quibus antea ſtantem perculerunt.pro Mil.112.a.Mars communis qui ſæpe ſpoliantẽ iam & exultantem euertit & perculit ab abiecto. pro Seſt.27.a.Quos repentina aliqua uis ac tempeſtas perculit popularis.de Or.135.a.Scipio qui T.Gracchum perculit. pro Mil.113.b.Quæ quãuis etiam mediocrium delictorum conſcientiam perculiſſent. pro Mar. 133. b. Quos amiſimus ciues,eos Martis uis perculit, non ira uictoriæ.

Percenſeo,ſes.recenſeo,percurro. Part.241.b.Quo in genere percenſere poterit pleroſque inueniendi locos. contra Rul.75.b. Italiam percenſuiſti,perge in Siciliam. Poſt.204.a.Quis poſſit ueſtra in me uniuerſa promerita non dicam complecti orando,ſed percenſere numerando.

Perceptio,onis.collectio,comprehenſio. Offic.35.a. Frugum fructuumq; reliquorum perceptio & conſeruatio. Acad. 7.a. Ars ex multis animi perceptionibus conſtat. Acad.47.b.Turpe eſt cognitioni & perceptioni aſſertionem approbationemq; præcurrere.

Perceptum,ti.l.Theorema.

Percipio,pis. fero, diſco, comprehendo.de Sen.81.b. Serere,percipere,& condere fructus. & Off.12.b.Vicinum citius adiuueris in frugibus percipiendis, quàm propinquũ. de N.4.a. Nam ſi ſingulas diſciplinas percipere magnum eſt,quanto magis omnes? Q.Fr.295.b.Cui in doctrina,cui in uirtute atq; humanitate percipienda plurimum à pueritia ſtudij fuiſſet & tẽporis. de Fin.62.a.Cognoſcere & percipere aliquid. Acad.10.a.Id tamen percipi ac comprehendi poteſt. Epiſt.232.b.Capere uoluptatem,percipere luctũ. de Fin.56.b.Percipere uoluptatem uel dolorem ſenſibus. de Sen.81.a.Themiſtocles omnium ciuiũ nomina perceperat. de Or.103.b. Philoſophia oratori neceſſariò percipienda eſt.I.C.102.b.Percipite quæſo diligenter quæ dicam.Or.197.b.Quæ neq; oculis,neq; auribus,neq; ullo ſenſu percipi poteſt.I.V.214.b.Percipere aliquid oculis.de Or.95.b.Aliquid percipere animo,et memoria cuſtodire.Off.12.b.Nec oratores,quamuis artis præcepta perceperint,quicquã ſine uſu & exercitatione conſequi poſſunt. Att.126.a.Vt quodcunq; tu conſilium percepiſſes,id nobis perſequendum putaremus.

Percitus,a,um. incitatus,concitatus. pro Mil.113.b. Animo irato & percito facere aliquid.

Percommodè.commodè. Tuſ.223.b. Itaq; ſiue caſu accidit,ſiue conſilio percommodè factum eſt,&c.

Percomis.comis. de Cl.183.b.Qui peritiſſimus iuris, idemq; percomis habitus eſt.

Percrebreſco,ſcis.increbreſco,diuulgor. I.V.120.a. Res percrebuit, in ore atq; ſermone omnium cœpit eſſe. At.1. a. Cum hoc percrebreſcit plurimos noſtros amicos inueniri. pro Mur.236.a.Cum uoces illius nefarij percrebuiſſent,qua,&c.& Off.63.b.Quod cum percrebuiſſet, Pythias quidam,&c.Epiſt.149.a.Tamen ipſa fama,quæ de tua uoluntate percrebuit,magnam es laudem conſecutus.I.V.215.b.Cum hæc fama de cupiditate noſtrorum hominum percrebuerit.I.V.66.b.& 56.b.Opinio apud exteras nationes omnium ſermone percrebuit.

Percrepo,as. perſono. I.V.244. a. Lucu. ille totus percrepabat mulierum uocibus,cantuq; ſymphoniæ.

Perculſus,a,um.percuſſus. At.274.a.Timore magno perculſa ciuitas tota ad te ſe effundebat.I.C.104.b.Catilina iam ſe perculſum & abiectũ eſſe ſentit. pro Fl.149.a. Græcia quæ iamdiu ſuis conſilijs perculſa & afflicta eſt. pro Mur.134.b.Perculſus & proſtratus. Att.40.a.Sum animo perculſo & abiecto. & 97.a. Vehementer perculſus.aliter,percuſſus. Ep.48.b.Ita perculſa & proſtrata iacent omnia. & At.116.a.Improbos eſſe quaſi perculſos.

Percunctatio,onis.interrogatio. de Or.162.a.Rogatio,& huic finitima quaſi percunctatio. & 138.a.Seruilis percunctatio. ad Her.8.b.Percunctatione,ſcirent'ne, &c.



&c.de Vn.195.a.Ac primum quidem tempus ſalutationibus,reliquum percunctatione conſumpſimus.pro Cl.56. b. Adiungere aliquid quod non percũctatione quæſitum, ſed dolore expreſſum uideretur.de Clar.184.b.Sermo ductus è percunctatione filij,quid in ſenatu eſſet actum. de In.81.a.Percunctatione.aliter,Per contentionem.

Percunctor,aris.quæro,ſciſcitor.de Or.93.a. Quo in genere nunquam mihi percunctanti, aut quærẽti aliquid defuiſti.& ibi.Nunquam te niſi omnia, quæ percunctati erimus,explicaris,dimittemus.de Or.135.b.Quærentibus & quaſi percontantibus lentè reſpondere.Ep.102.b.Negant te percuntantibus reſpondere. Ep. 102.b. & 116.b. Percontari ſingulos.de Som.126.b. & Ac. 39.a.Deinde ille me de noſtra repub.percunctatus eſt.de Cl.180. a. Cũ Theophraſtus percuntaretur ex anicula quadam, quanti illud uenderet,&c.ad Her.10.b.Et ab aduerſarijs percunctabitur accuſator,quid futurum ſit,ſi,&c.de Diuin.124. a.& contra Rul.85.a.Is ſolebat ex me percontari noſtri augurij diſciplinam,& ego illius. de Fin.64.a.Socrates percontando & interrogando elicere ſolebat eorum opiniones,quibus cum diſſerebat. Part. 234.a.Cum interrogamus noſmetipſos,aut percuntamur. ad Her.10.b.Percuntari ab alijs.de Sen.81.a.Sic enim percuntãti reſpondetur.Att.96.a.Sed tamen percũtando de nominibus Milonis,aliquid proficies.

Percupidus,a,um. Epiſt. 6. b. Cognoui Hortenſium percupidum tui.

Percurioſus,a.curioſus.pro Cl.54.b. Nicoſtratus quidam fidelis Oppiniaci ſeruulus percurioſus, & minimè mendax,multa dicitur.&c.

Percurro,ris.percucurri,percurſum. percenſeo, obeo,ſtrictim attingo,breuiter decurro.de Or.132.b.et pro Cl.23.b.Breuiter ſtrictimq; dico.pro Cec.303.a. Id tametſi extra cauſam eſt,percurram tamen breui.& de D.128. b.Hæc percurrere oratione facile eſt. pro Cor. 65. a. M. Craſſus, à quo hæc, quæ ego nunc percurro,ſubtiliſſimè ſunt omnia perpolita.de Orat.138.b.Si ſic conſiſtitur aliquando,ac non iſta breuitate percurritur.& 147.b. Partes,quas modò percucurri,uel potius penè præterij.In V. 169.a.Per omnes ciuitates percurrit oratio mea. de Or. 102.a.Ea,quæ ualde breuiter à te Craſſe de ipſa arte percurſa ſunt.Or.201.a.Orator percurrat omnes locos. de Or.124.b.Hæc properans percurro.ad Her.23.a.Et identidem primos quoſq; locos imaginum renouandarum cauſa,celeriter animo percurramus.pro S.R.32.a.Nõ omnia dicam,& breuiter omnia tangã. & ibi.Quod nõ longius proſequar quàm ſalus huius poſtulabit.de Or. 103. b.Eſt boni oratoris multa auribus accepiſſe,multa uidiſſe,multa animo & cogitatione,multa etiã legendo percurriſſe.

Percurſatio,onis.peragratio.In A.172.a. Italiæ rurſus percurſatio.& 179.b.

Percurſio,onis.Tuſ.215.b.Propter animi multarũ rerum breui tempore percurſionem.

Percurſus,a,um.perceptus.de Or.121.a. Quæſtiones omnes animo percurſas,& propè decantatas habere.

Percuſſio,onis.de Or.159. b. Sed ſunt inſignes eorum numerorum percuſſiones.& Or.216.b.Non ſunt in oratione tanquã tibicini percuſſionum modi. & Tuſ.204.a. Percuſſiones capitis.Item:Of.Si dares hanc uim M. Craſſo,ut digitorum percuſſione poſſet hæres ſcriptus eſſe.

Percuſſor,oris.interfector.pro S.R.34.a.Ii,quos qui leuiore nomine appellant,percuſſores uocant.et pro Dõ. 215.b.& In A.174.b.Quippe in his ipſis temporibus domi Cæſaris percuſſor ab iſto miſſus, deprehenſus diceba tur eſſe cum ſicca.

Percuſſus,a,um.perculſus.de N.71.a.Is fulmine percuſſus dicitur humatus eſſe Cynoſuris.et pro Mur.137.a. Homines percuſſi Syllani temporis calamitate. Ac. 41.a. Percuſſus grauiſſimo fortunæ uulnere. & 142. b.Percuſſus atrociſſ.literis.de Or.134.b.Cum Cato percuſſus eſſet ab eo qui arcam ferebat.

Percutio,tis.ferio,cædo,perculi.de N.77.a. Hunc igitur Iupiter fulmine non percuſſit.& pro Mil.114.a. Deinde gladio percuſſus eſt ab uno de illis.In C.115.a.Turres de cœlo eſſe percuſſas.pro Dom.215.b. A quibus ille ſe lapidibus appetitum & percuſſum eſſe dixit.de Or.126. b. M.Aemilium lapide percuſſum eſſe conſtabat. pro S. R. 34.b.Non quæro quis percuſſerit,cuius manu ſit percuſſus non laboro. Tuſc. 234. b. Quodcunq; noſtros animos probabilitate percuſſit,id dicimus. pro Mil.117. a. Qui uos mortuus inani cogitatione percuſſit.

Perdifficilis,le.)(.Perfacilis.pro Pl.259.b.et de N.2.a.

Perdificiliter. Ac.13.a.Aut ſi ea quoq; poſſit, cur illa non poſſit,quæ perdificiliter,&c.

Perdignus.Ep.205.

Perdiligens. At.326.

Perdiligenter.de Cl.166.

Perdiſco,ſcis.de Or.106.b.Num igitur,ſi,&c.Magonis Carthaginenſis ſunt libri perdiſcendi?Ep.102.a.Si maluiſſes beneuolentiæ quàm litiũ iura perdiſcere.& de Fin. 54.a.Illa perdiſcere ludus.Q.Fr.320.a.Mea in illum pueri omnes tanquam dictata perdiſcant.de Or.121.b. Voluntatem diſcendi,ſimul cum ſpe perdiſcendi abijcere. de Or. 107.a. Contortas res, & ſæpe difficiles neceſſariò perdiſcimus.

Perdiſertè.de Or.90.

Perditè.flagitioſè,nequiter.At. 136.a. Quî hic poteſt ſe gerere non perditè?

Perditor,oris.pro Pl.278.a. Ergo ego committerem ut perditor reip.nominarer,qui ſeruator fuiſſem?

Perditus,a,um.profligatus.At.125.a. Nihil fieri poteſt miſerius,nihil perditius,nihil fœdius.contra Rul. 77. a.O conſilia diſſoluta & perdita.& Tuſ.221.a. Adoleſcẽs perditus & diſſolutus.In V.161.b. & 67. b. Tu omnium profligatiſſime & perditiſſime.& pro Rab.95.a.Iudicia perdita & profligata.pro Dom.236.b. Aliquis ſcelere & egeſtate perditus.pro S.R.24.b.Omnia in eo ad perniciẽ profligata atq; perdita.pro Mur.144.b. Morbo confectus,lachrymis ac mœrore perditus.& Tuſ.234.a.Perdita ualetudo.Antequam.195. a. Nemo tam perdita autoritate inuentus eſt,qui,&c.pro Cec.302. b. Exoritur hic iã obrutis rebus omnibus ac perditis illa defenſio,&c.

Perdiu.ualde diu.At.50.a.

Perdiuturnus,na.pro Seſt. 16. a. Bellum perdiuturnum.de Nat.42.b.Natura, aut ſempiterna ſit neceſſe eſt, hoc eodẽ ornatu,quem uidemus: aut certè perdiuturna, permanens ad longinquum,& immenſum penè tempus.

Perdiues.At.85.

Perdo,dis.amitto,deperdo,offenſionem accipio, iacturam alicuius rei facio,damnum facio,detrimentum facio uel accipio,aliquid damni contraho,deferor.Poſtquã. 202.b.Recuperata uerò ſua dignitate ſe nõ commiſſurũ, ut cum ea quæ amiſerat ſibi reſtituta eſſent, uirtutẽ animi non haberet,quam nunq̃ perdidiſſet.& de Ar.252.b. Aut quod oculos non perdidiſti.Ep.12.a. Vt mihi ſtomachũ faceret,quem ego funditus perdidi.et 71. a.Niſi id uerbũ in

omne tempus perdidiſſem. & 62.b. Quæ ego ſi non profundere ac perdere uidebor, omnibus meis uiribus ſuſtinebo. & 72.a. Minus autem miſeri, qui his temporibus liberos amiſerũt, quàm ſi eoſdem bona, aut deniq; aliqua rep. perdidiſſent. ad Her. 38.a. Vitam amiſit, at non perdidit. Ep. 51.b. M. Cato ſumma uirtute filium perdidit. & ibid. Exiſtimabam omnes me, & induſtriæ meæ fructus, & fortunæ perdidiſſe. & ibi. Amittere omnia ornamenta. Ep. 136.b. Nunc cum tam æquo animo bona perdas, nõ eo ſis conſilio, ut, &c. Ep. 158. a. Ne quid ex amore tuo perdã. pro Mur. 129.a. Quod ius ciuile didiciſti, operam perdidiſti. de Or. 95.a. & Parad. 122.a. Perdere operam apud aliquem doctorem. Epiſt. 95. a. Perdere oleum & operam. de Or. 156.b. Si non potuero, tempus non perdam. de Or. 134.a. Perdere uel amittere aliquod oppidum.)(. Recipere uel recuperare. pro Q. R. 46.b. Perdere cauſam. & ibidem. Totam litem aut obtinere aut amittere. et de Or. 98 b. Perdere litem. At. 174.a. Perdere iudicium bonorum. & pro R. P. 126.a. Perdere libertatem. In V. 68.b. Claſſes amiſſæ ac perditæ.

Perdere. proſternere, affligere, profligare. pro S. R. 40.a. Iupiter, urbes deleuit, fruges perdidit. At. 85.b. Ciuitates funditus perdidiſſem. pro S. R. 24.a. Mors Quint. Scæuolæ omnes ciues ſuos perdidit & afflixit. In C. 104.b. Sine dubio perdidimus hominem, magnificè uicimus. de Finib. 59.a. Multi parentes, multi amicos, nonnulli patriam, pleriq; ſeipſos penitus perdiderunt. Offic. 51.a. Si hoc non fuerit, ut locupletes ſuum perdant, debitores lucrentur aliena.

Perdoceo, ces. edoceo. pro Seſt. 23. a. Res difficilis ad perdocendum. & pro Cor. 67.a. Aliquis rerum uarietate, atq; uſu ipſo iam perdoctus.

Perduco, cis. pro Cl. 25.b. pro Plan. 280.b. Is Theſſalonicam me in quæſtoriumq; perduxit. Tuſc. 210.a. Aiacem quidem ira ad furorem mortemq; perduxit. At. 257.a. Octauius ueteranos perduxit ad ſuam ſententiam. Ep. 196. a. Dum ad te legiones perducantur, quas audio duci. pro Quin. 4.b. Perducere aliquem ad ſuas conditiones iniquis rationibus. Epiſt. 143.b. Quæ ſi ad tempus tuum perducitur, facilis gubernatio eſt. In V. 123.a. Expoſitis ſuis difficultatibus hominem ad HS. LXXX. perducit, eamq; ei pecuniam numerat. de Sen. 89.b. Is ad centeſimum annũ uitam perduxit. Epiſt. 138.b. Ita uſq; ad aſſum uitulinum opera perducitur. de Am. 110. a. Perducere aliquem ad ampliſſimos honores. Att. 83.a. Scaptius rogat ut eos ad talenta CC. perducam.

Perductor, oris. qui uel inuitum ducit. In V. 82. b. Lenones, aleatores, perductores.

Perduellio, onis. crimẽ imminutæ maieſtatis. In P. 80. a. C. Rabirius perduellionis reus. & pro Mil. 108.b. Actionem perduellionis alicui intendere. pro Rab. 92.b. Perduellionis iudicium à M. Tullio Cicerone ſublatum. & ibi de perduellione multa. & de L. 191.a. ad Her. 27.a. Nam qui perduellionibus uenditat patriam, non ſatis ſupplicij dederit, ſi, &c.

Perduellis, lis. hoſtis patriæ, qui maieſtatem minuit. Offic. 73.b. Nam pirata non eſt ex perduellium numero definitus, ſed communis hoſtis omnium. Offic. 8. b. Equidem animaduerto, quod qui proprio nomine perduellis eſſet, is hoſtis uocaretur, lenitate uerbi triſtitiam rei mitigante.

Peredo, dis. exedo. Tuſc. 196. a. Lachrymæ peredere humore exangues genas. poetæ.



Peregrè. in peregrinatione, foris. In A. 200.a. L. quidem frater eius, utpote qui peregrè depugnauit, familiam ducit.

Peregrinatio, onis. At. 145.b. Hæc fuga quam tu peregrinationem ὑποκορίζων appellas. & Tuſ. 249. a. Exilium non multum à perpetua peregrinatione differt. de Fin. 87.b. Turtures curſu & peregrinatione lætantur. In A. 179.b. At quã nobilis eſt tua illa peregrinatio. de Am. 115.b. Peregrinationes ruſticationesq;. At. 25.a. Curabo ut eius peregrinationis tibi opus extet. & 90. a. In hac autẽ peregrinatione militiáue noſtra ſæpe incenſum ira uidi, ſæpe placatum. Att. 252.b. Omne tempus in peregrinatione conſumemus.

Peregrinator, oris. Ep. 92.a. Non tam ſum peregrinator quàm ſolebam, ædificia mea me delectant.

Peregrinitas, tis. mores peregrini, uel peregrinorum multitudo. Ep. 134.b. Tunc cum in urbem eſt infuſa peregrinitas.

Peregrinor, aris. peregrinator uel peregrinus ſum. de Cl. 166.a. Eloquentia peragrauit omnes inſulas, atque ita peregrinata tota Aſia eſt, ut ſe externis oblineret moribus. de Fin. 98.b. Philoſophia peregrinari Romæ uidebatur. pro Rab. 96.b. Peregrinari in aliena ciuitate. et de N. 12.b. Longè lateq; peregrinari. Tuſ. 250.a. Ille infinitatem omnem peregrinabatur, ut nulla in extremitate cõſiſteret. Ac. 1.b. Tanta uis ingenij peregrinata abfuit ab oculis fori. pro Mil. 107.b. An uerò tu ſolus ignoras? tu hoſpes in hac urbe uerſaris? tuæ peregrinantur aures? neq; in hoc peruagato ciuitatis ſermone uerſantur?

Peregrinus, a, um. aduena, hoſpes, incola, alienus, externus. Of. 8.b. Hoſtis apud maiores noſtros is dicebatur, quem nunc peregrinum dicimus. cõtra Rul. 85.a. Nos autem iam non hoſpites, ſed peregrini atq; aduenæ nominabamur. & 63.a. Lex, qua peregrini Roma eijciuntur. de Or. 103.b. Orator nulla in re tyro ac rudis, neq; peregrinus atq; hoſpes eſſe debet. In V. 217.b. Nemo neq; ciuis neque peregrinus. de Am. 99.a. Ciuis.)(. Peregrinus. At. 93. a. Eſt enim quiddam aduenientem non eſſe peregrinũ atque hoſpitem. Off. 25.b. Peregrini & incolæ officium eſt, nihil præter negocium ſuum agere.

Perelegans, tis. perpolitus. pro Pl. 271.a. l. Perſubtilis. & de Or. 134.a.

Pereleganter. de Cl. 182.

Pereloquens. de Cl. 187.

Perendie. perendino die. At. 201. b. Scies igitur cras, ſummum perendie. & 214.b. Vt ſpero perendie. Ep. 263. a. Hodie, cras, perendie.

Perendinus, a, um. pro Mur. 130.a. Tot homines tam ingenioſos, per tot annos etiam nunc ſtatuere non potuiſſe, utrum diem tertium an perendinum dici oporteret.

Perennis, ne. perpetuus, continuus, iugis, cõtinuatus. pro Flac. 151.a. Ab hac perenni conteſtatáq; uirtute maiorum non degenerauit L. Flaccus. de Pro. 73. b. Meus in remp. animus priſtinus & perennis. Poſtquam. 206.a. Si illud de duobus conſulibus perenne ac proprium manere potuiſſet. de Som. 130.b. Sermo nunquam de ullo perennis fuit. de D. 122.a. Tarda ac ſera nimis, ſed fama & laude perenni. de Or. 160.a. Loquacitas perennis & profluens. de Cl. 196.b. Contine te in tuis perennibus ſtudijs. de N. 37.a. Stellarum perennes atq; perpetui curſus. & I. V. 225.a. Aquæ perennes. Tuſ. 153.a. Cõtinuata motio & perennis. Ep. 10.a. Ille perennis inimicus amicorum ſuorũ. de N. 27.b. Perenne auſpicium. Itẽ: Nulla perennia ſeruãtur.

Peren-



Perennitas, tis. perpetuitas. de N. 45.b. Adde huc fontium gelidas perennitates.

Pereo, ris. intereo. At. 226.a. Liberalia tu accuſas, quid fieri tum potuit? iampridem perieramus. de N. 76. a. Varius ſummo cruciatu perijt. & Ep. 128.a. Scipio & Afranius fœdè perierunt. Q. Fr. 296.b. Vt & publicanis ſatisfacias, ac ſocios perire non ſinas. At. 32.a. Ne opera & oleum philologiæ noſtræ perierit. & 176.a. Meo uicio pereo. In A. 196.b. Tantam pecuniam populi Rom. tam breui tempore perire potuiſſet.

Pereruditus. At. 62.

Perexiguus. de N. 42.

Perexiguè. At. 251.

Perexpeditus. de Fin. 97.

Perfacetus. pro Plan. 266.

Perfacetè. In V. 101.

Perfacilis. de Or. 92. & Or. 208.a.

Perfacilè. aduer. In V. 107.a.

Perfamiliaris, re. de Fin. 147.

Perfectè. abſolutè, plenè, cumulate, ex toto. de D. 85. a. Nunquam perfectè ueritatem caſus imitatur. de Or. 95. b. Roſcius nihil niſi perfectè, nihil niſi cum ſumma uenuſtate faciebat. de Clar. 191. a. Perfectè planeq; eruditus. de Fin. 110.a. Perfectè abſolutus. de Cl. 173.b. Oratio neq; nimis infans, neq; perfectè diſerta.

Perfectio, onis. expletio, abſolutio.)(. Inchoatio, adumbratio. de Or. 95.b. & 160.b. Hãc ego abſolutionem perfectionemq; in oratore deſidero. de Cl. 177.a. In omnibus rebus difficilis optimi perfectio atq; abſolutio. Item: Sic ea quæ proficiſcuntur à uirtute, ſuſceptione prima non perfectione ſunt iudicanda. pro Mar. 134. a. Tantum abes à perfectione magnorum operum, ut fundamenta, quæ cogitas, nondum ieceris. Or. 206.a. Rei alicuius ſi non perfectio, at conatus tamen & adumbratio.

Perfector, oris. de Or. 107.b. Stylus perfector dicendi, ac magiſter.

Perfectus, a, um. abſolutus, perfectè abſolutus, plenus, ſummus, completus, expletus, cumulatus, elaboratus, perpolitus, maturus, uerus, expletum omnibus ſuis partibus, quod ut Stoici dicunt, omnes numeros habet, quod omnes habet in ſe numeros ueritatis, recte facta quæ Græci appellant κατορθώματα, omnes numeros uirtutis continẽt. )(. Inchoatus, imperfectus, adumbratus, conatus. de In. 62. b. Nihil ſimplici in genere omni ex parte perfectum natura expoliuit. Or. 197.a. Illud cui nihil addi poſſit, quod ego ſummum & perfectiſſimũ iudico. de N. 33. a. Quod undiq; aptũ atq; perfectum expletumq; ſit omnibus ſuis numeris et partibus. de Or. 95.b. Quis ad iſta ſumma atq; in omni genere perfecta poteſt peruenire? de Opt. 243.a. Vnum eſt genus perfecti, à quo qui abſunt nõ genere differunt, ut ab Accio Terentius, ſed in eodẽ non ſunt pares. de Or. 90.a. Orator plenus atq; perfectus is eſt, qui, &c. & ibi. Perfectus homo in dicendo & perpolitus. & 88.a. & 91.a. Statuiſti oratorem in omni genere ſermonis atq; humanitatis eſſe perfectum. Tuſ. 172.a. Nemo parum diu uixit, qui uirtutis perfectæ, perfecto functus eſt munere. de D. 135.b. Ad hæc non mediocri opus eſt prudẽtia, ſed ingenio præſtanti & eruditione perfecta. de N. 32. b. et de Cl. 175.b. À primis inchoatisq; naturis ad ultimas perfectasq; procedere. de Cl. 187.b. Præclara inchoata multa, perfecta non planè, M. Memmius perfectus literis Græcis. de Clar. 174.b. Rutilius penè perfectus in Stoicis. de D. 139. b. Philoſophi qui propè iam abſoluti et perfecti uidentur.



de Fin. 53.a. Homo eruditus in geometriaq; perfectus. In P. 92.a. Homo ad perſuadendum concinnus, perfectus, politus. de Pro. 74.b. Vt ea quæ per eum affecta ſunt, perfecta reipub. tribuantur. Or. 213. a. Perfectus completusq; uerborum ambitus. & de In. 54.a. Perfectus & abſolutus. pro Pom. 11.a. Summus atque perfectus imperator. pro Seſt. 22.a. Perfecta cumulatáq; uirtus. de Finib. 74. b. Expleta & perfecta forma honeſtatis. & Tuſcul. 236. a. Hic igitur, &c. ſit perfecta mens: id eſt, abſoluta ratio. & ibid. Cui nihil deeſt, & quod in ſuo genere expletum atq; cumulatũ eſt. de Or. 144.a. Vterq; in ſuo genere perfectus. & 235.b. Natura in ſuo quodq; genere perfectum eſſe uoluit. & ibi. Omniáq; in omnibus, quantum in ipſis eſt, nulla ui impediente, perfecta ſunt. pro Pom. 4.a. Perfectum ingenio, elaboratum induſtria. In V. 214.a. Candelabrum è gemmis clariſſimis, opere mirabili perfectum. & 216.a de Or. 102.a. Socratem illum ſolitum aiunt dicere, perfectum ſibi opus eſſe, ſi quis, &c. de Cl. 170. b. Nihil eſt ſimul & inuentum, & perfectum. de Cl. 195.a. Iam uidebatur illud in me perfectum eſſe, & habere maturitatẽ quandam ſuam. Ep. 67. a. Videbam Italici belli hiſtoriam iam penè à te eſſe perfectam. & 2.a. Quoniam tu niſi perfecta re de me non conquieſti. de Am. 111.a. Omnia præclara, rara, nec quicquam difficilius eſt, quàm reperire quod ſit omni ex parte in ſuo genere perfectum. Off. 10.a. Quoniam non uiuitur cum perfectis hominibus, plenéq; ſapientibus, &c. & ibi. Homo non perfectus, nec ſapiẽs. & 55.a. Quod perfectum atq; abſolutum eſt, & ut Stoici dicũt, omnes numeros habet. Q. de Pet. 214.a. Volo enim hoc cõmẽtariolum petitionis haberi omni genere perfectum. de Vn. 197.b. Vt unum opus totum atq; perfectum, ex omnibus totis atq; perfectis abſolueretur. Or. 197.b. Quicquid eſt igitur de quo ratione & uia diſputetur, id eſt ad ultimã ſui generis formam ſpeciemq; redigendum. & 198.a. Verã illam & abſolutam eloquentiam nemo cõſequitur. de Fin. 95.a. Continere omnes numeros uirtutis. & 97.a. Expletus omnibus ſuis partibus. & 114. b. Perfectum & plenum.)(. Curtum & mancum. Top. 226. b. Perfectum. )(. Inchoatum. de N. 40.b. Plenum )(. Præciſum.

Perferens, tis. de Or. 125.a. Perferens iniuriarum.

Perfero, fers. perpetior, tolero, obduro. At. 82.a. Fortaſſe tibi moleſtus ſum, qui hæc prædicẽ de me, perferſi me amas. de Or. 115.b. Ac mihi quidẽ nõ ita moleſti ſunt, facilè omnes perpetior ac perfero. pro S. R. 20.a. Id quod ſuſcepi, quoad potero proferã. I. C. 109. b. Pruinas ac niues perferre. Tuſ. 178.b. Expectas fortaſſe dum dicat, patietur, perferet, nõ ſuccumbet, &c. pro Seſt. 28.a. Pertuli crudelitatem inimicorum. & ibi. Pertuli pœnarum ſatis. pro Dom. 234.b. Perferre impetum in aliquem: id eſt, in eũ irruere. At. 18.a. Perferre legem. & 89.a. Si Curio legẽ pertulerit. pro Dom. 218.a. Si quæ promulgaſti, perferre potuiſſes. At. 289.b. Tamen exiſtimaui à me quoq; tibi huius moleſtiæ nunciũ perferri oportere. Ep. 182. b. Et Atticus ad me ſermonem tuũ pertulit. Ep. 11.b. Hæc cũ ad me frater pertuliſſet, collegi ipſe me, &c. & 20.a. Cũ has ad te quamprimum literas perferri magnopere uellemus. et 22. b. In his enim ſum locis, quò & propter longinquitatem, & propter latrocinia tardiſſimè omnia perferuntur.

Perficio, cis. abſoluo, conficio, tranſigo, efficio, perago, extrema perſequor, abſolutionem alicuius rei perficio, perpolio, munus ſuſceptum expleo. de N. 32.b. In natura neceſſe eſt abſolui aliquid atq; perfici. de Cl. 206.a. Demoſthenes multa perficit, nos multa conamur, ille poteſt, nos uolu-

nos uolumus, &c. & Or.217.b. Id nos fortaſſe non perfecimus, conati quidem ſumus. de Clar.196. b. Quorum tamen ipſorum ad ætatem laus eloquentiæ perfecta nondū erat. I.V.227.b. Mitto, inquā, hæc omnia, quæ ab iſto per triennium perfecta ſunt. de Or. 88.a. Tametſi ipſam exactionem mente, non lingua perfectam uidemus. At.101. b. Ac primùm illud, & ſi cupidiſſimè expetitum à me ſit, & approbatum à te, ne diutius anno in prouincia eſſem, tamen non eſt noſtra contentione perfectum. pro Ar.191. a. Nam res noſtras geſtas attigit hic uerſibus, & inchoauit, quibus auditis eum ad perficiendum ſum hortatus. de Or.86.a. Athenis ſumma dicendi laus & inuenta eſt & perfecta. At.208.b. Ego interea admonitu tuo perfeci ſanè argutulos libros ad Varronem. & ibi. Dialogos confeci & abſolui. Q.Fr.327.a. Inſtitutum poema perficere. & alibi. Inſtituere & efficere aliquid. & de D. 109.b. Si inſtituta perfecero. At.232.a. Iſta nobis ad pridie Calendarū tractanda & perficienda ſunt. pro Cl.21.a. Hoc totum malum à matre conflatum & perfectum. & 58.b. Hoſtiæ cæſæ ad ſcelus perficiendum. & pro Syl.181. a. Itaque eos ad perficiendum ſcelus furiæ quædam incitarunt. pro Cæl.48.b. Perficiendi & occultandi maleficij ſpes. et pro Deiot.147.b. Perficere cogitata. Antequam.197. b. Antea laude digniſſimi ducebantur, qui hæc perfecerunt: nūc ſcelerati dicuntur, qui hæc adminiſtrarūt. de D.112. a. Ea enim prædicant, quæ naturæ neceſſitas perfectura eſt. Ep. 86.a. Perficere onus uel munus. cōtra Rul.66. a. Quod ſi quis, &c. perficiam perfecto, id quod, etc. ut, etc. de D.131 b. Callidè enim qui illa cōpoſuit, perfecit, ut quodcunq; accidiſſet, prædictum uideretur. Q.Fr.308.b. Eo die nihil perfectū eſt. & 318.b. Omnino ſpero pacis menſibus opus Diphili perfectum fore. de L.160. b. Ratio cum adoleuit atq; perfecta eſt, nominatur ritè ſapientia. de Vn.202.a. Quibus prætermiſſis cœli abſolutio perfecta non erit.

Perfidelis, le. At.34.

Perfidia, diæ. fraus, deſtitutio. Q.Fr.308.b. Cato Pompeij in me perfidiam increpauit. de Or.118.a. In quo illa magna offenſio eſt, uel negligentiæ ſuſceptis rebus, uel perfidiæ receptis. pro S.R.36.b. Iſtius fide ac potius perfidia deceptus ſum. In A.231.a. Dextræ, quæ fidei teſtes eſſe ſolebant, perfidia ſunt & ſcelere uiolatæ. Epiſt.3.b. In tanta hominum perfidia & iniquitate. Att.128.b. Perfidiæ ſuſpicionem fugere. In A.175.b. Vtriuſq; ueſtrûm perfidia in Dolobellam.

Perfidioſè. fallaciter. ad Her.2.a. Spurcè, ſuperbè, perfidioſè. & 28.b.

Perfidioſus, a, um. perfidus. de N.76.a. Homo perfidioſiſſimus C.Marius. & de Or.136.a. Homo improbus & perfidioſus. & Ep.41.b. Perfidioſus, inſidioſus, fallax.

Perfidus, a, um. perfidioſus. Poſtquam.202.b. Perfidus animus. pro Q.4.b. Si fide ſocietas colitur, qui ſocium prodit, perfidioſus eſt. Off.64.a. Omnes aliud agentes, aliud ſimulantes, perfidi, improbi, malitioſi ſunt.

Perflabilis, le. per quod flatus penetrare poteſt, tenue. de D.116. b. Epicurus deos induxit perlucidos & perflabiles.

Perflagitioſus, ſa. pro Cæl.48.

Perfluens. affluens. de Fin.89.a. Perpetuis uoluptatibus perfluens.

Perfodio, dis. perforo, perfringo. I. Vat.31.a. Licet impunè per me parietes in adoleſcētia perfoderis. & de Fin. 88.a. Atho perfoſſo.

Perfore. Ep.33.a. Perfore accōmodatū tibi ſcio, ſi, etc.

Perforo, as. perfodio, patefacio. Ep.94.b. Ex quo tibi Stabianum perforaſti, & patefeciſti Seianum. Tuſ.158.a. Viæ ad oculos à ſede animi perforatæ. & de N.68.b. Duo lumina ab animo ad oculos perforata.

Perfremo, mis. de N.44. Accij.

Perfrico, as. In V.160.b. Cum interea Apronius caput atq; os ſuum unguento perfricaret. In P.92. b. Scriba caput ſiniſtra manu perfricans, &c. Tuſ.199. a. Quæ tu idem cum os perfricuiſti, ſoles dicere: id eſt, cum pudorem & uerecundiam depoſuiſti.

Perfrigidus, da. In V.220.

Perfringo, gis. infringo, effringo. labefacto. de Cl.168 a. Suauitas, quæ perfundat animos, nō quæ perfringat. & I.V.243.b. l. Repagulum. & Or.205.b. l. Irrepo. de Ar. 255.a. Qui omnium obiecta tela ſemper ui & uirtute perfregit. & de D.126.a. Itaq; perfracto ſaxo ſortes eruperunt. I.C.101.a. Deuincere & perfringere leges. et 123.a. Perfringere & labefactare conſpirationem bonorum.

Perfruor, ris, perfructus ſum. utor, potior. de Cl.165. b. Fortunati, quibus ſapientiæ laude perfrui licuit. I.C.102 b. Hic qua lætitia perfruêre? quibus gaudijs exultabis? Tuſ. 242.b. Omneſq; ſapientes ijs gaudijs perfruūtur. Ep.67. a. Vt ſuauitate ingenij tui uiui perfrūamur. I.C.120.b. Ita mihi rep. ſalua uobiſcum perfrui liceat. & Ep.94.b. Perfrui ocio. de L.167.b. Vita modica et apta uirtute perfrui. Of.5.b. Expetuntur diuitiæ tum ad uſus uitæ neceſſarios, tum ad perfruendas uoluptates. I.P.89.a. Hiſce ego rebus paſcor, his delector, his perfruor, quod ſenatus, &c.

Perfructus. non perfruitus. In Hortenſio, autore Priſciano.

Perfuga, gæ. trāsfuga, qui ad hoſtes profugit. Or.219 a. Cur de perfugis noſtris copias comparat cōtra nos? pro S.R.38.a. Iſte qui initiò proditor fuit, deinde perfuga. Of. 69.b. Perfuga à Pyrrho uenit in caſtra Fabricij.

Perfugio, gis. transfugio. pro Cor. 59.b. Qui hoſtes ad noſtros imperatores perfugiſſent. & In P. 98.b. In oppidum Beroam perfugiſti.

Perfugium, gij. portus, præſidium, arx. pro Cluē.19. a. Spero hunc locum eius fortunæ miſeræ atque iactatæ portum ac perfugium futurum. Of.12.a. Tota domus, quæ ſpectat in nos ſolos, neque aliud poteſt habere perfugium. pro Rab.91.a. Perfugium & præſidium ſalutis reipubl. pro Syl.182.a. Munite communem arcem bonorum, obſtruite perfugia improborum. pro Arch.188. b. Hæc ſtudia rebus aduerſis perfugium ac ſolatium præbent. In C. 118.a. Domus commune perfugium. de D.139. a. Somnus eſt perfugium omnium laborum & ſolicitudinum. Epiſt. 71.b. A portu & perfugio excludere aliquem. In V. 129. a. Poſtremò illo deſperatiſſimo perfugio uti poſſet. Item: Senectuti uerò celebrandæ quod honeſtius poteſt eſſe perfugium? pro S.R.43. b. Vnum perfugium, una ſpes reliqua eſt. Tuſ.174.b. Portum potius paratum nobis & perfugium putemus.

Perfunctio, onis. de Fin.59.a. Perfunctio laborum. & de Or.143.b. Honorum perfunctio.

Perfundo, dis. reſpergo. I.V.89.b. Aqua feruēti à Rubrio ipſo Philodamas perfunditur. et ad Her.27.a. Cœpit poſtquam perfuſus eſt defricari. de Cl.181.a.b. Multitudo audiens ducitur oratione, et quaſi uoluptate quadam perfunditur. de Fin.88. b. Cum omnes ſenſus dulcedine omni perfuſi mouerentur. & Tuſ.213.a. Perfundere animū uoluptate. & de N.23.b. Perfundere aliquem omni uoluptate. & de Fin.65.a. Perfundi uoluptate uel iucunditate.



de Clar.168.a. Phaleræus ſuauis fuit, ſed ſuauitate ea, qua perfunderet animos, non qua perfringeret. Att.122.b. Dij immortales, qui me horror perfudit? pro S.R.31. b. Mihi uideris Eruci una mercede duas res aſſequi uelle, nos iudicio perfundere, accuſare autem eos à quibus mercedem accepiſti.

Perfungor, ris. utor, exantlo. de Sen.93. a. Nam dum ſumus in his incluſi compagibus corporis, munere quodā neceſſitatis & graui opere perfungimur. I.A.183.a. Mihi iam optanda mors eſt perfuncto rebus ijs, quas adeptus ſum, quaſq; geſſi. & de Cl.165.b. Aetas noſtra perfuncta rebus ampliſſimis. & de Or.101. b. Senex perfunctus honoribus & reip. muneribus. pro Mar.124.b. Qui eadem pericula, quibus nos perfuncti ſumus ingrediūtur. Ep. 9. a. Cū & honoribus ampliſſimis, & laborib. maximis perfuncti eſſemus. Ep.50.b. Reminiſcere illam omnibus bonis perfunctā eſſe. pro Mur.136.a. Reſp. perfuncta eſt hoc miſero fataliq; bello. pro Dō.240.a. Ab Hercule iā perfuncto laboribus ſacra didiciſſe. Ep.68. a. Cæteris uerò nulla perfunctis propria moleſtia, etc. pro Cl.41.b. Aut quod ſe perfunctos iā eſſe arbitrantur, cum de reo iudicarūt. pro Dō.222.b. Equidē iā perfunctus ſum, expleui animos inuidorū. Ep.11.b. Vt mihi tā multa pro ſe perpeſſo atq; perfuncto cōcederet. At.280.a. Et dignitatē perfuncturus es.

Perga, gæ. urbs. In V.86. & 216.

Pergamenus, a, um. pro Fl.160.b. Annos iam XXX in foro Pergameno uerſaris.

Pergamum, mi. urbs in Aſia. pro Flac.161.a. Cur non Pergami? Smyrnæ, &c. & de D.89.a.

Pergaudere. ad Q.Fr.319.

Pergo, gis. eo, iter facio. tendo, petere contendo. pro Pl.280.a. Qui antequam de meo aduentu audire potuiſſent, aliquorum dierum uiam in Macedoniam ad Planciumq; perrexi. de Fin.147.b. In oppidum ad Pompeiū perreximus omnes. Tuſc.230. b. Vt ad eas curſim perrectura beata uita uideatur. ad Her.40.b. Pergere obuiam alicui. de L.158.b. Quin igitur ad illa ſpacia noſtra ſedeſq; pergimus? At.152.a. Brunduſium pergere cogito. de D. 106. a. Quibus quærentibus cur non eadem uia pergeret, deterreri à deo dixit. de N.71.a. Neptunum eſſe animum cū intelligentia per mare pergentem. de D.86.a. Conclaue illud ubi erat manſurus, ſi ire perrexiſſet, proxima nocte corruit. Ac.39.a. Itaq; confeſtim ad eum ire perreximus. ad Her.16.a. Nos proficiſci ad inſtituta pergemus. In A. Poſt hunc ore fero Capricornus uadere pergit. de Or.135 b. Perge conficere iter reliquum. At.174.b. Hæc tu perge, ut facis, mitigare. pro Cec.296. a. Perge porrò hoc idem interdictum ſequi, homines, &c. Q. de Pet.213.b. Perge tenere iſtam uiam, quam inſtituiſti. de Or.87. b. Quamobrem pergite, ut facitis, adoleſcentes. I.C.99. a. Perge quò cœpiſti, egredere, &c. At.140.b. Perge, ut facis, & ſcribe quantum potes. Ep.150.b. Perge igitur, ut agis, &c. & de Fin.123.a. Perge porrò, &c. Off.32.a. Sed ad reliqua pergamus. In Ver.158.a. Pergam atq; inſequar longius. Par. 232.a. Perge igitur ordine quatuor mihi iſtas partes explicare. & At.60.b. Perge reliqua. At.79.a. Cum graues de Parthis nuncij uenirent, perrexi in Ciliciam. de Clar. 188.b. Sed perge Pomponi de Cæſare, & redde quæ reſtant. 279. a. Equidem ſuaſi ut Romam pergeret. Item: Quanquam dolebam, &c. tamen perrexi, Romamq; perueni. Quin. Fr.304.a. Rogo te ut Romam protinus pergas & properes.

Pergrandis, de. In V.112.132.

Pergratus, ta. At.80.

Pergrauis, ue. pro Seſt.27. & pro Cæl.51.

Pergrauiter. de Or.104.

Pergratum. l. Per in compoſitione.

Perhibeo, bes. dico, aio, uoco. de D.111.a. Bene qui cōijciet, uatem hunc perhibeto optimum. de N.47. a. Quem claro perhibent Ophiuchum nomine. & 44.a. Hoc quod memoro Graij perhibent æthera. & 39.a. Hunc ſummum habeto diuum, hunc perhibeto Iouem. In Ar. Cum quibus ut perhibent auſa eſt contendere forma. Ep.68.b. Nec minus eſt Spartiates ille Ageſilaus perhibendus: id eſt, celebrandus. Att. 2. a. Qui ſine eo, quem Cæcilius ſuo nomine perhiberet, facilè communē cauſam ſuſtinerent. Tuſ.154. a. Ille adiutor fuiſſe perhibetur. pro Lig.141. a. Prohibiti eſtis in prouincia ueſtra pedem ponere, ut perhibetis ſumma cum iniuria.

Perhonorificè. aduer. At.227.

Perhonorificus, ca. de Pro.78.

Perhorreſco, ſcis. exhorreſco, pertimeſco. pro Seſt.21 a. I.P.89.a. Nemo ciuis eſt, qui hos non oculis fugiat, auribus reſpuat, animo aſpernetur, recordatione deniq; ipſa conſulatus ueſtri perhorreſcat. In A.253. a. Tu illius diei memoriam non perhorreſcis? & de Or.129.b. Tu imagines ipſas non perhorreſcis? In V.218. a. Hanc tantam religionem non perhorreſcis? I.C.120. b. Tum lamentationē matrum familias, tum fugam uirginum ac puerorū perhorreſco. pro Q.13.a. Quorum frequentiā & conſeſſum non modò Quintius, qui de capite decernit, ſed quiuis, qui extra periculum ſit, perhorreſcat. de Fin. 131. b. Et ſi hoc quidem eſt in uicio, diſſolutionem naturæ tam ualde perhorreſcere. In V.61.a. Non ſolum commoueor animo, ſed etiam toto corpore perhorreſco. At.212.b. Sed quid eſt tandem quod perhorreſcas?

Perhoſpitalis, le. In V.200.

Perhumanus, na. At.259.

Perhumaniter. Ep.99.

Pericles, clis. orator Athenienſis. Or. 198.a. Pericles Anaxagoræ Phyſici auditor. & 199.a. Pericles ab Ariſtophane poeta fulgurare, tonare, & permiſcere Græciā dictus eſt. de Or.155.b. Pericles in cuius labris ueteres comici lepôrem habitaſſe dixerunt. et 111.a. Pericles, Thucydides & Alcibiades eadem ætate fuerunt. & 167. a. de Pericle. & de Cl.168.b. & 169.b. l. Pitho.

Periclitatio, onis. experientia. de N.58.b. Quarūdam herbarum utilitates longinqui temporis uſu ac periclitatione percepimus.

Periclitor, aris. periculum facio, experior, tento, cum periculo experior, periculum pro aliquo ſuſpicio, periculis me offero. de Or.97.b. Subeundus uſus omnium, periclitandæ uires ingenij, & illa commentatio incluſa in ueritatis lucem proferenda eſt. & 156.a. Mihi non eſt difficile periclitari, &c. de D.128.b. Babylonij CCCCLXX. millia annorum in periclitandis experiundiſq; pueris quicunq; nati eſſent, poſuerunt. Epiſt.154.a. Itaq; potius periclitari uolui, ſi poſſem mea præſentia exercitum facere meliorem, quàm nimis cautus uideri. In V.262.b. Homines in prælijs belli fortunam tentare ac periclitari ſolent. pro Q.18.a. Omnia circumſpexit Quintius, omnia periclitatus eſt. de In.81.a. Periclitari omnium iura, ſi ſimilitudines accipiantur: id eſt, periculum ſubire. I.C.199.a. Non eſt ſæpius in uno homine ſalus periclitanda reipub. de Am.108.a. Vt utamur quaſi equis temperatis, ſic amicitijs, aliqua ex parte periclitatis moribus amicorum.

Off.66.

Off.66.a.Periclitemur(ſi placet)in ijs quidem exemplis, in quibus,&c.

Periculoſè.cum periculo.In A.210.b.Periculoſè dico, ſed oro uos,&c.& Ep.260.a.Periculoſè hyeme nauigatur. At.119.a.Homo quotannis periculòſè ægrotans. pro Mil.103.a.Periculoſè facere aliquid.

Periculoſus,a,um.lubricus,anceps,præceps, nō procul à periculo. At.213.b. Aliter fuiſſemus in hos inofficioſi,& in noſmetipſos penè periculoſi.Ep.7.a. Offenſionē eſſe periculoſam uideo.Ep.7.b.Ratio rei gerendæ periculoſa tibi uidebitur. Acad.17.b.Res periculoſa & lubrica. & de N.72.a.Periculoſa conſuetudo.Off.17.a.Periculoſa & anceps curatio.In A.244.a.Infeſtum & periculoſum iter. At.231.a.Dolobella ſuſtulit ſimulationē deſiderij,etc. ne periculoſa noſtris tyrannoctonis eſſet. pro Cec.291.a. Ea ſunt & turbulenta,& temeraria, & periculoſa. pro Dom.4.b.Bellum graue et periculoſum.In A.204.a. Dominandi cupiditas præceps & lubrica.In A.263.a. Duobus periculoſis uulneribus acceptis.

Periculum,li.diſcrimen,dimicatio.pro S.R.36.b.Adire periculum capitis. Or.205.b. Etiam ſi quando minus ſuccedet,magnum tamen periculum non adibis,altè enim cadere non potes.et ibi.Verſari in lubrico:id eſt, eſſe in periculo.In C.117.a.Offerre ſe periculis pro patria.& Par. 235.a.Subire periculum pro amico.pro Syl.169.a.Quibus ipſis periculum tum conflari putabatur.Att.33.b.& pro S.R.19.b.& pro Quint.8.a. Periculum uel pericula alicui,uel in aliquem intendere.pro Cec.301.a.Cui periculum mortis ſit iniectum. pro Dom.10.a.Committere ſe periculo mortis.pro Pom.6.a.In periculum ac diſcrimen uocari.pro Cor.59.b.In periculum capitis atq; in uitæ diſcrimen pro aliquo ſe inſerre.de Or.126.a.In amicorum periculis aliquid accidere.de N.59.b.Dij diſcriminum periculorumq; comites.In V.259.b.À ſecuri negat ei eſſe periculum.de Cl.194.a.Qui habitus non procul abeſt à periculo uitæ,ſi accedat labor,&c.Epiſt.58.b.59.a.Tamen hoc tempore breuiter commonendum putaui, ne quo periculo te proprio exiſtimares eſſe:in magno omnes,ſed tamen in communi ſumus.Of.31.a.Si ei ſubitò ſit allatum periculum,diſcrimenq; patriæ,&c.In V.61.b. Faceſſere periculum innocenti.In V.64.b.Creare periculum alicui. Antequam.196.a.Nemini iniuſtà periculum creaui. Att. 37.a.Si mihi periculum procrearetur ab eo,quem ipſe armaſſet.pro Mur.137.a.Qui dum conatus eſt,&c. in periculum ueni ne amittat,&c.Ep.267.a.Maximum ab uniuerſo naufragio periculum eſt. At.102.b.Maximo in periculo res eſt.& 129.a.Domitium periculo obſidionis liberari cupio.Tuſ.251.a.Quæ qui recordetur, aut ſanè periculum eſt,ne,&c.& 163.a.Ne mouear,&c.periculum non eſt.& de Orat.102.b. Nullum periculum eſt,ne quid tu,&c.At.* Summum erat periculum, ne ſi nihil impetrarent,à ſenatu alienarentur.Meo periculo,tuo,ſuo,alicuius.In V.246.a.Sumptu periculoq; ſuo armatam nauē aliquò mittere.In V.148.a.Periculo ſuo uerſari in aliqua re.pro Seſt.25.a.Quid tu meo periculo gurges patrimonij helluabare? At.85.b.Brutus ſcripſit rem illam ſuo periculo eſſe.pro Fl.154.b.Iniuſtè facis ſi putas periculo noſtro uiuere tuos contubernales.pro Seſt.14.a. Ego qui periculo reip.uiuebam.At.59.a. Quod quidem tibi nummi meo periculo ſint.At.212.b.Sed etiam atq; etiam dico,tuo periculo fiet.In A.242.b.Ita fit, ut meo ſemper periculo peccet Antonius.de Legib.188.a.Dux enim ſuo periculo progredi cogitat. pro Muren.130.b. Quæ conſuluntur, minimo periculo reſpondentur.

Periculum facere.pro experiri,& periclitari. In V.72.b.Facere periculum innocētiæ alicuius.In V.59.a. Tu uerò qua in re ſpecimen cæteris aliquod dediſti? quando tu te tui periculum feciſti?de Pro.76.a.Si quis fortunæ muneribus ampliſsimis ornatus,ſæpius eius deæ periculum facere nollet.In P.93.b.Fac huius odij tanti ac uniuerſi periculum,ſi audes.In A.197.a.Qui quotidie periculum fortunæ facit.

Perilluſtris,ſtre.At.79.

Perimbecillus,la,lum.At.169.

Perimo,mis.interimo,deleo.Tuſc.167.b. Nec poteſt eſſe miſer quiſquam ſenſu perempto.& 174.a.Sin autem perimit ac delet omnino,quid melius? de Arch.249.a.Si ludi non intermiſsi, ſed perempti atq; ſublati ſunt. pro Plan.280.b.Si mihi uis aliqua maior reditum peremiſſet. pro Seſt.13.b.Si cauſam publicam mea mors peremiſſet. de Diuin.84.a. Vbi tam teneros uolucres matremq; peremit. de Diuin.84.a.Luna,&c.ſtellanti nocte perempta eſt. de Vn.202.a.Nec uos ulla mortis unquam fata periment.

Perincommodè.Att.14.a. Sed accidit perincommodè quod eum nuſquam uidiſti.

Perinde.proinde quaſi,ſimiliter,eo loco. de Or.149. b.Non poſſum dicere me hæc perinde ut dicam diſcenda eſſe,didiciſſe.& 162.b.Sed hæc omnia perinde ſunt ut aguntur.Of.76.b.Habes à patre munus magnum,ſed perinde erit ut acceperis.At.201.a. Benefacis cum id efficis, mihi crede,perinde ut tu exiſtimare non poſſes.Ep.122.b. À te peto,ut meas iniurias perinde doleas,ut me exiſtimas dolere tuas ſolere.de Cl.181.b.Hæc perinde accidunt,ut eorum qui audiunt mentes oratione tractantur.In A.261.b Perinde homines, [illegible] quiſq; meretur,iudicant. pro Cl.32. a.Perinde ut opinio eſt de cuiuſq; moribus, ita quid ab eo factum aut non factum ſit,exiſtimari poteſt.de D.126.b. Signiferi orbis unaquæq; pars alia alio modo mouet cœlū,perinde ut quæq; ſtellæ in his finitimiſq; partibus ſunt quoq; tempore.de D.227.a.Perinde utcunq; temperatus ſit aer,ita pueros orientes animari atq; formari. Ac.9.a. Difficile eſt de eorum temeritate,perinde ut cauſa poſtulat,dicere.Ep.134.a.Non perinde ut eſt re abſens percipere potuiſti.Tuſ.168.b.Omnia iſta perinde ut cuiq; data ſunt, pro rata parte à uita uel longa uel breuia dicuntur.Ep.145.b.Si perinde ut mereor, mihi ſucceſſerit. pro Cec.296.b.Perinde ualebit,quaſi armatiſsimi fuerint ſi reperientur,etc.pro Q.15.b.Atq; hæc perinde loquor, quaſi debueris,&c.Tuſ.204.a. Perinde ſtultiſsimum regem in luctu capillum ſibi euellere, quaſi caluitio mœror leuaretur.pro Q.8.a. Quod nunquam factum eſt,perinde quaſi factum ſit confirmare. Tuſ.160.b.& In V.96.a Metelli ſperat ſibi quiſq; fortunā,perinde quaſi certi quicquam ſit in rebus humanis.aliter,proinde quaſi. At.220. b.Quod ego perinde tuebar,ac ſi uſus eſſem. Att.44.b. Perinde habebo,ac ſi ſcripſiſſes nihil eſſe. & Part.237.a. Perinde habere aliquid ac ſi non eſſet.pro Q.R.47.a.Perinde ac ſi,&c.perinde dicemus.Ep.179.b.Perinde ac ſi iā uicerint.aliter,Proinde ac ſi.Tuſ.229.a.Philoſophia non perinde ac de hominum eſt uita merita laudatur. de Fin. 63.b.Viuendi artem tantam tamq; operoſam,& perinde fructuoſam relinquerent.ad Her.1.b.Res geſtæ aut perinde ut geſtæ.pro Mar.132.b.Perinde habeatur, quaſi eam pecuniam ceperit. Vereor,ut hoc quod dicam non perinde intelligi auditu poſsit,atq; ego ipſe cogitans ſentio.

Perin-



Perinfirmus,ma.de Fin.75.

Peringenioſus.de Cl.172.

Periniquus,qua.Ep.195.

Perinſignis,gne.notabilis,conſpicuus. de Leg.166.a. Perinſignis corporis prauitas.

Perinuitus,ta.inuitè,inuitò.39.& 111.a.

Periocha,chæ.argumentum,complexio totius rei breuior. Att.213.a.Ego ne Tironi quidem dictaui, qui totas περιοχὰς perſequi ſolet,ſed Spintheri ſyllabatim.

Periodus,di.Or.217.a.Circuitus orationis,quē Græci περίοδον, nos tum ambitum,tum circuitum,tum comprehenſionem,aut cōtinuationem,aut circunſcriptionem dicimus.& de Or.161.b.Cum illi ueteres circuitū,& quaſi orbem uerborum conficere non poſſent,terna aut bina, aut nonnulli ſingula etiam uerba dicebant.de Clar.179.a. Comprehenſio & ambitus ille uerborum(ſi ſic periodum appellari placet) erat apud illum contractus & breuis. Or.217.a.Dicendum eſt,quantos circuitus facere deceat, deq; eorum particulis & tanquam inciſionibus differendū eſt.Or.218.b.Conſtat enim ille ambitus, & plena comprehenſio è quatuor ferè partibus, quæ membra dicimus. & ibid. È quatuor quaſi hexametrorum inſtar uerſuum quod ſit,conſtat ferè plena comprehenſio. Or.219.a.Sequitur comprehenſio ex duobus membris,qua non poteſt eſſe breuior.Quem quaſi noſtrū fefellit, ita uos eſſe dicturos.Or.217.a.Placet igitur omnia dici illa circumſcriptione & ambitu,ut tanquam in orbe incluſa currat oratio, quoad inſiſtat in ſingulis perfectis abſolutiſq; ſententijs. Or.216.b. Solet autem quæri, toto ne in ambitu uerborū numeri tenendi ſint, an in primis partibus atq; in extremis.Or.216.b.Non ſunt in oratione tanquam tibicini percuſsionū modi,ſed comprehenſio & ſpecies orationis clauſa & terminata eſt.Or.215.a.Circuitus incitatior numero ipſo fertur,& labitur,quoad perueniat finem & inſiſtat.Or.210.b.Forma concinnitaſq; uerborum conficiat orbem ſuum.de Or.160.b.Oratio cōuerſiones habeat abſolutas. ad Her.30.a.Continuatio eſt,denſa & continens frequentatio uerborum cum abſolutione ſententiarum. et ibid. Exempla periodorum, quæ in tribus commodiſsimè fieri ſolent,in ſententia, in contrario, in concluſione. & 34.a.b.In continuationib. oportet uerba ſicut à poetis in quendam numerum extruere. I.V.250.b.Exempla periodorum. & 261.a.Cui, &c.hæc &c.& de Fin.84.a.Cui, &c.& 83.b.Quin, &c.ijs,&c. & Tuſcul.235.a. Nam cui, &c. huic, &c. Huic, &c. Exemplum pulcherrimæ periodi. de Amic. Nam cuius aures clauſæ ſunt ueritati, ut ab amico uerum audire nequeat, huius ſalus deſperanda eſt. Exemplum periodi figura tantum. In Verrem 274.a. Poſt Syracuſas conditas, quem in portum nunquam hoſtis acceſſerat, in eo te prætore primùm piratæ nauigauerunt.

Peripateticus,a,um.de Orat.148.a. Ab ipſo Platone Ariſtoteles & Xenocrates, quorum alter Peripateticorum,alter Academiæ nomen obtinuit. Ac.42.a.Qui erant cum Ariſtotele Peripatici dicti ſunt, quia diſputabant inambulantes in Lycio. & Tuſcul.195.a. Peripatici familiares noſtri,quibus nihil eſt uberius,nihil eruditius,nihil grauius.Off.56.a.Peripatetici,qui quondam ijdem erant qui Academici.& de Fin.125.b.Peripatetici & Academici ueteres ijdem. de Nat.5.a. Stoici cum Peripateticis re conſentire,uerbis diſcrepare uidentur.& ibi.M.Piſo Peripateticus. de Finibus 99.a. Eſt enim Peripateticorum conſuetudo dicendi non ſatis acuta, propter ignorationem dialecticæ.

Peripetaſma,tis.periſtroma,aulæū. I.V.205.b.Quid illa attalica tota Sicilia nominata,ab eodem Heio peripetaſmata emere oblitus es?

Periratus.Ep.128.

Periſtroma,tis.peripetaſma,ſtragulum, ſtragula ueſtis. I.A.173.a. Conchyliatis Cn.Pompeij periſtromatis ſeruorum in cellis lectos ſtratos uideres.

Periſtylum,li.locus columnis undiq; clauſus, & ornatus,intra quas colūnas,tres aut quatuor porticus patent, ea forma qua uidemus clauſtra quæ uocant ſacrarum ædium,præſertim monachorum fabricata. pro Dom.236. b.Porticus cum conclauibus pauimenta trecentum pedū, ampliſsimum periſtylum.

Peritè. ſcienter. de Orat.116.a. Hæc quidem ſunt concinnè diſtributa, ſed non peritè. & pro Corn.55. a. Peritè dicere de aliqua re. de Orat.109.a. Scienter & peritè dicere. de Orat.89.a.In aliqua re ſatis callidè uerſari ac peritè.& I.V.135.b.Peritiſsimè & callidiſsimè facere aliquid.

Peritus,a,um.ſciens, gnarus, exercitatus,intelligens, in aliqua re artifex. pro Cor.55.a.Si uſus patronorum in iudicijs ualeret,à peritiſsimis L.Cornelij cauſa defenſa eſt. & pro Font.283.a.Peritus ad uſum ac diſciplinam belli. de Orat.99.a.M.Cato iuris ciuilis omnium peritiſsimus. & 103.a. Iuriſconſultus, qui legum & conſuetudinis ad reſpondendum & ad cauendum peritus ſit. & 106.a. In eo iure quod ambigitur inter peritiſsimos. de Clar.171.b. Fabius pictor iuris & literarum & antiquitatis bene peritus. Epiſt.102.b.Neminem te iuris peritiorem eſſe conſtat. pro Cluent.39.b. Quis P.Octauio ingenio prudentior?iure peritior?de Clar.173.b. L.Cælius iuris ualde peritus.& 183.a.L.Aelius antiquitatis ſcriptorumq; ueterū literatè peritus.de Orat.94.a.Hæc ab hominibus callidis ac peritis animaduerſa ſunt.pro Fon.279.b. Sapiens homo ac multarum rerum peritus. Off.29.b. Homo doctus,uel etiam uſu peritus.Off.64.a. Homo peritus definiendi.& pro Fon.283.a. Peritus belli gerendi. I. P.91. a.Vir fortis,in primis belli ac rei militaris peritus Quint. Martius,&c.

Periucundus,da.de Or.102.& 111.

Periucundè.pro Cæl.42.

Periurium,rij.perfidia. Off.73.b.Non enim falſum iurare peierare eſt,ſed quod ex animi tui ſententia iuraueris,ſicut uerbis concipitur more noſtro,id non facere,periurium eſt.Off.73.b.Sed ſi hic ſibi ſumunt, nullam eſſe fidem quæ infideli data ſit,uideāt ne quæratur latebra periurio. I.V.204.a.Quàm minimum dem illi temporis ad meditandum confirmandumq; periurium. pro Fon.283. b. Sceleratorum hominum periuria.de Ar.252.b.Hoc ſuſpicor de tuorum iudicum manifeſto periurio dici. Item: In periurio fides iuſiurandumq; negligitur. de L.174.a. Periurij pœna diuina,exitium:humana,dedecus.

Periurus,a,um.qui fidem & iuſiurandum negligit et uiolat,uel relinquit. pro Q.R.48.a. Improbiſsimus & periuriſsimus leno. 52.b.Nihil intereſt inter periurum et mendacem.l.Mendax.

Perlabor,ris.Tuſc.154.a.Indeq; perlapſus ad nos,& uſq; ad Oceanum Hercules.

Perlatè.de Or.110.a.

Perlego,gis.de D.81.b.Perlegi,inquit ille,tuum paulo ante tertium de natura deorum.

Perleuis,ue.contra Rull.82.

Kk Perle-

Perleuiter. Q.Fr.309.

Perlibenter. At.132.

Perliberaliter. At.158.& 245.

Perlitus,a,um.reſperſus.pro S.R.43.b.

Perlubens,tis. Q.Fr.311.b.Me perlubente,Seruius alliſus eſt.

Perluceo, ces. eluceo. Offic. 39. b. Honeſtum illud maximè quaſi perlucet ex ijs, quas commemoraui uirtutibus.

Perlucidus,a,um.perlucens, quod ita tenue ac lucidū eſt, ut per id res perſpici & peruideri poßint. illuſtre, & ualde clarum.de Natur.54.b. Membranæ oculorum perlucidæ. & de D.107.b.Illuſtris & perlucida ſtella. pro Domo 116.b.Deos ipſos induxit Epicurus perlucidos & perflabiles.

Perluctuoſus, ſa, ſum. Q.Fr.327.

Perluſtro,as.Part.233.a.l.Luſtro.

Permagnus,a,um.I.V.81.

Permaneo,es.conſto.de Am.110.a. Aliter enim amicitiæ ſtabiles permanere non poſſunt. Ep.11.a.In omnibus meis ſententijs de rep.priſtinis permanebam.& 70.b.71.a. Permanere in incepto.de L.183.a.Nam & Athenis iam ille mos à Cecrope,ut aiunt,permanſit. Ep.61.a.In mea erga te uoluntate permaneo. de Finib.82.b.Illud ſtabile & firmum permanſurum eſt.de Orat.110.b.In qua permaneo Catule ſententia. Epiſt. 13. a. Qua in ſententia conſtare ſi uoluiſſent,&c. Attic.20.a.Permanere in priſtina ſententia.

Permano,as.peruenio,penetro. pro Corn.66.b. Vt aliqui ſermones inuidorum etiam ad ueſtras aures permanarent,& in iudicio ipſo redundarent. pro Domo 237.b.Et ſi effluunt multa ex ueſtra diſciplina, quæ ad noſtras aures ſæpe permanant.de N.1.b.Nec eſt quod ab his ad hominum uitã permanare poßit. & de Or.137.b.Vt ad eorum mentes permouendas permanare poßint.Tuſc.184.b.Concluſiunculæ ad ſenſus non permanantes.de Fin.115.b.Natura omnis appetendarum rerum ita latè patet,ut à principijs permanet ad fines. pro Cl.54.a.Venenum epotum permanat in uenas,& in omne corpus. pro S.R.29.a.Macula ex paterno ſanguine concepta uſq; eò permanat ad animum,ut,&c.

Permanſio,onis. Ep.15.b.In una ſententia perpetua permanſio.de In.82.b. Permanſio perpetua in aliqua re. & At.181.

Permediocris,cre.de Or.103.

Permeo,as.penetro. Ac.30.a.Quod quædam animalis intelligentia per omnia permeet & tranſeat.

Permetior,iris.dimetior. Acad.32.a. Vos uerò ſolis magnitudinem quaſi decempeda permenſi refertis.de Vn.200.a. Cum eos permenſus eſt idem, & ſemper ſui ſimilis orbis.

Permirus,ra.de Or.103.

Permiſceo,ſces.commiſceo. In Vat.31.b.Ne tuas ſordes cum clarißimorum uirorum ſplendore permiſceas. de Or.128.a.Et illa excellens opinione fortuna cum laboribus & miſerijs permiſta eſſe uideatur. Or.215.a.Interualla longa & breuia, quibus implicata & permiſta oratio eſt. pro Planc. 279.a.Ego fructus magna acerbitate permixtos tuli. Orat.216.a.Oratio permiſta & temperata numeris. In Verrem 133.b. Non modò illa permiſcuit,ſed etiam in his turbauit. pro Planc. 267.b. Omnia potius permiſcuerunt, quàm ei legi conditioniq; parêrent. In A.244.b.Cuius immanitas naturæ, ne uino quidem permixta temperari ſolet. de Vn. 202.b. In qua temperatione animum uniuerſæ naturæ temperans permiſcebat.



Permißio,onis.permiſſus,conceſſus.Quint.Fr.319.b. Quod tibi mea permißio manſionis tuæ grata eſt,ex parte gaudeo. ad Herenn.9.a.Plus enim ualet ſanctio permißione. ad Herenn.33.a. Permißio eſt, cum oſtendimus in dicendo nos aliquam rem totam tradere & concedere alicuius uoluntati.

Permiſſus,ſus.permißio. de Ar.249.b.Omne ſeruitium permiſſu magiſtratus liberatum,&c. contra Rull. 73.a. Permiſſu legis. & I.V.189.b.Permiſſu tuo.& pro Corn.63.b.

Permiſtè.de In.49.b.Si genera ipſa rerum ponuntur, neq; permiſtè cum partibus implicantur. & Part.232.a. l.Interciſè.

Permiſtio,onis.admiſtio. de Vn.202.b. Superioriſq; permiſtionis reliquias fundens æquabat.

Permiſtus,a,um.admiſtus.de D.107.a.Ea quæ permiſti cum corpore animi uidere non poſſunt. de Vn.199.a. Atq; ita permiſtum illud,ex quo hæc ſecuit,iam omne conſumpſerat.Or.216.a.Omnes in oratione eſſe quaſi permiſtos & confuſos pedes.

Permitto, tis. dimitto, concedo, poteſtatem facio uel concedo.Ep.229.a.Neq; nunc diſceßiſſet à me, niſi ego ei permiſiſſem.& 86.b.Quid tibi permittatur cognoui. & 56.a.Vt in quo uellemus gymnaſio eum ſepeliremus, nobis permiſerunt. de Natur.60.b.Tibi permitto abire ne malis an manerent. pro Dom.224.a. Vt omnia tibi permitterent. & de Oratore 142. b.Quis tibi permiſit,ut, &c. In Ver.153.b. Permittere licentiam alicui faciendi aliquid. contra Rull.72.b. Primùm permittitur infinita poteſtas innumerabilis pecuniæ conficiendæ.I. V.135.a.In cenſu habendo poteſtas omnis æſtimationis habendæ cenſori permittitur.I.V.240.a.Ipſis iudicibus ſine mea argumentatione coniecturam facere permittam,quod hoc genus prædandi,etc.pro Syl.175.b.Permitto aliquid iracundiæ tuæ,do adoleſcentiæ,cedo amicitiæ, tribuo parenti. pro Syl.170.b. Quo in magiſtratu non inſtitutum eſt à me regnum, ſed non permiſſum. de In. 80. b. Lex aut iubet, aut permittit, aut uetat. & ad Herennium 9.a. Altera lex cogit, altera permittit. In Verr.235.a.Crudelis in animaduertendo,diſſolutus in permittendo. In C. 98.a.Simili ſenatuſconſulto C.Mario,L.Valerio Coſs.permiſſa eſt reſpub.id eſt,ne quid detrimenti caperet. Q.Fr. 311.a. Totum ei negocium permiſi,meq; in eius poteſtate dixi fore. pro Font.281. b. Committere fidei,permittere poteſtati. pro Seſt.19.b. Inimicitias cum aliquo ſuſceptas reipub. permittere. Quint. Frat. 291. b. Ea poteſtate, quæ tibi ad dignitatem permiſſa ſit, ad quæſtum uti. Attic.263.a. Coß.& lege, & S.C.præmiſſum erat, ut de actis Cæſaris iudicarent. pro S.R.43.b. Roſcij uita erepta de manibus ſectorum, ſententijs iudicum permitteretur. Q.Fr.316.b.Tibi permiſſurus ſum, ut facias quod uis.

Permodeſtus. At.59.

Permoleſtus. At.16.

Permoleſtè. I.V.230.

Permotio,onis.motus,perturbatio. de Or.128.b.Quæ permotionis cauſa uehementer, uel conciliationis leuiter aguntur. Ac.34.a.In omni permotione naturalem uolebant eſſe quendam modum.pro Dom.110.a.Quæ permotione mentis magis quàm natura ipſa ſentimus.





Permoueo,ues.commoueo, perturbo, perpello. Orat.206.a. Miſeratione mens iudicum permouenda eſt. de Orat. 125.b. In commouendis iudicibus ijs ipſis ſenſibus, ad quos illos adducere uolo, permoueor. de Diuin.107.b. Quod maximè contingit, aut dormientibus,aut mente permotis.pro Cec.294.a.Ex eo loco metu permotus fugit.

Permulceo,ces,permulſi,permulſum.mulceo,delinio, mitigo. Orat.212.b. Duæ ſunt igitur res, quæ permulceant aures, ſonus & numerus. & de Or.138.a.Eum qui audit permulcere atq; allicere.de Nat.48.b.Aram,quam flatu permulcet ſpiritus auſtri. de Fin.71.b. At ille pellit, qui permulcet ſenſum uoluptate.ad Heren. 20.a. Nam læduntur arteriæ,ſi antequam leni uoce permulſæ ſunt, acri clamore compleantur.de Sen.78.a.Præterita enim ætas quamuis longa, nulla conſolatione permulcere poſſet ſtultam ſenectutem.

Permultò.adu.de D.134.

Permultus,a,um. de Leg.190.b.Permulti imitatores principum exiſtunt.pro Sext.Roſc.33.b.Permulti obſeruandi ſunt.

Permutatio,onis.mutatio.At.75.a.Ego rationem Philogeni permutationis eam quam tecum feci,edidi.Ep.33.a b.Ibi per paucos dies,dum pecunia accipitur,quæ mihi ex publica permutatione debetur,commorabor.pro Cæl.50 b.Quadrantaria permutatio.In P.90.a.Partim emptiones,&c.partim permutationes ad hunc Tuſculanũ montem extruendum. pro Seſt. 19. b. Magna rerum permutatione impendente declinaui paululum. Parad.126. a. Virtus nec tempeſtatum, uec temporum permutatione mutatur.

Permuto,as.muto. I.C.107.a. Si Catilina ſententiam permutauerit,&c.de Ar.254.a.Id ita perturbatum,itaq; permutatum eſt,ut,&c.Off.35.b. Effectumq; ut dando et accipiendo & permutandis facultatibus nulla re egeremus.Item: At permutata aliquãdo pecunia eſt, ductæ merces,&c.Ep.29.a. At ſe curaſſe ut cum quæſtu populi pecunia permutaretur. Att.245.b. Quare uelim cures, ut permutetur Athenis,quod ſit in annuum ſumptum ei ſatis. At.194.a.Sed quæro quod illi opus erit Athenis permutari,ut poßit. Att.195.a.Ipſi permittam de tempore nummorũ,quantum opus erit ut permutetur, tu uidebis. At.184.b.Scripſerat ut XII.HS.permutaret,tantum eſſe reliquum de argento.At.251.a. Quæ quo plus permutaſti quàm ad fructum inſularum,&c. Att.76.a.Vt uerear ne illud quod tecum permutaui,uerſura mihi ſoluendum ſit.

Pernego,as.prorſus nego. pro Cæl.51.b.Atq; à ſe illam pyxidem traditam pernegaret.

Perneceſſarius,a.At.80.

Pernicies,ei.exitium,peſtis,labes calamitas.I.C.99.b Quanquam uidebam perniciem cum magna calamitate reip.eſſe coniunctam.& 104.a. Cum tua peſte ac pernicie proficiſcere. pro S.R.40.a. Quorum nihil pernicie cauſa diuino conſilio factum putamus.aliter, pernicij, apud A.Gellium: & pernici,apud Non.Marcellũ. de Or. 111.a.Eadem facultate & fraus hominum ad perniciẽ, & integritas ad ſalutẽ uocatur. I.V.67.a.Labes atq; pernicies prouinciæ.I.C.120.a.De pernicie reip. & exitio urbis cogitare.pro Dom.230.b.Cum à patria perniciem depuli.I.V.67.a.Pernicies patriæ.)(.Salus patriæ.

Pernicioſè.peſtiferè.de L.171.b.Multa pernicioſè & peſtiferè ſciſcuntur in populis.de L.189.b.Ciuis pernicioſè popularis.



Pernicioſus,a,um.exitioſus,capitalis,peſtifer,infelix. Antequam.196.a.Quæ omnia non ſunt tam calamitoſa, quod mihi ſunt ſubeũda, quàm pernicioſa,quod in remp. ſuut introducta. Q.F.328.a.Exitum iudicij fœdum & pernicioſum leuißimè tuli. pro Dom.236.a.Conſilium reip. pernicioſum.

Pernicitas,tis.magna celeritas.Tuſc.237.a.Adde etiã ſi libet pernicitatem & uelocitatem.

Pernobilis,le.I.V.229.

Pernocto,as.noctem agere,traducere.I.V.205.a.Senator populi Rom.in ueſtro oppido iacuit & pernoctauit in publico.& 259.b. Matres miſeræ pernoctabant ad oſtium carceris.pro Dom.229.a.Sedulius propter inopiã tecti in foro pernoctans.pro Ar.189.a. Hæc ſtudia pernoctant nobiſcum,peregrinantur,ruſticantur. pro Cl.25.a. Cum is apud mulierculam quandam pernoctaret, & ibi diem poſterum commoraretur.Tuſ.183.b.Pernoctant uenatores in niue.Tuſ.241.b.Animum cum his habitantem pernoctantemq; curis,&c.Tuſ.247.b.Bis in die ſaturum fieri,nec unquam pernoctare ſolum.

Pernoſco,ſcis.de Or.86.

Perobſcurus,ra.de N.1.

Perodioſus,ſa. At.169.& 211.

Perofficioſè.officioſè.Ep.139.

Peropportunus,na.de Or.130.

Peropportunè.de Or.110.

Peroptatò.adu.de Or.110.

Peroratio,onis.cõcluſio,epilogus.de Or.116.a.Tum alij concluſionem orationis,& quaſi perorationem collocant.& de Cl.176.a.Peroratio,qui epilogus dicitur. Or. 208.a.Poſt omnia perorationem inflammantem reſtinguentem ue concludere.

Perornatus.perpolitus.de Cl.178.

Peroro,as.concludo. de Or.116.a. Alij iubent antequam peroretur,ornandi aut augendi cauſa digredi, deinde concludere ac perorare. de Cl.181.a.Perorandi locus,ubi plurimum pollet oratio.pro Cæl.52.b. Dicta eſt à me cauſa iudices et perorata.& ad Her.3.b.Perorata narratione.de L.184.a.Plato omnem orationem eius de legibus perorauit uno æſtiuo die. Ac.36.b.& 37.a.Quoniam ſatis multa dixi, eſt mihi perorandum.& de In.49.a.Quibus dictis intelligat fore peroratum.de In.59.a.Idcirco iudices,quia ueram cauſam habebam breui peroraui. I.V. 182.a.De qua cum dixero totum hoc crimen decumanum perorabo.de In.67.b.et Q.Fr.306.a.Quo loco niſi perorata cauſa & probata,non eſt utendum.pro Seſt.3.b.A Q.Hortenſio cauſa P.Seſtij eſt perorata. I.V.123.a.Res illo die non peroratur,dimittitur iudicium. In Vat.34.a. Cum Vectius ad arbitrium tuum peroraſſet.pro Q.14.a Perorare cauſam contra aliquem.de N.57.a. Vt aliquando perorem. Att.72.b.Sed hæc tum laudemus cum erunt perorata.Of.60.b.Perorandæ litis,aliter, Orãdæ liti.At. 54.b.Odio & ſtrepitu ſenatus,coactus eſt aliquando perorare.& pro Q.6.a.Quæritur priore patrono cauſam defendente nunquam perorari potuiſſe.

Perpauculus,la.de L.167.

Perpaucus,a,um.l.Paucus.

Perparuulus.pro Dom.222.

Perparuus,a,um.l.Paruus.

Perpaululum.adu.de Or.122.

Perpaulum.de Fin.52.b.

Perpauper.At.93.

Perpello,lis.impello,permoueo. pro Cæl.45.a. Vultus huius te oculiq; perpulerunt. de Orat.88.a.Cn.Carbo quem tu adoleſcens perpuliſti.

Perpendiculum, li.linea eſt, plombi cylindrum, paruum appenſum habẽs,quà à ſummo ad imum laterum æqualitatem fabri perpendunt. Victruuius autem lib.7.ſic diſtinguit.Longitudines,ad regulam & lineam, altitudines ad perpendiculum, anguli ad normam reſpondentes exigantur. I.V.103.b.Nulla eſt columna,quæ ad perpendiculum eſſe poßit.de Fat.144.b.Si grauitate feruntur ad perpendiculum atomi rectis lineis. Item: Columnas neque rectas, neq; è regione Diphilus collocarat, aliquando perpendiculo & linea diſcet uti. Acad.libro 2.apud Nonium. Atqui ſi id crederemus non egeremus perpendiculis,non normis,non regulis.l.Norma,Linea,Regula.

Perpendo, dis.expendo, dirigo. pro Muren.124.b. M.Cato uitam ad certam rationis normam dirigens, & diligentißimè perpendens momenta officiorum omnium. de Orat 156.b.Hoc nõ arte aliqua perpenditur, ſed quodam quaſi naturali ſenſu iudicatur. I.V.196.a. Aequitas æſtimationis aratorum commodo & uoluntate perpenditur. pro Muren.142.a.Hæc omnia ad rationem ciuitatis ſi dirigas,recta ſunt: ſin perpẽdere ad diſciplinæ præcepta uelis, reperiuntur prauißima. Am.114.a. Amicitia quæ tota ueritate perpenditur. Q. de Pet. 208.b. In ijs omnibus generibus iudicato & perpendito quantum quiſq; poßit.

Perperam.prauè,peruerſè,præpoſterè. pro Q.5.b. & pro Cec.298.a. Seu rectè,ſeu perperam facere cœperunt.de In.60.b.Res perperam conſtitutæ. ad Her.7.a. Qui fecerit illud tam nequiter,eundem hunc tam perperam feciſſe non eſt mirandum.

Perpeßio,onis.perpeſſus.pro Rab.93.b.Harũ rerum non ſolùm euentus atq; perpeßio,ſed etiam expectio indigna homine libero eſt. de Fin.59.a. Dolorum perpeßio. & de In.82.b. Laborum perpeßio.

Perpeſſus, ſus. de Finib.122.b. Dolor difficilis perpeſſu.

Perpetior,ris.ſuffero,perfero. Ep.50.a.Niſi hoc peius ſit,hæc ſufferre & perpeti. Item:Vt mihi tam multa pro te perpeſſo atq; perfuncto concederet,ut præſtarem,&c. Ep.27.a. Vt perpeſſurus ſim quiduis, &c.de Orat.115.a. Ac mihi quidem non ita moleſti ſunt,facilè omnes perpetior,& perfero.cont.Rull.67.a.Mihi omnia potius perpetienda eſſe duco,quàm non,&c. de Fin.78.b.Caſus ille qui nobis miſerabilis uidetur audientibus, illi perpetienti erat uoluntarius. de Fin.132.a.Cum mendicitatem multi perpetiantur,ut uiuant.de Fin.59.a. Iidem perpetiuntur dolorem,ut,&c.

Perpetuitas,tis.perennitas,diuturnitas, continuatio. Off.37.a.Malus cuſtos diuturnitatis metus,cõtràq; beneuolentia fidelis eſt, uel ad perpetuitatem. Quin.Frat.325.b. Magis uoluntatis perpetuitatem, quàm promiſſorum exitum expecto. Off.24.a.Vt conſtare in uitæ perpetuitate poßimus nobiſmetipſis. de N.51.b.Quod perpetuitatis cauſa machinata natura eſt.Tuſc.234.b.Non ex ſingulis uocibus philoſophi ſunt ſpectandi, ſed ex perpetuitate atq; conſtantia. de Fin.82.b.Qui autem diffidit perpetuitati bonorum,timeat neceſſe eſt. Tuſ.169.b. Perpetuitas conſequentis temporis. Tuſc.234.b. Perpetuitas & conſtantia dictorum. de Or.160.b.Perpetuitas, & quaſi cõuerſio orationis.)(.Oratio membris interciſa.Or.197.b.In perpetuitate dicendi.de Or.129.a.Genus facetiarum quod in perpetuitate ſermonis eſt.de Vn.202.a.Perpetuitas pro immortalitate.



Perpetuò.in perpetuum. cõtra Rull.87.b. Vt eam opinionem perpetuò retineatis. Q.Fr.298.b. & de Vn.201.a.Facies perpetuò,quæ feciſti.Ep.49.a. Si perpetuo tacerem.& ibi.Statueram in perpetuum tacere.& 170.a & 40.b.& 88.a.pro Clu.39.a.Iudex, qui non perpetuo ſediſſet.

Perpetuo,as.continuo,as. de Or.159.a. Si cuiuſpiam ſit infinitus ſpiritus,tamẽ eum perpetuare uerba nolimus pro Syl.179.a.Cæcilius iudicum poteſtatem perpetuandam,legis acerbitatem mitigandam putauit.

Perpetuus, a,um.perennis,conſtans,æternus uel ſempiternus,uniuerſus,continens,contextus. I.C.117.b.Atq; ut in perpetua pace eſſe poßitis prouidebo. de Nat.37.a. Stellarum perennes atq; perpetui curſus. I.C.122.b.Ignis Veſtæ perpetuus & ſempiternus. et de N.10.a.Legis perpetuæ & æternæ uis. pro Rab.90.b. Nam me meæ uitæ perpetua conſuetudo ad eum defendendum eſt adhortata.de In.82.b. Stabilis & perpetua permanſio in ratione bene conſiderata.Q.de Pet.209.a.Firma & perpetua amicitia.& Ep.90.a.Aßidua & perpetua cura. Ep.67.b Qui omnes à perpetuis ſuis hiſtorijs ea quæ dixi bella ſeparauerunt.& 68.a.A' continentibus tuis ſcriptis,in quibus perpetuam rerum geſtarum hiſtoriam complecteris. de Fin.67.b.Perpetua oratio non rhetorum ſolùm,ſed etiam philoſophorum eſt.de Or.110.a.Valde ſum cupidus te in illa longiore & perpetua diſputatione audiendi. Q.Fr.308.a.& de Or.97.b.Cato Pompeium oratione perpetua tanquam reum accuſauit. de Or.129.a.In illo genere perpetuæ feſtiuitatis. Ac.16.b.Hortenſius autem uehementer admirans,quod quidem perpetuo Lucullo loquente fecerat,&c. de Or.121.b.Perpetui & uniuerſi generis quæſtio.& de Cl.174.a.Quæſtiones perpetuæ. & de N.60.b.Oratio uniuerſa:id eſt,perpetua. Poſt.210.b.Conſtans & perpetua defenſio ſalutis meæ. Tuſc.247.a. Ita perpetuas & contextas uoluptates in ſapiente fore ſemper. pro Flac.165.a. Annui temporis criminationem omnis ætas L.Flacci & perpetua uita defendet. At.83.a.S.C.factum eſt,ut centeſimæ perpetuo fœnore ducerentur, At.189.a.b.Perpetuũ morbum iurabo. Poſt.205.a.Cum reſp.non ſolùm parentibus perpetuis,ſed etiam tutoribus annuis eſſet orbata. I.V.228.a.Vna uia lata atq; perpetua,multæq; tranſuerſæ Syracuſis. I.P.90.b.A' Brunduſio uſq; Romam agmen perpetuum totius Italiæ uidi.Topic.229.b.Non ſolùm perpetuæ orationes, ſed etiã partes orationis iiſdem locis adiuuantur. Att.12.a.Perpetua oratio:)(.Altercatio.& ibi. Tempus eſt nos de illa perpetua iam,non de hac exigua uita cogitare.& Off.41.b.Pecuniæ quærendæ non ſolùm ratio eſt,ſed etiam collocandæ,quæ perpetuos ſumptus ſuppeditet. I.A.156.a.Quæ ille in æs incidit,in quo populi iuſſa perpetuaſq; leges eſſe uoluit, pro nihilo habebuntur? I.A.248.b.Mea perpetua atq; conſtans uoluntas in remp.de L.179.b.Perpetua ſacra. pro Mil.111.a. Perpetua alicuius conſuetudo in ui inferenda.

In perpetuum.id eſt,perpetuò.de Am.101.a.In perpetuum.)(.Ad quoddam tempus. Att.76.b. Euerſam in perpetuum prouinciam nos inueniſſe ſcito. de Or.119.a. & pro Cl.45.a.Hoc meditatum nobis in perpetuum eſſe debet.I.C.103.b.Hæc reip.peſtis pauliſper reprimi, non in perpetuum comprimi poteſt.contra Rull.77.a.Res ueſtras in perpetuum alienari. ad Br.90.b.Eum in perpe-





tuum alienari.ad Br.90.b.Eum in perpetuum modeſtiorem ſpero fore.

Perpolio.lis.expolio.l.Polio.l.Politus. Ep.69.b.Et ea quæ habes inſtituta perpolies. & de Vn.203.a.Porpolire,& abſoluere aliquid imperfectum. pro Corn.58.a. Placuit ambobus adhiberi hunc à me quaſi perpoliendi quendam operis extremum laborem.de Or.113.a.Tractu orationis leui & æquabili perpoliuit illud opus. de Orat.127.a.Hæ duæ partes,quæ minimè præceptis artium ſunt perpolitæ.

Perpolitio,onis.expolitio.ad Her.28.a. Inſignita perpolitio uerborum.

Perpolitißimè.de In.34.

Perpolitus,a,um.expolitus,excultus. pro Seſt.22.b. Vita perpolita humanitate. ad Her.27.b.Omnes partes orationis æqualiter perpolitæ. de Or.90.a.Homines perfecti in dicendo & perpoliti.

Perpotatio,onis.I.P.84.a.Intemperatißimæ perpotationes.

Perpoto,as.I.V.253.b.Perpotare totos dies.

Perpugnax,acis,de Or.92.

Perpurgo,as. pro Mur.137.a. Nunc mihi tertius ille locus eſt orationis de ambitu criminibus perpurgatus ab ijs qui ante me dixerunt.& de D.108.b. Perpurgatus eſt is locus,&c.

Perpuſillus,la.de Or.131.

Perquã.ualde.de Or.118.b.Quod mihi quidem perquam puerile uideri ſolet.& 123.b.Hoc perquam optandũ nobis. & 127.a.Sic illud perquã breuiter perſtrinxi. & Tuſ.185.b.Perquã flebiliter Vlyſſes lamẽtatur in uulnere.pro Pl.262.a.Hic quã ille dignior perquã graue eſt dictu.& Tuſ.171.b.Illud uerò perquam inane.

Perquiro,ris.exquiro,inquiro.de Or.153.a.I.V.208 b.Scribit ad quoſdam,ut ea uaſa perquirant.de Fin.136.b. Contemplari & perquirere res occultas. pro Cluent.55.b.Perquiritur à coactoribus. Q.de Pet.209.b.Perquiras etiam,& inueſtiges homines ex omni regione, &c. pro Cæl.48.b.Poſſum etiam illa ab accuſatore perquirere,ubi ſit, &c.

Perquiſitius,adu.exquiſitius.de In.57.

Perrarò.adu.de Or.85.

Perrecunditus,ta.de Or.96.

Perridiculus,la.I.V.112.

Perridiculè.de Or.131.

Perrumpo,pis.diſrumpo,perſringo,ui aperio, perſeco. Tuſcul.157.a.Accedit ut eo facilius animus euadat ex hoc aere,eumq; perrumpat. & ibid.Ab his perrumpitur & diuiditur craſſus hic aer.I.A.244.b.Sed effugi inſidias,perrupi Apenninum,&c.Off.59.a. Pœnam legũ, quas perrumpunt, non uident. Attic.131.a. Exercitum firmum habere oportet, quo confidamus perrumpere non poſſe.

Perſæpe.I.V.263.

Perſæ,arum.de D.99.a.Et in Perſis diuinant Magi. & ibi.Rex Perſarum.

Perſalſus,ſa.de Or.134.

Perſalſè.At.316.

Perſalutatio,onis.ſalutatio.pro Mur.134.b.

Perſaluto,as.ſaluto.pro Fl.155.a.

Perſapiens,tis.de Pro.78.

Perſapienter.pro Mil.103.

Perſcienter.de Cl.182.

Perſcribo, bis. refero, datum alicui refero, in tabulas publicas refero.contra Rull.83.b.Hoc perſcriptum in monumentis ueteribus reperietis. pro Flac.155.b. Pecuniam in ædem ſacram reficiendam ſe perſcripſiſſe dicunt. & ibid.Cum Flacco datam referunt. pro Q.R.45.a.Aequè enim tabulæ condemnantur eius, qui uerum non retulit, & eius qui falſum perſcribit.& ibi. Ego ne hanc manum impellere potui,ut falſum perſcriberet nomen? & Epiſt.142.b.pro Syl.175.a.Conſtitui ſenatores,qui omnia iudicum dicta perſcriberent.I.C.113.b.Et quoniam nondũ eſt perſcriptum ſenatuſconſultum ex memoria uobis quirites, quid ſenatus cẽſuerit exponam. pro Syl.174.b.Recenti memoria ſenatus autoritatem huius iudicij monumentis publicis teſtatus ſum. Epiſt.3.b. Senatus autoritas eſt perſcripta.I.P.87.a. Iis uerbis ea de me ſenatus autoritas declarata eſt,ut nemini ſit triumphus honorificentius quã mihi ſalus reſtitutioq; perſcripta. de Orat.143.a.Et eundem id quod in autoritatibus perſcriptis extat, ſcribendo affuiſſe. In Piſ.92.b.Rationes enim perſcriptæ erant ita ſcitè & literatè,ut ſcriba,&c. Attic.47.a.Fac ut omnia ad me explorata perſcribas. Epiſt.62.a. Nunc mihi Q.Frat. mitißimam tuam orationem perſcripſit. & 61.b. De meis rebus ad Lælium perſcripſi. Epiſt.6.b.Vt perſcripſi ad te antea. Attic.93.b. Ad ipſum hæc perſcripſi omnia.



Perſcriptor,oris.I.V.185.

Perſcriptio,onis. Ep.60.a.Iam illud S.C.quod,&c. ea perſcriptione eſt,ut dum id extabit,officiũ meum in te obſcurũ eſſe non poßit.I.A.196.a.Antonius ſepties millies falſis perſcriptionibus donationibuſq; uertit.

Perſcrutor,aris.exquiro,inquiro. pro Fl.150.a.Itaq; perſcrutamini penitus naturam rationemq; criminum.I.V.210.b.Inueſtigare & perſcrutari omnia. Tuſcul.239.a.Speculari & perſcrutari omnia.de In.55.b.Definite literas perſcrutari. de In.78.a.Perſcrutari uoluntatẽ alicuius domeſticis ſuſpicionib.Of.38.a.Dionyſius præmittebat de ſtipatoribus ſuis,qui perſcrutarentur arculas muliebres,& ne quod occultaretur telum exquirerent.

Per ſe.ex ſe,ſua ſponte,à natura,natura & ſpecie ſua, ſeparatus. de Vn.198.a.Mundus per ſe & à ſe, & patitur,& facit omnia. Tuſcul.246.b.Voluptas per ſe, quia uoluptas eſt,ſemper optanda eſt.de D.134.b. Siue externus pulſus dormientium animos cõmouet, ſiue per ſe ipſi animi mouentur. de D.133.a. Vtrum cenſemus animos per ſemetipſos in ſomniando moueri? an externa & aduenticia uiſione pulſari.de Fin.54.a.Si concederetur iſta ſua ſponte & per ſe eſſe iucunda,per ſe eſſet uirtus & cognitio rerum expetenda.& 59.a.Nec patientiam laudari ſuo nomine.pro Pl.267.b.Non enim ſi,&c.idcirco iſta editio per ſe non acerba eſt.I.A.225.a.Per ſe nullo adiuuãte confecit.Parad.125.b.Poſſeßio uirtutis ipſa ſuis ſe uiribus ſuſtinet.)(.Poſſeßio, quæ quo maior eſt, eo plus requirit ad ſe tuendam. I.A.192.b.Gallia ipſa ſua ſponte ſuoq; iudicio excitata. de Fin.82.a.Amicitia ipſa ſua ſponte,ui ſua,ex ſe & propter ſe expetenda.I.A.198.b.Quæ ſeparatim ſuo nomine notanda cenſeo. de Ar.249.b.Id monſtrum ſibi ipſum eſt.Ep.250.a.Et ſi res ipſa loquebatur:id eſt,per ſe nota erat. Off.39.b.Quod honeſtum eſt,per ſe nobis placet,animoſq; omnium natura & ſpecie ſua commouet. Am.111.a.Naturalis illa amicitia per ſe & propter ſe expetenda.& ibi.Per ſe quiſq; charus eſt. de Fin.75.a.Rectum ipſum quod per ſe,ſua ui,ſua natura,ſua ſit ſponte laudabile.

Perſeco,as. At.212.a.Quare da te in ſermonẽ & per-

ſeca,& confice,&c. Ac.31.a. Ecquid nos rerum naturas perſecare,aperire,diuidere poſſumus?

Perſecutio,onis.hoc uerbo Vlpianus extraordinarias iuris actiones putat contineri, ut fidei commiſſorum,& aliorum quæ non habent iuris ordinarij executionem. Orat.210.a.Perſecutionum cautionumq; præceptio in iure ciuili.

Perſephone,es.id eſt, Proſerpina.de N.39.

Perſequentiſsimus iniuriarum.de In.11.

Perſequor,ris.ſequor,conſequor,inſequor. Ep.34.a. Eò diſceſsiſti, quò ego ne te perſequi quidem poſſem triginta diebus. Acad.40.a.Siue enim Zenonem ſequare,magnum eſt,&c.& ibi.Si uero Academiam ueterem perſequamur,&c. Att.116.b.& Ep.152.b. Pompeium perſequi Cæſar dicitur. & Att.276.a. Perſequi aliquem bello. de D.139.a.Superſtitio quócunq; te uerteris perſequitur. In Ver.273.a.Horum nos hominum ſectam perſequimur. pro Dom.242.a. Nec inſtitutas ceremonias perſequi potuit. Ac.1.a.Perſequi inimicitias.I.V.110.b.Iniurias ſuas per uos ulciſci ac perſequi ſtatuerunt.& 65.a.Qui iniurias ſuas perſequi uolunt.pro Dom.223.a.Is mortem eius ſe perſequi uelle dixit. & I.A.255.b.Perſequi mortem alicuius.pro Cec.291.a.Vt tuas iniurias perſequar: id eſt, à te factas.pro Cec.286.b.& I.V.58.a.Perſequi ius ſuum.I.V.154.b.& pro Flac.156.a.Bona ſua repetere ac perſequi lite atq; iudicio. Ep.13.a.Cum pœnas à ſeditioſo ciue per bonos uiros iudicio perſequi uellet.pro Q.7.b.Perſequi rem ſuam:id eſt,petere in iudicio. I.A.242.a.Vt uitã inopem & uagam perſequamur.

Perſequi.complecti,deſcribere, percenſere. pro Cæl.291.a.Perſequi tenuiſsima quæq;. de Cl.175.b.Nunc reliquorum oratorum ætates & gradus perſequamur.de N.23.b.& 77.a.Epicurus uoluptates perſequitur omnes nominatim. Acad.41.a.Brutus ſic philoſophiam latinis literis perſequitur,nihil ut,&c. Ep.147.a.& de Fin.51.b. Et perſequi omnia literis.de D.111.b.Qui ſiderum motus numeris perſequuntur.Ep.147.a.Sed breuiorem me duæ res faciunt:una quod publicis literis omnia ſum perſecutus, altera,&c.de Fin.140.a. Nec ſum copiam quam potui,&c.perſecutus.I.A.165.b.Longum eſt perſequi cæteros,&c.In P.81.b.Perſequere cõnexos his funeribus dies. de Pro.73.a.et Ep.52.b.Si idem extrema perſequitur,qui inchoauit,iam omnia perfecta uidebimus. & 111.b.Perſequi extrema. pro Dom.242.a.Nec inſtitutas ceremonias perſequi potuit.de Ar.248.a.Vix quiſquam arte ulla ordinem rerum ac uiciſsitudinem perſequi poteſt. Off.51.b. Has res Xenophon commodiſsimè perſecutus eſt,in eo libro,qui,&c. de D.90.b. Is diligentiſsimè res Annibalis perſecutus eſt. de Sen.80.a.Quæ uerſibus perſecutus eſt Ennius. pro Syl.175.a. Qui conſuetudine & celeritate ſcribendi,facillimè quæ dicerentur,perſequi poſſent. pro Arch.188.a. In ea autem perſequenda omnes cruciatus corporis parui ſunt ducendi. Orat.202.a. Id notandum eſt ad ſtudium perſequendæ ſuauitatis in uocibus.Or.206 a.In lege Manilia temperata oratione ornandi copiã perſecuti ſumus.I.P.86.a.Triſtiſsimis ominibus aliquem exeuntem perſequi. de Or.125.a. Perſequi aliquid acrius. Ep.85.a.Perſequi uitia alicuius.I.P.90.b.Quæ tu diuerticula,quas flexiones,dum omnes ſolitudines perſequeris, quæſiſti? Attic.150.b.Perſequi pœnas alicuius. Quint. Frat.315.aTua mandata perſequar diligenter: id eſt,exequar.de Sen.80.a. Vt aui reliquias perſequare. de Leg.187.b. Qui legatione hæreditates aut ſyngraphas ſuas perſequuntur.

Perſeuerantia,tiæ.conſtantia. de In.82.b.Perſeuerantia eſt,in ratione bene conſiderata ſtabilis & perpetua permanſio. Part.235.b. Aliud an idem ſit, ut pertinacia & perſeuerantia.pro Dom.214.a.Nimia perſeuerantia. pro Planc.278.a.Ergo ille cum perſeuerantiam ſententiæ ſuæ, non ſalutem reip.retinuiſſet,tamen,&c. I.A.211. b. Retinenda eſt igitur uobis conſtantia, grauitas, perſeuerantia.

Perſeuero,as.perſiſto,permaneo,perſto, pergo tenere eam uiam quam inſtitui,agere pergo. At.93.a.Et quod tibi Romæ oſtenderam me ſeruaturum, in eo perſeuraui. I.A.222.a. At ille in hac conſtantia morbo aduerſante perſeuerauit. de Pro.71.a. Statuit ius dicere, & in eo perſeuerauit.In A.193.b. Vt uos in iſta ſententia perſeueretis.& de Leg.189.b.Perſeueras tu quidem,& in tua uetere ſententia permanes. & de N.76.b.Perſeuerare in eadem ſententia. de In.62.b.Perſeuerare in uicijs. pro Quint.14.a.Quod turpiſsimè ſuſcepiſſes,perſeuerare & tranſigere non potuiſti. At.154.a. Et ad urbem ut non accederem,perſeueraui. pro Q.5.b. Dolobella iniuriam facere fortiſsimè perſeuerat. pro Quint.12.a. Si inimiciſsimè contendere perſeueret.I.V.220.a.Quod cum omnibus diſpliceret,non eſt ab iſto perſeueratum.Ep.245.a. Id quod antè cœperam,agere perrexi. Epiſt.108.a.Quare mi Cicero perſeuera conſtanter nos defendere. At.125.b.Quod quæris, quid Cæſar ad me ſcripſerit, quod ſæpe gratiſsimum ſibi eſse,quod quierim,oratq; in eo ut perſeuerem. & I.A.240.a. Cuiuſuis hominis eſt errare, nullius niſi inſipiẽtis perſeuerare in errore. Am.100.b.Cum Pylades Oreſtem ſe eſse diceret,Oreſtes autem ſe eſſe perſeueraret.

Perſeus,ſei.de N.84.a.Ad pedes Andromedæ Perſeus deſcribitur.

Perſicus,a,um.de Sen.89.b.Cyri purpura,ornatuſq; Perſicus multo auro multiſq; gemmis. de D.90.a.Dionyſius Perſicus.

Perſimilis,le.I.P.99.

Perſiſtó.perſto, perſeuero. de Fin.87.b.Si in eo preſtiteris,ad corpus ea quæ dixi referre.

Perſoluo,uis. de Or.111.a.& de Fin.50.b. Epiſt.133.a.Tantum me tibi debere exiſtimo, quantum perſoluere difficile eſt. Item: Sinite me, quod uobis fretus huic ſæpe promiſi, id à uobis ei perſoluere. In Verrem 269.b. Perſoluere pœnas iudicio.l.Pœna. Attic.103.b. Perſoluere rationem officij ſui. Attic.103.b.Si mihi hoc ζήτημα perſolueris, magna me cura liberaris. Att.235.a.Perſolui primæ epiſtolæ,uenio ad ſecundam.Epiſt.39.b.Perſoluere promiſſa.

Perſona,næ.eſt ea qualitas,qua homo differt ab homine ijs in rebus quæ rhetores attributa perſonarũ uocant. ut pater,filius:maritus,uxor: iudex,imperator,philoſophus,orator,& id genus alia.ponitur pro munere,et partibus.de Or.126.a.Sæpe uidi cum ex perſona mihi ardere oculi hominis hiſtrionis uiderentur.Ep.48.a.Cæſar nunquam niſi honorificentiſsimè Pompeium appellat. at in eius perſona multa fecit aſperius:armorum iſta & uictoriæ ſunt facta,non Cæſaris. Ep.33.a. Neq; enim obſcuris perſonis,nec paruis in cauſis res agetur.ad Heren.2.a.A perſona alicuius capere beneuolentiam.Ep.50.b.Ea reminiſcere,quæ digna tua perſona ſunt.Ep.61.b. Libenterq; commutata perſona te mihi fratris loco eſſe duco. de Or.121.b.Hominum innumerabiles perſonæ.de N.74.a.

Medea



Medea & Atreus heroicæ perſonæ. Att.128.b. Ec' que pacifica perſona deſideretur. I. A.173.a. Exultabat gaudio perſona de Mimo,modò egẽs,repentè diues.de Or.118.a. Tres perſonas unus ſuſtineo,meã,aduerſarij, iudicis. Off.25.a.Magiſtratus gerit perſonã ciuitatis. pro Plan. 280.b.Is abiecit quæſtoriam perſonam,comitiſq; ſumpſit. Att.147.b.Ad eam rationem exiſtimabam eſſe ſatis aptam naturam & perſonam meam. At.237.b.Quid eſt autem cur ego perſonatus ambulem? parum'ne fœda perſona eſt ipſius ſenectutis.Off.20.a. Nobis autem perſonam impoſuit ipſa natura, magna cum excellentia præſtantiáq; reliquarum animantium.& ib.Nobis autem à natura, cõſtantiæ, moderationis,temperantiæ,uerecundiæ partes datæ ſunt. Off.23.b. Ac duabus his perſonis, quas ſuprà dixi,tertia adiungitur,quam caſus aliquis uel tempus imponit. Off.37.b.Cùm tractaretur Atreus,perſonæ ſeruiendum fuit.I A.219.b. Magnum eſt in rep.tueri perſonam principis. Offic.23.b. Ipſi autem quam perſonam gerere uelimus,à noſtra uoluptate proficiſcitur.I.A.205.b. Ita ueni in ſenatum, ut meminiſſem quam perſonam impoſitã à uobis ſuſtinerem.& 208.a.Quanquam nõ alienum fuit perſonas quaſdam à uobis recognoſci,ut,&c.I.P.84.b. Non capiunt anguſtiæ pectoris tui tantam perſonam,tam grauem, tam ſeueram:id eſt,perſonam conſulis. pro Quint.8.a.& Epiſt.111.a. Petitoris perſonam ſuſcipere,accuſatoris deponere.pro Syl.168.b.Deniq; iſtam perſonam uehementem & acrem, quam mihi tempus & reſp.impoſuit, iam uoluntas & natura ipſa detraxit.pro Cec. 287.b. Quam perſonam cognoſcitis mulierũ aſſentatoris,cognitoris uiduarum,&c. hanc perſonam imponite Ebutio, is enim, &c. I.P.95.a. Qui philoſophiam profitetur,grauiſsimam ſuſtinet perſonam. de Clar.171.b. L. Paulus perſonam principis ciuis facilè dicendo tuebatur.& 179.b. Ad tuendam perſonam magiſtratus. de Orat. 98.a.b. Is qui hanc perſonam ſuſceperit,ut amicorum partes tueatur. 147.b. Nec adhuc quam perſonam teneant,intelligunt. pro Mur.125.a. Ego has partes lenitatis & miſericordiæ ſemper egi libenter, illam uerò grauitatis & ſeueritatis perſonam non appetiui, ſed à rep. mihi impoſitam ſuſtinui.& Off.20.a. Nobis à natura uerecundiæ partes datæ ſunt.contra Rul.75.b. Vos mihi perſonam hanc impoſuiſtis,ut eum tuerer.

Perſonatus,a,um.de Or.163.b.Noſtri ſenes,qui perſonatum ne Roſcium quidem magnopere laudabant. Att.137.b.Quid eſt autem cur ego perſonatus ambulem?

Perſono,as.percrepo.pro S. R. 41. a. Cantu uocum, neruorum & tibiarum,tota uicinitas perſonabat. & I.P.84.a.I. A.180.a. At uerò te inquilino perſonabãt omnia uocibus ebriorũ. pro Plan. 277.b.Cũ furialis illa uox ſecũ illos facere acerbiſsimè perſonabat.pro Cæl.47.b.Ille uerò ron loquuntur ſolum,uerùm etiã perſonant, huc unius mulieris libidinem eſſe prolapſam. Epiſt.92.a.Iam tamen perſonare aures eius huiuſmodi uocibus non eſt inutile.

Perſpectus,a,um.certus,cognitus,exploratus,pertractatus. At.47.a.Fac ut omnia ad me perſpecta & explorata perſcribas. At.170.b.Tua erga me mihi perſpectiſsima beneuolentia.de Orat.138.a. Tota cauſa pertractata atq; perſpecta.& Epiſt.6.a. Re perſpecta & cognita. de Or.92.b. Artem cognitis penituſq; perſpectis rebus contineri. At.273.a. Clodij animum perſpectum habeo, cognitum,iudicatum.Orat.208.a. Erit etiam ei perſpectum, nihil poſſe,&c. de Fat. 143.a. Quod erit ei perſpectum in arte. pro Cor.58.a. Virtus audita. )( Virtus præſens, experta atque perſpecta.de Orat.94.a. Ars definitur ex rebus penitus perſpectis, planèq; cognitis, &c. Officior.30.a. Iis quorum uita perſpecta in rebus honeſtis atque magnis eſt.

Perſpergo,gis.reſpergo,perfundo. de Or.98.a. Lepos, quo tanquam ſale perſpergatur omnis oratio.

Perſpicacitas,tatis.ſolertia,acumen. Att.17.a. Nunc uides quibus fluctibus iactemur, et ſi ex ijs quæ ſcripſimus (tanta eſt perſpicacitate) etiam à me non ſcripta, perſpicis.ex Gallico,Sim. Colinæi exemplari.

Perſpicax,cis.ſolers,acutus.Officior.20.b.Id quod acutum & perſpicax natura eſt. Off.71.a. Palemedis perſpicax prudentia.

Perſpicientia,tiæ.conſideratio,contemplatio, cognitio,intelligentia.Off.4.a.Quod honeſtum eſt,aut in perſpicientia ueri ſolertiáq; uerſatur,aut,&c.

Perſpicio,cis.animaduerto. de In. 64. a. Animus ita uidetur affectus fuiſſe, ut rem cum conſilio & cura perſpicere non potuerit.de Leg.168.a.Homo cum ſeipſe perſpexerit,totumq; tentarit,intelliget, &c. de Ar. 247.b. Nemo illorum prudentiam non dicam aſſequi,ſed quanta fuerit,perſpicere poteſt. Epiſt.3.a. Quod tum dicendo, tum ſingulis appellandis rogandiſq; perſpexeram. Epiſt.40.b.Nollem accidiſſet tempus, in quo perſpicere poſſes quanti te facerem, quanquam in conſuetudine quotidiana perſpexiſſes,ſicuti perſpicies.pro Syl.181.b .Perſpicite etiam atq; etiam, &c. penitus introſpicite iſtorum mentes.I.C.101.b. Quorum tu ſtudia perſpicere potuiſti. de Am.*. Quidam ſæpe in parua pecunia perſpiciuntur, quàm ſint leues.de Orat.103.b.Qui rerum omnium naturam perſpexerit. Att.29.a.Ex fronte,ut aiunt,meum erga te amorem perſpicere potuiſſes. Off.36.a. Perſpicere quid in quaq; re uerum ſit.

Perſpicuè.manifiſtè,apertè,dilucidè. pro Cæl. 42.b. Non me hæc mouent, quæ perſpicuè falſa ſunt. & de D.116.a.Diuinatio perſpicuè tollitur.de In.58.b. Falſum eſt in quo perſpicuè mendacium eſt.& 59.a. Res perſpicuè turpis.de Fin.94.a.& de In.63.a.Planè & perſpicuè dicere uel ſcribere aliquid.

Perſpicuitas,tis.euidentia. Acad.5.b. Nihil eſt clarius ἐνάργια,ut Græci,perſpicuitatem aut euidentiam nos, ſi placet,nominemus.de N.61.b. Perſpicuitas argumentatione leuatur.l.Enargia.

Perſpicuus.clarus,euidens,apertus,manifeſtus, minimè dubius. de N. 61.b. Quaſi hoc perſpicuum ſit, conſtetq; inter omnes eſſe deos.de Orat.120.b.Perſpicua ſunt hæc quidem,& in uulgari prudentia ſita.de In.55.a. Hæc propoſitio indiget approbationis, non enim perſpicua eſt.& ibid.Ex his omnibus illud perſpicuum eſt, approbationem,&c.de Orat.128.b.Iam illud perſpicuum eſt,omnium rerum, &c. pro S. R. 21.b. Rem quæ ſuſpicioſa ſit, perſpicuam facere. & I.V. 67.a. Facere aliquid perſpicuum.pro Dom. 226.a. Quoſdam ſe in medios hoſtes ad perſpicuam mortem pro ſalute exercitus inieciſſe.& pro Quint.15.a.Perſpicua ueritas. Off.36.a. Quis eſt enim cui non perſpicua ſint illa, quæ pluribus uerbis à Panætio commemorantur.

Perſto,as.perſiſto,perſeuero.pro Q.R.54.a.Perſtat in ſententia Saturius. & 49.b. Perſtat in impudentia. Acad.7.b.Tamen ne in iſta prauitate perſtabitis. Off.6.a.Qui negat aliquid,& in eo perſtat. Off. 60.a. Vrgent

ruſticè ſanè, negant enim poſſe, & in eo perſtant.

Perſtringo, gis. percurro, leuiter tango, ſtrictim attingo, breuiter ſtrictimq́; dico, non longius perſequor, incîdo media ut citò ad extrema ueniã, pungo. I. V. 225. a. Rei magnitudo me breuiter perſtringere atrocitatẽ criminis non ſinit. de Or. 127. a. Sic quid eſſet illud, perquam breuiter perſtrinxi atq; attigi. pro S. R. 33. b. In animo eſt leuiter tranſire, ac tantummodo perſtringere unamquanque rem. I. A. 169. b. Nunc reliquũ curſum uidete, quẽ quidem celeriter perſtringam. ad ea enim, quæ, &c. feſtinat animus. de Cl. 195. b. Cõſulatus meus illum leuiter perſtrinxit. At. 238. a. Itaq; perſtringã ſine ulla cõtumelia. I. A. 179. b. & Am. 104. b. Quem locũ breuiter perſtrinxi paulo antè. & de Sen. 85. b. Voluptas rationi inimica, mentis, ut ita dicam, perſtringit oculos. pro R. P. 129. b. Necillius animi aciem perſtringit ſplendor ſui nominis, nec mentis quaſi luminibus officit altitudo fortunæ et gloriæ. ad Brut. 289. a. Qui ſplendore falſi honoris obiecto aciem boni ingenij perſtringunt. de Fin. 118. b. Aciem animorum noſtrorum uirtutis ſplendore perſtringitis. I. A. 240. a. Quod uidebã equidem, ſed quaſi per caliginem perſtrinxerat aciem animi Bruti ſalus. In Vat. 34. a. Cuius ſplendor ac dignitas perſtringebat oculos Vatinij. & ad Her. 39. b. Exiſtimat ſe gemmæ nitore & auri ſplendore oculos omnium perſtringere. At. 9. a. Perſtringere aliquem: id eſt, carpere, pungere, &c. pro Seſt. 5. a. Vt eos quorum ſcelere eſſem uiolatus, uocis libertate perſtringerem. pro Plan. 266. b. Ille L. Craſſi uoluntatẽ aſperioribus uerbis ſæpe perſtrinxit impunè. pro Syl. 275. b. Nemo unquam me tenuiſſima ſuſpicione perſtrinxit, quem non præuerterem. I. A. 179. b. Aratrum, cuius quidem uomere portam Capuæ penè perſtrinxiſti. contra Rul. 79. b. Quod ſolum tam exile & macrum eſt, ut aratro perſtringi non poſſit.

Perſtudioſus, ſa. At. 80.

Perſtudioſè. de Cl. 183.

Perſuadeo, des. probo, ad credendum duco, fidem facio. ad Her. 2. b. de N. 13. b. Eſſe deos perſuaderi mihi non opinione ſolum, ſed etiam ad ueritatem planè uelim. At. 106. b. Prorſus ita eſſe, ut ſcribis, mihi perſuades. Acad. 29. b. At hoc Anaximandro populari ſuo non perſuaſit. At. 254. a. Hoc mihi non ſolum confirmauit, ſed etiam perſuaſit. I. A. 165. a. Quorũ ſi utrumuis perſuaſiſſem, in has miſerias nunquam incidiſſemus. Off. 13. a. Cùm perſuaſum ſit, nihil hominem niſi quod honeſtum ſit, expetere oportere. Att. 162. a. Sic enim uolo te tibi perſuadere, mihi neminem eſſe chariorem. de Sen. 93. b. Mihi nunquã perſuaderi potuit, animos, &c. de Or. 150. b. & Att. 229. b. Hoc tibi primum perſuadeas uelim, me, &c. & Ep. 170. a. Hoc uelim tibi penitus perſuadeas. Off. 59. b. Omnibus perſuaſum eſſe debet, ſi poſſemus, &c. I. V. 248. b. Omnes ſic habent perſuaſum, iſtum clàm à piratis pecuniam accepiſſe. Ep. 168. a. Perſuaſum eſt mihi de tua fide. & 172. a. Perſuaſiſſimũ mihi eſt, &c. Tuſ. 222. a. Ne ſi fortè de paupertate non perſuaſeris, ſit ægritudini concedendum. I. V. 202. a. Quid ſi magnitudine pecuniæ perſuaſum eſt ei? uerìſimile nõ eſt. de Or. 96. b. Oratoris officiũ eſt, dicere ad perſuadendum accommodatè. de In. 47. a. Si ab ijs, qui antè dixerunt, iam quiddam auditori perſuaſum uidetur. & ad Her. 2. b. Aut cum animus auditoris perſuaſus uidetur.

Perſuaſio, onis. l. Fides. de In. 7. & 43. & 51. & 66.

Perſuaſus, a, um. Tuſ. 206. a. Opinio mali, quo uiſo & perſuaſo ægritudo inſequitur neceſſariò.

Perſubtilis, le. pertenuis. pro Planc. 271. a. Perelegans & ſubtilis oratio.

Pertædet, pertæſum eſt. tædet ualde. Q. Fr. 300. a. Pertæſum eſt leuitatis Græcorum. Or. 212. a. Ex quo quidam pertiſum etiam uolunt, quod eadem conſuetudo non probauit: id eſt, pro pertæſum.

Pertendo, dis. contendo, confero. pro Cor. 57. a. Nos C. Pompeij decretũ iudicium, de conſilij ſententia pronunciatum recognoſcemus? cum legibus conferemus? cum fœderibus, quorum acerbiſſima diligentia eſt, pertendemus.

Pertento, as. attento, exploro. Q. Fr. 305. b. Perſpice rem & pertenta. de Orat. 138. a. Tota cauſa pertentata atq; perſpecta. de In. 66. b. Pertentare aliquam rem ex omnibus partibus.

Pertenuis, nue. l. Tenuis.

Perterebro. as. exterebro, perforo. de D. 90. b. Annibal columnam auream perterebrauit.

Perterreo, es. terreo, conterreo, exterreo, metum affero. pro Cec. 289. b. Ferro, inquit, te reieci atq; perterrui. Item ib. Omnes metu perterriti, in fugam ſe conferunt.

Perterricrepus, a, um. Or. 212. b. Ennij quod terrores crepat, & incutit.

Perterritus, a, um. exanimatus. )( Alacer, geſtiens. de D. 92. b. Is primo perterritus ſomnio ſurrexit, deinde cum ſe collegiſſet, &c. recubuit. Item ib. Tum ego contremui timore perterritus. pro Mil. 113. a. Milo nullo metu perterritus, nulla conſcientia exanimatus. I. C. 107. b. Catilina obſtupefactus ac perterritus mea diligentia. etc. pro Cæl. 51. b. Alacer. )( Perterritus. Am. 103. b. Itaque hac dementia quæſtione noua perterritus, in Aſiam profugit. At. 278. b. Perterritos, inermes, ſaucios non ſunt noſtri duces perſecuti.

Pertexo, xis. detexo, perficio. At. 9. a. Quid multa? totum hunc locum quem in Ariſtocratia ego uariè meis orationibus ſoleo pingere, de flamma, de ferro, &c. ualde grauiter pertexuit. de Or. 121. b. Pertexe modò Antoni, quod exorſus es.

Pertimefactus, ta. perterrefactus. Epiſt. 177. Bruti.

Pertimeſco, ſcis. perhorreſco. Epiſt. 12. a. Non putaui famam inconſtantiæ mihi pertimeſcendam. pro Quint. 1. a. Gratia Sex. Næui ne P. Quintio noceat, id uerò nõ mediocriter pertimeſco. I. P. 84. a. In quo ne tum quidem fortunæ rotam pertimeſcebat. I. V. 66. a. Pertimeſcere de honore ac fama ſua.

Pertinacia, ciæ. obſtinatio, peruicatia. Off. 13. a. In magnitudine animi facillimè pertinacia & nimia cupiditas principatus innaſcitur. Acad. 17. a. In minimis rebus pertinacia reprehenditur, calumnia etiam coercetur. Tuſcul. 176. a. Et refellere ſine pertinacia, & refelli ſine iracundia parati ſumus. de Fin. 54. b. Nec cum iracundia & pertinacia rectè diſputari poteſt. pro Planc. 279. b. Libertatem non in pertinacia, ſed in quadam moderatione poſitam putabo. pro Mar. 134. a. Qui ſua pertinacia uitam amiſerunt. de In. 83. a. Pertinacia, quæ perſeuerantiæ finitima eſt. Ac. 47. a. Pertinacia aut ſtudium uincendi. pro Mar. 136. a. Quæ enim pertinacia quibuſdam, eadem alijs conſtantia uideri poteſt.

Pertinaciter. cum pertinacia. Planc. Epiſt. 157. a. Nam ſi uno loco eſſe, uerebar ne cui obtrectationem uiderer, & nimium pertinaciter Lepido infenſus, & mea patientia etiam alere bellum.

Pertinax, cis. obfirmatus, obſtinatus. de Orat. 125. a. Demiſſus, non acer, non pertinax, non litigioſus, non acerbus. pro Lig. 140. a. Cupidus, iratus, pertinax. Off. 27. a. Sermo lenis, minimeq́; pertinax. de Fin. 54. b. Concertationes in diſputando pertinaces. & ibid. Certè ualde pertinax non ero. & 65. b. Niſi ualde pertinax fueris.



Pertineo, nes. permano, permeo, penetro. de N. 53. b. Viæ quæ pertinent ad iecur, eiq́; adhærent. & 54. a. Venæ in omnes partes corporis pertinentes. Item ibid. Nerui toto corpore pertinẽtes. de N. 53. a. Aſpera arteria ad pulmones uſque pertinet. de D. 127. b. Quæ poteſt igitur contagio ex infinito penè interuallo pertinere ad lunam, uel potius ad terram? de N. 9. a. Ratio quædam pertinens per omnem rerum naturam. & de D. 115. b. Vis quædam ſentiens atq; diuina, quæ toto confuſa mundo eſt. de N. 30. b. Vis uitalis per omnem mundum pertinens. & 40. a. Deus pertinens per naturã cuiuſq; rei, per terras Ceres, per maria Neptunus, &c. de D. 127. b. Vt ſi iam concedamus aliquid uim cœleſtem ad eos, qui in terra gignuntur, pertinere. de Or. 109. a. Talem uerò exiſtere eloquentiam non cognitis rebus omnibus, quæ in tantam prudentiam pertinerent, non potuiſſe confirmo. Att. 123. b. Eodemq́; pertinet, quod cauſam eius probo.

Pertinet, tinebat. attinet, ſpectat, attingit, ualet, partes meæ præcipuæ ſunt, hoc officiũ præcipuè meum fuit, alienum non eſt à me, penes me eſt, curationis meæ eſt. pro Mar. 135. b. Id autẽ etiam ſi tunc ad te, ut quidam falſò putant, non pertinebit, nunc certè pertinet, te, &c. At. 41. a. Idq́; ad multa pertinuit meis, ut in Epeiro conſiſteremus. de Or. 92. a. Omnes res, quæ ad dicendũ pertinent. de Fin. 130. a. Cùm autem proceſſit paulum, & quatenus quidq; ſe attingat, ad ſeq́; pertineat, perſpicere cœpit, tum, &c. de Fin. 115. a. At enim iam dicitis uirtutẽ non poſſe conſtitui, ſi ea quæ extra uirtutem ſunt, ad beatè uiuendum pertineãt. & 114. b. Cætera credo uelit, quæ ad colendam uitem attinebunt. pro Cor. 61. b. Nec uerò hæc oratio mea pertinet ad infirmandum fœdus Gaditanorum. Ep. 145. a. Interea, quæ ad dignitatem tuam pertinere arbitrabor, diligenter curabo. de Orat. 205. a. Hæc ars latè patet, & ad multos pertinet. & Off. 18. b. Hoc latiſſimè patet, ad plurimosq́; pertinet. de D. 128. b. Ad rem pertinet quomodo cœlo affecto quodq; animal oriatur. de N. 71. b. Veſtri hæc confirmant interpretando quorſum quicq; pertineat. de Cl. 193. a. Quod autẽ plures à nobis nominati ſunt, eò pertinuit, quod intelligi uolui, &c. de Or. 154. a. Dùm illa ad hanc ciuilem ſcientiam, quò pertinẽt, & quam intuentur, transferamus. Ep. 89. b. Hoc eò pertinet, ut, &c. de Finib. 56. a. Intelligere quò aliquid pertineat. Epiſt. 78. b. Atque hæc eò pertinet oratio, ut, &c. I. V. 240. b. Summa illuc pertinet, ut ſciatis, &c. de N. 60. b. Quod eò credo ualebat, ut, &c. id eſt, pertinebat. Att. 190. b. Quanquam quid ad me? & pro Dom. 217. b. Sed quid ad te? de Nat. 103. b. Muſicam philoſophi non eſſe: id eſt, ad philoſophum non pertinere. At. 261. a. Noſtræ grauitatis eſt, &c. id eſt, ad noſtram grauitatem pertinet. Aedes telluris eſt curationis meæ. l. Curatio.

Pertractatio, onis. uſus, tractatio, explicatio. de Orat. 89. a. Sine multa pertractatione rerum omnium. & 100. b. Poetarum pertractatio.

Pertractatus, a, um. perſpectus, exploratus. Tuſcul. 97. a. Perceptas penitus & pertractatas humanas res habere.

Pertractato, as. tracto, explico, uerſo, peruoluto. de D. 118. a. Oſtenta reſtant, ut tota aruſpicina ſit pertractata. & de N. 3. b. Dare ſe ad totam philoſophiam pertractandam. de In. 67. a. Facilius autem ad inuentionem animus incedet, ſi geſti negocij & ſuam & aduerſarij narrationem ſæpe & diligenter pertractabit. de D. 107. a. Qui euentorum conſequentiam diuturnitate pertractata notauerunt. de Or. 104. a. Oratorem dicendo peragrare per animos hominum, ſenſus menteſq́; pertractare. Parad. 125. a. Aliquis barbatulos mululos exceptans de piſcina, & pertractans.

Pertriſtis, ſte. de D. 83.

Pertumultuoſè. Epiſt. 244.

Perturbatè. de In. 3. & 48. & Or. 208.

Perturbatio, onis. affectio animi, motus animi turbidus, Græcè πάθος dolor, cõfuſio. Tuſ. 191. b. & 195. a. & 211. a. quæ Græci πάθη, melius Latini perturbationes appellant, quàm Græci, qui morbos uocant. Tuſ. 219. a. & 211. b. Zeno perturbationem ita definit, ut perturbatio ſit (quod πάθος ille dicit) auerſa à ratione contra naturam animi commotio: uel breuius, ut perturbatio ſit appetitus uehementior. Tuſ. 216. a. Perturbationes ſunt, ut paulo antè diximus, turbidi animorum concitatiq; motus, auerſi à ratione, inimici mẽtis uitæq́; tranquillæ. Off. 27. b. Perturbationes fugiamus: id eſt, motus animi nimios, rationi non obtemperantes. de Fin. 203. a. Cùm illa quæ ex elemẽtis turbulẽta & rationis expertia inſederint, ratione depulerit. de Or. 124. b. Impetu quodã animi, & perturbatione potius quàm conſilio aut iudicio regi. Off. 13. b. Nulli neq; homini, neq; perturbatione animi, neq; fortunæ ſuccumbere oportet. Off. 13. b. Si cauebimus ne in perturbationes exanimationeſq́; incidamus. At. 87. a. Equidẽ ſum magna animi perturbatione cõmotus. de Or. 128. b. Illud genus orationis non cognitionem iudicis, ſed perturbationem requirit. de D. 93. b. Vt nihil ſit, quod errorem animis perturbationemq́; afferat. pro Cl. 28. b. Timor rei, perturbatio, ſuſpenſus incertuſq́; uultus, crebra coloris mutatio, quæ erant antea ſuſpicioſa, hæc aperta & manifeſta faciebant. I. A. 214. b. Quid eſt enim tumulus, niſi perturbatio tanta, ut maior timor oriatur. pro Fl. 164. b. Videtis in quo motu temporum, quanta in conuerſione rerum & perturbatione uerſemur. de Fat. 140. a. Cùm omnes poſt interitum Cæſaris nouarũ perturbationũ cauſæ quæri uiderentur. Att. 263. a. Magnam rerũ perturbationẽ fore. Par. 120. a. Quicquid peccatur, perturbatione peccatur rationis atq; ordinis. Off. 19. a. Omnis perturbatio & rerum motus cernitur. Off. 28. a. Quæ cum aliqua perturbatione fiunt, ea neq; cõſtanter fieri poſſunt, nec ab ijs qui adſunt approbari. Off. 5. b. Qui iniuſtè impetũ quempiã facit, aut ira, aut perturbatione incitatus, is, &c. Off. 14. a. Vacandũ eſt omni animi perturbatione, tũ cupiditate & metu, tum etiam ægritudine & uoluptate animi, & iracundia. Off. 36. b. Cohibere motus animi turbatos, quos Græci πάθη. de N. 1. b. Perturbatio uitæ & magna cõfuſio. de D. 128. a. Cœli perturbatio. )( Serenitas. Ep. 234. b. Tanta perturbatio ualetudinis tuæ. Tuſ. 195. b. Perturbationes quatuor ſunt, uoluptas, libido, metus, ægritudo. de Fin. 97. b. Perturbationes genere ſunt quatuor, partibus plures, ægritudo, formido, libido, lætitia. Tuſ. 195. b. Perturbationes quas in uita hominum ſtultitia quaſi quaſdam immittit furias. Ac. 34. a. & Tuſ. 136. b. & 237. b. Perturbatio, concitatio animi uel commotio, uel permotio. )( Sedatio animi.

Perturbatrix, cis. de L. 163. b. Perturbatrix harum omnium rerum Academia.

Perturbatus, a, um. confuſus. )( Integer, quietus. de Or.

Or.125.b. At.124.b. Quod me magno animi motu perturbatum putas, ſum equidē, ſed, &c. de D.93.a. Nunc onuſti cibo & uino, perturbata & cōfuſa cernimus. de D.133.b. Somniantium uiſa, quæ multo etiam perturbatiora ſunt.

Perturbo, as. turbo, confundo, miſceo, permiſceo, perturbationem affero, commoueo, concito. pro Syl.177.b. Cincius eſt ab eo in Hiſpaniam miſſus, ut eam prouinciam perturbaret. & contra Rul.65.a. Ciuitas perturbata ſeditionibus. de Or.147.a. Non diſcerptis ſententijs, non præpoſteris temporibus, non confuſis perſonis, non perturbato ordine. de Ar.254.a. Id ita perturbatum, itaque permutatum eſt, ut, &c. pro Dom.220.a. Ita perturbatis ſacris, contaminatis gentibus factus es filius, &c. de Clar.185.a. Vt perturbem ætatum ordinem. de Orat.103.b. Nec uerò iſtis tragœdijs tuis Craſſe perturbor. pro Cl.28.a. Tum uerò ita ſum perturbatus, ut omnia timerem. pro Rab.93.b. Nec me clamor iſte commouet aut perturbat. pro Mil.101.b. Milo magis de reipub. ſalute, quàm de ſua perturbatur. Orat.205.b. Alterum quo perturbantur animi & concitantur. ad Her.26.b. Vt eum præcipitem perturbetis ex ciuitate.

Perturpis, pe. pro Cæl.48.

Peruado, dis. peruenio, permano. I.V.161.b. Cernitis iudices quantū incendium per agros peruaſerit. pro Pom.8.b. Opinio, quæ per animos gentium barbararum peruaſerat. pro Pom.12.a. Nulla ora eſt tam deſerta, quò non illius diei fama peruaſerit. pro Syl.177.a. Quas oras maximè quaſi morbus quidam illius furoris peruaſerat. I.V.236.b. Pars eius belli in Italiam nulla peruaſit. de N.55.a. Nequid in aures, quod noceat, poſſit peruadere. I.V.85.a. Quacunque iter fecit, ut quædam calamitas peruadere uidebatur.

Peruagatiſſimus, ma. Or.210.

Peruagatus, a, um. diuulgatus, peruulgatus. de In.53.b. Hæc cauſa apud Græcos peruagata eſt. pro Planc.268.b. Vulgaris & peruagata declamatio. & Or.216.a. Res peruagata & uulgaris. de In.67.b. & I.V.214.a. Pars autem eſt peruagatior: id eſt, communior. de Or.128.a. Commune & peruagatum uitium. de Or.98.b. De communibus & peruagatis rebus loqui uel audire. de Orat.160.b. Vulgare, quotidianum, peruagatum. pro Planc.279.b. Peruagatus, pro diuulgato. & de Orat.120.a. Peruagata. aliter, Peruulgata. Top.226.b. Longè & latè peruagata bona.)(. Anguſta. I.V.129.b. In re tam clara, tam teſtata, tam abs te ipſo peruagata, tabulas publicas corrumpere auderes? aliàs, peruulgata. pro Mar.135.a. Illuſtris & peruagata fama alicuius rei.

Peruagor, ris. erro. I.V.255.b. Hic prædonum nauiculæ peruagatæ ſunt. de In.76.b. Deinde ne is honos nimium peruagetur. de Leg.162.a. Moleſtiæ, lætitiæ, cupiditates, timores, ſimiliter omnium mentes peruagantur: id eſt, peragrent.

Peruariè. de Or.138.

Peruehor. euehor, perducor. Tuſ.174.b. Quò utinam uelis paſſis peruehi liceat. At.234.

Peruello, lis. uellico. Tuſ.198.b. Fortuna, quæ peruellere te forſitan potuerit & pugnare, non potuerit certè uires frangere. de Or.108.b. Antonius non mihi fuit moleſtus, quòd ius noſtrum ciuile peruellit.

Peruenio, nis. deuenio, pertineo, mano, permano, perducor, accedo. I.C.103.b. Si iſte quò intendit, in Manliana caſtra peruenerit. de Or.96.a. Nihil proſunt ſtudia perueniendi aliquò, niſi illud quod eò, quò intendas, ferat deducatq́; cognoris. At.15.b. Ad quem propter diei breuitatem non eſt peruentum. pro Mur.128.b. Vt eò quò intendit, maturè cum exercitu perueniat. pro Seſt.14.a. Marius in oras Africæ deſertiſſimas peruenit. Orat.206.a. Si potuiſſemus, quò contendimus, peruenire. I.V.214.b. Peruenit res ad iſtius aures, neſcio quomodo. pro S.R.44.a. Vide quem in locum remp. peruenturam putes. I.A.231.b. Mihi quidem et ille perueniſſe uidetur, quoad progredi potuerit fieri hominū amentia. Par.521.a. Iactam à te nefariam in me iniuriam ſemper duxi, tamen perueniſſe ad me nunquā putaui. pro Syl.169.a. Nōdum ad propoſitū mihi finem honoris perueneram. de Cl.188.b. Cotta alia quadam uia ad eandem laudem peruenerat. At.122.a. Ne epiſtola in eius manus perueniret. ad Her.26.b. Ad paucos ex alijs peccatis inuidia peruenit. de Or.92.b. Libellus qui me imprudente & inuito excidit, & peruenit in manus hominum. At.284.a. Ad liberos qui nihil meruerunt, pœna parentum peruenit. Off.38.b. Niſi multorum impunita ſcelera tuliſſemus, nunquam ad unum tanta licentia perueniſſet. Top.223.a. Pecunia, quæ morte alicuius ad quempiam peruenit iure. pro R.P.124.a. Nemo unquam quò ea pecunia perueniſſet, cauſam dixit, qui, &c. & 123.b. Quò & ad quos pecunia peruenerit. de D.90.a. Cyrus ad ſeptuageſimum annum peruenit. At.83.b. Summum erat periculum, ne culpa Senatus res ad tabulas nouas perueneri. pro Mur.155.a. Qui nulla conditione in ſenatum peruenire potuit. de Orat.134.a.a. Ego tibi hoc confirmo, ſi Romæ manſeris, te paucis annis ad maximas pecunias peruenturum. pro Quint.8.a. Peruenire ad ſuum ſine alterius infamia. & pro R.P.127.a. In quo ſpes fuit poſſe ſeſe aliquando ad ſuas fortunas peruenire. & Epiſt.209.b. Peruenire ad nummos. contra Rul.82.a. Si poſſet ager iſte ad uos peruenire. pro Cec.293.a. Non ea ſola uis eſt, quæ ad corpus noſtrum uitamq́; peruenit, ſed, &c. I.V.199.a. Quid eſt enim in calamitate reſidui, quod non ad miſeros aratores iſto prætore per ſummam iniuriam peruenerit? contra Rul.70.b. Sine ad illos poteſtatem, ad te gratiam tui beneficij peruenire. pro Mur.140.a. Tamen naturæ ſimilitudo illius ad te magis, qui ab illo ortus es, peruenire potuit, quàm, &c. Q.Fr.295.a. Sed etiam à quo ad alios perueniſſe putetur humanitas. Epiſt.68.b. Si in tua ſcripta peruenero.

Peruerſe. perperam, præpoſterè. de Nat.73.b. Multi deorum beneficio peruerſè utuntur. & de Or.97.a. Peruerſè dicere homines peruerſe dicendo conſequi. Off.75.a. Fuit igitur ſtulta calliditas peruerſè imitata prudentiam. Am.111.b. Pleriq; peruerſè, ne dicā impudenter uolunt, &c. de Or.97.a. Peruerſè dicere. & de In.43.a. Peruerſè abuti aliqua re.

Peruerſio, onis. inuerſio, perturbatio. ad Her.34.a.

Peruerſitas, tis. prauitas. Or.199.b. Quæ eſt in hominibus tanta peruerſitas, ut inuentis frugibus glande ueſcantur. Quint.Fr.397.a. Cùm te alicuius improbitas peruerſitasq́; commouerit. Off.29.b. Vt ſi quis in foro cantet, aut ſi qua eſt alia magna peruerſitas. Quint.Fr.309.b. Alicuius peruerſitatem quàm humaniſſimè ferre. Epiſt.7.b. Incredibilis hominum peruerſitas. & Tuſcul.190.a. In omni prauitate.

Peruerſus, a, um. prauus, præpoſterus. pro Quint.R.50.a. Nihil ab hoc prauum & peruerſum produci poteſt. de Ar.249.b. Ludi deformati, inquinati, peruerſi, cōturbati. de Finib.115.a. Nunc iſta ſeparantur, ut diſiuncta ſint, quo nihil poteſt eſſe peruerſius. & Tuſcul.238.a. Quo quid poteſt dici peruerſius? pro Q.R.54.a. Niſi forte tu peruerſo more id facis. pro Mur.142.a. Peruerſa ſapientia Tuberonis uel Stoicorū. pro Cl.32.a. Præpoſterus & peruerſus. de N.17.a. Oculi peruerſi, ut ſtrabonū.

Peruerto, tis. euerto. de D.132.b. & 90.b. Crœſus hoſtium uim ſeſe peruerſurum putauit, peruertit aūt ſuam. & de Ar.257.b. Tum uiſam belluam immanem quacunq; incederet, arbuſta, uirgulta, tecta peruertere. de Cl.190.a. Ceciditq; cùm eos imitari cœpit, quos ipſe peruerterat. de Ar.257.b. Qui ſacra occulta inexpiabili ſcelere peruertit. pro Cl.40.a. Quintius Iuniū peruertit. ad Her.5.b. Oreſtes niſi attulerit facti rationem, peruertit defenſionem. Off.2.a. Quidam propoſitis malorum & bonorum finibus, officium omne peruerterunt. Off.6.a. Temeritas C. Cæſaris, qui omnia iura diuina & humana peruertit.

Perueſperi. Epiſt.126.

Perueſtigatio, onis. inquiſitio. de Or.85.b. Omnia uel ſcientiæ perueſtigatione, uel differendi ratione comprehendere.

Perueſtigo, as. inuenio, reperio. I.V.206.b. Vt canes uenatici optimè odorabantur omnia & perueſtigabant. de Or.122.a. Noſſe regiones, intra quas uenere, & perueſtiges quod quæris.

Peruetuſtus, ta. de Or.161.

Peruetus. Q.F.320.

Peruicatia, tiæ. pertinatia. Tuſc.215.a. Mulieroſitas, peruicatia, liguritio, &c.

Peruideo, es. Att.240.a. Ibi te quam primùm peruidere uelim. Ep.149.

Peruigilatio, onis. uigilia. de Leg.177.a. Peruigilationes nocturnæ.

Peruigilo, as. pernocto. pro S.R.35.a. Non orat, ut eam noctem peruigilet?

Peruinco, cis. uinco. Att.23.a. Reſtitit & peruicit Cato.

Peruius. apertus. de N.39.

Perungo, gis. ungo. Tuſ.173.a. Tunc iuuenes ueſte poſita, corpora oleo perunxerunt.

Peruolo, as. pro S.R.21.b. Decem horis ſex & quinquaginta millia paſſuum peruolauit.

Peruolo, uis. Att.1.b. Hoc abs te mihi ignoſci peruelim. pro Syl.171.a. Sed ſcire ex te peruelim, quamobrem, &c. & de Off.131.

Peruoluo, uis. uerſor. de Or.122.a. Vt in his locis peruoluatur animus, quos, &c.

Peruoluto, as. pertracto, euoluo, uoluto. At.74. Peruolutare libros. & de Or.97.b.l. Scriptor.

Perurbanus, na. de Or.91.

Peruulgatus, a, um. iactatus, peruagatus. I.V.126.a. Res nota, atque apud omnes peruulgata. & pro Cæl.38.b. Sunt enim iſta maledicta peruulgata in omnes. I.V.129.b. In re tam clara, tam teſtata, tam ab te ipſo peruulgata. aliter, peruagata. pro Mil.107.a. Peruulgatus ciuitatis ſermo. & de Fin.90.b. Res peruulgata. & Ep.71.b. Conſolatio peruulgata.

Peruſtus, a, um. exuſtus. Epiſt.210.a. Homo peruſtus.

Perutilis, le. Att.152.

Peruulgo, gas. diuulgo. pro Syl.175.a. Illas tabulas deſcribi ab omnibus ſtatim librarijs, diuidi paſſim & peruulgari atque edi populo imperaui. de In.76.b. Præmia uirtutis cum improbis communicari, & cum mediocribus hominibus peruulgari non oportet. de Orat.106.b. Veteres illi peruulgari artem ſuam noluerunt. Att.202.a. Tu uerò peruulga Hircium. de Fin.67.a. De re in uulgus peruulgata loquitur. pro Cæl.45.b. Mulier, quæ ſe omnibus peruulget.

Pes, dis. de Vn.198.b. Pedes & membra gradiendi. de Orat.87.a. Sed quod ille duriſſimis pedibus fecit, ut ſe abijceret in herba, &c. id meis pedibus certè concedi eſt æquius. pro Quint.Rab.49.b. Seſe menſum pedibus aiebat paſſuum CCCC. millia. Att.256.a. Brutus pedibus ad me ſtatim. Att.41.a. Alter pedibus in Macedoniam uenire: id eſt, equo. & I.V.94.a. Pedibus ire & reuerti. de Sen.83.b. Ingredi iter pedibus uel equo. In Vat.31.a.b. Cùm iter illud Hiſpanienſe pedibus ferè cōfici ſoleat. Poſt.205.b. Ne quis pedibus iret, ne ſcribendo adeſſet. At.122.a. Pollucem ſeruum à pedibus meum Romam miſi. de D.114.b. Quod antè pedes eſt, nemo ſpectat, cœli ſcrutantur plagas. de Orat.257.b. Tranſilire ante pedes poſita, & alia longè repetita ſumere. pro Cecin.290.b. Si in fundo pedem poſuiſſes, ſtatim tibi eſſe pereundum. I.A.169.b. Nihil erat in terris ubi in tuo pedem poneres. & ibid. Pedem ponere, ueſtigium imprimere. de Finib.121.a. Sapientia ubi pedem poneret, non habebat. Att.215.b. Pedem in Italia uideo nullum eſſe, qui non in iſtius poteſtate ſit: id eſt, locum. pro Deiot.151.a. Nunquam à te pedem diſceſſi. pro Planc.269.a. Non poſſum magis pedem conferre, ut aiunt, aut propius accedere. & Epiſt.162.a. Referre pedem. & de Orat.104.b. Supplodere pedem. Att.65.a. Per me iſta pedibus trahantur. Epiſt.210.a. Trahantur per me pedibus omnes rei non laboro. Epiſt.109.b. Propter res tuas ita contractas, ut nec caput, nec pedes: equidem uellem uti pedes haberent, ut aliquando redires. pro Seſt.8.b. Proijcere ſe ad pedes alicuius. & Att.55.a. Abijcere ſe ad pedes alicuius. I.V.262.a. Mater mihi ad pedes miſera iacuit. Quint.Fr.312.a. Furnius præſens ad pedes uniuſcuiuſque iacens. Att.156.b. Alter, qui nos ſibi quondam ad pedes ſtratos, ne ſubleuabat quidem. Antequam.196.b. Quibus ſigillatim ſæpe ſupplex ad pedes iacui. & Poſt.200.b. Cùm Cn. Oppius ad pedes flens iacêret. pro Seſt.28.a. Frater uolutatus eſt ad pedes inimicorum. de Orat.157.b. Pes in naui: id eſt funis quo uelum tenditur, & remittitur, pro gubernatoris uoluntate. Orat.215.a. Pes qui adhibetur ad numeros, partitur in tria, ut neceſſe ſit, &c. Orat.160.a. Pedes heroi treis, dactylus, anapæſtus, & ſpondæus. de Orat.159.b. Cùm ſint numeri plures, iambum & trochæum ſegregat ab oratione Ariſtoteles. & 160.a. Quare primum ad heroum nos dactyli & anapæſti & ſpondæi pedem inuitat. Orat.218.a. Iam pæan, quòd plures habeat ſyllabas quàm tres, numerus quibuſdam non pes habetur. Orat.216.a. Pedes non ſyllabis, ſed temporibus & interuallis, & ſpacijs metiendi. de Orat.107.b. Hiſtrio aſtrictus certa quadam numerorum moderatione & pedum. Att.9.b. Accidere ad pedes omnium ſigillatim. Att.22.a. Noli de uno pede ſororis queri, licet etiam alterum tollas. Att.123.b. Cui tali in re libenter me ad pedes abieciſſem. & 204.b. Nam quomodo nunc eſt, pedem ubi ponat in ſuo non habet. & 255.a. Peſtanum & Vibonenſem utrunq; pedibus & equis tranſmiſimus. I.A.189.a. Hodie in poſſeſſionem libertatis pedem ponimus. I.A.241.a. Perſerre pedem. pro Lig.141.a. Prohibiti eſtis in prouincia ueſtra pedem ponere.

Peſſimè ſentire de republica. I.A.174. de Or.116.

Peſſimus, ma. Epiſt.168.a. Att.182.184.224. pro Q.Roſ.50. & 173. de In.11.

Peſſimuntes. oppid. de Ar.250.a. Qui Peſſimuntem ipſum ſedem domiciliumq́; matris deorum uaſtaris.

Peſſi-

Peßimuntius.ſacerdos matris magnæ.pro Seſt. 15. b.

Peſſundo,das.conculco, protero. apud Quintilianũ.

Peſtifer,a,um.pernicioſus.pro Dom.230.a. Peſtifer ciuis.& de Or.104.b.Peſtiferi ciues. At.132.a. Bellum magnum & peſtiferum.de Fin.105.b.Peſtiferum uitium.pro Dom.213.a.Peſtifer ac funeſtus tribunatus.de Ar. 255. b. Vipera uenenata & peſtifera.I.A.184.a.Cuius à Brunduſio crudelis ac peſtifer reditus timeretur. Poſt. 204. b. Quem habuit ille peſtifer annus maximè fidelem. de N. 32.b.Acceſſus ad res ſalutares à peſtiferis receſſus. & 50. a. À peſtiferis & nocentibus rebus refugere. Att.32.b. Ad res peſtiferas aditus ſibi comparent.

Peſtiferè.pernicioſè. de L. 171. b. Multa peſtiferè & pernicioſè ſciſcuntur in populis.

Peſtilens,tis. de D.97.a. Sunt partes agrorum aliæ peſtilentes,aliæ ſalubres. Epiſt. 72.a. Hoc grauißimo & peſtilentißimo anno. Par.233.a. Locus peſtilens. )(.Salubris.contra Rul.82.a.Ager cœlo ac loco calamitoſus.

Peſtilentia,tiæ.)(.Salubritas.de D.114.b. Epiſt. 232. b.De loco nunc quidem abijt peſtilentia,ſed quandiu fuit, me non attigit. & de Nat.28.b. Vaſtitas,peſtilentia,&c. contra Rul.80.a.Ager propter ſterilitatem incultus,propter peſtilentiam uaſtus atq; deſertus. & 63. b. Inuidiæ aut peſtilentiæ poſſeſſores.de D.107. b. Quorum ex habitu & colore tum ſalubritatis,tum peſtilentiæ ſigna percipi.Off.36.b.Cauſæ eluuionis peſtilentiæ, uaſtitatis, beluarum etiam repentinæ multitudines.

Peſtis,ſtis.pernicies. Off.36.a. Nulla tam deteſtabilis peſtis eſt,quæ non homini ab homine naſcatur. pro Rab. 90.b.Peſtis ac pernicies ciuitatis. & I.C.194.a. Cùm tua peſte atq; pernicie proficiſcere,&c.& pro Seſt.10.a.Illa furia ac peſtis patriæ. de Ar. 244. a.& pro Dom.213.b. Cum his exitioſis prodigijs, ac penè huius imperij peſtibus.& pro Syl.181.b.Funeſta reip.peſtis.Ep.64.a.Quædam peſtes hominum laude aliena dolentium. de N. 21.b. Ibes auertunt peſtem ab Aegypto.de N.73.a.Sibi ipſa nefariam peſtem machinatur:id eſt,maximam uim anguiũ. de Orat.85.a.Fructus à communi peſte depulſi,in noſmet ipſos redundarunt.

Petaſatus,a,um.Ep.253.b.Sed petaſati ueniunt,comites ad portam expectare dicunt.

Peteſſo,ſis.peto.Tuſ.188.b. Qui hanc laudem peteſſunt,nullum fugiunt dolorem.de D.83.b. Menteq́; diuina cœlum terraſq; poteſſit.

Petitio,onis.actio priuata.de Clar.166.a. At ego tibi non ſoluam,niſi prius à te cauero, amplius eo nomine neminem cuius petitio ſit petiturum. & pro Q.R.54.a. Et tibi integram petitionem reliquit.

Petitio.ictus,coniectio,percußio.Orat.219.b.Sed nec oratio facit plagam grauem, niſi petitio fuerit apta. I. C. 100. b. Ego huius petitiones ita coniectas, ut uitari non poſſe uiderētur,parua quadam declinatione effugi. Q.de Pet.Petitio conſulatus:id eſt,ambitus.

Petitor,oris.actor. Part. Sed accuſatorem pro omni actore & petitore appello.At.1. b. Petitorum hæc eſt adhuc informata cogitatio.pro Q.R.52.a.Petitor. )(.Reus. & de Cl.166.a. Petitor,id eſt,cuius petitio ſit. pro Cecin. 286. a. Prætor nunquam petitori præſtituit, qua actione illum uti uelit.pro Q.8. a. Poſſumus petitoris perſonam ſuſcipere,accuſatoris deponere:l.Pignerator.

Peto,tis.poſco,poſtulo,quæro, quæſo, contendo, expoſco,imploro,expeto,appello,uado,quaſi inuado uel aggredior feriendi cauſa,repeto.I.V.214.b.Iſte petit à rege, & eum pluribus uerbis rogat,ut,&c. pro Q.14.a. Cùm is à me peteret,& ſummè contenderet,ut,&c.Ep.206.b. Quapropter à te etiam atq; etiam pro noſtra ſumma coniunctione,proq; tua in me perpetua & maxima beneuolentia maiorem in modum peto atq; contendo, ut, &c.I. V.215.a.Id ſibi ut donaret rogare, & uehementer petere cœpit. I.V.191.a. Petiuit in beneficio loco & gratiæ,ut, &c.de Or.98.a.Similiter nunc petes à Craſſo,ut,&c. & ib.Non dubitares rogare dominum,ut,&c.Petere præſidium uel auxilium ab aliquo.l. Auxilium.Ep. 178. a. Peto à te,ut eum conſeruatũ uelis.Ac.40.a.Quæ docti à Græcis petere mallent,indocti ne à nobis quidem accipiunt.de In.55.a.Sũmopere ſapientia petenda eſt.de Fin.75.a.Quæ eſt iſta laus,quæ poßit è macello peti?Or.202.a. Qui eloquentiæ principatum petit. pro Ar. 188. b. Ex his ſtudijs delectatio ſola petitur.Ep.71.b. Literis utor,non ut ab ijs medicinam perpetuam, ſed ut exiguam doloris obliuionem petam.de Clar.243.b. Hæc dixi breuius quàm res petebat.de Or.154.a. Ex his tantum quantum res petit,hauriemus.Or.219.b.Gladiatores & uitando cautè,& petendo uehementer omnia faciunt utiliter ad pugnam & ad aſpectum uenuſtè.pro Mur.136.b. Caput & collum petere.pro Mil.170.a.Petere iugulum alicuius.pro S.R.19.b & 43.b.Petere ſanguinem & uitam alicuius.Item.Cuius latus mucro ille petebat?I.C.99.b. Quotienſcunq; me petiſti,per me tibi obſtiti,nunc remp.uniuerſam petis.& de Ar.254.b.Petita eſt autoritas ueſtra.ad Her.29.a.Bonorum inſidiatores latrocinio uitam innocentißimi cuiuſq; petiſtis.Item ib.Quos tantopere timeat,eos neceſſe eſt,ut quoquo modo poßit,ueneficio petat.& 28.b. Qui ſi fuiſſet homo,nunquam tam crudeliter uitã hominis petiſſet. de In.46.a.Petere pœnas ab aliquo.pro Q.R. 45. a. Pecuniam non ex tuis tabulis,ſed ex aduerſarijs petis.At.85. a.Petere præfecturam alicui. Q.Fr.316.a.M.Curtius Tribunatum ab Cæſare petiuit. Q.Fr. 317. a. Præſidium firmißimum petebamus ex optimi & potentiſſimi beneuolentia ad omnem ſtatum noſtræ dignitatis.Att.23. b. Qui me epiſtola petiuit,ad te,ut uideo, cominus acceßit. pro Deiot.149.a.Vnde pudoris exempla peterentur. de Fin. 77.b.Eamq; mortẽ ardentiore ſtudio peteret,quàm Epicurus uoluptatem petendam putat.pro Cl.39.b.& 37.b. Petere mulctam ab aliquo.Orat.219.b.Petere ueniam.Q. de Pet.213.b.Petere honores.At.42.a. Fortaſſe alium curſum petiuit.de Or.98.b.Vt illi unde peteretur,uetus atq; inuſitata exceptio daretur.de In.59.a. Remotũ eſt, quod ultra quàm ſatis eſt petitur:id eſt,repetitur.pro Cec.286. b.Altius initium rei alicuius demonſtrandæ petere.

Petere.pro ire.de N.51.a.Grues loca calidiora petentes,mare tranſmittunt.At.154.a. Crotonem petemus. & Epiſt.235.a. Per Macedoniam Cyzicum petebamus. Off. 62.a.Naues Rhodum petentes uidi.pro Plan.280.a. Iter à Vibone Brunduſium petere contendi. Item ib. Dyrrhachium petere contendi.

Petrinum,ni.Leptæ uilla fuit.Ep.92.b.

Petrini.ex Petrino.I.V.167.b.

Petulans,tis.proteruus,procax. de Or.137.a.Si quis mihi maledicit, petulans & planè inſanus uidetur.de Fin. 61.b.Alij appetendo omnia petulantes,alij audaces,proterui.Parad.119.b.Lapſa eſt libido in muliere ignota, dolor ad pauciores pertinet, quàm ſi petulans fuiſſet in aliqua nobili uirgine.pro Mur.127.a.Nullum eius petulans dictum in uita profertur. pro Syl.180.b. Audax petulans,libidinoſus.& de In.66.a.Turpis,cupidus,petulans. & Q.Fr.309.b.Vatinius homo petulans & audax. I.P. 81.b.& de Leg.166.a. Id nemo tam effuſè petulans conatus eſt.de Clar.187.a.Feruidum quoddam & petulans,et furioſum genus dicendi. Off.21.a.Genus iocandi illiberale,petulans,flagitioſum,obſcœnum.



Petulanter.licenter.pro Cæl.38.b.Maledictio ſi iactatur petulantius,conuicium nominatur. & 45.b.Si proterua petulanter uiueret.& 43.b.Petulanter facimus,ſi, &c.At.li.9.Petulantißimè aliquid fieri. Attic.34.a.Diphilus Tragœdus in noſtrum Pompeium petulanter inuectus eſt.

Petulantia,tiæ.procacitas, proteruitas.)(.Modeſtia. Off.25.b.26.a. Itaq; nec actio rerum illarum aperta petulantia uacat,nec oratio obſcœnitate. & Ep.85.a.Nec in petulantiam incidas. I.C.109.b.Ex hac parte pudor pugnat,illinc petulantia. I.P.86.a.Hominis furorem petulantiamq́; fregi. I.V.69.a.Coniuges integras ab iſtius petulantia conſeruare non licitũ eſt.pro Fon.281.b. & pro Cec.305.a.Turpitudo quæ à libidine, aut à petulantia nata ſit.Sal.in Cic.270.b.Iniquo animo maledicta tua paterer M.Tulli,ſi te ſcirem iudicio magis, quàm animi morbo petulantia iſta uti:ſed in te neq; modum,neque modeſtiam ullam animaduerto,&c.

Petulantißimè.pro Seſt.28.

Petulus, a, um. qui oculum alterum minorem habet, ac ferè clauſum.de N.17.a.Non ſtrabo,ſed petulus.

Pexus,a,um.compoſitus. I.C.109.a.Quos pexo capillo nitidos uidetis.

Phæaces,cum.Corycæi.l.Corcyra.de Clar.170.b.Carmina quæ apud Homerum & in Phæacum, & in procorum epulis canuntur.

Phænon.Saturni ſtella.de N.36.a.

Phæreus.Iaſon.Off.22.a.

Phaeton.Iouis ſtella.de N.36.b.

Phaeton,ontis.Off.71.a.Sol Phaetonti filio(ut redeamus ad fabulas) facturum ſe eſſe dixit, quicquid optaſſet.

Phalaris,idis.I.V.217.a.Ille nobilis taurus,quem crudelißimus omnium tyrannorum Phalaris habuiſſe dicitur.Phalaris grammaticus.)(.Piſiſtratus.

Phaleræ,arum.equorum ornamenta. I.V.190.a.& 206.a.& At.250.b. Q.Rubrium phaleris ac torque donaſti.

Phalereus ille Demetrius omnium iſtorum mea ſententia politißimus.de Or.117.b.

Phalerius,rij. Atticæ portus,ubi declamare ſolitus eſt Demoſthenes.de Fin.125.a.

Phantaſia,ſiæ. Acad.46.a.& 6.a.Senſus iunctos eſſe cẽſuit è quadã quaſi impulſione oblata extrinſecus, quam ille φαντασίαν, nos uiſum appellemus licet. Epiſt.253.a. Qui putant etiam διανοητικὰς φαντασίας ſpectris catianis excitari. Attic.138.b.Deinde emergit rurſus dolor, αἰσχροῦ φαντασίᾳ.

Pharmacopola,læ.unguentarius.pro Cluen.25.b.L. Clodius pharmacopola circumforaneus.

Pharſalia,æ.Theſſaliæ regio, & cãpi Philippi etiam dicta.I.A.262.b.

Pharſalicus,a,um. pro Deiot. 149.a. Pharſalicum prælium.

Phaſelis,idis.græcè φάσηλις urbs Ciliciæ,piratarum receptaculum.I.V.204.b.

Phaſelus,li.myoparo. erat etiam genus nauigij campani oblõgi,neq; ita magni. At.231.a.Phaſelus epiſcopius At.7.a.Epiſtolam anchoris ſolutis de phaſelo dediſti.

Phaſelitæ.à Phaſelide dicti pop.

Phatnæ,arum. ſtellæ in Cancri ſigno, quæ Præſepe à Latinis dicuntur.In prognoſticis, teſte Priſc. Aſtantem tenui quæ candent lumina Phatnæ.

Pheneatæ.pop.de N.70.b.

Pheræ,arum.urbs Theſſaliæ nobilis.de D.91.b.

Pheræus,a.Off.37.de In.80.de N.74.

Pherecideus,a,um.de D.114.b.l.Puteus.

Phidias,diæ. de Clar.185.b. Vt Phidiæ ſignum ſimul aſpectum & probatum eſt.& 188.b.Mineruæ ſignum ex ebore pulcherrimum Phidiæ.

Phiditia,orum.Lacedæmoniorum conuiuia. Tuſcul. 247.a.

Philautia,tiæ.amor.At.208.a.Niſi fortè me communis φιλαυτία decipit.Tuſ.240.a.In hoc enim genere neſcio quo pacto magis quàm in alijs ſuum cuiq; pulchrum eſt.adhuc neminem cognoui poetam(& mihi fuit cum Aquilio amicitia) qui ſibi non optimus uideretur. ſic ſe res habet:te tua,me delectant mea. de Or.145.b.Minimè ſibi quiſq; notus eſt,& difficillimè de ſe quiſq; ſentit. Off.6.b. Facilè poterimus,niſi nos ualde amabimus,iudicare. Off. 48.a.Homo ipſe de ſe bene exiſtimans,ſeſeq; diligens. At. 283.b. Ego autem (ſed erro fortaſſe) nec tamen is ſum, ut mea me maximè delectent, nihil mihi uideor hoc bello ſenſiſſe prudentius.

Philippicæ,arum. Att.21.a.Philippicæ orationes Demoſthenis. & ad Brut.91.a.Video te delectari philippicis noſtris.

Φιλιππίζειν. l. Cum aliquo facere, col. 1. & Facere cum aliquo,col.699.

Philocteta,tæ.& Philoctetes,tæ.de Fin.232.a.Ea perferant,quæ Philoctetam uidemus in fabulis, qui cum cruciaretur non ferendis doloribus, propagabat tamẽ uitam aucupio ſagittarũ, configebat tardus celeres ſtans uolantes,ut apud Actium eſt.de Fat.147.a.Philoctetes ſerpentis morſu ulceratus,in inſula Lemno relictus eſt. de Rep. Nimium te laborare doleo,& meliorem ciuem eſſe quàm Philoctetam, qui accepta iniuria, illa ſpectacula quærebat,quæ tibi acerba eſſe uideo.

Philoctetæus clamor.de Fin.84.b.& Tuſ.187.a.

Philologia,giæ.ſtudium uel amor ſermonis. Ep.264. b.Non eſt enim ſeiunctus iocus à philologia & quotidiana συνζητήσει. Att.32.b.Ne & opera & oleum philologiæ noſtræ perierit.

Φιλογυνεία.l.Mulieroſitas.

Philologus,gi. Att.207.b.Homines nobiles,ſed nullo modo philologi. Q.Fr.313.a.Nos autem ita philologi ſumus,ut uel cum fabris habitare poßimus.

Philomelum,li.urbs.At.79.Ep.37.

Philomelenſis.I.V.191.

Philoſophia,phiæ.ſtudium uel amor ſapientiæ.Of.33 b.Nec quicquã aliud eſt philoſophia,ſi interpretari uelis, quàm ſtudium ſapientiæ. de Leg.168.a.Sapientia,à cuius amore græco uerbo philoſophia nomen inuenit.Tuſ.161 b.Philoſophia omnium mater,artium donum, & inuentum deorum.& de Or.85.a.Philoſophia laudandarũ artium omnium procreatrix,& quaſi parens.de Or.148.a Omnis optimarum rerum cognitio,atq; in ijs exercitatio philoſophia nominatur. de Fin.90.b.Ars eſt enim philoſophia uitæ.de Cl.195.a.Philoſophia mater omnium bene factorum,beneq; dictorũ. Tuſc.191.a.Eſt profectò animi medicina philoſophia.Tuſ.177.a.Cultura animi philoſophia eſt,quæ extrahit uicia radicitus,&c.I.P.95.a.Philo

ſophia uirtutis continet & officij & bene uiuendi diſciplinam, quam qui profitetur, grauiſsimam mihi ſuſtinere perſonam uidetur. de Sen. 77. b. Nunquam igitur ſatis digne laudari philoſophia poterit, cui qui pareat, omne tẽpus ætatis ſine moleſtia poſsit degere. de Vn. 204. a. Quibus ex rebus philoſophiã adepti ſumus, quo bono nullum optabilius, nullum præſtãtius, neq; datum eſt mortalium generi deorum conceſſu atq; munere, neq; dabitur. Tuſc. 175. a. Philoſophia paucis contenta iudicibus, multitudinem conſultò fugiens. de D. 125. a. In philoſophia nihil debet eſſe cõmentitijs fabulis loci. Or. 201. b. In philoſophia plurimum intereſt, quemadmodum dicas, ubi res ſpectatur, non uerba penduntur. Tuſ. 164. a. Philoſophia commentatio mortis. de Or. 191. a. Iſta præpotens & glorioſa philoſophia. Or. 198. a. Sine philoſophia non poſſe fieri eum quem quærimus eloquentem. & ibi. Nec uerò ſine philoſophorũ diſciplina genus & ſpeciem cuiuſq; rei cernere, neq; eam definiendo explicare, nec tribuere in partes poſſumus, nec iudicare quæ uera, quæ falſa ſunt, neq; cernere conſequentia, repugnãtia uidere, ambigua diſtinguere. de D. 109. a. Philoſophia uir bonus & fortis efficitur. Offic. 53. a. Tota philoſophia, mi Cicero, frugifera & fructuoſa eſt, nec ulla pars eius inculta ac deſerta eſt. de Or. 90. b. Philoſophia in tres partes diſtributa eſt, in naturæ obſcuritatem, in diſſerẽdi ſubtilitatem, in uitam atq; mores. de Clar. 167. b. Philoſophia, non illa de natura: ſed hæc, in qua de bonis rebus & malis, deq; hominum uita et morib. diſputatur, tum primùm inuenta dicitur. Or. 200 b. Ineſt enim natura philoſophia in huius uiri mente quædam. Ep. 247. a. & Tuſc. 218. b. Philoſophiæ laus. & Ep. 197. a. de philoſophia multa & pulchra. de Or. 123. a. & de Or. 110. b. Contra philoſophiam. de Or. 91. a. Apollonius Rhodius irridebat & contemnebat philoſophiam. de Or. 123. a. Philoſophiæ, ſicut Zethus ille Pacuuianus, propè bellũ indicere. Off. 34. b. In antiquiſsima nobiliſsimaq; philoſophia uerſari. de Orat. 152. b. Exercitatio propria duarum philoſophiarum.

Philoſophicus, a, um. Tuſ. 251. b. À Bruto impulſi ſumus ad has philoſophicas ſcriptiones. Epiſt. 181. b. Vt hæc φιλοσοφούμενα ſcriberem, tu me impuliſti.

Philoſophor, aris. philoſophiam colo. de Fin. 106. a. de Or. 123. b. Decreui philoſophari, ut Neptolemus apud Ennium, paucis: nam omnino haud placet. & de Fin. 39. a. Quibuſdam totum hoc diſplicet philoſophari. I. A. 256 b. Sed iam ſe colligit, & ad extremum incipit philoſophari. de N. 3. a. Et cum minimè uidebamur, tum maximè philoſophabamur. de Cl. 195. b. Admirabili quodam ad philoſophandum ſtudio concitatus. Poſtquã. 207. a. Cum Græculis philoſophari. Tuſ. 167. b. Quanquam quid opus ſit in hoc philoſophari, cum rem non magnopere egere philoſophia uideamus.

Philoſophus, phi. phyſicus, naturæ interpres, magiſter uirtutis, qui rerũ cognitione doctrinaq; delectatur. Tuſ. 229. b. Pythagoræ ingenium & eloquentiã cum admiratus eſſet Leon, quæſiuit ex eo, qua maximè arte confideret. at ille artem quidẽ ſe ſcire nullã reſpondit, ſed eſſe philoſophũ. de Fin. 52. b. Et tamen à philoſopho ſi afferat eloquentiam, non aſperner: ſi non habeat, non admodum flagitem. & 94. a. de oratione philoſophorũ. de Or. 103. a. Philoſophus, qui de ſua ui ac ſapiẽtia unus penè omnia profitetur, is eſt, qui omnium rerum diuinarum atq; humanarum naturam cauſaſq; noſcit, & omnem bene uiuendi rationem tenet ac perſequitur. de Orat. 103. b.



Philoſophi, qui omnia ſicut propria ſua eſſe atq; à ſe poſſideri uolunt. de N. 75. b. Philoſophi rerum autores, non fabularum. de Or. 114. a. In philoſophos ueſtros ſi quando incidi, nullum prorſus uerbum intelligo, ita ſunt anguſtis & conciſis diſputationibus illigati. Or. 201. a. Philoſophorum mos tenuiter diſſerendi. Off. 52. a. Sed de hoc toto genere commodius à quibuſdam optimis uiris ad medium ianuæ ſedentibus, quàm ab ullis philoſophis ulla in ſchola diſputatur. de D. 133. a. Sed neſcio quomodo nihil tam abſurdè dici poteſt, quod non dicatur ab aliquo philoſophorum. Tuſ. 224. b. Philoſophi magiſtri uirtutis. de Or. 95. b. Sententiæ philoſophorum. de N. 59. b. Socrates princeps philoſophorum. de Orat. 148. b. De multis generibus philoſophorum.

Philotheoros. qui ſtudio nouas ſemper uiſendi terras regioneſq; tenetur. Ep. 102. b.

Phlegeton. fluuius apud inferos. l. Acheron.

Phliaſij. pop. At. 90. b. Phliaſios dici ſciebam. & Tuſ. 229. b.

Phliaſius, a, um. Tuſ. 230. a. Poſt hunc phliaſium ſermonem.

Phlius, untis. oppidum. Tuſ. 229. b.

Phœbus, bi. Sol. de D. 84. a. Quid uerò Phœbi fax triſtis, nuncia belli.

Phœnicia, ciæ. regio Syriæ. I. A. 238. a.

Phœniſſæ. Euripidis tragœdia. Off. 88.

Phœnices. pop. de N. 47.

Phœnix, apud Homerum Achillis magiſter. de Orat. 148. a.

Phocij. pop. I. P. 100. b.

Phorcis, nis. de Vn. 201. b. Saturnus, Phorcis, & Ops, fratres, Oceani Terræq; filij.

Phoſphoros. Veneris ſtella. de N. 36.

Phreneticus, a, um. demens, inſaniens. de D. 97. b. Nec cardiacis hoc tribuendum eſt, nec phreneticis.

Phrygia, giæ. Or. 199. a. Caria, Phrygia, Myſia.

Phrygius, a, um. Phryx. Q. Fr. 293. b. Paconius neſcio quis homo, ne Græcus quidem, at Myſius, aut Phrygius potius. de D. 103. a. Qui ſono quodam uocum & Phrygijs cantibus incitantur.

Phryx, gis. pro Fl. 154. b. Ignotiſsimus Phryx. pro Fl. 159. b. Prouerbium, Phrygem plagis fieri meliorem.

Phthia, thiæ. Achillis patria. de D. 91. a.

Phthiota, tæ. Tuſ. 152. b. Pherecrates quidam phthiota ſenex.

Phylarchus, chi. Tribunus. poteſt etiam gentis nomen eſſe. Arabes enim quidã Phylarchi à Strabone numerantur. Ep. 240. a. Iamblicus Phylarchus Arabum.

Phyſica, cæ. explicatio naturæ. de Fin. 105. a. Ad eas uirtutes, Dialecticã etiam adiungunt, & Phyſicam. Item ibi. Phyſicæ quoq; non ſine cauſa tributus eſt honos, propterea quod, &c. Item ibi. b. Nec quanta dijs gratia debeatur, ſine explicatione naturæ intelligi poteſt. Itẽ ibi. Hæc ſine phyſicis, quam uim habeant, uidere nemo poteſt. de Fin. 108. b. Ineſt in explicatione naturæ inſatiabilis quædam ex cognoſcendis rebus uoluptas.

Phyſica, orum. res phyſicæ, uel naturales. Or. 207. b. Oratorem ne phyſicorum quidem eſſe expertem uolo. de Fin. 52. a. Epicurus in phyſicis, quibus maximè gloriatur, totus eſt alienus.

Phyſicè. acutè, phyſicorum more. de N. 63. a. & de D. 106. b. Quæ à te phyſicè dicta ſunt.

Phyſicus, a, um. de N. 17. b. Phyſicus: id eſt, ſpeculator uenatorq; naturæ. de D. 115. a. Quod uideo phyſicis placuiſſe, eiſq; maximè, qui omne quod eſſet, unum eſſe dixerunt.



& de Fin. 67. a. Nec de re obſcura loquitur, ut Phyſici. de D. 143. a. Si uelim geometricum quiddam, aut phyſicum, aut dialecticum explicare. Item: Phyſica diſputandi ſubtilitas. de N. 36. b. Vt pleriq; dicunt, phyſicæ rationis ignari. de N. 30. b. Rationibus phyſicis confirmare aliquid. & Or. 103. b. Eademq; ratione dicantur & quos φυσικοὺς Græci nominant, iſdem poetæ, quoniam Empedocles phyſicus egregium poema fecerit. Or. 207. b. Oratorem ne phyſicorum quidem eſſe ignarum uolo. de Or. 89 a. Si ornatè locutus eſt, ſicuti fertur, phyſicus ille Democritus, materies illa fuit phyſici, ornatus uerò ipſe uerborum oratoris putandus eſt.

Phyſiognomon. de Fat. 142. a. Socratem notauit Zopyrus phyſiognomon, qui ſe profitebatur hominum mores naturaſq; ex corpore, oculis, uultu, fronte pernoſcere. Tuſcul. 227. a. Cum multa in conuentu uicia collegiſſet in Socratem Zopyrus, qui ſe naturam cuiuſque ex forma perſpicere profitebatur, deriſus eſt à cæteris, qui illa in Socrate uicia non agnoſcerent: ab ipſo autem Socrate ſubleuatus eſt, cum illa ſibi ſigna ineſſe, ſed ratione à ſe deiecta diceret.

Phyſiologia, giæ. naturæ ratio. de D. 99. a. Naturæ ratio, quam phyſiologiã Græci appellãt. de N. 6. a. Hunc cenſes primis, ut dicitur, labijs guſtaſſe phyſiologiam: id eſt, naturæ rationem. de D. 116. a. Dum aruſpicinam ueram eſſe uultis, phyſiologiam totam peruertitis.

Piaculũ, li. de L. 181. b. Porco fœmina piaculum pati.

Piam. particula quæ nominibus quibuſdam ad finem addi ſolet. l. Aliquiſpiam, & Quiſpiam.

Picearíæ, arum. uectigal picis. eſt autem pix, humor pinguis ex tæda ſeu pinu combuſta collectus. de Cler. 172. a. Societas, quæ picearias de P. Cornelio, L. Mummio cenſorib. redemiſſet. aliàs picarias, aliàs pecuaria legebatur.

Picentinus, na. At. 130. Pompeij.

Picentes. pop. pro Syl. 171. b. Aut doceat Picentes ſolos non eſſe peregrinos.

Picenum, ni. ora Italiæ. At. 123. a.

Picenus, a, um. de Clar. 169. b. Ager Gallicus & Picenus.

Pictor, oris. Acad. 6. b. Multa uident pictores in umbris & in eminentia, quæ nos non uidemus. de L. 179. a. Digniſsima autem dona habentur, & formæ ab uno pictore uno abſolutæ die. de Clar. 170. b. Zeuſis, Polygnotus, Timantes, qui non plus quàm quatuor coloribus uſi ſunt: Eetion uerò, & Nicomachus, & Protogenes perfecti pictores fuerunt. de Or. 145. a. Zeuſis, Aglaophon, Apelles. & At. 36. a. Apelles & Protogenes.

Pictura, ræ. tabula. Orat. 200. a. In picturis alios horrida, inculta, abdita, & opaca: contrà alios nitida, læta, colluſtrata delectant. Tuſc. 250. a. Homerum tradunt cæcum fuiſſe, at eius picturam, non poeſim uidemus? Acad. 6. b. Oculi pictura tenentur, aures cantibus. I. V. 200. a. Pictura textilis aut in tabulis. Tuſc. 229. b. Cum animum ab iſta pictura imaginibuſq; uirtutũ ad rem ueritatemq; traduxeris.

Pictus, a, um. de Clar. 138. b. Tabulas bene pictas collocare in bono lumine. et 192. b. Lyſias, quo quid poteſt eſſe pictius? de Fin. 143. b. Qui nunquam philoſophũ pictum, ut dicitur, uiderunt.

Piè. religioſè. de N. 11. a. Piè colere deos. & 12. b. Piè ſancteq; colere deum. de Sen. 94. a. Memoriam noſtri piè inuiolateq; ſeruabitis. pro Mur. 141. b. Illa piè fecit. pro Plan. 280. a. Vt confiteare aliquando, quod faciam, me et



gratè & piè facere. pro Mil. 121. b. Metuo enim ne ſceleratè dicam in te, quod pro Milone dicam piè. Att. 96. a. Quintus filius ſuapte piè ſanè currentem animum patris ſui, ſorori tuæ reconciliauit.

Pierides, dum. muſæ Pieriæ. de N. 70. a. Tertiæ Ioue tertio Pierio natæ & Antiopa, quas Pieridas & Pierias ſolent poetæ appellare.

Pietas, tis. de In. 82. a. Pietas eſt, per quam ſanguine coniunctis, patriæq; beneuolis officium & diligens tribuitur cultus. & Part. 536. b. Pietas eſt iuſtitia erga parentes. & pro Plan. 276. a. Pietas eſt uoluntas grata in parentes. de Nat. 24. a. Eſt enim pietas iuſtitia aduerſum deos. pro Plan. 265. a. Pietas iudicio meo fundamentum eſt uirtutum omnium. & de Som. 128. a. Iuſtitiam cole & pietatem, quæ cum ſit magna in parentibus & propinquis, tum in patria maxima eſt. & de N. 57. a. Pietas cui coniuncta iuſtitia eſt, reliquæq; uirtutes. hic pietas pro religione ponitur. pro Q. 4. b. Si pietate propinquitas colitur, qui affinem prodit, impius ſit neceſſe eſt. pro S. R. 24. b. Quod præclarè à ſapientibus dicitur, uultu ſæpe læditur pietas. de Or. 123. b. Si pietati ſumma tribuenda laus eſt, debetis moueri, cum Q. Metellum tam piè lugere uideatis. de Clar. 275. b. Vtinam Gracchus non tam fratri pietatem, quàm patriæ præſtare uoluiſſet. pro Flac. 164 a. Nimia pietas & ſummus amor in patriam. pro Dom. 234. b. Nec eſt ulla erga deos pietas, niſi honeſta de numine eorum ac mente opinio. Poſtquã. 202. a. Qua ſanctiſsimi homines pietate erga deos immortales eſſe ſolent, eadem ego erga populum Romanũ ſemper ero. Antequam. 194. b. Illi quorũ animus eſt religionis pietate defunctus. Off. 35. b. Deos placatos efficiet pietas & ſanctitas. de N. 1. b. Pietas, ſanctitas, religio, quæ omnia purè & caſte deorum numini tribuenda ſunt. de Fin. 79. b. Nemo pius eſt, qui pietatem cauet. Epiſt. 21. a. Pietas in referenda gratia. Ep. 1. a. Ego omni officio, ac potius pietate erga te cæteris ſatisfacio omnibus. Ep. 10. a. Meam in te pietatẽ, quid enim dicam beneuolentiam? Ep. 93. a. Hic tui omnes ualent, ſummaq; pietate te deſiderant. pro Cluen. 31. a. Quorum alter eloquentie damnationem illam tacita pietate deplorat. & 54. a. Tu qui pietate ad accuſandum excitatus es. de Fin. 105. b. Pietas aduerſus deos. Tuſc. 173. a. Pietas erga matrem. Part. 234. b. & 236. b. Pietas, & charitas, & bonitas quaſi idem ualere uidentur. de In. 70. b. Pietas eſt, quæ erga patriam, aut parentes, aut alios ſanguine coniunctos officium conſeruare moneat.

Piger, a, um. ſegnis ad aliquid agendum. ad Her. 34. a Frigus pigrum dicimus, quia pigros facit. & Epiſt. 103. a. Quod mihi interdum piger, interdum timidus in labore militari uidebare. & 111. b. Ad literas ſcribendas pigerrimus.

Piget, bat. tædet, pœnitet. de D. 94. b. Mea mater tuì me miſeret, mei piget. & pro Syl. 184. b. Te ipſum iam expletum huius miſerijs pigeat. pro Dom. 219. a. Me non ſolùm piget ſtultitiæ meæ, ſed etiam pudet. In Sal. 272. b. Quod ſi eſſes ab illis ortus, nonnullos iam tuæ turpitudinis pigeret. Attic. 75. a. In cupiditatem incubui, nec me piget. de Clar. 181. b. Induci ad miſericordiam, ad pudendum, ad pigendum. In Sal. 275. a. Neque piguit quærere, cur ego, &c.

Pigmentarius, rij. Ep. 253. b. Accius pigmentarius ualde gaudebat, ſe aduerſarium perdidiſſe.

Pigmentum, ti. color, fucus, ornatus. de D. 85. a. & 118. a. Aſperſa temerè pigmẽta in tabella oris lineamenta

effingere poſſunt. de Clar.193.a.Intelliges nihil illius lineamentis, niſi eorum pigmentorum, quæ inuenta nondum erant, florem & colorem defuiſſe. de Or.125.b.Sententiæ ueræ ſine pigmentis fucoq; pueríli.At.21.a.Ariſtotelica pigmenta.

Pignerator,oris.I.V.153.a.Cum in his rebus omnibus publicanus petitor ac pignerator,non ereptor neq; poſſeſſor ſoleat eſſe.

Pigneror,aris.pignus aufero,fiduciam accipio. I.A. 264.a.Etenim Mars ipſe ex acie fortiſſimum quemq; pignerari ſolet.

Pignus,oris.fiducia,obſes. Attic.18.a.Vt nos duo quaſi pignora reipublicæ retineri uideremur. I.A.155.a.Coguntur enim ſenatores non pignoribus, ſed eorum quorum de honore agitur,gratia.Item ibi. Quis unquam tanto damno ſenatorem coegit?aut quid eſt ultra pignus aut mulctam? & 243.b.Vt quamprimùm illud pignus liberalitatis populi Romani aſpiciam.I.A.247.a.Pro libertate hæc omnia proijcias, quæ ſunt pignora iniuriæ. de Pro. 79.a. Quo nam me animo eſſe oportet in eos,cuius illi ſalutem pro pignore tradiderunt ad explendas ſuas cupiditates? de Orat.143.a.An tu cum omnem autoritatem uniuerſi ordinis pro pignore putares, eamq; in conſpectu populi Romani concideres, me his pignoribus exiſtimas poſſe terreri? & ibi. Philippus grauiter exarſit, pignoribusq; ablatis Craſſum inſtituit coercere.I.A.247 b. Magnis & multis pignoribus eum reſpublica obligatum tenet. Attic.124.a.Minus multa dederant illi reipublicæ pignora. In Sal.274.b.Poſteaquam magna pignora eis dederat,cum quibus ſe coniunxerat. pro Cluen.58. a. Illa tibi ad confirmandas inimicitias affinitatis coniunctionem pignori fore putauit. I.A. 153.b. Magnum pignus ab eo reipublicæ datum, ſe liberam ciuitatem eſſe uelle. pro Cæl.54.a.Habet ab hoc reſpublica duas accuſationes, uel obſides periculi,uel pignora uoluntatis.I.V. 66.a. À nobis multos obſides habet populus Romanus, quos,&c.

Pigritia,tiæ.negligentia,ignauia,inertia.Tuſc.213.a. Definiunt pigritiam, metum conſequentis laboris. Attic. 260.b.Noli putare pigritia facere me,quod non mea manu ſcribam. Offic.6.b.& 27.b.Negligentia,pigritia,inertia,ignauia. Off.20.b.Efficiendum eſt,ut appetitus rationi obediant,eam neq; præcurrant, nec propter pigritiam aut ignauiam deſerant.

Pigror,aris.ut grauor.At.122.b.Tu quæſo quicquid noui(multa autem expecto)ſcribere ne pigrere.

Piiſſimus. I.A.256.b. Tu porrò ne pios quidem, ſed piiſſimos quæris: & quod uerbum omnino nullum in lingua latina eſt,id propter tuam diuinam pietatem nouum inducis.

Pila,læ. de Or.91.a.Vt qui pila ludunt.& 103.b.Licet iſta ratione dicamus pila bene,& duodecim ſcrupis luderi proprium eſſe iuris ciuilis. de Orat.148.a.Pila,tali, teſſeræ. I.P.94.b.Iſte claudus,quomodo aiunt pilam tenere,&c.de Sen.94.b.Retorquere pilam. de Or.151.a. Tytius præclarè pila ludens,Brulla talis.

Piloſus,a,um. I.P.79.b.Piloſæ genæ,dentes putridi.

Pilum,li.genus teli,Romanorum proprium.I.A.231. a.Idq; caput fixum geſtari iuſſit in pilo. & pro Mil.113. b.Sparorum pilorumq; multitudo.

Pilus,li.de N.55.a.Munitæq; ſunt palpebræ tanquam uallo pilorum. Acad.21.b.Nullum eſſe pilum omnibus rebus talem,qualis ſit pilus alius.pro Q.R.48.a.Hic capite & ſupercilijs ſemper eſt raſis, ne ullum pilum uiri boni habere uideatur. Attic.80.a.Interea è Cappadocia ne pilum quidem. Q.Pr.317.b. Ego ne pilo quidem minus te amabo.



Pindentiſſæ.pop.At.78.

Pindeniſſus.opp.At.79.86.Ep.23.245.

Pingo,gis.pictura exprimo. de Orat.114.b.Vt in pictura, qui hominis ſpeciem pingere perdidicerit,is poteſt cuiuſuis uel formæ, uel ætatis etiam ſi non didicerit, pingere. Ep.68.b.Alexander ab Apelle potiſſimum pingi,à Lyſippo fingi uolebat. de Cl.177.a.In uerbis pingendis, & illuminandis ſententijs. de In 62.a. Is & cæteras tabulas pinxit,&,&c.id eſt,Zeuſis.At.58.a.Cibliothecam mihi tui pinxerunt conſtructione. Tuſ.240.b.Textile ſtragulum magiſicis operibus pictum.de Clar.188.b.Tabulas bene pictas collocare in bono lumine. pro Arch.191.b.Effigies uirtutum ſummis ingenijs expreſſa & polita. de Fin.79.a.Cleanthes tabulam uerbis pingere ſolebat,&c. id eſt,tabulam uoluptatis. Q.Fr.315.b.Quadrigis poeticis modò mihi date Britaniam, quam pingam coloribus tuis penicillo meo.

Pinguis,gue.opimus,craſſus,rudis.de Fat.141.b.Thebis craſſum cœlum,itaq; Thebani pingues & ualentes.de D.107.b. Pingue & concretum eſſe cœlum. pro Arch. 190.b. Cordubæ nati poetæ, pingue quiddam ſonantes atq; peregrinum. Acad.27.b.Quod ipſi Antiocho pingue uidebatur,& ſibi contrarium.de Am.99.a.Agamus igitur pingui Minerua,ut aiunt.

Pinna,næ.penna.de N.71.b.Minerua,cui pinnarum talaria affigunt. In Arat. Atq; auis ad ſummam caudam primasq; recedit Pinnas,&c.

Pinna.conchæ marinæ genus. de N.50.b.Pinna duabus grandibus patula conchis. de Fin.103.b.Quæ in concha patula pinna dicitur.

Pinnatus,a,um.pennatus,pinniger. de N.71.a.Pinnatus Cupido.& Tuſ.180.a.Pinnata cauda.

Pinniger,ra.penniger. Ep.110.b.Pinnigero in corpore,non armigero tela exercere.aliter,Pennigero.

Pinnoteres,teris.conchæ marinæ: id eſt,piſcis genus. de Fin.103.b. At illa quæ in concha patula,pinna dicitur: iſq; qui enat è concha, qui quòd eam cuſtodit, pinnoteres uocatur.

Pio,as.expio. de L.173.b.Hetruriæ principes fulgura atq; oſtenta pianto. pro Dom.239.b.Si quid tibi piandum aut inſtituendum fuiſſet religione domeſtica.

Piræeus,ei.πειραιεὺς Græcè.portus Athenarum.Attic. 103.a. Venio ad Piræea, in quo magis reprehendendus ſum, quòd homo Romanus Piræea dixerim, non Piræum,ſic enim omnes noſtri locuti ſunt,quàm quòd in addiderim.& 97.a.In Piræa cum exiſſem,&c. de Cl.169. a.Vt ſemel è Piræeo eloquentia euecta eſt.

Pirata,tæ.prædo. I.V.248.b.Iſte à piratis ob hūc archipiratā pecunias accepit.& 68.b. Vrbes piratis prædonibusq; patefactæ. Of.73.b.Nā pirata non eſt ex perduellium numero definitus,ſed cōmunis hoſtis omniū.pro S. R.43.a.Quis prædo tam nefarius? pirata tam barbarus?

Piratica,cæ. Poſtquam. 206.a. Is profectò egeſtate coactus piraticam feciſſet.

Piraticus,ca.I.V.250.254.255.

Piſæ,arum.opp.Q.Fr.310.a.

Piſaurum,ri.opp.& Piſaurenſis.de Clar.189.b.

Piſcator,oris.Of.63.b.Tū Pythius piſcatores ad ſe cōuocauit, ab ijs petiuit, ut ante ſuos hortulos piſcarentur.





Piſcatus,tus.de Fin.69.b.Piſcatu,aucupio.

Piſciculus,li.de N.50.b.Piſciculi parui.

Piſcina,næ.lacuna in qua piſces uiui ſeruantur.Q.Fr. 306.& At.17.a.& Parad.123.a. Magna uis aquæ,uſque ad piſcinam publicam.At.22.b.Si mihi barbati in piſcinis ſint. Quin.Fr.318.a.Intelligo mirifica ſuauitate te uillam habiturum piſcina & ſalientibus additis,palæſtra & ſylua uiridicata.

Piſcinarius,a,um.qui piſcinis delectantur. Att.20.a. & 18.b.Homines piſcinarij.

Piſcis,ſcis.de N.52.a.Piſces,ut aiunt,oua cum genuerint,relinquunt.de Sen.86.a.Piſces hamo capiuntur.I.P. 94.a.Menſa extructa non cōchylijs aut piſcibus, ſed multa carne,&c.de N.48.a.Piſces,ſignum cœleſte.

Piſcor,aris. Offic.63.b.Tum Pythius piſcatores ad ſe conuocauit, ab ijs petiuit, ut ante ſuos hortulos poſtera die piſcarentur.

Piſidæ,arum.Piſidij pop.de D.80.b.& 99.b.

Piſidia,diæ.regio.de D.99.b.

Piſidij,orum.Piſidæ. de D.85.b.Cilices,Pamphilij,Piſidij.

Piſiſtratus, ti. Tyrannus Clemens Athenis. Attic. 115.a.

Piſtor,oris.qui panem conficit. I.P.94.a.Piſtor domi nullus,nulla cella, panis & uinū à propola atq; de cupa. pro S.R.41.a.Mitto haſce artes uulgares,coquos,piſtores,lecticarios,&c.de Fin.69.b.Optimis cocis,piſtoribus,piſcatu,aucupio,&c.

Piſtrinum, ni. locus ubi frumentum tundebatur mola truſatili. de Or.89.a. Oratorem in iudicia tanquam in aliquod piſtrinum detrudi & compingi uidebam.& 121. b.Tibi mecum in eodem eſt piſtrino Craſſe uiuendum.Q. Fr.302.b. Tradere aliquem in cuſtodiā, uel in publicum, uel in piſtrinum.

Piſtrix,cis.cetus,belua marina.In Arat.Fera piſtrix, &c.& 388.b.Piſtricis - - -.In Arat.Spiniferam ſubter caudam piſtricis adhæſit.

Pitho.l.Suada.

Pituita,tæ. unus ex quatuor corporis humoribus, is qui aquæ ſimilior eſt. Tuſ.160.a.Sanguis,bilis,pituita.et 213.b.Cum pituita redundat aut bilis in corpore.

Pituitoſus,a,um. de Fat.141.a.In alijs locis homines ſunt pituitoſi, & quaſi redundantes,in alijs exiccati atq; aridi.

Pius,a,um. qui pietatem colit. Off.70.a.Ipſi patriæ conducit,pios habere ciues in parentes. de L.172.b.Deos piorum & impiorum habere rationem. pro Cor.60.b. Nihil eſt aliud in fœdere,niſi ut pia & æterna pax ſit. de Fin.79.b.Nemo pius eſt,qui pietatem cauet. pro Seſt.3. b.Pius dolor,& iuſta iracundia. de Som.128.Quare tibi Publi & dijs omnibus retinendus eſt animus in cuſtodia corporis.pro S.R.29.a.Oreſtes ne pius quidem ſine ſcelere eſſe potuit.

Placabilis,le.exorabilis. I.V.127.b.Omnia habuit æquiora & placabiliora,quàm animum iudicis. At.229.a. Vt eo te placabiliorem præbeas. Or.199 b.Tu eos etiam quos contrà ſtatuis æquos placabileſq; dimittis. At.168. b.Præbere ſe placabilem alicui.ad Her.28.b.& 38.a.Placabilis,exorabilis.)(.Implacabilis,inexorabilis.

Placabilitas,tis.clementia,lenitas. Off.18.a.Nihil magno uiro dignius placabilitate atq; clementia.

Placatè.patienter,humaniter,placidè.Epiſt.78.b.& 90.a.Omnia humana placatè & moderatè feramus.



Placatio,onis.pax,uenia. de N.61.a.& de D.116.a. Noſtra ciuitas nunquam ſine placatione deorum immortalium tanta eſſe potuiſſet.

Placatio.moderatio,tranquillitas. Tuſ.222.a.Perturbatio,animi placatione abluatur.

Placatius.moderatius.aduer. Ep.90.a.Remiſſius & placatius quotidie aliquid ferre.

Placatus,a,um. placabilis,pacatus,tranquillus,quietus. Attic.68.a.Nihil tam uidi mite,nihil tam placatum, quantum erat frater meus in ſororem tuam. Tuſcul.231. b.Sic animi quietus & placatus ſtatus cernitur.Item: Alteros tibi iam placatos eſſe intelligo, alteros nunquam iratos fuiſſe. Tuſcul.169.b. Placatiſſima quies. de Fin. 63.b.Placata,tranquilla,quieta,beata uita. Quin.de Pet. 212.a. Tamen hi poſſunt abs te placati æquiq; diſcedere. pro Mar. 133.b. Dij uel placati iam, uel etiam ſatiati eſſe debent. Poſtquam.198.a.Si mihi placata & tranquilla omnia fuiſſent.Or.202.b.Res placatæ & minimè turbulentæ.At.90.a.Placatus.)(.Ira incenſus. Off.85.a.Deos placatos pietas efficit & ſanctitas.

Placentia,æ.urbs,& colonia Rom. In L.Piſonem apud Aſconium Ped.

Placentinus. de Clar.170.& 180.a.T.Tinca Placentinus.& I.A.182.

Placeo,es.non diſpliceo,ſatisfacio,arrideo, iucundus ſum.& Placet,bat,placitum eſt. ſedet,uidetur,probatur, cordi eſt. Attic.235.b.Cum ſcripſiſſem ad Brutum de optimo genere dicendi, non modò mihi, ſed etiam tibi ſcripſit, ſibi illud, quod mihi placeret, non probari: quare ſine quæſo quemque ſibi ſcribere, ſuam cuique ſponſam, mihi meam,ſuum cuique amorem,mihi meum, non ſcite, hoc enim Attilius poeta duriſſimus. Item ibi.Meum mihi placebat,illi ſuum. de Orat.110.a.Ego nunquam mihi minus quàm heſterno die placui. Epiſt.3.a.Itaque poſtridie placuit,ut breuiter ſententias diceremus. de Orat.97.b. Poſtea mihi placuit,eoq; ſum uſus adoleſcens,ut explicarem,&c. pro Cluen.32.b.Canutio placuit repentè iudices pronunciare. Attic.149.b. Video tibi non probari, quæ ne mihi quidem placebant. Attic.204.a. Expecto quid iſtis placeat de epiſtola ad Cæſarem. & 208.a. Volo Dolobellæ ualde deſideranti placere, nec reperio quid. Quin. Frat. 310.a. Longilius mihi aiebat, ſe uelle nobis placere. pro Dom.224.a.Nonne fieri poterat,ut populo de Cyprio rege placeret? de exulibus Byzantijs diſpliceret? Attic.276.a.Hoc mihi in te placuit. ad Heren.6. a.Ita nobis placitum eſt, ut ſcriberemus, &c. D. Brut. Epiſt.167.a. Cum in his uerſarer anguſtijs,placitum eſt mihi,ut poſtularē legationem,&c.Itē:Placitū eſt mihi,ut Brunduſiū ducerem hanc copiam quam habeo mecū.Ep. 114.a.b.& Attic.129.a.De prouincijs placitum eſt,ut coram Pompeio ageretur. pro S.R.35.b.Si dijs immortalibus placet.de Off.43.b.Quod ſcribere non auderem, niſi idem placeret Panætio. de D.103.a.Vt doctiſſimis ſapientiſſimiſq; placuit.& ibi.Nam non placet Stoicis,&c. & 117.a. Placet Stoicis,&c.Acad.25.a.Duo placet eſſe Carneadi uiſorum genera. de Fin.54.b.Vtrum igitur percurri omnem Epicuri diſciplinam placet?an,&c. Item ibi. Igitur agam ſic, ut ipſi autori huius diſciplinæ placet. Item ibi.Vt placet inquam. Epiſt.256.b.Videbis quid Lyſoni,quid medico placeat.

Placidè.leniter,placatè. Or.205.a.Placidè ſedateq; loqui.& I.V.126.a.Placidè ferre aliquid. & Tuſ.187.b. Placidè & ſedatè ferre dolorem.

Placidus,a,um.placatus,tranquillus. Tuſ.237.b.Semper in animo ſapientis eſſe placidiſſimam pacem. & 211.a.Placida quietaq; conſtantia.pro Cecin.290.a.Aliquem iratum,placidum,ac mollem reddere.de Sen.79.b.Placida ac lenis ſenectus. de Or.125.a.Oratio placida,ſummiſſa,lenis.

Placo,as.lenio,mitigo,placatum efficio,exoro,reconcilio,macto,expio,procuro. Att.5.b.Primùm tibi de noſtro placando, aut etiam penè reſtituendo polliceor. de N.3.a.Qua in cauſa beneuolos obiurgatores placare poſſumus. pro Dom.222.a.Placaui odia improborum. pro Font.283.b.Placare animos iudicum.de Arch.258.a.Noſtræ ſunt inter nos iræ diſcordiæq; placandæ. Epiſt.202.b.Is ad me Romam literas miſit, ut te ſibi placarem. I.C.108.a.Quos ego non tam ulciſci ſtudeo,quàm ſanare,& ipſos placare reipub. I.A.213.b.Iam uerò ipſe ſe placabit et leniet prouinciæ Galliæ.et de Fin.58.a.Et animos quaſi cõcordia quadã placet ac leniat.pro Dom.241.b.Cũ diuinum numen ſcelere uiolatum precibus placare cogeretur. de N.62.b.Tu Deciorum deuotionibus placatos eſſe deos cenſes?Item ibi.Quæ autem tanta eorum fuit iniquitas, ut placari populo Romano non poſſent, niſi uiri tales occidiſſent?pro Font.280.a.Galli humanis hoſtijs deos placant.Tuſc.179.b.Hæc dextra lernam terram mactata excetra placauit.pro Deiot.145.a.Nemo unquam te placauit inimicus, qui ullas reſediſſe in te ſimultatis reliquias ſenſerit. de Leg.174.a.Impius ne audeto placare donis iram deorum.Quin.Fr.300.a.Quoſcunq; de te queri audiui,quacunq; potui ratione placaui.I.A.225.a.Placa animum,& mitiga.

Plaga,g.c.uulnus,percuſſio. I.V.263.a.Dico mercedem uulneris atq; plagæ conſtitui nefas eſſe. Tuſc.183.b.Qui bene inſtituti ſunt, accipere plagam malunt, quàm turpiter uitare. de N.15.a.Grauiorem plagam accipiebat,ut leuiorem repelleret.& Epiſt.136.b.Hæc eſt leuior plaga ab amico,quàm à debitore. & Tuſ.187.a.Venitq; plaga uehementior. pro Mur.135.a.Illa plaga eſt iniecta petitioni tuæ maxima. pro Flac.159.b.Phrygem plagis fieri meliorem.& I.V.269.a.Crepitus plagarum.In Vat.33.a.Infligere plagam mortiferam alicui. pro Seſt.12.b.Imponere plagam inſanabilem alicui.I.A.212.a.Luculentam tamen ipſe plagam accepit. Or.219.b.Sic nec oratio facit plagam grauem,niſi,&c.

Plaga.regio. de D.114.b.Quod ante oculos eſt,non uident,cœli ſcrutantur plagas. de Fat.144.b.Motus extra pondus & plagam, cum atomus declinat interuallo minimo. & 149.b.Atomi uim quandam habent à Democrito impulſionis,quam ille plagam appellat,ab Epicuro grauitatis & ponderis.

Plagæ.retia.l.Macula.I.V.266.b.Si ex his laqueis te exueris,in illas tibi maiores plagas incidendum eſt.Acad.37.a.Plagas ipſi contra ſe Stoici texuerunt. Offic.65.b.Tendere plagas.Epiſt.198.b.Conijcere aliquem in alicuius plagas.

Plagiarius,a,um. qui liberum hominem uendit uel emit. item qui ſeruum ſeruam'ue à domino auertit, fugam ſuadet,emit uendit'ue neſciente domino. Fieri autem poteſt hic, ut ſit cognomen Licinij eius de quo loquitur Cicero.Q.Fr.300.b.Licinium Plagiarium cum pullo miluino tributa exigere.

Plagioſippus.ad Her.34.a.

Planè.clarè,apertè.)(.Obſcurè.de Or.96.b.Planè et dilucidè loqui. & de Ar.249.b. & de Fin.94.a.Planè & perſpicuè dicere aliquid.Ep.104.b.Quàm pleniſſimè res illa ſcribi potuit.I.V.240.a.Apertiſſimè & planiſſimè explicare aliquid.pro Q.R.52.a.Planius & apertius dicã.& Top.222.a.Quo planius accipiatur.de Fin.66.a Sed iſtud dixiſti bene Latinè,parũ planè.de D.128.b.Demoſthenẽ ſcribit Phalereus,cũ Rho dicere nequiret, exercitatione feciſſe,ut planiſſimè diceret.I.P.90.a.Quodomnes leges planiſſimè uetant. Ep.26.a. De Ocella parum planè ad me ſcripſeras.& de Fin.52.a.Nam & complectitur uerbis quod uult,& dicit planè quod intelligam.

Planè.prorſus,omnino,funditus.de Cl.184.a.Nec illi hoc planè atq; omnino defuit.& de Or.98.a.Neq; omnino,&c.neq; planè,&c. de Cl.196.b. Quod iã propemodum,uel planè potius effeciſti. de Clar.191.a.Perfectè planeq; eruditus. Att.110.b.Aenigma Oppiorum planè non intellexi. Att.39.b.Te rogo ut planè ad nos aduoles. At.205.a.Quod cõueniſti,&c.feciſti planè bene. de Or.94.a.Res penitus cognitæ planeq; perſpectæ.ad Her.30.b. Fieri poteſt, ut non planè par ſit numerus ſyllabarum. Ep.40.a.Illud planè moleſtè tuli,quod uidebam,&c.Ep.105.b.Planè enim intelligo,te,&c.Ep.5.b.& 21.a.Cauſa Alexandrina uidetur ab illo planè eſſe depoſita.At.128.b Explicari mihi tuum conſilium planè uolo,ut penitus intelligam.I.A.212.a.Gladiatorem appella, ut appellant hi qui planè & latinè loquuntur.de L.166.b.Sed ego planè uellem me arbitrum inter eos datum.

Plangor,oris.eiulatus,ploratus. Or.209.a.Plangore & lamentatione compleuimus forum. I.A.176.b.Tu diadema imponebas cum plangore populi, ille cum plauſu reijciebat.ad Her.21.a.Fœmineus plangor.

Planities,ei.æquor,campus. I.V.225.a.Quo in ſummo eſt æquata agri planities. & de D.80.a.Planities magnitudoq; regionum.

Planta,tæ.ſurculus.de Sen.88.a.Malleoli,plantæ,ſarmẽta,uites,traduces,propagines,&c. In Arat.Hunc Orionis ſub læua cernere planta Serpentem poteris,&c.

Planus,a,um.æquabilis.)(.Montoſus.de N.35.a.Duæ formæ præſtantes ſunt, ex ſolidis globus, ex planis circulus aut orbis. pro Cecin.294.b.Aequus & planus locus.& contra Rul.85.b. Capua planiſſimo in loco explicata. de Vn.198.a.Si uniuerſitatis corpus planum & æquabile explicaretur. pro Flac.166.a. Via præceps & lubrica.)(.Via plana & ſtabilis. pro S.R.27.a.Atque id obijcere,quod planum facere non poſſis.I.V.73.b.& 269.b. Cum præſertim planum facere multis teſtibus poſſim,C.Verrem dixiſſe,&c. & ad Heren.7.a.Se planum facturum,ab eo maleficium non abeſſe.Top.229.b.Oratio plana & euidens.

Planus,ni.nebulo. pro Cluen.32.a.Hic ille planus improbiſſimus,quæſtu iudiciario paſtus.

Plaſma. At.149.a.Sed ſit hoc πλάσμα, magnas habet certè copias.aliter, σάλωισμα.

Platalea,læ.genus auis,quam Plateam uocat Plin. de N.50.b.

Platanus,ni.arbor.de Or.87.a.Platanus,quæ ad opacandum aliquem locum patulis ſit diffuſa ramis.de D.121 b.Sub platano umbrifera,&c.

Plateæ,arum.opp. Off.13.a.Hinc rhetorum campus de Marathone,Plateis,&c.

Plato,onis. de Opt.244.a.Diuinus autor Plato. & de D.97.a. & 96.b. Platoni in cunis paruulo dormienti apes in labellis cõſederunt.reſponſum eſt, ſingulari illum ſuauitate orationis fore. & de Clar.175.b.Quis uberior in dicendo Platone?Iouem ſic,ut aiunt philoſophi,ſi Græcè loquatur,loqui.Or.197.b.Ille non intelligendi ſolum, ſed etiam dicendi grauiſſimus autor & magiſter Plato. Or.202.b.Longe omnium quicunq; ſcripſerunt,aut locuti ſunt,& copia dicendi,et grauitate princeps Plato. Tuſ.152.b.Ariſtoteles longè omnibus(Platonem ſemper excipio)præſtans ingenio,&c.de N.32.a.Plato quaſi quidam deus philoſophorum. Att.63.b. Deus ille noſter Plato in πολιτείᾳ.Q.Fr.295.b.Princeps ingenij & doctrinæ Plato.de Or.104.a.Nunc talis uir amiſſus eſt, dum cauſa ita dicitur,ut ſi in illa commentitia Platonis ciuitate res ageretur.Tuſ.156.a. Errare me herculè malo cum Platone, quàm cum iſtis uera ſentire. & ibid. Ego quoq; cum ipſo non inuitus errauerim. de Cl.181.b.Plato mihi unus erit inſtar omnium, Antimachus poeta.Or.203.a.Platonis locutio potius poema putandum,quàm comicorum poetarum. Acad.47.b.Platonem ex Academia uetere numeramus, cuius in libris nihil affirmatur, & in utranque partem multa diſſeruntur, de omnibus quæritur, nihil certi dicitur. pro R.P.126.a. Plato iniquitate Dionyſij Siciliæ Tyranni, cui ſe ille commiſerat,in maximis periculis inſidijs'que uerſatus eſt. Orator.200.b. Plato exagitator omnium Rhetorum. Orat.203.a. De oratione Platonis & Democriti. de Orat.144.a.pro Platone.& de Legib.184.a.contra Platonem. de Orat.104.a.& 104.b. & 154.b. In illa commentitia Platonis ciuitate.

Plaudo,dis.aſſentior,approbo,plauſum alicui do uel tribuo.)(.Reclamo.In A.207.b.Att.251.b.Populus Rom. manus ſuas non in defendenda libertate, ſed in plaudendo conſumit.At.34.a.Huic ita plauſum eſt,ut ſalua rep.Pompeio plaudi ſolebat.At.34.a.Inimici erant equitibus, qui Curioni ſtantes plauſerant.Quin.Fr.309 b. Dijs hominibusq; plaudentibus. Tuſc.242.b.Quod quidem me plaudente dicit.Att.219.a.Ne uictoriæ quidem plauditur. aliter,ploditur.

Plauſibilis,le.In Ver.56.a.Cenſorium nomen iam populare atq; plauſibile factum eſt.& Tuſ.201.b. Tantum admonebo,quoniam hæc plauſibilia non ſunt, ut in ſinu gaudeant.

Plauſtrum,ſtri.ploſtrum.currus.de D.92.b.Se interfectum in plauſtrum à caupone coniectum eſſe.bis.

Plauſus,ſus.applauſus,admurmuratio,uox, clamor, iudicium,teſtimonium,ſtudium populi uel ſpectatorum.)(.Reclamare,repudiare.Tuſ.229.b. Qui nec plauſum, nec lucrum quærunt.& 188.b.Plauſum captans. At.34.a.Cæſar cum ueniſſet mortuo plauſu, Curio filius eſt inſecutus.Att.53.b. Cum populus eo nomine plauſum dediſſet.de Sen.90.b.Quibus à cuncto conſeſſu plauſus eſt multiplex datus.Att.33.a. Huic plauſus maximi impertiuntur.At.53.a.Plauſu maximo cum eſſet mihi gratulatio ſignificata.At.124.a.In cauſa fœdiſſima plauſus quærere. At.231.a.Præſertim tantis plauſibus,tanta approbatione infimorum.At.274.b. Maximo clamore & plauſu in roſtris collocatus ſum.Quin.Fr.320.a.Ille plauſus qui Miloni quodãmodo nobis uidetur dari. de Ar.256.a.Qui eius effrenatos furores plauſu etiam proſequebantur. aliter, perſequebantur.pro Seſt.25.b. Magnus ex omnibus ſpectaculis plauſus excitatus eſt.de D.93.a.Idq; frequentiſſimo theatro,incredibili clamore & plauſu comprobatum eſt.In A.176.b.Tu diadema imponebas cum plangore populi,ille cum plauſu reijciebat.de D.120.a.Galli cãtu plauſuq; premunt alas.



Plautus,ti.Poeta Romanus,is mortuus eſt P. Claudio L.Portio Coſ.de Cl.170.a.

Plebecula,læ.At.13.a.Miſera & ieiuna plebecula.& 257.b.Plebecula urbana.

Plebeius,a,um.pro Seſt.6.a.Veſtitus aſper, purpura illa plebeia ac penè faſca.Ep.139.a.Veruntamen quid tibi ego uideor in epiſtolis?nónne plebeio ſermone agere tecum?& ibi.Quid tibi uenit in mentem,negare Papyrium quenq; unquam niſi plebeium fuiſſe: fuerunt enim patricij minorum gentium.Tuſ.159.b.Licet cõcurrant plebeij omnes philoſophi:ſic enim hi,qui à Platone & Soc.& ab illa familia diſſident,appellandi uidentur.

Plebes,bis.plebs.de L.185.b.Plebes, quos pro ſe contra uim auxilij ergò decem creaſſit,tribuni eius ſunto.

Plebicola,læ.popularis. contra Rul. 83. a.Pleblicola tribunus.& pro Seſt.28.

Plebiſcitum,ti.ut populi ſcitum,tribunitia rogatio. de Or.126.b.Plebiſcitis multotiens conſularem dignitatẽ minui.de Fin.75.b.P.Scæuola trib.pleb.tulit ad plebem,uellent'ne de ea re quæri,quo plebiſcito decreta à ſenatu eſt conſuli quæſtio Cn.Scipioni.ad Her.5.b.Ex plebiſcito uetari facere aliquid.pro Dom.222. a. Hoc plebiſcitum eſt? hæc lex?hæc rogatio eſt.

Plebs,bis.plebes,uulgus,turba,infima multitudo. de Cl.169.a.Cum ples prope ripam Anienis cõſediſſet. Tuſ.172.a.In Hyrcania plebs publicos alit canes, optimates domeſticos.Att.53.a.Gradus templorum ab infima plebe completi erant.& pro Mil.120.a.Plebs & infima multitudo,&c.

Plecto,ctis,punio.de Orat.135.a. Aemilius fecit, plectitur Rutilius.& pro Cl.19.b.Et ſine inuidia culpa plectatur,& ſine culpa inuidia ponatur. de Am.111.a.Cùm multis in rebus negligentia plectimur, tum maximè in amicis deligendis.Off.38.a.Iure igitur plectimur. de Leg.193.a.Vt in ſuo uicio quiſq; plectatur,uis capite,auaritia mulcta,honoris cupiditas ignominia ſanciatur. Off.18.a. Cauendum eſt, ne iiſdem de cauſis alij plectantur, alij ne appellentur quidem.& Epiſt.180.a. Plecteris ergo,inquiunt.

Plectrum,ctri. inſtrumẽtum quo citharœdi chordas lyræ plectunt,id eſt, percutiunt.de N.56.a.Itaq; plectri ſimilem linguam noſtri dixere,chordarum dentes.

Plenè.planè,perfectè,cumulatè.de D.108.b.Quæ ut plenè eſſet cumulateq; perfecta,de diuinatione ingreſſi ſumus dicere,&c.Off.10.a.Quoniam uiuitur non cum perfectis hominibus,pleneq; ſapientibus. Quin.Fr.297.b.Si hoc plenè uitare non potes.de Cl.105.a. Perfectè planeq; eruditus.

Plenitudo,nis.magnitudo.ad Her.30. b.Cum in altero longior aut longiores,plenior aut pleniores ſyllabæ erũt, ut longitudo aut plenitudo harum multitudinem alterius exæquet.

Plenus,a,um.refertus,confertus,completus,repletus, oppletus,frequens,frequentatus,redundans,affluens, cumulatus,integer,perfectus.)(.Inanis,exilis, enectus. Ac.29.b.Leucippus plenum & inane dixit eſſe, &c. In V.115.b. Domus plena cœlati argenti optimi,multæq; ſtragulæ ueſtis precioſiſſimorumq; mancipiorum. pro Pom.10.a.Portus pleniſſimus nauium. pro Font.276.b. Referta Gallia negociatorum eſt, plena ciuium Rom. de Clar.174.b. Peracutum & artis plenum orationis genus. Tuſ.241.b. Omnia honeſta plena gaudiorum ſunt. Ac.28.b. Turpiſſimum eſt,& pleniſſimum temeritatis.

Poſt.206.b.Somni,ſtupri uini plenus.de Pro.73.a.Quis plenior inimicorum fuit C.Mario?Ep.179.b.Homo plenus officij. In V.229.b.Ornamentis fanorum plena domus,uillæ refertæ.Ep.262.b.Itaq; habui noctem plenam timoribus.pro Seſt.7.b.Ocioſa uita,conferta & plena uoluptatibus.de Sen.77.a.Vir fide plenus.Item:Aliud genus eſt non tam ſententijs frequẽtatum.Ep.153.a.Literæ grauiſsimis uerbis ſententijsq; plenæ.Ac.li.2.Alabaſter plenus unguenti.Nonius.de Or.88.a.Deinceps omnia plena conſiliorum,inania uerborum uidemus.& 90.a.Orator plenus & perfectus is eſt,qui de omnibus rebus poſsit uariè & copioſè dicere.& Off.1.a.Orationem autem Latinam profecto legẽdis noſtris efficies pleniorẽ.Of.13.a.Ea neſcio quomodo quaſi pleniore ore laudamus. Att.45.a.Ex tuis literis plenus ſum expectatione de Pompeio.de Cl.175.b.Nemo plenior & uberior ad dicendum fuit.de Or.144.b.Antonium ieiuniorem,Craſſum pleniorem fuiſſe.& 96.a.Neminem uoce pleniorem aut ſuauiorem audiui.de Clar.192.a.Subſellia grandiorem & pleniorem uocem deſiderant.Ep.194.a.Ingredi pleno gradu.ad Her.30.b.Syllaba longior & plenior.& de Or.147.a.E,plenum.ad Her.12.a.Perfecta et plena argumentatio.de Fin.114.b.Perfecta & plena ſententia.)(.Curta. & de Som.127.a.Numerus plenus.Tuſcul.241.b.Ex perpetuis pleniſq; gaudijs uita beata exiſtit. pro Mil.106.a.Vt haberet plenum annum atq; integrum ad præturam gerendam.de Or.111.a.Quid plenius quàm omni genere cumulata oratio?Or.211.b.Si & plenum eſt,ſit imminutum.de D.114.b.Iecur plenum.)(.Iecur exile.de D.137.b.Plenus.)(.Enectus.

Pleriq;,pleræq;,pleraq;.maior pars hominum.In A.212.a.de N.36.b.Vt pleriq; dicunt phyſicæ rationis ignari.& de Or.97.a.Eſt enim magni laboris,quem pleriq; fugimus.Ep.77.a.Pleriq; eorum,quibus cum uiuo neceſſario.de In.66.a.Partes generum pleræq;.& Tuſ.216.a.Pleræq; quæſtiones.de Fin.127.a.Theophraſtum adhibemus ad pleraq;.Or.204.b.Pleraq; ex illis cõuenient huic tenuitati.

Plerunq;.magna uel maiore ex pate,maiore parte,magnam partem,maximam partem,perſæpe,ferè,maiorem partem.Acad.5.a.de D.111.a.Fortuita ſunt quæ plerunq;,non ſemper eueniunt. & 107.a.Aut ſemper,aut plerunq;.de Clar.167.b.Sententia aptis conſtricta uerbis cadit plerunq; numeroſè.Att.76.b.Multis locis ne tectũ quidem accipio,& in tabernaculo maneo plerunque. de Fin.59.b.Plerunq; improborum facta primo ſuſpicio inſequitur,deinde ſermo & fama,tum,&c. Epiſt.229.a.Ego autem tribuo non nunquam in uulgus,ſed plerunque neceſſarijs,ut hoc tempore. Off.10.a.Fortis animus & magnus in homine non perfecto nec ſapiente,feruentior plerunq; eſt.

Ploratus,tus.plangor,eiulatus.Tuſ.179.b.Edere ploratum.

Ploro,as.ploratum edo.pro D.224.b.Senatum pro me plorare & ſupplicare prohibuerunt.Att.242.a.Plorando feſſus ſum.

Ploſtrum,ſtri.plauſtrum.In V.86.b.

Pluit,bat.imber effluit.de Diuin.120.b.Sanguinẽ pluiſſe ſenatui nunciatum eſt.Top.224.a.Pluuia,& pluendo coniugata.Sæpe lapidum uel ſanguinis,uel lactis imber effluxit.l.Effluo.

Pluma,mæ.de Fin.94.a.Plumæ uerſicolores columbis.de N.50.a.Pluma aliàs,alias ſquamma uidemus obductas.In Ar.Quem rutila fulgens pluma præteruolat ales.At.133.a.Coſs.qui pluma aut folio facilius mouentur.

Plumatus,a,um.pennatus.de N.48.b.Extrema nitẽs plumato corpore taurus.& In Ar.

Plumbeus,a,um.hebes,rudis,obtuſus.Tuſ.163.a.Niſi planè in phyſicis plumbei ſumus.& de Fin.117.O plumbeum pugionem.At.10.b.Cum illum plumbeo gladio iugulatum iri diceret.

Plumeus,a,um.plumis refertus.Tuſ.200.b.Collocemus in calcitra plumea.

Plurimum.multum.)(.Minimum.de In.62.a.Zeuſis muliebri in corpore pingendo,plurimum alijs præſtabat.Ep.6.a.Alterum mihi,ut te plurimum diligam,facere neceſſe eſt.Par.125.a.Vt quiſq; quod plurimi eſt poſsidet,ita ditiſsimus habendus eſt.pro S.R.19.b.Qui apud me dignitate plurimum poſſunt.& Ep.12.a.Præmia apud me minimùm ualent.de In.47.b.Habere plurimum dignitatis.)(.Habere minimum dignitatis.de Orat.95.a.Vt in quoque oratore plurimũ eſt,ita maximè is pertimeſcit.de Or.97.a.Caput eſt quàm plurimum ſcribere.pro R.P.128.b An tum credebat inductus uſuris,ut haberet quàm plurimum?

Plus,ris.magis,amplius,præter,ultrà,antè.At.92.a.Pompeium me hercule plus pluſq; in dies diligo.et de Fin.221.a.Alter ualet plus quotidie,alter uidet. de In.66.a.Nam ſæpe uirtus,&c.plus proficit ad miſericordiã quàm humilitas,&c.At.102.b.Tantum & plus etiam.de Orat.85.a.Nec autoritate quiſquam apud me plus te ualere poteſt.At.133.b.Caue putes hoc tempore plus me quẽquam cruciari,quòd,&c.de N.2.a.Fieri non poteſt,ut plus una uera ſit.& Ac.20.a.Sentio in columba plures uideri colores,nec eſſe plus uno.At.162.a.Ego te nimio plus diligo.Ep.217.Affuit,ſed non plus duobus aut tribus menſibus.de N.21.a.Moleſtum eſt uno digito plus habere.& Orat.202.a.Nec plus uno.pro S.R.30.b.Nunquam Romæ plus triduò fui.At.143.a.Dimidio plus ſcripſit Clodia. In V.164.b.Addicitur medimnis MM.dimidio ferè pluris q̃ anno ſuperiore.pro Seſt.21.b.Tribunum plebis plus uiginti uulneribus acceptis iacentem uidiſtis. pro Quin.7.a.At tecum anno plus uixit. ad Her.25.a.Quiſquis enim audierit de arte paulo plus,omnia uidere poterit. de Am.107.a.Neq; uerendum eſt,ne plus æquo quid in amicitia congeratur.At.193.a.Non plus annum poſſum aſſequi,quod uolo.At.68.a Vt hoc noſtrum deſiderium,ne plus ſit annuum. Att.95.b.Hoc eſt,non plus annum obtinere prouinciam?Tuſ.182.b.Ferre plus dimidiati menſis cibaria.pro Fl.147.b.Et magis etiam tum cum plus erat ocij.In V.141.b.Senatores triginta non minus adſint.de Leg.157.a.Alius alio,plus habet uirium.de In.58.b.Vultis autem pecuniæ plus habere.pro Seſt.27.b.Nemo carthaginenſium pluris fuit Annibale,conſilio,uirtute,rebus geſtis.At.80.a.et 254.a.Quod pluris eſt quã omnia. Top.228.a.Eloquentia pluris eſt,quàm iuris ciuilis ſcientia.de Pro.71.b.Qui hoc etiam ſe pluris eſſe quàm collegas putat,quod,&c.Of.32.b.Conſideratè agere pluris eſt,quàm cogitare prudenter.At.195.b.Mihi conſcientia pluris eſt quàm hominum ſermo.pro Q.R.50.b.Ager nunc multo pluris eſt quàm tunc fuit.In A.207.a.Hic pluris habetur,quàm L.Trebellius. de N.64.b.Arrogantis eſt,pluris ſe putare quàm mundum.& Ep.152.b.Pluris putare quã alios.Parad.125.a.Hæc pluris æſtimanda ſunt quàm illa,&c.Ep.32.b.Ex quo tempore tu me diligere cœpiſti,quotidie pluris feci. de Ar.244.b.Itaq; eum nunquam à me



eſſe accuſandum putaui,nõ pluſquam ſtipitem illum,qui,&c.de D.103.a.Alij quos prudentes poſſumus dicere,diuinos nullo modo poſſumus,nõ pluſquam Mileſium Thalem,qui,&c. pro Cluen.41.b.Hoc pluribus uerbis dicere non debeo.pro Pom.7.a.Non poſſunt in ciuitate multi res amittere,ut non plures ſecum trahant.ad Her.30.a.Qui cum plures eſſent,paucis nobis exæquari non potuerunt.Epiſt.3.a.Perſpiciebant enim in Hortenſij ſententiam multis partibus plures ituros. de In.53.b.Hoc non pluſquam in duas partes poſſe diſtribui puto. Top.229.a.Verbáne plus,an ſententiæ ualere debeant. Att.98.b.Neuter quenquam omnium pluris facere uidetur quàm me. & 118.a.Facio pluris omnium hominum neminem.Off.55.b.Pluris putare quod utile uideatur,quàm quod honeſtum,turpiſsimum eſt.de L.169.a.Ego uerò cum licet plures dies abeſſe,amœnitatem hanc ſequor.de L.182.a.Hoc plus,inquit,ne rogum facito.

Pluſculum.paulo plus.Ep.67.b.Amoriq; noſtro pluſculum etiam quàm concedit ueritas,largiare.de Or.117.b.Cauſæ in quibus pluſculum negocij eſt:id eſt,paulo plus.ad Her.25.a.

Pluſquam.ultra quàm,amplius,antè. pro Fl.148.a.Græci ſemper accuſatori pluſquam ad rogatum reſpondent.de Or.94.a.Iſta quæ exiſtimas pluſquam ipſam artem poſſe prodeſſe.ad Her.38.b.Procurrere ultra quàm amicus ſentire poſsit.de In.48.a.Vltra quàm ſatis eſt. Ac.20.b.& 32.b.Amplius.l.Plus.

Plutealis,le.At.5.b.Plutealia ſigilla duo:id eſt,tabulis incluſa,aliter.ſigillata.

Plutia,æ.locus in Sicilia.In V.191.

Pluto,onis.Dis pater,orcus.de N.68.a.Dis,apud Græcos πλούτων.l.Dis.

Plutonia. de D.97.a.Mortifera,Plutonia terra in Aſia.

Pluuia,uiæ.imber.At.246.b.Equidem etiam pluuias metuo,ſi prognoſtica noſtra uera ſunt,ranæ enim ῥητορεύουσιν.

Pluuius,a,um. pro Mur.120.a.Tu ſcis ut aquæ pluuiæ arceantur.Top.224.a.Aqua pluuia nocens.

Poculentus,a,um.quod in potum ſumi poteſt.de Nat.54.b.Ea pars oris,qua eſculentis & poculentis iter natura patefecit.

Poculum,li.ſcyphus.pro Cluen.23.b.Cui cum ipſe poculum dediſſet,ſubitò illa in media potione exclamauit,ſe maximo cum dolore mori. & Tuſc.169.a.Cum uenenum obbibiſſet,reliquum ſic è poculo eiecit,ut id reſonaret.& pro Cluen.24.a.Iam exhauſto illo poculo mortis.de Sen.86.b.Pocula,ut in Sympoſio Xenophontis,minuta atq; rorantia.pro Fl.163.b.Nam iſte magnitudine poculorum,bibendoq; totam Aſiam ſuperauit.& In A.162.b.In tuis illis immanibus poculis.In V.89.b.Poſcunt maioribus poculis.

Podagra,græ.dolor artuum,dolores pedum. de Fin.127.a.Arceſilas,cum podagræ doloribus arderet,&c.Tuſcul.184.b.Qui complures annos doloribus podagræ crucientur maximis.de Cl.176.a.C.Sextius cum remiſerant dolores pedum,non deerat in cauſis. Ep.141.a.Ex pedibus laborare.Tuſ.188.a.Quod uehementer eius artus laborarent.

Poema,tis.poetæ opus.Acad.40 b.Atq; ipſe uarium et elegans omni ferè numero poema feciſti.Or.203.a.Platonis locutio potius poema putandum,quàm comicorum poetarm,apud quos niſi quod uerſiculi ſunt,nihil eſt aliud quotidiani diſsimile ſermonis.Quin.Fr.320.a.Componere poema ad aliquem.Att.13.b.Lucullus græcũ poema condidit.de Or.103.b.Empedocles phyſicus egregium poema fecit.In P.94.b.Is poema fecit ita feſtiuum,ita concinnum,ita elegans,nihil ut fieri poſsit argutius. & pro Dom.94.b.O poema tenerum,& moratum atque molle.Q.Frat.312.b.Non me herculè quiſquam μισοπατάγως libentius ſua poemata legit,quàm ego te,&c. Quin.Fr.325.b.Opus eſt ad poema quadam animi alacritate. Off.55.a.Quod in poematibus & in ſcripturis uſu uenit. de D.131.b.Non eſſe autem carmen illud furentis ipſum poema declarat,eſt enim magis artis & ſcientiæ,&c.de Leg.156.b.Alias in hiſtoria leges obſeruandas eſſe,alias in poemate.ad Her.24.a.& 25.a.Cum ex orationibus aut poematibus elegeris exempla.aliter,poematis.

Pœna,næ.ſupplicium,animaduerſio,damnum,incommodum,mulcta,merces.)(.Beneficium,commodum. pro Cor.58.b.59.a.& de L.185.a.Cum magiſtratus iudicaſsit per populum mulctæ,pœnæ certatio eſto.At.177.a.Nos ſtultitiæ noſtræ grauiſsimas pœnas pendimus reip. & de N.76.b.Pendere pœnas ſceleris.pro Seſt.25.a.Omnes hi reipublicæ pœnas aut præſenti morte,aut turpi exilio dependerunt.Tuſ.179.b.Expendere pœnas alicui. Or.218.a.Quicunq; rempub.uiolaſſent,ab omnibus eſſe ei pœnas perſolutas. Antequam.195.b.Itaq; illi ſuorum ſcelerum conſcientia cruciati mihi abſenti & populo Rom.pœnas dabunt.de Arch.252.b.Cum eas pœnas des,quæ ſunt ſolæ hominum ſceleri à dijs conſtitutæ.& Tuſc.239.a.Cum adhuc ſtyli pœnas dem. contra Rul.72.b.Pœnam ſine prouocatione,animaduerſionem ſine auxilio dari cuipiam.pro Dom.240.a.Is pœnam hanc maternæ temeritatis tulit,ut præberet,&c. & ibidem b.Et grauiſsimas pœnas affinitatis impuriſsimæ ſuſtinuit.Poſtquam.198.a.Suſtinere pœnam ſempiternam.pro Fl.154.b.Pœna falſarum & corruptarum literarum Romæ grauis eſt.pro Fl.164.a.Summi amoris in patriam uiciſsim nos pœnas ſi ita placet,ſuffèramus.pro Pom.5.a.Is adhuc pœnam nullam ſuo dignam ſcelere ſuſcepit. Offic.64.b.Quæ qui inficiatus eſſet duplicem pœnam ſubibat.Item:Et ſubire pœnam dupli.pro Seſt.28.a.Si ſcelus eſt amare patriam,pertuli pœnarum ſatis.et de Leg.179.a.Plus pœnarum habui quàm petiui.Quin.Fr.309.a.Teneri ea pœna,quæ eſt de ui. de Nat.78.a.Luere pœnas. pro Dom.122.a.Pœna in ciues Rom.nominatim ſine iudicio conſtituta. Att.144.b.Itaq; dedo pœnas temeritatis meæ.At.150.b.Perſequi pœnas alicuius:id eſt,ulciſci pœnas illius. Antequam.197.a.Si malui inimicorum cupiditati quàm reipub.& legitimæ autoritati pœnas ſufferre.de Clar.187.a.Is in manifeſto facinore deprehenſus pœnas legibus & iudicio dedit.Att.227.a.Vereor ne nobis idus Martiæ nihil dederint prœter lætitiam & odij pœnam.& doloris.Att.282.a.In animaduerſione pœnaq; duriorem eſſe. contra Rul.84.b.Perferre omnes acerbiſsimas pœnas impiorũ. de In.73.a.Sumere pœnas.& ibi.Sumere ſupplicium.)(.Dare ſupplicium.I.V.269.b.Repetere pœnas ab aliquo. pro S.R.29.a.Furiæ quæ parentum pœnas à filijs repetunt. Antequam.195.b.Si à me luxuries & ſtupra Caſsij pœnas repetunt.de In.46.a.Petere pœnam ab aliquo.At.12.a.Petere pœnas ſui doloris ab aliquo.Ep.13.a.Iudicio perſequi pœnam ab aliquo.In V.154.a.Pœnam octupli cõmiſſam perſequi.pro Seſt.28.a.Pœnam domeſtici ſanguinis expecto.pro

to.pro Mur.135.a.Morbi excuſationi pœna addita eſt. de Ar.252.b.Pœna quæ ſequeretur illud ſcelus.Off.64.b. A iuriſconſultis etiam reticentiæ pœna eſt conſtituta. de Or.102.a.Innocentiam iudiciorum pœna liberare. pro Plan.268.a.Noli obſeruantiam ſancire pœna. pro Cor. 62.a. Aliquem mulcta & pœna mulcto. Off.36.b.Tantaq; pœna eos afficiamus,quantum æquitas humanitasq; patitur. Epiſt. 266. b. Non poteris effugere huius culpæ pœnam.pro Dom.213.b.Quæ te tanta pœna tuorum ſcelerum ac flagitiorum uexat?ut arbitreris. pro Cor. 58.a. Hanc pœnam fœderibus aſcribere, ut nullus populus fœderatus ciuitate donari poſsit,niſi fundus factus ſit. Offic. 18.a.Cauendum eſt,ne maior pœna,quàm culpa ſit. In P. 89.b.Deorum immortalium hæ ſunt in impios pœnæ certiſsimæ conſtitutæ.In P.90.a.Aliquem pœnas patriæ dijsque immortalibus,eas quæ grauiſsimæ ſunt,furore atq; inſania pendere.In P.90.b.Grauiſsimæ legum pœnæ. pro Lig.139.a.Ea pœna,in qua adhuc Quin.Ligarius eſt, nõ uideris eſſe contentus. In P. 99. a.Et pœnam,quæ tanto facinori deberetur,ſubire. & 100.a.Non in eo cui facta eſt iniuria, ſed in ijs qui fecerunt, ſceleris ac conſcientiæ pœna remanſit.In A. 231. a. Mors naturæ pœna eſt,iracundiæ tormentum,atq; cruciatus. In A. 237. a. Is pœnas dijs hominibusq; meritas debitasq; perſoluet. Offic.68.a. Prætores conſcripſerunt edictum cum pœna atq; iudicio. & Am.103.b.Is pœnas reipub.graues iuſtasq; perſoluit. & de Leg.174.a.Periurij pœna diuina exitium,humana dedecus.de Leg.183.a.Pœnaq; eſt,ſi quis buſtum uiolarit. pro Mil.104.b.Qui non pœnam confeſsioni, ſed defenſionem dedit.& 118.a.Vobis ueſtro in conſpectu feræ,ſed tamen iuſtæ & debitæ pœnæ ſolutæ ſunt.

Pœnitens,tis.In A.240.b.Optimus eſt portus pœnitenti,mutatio conſilij.

Pœnitet,bat.tædet,piget.At.146.a.Non pœnitet me conſilij de tua manſione.de Or.145.a. Me met mei pœnitet.Epiſt.78.a.Suæ quemq; fortunæ pœnitet. de In. 63. a. Quod ſi,&c.neq; eos,neque alios induſtriæ noſtræ pœnitebit. pro Dom.16.b.Quarum rerum ſi quem pœnitet, eum uictoriæ populus Rom.neceſſe eſt pœnitere. Epiſt. 23.a. Vt eos ineptiarum ſuarum pœniteret. Ep.27.a.Huius me conſtantiæ puto fore,ut nunquam pœniteat. pro Plan.275.b. Vide quàm me uerbi tui pœniteat; non modò,&c.de Arch.254.a.Et eo feciſſe ſe autore dicebat, cuius autoritatis neminem poſſet pœnitere. de Som. 128.a. Ipſa uerò terra ita mihi parua uiſa eſt, ut me imperij noſtri pœniteret.Epiſt.8.a.Me meæ fortunæ non nimis pœnitet. Orat. 212. b.Niſi fortè ſic loqui pœnitet.de Or.115 b.Efficiunt ut me non didiciſſe minus pœniteat.At.178.a. Me pœnitet quod te offenderim.Att.122.a.Etſi ſolet eum, cum aliquid furioſè fecit,pœnitere.de In.67.a. Vtrum id facinus ſit,quod pœnitere ſit neceſſe.& pro Mur. 139.a. Sapientem nihil pœnitere. & Tuſc. 144.a. Sapientis eſt proprium,nihil quod pœnitere poſsit facere. & 238.b.Sequitur,ut nihil pœniteat,nihil deſit. At.102.b. & 101.b. Ego illi,quod de ſua ſententia deceſſerit, pœnitendum puto.)( ἀμεταμέλητος. Epiſt.128.a.Conſilij noſtri, niſi eos pœniteret,nobis pœnitendum putarem.de Fin.87.a. Sæpiusq; relinquit cauſas pœnitendi,quàm recordandi. & Tuſ.226.b.Tanta uis fuit pœnitendi.Or.208.b.Quæ qualiacunq; in me ſunt, me enim ipſum non pœnitet quanta ſint,ſed apparent.At.195.b.Quod me ipſe per literas conſolatus ſum,non pœnitet me quantum profecerim. Off. 1.a.Tamdiu autem uelle debebis,quo ad te,quantum pro-



ficias,non pœnitebit.pro Mil.117.a.Viri fortis eſt, ne ſupplicijs quidem moueri,ut fortiter feciſſe pœniteat.At.37. b.Tœdet ipſum Pompeium,uehementerq; pœnitet. In A. 159.a.Num huiuſce, cum pro ſalute reip. tanta geſsiſſes, fortunæ te nũm gloriæ pœnitebat?In A.186.b. Quos certò ſcio dignitatis uxorum ſuarum non pœnitere.

Pœnulus,li.de Fin.118.b.Zenonem appellat pœnulũ; id eſt,pœnum.Citium enim Zenonis patriam,quæ in Cypro eſt,Phœnices, qui & Pœni dicti ſunt, tenuere,autor Diogenes Laertius.

Pœnus,ni.de N.76.a.Cur Pœnorum crudelitati Reguli corpus eſt præbitum?In V.150.b.Vt Hiſpanis & pleriſq; Pœnorum.de Ar.248.b.Pœni præter cæteras nationes calliditate ualent. Ac.24.b.Homo acutus,ut Pœnus,et ualde ſtudioſus.

Poeſis,ſis.poetria, poema.Tuſ.325.a. Anacreontis tota poeſis eſt amatoria.& de Orat.152.a. Claris coloribus picta uel poeſis eſt, uel oratio. & Tuſc.250.a. Homeri poeſim uidemus.

Poeta,tæ.de Or.90.b.Eſt enim finitimus oratori Poeta,numeris aſtrictior paulo,uerborum autem licentia liberior.& Or.203.a.Poeta uirtutes oratoris perſequitur, cum uerſu ſit aſtrictior.Tuſ.148. b. Antiquiſsimum è doctis apud Græcos eſt genus poetarum. & ibi.de antiquitate poetarum.& de Cl.170.b.Poetas ante Homerum fuiſſe.Tuſ.240.b.Neminem adhuc cognoui poetam,qui ſibi non optimus uideretur.de D.97.b. Negat ſine furore Democritus quenquam Poetam magnum eſſe poſſe. pro Ar. 189.a.Cæterarum rerum ſtudia & doctrina, & præceptis,& arte conſtant:poeta natura ipſa ualet, & mentis uiribus excitatur,& quaſi diuino quodam ſpiritu afflatur.quare ſuo iure noſter ille Ennius ſanctos appellat poetas,quod quaſi deorum aliquo dono & munere commendati nobis eſſe uideantur.de Orat.126.a.Sæpe audiui poetam bonum neminem (id quod à Platone & Democrito in ſcriptis relictum eſſe ferunt) ſine inflãmatione animorum exiſtere poſſe,& ſine quodam afflatu quaſi furoris. de Orat.160.a.Poetæ quos neceſsitas cogit & numeri,& modi,ſic uerba uerſu includunt,ut nihil ſit ne ſpiritu quidem minimo breuius aut longius quàm neceſſe eſt. pro S. R.26.a.Hæc conficta à poetis arbitror eſſe,ut effictos noſtros mores in alienis perſonis,expreſſamq; imaginem noſtram uitæ quotidianæ uideremus.de Ar.258.a. Quis unquam tam immanem Charybdim poeta fingendo exprimere potuit?pro Pl.271.b.Quæ ſcripſit grauis ille & ingenioſus poeta.de Or.114.a.Poetas Græcos omnino quaſi alia quadam lingua locutos non conor attingere. Q.Fr. 312.b. Non me herculè quiſquam μουσοπάταγος libentius ſua recentia poemata legit,quàm ego,&c.et pro Ar. 190.b.Malus poeta de populo.de Opt.243.a.Poetæ tragici,comici,epici,melici,dithyrambici.de Or.145.a. Ennius, Actius, Pacuuius, Aeſchylus, Sophocles, Euripides. Tuſ.180.b.Contra poetas.

Poetica,cæ.uel Poetice,ces.ars ipſa & ratio faciendorum uerſuum. de In.50.a.Tuſcul.148.b. Serius poeticam nos accepimus. Tuſcul.224.b.O' præclaram emendatricem uitæ poeticam. Orat.214.b.Poetica & uerſus inuentus terminatione aurium,obſeruatione prudentum.& de Orat.159.a. Hæc duo à poetica ad eloquentiam traducenda ſunt.

Poetice,ces.Or.219.

Poeticè.poetarum more & modo. de Fin.126.a. Vt poeticè loquar.

Poeticus,



Poeticus,a,um.de Or.97.a.Non poetico, ſed oratorio quodam numero & modo.

Poetria,triæ.poeſis. pro Cæl.51.a.Poetria uetus & multarum fabularum.

Pol.iurandi uox. Tuſ.100.a. Pol mihi fortuna magis nunc deſit,quàm genus.Poetæ.

Polemon,is.philoſophus ſtoicus.Ac.

Polemoneus,a.Ac.33.b.

Policrates Samius.de Fin.146.b.

Polio,lis.perpolio,limo. de Leg.182.a.Ne facito rogum,aſcia ne polito.& Quin.Fr.318.a.Columnæ politæ ſunt.de Or.90.b.Ignarus faciũdæ ac poliendæ orationis.

Politè.ornatè,eleganter,ſplendidè.pro Cæl.39.a.Ornatè politeq; dicere.& de Clar.171.a. Politè & luculentè ſcribere aliquid.& de Fin.107.a.Politè apteq; dicere.Ep. 30.b.Aliquid politè & ſubtiliter effici.Ac.39. b. Quæ limantur à me politius.

Polites.uates.de L.176.aliter,Polyides.

Politia,tiæ.reſpub.de D.93.a.In Platonis politia. & 120.b.

Politicus,a,um.de Orat.152.b.Politici philoſophi.& de Cl.189.a.Hunc non tam citò rhetorem dixiſſes, quàm politicon,ut græci dicunt. Epiſt. 112. a. Tui politici libri omnibus uigent. Att.136.b. Θέσεις politicæ. Item: Ratio atq; prudentia reipub. gerendæ. Item: 147. Vtinam aliquod in hac miſeria reip. πολιτικὸν opus efficere & nauare mihi liceat.

Politulus,la,lum.Ep. 111.a. Opus eſt hic limatulo & politulo tuo iudicio.

Politus,a,um.)(.Impolitus.de Or.85.a. Vis aliquid à nobis ijſdem de rebus politius perfectiusq; proferri. de Orat.115.a.Homo communium literarum & politioris humanitatis expers.Epiſt.202.b.Vir omni liberali doctrina politiſsimus.& de Fin.54.a.Non ſatis politus bonis artibus.& de Orat.122.b.Vir humanitate politus. de Clar. 196.a.Oratio accurata & polita.& de Orat. 119.b.Explicatio illuſtris & perpolita.pro Seſt.22.b. Vita humanitate perpolita.)(.Vita immanis.Epiſt.13.b.Apelles Veneris caput politiſsima arte perfecit.de Clar.191.b. Politus,urbanus,elegans. Att.36. a. Pompeius à me pictus & politus omnibus artis coloribus. Ep. 95.a.Sed quæ poteſt eſſe homini polito delectatio,cum homo imbecillus à ualẽtiſsima beſtia laniatur?aliter politico,ſed polito ueteribus exemplaribus conſentientibus,melius.de Or.87.b. Ornata oratio & perpolita.In P.92.a.Homo ad perſuadendũ concinnus,perfectus,politus è ſchola.

Pollentia,æ.urbs.Ep.174.Bruti.

Polleo,les.poſſum,ualeo. de Clar.187.a. Multum in hac urbe pollet,multorum obedire tempori. de Clar.181. b.Perorandi locus ubi plurimum pollet oratio.de Cl.190 b.Tertia pars,quam plurimùm pollere diximus. Off. 39. b.Harum duarum ad fidem faciendam iuſtitia plus pollet. Parad. 122. b. Nec ulla res plus apud eum pollet, quàm eius uoluntas atque iudicium. Tuſcul.224. b. Filius plus pollet,potiorq; eſt patre.Part.236. b. Pollere ſcientia uel uirtute.

Pollex,cis.digitus in manu, qui unus plurimũ præ cæteris pollet.Of.61.a. Athenienſes ſciuerunt, ut Aeginetis, qui claſſe ualebant,pollices præciderentur. At.219.b. Pollex,&c.ſed planè pollex,non index.l.Index.

Polliceor,eris.promitto,profiteor,defero,offero. pro Plan.280.b.Nihil tibi ego tum de meis opibus pollicebar, ſed horum erga me beneuolentiam promittebam. contra



Rul.87.a.Ego uerò expectabo ea quæ polliceris,neq; exigam,& erunt mihi grata ſi ſolueris.Item: Pro certo polliceor hoc uobis atq; confirmo,me,&c.At.204.a. De æſtate polliceris,uel potius recipis.Ep.98.a.Neq; me herculè minus ei prolixè de tua uoluntate promiſi,quàm eram ſolitus de mea polliceri. Ep. 5. a. De cauſa regia tantum habeo polliceri,me tibi,etc. At.5.b.Tibi de noſtro amico placando polliceor.Ep.155.b.Vltro polliceri omnia cupiam. At.279.b.Is ultro nobis pollicitus eſt,& dabit, &c. Ep. 57.a.Benignè polliceri aliquid. Attic. 75. a. Liberaliſsimè polliceri cupiam.Ep.105. a. Si ad eum ultrò ueneris eiq; pollicitus fueris.pro Plan.264.a.Vltro me herculè ſe mihi etiam offerentes,ultrò pollicentes rogaui.Ep.64.b.Ego tibi profiteor atq; polliceor eximiũ ac ſingulare meũ ſtudium.pro Pom.17.a.Quicquid poſsum id omne ad hãc rem conficiendam tibi polliceor ac defero.pro Dom. 219. a.Is quæ meum tempus poſtularet,ſatis prolixè mihi pollicitus eſt. Q.Fr.302.b.Noſtræ cauſæ non uidentur homines defuturi,mirandum in modum profitentur, offerunt ſe,pollicẽtur.pro Dom.216.b.Quod nos de Cn. Pompeio pollicemur,id ille ſumma fide perficiet. Att. 220. b.Phamea in conſulatus petitione per te mihi pollicitus eſt, ſi quid opus eſſet.In A.226.a.Græcia dextram tendit Italiæ, ſuumq; ei præſidium pollicetur.de L.171. b. Contrà facis quàm profeſſus pollicitusq; es.

Pollicitatio,onis.promiſsio.Ep.164. b. Hac pollicitatione,&c.Pollionis.

Polluo,is.uiolo,macula afficio,inquino,maculo, contamino,fœdo, peruerto, conturbo. pro Sex.Roſc.30.a. Noluerunt in mare deferri,ne ipſum pollueren,quo cætera quæ uiolata ſunt,expiari putantur. pro Dom. 234.b. Iſte qui non ſolum aſpectu, ſed etiam inceſto flagitio & ſtupro polluit cerimonias. & de Arch. 249.a.Et ut eos ludos hæc lues impura pollueret. & 250. a. Qui caſtiſsimos ludos omni flagitio pollueres.In Ver.223.a.In his ſacris polluendis,quæ attingi fas non eſt. & 274. b.Sacra ab iſto polluta & uiolata.pro Sex.Roſ.29.a.Polluere omnia iura diuina & humana ſcelere nefario. In A.237.a. Qui omnia deorum hominumq; iura inexpiabili ſcelere polluit.

Polus,li.uertex.de N.46.b.Extremusq; adeò duplici de cardine uertex,Dicitur eſſe polus.

Polybius,bij. Off.75.a.Nam Polybius bonus autor in primis ſcribit,&c.

Polybus,bi.uates.de D.99.

Polycletus,ti.qui ſigna ænea faciebat.de Or.115.a.& In V.201.a. & de Cl. 170. b.Polycletus Herculem finxit cum pelle & hydra.

Polyidus.uates.de L.176.b.aliter,Poletes.

Polypus,pi.piſcis,de mollium genere,à pedum multitudine ſic appellatus.Ep.136.b.Aut etiam polypum Mimani Iouis ſimilem.

Pomarium,rij.hortus arboribus conſitus. de Sen.88. b.Pomaria & horti.

Pomeridianus,a,um. poſtmeridianus. de Or. 154.a. Ambulatio antemeridiana aut pomeridiana ſeſsio.de Or. 212.a.Pomeridianas quadrigas,quàm poſtmeridianas libentius dixerim.

Pomeriũ,rij.uel pomœrium.locus circũ mœnia uacuus,non tã quod poſt mœnia eſſet, quàm quòd murus poſt eũ,appellatus eſt.de N.28. Cũ pomœriũ poſtea intraſſet. & ibi.Cum idem pomeriũ tranſiret. & de D.124.a. De iure pomœrij.

Pompa,

Pompa,pæ.ſpectaculum, apparatusq; ſolennis cum oſtentatione & magnificentia quadam, qualis fieri ſolet in publicis ſupplicationibus,& triũphis.Tuſ.246.a.Socrates in pompa cum magna uis auri argentiq; ferretur, q̃ multa non deſidero,inquit. de Or.117.a.Sed eorum partim in pompa,partim in acie illuſtres eſſe uoluerunt. & Or.201.a.Epidictico genus pompæ quàm pugnæ aptius. & ibi. Verùm hæc ludorum atq; pompæ, nos autem iam in aciem dimicationemq; ueniamus.Tuſ.219.a. Illa quidẽ ex rhetorum pompa. Item: Ardores animorum, cotesq; uirtutum.de Or.136.a.Adhibere quandam in dicendo ſpeciem atq; pompam,& pugnæ ſimilem fugam. Att.214.a. Hic de pompa Quirini contubernalis. & In P.92.a.De pompa triumphi.pro Mil.108.a.Cadauer. P. Clodij ſpoliatum exequijs,pompa,laudatione,&c.Off.26.a.Vt põparum ferculis ſimiles eſſe uideamur. In P.84.b. At fuit pompa,fuit ſpecies, fuit inceſſus ſaltem ſeplaſia dignus. Q.de Pet.213.a.Poſtremo tota petitio cura ut pompæ plena ſit,ut illuſtris,ut ſplendida,ut habeat ſummam ſpeciem ac dignitatem.At.244.a.Is non qua pompa, ad me tamẽ clàm uenturus eſt.Ep.26.b.Accedit etiam moleſta hæc põpa lictorum meorum.

Prmpeia uia.In V.270.

Pompeianum.ni.uilla.At.19.& 23.

Pompeij,orum.oppidum. contra Rul.83.a. & pro Syl.178.b.

Pomum,mi.de N.58.a. Pomorum iucundus non guſtatus ſolum,ſed odoratus etiam & aſpectus.de Sen. 92.a. Pompa ex arboribus,ſi cruda ſunt,ui auelluntur:ſi matura & coacta,decidunt.

Pondero,as.pendo,appendo,expendo,exanimo, æſtimo.de Or.156.b.Delectus eſt quidam habendus, atq; is aurium quodam iudicio ponderandus. pro Font.278.b.Ad unamquanq; rem exiſtimandam momentoq; ſuo ponderandam.pro Cec.296.b.Cauſæ, ratione non uocibus ponderari debent.Part.240.a.bis.Fides ex fortuna ponderanda non eſt.In V.84.b. Magnitudine rerum crimina ponderare.de Cl.188.b.Non quantum quiſq; proſit, ſed quanti quiſq; ſit,ponderandum eſt.pro Syl.180.a.Quod quiſq; admiſerit non ex crimine,ſed ex moribus eius, qui arguitur,eſt ponderandum.Off.45.a.Ea quæ fiunt,iudicio certo ponderare.Ep.20.a.Si mea eſſent officia tanta,quanta magis à te ipſo prædicari,quàm à me ponderari ſolent.I. P.100.b.Non euentis,ſed factis cuiusq; fortunam ponderari.pro Plan.277.a.Vos qui in cauſis ponderandis omnes ferè repudiatis.Tuſ.242.b.Dialectica, ex qua ſumma utilitas exiſtit ad res ponderandas.Tuſ.251.b. Cùm ea re, non uerbis ponderentur.pro R.P.124.b. Iudex nõ ſolum quid poßit,ſed etiam quid deceat,ponderare debet. Offic. 10.b.In quo tamen in primis quo quiſq; animo fecerit, põderandum eſt.de L.163.b.Epicurei omnia uoluptatibus et doloribus ponderantes:id eſt,metientes.

Ponderoſus,a,um.grauis.At.19.a.Huic puero da põderoſam aliquam epiſtolam.

Pondo. ἄπλιτρον, mina,quam libram alij uocant.pro Cluen.55.b.Is armarij fundum execuit, & ſeſtertiorum, & auri quinq; pondo abſtulit.pro Flac.160.a.Ante pedes prætoris in foro expenſum eſt auri pondo cẽtum paulo minus.pro Sex.de In.77.a.Centum pondo uaſorum argenteorum. Parad.119.b. Non eſt uir bonus,qui depoſitum nullo teſte,cum lucrari impunè poßit auri pondo decem,reddiderit,ſi idem in decem millibus pondo auri non fecerit.

Pondus,ris.grauitas,momentum. de Som.128.b.In terram feruntur omnia ſuo motu pondera.& de Fat.150 a.Omne pondus nulla re impediente moueatur et feratur neceſſe eſt.& 144.b.Motus extra pondus & plagam.& 145.a.Atomos grauitate & pondere moueri.In A.173.a Magnum optimi pondus argenti. & pro Cecin.287.a. Grande pondus argenti. & de Sen. 88.a. Magnum auri pondus.de Nat.76.b. Aureum amiculum grandi pondere.In V.85.a.Audiſtis ex æde Mineruæ grande auri pondus ablatum.

Pondus.momentum,uis,autoritas.de Or.115.a. Sententiarum grauitate,uerborum ponderibus eſt utendum. de N.77.a.Graue ipſius conſcientiæ pondus eſt.Tuſ.157. b.Cum ſui ſimilem leuitatem adeptus eſt, tanquam paribus examinatus ponderibus, nullam in partem mouetur. Off.50.a.Non enim numero hæc iudicantur, ſed pondere.Off.59.a.Honeſtas omni pondere grauior eſt habenda,quàm cætera omnia. pro Cor.67.b. Si mea autoritas ſatis apud illos in hac re ponderis haberet.At.143.a.Dubitanti mihi quid me facere par ſit, permagnum pondus affert beneuolentia erga illum,&c. pro Plan.276.a.Sed ego hoc meis ponderibus examinabo, quid cui debeam. Top.227.a. Perſona non qualiſcunq; teſtimonij pondus habet.& de Or.136.b.Pondus in uita:id eſt, autoritas. In Vat.30.b.Id eſt maximi momenti & ponderis. Ep.182. b.Quòd in utranq; partem in mentem multa ueniebant, magnum pondus acceßit ad tollendam dubitationem iudicium & conſilium tuum.Ep.12.b.Sed idem ſcribit meas literas magnum apud te pondus habituras.et 30.a. Sed tuæ literæ maximi ſunt apud me ponderis.& ibi. Valet id quidem apud me multum. Off.10.a. Sin minus plures cauſæ & maiores,ponderis plus habebunt. pro Plan.259.b.Ea non ita magni ponderis apud me eſſe debent. Att.154.b. Eius filius eodem eſt apud me põdere,quo fuit ille.& 172. a.Addis etiam ijs qui pondus habent,factum noſtrum probari. & de Cl.177.a. σχήματα in uerbis pingendis habent pondus.

Ponè.poſt.de Vn.203.b.Antè,ponè,ad dextram, ad læuam,ſurſum deorſum. de Vn.201.b. Et ponè quos aut antè labuntur.

Pono,nis.confero,conſumo,adhibeo. de D.99.b.Aegyptij omnem curam in ſiderum cognitione poſuerunt. Quin.Fr.298.a.Animum, curam, cogitationemq; tuam pone in omnium laude undiq; colligenda.de Clar.174.a. Ponere multum operæ in aliqua re.de Clar.172.a. Ponere totum diem in conſideranda aliqua re. de Or.144.a. Ponere tempus in aliqua cogitatione uel negocio. & Att. 7.b.Ponere tempus in aliquo loco. & Ep.242.a.Ponere tempus in aliquo magno officio. At.91.a.Nonis Maij in Ciliciam cogitabam,ibi cum Iunium menſem conſumpſiſſem, Quintilẽ in reditu ponere.de Diuin.128.b.Babilonij CCCCLXX. millia annorum in experiundis pueris, quicunq; nati eſſent,poſuerunt.Ep.77.a.Ponere diem cũ aliquo.Off.16.a.In quibus multum operæ ſtudijq; ponendum eſt.pro Mur.135.a.Ponere totum animum atq; omnem curam,operam,diligentiamq; ſuam in aliquo negocio.Off.33.b.Reſp.in qua omnis mea cura,cogitatio, opera poni ſolebat.Tuſ.157.b.Ponere ſe totum in contemplãdis rebus.de Fin.49.a.Sed tantum ſtudium, tamq; multã operam ponendam in eo non arbitrantur. & Tuſc.228. Ponere curam in aliqua re. Att.183.b.Itinera ita facit,ut multos dies in oppidum ponat.

Ponere.locare,collocare,figere,configere, defigere, ſtatuere,



ſtatuere,numerare.Epiſt.5.a.Omnis amplitudo ac dignitas in uirtute poſita eſt. & de D.111.b. Quæ in fortuna aut caſu poſita ſunt. Epiſt.5.a. Quæ poſita ſunt in coniectura.de Fin.67.a.Omnes uoluptates in corpore ponunt. & 69.b.Ponere omnia in corpore. Att.279.a. Potentia in ui poſita eſt & armis. de Opt.244.a. Qui intelligentiam ponunt in audiendi faſtidio.cõtra Rul.70.b. Cæteri fructus,qui in ſpe huius legis poſiti ſunt.Quint.Fr.327.a. Plura ponuntur in ſpe quàm in pecunijs.Orat.201.b.Qui ponunt eloquentiam in orationis celeritate. de Or.107. b. Subſidium ſenectutis in eorum qui conſultum ueniant multitudine non eſſe ponendum. Quint.Fr.296.a. Hoc non eſt poſitum in labore aliquo, ſed in quadam animi inductione & uoluntate.Poſt.194.b. Atque id non in ipſius,ſed in aliorum uoluntate poſitum eſt.Att.231.b. Omne conſilium in fortuna poſitum uidetur. & de Nat.9.a. Omnem uim diuinam in natura ſitam eſſe.Or.199.a.Fortunæ omnes Græciæ in eo poſitæ nõ ſunt.de Fin.82.b. Beatè uiuere alij in alio, uos in uoluptate ponitis: alij contrà, omnem infelicitatem in dolore. Att.263.a.In te poſitum eſt,ut noſtræ ſolicitudinis finem quàm primũ facere poſſimus.pro Q.1.b.Illi quorum uita in alterius manu poſita eſt.& de Finib.82.b. Id oportet, totum poni in poteſtate ſapientis. I.V.36.b. Vatinius in tribunatu gratis nihil fecit,qui omnia in pecunia poſuit.pro Planc.279.a. Libertatem tu ponis in eo,ſi ſemper cum ijs,quibus cum aliquando contendimus,depugnemus.pro Flac.146.b.Totum ſtatum ciuitatis, & omnem ſpem, &c. in uno iudicio poſitam eſſe & defixam. Tuſcul.245.b.Vt omnia quæ ſine honeſtate ſint,longè & retro ponenda cenſeat. I.C.108.b. Quos ego in eodem genere prædatorum pono. pro Cl. 29.a. Vt quæcunq; dicendi poteſtas eſſet data,in honore atq; beneficio ponerent. Off.11.a. Quod ab Ennio poſitum in una re transferri in multas poteſt.de L.170.a. Patria cui nos totos dedere, & in qua noſtra omnia ponere, & quaſi conſecrare debemus.de Or.92.b. Id ſi difficile nobis eſt,ſit tamen in re poſitum atq; natura.de Orat.96.b. Genus cauſarum,quod in laudandis hominibus uituperandiſq; poneretur. Att.211.b. Sed id quidem mihi in optima ſpe pono.Ep.160.a. Ponere maximam ſpem uictoriæ in aliquo. & ibid. Ponere magnum fructum in perpetuitate laudis.de Cl.179.a.Et ſi non fuit in oratorum numero, tamen pono ſatis fuiſſe orationis. Top.225.b. Hunc metuere,alterum in metu non ponere. Orat.202.a.Natura in omni uerbo poſuit acutam uocem.de Fat.142.b. Quod in Fabio certum ponitur, ortum eſſe eum canicula oriente. pro Cor.62.b. Certè ille populus in ſuperiore conditione cauſaq; ponitur,cuius maieſtas fœderis ſanctione defenditur.pro Cæl.49.a. Res minimè dubitanda in contentione ponitur,utrum,&c.an,&c.Epiſt.132.b.Ponere quæſtionem.& Tuſcul.149.b.de Orat.93.b.Ponere quæſtionem alicui.de Orat.94.a.Ponere omnem uim dicendi in arte. & 126.b.Vos meam defenſionem in aliquo artis loco reponetis.de L.163.a. Ius in natura poſitum eſt. Par.124. a. Quem enim intelligimus diuitem? aut hoc uerbum in quo homine ponimus?de D.99.b. Portentorum uim uerba ipſa prudẽter à maioribus poſita declarant,quia enim, &c.Orat.204.b.Ponere uerbum aliquod in oratione.& 199. Ponere aliquod uerbum inſolens. de Clar.190.b. Hoc ipſum etiam poſui pro argumento,quod ille,&c.Or. 198.a.Poſitum ſit igitur in primis,quod pòſt magis intelligetur,non poſſe effici quem quærimus eloquentem. Antequam.195.b.In cõcione mea nihil ponam de rebus meis geſtis.& I.V.59.a.Ponere in oratione ſua: id eſt, dicere. de Vn.209.a.Ponere longam orationem in aliqua re. de In.60.a.& 59.b.Nunc de concluſione ponemus. Ep.85. b.& de Fin.85.b.Ponere aliquid ſcribendo. Ep.62.b. Ne fortè idipſum uerbum ponam,quod,&c.Off.55.b. Exempli cauſa ponatur aliquid,quod pateat latius.& pro Cec. 291.a. Nunc rem ipſam ponamus. & ib.Eſt hæc res poſita,quæ ab aduerſario non negatur,Cecinnam pulſum eſſe, &c.de In.58.b.Ponere exemplum uitioſum,& uitium obſcurius poſitum.de Finib.64.b.Hoc poſitum in Phœdro à Platone,probauit Epicurus. Ep.16.a.Vt paulo antè poſui.& 193.a.Vt ego poſui.de Orat.128.b. Argumentum ſimul atque poſitum eſt,arripitur. de Finib.96.a. Quo poſito atq; approbato,&c.pro Dom.236.b. Non eſt auſus ſuum nomen emptioni illi aſcribere, poſuit ſcilicet Catonem illum,&c.Poſt.201.b. Tum in perorando poſuit, uos rogari à Senatu,&c. de Orat.157.b. Ponere aliqua penè in conſpectu animi.de Orat.101.a.Omnia enim ſunt poſita ante oculos,collocata in uſu quotidiano. & 106.b. Hæc ſtatuere ante oculos.& 144.a.I.V.268.a. Ponere rem in medio.pro Fl.150.b. Lex obſignatas tabulas in publico poni uoluit.Att.2.a.Hermathena tua poſita ita bellè eſt,ut totũ Gymnaſium ἐμαθῆναι eſſe uideatur. I.V.265. a.Iſte de bonis illius in æde Veneris argenteum Cupidinem poſuit.I.V.243.a. Ponere uel locare aliquid in extremo. & ibid.Aedilitas alicui data,rectè collocata,& in loco poſita.& 246.a.Bene collocare munera apud aliquem. Ep. 246.a.Ponere aliquid in loco beneficij.& I.V.114.a. Deferre aliquid cuipiam in loco beneficij. Oct.330.a. Ponere aliquem loco hoſtis.I.P.86.a.Maledicti & contumeliæ loco ponere aliquid.Tuſ.193.a.Confidens mala conſuetudine loquendi in uitio ponitur. & 212.b. Vt & in laude & in uitio nomen æmulationis ſit.de Or.127.a.Non continuò ſi quis motus populi factus eſſet,id C.Norbano in nefario crimine, atque in fraude capitali eſſe ponendum. de Clar.177.a.Ipſum latinè loqui eſt in magna laude ponendum.Top.227.a.Conſilio iuuare ciues magna in laude ponendum eſt.I.V.196.a.Neque ego hoc in tua laude pono. & 244.b. Obijcere aliquam rem in magnis criminibus. Epiſt.246.a.Ponere aliquid in loco beneficij,uel teſtimonij,uel iudicij. Epiſt.166.b. Ponere aliquid loco ſceleris. Epiſt.136.a.Ponere aliquid loco.ad Heren.13.b. Hoc in aperto delicto poſitum eſt. Ep.223.b. Ponere beneficium apud gratos homines. Epiſt.216.a. Bene ponere beneficium apud aliquem. Epiſt.224.b. Bene ponere ſtudium ſuum,& officium apud aliquem. Epiſt.220.b.Præclarè ponere apud aliquem.& 227.a.Apud ipſum præclariſſimè poſueris. At.84.a. Quare non οἴχεται induſtria tua, ſed præclarè ponitur. Q.de Pet.212.a. Operam apud aliquem optimè poni. Ep.78.b. Ponere aliquid loco conſolationis. Ep.54.b. Ponere aliquid in minimis:id eſt putare. de Finib.96.a.Porere mortem in malis. Acad.23.a. Ponere multum in aliqua re:id eſt, magni æſtimare. de Orat. 116.a.Tantum ego in excellente oratore pono eſſe ornamenti uniuerſæ ciuitati. Att.38.a. Credibile non eſt quantum in prudentia tua & fide ponam. Quint.de Pet.209. a.Bene ponere.I.C.119.b. Vt aliqua in uita formido improbis eſſet poſita.I.A.228.a. Vt in eo multum præſidij reipublicæ poneret. Am.104.a.Carbo quem modò poſuimus.de Leg.163.b. Quidam uirtutibus exceptis atq; uitijs,cætera in ſumma æqualitate poſuerunt. de Leg.165. a.Vt honeſta in uirtute ponantur, in uitijs turpia. de L. 170.a. Rectè igitur magnus ille noſter me audiente po-

ſuit in iudicio, cum pro Albio tecum ſimul diceret, remp. noſtram, &c. de Vn.203.a. Ponere ſe extra culpam. Q. de Pet.205.a. Vt illa quæ in re diſperſa atq; infinita uiderentur eſſe, ratione & diſtributione ſub uno aſpectu ponerentur. Ep.134.b. Equidem cùm in mentem uenit, ponor ad ſcribendum. At.170.a. Vt malè poſuimus initia, ſic cætera ſequentur. At.213.b. Ponere operam alicui, id eſt, dare negocium. Or.216.b. Ponendus eſt enim ille ambitus, non abijciendus. & Tuſ. 239.b. Tunicamq; poſuit: id eſt, depoſuit.

Ponere in gratia: id eſt introducere. Att.74.a. Apud Patronem te in maxima gratia poſui. Att. 96.a. Ac te apud eum, dij boni, quanta in gratia poſui?

Pons argenteus. qui ſupra argenteum flumen erat. Epiſt.166.b.

Pons, tis. I.V.227.b. Eorũ cõiunctione pars oppidi anguſto ponte rurſum adiungitur & cõtinetur. & de Fin. 88.a. Helleſpõto iuncto, Athoq; perfoſſo. Plan. Ep.157.b. Ponteſq; quos feceram, interrupi. de L. 171.b. Et à tergo pontem interſcindi iuſsit. In Vat. 33.a. Feciſti ante roſtra pontem continuatis tribunalibus. de Leg. 191.a. Pontes etiam lex Maria fecit anguſtos. ad Her.4.b. Pontes diſturbat, ciſtas deijcit. pro S. R. 35.a. Senes ſexagenarij more maiorum de ponte in Tyberim deijciebantur. I. C. 111.a. Pons miluius.

Ponticulus, li. Q.F.318.b. Ponticulus qui eſt ad Furniæ. Tuſc.239.b. Foſſæ tranſitum ponticulo ligneo coniunxit.

Pontifex, cis. antiſtes cerimoniarum & ſacrorum, autor & magiſter publicæ religionis, qui publicis ſacerdotijs præeſt, qui ſacris præeſt, ſacerdos publicus, uel ſacerdos populi Rom. antiſtes deorum immortaliũ, antiſtes ſacrorum. de Sen.83.a. L. Metellus Pont. Max. uiginti & duos annos ei ſacerdotio præfuit. & de N. 76.a. Q. Scæuola pontifex maximus. de L.173.b. Diuis alijs alij ſacerdotes, omnibus pontifices, ſingulis flamines ſunto. de N. 25.b. Sacris pontifices, auſpicijs augures præſunt. de Or. 113.a. Pontifex maximus res omnes ſingulorũ annorum literis mandabat, efferebatq; in album, proponebat, &c. de Or.149.b. Pontifices ueteres propter multitudinem ſacrificiorum, tres uiros epulones eſſe uoluerunt, cùm eſſent ipſi à Numa inſtituti. &c. Itẽ. Comitia pontificis maximi. cõtra Rul. 69 b. Amplitudo ſacerdotij. pro Dom. 218.b. Si cuius fortè pontificis animum offendi. & ib. Alio modo conſtituere de religione pontificũ quàm cerimoniarum ius poſtulat. de Aruſp.246.a. P. Albinouanus, Q. Terentius pontifices minores. de Or.101.a. In pontificum libris, & in XII. tabulis plurima eſt antiquitatis effigies.

Pontificalis, le. de L. 180.b. Itaq; uſibus tantummodo pontificis eſſet, ſi põtificalis maneret autoritas. de L.181.a. Pontificalis compoſitio iuris. & 181.b. Ius pontificale.

Pontificatus, tus. ſacerdotium, ampliſsimum ſacerdotium. de Ar.247.b. Statas ſolenneſq; cerimonias pontificatu contineri.

Pontificius, a, um. pontificalis. pro Dom.220.b. Nego iſtam adoptionem pontificio iure factam. de N.68.a. & Tuſ.153.b. Meliora didici de colendis dijs immortalibus iure pontificio & more maiorum. pro Dom. 219.b. Ius religionis: id eſt, ius pontificium.

Pontina uilla. At. 63.

Pontinum. locus. At.104. & de Or.135.

Pontinius. de Pro.75.b. de C. Pontinio.

Pontus, ti. mare. I. V.230.a. Alterum in ponti ore & anguſtijs. & de Orat.99.a. Pontus Euxinus. Item. Rauca fulix itidem fugiens è gurgite ponti.

Popina, næ. ganea, culina. I.C.195.a. Quorum æs alienum contractum in popinam nullum reip. motum afferre poterat. & I.P.82.a. Cum iſto ore fœtido teterrimã nobis popinã inhalaſſes. & 83.a. Tu ex tenebricoſa popina extractus. I.A.173.b. Huius in ſedibus pro cubiculis ſtabula, pro triclinijs popinæ ſunt. & 187.a. Vino & epulis retentus eſt, ſi epulæ potius quàm popinæ nominandæ ſunt.

Poples, tis. pars poſterior genu, & quaſi ſinus, nam ibi plicatur ipſum genu. de N.21.a. Redundans poplitibus & & pedibus.

Popularis, re. uulgaris, de populo, ciuis, municeps, plebicola, iucundus & gratus populo, ſeditioſus. )( Alienus à cõmodis populi. Off. 46.a. Popularibus uerbis eſt agendum, & uſitatis, cùm loquamur de opinione populari. de Or.94.a. Oratio ad uulgarẽ popularemq; ſenſum accommodata. de L.171.a. Lex popularis: id eſt, quam populus ſanxit. Off.17.b. Ex quo euenit, ut alij populares, alij ſtudioſi optimi cuiuſq; uideantur. de Ar. 254.a. A grauitate patrũ deſciſcere, & popularẽ fieri. pro Seſt. 23.a. Qui ea quæ faciebant quæq; dicebãt multitudini iucunda eſſe uolebant, populares habebantur. I. A. 234.a. Extraordinarium ſemper imperium populare atque uentoſum eſt. pro Cl.33.b. L. Quintius homo maxime popularis, qui omnis rumorum & cõcionum uentos colligere conſueſcet. & At.262.b. Erat enim popularis, ut noras: id eſt, Cæſar. In.C.120.a. Video quid intereſt inter leuitatem concionatorum, & animum uerè popularem, & ſaluti populi conſulentem. I.V.56.a. Cenſorium nomen iam populare atque plauſibile factum eſt. & pro Seſt.11.a. Cauſa popularis. l. Plauſibiliter. de Cl. 173.a. Homo non liberalitate, ut alij, ſed ipſa triſtitia & ſeueritate popularis. de L. 168.b. Seſeq; non popularem alicuius loci, ſed ciuem totius mundi, quaſi unius urbis agnouerit. Acad.29.b. At hoc Thales Anaximandro populari & ſodali ſuo non perſuaſit. & Att.154.b. Solon popularis tuus. Am.113.b. Popularis, id eſt, aſſentator & leuis ciuis.

Populariter. uulgò, ſeditioſe. de L.159.b. Sed quoniam in populari ratione omnis noſtra uerſatur oratio, populariter interdum loqui neceſſe erit, & appellare legẽ, &c. ut uulgus appellat. & de Fin. 68.a. Populariter loqui. de Som.130.b. Homines populariter annũ tantummodo ſolis reditu metiuntur. pro Seſt. 21.a. Homo uigilans, & in cauſa populari ſi non moderatè, at certè populariter agens. de Cl.179.a. Cõtra quorum potentiam populariter tum agendum fuit. pro Cl.37.a. & 45.b. Cõciones quotidianæ ſeditioſè & populariter concitatæ. Off.48.a. Sed cum in agẽdo multa populariter, tum illud male nõ, &c.

Populor, aris; diripio, uexo. I.V.177.a. Apronius qui maximos agros populabatur. & 55.a. Qui nunc populati atq; uexati ad me uenerunt. & 55.b. & 174.b. Verre populatam uexatamq; prouinciam. Off.7.b. Ille noctu populabatur agros, quod, &c.

Populus, li. XXXV. curiæ. pro Dom. 228.b. 229.a. Or.212.a. Vſum loquendi populo conceſsi, ſcientiã mihi reſeruaui. I.A.207.b. Populi Rom. uictor dominuſq; omnium gentium. Oct. 330.a. Quantum te popule Rom. de me fefellit opinio. pro Arch.190.b. Malus poeta de populo. de L.159.a. Populus proceriſsima.

Porca, cæ. porcus fœmina, ut Cato dixit. L. Porcus. de In. 73.b. Qui porcam tenuit, dedi oportere. de L.181.a. Quæ in porca confracta iura ſint.

Porcus, ci. de Sen. 89.a. Villa abundat porco, hædo, agno,



agno, &c. de L.181.b. Et porco fœmina piaculum pati.

Porrectio, onis. proiectio. de N.56.b. Digitorum contractio. )( Digitorum porrectio. ad Her.21.a. Celeri porrectione brachij.

Porrectus, a, um. proiectus, extentus, extenſus. de Fin. 57.a. Statua Chryſippi ſedentis porrecta manu. de N.77.a. Pateræ quæ ſimulachrorum porrectis manibus ſuſtinebantur. Att.77.b. Ne quid in cæſa & porrecta, ut aiunt, oneris mihi addatur.

Porrigo, gis. tendo. admoueo, intendo, proijcio, extẽdo. )( Cõtraho. de N.77.a. Stultitia eſt, à quibus bona precamur, ab ijs porrigentibus & dantibus nolle ſumere. pro Mil.103.a. Aliquando gladius nobis ad occidendum hominem ab ipſis porrigitur legibus. Tuſ. 240.b. Nec manum porrigebat in menſam. pro Deiot.145.a. Porrigere dexteram alicui. pro Cæl. 51.a. Licinium cùm iam manũ ad tradendum pyxidem porrexiſſet, retraxiſſe. de D.105.a. Animal membra quò uult flectit, contorquet, porrigit, contrahit. pro Fl.149.b. Porrexerunt manus, pſephiſma natum eſt: id eſt, ἐχειροτόνησαν. pro Fl.149.a. Pſephiſmata non ſententijs, nec autoritatibus expreſſa, ſed porrigenda manu, & profundendo clamore multitudinis concitatæ. I.V.267.a. Cui ciui ſupplicij non illa dextera inuicta & fidem porrexit, & ſpẽ ſalutis oſtẽdit? de N. 48.b. Hinc dextram porrigens quadrupes qua uaſta tenetur. de Or.100.a. Cunctis propè ciuibus lucem ingenij & conſilij ſui porrigere atq; tendere. Poſt.209.a. Qui mihi primus afflicto & iacenti conſularem fidẽ dextramq; porrexit. Or.199.a. In hoc in eum huc an illuc manum porrexerit. de Finib. 102.a. Ne digitum quidem eius cauſa porrigendum putabant. & ad Her.41.b. Porrigere manum gratulantibus.

Porrò. præterea, ſanè, diu uel longo interuallo. Ep.54.a. Multa uidebis fortaſſe, quæ nolis, nõ plura tamen quàm audis quotidie. non eſt porrò tuum uno ſenſu ſolum oculorum moueri, cum, &c. de D. 130.a. Sequitur porrò nihil deos ignorare. & de In. 82.a. Eſt porrò quiddam, quod, &c. de Or.87.b. Quid tam porrò regiũ? &c. & I.V.110.a. Sic porrò diligunt, &c. Att.99.b. Catoni porrò aſſenſus eſt Fauonius. de Sen.85.b. Sæpe à maioribus natu audiui, qui ſe porrò pueros à ſenibus audiuiſſe dicerent, C. Fabritium, &c. pro S.R.37.b. Videte iam porrò cætera iudices, &c. pro Q.5.a. Clamabat porrò Quintius, &c. Item ib. Sponſionem porrò, &c. Tantum porrò aberat, ut, &c. et de Orat. 199.b. Quis porrò, &c. Att. 211.a. de In.79.a. Age porrò, quid ſi, &c. de Finib.123.a. Perge porrò. I.V. 92.b. Porrò autem populi Rom. ſocijs, &c. At.3.b. Porrò autem neq; mihi accidit, &c. Epiſt.116.b. Dubium porrò illi non erat quid futurum eſſet. de Finib. 70.a. Ille porrò malè, prauè, &c. de Fin. 143.a. Ea nos mala dicimus, ſed exigua porrò & minima: id eſt, ſanè.

Porrò. diu, uel lõgo interuallo. Poſt.207.a. Intemperãs non in auarè cœptis, ſed porrò intermiſsis uoluptatibus.

Porta, tæ. de Fin.111.a. Si Annibal ad portas ueniſſet, murumq; iaculo traieciſſet. Att.119.a. & 97.a. Socrates dum triginta tyranni eſſent, pedem porta non extulit. & 101.a. Bibulus pedem porta non plus extulit, quàm domo ſua. I.A.261.a. Qui urbis portas occuparent. Ep.253.a. Comites ad portam expectare dicunt. de N. 53.b. Portæ iecoris, ſic enim appellant. I.P. 91.a. Cùm ego Cœlimontana porta introiſſe homo promptiſsimus laceſsiuit. I. P. 91.b. Porta triumphalis dixiſſem reſponſione inimica Aeſquilina introiſſe. Tuſcul. 241.a. Agragianæ portæ, Syracuſis.

Portendo, dis. præmonſtro, denuncio, prædico. de D. 89.b. Nam quod de ſole oſtenſum eſt tibi, populo commutationem rerum portendit fore. Ar.256.a. Cùm dij principibus periculum portendunt. & de Ar.249.b. Cum in eo ipſo periculum eſt, ex quo periculum portenditur. I. V. 225.b. Cùm magnorum periculorum metus ex oſtentis portenderetur. de N.59.b. & de D.135.b. Significationes rerum futurarum, quæ tum uigilantibus, tum dormientibus portenduntur. de D. 99.b. Quòd enim oſtendunt, portendunt, monſtrant, prædicunt, oſtenta, portẽta, monſtra, prodigia dicuntur.

Portentoſus, a, um. monſtroſus, prodigioſus. de D.120.b. Si quando aliqua portentoſa aut ex pecude, aut ex homine nata dicuntur.

Portentum, ti. monſtrum, prodigium. de Nat.27.a. de D.121.a. Nec ſi id factum eſt, quod fieri potuit, portentum debet uideri. nam ſi quod rarò fit, portentũ putandũ eſt, ſapientẽ eſſe, portentũ eſt. de Ar.248.a. Portentorũ explanationes Hetruſcorũ diſciplina cõtinentur. de N.28.b. Præter naturam hominũ pecudumq; portenta. I. P.81.a. P. Clodius fatale portentũ prodigiũq; reip. de Fin. 122.a. Quid Zeno? portẽta hæc eſſe dicit. Tuſ.150.a. Aut quid negocij eſt, hæc poetarum & pictorum portenta cõuincere?

Porticula, læ. à porticu, ut Varro dixit, ducta eſt. eſt enim parua porticus. Ep.106.a.

Porticus, ci. ambulatio, exedra, xiſtus. At. 66.a. In campo martio ſepta marmorea ſumus facturi, eaq; cingemus excelſa porticu. pro Dom.236.b. Porticus cum conclauibus, pauimentata trecentũ pedum. de Or.110.b. Porticus hæc ipſa ubi inambulamus. & de Cl.165.b. Cùm inambularem in xiſto. Q.Fr.318.a. Summam dignitatẽ pauimenta porticus habeant.

Porticus Neptuni, quæ Puteolis in Italia erat. Ac.20.b.

Portio, onis. pars. pro Fl.152.b. Cùm omnes Aſiæ ciuitates pro portione in prouincias deſcripſiſſet. de Som. 128.b. Sonus interuallis coniunctus imparibus, ſed tamen pro rata portione diſtinctis. & Tuſ.169.a. Pro rata parte. I. V.246.b. Nunquam in Sicilia frumentũ publicè emptum eſt, quin Mamertinis proportione imperaretur. de Orat. 138.a. Cauſis principia proportione rerum præponere.

Portitor, oris. publicanus, qui exigendis portorijs præfectus eſt. l. Portorium. cõtra Rul. 78.a. Decemuiros portitores omnibus omniũ pecunijs conſtitui. Off.30.a. Quæſtus qui in odia hominũ incurrunt, ut portitorum, & fœneratorum. In Vat. 31.a. Cum te non cuſtodem ad continendas, ſed portitorem ad partiendas merces miſſum putares. aliter, portitorem.

Porto, as. comporto, fero, defero. Q.Fr.312.b. Memini cum hominẽ portarent ad Baias Neapoli octophoro, miros riſus nos edere. & I. A. 181.b. Lecticas portari uidemus. pro Dom.225.b. Colũnæ marmoreæ ex ædibus meis ad ſocerum conſulis portabantur. & 236.b. Qui fortunas meas domos ſuas comportarent. Parad.117.a. Omnia mea mecum porto. At.223.a. Rumorem afferunt magnum Romæ, domum ad Antonium frumentum omne portari. Off. 38.a. Ad exemplum amiſsi imperij portari in triumpho Maſsiliam uidimus. pro Seſt.10.a. Arma in templo Caſtoris palàm portabantur. In Ar. Non eodem ſemper ſpacio portata feruntur. pro Font.278.a. Eleſio dolus tantum ſenos denarios ab ijs, qui ad hoſtem portarent, exegit. & Ep.184.b. Ad hoſtem ſcilicet portari uiaticum.

Portorium, rij. uectigal quod in portu exigitur ex rerum portatione. Q.F.296.a. Ciues qui in portorijs Italiæ

tollēdis nō tam de portorio, quàm de nōnullis iniurijs portitorum querebantur. pro Font. 278. a. Titurius Toloſæ quaternos denarios in ſingulas uini amphoras portorij nomine exegit. de In. 52. a. Locare & cōducere portoriū. I.P. 98. a. Singulis rebus, quæcunq; uenirent, portoriū impoſuit. I.V. 143. b. Quæ ſine portorio Syracuſis erāt exportata. & At. 32. a. Portoriū circūuectionis. I.V. 144. b. His pro rebus portoriū nō eſſe datum. & 145. b. Res exportatæ ſine portorio. de Pro. 70. a. Vectigal ac portoriū Dyrrhachinorum. At. 31. b. Portoria Italiæ ſublata ſunt.

Portunus, ni. deus marinus qui portubus præeſt: quem poetæ Melicertam, & Palæmonem uocant. de N. 39. a. Vt portunus à portu, ſic Neptunus à nando paulum primis literis immutatis.

Portuoſus, a, um. de Or. 149. a. Superū mare Ionium portuoſum. & Ep. 92. b. Nauigatio minimè portuoſa.

Portus, tus. locus in littore tutus, quo merces importantur, & ex quo exportantur, perfugium. Ep. 15. In nauigando tempeſtati obſequi artis eſt, etiam ſi portum tenere non queas. I.V. 227. b. Inſula, quæ duobus portubus cincta in utriuſq; portus oſtium aditumq; proiecta eſt. pro Pom. 6. b. Publicanorum familiæ, quas in portibus & cuſtodijs habent. pro Pom. 10. a. Portus Caietæ celeberrimus & plenißimus nauium. pro Flac. 151. b. Regio, quæ mari cincta, portibus diſtincta, inſulis circumdata eſſet. de Sen. 92. a. Quo propius ad mortem accedo, quaſi terram uideor uidere, aliquandoq; in portū ex longa nauigatione eſſe uenturus. I.V. 143. b. Canuleius, qui in portu Syracuſis operas dabat. Item ib. Portum & ſcripturas eadem ſocietas habebat. pro Mur. 124. b. In portum ex alto inuehi. &, Portu ſoluere. & de Pro. 75. a. Portus tutus & clauſus. pro Plan. 279. a. Tutus & tranquillus portus. At. 276. a. & I.V. 267. a. Et fugæ portus erat in tuis caſtris & ſubſidium ſalutis in tuo exercitu. pro Cec. 304. a. Exilium eſt perfugium portusq; ſupplicij. & Tuſ. 174. b. Portum paratum nobis & perfugium putemus. de Or. 107. b. Sed tanquam portum aliquē expecto, iſtam quam tu times ſolitudinem. At. 150. b. Ab utroq; portus cornu moles iacimus. Off. 35. b. Moles oppoſitæ fluctibus, portus manufacti. Off. 38. a. Nationum portus erat, & refugium ſenatus.

Poſco, ſcis. peto, flagito, requiro. pro S.R. 24. a. Audaciæ partes Roſcij ſibi popoſcerunt. pro Plan. 269. a. Sic ego hoc contendo, me tibi cuiuſcunq; tribus rationem popoſceris, redditurū. I.V. 77. b. Iſte inuentus eſt, qui parentes precium pro ſepultura liberûm poſceret. & 85. a. Magiſtrum Sycionum numos popoſcit. Tuſ. 191. b. Vt enim in Academiam noſtrā deſcendimus, popoſci eorum aliquem, qui aderant, cauſam diſſerendi. I.V. 207. b. & At. 205. b. Non debebam ego abs te has literas poſcere. I.V. 132. a. Si hoc à me non prouincia popoſciſſet. At. 21. b. At ni popoſciſſes, ego me tibi non offerebam. de Or. 87. a. Tum Craſſum puluinos popoſciſſe. I.V. 56. a. Poſcere, poſtulare, eſflagitare. I.V. 250. a. Non deſiderare ſolum, ſed etiam poſcere & flagitare.

Poſitio urbis. pro Flac. 159. a.

Poſitus, a, um. ſitus, locatus. contra Rul. 85. b. Roma in montibus poſita. & pro Pom. 14. b. Inſula Delos in Aegeo mari poſita. pro Pom. 9. b. Nulla res eſt in uſu militari poſita, quæ huius uiri ſcientiam effugerit. Par. 126. a. Qui poſſeßiones incertas atq; in caſu poſitas habent.

Poſſeßio, onis. ius ipſum poßidendi fortunæ bona. de D. 124. b. Antiquiorem Deiotaro fuiſſe laudem & gloriam, quàm regnum & poſſeßiones ſuas. Off. 50. a. L. anorum poſſeßiones mouere iniquum putabat. & contra Rul. 82. b. & Ep. 104. b. Si me audies, has paternas poſſeßiones tenebis. pro Q. 17. a. Bonorum poſſeßio ſpectatur non in aliqua parte, ſed in uniuerſis quæ teneri & poßideri poſſunt. de Or. 153. a. Ex iure ciuili ſurculo defringendo uſurpare poſſeßionem amiſſam. & ibid. Recuperare poſſeßionem amiſſam. de Or. 154. a. Poſſeßio quaſi caduca atque uacua. Par. 125. a. Poſſeßiones uacuas recordari. contra Rul. 61. b. Vtrum hanc ſyluam in relictis poſſeßionibus, an in cenſorū paſcuis inueniſti? contra Rul. 79. b. Decedere de poſſeßione. & ib. Qui latitudinem poſſeßionum tueri non poſſunt. & 80. a. Syllanus ager à certis hominibus latißimè continuatus maximam habet inuidiam. I.C. 108. a. Qui magno ære alieno maiores etiam poſſeßiones habent. & ib. Aliquid de poſſeßione detrahere ac fidem acquirere. Off. 27. a. Nec uerò tanquam in poſſeßionē ſuam uenerit excludat alios. & contra Rul. 89. a. Etiam ne ſi ui eiecit, ſi clàm aut precario uenit in poſſeßionem? ad Brut. 91. a. Prouinciæ poſſeßione pulſi ſumus. contra Rul. 82. a. Remouere & deijcere aliquem de poſſeßione. pro Q. 15. Qui ex edicto meo in poſſeßionē uenerit. &, Eſſe in poſſeßione. pro Cec. 288. b. Eſſe in poſſeßione bonorū: id eſt, eſſe in bonis. de Or. 127. a. Vbi ſenſi me in poſſeßione iudicij & defenſionis meæ conſtitiſſe. Ep. 11. a. Non potui magis in arcem illius cauſæ inuadere: id eſt, in poſſeßionem. pro Q. 16. a. Proficiſci in poſſeßionem. & At. 54. b. Vi conari in poſſeßionem uenire. I.A. 189. a. Hodie in poſſeßionem libertatis pedem ponimus. I.V. 63. b. & pro Q. 14. b. Mittere in poſſeßionem bonorū alicuius. Top. 224. b. & I.A. 172. a. Dare poſſeßionem ſecundum tabulas. & Ep. 107. b. Hæreditatum poſſeßiones datæ. Item Dare poſſeßionem bonorum alicuius ex edicto. Ep. 156. b. Reſpub. in poſſeßione uictoriæ permanebit. At. 18. a. Retinere aliquē in ſua poſſeßione. pro Syl. 180. b. Exturbare homines è poſſeßionibus. Ep. 198. b. Deturbari non ſolū ſpe, ſed certa re & poſſeßione. & 170. b. Si iſta pax perditum hominem in poſſeßionē impotentißimi dominatus reſtitutura eſt. de Or. 88. b. Aut te ex iure manu conſertum uocarent, quod in alienas poſſeßiones tam temerè irruiſſes. de Orat. 152. b. De noſtra poſſeßione depulſi, in paruo prædiolo relicti ſumus. Ep. 147. a. & 204. b. Occupare poſſeßionem laudis. pro Mil. 115. b. Pellere aliquem poſſeßione. & 116. a. Cedere alicui poſſeßione hortorum. At. 87. b. De poſſeßionibus hæreditatum, de ſoluendis bonis. & 104. a. Voluptarias poſſeßiones uolet Sylius. Off. 47. a. Iuris ciuilis cognitionem atq; interpretationem in poſſeßione ſua principes retinuerunt. de Fat. 140. b. Quamobrem, quoniam utriuſq; ſtudij noſtra poſſeßio eſt, utro frui malis optio tua ſit. I.A. 198. a. Hic pecunias noſtras æſtimabat, poſſeßiones notabat & urbanas & ruſticas. de Am. 106. b. Amicitiarū ſua cuiq; permanet ſtabilis & certa poſſeßio. Parad. 124. a. Diues eſt, cui tanta poſſeßio eſt, ut liberaliter poßit uiuere. & 126. a. Callidi rerum æſtimatores prata & areas quaſdam magni æſtimant, quòd ei generi poſſeßionum minimè quaſi noceri poteſt.

Poſſeßiuncula, læ. At. 212.

Poſſeſſor, oris. de Or. 135. a. Mortuus rapitur, uide, inquit, ſi potes eſſe poſſeſſor. & pro Q. 5. a. Iſte acerrimus bonorum poſſeſſor, expulſor, ereptor. I.A. 198. a. b. Tantum quiſque habebat poſſeſſor, quantum diuiſor reliquerat Antonius.

Poßideo, es. teneo. pro Q. 17. a. Omnia quæ teneri ac poßideri poſſunt. I.V. 117. b. Huic omnia bona utenda ac

poßi-





poßideri poſſunt. I.V. 117. b. Huic omnia bona utenda ac poßidenda tradiderat. pro Quint. 4. b. Poſtulat à Burieno prætore Næuius, ut ex edicto bona poßidere liceat. & 13. a. Si ex edicto poſſediſti, quæro, cur bona nō uenierint. de Or. 103. b. Philoſophi qui omnia ſicut propria ſua eſſe atq; à ſe poßideri uolunt. Att. 87. b. De poſſeßionibus hæreditatum, & de poßidendis bonis. & de Or. 135. a. Bona eius cenſeo publicè poßidenda. I.A. 233. b. Poßidere bona alterius ſine teſtamento. contra Rul. 62. b. Agri qui ab Hiempſale poßidentur. de Or. 98. a. Itaq; neque hoc poſſum dicere, me omnino ignorare quid poßideas, neque planè noſſe ac uidiſſe. pro Quint. R. 47. b. Plus fidei quàm artis, plus ueritatis quàm diſciplinæ poßidet in ſe. pro Fl. 157. a. Hanc fiduciam commiſſam tibi tenes hodie ac poßides. pro Dom. 235. b. Cùm forū armatis cateruis perditorum hominum poßideres. I.V. 122. a. Cum iſte calumniæ licentiam ſua autoritate poſſediſſet. de In. 58. a. Sin inuerecundum animi ingeniū poßidet, tamen accuſes, non enim probus eſt. de Or. 103. b. Neq; ea ut ſua poſſediſſe, ſed ut aliena libaſſe. pro S.R. 29. a. Magnam uim, magnam neceßitatem, magnam poßidet religionem paternus maternusq; ſanguis.

Poſſum, tes. licet mihi, ualeo, polleo, poteſtas eſt uel non eſt, poteſtatem habeo, poteſtate ualeo, facultas eſt uel non eſt, facultatē habeo, uim habeo, potis ſum, facultas uel poteſtas datur, optio & poteſtas mea eſt, mihi liberum eſt facere, erat reſpondere magnas, &c. nulla erat recuſatio, quoad facultas tulit, ut facultas tulit, habeo dicere, habeo quemadmodum, tibi portas huius urbis patêre ius non eſt, ius poteſtatemq; imperandi habeo, quod mihi reſpondeas non habebis, huius rei poteſtas omnis in te ſita eſt, hoc multum habet ad fidem faciendam uirium, autoritatem apud aliquem habeo, hoc non adducor ut credam, in magna potentia ſum, multum opibus ualeo, magnas opes habeo, magna uis eſt in deorum numine, non ubi quiſq; eſt, eius loci uim tenet, quotieſcunque ei locus & poteſtas dicendi fuit. Ep. 15. b. Si mihi integra omnia ac libera fuiſſent. & 16. a. Si eſſent omnia mihi ſolutißima. Att. 61. b. Ex quo animo conſules ferant hunc ὄχλον, reſcribas ad me quantū potes & uales. & Ep. 82. a. Cum hac exceptione quantum ualeam, quantumq; poßim. & At. 121. b. Semper enim ſi potero. Ep. 103. a. Sic te Cæſari cōmendaui & tradidi, ut grauißimè diligentißimeq; potui. pro D. 232. a. Dico igitur, & quàm poſſum maxima uoce dico. de N. 52. a. Aues nidos cōſtruunt, eosq; quàm poſſunt mollißimè ſubſternūt. Ep. 244. b. Quàm potui maximis itineribus ad Amanum exercitū duxi. Att. 15. b. Sic tueor, ut poſſum concordiam. I.A. 165. a. Ego nihil prætermiſi, quantū facere enitiq; potui, quin, &c. At. 281. b. Nullis literis aſſequi poſſum, ut exprimam, &c. de Or. 88. b. Hoc tu ſi potes tua quadam propria, non cōmuni oratorum facultate potes. de Or. 124. b. Hæc res tantum poteſt in dicendo, ut ad uincendum nulla plus poßit. Or. 203. a. Hoc ad obtinēdas cauſas poteſt plurimum. pro Q. 1. a. Ego qui neq; uſu ſatis, ingenio parum poſſum. & ib. Quæ res in ciuitate duæ plurimū poſſunt, hæ contra nos ambæ faciunt hoc tempore. Ep. 57. b. Reſp. quæ minimum nunc quidem poteſt, ſed poßit neceſſe eſt. pro Q. 12. b. Qui per uim & ſcelus poſſunt plurimū. pro S.R. 19. a. Qui apud me & amicitia, & beneficijs, & dignitate plurimum poſſunt. pro Cec. 285. a. Si quantum in agro audacia poteſt, tantum in foro impudentia ualeret, &c. I.A. 174. a. An ille me uicit? at ne potuit quidem. contra Rul. 79. b. Ager in quo oliuetum non eſt, ſed fieri poteſt. Ep. 230. a. Poteſt fieri ut fallar. Q.F. 326. a. Sed tamen quod fieri poterit, non negligam. Att. 39. b. Quare item atq; eo ſi poteſt acrius, te rogo, &c. Ep. 3. b. Nos dignitatem noſtram, ut poteſt, in tanta hominum perfidia retinebimus. & At. 245. a. Teneri nō potui, quin tibi declararē, &c. In Sal. 272. b. Iam dabo operam quàm maxime potero, ut breue id faciam. At. 136. b. Tota res Brunduſina iam quomodo habeat, ſe diutius neſcire non poſſum. I.A. 208. b. Quamobrem Quir. conſilio quantum potero, labore plus penè quàm potero excubabo, uigilaboq; pro uobis. de Sen. 84. b. Conuiuium ad multam noctem, quàm maximè poſſumus, uario ſermone producimus. de Am. 95. b. Vt quoad poſſem & mihi liceret, à ſenis latere nunquam diſcederem. l. Quoad. At. 132. a. Facere non poſſum, ut nihil ad te dem literarū. de Or. Nō poſſum quin exclamem, &c. l. Exclamo. pro Plan. 281. a. Quid enim poſſum aliud niſi mœrere? pro Font. 281. a. Aut quoniam id quidem nō poteſt, &c. & ib. Aut ſi non poterit, &c. de N. 50. Enumerare poſſum quæ ſit, &c. & 51. a. Proferre poſſum, &c. Or. 207. b. Erit igitur hæc facultas in eo, ut definire rem poßit. & pro Cec. 287. b. Quoniā poteſtas eſſet emēdi fundum. Ep. 168. b. Sed alius nemo facultatem habet decipiendi nos. & de In. 58. a. Si facultas erit. de In. 63. a. Quoad facultas tulit. & de Orat. 113. a. Facultas ex cæteris rebus & cauſis comparata. I.V. 129. a. Non licet mihi Romæ eſſe. Ep. 2. b. Quod commodo reip. facere poßis. l. Pauli Manutij Scholia.

Poſt. poſtea, poſt hoc uel poſt id tempus, ſub, poſterius, ſecundum, tanto interuallo, longo interuallo, à tergo, ponè.)(. Antè, à fronte. Ep. 98. b. Vt initiò mea ſponte, pòſt autem inuitatu tuo mittendum duxerim. de Fin. 94. b. Nō ineſt in primis naturæ conciliationibus honeſta actio. conſequens enim eſt, & pòſt ſequitur. Or. 218. a. Poſt omnia per orationē concludere. I.V. 98. b. Poſt te prætorem. At. 84. b. Quoad mecum, &c. Poſt, &c. I.V. 69. b. Primo, &c. poſt, &c. Ep. 11. b. Paucis pòſt diebus quàm Luca diſceſſerat. At. 86. a. Hic magiſtratus multis annis poſt Decemuiros inſtitutus. pro Fl. 158. a. Pecunia recuperata eſt multis pòſt annis. pro S.R. 39. b. Aliquot poſt menſes is occiſus eſt. & de Or. 134. b. Aliquot poſt annos. & At. 79. a. Caſtra paucos poſt dies habuimus. de Clar. 184. b. Anno pòſt, & deinceps reliquis annis. & 94. b. Ita recepi me biēnio pòſt. Or. 206. a. Poſt aliquanto. & I.C. 113. a. Poſt autem aliquanto, &c. de D. 101. a. Sexennio poſt Veios captos. pro Cæl. 41. a. Cur tanto poſt potius quàm continuò queri maluit? de Ar. 247. a. O poſt hominum memoriam fortißimi conſules. I.C. 121. b. Cauſa enim eſt poſt urbē conditam hæc inuenta ſola, in qua, &c. pro Cor. 60. a. Pauci poſt genus hominum natum reperti ſunt, qui, &c. de Ar. 247. a. Mea domus, quam ſenatus unā poſt hanc urbē conſtitutam ex ærario ædificandam putauit. & 246. b. Nego unquam poſt ſacra conſtituta tam frequens collegiū iudicaſſe. pro Mil. 107. a. Partim cædere incipiunt eius ſeruos qui poſt erāt. At. 186. b. De auctione, id eſt, poſt auctionē.

Poſtea. poſt, poſthæc, poſterius, tum inde, ſecundū ea, reliquo tēpore. pro S.R. 34. a. Quid poſtea, ſi Romæ fui? at ego, &c. pro Mur. 129. b. Cedo quid poſtea? eum ego, &c. quid tum inde? ibi ego, &c. de In. 81. b. Poſtea aliquanto, id eſt, aliquanto poſt. de Cl. 165. b. Poſteaq; deinceps, &c. I.V. 214. b. Iubet iſte poſterius illos ad ſe reuerti.

Poſteaquam. poſtquam. I.V. 136. b. Poſteaquam ego ueni, &c. repentè ille abijt. de D. 123. a. Quid ergo Aius iſte loquens, quando eum nemo norat, aiebat & loquebatur:

tur: poſteaquam & ſedem, & aram inuenit, obmutuit. Epiſt.49.a.Poſteaquam mihi renunciatum eſt,&c. grauiter moleſteq; tuli.& 5.a.Poſteaquã Pompeius, &c.Ep. 60.a.Poſtea uerò quàm profectus es,&c.uelim,&c.

Poſteri,orum.poſteritas,qui inferioris ſunt ætatis,hi qui naſcentur,proles futurorum hominũ. Ac. 18.b. de Cl. 195.b. Dicendi genus quod fuerit in utroq;, orationes utriuſq; etiam poſteris noſtris indicabunt. Q.Fr.298.b. Poſterorum erit uerius iudiciũ,obtrectatione & maleuolentia liberatum.pro Dom. 233. b. Vt apud poſteros noſtros coniurationis autor fuiſſe uidear.de Fin.12.a.Horum poſteri degenerarunt. de Fin. 127. a. Horum poſteri meliores.& Poſtquam 203.b.Poſteri noſtri,&c.

Poſterior,us.)(.Superior,prior. de Cl.168.a. Thucydides paulo ætate poſterior.de Orat.160.a.Paria eſſe debent poſteriora poſterioribus. Ac.12.a. Ita priori poſterior,ſuperiori poſterius non iungitur.At. 156.b. Horum utrique ſemper reip.ſalus poſterior ſua dominatione, & domeſticis commodis fuit.pro Rab.91.a.Suam ſalutem poſteriorem ſalute communi ducere. I.A.247. a. Nihil uita antiquius exiſtimare, omnia libertate poſteriora ducere. de Cl.191.b.Ipſe Thucydides ſi poſterius fuiſſet,multo maturior,& mitior fuiſſet.I.A.240.a. Poſteriores cogitationes(ut aiunt)ſapientiores ſolent eſſe. I.P.94.a. Nihil iſto eſt poſterius,nihil nequius.

Poſteritas,tis.poſteri.At.191.b. Domini innumerabiles fieri poſſunt in infinita poſteritate. Tuſ. 155. b. Optimus quiſque poſteritati maximè ſeruit. I.A.170.b. Huius rei ne poſteritas quidem omnium ſeculorum immemor erit.I.C.103. b. Non uereor ne quid paricida ciuium interfecto,inuidiæ mihi in poſteritatem redundet. I. V. 176.a. Salus urbis in poſteritatẽ iſtius auaritia interijt.pro Rab. 96.b.Spe poſteritatis fructuq; duci.Ep.17.a.Idq; me non modò ut tu ſentias, ſed ut omnes gentes etiam, ut poſteritas omnis intelligat,eſſe facturum.

Poſterius,adu.poſtea. At.88.b.de L.159.b.Sed hæc poſterius,& coràm fortaſſe cõmodius.pro Q.3.b.Poſterius, inquit,iſta uidebimus,nũc,&c. de Cl.191.b. Ipſe Thucydides,ſi poſterius fuiſſet, multo maturior fuiſſet, & mitior.

Poſterus,a,um.conſequens.de Fin.97.a. Sed in cæteris artibus cum dicitur artificioſè, poſterũ quodammodo & conſequens putandum eſt, quod illi ἐπιγεννηματικὸν appellant.& ib. Verùm hæc non in poſteris & in conſequentibus,ſed in primis cõtinuò peccata ſunt.de Fin.127.a.Primùm Theophraſti Strato Phyſicum ſe uoluit:id eſt,Strato poſterus Theophraſti.& ib. Huius Lyſias:id eſt, Stratonis poſterus Lyſias.Item.Hæc in poſterum gratiora,theatra,porticus,noua templa.pro Cl.25.a. Cum is apud mulierculam quandã pernoctaret, & ibi diem poſterũ commoraretur.pro Syl.177.a.Nox ea,quæ conſecuta eſt poſterum diem Nouarũ Decemb. & pro Fl.165.b.Nox illa, quam iſte eſt dies conſecutus. I.V.116. b. Poſtero die mane.& Ep.151.a.Poſtero die. & I.V.136.a. Poſtero anno. Part.236.a.Prouiſio poſteri temporis.pro Deiot. 147.b. In poſterũ,inquit,diem diſtulit.Ep.151.a. Differre rem in poſterum.Att.284.a.& 167.b. Diſtulimus ſermonem in poſterum.)(.In præſens.pro Mur.138.a.Sapiens,ac multum in poſterum proſpiciens.& pro Dom.234.b.In poſterum tempus.I.A.190.b.& contra Rul.84.b. Multum in poſterum prouidens.Ep.22.a. Longè in poſterum proſpicere. At.145 b.In poſterum,ad poſterum, in poſteritatem,poſthac,reliquo tempore.& I.V.157.b. & At.167. b.& pro Cl.19.b. Ad poſterum:id eſt,in poſterum.

Poſthabeo,bes: longè retroq; pono.Tuſ.243.b.cõtra Rul.66. b. Hoc honore ex nouis hominibus primùm me multis poſthabitis effeciſti.& Tuſ.228.a. Vt omnibus rebus poſthabitis,totos ſe collocarent,&c.

Poſthac.deinceps,deinde.)(.Antehac,hoc tempore.At. 34..Poſthac ad te ſcribã planius. & 103. & 102.b.Poſthac neq; herculè antea negligentes fuimus.Ep.137.a.Item poſthac ſi quid opus erit,facies ut ſciam.& 95.b.Poſthac ad ludos uenies noſq; uiſes. I. C.122.b. & 117.a.Id ne unquam poſthac accidere poſsit, prouidendũ eſt. I. A.175.a. Caput autem literarũ ſibi cum illa nihil poſthac futurum.

Poſthæc. At.222.a. Inde ambulauit in littore,poſthæc in balneum. de In.50.a. Primùm nati uitam, &c. deinde ſuum conſilium,&c. poſthæc quid Soſiam uelit facere.

Poſtilla.pro poſtea.de D.89.a.Poetæ.

Poſthumus,mi. qui ex ea quam pater grauidam reliquit,natus eſt:id eſt,poſt humatum patrem. de Or.99.b. Qui eſſet ſecundum poſthumum & natum & mortuũ hæres inſtitutus.& pro Cec.295.a. M.Curius,qui hæres inſtitutus eſſet ita mortuo poſthumo filio, cùm filius non modò mortuus,ſed ne natus quidem eſſet.

Poſtis,ſtis.hoſtij uel ianuæ tabula,ſeu latus portæ.pro Dom.225.a.Qui parietib.qui tectis,qui poſtibus meis bellum intuliſti. pro Dom.237.a.An putatis,ſi is poſtẽ tenuerit,& aliquid dixerit, domũ uniuſcuiuſq; cõſecrari poſſe? At.46.b. Caput legis Clodium in curiæ poſte fixiſſe,&c. Item. Poſtem teneri in dedicatione templi oportet, ibi enim poſtis eſt,ubi templi aditus & ualuæ ambulationis.

Poſtliminiũ,nij.Top.223.b.Cum ipſius poſtliminij uis quæritur, & uerbũ ipſum notatur,in quo Seruius noſter nihil putat eſſe notandum,niſi poſt, & liminũ.illud productionẽ eſſe uerbi uult,ut in finitimo,legitimo, æditimo, non plus ineſſe timum,quàm in meditullio tulliũ. Scæuola autem P.filius,iunctum putat eſſe uerbum, ut ſit in eo & poſt & limẽ:ut quæ à nobis alienata ſunt, cùm ad hoſtem peruenerint,ex ſuo tanquam limine exierint:hinc cum redierint poſt ad idem limen, poſtliminio uideãtur rediſſe. Item ib.Poſtliminio redeunt hæc,homo,nauis,mulus clitellarius,&c.de Or. 121.a. Ei quem pater patratus dediderit,ſi is receptus non ſit,poſtliminiũ eſſe.& 100.a.Quem pater patratus dediſſet,ei nullum eſſe poſtliminium.& ib. Poſtliminio redire. pro Cecin.304.a.Si non accipiunt,ut Mancinum Numantini, retinet integram cauſam & ius ciuitatis.pro Cor.60.a.Non ſolum dedicatione,ſed etiam poſtliminio fit ciuitatis mutatio.

Poſtmeridianus,a, um. pomeridianus. de Or.144.b. Inclinato iam in poſtmeridianum tempus die. & Tuſcul. 191.b.& At.203.b.Literæ matutinæ & poſtmeridianæ. de Fin.214.a. Poſtmeridiana ambulatio.

Poſtmitto,tis. poſtpono,omitto.pro Cæc.49.a.Quod in alicuius agreſtis periculo nõ poſtmitteret, id homo eruditus in inſidijs doctiſsimi hominis diſsimulandũ putaret?

Poſtpono,ſui.poſthabeo.Ep.265.a.Sed omnia poſtpoſui,dummodo præceptis patris parerem.Cicer.filius.

Poſtquam.ubi,ut,ſimul, ſimulac, ſimulut, ſimulatq;. de Pro.70.a.Quò ille poſtquam nihil à miſeris extorquere potuit,cohortes in hyberna miſit.Ep. 97.b. Me noluiſſe etiam reliquis omnibus poſtquam non potuerim, mihi ipſi finem feciſſe. At.185. b. Vndecimo die poſtquam à te diſceſſeram,hoc literularũ exaraui egrediens è uilla. Att. 92.a.Nihil habebam noui,quod poſt accidiſſet, quàm dediſſem ad te liberto tuo literas.

Poſtremò.poſtremùm,nouiſsime. de Nat.22.a.Quæro igi-



ro igitur primùm, &cæt.deinde, &c.poſtremò, &cæt. et ibi.Deus quid appetat,ad quam deniq; rem motu mentis utatur,poſtremò quomodo beatus ſit.

Poſtremus,a,ũ.ultimus,extremus,nouiſsimus.Or.201 b.De firmiſsimis alia prima ponet, alia poſtrema, inculcabitq; leuiora. Attic.89.b.Reſpondebo primùm poſtremæ tuæ paginæ.Ep.14.a.Ego autem cum illa ſequor,quæ paulo antè propoſui,tum hoc nõ in poſtremis, de quo cœperam exponere. At.285.a.Br.& pro S.R.41.a. Poſtremi homines:id eſt,nequiſsimi.I.A.192.a. Seruitus eſt poſtremum malorum omnium.

Poſtridiè.poſtero die. Ep.38.b.Hæc ſcripſi poſtridie eius diei:id eſt,poſtridie Non.Octob. Ep.112.b.Poſtridie eius abſolutionis in theatrũ Curionis Hortenſius introijt. Att.253.a. Venatio, quæ poſtridie lud.Apollinar.futura eſt.Ep.39.a.Hæc ſcripſi poſtridie eius diei.Ep.170.b.Lupus noſter cum Romam ſexto die Mutina ueniſſet,poſtridie me mane conuenit. Item: Iudices adeſſe iubentur poſtridie.In An.172.b. Tantum uini in Hippiæ nuptijs exhauſeras, ut tibi neceſſe eſſet poſtridie uomere. Att.211. b.Ego ut conſtitui adero,atq; utinam tu quoq; eodem die, ſin(quid enim multa?)utiq; poſtridie.Quint.Fr.10.b.Poſtridie quàm tu es profectus,multa nocte ueni ad Pompeium.At.137.a.Eam mihi Philotimus poſtridie, quàm à te acceperat,reddidit.

Poſtulatio,onis.poſtulatum.pro Mur.135.a.Conceſſit ſenatus poſtulationi tuæ.& Att.105.a.Eſt illa quidem impudens poſtulatio.& pro S.R.19.b. Aequa atq; honeſta poſtulatio.de Ar.248.b.De ea re ſcriptum eſt,poſtulationes decretas eſſe Ioui,Saturno,Neptuno,Telluri,dijs cœleſtibus.& 251.a.Eodem oſtento telluri poſtulatio debetur. de In.75.a.In deprecatione ignoſcendi poſtulatio continetur.& I.V.138.a.b.Poſtulationum formulæ. Q. Fr.313.a.De te eſt honorifica mentio facta,cum te unum dicerent poſtulationi L.Seſtij Panſæ reſtitiſſe.

Poſtulatum,ti poſtulatio.I.A.245.a.Reliquum eſt,ut accipiantur & remittantur poſtulata per literas.pro Fl. *.Legati Apollonienſes omnia poſtulata de iniurijs unius Deciani detulerunt. Ep.185.a.Legati ultrò ab illo ad nos intolerabilia poſtulata retulerunt. Attic.112.a.Poſtulata hæc ab eo interpoſita ſunt,quo,&c.Poſtulata geometrarum.i.Poſtulo.

Poſtulo,as.peto,poſco,deſidero,requiro. Antequam. 196.a.Illud à uobis poſtulo,petoq;,uti,&c.& Ep.40.b. Omnia uolo à me poſtules & expectes.Epiſt.37.b.Atque hoc tamen te ſcire uolo,me de iſto ſumptu nihil decreuiſſe, niſi quod principes ciuitatum me poſtulaſſent. pro Corn.62.a. Gaditani à ſenatu de fœdere poſtulauerunt. Attic. 105. a. Cæſari quod poſtularet concedendum eſſe. Quint. Frat. 198. a. Poſtulare & expectare aliquid magnum ab aliquo.Epiſt.3.a.Poſtulatũ eſt,ut Bibuli ſententia diuideretur.Att.156.b.Nec iam recuſat,ſed quodammodo poſtulat ut appelletur tyrannus. Orat. 208.a. Vt cauſæ natura & temporis ratio poſtulabit. Off.45.a.Ludi poſtulantur ab ædilibus,à populo.pro Quin.2.b.Tamẽ quia cauſa poſtulat,non flagitat,præteribo. Attic.92.a. Ratio quidem & opinio hominum poſtulat fratrem. Ep. 70.b. Non intelliges duplicari ſolicitudines, quas eleuare tua te prudentia poſtulabat. de Or.137.b.Res hoc poſtulat,ut,&c. Epiſt.28.a. Vt tua fides poſtulat. & de In. 59.a.Longius quàm res poſtulat. de Or.93.b.Nam quod tu nõ poteris aut neſcies,quis noſtrûm tam impudens eſt, qui ſe ſcire aut poſſe poſtulet.pro Sext.Roſc.31.a. Poſtulare ſeruos in quæſtionem. Poſtquam.208.a. Poſtulare aliquem de ui:id eſt,deferre,uel accuſare.Epiſt.116.a.Pylius de repetundis eum poſtulauit. Quint.Frat.308.b.Seſtius à Nerio de ambitu eſt poſtulatus.In V.35.b.Poſtulatus fuiſti lege Licinia. & Epiſt.122.b. Ego Appium eadem lege poſtulaui.Offic.58.b.Geometræ ſolent non omnia docere, ſed poſtulare, ut quædam ſibi concedantur, quo facilius,quæ uelint,explicent. I.V.56.a.Efflagitatur, poſtulatur,poſcitur. At.38.b.Poſtulare fidem publicam, &c.id eſt,implorare. Q.Fr.320.b.Gabinium tres adhuc factiones poſtulant.et ibi. L.Lentulus,qui iam de maieſtate poſtulauit.de Am.111.a.Neq; quicquam niſi honeſtum & rectum alter ab altero poſtulabit.

Potatio,onis.perpotatio. de D.104.a.Si modò temperatis eſcis,modiciſq; potationibus eſt affectus.

Potens,tis.ualens,qui multum uel plurimũ poteſt, qui in magna potentia eſt,qui magnas uires habet,magnas opes habẽs,ſumma poteſtate præditus, magnis opibus præditus,opibus & copijs affluens.de In.83.a.Ampla & potens ciuitas,opibus ualens.At.279.a.Potens homo uel potentiſsimus potius. & pro Pomp.4.a.Duo potentiſsimi reges. Epiſtol. 136. a. Ne quid temerè dicam faciamue contra potentes. & ad Heren.13.b.Si quis potens & factioſus, &c. pro Cel. 41. b. Homo potens, gratioſus, diſertus. pro Dom.223.a. Cum tu florens ac potens per medium forum popularis uolitares. pro Planc.266.a. M.Druſus tribunus plebis homo potentiſsimus. & 226.b. Potentiſsimus & clariſsimus ciuis C.Claudius.& Off.47. b. Vir fortunatus & potens. Attic.275.a. Infinita tribuere potentibus. pro Cor.61.a.Præpotens terra mariq; Carthago. de D. 232.b. Aeacide belli potentes magis, quàm ſapientiæ potentes.aliter, ſapienti potentes. de D. 117.a.& de Fin.76.b. Rerum omnium præpotens Iupiter. Tuſ.232.a. Xerxes refertus omnibus præmijs boniſq; fortunæ.At. 93.b.Potentiſsimorum hominum contumaciam nunquam tuli.

Potentia,tiæ.poteſtas,uis,opes,magnæ opes. de In. 83.a.Potentia eſt,ad ſua conſeruanda,& alterius obtinenda idonearum rerum facultas. & Att.279.a.Potentia in ui poſita eſt & armis. pro Cec.298.b.Nimia iſta quæ dominatur in ciuitate potentia.& pro Plan.264.a.Potentia uix ferenda. Off.59.a.Hinc opum nimiarum potentiæ non ferendæ.I.A 158.b.Opes uiolentas & minimè ferendam potentiam concupiſcere. Off.68.a. Qui omnia honeſta negligunt,dummodo potentiam conſequantur. ad Her.2.a.Si uim,ſi potentiam aduerſariorum proferemus.pro Dom.229.b.Quæ nec uis temporum, nec potentia magiſtratuum, nec uniuerſi populi Romani poteſtas labefactare poſsit. pro Mur.129.b. Erant in magna potentia,qui conſulebãtur.Off.2.b.Tum autem conſultant, conducat id nec ne ad facultates rerum atq; copias, ad opes,ad potentiam,&c. de Fin.133.a.Virtutes animi pro potentijs quas uocant.Att.102.a.De ſua potentia dimicant homines.Item:Conciones illæ quibus quotidie meam potentiam inuidioſè criminabatur.

Potentia.urbs agri Piceni. de Arch.258.b. & pro Mar.133.a.

Poteſſe. id eſt poſſe. in Arato, ut à Vergilio poteſtur.

Poteſtas, atis.facultas,optio, ditio, imperium,magiſtratus, ius, iuriſdictio, uis poteſtatis,manus.de In.64.b. Si fuiſſe alijs quoq; cauſa faciendi uidebitur, aut poteſtas alijs defuiſſe demonſtranda eſt, aut facultas: poteſtas,

ſi aut neſciſſe, aut non affuiſſe, aut conficere aliquid non potuiſſe dicetur: facultas, ſi ratio adiutores, adiumenta & cætera, quæ ad rem pertinebunt, defuiſſe alicui demonſtrabuntur.

Dare poteſtatem, &c. Ep.151.b. Vt primùm poteſtas data eſt augendæ dignitatis tuæ, nihil prætermiſi, &c. Q.Fr.305.a. Ita mihi poteſtas detur in patria moriendi. de In.62.b. & 69.a. & 72.b. Et pictori, quam uellet eligendi poteſtatem dederunt. I.V.104.a. & pro Cluent.51.b. Simulac poteſtas primum data eſt, adeunt. pro Q.16.b. Alicui uix reſpirandi poteſtatem dare. Att.53.b. Lex qua Pompeio poteſtas rei frumentariæ daretur. contra Rull.70.b. Si uobis ex omni populo poteſtas deligendi eſſet data. pro Dom.222.a. Hanc uos tribuno poteſtatem dabitis. Ep.60.b. Priuare aliquem poteſtate faciendi aliquid. de Or.104.b. Cui populus ipſe moderãdi & regẽdi ſui quaſi quaſdam habenas tradidit. pro Fla.146.b. Populus omnem poteſtatem ſuam de bonis tradit nobis. pro Cor.62.d. Deferre poteſtatem alicui tribuendorum beneficiorum. contra Rull.73.b. Decemuiris corrumpendarum tabularum publicarum magna poteſtas permittitur. Q.Fr.291.b. Ea dignitate, quæ ſibi ad dignitatem permiſſa erat, ad quæſtum utebatur. pro Flac.151.a. Publicæ literæ retentæ ſunt in accuſatorum poteſtate. pro S.R.31.a. Cui ne quærendi quidem de patre poteſtas permittitur. Poſtquam.204.b. & I.V.63.a. & 187.b. Permittere alicui poteſtatem faciendi aliquid.

Poteſtatem eſſe, &c. Ep.6.a. Quoties mihi certorum hominum poteſtas erit, quibus rectè dem, non prætermittam. & 16.a.b. Quocunq; tempore mihi poteſtas præſentis tui fuerit, tu eris, &c. & de Pro.69.a. Quotieſcunque ei locus dicendi & poteſtas fuit? Antequam.195.a. Vos ego appello quorum de me maxima eſt poteſtas. de Clar.190.a. Comprehenſio uerborum nullius oratoris æquè in poteſtate fuit. pro Q.8.a. Cui poteſtas eſſet agendi quotidie. & Att.35.b. Ei poteſtas fuit auferendi omnem pecuniam ex edicto meo. pro Dom.223.a. Nec eorũ cuiuſquam tibi poteſtas fuit. pro Dom.229.a. De agris ratum eſt, fuit enim populi poteſtas. pro Cor.60.a. Vt ſi Gaditani ſciuerint de aliquo, &c. magna poteſtas ſit ciui noſtro mutandæ ciuitatis. At.264.b. Tota poteſtas eius rei tua eſt. Att.55.b. Mea poteſtas eſt. & 55.a. Mihi integrum eſt. In Vat.37.a. An erit hæc optio & poteſtas tua? ut dicas, &c. Att.25.b. Si deferetur, erit quædam noſtra poteſtas. & pro Cluent.33.a. Quæ tum erat poteſtas: id eſt, quod tum fieri poterat. de Cl.181.b. Cui eligendi poteſtas eſt. Ac.3.a. Integra nobis eſt iudicandi poteſtas.

In poteſtate eſſe. de Fat.142.a. Nam nihil eſſet in noſtra poteſtate, ſi, &c. & ibid. Acuti hebetes' ne ſimus, non eſt id in nobis. & 145.a. Nihil liberum nobis eſſe. Ep.233.b. Hæc non ſunt in noſtra manu. Att.50.a. Lentulus totus eſt in Pompeij poteſtate. de Ar.246.a. Populus Romanus cuius eſt ſumma poteſtas omnium rerum. Ac.10.b. Aſſenſio, quæ eſt in noſtra ſita poteſtate. et de Fat.148.a. Si cauſa appetitus non eſt ſita in nobis. pro Mur.144.a. Huiuſce rei poteſtas omnis in uobis ſita eſt, iudices, &c. & Antequam.194.a. In eorum poteſtate, noſtra ſita eſt ſalus. pro Q.1.b. Omnes quorum in alterius manu uita poſita eſt, magis cogitant quid poßit is, in cuius ditione ac poteſtate ſunt facere, quàm, &c. Att.115.b. & Ep.53.a. Eſſe in poteſtate alicuius. pro Pom.10.a. Veſtros portus in prædonum fuiſſe poteſtatem ſcitis.

Habere poteſtatem. pro Cor.62.a. Si præmij tribuendi poteſtatem nullam haberemus. Antequam.195.b. Ego non modò loquendi liberè in iudicio, ſed ne cõſiſtendi quidem in ciuitate habeo poteſtatem. pro S.R.22.a. Sylla belli gerendi poteſtatem ſolus habet. & 23.a. Vos qui ſummã poteſtatem habetis. Q.Fr.295.b. Habere ſummam poteſtatem in aliquo loco. In Sal.274.a. Pater tuus qui eo tempore, ſummam tui poteſtatem habuit. de Ar.256.b. Sylla regalem habuit poteſtatem. de In.81.a. & Ep.74.a. Habere poteſtatem faciendi teſtamenti. Habere poteſtatem iudicandi. de In.72.b. Vel faciendi aliquid. I.V.75.b. I.V.96.a. Proinde quaſi exſcribendi poteſtatem non haberet. At.264.a. Cum Coss. & lege & S.C. ſtatuendi poteſtatem haberent. Item: Theſeus ter optandi à patre habuit poteſtatem. Antequam.197.a. Liberũ ſpiritum ducendi nullam habeo poteſtatem. I.A.237.a. Ius poteſtatemq́; imperandi habeo. de Ar.246.b. Pontifices poteſtatem habent iudicum. I.A.153.b. Dictatura, quæ uim iam regiæ poteſtatis obſederat.

Poteſtatem facere. Q.Fr.302.b. Cum prætores diebus aliquot adiri non poſſent, nec poteſtatem ſui facerent. I.A.219.b. Q. Mutius faciebat omnibus ſui conueniendi poteſtatem. & 242.b. Concedere alicui poteſtatem peccandi. I.C.113.a. Si quid de his rebus dicere uellet, ſeci poteſtatem. I.V.234.b. Niſi minatus eſſem, tabularum poteſtas mihi facta non eſſet. & 79.a. Iudices ſubſcribendi mihi fecerunt poteſtatem. Poſtquam.214.a. Scio me tibi inſtaurandæ cædis poteſtatem feciſſe. pro S.R.30.b. Facio tibi poteſtatem interpellandi. I.A.160.a. Quæ poteſtas ſi mihi ſæpius fiet, utar: ſi minus, &c. Ante.197.a. Neq; mihi libera loquendi facta eſt poteſtas. I.V.214.b. Neq; ſe alijs uidendi poteſtatem eſſe facturum. & 61.b. Quotiens ille tibi poteſtatem optionemq́; facturus ſit, ut eligas utrum uelis.

Habere in poteſtate. At.257.a. & pro Cl.55.b. Habere aliquem in ſua poteſtate. I.V.135.b. Quadruplatorum quicquid erat, habebat in poteſtate. pro Syl.178.b. Vt oppidum & Pompeianos in ſua poteſtate haberet. Ep.53.a. Eſſe in poteſtate alicuius. & 62.a. In poteſtate tua ſum. contra Rull.83.a. Qui in ſua poteſtate eſt. pro Cæl.40.b. Tabulas, qui in patris poteſtate eſt, nullas confecit. de Fin.82.b. Si modò ſit aliquid eſſe beatum, id oportet totum poni in poteſtate ſapientis. pro Cec.304.a. Si pater uendidit eum, quem in ſuam poteſtatem ſuſceperat, ex poteſtate dimittit. pro Dom.228.b. In te P. Fonteius uitæ neciſq; poteſtatem haberet, ut in filio. I.C.110.a. Gladiatores, quanquam, &c. poteſtate tamen in ueſtra continebuntur. I.V.96.a. Tenere aliquem in ſua poteſtate & ditione. & Q.Frat.297.b. Tenere motum animi in ſua poteſtate. In Verrem 106.b. Venire in arbitrium ac poteſtatem alicuius. & ad Brut.91.b. In poteſtatem hoſtium ueniendum eſt. contra Rull.81.a. Redigere aliquem in ſuam ditionem ac poteſtatem.

Poteſtas uariè uſurpata. de Orat.115.a. Mentes eorum, qui cum aliqua ſtatuendi poteſtate audiant, mouere poſſe. I.V.206.b. Per poteſtatem auferre aliquid alicui. de Leg.160.b. Iiſdem imperijs & poteſtatibus parẽre. pro Font.281.b. In poteſtatibus, in imperijs gerendis. & ad Heren.10.b. Miſericors in poteſtatibus. & 18.b. In poteſtatibus gerendis. pro Pomp.7.a. Quicquid hac poteſtate prætoria poſſum, &c. pro Cluent.33.a. L. Quintius illud iudicium pro poteſtate dimitti iuſsit. Tuſcul.163.a. A magiſtratu aut ab aliqua poteſtate legitima euocatus. ad Her.29.b. Priuatũ eſſe. )( Cũ poteſtate eſſe. I.C.115.b.

Hanc



Hanc urbem deorum immortaliũ nutu atq; poteſtate adminiſtrari. pro Dom.217.b. Extraordinariæ poteſtates. de N.78.a. Vis omnis ac poteſtas deorum. Q.Fr.290.b. Fortunæ poteſtas in omnes. pro Dom.235.a. Vir ſumma poteſtate præditus. & de N.31.b. Vir dignus poteſtate & dominatu omnium rerum. Tuſc.192.a. Qui igitur exiſſe ex poteſtate dicuntur, idcirco dicuntur, quia non ſunt in poteſtate mentis. & 226.a. Itaq; iratos dicimus exiſſe de poteſtate, id eſt, de conſilio, de ratione, de mente, quorum poteſtas in totum animum eſſe debet. & 139.a. Quid autem me roget, paucis ille quidem uerbis, ſed οὐ δυνάμει, cognoſce ex ipſius epiſtola. et 141.a. Duo præfecti fabrũ Pompeij in meam poteſtatem uenerũt, & à me miſsi ſunt. At.210.b. Scripſi ad librarios, ut fieret tuis, ſi tu uelles, deſcribendi poteſtas. pro Pom.10.a. Cum duodecim ſecures in hoſtium poteſtatem peruenerunt. I.A.203.b. Cæſar equites & ſagittarios in ſuam populiq́; Romani poteſtatẽ redegit. & 156.a. Qui togatus in rep. cum poteſtate & imperio uerſatus. de Leg.184.b. Idq́; in rep. noſtra maximè ualuit, quoad ei regalis poteſtas præfuit. & 186.a. Gerere poteſtatem. & 187.b. Sylla tribunis plebis ſua lege iniuriæ faciendæ poteſtatem ademit.

Potio, onis. potus. pro Clu.23.b. & 25.b. Cui cum ipſe poculũ dediſſet, ſubitò illa in media potione exclamauit, ſe maximo cum dolore mori. & 54.a. Medicus prima potione mulierem ſuſtulit. de Fin.56.b. Cum cibo & potione fames ſitisq́; depulſa eſt. & Tuſc.200.b. Demus ſcutellam dulciculæ potionis.

Potior, ris. teneo, fruor. )( Careo. de Fin.32.a. Cleanthes ſolem dominari & rerum potiri putat. & Ep.9.a. Quod ij qui potiuntur rerũ, præſtaturi uidentur. & 73.a. Ciuitates, quæ rerum potitæ ſunt. & pro S.R.29.b. Dum ea ciuitas rerum potita eſt. ad Her.32.a. Athenienſium potiti ſunt Spartiatæ. Ep.7.a. Si exploratum tibi ſit, poſſe te illius regni potiri. I.A.247.a. Vincamus odium, paceq́; potiamur. de Fin.61.a. Præterea bona præterita nõ meminerunt, præſentibus non fruuntur, futura modò expectãt. & ibi. Voluptates quarum potiendi ſpe inflammati facit, &c. Tuſc.246.b. Secundum genus cupiditatum, nec ad potiendum difficile cenſet, nec uerò ad carendum. de Sen.87.a. Si etiam non abundè potitur, non omnino caret. Attic.109.b. An cuncter & tergiuerſer, & ijs me dem, qui tenent, qui potiuntur? Tuſc.163.a. Et ego doleam, ſi ad decem millia annorum gentem aliquam urbem noſtram potituram putem? de In.74.a. Si eo portu potiti eſſent. Off.44.a. Omni Macedonum gaza potitus eſt Paulus. de Sen.85.a. Voluptatis auidæ libidines temerè & effrenatè ad potiundum incitantur.

Potior, us. antiquius, longius, charius, melius, prius. pro Muren.124.a. Non quo mihi potior ſit officij mei, quàm huiuſce ſalutis defenſio. & I.A.228.b. Mors, quæ ciuibus Romanis ſemper fuit ſeruitute potior. Epiſt.180.a. Res eſt potior oratione. Tuſcul.224.b. Filius plus pollet, potiorq́; eſt patre. de Finibus 51.a. Qui hæc legere aſſueuerit, iudicabit nulla ad legendum his eſſe potiora. Attic.251.b. Si quid eiuſmodi acciderit, ne quid tibi ſit fama mea potius. de Or.150.b. Illa ſemper potiora duxiſti, quæ ad ſapientiam ſpectarent. de Am.99.a. Itaq; ciues potiores ſunt quàm peregrini, propinqui quàm alieni, &c. Top.221.b. Topicæ, quæ ad uſum potior erat. I.V.98.a. Quid potius? id eſt, quid melius. Ep.144.b. Nemini concedo, qui tibi potior uetuſtate neceſsitudinis poßit eſſe. de Somn.126.b. Cum in Africam ueniſſem, nihil mihi fuit potius, quàm ut Maſſaniſſam conuenirem regem. Ep.170.a. Nec habui quicquam antiquius, quàm ut Panſam ſtatim conuenirem. & 181.a. Tum ille nihil ſibi fuiſſe longius, quàm ut me uideret. Nihil prius mihi faciundum putaui, quàm ut, &c. l. Prius. de In.45.b. & ad Heren.33.a. In comparatione per contentionem, utrum potius aut quid potißimum ſit, quæritur. Attic.150.b. Conamur opus magnum, ſed tamen nihil eſt, quod potius faciamus. Tuſcul.186.a.b. Zeno Eleates perpeſſus eſt omnia potius quàm conſcios delendæ tyrannidis indicaret. Off.14.a. Nec uerò imperia expetenda, ac potius non accipienda interdum. At.106.a. Depugna, inquit, potius, quàm ſeruias. de Clar.192.b. Magnus homo, uel potius ſummus. I.A.198.b. Quæ eius feſtinatio? niſi ut ad urbẽ potius exercitum maximum adduceret? In Ver.94.a. Vel potius, ſiue adeo, atq; adeò, idem. Tuſc.170.a. Haud paulo malle: id eſt, multo potius uelle. Att.19.a. Quod potius ſit. & 92.a. Primùm quod uidetur eſſe bonus, nemo igitur potior. de Orat.138.a. Oratio in qua non uis potius, ſed delectatio poſtulatur.



Potis eſt. pro poteſt. In Arat. Hic caput ad ſuperas potis eſt demergere partes, Infera lumborum nunquam conueſtiet umbra. de Clar.180.a. Hoſpes non pote minoris: id eſt, non poteſt minoris addici, aut uendi. Tuſc.183.a. Neq; ſanguis ullo potis eſt pacto profluens conſiſtere.

Potiſſimè. pro Muren.126.b. Is potißimè honore affecto defenſor daretur, qui, &c. & ibid. Is potißimum, &c.

Potißimùm. maximè, quàm maximè, potius, præcipuè. de In.45.b. & ad Her.16.b. Ex comparatione in qua per cõtentionem, utrum potius, aut quid potißimum ſit, quæritur. de In.84.a. Quanquam præſtat honeſtas incolumitati, tamen utri potißimũ conſulendum ſit, deliberatur. ad Heren.33.a. Cum quærit orator, utrum de duobus potius, aut quid de pluribus potißimum dicat. Off.18.a. Vt ſi nautæ certarent, quis eorum potißimum gubernaret. pro Muren.126.b. In equis triumphantium prætextati potißimum filij ſedere ſolent. de Ar.246.b. De hoc igitur loco ſacro uidentur potißimũ aruſpices dicere. pro Mil.105.b. Ex conſularibus te creauit potißimum. pro Cæl.44.a. Exiſtat igitur aliquis ex hac ipſa familia, & potißimum cæcus ille, &c. de Leg.160.a. Nam ſi hoc non probas, à deo cauſa ordienda potißimum. pro Cæl.50.b. Cur enim balneas publicas potißimum conſtituerat? pro Dom.214.b. Ego eos potißimum damnare debui? Ep.56.b. & 55.b. Quærenti mihi quid ad te potißimum ſcriberem. de Sen.84.b. Cauſarum illuſtrium, quaſcunq; defendi nunc quàm maximè conficio orationes.

Potius. citius, prius. l. Potior. l. Citò.

Potiuſquam. priuſquam, antequam. pro Mil.121.b.

Poto, as. bibo, perpoto. de Cl.191.b. Si potare uelis, de dolio tibi hauriendum eſt. Tuſc.230.a. Sic Stoicorum iſta magis guſtata, quàm potata delectant. de Fi.78.a. Clamat uirtus, M. Regulum beatiorem eſſe, quàm potãtem in roſa Thorium. Tuſc.252.a. Aut fruatur cum alijs uoluptate potandi. I.A.173.a. Totos dies potabatur.

Potus, a, um. hauſtus. de Cl.168.a. Themiſtocles excepit ſanguinem tauri patera, et eo poto, mortuus cõcidit. pro Mil.112.a. Adde inſcitiam pranſi, poti, oſcitantis ducis. Ep.105.b. Domum bene potus redieram.

Potus, tus. potio. de D.93.a. Cum ea pars animi, quæ, &c. ſit immoderato obſtupefacta potu atq; paſtu. & ibi. Onuſtus cibo & uino.

Præ.

Præ.propter. I.A.250.a. Quorum ille nomen præ metu ferre non poterat. Att.148.a.Non herculè præ lachrymis poſſum reliqua ſcribere. & 175.a.Præ fletu & dolore. & 181.a.Præ ſolicitudine ac ſtomacho multa ſcribere non poſſum. pro Pl.280.a.Præ mœrore loqui non poſſum. pro Pl.265.b.Idem poſtea præ mandatis requiſitus.I.V.128.a.Præ cupiditate officij ſui rationem non habet. & 176.a. Præ lucro prædaq; nullius habere rationem.At.36.a.Præ multitudine:id eſt, propter multitudinem. Tuſc.170.b.Solem præ iaculorum multitudine non uidebitis,& ſagittarum umbra.At.95.a.Præ cura iocari non poteram.

Præ.ante,cum quadam comparatione. contra Rull. 85.b.Illi Romam præ ſua Capua irridebūt, illam copiam cum hac per riſum ac per iocum contēnent agros noſtros cum ſuis conferendos ſcilicet non putabunt.Off.61.b.Illa præclara in quibus utilitatis ſpecies præ honeſtate cōtemnitur.de Am.96.a.Qui in ipſa ſenectute præ cæteris floruiſſet.de Cl.191.b.Hegeſias uerò illos Atticos præ ſe penè agreſtes putat.At.138.a.Illa nihil fuerunt præ his de uictoria gratulationib. I.V.*.Ipſe conſul in hac cauſa præ me, minus etiā quā priuatus erit. I.V.140.a.Omnia pericula præ ſalute ſua leuia duxerūt.Ep.48.b.At contrà nobis non tu quidem uacuus moleſtijs,ſed præ nobis beatus. de Fin.122.b. Diuitiæ nec magnum bonum,& præ rectis honeſtisq; contemnendum. pro S.R.41.b.Hominem præ ſe neminem putare.& ad Her.30.b.Præ ſe neminem ducere hominem. I.V.116.b.Præ ſe alios pro nihilo ducere.l. Præ me fero.

Præſignificare.antè declarare.de D.97.b.

Præbeo,bes.impertio,adhibeo,exhibeo,præſto.de N. 49.a.Aer uitalem & ſalutarem ſpiritum præbet animantibus. & 76.a. Reguli corpus Pœnorum crudelitati eſt præbitū. de Cl.187.a.C.Coſconius eam uerborum copiā, ſi quam habebat,præbebat populo. pro Arch.188.a.Hæc ſtudia rebus aduerſis perfugium ac ſolatium præbent. At. 141.a.Vt quàm leniſsimum me præberem.& 228.b.Si duriorem te eius miſeræ & afflictæ fortunæ præbes. Q.Fr. 301.a.In literis mittendis,te nimiū inexorabilem præbuiſti. & 323.b.Animum præbeo ad illius perniciē moderatum.Off.9.a.Vti ſeruis ut mercenarijs ad operam exigendam,& iuſta præbenda.& 38.a.Socij ſpectatores ſe ocioſos præbuerunt Leuctricæ calamitatis. pro S.R.20.a. Te magnopere quæſo,ut qualē te antea P.R.præbuiſti,talem te nobis hoc tempore impertias. pro Cec.290.a.Qui & in re miſericordē ſe præbuit,& in teſtimonio religioſum. Ep.73.b.Teq; uirum præbeas.& 254.a Præbere ſe hominem in malis. & 129.b.Præbere ſe dignū ſuis maioribus. & 61.b.& 133.a.Præbere ſe æquum iudicem alicui. I.V. 241.a.Præbere ſe patientem atq; impigrum.& At.121.a Præbere ſe ſuperbum.& 168.b.Præbere ſe placabilem alicui.I.V.93.a.Verres in ciuitatibus ſociorum non legatum pop.Rom.ſed tyrannū præbuit. de Or.101.b. Præbere ſe miniſtrū alicui in aliqua re.Of.48.b.Præbere ſe moderatum in aliqua re.pro Pl.278.b.Præbere ſe gratū benemeritis. de D.9.b.Off.26.b.Appetitum rationi obedientem præbeamus.Q.Fr.309.b.Præbere ſponſalia genero.Antequam.194.b.Præbere aures uacuas.

Præbitor.oris.Of.44.a.Vt Macedones non te regem ſuum,ſed miniſtrum & præbitorem putent.

Præcaueo,es.antè caueo,declino,uito.pro S.37.b.Mala, quæ difficillimè præcauētur.de In.74.a.Aut niſi feciſſet,præcaueri potuiſſe.& Tuſ.201.b. Cū uidetur præcaueri potuiße,ſi prouiſum eſſet. de Fi.132.a. Quibus abeſt ad præcauendū intelligendi aſtutia.pro Plan.260.a.Prouidete antè, & præcauete. & Antequam.195.a. Præcauete, ne, &c. Attic. 22.b. A me ita præcautum atq; prouiſum eſt,&c. In V.221.b. Res mihi præuiſa atque præcauta eſt.

Præcellens,tis.excellens,præſtans.pro Cor.59.b.Vir & animo & uirtute præcellens. I.V.223.a.P.Scipio,uir omnibus rebus præcellentiſsimus.

Præcelſus,a,um.excelſus. I.V.225.a.Præcelſus atque editus locus.

Præcentio, onis.cantus qui aliquem uel aliquid præcedit. de Ar.248.b. Tui ſacerdotij ſunt thenſæ,curricula, præcentio,&c.

Præceps,pitis.inconſideratus,ruens,periculoſus,ſubitus.de Or.162.b.Sol ipſe iam præcipitans me hæc præcipitem penè euoluere coegit. Acad.17.b.Vt tamen in præcipitem locum non debeat ſe ſapiens committere. pro Flac. 166.a.Via præceps & lubrica.)(. Via plana & ſtabilis. de Ar.256.a. Ille demens, & iampridem ad pœnam exitumq; præceps.I.A.201.b.Homo amentiſsimus, atq; omnibus conſilijs præceps & deuius. & pro Mil.118.a. Aliquis præceps amentia.& I.V.260.a.Præceps amentia ferebare. ad Her.26.b.Vt eum præcipitem perturbetis ex ea ciuitate,quam,&c. I.P.94.b.Lubricum genus orationis,adoleſcenti non acriter intelligenti ſæpe præceps.Att. 145.b.Subitus diſceſſus & præceps profectio. I.V.215.b. Antiochus præceps ex prouincia exturbatus eſt. Attic. 36.a.Progreſſum præcipitem,inconſtantem reditum uidet. I.V.77.b. & pro Cl.54.a. Agunt eum præcipitem pœnæ ciuium Romanorum.pro Cecin.296.b.Si ſaxis aliquem de fundo præcipitem egeris.& 294.b.Aliquis manu demotus & actus præceps. de Am.113.a.Obſequium, quod,&c.amicum præcipitem ferri ſinit. Octa.330.a.O meam calamitoſam & præcipitem ſenectutem. pro Flac. 156.b.Homo uolubilis,præcipiti quadam celeritate dicendi.pro Dom.231.a. Nullo labore tuo præcipiti furori reſtitiſſem. de Orat.143.b.Propter tot tantos tamq; præcipites caſus.pro Plan.260.a.Sed ego cæcum me & præcipitem ferri confitear in cauſa,ſi,&c.de D.84.a.Præcipites cœli partes.

Præceptio, onis. præceptorum explicatio,doctrina. Off.2.a.Itaq; propria eſt ea præceptio Stoicorum. & de In.37.& de N.41.

Præceptor,oris.doctor. de Or.148.a.Neq; diſiuncti doctores,ſed ijdem erant uiuendi præceptores atq; dicendi.I.A.163.a.Hunc tu autorem & præceptorem omnium conſiliorum,totiusq; uitæ debuiſſes habere.Ep. 69.b.Hoc fortiorem me puto,quàm te ipſum præceptorem fortitudinis. de In.50.b. Artium liberalium magiſtri & uiuendi præceptores.

Præceptrix,cis.magiſtra.de Fin.58.a. Sapientia præceptrice in tranquillitate uiui poteſt.

Præceptum,pti.monitū, admonitio,inſtitutum, iuſſum,uia,ratio.Ep.70.a. Tuis monitis præceptiſq; omnis eſt abijciendus dolor.Or.207.a.& de Fin.126.b. Ariſtoteles tradidit plurima præcepta diſſerendi. de Or.91.b. Qui dicendi præcepta tradunt.Tuſcul.187.b.Dare præcepta de aliqua re.& de Or.115.b.Præcepta de re militari cuipiam dare. & 122. b. Philoſophi nulla dant præcepta dicendi.de Claris orat.189.a. Diſciplina Hermagoræ dat rationes certas & præcepta dicendi,quæ habent ordinem, & quaſdam errare in dicendo non patientes uias. & Or.110.a.Præcepta,& quaſi uias, quæ ad eloquentiā ferant,tradere. Off.1.a. Te abundare oportet præceptis inſtitutiſq; philoſophiæ.pro Fl.166.a.Huic puero uiuendi præcepta dabitis.Of.43.a.b.Etiam hoc præceptum officij diligenter tenendum eſt.de L.171.b.Neq; medicorum præcepta dici uerè poſſunt,ſi qua inſcij imperitiq; pro ſalutaribus mortifera conſcripſerint.



Præcerpo,pis.præripio. I.V.218.b. Non præcerpo fructum officij tui.

Præcertatio,onis. decertatio.ad Her.33.b.Mihi tecum præcertatio non eſt,ideo quod,&c.

Præcîdo,dis.incîdo,ſeco,amputo, perſeco, præcludo. l.Præciſus.I.V.253.b.Cleomenes anchoras præcîdi imperat.& Att.138.b.Naues præcidere aut incendere. de D. 87.a.Cotem nouacula poſſe præcîdi. Tuſc.239.a. Cinna collegæ ſui conſulis C.Octauij præcidi caput iuſsit. & de In.69.b.Præcidere manum alicui gladio. Off.24.b. Amicitiam magis decet ſenſim diſſuere,quàm repentè præcidere.pro Rab.96.a.Præcidere fiſtulas,quibus aqua ſuppeditatur alicui loco. Q.Fr.313.a.Tenedia libertas ſecuri tenedia præciſa eſt.ad Her.41.a. Præcidere & abſcindere ſermonem,ut hic qui,&c.nolo plura dicere. I.V.139.a.Iam tibi maximam partem defenſionis præcideris. & 80.a. Præcidere alicui ſpem faciendi aliquid. ad Her.41.a.Per abſciſsionē,ſi cum incipimus aliquid dicere,præcidimus. I.V.148.b. Præcidere ſibi ipſi licentiā libertatemq; uiuendi.& In Piſ.90.b. Is ſibi ipſe reditum præcidit.Acad. 33.b.Præcide, inquit, ſtatue aliquando quodlibet. Attic. 121.b. Nunquam reo cuiquam tam humili, tam nocenti, tam præciſè negaui, quàm hic mihi planè ſine ulla exceptione præcidit.

Præcino,nis præ nuncio,prædico.de Arch.248.a.Nouo aliquo motu magnum aliquid deos hominibus præmōſtrare & præcinere.Tuſ.210.a.Ex epulis magiſtratuum, fides præcinunt:id eſt,tibicines cum fidibus præeunt.

Præcipio, pis. præcepta do uel trado,præſentio,antecapio.pro Mur.124.b.& Off.42.b.Portu ſoluentibus ij, qui iam in portum ex alto inuehuntur,præcipere ſummo ſtudio ſolent,& tempeſtatum rationem & locorum. de Sen.82.b.Quod ſi exequi nequeas, poſsis tamen Scipioni præcipere et Lælio.de Or.96.a.Et de hoc uno minimè eſt facilè præcipere.& 113.a.Præcipere de eloquentia.Epiſt. 70.a.Nos erimus etiam in omni deſperatione fortes,ut tu tamen idem & hortaris & præcipis. & 9.a.Vt tu te mihi præcepiſti.

Præcipere.præſentire,antecapere. Off.16.b.Ingenij magni eſt præcipere cogitatione futura.I.A.256.b.Præcipias licet gaudia,omnes te dij oderunt.

Præcipitans,tis.ruens, cadens. pro Domo 221.a. Tuus præcipitans iam & debilitatus tribunatus. lege Præceps.

Præcipito,as.præcipitem ago,celeriter deſcendo, ruo. pro Cec.294.a.Qui ſe præcipitatos ex locis ſuperioribus dicerent.& de Fin.131.b.Si quando his ludentes minamur præcipitaturos,alicunde extimeſcunt. pro Dom.232.b. Præcipitari ex altiſsimo dignitatis gradu. Tuſcul.217.b. Vt ſi poſſe putet eum, qui ſe è Leucade præcipitauerit, ſuſtinere ſe cùm uelint. pro Mil.122.b.Vrgere iacentes, aut præcipitantes impellere, inhumanum eſt.de Nat.19. a. Præcipitare iſtuc quidem eſt,non deſcendere. de Orat. 160.a. In amni præcipitante numerum notare non poſſumus.de L. 170.b.Fibrenus ex eo loco præcipitat in Lirem. & de Somn.129.a. Loca ubi Nilus præcipitat ex altiſsimis montibus. pro Cluent.32.a. Præcipitantem igitur impellamus, & perditum proſternamus. Acad.17. b.Suſtinenda potius omnis aſſenſio,ne præcipitet, ſi temerè proceſſerit. Attic.48.a.Me certè ad exitum præcipitantem retinuiſſes. de Or.162.b. Sol iam præcipitans.& pro Syl.167.a.Reſp.præcipitans.& 184.a.Præcipitanti reip.ſubueni.

Præcipuè.potiſsimùm,uel maximè. Part.240.a. de Orat.87.b.Hæc una res in omni libero populo maximeq; in pacatis ciuitatibus præcipue ſemper floruit.cont.Rull. 78.a.Nihil ſibi appetit præcipue Pompeius,uult ſe in communi atq; eodem quo cæteri iure uiuere. pro Syl.183.a. Neq; ego nunc præcipuè de conſularibus diſputo, uniuerſi ſenatus communis eſt iſta laus. pro Rab.91.a.Labor in hoc defendendo præcipuè meus eſt:ſtudium uerò conſeruandi hominis,commune mihi uobiſcum eſſe debet.Ep.58. b. Nihil tibi præcipuè timendum eſt.Ep.218.b.Sed uereor ne quia complures tibi præcipue commendo,exæquare uidear ambitione quadam commendationes meas.Q.F.295. b.Nos iſti hominum generi præcipue debere uidemur. de Leg.179.a.Color albus præcipue decorus deo eſt. de Finibus 88.a. Ergo homini,qui cæteris animantibus præſtat,præcipuè à natura nihil datum eſſe dicemus? Ep.21. a. In mea ſalute præcipuè ſum ab illo adiutus. Epiſt.38.a. In quibus unum illud te præcipuè rogo, ut, &c. de D. 85.a. Ritè igitur ueteres, &c.Præcipuè ingenti coluerūt numine diuos. de Orat.122.a. Diligentia præcipuè colenda eſt nobis.& Ep.176.b.Vicetini M.Brutum præcipuè obſeruant.

Præcipuus,a,um.peculiaris,proprius.)(Communis. Epiſt.59.a. Attic.179.a. Tum communibus malis, tum præcipuis oppreſſus ſum. & pro Syl.169.a.Tum communibus, tum præcipuis patris tui periculis commouebatur. de Pro.69.a. Præcipuum illum & proprium ſenſum doloris mei à ſententia dicenda amouebo. pro Syl. 163.b. Quod mihi conſuli præcipuum fuit præter cæteros,id iam priuato cum cæteris eſt commune.pro Domo 215.a. An meæ partes in ea cauſa non præcipuæ fuerunt? pro Pomp.15.a.& pro Mil.116.b.Qui in hoc bello etiam præcipuo iure eſſe deberet. Epiſt.47.a.In communibus miſerijs præcipuo quodam dolore angi. de Finibus 71.b. Nam ſunt in animo præcipua quædam. Planc. Ep.149.a.Niſi in multitudine optimorum ciuium impetus animi mei fuerit ſingularis, & opera præcipua, nihil uolo,&c.Antequam.197.a.Cum præcipuum nobis obſidem ſui animi,ueſtram reliquerit libertatē. Off.3.b.Ingeneratq; in primis præcipuum quendam amorē in eos, qui procreati ſunt.pro Lig.141.b.Vt enim cætera paria ſint, &c.hoc certè præcipuum Tuberonis fuit, quod,&c. ad Att.247.a. Domus publico omni præcipuo & humano, & diuino iure munita.

Præciſè.breuiter.)(. Plenè, perfectè.de Natur.40.b. Prouidentia mundum adminiſtrari præciſè dicitur, plenè autem & perfectè, prouidentia deorum mundum adminiſtrari. Attic.121.b.Nunquam ego cuiquam, &c.tam præciſè negaui,quàm hic mihi plane ſine ulla exceptione præcidit.

Præciſio,onis.ornamentum quoddam. ad Her.33.b. Præciſio eſt,cum dictis quibuſdam, reliquū quod cœptum eſt dici,relinquitur audientium iudicio,&c. de Or.161.b.

Præciſus, ſa, ſum. diminutus, ereptus. At.282.b.Oppreſſa ab impijs ciuitas opitulandi poteſtate præciſa. de Or.111.a.Hic Catulus,Præciſa, inquit,mihi quidem dubi-

tatio

tatio eſt, quoniam, &c. & In Ver.181.b. Tibi præciſa defenſio eſt.

Præclarè. rectè, probè, optimè. In A.209.b. I. A.188. a. Præclare igitur facitis trib. pleb. qui, &c. Epiſt.52.a. Ego eum te eſſe, qui, &c. præclare memini. Ep.206.a. Et ſi non ſum neſcius, quæ tua poteſtas ſit, tibi negocium datum eſſe à C. Cæſare, non iudicium præclare intelligo. pro S.R. 24.b. Quod præclare à ſapientibus dicitur, uultu ſæpe læditur pietas. de Cl.169.b. Vir excellens præclare. Off.10. a. Viuitur cum iis, in quibus præclare agitur, ſi ſint ſimulachra uirtutis.

Præclarus, a, um. eximius, egregius, commemorãdus. Ep.7.b. Minimè miror te tuis præclaris operibus lætari. de Or.89.a. Multi erant præterea præclari in philoſophia, & nobiles. de Or.117.a. Genus dicendi magnificum atq; præclarum. & Or.198.a. Cum præclara quædam & magnifica didiciſſet. pro D.239.b. Præclara uoluntas atq; omni laude digna. de Or.95.b. Egregia quædam & præclara indoles. pro S.R.19.b. Opima atq; præclara præda. pro Seſt.23.a. Res præclara iuuentuti ad diſcendum. In Ver.74.a. O commemoranda iudicia, præclaramq; exiſtimationem noſtri ordinis. In A.192.a. Præclara & luculenta reclamatione ueſtra factum Martialium comprobauiſti. Off.14.a. Ea quæ eximia pleriſq; & præclara uidentur, parua ducere. pro S.R.40.b. Prædium præclarum et propinquum.

Præcludo. claudo, intercludo, præcido. Antequã. 193. b. Cum aditus cuſtodi patriæ præcluſus ſit. & ibi. Cum ciuibus præcluſa ſit expectatio incolumitatis. I.V.270.b. Omnem orbem terrarum ciuibus noſtris iſta defenſione præcluſeris. pro Pl.280.a. Nam maritimos exitus præcludebat hyemis magnitudo. Antequam.195.a. Animus præcluditur ad exponendam rei indignitatem. I.P.88. a. In perpetuum tibi curiam præcluſiſti. In V.139.b. Omnes tibi aditus miſericordiæ iudicum præcluſi ſunt.

Præco, onis. buccinator, prædicator. I.V.156. a. Si palàm præco iuſſu tuo prædicaſſet, non decumas frumenti, ſed dimidias uenire partes. pro Q.9.a. De quo homine præconis uox prædicat, & precium conficit huic, &c. & ibid. Alicuius uictum ueſtitumq; neceſſarium ſub præcone cum dedecore eſſe ſubiectum. Off.50.b. Haſtam in foro ponere, & bona ciuium uoci ſubijcere præconis. pro Fl.153. a. Citat præco maxima uoce legatos Aemonenſes. Of.63. a. Si domini iuſſu præco ita prædicet, domum peſtilentem uendo. contra Rul.66.a. Itaq; me non ſingulæ uoces præconum, ſed una uoce uniuerſus populus conſulem declarauit. pro Dom.223.b. Vt Cyprius rex cum omnibus bonis ſub præcone ſubijceretur. de N.77.a. Per præconem uendere aliquid. pro Seſt.16.a. Et præconi publico ſubijcere. ad Her.41.a. Illi præco faciebat audientiam. In V.124.a. Dicit unus & alter breuiter, nihil interrogatur, præco dixiſſe pronunciat. de Or.105.b. Iuriſconſultus præco actionum. pro Ar.190.a. O fortunate, inquit, adoleſcens, qui tuæ uirtutis Homerum præconem inueneris. Epiſt.69.a. Præcones ludorum gymnicorum. pro Plan.266.a. Granius præco.

Præcognoſco, ſcis. præſentio. Ep.153.a. Si latro præcognito noſtro aduentu rurſus in Italiam ſe recipere cœperit.

Præconium, nij. laus, ars præconis. pro Q.18.a. Cuius uox in præconio quæſtum præſtitit. & Epiſt.91.b. Facere præconium. At.207.a. Ligarianam præclarè uendidiſti, poſt hac quicquid ſcripſero tibi præconium deferam.



pro R.P.130.a. O meum miſerum & acerbum præconiũ. de Or.116.b. Stultitiæ ſuæ quàm plurimos teſtes domeſtico præconio colligere. pro Arch.189.b. Omnes mandari uerſibus æternum ſuorum laborum præconium facilè patiuntur. Ep.68.b. Vt mihi non ſolum præconium tributũ, ſed etiam graue teſtimoniũ impartitum clari hominis magniq; eſſe uideatur.

Præcordia, iorum. exta. Tuſc.152.b. Iram in pectore, cupiditatem ſubter præcordia locauit. & de N.47.b. Subter præcordia. de Fin.146.b. Annulus in præcordijs piſcis inuentus eſt. Tuſ.169.a. Cum iam in præcordijs conceptã mortem contineret. In A. Hunc tegit obſcurus ſubter præcordia ueſper.

Præcultus. antecultus, præparatus. Par.236.b.

Præcurrentia. primordia, præcurſio. de Or.124.a. Ex conſentaneis & præcurrentibus & repugnantibus. & Part.230.b. Vt primordia rerum, & quaſi præcurrentia in quibus ineſt aliquid argumenti.

Præcurro, ris. anteeo, ſupero. Acad.47.b. Neq; hoc quicquam eſt turpius, quàm cognitioni aſſertionem præcurrere. de Or.120.a. Auditio & cogitatio, quæ ſtudio & diligentia præcurrit ætatem. Or.214.a. Horum uterq; Iſocratem ætate præcurrit. Of.20.b. Efficiendum autem eſt, ut appetitus rationi obediant, eamq; neq; præcurrant, neque propter pigritiam aut ignauiam deſerant. At.164.b Vobis uerò illum tanto minorem præcurrere uix honeſtũ eſt. de Am.108.a. Ita præcurrit amicitia iudicium, etc. Q. de Pet 209.a. Vt homo iners hominem diligentem præcurrat, ſine magna negligentia fieri non poteſt. de D.104 b. Certis rebus certa ſigna præcurrunt. In C.122.b. Atque hæc non ut uos, qui mihi ſtudio penè præcurritis, excitarem, locutus ſum, ſed, &c. de Or.164.b. Cui quanquam faueo, tamen illum ætati ſuæ præſtare cupio, uobis uerò illũ tanto minorem præcurrere uix honeſtum eſt.

Præcurſio, onis. antceceßio. de Fat.149.a. Nõ fieri aſſenſiones ſine præcurſione uiſorum. Top.225.b. Præcurſio quædam: id eſt, prægreßio.

Præcurſor, oris. excurſor, prodromus. In V.257.b. Hunc in rebus capitalibus præcurſorem habebat & emiſſarium.

Præda, dæ. rapina. de Pro.74.b. Illum putabam retinere poſſe exercitum præda antè parta, &c. contra Rul. 77.b. Accumulat aurum ex præda, ex manubijs, ex coronario, &c. In V.174.a. Maximos quæſtus prædaſq; feciſſe. pro Dom.243.a. Præda conſulum ex meis fortunis crudeliß. capta. Ep.188.b. Spes prædæ & rapinarum. In Sal. 274.b. Prædæ loco magiſtratum accipere.

Prædator, oris. prædo. In C.108.b. Quos in eodem genere prædatorum direptorumq; pono.

Prædiator, oris. iuris prædiatorij peritus. pro Corn 64.a. Q. Scæuola cũ de iure prædiatorio conſuleretur, cõſultores ſuos nonnunquam ad Furium & Caſſelium prædiatores reijciebat. Att.190.b. & 189.b. Apuleius prædiator liberalis.

Prædiatorius, a, um. quod ad prædia poſſeßionesq; pertinet. pro Cor.64.a. Cum Q. Mutius de iure prædiatorio conſuleretur, &c. id eſt, de iure poſſeßionum.

Prædicabilis, le. prædicandus, gloriandus, præ ſe ferendus. Tuſ.238.a. Nec in miſera uita quicquam eſt prædicabile aut gloriandum.

Prædicandus, a, um. Tuſ.238.a. Si beata uita glorianda & prædicanda, & præ ſe ferenda eſt.

Prædicatio, onis. celebratio, commemoratio. pro Ar. 190.b.



190.b. Philoſophi in eo ipſo in quo prædicationem nobilitatemq; fugiunt, prædicari de ſe ac nominari uolunt. At. 149.a. Tua prædicatione factum eſt, ut tantum ei debere uidereris. de Ar.247.a. Nec uereor ne hæc mea ueſtrorũ beneficiorum prædicatio non grata potius quàm arrogãs uideatur. Q. Fr.298.a. Si in mediocri ſtatu ſermonis ac prædicationis res tuæ eſſent, nihil abs te eximium poſtularetur. contra Rul.75.b. Quæ prædicatio præconi acerba futura eſt. pro Dom.218.b. Prædicatio de laude alicuius. I.V.179.a. Prædicatio nefariæ ſocietatis.

Prædicator, oris. laudator, præco, buccinator. Ep.11. a. Te ipſo prædicatore ac teſte. & pro Cor.55.b. Qui uolunt me eſſe ſui facti & prædicatorem & autorem.

Prædico, as. canto, decanto, celebro, commemoro, glorior, perſono. de Or.108.b. Erantq; multi, qui libenter id quod dixi, de illis oratoribus prædicarent. I.P.79.b. Mihi iſta licet de me uera cũ gloria prædicare. I.A.237.b. Multa & honoratè & honorificè & grauiter de aliquo prædicare. pro Arch.189.b. Themiſtocles dixit ſe eius uocem libẽtißimè audire, à quo ſua uirtus optimè prædicaretur. & 190.a. Noſtra ſæpe feretur & prædicabitur. & ibid.b Omnes prædicari de ſe & nominari uolunt. pro Dom. 231.b. De ſeipſo glorioſius prædicare. & ibidem: Nunquã de me niſi coactus ac neceſſariò dixi. & Ep.70.a. Ignoſces mihi de me ipſo aliquid prædicanti. pro Q.R.48.a. De hoc ut exiſtimabas, prædicabas. Ep.69.a. Ne ipſi ſua uoce ſe uictores eſſe prædicent. de Ar.255.a. In ipſum Pompeium autorem (ut prædicare eſt ſolitus) conſiliorum ſuorũ inuehi cœpit. I.C.102.a. Mihi inimico, ut prædicas, tuo. de Orat.136.a. Ego de te oratore ſic prædico, unum te eſſe, &c. pro Planc.269.b. Auus tuus P. Naſica tibi ædilitiam prædicaret repulſam. pro Quint.9.a. De quo homine præconis uox prædicat, &c. de Opt.244.b. Atque ita prædicaretur, cum donari uirtutis ergò. In Ver.156. a. Si palàm præco iuſſu tuo prædicaſſet. & Attic.143. a. Prædicat enim palàm. Tuſ.213.b. Dici de quodam, uel de quibuſdam.

Prædico, cis. ex præ & dico, ante dico, cano, præcino, moneo, prænuncio, præſignifico, teſtificor, antè prædico, portendo, oraculum edo, præmonſtro. I.C.99.a. Quos ego iam multis ac ſummis uiris ad me uenturos id temporis eſſe prædixeram. de Ar.248.a. Aruſpices bellum non obſcurè nobis paulo antè prædixerunt Ar.256.a.b. Cum dij immortales monent de optimatium diſcordijs, de clarißimorum ciuium diſſenſione prædicunt, cum principibus cædem portendunt, in tuto collocant Clodium. de D. 80.a. Intelligere & prædicare futura. de D.126.b. Scylax totum Chaldaicum prædicendi genus repudiauit. de D. 111.b. Solis defectiones prædicuntur in multos annos. & de N.57.a. Defectiones ſolis & lunæ cognitæ prædictæq; in omne poſterum tempus. de Ar.250.b. Id totum in iſtius ludis prædictũ atq; reſponſum eſt. I.V.73.a. Moneo, prædico, antè denuncio. Ep.83.b. Nihil aduerſi accidit nõ prædicente me.

Prædictio, onis. prædictum, diuinatio, ſignificatio, uaticinatio, præſenſio. Ep.83.b. Quare quando ut augures & aſtrologi ſolent, ego quoq; augur publicus ex meis ſuperioribus prædictis conſtitui apud te autoritatem augurij & diuinationis meæ, debet habere fidem noſtra prædictio. de D.119.b. Omnis enim prædictio mali tum probatur, cùm ad prædictionem cautio adhibetur. de D.100.a. Quis rex unquam fuit, qui non uteretur prædictione diuina. & 126.b. Prædictio & notatio cuiuſq; uitæ ex natali



die. & 84.b. Ariolorum & uatum furibundæ prædictiones. de Nat.27.a. Prædictiones & præſentiones rerum futurarum. de Ar.248.a. Fatorum ueteres prædictiones Apollinis uatum.

Prædictum, cti. prædictio. de D.126.b. Panætius, qui aſtrologorum prædicta reiecit. & ibid. & 129.a. Qui hæc Chaldæorum natalitia prædicta defendunt. de Leg.175.b. Ad deos placandos alij ſacerdotes conſtituti, ad interpretanda alij prædicta uatum.

Prædictus, a, um. pro Dom.237.b. Si omnia ueteribus & prædictis inſtitutis acta eſſe dicerem.

Prædiolum, li. de Or.151.b. Att.252.b. Prædiola noſtra bellè ædificata, & ſatis amœna.

Prædiſco, ſcis. de Or.97.a. Quæ in foro agenda ſunt exercitatione quaſi ludicra prædiſcere & meditari.

Præditus, a, um. cumulatus, ornatus, decoratus, inſtructus, armatus, affectus, auctus, amplificatus, confectus, perditus, contaminatus, inuro. pro Cæl.42.a. Adoleſcens rectißimis ſtudijs atq; optimis artibus præditus. & I.A.169 a. Adoleſcens ſumma ſpe & animi & ingenij præditus. pro Pomp.13.b. Vir ſummis ornamentis honoris, fortunæ, uirtutis, ingenij præditus Q. Hortenſius. & 17.a. C. Curio ſummis ueſtris beneficijs maximiſq; rebus geſtis, ſummo ingenio & prudentia præditus. pro Clu.28.a. Homo ſumma religione & autoritate præditus. pro S.R.44. a. Homo ſapiens & iſta autoritate & poteſtate præditus, qua tu es. pro Mil.165.b. Homo ſapiens & alta quadam mente præditus. de Or.85.b. Summi homines, & ſummis ingenijs præditi. de Am.110.a. Venandi uel pilæ ſtudio præditus. de Vn.200.b. Siderum errores multitudine infinita, uarietate admirabili præditi. pro Cl.35.a. Vir magna prudentia & exercitatione præditus. & contra Rul. 84.a. Homines diuina mente & conſilio præditi. pro Fl. 146.a. Adoleſcens optima ſpe præditus, ſummæ dignitatis. pro Dom.221.a. Vir ſingulari uirtute, conſtantia, grauitate præditus. & Ep.47.a. Sapientia præditus propè ſingulari. pro Arch.187.b. Aliquis ſumma ingenij præditus gloria. & ibidem. Homo mediocris & aut nulla, aut humili aliqua arte præditus. & pro Cluent.24.b. Vir arte quadam præditus, &c. & Epiſt.179.b. Ornatus optimis artibus. Orat.199.a. Sed tamen eos ſtudio optimo, iudicio minus firmo præditos docere non alienum eſt. I.V.78.b. Homo omnibus ornamentis præditus. Tuſcul. 162.a. Mens eſt motu prædita ſempiterno. de In.58.b. Perſpicuo & grandi uitio præditum poſuimus exemplum. Tuſcul.236.a. Non ut paruo metu præditus ſit, ſed ut nullo. I.V.65.b. In me homine paruis opibus & facultatibus prædito. & 161.a. Homo illa autoritate & ætate præditus. & de In.79.b. Certa ætate præditus. I.V. 220.b. Vir ſummo magiſtratu præditus. pro Dom.235.a. Vir ſumma poteſtate præditus. & ibidem. Singulari bonitate & modeſtia præditus. Attic.119.b. Aliquis præditus amplißimo ſacerdotio. In Ver.257.b. Cum eum uideres illa autoritate & miſeria præditum. In Verr.129.b. Amentia præditus atque audacia. de In.62.a. Puer præditus magna dignitate. & In Verr.58.a. Præditus magna ſpe. In Verr.56.a. Homo ſingulari cupiditate, audacia, ſcelere præditus. pro Sext.Roſc.43.b. Is non ſatis habet auaritiam ſuam pecunia explere, niſi etiam crudelitate ſanguinis præditus ſit. pro Flac.147.a. Præditus leuitate, egeſtate, perfidia, audacia. de Natur.5.b. Mundus animo & ſenſibus præditus. & 24.b. Imagines diuinitate præditæ. & 60.a. Deos membris humanis eſſe præditos.

pro Sex.Roſ.22.a.Aliquis miſer,luctu præditus. ad Her.14.b.Mortuum deformatum,tumore præditum, decoloratum corpore conſtat eſſe. de In.76.a.Quidam neque eo nomine,neque numero præditi,ut digni ſint, qui, &c.

Prædium,dij.fundus,poſſeßio,regnum. Epiſt.106.a.207.a.A M.Laberio C. Albinus prædia in æſtimationem acceperat,quæ prædia Laberius emerat à Cæſare. At.113 b.Scripſi me tamen in prædijs meis eſſe.In V.193.a. Vrbana prædia.& pro S.R.25.a.Prædia ruſtica. In V.105.a. In bonis prædibus prædijsq; uendendis.At.252.b.Prædiola noſtra bellè ædificata,et ſatis amœna.At.171.a.In quos ſumptus abeunt fructus prædiorum?& 247.b. Mercedes dotalium prædiorum.pro S.R.25.a.Tot prædia, tam pulchra,tam fructuoſa pater filio ſuo colenda ac tuenda tradiderat.

Prædo,onis.prædator,pirata.Tuſ.189.b. Si cui nauiganti,quem prædones inſequantur, deus dixerit, eijce te de naui.In V.168.b.& ad Her.12.a. Vrbes piratis prædonibusq; patefactæ. de Nat.76.b.Plures captiuos acerbè quàm prædones necari. de Or.143.a. Nefarius prædo. pro Dom.141.b.Omnium temporum atq; tectorum, totiusq; urbis prædo.

Prædor,aris.prædam facio.I.V.103.a.Verres omnibus in rebus apertißimè prædatus eſt.& 189.a.Tuus apparitor de aratorum bonis prædabitur? In An.193.a. Sed ſpes rapiendi atque prædandi cæcat animos eorum. Offic.66.a.Nemo id agere debet, ut ex alterius prædetur inſcitia.

Præeo,is.anteire. pro Dom.240.a. Adeſte, ut mihi præeatis poſtemq; teneatis. de Fin.138.b.Ad quorũ uſum iam corroborati natura ipſa præeunte deducimur. pro Mil.102.a. Qui heſterna etiam concione incitati ſunt, ut uobis uoce præirent,quod iudicaretis.

Præfari.præloqui. de D.101.a. Antiqui omnibus rebus agendis,quod bonum fauſtumq; eſſet,&c.præfabantur. Ep.140.b.Nos autem ridiculè ſi dicimus,ille patrem ſtrangulauit,honorem non præfamur:ſin de Aurelia aliquid,aut Lolia,honos præfandus eſt. & de Fin.71.a.Cætera addit, quæ ſi appelles, honos præfandus ſit. de Vn.201.b.Quæ de deorum natura, &c.præfati ſumus, hunc habeant terminum.

Præfatio,onis.exordiũ.I.V.190.b.Quæ porrò præfatio tuæ donationis fuit?

Præfectura,ræ.ea erat Romanis (ut Feſtus ait)in qua & ius dicebatur,& nundinæ agebantur:& erat quædam reſpub.niſi quod legibus à Romanis in ſingulas præfecturas,præfecti mittebantur quotannis,qui ius dicerent. pro Pl.262.b. Tu es è municipio antiquißimo Tuſculano, hic eſt è præfectura Atinati,non tã priſca.& pro Rab.95.a. Omnis præfectura,regio,uicinitas noſtra. At.82.b.Præfecturam petiuit,negaui.de N.27.a.Cum P.Vacienus è præfectura Reatina rediret.Att.85.a.Dare præfecturam alicui,& deferre præfecturam alicui.

Præfectus, cti.præpoſitus,quicunq; alicui rei uel negocio præfectus eſt. I.P.98.a.Cũ hyberna legato præfectoq; tradidiſſes,euertiſti miſeras ciuitates. At.70.b.De quinq; præfectis quid Pompeius facturus ſit,faciam ut ſcias.In V.254.a.Dux præfectusq; claßis. & 255.a.Cleomenes præpoſitus imperio. & 63.b. Quidam præfectus Antonij. & de Clar.179.b. pro Clu.44.a.Cenſor præfectus moribus.Ep.135.a.Noſter hic præfectus moribus. Poſt.207.a.His utitur quaſi præfectis libidinum ſuarum. pro Mar.



132.a. Nihil tibi ex iſta laude centurio, nihil præfectus decerpit.

de Or. 118.b. Attici in eo genere præter cæteros excellũt. pro S. R.18.b. Quæ me res igitur præter cæteros impulit ut, &c. de Or.152.b. Guſtatus dulcitudine præter cæteros ſenſus cõmouetur. de D.82.a. Nihil de diuinatione habeo, quod præter cæteros ipſe ſentiã. I.V. 217.b. Segeſteis præter cæteros imponebat, aliquanto amplius quàm ferre poſſent. Att.111.b. Mulieres noſtræ præter cæteras Romæ remanſerunt. de D.100.b. Lacus Albanus præter modum creuit. Off.40.b. Præter modũ exterreri. Tuſ. 2148. b. Ariſtides expulſus eſt patria, quod præter modum iuſtus eſſet. ad Her.23.b. In ſuperioribus libris nihil neq; ante rem, neq; præter rem locuti ſumus. de Ar.245.b. In quo cum alijs multis etiam illud eſt, loca ſacra, &c. In V.191. a. Serui præter oculos Lolli hæc omnia ferebant: id eſt, ante oculos. At.10.b. Quod tam præter opinionem omnium factum ſit. Q.Fr.298.b. Quod ſi, ut ampliſsimum nomen cõſequeremur, unus præter cæteros adiuuiſti, certè idem, ut id retineamus, præter cæteros elaborabis.

Præterea. etiam, tum etiam, tum præterea, adhæc, porrò, inſuper, quin, alius. Ep.144.b. Nam & in omni genere prudentiam tuam mihi expoſuit, & præterea mihi nõ ignotam in conſuetudine ſuauitatem tuam adiunxit, præterea ſummam erga ſe liberalitatem, quæ omnia, &c. I.C. 222.b. Præterea de ueſtra uita, &c. hodierno die iudicandum eſt. Item. Idibus actionem Larini uideo & biduũ præterea. de Or.88.b. & ad Brut.90. b. Quas cum recitauiſſem, cecidit Seruilius, multi præterea. pro Cor. 60. b. Sed nos poſſumus & huius eſſe ciuitatis, & cuiuſuis præterea. pro Cl.22.b. Se & alios præterea tres factos eſſe dixit. de Or.98. a. Nihil ne uobis in mentẽ uenit, quod præterea à Craſſo requiratis. I.A.236. a. Expedito nobis homine opus eſt, & eo qui imperiũ legitimũ habeat, qui præterea autoritatem, nomen, &c. I.A.197.a. Nam Lyſiadem nouimus, eſt enim Phædri philoſophi nobilis filius, homo præterea feſtiuus. pro Plan.272.b. Populus Romanus diligit magiſtratus, in quibus ſi qua præterea eſt ars, facilè patitur, ſin minus, &c. I. A.154.a. Addebant præterea remp. conuenturam Cal. Sex. Ep.191.a. & 144.b. Præterea mihi promiſit Panſa, ſe daturum operam, &c. Ep.203.b. Ipſum præterea ſumma obſeruantia tibi in perpetuum deuincies. de N.59.a. Multos præterea & noſtra ciuitas & Græcia tulit ſingulares uiros. & 59.b. Multa præterea oſtentis, multa in extis admonentur, multiq; alijs rebus. At. 94.a. Diſceſſus noſter, belli periculum, militum improbitas, ſexcenta præterea alia. At.94.a. Illud præterea μυστικώτερον ad te ſcribam, tu ſagacius odorabere. Q.Fr.295. b. Præter communem fidem quæ omnibus debetur, præterea nos iſti hominum generi præcipuè debere uidemus. I.A.135.a. & pro Pom.4.b. Hunc unum ab hoſtibus metui, præterea neminem.

Prætereo, ris. relinquo, miſſum facio, prætermitto, omitto, in præteritis relinquo, abeo, effluo. de Fin.124.a. Sũ multum equidem cum Phædro in Epicuri hortis, quos modò præteribamus. & de Cl.182. b. Si præteriens aſpexerit. & ib. uno aſpectu & præteriens iudicat. Ep.36.b. Sed prima duo capita epiſtolæ tuæ tacita mihi quodammodo prætereunda ſunt. de Pro.70.a. Cædes relinquo, libidines prætereo, ne hæc quidẽ idcirco omitto, quod, &c. & pro Cec. 304. b. Tametſi de hoc iudicio multa prætereo, tamen, &c. I.V.170.b. & 188.b. Hæc nunc prætereo ac relinquo. & pro Q.2. b. Vt illud prætercam & miſſum faciam, præteribo. I.V.107.b. Non prætereundum eſt, ne id quidem. At.93.a. Et quod penè præterijt. Bruti tua cauſa feci omnia. & I.V.126.a. Et quod penè præterij, capella quædam. I.V.62.b. Quaſi præteriens ſatis faciam uniuerſis. Ep.9.a. Sed te non præterit quàm ſit difficile: id eſt, te non fugit. pro Cl.21. a. Nam illud me non præterit, in iudicio. pro Cec.304.a.b. Certè quæri hoc ſolere me nõ præterit, quemadmodũ, &c. & b. Nõ me præterit, me, &c. I. A.168.a. Is fratris filiũ præterijt: id eſt, nihil ei in teſtamẽto reliquit. pro Pl.169. Quos omnes ſcimus ædilitate præteritos, conſules eſſe factos. 260.a. Populus ſolet nonnunquam dignos præterire. Tuſ.238.b. Cum bonis ſuffragijs præteritus, & à uano populo repulſam fert. At.17.b. Atque illud nõ queo præterire. de Cl.90.a. Nec uerò M. Cælium prætereundum arbitror. In Sal. 272. a. Qui neq; ab alio uinci poteſt, neq; ipſe ſe reliqua ætate præterire.

Præteritus, a, um. anteactus, tranſactus. de D.93.b. Animus ſeparatus à corpore meminit præteritorũ, præſentia cernit, futura prouidet. de Sen.93.a.b. Memoria præteritorum, futurorum prudentia. de Fat.143.a. Nec in falſum è uero præterita poſſunt conuerti. de Sen.91.b. Præteritum tempus nunquam reuertitur, nec quid ſequatur ſciri poteſt. de Sen.78.a. Præterita ætas, quamuis longa cum effluxit, non poteſt, &c. & 91. b. Cùm enim aduenerit, tunc illud quod præterijt, effluxit. I.P.92.a. Præterita mutare nõ poſſumus. Ac.12.a. Quæq; ab his dicuntur ſic perſequamur, ut nihil in præteritis relinquamus. pro Ar.185. b. Quoad longiſsimè poteſt mẽs mea reſpicere ſpatiũ præteriti temporis. pro Syl.182.a. & pro Mur.131.b. Quo in loco nobis uita antea acta proderit.

Præterfluo, is. elabor, prætergredior. Tuſ.247.a. Animus præſentem uoluptatẽ percipit pariter cum corpore, & proſpicit uenientẽ, nec præteritam præterfluere ſinit.

Prætergredior, ris. præterlabor. Ep.35.b. Te iam caſtra prætergreſſum eſſe, &c.

Præterlabor, ris. præteruolo, effluo. de Or.118.b. Definitio enim antè præterlabitur, quàm percepta eſt.

Prætermiſsio, onis. Top.223.a. Formæ igitur ſunt hæ, in quas genus ſine ullius prætermiſsione diuiditur.

Prætermitto, tis. prætereo, relinquo. Q.Fr.323.a. De aqua & uia nihil prætermiſi quadam epiſtola, quin ad te enucleatè ſcriberem. & I.A.165. a. Ego nihil prætermiſi quantum eniti potui, quin Pompeiũ à Cæſaris coniunctione auocarem. Off.54.a. Qui negant illũ locum à Panætio prætermiſſum, ſed conſultò relictum, &c. Ep.197.b. Nullum locum prætermitto laudandi tui. Ep.10.a. Quæ prætermitti ſine nefario ſcelere non poſſunt. de N.67.a. Temperantia conſtat ex prætermittendis uoluptatibus. Ep.5. b. Nos tamẽ nihil quod ad eam rem pertinet prætermittimus. de Or. 120.a. Si quid ab Antonio prætermiſſum aut relictum ſit. Ep.8. b. Neq; ullum officium erga te hominis amantiſsimi prætermiſit. Ep.73.a. Ne hoc quidẽ prætermittendum eſſe duxi, te ut hortarer, ut, &c. At.93.b. Hæc te igitur ſcire uolui, ne illud quidem prætermittam, Hortenſius, &c. & Q.Fr.312.a. Non prætermittam, nè illud quidem, te, &c. At.150.b. Ego nullum diem prætermitto. At.174.b. Exitus illius minuit eius officij prætermiſsi reprehenſionem, &c. Item. Prætermittendæ autem defenſionis, deſerendiq; officij plures ſolent eſſe cauſæ.

Prætermodum. extra modum, ultra quàm ſatis eſt, nimium. Off.40.b. Dolorum cùm admouentur faces, præter modum pleriq; exterrentur. l. Præter.

Præterquam. niſi. I.C.116.b. Quibus pro tantis rebus nullum præmium poſtulo præterquam huius diei ueſtram memoriam ſempiternam. de D.123.a. Iuno Moneta, à qua



præterquam de ſue plena, quid unquam moniti fuimus? Ep.35.a. Nulla ijs præterquam ad te dedi literas.

Præterquam quod. de D.D.114.a. At id præterquam quod fieri non potuit, ne fingi quidem poteſt. pro Dom. 223.b. Hoc nihil aliud quàm bonorum meorum direptio, præterquam quod ne id quidem per legem Liciniam facere potuiſti. Ep.180.a. Neq; quod diſpliceat comittam, præterquam quod hominis mihi coniunctiſsimi doleo grauem caſum. Epiſt.144.a. Et præterquam quod reip. conſulere debemus, tamen tuæ dignitati ita fauemus, ut, &c. de Fin. 139. b. Hoc autem loco tantum explicemus, hæc honeſta quæ dico, præterquam quod noſmet ipſos diligamus, præterea ſuapte natura per ſe eſſe expetenda. Att.151.b. Præterquam quod arbitror, &c. præterea te ipſum, &c. Q. Fr.315. a. Ego me in Cumano, præterquam quod ſine te, ſatis commodè oblectabar.

Præteruectio, onis. uectio. I.V.271.a. Præteruectione omnium, qui ultrò citroq; nauigant.

Præteruehо, his. prætereo, prætergredior. I. A.211.a. Quoniam periculoſiſsimum locum ſilentio ſum præteruectus. & pro Cæl.48.a. Emerſi iam è uadis, & ſcopulos præteruecta eſt oratio mea. pro Cor.55.b. Oratio quæ nõ præteruecta eſt aures ueſtras, ſed in animis omnium penitus inſedit. I.V.253.a. Quamdiu claſsis conuiuium eius flagitioſiſsimum præteruecta eſt. & 255. b. Inſulam totam præteruectus eſt. de Finib.136.b. Sirenes uocum ſuauitate reuocare eos ſolitæ, qui præteruehebantur.

Præteruolo, as. præterfluo. de Or. 164. b. Sententiæ ſæpe acutæ, non acutorum hominũ ſenſus præteruolant. & Or.216.a. Fugit eos & præteruolat numerus. de Fin. 143.a. Illud à te nimium feſtinanter dictum eſt, neſcio quo modo præteruolauit oratio. Ac.11.b. Hæc duo propoſita non præteruolant, ſed ita dilatant, &c. In Ar. Quem rutila fulgens pluma præteruolat auis.

Prætexo, xis. prætendo. de Or.138. a. Sic omnia, quæ fiunt, quæq; aguntur, acerrimè lenioribus principijs natura prætexuit. de D.131.b. Atqui in Sibyllinis ex primo uerſu cuiuſq; ſententiæ, primis literis illius ſententiæ carmen ordine prætexitur. I.P.91.b. Nemo poteſt exercitum apertè petere, ut non prætexat cupiditatem triumphi.

Prætexta, tæ. toga prætexta. ueſtis erat nobilium tam uirorum quàm mulierũ, cuius limbus & oræ erant purpureæ, idcircò prætexta appellata. Hanc, et ſi magiſtratuum etiam eſſet, tamen potiſsimum pueri, uſq; ad annum decimumſeptimum utebantur, quo tempore togam puram uirilemq; ſumebant: puellæ donec nuberent. Poſt. 206. b. Cõſul unguentis oblitus cum toga prætexta, quam omnes prætores ædileſq; tum abiecerant, irriſit ſqualorem ueſtrum. & I. V.243.a. Aediles cum toga prætexta & ſella curuli. de Am. 102.b. Pueri togam ſumentes, prætextam deponebant. I.V.99.a. Eripies igitur pupillæ togam prætextã. I.V.107.a. Pupillus cum toga prætexta, ſine bulla. & Q.313.b. Toga prætexta. I. C.105. a. Tongillum mihi eduxit, quam amare in prætexta calumnia cœperat.

Prætextatus, a, um. qui nundum uirilem togam ſumpſiſſet. I.A.169.a. Tenes ne memoria prætextatũ te decoxiſſe? & Q.313.b. I.P.81.a. Tu S. Clodium, qui nunquã antea prætextatus fuiſſet, ludos facere, & prætextatum uolitare paſſus es. Att.88. b. Magnus enim prætextatus illo die fuit. pro Mur.126.b. Prætextati triumphantium filij. & I.V.106.b. Pupillus prætextatus.

Prætor, oris. qui cum imperio prætorio eſt, Quæſitor. At.148.b. Prætores ius dicunt, ædiles ludos parant. pro Mur.134.a. Sapiens prætor offenſionem uitat æqualitate decernendi, beneuolentiam adiungit lenitate audiẽdi. pro Cl.42.b. Prætores urbani, qui iurati debent optimũ quenque in ſe lectos iudices referre. pro Cec.291.b. Prætor qui dies totos aut uim fieri uetat, aut reſtitui factum iubet, qui de foſsis, de cloacis, de minimis aquarum itinerumq; cõtrouerſijs interdicit. pro Pom. 4.a. Prætor primus centurijs cunctis renũciatus ſum. pro Fl.147.b. Iuſtiſsimus prætor. Item. Iuris diſceptator, qui priuata iudicet, iudicari ue iubeat. de L.185.b. Prætor eſto, quotcunq; Senatus creuerit populus ue iuſſerit, tot ſunto. pro R.P.124.a. Accuſaui de pecunijs repetundis, iudex ſedi, prætor quæſiui.

Prætorium, rij. domus uel tabernaculum prætoris, ut quæſtorium quæſtoris, domus prætoria. de D.95. b. Cum Sylla in agro Nolano immolaret ante prætorium. I. V. 214.b. Imperat ſuis, ut candelabrum illud in prætorium deferrent.

Prætorius, a, um. I. V.265.b. Onera & merces in prætoriam domum deferebantur. de D.94. b. Cùm C. Coponius prætorio imperio claſsi Rhodiæ præeſſet. Cæl. Epiſt. 118.a. Prouinciæ, quas prætorij pro prætore obtinerent. At.256.a. Conſulares & prætorij uiri. & Poſt.201.b. Vir Prætorius. Off.7.a. Quæ quidem pleraque iure prætorio liberantur. I.C.109.b. Cohors Prætoria.

Prætura, ræ. prætoris munus. pro Fl.147. a. Præturæ iuriſdictio res uaria & multiplex ad ſuſpiciones & ſimultates. pro Mur. 136. b. & 127.b. & I. V.59.a. Prætura Murenæ probata in iure, grata in munere, ornata in prouincia.

Præuaricatio, onis. Par. 241. a. Præuaricationem accuſator eſſe definiat, omnem iudicij corruptelam ab reo: defenſor autem non omnem, ſed tantummodo accuſatoris corruptelã ab reo. & ib. Verus accuſator, cui contrarium eſt nomen præuaricationis. pro Cæl. 42.a. At præuaricatione eſt Aſcitius liberatus. & Ep. 117.a. Dicere cauſam præuaricationis. Item. At ego id ipſum quod Diogenes Chaldæis quaſi quadam præuaricatione concedit, nego poſſe intelligi. Quint. Fr.317.a. Druſus erat præuaricatione à tribunis ærarijs abſolutus.

Præuaricator, oris. accuſator, ab reo pecunia corruptus. Part. 241. a. Præuaricationis nomen ſignificat eum, qui in contrarijs cauſis quaſi uariè eſſe poſitus uideatur. I.V.4.a. Virum te perfidioſum an præuaricatorem exiſtimari mauis? Cæl. Ep.121.b. Præuaricator cauſæ publicæ. I.P.84.b. & I.V.64.a. Piſo præuaricator Catilinæ quondam, nunc ultor. I.A.165.b. Vereor ne mihi præuaricatorem appoſuiſſe uidear, qui me non ſolum meis laudibus ornaret, ſed etiam honoraret alienis.

Præuaricor, ris. colludo. I. V.120.b. & pro Cl.29.b. Hoc quanquam ſedulò faciebat, tamen interdum non defendere, ſed præuaricari accuſationi uidebatur. de Ar. 253.b. Clodius à Catilina pecuniam accepit, ut turpiſsimè præuaricaretur. At.65.a. Quem fremunt omnes præuaricatum, &c.

Præuenio, nis. præripio, antefero. de Off. 59. a. Hæc Panæcius credo perſecutus fuiſſet, niſi aliquis caſus aut occupatio conſilium eius præueniſſet.

Præuerto, tis. anteuerto, præuenio. de D.82.a. Ita tamen ſi uacas animo, neq; habes aliquid quod huic ſermoni præuertendum putes. pro Syl.175. b. Nemo unquam me tenuiſsima ſuſpicione perſtrinxit, quem nõ præuerterim.

Præuideo, des. proſpicio, animo proſpicio, cogitatione præcipio, præſentio, præcaueo. de N.58.b. Multa augures

res præuident. & I.V.239.b. Præuideo quod ſit defenſurus Hortenſius. de D.96.a. Ita futura eloquentia præuiſa in infante eſt. I.V.221.b. Res mihi tota præuiſa atq; præcauta eſt. de Som.130.b. Animus præuidet, &c.

Præuolo, as. de N.51.a. Grues in tergo præuolantium colla, & capita reponunt.

Pragmaticus, a, um. expertus, in agendo uerſatus. At.35.a. Pragmatici homines cauere iubent, & uetant credere. & 223.a. Tu ſi quid pragmaticum habes, ſcribe. de Or.107.a. Itaque illi, &c. & qui pragmatici nominantur. de Or.101.b. Quidam miniſtros ſe præbent in iudicijs oratoribus ijs qui apud Græcos πραγματικοὶ uocantur.

Prandeo, des, prandi, & pranſus ſum. Ep.199.a. Itaque ſcito Caninio conſule neminem prandiſſe. & At.68.a. Sed prandimus in arcano. pro Cl.53.a. Cùm in eius nuptijs more Larinatium multitudo hominum pranderet, uenenum Habiti conſilio paratum.

Prandium, dij. I.V.86.a. Quid ego iſtius prandia & cœnas commemorem? & I.A.179.b. Quid prandiorum apparatus proferã? At.68.b. Anteceſſerat Statius ut prandium nobis præberet. pro Cl.53.a. Dico illum cum ad illud prandium crudior ueniſſet, & ut ætas illa fert, ſibi tum nõ peperciſſet, ægrotaſſe. pro Mur.140.a. Si gladiatoribus uulgò locus tributim, & item prandia ſi uulgò eſſent data. pro Mur.141.a. At ſpectacula ſunt tributim data, & ad prandium uulgò uocati, & ib. b. Ad prandium inuitare. Off.45.a. Vt Oreſti nuper prandia in ſemitis decimæ nomine, magno honore fuerunt.

Pranſus, a, um. pro Mil.112.a. Adde inſcitiam pranſi, poti, oſcitantis ducis.

Pratum, ti. pratorum uiriditas. de Sen.89.a. & 88.a.

Pratulum, li. de Cl.167.a. In pratulo. Q.Fr.318.b. Iugera L. prati Cœſius rigaturum facilè te arbitrabatur. & pro Dom.233.b. & ad Att.188.a.

Prauè. de Finib.70.a. Ille porrò malè, prauè, nequiter, &c. Acad.45.b. Zeno rectè facta in bonis actionibus ponebat: prauè, id eſt peccata, in malis.

Prauitas, tis. uicium, peruerſitas, deformitas. de Orat.97.b. Ne mala conſuetudine ad aliquam deformitatem prauitatemq; ueniamus. & de Fin.136.a. Prauitas & imminutio corporis. Tuſ.215.a. Ex quo prauitas membrorum, diſtortio, deformitas. In Vat.31.b. Quæ tanta prauitas te mentis tenuit, ut, &c. de Or.117.a. Imitari prauitatem oris alicuius. Q. de Pet.211.a. Da operam ut cum de illa prauitate animi deducas. Tuſ.243.b. Aegyptiorũ mentes imbutæ prauitatis erroribus. de Fin.70.b. Qualis iſta philoſophia eſt, quæ non interitum afferat prauitatis? Ac.7.b. Perſtare in aliqua prauitate. Parad.119.b. Prauitates animi rectè uitia dicuntur. de L.166.a. An corporis prauitates ſi erunt perinſignes, habebunt aliquid offenſionis, animi deformitas non habebit?

Prauus, a, um. peruerſus, diſtortus.)(. Rectus. de Or.161.a. Recta & praua tacito quodam ſenſu dijudicamus. de Finib.115.b. Si qua in membris praua, aut debilitata, aut imminuta ſunt. Acad.9.b. & 46.b. Intereſſe oportet ut inter rectum & prauum, ſic inter uerum & falſum. Tuſ.115.a. Sed non diſtorta, neq; praua. de Fin.71.b. Beſtiæ deprauatæ eſſe non poſſunt, prauæ tamen poſſunt. Orat.201.a. Recti prauiq; partes. pro S.R.50.a. Nihil ab hoc prauum & peruerſum produci poſſe putant. de L.162.a. Nec ſolum in rectis, ſed etiam in prauis actibus inſignis eſt humani generis ſimilitudo.

Πρᾶξις. l. Actio.



Praxiteles. opifex nobilis, qui ſigna ex lapide & marmore faciebat. I.V.200.b.

Praxitelius, a, um. de D.118.b. Praxitelia capita.

Precariò. prece, uel precibus. de Orat.158.a. Atque ut precario, non ui ueniſſe uideatur. & I.V.147.b. Etiam ſi precariò eſſent rogandi. & pro Cæl.43.a. contra Rul.89.a. Etiam ne ſi ui eiecit, ſi clàm, ſi precario uenit in poſſeſſionem. & pro Cec.302.b. Nec ui, nec clàm, nec precario poſſidere.

Precarius, a, um. Oct.331.a. Facere quæſtũ precarium. & Brut. At.285.a. Petere ſalutem precariam ab aliquo.

Precatio, onis. pro Mur.124.a. Si illa ſolennis comitiorum precatio conſularibus auſpicijs conſecrata tantam habet uim & religionem, quanta, &c. Tuſ.173.a. Simili precatione Trophonius & Agamedes uſi dicuntur. de N.70.a. In augurum precatione fluminum nomina uidemus. & 39.b. Itaq; in ea dea, quæ eſt rerum cuſtos intimarum, omnis precatio & ſacrificatio extrema eſt.

Precis, ci. rogatio, precatio, rogatus, obſecratio, obteſtatio, execratio. Attic.179.b. Quintus non modò non cum magna prece, ſed acerbiſſimè ſcripſit. ad Heren.17.a. Nec prece, nec precio, nec gratia, nec ſimultate à recta uia deduci oportet. de In.47.a. Si prece & obſecratione humili utemur. At.281.a. Quare noli expectare longas preces, intuere meipſum, qui, &c. Att.284.b. Preces ſeruientis aduerſus regem. Att.149.b. Ego autem non tã γουτείαν huius timeo, quàm πειθανάγκην. αἱ γὰρ τῶν τυράννων δεήσεις, inquit πλάτων, οἶδ' ὅτι μεμιγμέναι ἀνάγκαις εἰσίν. I.V.222.a. In precibus & gratulationibus non ſolum id ſimulachrum uenerari, ſed etiam oſculari ſolent. pro Plan.280.a. Eorum preces & uota de meo reditu audiui. pro Dom.241.b. Cùm diuinum numen ſcelere uiolatum placare cogeretur. de N.9.a. Nihil ſentiens deus nunquam nobis occurrit, neque in precibus, neque in optatis, neq; in uotis. pro Cl.58.b. Nocturna illius ſacrificia ſceleratasq; preces, & nefaria uota cognoſcimus. I.P.88.b. In quo dij immortales meas preces audiuerunt: id eſt, execrationes. Quint. Fr.32.a. Niſi incredibilis contentio & preces Pompeij fuiſſent. pro Syl.177.b. Literæ per quas ille precibus à Sylla petit, ut gladiatores emat. Att.280.a. Nihil tuli grauius quàm me non poſſe matris tuæ precibus cedere. Q.F.305.a. Quod precarer deos, niſi meas preces audire deſiſſent.

Precor, aris. precibus peto, preces adhibeo, opto, peto, imploro, quæſo, deprecor, ſupplico, obteſtor. I.V.216.a. Verres in iudicium uenit, ubi ne precari quidem deos, atque ab eis auxilium petere poſſit. & de N.24.b. Dij, quos nos colere, precari uenerariq; ſolemus. & 25.b. Quid ueneramur, quid precamur deos? ad Heren.41.a. Cùm Gracchus deos inciperet precari, curſim iſti impetum faciunt. pro Cor.66.b. Vt deos immortales ſciẽtia peregrina, mente domeſtica precarentur. Q. Frat.305.a. Sed hæc utinam non experiare, quod precarer deos, niſi meas preces audire deſiſſent: ueruntamẽ precor, ut his infinitis noſtris malis contenti ſint. de N.77.a. Stultitia eſt, à quibus bona precamur, ab ijs dãtibus nolle ſumere. Tuſ.173.a. Sacerdos precata à deo dicitur, ut daret, &c. pro Mur.124.a. Quæ precatus ſum à dijs immortalibus, &c. ut ea res mihi bene atque feliciter eueniret, eadẽ precor ab iiſdem dijs immortalibus, ob eiuſdẽ hominis conſulatũ unà cum ſalute reip. obtinendum, & ut, &c. & ib. Idem ego precatus ſum, ut uobis ea res fauſtè feliciter, proſpereq; eueniret. de Am.170.a. Precari amicis ab indigno, ſupplicare. I.C.170.b. Nunq̃





ego à dijs immortalibus optabo Quirites, inuidiæ meæ leuandæ cauſa, ut audiatis, &c. pro Rab.91.a. Ab Ioue optimo maximo, cæteriſq; dijs deabusq; immortalibus pacem & ueniam peto, precorq;, ut, &c. I.C.110.b. Deos immortales precari, uenerari, atq; implorare debetis, ut urbem defendant. pro Dom.242.b. Vos precor, ac quæſo, & obteſtor, ut ſi, &c. Tuſ.251.a. Paulus Perſæ precanti ne in triumphum duceretur, inquit, &c. I.A.193.a. Ita uerò Quir. ut precamini, ueniat, ut huius amentiæ pœna in ipſum recidat. pro Seſt.29.a. Quibus utinã eueniſſent ea, quæ tum homines precabãtur. I.P.86.b. Vtrũ tandem optabilius putas, ſic exire à patria, ut omnes ſui ciues ſalutem, incolumitatẽ, reditum precentur (quod mihi accidit) an quod tibi proficiſcenti euenit, ut omnes execrarentur, malè precarentur, unã tibi illam uiam & perpetuam eſſe uellent. Or.127.a. Omnia ſemper pro amicorũ periculis, nihil unquã pro me ipſo deprecor. I.P.88.a. Nec ego ſi unquam uobis mala precarer, quod ſæpe feci, in quo dij immortales meas preces audiuerunt, morbũ, aut mortẽ, aut cruciatũ precarer, Thyeſtea iſta execratio eſt. I.P.89.a.b Hæc ego ſemper de uobis expetiui, hæc optaui, hæc precatus ſum.

Precius lacus. pro Mil.115.b.

Prehendo, dis. capio, prendo. de Or.105.b. Deinde ipſum Craſſum manũ prehendit, & heus tu, inquit, &c. de Clar.172.b. Dein cum ocioſius ſtylum prehenderat, flacceſcebat oratio. de D.93.a. Viſum tibi eſſe C. Marium, prehendiſſe eum dexteram tuam, & bono animo te iuſſiſſe eſſe. pro Quin.4.b. Sex. Alphenus ſeruulum unum, quem iſte prehenderat, abducit. In Arat. Quorum ſtirpes tellus amplexa prehendit. de Leg.168.b. Cum ipſum ea moderantem & regentem penè prehenderit.

Prehenſo, as. prenſo. l. Prenſo.

Premo, mis. urgeo, de Or.104.b. Cum inuidia et odio populi Galba premeretur. de Clar.196.b. Curſum ingenij tui Brute premit hæc importuna clades ciuitatis. Ep.126.a. Spero ſi te uiderim, & ea quæ premant, & ea quæ impendeant me facilè tranſiturum. pro S.R.34.b. Quæ neceſſitas te tanta premebat? cõtra Rul.63.b. Ne urbem hanc urbe alia premere atq; urgere poſſitis. Antequam.193.a. Non odio bonorum, ſed inuidia premor malorum. de D.117.b. Premã te, cum ex te cauſam uniuſcuiuſq; rei exquiram. de D.120.a. Galli cãtu plauſuq; premunt alas.

Prendo, dis. prehendo, prenſo, ambio. pro Cl.25.b. Cum tabulas prendiſſet Oppianicus, digito legata deleuit. Acad.46.b. Comprehenſio ſimilis ijs rebus, quæ manu prenderentur. ad Brut.91.b. Vt gubernacula reipub. prenderem. de Or.94.a. Cum peterem magiſtratus, ſolebam in prehenſando dimittere à me Scæuolam. Att.189.a. Prende C. Septimium. Ep.121.a. Renunciatum nobis erat, Hirrum diutius dicturum: prendimus eum, non fecit.

Prenſatio, onis. ambitio. Att.1.a. Fuit hæc illius præpropera prenſatio.

Prenſo, as. prendo, prehẽſo. At.1.a. Prenſat unus Galba ſine fuco & fallacijs, more maiorũ. & ibi. Nos autem initium prenſandi facere cogitabamus, &c.

Πρέπον. l. Decorum.

Preſſè. anguſtè. de Cl.182.b. Attenuatè preſſeq; dicere. & de Or.147.a. Preſſè, æqualiter, & leniter dicere. Or.207.b. Preſſè & anguſtè definire. de Fin.111.b. Mihi placet agi ſubtilius, & ut ipſe dixiſti, preſſius. Off.27.a. Imitatio preſſè loquentium, & leniter.

Preſſus, a, um. anguſtus. de Cl.169.a. Aſiatici parum preſſi.)(. & nimis redundantes. & 182.b. Preſſus orator.



de Or.113.b. Thucydides uerbis aptus & preſſus. de Or.117.b. Oratio preſſa.)(. In qua ineſt luxuries quædam.

Preſſus, ſus. compreſſio. de Or.146.b. Ipſo preſſu oris & ſono. & de N.47.b. Hic preſſu duplici palmarum continet anguem. Tuſc.187.a. Sic animus intentione ſua depellit preſſum omnem ponderum.

Pretioſe. eleganter, artificioſe, operoſè. de In.77.a. Vaſa magnifica & pretioſe cœlata.

Pretioſus, a, um. multorum nummorum, magni pretij.)(. Vilis. pro Q.R.49.b. Facies non erat, ars erat pretioſa. & I.A.173.a. Pretioſa ueſtis. de Fin.83.b. Non minor uoluptas percipitur ex uiliſſimis rebus, quàm ex pretioſiſſimis. Off.70.a. Equi pretioſi iacturã facere. In Sal.275.a. Et dic unde tu pretioſiſſimos hortos paraueris?

Pretium, tij. merces, præmiũ. I.V.245.b. Pretio atq; mercede minuiſti maieſtatem reip. & 164.b. Merces pretiumq; impudentiæ. pro Dom.217.b. Cum ab eo merces tui beneficij pretiumq; prouinciæ meo ſanguine tibi eſſet perſolutum. In V.133.a. Ab iſto & pretio, qui uoluit iſtũ ordinem, pretio mercatus eſt. & 120.a. Autoritas pretio ſuperabatur. I.V.199.a. Annona pretium nõ habet. pro Q.R.50.b. Nunc iacet pretia prædiorum. pro Q.R.49.b. Communem eſſe factum gratis, qui pretio proprius fuiſſet. I.V.207.a. Audierant alicuius pretij ſcyphos eſſe. et de In.53.a. Veſtẽ pretij maioris habeo quàm tu. I.V.201.b. Res alicuius pretij. Q.Fr.302.b. Noli ſpectare quãti homo ſit, parui enim pretij eſt, qui iam nihil ſit. I.V.231.a. Vendere aliquid paruo pretio. pro S.R.40.b. Mercari aliquid magno pretio. & ibi. Enumerare pretium. contra Rul.80.a. Hic ager quoquo pretio coemptus erit, tamen ingenti pecunia uobis inducetur. pro Fon.277.a. Falſum eſt ob uacationem pretiũ datum, cum immunis nemo fuerit. pro S.R.30.b. Quomodo perſuaſit? pretiũ dedit? cui dedit? pro Cec.28.b. Nec pretio quidem corrumpi iudex in eiuſmodi cauſa poteſt. At.228.a. Pẽdere pretium. Item: Vel impenſo pretio. Att.197.b. Conſtituere certum pretium. Ep.96.a. Nunc quoniam tuum pretium noui, in licitationem potius ponam, quàm illud minoris ueneat. ad Her.17.a. Nec prece, nec pretio, nec gratia, nec ſimultate à uia recta deduci oportet. Ep.192.b Nõ ſine magna mercede: id eſt, pretio. Of.73.b. Vt ſi prædonibus pactum pro capite pretium non attuleris. de In.76.b. Pretium pro præmio. At.194.a. Nec tamen iſta pretia hortorũ pertimueris. Of.37.a. Pretio et mercede duci ad aliqd faciẽdũ.

Priamus, mi. rex Troiæ atq; Aſiæ. Tuſ.166.a. Quinquaginta filios Priamus habuit, è quibus decem & ſeptem iuſta uxore nati.

Pridem. dudum. Ep.65.a. Quod ad me pridem ſcripſeras. & I.V.202.a. Demonſtrat quàm pridem ſibi hæreditas ueniſſet. pro Q.R.46.b. Quàm pridem hoc nomen Fanni in aduerſaria retuliſti?

Priene, nes. Biantis patria. Off.117.a.

Pridie. ante diem.)(. Poſtridie. At.12.a. Pridie quàm has literas dedi, Coss. conueni. & 250.b. Pridie quàm hæc ſcribenda: id eſt, III. nonarum. At.183.b. & Ep.4.a. Philotimus pridie eius diei uenit. At.75.b. Dederã Epheſo pridie, has dedi Trallibus. At. li.2. Pridie compitalia. At.149.a. Pridie quinquatrijs. Att.47.b. Ex ante diem Nonarum Iun. uſq; ad pridie Calẽ. Septẽb. id eſt, à pridie Non. Plan.152.b. Ad pridie idus Maij. Ep.243.b. Ante diem ter. non ſept. At.42.a. Hæc eſt pridie data quàm illa. Attic.74.a. Memmius. qui pridie quàm ego Athenas uenirem, Mitylenas profectus erat. I.A.211.a. Non auditis ſententiam

meam flagitari? cui cum pridie frequentes eſſetis aſſenſi, poſtridie ad ſpem eſtis inanem pacis deuoluti.

Primarius,a,um. principum aliquis, uel unus.)(.Secundus,poſtremus. de Sen.90.a.Vir primarius populi. & de Fin.89.a. & pro Flac.156.b. C.Plotius ſenator,uir primarius. Ep.50.a.Vt cum aliquo adoleſcēte primario coniuncta ætatem ageret.de Fin.101.a.Sic in uita non ea, quæ primario loco ſunt, ſed ea quæ ſecundum locum obtinent, προηγμένα,id eſt,producta nominentur.I.V.107.a.Fœmina primaria. & 78.b.& 193.b. & 269.b.Vir primarius.

Primigenius,a,um.de L.175.b.Vel primigeniam à gignendo:id eſt,Fortunam.

Primipilus, li. primus, uel primæ cohortis centurio. pro Cor.62.a.L.Martius primipili centurio.I.A.243.a. Aquila primipili. de D.96.b.Centurio primipili.& ibi. Signifer primi haſtati.& At.li.5.

Primò.primùm,initiò,à primo,principiò. de Clar. 168.b.Iſocrates primò artem dicēdi eſſe negauit. & Tuſ. 229.a.bis.de Or.138.b.Tantum impelli primò iudex debet,ut,&c. pro Cluen.20.a.Primò,&c.deinde,&c. & pro S.R.38.a.& ibi.Initiò,&c.deinde,&c.Or.199.a.À primo,&c.deinde,&c.pòſt,&c.

Primordium,dij.principium,cauſa.de Leg.170.b.À dijs immortalibus ſunt nobis agendi capienda primordia. Part.230.b.Primordia rerum,& quaſi præcurrentia.

Primores,rum. ſummæ uel extremæ quæq; res. pro Cæl. 43.a. Aliquid primoribus labris guſtare, & extremis(ut dicunt)digitis attingere:id eſt,leuiter. de Or.92.a Quæ iſti rhetores ne primoribus quidem labris attigerunt:id eſt,ne attigerunt quidem.l.Labra.

Primùm.primò.de N.22.a.Quæro igitur,ueſter deus primùm ubi habitet:deinde,&c. pro Syl.175.a.Primùm ne,&c.deinde ne,&c.poſtremò ne,etc. D.Brut.Ep.172.a.Primum omnium non te fugit,&c.de N.50.a.Serpentes quædam ſimulac primùm niti poſſunt, aquam perſequuntur.Epiſt.222.a.Cum primùm in eam inſulam ueni. Ep.151.b.Vt primùm poteſtas data eſt. & 64.b.Vt primùm attigi forum.de In.90.b.Nunc primum,&c. de L. 169.a.Equidē qui nunc primū huc uenerim, ſatiari non queo. I.A.200.b. Quo die primum conuocati ſumus,ieci,&c.

Primus,a,um.primarius,princeps.)(.Poſtremus, nouiſsimus. I.V.254.a.Poſtremum quamque nauem piratæ primam adoriebantur. Ep.150.a.Primæ tuæ ſententiæ, &c.poſteriores,&c.notiſsimæ mihi ſunt. At.121.b.Secundis Saturnalibus,& tertijs Saturnalibus. & 112.a.Orat. 197.a.Prima enim ſequentem, honeſtum eſt in ſecundis tertijſq; cōſiſtere. de N.71.a.Aeſculapius,qui primus uulnus obligauiſſe dicitur.ad Her.33.b.De quibus exornationibus nominatio eſt prima. de Fin.110.a.Peripatetici primi ex omnibus philoſophis docuerūt,&c. Or.218.a.Qui numerus in primo uiget,iacet in extremo. Tuſ.223.b.De morte & dolore primo & proximo die diſputatum eſt. I.P.79.b. Me quæſtorem in primis ædilem priorem,prætorem primum pop.Rom.fecit. pro Seſt.4.a.Qui Trib. pl.primus inter homines nobiliſsimos factus eſt. Off.72. b.Vtilia & prima ſumma habemus. de Vn.196.a.De his igitur,quæ diximus,hæc ſit prima diſtinctio. I.V.145.b. Recita mihi quæſo hunc primum libellum,deinde illum alterum libellum Canuelij. I.V.162.a.Quinq; primi accitu iſtius euocantur. de N.74.b.Sex primi.pro S.R.22.b.Decretum ſit, ut decem primi proficiſcantur ad L. Syllam.



Ep.36.b.Prima duo capita epiſtolæ tuæ.I.V.141.b.Euocat ad ſe Centuripinū magiſtratum & decem primos. de N.6.a.Primis labris,id eſt,primoribus labris guſtare aliquid.pro S.R.21.b.Aliquis genere & nobilitate ſui municipij facilè primus.I.V.208.a.A.Lyſone Lilybetano primo homine.)(.Poſtremò. I.V.176.b.Dyrrhachinus primus ciuitatis. I.V.126.b. Sthenius in primis Siculorum in dicendo copioſus.I.V.126.a.Oppidum Himera in primis Siciliæ clarum & ornatum. de N.24.b.Democritus uir magnus in primis. de Or.144.a. In primis hoc à ſe coanimaduerſum eſſe dicebat.l.In primis. de In. 62.a. Cum Crotoniatæ in Italia in primis beati numerarentur. I.V. 162.a.Homo in primis improbiſsimus.de Or.123.b.Si omnes debent,certè in primis imperatores. Attic.68.a.Cum ad me frater ueniſſet,in primis nobis ſermo de te fuit. de Fin. 117.b. Illud uerò minimè conſectarium,ſed in primis habes.I.V.122.b.Homo domi ſuæ cum primis locuples.& 104.a.Homo cum primis honeſtus. & de Or.129.a.Sapiens homo cum primis noſtræ ciuitatis. Epiſt.14.a.Ego autem cum illa ſequor, tum hoc non in poſtremis, quod, &c. Att.14.b.Amoris erga me tibi primas defero.l.Partes. de N.5.a.Ad quem tum Epicurei primas deferebant. de Clar.193.b.Primas in cauſis agebat Hortenſius. Orat. 122.a. Non poſſum equidem non ingenio primas concedere. Attic.122.a.Primo quoq; tempore aliquid fieri,uel agi.219.b.& 289.a.& 130.a. & I.A.220.b.Primo quoque die. de In.69.b.Eiuſmodi iniuriæ ut de eis indignum ſit non primo quoque tempore iudicari. & I. V. 213.a. Acad.13.b.Me tibi primum quidq; concedente.& de Fin. 87.a.Prima quæq; abuolat:id eſt,uoluptas. Attic.138.b. Tuas nunc epiſtolas à primo lego, hæ me paulum recreant, primæ mouent, & rogant,ne,&c. proximæ oſtendunt,&c. Attic.125.a.Sed hoc à primo cogitauit:id eſt, ab initio. de D.116.a. Quæ autem inconſtantia deorum eſt.ut primis minentur extis, bene promittant ſecundis?

Princeps, pis. primus, primarius, author,inuentor, dux, optimates, corypheus,excellens,columen,qui cæterorum obtinet principatum, qui honeſtiſsimum locum ciuitatis tenet, qui ſententiæ principatum tenet, qui primos ordines ducit, qui omnium animantium tenet principatum. de N.5.a.Tres enim trium diſciplinarum principes conueniſtis. de Orat.103.a.Pericles plurimos annos princeps conſilij publici fuit. de Orat. 148.b. Princeps ſententiæ in ſenatu,dux regendæ ciuitatis,author publici conſilij. de Arch.257.a. Sed tamen eorum omnium hic dux eſt atque princeps. de Orat.89.a.Harum diſputationum inuentor ac princeps Plato. de Nat.59.b. Socrates princeps philoſophorum. Acad.33.b.Zeno,qui inuentor ac princeps Stoicorum fuit. de In.46.b.Exordium princeps omnium debet eſſe. de Clar. 194. b. Hi tum in Aſia rhetorum principes numerabantur. Orat.202.b.Longè omnium, quicunque fuerunt, grauitate dicendi princeps Plato. & Q.Fr.295.b.Princeps ingenij & doctrinæ Plato. de Ar.257.b.Senatus princeps ſalutis mentiſq; publicæ.pro Flac.157.b.Vſque eo orba fuit ab optimatibus illa concio,ut princeps principū eſſet Meandrus. pro Dom. 226.a.Cn.Pompeius longè princeps ciuitatis. & 235.b. Vir princeps orbis terræ. de Nat.76.a.Cur tot ciuitatis principes à Cinna trucidati. de Or.141.a.Natura huius boni princeps eſt.de Fin.77.b.P.Decius princeps in ea familia conſulatus.Ep.146.b.Deinde ſe,& ſenatui,boniſq; omnib.autorē,principē,ducē præbeat.et 198.a.Me principem ſenatui populoq; Rom.profeſſus ſum. I.V.109.a. Sicilia



Sicilia princeps ſe ad amicitiam populi Romani applicuit,& prima omnium prouincia eſt appellata. de Clar. 171.b. Et nimirum is princeps ex Latinis hæc tractauit. de Or.154.b.Gorgias princeps ex omnib. auſus eſt, &c. de Or.113.b. Herodotus ille,qui princeps genus hoc ornauit.At.15.b.Ego princeps in adiutoribus,atq; adeò ſecundus.de Clar.178.a.Longè omnium in iure ciuili eſſe principem.I.V.62.a.Is qui princeps in agendo eſt. Item:Qui partim in dicendo,partim in ſcribendo principes extiterunt. Ep.12.a. Cum in rep. Cn.Pompeius princeps eſſet. de D.126.b.Eudoxus in aſtrologia facilè princeps. I.V. 254.a. Vt quiſque in fuga poſtremus, ita periculo princeps erat. de Or.93.a.Aliquis cōſilio ac lingua princeps. Ep.153.b.Princeps ad omnia pericula. de Am.101.a. Amor princeps eſt ad beneuolentiam cōiungendam. Acad. 44.a. Earum qualitatum ſunt aliæ principes, aliæ ex iis ortæ.de Cl.195.a. Cum eſſem in principib. patronis quinquennium uerſatus. pro Dom.243.a. Qui in mea ſalute principem locum autoritatemq; tenuiſtis. de Cl.171.b.Is perſonam principis ciuis facilè dicēdo tuebatur. & de N. 59.b.Ille ſe principē ciuem putat. de Ar.250.a.Cum noſtri imperatores ad illam ipſam principē aram uota perſoluerent. I.P.86.a.Ciuitas in qua in principum numero uultis eſſe.Ep.7.b.Quem tamen illi eſſe in principibus facilè ſunt paſsi,euolare altius certè noluerunt. Ep.137.b. Nos enim principi ſeruimus:id eſt,Cæſari. de D. 90.a. Quæ magi Cyro illi principi interpretati ſunt. Tuſ.229. b.Leon princeps Phliaſiorum.& 224.b.Princeps ille Argonautarum.Off.28.b.Facta principum imitari.Ep.12.b Quales in rep. principes eſſent, tales reliquos ſolere eſſe ciues.ex Platone.At.22.b.Te ſignifero ac principe. de L. 187.a.Demetrius utraq; re excellit, nam & doctrinæ ſtudijs, & regēda ciuitate princeps eſt. Parad.123.a.Ex ſummis,inquiunt,principes ciuitatis ſumus.At.53.b.Ille legatos quindecim cum poſtularet,me principem nominauit. de Cl.186.a. Is in principib. patronis aliquot annos fuit. Offic.28.a.Homo honoratus & princeps. I.A.213.a.Firmiani principes pecuniæ pollicendæ fuerunt. I.A.219.b. Magnum eſt perſonam in rep.tueri principis,&c. I.A. 229.b. Is princeps fuit ad conatum exercitus comparandi.de Vn.203.a.Deinde ut illi principem ſe ducemq; præberet. At.277.b.& Q.Fr.295.b.Naſennius Cretenſi bello Metello imperatore octauum principem duxit.

Principalis,le.princeps.ut municipalis. de Fat.148. b.Cauſarum aliæ ſunt perfectæ & principales,aliæ adiuuantes & proximæ. & ibi. Aſſenſio non poteſt fieri niſi commota uiſo, & ad id uiſum proximam cauſam habet non principalem.de Fat.142.a.Non ſequitur tamen,ut ſedere eos & ambulare principalibus cauſis definitum ſit.

Principatus,tus.dominatus,primæ.de N.31.b.Principatum id dico,quod Græci ἡγεμονικὸν uocant, quo nihil in quoque genere nec poteſt nec debet eſſe præſtantius.et de N. 9.a. Theophraſtus menti diuinum tribuit principatum. Off.47.a. Eloquentiæ ergo à maioribus noſtris eſt in tota dignitate principatus datus. & I.A.238.a.Caſsio mea ſententia dominatum & principatum dedi: id eſt, eum pluſquam cæteros ornaui. I.A.161.a.Cæſar qui tibi detulerat ex latronibus ſuis principatū. Or.202.a. Qui eloquentiæ principatū petet. de Fin.101.a.Regius principatus.Tuſ.152.a.Tenere principatum. de N.35.b.Sol, qui aſtrorum obtinet principatum.Ep.15.b.Delere principatum ſummorum uirorum. de Fin.101.a.Principatus regius.Ep.54.a.Omnia delata ad unum ſunt.de Vn.195. b. An mundus ab aliquo temporis principatu ortus eſt. de Cl.193.b.Primas in cauſis agebat Hortēſius. I.A.241. a. Gallia huius belli adminiſtrandi principatū tenet. I.A. 256.b.Qui huius belli ferret principatū. At.209.b.Sermo ita inducitur cæterorum, ut penes ipſum ſit principatus. Oc.329.b.M.Antonius cōcupierat regiū principatū.Of. 3.b. Huic ueri uidēdi cupiditati adiūcta eſt appetitio quædam principatus. Off.13.a.In hac elatione animi facillimè pertinacia & nimia cupiditas principatus innaſcitur.



Principiò.primò,initiò,primum omnium.de D.124. a. Ius augurum diuinationis opinione principiò conſtitutum eſt,poſtea reip. cauſa conſeruatum ac retentum. de Or.102.b.& 138.b.Nam ſi quæreretur,&c. conſtituendum putarem principiò,quis eſſet,&c. de Fin.52.a.Principiò inquam in phyſicis, quibus maximè gloriatur,primùm totus eſt alienus.Off.3.a.Principiò generi animantium omni eſt à natura tributum,ut,&c. Off.25.b.Principiò corporis noſtri magnam natura ipſa uidetur habuiſſe rationem.Ep.172.a.Primum omnium.

Principium,pij.ἀρχὴ, initium,primordium,principatus,introitus,exordium,proemium,tyrocinium,rudimentum,incunabula,ſeminariū,origo,cauſa,ſemen,fons, ſtirps,ortus,autor,primū. de Fin.138.b.Omnium rerum principia parua,ſed ſuis progreſsionibus uſa augētur. de N.6.a. Cuius principiū aliquod ſit, eius neceſſe eſt extremum.In Vat.31.b.Omniū rerum magnarū à dijs immortalibus principia ducenda ſunt. de Cl.183.b.Omnium cauſarum unum eſt naturale principiū.de Sen.93.b.Animus ſemper agitatur, cuius motus nec principiū nec finem habet. Tuſc.159.b.Principij nulla eſt origo,nā ex principio oriuntur omnia, ipſum autē nulla ex re alia naſci poteſt. & ibi multa pulchra de principio. Off.3.a. Principia & cauſæ rerum.Acad.29.b.Principia rerum,ex quibus omnia conſtant.& ibi de principijs rerū.de Fat.149.a.Qui protruſit cylindrum,dedit ei principium motionis,uolubilitatem autē non dedit.& de Fin.110.a.Principijs à natura datis,&c.& 1.b. His initijs tanquā ſeminibus à natura datis,&c.pro Cluen.20.a.Principijs cognitis multo facilius extrema intelligetis. Off.51.b.Hoc autem eſt principium urbis,& quaſi ſeminarium reip.de Som.130.b.Cæteris quæ mouentur, hic fons,hoc principium eſt mouendi.pro Cor.56.b.Qui pueritiæ tempus extremum principium habuit bellorum atq; imperiorū maximorum. Off. 62.a.Ea habemus principia naturæ,quibus parêre debeamus.de N.1.a.Scientia eſt cauſa,id eſt,principium philoſophiæ. pro Cæl.49.b.Cuius criminis ego neq; principiū inuenire,neq; euoluere exitum poſſum.& pro Pom.4.a. Cuius orationis difficilius eſt exitum, quàm principiū inuenire. Brut.91.b. Natum omnino eſt principium à me. Ep.67.b.À principio coniurationis uſq; ad reditum noſtrum. Or.216.b.Ad exitum à principio ferri,& à capite ita fluere,ut ad extremum ueniens conſiſtas.de Fin.114. a.À principio inſtituere aliquid,idq; perficere. de N.22. a.Malè inſtituta ratio exitum reperire non poteſt. de N. 1.b.An à principio dij omnia fecerint. de Pro.76.a.Iam inde à principio huius imperij. pro Cor.63.a.Gaditani à principio ſui generis ac reip.fluxerunt.pro Dom.241.a. Dixi à principio me,&c. et de Cl.178.b.de D.126.a.Nō poteras hoc à principio dicere? Top.227.a.À principio diuidere.& 224.a.A capite arceſſere. At.89.b.A principio audire amiciſsimè monentem. & At.8.a.At.125.a.& Or.217.b. A primo.pro Syl.180.a.De principio:id eſt,à principio. Offic.7.a.& 11.b.Ea quæ propoſui in principio.de

pio. de Or.95.a. Exalbeſcere in principijs dicendi. de Or. 102.b. Quod in principio fieri in omnibus diſputationibus oportere cenſeo. Att.164.b. Medere amabo te, dum eſt ἀρχὴ. de Orat.128.b. In utroq; autem genere dicendi & principia tarda ſunt, & exitus tamen ſpiſſi & producti eſſe debent. de Leg.159.b. Nunc iuris principia uideamus. & 163.a. Quocirca uereor committere, ut non bene prouiſa & diligenter explorata principia ponantur.

Prior, us. ſuperior, primus. Acad.12.a. Priori poſterius, poſteriori ſuperius non iungitur. & de Fin.105.b. Quid poſterius priori non conuenit? Ep.17.a. Quod de Q. Fratris negocio ſcribis, te priore æſtate conficere non potuiſſe, &c. pro Planc.270.a. Et ais prioribus comitijs Terentinam tibi à Plancio eſſe conceſſam: id eſt, ſuperioribus. & Epiſt.189.b. Anno priore: id eſt, ſuperiore. I.P. 79.a. Me quæſtorem in primis ædilem, priorem prætorem primum populus Romanus fecit. de Clar.172.a. Et ſi utriq; primas, priores tamen deferunt Lælio. de N.26.b. Primùm, &c. deinde. &c. tum, &c. poſtremò, &c. nos autem quæ priora duo ſunt, ſumamus: tertium & quartum puto in aliud eſſe tempus differēda. I.V.265.a. Indignum hoc uideo uideri omnibus iudices, & id iam priore actione, cum hæc teſtes dicerent, intellexi: id eſt, prima. & 111.b. & 170.a. & 112.b. & 156.a. de N.18.a. Itaq; in illis ſelectis eius ſententijs, quas, &c. hæc, ut opinor, prætor ſententia eſt, quod, &c. de Or.160.a. Atq; illi placet ordiri à ſuperiore pæane, à poſteriore finire. pro Q.1.b. Priore loco cauſam dicere.

Priſcè. priſco more, ſimpliciter. pro Cæl.44.a. Seuerè, & grauiter, & priſcè agere cum aliquo.)(Remiſſè, leniter, urbanè.

Priſcus, a, um. caſcus, ut ait Ennius. antiquiſſimus. pro Plan.232.b. Tuſ.153.b. Itaq; illud erat inſitum priſcis illis quos caſcos Ennius appellat. de N.67.b. Ioues quoq; plures in priſcis Græcorum literis inuenimus. de Ar.250.a. Priſca illa ſeueritas, &c. pro Dom.238.a. Verbis priſcis & penè ſolennibus bona alicuius conſecrare. & de Orat. 101.a. Verborum priſca uetuſtas. de Nat.70.b. Heroicis temporibus. & Off.45.a. Bonis temporibus. I.A.203.b. Veteres illi admodum antiqui. de Vn.201.b. Credendum eſt ueteribus & priſcis, ut aiunt, uiris, qui, &c. de Orat. 146.b. Illud quod loquitur, priſcum uiſum iri putat. & de Clar.172.a. Verba paulo magis priſca.

Priſtinus, a, um. uetus, antiquus. Epiſt.5.b. Vt priſtinam tuam dignitatem & gloriam conſequare. pro Mil. 101.b. Vetus conſuetudo fori, & priſtinus mos iudiciorum immutatus eſt. Antequam.294.a. Vt ego ad priſtinum ſtatum recidam caſus.* pro S.R.43.b. Veſtra priſtina bonitas & miſericordia. pro Cl.56.a. Mulier incenſa odio priſtino. & pro Syl.172.a. Ille labor meus priſtinus, &c. I.V.68.b. Reſtitui in antiquū ſtatū: id eſt, priſtinum.

Priuans, tis. στερητικὸς. Part.224.b. Sunt enim alia contraria, quæ priuantia licet appellemus latinè, græcè appellantur στερητικά.

Priuatim. propriè.)(. Publicè. pro Quin.3.a. Nec ſocietas tibi quicquā debet, nec priuatim Quintius debuit. Ep.56.b. Nulla enim me ipſum priuatim pepulit inſignis iniuria. pro S.R.37.a. Si hanc ei rem priuatim S.Roſcius mandauiſſet, &c. & ibi. In tanta re quæ publicè cōmiſſa eſt. Antequam.192.b. Beneficia quæ ſingulis ciuibus priuatimq; dantur.

Priuatio, onis. amotio, diminutio, ſpoliatio. de Fin.70. b. Quia dolori non uoluptas contraria eſt, ſed doloris priuatio. & 56.b. Omni priuatione doloris putat Epicurus terminari ſummam uoluptatem.

Priuatus, a, um. ſuus, domeſticus, proprius.)(. Publicus, cum poteſtate uel imperio. pro Seſt.8.b. Pro me uno ciue & bonos omnes priuato cōſenſu, & uniuerſum ſenatum publico conſilio mutaſſe ueſtem. pro Quin.3.a. Res quæ ipſius erant priuatæ. & ibi. Priuata domus. de Fin. 90.b. Verbis in dicendo quaſi priuatis utūtur ac ſuis. Att. 106.a. Illud priuatius nō aſcribis, &c. id eſt, magis ad me pertinens. pro Dom.222.a. XII. tabulæ uetant leges priuatis hominibus irrogari. de Ar.248.b. Tua tum uirtus eadem fuit quæ priuato quondā proauo tuo. de In.50.b. In fortuna quæritur, priuatus an cū poteſtate ſit. Ep.2.b. Cum imperio eſſe. de Sen.81.b. Vita priuata & quieta. Off.5.a. Sunt autem priuata nulla natura, ſed aut, &c.

Priuernas, tis. à Priuerno oppido. de Or.129.a. Teſtificatur pater, ſe tibi Priuernatem fundum reliquiſſe. & ibi. Fortè euenit, ut in Priuernati eſſemus.

Priuigna, gnæ. Attic.209.b. De uxore Tuberonis & priuigna neq; poſſum iam abdere, neq; Tuberonem nolo defendere.

Priuignus, gni. ad uitricū nouercam'ue refertur. nam is dicitur, cuius alter non eſt uerus parens. ſic etiam priuigna. pro Cluen.57.b. Mulier in priuignorum funus nupſit. Q.Fr.523.b. Gabinium de ambitu reum fecit P.Sylla, ſubſcribente priuigno Memmio.

Priuilegium, gij. lex priuato homini irrogata. pro Dom.222.a. Vetant leges ſacratæ, uetant XII. tabulæ, leges priuatis hominibus irrogari, id eſt enim priuilegium. de L.103.a. In priuatos homines leges ferri noluerunt, id eſt enim priuilegium. pro Seſt.17.b. Cum XII. tabulis ſancitum eſſet, ut neq; priuilegium irrogari, neque de capite ciuis niſi comitijs centuriatis rogari poſſet. Parad.121.b. Familiaris tuus de te priuilegium tulit, ut ſi in opertum Bonæ deæ acceſſiſſes, exulares. pro Dom.218.b. An licuit tibi de peſte ciuis indemnati ferre nō legem, ſed nefarium priuilegiū? & 235.b. Cū indēnatū exturbares priuilegijs tyrānicis irrogatis. Poſt.210.b. Priuilegij uim & crudelitatē autoritate honeſtiſſimorū hominū et publicis literis cōſignauit. de Cl.172.b. T. Libo rogationē in Galbā priuilegij ſimilē tulit. At.46.b. Quod cū Curione de priuilegio locutus es, eſt aliquid. de L.186.a. Priuilegia ne irrogāto.

Priuo, as. aufero, adimo, abrogo, mulcto, orbo, ſpolio, diſpolio, expolio, excludo, expertē facio.)(. Augeo, orno. Top.224.a. Præpoſitio In priuat uerbum ea ui quā habebat. Att.144.a. Aegritudo me ſomno priuat. de Fin.145. a. Democritus oculis ſe priuaſſe dicitur. & Acad.9.b. Si quis aliquē oculis priuauerit. Ep.54.b. Noli patriam multis claris uiris orbatam priuare etiam aſpectu tuo. & 75. b. Sic me liberalitatis fructu priuas. cōtra Rul.63.a. Non enim unus afficitur beneficio, ſed unus priuatur iniuria. & de Fin.56.b. Priuari dolore. I.A.222.b. Vos Ser. Sulpitium uita priuaſtis. & pro Rab.91.b. Vt alter uita crudeliſſimè priuaretur. pro Quin.13.b. Nō modò honeſtè partis bonis, ſed etiam communi luce priuari. & pro S.R.28. b. Priuare aliquem luce. Deſeri à uoluptatibus. l. Deſero: i. priuari. Att.12.b. Priuare aliquem exilio. pro R.P.126. a. Demetrius aſpide ad corpus admota, uita priuatus eſt.

Prius. antè. At.62.b. Nihil prius mihi faciendū putaui, quàm ut tibi gratularer. pro Syl.179.b. Cum in capitolium nos ſenatū conuocaſſemus, nihil eſt actum prius. pro Quin.2.a. Prætor iudicium prius de probro, quàm de re maluit fieri. Att.141.b. Præſtabo (ſi Cæſarem bene noui) cum



cum prius tuæ dignitatis, quàm ſuæ utilitatis rationem habiturum. Am.98.b. Quem fuit æquius, ut prius introieram in uitam, ſic prius exire de uita. At.244.a. Ad te antea atq; adeò prius ſcripſi. Tuſ.172.b. Antea enim Salaminam ipſam Neptunus obruet, quàm, &c. & ibi. Priuſq; Bœotia Leuctra tollentur, quàm, &c.

Priuſquam. antequam. de Or.145.a. Sed priuſquam illa conor attingere, proponā breuiter, &c. In Vat.29.b. Quod ego ſimulac te aſpexi, priuſquā loqui cœpiſti, ſenſi. Ep.142.b. Tamē quid potius faciā, priuſquā me dormitum cōferam, nō reperio. & 143.a. de Opt.244.a. Vt ne quis corona donaretur in magiſtratu, priuſquā rationes retuliſſet. pro Cor.58.a. Ac priuſquam aggrediar ad cauſam, &c. quiddā de cōmuni cōditione breuiter commemorandū uidetur. I.A.160.b. Cui priuſquā de cæteris rebus reſpōdeo, de amicitia pauca dicamus. pro Mil.121.b. Præclarè enim uixero, ſi qd mihi acciderit, priuſquā hoc tātū mali uidero. Q.Fr.301.b. Ne de bonis quæ Octauij fuiſſēt, diminui paterētur, priuſquā Fūdanio debitū ſolutū eſſet.

Prò, uel proh. l. Proh. interiectio eſt, exclamationem, uociferationem, & indignationem ſignificans. I.A.166. b. Quæ res unquam, prò ſancte Iupiter in terris eſt geſta maior? Tuſ.58.a. Prò deûm hominumq; fidē. & Tuſ.237. b. Proh deûm atq; hominum fidem. I.V.255.a. Prò dij immortales, &c.

Profiteor,ris.polliceor,proloquor,præ me fero, prædico,glorior,iacto.de N.4.b.Tantam facultatem conſecutum eſſe me non profiteor,ſecutũ eſſe præ me fero.de Fin. 80.b.Eam'ne rationem ſequare? qua tecum ipſe et cũ tuis utare,profiteri autem & in mediũ proferre nõ audeas? I. A.240.b.Vt eos pœniteat profeſſos eſſe, & præ ſe tuliſſe odium in Antoniũ.pro Cec.290.a.Atq; ita libenter confitetur,ut non ſolum fateri,ſed etiã profiteri uideatur. pro Rab.93. b. Fateor, atq; etiam profiteor, & præ me fero, hanc à me actionem eſſe ſublatam. Tuſc.177.b.Vt enim ſi grammaticum ſe profeſſus quiſpiã,barbarè loquatur, aut abſurdè canat is,qui ſe haberi uelit muſicum, hoc turpior ſit,quod in eo ipſo peccet,cuius profitetur ſcientiam: ſic, &c.pro Pl.272.a.Omnes iſtiuſmodi in ijs reprehenduntur,qui cũ profeſſi fuerint,ſatisfacere non poſſunt,non in ijs,qui abfuiſſe ab iſtis ſtudijs cõfitentur.I.P.95.a.Qui philoſophiam profitetur,grauiſſimam ſuſtinet perſonã. Ac. 18.b.Democritus,qui ita eſt auſus ordiri ,Hæc loquor de uniuerſis,nihil excipit,de quo non profiteatur.quid enim eſſe poteſt extra uniuerſa? de Orat. 122. b.Cum tantas res Græci ſuſciperent,profiterentur,agerent.& 94.b.Suſcipere ac profiteri magnũ aliquod onus atq; munus. et 93. b.Suſcipere ac profiteri magnum quiddam.& ibidem.De omnibus rebus profitentur ſe eſſe dicturos. de Cl.168.b. Lyſiam primò profiteri ſolitum eſſe artem dicendi.Orat. 199.b.Ecce autem quidam ſe Thucydidios eſſe profitentur.pro Sex.Roſ.19.b.Vt ad hanc prædam tam nefariam adiutores uos profiteamini.pro S.R.44.a. Profiteri operam ſuam in aliqua re.pro Cluen.28. a. Profiteri id quod non poſſis implere,quod impudentiæ eſt. contra Rul.65. a.Profiteor tibi meum ſtudium ad remp. defendendam. pro Mur.130. b. Triduò me iuriſconſultum eſſe profitebor.Ep.64.b.Ego uero tibi profiteor & polliceor, eximium & ſingulare meum ſtudium.de Ar.44.a. Ego inimicum me ſemper eſſe profeſſus ſum duobus,qui,&c.I.P. 96.b.Cum ſe Pompeius ſupplicem pro me profiteretur. Ep.163.a.Quicunq; is eſt,ei me inimicum profiteor. Ep. 45.a.Tibi me profiteor in rep.ſocium.de N.14.a.Exiſtimo tardiores ad hanc ſententiam profitendam multos eſſe factos.I.V.126.a.A Sthenio petere cœpit, ut ad ea ſigna tollenda operam ſuam profiteretur, ſeq; adiuuaret.de Leg.171.b.Contrà facere quàm profeſſus pollicitusq; ſis. de Or.88.b.Quamobrem iſta tanta tamq; multa profitẽda Craſſe non cenſeo. At.282.b.Italiæ ſua uobis ſtudia profitenti,remiſiſtis. Q.Fr.302.a.Noſtræ cauſæ non uidẽtur homines defuturi,mirandum in modum profitentur, offerunt ſe,pollicentur.

Profiteri.edere,denunciare.contra Rul.78.a. In poſterum uero lex hæc imperatoribus noſtris conſtituatur, ut quicunq; de prouincia deceſſerit, apud eoſdem decemuiros,quantum habeat prædæ,manubiarum,auri coronarij profiteatur. I.V.155.b.Edixerat,ut aratores iugera ſationum ſuarum profiterentur. & 153.b.Nemo erat decumanorum,qui grano amplius ſibi quàm deberetur, deberi profeſſus eſſet.pro Ar.186.b.Si ſexaginta diebus apud prætorem eſſent profeſſi. & 187.a. Archias profeſſus eſt apud prætorem Q.Metellum. & ibi. At nõ eſt profeſſus, immo uerò his tabulis profeſſus,quæ ſolæ ex illa profeſſione collegioq; obtinent publicarũ tabularum autoritatem.

Profligatus,a,um. perditus.pro S.R.24.b. Omnia in eo ad perniciem profligata atq; perdita. & I.V.67.b.Iudicia perdita & profligata.I.V.161.b. & pro Ar.188.a. Tu omnium profligatiſſimè & perditiſſimè.

Profligo,as.affligo,proſterno,depello. de Or. 143.a. Cum Philippus ſuis conſilijs remp.profligaſſet.In C.104. b.Quanto tandem illum mœrore afflictum eſſe & profligatum putatis? pro Rab.129. b. Profligare aciem hoſtiũ. de Pro.76. a. Vos tamen oportet ab eodem illa omnia,à quo profligata ſunt,confici uelle.Ep.201.a.Qui profligato bello ac penè ſublato,renouatũ bellũ gerere conantur. Tuſ.231.



Tuſ.231.a.At qui profligata iam hæc, & penè ad exitum adducta quæſtio eſt. I.A.265.a.Cum Cæſar hoſtiũ copias profligarit,occiderit,&c.

Profluens,tis.fluuius,flumen,torrens.de In.81.a.Deinde eſt in carcerẽ deductus,ut ibi tantiſper eſſet,dum culeus,in quem coniectus in profluentẽ deferretur, cõpararetur. ad Her.4.b. Et obuolutus corio deijciatur in profluentem. Q.Fr.318.b.Aquam profluentẽ et eam uberem uidi multis locis. de Or.145.a.Profluens quiddam habuit Carbo,& canorum.Or.123.a.Genus orationis liquidum, fuſum,profluens.)(.Exile,aridum,minutum. de Cl.184. b.Expedita ac profluens loquendi celeritas. de Or.160.a Loquacitas perennis & profluens.

Profluenter.abundanter,copioſè. Tuſc.238.b.Ergo omnia profluenter,abſolutè,proſperè.

Profluentia,tiæ.affluentia,copia,redundantia. Part. 137.a.Inanis profluentia loquendi.

Profluo,is.dimano. Of.11.a.Ex quo ſunt illa communia,non prohibere aquã profluentẽ.et Q.Fr.318.b. Cuius ore ſermo melle dulcior profluebat. de D.101.a.Si lacus emiſſus lapſu & curſu ad mare profluxiſſet. pro Cæl.38. b.Ego ab his fontibus profluxi ad hominum famam.

Profugio,gis.perfugio,transfugio. de Sen.87.a.Libenter uerò iſtinc tanquam à domino agreſti & furioſo profugi. pro Dom.230.b.Illi damnati comitijs centuriatis in exilium profugerunt. & I.V.174.b.Patres familias extorres profugerunt. de D.101.a. Veientem quendam ad nos hominem nobilem profugiſſe. pro Pom.8.a. Ex Põto Medea quondam profugiſſe dicitur. pro Deiot. 145.b. Senatus ex Italia profugit. I.V.117.a.Heraclius Syracuſis illa nocte profugit.de Am.103.b.C.Bloſius quæſtione noua perterritus in Aſiam profugit. de Clar.193. b. Philo cum optimatibus Athenienſium domo profugit. Ep. 56.a. Reliquos aiebant profugiſſe metu perterritos. At.248.a.Quintus filius profugere ad Brutum uoluit.

Profugium,gij,perfugium. pro Cec.304.a.Exilium eſt profugium portusq; ſupplicij. Epiſt.71.a. & 105.a. Quod enim poterat mihi eſſe profugium?

Profundo,dis.effundo.de Som.127.b.Equidem uim lachrymarũ profudi.et At.175.a.Lachrymæ ſe ſubitò profuderunt. & pro Font.284.a.Lachrymas profundo.pro Cæl.53.b.Voluptates, quæ cum incluſæ diutius & prima ætate compreſſæ & conſtrictæ fuerunt, ſubitò ſe nonnunquam profundunt,atq; eijciuntur uniuerſæ.I.P.82.b.Omne odium incluſum nefarijs ſenſibus impiorũ in me profudiſtis.pro Mar.136.a.Qui in cauſa animã profudit. Off. 17.a. & I.A.263.b.Profundere uitam pro patria. & de Fin.77.a.Qui uitam pro patria profuderunt. & pro Cl. 21.a.Profundere ſanguinem pro patria.Tuſ.187.a.Profundere uocem. & pro Flac.149.a.Sed profundendo clamore multitudinis concitatæ. I.C.106.a.Patrimonia ſua profuderunt,fortunas ſuas obligurierunt. pro Quin.17. b.Profuſis ſumptibus uiuere. At.16.b.Omnes profudi uires animi atq; ingenij. At.102.a.Si totũ ſe ille in me profudiſſet. de Orat.138.a.Nihil eſt in natura rerum omnium, quod ſe uniuerſum profundat, & quod totum repẽtè euolet. ad Her.38.a.Sed tanquam ſanguis profuſus eſt per totum corpus orationis. Acad.22.a.Res iam uniuerſas profundam. Ep.62.b.Profundere & perdere laborem. Off. 44.b. Pecunias profundere in eas res, quarũ memoriam aut breuem,aut nullam ſint relicturi omnino. I.A.221.b. Sanguis qui profuſus eſt in morte,&c. de L.161.a.Quæ frugibus ac baccis terræ fœtu profunduntur.

Profundus,a,um.pro Plan.262.a.Mare profundum & immenſum. pro Seſt.15.a. Iecissem me potius in profundum. & I.V.205.b. Abijcere aliquid in profundum: id eſt,in mare. de Fin.100.a.Eſſe in profundo aquæ.)(. Eſſe in ſummo aquæ. Acad.9.b.Natura ueritatẽ in profundo abſtruſit. I.P.90.a.Cum partim eius prædæ,profundæ libidines deuoraſſent.

Profuſus,a,um.immodeſtus,immoderatus.pro Quin. 7.a. Quis tã profuſus ac perditus nepos ſic diſſolutus fuiſſet? pro Mur.141.b. Priuata luxuria,profuſæ epulæ. & pro Cæl.49.b.Profuſa luxuries. Tuſ.212.a.Lætitiã profuſam hilaritatem efficit. pro Quint.17.b.Profuſis ſumptibus uiuere. pro Cluen.25.a.Quanti & quàm profuſi ſumptus. Off.21.a.Ipſumq; genus iocandi non profuſum neq; immoderatum, ſed ingenuum & facetum eſſe debet.

Progenies,ei.proles,genus.de Vn.201.b.Veteres,qui ſe progeniem deorũ eſſe dicebant.Oct.331.b.Audiet Brutus eum populum, quem ipſe primò, pòſt progenies eius à regibus liberauit , pro turpi ſtupro datũ in ſeruitutem. pro Cæl.44.b Progenies mea Q.illa Claudia. Tuſc.166. a.Priamus tanta progenie orbatus. Tuſc.153.b. Antiquitas,quæ quo propius aberat ab ortu & diuina progenie, hoc, &c. I.A. 221.a. Reddita eſt ei ſtatua pro uita, quæ multos per annos progeniem eius honeſtaret.

Progigno,gnis.procreo,gigno.de D.170.a.In ſeminibus ineſt uis earum rerũ,quæ ex his progignuntur.Of. 65.a.Sic hic,qui hoc lumen progenuit , ex filio eſt nominandus.

Prognatus,a,um.natus,procreatus.195.b. Thyeſtes Tantalo prognatus,Pelope natus. & de D.88.b. Euridica prognata.

Prognoſticon.cõiectura,ſignũ rei futuræ , diuinatio. At.246.a.Equidẽ pluuias metuo , ſi prognoſtica noſtra uera ſunt,ranæ enim ῥυσογοῦσοι.et 23.a.Prognoſtica mea cum oratiunculis propediem expecta.de D.83.a. Atq; his rerum præſentionibus prognoſtica tua referta ſunt.

Progredior,ris.progreſſionẽ uel progreſſum facio, procedo,ſerpo,quaſi pergo facere.de D.86.a.Itaque reuertit ex itinere, cum iam progreſſus eſſet multorum dierum uiã. & Ep.169.b.Progreſſus ſum ad inalpinos cum exercitu.de Or.159.b.In quo impunè progredi licet duos pedes. de D.95.b. Cum aliquantulũ progreſſus eſſet,ſubitò exaudiuit hinnitũ.pro Seſt.20.a.Seſtius nihil progreditur. I.A.231.b.Mihi Antonius perueniſſe uidetur,quoad progredi potuerit feri hominis amentia. I.A. 162.a. Quid ſtultius quàm obijcere aduerſario, quod ille ſi uerbo negarit,longius progredi non poſſit,qui obiecerit. de Am.103.a. Videamus,ſi placet,quatenus amor in amicitijs progredi debeat. de Fin. 120. b. Nihil ergo adiuuat procedere & progredi in uirtute. Tuſc.151.b.Vltra quò progrediar, quàm ut probabilia uideam,non habeo. I.V. 92.a.Nunquam in eum locum progreſſi fuiſſent,ut illum interficere conarentur. Ep.142.b.Exiſtimauitq; fratrem ſuum hominẽ non ſapientem impulſu inimicorũ ſuorum eò progreſſum eſſe. Att.193.a.Neq; tamẽ progredior longius quàm mihi cõceſſum eſt. Or.207.a.In quo tamẽ longius progrediamur,quod uidemus,&c. de D.85.b.Diuinatio cõiectura nititur, ultra quam progredi non poteſt. contra Rul.85.b.Sed certè non cõtinebuntur,progredientur longius,efferentur. Antequã.195.a.Ne calamitas remorata longius ſerpat atq; progrediatur, præcauete. de Ar. 275. a. Ad omnia progredi:id eſt,proiectum eſſe. de Sen.83.a. & 86.b.Paululũ ætate progreſſi. de Fin.134.b.

Progrediente ætate,& progredientibus ætatibus. de Or. 153.b. Nunc ad reliqua progrediar, meq́; ad meũ munus penſumq́; reuocabo. de Fin.94.a.Progrediamur igitur, &c. de N.37.a. Natura eſt ignis artificioſus ad gignendum progrediẽs. & 42.a.Natura particeps rationis,tanquam uia progrediens. pro Cæl.50.a.Ex hac domo progreſſa iſta mulier,de ueneni celeritate dicere audebit? Parad.119.b. Quàm longè progrediare,cum ſemel tranſieris,ad augendã tranſeundi culpã nihil pertinet. At.157.a Alter eò progreſſus eſt,quò non audeo dicere. Att.162.a. Scribendũ ad te exiſtimaui, ne quò progredereris inclinata iam re, qua integra etiam progrediendum tibi non exiſtimaſſes. Off.7.b.Regredi quàm progredi malo.

Progreßio,onis.progreſſus. Off.54.b.Quæ & ingenij bonitate multi aſſequuntur,& progreßione diſcendi. & de Fin. 121. a. Veſtri progreßionem ad uirtutem fieri aiunt,leuationẽ uiciorum fieri negant.& Tuſc.209.a.de Fin.110.a.Ab his initijs profecti omnium uirtutũ & originẽ et progreßionẽ perſecuti ſunt.Off.55.b.Aliter enim teneri non poteſt,ſi qua ad uirtutẽ eſt facta progreßio.

Progreſſus,ſus.proceſſus,progreßio.At.36.a.Progreſſum præcipitẽ,inconſtantem reditũ uidet.Off.3.a.Ratio, quæ cauſas rerũ uidet,earũq́; progreſſus,quaſi anteceßiones non ignorat. Tuſ.118.b.Philoſophi nunquã in ſuis ſtudijs tãtos progreſſus facere potuiſſent. de N.5.a.Lucillius Balbus,qui tãtos progreſſus habebat in Stoicis. I.A.203. b. Progreſſum ætatis expectari non oportet. de N. 36. a. Progreſſus & regreſſus quinq; ſtellarũ errantiũ conſtantes & rati. Att.130.a. Audiui Cæſarẽ firmo progreſſu in caſtrũ Truentinũ ueniſſe. I.A.231.a. Brutus Dolobellam irruentẽ in Aſiã à progreſſu arcuit, à reditu refrenauit.

Proh,uel prò.l.Prò.de Or.129.b.Proh dij immortales,quæ fuit illa,quanta uis. & Or.211.b.Proh deûm atq; hominum fidem.& ibi.Vel proh deûm dico,uel proh deorum. Tuſcul. 137.b. Etenim proh deorum atq; hominum fidem,&c.

Prohibeo,bes.ueto,interdico,excludo,obſto,inhibeo, libertatem adimo, poteſtatem non permitto, præcludo, ſummoueo, arceo, intercludo, repello, poteſtate faciendi aliquid aliquem priuo. At.56.a.Qui mecum erant,facilè operas aditu prohibuerunt. & pro Pom.7.a.Prohibere aliquem calamitate.Off.41.a.Qui prohibent iniuria tenuiores iniuria conſtituenda.Ep.152.b.Prohibere aliquẽ prouincia. ad Her.31.b.Prohibere aliquem ſepultura.& 9.b. Prohibere aliquem detrimento. I.V.160.b. Eques Rom.biduum cibo tectoq; prohibitus. de Or.148.a.Cum homines tempeſtatis cauſa opere prohibentur. I.A.169. a. Patri perſuaſi, ut eum à tua congreßione prohiberet. I.V.233.b. Quod prædones procul ab urbe prohibuiſſet. de Cl. 199.b. Et uirginem ab armatorum impetu prohibeamus.pro Pom.7.a.Prohibere remp.à periculo.Epiſt. 84.a.Prohibere aliquem à rep. Off.18.a.Prohibenda eſt autem maximè ira in puniendo. I.C.100.a.Is omnes motus Catilinæ conatusq; prohibebit.de N.9.a.Lex recta imperans prohibensq; contraria. Off.61.a.Vſu uerò urbis prohibere peregrinos,ſanè inhumanũ eſt.pro Lig.139.a Tu nos iacentes ad pedes ſupplicũ uoce prohibebis? Oct. 329.b. Quoniam coràm id facere prohibeor,abſens proſim. Ep.11.a. Qui Bibulũ exire domo prohibuiſſent. pro S.R. 44.a. Dij prohibeant iudices, ut hoc præſidium ſectorum exiſtimetur.de Or.148.a.Temporibus excludi.

Prohibeßit,prohibeßint. pro prohibuerit,prohibuerint.de L.185.a.b.186.a.

Proiectio,onis. porrectio. Or.202.a. Brachij proiectio in contentionibus,contractio in remißis.

Proiectus,a,um.porrectus,abiectus. de Orat.163.b. Brachium procerius proiectum. & I.V.227.b.Inſula in utriuſq; portus oſtium proiecta. & 204.b. Vrbs proiecta in altũ. In Arat.Exin proiectæ claro cum lumine chelæ. de D.92.a. Simonides ignotum quendam proiectum mortuum uidit,eumq́; humauit.

Proiectus.impudens, profligatus, ad omnia progrediens. pro Cluen.56.b.Illi quorum eminet audacia,atque proiecta eſt.& pro Dom.236.a.Proiecta quædã & effrenata cupiditas.I.V.76.b.Proiectus ad audendum.

Proijcio,cis.abijcio. I.C.104.b.Patria mihi lætari uidetur,quòd tantã peſtẽ euomuerit,foraſq; proiecerit. Antequã.197.b.Proijcitur Tullius in exilium.pro Rab.127. b.Neq; ego meam libertatẽ proieciſſem.Tuſc.171.a.Diogenes proijci ſe iußit inhumatum. Antequã.197.b. À liberis ſuis abſtrahi,à coniuge abripi,ab aris ſociſq; innocentem proijci. de Fin.80.a.Quæ libido non ſe proripiet ac proijciet? pro Seſt.8.a.Proijcere ſe ad pedes alicuius. pro Cæl.41.a.Qui ſe in hoc iudicium proiecerunt. Att.138.b. Proximè mouent & rogant,ne me proijciam. I.A.247. a.Nec pro his libertatem,ſed pro libertate hæc proijcias, tanquã pignora iniuriæ. At.146.a.Tum poterimus deliberare,non ſcilicet in integra re, ſed certa,minus infecta, quàm ſi unà proieceris te. de D.138.a.Is cum eſſet proiectus inhumatus, amica corpus eius texit ſuo pallio. I.A. 243.a.Qui ex naufrago,&c.ad hæc ſaxa proiectus eſt.

Proin.proinde.I.C.106.b.Proin aut exeant,aut quieſcant.

Proinde.proin,itaq;,perinde.pro Dom.219.a.Proinde deſinant aliquando me iiſdem inflammare uerbis.& de Fat.146.b.Proinde ordire. I.V.123.a.Proinde ſi ſapis, uide,&c.& 273.b.Proinde ſi qui ſunt,&c. At.5.b.Proin de bono animo ſis.& Ep.186.a.Proinde fac magnum animum habeas. Ep.167.a.Et proinde diligenter ab utroq; conſeruata ſunt.Ep.138.b.Proinde te para,&c. Ep.150. a.Proinde ad omnia paratus ero,ac res me monebit. Tuſ. 166.b.Metelli ſperat ſibi quiſq; fortunam,proinde quaſi, &c.pro Dom.219.b.& I.V.96.a.Proinde quaſi iſte aliter ſentiant.& ad Her.14.b.Proinde quaſi,&c.de In.84. a.Proinde,uti quæq; res eſt,laborandum eſt. Antequam. 195.a. Proinde aut, &c. I.V.273.b. Proinde ſi qui ſunt, &c.Ep.167.b.Proinde exiſtimes,&c.quo tibi,etc. Coss. At.28.b.Proinde iſti licet faciant quos uolent.

Prolabor,ris.delabor,euagor. de L.166.b.Libenter ad iſtam orationem tecum prolaberer. pro Quint.14.a. Cogitabam fore,uti multis in rebus timore prolaberer.de D.109.a. Iuuentus his moribus atq; temporibus ita prolapſa eſt, ut omniũ opibus refrenanda atq; coercenda ſit. pro Cec.304.Tametſi de hoc iudicio multa prætereo,tamen longius prolapſus ſum,quàm ratio ueſtri iudicij poſtulabat. pro Cæl.47.b.Huc unius mulieris libido prolapſa eſt,ut,&c.& At.15.b.Prolapſus cupiditate.pro Fon. 280.a. Ne quod ab aliqua cupiditate prolapſum uerbum eſſe uideatur.

Prolapſio,onis.lapſus,lapſio. pro Cæl.46.a.Via lubrica,qua ingredi ſine caſu aut prolapſione uix poßis.

Prolatio,onis.dilatio. pro Rab.92.a. Cum alteri ad prolationem iudicij biduum quæreretur. Or.208.a.Commemoratio antiquitatis, exemplorumq́; prolatio: id eſt, uſurpatio.

Prolato,as.differo,procraſtino. I.C.119.a.Id malum opprimi ſuſtentando & prolatando nullo pacto poteſt, quacunq; ratione placet, celeriter uobis iudicandum eſt.



Prolatus,a,um.productus. pro Mur.130.b.Ea prudentia,quæ nuſquam rebus prolatis ualet.

Prolecto,as.allecto,illicio. pro Flac.149.b.Egentes priuata benignitate prolectat.

Proles,lis.progenies,ſoboles. de Som.130.a.Proles illa futurorum hominum.de N.58.a.Ferrea tum uerò proles exorta repentè eſt.de Or.157.a.Nec enim fugerim dicere prolem,aut ſobolem,&c. de L.185.b.Equitum peditumq́; prolem deſcribunto.

Πρόληψις.l. Antecapio,& Anticipatio, et Prænotio.

Prolixè.largè,liberaliter,cumulatè. pro Dom.219.a Is mihi,quæ meum tempus poſtularet,ſatis prolixè pollicitus eſt.Item: Quod ſtatuerat facere,non ſolùm fecit,ſed etiam prolixè cumulateq́; fecit. At.262.b.Id autem eſt,ut hoc, quod te tua ſponte facturum eſſe certò ſcio honoris noſtri cauſa libenter,non prolixè,ſed celeriter facias.aliter,Non ſolùm libenter & prolixè, ſed etiam celeriter facias.Ep.98.a.Nec minus & prolixè de tua uolũtate promiſi,quàm eram ſolitus de mea polliceri.

Prolixus,a,um.liberalis,benignus. Ep.38.b.Prolixa & benefica natura. & Att.264.a.Aliquid animo libenti prolixoq́; facere.& 25.a. Animo gaudenti & libenti. At. 1.b. Cætera ſpero prolixa eſſe his duntaxat urbanis competitoribus. Att.93.a.Ariobarzanes non in Pompeium prolixior per ipſum,quàm per me in Brutum. Att.111.b. In quo parum prolixi reſpondent campani coloni.

Proloquor,ris.profiteor. Or.210.b. Verſus ille,qui uetat artem pudere proloqui quam factites.

Proludium,dij. I.A.259.b.Proludium illud,& portentum,L. Antonius.

Proludo,dis.ſpecimen exhibeo.de Or.138.b.Sed iis ipſis ſententijs,quibus proluſerunt,uel pugnare poßint. & ibi.Proluſio.

Proluſio,onis.quaſi procemium.I.V.62.a.Sin mecum in hac proluſione nihil fueris,&c.& de Or.138.b.

Proluuies,ei.elluuies,eluuio.Q.Fr.326.a.Romæ mira proluuies,magna uis aquæ,&c.

Promagiſtro. ut proprætore, & proconſule dictum eſt.Ep.227.l.Scriptura.

Promereor,ris.mereor. Antequam.193.a.Non conuenit enim,cum ego ad promerendũ officium tam fuerim expeditus,uos ad referendam gratiam eſſe tardiores.I.A. 191.a.Optimè de repub.promereri. Q.de Pet.109.a.Si poſſunt,non amittunt occaſionẽ promerendi. Q.Fr.209 a.Is ſuo beneficio promeritus eſt,ſe ut ames,& ſibi ut debeas. Q.Fr.295.b. Aliquem fuiſſe diligentißimũ in promerendo,ut ſibi maximi honores haberentur. pro Mur. 140.b. Homines tenues unum habent in noſtrum ordinem, aut promerendi, aut proferendi beneficij locum. de In.72.b.Leuius punitus quàm promeritus ſit.Off.44.a. Paratus ad bene promerendum.

Promeritum,ti.meritũ,beneficium. Poſtquã.199.b. Quare hoc maius eſt in nos ueſtrum promeritum, quod, &c.& 204.a. Veſtra in nos uniuerſa promerita.

Promiſcuè.communiter.)(.Propriè. contra Rul.83. a.Promiſcuè toto quàm propriè parua frui parte malletis.& de Or.204.b.Cæteris promiſcuè poterit uti. & de Or.149.b. Promiſcuè haurire ex aliquo fonte.pro Font. 278.b. Iudicium aurium promiſcuè & communiter ſtultis ac ſapientibus ab natura datum.

Promißio,onis.pollicitatio,pactio.Ep.56.b.Id quoq; genus literarũ deficiebat me, in quo debebat eſſe aut promißio auxilij alicuius,aut conſolatio doloris tui. At.524. a. & de Or.129.b. & 162.a. Cum literis,cum mandatis, cum promißione prouinciæ. I.A.216.a. Scelerum enim promißio, & iis qui expectant, pernicioſa eſt, & iis qui promittunt.

Promiſſum,ſi.fides,receptũ. Off.71.a. Ac ne illa quidem promiſſa ſeruãda ſunt, quæ ſunt iis ipſis inutilia, quibus illa promiſeris.& 70.b.Pacta et promiſſa ſemper ne ſeruanda ſint,quæ nec ui,nec dolo malo, ut prætores dicere ſolent,facta ſunt.I.A.175.b.Ille induxit ut peteret,promiſſum ac receptũ interuertit,ad ſeq; trãſtulit. I.V.264. a.Satis eſt factũ promiſſo noſtro ac recepto. I.A. 156.a. Cæſar multis multa promiſſa nõ fecit.Tuſc.235.a.Nullum eſt philoſophiæ promiſſum uberius aut maius.Tuſc.169. a.Si antè mors aduentet,quàm Chaldæorũ promiſſa conſecuti ſumus. At.66.a.Ò conſtantiam promißi,& fidem miram.et 125.b. Cum literis Cæſaris,præmiorumq́; promißis. Q.Fr.325.b. Promißis iis quæ oſtendit, non ualde pendeo.Off.7.b.Non ſtandum eſt promißis,quæ quis coactus metu fecerit. Offic.71.a.& 7.a.Facere promiſſum alicui. & ibi. Efficere promiſſum & conuentũ cuipiam. & ibi.Seruare promiſſa. Ep.201.b.Soluere promiſſa militibus.&,Exoluere promiſſa.l.Exoluo.pro Plan.280.b. Quid me aſpectas?quid mea promiſſa repetis? & Ep.91. b.Expetere promiſſa. Ep.43.b.Cum tua promiſſa per literas flagitabam.pro Seſt.10.b.Spe & promißis aliquem tenere. Part.241.a. Eo expoſito munus promiſſi omne confecero.At.10.a.Teucer promiſſa patrauit. At.190.b. Sed iam quaſi uoto quodã & promiſſo me teneri puto. et 245.a.Spõſor promiſſorũ alicuius.Off.71.a.Theſeus exegit promiſſum à Neptuno. pro Flac.156.a. Hermippus Fuſiis ſatisfacit,& fidem ſuam liberat. Ep.186.a.Et liberare fidem. pro Cec.286.a.Qui quod ſpopondit,non facit. pro Deiot.145.a.Dextra in promiſsis & fide firma.

Promitto,tis. polliceor, ſpondeo, recipio,profiteor, conſtituo,offero,defero, paciſcor, fidẽ meã alicui obligo, me aliquid facturũ oſtendo,promiſſum facio.Of.7.b. At. 251.a.Dij faxint,ut ea faciat,quæ promittit. & ad Brut. 289.a. Vix uideor,quod promiſeram,præſtare poſſe.Ep. 98.a.Nec minus ei prolixè de tua uolũtate promiſi,quàm eram ſolitus de mea polliceri.pro Mur.145.a.Quem ego uobis ita cõmendo,ut eum inimicißimũ huic coniurationi futurũ eſſe promittã,ac ſpõdeam. & pro Cæl.54.a.Promitto hoc uobis, & reip.ſpondeo,hunc,&c. Ep.207.b. Tum illud tibi expertus promitto & ſpondeo, te cogniturum,&c. Ep.65.a.Quæ tibi promitto ac recipio,ſanctiſſimè obſeruabo,diligentiſſimeq; faciam.I.A.204.b.Promitto,recipio,ſpondeo,P.C.C.Cæſarem,&c.Item:Fidem meam obligo. Ep.40.a.De me tibi ſic promitto atq; confirmo,me,&c. de D.116.a.Quæ autem inconſtantia deorum,ut primis minentur extis, bene promittant ſecũdis? pro Q.R. 47.a. Quæ ex liberalitate illius promiſſa & oſtentata ſunt.I.V.273.b.Donũ Ioui dicatũ ac promiſsũ. de Or.111.a. Cum ille dubitaret,quod ad fratrem promiſerat.Top.222.a.Promittere damni infecti.Offic.7.b.Non ſtandũ eſſe promiſsis, quæ quis metu coactus fecerit. Off. 7.a.Neptunus quod Theſeo promiſerat,nõ fecit.Ep.191. a.Præterea mihi promiſerũt Panſa & Hircius coràm,& abſenti mihi ſcripſerunt, Varioq; noſtro Panſa affirmauit,ſe daturũ operam,ne in ſuo cõſulatu mihi ſuccedatur.

Promo,mis.profero. I.V.192.a.Cum tibi ſenatus ex ærario pecuniam prompſiſſet atq; adnumeraſſet.& pro

Cæl.48.a.Promere aurum ex armario. pro Q.R.49.b. Tu LIII. ex arca proferebas, ille CCC.ex artificio promebat. Ep.70.b. Animus,qui ſemper aliquid ex ſe promat, quod alios delectet.& de Fin.69.a.Medicamenta illa tanquam de narthetio promãt. de Or.94.a.Ne ipſa aliquid à me prompſiſſe, ſed fortuitò in hunc ſermonem incidiſſe uidear. de Or.90.a.Eſt aliquid,quod ex obſcuriore aliqua ſcientia ſit promendum atq; aſſumendum. Top.221.b. Loci ſunt quaſi ſedes, è quibus argumenta promuntur. de Fin.91.a.Promere libros è bibliotheca.de D.84.b.Voces triſtificas chartis promebat hetruſcis.

Promontoriũ,rij.mons in mare porrectus.I.V.265.b. Qui aliqua promontoria, aut præerupta ſaxa tenuiſſe dicũtur.& pro Flac.152.a.I.A.154.a.Leucopetra,quod eſt promontorium agri Rhegini.

Promotus,a,ũ.productus. de Fin.101.a.l.Productus.

Promoueo,es.proueho,produco.Att.61.a.Ibi igitur te uidebo & promouebo. Q.Fr.318.a.Aſſa in alterũ apodyterij angulum promoui. Ter.Qui ſedulò mouens ſeſe, nihil promouet.

Promptè promittere:id eſt,alacri animo,& ſine cunctatione. Q.de Pet.211.b.

Promptius,aduer.de In.80.

Promptitudo,nis.alacritas. pro Deiot.144.a. Hoc mihi magnam alacritatem affert.

Promptu.Off.47.a.Iam illud non ſumus admonendi (eſt enim in promptu)ut animaduertant,&c.de D.134.a.Sed hæc quoque in promptu, nunc interiora uideamus. Of.2.a.Hæc ita ſunt in promptu,ut res diſputatione non egeat. Off.21.a.Habere aliquid ſemper in prõptu:id eſt, quaſi in animo uel memoria. Offic.12.b.Itaq; in probris maximè in promptu eſt,ſi quid tale dici poteſt.Off.19.b. Hoc quod dico decorum, non recondita quadam ratione cernitur,ſed eſt in prõptu.de Or.87.a.Cum illa pateant, in promptuq; ſint omnibus. Acad.39.b.Sed ea dicã,quæ mihi ſunt in promptu. Acad.12.b.Oportet igitur ea quæ pro perſpicuitate reſponderi poſſunt, in promptu habere.Off.25.b. Natura formam noſtram, reliquamq; figuram, in qua eſſet ſpecies honeſti, eam poſuit in promptu.

Promptus,a,um. paratus, expeditus,alacer,hilaris, ardens,erectus,expoſitus,manifeſtus,propoſitus,in prõptu. I.V.61.a. Quo paratior ad uſum forenſem promptiorq; eſſe poßim. contra Rul.82.a.Ad uim promptus, ad ſeditionem paratus,ad cædem expeditus. de Clar.178.a.Prompta & parata in reſpondendo celeritas. & pro Mil.111.b.Promptus ad pugnam.de Clar.176.b.M.Marcellus promptus, & non inexercitatus ad dicendum fuit. Off.17.a.Promptiores igitur debemus eſſe ad noſtra pericula,quàm ad cõmunia. Q.Fr.314.a.Te eſſe hilari animo,& prompto ad iocandum,ualde me iuuat. Ep.43.b. Animum tuum promptũ & alacrem perſpexi ad defendendam remp.pro Cec.300.a.Qui tot annos fidem ſuam populo Rom.promptã expoſitamq; præbuit.de Or.163.a.Diſcutienda ſunt ea quæ obſcurant: & ea quæ ſunt eminentia & prompta,ſumenda.& 105.b.Eius rei facilis eſt & prompta reſponſio. I.V.209.b.Clauſum & reconditum.)(.Apertum & promptum. pro Mur.130.a.Quod omnibus patet,& æquè promptũ eſt mihi & alijs.de Or.100.a. Alacri & prompto ore ac uultu huc atq; illuc intueri. pro S.R.38.a. Tametſi hoc quidem minimè latet, quod ita promptum & propoſitũ eſt,ut,&c. pro Plan.266.a.Hic quod animo ſentiebat,& uultu promptũ habuit,& lingua. I.P.91.a.Reſponſione me mimica homo promptißimus laceßiuit. I.V.208.a.Prõptißimus homo & experiens. Ep.57.b.Cætera,quæ tibi à multis prompta eſſe certò ſcio,à me ſunt paratißima. de Orat.121.a. Quæſtiones animo percurſas, & propè decãtatas habere:id eſt,promptas,uel in promptu.

Promulgatio,onis.legis alicuius(ut ita dicam)publicatio & propoſitio. I.A.157.b.Illæ enim leges nulla promulgatione latæ ſunt, antequam ſcriptæ. & 195.b. Vbi promulgatio trinundinum?Ep.4.b.Subitò exorta eſt nefaria Catonis promulgatio,quæ ſtudia noſtra impediret. & 114.b.Promulgatio de dictatore.

Promulgatus,a,um. de L.186.a.Promulgata,propoſita,in ærario cognita agunto.

Promulgo,as.propono.Q.Fr.308.b.Cato legẽ promulgauit de imperio Lentuli abrogãdo.Q.Fr.311.b.Qui de Cæſare monſtra promulgarunt, quibus intercederet nemo.pro Mur.131.a.Prælijs promulgatis tollitur è medio ſapientia.pro Flac.149.a.Re multos dies promulgata & cognita. Ep.203.b.Cum Tribuni plebis legem iniquißimam de eorum agris promulgaſſent. Att.7.b.Promulgare rogationem. At.8.b.Quid de promulgata rogatione ſentiret. pro Pomp.14.a.Cum Gabinius de uno imperatore contra prædones conſtituendo legem promulgaſſet. I.A.158.a. Loquor de legibus promulgatis,de quibus eſt integrum nobis. Poſtquam.204.b.& pro Dom.239 a.Tribuni qui promulgarẽt de ſalute mea, & ad nos ſæpenumero deferrent. pro Seſt.8.a.Promulgantur uno & eodem tẽpore rogationes de mea pernicie,& de prouincijs nominatim conſularibus.pro Seſt.18.b.De meo reditu octo Tribuni pl.promulgarunt. pro Syl.179.b.Lex dies fuit propoſita paucos, ferri cœpta nunquam poſita eſt in ſenatu,populum Romanum latuit.

Promulſis,dis.potio mulſo condîta.Ep.136.b.& 138.b.Non eum,quem tu es ſolitus promulſide conficere.

Pronepos,tis.nepotis filius, referturq; ad proauum. I.A.248.b. M. Lepide M. Lepidi Pontificis max. fueris pronepos.& Tuſcul.196.a.Iouis iſte quidem pronepos: id eſt,Thyeſtes.

Pronominatio.ornatus quidam uerborum. ad Her.34.a. Pronominatio eſt, qua ſicuti cognomine quodam extraneo demonſtrat id, quod ſuo nomine appellari non poteſt.ut ſi quis,cum loquatur de Gracchis: At non Africani nepotes,inquiet,iſtiuſmodi fuerunt.

Γρονοιά.l.Prouidentia.

Pronunciatio,onis.actio,appellatio. pro Cluen.29.a. Oppianicus re & exiſtimatione iam, lege & pronunciatione nondum condemnatus. de Clar.188.b.Lenis appellatio literarum.de In.44.a.& ad Heren.1.b.Pronunciatio eſt ex rerum & uerborum dignitate uocis & corporis moderatio. de Or.86.b.Actio quæ motu corporis, quæ geſtu, quæ uultu, quæ uocis confirmatione ac uarietate moderanda eſt.de Or.111.b.Quis enim cantus moderatæ orationis pronunciatione dulcior inueniri poteſt? de Fat.145.b.Omnis pronunciatio aut uera,aut falſa eſt. de Fin.42.b.In lingua ponebant explanatam uocum impreßionem.

Pronunciator,oris.hiſtoricus.de Clar.191.b.Thucydides pronunciator ſincerus & grandis etiam fuit.

Pronunciatum,ti.effatũ,græcè ἀξίωμα. Tuſc.151.a. Omne pronunciatũ (ſic mihi in præſentia occurrit,ut appellarem ἀξίωμα,utar pòſt alio,ſi inuenero melius)id ergo eſt pronũciatũ, quod uerũ eſt aut falſum. l.Enũciatio.

Pronuncio,as. dico, prædico, ago, lingua nuncupo, effero,



effero,appello,ſententiam dico,effari. Ep.69.a.Dicunt uerecundiores eſſe præcones ludorum gymnicorum, qui cum cæteris coronas impoſuerũt uictoribus,eorumq; nomina magna uoce pronunciauerunt, cum ipſi ante ludorum mißionem corona donentur,alium præconem adhibeãt,ne ſua uoce ipſi ſe uictores eſſe prædicẽt. pro Quin.9.a. Cui magiſtri fiunt,qui pronuncient,&c. & de quo præconis uox prædicat,&c. de Fat.143.a.Neq; eos uſuros eſſe cõiunctionibus,ut ita ſua præcepta pronuncient, ſi quis natus eſt,&c.ſed potius ita dicãt, non & natus eſt quis,&c. de Or.116.a.Tum ad extremum agere & pronunciare. de D.111.a.Memoriter pronũciare multos uerſus.de Or.92.a.Menedemus memoriter multa ex orationibus Demoſthenis præclarè ſcripta pronũcians. & 97.b.Eam rem, quam legas, uerbis alijs quàm maximè fieri poßit,lectis pronunciare,&c.de D.85.a.Et ea quæ pronũciaui,accuratißimè ſcripſeris. Off.65.a.Cum in uenundando rem eam ſciſſet,neq; pronunciauiſſet emptori.Of.65.a.Is igitur iudex ita pronunciauit.& ibi. M.Cato ſententiam dixit. I.V.127.b.Prætor de tribunali pronũciat, ſi quis,&c. de Cl.172.a.Cõſules re audita,amplius de conſilij ſententia pronunciauerũt. pro Cl.34.a.Suppreſſam eſſe ab eo pecuniã,quam pro reo pronunciauiſſet.de Fin.72.b.Aequã igitur pronunciabit ſententiã ratio. de Or.108.a.Demoſthenes ſumma uoce uerſus multos uno ſpiritu pronũciare cõſueſcebat.I.P.100.b.Tum ipſe de te ſententiã tuliſti,tum iudiciũ pronũciauiſti. Parad.120.b.Cũ uerſus pronunciatus eſt una ſyllaba breuior aut longior.

Pronus,a,um.in anteriorem partem flexus.)(.Supinus.de D.105.a.Motus corporis pronus, obliquus, ſupinus.Tuſcul.157.a.Nihil habent hæc duo genera proni,& ſupera ſemper petunt.

Procœmium,mij.exordium,quaſi prœluſio orationis. At.63.b. In ſingulis libris utor procœmijs. & pro Cluent.29.a.Longo & altè petito procœmio reſpõdere. & I.V.98.b.Procœmium mercenarium. Attic.255.b.De gloria librum ad te miſi,& in eo procœmium id eſt, quod in Academico tertio:id euenit ob eam rem,quòd habeo uolumen procœmiorũ,ex eo eligere ſoleo,cum aliquod σύγγραμμα inſtitui,itaq;,&c. Ep.67.b.Gratia illa,de qua ſuauißimè quodã in procœmio ſcripſiſti. Acad.40.b.In ijs ipſis antiquitatũ procœmijs philoſophiæ,etc. de Or.138.a.Tanquã citharœdi procœmiũ afflictum,&c. ad Her.1.b.Exordiorum duo ſunt genera,principium,quod græcè προοίμιον appellatur:et inſinuatio,quæ ἔφοδος nominatur.de Or.92.a.De procœmijs,& de epilogis,& de huiuſmodi nugis referti ſunt oratorũ libri.At.215.b.His libris noua procœmia ſunt addita,quibus eorũ uterq; laudatur.de Leg.172.b.Habes procœmium legis,ſic enim hoc appellat Plato.

Propagatio,onis.procreatio,amplificatio. Off.11.b. Quæ propagatio & ſoboles origo eſt rerũ publicarum. de Pro.75.a.Propagatio finium imperij.& Tuſc.154.b. b.Propagatio nominis.Epiſt.71.b.Vita in qua nihil inſit, niſi propagatio miſerrimi temporis. de Sen.99.a.Propagatio uitium.

Propagator,oris.amplificator.At.120.a.Ille prouinciæ propagator.

Propago,inis.uitis ad ſobolem ſuppreſſa. de Sen.88.a.Malleoli,plantæ,ſarmẽta,uites,traduces, propagines.

Propago,as.profero,produco,dilato. I.V.273.b.Cũ ipſe ſui generis initium ab ſe gigni & propagari uellet. Oct.330.b. Quæ uerißimè memoriæ propagata fuerint. I.A.155.a. Iun.Brutus, qui regio dominatu rempublicam liberauit, & ad ſimilem uirtutem & ſimile factum ſtirpem in propè quingenteſimũ annum propagauit. de Of.41.b.Vera gloria radices agit,atq; etiam propagatur.& Top.126.b.Ex quibus plura bona propagẽtur. I.C.106.b.Quos ſi meus cõſulatus ſuſtulerit, nõ breue neſcio quod tempus,ſed multa ſecula propagarit reipublicæ. de Fin.132.a.Propagabat tamen uitam aucupio ſagittarum. de In. 42. a. Cum homines ſibi uictu ferino uitam propagabant.pro Seſt.24.a.Hæc monumentis annalium mandantur,poſteritati propagantur. I.C.116.b. Ad memoriam conſulatus mei propagandam. de D.139.a.Religio propaganda eſt. pro Mar.134.b.Propaganda ſoboles. pro Dom. 230. a. Huius uiri laudem ad ſempiternam memoriam tẽporis calamitas prorogauit. de Pro.72.a. Annus eſt integer nobis expectandus,quo interiecto ciuium calamitas propagatur. Propagare prouinciã.l.Propagator.

Propalam.palã,in propatulo loco.de Or.98.a.Propoſito argento, ac ſignis & tabulis propalam collocatis.

Propatulus,la,lum.apertus. I.V.226.a.In aperto ac propatulo loco ſigna duo ſunt.

Propè.propius,propter.)(.Longè,procul. Tuſ.171.a.Sed bacillum quo abigam,prope me ponitote. & Ep.129.b.Volebam propè alicubi eſſes. & 106.b.Vt non ſolùm prope me,ſed planè mecum habitare poſſes. de Clar.169.a.Cum plebs prope ripam Anienis ad III.miliarium conſediſſet.pro Mil.111.a.Illi,ſi inſidiaretur,nocte prope urbem expectandum. de N.70.a.Vites à caulibus,ſi propè ſati ſint,refugiunt. Attic.65.b.Tu aduentare ac propè adeſſe iam debes. de In.78.a.Hoſtes prope muros caſtra habent. de In.63.b. Alterius gladium propè appoſitum è uagina eduxit.pro Pom.6.a. Vident eum propè eſſe,quo etiam carent ægrius.& Ep.80.a.Propè accedere.Ep.33.a.Prope Calen.Sextiles puto me Laodiceæ fore. I.V.236.b.Cùm in Italia bellum,tum propè à Sicilia, tamen in Sicilia non fuit.I.V.110.b.Tam propè ab domo detineri. Att.178.b. Atque utinam propius te acceßiſſem. Oct.330.a. Cur caſtra longius aduerſariorum caſtris, & propius urbem mouentur? Tuſc.153.b. Antiquitas,quæ quo propius aberat ab ortu & diuina progenie, hoc melius ea cernebat,&c. At.1.b.Tu illam manũ mihi cura ut præſtes, quoniam propius abes.de N.18.b.Stellæ aliæ propius à terris mouentur,aliæ remotius. Part.241.a.Propius accedere ad ſenſum alicuius. de L.182.b.Lex rogum buſtum ue nouum uetat propius ſexaginta pedes adijci ædes alicuius, inuito domino.Item: Ad ſimilitudinem deo propius accedebat humana uirtus,quàm figura.I.A.213.b.Ne propius urbem millia paſſuum ducenta exercitum admoueret. & 206.b. Dum ne exercitum propius urbem Romam CC. Mil.admoueret. Q.Fr.300.b. Propius nihil eſt factum, quàm ut occideretur. I.V.255.a. Nec quicquam propius eſt factum,quàm ut uiuus combureretur. & pro Cl.29.b.& At.157.b.Propius factum eſt nihil. pro Flac.151.a. Propius accedo, nego eſſe teſtimonium, intro etiam magis,qui geßit,non adeſt.

Propè.penè,ferè,quaſi,propè dicã,propè iam. I.V.229.a. Nam Sappho dat mihi iuſtã excuſationẽ propè ut ignoſcendum eſſe uideatur. I.V.160.b.Eques Romanus propè annos LXXXX.natus. Ep.47.a.Sapientia præditus propè ſingulari. pro Arch.186.b.Propè nouo quodam genere dicendi. Ep.123.b.Propè oblitus ſum,&c.& 108.a.Propè deſperatis his rebus. Ep.5.a. Ad quẽ propè iam delatum eſſe exiſtimatur. Ep.34.b.Prouinciam annuam propè iam undecim menſium factam eſſe. de Sen.

94.b.Quaſi decurſo ſpacio:id eſt,propè iam.I.V.105.a. Excludit eum,cui propè dicam ſoli poteſtatē factã oportuit. & pro Quin.7.b.Modeſtia propè dicam non minore,quàm,&c.de In.83.b.Quid igitur profecit? &c.propè dicam plurimum. pro Plan.163.a.Quorũ honoribus agri propè dicam ipſi,monteſq; fauerunt. de Sen.87.a. Propè intueri aliquid.)(.Procul ſpectare aliquid. Epiſt. 106.b. Primùm ut eam domũ ſumeres, ut non propè me, ſed planè mecum habitares.

Propediem.breui.At.91.a.Ego,ut ſpero,propediem te uidebo. & de D.90.a.& At.23.a.Prognoſtica noſtra propediem expecta.& Ep.159.b.

Propello,lis.propulſo. Antequam.192.b.Si quando inimicorum impetum propulſare & propellere cupiſtis. Tuſ.211.a.Propellere nauem remis.

Propemodũ.propè,ferè. de D.126.a.Quid enim eſt ſors? idē propemodũ quod micare.Or.210.b.Verba componere,& ſyllabas propemodum dinumerare. I.V.55.b. Propemodũ manere in inſtituto meo uideor.& 219.a.& Off.39.a.Ep.81.a.Alteros propemodũ iam ſumus experti.& de Fin.49.b. & Tuſ.168.b. Vt propemodum,&c.

Propēdeo,des.inclino. de Or.125.b.Si ſe dant,& ſua ſpōte,quò impellimus,inclinant atq; propēdent, accipio quod datur.Tuſc.245.a.Si multo maiore & grauiore ex parte propendent.Tuſ.238.a.Tantũ propendēre illã bonorũ animi lancē,ut terrã et maria deprimat.de Or.120.a.Neceſſe eſt, ut inclinatione uolũtatis propēdeat in nos.

Propenſè.ex animo,libenter. Ep.192.b. Vt hanc concordiam & conſpirationem omnium ordinum ad defendendam libertatem propenſè non crederent eſſe factam.

Propenſio,onis.procliuitas,inclinatio uoluntatis. de Fin. 117. a. Zeno, qui nulla in re niſi in uirtute aut uicio propenſionem minimi quidem momenti,ad ſummum bonum adipiſcendum diceret.

Propēſus,a,ũ,procliuis.At.117.a.Quod addis,ne propēſior ad turpē cauſam uidear,certè uideri nō poſſum. et 120.a.Infimus quiſq; propēſus in alterã partē.de N.79.b Mihi Balbi diſputatio ad ueritatis ſimilitudinē uidetur eſſe propēſior. de D.82.a.Cũ diſputatio tibi ad ueritatē eſt uiſa propēſior.pro Mur.139.b.Propēſus ad lenitatē.et de In.75.b.Propēſus ad ignoſcēdũ. et de Fin.131.b. Propēſus in neutrã partē. At.211.a.Corã igitur et propēſo qdē animo ad probãdũ. Q.Fr.317.a. À propēſis in hãc partē uehementer colimur et amamur.Of.46.a.Propenſior benignitas eſſe debebit in calamitoſos. Off.47.b. À quo enim celerior remuneratio fore uidetur, in cũ ferè eſt uoluntas noſtra propēſior.Par.120.a.Cauſa,quæ quãdo accedit alteri,id fit propēſius. pro S.R.32.b.Is natura nō tã propēſus ad miſericordiã, q̃ implicatus ad ſeueritatem uidebatur.Tuſ.227.a.Vt alius ad aliũ morbũ procliuior,ſic alius ad alia uicia propēſior. de Fin.104.a.Oēs ad diſcēdũ propēſi ſumus. et.125.a.Propēſus ſua ſpōte ad aliquid agēdũ. Ep.57.a.Videor mihi perſpicere ipſius animũ propēſum ad ſalutē tuã. Of.21.b.Si quis paulo eſt ad uoluptatē propēſior. Ante.192.b.Illic enim animi uolũtas propēſa com(probatur.

Properatio,onis.feſtinatio.Ep.67.b. Sed ad properationem meam quiddam intereſt,non te expectare,donec ad locum uenias.

Properato opus eſt:id eſt,celeritate.pro Mil.111.

Propero,as.feſtino,appropero,accelero,celeritate utor,maturo. Att.10.b.Sed ductus odio properauit rem deducere in iudicium. de Or.98.b.Cum in campum properaret & ridens & ſtomachãs Scæuola.Ep.198.b.Atq;



inde uentis remiſq; in patriam omni feſtinatione properaui. de Pro.76.a.Si Cæſar in patriã redire properaret. pro Mil.111.a.Quæ cauſa erat,cur Romam properaret? de Som.127.b.Quin huc uenire propero.pro Syl.177.b. Properatũ uehementer, cum longè tempus muneris abeſſet.At.284.a.Sed propera per deos,etc.et 244.b.Ego in Pompeianum properabam. de D.116.b.Ita enim cum magis properant,concludunt,&c. At.57.a.Hæc properantes ſcripſimus.Ep.259.b.Sed tum ita uelim,ut ne quid properes.Tuſc.164.b.Siue retardabis,ſiue properabis.I.A 222.a.At ille properans feſtinanſq;,&c. Q.Fr.304.a. Rogo te,ut Romam pergas & properes.

Propertius.pro Dom.223.a. Sex.Propertius.

Propino,as.trado,offero. Tuſc.169.a.Socrates cum coniectus in carcerem triginta iuſſu tyrannorum uenenum ut ſitiens ebibiſſet, reliquum ſic è poculo eiecit, ut id reſonaret.quo ſonitu reddito,ridens:Propino,inquit,hoc pulchro Critiæ, qui in eũ fuerat deterrimus. Græci enim in conuiuijs ſolent nominare,cui poculum tradituri ſunt.

Propinquitas, tis. agnatio, coniunctio ſanguinis uel affinitatis,neceſſitudo. pro Mur.141.b.pro Quin.4.b.Si pietate propinquitas colitur,qui affinē prodit, impius ſit neceſſe eſt.pro Plan.264.b.& ad Her.26.b.Qui eſt cum illo maximis uinculis et propinquitatis & affinitatis coniunctus. I.A.186.b.Municipium propinquitate propè finitimũ.de In.50.b.Propinquitas loci.)(Lōginquitas loci.

Propinquus. uicinus,proximè accedens,citimus,proximus,finitimus,neceſſarius,cognatus, cognatione cōiunctus,propinquitate coniunctus,qui aliquè cognatione attingit,homines deorũ agnatione & gente tenentur.de L.160.b.)(.Longinquus,alienus.de Fin.124.b.Plato,cuius etiã illi hortuli propinqui memoriã mihi afferunt.Pl.Ep.156.a. Et ſubeſſe tamē propinquis locis celeriter poſſem. pro S.R.40.b.Præclarũ & propinquum prædium.I.A.237.b. Propinquæ finitimæq; prouinciæ, ut Cilicia & Syria. de Or.125.a. Motus,qui finitimi ſunt,& propinqui his.ad.Her.27.a.Nã graui figuræ propinqua eſt ſufflata. de D. 94. a. Hector moriens propinquã Achilli mortem denũciat. At.151.a.Erat enim ſpes propinqui redditus.de In.83.a.Audacia nō cōtrarium, ſed appoſitum eſt ac propinquum,& tamen uicium eſt. Or.205.a.Abutimur uerbis propinquis.pro Mil.116.a.Clodius æqualiter in propinquos et in lōginquos irruebat. pro Mur.141.b.Virgo ueſtalis huius propinqua & neceſſaria.I.A.264.b.Cōſolemur eorum propinquos,qui,etc. Of.11.b. Arctior uerò colligatio eſt ſocietas propinquorum. pro S.R.34.b.Propinqui cognatiq; optimè conuenientes. pro Q.18.a.Tibi propior me nemo eſt. pro Pl.264.b.Qui eſt cum illo maximis uinculis et propinquitatis & affinitatis cōiunctus.

Propior,us. interior,arctior,iunctior,citerior. I.V.226.b. In quibus erant omnia,quæ ſceleri propiora ſunt, quàm religioni.de In.76.a.Sed hæc uetera,propiora uideamus. pro Seſt.11.b.Omnibus ſua ſibi propiora eſſe pericula,quàm aliena. de Cl.194.b.Pòſt autē cauſa fuit propior,& cum exitu iunctior.de Cl.194.b.Et dicendi ardore erã propior,& ætate cōiunctior.pro Quin.18.a.Tibi propior me nemo eſt. Att.234.a.Nos autē alium portum propiorem huic ætati uidebamus. Off.37.a.Prius de ijs rebus,quæ uirtuti propiores ſunt,dixerimus. Off.65.b.Societas,quæ latiſſimè patet,&c. interior,etc.propior,etc.

Propitius,a, um. ſecundus, præſens.)(.Infeſtus, iratus.Oct.329.b.Fortuna quæ nobis infeſta eſt, fuit aliquando propitia. & pro Cæl. 46. Huic ego deos propitios,

pleriq;



pleriq; autem iratos putant.& I.P.92.b.Dij neq; propitij ſunt cuiquam,neq; irati.I.V.61.a.Ita deos mihi uelim propitios,ut commoueor animo,&c.de N.25.b. Quid enim dicam propitius ſit,eſſe enim propitius poteſt nemini.i.deus.& 55.b.Iratus.)(.Propitius.At.28.b.Patria propitia ſit. At.134.a.Hũc propitiũ ſperant,illũ iratũ putãt.

Propola,læ.qui mercatur à mercatoribus, quod ſtatim uendat.Off.30.b.In P.94.a.Piſtor domi nullus,nulla cella,panis & uinum à propola atq; decupa.

Propono,nis.pono, antè oculos mihi cōſtituo. At.123.b.Siquidem ille ipſe ad eundem ſcribens,in publico propoſuit epiſtolam illam.& pro Fl.150.a.Lex tabulas obſignatas in publico poni uult.pro Mur.129.a. Qui ſingulis diebus ediſcendos faſtos populo propoſuit.& 140.b. Eſt illud quidem exemplum tibi propoſitũ domi.& ibi.Ad imitandum mihi propoſitum exemplar illud eſt. & de Opt. 244.b.Attici nobis propoſiti ſunt ad imitandum. de Or. 98.a.Explicare ueſtem,proponere argentum, tabulas ac ſigna propalam collocare. At.113.a.& 118.b. Proponere literas in publico.cōtra Rul.68.b.Lex in publicũ proponitur.& I.P.98.b.Stipendiũ militibus numeratum eſt mēſis palàm propoſitis.pro Q.9.a.Proponere libellos de aliquo in celeberrimis locis.I.V.124.b.Proponere fidē uenalē.I.V.169.a.Eſt hic ordo propoſitus atq; editus in altũ. Of.2.a.Quidã propoſitis malorum & bonorũ finibus officium omne peruertunt.de Or.117.a.Proponere ſibi aliquē imitandũ.de Am.115.b.Proponere ſibi memoriã atq; imaginē alicuius.de Or.97.b.Aduerſus alicuius ſe exercere,uel illius orationē ſibi proponere.& ibi.Proponere aliquã exercitationē.Or.202.b.His propoſitũ eſt placare animos.Ep.16.b.Neq; mihi in omni uita res tã erit ulla propoſita,q̃ ut latere,&c. de Cl.195.a. Omni huic ſermoni propoſitum eſt,ut laborem meũ perſpicias. de Cl.167.a. Hoc neq; propoſitum nobis eſt hoc loco,neq; neceſſariũ.I.C.118.a.Quæcũq; mihi fortuna proponatur, ſubibo. pro Cl.49.b.Putant enim minus multos laqueos legum ac iudiciorũ eſſe propoſitos.pro Rab.93.a.Serui, qui libertatis ſpē propoſitã non habent.pro Rab.90.b.Tamē in hac defenſione capitis C. Rabirij, proponenda ratio uidetur eſſe officij mei.I.A.193.a.Qui ſibi bona ciuiũ ad prædam propoſuerũt.de In.55.b.Qui leges ſcribunt,utilitatē reip. ſibi proponere debent.pro Fl.148.b.Quib. laus, merces, gratia,gratulatio propoſita eſt in impudenti mendacio. pro Seſt.9.b.Mihi propoſitũ eſt oſtēdere omnia,&c.Ep.16.b.Omnib.propoſitum eſſe debet cũ dignitate ociũ.pro Dom.222.a.Mea cauſa uidebatur perditis ciuibus ad inuidiam eſſe propoſita.Ep.71.b.Omnibus telis fortunæ propoſita eſt uita noſtra.de Fin.76.b.Cum improbis pœnam proponitis.Ep.27.b.Proponere aliquid alicui ad timorē. & pro Pl.280.a.Cum mors proponeretur.Ep.5.b.Iniurijs,quæ à Catone propoſitæ ſunt,reſiſtemus.pro Cæl.54 a.Et cum huius uobis adoleſcentiam propoſueritis, conſtituite nobis ante oculos huius etiã miſeri ſenectutem. pro Seſt.6.b.Si ora ipſorũ oculis ueſtris propoſueritis. de N. 23.b.Cōprehende animo, & propone ante oculos deum, &c.I.C.120.b.Cum uerò mihi propono regnãtem Lentulũ,&c.uerſatur mihi ante oculos,&c.cerno animo, &c. uideor mihi uidere,&c.pro Syl. 180.b.Et uitã illius ante oculos ueſtros proponite.Ep.50.b.Hoc idē fac ante oculos tuos tibi proponas modò,etc.et ibi. Quæ alijs tute præcipere ſoles; ea tute tibi ſubijce,atq; apud animũ tuũ propone,nullus dolor,&c.pro Dō.215.a. Res erat nō in opinione dubia,ſed in præſentia atq; ante oculos propoſito



periculo.pro Pl.259.b.Sed mihi in cauſa facili perdifficilis defenſionis ratio proponitur.At.197.a.Ciceroni uelim hoc proponas,ut accōmodet,etc.de Or.137.b. Digredi ab eo quod propoſueris. Or.209.b.Proponere quod dicturus ſis.pro Pom.7.a.Quod mihi ego extremum propoſuerã,cum eſſem de belli genere dicturus.Ep.14.a.Illa ſequor quæ paulo antè propoſui.et 252.a.Extremum illud eſt de ijs quæ propoſueram.de Cl.184.a.Curio cum tria propoſuiſſet,aut quartum addebat,aut tertiũ quærebat. & 186 b.Cenſorinus quod propoſuerat,explicans expeditè. de Or.124.b.Proponi oportet quid afferas, & id quare ita ſit,oſtendere.et 90.b. Si cupiam nimis infinitum uidetur quod ita propoſui,quacunq; de re,&c.& 128.b. Aliquid nō effici ex propoſitis,nec eſſe conſequens.et 96.b. Ab eo quod tibi propoſueris minus aberrare.Tuſ.149.b. Ponere iubebã de quo quis audire uellet:id eſt,proponere. I.A. 193.b.Mortem omnibus natura propoſuit. & 212.b.De tribus enim quæ propoſui,hoc extremum eſt. pro Deiot. 152.a.Propone tibi duos reges, idq; animo contemplare quod oculis non potes.I.A. 243. b. Cum peruenero ad eũ exitum,qui mihi fuit propoſitus.et 251.a. Qui eã tibi cauſam belli gerendi proponis,ut ſenatum funditus deleas. de L.173.a. Legum uocem proponam. At.282.a.Non enim id propoſitum eſt huic epiſtolæ, Meſſalã ut laudem,præſertim ad Brutum. Q.Fr.241. a. Sed neſcio quo pacto ad præcipiendi rationem delapſa eſt oratio mea, cum id mihi propoſitum non eſſet.& 319.a. Quid nunc putas tanta abs te mihi mercede propoſita? Or.7.a.Referri enim decet ad ea quæ propoſui in principio fundamenta iuſtitiæ. & 10.a.Tertium eſt propoſitum,ut in beneficentia delectus eſſet dignitatis.& 14.b.Mihi propoſitum eſt, ut in libertate uiuã. At.33.b.Minæ,quæ mihi proponũtur, modicè me tangunt.& 36.a.Locus ubi proponuntur edicta.et 124.b.Moderatori reip.beata ciuium uita propoſita eſt.

Proportio,onis.comparatio.l.Portio.I.V.210.b.Fuere aliquando apud Siculos peræqua proportione cæteræ. de Vn.197.a.Id optimè aſſequitur,quæ græcè ἀναλογία, latinè,(audendum eſt enim, quoniã hæc primùm à nobis nouantur)comparatio proportióue dici poteſt. de Vn. 197.b. Quemadmodũ ignis animæ,ſic anima aquæ,quodq́ue anima aquæ,id aqua terræ proportione reddit. & 199.a.Eius autē particulæ interuallo relicto habebat numerus ad numerum eandem proportionem,comparationemq; in extremis,quam habēt CCLVI.cum CCLIII.Tuſ. 156.b.Terra ad uniuerſi cœli complexum quaſi pũcti inſtar obtinet.l. Varronem de Analogia.

Propoſitio,onis. de Or.162.a. Propoſitioq; quid ſis dicturus.Tuſ.199.a.Quid ergo? huius'ne uitæ propoſitio & cogitatio Thyeſtem leuare poterit? de In.82.b. Cum animi ampla quadam & ſplendida propoſitione.l. Magnificentia.

Propoſitio.cum pars eſt ratiocinationis,eſt, per quã breuiter locus is exponitur, ex quo omnis uis oportet emanet ratiocinatis.

Propoſitum,ti.σκοπὸς,mens,cōſilium, propoſita ratio,quod attinet,ſuſceptum conſiliũ,inſtitutũ.Or.209.a. Vt declinet à propoſito,deflectatq; ſententiam.& de Or. 162.a.Declinatio breuis à propoſito.de Cl.171.b. Egredi à propoſito ornãdi cauſa.de Or.162.a.Reditus ad propoſitum.& ibi.b.Reditus ad rem.Tuſ.153. a. Redire ad propoſitum.& 192.b.Nos ad propoſitum reuertamur. pro Cæl.58.b.Maledictio nihil habet propoſiti præter cōtumeliã.de Fat.140.b.Academiæ cōſuetudo cōtra propoſitum



diſputandi.

diſputandi. Offic. 23. a. Cato grauitatem ſuam perpetua cõſtantia roborauit, ſemperq́; in propoſito ſuſceptoq́; conſilio permanſit. & 14. b. His idem propoſitum fuit, quod & regibus, ut libertate uterentur. de Cl. 176. b. Eſt enim propoſitum, colligere eos, qui, &c. At. 280. a. Nulla re deterreri à propoſito poteſt. Off. 60. a. Sed iam ad propoſitum reuertamur. Top. 227. b. De propoſito, quæ eſt quæſtio infinita. ad Her. 23. b. Nihil neq; ante rem, neq; præter rem locuti ſumus. At. 250. a. b. Σκοπὸς hic eſt enim huic noſtro, nihil prebere.

Propoſitus, a, um. ſuſcepus, manifeſtus, promptus. pro Lig. 141. b. Quem de ſuſcepta cauſa propoſitaq́; ſententia nulla uis, nullum periculum poſſet depellere. & Off. 23. a. Cato ſemper in propoſito ſuſceptoq́; conſilio permanſit. de Fin. 105. b. Sed iam ſentio me eſſe longius prouectum, q̃ propoſita ratio poſtularet. pro Dom. 169. a. Nondum ad propoſitum mihi finem honoris perueni. de D. 85. b. Cum ex itinere quodam propoſito, & iam conſtituto reuertiſſet, aquilæ admonitus uolatu. Par. 124. b. Ergo hoc propoſito nunquam eris diues, antequam, &c. pro Mil. 107. b. Magna Clodio ſpes erat in Milonis morte propoſita. & 112. a. Milo uitam ſuam maximis præmijs propoſitam, & penè addictam ſciebat. Q. de Pet. 208. a. Iis fac ut propoſitum & paratum auxilium tuum eſſe uideatur. Ep. 16. a. Sic omnibus nobis in adminiſtranda rep. propoſitũ eſſe debet, cum dignitate ocium. pro S. R. 38. a. Tametſi hoc minime latet, quod ita promptum & propoſitum eſt, ut, &c. I. A. 258. b. Quorum ea mens idq́; conſilium eſt, ut cupiãt, &c. Off. 53. b. De tertio autem genere deinceps ſe ſcripſit dicturum, nec exſoluit quod promiſerat.

Proprætor, ris. uel Proprætore. qui cum prætoria poteſtate aliquò mittebatur. de Pro. 72. a. Res in prouincia à proprætore geſta. et I. A. 203. b. Prouinciæ, quas prætorij proprætore obtinerent. Ep. 118. a. & ibi. Quos ex S. C. cũ imperio in prouincias proprætori mitti oporteret.

Propriè. priuatim.)(. Communiter. publicè, promiſcuè. Ep. 134. a. Quod me amas, eſt id tibi cõmune cũ multis: quod tu ipſe tam amandus es, id eſt proprie tuum. pro Seſt. 10. b. Metelli cauſam neq; ſenatus publicè, neq; ullus ordo proprie ſuſceperat. I. A. 156. a. Nibil eſt quod tã proprie dici poßit actũ eius quàm lex. Part. 230. a. Proprie in uerbis eloqui dicitur. de Or. 113. b. Quàm proprie de uno quoq; dixit. contra Rul. 83. a. Promiſcuè toto quàm proprie parua frui parte malletis. Off. 21. b. Quarum una eſt communis, etc. altera quæ proprie ſingulis eſt tributa. Of. 8. b. À peregrino enim receßit, & proprie in eo, qui contrà ferret arma, remanſit. Off. 54. b. Atq; illud quidem honeſtum, quod proprie uereq́; dicitur, id in ſapientibus eſt ſolis, nec à uirtute unquam diuellitur. I. A. 175. a. O hominem nequam. quid enim aliud dicam? magis proprie nihil poſſum dicere.

Proprietas, tis. natura, uis, natura propria. Ac. 15. a. Singularum rerum ſingulæ proprietates ſunt. Part. 233. b. Definitio genere declaratur & proprietate quadam. & 228. a. Proprietas ſic, in hominem ne ſolum cadat, atq; etiã in belluas ægritudo. de Som. 131. a. Hæc eſt natura propria animæ atq; uis: id eſt, ut ipſa à ſe mouentur.

Proprius, a, um. præcipuus, peculiaris, certus, ſuũ cuiuſq;, quod proprie ſingulis eſt tributum, quotidianus & quaſi legitimus, germanus. pro Cor. 69. a. Præcipuum illum & proprium ſenſum doloris mei à ſententia dicenda amouebo. de Sen. 84. a. At id quidem non proprium ſeneſtutis eſt uicium, ſed commune ualetudinis. & de D. 131. a. Varietas eſt propria fortunæ. I. A. 189. a. Libertas propria Romani generis. pro S. R. 43. a. Prædia, quæ noſtra ſunt propria, lux quæ communis eſt. de Or. 88. b. Non id mihi uidetur orator, ſed Craſſus ſua quadam propria, nõ communi oratorum facultate poſſe. Ep. 59. a. Quare non debes aut propriã fortunam, aut præcipuã poſtulare, aut communem recuſare. Ep. 70. b. Conſuetudo cõmunis uel tua ſolius & propria. de Or. 112. a. Aliunde aſſumpto uti bono, non proprio, nec ſuo. de Or. 157. b. Translata & aliena uerba.)(. Propria ac ſua. de Orat. 103. b. Philoſophi, qui omnia ſicut propria ſua eſſe, atq; à ſe poßideri uolũt. pro Cec. 294. b. Rem aliquam ſuo certo ac proprio uocabulo nominare. de Or. 156. b. Verba propria et certa quaſi uocabula rerum, penè unà nata cum rebus ipſis. Ac. 10. a. Certa & propria nota ueri. Tuſ. 252. a. Proprijs & ſuis argumentis quæq; res tractanda eſt. pro S. R. 22. a. Tria prædia Capitoni propria tradũtur. de Cl. 171. b. Et nimirũ is princeps ex latinis illa oratorũ propria & quaſi legitima opera tractauit. de Cl. 195. b. Animũ iudicis impellere quócunq; res poſtulat, hoc eſt unum oratoris maximè proprium. et Q. Fr. 297. b. Hoc eſt epiſtolæ proprium ut is ad quẽ ſcribitur, de ijs rebus, quas ignorat, certior fiat. de Or. 153. a. Ornatè dicere propriũ ne ſit oratoris, an id etiam aliquis præterea poßit. & 103. b. Licet iſta ratione dicamus, pila bene ludere, proprium eſſe iuris ciuilis. & Off. 1. a. de N. 37. a. Artis maximè proprium eſt creare et gignere. de N. 22. a. Animantium proprium eſt, ut aliquid appetant. Ep. 29. a. Quod meum erat proprium, id etiam populo ſe remiſiſſe ſcribit. contra Rul. 77. a. Res ueſtras proprias alienari. pro Syl. 168. b. Tempus agendi fuit mihi magis proprium quàm cæteris. Poſt. 206. a. Si illud de duobus conſulibus perenne ac proprium manere potuiſſet. Off. 8. b. Qui proprio nomine perduellis erat, is hoſtis uocatur. Or. 114. b. Qui profitetur eſſe ſuum, dicere de aliqua re. de Fat. 140. b. Huius ſtudij mea profeßio eſt. de Or. 103. b. Geometriam aut muſicam philoſophi nõ eſſe. Off. 5. a. Ex quo, quia ſuum cuiuſq; fit eorum, quæ natura fuerant communia, quod cuiq; obtigit, id quiſq; teneat. de N. 181. b. Et quod nunc communiter in omnibus ſepultis eſt, ut humati dicantur, id erat proprium tũ in ijs, quos humus iniecta contegeret.

Propter. ob, pro, ab, ad, de, ex, ut. Antequam. 197. a. Non turpitudine uitæ, non pro magnitudine ſcelerum, nõ propter reliquæ ætatis infamiam pœnas iure & lege perſoluo. de Or. 105. a. Quod tamen propter eius ingenij magnitudinem uellem. & ibid. Quem omnes amare pro eius eximia ſuauitate debemus. At. 104. b. Tyronem propter humanitatem & modeſtiam malo ſaluum, quàm propter uſum meum. pro S. R. 20. a. Suſceptum onus aut propter perfidiam abijcere, aut propter imbecillitatem animi deponere. de Cl. 173. b. Eaq́; ſuſpicio propter eã cauſam fuit, quod, &c. pro Q. 12. b. Si propter partium ſtudiũ potens fuit Alphenus, potentißimus Næuius. Par. 122. a. Qui legibus non propter metum paret, ſed quia id ſalutare maximè iudicat. Ep. 70. b. Qui propter acumen occultißima perſpicis. Ep. 4. a. Propter tuum in me amorem. Ep. 20. b. Habemus hæc omnia, bonorũ ſtudium, propter noſtrã cauſam: uulgi ac multitudinis, propter magnificentiã munerum. de Fin. 82. a. Ex ſe & propter ſe expeti.

Propter. propè. de N. 70. b. Vulcanus tenuit inſulas proptẽr Siciliam, quæ Vulcaniæ nominantur. cõtra Rul. 76. a. Fluuius Eurotas, qui propter Lacedæmonẽ fluit. At. 130. b. Nã nec caſtra propter anni tempus facere poſſum. de Cl.



de Cl. 167. a. In pratulo propter Platonis ſtatuam conſedimus. pro S. R. 29. a. Duo filij propter patrem cubantes. & de N. 48. a. Hic iacet propter illum. In V. 225. a. Propter eſt ſpelunca quædam. & 252. a. Propter introitum portus. & 139. Propter ædem Vulcani. I. P. 80. b. Hic uir clarißimus, qui propter te ſedet L. Gellius.

Propterea. ideo, idcirco, ex eo, ea re. pro Lig. 138. a. Atque hæc propterea de me dixi, ut mihi Tubero, cum de ſe eadem dicerem, ignoſceret.

Propterea quòd. propterea quia, ideo quod, ex eo quod, propter hãc cauſam quod, ob eam rem quod, ea re, propter hanc dubitationem quòd, &c. At. 5. a. pro S. R. 36. b. Mandato iudicium eſt conſtitutum non minus turpe quàm furti, propterea quod quibus in rebus, &c. Ep. 138. a. Cum eſſem ocioſus in Tuſculano, propterea quod diſcipulos obuiam miſeram, &c. Ac. 9. b. Si notionem ueri & falſi propterea quòd ea non poſſunt internoſci, nullam habemus. Ep. 49. b. Et ſi genus hoc cõſolationis acerbum eſt, propterea quia per quos, &c.

Propugnaculum, li. locus munitus unde pugnari poſſit. In V. 190. a. Claßis pulcherrima Siciliæ propugnaculum, præſidium prouinciæ. In P. 81. a. Lex Aelia & Fuſia propugnacula muriq́; tranquillitatis. In V. 254. a. Nauis conſtrata & ita magna, ut propugnaculo cæteris poſſet eſſe. pro Fon. 276. b. Eſt in prouincia Gallia Narbo Martius, ſpecula populi Romani, ac propugnaculum iſtis ipſis nationibus oppoſitum & obiectum. pro Pom. 10. a. Propugnaculis imperij ſociorum fortunas defendere. Ep. 239. a. Domus propugnacula & præſidium habet. In V. 156. a Si prius illud propugnaculum, quo cõtra omnes meos impetus uſurum ſe putat ex defenſione eius deiecero.

Propugnatio, onis. defenſio. Ep. 64. a. Suſcepiq́; mihi perpetuã propugnationem pro omnibus ornamẽtis tuis. pro Seſt. 3. b. Ne mea propugnatio ei defuiſſe uideatur. Ep. 6. b. & 10. a. Noſtra propugnatio ac defenſio ſalutis tuæ.

Propugnator, oris. defenſor. In V. 253. a. Claßis infirma propter dimißionem propugnatorum & remigum. & de Or. 106. a. Mutius paterni iuris defenſor & quaſi patrimonij propugnator ſui. et Poſt. 212. b. pro Mil. 104. b. Propugnator ſenatus.

Propugno, as. defendo.)(. Oppugno. pro Rab. 96. a. Teſtator me pro illorum fama, gloria, memoria propugnandum putare. Off. 13. a. Fortitudo eſt uirtus, propugnans pro æquitate. Antequam. 194. a. Pro innocentibus propugnare.)(. Nocentes oppugnare. & Ep. 175. b. Acerrimè propugnare pro ſalute alicuius. Tuſ. 244. a. Beſtiæ pro ſuo partu ita propugnant, ut, &c.

Propulſatio, onis. depulſio. pro Syl. 167. a. Cum huius periculi propulſatione, cõiungam defenſionẽ officij mei.

Propulſo, as. repello, arceo, depello, propello. pro S. R. 19. b. Periculũ quod in omnes intenditur, propulſate. et de In. 70. b. Propulſare iniuriam à ſe. Antequam. 192. b. Propulſare & propellere impetum inimicorum. Of. 5. b. Propulſare iniuriam ab aliquo. et ibi. Inferre iniuriam alicui. de Fin. 122. a. Propulſare frigus & famem. In A. 196. a. Sic ab ingreßione fori populum propulſari uideres.

Propyleum, lei. ueſtibulum. Of. 45. b. Pericles tantam pecuniam in præclara illa propylea coniecit.

Proquæſtor, ris. uel proquæſtore. qui cum autoritate quæſtoria mittitur aliquò. I. V. 68. a. Cum cui legatus & proquæſtore fuiſſet, prodidit. & 84. b. & 94. b. Nã à Dolobella ſtatim proquæſtore iuſſus eſt eſſe. Ep. 251. a. M. T. C. C. Caßio proquæſ. Codex Aldinus uetuſtior ita habet. C. Caßio proquæſtori. Ac. 3. b. Cum Alexandriæ proquæſtore eſſem. & 2. a. Sed, & proquæſtore aliquot annos, &c.

Prora, ræ. prior anteriorue nauis pars. de Or. 159. b. In nauigio latera, carinæ, prora, puppis. I. A. À prora ad malum, à malo ad puppim. Ep. 266. a. Mihi prora et puppis, ut in prouerbio Græcorum eſt, fuit à me tui dimittendi, ut rationes noſtras explicares.

Proripio, pis. ſubduco. de Ar. 243. b. Ille æſtuans ſe è curia repentè proripuit. In V. 269. a. Iubet hominem proripi, uehementißimeq́; uerberari. de Fin. 80. a. Quæ libido non ſe proripiet ac proijciet.

Prorogatio, onis. prolatio. pro Mur. 135. b. Prorogationem legis Maniliæ flagitaſti. At. 218. b. Vtar prorogatione unius diei.

Prorogo, as. differo, profero, propago. I. A. 165. a. Ne quinquennij imperium Cæſari prorogaretur. I. V. 96. a. Impetrat à ſenatu ut dies ſibi prorogaretur. Att. 73. a. Ne prouincia nobis prorogetur, per fortunas dum ades prouide. I. A. 242. a. Differre bellum neq; ſolum prorogare, ſed etiam concedere uictoriam. Ep. 21. b. Rogo atq; oro te, ne patiaris mihi quicquam ad hanc prouincialem moleſtiã temporis prorogari. & 40. b. Illud pugna atq; enitere, nequid nobis temporis prorogetur. I. A. 174. b. Cæſar paucos tibi ad ſoluendum propter inopiam tuam prorogauit dies. & 181. a. Numerum annorũ prouincijs prorogauit. At. 69. a. Illud probè ne pateretur, quãtum eſſet in ipſo prorogari nobis prouincias. & 216. b. Ipſe enim adſum, niſi quid tu prorogas. Q. Fr. 290. b. Quodſi tibi bellum adminiſtranti prorogatum imperium uiderem, intelligerem etiam fortunæ poteſtatem in nos prorogatam.

Prorſus. penitus, planè, omnino, funditus, radicitus, in totum, utiq;, uſq;quaq;, omni ex parte, undiq;, ſine ulla exceptione.)(. Nulla ex parte. de N. 63. a. Si autem id dicis, mũdo nihil eſſe ſapientius, nullo modo prorſus aſſentior. At. 219. a. Prorſus non uidetur eſſe dubium, quin, &c. de Or. 114. a. Verbũ prorſus nullum intelligo. Ep. 3. b. Prorſus eũ libero omni ſuſpicione cupiditatis. Ep. 55. a. et 105. b. Neq; ſolum nobis, id eſt, tuis, ſed prorſus omnibus. Tuſc. 161. b. Prorſus hæc diuina ſunt. At. 261. a. De ſumma agẽ prorſus uehementer & ſeuerè uolo. pro Syl. 177. b. Gladiatores empti ſunt ad cædem, &c. ita prorſus. de N. 75. b. Prorſus, ſi, &c. præſtare, &c. Att. 251. a. HS. LXXII. ſatis eſſe affatim prorſus.

Prorumpo, pis. erumpo. pro Mur. 144. b. Catilina prorumpet, quà minatur, in agros ſuburbanos repẽtè aduolabit. pro S. R. 20. b. Hoc cogitate iudices, eò prorumpere hominum audaciam, ut hic ante pedes ueſtros cædes futuræ ſint.

Proruptus, a, um. proiectus. pro S. R. 29. a. Prorupta audacia.

Proſapia, piæ. genus, ſtirps. de Vn. 202. a. Et eorum, ut utamur ueteri uerbo, proſapiam, &c.

Proſcribo, bis. proſcriptionem facio, edico. pro Dom. 222. a. Quæro enim quid ſit aliud proſcribere uelitis, iubeatis, ut M. Tullius in ciuitate ne ſit. et ibi. Hoc pati poteſtis, ut ſinguli ciues ſingulis uerſiculis è ciuitate tollantur? pro S. R. 21. a. Cũ proſcriberentur homines, atq; ex omni regione caperentur ij, qui aduerſarij fuiſſe putabantur. I. V. 101. a. Lex Cornelia proſcriptum iuuare uetat. Offic. 65. a. Sic tu cum ædes proſcribas, tabulam tanquam plagam ponas, domum propter uicia uendas, &c. Att. 152. b. Senatum enim Kalend. uelle ſe frequentem adeſſe, etiam Formijs proſcribi iußit. Quint. Fr. 311. b. Racilius tabulam pro

lam proſcripſit,ſe familiam Catonianam uẽditurum.pro Q.3.a.Auctionem in Gallia ſe facturum eſſe proſcripſit. & 9.a.Proſcribere bona alterius.& 3.a.Eum non poſſe quæ proſcripſiſſet uendere.Off.62.b.Ille quod non placebat proſcripſit,tu quò placebat miſiſti.contra Rul.89.a. Poſſeßiones uenales ac proſcriptas hac lege uideo.At.203 b.Horti quam in diẽ proſcripti ſint,uelim ad me ſcribas.I. Ver.104.b.Iſte locare incipit non proſcripta neq; edicta die.At.55.b.Tuſculanum proſcripſi.At.105.a.Vt quid ſi uictus eris,proſcribare:ſi uiceris, tamen ſeruias. Att.253. a.Itaq; ſeſe ſcripturum aiebat ut uenationem etiam, quæ poſtridie ludis Apollinaribus futura eſt,proſcriberent.At. 262.a.Throtium ægrum proſcriptum uidimus.

Proſcriptio,onis.damnatio,publicatio. pro S.R.39. b.Opinor eſſe in lege quam ad diem proſcriptiones uenditionesq; fiant.& pro Q.10.a. & In V.267. Proſcriptio bonorum.pro Flac.161.b.Emptiones falſas, proſcriptiones cum mulierculis aperta circumſcriptione feciſti. pro Q.R.44.a.Cauete per deos immortales, ne noua & multo crudelior per uos proſcriptio inſtaurata eſſe uideatur, illam priorem quæ facta eſt in eos,qui arma capere potuerunt,tamen ſenatus ſuſcipere noluit. pro Seſt. 17.b.Cum de capite ciuis & de bonis proſcriptio ferretur. & Poſt. 205.a.Cum caput meæ proſcriptionis recitaretur. & de Pro.78.b.Proſcriptio capitis mei.Par.125.a. Proſcriptiones locupletum.At.173.a.Non nominatim,ſed generatim proſcriptio eſt informata.

Proſcripturio,ris.proſcribere cupio.At.145.b. Syllaturit animus eius & proſcripturit.

Proſcriptus,a,um.contra Rul.89.b. Poſſeßiones uenales ac proſcriptas hac lege uideo.

Proſeminatus,ta.procreatus.de Or.148.b.Nam cum eſſent plures orti ferè à Socrate, proſeminatæ ſunt quaſi familiæ diſſentientes inter ſe.

Proſequor,ris.ſequor,comitor,perſequor.Q.Fr.314. b.Publicani Domitium cum equis proſecuti ſunt.& In A. 192.b.Legio quarta C.Cæſaris exercitum proſecuta eſt. At.93.a.Is me proficiſcentem Apameam proſecutus eſt. & Ep.205.a.Cum te proſequerer paludatum. & 42.a. Cum te Puteolis proſequerer.pro Q.18.b. Vt eum bona exiſtimatio uſq; ad rogum proſequatur.de Cl.176.b. Proſequi atq; imitari antiquitatem. pro S.R.32.a.Et id non proſequar longius quàm mea fides poſtulabit.& ad Her. 3.b.Ne ab ultimo repetamus,ne longius proſequamur.de Or.93.a.Date nobis hanc ueniam ut ea quæ ſentitis de omni genere dicendi ſubtiliter proſequamini.& At.258.b. Eum locum Poßidonius proſecutus eſt.Part.131.a.Accuſator rerum ordinem proſequitur.& de Or.160.b.Ne hæc difficiliora ad proſequendum eſſe uideãtur.Ep.256.a.Reliquum eſt,ut tuã profectionem amore proſequar, reditũ ſpe expectem.pro Pl.275.a.Is me in diſceſſu meo non lachrymis ſolum ſuis,ſed animo,corpore, copijs proſecutus eſt,de Cl.165.a.Oportunitatem uerò mortis illius beneuolentia potius quàm miſericordia proſequamur.Att.41.b. Spes quæ nos proficiſcentes proſequebatur. pro Pl. 264. a.Minturnenſes C.Marium linquentem eam terram quã ſeruauerat,lachrymis uotiſq; proſecuti ſunt.In A. 167.a. Quæ tã ingratæ literæ reperientur,quæ non eorum gloriã immortalitatis memoria proſequantur. de Or 114.a. Genus orationis fuſum atq; tractum proſequendum eſt. Am.190.a.Quocirca & mortui uiuunt,tãtus eos honos, memoria,deſiderium proſequitur amicorũ. de L.182.b. Proſequi laudes clarorum uirorum ad cantus & ad tibicinem.I.A.191.b.Laudo uos Quirites cum gratißimis animis proſequimini nomen clarißimi adoleſcentis.I.A. 225. b.Populus Rom.maximo clamore & plauſu Bruti memoriam proſequebatur.Ep.249.b.Proſequi aliquem omnibus officijs.& 91.a. Qui paternam amicitiam nullis ipſi officijs proſecuti ſunt.Ep.254.a.Mirabilis eum beneuolẽtia proſecuta eſt.I.A.263.a.Alicuius uirtutem grata memoria proſequi.de Ar.256.a.Effrenatos eius furores plauſu etiam ſuo proſequebantur.Ep.226.a.Deinde impudentia proſequor,ſed idem ſarciam.In V.123.b. Proſequi aliquem uerbis uehementioribus.

Proſerpina,næ.Libera.In T.225.a.et ibi.& de N.38. b.De raptu eius.

Proſilio,lis.exilio,prorumpo.pro Cæl.50.b.Vt ſerui repentè proſilirent,hominemq; comprehenderent.& 51 b.Proſilire.pro Cæl.51.a.Deinde temerè proſilierunt.& 51.b.Quos tu temerè proſiluiſſe dicis.

Proſpecto,as.proſpicio,ſpecto.I.V.244.a.Quæ nauis proſpectare iam exilium uidetur.

Proſpectus,ctus.locus editus & apertus ad proſpiciẽdum,ſpecula.pro Dom.235.b.Porticus in Palatio pulcherrimo proſpectu.& At.188.b.Proſpectus maris.I.V.101. a.Producere aliquem in proſpectum populi. Ac.20.b.O præclarum proſpectum.At.227.b.Quæris, utrum magis tumulis proſpectuq;,an ambulatione delecter.

Proſper,a,um.ſecundus, felix, ad uoluntatem noſtrã fluens.)(.Aduerſus,incommodus.Off.36.b.Cum proſpero flatu fortunæ utimur. Poſt. 198. a.Proſpera,æquabilis perpetuaq; fortuna, ſecundo uitæ ſine ulla offenſione curſu.de N.78.a.Ad proſperam aduerſamúe fortunam qualis ſis,nihil intereſt.de Cl.165.b.Poſt eaq; proſperæ res deinceps multæ conſecutæ ſunt.At.22.a.Venti ſecundi. & Off.18.a.Ad uoluntatem noſtram fluens. At.139.b.Ego enim non iam id ago ut proſperos exitus conſequar, &c.

Proſperè.feliciter.Ep.177.a.Omnia ut ſpero proſpere procedẽt.& 44.b.Ego uerò uelim mihi Tulliæq; meæ proſpere euenire ea,quæ me inſciente facta ſunt à meis.de N.59.b. Magnis uiris proſpere eueniunt ſemper omnes res.de Cl.187.a.& pro Mur.124.a.& Tuſ.138.b. Q.Arrius omni iam fortuna proſpere functus.

Proſperitas,tis.res ſecundæ,commoditas.)(. Afflictæ fortunæ. de Fin.68.a.Ariſtoteles uirtutis uſum cum uitæ perfectæ proſperitate coniunxit.de N.77.b. Commoditatem proſperitatemq; uitæ à dijs habemus,uirtutem deo acceptam nemo refert.& 78.a.Improborum proſperitates ſecundæq; res redarguunt uim deorum.

Proſpicio,cis.conſulo,prouideo,præſentio, præuideo, I.V.107.a.& pro Fl.196.a.Conſulere filijs ac proſpicere debemus.I.V.80.a.Vos quod ad famam ueſtram pertinet,proſpicite atq; conſulite.I.C.118.b.Quare,P.C. conſulite uobis,proſpicite patriæ,&c.pro Cl.50.a. Proſpicite id quod preuidendum eſt.Ep.31.b. Rogo te ut proſpicias & cõſulas rationibus meis. de Ar.257.a.Sed tamen huic malo populus Rom.proſpexit.pro Syl.177.a.Sed tamen munere ſeruili obtulit ſe ad ferramenta proſpiciẽda.

Proſpicio.præſentio,præuideo.Ep.22.a.Sed ut ab homine lõgè in poſterũ proſpiciente futura expecto.Ep.47 a.Multo enim antè tanquam ex aliqua ſpecula proſpexi tempeſtatem futuram.& de Am.104.a. Longè proſpicere futuros caſus.& pro Dom.215.a.Proſpicere aliquid cõiectura.& I.V.75.a.Proſpicere inſidias. & Offic. 39.b. Proſpicere futura.pro Mur.138.a. Sapiens ac multum in poſterum proſpiciens uir.& Ep.22.a.Longè in poſterũ



proſpicere.Epiſt.84.b.Vt ſpero,uel potius ut proſpicio. pro Q.6.a.Iam antè animo proſpicere aliquid. pro Cæl. 41.b.Proſpicere aliquid animo.pro Cl.24.a.Magium lõgè animo proſpexiſſe morientem.Ep.105.a. Quem tamẽ ſi exciderìs,multum proſpexeris. de Ar.244.a.Tum,inquam,tum uidi,& multo antè proſpexi quãta tempeſtas excitaretur,quanta impendêret procella reip. pro Dom. 227.a.Sed proſpexiſtis ne qua in uos aliquando inuidia redundaret. Att.157.a. Eaq; ipſa tempeſtate euerſam eſſe remp.quam XIIII.annis antè proſpexerim.

Proſterno,nis.abijcio,affligò,profligo, ad caſum do, peruerto.pro Cluen.32.a.Præcipitantem igitur impellamus,& perditum proſternamus. Parad.118.a.Abijcere & proſternere ſe.& Ep.63.b.Proſternere atq; obterere obtrectationes maleuolorum.pro Plan.269.a. Proſternere ſe & ſupplicare alicui. pro Cl.20.b.Mulier perfregit ac proſtrauit omnia cupiditate ac furore. In C.104.b. Quando tandem illum mœrore afflictum eſſe & profligatum putatis?iacet ille nunc proſtratus,& perculſum ſe atque abiectum eſſe ſentit.In A.169.a. Ille ſe ad pedes meos proſtrauit lacrymans.& 163.a. Hircius hoſtes proſtrauit,fudit,occidit.

Proſtratus,a,um.profligatus,afflictus.In C.104.a.de Or.128.a.Afflicta & proſtrata uirtus maximè luctuoſa eſt.Oct.330.a.Afflictam & proſtratam remp. extuliſti. pro Lig.139.a.Proſtratus ad pedes,&c.

Proſum,es.proficio,utilitatem uel fructum affero, emolumentum facio,conſulo,orno.Off.40.a. Qui nec ſibi,nec alteri proſunt,ut dicitur.de Or.95.a.Pudor qui nõ modò nõ obeſſet eius orationi,ſed et iam probitatis commendatione prodeſſet.Ep.29.a.Sin à me eſt alienior, nihil tibi literæ meæ proderunt.& 101.b. Metuo ne artificium tuum tibi parum proſit.

Protector.oris.munitior.In A.247.a.Sapientia, cautioribus utitur conſilijs, in poſterum prouidet, eſt omni ratione protectior.

Protego,gis.defendo.Tuſc.219.b. Cum Africanus in acie M.Halienum ſcuto protexit.pro Syl.176.b.Ego iacẽtem & ſpoliatum defendo & protego.pro Pl.274.b. Aliquem protectum in acie hoſtium manibus eripi.

Protendo,dis.prorogo. Ep.160.b. Comitia tamen, quando ex his pendes, quantum facere poſſumus,in Ian. mẽſem protendimus. Aſin.164.b.Nec periculorum metu quæ uictoribus illis protendebantur,exercitum diminuere uolui.& 165.a.aliter,portendebantur.

Protero,ris.conculco.pro Fl.157.b.Illi iſtum ſemper domi proterendum eſſe & conculcandum putauerunt. et ad Her.40.b.Proteri & conculcari.

Proteruus,a,um.petulans. de Fin.61.b. Alij audaces & proterui.& pro Cæl.45.b.& de Fin.132.b. Si uidua liberè proterua petulanter uiueret.

Proteruitas,tis.petulantia.pro Cæl.43.a. De proteruitate,de ſumptibus.

Protinus.ſtatim.de In.46.b.Principiũ eſt oratio perſpicuè & protinus perficiens auditorem attentum.de D. 90.b.Tum ei deus præcepit,ut pergeret protinus:quid retro fieret,ne laboraret.At.182.b.Illum arbitrantur protinus patris in Siciliam.Q.Fr.364.a. Rogo te ut Romam protinus pergas.& 327.a.Cæſaris ne tabellarijs, ut is ad te protinus mittat,&c.

Protraho,his.traho,prorogo.I.A.157.a.Quis reum dãnare audeat?ut ipſe ad operas mercenarias ſtatim protrahatur?Ter.8.a.Vt aliquot ſaltẽ nuptijs protrahat dies.

Protrudo,dis.propello,impello. de Fat.149.a.Qui protruſit cylindrum, dedit ei principium motionis, uolubilitatem autem non dedit.

Profectus,a,um.Tuſ.158.b.Ex his igitur beſtiolis hora octaua quæ mortua eſt,profecta ætate mortua eſt,quæ uero occidente ſole,decrepita.de Cl.176.a.C.Licinius iiſdem temporibus ferè,ſed longè ætate prouectus, habitus eſt ſanè luculentus patronus.& de D.109.a. Qui iam ætate prouecti in noſtris libris acquieſcunt. de Sen.79.a. Non admodum grandis natu,ſed tamen ætate prouectior.

Proueho,his.produco,promoueo.de Fin.105.b. Sentio me eſſe longius prouectum,quàm propoſita ratio poſtularet.Tuſ.217.b.In altumq; prouehitur imprudens.& de In.81.b.Nauis in portum prouehitur.de D.92.b. Cum tu equo aduectus ad quandam magni fluminis ripam prouectus ſubitò in flumen delapſus es.In V.253.b.Poſteaquã paulum prouecta claßis eſt.pro Q.R.50.a.Paulo longius oratio mea prouecta eſt.pro Dom.219.b.Veſtra in me attentè audiendo benignitas prouexit orationem meã. Off. 36.b.Cum proſpero flatu fortunæ utimur,ad optatos exitus prouehimur.de Ar.254.a.Sulpitium lõgius quàm uoluit popularis aura prouexit.de Som.82.b.Quorum uſq; ad extremum ſpiritum prouecta eſt prudentia. et de Am. 102.b.Si longius in amicitiam prouecti eſſent, ſi amorem ad adoleſcentiam perduxiſſent.In A.154.a. Nec ita multum prouectus reiectus ſum.In A.216.a.Atq; etiam homines agreſtes inani ſpe ad aquas uſq; puteolanas prouehũtur.In A.251.a.b.Ecquò te tua uirtus prouexiſſet?ecquam genus?At.282.a.Sed prouehor amore,nõ enim id propoſitum eſt huic epiſtolæ.pro Mil.112.a.Milo uitam ſuã nunquam in periculum ſine cuſtodia prouehebat.

Prouenio,nis.exorior,uenio.de Sen.81.a. Proueniebãt oratores noui,ſtulti.ex Næuio.de Fin.58.b. Nec quid prouenturum ſit prouident.

Prouerbium,bij.uerbum,dictum,uel ſententia, quæ in ore omnium ferè uerſatur,aut uerſata quondam eſt.Hinc Adagium quoq; appellatur,quaſi (ut Varro docet) circũagium,quia circumagatur per omnium ora. Duo noſtra memoria uiri clarißimi Adagia collegerunt, & explicarunt,Eraſmus ille Roterod.& Polydorus Vergilius Vrbinas.Sed hic ſacra tantum,ille omnia delibauit.In V.101.a. Iſtius iniquitas tum in ore uulgi & in communibus prouerbijs uerſabatur.Off.7.b.Ex quo illud, Summũ ius ſumma iniuria,factum eſt iam tritum ſermone prouerbium. de Fin.125.a.& 124.b.Sed ueteris prouerbij admonitu uiuorum memini.de Sen.85.b.Illud uetus laudatumq; prouerbium,quod monet,&c. In V.86.b. Quod eſt græcis hominibus in prouerbio.Tuſ.216.b. Illud ita peruulgatũ eſt,ut iam prouerbij locum obtineat,hominem frugi omnia rectè facere.Or.220.b.Sed ut in prouerbio eſt, ſcopas mihi uidetur diſſoluere.de Fin.65.b. An uerum eſt hoc cõtritum uetuſtate prouerbium?qui cum in tenebris mices? Ep.155.a.Culpa enim illa,bis ad eundem, uulgari reprehenſa prouerbio eſt. Oſ.44.b. Omnino meminiſſe debemus id quod à noſtris hominibus ſæpißimè uſurpatũ eſt, iamq; in prouerbij cõſuetudinem uenit, largitionẽ fundũ nõ habere.et 58.b.Nullis adminiculis,ſed,ut dicitur, marte noſtro.de Fin.86.b.Vt prouerbia nõnulla ueriora ſint, q̃ ueſtra dogmata,uulgò enim dicitur, iucundi acti labores.I.A.252.a.Illud tamen uerum quod in hoc Planco prouerbij loco dici ſolet,perire nõ poſſe, niſi ei crura fractæ eſſent:fracta ſunt,& uiuit.pro Q.10.a.Vetus eſt de ſcurra,multo facilius,etc.Am.112.a.Et acta agimus quæ uetamur ue-

murueteri prouerbio. Off. 11.a. In Græcorum prouerbio eſt, amicorum omnia eſſe communia. Off. 67.b. Ruſtici, à quibus natum eſt id, quod iam tritum eſt uetuſtate prouerbium, &c.

Prouidens, tis. prouidus, prudens. In V. 256.b. Obſignat ſignis amicorum prouidens homo. & Epiſt. 84.a. Homo ualde acutus & multum prouidens. Ep. 30. b. Id enim mihi & ad breuitatem eſt aptius, & ad reliquas res prouidentius.

Prouidentiſsimè. de N. 79.a. Ratio ſanctiſsimè et prouidentiſsimè conſtituta.

Prouidentia, tiæ. prudentia, numen. de In. 82.a. et pro Fl. 146.b. Prouidentia eſt, per quam futurum aliquid uidetur antequam eueniat. de N. 37.b. Mens mundi prouidētia appellari rectè poteſt, Græcè enim πρόνοια dicitur, hæc potiſsimum prouidet, & in his maximè eſt occupata, primum ut, &c. deinde ut, etc. de N. 5.a. Anus fatidica Stoicorum πρόνοια, quàm Latinè licet prouidentiam dicere. de D. 104.b. Eſſe deos & eorum prouidentia mūdum adminiſtrari, eoſdemq; conſulere rebus humanis, nec ſolum uniuerſis, ſed etiam ſingulis. I. C. 115.b. Omnia deorum nutu atq; poteſtate adminiſtrari. Ac. 30. b. Stoici exiſtimant à deo nos curari. de Ar. 248.a. Quis non intelligit deorū numine hoc tantum imperium eſſe natum, auctum, & retentum? & ibi. Deorum immortalium numine omnia regi gubernariq;. de Som. 127.b. Ille princeps deus, qui omnem hunc mundum regit. de Sen. 94.a. Dij qui hanc omnem pulchritudinem tuentur & regunt. de D. 130. a. Epicurus negat quicquam deos nec alieni curare, nec ſui. & ibi. Ennius, ſed deos non curare opinor quid agat humanū genus. de Sen. 93.a. Memoria præteritorum futurorum prudentia. At. 151.b. Tu me cura tua et prouidentia iuua. de N. 78. b. Diuinam prouidentiam quócunq; ſe moueat efficere poſſe quicquid uelit. 172.b. Sit igitur hoc perſuaſum omnibus, dominos eſſe omnium rerum ac moderatores deos, eáq; quæ gerantur eorum geri ditione ac numine, eoſdemq; optimè de genere hominum mereri. & qualis quiſq; ſit, quid agat, quid in ſe admittat, qua mente, qua pietate religiones colat, piorum & impiorum habere rationem. de L. 176.a. Deorum mente mundum regi, & eorundem benignitate hominum conſuli generi. de Vn. 196 b. Hunc mundum eſſe diuina prouidentia cōſtitutum. pro Mil. 117.b. Nec uerò quiſquam aliter arbitrari poteſt, niſi qui nullam uim cœleſtem exiſtimat, numenúe diuinū, quem neq; ſol ille, nec cœli & ſignorum motus, nec uiciſsitudines rerum atq; ordines mouent, neq; id quod maximū eſt maiorum ſapientia, qui ſacra, qui cerimonias & ipſi ſanctiſsimè coluerunt, & nobis ſuis poſteris prodiderunt. de L. 160.a. Naturam omnem diuinitus regi deorum immortalium natura, ratione, poteſtate, mente, numine, ſiue quod eſt aliud uerbum, quo planius ſignificem quod uolo.

Prouideo, des. antè prouideo, proſpicio, conſulo, medeor. de N. 37.b. Prouidentia, quæ πρόνοια Græcè dicitur, hæc potiſsimum prouidet, & in his maximè eſt occupata, primum ut, &c. pro Mur. 125.a. Eſt boni conſulis, non ſolum uidere quid agatur, uerum etiam prouidere, quid futurū ſit. Tuſ. 197.b. Siue illa ante prouiſa expectata ſint, ſiue inueterauerint. de D. 111.b. Medicus morbum ingrauescentem ratione prouidet, inſidias imperator, tempeſtates gubernator. At. 73.a. Ne prouincia nobis prorogetur, per fortunas dum ades, quicquid prouideri poteſt, prouide. At. 22.b. À me ita præcautum & prouiſum eſt. et pro



Plan. 270.a. Prouidere antè & præcauere. At. 169.a. Cætera quæ conſilio prouideri poterunt, cauebuntur. et 172. a. Omnibus rebus cura & prouide ne, &c. In V. 261.b. Iā ſocij ne ſpoliarentur fide ac officijs prouiderunt. pro Cl. 50.a. Proſpice id quod prouidendum eſt. In V. 74.a. Huic loco per deos immortales iudices conſulite & prouidete. Quin. Frat. 297.b. Antè occupatur animus ab iracundia, quàm prouidere ratio potuit, ne occuparetur. de Fin. 67. b. Quod quidem ego à principio ita me malle dixerā, hoc ipſum prouidens dialecticas captiones. Ep. 83.a. Quæ propterea prouiderim prætereo. & 45.b. Multo antè prouidere aliquod malum. & 239.b. Quod opus erit prouideas atq; adminiſtres. de D. 134. b. Si deus iſta uiſa, nobis prouidendi cauſa dat. Antequam. 194.a. Cum pax publicè prouidenti eripiatur. Ep. 3.a. Quæ ut quàm rectiſsimè agantur, omni cura prouidebo. Tuſ. 201.b. Cum uidetur præcaueri potuiſſe, ſi prouiſum eſſet. Ep. 4.b. Si qua conabūtur agere, ſatis prouiſum eſt. & Ac. 16.a. Prouide etiam, ne, &c. Ep. 138.a. Actum eſt de te, niſi prouides. & 31.b. Si rationibus meis à te prouiſum eſſe intellexero. & ad Her. 26.b. Ex aliorum euentibus, rationibus ſuis prouidere. cōtra Rul. 87.a. & In C. 108.b. Quæ timebatis ea ne acciderent, conſilio meo ac ratione prouiſa ſunt. & Ep. 88.a. Vigilare, prouidere reip. In C. 110. a. Mihi uel urbi ſatis eſſe præſidij, cōſultum et prouiſum eſt. In C. 118.b. Circumſpicite omnes procellas, quæ impendent, niſi prouidetis. pro Pom. 9 b. Celeritas in conficiendo, conſilium in prouidendo. In V. 93.b. Quis non ex iniuria, quæ tibi facta eſſet, ſibi prouideret? & 114.a. Qua de re uobis magnopere prouidendum eſt. In A. 236.a. Eſt etiam de Brunduſio prouidendum. de N. 1.b. À deis hominum uitæ conſuli ac prouideri, & proſpici. l. Proſpicio. pro Cæl. 41.b. Prouidere alicui contra aliquem. At. 241.a. Præſidia ſunt in multos annos prouiſa. Ep. 22.a. Prouidere & futura proſpicere. At. 1.a. Prouide aliquid coniectura. de D. 93.b. Animus ſeparatus à corpore, meminit præteritorū, præſentia cernit, futura prouidet. contra Rul. 84.b. Multum in poſterum prouidere. At. 111.b. Sanè multum in eo reipublicæ prouiſum eſt. & Ac. 29.a. Geometræ prouideant. At. 119.b. Et ut eſſet à me (tute ſcis) multo antè prouiſum. Q. Fr. 296. a. Conſulere omnibus, mederi incommodis hominum, prouidere ſaluti. In A. 190. a. Nobis uigilantibus & multum in poſterum prouidentibus. In A. 212.b. In poſterū quàm longiſsimè prouidere. 177.b. Græcia longè prouidēs. pro Mar. 134. a. Nunc uenio ad atrociſsimam ſuſpicionem tuam, quæ non tibi ipſi magis quàm nobis omnibus prouidenda eſt.

Prouidus, a, um. prouidens, cautus, multum in poſterū prouidens uel proſpiciens. de D. 133.a. Afflatus ex terra mentem ita mouens, ut eam prouidam rerum futurarum efficiat. & de Leg. 160. a. Homo animal prouidum, ſagax, &c. & Par. 231.a. Orator prudens & prouidus. pro S. R. 38.a. Is parum cautus prouiduſq; eſt. de N. 37.a. b. Natura conſultrix & prouida utilitatum omnium. & 51.a. Prouida ſolerſq; natura.

Prouincia, ciæ. propriè hoc nomine deſignantur regiones extra Italiam bello deuictæ atq; ſubactæ, quarum aliæ conſulares, ad quas gubernandas proconſules mittebātur, aliæ prætoriæ, ad quas prætores: quod cum fiebat, in prouinciæ formam redigi dicebantur. per translationem uerò, prouincia eſt negocium, munus, onus, partes, opus, opera, penſum, labor, officium, officij munus, uis. de Leg. 184.b. In V. 55.b. Defendo prouinciam Siciliam to-



tam. & 109.a. Sicilia princeps ſe ad fidē amicitiamq; populi Rom. applicuit, & prima omnium prouincia eſt appellata. pro Fl. 162. a. Cùm prouinciam Aſiam conſulari imperio obtineres. & 152.b. L. Sylla omnes Aſiæ ciuitates proportione in prouincias deſcripſit. pro Font. 276. a. Prouinciæ Galliæ M. Fonteius præfuit. & Epiſt. 208.b. In prouincia Gallia. I. A. 156.b. C. Cæſar legem tulit, ne prætoriæ prouinciæ pluſquam annum, conſulares pluſquam biennium obtinerentur. de Pro. 72.b. Vt prætores annuas prouincias habeant. pro Dom. 217.b. Tu prouincias conſulares, quas C. Gracchus conſtitui per ſenatū decreta lege ſanxit, lege Sempronia per ſenatum decretas reſcidiſti. I. P. 90.a. & At. 21.b. & Ep. 60.a. P. Lentulus prouinciam, quam & autoritate ſenatus & ſorte habebat, interpoſita religione depoſuit. Q. Fr. 307.b. Referebatur de prouincijs Quæſtorum, & de ornandis prætoribus. de Pro. 72.b. Ex conſulari prouincia facere prætoriam. & pro Dom. 217.b. Ciliciam ad prætorem item extra ordinem tranſtuliſti. I. P. 87.b. Quas res geſsiſti in imperio, exercitu, prouincia conſulari? Ep. 241.b. Bellum in prouinciam Syriam illatum. pro Flac. 151.b. In eiuſmodi regione atq; prouincia, quæ mari cincta eſſet. & Ep. 7.b. Ea eſt natura & regio prouinciæ tuæ. & 8.a. Cùm aliquantum ex prouincia atq; ex imperio laudis acceſſerit. Epiſt. 31.b. Vides ex S. C. prouinciam eſſe habendam.

Prouincia, per translationem. I. V. 211. b. Dare prouinciam uel negocium alicui. Item. Illam ſibi ab iſto prouinciam datam. de Fin. 52.b. Hoc erit quaſi prouincias atomis dare, quæ rectè, quæ obliquè ferantur. pro Cæl. 51.a. Deinde qui eam prouinciā ſuſceperint, ut in balneas contruderentur. pro Syl. 177.a. Is illam ſibi officioſam prouinciam depopoſcit, ut prima luce conſulem ſalutatum ueniret. I. A. 221.a. Non quod ei cura defuerit in tanto officio tantoq; munere. de Sen. 93.a. Munere quodam neceſsitatis & graui opere perfungimur.

Prouincialis. le. Ep. 21.b. Rogo te ne patiaris mihi quicquam ad hanc prouincialem moleſtiam temporis prorogari. Q. Fr. 293.b. In qua ſcientia præſertim prouincialis ratio expedita eſt. I. C. 123.b. Prouincialia hoſpitia. & Po quam. 212.a. Prouincialia ornamenta.

Prouiſio, onis. cautio. de Am. 111.a. Omnino horum uiciorum atq; incōmodorum ſumma cautio eſt, atq; una prouiſio, ne nimis citò diligere incipiamus. Tuſ. 197. a. Multum poteſt prouiſio animi & præparatio ad minuendum dolorem. Or. 215.b. Viciū longa animi prouiſione fugiendum. Part. 236.a. Prouiſio poſteri temporis. de D. 110. a. Quæ prouiſione aut commotione mentis ſentimus.

Prouiſus, a, um. antè prouiſus. Par. 122.a. Cui uiuendi uia cōſiderata atq; prouiſa eſt. & Tuſ. 197.b. Cur fierent prouiſa leuiora? de L. 163.a. Quo circa uereor cōmittere ut non bene prouiſa & diligenter explorata principia ponantur.

Prouocatio, onis. auxilium. de Or. 126.b. Prouocatio patrona illa ciuitatis ac uindex libertatis populo Rom. dari ſine nobiliū diſſenſione non potuit. & I. A. 157.a. Quibus cùm prouocatio datur, nónne acta Cæſaris reſcinduntur? contra Rul. 72.b. Orbis terrarum cognitionē ſine conſilio, pœnam ſine prouocatione, animaduerſionem ſine auxilio dari cuipiam. de Leg. 185.a. Ad populum prouocatio eſto. de Leg. 185.a. Militiæ ab eo qui imperabit prouocatio ne eſto. & 187.b. Quid turpius quàm ſine prouocatione ſenator? quàm legatus ſine mandatis?

Prouocator, oris. In Vat. 34.



Prouoco, as. laceſſo, tento, uoco. Ep. 97.a. Ego enim reſpondere facilius poſſum quàm prouocare. & Tuſ. 219. b. Prouocare aliquem ad pugnam. Ep. 6.b. Qui mecum ſæpe non ſolū à me prouocatus, ſed etiam ſua ſponte de te cōmunicare ſolet. & 15.a. Si quando illa dicet, Phædriam intromittamus comeſſatū, tu, Pamphilā cantatum prouocemus. At. 275.a. Reſpondere in amore ijs, à quibus prouocere. & 229.a. Amo te beneficio tuo prouocatus. & Off. 10.b. Quid nam beneficio prouocati facere debemus? pro Pom. 6.b. Prouocari iniurijs alicuius. & de Or. 87.b. Prouocare aliquem. Or. 200.a. Semper aut ſcribis aliquid aut me uocas ad ſcribendū. I. A. 187.a. Lex, ut de maieſtate dānati ad populum prouocent, ſi uelint. At. 86.b. Quàm rectè decretum ſit tu iudicabis, ne ad Catonem quidem prouocabo. & 286.b. Prouocari in integrū. aliter, Reuocari.

Prout. ut, perinde ut. At. 173.b. Tuas literas prout res poſtulat expecto. I. V. 125.b. & Cæſ. 171.a. Prout Thermitani hominis facultates ferebant. I. A. 203.b. Prout haberi lege liceret, ſi anno ſuperiore Quæſtor fuiſſet. de D. 126.b. Signiferi orbis unaquæq; pars mouet cœlum, perinde ut quæq; ſtellæ in his finitimiſq; partibus ſunt quoq; tēporis.

Proximè. nuperrimè, maximè, in proximo. At. 177.a. Literæ, quas proximè ad te dedi. & de N. 9.b. Is quem proximè nominaui. Ep. 60. a. Aduentus tuus, cum proximè Romam ueniſti. & 71.a. Literæ, quas à te proximè accepi. Part. 242. b. Quæ paulo antè & quæ proximè diximus. Ep. 96.b. Illud tempus, quo proximè fuimus unà. At. 121.a. Hæc ſcripſi ſedatiore animo quàm proximè ſcripſeram. Ep. 87.b. Itaque Poſthumio & ſæpiſsimè Attico noſtro, proximè Teudæ totum me pateſeci. de N. 70.b. Muſæ eodem numero quo proximè ſuperiores. & Or. 218.a. Proximus ſuperior pes. de Clar. 174.a. Eiq; proximè adiunctus Druſus fuit. Ep. 177.b. Ego huic tuæ uirtuti proximè accedo. & Orat. 216.b. Id ad numeros proximè accedit. I. V. 110.a. & pro Rab. 91.a. Siculi ad noſtram diſciplinam proximè accedunt. de Finib. 101.a. Quorum ordo proximè accedit, ut ſit ſecundus ad regiū principatum. Acad. 10. b. Quàm maximè uel magna parte accedere ad ueritatem. Epiſt. 132.b. Non poſſum non proximè atque ille, aut etiam æquè laborare. de N. 38.a. Proximè, &c. antè, &c. pro Rab. 128.a. Si ita feciſſem, me ſcilicet maximè, ſed proximè illum quoq; feſelliſſem. pro Cl. 35. a. Sapientiſsimus eſt, cui quod opus ſit ipſi ueniat in mentem: proximè accedit, qui alterius bene inuentis obtemperat. Q. Caſ. Ep. 189.b. Proximè hos chari, qui ſtudiorum tuorū ſunt æmuli. I. A. 229. b. Brutus operam det ut cum ſuis copijs quam proximè Italiam ſit. & Att. 45.b. Nihil eſt neceſſe quàm proximè Italiam eſſe. At. 95.a. Habere exercitum quàm proximè hoſtem. Off. 35.a. Proximè autē & ſecundum deos homines hominibus maxime utiles eſſe poſſunt.

Proximo, as. proximus ſum. de N. 48.a. Capiti autem equi proximat aquarij dextra. & in Ar. Huic ceruix dextra mulcetur aquari.

Proximus, a, um. pro Pom. 14.a. Qui anno proximo legati fuerūt. & de Cl. 168.a. Hūc proximo ſeculo Themiſtocles inſecutus eſt. et de Fin. 75.b. Proximo anno. de Am. 96.b. Eoq; magis quòd his proximis Nonis tu nō affuiſti. Ep. 15. a. Gabinius, quem proximis ſuperioribus diebus acerrimè oppugnaſſem, &c. pro Mil. 106.a. Clodius reliquit annum ſuum, ſeſeq; in proximum transtulit. Tuſ. 223.b. Primo & proximo die. & I. C. 97.b. Quid proxima, quid ſuperiore nocte egeris. Ep. 160.b. Scilicet id agitur, utrū hac petitione an proxima prætor fias. At. 177.a.

Ego tuis proximis, quas tamen iam pridem accepi, nihil habeo quod reſcribam. Ac.26.b. Mare diſsimile eſt proximo ei continenti. de N.36.b. Huic proximum inferiorem orbem tenet. pro Dom.227.b. Proximus eſt huic dignitati ordo equeſter. pro Cl.50.a. Eques ſenatori dignitate proximus. & de Fin.127.b. Proximus grauitate. de Cl.180.a. Duobus igitur ſummis Philippus proximus accedebat, ſed longo interuallo tamen proximus. Ep.159.a. Laudē Planco proximam conſecutus es. Att.9.a. Proximus Pompeio ſedebam. At.17.b. Amore tibi nos proximi ſumus. de Cl. 184.b. Proximum optimis numerari. & 167.b. Huic Hiperides proximus fuit. Off.22.a. Callicratides, qui præfectus claſsis proximus poſt Lyſandrum fuit. de Sen. 85.b. Tunc hic fratre ſuo cenſore, qui proximus ante me fuerat. elapſus eſt. Oct.331.a. Qui proximus in illam æternam domum diſceſſerit. Off.24.a. Ad hanc rationem maximam uim natura habet, fortuna proximam. ad Brut.90.b. Lepidus ſecundum fratrē affines habet, quos odit proximos. At.1.b. Obſeruat L. Domitium maximè, me habet proximum. de In.84.a. Summa neceſsitudo honeſtatis, huic proxima incolumitatis, tertia & leuiſsima cōmoditatis. Orat. 218.a. Proximus à poſtremo. Ep.264.b. Ego huic locum in proximo conduxi. & Q.F.300.b. Interior uicinus. Off. 41.b. Socrates hanc uiam ad gloriam proximam & quaſi cōpendiariam dicebat eſſe, ſi quis, &c. * 60.a.b. Quinque tyranni proximos cognatione necato. de Am.109.b. Si quam præſtantiā cōſecuti ſunt, impertiant eam ſuis communicentq; cum proximis. I.V.269.b. Cùm hæc omnia tuis proximis plana fecero. Off.9.b. Iniurioſus in proximos: id eſt, in propinquos, ſeu affines. Attic.1.b. Me habet proximum. At.26.a. Proxima eſt illi municipio hæc Antiatum ciuitas. & 215.a. C. Albanus proximus eſt uicinus. Q.Fr.305.a. Intimus, proximus, familiariſsimus quiſque ſibi pertimuit. & de L.178.a. Id habendum eſt Deo proximum, quod eſt optimum.

Prudens, tis. prudentia præditus, ſapiens, multarū rerum peritus, magni conſilij uir. Or.198.a. Vir natura peracutus & prudens. & de Or.88.a. Homo prudens & grauis. Par.231.a. Orator prudens & prouidus. pro Cl.39.b. Quis P. Octauio ingenio prudentior, iure peritior? & de Or.88.a. Prudentium cōſilia. de Am.96.a. L. Acilius prudens eſſe in iure ciuili putabatur. de Cl.175.a. Omnes ferè Stoici prudentiſsimi in diſſerendo. de D.103.a. Alij quos prudentes, id eſt, prouidantes poſſumus dicere. pro Seſt. 6.a. Gnarus & prudens impendentium malorum. de Cl. 186.b. L. Torquatus elegans in dicēdo, in exiſtimando admodum prudens. At.163.b. Ne te ſciens prudensq; eò dimittas, unde exitum uides nullum eſſe. & alibi. Viuus uidensq;. pro Mur.133.a. Ep.83.b. Vt in fabulis Amphiaraus, ſic ego prudens & ſciens ad peſtem ante oculos poſitam ſum profectus. pro Font.283.b. Prudens ad cōſilia. & 279.b. Sapiens homo & multarū rerum peritus. & pro Font.282.b. Vir in re militari ſummi conſilij, & maximi animi. de L.165.a. Quis prudentem, & ut ita dicam, cautum non ex ipſius habitu, ſed ex aliqua re externa iudicet?

Prudenter. ſapienter, prouidentiſsimè. de Or.114.b. Vt hæc in cauſa prudenter poſsit intexere. & de Am.96. b. Multa prudenter prouiſa.

Prudentia, tiæ. ſapientia, intelligentia. )( Temeritas. de In.82.a. Prudentia eſt rerum bonarum & malarū, & utrarumq; ſcientia. de N.67.a. Prudentia conſtat ex ſcientia rerum bonarum & malarum, & nec bonarum nec malarum. de Fin.141.a. Prudentia in delectu bonorum & malorum cernitur. & 128.a. Vt medicina ualetudinis, ſic uiuendi ars eſt prudentia. & b. Ars uitæ. Off.32.b. Cognitionem prudentiamq; ſequitur conſiderata actio. Tuſ.16.b. Prudentia eſt calliditas, quæ ratione quadam poteſt delectum habere bonorum & malorū. & ib. Item prudentia ſcientia cuiuſdam artificij. & ib. Prudentia multarum rerum memoria, & uſus complurium negociorū. pro Seſt. 22.a. Hoc ſentire prudentiæ eſt, facere fortitudinis. de D. 85.b. Ratio atq; prudentia reip. gerendæ. de Or.93.b. Exercitatio intelligēdi prudentiam acuit. Tuſ.231.a. Si nulla uirtus prudentia uacat, prudentia hoc uidet. ad Her.17.a. Quam is prudentiam appellarit, ineptam & garrulā, & odioſam ſcientiam eſſe dicemus. Off.31.a. & ad Her.16.b. Prudentia quam Græci φρόνησιν dicunt, eſt rerum expetendarum fugiendarumq; ſcientia. Or.199.a. Semper oratorum eloquentiæ moderatrix fuit auditorum prudentia: id eſt, auditorum cognitio. de D.110.b. Phyſicorum eſt iſta prudentia: id eſt, ſcientia uel cognitio. de Sen.93.a.b. Memoria præteritorum, futurorū prudentia. de Or.120. b. Perſpicua ſunt hæc quidē & in uulgari prudentia ſita. Part.236.b. Prudētiam malitia imitatur. & Off.66.a. & ib. In malitia ſimulatio intelligentiæ. de Or.98.b. & 107. b. Prudentia iuris ciuilis. Att.97.b. Adeon' ego non perſpexeram prudentiā literarū tuarum? de Fin.123.b. Omnibus artibus uolumus attributam eſſe eam, quæ cōmunis appellatur prudentia, quam omnes qui cuiq; artificio præſunt, decent habere. Par.232.b. Si neq; prudentiā eius impediæ confuſione partium: id eſt, intelligentiā. & 236.b. Prudentia in ſuis rebus, domeſtica: in publicis, ciuilis appellatur. At.130.b. Non enim pro tua prudentia debes illud ſolum animaduertere quod in præſentia, &c. Off.23.a. Ne ſcænici pluſquam nos uideantur habere prudētiæ. & 29.a. Prudentia eſt ſcientia opportunitatis idoneorum ad agendum temporum. Off.39.b. Si exiſtimabimur adepti cōiunctam cum iuſtitia prudentiam. I.A.227.a. Prudentia in iudicando. Off.66.a. Prudentia eſt locata in delectu bonorum & malorum. de Sen.81.a. Temeritas eſt florentis ætatis, prudentia ſenectutis. de L.168.a. Cùm homo exacuerit illam ingenij aciem ad bona deligenda, & reijcienda contraria, quæ uirtus ex prouidendo eſt appellata prudentia.

Pruina, næ. de Nat.31.a. Aquam conglaciare frigoribus & niue pruinaq; concreſcere. I.C.109.b. Pruinas ac niues perferre, & de Som.129.b. Quorū duos obriguiſſe pruina uides.

Prytaneum, nei. publica domus Athenis, in qua uiri de rep. benemeriti, publicè alebantur. ad cuius imitationem, alterum erat in Sicilia in urbe Acradina, ornatiſsimum. I. V.228.a. & de Or.105.a.

Pſallo, lis. fidibus cano, lyram pulſo. I.C.109.a. Pueri lepidi ac delicati, qui cantare & pſallere didicerunt.

Pſaltria, triæ. mulier fidibus docta. pro Seſt.25.a. Qui in cœtu mulierum pro pſaltria adducitur. & Tuſ.200.b. Pſaltriam adducamus.

Pſaltrium, trij. fides, lyra. ſunt tamen quibus hic placeat pſaltrius, trij. qui Græcæ ψάλτης uel ψάλτηρ dicitur: id eſt, fidicen. de Ar.254.a. À Strophio, ab pſaltrio, &c.

Pſephiſma, tis. decretum. pro Flac.149.b. Porrexerunt manus, pſephiſma natum eſt. pro Fl.149.a. Sic ſunt expreſſa iſta præclara, quæ recitantur pſephiſmata, non ſententijs nec autoritatibus declarata, &c. & 161.b. Poſſem recitare pſephiſma Smyrneorum, quod fecerunt in Caſtritium mortuum.

Ψευδησίοδειον, quod falſò Heſiodo adſcribitur. At.14.b.





Pſeudocato. fictus Cato. Att.10.a.

Pſeudodamaſippus. Ep.106.a. Si enim Damaſippus in ſententia nō manebit, aliquē pſeudodamaſippum uel cum iactura reperiemus: id eſt, fictum Damaſippum.

Pſeudomenos. mentiens, fallax. de D.110.b. Quomodo autem mentientem diſſoluas, quem pſeudomenon uocant, l. Sorites.

Pſeudophilippus, pi. falſus uel fictus Philippus. contra Rul.84.a.

Pſeudothyrus, ri. falſa ianua. alij poſticum uocant. I. V.118.b. & poſt red.207.a. Non ianua receptis, ſed pſeudothyro intromiſsis uoluptatibus.

Pſychomantia, tiorum. de D.108.a. Nec pſychomantiam agnoſco. l. Necromantia.

Pſychomatium, tij. locus uaticinationum. Tuſ.173.b.

Pte. At.96.a. Q. Puer ſuapte piè ſanè me quidē hortante matrē patri ſuo recōciliauit. de N.15.a. Suopte pondere deorſum ferri. de Or.143.b. Craſſus ſuapte interfectus manu. de Or.117.b. & 212.b. Suapte natura facere aliquid.

Ptolemais. urbs. Ep.7.

Ptolemæium Gymnaſium. de Fin.124.a.

Puber, ris. adoleſcens. Off.26.a. Noſtro quidem more cum parentibus puberes filij non lauantur. & de Or.119. b. Pater filium puberem habens.

Pubertas, tis. pili qui primi puberibus effloreſcunt. de Nat.43.a. Vt ſi quis dentes & pubertatem natura dicat exiſtere.

Pubes, bis. puber. pro Rab.97.a. Nemo pubes tum fuit, quin arma ceperit. & pro Mil.113.a. Ea poteſtas, cui ſenatus omnem Italiæ pubem commiſerat.

Pubeſco, ſcis. adoleſco. Off.24.a. Hercules cum primùm pubéſceret, exiſſe in ſolitudinem dicitur. de N.2.a. Cœli mutationes, quibus omnia quæ terra gignat maturata pubeſcunt. de N.34.a. Sol efficit ut omnia floreant, & in ſuo quæq; genere pubeſcant. & 36.a. Multa quibus animantes alantur, augeſcantq; & pubeſcant. Tuſ.162.b. Vites lætificæ pampinis pubeſcere.

Publicana, næ. I.V.165.a. Muliercula publicana.

Publicanus, ni. qui uectigal exercet & exigit, uectigalis. pro Pl.263.b. Flos equitum. Rom. publicanorum ordine continetur. pro Pom.6.b. Publicanorū familiæ, quas in Salinis habent. Ep.207.a. Ordo publicanorū. & pro Dom. 227.b. Ordo equeſter: id eſt, publicani. At.17.a. Cato publicanos tertium iam menſem uexat. At.76.a. Tu autē ſæpe dare tabellarijs publicanorum poteris per magiſtros ſcripturæ. Q.F.291.a. Improbum negociatorē, paulo cupidiorem publicanum comprimere non poſsis. Q.F.296. b. Qui pendere ipſi uectigal ſine publicano nō potuerunt.

Publicatio, onis. proſcriptio. I.C.120.b. Adiungit etiā publicationem. & pro Plan.280.a. Cùm publicatio bonorum proponeretur.

Publicè. uulgò. )( Priuatim. At.159.a. Publicè tamen ſcripſi. & pro S.R.37.a. Res tanta, quæ publicè geſta atq; commiſſa ſit.

Publicius uates. de D.104.a. & 132.

Publico, as. publicum facio, præconi publico ſubijcio. contra Rul.77.b. Priuata publicare, publica liberare. & 62.b. Agros, quos ipſis libeat, publicare. pro Seſt.16.a. Vt rex cum bonis omnibus publicaretur. & pro Dom.217.a. Qui Ptolemæum regem Cypri cauſa incognita publicaſſes. I.C.119.b. Bona præterea publicari iubet. & At.280. b. Publicata bona. de In.74.a. Lex, ſi qua roſtrata nauis in portu deprehenſa ſit, publicetur. & ib. Nauim ex lege populi eſſe oportet.

pro Dom.223.a.Dico legẽ iſtam,quam uocas,non eſſe legem.In Hor. Quæro non quibus rebus intendã animũ,ſed quibus remittã.pro S.R.45.b.Non eandẽ autoritatem habent aduerſaria,quàm tabulæ. At.127.a.In eadẽ opinione fui,qua reliqui omnes,te,etc.pro S.R.44.a.Homines iſta autoritate præditi,qua uos eſtis. Q.F.300.a. Tua quæ fuerit cupiditas tanta neſcio.Ep.173.b. Qua enim prudentia es,nihil te fugit.& 200.b.Quod tuum eſt iudiciũ de hominibus.& 231.b.Quæ tua natura eſt.& 50.b.Qui tuus eſt amor,&c.& 122.b.Quod maximum eſt.&124.a.Quod ſolet fieri.de Som.130. b. Quod autẽ motum affert alicui, quod ipſum agitatur aliunde, quando finem habet motus, finem habeat neceſſe eſt. At.90.a.Quod illum ſoleo hortari.& Q.Fr.299.a. Sed quid ego te hæc hortor? pro Q.7. a.Quod eſt hoc iudicium? & 5.b. Niſi tu, quod eſſet tuum ius & officium poteſtasq; docuiſſes.I.V.240.a.Tu cogita quod hoc genus prædandi. Att.124. b. Reſpondit ſe,quod in nũmis haberet,neſcire quo loci eſſet. de Or. 88.a. Quid in Numa Pompilio? num quod eloquentiæ ueſtigiũ appareret?de Orat.113.a. Quid eſt,inquit,Catule Cæſar,ubi ſunt qui Antoniũ Græcè negant ſcire?pro Dom.220.a. Quid? ſacra Clodiæ gentis cur intereunt,quod in te eſt?I.A.168. b.Velim mihi dicas,L. Tarſutius qua facie fuerit? qua ſtatura?quo municipio?qua tribu? Ep.3.b. Quem ego ipſum cum audio,&c.& ad Heren.29.a. Quos iſtos?Ep.256.a. Cui quidem ego amori,&c.& ibid.Quo tamen ipſo,&c. I.V.110.b. A quo mea uoluntas longiſsimè abhorret: id eſt,à qua re.& Ep.84.a.In quo:id eſt,in qua re. & 18.a. In quo:id eſt,in qua parte. Epiſt.23.a. Ex quo uereor ne, &c.At.16.a. Nihil mihi nunc ſcito tam deeſſe, quàm hominem eum,qui cum omnia communicem.& ibid. Reperire ex magna turba neminem poſſumus, quo cum iocari liberè poſsimus. Ep.77.a. Tamen nemo erat,qui cum eſſem libentius.& ib.Pleriq; eorum quibus cum uiuo neceſſariò. Off.74.a. A quis malè pugnatum eſt:id eſt,à quibus.ad Her.10.a.Oporteat ne de ea re iudicium fieri, quæ res in iudicium non uenerit.de D.111.a.Num igitur aut aruſpex, aut augur, aut uates quis, aut ſomnians? &c. ad Her.9.a.Num quæ abrogatio? & 7.b. Num qui ſtrepitus exauditus ſit. de Fin. 49. b. Quis enim eſt tam inimicus, &c.qui ſpernat,&c.qui dicat,&c. At.93.b. Sed illũ eum futurum eſſe puto,qui eſſe debet.& 97.b. Quæ tua prudentia & temperantia eſt : id eſt,tanta.

Quis'nam.de In.62.a.Quæſiuit ab eis,quas'nam uirgines formoſas haberent.

Quiſpiam.aliquis. pro Q.8.a. Pecuniam ſi cuipiam fortuna ademit,aut,&c.Off.7.a.Si cõſtitueris te cuipiam aduocatum eſſe uenturum. At.98.b.Neuter quenquam omnium pluris facit quàm me.Ep.130.a.Vel aliæ quæpiam rationes.Tuſ.194.a. Aliquod quodpiam membrum.de N. 77.b.Si grando quippiam nocuit.

Quiſquam.aliquis.I.V.229.a. Tetrior hic tyrannus Syracuſis fuit,quàm quiſquam ſuperiorum.Ep.8.a. Magnitudinem animi tui ne inflectas cuiuſquam iniuria. de Or.126.a.Magis etiam quàm quenquam aliorum.pro Q. 47.b.Eſt'ne quiſquam omnium mortalium,de quo melius exiſtimes?I. V.251.a. Quiſquam omnium mortalium hoc faciat?& 132.a.An hoc dubitabit quiſquam omnium? At. 138.a.Quicquam tu illa putas fuiſſe.

Quiſq;,quæq;,quodq;,uel quoduis.de N.31.b.Principatus,quo nihil in quoq; genere poteſt eſſe præſtantius. de N. 37. b. Cæteræ naturæ ſuis ſeminibus quæq; gignuntur.Ep.17.a.Ego quid ad te tuorum quiſq; neceſſariorum ſcribat,neſcio.de Fin.130.a.Sua cuiuſq; animantis natura eſt.de Opt.243.a.In cæteris ſuus eſt cuiuſq; certus ſonus.de Fin.130.b. Quod comprehenditur ſuis cuiusq; ſenſibus.de N.60.a.Quum ſuo cuiq; iudicio ſit utendũ.in Sal.247.b. Elogium Claudij & Piſonis,quo uſus eſt quiſq; eorũ. Off. 30.a. Pictores et poetæ ſuũ quiſq; opus à uulgo cõſiderari uult.Poſtquam.198.a.Nihil dulcius hominũ generi à natura datum eſt, quàm ſi cuique liberi. de Som.130.b. Sed mens cuiusq;, is eſt quiſq;, nõ ea figura,quæ digito demonſtrari poteſt.Off.49.b. Vt ciuitas ſit libera.et nõ ſollicita ſuæ rei cuiuſq; cuſtodia.de Am.104.b.Satis ſuperq; eſt ſibi ſuarum cuiq; rerũ cura.pro Seſt.26.b.Hæc qui defendunt optimates ſunt,cuiusq; ſint ordinis.de D.126.b. Signifer orbis unaquæq; pars alia alio modo mouet cœlũ, perinde ut quæq; ſtellæ in his partibus ſunt quoq; tempore. I. A. 188. a.In ſortitione prouinciarum quæ cuiq; apta erat,ea cuiq; obuenit. Epiſt.78.a. Vt ſuæ quenq; fortunæ maximè pœniteat.de Fin. 130.a. Scientiam ſuam cuiuſq; artis eſſe. Off.66.a.Quid quenq; cuiq; præſtare oporteat. de Am. 106.b. Amicitiarum ſua cuiq; permanet ſtabilis & certa poſſeſsio.de Or.* Permultos excellentes, in quoq; genere uidebis. de Orat.95.b. In quo quiſq; artificio excellit,is in ſuo genere Roſcius dicitur.de Fin.135.b. Cuiusq; partis naturæ & in corpore & in animo ſua quæq; uis eſt. de Or. 70.b.Quancunq; rem à quoq; cognoueris,de ea melius dices,quàm,&c.de Nat.77.a. Edixit ut quod quiſq; à ſacris haberet,in ſuũ quodq; fanũ referret. At.7.a. & pro Flac. 166.a.Quotus enim quiſq; eſt, qui optimi & ampliſsimi cuiusq; hominis autoritatem magni putet?de Clar.173.b. Multos nobiles quod quiſq; potuiſſet in illam orationem contuliſſe.Or.216.a.Dicendum eſt,quibus orationis generibus ſint quiq; accommodatiſsimi: id eſt, numeri. contra Rul.65.b.Huic malo pro ſe quiſq; noſtrûm mederi debebemus. Off.5.a. Ex quo quia ſuum cuiuſq; fit,eorum quæ natura fuerant communia, quod cuiq; obtigit, id quiſque teneat. de D. 166. b. Quæ cuiq; obtigerit hoſtia,id habet aliquid diuini.& ib.Quæ cui ducatur ſors.



Quiſq;.cum cõparat.ſuperlat.& ordinem ſignificantibus nominibus.pro Qu.R.50.a.Quo quiſq; eſt ingenioſior,hoc docet laborioſius.de N.60.b.Primũ quidq; uideamus.At.120.a. Infimus quiſq; propẽſus in alteram partẽ. de Or.137.b. Vti quenq; eorũ mimimũ putãt,ita cum primum uolunt dicere. de Fin. 138.a. Vt quiſq; optimè natus inſtitutusq; eſt,&c.de Fin.81.b. Optimũ quicq; rariſsimũ eſt. Ac.41.b.Recẽtiſsima quæq; ſunt correcta & emẽdata maximè.Tuſ.164.b.Sed neſcio quo pacto doctiſs.quiſq; cõtemnit.de In.84.a.Grauiſsima quæq; cauſa uehementiſsimè neceſſaria eſt. de Or. 94.b. Vt quiſq; optimè dicit,ita maximè dicendi difficultatẽ timet. Ep.61.a. Tertio quoq; uerbo orationis ſuæ me appellabat.pro R.P.128.a.Modo nobis inſpectantibus in iudicio Gabinij,tertio quoq; uerbo excitabãtur.I.V.136.b.Quinto quoq; anno Sicilia cẽſetur. & I.P.81.b. & At.94.b. Triceſimo quoq; die.Off.30.a. Veri etiã poetæ ſuũ quiſq; opus à uulgo conſiderari uult.

Quiſquiliæ,arum. ſordes. Att. 12.a. Caluus & ſpongia & cæteræ huiuſmodi quiſquiliæ. & pro Seſt.22.b.

Quiſquis.de Cl.188.a.Plus enim attulit,&c. quiſquis eſt ille,ſi modò eſt aliquis,qui, &c.

Quiuis.quilibet.de Clar.185.a. Tantũ detraxit,quantum non quiuis unus è populo,ſed exiſtimator, doctus & intelligens poſſet cognoſcere.pro Cecin.296.b. Si tu ſolus aut quiuis unus impetũ in me feciſſet.&ib.a.Aut colonus, aut cliens, aut quiuis, qui, &c. In Sal. 272.a. Vt lutulen-

tus ſuis, cum quouis uolutari. pro Q. 15. b. Quiuis ut perſpicere poßit. de Opt. 243. a. Poematum ſuum quoduis eſt diuerſum à cæteris. de In. 60. b. Nam ex ijs rebus, quæ perſonis atq; negotijs attributæ ſunt, quæuis amplificationes & indignationes naſci poſſunt.

Quò. Att. 121. a. Ipſe ne quò inciderem, reuerti Formias. & 120. b. Qui autem & quò nihil ſcimus. & Ep. 151. a. Nec quò progredi uelles exploratum ſatis habebat. contra Rul. 80. b. Tu non definias, quò colonias? in quæ loca deduci uelis? I. V. 252. a. Eſt certus locus, certa lex, certum tribunal, quò hoc reſeruetur. pro Seſt. 9. b. Quid hoc homine facias? aut quo ciuem importunum reſerues? I. V. 136. a. Primùm quò tantam pecuniam? deinde quamobrem cenſores ad ſtatuam tibi conferebant. & 145. b. Quo tibi tantũ opus fuerit. quæro. pro Cæl. 48. b. Si tam familiaris erat, quàm tu eſſe uis, dixit profecto, quo uellet aurum. Epiſt. 106. a. Martis uerò ſignum quo mihi pacis autori? Att. 119. a. Quo igitur hæc ſpectat oratio. & de Orat. 151. a. Quorſum hæc ſpectat oratio? de D. 135. b. Iam uerò quo pertinent ænigmata ſomniorum? Att. 155. a. Quod ſcribis non quo aliunde audieris, ſed te ipſum putare, me, &c. de Or. 137. a. Nõ quo libenter malè audiam, &c. ſed quia, &c. Ep. 81. a. Non quo ego certò ſciam, ſed quod, &c. & 150. b. Non quo unquam dubitaſſet, &c. pro Q. 1. b. Non eo dico C. Aquili, quo mihi ueniat in dubium tua fides. de Fin. 90. b. Quo magis hoc nobis faciẽdum eſt. pro Q. 1. a. Quæ quo plura ſunt, eo te meliori mente noſtra uerba audire oportet. pro Q. R. 50. a. Quo quiſq; eſt ingenioſior, hoc docet laborioſius. pro. 120. b. Sed quo eſt illa magis diuina, eo maiore à te dolore diuellor. Ep. 57. a. Quo minus familiaris ſum, hoc ſum ad inueſtigandum curioſior. & 57. b. Quo facilius poßit, &c. hoc eſt adhuc tardior.

Quoad. donec, uſq; dum. Att. 117. a. Quod me admones, ut me integrum quoad poßim ſeruem, gratum eſt. de Or. 135. b. Omnia cogitando, quoad facere potui, ſum proſecutus. Att. 117. a. Ego me ducem in ciuili bello, quoad de pace ageretur, nolui eſſe. Ep. 118. b. Quoad is numerus effectus eſſet. de In. 82. b. Ille naui quoad potuit eſt opitulatus. & 64. b. Quoad fieri poßit. At. 178. a. Tu tamen uelim ne intermittas, quoad eius facere poteris, ſcribere. Ep. 31. b. Si eam quoad eius facere potueris quàm expeditißimam mihi trades. & 65. a. Vt quoad eius fieri poßit, præſentiæ tuæ deſiderium meo labore minuatur. I. C. 114. b. Quanquã quoad fuit in urbe, eius conſilijs obſtiti. contra Rul. 61. a. Videte nunc quoad fecerit iter apertius quàm antea. Off. 1. a. Tandiu autem uelle debebis, quoad te quantum proficias, non pœnitebit. Ep. 47. Hactenus exiſtimo, &c. quoad, &c. Q. Fr. 291. b. Eatenus, &c. quoad, &c. contra Rul. 89. b. & I. V. 164. b. Vſq; eo quoad, &c. Tuſ. 227. a. Cognoſcere aliqua, quoad poßint ab homine cognoſci. pro Dom. 241. a. Id ſperaſti, rempub. diutius, quàm quoad mecum ſimul expulſa eſſet, eſſe laturam? pro Ar. 185. b. Quoad longißimè poteſt mens mea reſpicere ſpacium præteriti temporis. Ep. 209. b. Operamq; des, quoad tibi æquum & rectum uidebitur, ut, &c. Ep. 223. b. Primùm ei te commodes, quoad fides tua dignitasq; patietur. At. 248. b. Quouſq;, inquies? quoad erit integrum, erit autem uſq; dum ad nauem. I. A. 231. b. Mihi Antonius peruenisſe uidetur, quoad progredi potuerit feri hominis amentia. de L. 158. b. Iuriſcõſulti ius ciuile eatenus exercuerunt, quoad populo præſtare uoluerunt.

Quo circa. unde, ex quo, quo, itaq;, quamobrem. de D. 99. b. Quocirca bene apud maiores noſtros ſenatus decreuit, &c. & de Am. 100. a.

Quócunq;. adu. I. V. 270. a. Quócunq; uenerint, hanc ſibi rem præſidio ſperant eſſe futuram.

Quocunq; tempore. quandocunq;, quoquo tempore. Epiſt. 16. a. Sed quocunq; tempore mihi poteſtas tui præſentis fuerit, &c.

Quòd. quia, quo. I. V. 228. a. Vrbs, quæ quod in ea fortunæ fanum fuit, Tyche nominata eſt. At. 24. b. Feciſti mihi pergratum, quod Serapionis librum ad me miſiſti. & 125. b. Gratißimum mihi eſt, quod quieris. de Finib. 83. b. Bene facis, inquit, quod me adiuuas. I. V. 171. a. Propter hanc cauſam, quod, &c. At. 24. a. Hoc ipſo, quod, &c. At. 102. a. De animo meo erga te, bene facis, quod non dubitas. de Leg. 184. a. Sanè gaudeo, quod te interpellaui. I. V 208. a. Non tibi obijcio, quod hominem omni argento ſpoliaſti. Att. 17. b. Atque hoc loco illud non queo præterire, quod cum de conſularibus mea prima ſors exiſſet ſenatus retinendum me in urbe cenſuit. & pro Cl. 57. b. Prætereo quod eam domum ſibi delegit in qua, &c. Tuſcul. 205. a. Sed ſe uidere, quod paucis annis magna acceßio facta eſt. de D. 119. b. Cato mirari ſe dicebat quod non rideret aruſpex aruſpicem cum uidiſſet. Ep. 115. b. Illud mihi occurrit, quod diſceßit, &c. de Leg. 162. b. Illud extremum eſt, quod recte uiuendi ratio meliores efficit. & ib. Atq; hoc in omni diſputatione ſic intelligi uolo, quod dicã naturam eſſe, &c. ad Her. 5. a. Hoc modo in loco communi per amplificationem inijciemus: quod ſi hoc feciſſet, tamen ei ignoſci conueniret, &c. Epiſt. 48. a. Facilè apparet, quod me colat. Quint. Fr. 319. a. Epiſtola, in qua primùm erat, quod antiquior dies in tuis fuiſſet aſcripta literis, quàm in Cæſaris. I. V. 233. b. Ea enim ſcripta eſt, quod iſte uirgis neminẽ cæcidiſſet. At. 51. b. Accedit aliud incõmodum, quod illa opinio, &c. At. 194. a. Ad Siccã ſcripſi, quod utatur L. Cotta. de N. 29. a. & b. Apparet quod aliud à terra ſumpſimus, aliud ab humore. Off. Equidem illud animaduerto, quod qui proprio nomine perduellis eſſet, is hoſtis uocaretur. Ep. 108. a. Memini, quod mihi deſipere uidebare. Q. de Pet. 208. a. Memini quod nulla in re illis unquã moleſtus fui. I. V. 230. b. Iam illa præteribo, quod iſte abſtulit menſas, &c. Epiſt. 112. b. Acceßit huc quod poſtridie ille uenit. de Nat. 73. b. Addo huc, quod mihi pater miſit, &c. Att. 120. a. Omitto illa uetera, quod iſtum in rep. ille aluit, auxit, armauit. At. 127. b. Mea quod ſemper fuerit ſententia primùm de pace, deinde, &c. meminiſſe te arbitror. de Cl. 190. b. Hoc ipſum etiam poſui pro argumento, quod ille ſolutè egiſſet. pro Quint. R. 51. a. Tu Quint. Roſcium pro opera, labore, quòd cognitor fuiſſet, quod uadimonia obiſſet, rogaſti, ut, &c. Att. 177. b. Audebo petere abs te, quod te oro, ne exiſtimes, &c. de Cl. 192. b. Illud minus curo, quod cõgeßiſti operarios omnes. de Ar. 248. b. Quod ni tu uoluiſſes, &c. haud ſcio, &c. Ep. 197. a. Quod ni ita putarem ipſe perſcriberem. Ep. 235. a. Quod utinã minus uitæ cupidus fuiſſem. & I. V. 121. a. Quod ego niſi, &c.

Quod ſi. pro nam ſi. Orat. 201. b. Quod ſi in philoſophia tantum intereſt quemadmodum dicas, quid tandem in cauſis exiſtimandum eſt. Epiſt. 55. a. Quod ſi nullum haberes ſenſum niſi oculorũ, prorſus tibi ignoſcerem, ſi quoſdã nolles uidere. Ep. 96. a. Quod ſi mihi permiſiſſes, confeſtim, &c. de Cl. 175. a. Quod ſi omnia, &c. cõmodius, &c. Att. 85. b. Quod ſi cuipiam, huic tamen non. Q. Fr. 290. b. Quod ſi tibi bellum adminiſtranti uiderẽ, &c. tremerem animo, &c. Item. Quod ſi quis eſt, qui, &c. pro Arch. 188. b. Quod ſi non, &c. tamen, &c. & 189. a.

Quod



Quod ſi ipſi neq; attingere, &c. tamen, &c.

Quodammodo. de Or. 107. a. Vocem ab acutißimo ſono uſq; ad grauißimum recipere, & quaſi quodammodo colligere. de Clar. 189. a. Voce, motu, forma etiam magnifica quodammodo.

Quo magis. ut magis. de In. 78. b. de N. 63. b. Quo magis cogito, eo minus intelligo. & pro S. R. 29. b. Quo minus, &c. eo magis, &c. pro S. R. 32. a. Tenuitas huius eo magis elucet, quo magis occultatur.

Quo minus. quo ſecius, ut non. de In. 78. a. Att. 23. a. Nihil deſideramus, quo minus Epeirũ ipſam poßidere uideamur. de Or. 107. b. Neq; repugnabo quo minus omnia legant, &c. Att. 173. a. Nihil te deterreo, quo minus id diſputes. de Cl. 175. a. Vacationem augures, quo minus iudicijs operam dent, non habere. I. C. 114. a. Quæ religio C. Mario non fuerit, quo minus C. Glauciam prætorem occideret. pro Dom. 229. b. Nihil de me tuliſtis, quo minus eſſem in ciuium numero. In Vat. Nemo ſe anteponat, quo minus reus fiat. Ep. 172. a. Interpellet me, quo minus honoratus ſim, dum ne interpellet, quo minus reſp. antè defendatur. & 36. Illud non perficies, quo minus tua cauſa uelim. Tuſ. 168. a. Mors nõ deterret, quo minus, &c. & Ep. 93. b. Non ea res me deterruit, quo minus, &c. Epiſt. 4. b. Nemo eſt qui neſciat, quo minus diſceßio fieret, per aduerſarios tuos eſſe factum. Ep. 114. b. Tanquam nihil denegatum ſit ei, quo minus quàm paratißimus eſſet. ad Her. 4. b. Impedimento eſt quo ſecius feratur lex. Off. 15. a. Quæ eo faciliora ſunt philoſophis, quo minus patent multa in eorum uita quæ fortuna feriat, & quo minus multis rebus egent. de Or. 91. a. Nullis terminis circumſcribit ius ſuum, quo minus ei liceat uagari quo uelit. I. P. 87. a. Nemini ciui ulla, quo minus adeſſet, ſatis iuſta excuſatio eſt uiſa.

Quomodo. quo pacto, quemadmodum, qua ratione, qua uia, ut. de Or. 110. a. Vt enim quæras omnia, quomodo Græci ineptũ appellent, nõ reperies. Ep. 30. b. Si reſp. tibi narrare potuiſſet, quomodo ſeſe haberet, non facilius, &c. Ep. 20. a. Hæc negocia quomodo ſe habent, ne epiſtola quidem narrare audeo tibi. de Or. 123. a. In hac arte nullum eſt præceptum, quomodo uerum inueniatur, ſed tantum eſt, quomodo iudicetur. de Ar. 245. a. Et ſua concio riſit hominem, quomodo ipſe gloriari ſolet ducentis confixum ſenatuſconſultis. pro S. R. 19. b. Poſtulatio breuis (& quomodo mihi perſuadeo) aliquanto æquior. contra Rul. 76. a. Sed ita me conſulem feciſtis, quomodo pauci in hac ciuitate facti ſunt. Tuſ. 232. a. Et quomodo hoc, &c. ſic illud, &c. pro Quin. 16. b. Quem quomodo nunc intendit, ne uiuum quidem tum putabat. ad Br. 91. a. Quomodo equidem credo, quod, &c. quomodo autem multi ſuſpicantur, ne te, &c. quod ego non credo. de N. 67. b. & At. 133. a. & 204. b. Quomodo nunc quidem eſt. Q. Frat. 307. a. Quomodo res ſe habet, non eſt facillima. et Ep. 98. a. Quo modo homines dicunt. At. 101. a. Cæſar quomodo exultat in uictoria. Q. de Pet. 212. a. Cum id petitur, quod honeſtè promittere non poſſumus, quomodo ſi quis roget, &c. At. 204. b. Nam quomodo nunc eſt, pedem ubi ponat in ſuo non habet. pro S. R. 25. a. Ille quomodo crimen commentitium confirmaret, non inueniebat: ego res tam leues, qua ratione infirmem ac diluam, reperire non poſſum. de Or. 121. a. Illud ad uos Cotta & Sulpiti, quomodo nunc ſe iſtorum artes habent, pertimeſcenda eſt multitudo cauſarum. l. Quam.

Quomodocunq;. ut ut, utcunq;, quoquo modo, quocunq; modo, quibus rebus poßis. Orat. 203. a. Et poterit, quocunq; modo poſtulabit, cauſam cauſa dicere. Ep. 238. a. Quomodocunq; res ſe habet, poteris, &c. pro Cluen. 27. b. Aliquem quibus rebus poßis adiuuare.

Quondam. quodam tempore, fuit quoddam tempus cum. de In. 42. a. Apud maiores noſtros.)(. Nuper hoc tẽpore. de In. 62. a. Crotoniatæ quondam, cum florerent omnibus copijs, &c. & ibi. b. Etenim quodã tempore Crotoniatæ antè ſteterunt, &c. pro S. R. 44. b. Populus Rom. qui quondam in hoſtes lenißimus exiſtimabatur, hoc tempore, &c. pro Pom. 8. a. Medea illa ex Ponto quondam profugiſſe dicitur. I. A. 211. a. Brutus homo quondam illius generis atq; nominis natus ad remp. liberandam. de Orat. 87. a. Ea quæ quondam accepi in noſtrorum hominum diſputatione eſſe uerſata. & 96. a. Cõſuetudo mea qua quondam ſolitus ſum uti. de Cl. 181. a. Curionem quondam concio reliquit. Acad. 3. b. Et aliàs ſæpe, & quondam in Hortenſij uilla. pro Fl. 166. b. Quondam de biennio aut de breui tempore. & Antequam. 195. a. & At. 26. b. 27. a. & de Fin. 51. b. Omnia ferè quæ ſunt concluſa nunc artibus, diſperſa & dißipata quondam fuerunt. At. 156. b. Is qui nos ſibi quondam ad pedes ſtratos non ſubleuabat.

Quoniam. pro eo quod quando. Tuſ. 173. a. Qui fortis eſt, idem eſt fidens, quoniam confidens mala conſuetudine in uitio ponitur. & Ep. 50. b. Tamen ei moriendum fuit, quoniam homo nata erat. pro Planc. 276. b. Et quoniam tu ita uis nimium me gratum eſſe, concedam. pro Fl. 160. b. Vbi ergo crimen eſt? quoniam quidem furtum nuſquam reprehendi, &c. pro S. R. 23. Quoniam quidem ſuſcepi, non deero. de Or. 103. a. Tolerabilius eſt ſic dicere, ut quoniam dicendi facultas, &c. ſit boni oratoris, multa auribus accepiſſe, &c. de Or. 107. b. Quanquam quoniam, et c. Ep. 19. b. Quamobrem, quoniam, &c. I. A. 189. a. Quapropter quoniam, &c. aliquando, &c. Att. 21. b. Quoniam quidem, quæ nos ſcribimus, te delectant.

Quo pacto. quomodo, quemadmodum. de In. 67. a. pro Q. 10. a. Quemadmodum, &c. & quo pacto, &c.

Quoq;. etiam. pro R. P. 128. a. Si ita feciſſem, me ſcilicet maximè, ſed proximè illum quoq; fefelliſſem.

Quoquo. quocunq;. contra Rul. 80. a. Hic ager quoquo precio coemptus ſit, tamen ingenti pecunia uobis inducetur. pro Dom. 218. a. Dicam ipſo audiente, quoquo animo me auditurus eſt. pro R. P. 26. a. Quæcunq; mens illa fuit, fuit Gabinij, is quoquo conſilio fecit, fecit certè ſuo. de Or. 139. b. Aut quoquo animi uitio dictum ſit.

Quoquomodo. quomodo, quocunq; modo, quacunq; ratione, omni ratione. pro Mil. 119. b. Stet hæc urbs præclara, quoquomodo de me merita erit. Offic. 76. a. Etiam temperantiam inducunt, non facillime illi quidem, ſed tamen quoquomodo poſſunt. Item. ib. Atq; in his tribus generibus quoquomodo poſſunt, non incallidè tergiuerſantur. & ibid. Fortitudine quoq; aliquo modo expediunt. At. 128. b. & 24. b. Pridie quoquomodo poteram ſcripſeram, &c. At. 120. b. Quoquo modo ea res huic quidem cecidit. In Vat. 36. b. Ego legibus tuis, quoquomodo latæ ſunt, pareo. Ep. 135. a. Vt quoquomodo te liberarem. I. A. 109. a. Fuit aliquis caſus quẽ tulimus, quoquomodo ferendus fuit. pro R. P. 126. b. Quoquomodo potero me expediam. D. 111. b. Quocunq; enim modo nos geſſerimus, fiet tamen illud quod futurũ eſt. Ep. 5. a. Quoquomodo quidẽ ſe res habeat. & 55. b. Quoquomodo res ſe haberet. At. 121. b. Quoquomodo nunc eſt, non eſt, &c. I. C. 119. a. Quacunq; ratione placet. & ibid. Omni ratione. de Or. 121. a. Quomodo pro quoquomodo.

Quo-

Quoquotempore. quandocunq;. Att.136.a. Aduentus noſter illi, quoquo tempore fuerit, erit gratus.

Quorſum. quò, ad quid. Tuſ.160.b. Quorſum igitur hæc ſpectat oratio? & Epiſt. 181. b. Quorſum igitur hæc oratio longior? quia, &c. & de Or.151.a. Quorſum igitur hæc ſpectat tam longa, & tam altè repetita oratio? & I.A.223.a. Quorſum hæc omnis ſpectat oratio? Poſt.198. b. Quorſum igitur hæc diſputatio? quorſum? ut. &c. de N. 71.b. Veſtri hæc cõfirmant, interpretando quorſum quicque pertineat. At.51.b. Verebar quorſum id caſurũ eſſet. Att.113.b. Hæc intelligentur, quorſum euaſura ſint. pro Q.R.52.b. Quorſum recidat reſponſum tuum, non magnopere laboro. Att.145.a. Videamus illius rationes quorſum fluant. At.153.a. Videamus hoc quorſum euadat. de L. 156.b. Quorſum tandem aut cur iſta quæris? & 168.b. Sed quorſum hæc pertinent.

Quot. At.59.b. Qui tot annos quot habet, deſignatus conſul fuit, nec fieri Coſ. potuit. Orat.201.b. Quot oratorum genera, &c. totidem orationis ſunt. de Or. 121. a. & 163.b. Si in perſonis ponitur, quot homines, tot cauſæ. Tuſ.174.b. Cras autem & quot dies erimus in Tuſculano, agamus hæc. Ac.11.a. In his quale ſit id quod percipi poſſit, totidem uerbis, quot Stoici. Tuſ.166.b. Quot, quantas, quàm incredibiles calamitates hauſit.

Quotannis. ſingulis annis, omnibus annis, in ſingulis annis. de N.46.a. I.V.135.a. Siculi ex cenſu quotannis tributa conferunt. & Or.211.a.

Quotenus, a, um. At.197.b. Is opinor ita partes fecit in ripa, neſcio quotenorum iugerum, ut certa precia conſtitueret.

Quotidianus, a, um. communis, aßiduus. Ep.2.a. Nam cùm in ſermone quotidiano, tum in ſenatu palàm ſic egit cauſam tuam. &c. Luce. Ep.70.b. Tu nõ intelliges, te querelis quotidianis nihil proficere? de Or.105.a. Præbere alicui uictum quotidianum in Prytaneo. Tuſ.242.b. Quotidiano cultu atq; uictu. de Orat.101.a. In uſu quotidiano, & in uſu quodam communi. l. Vſus. de In.80.a. & de Or. 101.b. In ſermone quotidiano. de Orat. 160. b. Vulgaris, quotidianus, peruagatus. Att.131.b. Non dubito quin tibi odioſæ ſint epiſtolæ quotidianæ. Att. 284. b. Audire aliquid de te, non ſolum uſitatum, ſed etiam quotidianũ eſt. de Fat.140.b. Primo illa quæ erant quotidiana, & quaſi legitima nobis, de pace dicta ſunt. I.P.93.a.b. In hac quotidiana aßidua urbana uita.

Quotidie. ſingulis diebus, in dies, in ſingulos dies. Att. 71. a. Quotidie, uel potius in ſingulos dies, breuiores literas ad te mitto, pro Dom.236.a. Cùm mihi ſumma & quotidie maiora præmia in rep. fore putabas. Epiſt. 85.a. Me quotidie Cæſar magis amplectitur. Q.Fr.323.b. Comitiorum quotidie ſinguli dies tollũtur obnunciationibus. I. A. 153.b. Quotidie magis magiſq; perditi homines minabantur. ad Brut.289.a. Obdureſcunt quotidie magis boni uiri. & Att.188.b. Et id quotidie magis. Q.Fr.319.b. Quod ſcribis te à Cæſare quotidie plus diligi, immortaliter gaudeo. pro Cæl.37.b. Lex, quæ de ſeditioſis ciuibus quotidie quæri iubeat: id eſt, quocunq; die, etiam feſtis diebus.

Quoties, uel quotiens. pro Mil. 109.a. I.V. 138. a. Verum quoties & quod nominibus auferes? & de Or. 107. a. Toties quoties præſcribitur. I.C.100. b. Quotiens iam, quotiens iam tibi extorta eſt ſica iſta de manibus? Ep.6. a. Quoties mihi certorum hominum poteſtas erit, &c. & 99.a. Toties, &c. quoties, &c.

Quotieſcunq;. quocunq; tempore. quandocunq;. I.C. 99.b. Quotieſcunque me petiſti, per me tibi obſtiti. pro Dom.227.b. & de Or.121.a. Senatus quotieſcunq;, &c. toties, &c. pro Seſt.28.b. Is quotieſcunq; me uiderit, ingemiſcet. Epiſt.16. a. Sed quocunq; tempore mihi poteſtas tui præſentis fuerit, &c.

Quotquot. Epiſt.178.b. Peream, ſi te omnes, quotquot ſunt, ferre poterunt. de In. 80.b. Si duæ leges, ſi plures aut quotquot erunt.

Quotus, a, um. de Or. 161.a. Quotus enim quiſq; eſt, qui teneat artem numerorum ac modorum? & At.7.a. Quotus enim quiſq;, qui epiſtolam paulo grauiorẽ ferre poßit. & de Nat. 17.a. Quotus enim quiſq; formoſus eſt? Tuſ.177.a. Quotus enim quiſq; philoſophorũ inuenitur, qui ſit ita moratus ut ratio poſtulat. pro Fl.166.a. Quotus enim quiſq; eſt, qui hanc in rep. ſectã ſequatur? pro Pl. 272.b. Quotus enim quiſq; diſertus? quotus quiſq; iuris peritus? de D.119.a. Quota enim quæq; res euenit prædicta ab his? I.V.179.b. Quotus erit iſte denarius, qui non ſit deferendus? id eſt, an bini, uel terni, uel deni. At.144.a. Sciebam enim de quoto anno, & quantum in ſolo ſolere quærere. pro Lig.141.a. Quotus enim iſtud quiſq; feciſſet? ut, &c. Item. At fuit fama, quotus quiſq; eam effugere poteſt in tam maledica ciuitate? ad Her.21.b. Ne quando perturbatione ordinis impediamur, quo ſecius quoto quoq; loco libebit, poßimus, &c. & 22. a. Vt in quamlibet partem quoto quoq; loco libebit, poßimus, &c.

Quouſq;. quamdiu, quem ad finem, quoad, quatenus. At.12.b. Quouſq;, inquit, hunc regem feremus? & 248.a. Quouſque ludemur? & b. Quouſq; inquies? quoad erit integrum, erit autem uſquedum ad nauem. de Som.128.a. Quæſo, inquit ille, quouſq; humi defixa tua mens erit? I. C.97. b. Quouſq; tandem abutere Catilina patientia noſtra? & pro Flac.160.b. Quouſq; negociabere? pro Plan. 257.a. Quouſq; iſta dicis?

## R. RA.

R Litera. Orat.212.a. Ex uſu dicunt & è rep. quod in altero uocalis excipiebat, in altero erat aſperitas, niſi literam ſuſtuliſſes. Epiſt.35. a. Ex ratione itineris. de D.128 b. Demoſthenem ſcribit Phalereus, cum ρῶ dicere nequiret, exercitatione feciſſe, ut planißimè diceret.

Rabidè. furenter, rabioſè. Tuſ.231.b. Omnia rabidè appetens, cum inexplebili cupiditate.

Rabidus, a, um. rabioſus, furens. In Ar. Vel toto ſpirans rabido de corpore flammam. & ad Her.39.b. Iſte aſpectu rabido circunſpectans huc & illuc.

Rabies, ei. furor. In Sal.273.a. Quod iſta inuſitata rabie petulanter in uxorem meam inuaſiſti. & Tuſ.204.a. Hecubam putant propter animi acerbitatem quandã & & rabiem fingi, in canẽ eſſe conuerſam. Tuſ.220.b. Neq; eos exiſtimet ſine rabie quicquam fortiter facere poſſe.

Rabioſè. rabidè, furioſè. Tuſ.219.b. Nihil ne in ipſa quidem pugna iracũdè rabioſeue fecerũt. )(. Leniter, quietè.

Rabioſulus, a, um. Ep. 102.b. Primas illas rabioſulas ſat fatuas dediſti.

Rabioſus, a, um. rabidus. Tuſ.219. b. Vide ne fortitudo minimè ſit rabioſa, ſitq; iracundia tota leuitatis.

Rabula, læ. cauſidicus rabioſus & ineptus. Or.201.a. Non enim declamatorẽ aliquẽ de ludo, aut rabulã de foro quærimus. & de Or. 102.a. Non enim cauſidicum neſcio quem,



quem, neq; proclamatorem aut rabulam conquirimus. de Clar. 180. b. Rabulæ, qui & indocti planè, aut inurbani aut ruſtici fuerunt.

Radians, tis. radiatus. In Arat. Stellæ ſub pedibus ſtratæ radiantis aquari. Or.211.a. Hoc motu radiantis eteſiæ in uada ponti.

Radiatus, a, um. radians. de D.89.b. Orbis flammeus radiatus. Accij. de Or.157.b. Lumen radiatum. Ennij.

Radicitus. ſtirpitus. de N.25.a. Epicurus ex animis hominum radicitus extraxit religionem. & de Finib.70.a. Tollere atq; extrahere aliquid radicitus. Tuſ.172.b. Hanc excutere opinionem mihimet radicitus uolui. pro Dom. 220.a. Radicitus euellere omnes actiones alicuius.

Radicula, læ. quam raphanum uulgò uocant, aut parua radix. de D.136.b. Draco radiculam in ore ferens, &c.

Radius, dij. luminis quaſi iaculum. de Fin.141. b. Vt ſtellæ in radio ſolis, ſic bona corporis in uirtutum ſplendore ne cernuntur quidem. In Ar. Et quantum radios iacimus de lumine noſtro. de Vn.198.a. Globoſum, cuius omnis extremitas paribus à medio radijs attingitur.

Radius. Geometræ inſtrumentum, ſeu uirga, qua lineas ducit. Tuſ.241.a. Humilem homunculum à puluere & radio excitabo: id eſt, Archimenidem.

Radix, cis. ſtirps. de Fin.123. a. Videmus ea quæ terra gignit, corticibus & radicibus ualidè ſeruari. Off.41.a. Vera gloria radices agit, atq; etiã propagatur. Tuſ. 193. a. Non ſolum ramos amputare miſeriarum, ſed etiam radicum fibras euellere. et ib. Ita ſunt ſtirpes altæ ſtultitiæ. pro Cæl.40.a. Niſi tot uitiorum tanta immanitas quibuſdam uirtutis radicibus niteretur. I.A.193.b. Virtus eſt una altißimis defixa radicibus, quæ nulla unquam ui labefactari poteſt. & Brut.287.b. Malum, quod fundamentum & radices habeat altiores. At.165.a. Nam habent ſuas radices, quas tamen euellerẽ, ſi poſſem. contra Rul.29.b. In Maſſici radicibus. & Antequam.196.b. In radice pallatij.

Rado, dis. abrado. de Leg.182.a. Mulieres genas ne radunto. pro Quint.R.48.a. Qui capite & ſupercilijs ſemper eſt raſis.

Ramulus, li. de D.105.b. Ramulum adductum, ut remiſſus eſſet, in oculum recidiſſe.

Ramus, mi. de Orat.159.a. In arboribus truncus, rami, folia. In Arat. Denudat folijs ramos & cortice truncos. pro Cec. 296.b. Qui prætereuntes ramum defringerent arboris.

Rana, næ. de N.51.a. Ranæ marinæ dicuntur ſeſe obruere arena ſolere. At.246.a. Ranæ enim ῥητορεύουσιν.

Rancidus, a, um. putridus. I.P.94.a. Caro ſubrancida.

Ranunculus, li. rana. Ep.104.a. de D.83.a.

Rapacitas, tis. cupiditas rapiendi. pro Cæl.40.a. Quis in rapacitate auarior?

Rapax, cis. prædo. I.P.93.b. Iſte crudelis olim furunculus, nunc uerò etiam rapax. & Sal. in Cic.271.a. Manus rapaces. I.V.148.b. Furem aliquem aut rapacem accuſaris. de Am.105.b. Nihil eſt appetentius ſimilium ſui, nihil rapacius quàm natura. de N.64.b. Europam Lybiamq; rapax ubi diuidit unda.

Rapidè. uelociter. Or.208.b. Quod cum rapidè fertur, ſuſtineri nullo modo poteſt. de Leg. 170. a. Rapide dilapſus.

Rapidus, a, um. uelox. de Fin.64.b. Nuſquam orationem rapidam coerceas.

Rapina, næ. furtum quod per uim fit. I. C.106.a. Nihil cogitant niſi cædes, incendia, rapinas. & Off.44.a. Atq; etiam largitionem ſequuntur rapinæ. Epiſt. 188.a. Spes prædæ ac rapinarum. Ep. 138 a. Si qua uis, aut ſi quæ rapinæ fieri cœperint.

Rapio, pis. uoco, prædor, traho, abripio. Off.3.a. Cùm utilitas ad ſe rapere, honeſtas cõtrà reuocare uidetur. Ep. 99.a. Eſſe dũ aliquod rapias, ad noſq; recurras. I.C.102. a. Quò te iſta tua cupiditas effrenata rapiebat. Off.40.b. Cùm aliqua his ampla & honeſta res obiecta eſt, totos ad ſe conuertit, & rapit. & de Fin. 64.b. Cùm fertur quaſi torrens oratio, multa cuiuſq; modi rapit, &c. de D.103.a. Et ad diuinarum rerum cognitionem cura omni ſtudioq; rapiuntur. de Ar.256.b. Ad quem metum ſi deorum monitis non duceremur, tamen ipſi noſtro ſenſu coniecturaq; raperemur. Off.56.a. Detrahere aliquid alteri, et rapere ad ſe cõmoda alterius. I.P.92.a. Cupiditate cæca prædæ ac rapinarum rapi. de L.178.a. Opinionibus uulgi rapimur in errorem. pro Pom.7.b. Claßis quæ ad Italiam ſtudio inflammato raperetur. Oct. 330. b. Illum hoſtem accerſitum ad bona populi Rom. rapienda. I.A.193.a. Sed ſpes rapiendi atq; prædandi cæcat animos. Ep. 198.b. In Græciam deſperata libertate rapiebar. Tuſ.230.b. Cùm cæteræ uirtutes ad tortorem rapiantur. de Or.130.b. Vita eorũ, qui ob facinus ad ſuppliciũ rapiendi uidentur. Off.20.a ὁρμὴ quæ hominẽ huc & illuc rapit. Off.40.b. Ad quas pleriq; inflammati auiditate rapiuntur. I.A.172.a. Latrones tantum habent, quantum rapere poſſunt. contra Rul. 88. a. Marianus tribunus pleb. qui nos Syllanos in inuidiam rapit. ad Her.2.a. Rapere aliquem in odium. de Finib.94.a. Cum de rebus grandioribus dicas, ipſæ res uerba rapiunt. Ep.261.a. Cùm Cæſar amentia quadam raperetur. Epiſt. 165. b. Rapere conſilium alicuius in contrariam partem.

Rapſerit, pro rapuerit. de L.174.a.

Raptim. curſim, ſubſciſiuis (ut aiunt) operis. At.28.a. Hæc ſcripſi raptim. & pro Dom.241.b. Cùm ille ageret raptim & turbulente illam rem. ad Her.40.a. Iſte ſe raptim domum ſuam conijcit.

Rapto, as. pro Dom.225.a. Vxor mea quam uexauiſtis, raptauiſtis, omni crudelitate lacerauiſtis. & Tuſ.171. a. Quadrijugo curru raptari.

Raptus, a, um. pro Seſt.28.a. Euerſa domus eſt, dißipati liberi, rapta coniunx.

Raptus, a, um. Tuſ.161.b. Ganymedes à dijs raptus.

Raptus, tus. ſtuprum. I.V. 225. a. Raptus uirginis. Tuſ. 225. a. Quis de Ganymedis raptu dubitat quid poetæ uelint?

Raritas, tis. de N.53.b. In pulmonibus ineſt raritas quædam, & aßimilis ſpongijs mollitudo.

Rarò. inſolenter, non ſæpe, minus ſæpe. ad Her.19.a. pro S.R.24.b. Hoc maleficiũ ita rarò extitit, ut ſi quando auditũ ſit, portenti ac prodigij ſimile numeretur. de In.51. b. Deinde id euenire uulgò ſoleat, an inſolenter & rarò.

Rarus, a, um. quotus, paucus. de Som.129.b. Vides habitari in terra raris & anguſtis locis. de Am. 108.b. Qui igitur in utraq; re conſtantem ſe præſtiterit, hunc ex maximè raro hominum genere iudicare debemus. de Fin. 81.b. In omni re optimum quidq; rarißimum eſt. de Am. 111.a. Omnia præclara rara. de In.97.b. Oportet autẽ animaduertere, ne cum aliter multa ſint iudicata, ſolitarium aliquod aut rarum iudicatum afferatur. Top.226.b. Rarum, ſingulare. )(. Vulgare.

Raſus, a, um. abraſus. pro Q.R.48. l. Rado.

Ratio, onis. cõſiliũ, mẽs. )(. Libido. Off.20.b. Duplex eſt enim uis animorũ atq; naturæ: una pars in appetitu poſita eſt,

eſt, quæ eſt Græcæ ὁρμὴ quæ hominem huc & illuc rapit: altera in ratione, quæ docet & explanat, quid faciendum fugiendúmue ſit, ita fit ut ratio præſit, appetitus uerò obtemperet. de N.53.a. Ratio eſt, quæ præſtat omnibus. de L. 172. b. Omnia quæ rationem habent, præſtãt ijs quæ ſunt rationis expertia. de N. 73. b. Motus celer cogitationis, acumen, ſolertia, quam rationem uocamus. Ac.7. b. Ratio quaſi quędã lux lumenq́; uitæ. & Tuſ.185.b. Domina omnium & regina ratio. de Sen.91.a. Mens, ratio & conſilium in ſenibus eſt. & pro Quint.9.b. Rationi ac conſilio locum dare. de Cl. 172. b. In mundo & mentem & rationem ineſſe. de Leg. 159. b. Lex eſt mens ratioq́; prudentis. & ib. Lex eſt ratio ſumma inſita in natura. & ib. Eadem ratio cum eſt in hominis mente confirmata & confecta, lex eſt. de D.126.a. Quibus in rebus non ratio & conſilium, ſed temeritas & caſus ualet. de Ar. 244.a. Iracundi longius digredi, quàm ſapientis hominis cogitata ratio poſtulat. Off.16.a. Exercendum eſt corpus & ita afficiendum, ut obedire conſilio rationiq́; poßis in exequendis negocijs, & in labore tolerando. de N.64.b. Homo habet ſenſum, & rationem, & orationem. Top. 226.b. Expers rationis.)(.Ratione utens. Off.3.a. Homo qui rationis eſt particeps, per quam conſequentia cernit, principia & cauſas rerum uidet, earumq́; progreſſus quaſi anteceſſiones non ignorat, ſimilitudineſq́; cõparat, rebuſq́; præſentibus adiungit atq́; annectit futuras. de N.73. b. Quemadmodum ratione rectè fit, ita ratione peccatur. & ibid. multa de ratione.

Ratio. inſtitutum, uia, modus. quid ſequeris, quam rationem ſequeris? pro Cl.31.b. Te oro ut mihi rationẽ oſtendas iudicij corrumpendi. At.191.b. Inire rationẽ faciendi aliquid. & 225.b. Ea ratio ædificandi initur, &c. Ep.165.a. Rationem ineo. Off.41.b. Pecuniæ quærendæ nõ ſolum ratio eſt, ſed etiã collocandæ, quæ perpetuos ſumptus ſuppeditet. pro Pl.267.a. Ratio quam in decernẽdo ſecuti ſumus. Off.42.b. Duplex eſt orationis ratio, quarum, &c. At. 6. a. Duæ epiſtolæ in eãdem rationem ſcriptæ. de Or. 122.b. Rationem bene uiuendi hominibus dare. Or.207.b. Omnia quæ ratione docentur & uia. pro Q.4.b. Modo & ratione omnia facere. & ib. Rectè atq́; ex ordine aliquid fieri. Ep.57.a. Itaque eam partem quæ ab exquiſita quadam ratione & doctrina proficiſcitur, non attingam. pro R.P.128.b. Augere rem bonis & honeſtis rationibus. Off.69.a. Hoc ego nihil utilius inuenio, cum ad ueritatem cœpi reuocare rationem. & 27.b. Vt incipiendi ratio fuerit, ita deſinendi modus. Off.30.a. Cynicorum ratio eſt inimica uerecundiæ. I.V.236.a. Hæc eadẽ nunc ab illis defenſionis ratio uiaq́; tentatur. Q.F.298.a. Ea noſtra ratio eſt, ut omnes boni faueant, omnes improbi oderint. Ep. 33. a. Tua ratio poſtea eſt commutata. & ib. Ego tibi meũ conſilium exponam. & 144.b. Nunc alia ratio eſt omnium rerum. de Orat. 120. a. Oratoriæ facultatis tres ſunt rationes: una, &c. altera, &c. tertia, &c. pro Quint.14.a. Quæro, cur nemo ex tot creditoribus alijs ad iſtam rationem acceſſerit. pro Dom. 116. a. Nonnulli illam rem ad illam rationem coniecturamq́; reuocabant. Antequam. 195.a. Qui nouam rationem ſuſcitant, ueteres maiorum obterunt laudes. I. C. 106. a. Diuerſa Catilinæ ſtudia in diſsimili ratione. pro Flac.155. b. Niſi mihi totam rationem omni & perſonarum genere & literarum explicaris. Poſtquam.203.a. In officio perſoluendo diſsimilis ratio pecuniæ debitæ eſt. pro Fl. 170. b. Pergami non multum auri ratio conſtat. pro S.R.22.a. Sylla pacis cõſtituendæ rationem & belli gerendi poteſtatẽ ſolus habet. de Cl. 188.b. Cæſar rationem adhibens, conſuetudinem uitioſam emendat. & 189.a. Cæſar ſplendidam quandam & minimè ueteratoriam dicendi rationem tenet. pro Dom.243.a. In utendo ratio, in carendo patientia expetẽda eſt. pro S.R.19.a. Non modò ignoſcendi ratio, ſed etiã cognoſcendi conſuetudo de ciuitate ſublata eſt. de Cl.168.b. Oratorũ fontes uides ad noſtrorũ annalium rationẽ ueteres, ad ipſorum ſanè recentes. Q.Fr.324.a. Puerũ in hanc noſtram rationem conſuetudinemq́; inducemus. pro Dom.230.b. Is conſtans in optima ratione ſemper fuit. At.283.a. Ratio illa, quæ etiã poſteris poſſet eſſe ſalutaris. pro Dom.231.a. Nemo mihi ſe ipſa populari ratione anteponat. pro Q. 3. a. Hoc eo per te agebatur, quod propter ærariam rationem nõ ſatis erat, &c. de Pro.76 b. Nec totã rationem gallici belli propè iam explicatã perturbare atq́; impedire debemus. Q.Fr.295.a. Incumbe omni ſtudio in eam rationem, qua adhuc uſus es. & ib. Vt eos omni ratione tueare. pro Mur.133.b. Quãtos æſtus habet ratio comitiorum. & ib. Nihil fallacius ratione tota comitiorũ. de Or.103.b. Licet iſta ratione dicamus, pila ludere propriũ eſſe iuris ciuilis. At.149. b. Ad eam rationẽ exiſtimabã ſatis aptam eſſe perſonam meã. pro Mur.139.b. Nemo eo cõmodior, comior, moderatior fuit ad omnẽ rationem humanitatis. Off.24.a. Ad hanc rationem maximã natura uim habet. & 16.a. Hæc res nõ ſolũ ex domeſtica eſt ratione, attingit enim & bellicam. pro Q.R.50.b. Vertit hic rationẽ, & id quod probare non poteſt, fingere conatur. pro Fl.166.b. Bonæ rationi, & conſtanti, & graui nullum à nobis fructum eſſe propoſitum. pro Syl.168. b. Sin eſt in me ratio reip. religio priuati officij, nihil minus accuſator debet dicere. I.C. 107.a. Docui quemadmodũ eſſet ei ratio totius belli deſcripta. contra Rul.67.a. Summus labor ac difficillima ratio gerendi conſulatus. contra Rul. 67. a. Omnibus eſt difficilis & magna ratio. Antequam.197.b. O miſera uitæ ratio, quæ, &c. & pro Pom.17.b. Laborioſißima uitæ ratio. pro Pom.13.b. At Quint. Catulus & Hortenſius ab hac ratione diſſentiunt. I.V.110.b. Mea ratio uoluntaſq́; ab eo abhorret. & pro Pom. 4. a. Non mea me uoluntas, ſed meæ uitæ rationes ab ineunte ætatæ ſuſceptæ prohibuerunt. Att.165.a. Illa de ratione numaria non ſunt eiuſmodi. de Orat. 159.a. Idq́; ad omnem rationem mutatur & uertitur. de Orat.135.b. Mea ratio in dicendo hæc ſolet eſſe, ut ornem, &c. I.V. 72.b. Tua ratio eſt ut ſic facias, mea autem, ut ſit, &c. I.V.70.b. & ad Heren.28.a. Minari diuiſoribus ratio non erat. Acad.19.b. Ironiam alterius perpetuam præſertim nulla ratio fuit perſequi. pro Cecin.287.b. Nulla ratio eſt amittere hanc occaſionem. & pro Cluent.31.a. & de Pro.73.a. Propter rationem belli Gallici. de D.105.a. Continet enim totam hanc quæſtionẽ ea ratio, quæ eſt de natura deorum. Epiſt.9. a. Ego me ad eius rationes adiungo, quem tu in meis rationibus tibi eſſe adiungendum putaſti. Ep.10.b. De qua ratione tota iam uidetur mihi exponendi tempus dari, ut tibi reſcribam ad ea, quæ quæris. Epiſt.7.b. In hac ratione quid tempus ferat, tu perſpicies. & 18.b. Coramq́; contra iſtam rationem meam dicam. Ep.7.b. Si hæc ratio rei gerendæ periculoſa tibi uidetur. Ep.3.b. Quod ad popularem rationem attinet.

Rationem cum aliquo eſſe uel habere. Rationẽ habere uel ducere, &c. de Senectut. 87. b. Agricolæ rationem habent cum terra, quæ nunquam recuſat imperium. In Anton. 242. b. Si habenda cum Antonij latrocinio



pacis ratio fuit. pro Cæl.48.a. Cum hoc aliquid adoleſcentem hominem habuiſſe rationis, num tibi turpe uideatur? I.V.246.b. Nihil cum eo rationis habui. & At.25.b. Cum omnibus muſis rationem habere cogito. & pro Syl.177.b. Magna ratione cum rege contracta. I.A.194.a. Nulla cum eo pacis ratio eſſe poteſt, in quo eſt incredibilis crudelitas, fides nulla. & ibid. Hoſtis, qui haberet rationem aliquam, ſi res ita tuliſſet, pacis & fœderis. Att.93.a. Pro ratione pecuniæ liberius eſt Brutus tractatus, quàm Pompeius. pro Quint.13.b. Omnes, quibus cum ratio mihi aut eſt, aut fuit. pro Q.R.51.b. Quæ ratio tibi cum eo interceſſerat. pro Pomp.7.a. Publicani ſuas rationes & copias in prouinciam contulerunt. Poſtquam.198.a. Nunquam meas rationes ſaluti ueſtræ antepoſui. Attic.128.a. Duxi meam mecum rationem. pro S.R.40.a. Ducere rationem ſui commodi. & pro Seſt.7.b. & I.V.102.a. Ducere rationem alterius. I.V.134.b. Qui non tam cœli, quàm cœlati argenti rationem duceret. Ep.96.b. & 130.a. & 114.b. Ducere rationẽ ſalutis ſuæ. I.V.57.a. Vniuſcuiuſq́; facultatis ad agendũ ducta ratio eſt. &, Officij rationem duci conuenit. l. Duco. de Off.24.b. Vtrinſq́; ratio habenda eſt in deligẽdo genere uitæ, ſed naturæ magis. & 28.a. Habere rationem non ſuam ſolùm, ſed etiam aliorum. At. 80. b. Vt habeam rationem non modò negocij, ſed etiam ocij tui. Att.284.a. Qua in re maiorem habeo rationem tuæ uoluntatis, &c. quàm conſtantiæ meæ. ad Her.30.a. Videndum eſt, cuiuſmodi rationem in diſponendo habere conueniat. de Or.97.b. Quibus in rebus habenda eſt ratio diligenter, quos imitemur, quorum ſimiles uelimus eſſe. Offic.20.a. Eſt autem quod differat in omni ratione habenda inter iuſtitiam & uerecundiam. pro Pom.7.a. Horum uobis pro ueſtra ſapientia eſt habenda ratio diligenter. pro Cluen.41.b. Cùm huiuſce periculi, tum cæterorum quoq́; officiorum & amicitiarum ratio conſeruata eſſe uideatur. pro Mil.120.b. Ex omnibus præmijs uirtutis, ſi eſſet habenda ratio præmiorum, ampliſsimũ præmium eſſe gloriam. de Or.110.a. Qui eorum quibus cum eſt, uel dignitatis uel commodi rationem non habet, is ineptus dicitur. Att.141.b. Præſtabo, ſi Cæſarem bene noui, eum prius tuæ dignitatis, quàm ſuæ utilitatis rationem habiturum. de N.13.a. Non tam dicendi mihi ratio habenda fuit, quàm audiendi. & At.131.a. Vt ſummam reip. rationem habeamus. I.V.123.a. Hoc rationis habebant, non poſſe, &c. & pro Cec.285.a. Niſi fortè hoc habui rationis, quoniam, &c. Ep.33.a. Habui rationem, ut tibi conſulerem. I.V.243.b. Neq́; illud rationis habuiſti, eam prouinciam, &c. I.V.243.a. Habeo rationem, quid à populo Rom. acceperim. Att.125.b. Verùm cum habeo rationem dierum, antè puto tranſmiſſurã, quàm potuerit conueniri. & Ep.35.a. Vt habere rationẽ poßis, quo loco me conuenias. & ibi. Et ex diebus, & ex ratione itineris conſtituti, &c. I.V.145.b. Habui rationẽ annorũ, per quos, &c. & 250.a. Habeo rationem dierum. & ibi. Rationem numerumq́; habere. & 256.a. & Att.125.b. Hanc rationem habere cœpit. I.V.139.b. Habere rationẽ officij in ſocios. I.V.139.b. Et huius pecuniæ, quæ permagna eſt, non habui rationẽ, neq́; habere potui, quantũ ab aratoribus, etc. eſſet coactũ. At.276.a. Exiſtimo omnino rationẽ abſentiũ ſacerdotum comitijs poſſe haberi. de Leg. 172. b. Deos piorum & impiorum habere rationem. Item: Habere rationem, ducere rationem, reſpicere, habere iudicium de aliqua re.

Rationem repoſcere uel repetere, rationem reddere, &c. id eſt, cauſam. I.V.59.a. & de Opt.244.b. Rationem uitæ ab altero repoſcere, qui nõ poßit ſuæ reddere. de D. 118.a. Rationẽ cauſamq́; alicuius rei quærere. Poſt.202.b Ab aliquo prouinciæ adminiſtratæ rationẽ repetere. pro Cl.39.a. Qua lege in eo genere à ſenatore ratio repeti ſolet de pecunijs repetũdis. & ibi.b. Suæ ſentẽtiæ rationem reddere. Tuſ.156.a. Antiqui rationẽ ſententiæ ſuæ non ferè reddebant. ad Her.23.b. Vt paucis rationẽ noſtri conſilij demus. I.V.114.a. & pro Q.3.a. Semper ita uiuamus, ut rationem nobis reddendam arbitremur. & Ep.147.a. Reddere rationem omnium rerum. de Or.90.a. Reddere rationem ſui operis. & Or.214.b. Reddere rationem cur aliquid fit. I.V.114.b. Reddere rationẽ de factis aliorum. Acad.26.b. Vt etiam ſi poßis rationẽ reddere cur id eueniat, tamẽ, &c. Off.20.b. Reddere cauſam probabilẽ alicuius rei. & 2.b. Cur aliquid factũ ſit. I.V.272.a. Perſolui rationẽ officij mei. pro Cæl.44.b. Rationẽ tantæ familiaritatis reddas atq́; exponas neceſſe eſt. de D.93.b. Hũc ergo antepones Platoni? qui ut rationẽ non redderet, autoritate tamen hos minutos philoſophos uinceret. & 121.a. Chryſippus naturalẽ rationem omniũ reddit. pro Planc. 269.a. Sic ego cõtendo, me tibi cuiuſcunq́; tribus rationẽ popoſceris, redditurũ. pro Plan.273.a. Clarorũ uirorum non minus ocij, quàm negocij rationẽ extare oporteret. Sal. in Ci.271.a. Redde rationẽ, quantum patrimonij acceperis, quid tibi litibus accreuerit. de In.71.a. Subijcere & ſupponere rationem. de D.130.a. Et quidem cur ſic opinetur, rationẽ ſubijcit. de Or.162.a. Ad propoſitũ ſubiecta ratio. & ibi. Suppoſita ratio. pro Cec.303.a. Afferre rationem, quamobrẽ, &c. pro Cec.298.a. Afferre rationes in aliquam rem. Att.177.b. Quam'nam rationem Cæſari allaturus es profectionis tuæ? & de N.16.a. Tertiã rationem affertis, quod, &c. pro Mur.124.b. Vt uobis mei rationem facti probẽ. & de Ar.244.a. Mei facti rationem exponere illis uolo, qui, &c. Ep.57.a. Afferre rationes, quib. aliquid probemus, uel cur ita ſit. 86.b. pro Syl.167.a. Rationẽ facti ſui omnibus probare. de Fato 141.a. Sine fato, ratio omnium rerum ad naturam fortunamq́; refertur. de D.83.b. Ventorum ſigna quam rationem habeant, non ſatis perſpicio, uim & euentum agnoſco. I.V.132.b. Hoc ſummi officij ratione impulſus facio. Ep.28.a. Certa quadam ratione non feci. At.127.b. Nihil niſi ſumma ratione facere. I.V.55.a. Si mei conſilij cauſam rationemq́; cognouerit. At.6.a. Quòd domi te incluſiſti, ratione feciſti. pro Cec.292.b. Nequaquam ſatis uerbis cauſam & rationem iuris amplecteretur. I.C.109.b. Bona ratio conflêgit cum perdita: id eſt, cauſa, & pars. pro S.R.34.b. Qua ratione illi primùm nunciauit?

Ratio. pro calculis, idq́; uariè. Attic.220.a. Rationes ſumptuariæ. I.V.83.a. & de Opt.244.b. Referre rationes. I.V.96.a. Referre rationes ad ærarium. & 248.a. Et ciuibus ſuis rationem referre debebat. I.P.92.b. Scriba qui rationes ad ærarium retulit. I.P.93.b. Ratio quidem hercle apparet, argentũ οἴχεται. ex Plau. in Trinummo. Ep. 28. a. Rationes mei quæſtoris nec uerum fuit me tibi mittere, nec tum erant confectæ, eas nos Apameæ deponere cogitabamus. & 75.a. & At.96.b. Vt apud duas ciuitates Laodicenſem & Apamenſem rationes confectas & conſolidatas deponeremus. I.A.197.b. Pecunia publica, cuius ratio in æde Opis confecta eſt. Att.60.b. Putare rationes cum aliquo. pro Flac.150.a. Inferre rationes falſas. de N.74.a. Inita ſubductaq́; ratione nefaria ſcelera meditari. de Fin.77.a. Voluptatum ne calculis ſubductis

prælium inibunt? I.V.266.a. Cedo rationem carceris, quæ diligentiſſimè conficitur, quo quiſq; die datus in cuſtodia, quo mortuus, quo necatus ſit. & 97.b. Inducere aliquam pecuniæ ſummam in rationem. Att.75.a. Ego eam rationem Philogeni, & permutationis eius quam tecum fecit, edidi. & 102.b. Edere rationes alicui. Att.247.b. Rationes Erotis propemodum cognitas habeo. & 83.a. Quid opus eſt, inquam, potius, quàm rationes conferatis? aſſident, ſubducunt ad nummum, conuenit. pro Cecin.303.a. Accipere rationes à colono.

Ratio. pro argumento. de Or.128.b. Argumentū ratio ipſa confirmat, quæ ſimulatque emiſſa eſt, adhæreſcit. I.V.131.b. Quid habuit argumēti aut rationis res, quamobrem ita faceres? de Or.116.a. Argumentis ac rationibus noſtra confirmare, deinde contraria refutare. Orat.201.a. Argumentorum ac rationum loci. de N.61.b. Tu autoritates omnes contemnis, ratione pugnas. & 92.a. Rumoribus mecum pugnas, ego autem rationes requiro. pro Pomp.13.b. Omiſſis autoritatibus, ipſa re & ratione exquirere ueritatem. Item: Docet enim ratio mathematicorum, quanta humilitate luna feratur. pro Cec.304.b. Quòd ſi adimi ciuitas illi poſſet, magis tamen rationem illam omnes quæremus, quemadmodum poſſemus, &c. quàm uti nunc quiſquā exiſtat, qui, &c. de Fin.53.a. Efficere & concludere rationem. de Orat.123.a. Vera'ne ſit ſumma cuiuſq; rationis. de D.113.b. Concluditur ergo ratio, ſi enim, &c. de N.78.b. Neque id dicitis ſuperſtitioſè atq; aniliter, ſed phyſica cōſtantiq; ratione. pro Cec.296 b. Cauſæ ratione, non uocibus pōderari debent. Ep.70.a. Tum rationes in ea diſputatione à te collectæ uetabāt, me reip. penitus diffidere. de N.74.b. Suggerere rationem alicui ſententiæ. de Fin.108.a. Neq; ſenſuum fidem ſine ratione, neq; rationes ſine ſenſibus requiramus. & 55.a. Rationibus conquiſitis de dolore diſputandum. & ibi. Exquiſitis rationibus cōfirmare aliquid. de Sen.93.a. Nec me ſolùm ratio & diſputatio impulit, ut ita crederem, ſed nobilitas etiam, & autoritas ſummorum philoſophorum. l. Argumentum. pro Plan.259.a. Ille hoc magna ratione fecit.

Ratiocinatio, onis. de In.64.a. Ratiocinatio eſt, diligens & cōſiderata faciendi aliquid, aut non faciendi excogitatio. ad Her.5.a. Multæ leges afferuntur, è quibus ratiocinatio naſcitur.

Ratiocinatiuus, a, um. genus controuerſiæ, unum ex ijs quæ ex ſcripto exiſtunt. de In.46.a. Quartum genus ratiocinatiuum, quintum definitiuum nominamus.

Ratiocinator, oris. rationum ſubducendarum peritus, quem imperiti Calculatorē uocant. Att.6.b. Hilarem dico ratiocinatorem. Offic.12.b. Vt boni ratiocinatores officiorum eſſe poſſimus, & addendo deducendoq; uidere, quæ reliqui ſumma fiat.

Ratiocinor, aris. rationem habeo, rationem ineo. de In.76.b. De pecunia ratiocinari ſordidū eſt, cum de gratia referenda deliberetur. de In.74.a. Ratiocinando quod cuiuſq; officij ſit, quæri oportebit. & 69.b. Ratiocinari, quid in ſimilibus fieri ſoleat. I.V.70.a. Etenim ſic ratiocinabantur, ſic inter ſe loquebantur. Tuſ.149.a. At nos metiendi ratiocinandiq; utilitate huius artis terminauimus modum. ad Heren.27.a. Socij noſtri profectò ratiocinati eſſent etiam atq; etiam quid poſſent facere, ſiquidē, &c. ad Her.12.b. Ex eo quod ipſe facturus eſt, non ex eo quod fieri conuenit, ratiocinatur. I.A.171.a. Omnia noſtra mala, ſi rectè ratiocinabimur, uni accepta referemus Antonio. pro Mil.107.b. Cuius illi conatus, ut ille ratiocinabatur, nec ſi uellent reprimere poſſent.

Rationalis, le. quod in ratione uerſatur. ad Her.9.b. In cauſa rationali primùm quæretur, ecquid, etc. Ea pars animi, quæ mentis ac rationis particeps eſt. l. Particeps. de In.93.b. Vt illa tertia pars rationis & mentis eluceat. Top.226.b. & Off.35.a. Ratione utens.)(. Rationis expers. de Leg.160.a. Particeps rationis & cogitationis. de Leg.172.b. Quod rationem habet. & de N.64.b. Homo habet ſenſum, & rationem, & orationem. & de Fin.74.a. Homines rationem habent, &c. de In.52.b. Cum omnis controuerſia in ratione ſiue in ſcripto uerſetur. ἄγραφος, ἢ ἔγγραφος.

Ratis, tis. genus nauigij planum, & trabibus tantùm inter ſe aptis & connexis factum. Tuſc.164.a. Tanquam ratis in mari immenſo noſtra uehitur oratio. I.V.236.b. Cum aut nauibus, aut ratibus conarētur accedere. & ibi. Ratibus coniunctis freto ad Meſſanam tranſiri. & Attic.148.a. Ratibus exitum portus teneri.

Ratiūcula, læ. de N.74.b. Atq; huic ſententiæ ratiunculas ſuggerit. Tuſ.218.a. Leues autem eorum ratiunculas, qui, &c. & 181.a. Concludunt ratiunculis Stoici.

Ratus, a, um. firmus, conſtans, certus, fixus.)(. Irritus. de N.45.b. Qui tam certos cœli motus, & ratos aſtrorū ordines uiderit. & ibi.a. Aſtrorū in omni æternitate rati & immutabiles curſus. Tuſ.242.a. Quorum uagi motus, rata tamen & certa curſus ſpacia definiant. de D.112.a. Aliquid ab omni æternitate certum fuiſſe, eſſe uenturum rato tempore. de D.117.a. Aliquid rato tempore fieri. de Som.128.b. Sonus interuallis coniunctus imparibus, ſed tamen pro rata portione diſtinctis. Tuſ.169.a. Omnia iſta perinde ut cuiq; data ſunt pro rata parte à uita, lōga aut breuia dicuntur. pro Cec.303.b. Si populus hoc iuſſerit, putas'ne hoc iuſſum ratum atq; firmum futurū? pro Cor.66.a. Dubitandū fuit? quin quo in genere iudiciorū præmia rata eſſent, in eodem iudicia imperatorum ualerent? de Pro.78.b. Cuius tribunatus ſi ratus eſt, nihil eſt, quod irritum ex actis Cæſaris poſſit eſſe. I.A.198.b. Quæ, ſi leges irritas feceritis, rata eſſe non poſſunt. & Att.236.a. Vt omnes acta Cæſaris haberent rata. pro Cec.299.a. Rata autoritas harū rerum à iure ciuili ſumitur. Part.241.a. Ratum habere iudicium.)(. Reſcindere iudiciū. pro Dom.229.a. De agris ratum eſt, fuit enim populi poteſtas. pro Flac.166.a. Si dat tantam pecuniā, nempe idcirco dat, ut rata ſit emptio. pro Q.45.b. & de N.4.a. Quod retuleris, id ratum habebo. At.71.b. Deinde ut Fauſtæ, cui cautum ille uoluiſſet, ratum eſſet. pro Cl.45.a. Hoc fixum, & in perpetuum ratum eſſe oportet. de Or.99.a. Teſtamentum ruptum aut ratū. Acad.8.a. Decretū, ſtabile, fixum, ratū eſſe debet. de Fin.68.b. Epicuri κυρίαι δόξαι: id eſt, maximè ratæ ſententiæ. Acad.35.b. Verùm illud certum, comprehenſum, perceptum, ratum, firmum, fixum fuiſſe uis. de D.121.b. Scire ratóſne habeant, an uanos pectoris orſus. Attic.197.b. Intelligo, te certum illius profectionis diem non habere. Off.74.a. At non debuit ratū eſſe, quod actum erat per uim, quaſi uerò, &c. de L.173.b. Cœli fulgura regionibus ratis temperanto. de Leg.180.a. Quod pater approbauit, &c. ratum eſt, &c. quod non approbat, ratum non eſt.

Raucus, a, um. qui uocem obtuſam habet, feſſus dicendo, uel clamādo. de Or.108.a. Itaq; nos raucos ſæpe attentiſſimè audiri uideo. Ep.127.a. Niſi ipſe rumor iam raucus erit factus. de Or.135.a. Cum patronus uocem in di-



cendo obtudiſſet. de Clar.177.a. Vox permanens, ſubrauca uerò natura.

Rauduſculus, li. æs rude. At.59.a.97.a.230.b.

Rauenna, næ. urbs. At.98.b. pro Corn.65.a.

Re. exitu. pro quo indiſerti dicūt, actu & effectu. pro Mil.103.b. Senatum non quod ſentiret, ſed quod ego uellem, re decernere. Epiſt.51.b. & 148.a. Re ipſa & exitu præſtare aliquid. I.V.118.a. Verbo.)(. Re.

Reædifico, as. reſarcio, inſtauro. At.89.a. Putat enim Pompeius, Cæſarem immeritò reædificando diligentiorem fore.

Reapſa. re ipſa. de D.97.b. Formæ quæ reapſe nullæ ſunt, ſpeciem autem offerunt. & de Fin.130.b. Quod idem reapſe primum eſt.

Reatinus, na. à Reate oppido. de N.27. de Cl.187.a.

Recaleſco, ſcis. concaleſco, referueſco. de N.31.a. Corpora noſtra motu atq; exercitatione recaleſcunt.

Recedo, dis. diſcedo, abeo. pro S.R.37.a. Recede de medio, per alium tranſigam. I.A.199.b. Antonius recedat à Mutina. Poſtquam.205.b. Qua ſtrage nonnulli permoti magiſtratus, paululum à mea cauſa receſſerunt. pro S.R.21.a. Poſtquam ab armis receſſimus. pro Quint.12.a. Res ab uſitata conſuetudine receſſit. & Att.186.b. Si à ſententijs eius doctis recedam. & 85.b. Recedere ab edicto ſuo. pro Cecin.292.a. À uerbis recedis, & æquitate uteris. & 296.a. Vt longius à uerbo recedamus, ab æquitate ne tantulum quidem. de Fin.115.b. Pyrrho penitus à natura receſſit. & Tuſcul.217.b. À uita recedere: id eſt, mori. ad Her.17.a. Nullo dolore cogi, ut ab officio recedatur. & ibid. Nec prece nec precio à uia recta deduci oportet. pro Plan.262.a. Accedere ad aliquem.)(. Recedere ab aliquo. I.A.218.a. Non modò ille è Gallia non diſceſſit, ſed ne à Mutina quidem receſſit. Off.8.b. À peregrino enim receſſit, & propriè in eo qui contrà ferret arma, remanſit. & 26.b. Elaborandum eſt, ne animi motus à natura recedant.

Recens, tis. nouus.)(. Antiquus, uetus. de Clar.168.b. & pro Quint.7.b. Inueteratus. Tuſ.217.b. Epiſt.177.b. Quocirca Segulium negligamus, qui res nouas quærit, non quo ueterē comederit, nullam enim habuit, ſed hanc ipſam recentem nouam deuorauit. pro Mur.127.b. Itaq; non ex ſermone hominum recenti, ſed ex annalium uetuſtate eruenda eſt memoria nobilitatis tuæ. & ibi. Non modò Curij antiqui illi, &c. ſed hi recentes Marij, &c. Tuſc.217.b. Aliter ferat inueterata, aliter recētia. ad Brut.91.b. Recenti illo tempore, tu omnia, &c. & I.V.104.a. Recenti re. & de N.27.a. Recentiore memoria: id eſt, haud ita multo antè. At.256.a. Rhegyni quidā uenerūt Roma ſanè recentes. & 208.b. Expecto recens aliquid: id eſt, nouum. Acad.41.b. Recentiſſima quæq; ſunt emendata & correcta maximè. Ep.43.a. In altera epiſtola, quæ mihi recētior uidebatur. de Fin.82.a. At tuliſti aliud humanius horum recentiorum, nunquam dictum ab ipſo illo, quod ſciam. I.V.97.a. Datam inter omnes recenti negocio conſtabat. & de Leg.156.b. In recenti memoria. At.133.a. Recentiſſima tua eſt epiſtola Cal. data. I.V.67.b. Cum è prouincia recens eſſet. & Ep.73.a. Inuidiaq; non recenti, ſed uetere ac diuturna flagraret. Item: Proximè recenti aduentu meo. de Nat.62.a. Homerus, qui recens ab illorum ætate fuit: id eſt, Tyndaridarum. ad Her.8.a. Alius alio recentior eſt in dolore. Att. Quanquam recentiora audiebam ex ijs qui ad me ueniebant. de Sen.92.a. Omnis conglutinatio recens ægrè, inueterata facilè diuellitur.

Recenſeo, es. percenſeo, perſequor, percurro. At.251.a. Obruis enim, recenſes multa, quæ uellem minui.

Recenſio, onis. cenſus, recognitio. pro Mil.115.b. Qui ædem nympharum incendit, ut memoriam publicam recenſionis tabulis publicis impreſſam extingueret.

Recentoricus ager Sicilienſis. contra Rul.62.b.77.

Receptaculum, li. receptator locus, perfugium. de N.53.b. Aluus cibi potioniſq; eſt receptaculum. & Tuſcul.159.a. Nam corpus quidem eſt quaſi uas, aut aliquod animi receptaculum. & 251.a. Mors æternum nihil ſentienti receptaculum. I.V.109.b. Niſi illud receptaculum claſſibus noſtris pateret. & 247.b. Illud tibi oppidum receptaculum prædæ fuit. & contra Rul.84.a. Capua receptaculum aratorum. I.P.81.b. Cui templum illud fuit arx ciuium perditorum, receptaculum ueterum Catilinæ militum, caſtellum forenſis latrocinij. I.A.226.a. Græcia eſſet receptaculum pulſo Antonio.

Receptator, oris. receptaculum. pro Mil.111.a. Ille latronum occultator & receptator locus.

Receptrix, cis. receptaculum. I.V.203.b. & 235. & 268. Meſſana furtorum receptrix.

Receptum, pti. promiſſum. I.V.264.a. Satis eſt factum promiſſo noſtro ac recepto. I.A.175.b. Ille induxit ut peteret, promiſſum & receptum interuertit.

Receptus, ptus. refugium, reuocatio à bello. Plan.Ep.150.a. Animaduerti nullum alium receptum Antonium habere, niſi in his partibus. & At.130.b. Neq; ex oppidis contrahere copias expedit, ne receptum amittam. Tuſc.141.a. Quis enim reuocante & receptui canente ſenatu, properet dimicare? & I.A.241.a. Tuſc.197.b. À quibus cum cecinit receptui, impellit rurſum, &c. id eſt, à miſerijs contemplandis. I.A.249.a. Receptui ſignum aut reuocationem à bello audire non poſſumus.

Receſſus, ſus.)(. Acceſſus. de Or.159.b. Luna acceſſu & receſſu ſuo ſolis lumen accipit. de N.32.b. Acceſſus ad res ſalutares, à peſtiferis receſſus. de D.115.b. Quid de fretis aut de marinis æſtibus dicam? quorum acceſſus & receſſus lunæ motu gubernatur. pro Mar.134.b. Cum in animis hominum tantæ latebræ ſint, tanti receſſus. de Or.152.a. Sed habebat tamē admiratio illa umbram aliquam & receſſum, quo magis, &c. At.194.b. Mihi ſolitudo & receſſus prouincia eſt.

Recido, dis. conuertor, cado, redundo. pro Syl.184.b. Citò illa omnia ex lætitia ad luctū reciderunt. pro Seſt.28.b. Multo mihi præſtat in eandem illam recidere fortunam. pro Plan.278.b. Quæ ſi uiginti quieſſem dies, in aliorum conſulum uigiliam recidiſſent. & Att.1.b. Qui ſi in noſtrum annum reciderit, &c. pro S.R.31.b. Non modò ad hoc crimen reſilire uideas, uerùm omnem ſuſpicionem in uoſmetipſos recidere intelligas. I.V.269.a. Huccine tandem omnia reciderunt? Or.220.a. Ad nihilum omnia recidere: id eſt, interire. I.A.214.a. Hunc tantum apparatum, ne ad nihilum recidere patiare. At.65.b. Id ego puto, ut multa eiuſdem ad nihil recaſurum. & 193.a. Ab his me remedijs noli in iſtam turbam uocare, ne recidam. ad Brut.287.a. Is ſe maledictis non abſtinet ijs, quæ in ipſum dupliciter recidunt. de D.105.b. Ramulū adductum cum remiſſus eſſet, in oculum ſibi recidiſſe. de Clar.194.b. Contentio nimia uocis reciderat, & quaſi referbuerat oratio. pro Q.R.52.a. Quorſum recidat reſpōſum tuum, non laboro. At.286.a. Non'ne hoc eſt in eaſdem tenebras recidiſſe? I.A.193.a. Vt huius amentiæ pœna in ipſum familiamq; eius recidat.

Recîdo,dis.excîdo. de Pro.75.a.Nationes,quæ multitudine hominum poterant in prouincias noſtras redundare,ab eodem partim reciſæ,partim repreſſæ ſunt.

Recino,nis.reſono.de Clar.179.b.In uocibus noſtrorum oratorum recinit quiddam & reſonat urbanius.

Recipio,pis.accipio,adſciſco,recupero.Att.198.a. À te heri duas epiſtolas recepi, alteram,&c. alteram, &c. accepiq; ab Aegypta literas eodem die,&c. contra Rull. 78.b. Si qua pecunia ex nouis uectigalibus recipitur. & pro Q.R.48.b.Recipere quæſtus magnos. contra Rull. 84.a.Recipere aliquem tectis ac ſedibus ſuis. pro Arch. 186.b. Luculli eum domum ſuam receperunt. pro Flac. 159.a.Aſia illum ſuis urbibus recipiebat. & pro Cor.61. a.Recipere aliquem in ciuitatem. ad Her.39.b.Recipere aliquem ſplendidè. & Top.222.b. Recipere aliquem ad epulas. Off.76.b.Quanquam tibi hi tres libri inter Cratippi commentarios tanquam hoſpites erunt recipiendi. pro S.R.37.a.Quid recipis mandatum,ſi neglecturus es? & ibi.Qui mandat,& qui mandatum recipit.At.245.a. Recipere aliquem in fidem ſuam. Ep.212.a.Recipere aliquem in amicitiam ſuam.de Sen.79.a.Qui Maximus Tarentum recepit. & de Or.134.a.Recipere arcem amiſſam.& de Fin.78.b.Poſt libertatem receptam.pro Plan. 260.a. Non ſolùm dignitatis facienda iactura eſt, ſed etiam largitionis recipienda ſuſpicio. I.V.127.b. Prætor pronunciauit,ſeſe nomen eius recepturum. I.A.212.a. Recipi in ſenatum, uel in aliquem ordinem. de Som.128. a.Vt me recepi:id eſt,collegi. I.V.204.b.Cum ex hiſce ſe locis reciperent, & eódem deferrentur. de Clar.195.a. Cum anno pòſt è Sicilia me recepiſſem,iam,&c. Ep.95. a.Niſi cum ad hyemem me ex Cilicia recepiſſem. Off.61. a.Qui cum ad diem ſe recepiſſet tyrannus,&c. & Attic. 62.a.Recipe te ad nos,ad quod tempus confirmaſti. pro Cæl.43.a. Et ſe ad bonam frugem, ut dicitur, recepiſſe. At.79.b.Ipſe me Laodiceam recipiebam.& Epiſt.153.a. Si latro rurſus in Italiam ſe recipere cœperit.I.A.192.a. Antonius ita ſe recipiebat ardēs odio ueſtri,ut,&c. Item: Græci ſedentes uocem ab acutiſsimo ſono uſq; ad grauiſsimum ſonum recipiunt, & quaſi quodammodo colligunt. pro S.R.18.b.Recipere cauſam alicuius defendendam.& I.V.109.a.Hoc onere ſuſcepto,& recepta cauſa.At.135. b. Ita me ſibi fuiſſe inimicum, ut ne honorem quidem à ſe recipere uellem. Attic.75.a.Thermus omnia ſe facturum recepit.

Recipere.promittere,ſpondere. Att.10.a.Tu mandata effice,quæ recepiſti. Att.37.a.Fidē recipere de aliquo. At.204.a.De æſtate polliceris,uel potius recipis. & Ep. 148.b. Nihil te cæteris de me fruſtra recepiſſe lætor. & 11.b. Quid ſibi is de me recipiſſet, in memoriam redegit. Ep.155.b.Omnia ei petēti recepi,& ultro pollicitus ſum. Epiſt.65.a.Quæ tibi promitto ac recipio,ſanctiſsimè eſſe obſeruaturū,diligentiſsimeq; facturum. Ep.211.a.b.Tibi ſpondeo,in meq; recipio,eos,&c. & 208.a.Promitto,in meq; recipio,fore eum,&c. Attic.189.b.Lenas hoc mihi receperat.& Ep.205.b.Id tu mihi recepiſti. Epiſt.86.a. Sed tamen ei ſcripſeram,librum legeret,& ea conditione daret,ſi reciperes te correcturum.Q.de Pet.208.a.Recipere & confirmare aliquid alicui. Ep.147.a.Vt iudicares omnia me reip.cauſa præſtitiſſe,quæ & tua exhortatione excepi,& mea cōfirmatione tibi recepi.de Or.Cum M.Bucculeius ædes L.Fuſio uenderet, in mancipio lumina,uti tum erāt,ita recepit. Ep.223.a.Omnes tui pro me recipiēt ita fore. & 168.a.Pro Caſsio & te,ſi quid uelitis me recipere,recipiam. & 153.b.Recipio uobis celeriter me negocium ex ſententia confecturū.de Or.118.a.Offenſio uel negligentiæ, ſuſceptis rebus, uel perfidiæ receptis. Conſtituere alicui,idem ferè quod recipere.l.Conſtituo.

Reciproco,as.uiciſsim retro commeo. de Nat.64.a. Quid Calcydico Euripo in motu identidem reciprocādo putas fieri poſſe conſtantius? de D.82.b.Si quidem iſta reciprocantur,ut & ſi diuinatio ſit,dij ſint: & ſi dij ſint,ſit diuinatio.& ibi.Si ſint ea genera diuinādi uera,eſſe deos: uiciſsimq; ſi dij ſint,eſſe qui diuinent.

Recitatio,onis.lectio.pro Dom.217.a.Literarum recitatio. & pro Cluen.47.a. & ad Her.8.b. & 9.a.Scripti recitatione utemur.

Recitator,oris.autor,lector. de In.79.b. Recitator ſcripti alicuius.

Recito,as.tracto,reddo,percenſeo,pronūcio, cognoſcamus edictum.pro Quint.15.b. At.123.b.Næ ego iſtas literas in cōcione recitari uelim.& I.V.83.b.Recita denuò. Ep.198.a.& 153.a.Panſa tuas literas recitauit. & I.A. 250.b.Dum eas literas recito,quæſo attendite.pro Quin. 16.b.Poſtea recitaui edictum,quod,&c. & pro S.R.22. b.Atq; ipſum decretum quæſo cognoſcite. In Sal.274.b. Si illud eulogiū pro lege palàm uniuerſis recitarem. contra Rul.75.b.Quam tu mihi ex ordine recita de legis ſcripto populi Rom.auctionem. pro Flac.159.b. De tabulis publicis recitare. pro Dom.230.a.L.Philippus auunculum ſuum præterijt in recitando ſenatu. & ibi. L. Cotta iuratus dixit ſe, ſi cenſor tum eſſet, meo loco ſententiam recitaturum fuiſſe. pro Cec.295.a.Teſtamento ſi recitatus hæres eſſet pupillus. de Cl.193.a. Quæ commentatus ſis,ea ſine ſcripto uerbis eiſdem reddere.

Reclamatio,onis.acclamatio.I.A.192.a.Præclara reclamatione ueſtra factum Martialium comprobauiſtis.

Reclamito,as.reclamo. pro S. R. 28. b. Reclamitat iſtiuſmodi ſuſpicionibus ipſa natura.

Reclamo,as.repugno. de Orat.161.a.Si in his modò offenſum eſt,theatra tota reclamant.& pro Dom.215.a. Ab uniuerſo ſenatu reclamatum eſt. pro Cor.67.a.Vna uoce omnes iudices,ne iuraret,reclamarunt. Ep.177.b. Cum ſenſiſſem,&c. ijdem illi qui ſolent,reclamarunt. & 3.a. Eius orationi uehementer ab omnibus reclamatū eſt. I.A.198.b.Legiones Antonij promiſsis reclamarunt. At. 38.b.Reclamatum eſt.

Reclino,as.reflecto,inclino. In Arat. At Cepheus caput atq; humeros palmaſq; reclinat.

Recludo,dis.aperio.de N.73.a.Poetæ.

Recogito,as.meditor,reputo.Q.Fr.307.a.Sic tu mihi uideris in Sardinia de nominibus Pomponianis in ocio recogitaſſe.

Recognitio,onis.recenſio. I.V.226.a. Qui tandem iſtius animus eſt nunc in recognitione ſcelerum ſuorum.

Recognoſco,ſcis.æſtimo,cōſidero,agnoſco, recenſeo. I.V.69.a. Non uidetur hæc multitudo cognoſcere ex me cauſam uoluiſſe,ſed ea quæ ſcit, mecum recognoſcere. & 82.a.& 112.a. In Vat.29.b.Is codicem non recitandi cauſa legit,ſed recognoſcendi.I.V.147.a.Hæc omnia ſumma cura recognita & collata ſunt. I.C.98.b.Conſilia tua omnia,quæ licet mecum recognoſcas,meminiſti ne,&c. & 99.b.Recognoſce mecum tandem illam noctem,&c.pro Syl.181.a.Cōferte crimen cum uita illius,&c.tum crimen ipſum recognoſcite. pro Cor.57.a.Nos Pōpeij decretum iudiciū de conſilij ſententia pronunciatū recognoſcimus. Antequam.194.a.Qui eſt qui noſtrum periculoſiſsimum caſum



recognoſcat,qui non,&c.de Leg.191.b.Nunc non recognoſcimus leges populi Rom.ſed,&c.Ep.188.a.Legi tuas literas, in quibus mirificū tuum erga me amorem recognoui.Tuſ.160.a.Declarat,ſe non tum illa didiciſſe, ſed reminiſcēdo recognoſcere. I.V.250.a.Alij cum à multis recognoſcerentur,ſecuri feriebantur.pro Deiot.144. b.Perturbat me C. Cæſar illud etiam interdum, quod tamen cum te penitus recognoui,timere deſino.In Sal.272. a.Nihil audietis noui,ſed omnia uetera recognoſcetis. I. A.208.a.Verba tua recognoſce,& aude negare, ſeruientis aduerſus regem iſtas eſſe preces. & ibi. Quanquā non fuit alienum,perſonas quaſdam à uobis recognoſci,ut quibus cum bellum geratis,taciti poſsitis cogitare.

Recolligo,gis.mitigo,reconcilio.Att.3.b.Recolligere aliquem.

Recolo,lis.recognoſco.pro Arch.188.a.Si tantū temporis mihi ad hæc ſtudia recolenda ſumpſero.de Or.85.a. Ad eas artes, quibus à pueritia dediti fuimus, celebrandas,inter noſq; recolendas. I.A.257.a.Quæ ſi tecum ipſe recolis,æquiore animo moriere.

Reconciliatio,onis.reditus in gratiam. de Ar.256.a. & 56.b.Et ſignificat, ſe illi amiciſsimū eſſe, & reconciliationem eſſe gratiæ factam. I.C.116.b.Quæ diſſenſiones, non reconciliatione concordiæ, ſed internecione ciuium dijudicatæ ſunt. Poſt.200.b. & pro Cl.38.b.Reconciliationes gratiarum? At.142.a.Cæſar agit de recōciliatione gratiæ ſuæ & Pompeij.pro R.P.127.b.Reconciliatio gratiæ C.Memmij fuit mihi cauſa defendendi Gabinij.

Reconciliatus,a,um. pro Mil.105.b.Timuit,ne uideretur infirmior fides reconciliatæ gratiæ.Ep.45.a.Vt cauerem, ne cui ſuſpicionem fictè reconciliatæ gratiæ darem.& 153.b.Reconciliata uoluntas. Ep.60.a.Non intelligo, cur reconciliatam gratiam eſſe dicas, quæ nunquam immutata eſt.

Reconcilio,as. placo, in gratiam reduco, in ueterem gratiam reſtituo, in gratiā cum aliquo redeo, in gratiam alicuius redeo,aliquos diſtractos perfidia aliquorum rurſus in priſtinam concordiam reduco, facere pacem cum aliquo,deponere inimicitias, diſcedere ab armis, controuerſiam dirimo, reduci in gratiam cum aliquo, recipere in gratiam, pacem inter ſe conciliant, conferunt concordiam.de In.59.a. I.A.220.a.Si in gratiam reip.redierint. de Ar.258.b. Noſtræ ſunt inter nos iræ diſcordiæq; placandæ. de Pro.73.b.Hic me meus animus in remp.priſtinus cum C.Cæſare reducit,reconciliat,reſtituit in gratiā, pro Deiot.150.b.Id autē eſt, te ut planè Deiotaro reconciliet oratio mea. At.96.a.Quintus filius,currentem animum patris ſui,ſorori tuæ reconciliauit. Item:Vides ne, ut excipiam te ex improborum ſubita gratia? & reconciliem bonis omnibus? de Pro.73.a.Quibus cū omnibus eadem reſp.me reconciliauit,quæ alienarat.pro Dom.239. a.Inimici in gratiam reconciliabuntur.At.2.b.Salluſtium reſtituere in eius ueterem gratiam non potui.& 6.a.Reconciliare ueterem gratiam aliquorum. Att.141.a.Pompeium dedi operam,ut reconciliarem. Ep.3.a.Videbatur enim reconciliata nobis uoluntas ſenatus eſſe. & 17.b.Tibi ſum autor, ut quibus rebus poſsis eum tibi ordinem aut reconcilies,aut mitiges. Ep.155.b.Reconciliare ſe alicui. I.V.67.a. Reconciliare exiſtimationē iudiciorum amiſſam. Anteq.192.b. Iucūdiſsimo fructu libertatis cōciliato.

Reconcinno,as.reficio. Q.Fr.311.a.Tribus locis ædifico,reliqua reconcinno.

Reconditus,a,um. occultus,retruſus,abditus,abſtruſus. I.V.204.b.Quod celari oportebat,habebant ſepoſitum ac reconditum. de N.45.b.& 56.a.Venæ auri reconditæ,& penitus abditæ. & 11.a. Res occultæ & penitus abditæ. de Cl.168.b.Exercitationem mentis à reconditis abſtruſiſq; rebus ad forēſes & populares cauſas traducere.de Or.85.b.Studia quæ recōditis in artibus uerſantur. & de N.67.b.Interiores & reconditæ literæ. Ep.178.a. Si quid erit occultius,& ut ſcribis,reconditum.Acad.3.b. À me,quæ in promptu erant,dicta ſunt,à Lucullo reconditiora deſidero.de Leg.161.a.Natura in ſpecie oris penitus reconditos mores effinxit. pro Dom.221.a.Venio ad augures, quorum libros, ſi qui ſunt recōditi,non ſcrutor. & 218.a.Nimium reconditus & penitus abſtruſus animi dolor. pro Quint.10.b.Quintius natura triſti ac recondita fuit.Off.19.b.Hoc quod dico decorum,non recondita quadam ratione cernitur,ſed eſt in promptu.

Recondo,dis.condo,ſepono. Acad.9.a.Mens uiſa arripit ac recōdidit,è quibus memoria oritur. pro Syl.176. a.Noli aculeos orationis meæ,qui reconditi ſunt,excuſſos arbitrari. I.C.98.a.Habemus ſenatuſconſultum incluſum in tabulis, tanquam in uagina reconditum. de In.64.a. Gladium in uaginā recondidit. contra Rul.74.a.Occultè latêre,reconditum eſſe. de Orat.98.a.Multæ ac magnificæ res conſtructæ ac reconditæ.

Recoquo,quis. de Sen.94.b.Ne'ue tanquam Peliam recoxerit.prouerbium.

Recordatio,onis.memoria,reuocatio. Ep.68.a.Habet enim præteriti doloris ſecura recordatio delectationem.& 70.a.Das enim mihi iucundas recordationes conſcientiæ noſtræ.de Or.104.b. & de Cl.165.b.Qui patris clariſsimi recordatione & memoria fletum populo moueret. de Or.142.b.Acerba ſanè recordatio ueterem animi curam moleſtiamq; renouauit. At.109.b.Recordationes fugio,quæ quaſi morſu quodam dolorem efficiunt. de Cl. 189.b. Præteritorum recordatio eſt acerba, & acerbior expectatio reliquorum. de Pro.78.a.Vltimi temporis recordatione,& proximi memoria. I.A.186.a.Primùm in Cæſarem maledicta congeſsit, deprompta ex recordatione ſtuprorum ſuorum. Att.88.b.Suauem habui recordationem clariſsimi iuriſiurandi. de Or.85.a.Mihi repetenda eſt ueteris cuiuſdam memoriæ non ſatis explicata recordatio. Q.Fr.307.a.Recordatio præteritæ memoriæ. & 315.b.Recordatio ueteris amoris. de Sen.78.b.79.a. Conſcientia bene actæ uitæ, multorumq; benefactorū recordatio iucundiſsima eſt.

Recordor,aris.reminiſcor,memoria teneo,memoria cuſtodio,memoriam alicuius rei habeo,in memoriam redeo,alicuius rei in memoriam uenit,memoriæ mādo.Ep. 89.b.Memoriæ trado.ad Her.23.a.Recogito,animum ad aliquam rem refero, memoria retineo, memoria alicuius rei me tenet,menti meæ infixū eſt,memoriam alicuius hominis uel rei teneo uel ſeruo, aliquid mihi cū grata recordatione in mente uerſatur,memoriā ad alicuius rei cognitionem excito,animo teneo,animo ac memoria teneo,mihi non uenerat in mentē, furorē optare uobis, memoria repeto,memoriā præteriti tēporis repeto, P.Syllæ nomē in memoria mihi non fuit,hoc illius memoriā retulit, reuocate animos ueſtros ad Mithridatici belli memoriam, tuorū meritorū erga me memoriā conſeruabo,quid quiſquā meminit,quod non animo cōprehendit ac tenet? quæſo ut eum diem memoriæ mādetis, nunquā ex animo meo diſcedit illius optimi uiri memoria, cum ciuiū cædes uerſari ante oculos atq; animum memoria refricare cœperat.

At.128.b.At ego qui omnia officio metior, recordor tua conſilia. & pro Syl.172.a.Mihi ne ad ea quidẽ quæ geſsi, recordanda & cogitanda quicquam relinquitur temporis. de Or.150.b.Cum omnis gradus ætatis recordor tuæ. Ep.27.b.& 19.a. Recordor deſperationes eorũ,qui,etc. pro Plan.281.b.Quoniã iſtis ueſtris lachrymis de illis recordor,quas,&c. cõtra Rul.66.b.& pro Syl.168.b.Nã profectò ſi recordari uolueritis de nouis hominibus,reperietis,&c. de Fin.150.b.Tu ſi meliore memoria es,uelim ſcire,ecquid de te recordere. Tuſc.231.a.Multaq́; de M. Aquilio recordatur. I.P.82.a.Iſte certè cum aliquo dolore flagitiorũ ſuorum recordabitur. & pro Plan.274.a. Huius meriti in me recordor:id eſt,Plãcij. pro Arch.185. b. Pueritiæ memoriã recordari ultimam. pro Mur.141. a.Tamen re ipſa admonitus recordor,quantum,&c.Or. 198.b. Sed ego recordor longè omnibus unum anteferre Demoſthenem. Tuſ.160.a.Ex quo effici uult Socrates,ut diſcere nihil aliud ſit,q̃ recordari. Ep.73.a.Cũ animi tui magnitudinẽ diligẽtius eſſem mecũ recordatus.Tuſ.231.a Prudẽtia hoc uidet, non omnes bonos eſſe etiã beatos,multaq́; de M. Attilio recordatur,&c. Att.205.b.Et ſi,ut recordor,miſi,&c.& 215.a.Vt mea memoria eſt.At.276. a. Hoc mihi iam in te placuiſſe, potes ex ſuperioribus literis recordari.de Sen.93.b.Recordari & reminiſci. l.Reminiſcor. pro Leg.143.a.Quoniam hoc eſt animi tui,te aliquid de huius quæſtoris officio cogitantem,etiam de alijs quibuſdam quæſtoribus reminiſcentem recordari.

Recreo,as. reficio, relaxo, colligo, reſtituo, releuo. pro Pl. 259.a. Conſpectus ueſter reficit & recreat mentem meam.de Pro.70.a.Macedonia ita uexata eſt,ut uix poßit ſe diuturna pace recreare.pro Planc.266.a.Vbi illa antiqua libertas? quæ malis oppreſſa ciuilibus, extollere iam caput, & aliquando recreata ſe erigere debebat? pro Dom. 232.b. Speraui me iacentem poſſe à uiuis uiris fortibus excitari,ſi unà cum bonis interiſſem,nullo modo poſſe recreari. At.60.b.Literis ſuſtentor & recreor. pro S.R. 41.b. In hoc bello non recreatus,neq; reſtitutus, ſed ſubactus oppreſſusq́; populus Rom.eſt. pro Pom.8.a.Aliquem fugientem excipere,diffidentem confirmare, afflictum erigere,perditum recreare. Att.189.b.Quod me ab hoc mœrore recreari uis,facis ut omnia. Poſtquam.198. b.Qui è graui morbo recreati ſunt. de In.81.b. Ille autem leuiter ſaucius,facilè eſt ex uulnere recreatus. Q.Fr.294. b. Cõplures dirutas ac penè deſertas urbes per te eſſe recreatas. Ep.79.b. Neceſſe eſt remp.aliquando recreari. & 88.a.Recreatis enim bonis uiris cõſulatu tuo,&c.Ep. 13.a.& 14.a. Senſus bonorum, qui recreatus abs te totus eſt. Tuſcul.160.b. Cum animus ſe collegit atq; recreauit, tum agnoſcit,&c.I.V.168.b.Ex metu quaſi luce libertatis recreatum reuixiſſe. & 196.a. Erigere & recreare aliquem afflictum. I.C.112.b.Tum ille,cum uix ſe ex magno timore recreaſſet.At.12.a.Ego recreaui afflictos animos bonorum,&c. & 116.a.Bonorum animi recreati, improbi Romæ quaſi perculſi. & 138.b.Tuas nunc epiſtolas à primo lego, hæ me paulum recreant. pro Mil. 101.b. Sed me recreat & reficit Cn. Pompeij ſapientißimi uiri conſilium. Ep.79.b.Si armis poſitis ciuitas reſpirauerit. Epiſt.272.a.Literulæ ueſtræ hac epiſtola oculos paulalum ſuſtulerunt. Att.117.a.Ego nunc paululũ exorior,& maximè his literis,quæ Roma afferuntur.

Recreare.pro eo quod eſt,iterum recreare.de N.28. a.Gracchus conſul iterum quoſdam augures recreauit.

Recrudeſco,ſcis. Ep.51.a.Illa quæ conſanuiſſe uidebantur,recrudeſcunt:id eſt,renouantur.



Rectà.recta uia. I.V.268.b.Loqui cœpit,ſibi rectà iter eſſe Romam. & Att.75.b.Erat mihi in animo,rectà proficiſci ad exercitum. Ep.138.a.Rectà à porta domum meam uenit.& ad Her.39.b. Att.258.a.Statueram enim rectà Appia Romam. I.C.102.a. Recta uia perge in exilium.Off.68.a.Et cæteri quidem alius aliò,Marius à ſubſellijs in roſtra rectà. At.96.a.Cum inſtituiſſem ad te ſcribere,Batonius è naui rectà ad me uenit.

Rectè. bene, probè, præclarè, iure, ritè, ut uolumus, directa, directo, ad pares angulos, rectis lineis, ad lineam, ordine, ratione, per rectum curſum.)(.Perperam, obliquè, circuitione, anfractu, per circuitionẽ & anfractum, uicio. Attic.152.a.Rectè augurаris de me,bene enim tibi cognitus ſum. Attic.208.b.Tuæ literæ rectè ſperare iubent.I.V.144.a.Si rectè homines noui. & 258.b.Si rectè uos cognoui.& Attic.83.b.Si tuos digitos noui. I.V.271. a.Rectè & meritò commouebamur.pro Mur.130.a.Homines cum rectè atq; in loco conſtitiſſent,iuberi abire. de Fin. 52.b. Hoc erit quaſi prouincias atomis dare,quæ rectè,quæ obliquè ferantur. de D.124.a.Tabernaculum rectè captum.)(Tabernaculum uicio captum. de Ar.255.a. Lex rectè lata.)(.Lex uicio lata. pro Quint.4.b. Rectè atq; ordine aliquid factum eſſe. & ibi.Modo & ratione omnia facere. pro Quin.5.a.Quemadmodum ſolent homines nobiles, ſeu rectè, ſeu perperam facere cœperunt. Att.201.b.Quòd te domi incluſiſti,ratione feciſti. & 4. b.Apud matrem rectè eſt. & ibi.Apud te eſt,ut uolumus. Attic.94.a.Rectè inquam.I.P.94.b.Rectè an ſecus,nihil ad nos. I.A.191.a.Aliquem rectè atq; ordine,exq́; republica feciſſe & facere. & 225.a.Literas Bruti rectè & ordine ſcriptas uideri. Epiſt.155.b.Si rectè iſtic erit. Attic. 189.b.Pro malis rectè habebam.de D.116.b.Epicurus circuitione quadam deos tollens, rectè non dubitat diuinationem tollere.

Rectè factum.κατόρθωμα.l.Catorthoma.

Rectio, onis. gubernatio, adminiſtratio. de Finibus 120.a.Omniumq́; rerum publicarum rectiones præſcripſimus.& 126.a.b. Ea quoque eſt non ſolùm ad priuatæ uitæ rationem, ſed etiam ad rerum publicarum rectionem relata.

Rector,oris.gubernator. de Som.127.a. Ciuitatum rectores & conſeruatores.& de Orat.102.b.Rector reipub.& publici conſilij autor. de Fin.108.b.Summus rector & dominus. de N.44.a. Rector & moderator,& tanquã architectus tanti operis.de D.85.b.Rector nauis.

Rectus,a,um.directus.)(.Prauus. de L.162.a.de Or. 161.a. Recta ac praua tacito quodam ſenſu dijudicamus. & Orat.201.a.Recti prauiq́; partes. Acad.9.b.Intereſſe oportet ut inter rectum & prauum, ſic inter uerum & falſum.ad Her.16.b.Rectũ eſt, quod cum uirtute & officio fit. Tuſ.156.b.Sic hæ ſurſum rectis lineis in cœleſtẽ locum ſubuolent. & ibi.Ad pares angulos in terram ferri. At.97.b.Sauſeiũ ſine meis literis ad te uenire uix rectum erat. pro Mur.124.b.Negat rectum fuiſſe Cato,me,&c.

Recubo,as.iaceo,quieſco, recumbo. de Orat.148.b. Sed in hortulis quieſcet ſuis, ubi uult, ubi etiam recubans molliter & delicatè,nos auocat à roſtris,&c.

Recumbo,bis.cubo. de Orat.135.b.Cæteris in campo ſe exercẽtibus,ipſe in herba recũbebat. & 144.a.Craſſus in lectulo recubuit. de D.92.b.Is primo perterritus ſomnio ſurrexit, deinde cum ſe collegiſſet,recubuit. pro Deiot.151.b.Cum in cubiculo recubuiſſet.





Recuperator,oris.iudex in cauſsis priuatis, & ciuilibus.In V.63.b.Iudicant recuperatores.& 153.b. & 162. a.De conuentu nullum unquam iudicem nec recuperatorem dedit.pro Cec.286.b.Si quis iudex recuperatorúe dicat,potuiſti,&c.& ibi.Si alia ratione ius noſtrum recuperare poſſumus.In V.154.a.De recuperatoribus & iudicio recuperatorio.

Recuperatorius,a,um.ut recuperatorium iudicium. id eſt,rei priuatæ,ut,poſſeßionis.de In.69.b.et I.V.153.a.

Recupero,as.redimo,recipio,reparo,reconcilio.pro Mur.136.a.Qui conſumpta replere, erepta recuperare uellent.& Poſtquam.212.b.Recuperare amiſſa.I. A. 182. a.Reſpub.ſe adhuc tantummodo ulta eſt,nondum recuperauit. & pro Flac. 158. a.Pecunia recuperata eſt multis pòſt annis. Att.119.b.Si quando Pompeius remp.recuperabit.contra Rul.74.b.Miſimus qui ab illo pecuniam depoſitam noſtris recuperarent.In A.248.a.Pompeius Albanum à Dolobella recuperabit.pro S.R.42.a. Nobilitas experrecta rempub.recuperauit. In V. 154. b.155.a.Ille autem unde ablatum eſt,iudicio ſuum recuperare poteſt. pro Cecin.286.b.Si alia ratione ius noſtrum recuperare poſſemus.de Or.153.a.Placeat'ne à Carthaginenſibus captiuos noſtros redditis ſuis recuperari. Att.6.a. Eius uoluntatem quæ fuerat erga te,recuperare non poteram. Att. 244.a.Videtur reſpub.ius ſuum recuperatura. pro Cl. 22.a.Illi qui erant ad propinquum inueſtigandum recuperandumq́; profecti.

Recurro,is.redeo,reuerto. Att.29.a. Puero quem ad me ſtatim iußi recurrere,da ponderoſam aliquam epiſtolam.& 220.a.Calendis in Tuſculanũ recurram. Ep.156. b.Cum primùm poterit iſtuc recurrere non dubitabit, ne quo loco reip.deſit.& 173.b.Recurri ad copiolas meas. pro Mil.107.a.Illi qui erant cum Clodio gladijs eductis recurrere ad rhedam,ut,&c.de L.198.b.Eaq́; unde generata,quò recurrant,uiderit,&c.At.241.a. Noli me tam ſtrenuum putare,ut ad Non.recurram.de N.36.a. Lunæ ſpecies mutatur tum creſcendo, tum defectionibus ad initia recurrendo.

Recuſatio,onis.declinatio.de Or.111.a. Hæc ipſa recuſatio diſputationis,diſputatio quædã fuit mihi quidem periucunda.pro Cluen.48.b.Neq; hæc tua recuſatio confeßio ſit captæ pecuniæ, ſed laboris & periculi declinatio. In Cat.111.b.Illi ſine recuſatione ac ſine ulla mora negocium ſuſceperunt. In Ant.211.a. Omnes ſine ulla recuſatione, ſummo etiam cum ſtudio nomina dant. de Leg.178.a.Pœna uiolatæ religionis iuſtam recuſationem non habet.

Recuſo,as.refuto,abnuo,recuſationẽ habeo,deſugio, refugio,aſpernor,repudio,reijcio,nego,deprecor, tergiuerſor,abhorreo,deuito,reclamo,grauor. de Or.120.a. Nihil tibi à me poſtulãti recuſabo.In V.264.b. Seruilius & recuſare & deprecari.At.285.a.Niſi fortè non de ſeruitute,ſed de conditione ſeruiendi recuſandum eſt à nobis: pro Pl.259.b.Nihil de pœna recuſabo.Off.72.a. Sententiam ne diceret recuſauit.pro Mil.121.a.Non recuſo, non abnuo.Or.200.a.Rogatus & recuſans hoc feci.Item: Nõ recuſo quin,cauſam haud dico quare,&c. Att.237.b.Ea conditione nati ſumus,ut nihil quod homini accidere poſſit,recuſare debeamus.

Redamo,as.de Am.105.b. Animus uirtute præditus qui uel amari,uel(ut ita dicam)redamari poßit.

Redarguo,is.coarguo,reuinco.At.88.a. Quis non dixit, Εὔπολιν ab Alcibiade deiectũ eſſe in mare redarguit Eratoſtenes.de Or.136.a.Si noſtra faciliusprobari quàm illa redargui poſſunt.de N.78.a.Improborum proſperitates redarguunt uim omnẽ deorũ.de Or.133.b. Idq́; Scaurus tenuitate Magij redarguebat.pro Dom.217.a.Atq; in hoc inconſtantiam redarguo tuam,qui,&c. pro Cl.30.b. Redargue me ſi mẽtior,&c.de Ar.255.a. In quo fallebat multos,quod eũ nemo redarguebat.de Vn.196.a. & ad Her.32.b.Oratio quæ neq; redargui,neq; conuinci poßit. de Fin.76.a.Poterat autem impunè,quis enim redargueret?Tuſ.176.a.Noſq́; ipſos redargui refelliq; patiamur. Par.232.b.In reprehendendo redarguere contraria.



Reddo,dis.reſtituo,refero,affero,do, efficio, præſto, perſoluo,remunero,probo. At.265.a.Is mihi HS. XIIII. non reddit,quæ dedi eius filio mutua.de Fat.140. b. Mutuari aliquid ab aliquo, et ei uiciſsim reddere aliq̃d aliud. de Cl.166.a.Off.10.b.At.207.b.Heſiodus eadem menſura reddere iubet,qua acceperis, aut etiam cumulatiore ſi poßis.Foſt.204.a.Qui deniq; noſmetipſos nobis reddidiſtis.de Fin.77.a.Eiq́; nihil opinanti uiri mandatum expoſuit,hæreditatemq́; reddidit.In V.217.a.Illo tempore Segeſtanis hæc ipſa Diana redditur,reportatur Segeſtam. & At.132.b.Pecuniam Domitio non eſſe redditam. pro Sex.R.41.a.Suum cuiq; honorem & gradum reddere.In Vat.30.b.Quod quidem ego tibi reddo tuũ,nam,&c. Antequam.192.b. Vitam uobis datã repeto,ut reddatis. pro Syl.183.b.Sed etiam ſi quid ab omnibus mihi conceditur, id reddo ac remitto.pro Q.13.a.Cui neq; iudicium redditum eſt uſitatum.de Clar.188.b.Perge Pomponi de Cæſare,& redde quæ reſtant. Offic.47.b.Pecuniam reddere. Gratiam referre.pro Pl.278.b.Reddere uitam pro rep. de N.64.b.Omniũ rerum ratio reddenda eſt.de D.121.a. Chryſippus naturalem rationem omnium reddit.& Tuſ. 156.a.Reddere rationem ſententiæ ſuæ.Or.212.b. Siue paribus paria redduntur,ſiue opponuntur contraria. de Cl. 193.a.Hortenſius,quæ ſecum cõmentatus eſſet,ea ſine ſcripto uerbis eiſdem reddebat.de Or.97.b.Cum ea,quæ legerem græcè,latinè redderem.Att.11.a.Puer tuus mihi literas abs te reddidit.& Epiſt.28. a. Literas à te mihi ſtator tuus reddidit.Attic.70.a.Feſſulanus literas tuas mihi dedit.& 29.a.O ſuaues epiſtolas tuas uno tempore mihi datas duas. Att.143.b. Eo ſerius ad epiſtolam tuam redditæ ſunt literæ meæ.ad Brut. 90.b.Literæ mihi in ſenatu redditæ ſunt à Lentulo noſtro.pro Dom.227.b. Omnẽ locũ, quò adis,exilij ſimillimum reddis. Att. 56.a.Clodius omnes Catilinas Sicinioſq́; reddidit. In Ver.125.b.Domum exornatam & inſtructam iſte reddidit nudam et inanem. pro Sex.R.35.b.Cupiditas reddit homines cæcos.Att.152. b.Nam me hebetem moleſtiæ reddiderunt. & de Cl.168. a.Hic orationem mollem reddidit.de Or.109.b. Reddere memoriam alicuius immortalem. Att.280. a. Vt charitas liberorum amicitiores reip.parentes redderet. pro Cec. 290.a.Reddere aliquem placidum ac mollem. Antequam. 196.b.Pompeius hoſtes reddidit pacatos.Epiſt.54.b.Reddere aliquem ferociorem. & 142. b. Reddere aliquem ocioſum.pro Cluen.32.a.Reddere aliquem iratum alicui. Att.22.b.Quid ſi etiam Cæſarem reddo meliorem?& 24. b.Mihi placet ea,quæ malè empta ſunt,reddi. & 277.a. Cum has ad te ſcriberem literas ab Satrio legato C. Trebonij,reddita eſt mihi epiſtola.Quint.Frat.293.b. Cogebantur Syllani homines,quæ per uim & metum abſtulerant,reddere. & 294.a.Illi quibus imperium ita datum eſt ut redderent.In Ar.264.a.O fortunata mors,quæ naturæ debita,pro patria eſt potißimum reddita.I.A.212.b.

Vt populum Romanum metu uacuum noſtra uigilia redderemus. & 221.b. Reddita eſt ei tum à maioribus ſtatua pro uita.

Redemptio,onis.conductio.In V.68.a. Redemptio eſt huius iudicij facta grãdi pecunia.de Pro.71.a. Publicanos temeritate redemptionis penè eſſe euerſos.

Redemptor,oris.dicitur,ſiue operis faciendi, ſiue uectigalium conductor,qui & manceps à Cic.dicitur. In A. 224.a.Q.Fr.309.b. Redemptori tuo dimidium pecuniæ curaui. de D.118.a. Redemptor qui columnam illam de Torquato conduxerat faciendam.de In.74.a. Niſi ad ſacrificium quoddam redemptor hoſtias præbuiſſet.

Redeo,is.reuenio,reuerto uel reuertor, me recipio. At.206.b.Ad quos dies rediturus ſim, ſcribam ad te. & pro Quin.10.b.Statim ut Romam redijt,&c. pro Mur. 130.a.Redire uiam & inire uiam apud Iuriſcon.Poſt.220 a.Vt ad illam diem res cum rediſſet,rogarentur,&c. pro S.R.39.a.Hæc bona in tabulas publicas nullas redierunt. Epiſt.7.a.Redeo ad illud quod initiò ſcripſi.pro Cec.293. a.Vt ad priuatas res redeam.de In.60.a. Ita in memoriã redibit auditor. & pro Q.10.a.Diſcedens in memoriam redijt Quintius,quo die,&c.de Pro.73.a. Redire in gratiam cum aliquo.Att.99.b.Atq; hæc de rebus forenſibus, redeamus domum.

Redhibeo,bes.quaſi retro habeo.Off.70.b.In mancipio uendendo ea uitia dicenda ſunt:quæ niſi dixeris,redhibeatur mancipium iure ciuili.

Redigo,gis.eſt ui quadam recipere,adducere,ſeu pertrahere.In A.193.b.194.a.Maiores noſtri bellicoſiſſimas gentes,in deditionem huius imperij redegerunt. Off.67. b.C.Marius Iugurtham redegit in ſuam poteſtatẽ. & pro Flac.152.a.Prædones redactos eſſe omnes in poteſtatem. & contra Rul.81.a. Redigere aliquem in ſuam ditionem & poteſtatem.In A.203.b.& pro Cl.50.a.Cæſar equites in ſuam poteſtatem redegit. In V.115.a.Redigere omnia in ſuam poteſtatem.Ep.192.a. Redigere uectigalia in ſuã poteſtatem.pro Cor.59.a.Populi quos ſubegimus,atq; in ditionem noſtram redegimus.

Redigere.colligere,contrahere, reuocare, reducere, deducere. In Ant. 248.a. Decreuiſtis tantam pecuniam Pompeio,quantam ex bonis patrijs in prædæ diſſipatione inimicus uictor redegiſſet.In Ver.63.b.Redigere pecuniam ex bonis uenditis. & contra Rul.86.a. Redigere pecuniam ex uectigalibus. pro R.P.128.b. De pecunia ex bonis redigenda.Att.99.b.Scripſi etiam ad eum, me quicquid poſſet nummorum ad apparatum ſperati triumphi ad te redacturum.de Arch.253.b.Quæſturamq; illam maximè fœcundam atque uberem in totum ad ſe redegit. In Ver.186.b.Cur omnis copia frumenti penes iſtum eſſet redacta. de Orat.100.b.Nihil eſt quod ad artem redigi poſſit,niſi,&c.& 121.b.Ius ciuile ad artem facilè redigi poſſe.Orat.217.a.Redigere ſententias in quadrum numerumq;.ad Her.19.a.Redigere inuẽta in ordinem. ad Her. 24.a. Qui omnia in arte ſcribenda redigit in ſingulas rationes præceptionis.Or.197.b.Quicquid eſt de quo ratione & uia diſputetur,id eſt ad ultimam ſui generis formam ſpeciemq; redigendum.In Ver.118.a.Bona uerbo redigenda,re diſpertienda.Epiſt.11.b.Quidq; ſibi is de me recepiſſet,in memoriam redegit. In A.163.b. Quid autem tibi uenit in mentem, redigere in memoriam noſtram,te domi P.Lentuli eſſe educatum? & 196.b. Si hoc genus in unum redigatur.pro Mar.132.b.Nobiliſſima familia iam ad paucos redacta.

Ridimiculum,li.l.Mitra.In V.164.b.Hæc ciuitas mulieri redimiculum præbeat.

Redimio,mis.orno.Tuſc.199.b. Incendes odores?& ſertis redimiri iubebis & roſa?

Redimitus,a,um.ornatus,coronatus.In C.106.b.Sertis redimiti,unguentis obliti. de Som.129.b. Terra quaſi quibuſdam redimita & circumdata cingulis.

Redimo,mis.emo,recupero,conduco. In Ver. 240. a.Hæc uerò quæ uel uita redimi rectè poſſent, pecunia æſtimare non queo.In A.248.a.Pompeio ſua domus patebit,eamq; non minoris quàm emit Antonius,redimet, redimet,inquam,Cn.Pompeij domum filius. ad Her.38.a. Re uiliſſima & parua maximam redemit.pro Seſt.18.a. Qui rex illo anno non aut emendum ſibi,quod non habebat,aut redimendum quod habebat,arbitrabatur.Ep.27. b.Ego calamitatem à rep.meis priuatis incommodis libẽtiſſimè redemiſſem.pro Syl.163.a.Ego uitam omnium ciuium,&c.quinq; hominum perditorum pœna redemi. pro Mil.118.b.Qui pecunia ſe palàm iudicibus redemerat.& Ep.147.b.Redimere culpam. pro Q.R.51.b. Roſcium ſuas non ſocietatis lites redemiſſe.In V.238.b. Damnatorum uitam à prætore redimi.Off.44.a.& I.V.254. a.Redimere captos à prædonibus.& Off.46.a. Redimere captos è ſeruitute.& ad Her.16.b. Redimere captiuos ab hoſtibus. de Cl.172.a. Qui pecuaria de P.Cornelio L. Mummio cenſoribus redemiſſet.At.178.b. Redimere fundum.& Q.Fr.296.b.Publica malè redempta. de In.74. a.Redimere hoſtias.At.12.b.Rem illam redemptam eſſe à iudicibus confitentur. pro Q.R.50.b.Roſcius ſocietatis non ſuas lites redemit,cum,&c.

Redintegratio,onis.renouatio,iteratio. Antequam. 194.b.Quid ego improborum facta renouem oratione, ut redintegratione illius coniurationis animos uulnerem ueſtros?& ad Her.33.a. Vehementer auditorem commouet eiuſdem redintegratio uerbi.

Redintegro,as.renouo.de In.60.a.Ita per breuem cõparationem,auditoris memoria & de confirmatione, & de reprehenſione redintegrabitur. & ibid.b.Vt memoria nõ oratio renouata uideatur.ad Her.15.a. Vt renouetur non redintegretur oratio.& 33.a.Interpretatio eſt, quæ non iterans idem redintegrat uerbum,ſed commutat.Ep. 172.a.Redintegrare bellum.

Reditio,ois.In V.79.a.Celeritas reditionis:id eſt, reditus.

Reditus,tus.reditio,reuerſio.de Cl.185.a. Inter profectionem & reditum L.Syllæ.et At.256.b.Reditu uel potius reuerſione.pro Cl.42.a.Sic hominibus iniuria notatis neq; ad honorem aditus,neq; in curiam reditus eſſet. de Som.127.a.Solis anfractus reditus redituſq;. de Aruſp. 256.a.Quid exiſtimatis eum, ſi reditus ei gratiæ patuerit,eſſe facturum?& At.24.b.Cum Cæſare reditus in gratiam.At.240.b.Quis porrò noſter itus, reditus, inceſſus inter eos?

Rediuiuus,a,um.quod ex uetuſto renouatur, & in uitam ex morte reuocatur.In V.106.a.Rediuiua ſibi habeto,quaſi quicquam rediuiui ex illo opere tolleretur,ac nõ totum opus ex rediuiuis conſtitueretur.bis.

Redoleo,les.oleo.In A.172.b. Antonius uomens fruſtis eſculentis uinum redolentibus totum tribunal impleuit.pro Seſt.7.b.Quod ita domus fumabat, ut multa eius ſermonis indicia redolerent.aliter, redoleret. pro Cæl. 47.b.Nihil igitur illa uicinitas redolet?de Or.118.b.Definitio genere ipſo doctrinã redolet.de Cl.171.b. Oratio redolens



antiquitatem.de Cl.191.b. Mihi ex illius orationibus redolere ipſæ Athenæ uidentur.

Reduco,cis.reſtituo,redigo,reporto.)(. Eijcio. Poſt. 200.a.pro Q.11.a.Curat ut ſeruus domum reducatur ad Quintium.& Off.69.a.Hunc Fabricius reducendum curauit ad Pyrrhum. Ac.39.a.Satis eum lõgo interuallo ad ſuam uillam reduximus.Q.Fr.311.a.Craſſum Coſſ.è ſenatu domum reduxi. At.11.b.Reduci domum.)(.Deduci domo.At.58.b.Philoxenus reduci in carcerem maluit.In A. 219.b.Aliquem in cubiculum admittere & reducere.pro R.P.125.b.Tu Gabinium ut regem reduceret,impuliſti.et ibi.Reduci in gratiam cum aliquo.Q.Fr.307.b.Cum multitudine regem reduci periculoſum reip.uidetur. At.150. b.Ab eo patriæ proditores ab exilio reductos eſſe. In Sal. 274.b.Qui exules reduxit.Poſt.210.b. Reduci in patriã. & ibi.Reducit ab exilio.& I.A.157.b. & 162.a.Reducere aliquem de exilio.& Ep.2.b.& 3.a. pro Dom.216.b. Senatus authoritas mecum ſimul reducta uidetur.At.133. a.Aliquos diſtractos rurſus in priſtinam concordiam reducere.ad Her.20.a.Et uox reducitur in quendam ſonum æquabilem.pro Cl.38.b.Reges ab aliquo in gratiam reductos eſſe. Poſt.202.b.Aliqua medicina reducere aliquem ad ſalutem.ad Her.15.a.Vt auditor, ſi memoriæ mandauerit,ad id quod ipſe meminerit,reducatur. de In.60.b. Reducere aliquid in memoriam.

Reductio,onis.reſtitutio.Ep.6.b.

Reductus,a,um.pro R.P.130.a.Poſſum excitare multos reductos teſtes liberalitatis tuæ.

Redundantia,tiæ.profluentia.Or.106.b.Ipſa illa pro Roſcio iuuenilis redundantia multa habet attenuata, quædam etiam paulo hilariora.

Redundo,as.ſupero,ſuperfluo,effluo.I.V.205.b.Crux ciuis Roma.ſanguine redundauit.I.C.116.a. Omnis hic locus aceruis corporum,& ciuium ſanguine redundauit. Tuſ.213.b.Cum pituita redundat,aut bilis in corpore. de D.100.b.Si lacus Albanus redũdaret, iſq; in mare fluxiſſet,Romam perituram.& 122.b.Reprimere lacum redundantem.& 101.a.pro Seſt.23.a.Quorum hodie copia redundans uolitat ædibus. pro Cor.66.b.Vt aliqui ſermones inuidorum etiam ad aures ueſtras permanarent, & in iudicio ipſo redundarent. de Cl.169.a. Aſiatici parum preſſi & nimis redundantes.de Cl.394.b. Is redundantes nos & ſuperfluentes iuuenili quadam dicendi licentia repreſſit.de Or.129.a.Tota illa defenſio redundauit hilaritate quadam & ioco. & de Fin.127.a. Redundat oratio. Ep.41.a.Cum tu omnibus ornamentis redundares. & ad Her.40.a. Vrbs redundat militibus.de Or.116.a. Verba efferueſcentia & paulo nimium redundantia. & ibid.In uerborum definitionibus neq; abeſſe quicquam debet,neque redundare.& Orat.207.b. Vt nihil neq; prætermittatur,neq; redundet.In V.182.b.Quod redundaret de noſtro frumentario quæſtu.Part.231.b.Redundare.)(.Non complere quod propoſueris.de Nat.231.a. Tuus deus non digito uno redundat,ſed capite & cæteris membris. de N. 49.a.Aqua conglobatur undiq; æqualiter,neq; redundat uſquam,neque effunditur.de Orat.86.b.Ex rerum cognitione efloreſcat & redundet oportet oratio. In V.96.b. Hinc illæ extraordinariæ pecuniæ redundarunt. de Pro. 75.a.Nationes,quæ numero hominum et multitudine poterant in prouincias noſtras redundare,ab eodem partim reciſæ ſunt,partim repreſſæ.de Or.85.a. Fluctus qui à cõmuni peſte depulſi in noſmetipſos redundarunt. I.C.103. a.Vereor ne quid paricida ciuium interfecto, inuidiæ mihi in poſteritatem redundet.pro Cæl.49.b.Serui ad quos aliquantum etiam ex quotidianis ſumptibus ac luxuria redundet.pro Mur.144.a.Sed quid fiet?ſi hæc elapſa de manibus noſtris,in eum annum,qui cõſequitur,redundarint? pro Syl.172.a.Si ex hoc tanto in omnes beneficio, nullum in me periculum redundabit.pro Dom.227.a.Sed proſpexiſtis ne qua in nos popularis aliquando iñuidia redundaret.de Or.144.a.Neq; in Antonio defuit hic ornatus orationis,neque in Craſſo redundauit. Quin. Fr. 328.a.Hoc bonum mihi nunc deniq; redundat.In P.84.b.Capua ſplẽdidiſſimorum hominum multitudine redundat. de Am. 110.b.Erumpunt ſæpe uicia noſtra in alios, quorum tamen ad uos redundat infamia:id eſt,redit. Par.125.b.Ex meo tenui uectigali aliquid etiam redundat.pro R.P.124 a.Non igitur reus ex ea cauſa quæ iudicata eſt, redundat Poſthumus.pro Lig.138.b.Vel quod laudem adoleſcentis propinqui exiſtimo etiam ad meum aliquem fructum redundare.pro Lig.139.b.Acerbiſſimo luctu redũdaret iſta uictoria.

Reduuia,uiæ.ulcus eſt digitorum, & morbus cum recedit ab ungue caruncula cum magno dolore. πτεϱύγιον (inquit Celſus)græci appellãt.pro S.R.39.b. Intelligo me errare,qui cum capiti Sex.Roſcij mederi debeam, reduuiam curem.

Redux,cis.qui ex aliquo periculo,aut ab exilio reuocatur.pro Mil.121.b.Quid me reducem eſſe uoluiſti.Ter. 120.b.Qui ab orco mortuũ me reducem in lucem feceris.

Refectus,a,um.reconcinnatus.At.252.b. Ἀϱχέτυπος crebris locis incultus & refectus.

Refello,lis.redarguo. de Orat.92.a.Ea Menedemus exemplis magis quàm argumentis conabatur refellere. de Or.92.b.Vt id quod intenderemus confirmare,et id quod contrà diceretur refellere poſſemus.Tuſc.176.a.Nos que ipſos redargui refelliq; patiamur. & ibi. Et refellere ſine pertinacia,& refelli ſine iracundia parati ſumus. de Fin. 81.b.Ita enim uiuunt quidam,ut eorum uita refellatur oratio.Item:Oratio refellitur moribus.de D.119.a. Num ergo opus eſt ad hæc refellenda Carneade?de D.229.a. Chaldæorum prædicta quotidie re & euentis refelluntur. pro Lig.139.b.Refellere & coarguere mendacium alicuius. At.187.b.Sed tu me γεωμετϱικῶς refelleras.Orat.109.b. Nullius memoria iam refellente.

Refercio,cis.repleo.de N.9.a. Heraclides puerilibus fabulis referſit libros.& 38.b.Poetæ hominum uitam ſuperſtitione omni referſerunt. & pro R.P.129.a. Complures aures referſit his ſermonibus. Tuſc.176.a.Eadem enim dicuntur à multis,ex quo libris omnia referſerunt. de Orat.98.a.Perfice ut Craſſus,quæ coarctauit & peranguſtè referſit,in oratione ſua dilatet nobis atq; explicet.pro Seſt.20.a.Corporibus ciuium Tyberim repleri, cloacas referciri.

Refero,fers.retrofero,reddo,renuncio, reuoco. Att. 122.a.Epiſtolam ad me referri uolo.& ibidem.Eam mihi curares referendam. Epiſt.198.b.Auſter aduerſus maximo flatu me ad tribules tuos retulit.& Att.282.b. Auſter me in Italiam retulit.I.P.92.a.Non ut redire ex Macedonia nobilis imperator,ſed ut mortuus infamis referri uideretur.de D.91.b.Is pateram retulit:id eſt,reſtituit.At. 246.a.Itaq; me referunt pedes in Tuſculanum. pro Deiot.148.a. Miſit qui rumores Africanos exciperent, & celeriter ad ſe referrent. Epiſtol.11.b. Certorum hominum quos iam debes ſuſpicari, ſermones referebantur ad me. de Claris orat.193.a.Hortenſius nullo referente,

Remiſſio,onis.relaxatio,diſſolutio.Ep.61.a.Si humanitas appellanda eſt in acerbiſſima iniuria remiſſio animi & diſſolutio.& 141.b.Remiſſio animorum.)(Seueritas. de Or.110.b. & 115.a.Ad omnem animi remiſſionem ludumq; deſcendere. pro Cæl.45.b. Quem non quies,non remiſſio delectarent.de Clar.194.a.Remiſſio & moderatio uocis.de Or.128.b.Remiſſio lenitatis in oratione. Off. 29.b.Oculorum obtutus, ſuperciliorum remiſſio aut contractio.de Or.108.a. Demoſthenes una cõtinuatione uerborum binas contentiones uocis & remiſſiones continebat. de Am.110.b. Tales igitur amicitiæ ſunt remiſſione uſus leuandæ. I.C.121.a. Iam ſeneſcentis morbi remiſſio. Ep.107.b.I.C.121.a.Remiſſio pœnæ.

Remiſſus,a,um.lenis,demiſſus,contractus.)(.Triſtis, acer,contentus. pro Cæl.40.b.Cum triſtibus ſeuerè,cum remiſſis iucundè uiuere. de Or.126.a.Leni animo & remiſſo eſſe.Poſt.203.a.Qui ulciſcendo remiſſior fuit. & I. C.121.a.Sin remiſſiores eſſe uoluerimus.de Fin.90.a.Remiſſus in diſputando.)(Acer in diſputando. & pro Mur. 136.b.Remiſſior in petẽdo. de Or.107.b.Tardiores tibicinis modos & cantus remiſſiores facere. de Orat.117.b. Quædã dicendi meliora & remiſſiora genera uiguerũt. Or.202.a.Contenta uox.)(.Remiſſa uox. pro Fon.276. b.Maſſilienſes Gallicorũ bellorum pericula populi Rom. copijs remiſſiſq; compenſarunt. I.A.206.a. Hodie uerò neſcio qua re obiecta ſenatus remiſſior fuit. & de Sen.82. b.Sermo quietus & remiſſus.

Remitto,tis. relaxo, relaxamentum do, deceſſionem de ſumma facio,relinquo,condono. Att.116.a.Mulieres, ut ſcripſeram ad te,Romam remittebã.At.143.a.Demetrij librũ de concordia tibi remiſi.Ep.256.b.Volebã ad te Marionẽ remittere,quem ad me mitteres,cum,&c. Ep. 149.a.Vt ſine his nihil de meo ſtudio perſeuerantiaq; ſim remiſſurus.I.A.217.b.Remittere iracundiam.Att.156.b. Iſte ardet furore,nec remittit aliquid, ſed indies ingraueſcit. I.V.80.a.Hic tu fortaſſe eris diligẽs,ne quam horam de meis legitimis horis remittam. de Cl.182.b.Ad infirmitatem laterum perſcienter contentionẽ remittere.de Fin. 123.b.Vrgent tamen,& nihil remittunt. I.V.62.a.Ex eo quod ipſe poteſt in dicendo,aliquantum remittet. & ibi. Multum ſummittere. Orat.302.a.Intendere & remittere ſonum uocis. I.V.165.b. Remittere alicui de ſumma. pro R.P.127.a. Nec enim fuit Gabinij,remittere tantum de ſuo.I.V.106.b.Remiſit D.Bruto CX.milia. I.V.247. b.Remiſiſti quod non oportebat,accepiſti quod non licebat.I.V.204.a. Nauem imperare ex fœdere debuiſti,remiſiſti in triennium. I.V.82.a.Menſes mihi tres cum eri-

puiſſetis ad agendum maximè appoſitos, reliquum omne tempus huius anni me uobis remiſſurū putaſtis. Att.168.b. Dionyſio ego quidem non modò placabilem me præbuiſſem, ſed totum remiſiſſem. Att.282.b. Italiæ ſua uobis ſtudia profitenti remiſiſtis. I.P.155.a. Remittere aliquid de ſeueritate cogendi. Am.104.b. Adducere habenas.)(. Remittere habenas. de Leg.177.b. Varius canendi ſonus tum remittit animos, tum contrahit. Q.Fr.301.a. Te rogo, ut procuratoribus Flauij remittas de diminuendo, & de Apollonienſibus ne quid perſcribas. Att.156.a. Queſti ſunt, quòd non idem quoque ſibi, quod mihi remiſiſſet. & ad Her.15.b. Si huic fuerit remiſſum. I.V.197.a. Meam animaduerſionem & ſupplicium, quo uſurus eram in eum quem cepiſſem, remitto tibi & condono. Epiſt.66.a. Verùm hoc quoque uobis remitto. de Orat.206.b. In qua tibi remittunt omnes iſtam uoluptatem, & ea ſe carere patiuntur: id eſt, relinquunt. pro Syl.176.a. Noli putare, id omnino à me eſſe omiſſum, ſi quid eſt tibi remiſſum atque conceſſum. pro Syl.183.a. Sed etiam ſi quid mihi conceditur, id reddo ac remitto. pro Cluen.18.b. Opinionem iam mente antè comprehenſam libenti animo remittere. pro Planc.271.a. Vt eorum reprehenſionem uos ueſtræ prudentiæ aſſumere, meæ modeſtiæ remittere debeatis. de D.195.b. Reſpondit in agro ambulanti ramum adductum cum remiſſus eſſet, in oculum recidiſſe. I.A.218.b. Prouinciam remitto, exercitum depono. I.A.209.b. Antonius remittit nobis Galliam citeriorem. pro Plan.275.a. Tibi remitto atque concedo, ut eum defendas. Att.225.a. Ego uerò tibi iſtuc mi Antoni remitto. & de Leg.174.a. Remitto hoc tibi.. pro Flac.154.b. Neque in toto Aemonenſium teſtimonio commouebor, etenim quibus iſtam laudationem remittam. I.V.231.b. Requieſcere, & curam animi remittere. de Clar.176.a. Qui cum remiſerant dolores pedū, non deerat in cauſis. Top.222.a. Remittere nuncium. Acad.26.b.27.a. Sed tibi aut concedendum eſt ita eſſe, aut memoriam mihi remittas oportet: id eſt, concedas memoriam eſſe.

Remoror, aris. retineo, retardo. pro Pomp.11.b. Sed hæ res quæ cæteros remorari ſolent, non retardarunt. Attic.45.a. Scio te me his epiſtolis potius & meas ſpes ſolitum eſſe remorari. I.C.98.a. Num unum diem poſtea L. Saturninum mors & reip. pœna remorata eſt? ad Her.5.b. Ne parua quidem dubitatio poteſt remorari damnationem. Antequam.195.a. Ne calamitas remorata longius ſerpat atque progrediatur, præcauete.

Remotio, onis. de In.73.a. Remotio criminis eſt, cum intentio facti in alium, uel in aliud dimouetur.

Remotius. aduer. de N.18. Stellæ aliæ propius à terris, aliæ remotius, &c. ſpacia conficiunt.

Remotus, a, um. alienus, relictus, procul disiunctus, abſum. Epiſt.246.a. Si quiſquam fuit unquam remotus & natura, & ratione, atque doctrina ab inani laude, & ſermonibus uulgi, ego profectò is ſum. & de In.53.b. Hoc à religione & ſapientia ueſtra remotiſsimum eſt. I.V.192.a. Defenſio remota ab utilitate reipublicæ, & ſeiuncta à uoluntate legis. & 249.b. Remotus à nauigando. Attic.237.b. Veſtorius homo remotus à dialecticis. de In.43.a. Procul remotus à uero. pro Cl.18.a. Altera pars, quæ procul à iudicio remota eſt. de In.82.b. Hoc à breuitate præcipiendi remotum eſt. & 70.b. Hæc à uulgari intelligentia remotiora ſunt. Offic.13.a. Scientia quæ eſt remota à iuſtitia, calliditas appellanda eſt. pro Mur.141.a. Ille à culpa remotus eſt. contra Rull.72.b. Cum tu à



Gracchi æquitate ac pudore longiſsimè remotus ſis. Or.199.b. Sermo à forenſi ſtrepitu remotiſsimus. pro Font.278.b. Teſtis cupidus, iratus, ab religione remotus. & Ep.207.a. À cupiditate remotiſsimus. de In.51.a. Res à memoria noſtra remotæ. I.V.252.a. Locus arbitris remotus. pro S.R.40.a. Ego hæc à Chryſogono mea ſponte remoto Sex. Roſcio, quæro. de N.45.b. Remota ſubtilitate diſputandi, & remoto ioco. Epiſt.101.a. pro S.R.34.a. Longè abſum ab eo crimine. & de Orat.128.b. Abeſt enim totum à cauſa. Epiſt.105.a. Locus remotus, ſalubris, amœnus.

Remoueo, es. amoueo, dimoueo, moueo, abduco, aufero, reijcio, deduco, ſubduco, transfero, arceo, abſtraho, auoco, auerto, deterreo, deprecor, deteſtor, deriuo. de Or.137.a. & de Clar.168.b. Ea ſecerni arbitror oportere, et ex oratione remoueri. pro S.R.22.a. Multa palàm domum ſuam auferebat, plura clàm de medio remouebat. Q.Fr.294.b. Sublata latrocinia, cædes repreſſæ, oppidorum furta eſſe depulſa, remotam illam calumniam, &c. Epiſt.262.a. Accepimus conditiones, ſed ita, ut remoueat præſidia ex ijs locis, quæ occupauit. cōtra Rul.70.b. Remoue te à ſuſpicione alicuius commodi. pro Cluen.26.a. Remouere ſe ab aliquo negocio. & Ep.154.a. Remouere ſe à certamine. Att.60.a. Quid ſit, quod ſe à me remouit, ſi modò remouit ignoro. pro Dom.217.b. Quod idem in poſterum M. Catonē tribunatu tuo remouiſſes. Or.197.a. Sed ne opifices quidem ſe artibus ſuis remouerunt. Att.169.a.b. Tu nouum morbum remouiſti. Q.Fr.311.b. Catonem Lentulus à legibus remouit. Offic.14.b. Multi & ſunt & fuerunt, qui eam quam dico tranquillitatem expetentes, è negocijs publicis ſe remouerunt, ad ociumq; perfugerunt. Am.110.b. Remouere ſe ab amicitia alicuius.

Remuneratio, onis. gratia, uiciſsitudo ſtudiorum uel officiorum. Offic.47.b. À quo celerior remuneratio fore uidetur, in eum ferè eſt uoluntas noſtra propenſior. de In.70.b. Remuneratio officiorum. de Amic.105.b. Nihil eſt remuneratione beneuolentiæ, nihil uiciſsitudine ſtudiorum uel officiorum iucundius. & pro Dom.218.a. Remuneratio beneuolentiæ. de Amic.102.a. Liberales ſumus, non ut exigamus gratiam: non enim beneficium fœneramur, ſed, &c.

Remunero, as. & Remuneror, aris. retribuo, compenſo, beneficium reddo, mutuam gratiam refero, parem gratiam pro beneficio alicui refero, gratiam reſtituo, mercedem do, repono. Poſtquam.210.b. Quibus officijs T. Annij beneficia remunerabo? Poſtquam.203.a. Vlciſcendæ iniuriæ facilior ratio eſt, quàm beneficij remunerandi. et ibi. In beneficijs remunerandis. Ep.250.b. Tibi ad me ornandum ſemper datur facultas, mihi ad remunerandum nihil ſuppetit præter uoluntatem. Ep.39.b. & 20.a. Conſiderandum eſt, quonam te remunerer genere. Ep.130.a. Vt poſſem te remunerari quàm ſimillimo munere. & de Clar.166.a. Vt à te ipſo ſumerem aliquid ad me reficiendum, teq; remunerandū, ſi non pari, at grato tamen munere. Att.118.a. Tu ſi tibi eadem cauſa eſt, me remunerere ſanè uelim. de In.82.a. Officiorum remunerandi uoluntas. I.A.191.a. Vt pro tantis eorum in remp. meritis honores eis habeantur, gratiæq; referantur. 286.a. Nunquam ulla mercede meritum tuum explere potero. Q. de Pet.210.b. Et quoniam nullum aliud tempus futurum ſit, ubi tibi referant gratiam, hoc te officio remunerent.

Remus, mi. Romuli frater. de D.102.b.

Remus, mi. Acad.6.a. Neq; uerò hoc loco expectandum eſt,



dum eſt, dum de remo inflexo reſpōdeam. Tuſ.195.b. Res tetra, deteſtabilis, omni contentione, uelis (ut ita dicam) remisq; fugienda. In V.250.a. Nauigium quod erat factū ſe remorum numero. & 263.a. Nullum remum uacuum trahi. de Or.97.b. Intermiſſo impetu pulſuq; remorum. I. Nauis. Tuſc.211.a. Remis nauim propellere: id eſt, remigare.

Renaſcor, ris. denuò naſcor, exorior, renouor. At.275.a. Primi cuiuſq; mali excidendi cauſa eſt, ut aliud renaſcatur illo peius. & 281.b. Renatum enim bellum eſt. & Ep.174.b. Sed bellum iſtic renatum homines mirantur. de Sō.131.a. & Tuſ.159.a. Nam principium extinctum nec ipſum ab alio renaſcetur, nec ex ſe aliud creabit. Att.55.b. Qui mihi pœnas inciderant, nolunt eaſdem renaſci.

Renauigo, as. At.231.a. Perpaucis diebus in Pompeianum, poſt in Puteolana, & Cumana regna renauigare.

Renauo, as. At.10.a. Renauabo operam. aliter, renouabo.

Renes, num. de N.53.b. Humores, qui ex renibus ueſicaq; profunduntur: id eſt, urina. Tuſcul.188.a. Ex renibus laborare.

Renouatio, onis. redintegratio. de N.49.a. A quo rurſum renouatio mundi fieret. & de Cl.187.b. Vſurpatione & renouatione doctrinæ. Ep.176.a. Renouatio timoris magnam moleſtiam afferebat.

Renouatus, a, um. inſtauratus. de N.38.a. Templū Honoris à M. Marcello renouatū. & Ep.192.a. Fœdus quod renouatum erat. de N.49.a. Vaporibus altæ renouatæq; ſtellæ refundunt eadem.

Renouo, as. renouationem facio, interpolo, inſtauro, refrico, integro, redintegro, refero, repræſento. de D.109.b. Tum priſtinis orbati muneribus hæc ſtudia renouare cœpimus. In V.65.b. Hoc inſtitui atq; adeò inſtitutum referri ac renouari moleſtè ferunt. In V.68.a. Renouare & inſtaurare aliquid. de Ar.248.b. Quorum de ſententia illa eadem renouata atq; inſtaurata celebrantur. de Pro.73.a. Ne inſtauratas maximi belli reliquias ac renouatas audiamus. pro Deiot.145.a. Tu uetus hoſpitium renouare uoluiſti. & I.A.153.a. Athenienſiumq; renouaui uetus exemplum. ad Her.15.a. Vt renouetur, non redintegretur oratio. contra Rul.73.a. Renouare ueteres colonias, & deducere nouas. pro Mur.127.b. Memoriam propè intermortuam generis ſui uirtute renouare. pro Quin.12.b. Nolo hanc rem commemorando renouare, cuius memoriam deleri oportere arbitror. de Orat.142.a. Acerba ſanè recordatio ueterem animi curam moleſtiamq; renouauit. de Orat.127.a. Et animos iudicum ad Quin. Cæpionis odium, à quo erāt ipſi propter iudicia abalienati, renouabam atq; reuocabam. de In.68.a. Animus aut renouatur ad ea quæ reſtant, aut omnibus iam dictis exſuſcitatur. de In.47.b. Animus defeſſus audiendo aut admiratione integratur, aut riſu renouatur. Antequā.194.a. Quid ego improborum facta renouem oratione, aut redintegratione illius coniurationis animos uulnerem ueſtros? Poſt.199.b. Qui ſuo fletu memoriam mei deſideriumq; renouaret. Ac.41.a. Hæc incluſa habebam, & ne obſoleſcerēt, renouabam cum licebat legendo. Ep.200.a. Renouare à micitiam. & 103.b. Renouare commendationem. & 52.a. Renouare bellum. At.10.a. Renouare operā. pro Mur.132.a. Mithridates ſe rege Armeniorum adiuncto nouis opibus copijsq; renouauit. Q.Fr.313.b. Appius uult, inquam, renouare honores eoſdem, quo minus togam prætextam quotannis interpollet.



Renunciatio, onis. nunciatio. In Ver.84.a. Qui Mileſijs rem geſtam renunciarat. & ibid. Renunciationemq; eius, quæ erat in publicas literas relata illorum legibus, tolli iuſſerat. pro Mur.128.a. Non idem eſt ordo dignitatis & renunciationis. pro Plan.261.b. Renunciatio ſuffragiorum.

Renuncio, as. defero, nuncio, declaro. In Ver.69.a. Renuncio tibi te hodiernis comitijs eſſe abſolutum. Q.Frat.300.b. Renunciari tibi Licinium plagiarium tributa exigere. Sulp. Epiſt.49.b. Poſteaquam mihi renunciatum eſt de obitu Tulliæ filiæ tuæ, &c. Ep.208.a. Qua in re & amorem eius in ſuſcipiendo negocio perſpexi, & fidem in conficiendo ac renunciando. & 110.a. Eoſq; Parthos eſſe ſenatui renunciauiſſe. I.V.94.a. Qui Mileſijs rem geſtā renunciarat. de D.123.b. Nunc imperant pullario, ille renunciat. Ep.134.b. Eo modò ſacerdos Climachias renunciatus eſt. de Or.133.a. Renunciare aliquem conſulē. pro Pom.4.a. & I.V.243.a. Prætor primus centurijs cunctis renunciatus ſum. I.V.241.a. Tu cum eſſes prætor renunciatus. I.V.126.b. Renunciare hoſpitium alicui, & domo emigrare. I.V.69.b. Renunciare conditionem. At.23. Renunciare conductionem. de Or.104.b. Renunciare Stoicis. I.A.208.b. Cum legati renunciarint, quod certe renunciabunt, Antonium non eſſe in ueſtra poteſtate. I.A.221.a. Renunciare legationem.

Renuo. aſpernor. pro Pl.266.b. pro Cæl.43.a. Qui nullum conuiuium renuerit, qui unguenta ſumpſerit, qui Baias uiderit. pro R.P.128.a. Quibus ſupercilijs renuentes huic decem millium crimini.

Reor, ris. puto, cenſeo, arbitror. Off.39.b. Illos in quibus eas uirtutes eſſe remur, à natura ipſa diligere cogimur. & Top.227.b. Rentur eos eſſe, quales ſe ipſi uelint. de Orat.150.a. Quem quidem antea rebar ita dicere, ut &c. Acad.44.a. Quintum genus Ariſtoteles quoddam eſſe rebatur. de D.109.b. Quos quidem plures quàm rebar, eſſe cognoui. de Ar.255.a. Tum uerò eſt ratus ſe poſſe. At.103.a. Nicias nomen rebatur oppidi eſſe Piræea. de N.62.b. Rebātur enim fore, &c. ſunt uectes quibus ianuæ clauduntur, & firmantur.

Repagula. de D.96.a. In templo Herculis ualuæ clauſæ repagulis, ſubitò ſe ipſæ aperuerunt. & I.V.222.a. Conuulſis repagulis effractiſq; ualuis demoliri ſignum conantur. I.V.243.b. Perfringere omnia repagula iuris, pudoris & officij.

Repandus, a, um. incuruus, reflexus. de N.17.b. Soſpita cum pelle caprina, & calceolis repandis.

Reparo, as. recupero, iterum acquiro. I.V.193.a. Perdere id quod alio prætore reparare poſsit.

Repaſtinatio, onis. ſecunda oratio. de Sen.88.a. Quid agri foſsiones repaſtinationeſq; proferam?

Repedo, as. remeo, redeo. de L.187.b. Domum cū laude repedandum.

Repello, lis. propello, propulſo, refuto, obuiam eo.)(. Infero. de Or.115.a. Aduerſarius, qui ſit & feriendus et repellendus. & pro Mil.116.a. Ego Clodij furorem à ceruicibus noſtris repuli. Antequam.292.b. Qui à ueſtro corpore iugum acerbiſsimum repulit ſeruitutis. Or.200.a. Homines audaces ab eius templi aditu aſcenſuq; repuliſtī. pro Dom.224.a. Hac ego religione non ſum ab hoc conatu repulſus. pro Cecin.291.a. Armis repellere, fugare, & auertere aliquem. In C.102.b. Cum te à conſulatu repuli. Off.28.a. Grauitatem retinere, iracundiam repellere. & 27.b. Vt ſeueritas adhibeatur, contumelia repellatur.

pro Cor.61.b.Ipſæ enim leges te à cognitione ſua iudicio publico repulerunt.de Pro.70.b. Byzantij Mythridatis impetum ægrè repulſum & ceruicibus interclusum ſuis ſuſtinuerunt.Q.de Pet.213.b.Ab impediendo ac lædendo repelluntur.Off.13.a.Immanitas omnem humanitatẽ repellẽs.pro Mil.111.b.Repellere uim.)(.Inferre uim.pro Seſt.11.b.Vim ui repellere. & pro Mur.131.a.Repellere pericula.& de Fin.55.a.Repellere dolorem à ſe. de Orat. 89.a.Repelli oratorem à gubernaculis ciuitatum, & excludi ab omni doctrina.de Or.148.b.Non repelletur inde quo aggredi cupiet.

Rependo,dis.reddo,repono. de Orat.134.a.Cui pro Gracchi capite erat aurum repenſum.

Repens.repentinus.Tuſ.196.b.Ne me imparatum cura laceraret repens.& 201.b.Hoſtium repens aduentus.

Repentè.de repentè,ſtatim,ſubitò,repentinò,noua quædam illa immanitas exorta eſt.l.Exorior.I.C.113.a.Is recitatis literis conſcientia conuictus repente conticuit. Of.24.b.Amicitiam magis decet ſenſim diſſuere, quàm repente præcidere.I.A.173.a.Modò egens,repente diues. In Sal.275.a.Quibus rationibus repente tanquam ſomnio factus eſt tam affluens,et tam beatus.pro Syl.181.b.Iſta importunitas repente exarſit.& ibi.Iſta uis repente erupit. pro Cl.20.a.Repente exorta eſt mulieris importunæ nefaria libido.Ep.49.a.Repente præter ſpem dixit,&c. In V.63.b.Repente è ueſtigio.& 63.b. Ecce autem repente, &c.& ibid.Cum iſte repente,&c.de Or.107.a.Repente & ſubitò.

Repentinò,repentè.pro Q.3.a.Et moritur repẽtinò.

Repentinus,a,um.improuiſus,inſperatus,inſpectatus,repens,inopinatus.de Or.129.b.Quæ fuit illa quanta uis,quàm inexpectata,quàm repentina. contra Rul.78. a.& pro Dom.215.b.Vnde iſte amor tam improuiſus ac tam repentinus.Tuſc.200.a. & 196.a.Omnia repentina & inopinata grauiora.Ep.64.b.& 15.a. Non repentina aliqua uoluntate aut fortuitò ad tuam amplitudinem meis officijs amplectendam incidi.pro Seſt.27.a. & pro Cl.54.a.Repentina morte perijt. Off.6.a. Leuiora ſunt ea,quæ repentino aliquo motu accidunt,quàm ea quæ meditata & præparata inferuntur.contra Rul.89.a. Et repentinus Sylla nobis exoritur.& de Cl.187.a. Ignoti homines & repentini quæſtores celeriter facti ſunt. de In. 65.a.Idcirco aliquem Callidium uocari,quod temerario & repentino conſilio ſit.

Reperio,ris.inuenio,perueſtigo.In Ver.171.b. Mihimet ineunda ratio & reperienda uia eſt,qua,&c. de N. 22.b.Nec uos exitum reperitis,resq; tota uacillat ac claudicat. Epiſt.153.a. Noſtræ ſollicitudinis hic finem reperiemus.Tuſc.173.b.Poſt diem tertium,qui ut illuxit,mortui ſunt reperti. de Fin.70.b. Reperiam multos uel potius innumerabiles,qui,&c. de Clar.170.b.In orationibus Catonis omnes oratoriæ uirtutes reperiuntur. de Cl. 195.b.Sed ſi quærimus,cur,&c.cauſas reperiemus uериſsimas duas,primùm quòd,&c.aliud autem genus eſt,&c. Attic.103.b.Quid ad hæc repereris?ſoluamus, inquis. de Clar.165.b.Quibus armis quemadmodum uterentur non reperiebant.de Nat.27.b. Si cõferre uolumus noſtra cum externis,cæteris pares aut etiam inferiores reperiemur, religione autem multo ſuperiores. de Clar.175.a. Iidem traducti à diſputando ad dicendum inopes reperiuntur. pro Flac.164.a.Tum uel hoc maximè moliuntur,ut ueſtræ mentes,ueſtræ ſententiæ optimo cuiq; inimiciſsimæ reperiantur.At.283.a.Facilius in timore benigni,quàm in uictoria grati eſſe reperimur.

Repetitio,onis.ornatus rhetoricus. de Or.162.a.Eiuſdem uerbi crebra tum à primo repetitio,tum in extremum conuerſio.ad Her.28.a.Repetitio eſt, cum continenter ab uno atq; eodem uerbo,in rebus ſimilibus, & diuerſis principia ſumuntur,&c.

Repeto,tis.peto,repoſco,reuoco. cum ad res ablatas & iudicia pertinet.de Cl.168.b.Cum res priuatæ iudicijs repeterentur.In Ver.57.b. Quo nomine abs te ſeſtertiûm millies repeto.Antequam.193.b.Non peto ut mihi detis uiam,ſed datam repeto ut reddatis.In Ver.57.a. Repetere ius ſuum.& pro Syl.84.a.Quæ erepta ſunt, non repeto.& pro Cl.31.a.Repetere ab aliquo, quod ei dederis. et Off.8.a.Repetere res ablatas bello.I.A.228.b.Ne mors quidem in repetenda libertate fugienda. pro Flac.166.a. Ac repetit eam,quam ego patri ſuo quondam pro ſalute patriæ ſpopondi dignitatem.& pro Plan.280.b. Repetere promiſſa.ad Her.9.b.Quod argentario obtuleris ex penſum,à ſocio eius rectè repetere poſsis.Antequam.193. a.Repetere officij præmium & fructum. pro Cluen.39.a. Repetere ab aliquo rationem,de pecunijs repetundis. In Vat.33.b.Cum ei, qui expectare uelit antè iniuſta pœna luenda ſit,quàm iuſta repetenda.pro S.R.29.b. & Antequam.195.b.Furiæ,quæ parentum pœnas à conſceleratis filijs repetant.pro Dom.242.b. Vos qui maximè me repetiſtis atq; reuocaſtis.

Repetere.petere,reuocare,replicare,à capite arceſſere.de Fat.140.b.Longo interuallo hæc ſtudia repeto. de Or.157.b.Tranſilire ante pedes poſita, & alia longè repetita ſummere.Tuſc.235.a.Huius ſententiæ grauitas à Platonis autoritate repetatur. I.V.225.a.De quo paulo altius ordiar,& repetam memoriam religionis. de Or.85 a.Ac mihi repetenda ueteris cuiuſdam memoriæ non ſatis explicata recordatio.de Or.92.b. Neminem fuiſſe diſertum dicebat, cum repeteret uſq; à Corace neſcio quo & Thyſia.de Or.151.a.Quorſum igitur ſpectat hæc tam longa,tam alte repetita oratio?Epiſt.216.b. Expectare te arbitror hæc tam longè repetita principia quò ſpectent. In Ver.b.65.Hæc maiorum conſuetudo longo interuallo repetita atq; relata.Or.197.b. Ac uideo hanc primam ingreſsionem meam non ex oratoris diſputationibus ductã, ſed ex media philoſophia repetitam.Epiſt.10.b. & pro Cecin.286.b.Altius initium rei alicuius demonſtrandæ petere.pro Cluen.29.a.Longo & alte petito proœmio reſpondere.pro Cluen.29.a. Atq; ut intelligas,&c.paulo longius exordium rei demonſtrandæ repetam. pro Arch. 185.b.Nam quoad longiſsimè poteſt mens mea reſpicere, ſpacium præteriti temporis & pueritiæ memoriam recordari ultimam,inde uſq; repetens,uideo hunc,&c. de D.80.b.Principio Aſſyrij,ut ab ultimis autoritatem repetam,motus ſtellarum obſeruauerunt.de D.85.b. Diuinatio eſt ab omni æternitate repetita. & 133.a. Somnia, quorum defenſio repetita quàm longè eſt. de D.128.b.L. Tarutius urbis noſtræ natalem diem repetebat ab ijs paribus,quibus eam à Romulo conditam accepimus. pro Seſt.9.b.Vereor ne quis fortè miretur,quid hæc mea oratio tam altè ac tam longè repetita uelit. Tuſc.173.b.174. a.Repetunt ab Erichtheo Codrum,qui ſe,&c. de Fin.62. b.Repetere aliqđ ab ultima antiquitate.et ad Her.3.a. Repetere aliquid ab ultimo initio.et de In.48.a.et ad Her.3. b.& 12.b.et de N.7.a.Repetere ab ultimo. ad Her.12.b. Repetere aliquid nimium longè, & petere.de In.59.a.Petere aliquando ultra q̃ ſatis eſt,& repetere longius quàm neceſſe



neceſſe ſit.Ep.91.b.Repeterem initium amicitiæ ex parẽtibus.Epiſt.32.b. Tamen quoniam ex alto repetita ſunt, nõnne,&c.de In.42.a.Cum res ab noſtra memoria propter uetuſtatem remotas ex literarum monumentis repetere inſtituo.de In.62.b.Ac ueteres quidem ſcriptores artis uſque ab principe illo atq; inuentore Tyſia repetitos unum in locum conduxit Ariſtoteles.de Fat.147.a.Licuit uel altius,utinam,&c.etiam ſuprà,utinã,&c. ſimiliterq; ſuperiora repetentem regredi in infinitum licet. pro Plã. 272.b.Tamen eum poſtea fuiſſe maximis in rebus arbitror,ut non ita mihi multum ſit ex quæſturæ laude repetendum. Epiſt.181.a.Quantum memoria repetere præterita poſſum. & 72. Euentisq; aliorum memoria repetendis,nihil accidiſſe nobis noui cogitemus. de Orat.185. a.Et memoria uetera repetenti. de Nat.5.a. Quamobrem Vellei,niſi moleſtum eſt,repete, quæ cœperas,repetam uerò,&c. de Fin.137.a.Prætermiſſa repetimus,inchoata perſequimur. Att.242.b.Ego negabam oportere præterita repeti.& 217.b.Deinde ſomno repetito, ſimul cum ſole experrectus ſum.Parad.12.a. Cum eſſet iuris & æquitatis repetita memoria. pro Deiot.147.a. Obſecro Cæſar repete temporis illius memoriam. de Orat.86.b. Repetamq; non ab incunabulis noſtræ ueteris puerilisq; doctrinæ quendam ordinem præceptorum. Att.242.b. Ego negabam oportere præterita repeti. Quin.Fr.300. b.Si omnium mearum literarum præcepta repetes, intelliges,&c. de Leg.159.a.Natura iuris ab hominis natura repetenda eſt. de Leg.159.b.Alte uerò & à capite repetis quod quærimus. de Leg.160.a.Iuris ortum à fonte repetere.& ibid.Repetam ſtirpem iuris à natura. & 179.b. Cum ſcias à quo ſit capite repetendum. Item:A principio,à ſtirpe,à capite,à fonte repetere: id eſt, arceſſere.

Repetundarum.de pecunijs repetundis, captæ pecuniæ.I.V.172.b.L.Piſo Frugi legem de pecunijs repetundis primus tulit.& de Cl.174.a. Iudicium de pecunijs repetundis.I.V.56.b.pro Cl.39.a. Ab aliquo rationem repeti pecunijs repetundis.pro Cl.48.b.Clames te lege pecuniarum repetundarum non teneri,neq; hæc tua recuſatio cõfeſsio ſit captæ pecuniæ.

Repleo,ples.reſarcio.pro Seſt.20.a. Meminiſtis tum iudices, corporibus ciuium Tyberim repleri, cloacas reſarciri. de Pro.62.b. Vt uix exhauſtas domos replere poſſent.pro Mur.136.a.Qui conſumpta repleri, erepta recuperare uellent. de Orat.100.b. Vel paſsim licet carpentem & colligentem undique repleri iſta iuris ciuilis ſcientia.

Repletus,a,ũ.pro Pom.12.a.Referto foro, repletisq; omnibus templis.

Replicatio,onis.de N.8.b. Replicatio mundi:id eſt, conuerſio.

Replico,as.repeto.pro Syl.172.a. Si quæris qui ſint Romæ regnum occupare conati,ut ne replices annalium memoriam,ex domeſticis imaginibus inuenies. de Diuin. 106.b.Traductio temporis noui nihil efficientis,ſed primum quidq; replicantis.& de Leg.190.b. Nam licet uidere,ſi uelis replicare memoriam temporum qualeſcunq;, &c.Item:Quo circa dicendum eſt etiam ſæpius, cum iudicaueris.

Repono,nis.condo,colloco,refero.In Ver.105.b.Columnæ deiectæ eiſdem lapidibus repoſitæ ſunt. de N.51.a. Grues in tergo præuolantium capita reponunt. & In V. 201.a.Sacra in capitibus repoſita ſuſtinebant. Att.188.a. Si in libris tuis Ariſtophanem repoſueris pro Eupoli. ad Her.32.a.Et pro eo,id quod magis idoneum eſt, reponit. pro Seſt.16.b.Hanc Pompeius erexit,atq; inſigne regium quod de ſuo capite abiecerat,repoſuit.Epiſt.104.a. Non enim puto te meas epiſtolas delere,ut reponas tuas.de N. 57.b.Scientia condendi ac reponendi fructus.Tuſc.235.b. In ſe ipſo ſpem omnem reponet ſui. Quin.Frat.303.b.Omnes in uita mea partem aliquam tuæ uitæ repoſitam eſſe dicebant.pro Syl.185.a.In ueſtra humanitate totam cauſam repono.Epiſt.134.a.Reſpub.in te repoſita eſt. Att. 162.a.Reponere aliquem in ſuis.de Orat.126.b. Si placuerit,uos hanc defenſionem in aliquo artis loco reponetis. Poſt.201.b.Vos in eo me loco,in quo ueſtris beneficijs fueram,iiſdem centurijs,quibus collocaueratis, repoſuiſtis. pro Seſt.27.b.Quos equidem in deûm immortalium cœtu ac numero repono.In A.227.b.Nam, ſi alij propterea laudantur, quòd pro libertate arma ceperunt, cur non M.Brutus in eadem cauſa reponatur?de Opt.244.a.Tamen hũc in numero nõ repono.de N.36.b. Reponere ſtellas in numero deorum.In Ver.195.b. Reponi in numero proborum hominum. Brut. Att.285.a.Reponi in locum alterius.de In.51.a. Reponere aliquid in numerum fabularum.de N.9.b.Homines mortuos reponere in deos. Of. 57.b.Collocare aliquem in conſilio cœleſtium. & Quint. Fr.296.a.Virtutes tuas in deorum numero collocatas uides.& pro Cec.287.a.Is curauit ut in eo fundo dos collocaretur. In V.119.a.At uerò præclarum diem repoſuiſti, Verrea ut agerent.

Reponere.rependere,reddere.At.207.b. Ergo hæc ad Varronem transferamus,Catulo & Lucullo alibi reponemus.Ep.14.b.Ne tibi ego idem reponam cum ueneris.

Reporto,as.deporto,cõſequor.Poſt.210.b. P. Lentuli beneficio non ſolum reducti ſumus in patriam, ſed equis inſignibus & curru aurato reportati. & 212.a.Reſpub. ſimulatq; reuocata eſt,me ſecum pariter reportauit. Sal. in Cic.271.b.Italia Ciceronem exulem humeris reportauit.In V.262.a.Ex tua calamitate cineri atq; oſsibus filij ſui ſolatium uult reportare.contra Rul.78.a. Manubias non in ornamenta urbis conferre,ſed ad decemuiros,tanquam ad dominos reportare.In V.131.a.Quæ tabula à te reuulſa,nunc à me reportata eſt.& 214.b. Statuerunt id ſecum,in Syriam reportare.At.65.b.Exercitum à Britannia reportabant.pro Pom.5.a. Ab aliquo uictoriam reportare.At.86.a.Reportare beneuolentiam omnium ex prouincia.de Leg.187.b.Nihil præter laudem bonis atq; innocentibus,neque ex hoſtibus,neque à ſocijs eſt reportandum.

Repoſco.repeto.de Am.102.b.Propenſiores ad bene merendum,quàm ad repoſcendum eſſe debemus.Poſt.26. a.Alter à me Catilinam amatorem ſuum repoſcebat. I.V. 154.b.Bona ſua repoſcere ac perſequi liti atq; iudicio. & 148.b.Repoſcere rationem uitæ ab altero.I.V.59.a.

Repræſentatio,onis.pecuniarũ ſolutio. At.196.b.Si Faberianum uenderem explicare uel repræſentatione nõ dubitarem.At.214.b. Dolobellæ nomen iam expeditum uidetur,ut etiam repræſentatione concludam.

Repræſento,as.præſentem pecuniam ſoluo,præſentẽ alicui gratiã refero,gero,perſonam gero.At.194.b. Reliquæ pecuniæ uſuram Sillio pendemus, dum à Faberio repræſentabimus. Epiſt.262.b.Dies promiſſorum adeſt, quem etiam repræſentabo ſi adueneris. Ep.72.b.Neque expectare temporis medicinam,quam repræſentare, ratione poſſumus. At.196.a. Si qua etiam iactura facienda ſit in

ſit in repræſentando.I.A.182.b.Ego corpus libenter obtulerim,ſi repræſentari morte mea libertas ciuitatis poſſet. pro Seſt.8.a.Erat eo tempore ſenatus in æde Concordiæ, quod ipſum templum repræſentabat memoriam conſulatus mei. At.251.b.Mihi uidentur iſtorum animi incẽdi etiam ad repræſentandam improbitatem ſuam. Itẽ: Quod præſens tanquam in manu datur,iucundius eſt.Item: Legatus regis faciem ſecum affert.prouerbium.

Reprehendo,dis.increpo, arguo, redarguo,accuſo, uerbis caſtigo,exagito,inſector, aſperius appello, in crimen uoco,damno,condemno,culpo.pro Plan.267.a.Nũc diſceſſum meum quaſi reprehendere & ſubaccuſare uoluſti.pro Cluen.38.a.In eodem genere, in quo quis offenderit,alios reprehendere.Epiſt.13.a.Et ſi accuſandi ſunt, qui,&c.magis etiam reprehendendi,qui.&c.Orat. 199. a.Reprehendere & exagitare aliquem. Epiſt.68.a.Cum reprehendes ea, quæ uituperanda duces. de Nat. 7. b. Xenophanes de ipſa mente ita reprehenditur ut cæteri, de infinitate autem uehementius.Part.241. b. Reprehendi in aliquo uicio.de N.58.b.Arripere aliquid ad reprehendendum.pro Lig.140. b. Grauiſsimis uerbis aliquem reprehendere. Att.156.a.Viſum te aiunt in regia, nec reprehendo,quippe cum,&c.In V.244.b.& 245.a.Nunc non modò te hoc crimine non arguo, ſed ne illa quidem communi uituperatione reprehendo.Acad.35.a. Laboro ut aſſentiar Epicuro:reuocat uirtus, uel potius reprehendit manu.

Reprehenſio,onis.uituperatio.pro Mur.126.a. Reprehenſio uitæ. At. 156.a.Nec reprehendo,quippe cum ipſe iſtam reprehenſionem non fugerim. Offic. 29.a.At hoc idem Sophocles, ſi in athletarum approbatione dixiſſet,iuſta reprehenſione caruiſſet.Ep.157. a. Dum à reprehenſione temeritatis abſim. de Fin.49. a. Incurrere in uarias reprehenſiones.Or.197. a. Vereri reprehenſionem prudentum. In A. 244. a.b.Culpæ reprehenſio & ſtultitiæ uituperatio.de Or.152.a.Oratio concinna,diſtincta,ornata,feſtiua, ſine intermiſsione, ſine reprehenſione,ſine uarietate,&c. non poteſt in delectatione eſſe diuturna.

Reprehenſio.pro refutatione ſeu confutatione oratoria.de Inuen.57.a.Reprehenſio eſt, per quam argumẽtando aduerſariorum confirmatio diluitur, aut infirmatur,aut eleuatur.aliter,alleuatur.

Reprehenſor, oris.exagitator,accuſator.pro Planc. 270.a.Vt patres reprehenſores eſſent comitiorum. de Opt. 244. b. Huic labori noſtro duo genera reprehenſorum opponuntur. & Acad. 2. b. Reſtat etiam unum genus reprehenſorum, quibus Academiæ ratio non probatur.

Repreſſor,oris.uindex.pro Seſt.28.a. Repreſſor cædis quotidianæ.

Reprimo,mis.contineo,comprimo,coerceo. Ep.38. b.Hos ego ſermones laceſsiui nunquam, ſed non ualde repreſsi.Ep.154.b.Quæ ſi aduentus meus repreſſerit, agã gratias fortunæ.de Fin.49.b.Quod ſemel admiſſum coerceri reprimiq; non poteſt.In Ver.209.a. Itaq; furor eius paululum repreſſus eſt.pro Seſt.23.a.Qui furorem exultantem repreſsit. Att.67. a. Nunc reprimam ſuſceptam obiurgationem.Att.117.a.Fuga,quæ parabatur, expreſſa eſt.pro Pom.6.a.Impetus hoſtium reprimere ac retardare. & Br.91. a.Repreſsi impetum ardoremq́; reſtrinxi.pro Cæl.52.a.Memoria non extincta illa quidem, ſed repreſſa uetuſtate.pro Mur.131.b.Quem L.Murena repreſſum magna ex parte,non oppreſſum reliquit. In C. 103.b.Hæc reip.peſtis pauliſper reprimi, non in perpetuum comprimi poteſt.de Aruſp.243. b. Reprimere impudentiam alicuius.& de Som.137. b. Reprimere fletum. pro Seſt.25. a. Vix homines odium ſuum à corpore eius impuro repreſſerunt.de D.122.b.Reprimere fluuium redundantem.

Reprobo,as.improbo,reijcio.Ac.33.a. Qui cum Zenonis fuiſſet auditor,reprobauit illa,quæ ille,&c. de Fin. 53.a.Natura,ut ait ille,aſciſsit & reprobat:id eſt, uoluptatem & dolorem.de Fin. 53.a.Quod ipſa natura aſciſcat & reprobat:id eſt,uoluptatem & dolorem. de Am.100. b.aliter,Approbant.

Repromiſsio,onis.reſtipulatio.pro Quin.R.51.a.& 54.b.

Repromitto, tis.reſtipulor, ſtipulanti promitto,uel ſpondeo. de Cl.166.a.Non me herculè tibi repromittere iſtuc quidem auſus ſim.pro Q.R.51. a. Repromittis tu abhinc triennium Roſcio,recita iſtam reſtipulationem clarius.Poſt.203.a.In referenda gratia hoc uobis repromitto,ſemperq́; præſtabo,me,&c.

Reptitius,tij.Saluſtius in Cic.270. b. Quaſi unus reliquus ex familia uiri clariſsimi Scipionis Africani,ac non reptitius,accitus,& paulo antè inſitus huic urbi ciuis.reptitium uocat,ut abiectum,& humili loco natum innuat, quiq; clamculum in ciuitatem irrepſerit homo nouus.

Repudiatio,onis.reiectio.pro Mur.126.a. Repudiatio ſupplicum,ſuperbiam,amicorum neglectio improbitatem coarguit. At.lib.1.

Repudio,as.recuſo,reſpuo,aſpernor. pro Cec.294. a.Cum te obſtitiſſe & repudiaſſe dicis,certè hunc uoluiſſe concedis.Offic.18.a.Iracundia omnibus in rebus repudianda eſt.Or.198.a.Eloquentia forenſis ſpreta à philoſophis & repudiata. Att.34.b.Sed ego hoc non repudio.& pro Quint.8.a.Conditionem æquiſsimam repudiare.Or. 199.a.Funditus repudiare aliquid. de Or.143.a.Conſilium ſenatus à repub.repudiare.Repudiare.)(.Amplecti. l.Amplector. Orat.217.b. Repudiare.)(.Aſſumere.pro Cl.60.a.Cuius uota & preces à ueſtris mentibus repudiare debetis.

Repueraſco,ſcis.ad puerilem ætatem redeo,puer fio. Or.110.b.Eosq́; incredibiliter repueraſcere eſſe ſolitos.de Sen.94.b.Si quis deus mihi largiatur,ut ex hac ætate repueraſcam,& in cunis uagiam.aliter,repueriſcam.

Repugnans,tis.)(.Conſentaneum,congruens, conſequens.de Fat.142.a.l.Conſequens.& Acad.12.a.pro Cæl. 39.b.Contrariæ diuerſæq́; atque inter ſe repugnantes naturæ.Ex repugnantibus locus.Top.222.a.& 225.a.de Or. 124.a.

Repugnanter.inuitè.de Am. 113. a. Alterum patienter accipere,non repugnanter.

Repugnantia,tiæ.pugna,contentio.Off.58.a.Panætius induxit eam,quæ uideretur,non quæ eſſet, repugnantiam.I.A.164.a.Sed qui tantarum rerum repugnantiam non uides,nihil ſapis.Off.55.a.Nec id quod uerè honeſtũ eſt,fas eſt cum utilis repugnantia comparari.

Repugno,as.aduerſor,obſiſto,reclamo.)(.Pugno,cõſequor.Ep.61.a.Quare nõ ego oppugnaui fratrem tuũ, ſed fratri tuo repugnaui.et pro Rab. 93.a.Repugnare & reſiſtere crudelitati.pro Q.R.53.b.Reſiſtere et repugnare contra ueritatẽ.& de Fin.110.a.Qua facilè poſſet repugnari obſiſtiq́; fortunæ.At.131.a.Regiones eiuſmodi obtinere,è quibus repugnemus. de Fin.143. a. Illud uehementer repugnat,eſſe beatum & multis oppreſſum doloribus.Top.222.a.Repugnat enim rectè accipere,& inuitum reddere.de Or.155.b.Qui aliquid repugnãte natura faciunt.de Or.125.b.Aduerſantem et repugnantem capere.Ac.11.b.Non enim quiſquam repugnat. Att.130.b.Vt pars ad te accedat,ut non pugnet,ſed locis ſuis repugnet. Off.68.a.Aduerſante & repugnante natura.Att. 130.b. Pugno.)(.Repugno.

Repulſa,ſæ.offenſio,repudiatio à magiſtratu.de Or. 134.b.P.Rutilius repulſam tulit. Tuſ.238.b.Cũ bonis uir ſuffragijs præteritur,nõ ille à uano populo repulſam fert potius quàm,&c.contra Rul.66.b.Qui ſine repulſa cõſules facti ſunt. & I.P.79.b.Qui omnes honores ſine repulſa obtinuit. Off.15.a.Qui tum offenſiones,tum repulſas, quaſi quandam ignominiam timent & infamiam. pro Pl.268.b.C.Marius duas ædilitias accepit repulſas.& ibi. Aedilitia repulſa.Item ibi. Accipere offenſionem in ædilitate. Repulſam ferre & præteriri.In A.234.b.Præteriri à populo,prætura deijci,repudiari,adhærere.

Repulſus,a,um. reiectus. Deteriores & repulſi qui fuerint.l. Deterior.de Ar.256.b.& 257.a.

Repulſus,ſus. de D.83. a. Scopulorum ſæpe repulſu. poetæ.

Repungo,gis.uiciſsim pungo.Ep.15.a.In quo poſſem illorum animos mediocriter laceſsitus repungere.

Reputo,as.recogito,recolo,cogito,puto. pro Deiot. 151.a.Hæc ego reputo,& dies & noctes cogito. Poſt. 211. a.Quibus ego rebus obiectis multa mecum ipſe reputaui. Ep.11.a.Tamen non reputans quid ille uellet permanebã, &c.de N.49.a.Hunc horum nihil unquã reputauiſſe certò ſcio.pro Pom.8.a.Satis opinor hoc eſſe laudis, atq; ita reputo,ut uos hoc intelligatis,Lucullũ à nullo,&c.Ep.73 b.Cum tibi nil merito accidiſſe reputabis.Tuſ.173. b. Humanæ uitæ uaria reputantes mala.In Sal. 274. a. Ita non eſt facile reputare,utrum,&c.de Sen.82.a.Tum etiam in ſenecta hoc reputo miſerrimum,ſentire,&c.

Requies,etis,requiem & requietem.quies. Att.16.a. Tantum requietis habeo, quantum cum uxore & filiola conſumitur.de Orat.104.a.Philoſophorum autem libros reſeruet ſibi ad huiuſcemodi Tuſculani requiem atque ocium. pro Arch.188.Quantum temporis alijs conceditur ad requiem animi et corporis. Epiſt.70.b. Vel animo defatigato tuo,qui nunc requiem quærit ex magnis occupationibus.de Fin.137.b.Si requietem natura non quæreret.de D.85.a. Tu tamen anxiferas curas requiete relaxas.Off.33.b.Oblectatio animi requiesq́; curarũ. & Am. 115.b.In amicitia Scipionis requies mihi plena oblectationis fuit.

Requieſco,ſcis.conquieſco,acquieſco.I.V.231.b.Cũ diutius in eo negocio curáq; fuerã,ut requieſcerem curamq́; animi remitterem ad Carpinatium reuertabar.At.136.b. Ego tamdiu requieſco,quãdiu ad te ſcribo. pro Cæl.54.a. Qui hoc unico filio nititur,in huius ſpe requieſcit.de Or. 130.b.Requieſcam in Cæſaris ſermone,tanquam in aliquo peropportuno diuerſorio.I.A.222.a.Hortari aliquem ad requieſcendum.& de Or.85.a.Initium requieſcendi fore. At.16.b.Solicitudines & angores amicorũ conſilio & ſermone requieſcunt.pro S.R.35.a.Nullam partem noctis requieſcere.Tuſ.171.b.Requieſcere in ſepulchro. & ibid. Vbi corpus requieſcat à malis.Of.52.b.Requieſcere à reipublicæ muneribus.de D.101.b.Puella defatigata petijt à matertera,ut ſibi concederet pauliſper,ut in eius ſella requieſceret.Att. 132.a. Crede mihi,requieſco paululum in his miſerijs,cum quaſi tecum loquor.

Requieturus.contra Marcellum teſte Priſc.

Requiro,ris.quæro,poſtulo, flagito, depoſco.Topicor.221.a.À me eorum librorum ſententiam requiſiſti. Epiſt.70.b.Te requiſiui ſæpius,ut uiderem. pro Cæl.52. a.Ex quibus requiram quónammodo latuerint.pro Dom. 213.b.Primum illud à te requiro,quæ tanta,&c. Att.171. b.Signum requirent aut manum,dices ijs,&c. Tuſc.232. b.Qui beatus eſt,non intelligo quid requirat ut ſit beatior.In V.201.b.Non requirebat ille cupido lenonis domum.At.200.a.& pro Q.10.a.Conſtantia animi non requiretur.Epiſt.8.a.Non tam mihi moleſtum fuit accuſari abs te officium meum,quàm iucundum requiri. I. P.85.a. Cum experrecta tandem uirtus clariſsimi uiri & uerum amicum & optimè meritum ciuem & ſuum priſtinũ morem requiſiuit. Br.281. a.Breues literæ tuæ,breues dico? immo nullæ,&c.& requiris meas.Or.199. b. Deſideriũ, quo conficior,congreſſus ueſtros, conſuetudinem uictus, doctiſsimos ſermones requirens tuos.Off.117.a. In quo equidem maiorum noſtrorum ſæpe requiro prudentiam. At.86.a.E quibus unũ ἱστορικὸν requiris.de Or.132.a.Cũ gregales cum in campum non ueniſſe requirerent. Q.Fr. 301.a.Succeſſorem habes perblandum,cætera ualde illius aduentu tua requirentur.

Res,rei.ratio,cauſa,genus,bona.Or.203.b.Sine re nulla uis uerbi eſt.Tuſc.234. b. Rem opinor ſpectari oportere,non uerba.ad Her.23.b.Nihil neq; ante rem neq; præter rem locuti ſumus.pro Q.3.a.De tota illa re atq; ratione Gallicana inter ſe communicant. & ibid.b.Dediſcere de omnibus rebus rationibusq; ſocietatis. de Orat. 118.b. Cum rem penitus cauſamq́; cognoui,&c. At.147.b. Et ad eam rationem exiſtimabam ſatis aptam eſſe perſonam meam.& ibid.Magis idoneum quàm ego ſum,ad eam cauſam profectò reperies neminem. pro Fl. 156.b.Cum ipſe ſe in illa ratione iactaret.pro Mur.135.a.Qui dies fuit poſtea,&c.quem tu non totum in iſta ratione conſumpſeris?pro Q.4.a.Hic cum rem Gallicanam cuperet reuiſere,&c.Parad.124.b.Qui honeſtè rem quærunt mercaturis faciendis. pro S.R. 37.a.Et ex eo non paulum neſcio quid in rem ſuam conuertit.Poſt.206.a.Qui ſuam rẽ non minus ſtrenuè quàm publicam confecit. Ep.146.b. Tum enim cum rem habebas,&c.& ibi.Cum tam æquo animo bona perdas.de Or.134.b.Homo fatuus, poſtq̃ rem habere cœpit,eſt mortuus.& Ep.136.b.Rẽ habere,bona perdere.pro Q.2.b.Erat ei pecuaria res ampla & ruſtica ſanè bene culta & fructuoſa.& 5.b.Iudicium de re pecuniaria eſt.pro Pom.14.a.Cum neq; priuatam rem maritimam, neq; publicam iam obire poſſemus.pro Cluen.59.a.Summa eſt enim hominis in communem municipij rem diligẽtia,in ſingulos municipes benignitas.& ibid. Qui res pecuniarias in agro Larinati habent.pro Cæl.46.b. Reuocet ſe aliquãdo ad curam rei domeſticæ,rei forenſis, reipublicæ.de Sen.89.b.Xenophontis liber de tuẽda re familiari,qui Oeconomicus inſcribitur. de Am. 98.b.Quo cum mihi coniuncta cura de republica & de priuata fuit.Tuſ. 164.a.& de Fin.81.a.Res familiaris miniſtra & famula corporis.de Or.117.b.Res familiaris mea.In A.231.a. Cõſtituere rem familiarem ſuã.Tuſ.128.a.Res domeſtica,& familiaris.Of.51.b.Res autẽ familiaris,quæri debet his rebus à quibus abeſt turpitudo.Att.57.a.Re familiari comminuti ſumus.de Nat.77.b.Honoribus aucti,aut re familiari.ad Brut.289.a.Rei familiaris iactura tolerabilis eſt. & Ep.132.b.Res familiaris ualde exigua. Att.140.a.Rẽs priuatæ;

priuatæ:id eſt,bona priuatorum. de Or.106.b.Inuiſere res ruſticas delectationis cauſa.& de Sen.88.b.Liber quẽ de rebus ruſticis ſcripſi.de D.124.a.b. Rem bellicam adminiſtrare.de Or.95.b.Rem militarem diſcere. & 102. b.De rebus ad rem militarem pertinentibus.pro Pom. 9. a.Rei militaris ſcientia.In V.244. a. Res naualis. Item: Rem naualem adminiſtrare.Att.64.a.Res diuina. Item: Senex ad rem diuinam dicit ſe uelle diſcedere. et de N.69 a.Facere rem diuinam alicui deo.At.118.a.Si rem frumentariam tibi ex prouincijs ſuppeditari uis.ad Br.289.a.In opia rei frumentariæ.Off.67.b.Vt res nummaria de cõmuni ſententia conſtitueretur.pro S.R.32.b. Tecum mihi res eſt T.Roſci.de Cl.194.b.Cum Hortenſio mihi magis arbitrabar rem eſſe.Ep.138.b.Cum homine edaci tibi res eſt.pro Fl.155.a.Cum ciuitate mihi res eſt acerrima. pro Seſt.11.a.Erat huic res cum exercitu C.Marij.et ibi.Erat mihi contentio cum operis conductis.pro Cæl.48.a. Cum aliquo aliquid rationis habere.pro Cæl.48. b. Rem tanti ſceleris nemini fuiſſe credendam.de Sen.77.b.Verſus,quibus affatur Flamminium ille uir,haud magna cum re, ſed fide plenus.Ep. 9 .b.Rẽ te ualde bene geſsiſſe rumor erat. & 7.a.Si rem iſtam ex ſententia geſſeris.Ep.31. a. Omnibus ei de rebus,quas agi,quas curari à me uoles, mandata des uelim.Ep.22.b.Non ædepol quantam egeris rem,etc. Or.218.a.Nihil ad rem, extrema illa longa ſit an breuis. & Tuſ.240.b.Quàm bonum nihil ad rem. Ep.55.b.Re præſtare aliquid.l.Re.Or.206. b. Adoleſcens non tam re & maturitate,quàm ſpe & expectatione laudatus. pro Dom.242.a.Omnes,qni aut re aut ſpe ſunt boni. pro Cl. 27.a.Seruus,ut ipſa res demonſtrauit,frugi. de D.91.a. Ita res ſomnium comprobauit. de Or. 91.a.Vide ne plus ei tribuas,quàm res & ueritas ipſa concedat. & 92.b.Id ſi difficile nobis eſt,ſit tamen in re poſitum atq; natura.de Or.86.b.Etenim ex rerum cognitione efflorescat & redundet oportet oratio.Off.48.b.Non eſſe duo milia hominum,qui rem habeant.In P.91. a. Vir fortis in primis belli ac rei militaris peritus,Q.Martius. pro R. P. 128.b. Augere rem bonis & honeſtis rationibus. Item: Qua in re,& quo in genere,idem.l.Genus.

Reſaluto,as.I.A.180.b.Cum omnes eum ſalutaſſent, conſtabat neminem eſſe reſalutatum.

Reſarcio,cis.reſtituo,reficio.pro Cæl.45.b. Diſcidit ueſtem,reſarcietur.& Ep.10.b.In meis damnis ex autoritate ſenatus reſarciendis.

Reſcindo,dis.infirmo,refero,diſſoluo,labefacto.In A. 246.b. Acta Antonij reſcidiſtis,leges refixiſtis. & 157.a. Quibus cum prouocatio datur,nónne acta Cæſaris reſcinduntur? Att.84.a. & In V. 137.a.Reſcindere conſtituta ab alio.de Pro.71.a.Is pactiones ſine ulla iniuria factas reſcidit. pro Dom.221. a.Quæ contra auſpicia eſſent acta, per ſenatum reſcindi poſſe.213.a. Quæ furore improborum in republica geſta ſunt,reſcindere.In V.121.b. Metellus reſcindit de Epicrate & Heraclio. & ibid.Reſcindere iniurias alterius & irritas facere.pro Cec.292.b.Quæ armis geſta ſunt iure reſcindi poſſe.In V.99.a.& 238.a.Reſcindere uoluntates mortuorum.et pro Syl.179.a.Reſcindere res iudicatas.Par.241.a.& pro Pl.261.a. Reſcindere iudicium.)(.Ratum habere iudicium. contra Rul.66. a.Eum locum me duce reſcidiſtis.Q.Fr.318.b.Fundum audio te hunc Bombilianum uelle reſcindere. aliter, reſinere.Item:Augures poſſunt concilia uel inſtituta dimittere, uel habita reſcindere.

Reſciſco,ſcis.ſcio,intelligo,cognoſco. Epiſt.122.b.Id poſtquàm reſcijt,excanduit. Offic. 70.a.Quærit etiam, ſi ſapiens adulterinos nummos acceperit imprudens pro bonis,cum id reſcierit, ſoluturus’ ne ſit eos, ſi cui debeat pro bonis?

Reſcribo,bis.reſpondeo. Ep.10.a. Reſcribam tibi ad omnia quæ quæris.& At.63.b.Ad eam epiſtolam reſcribam igitur.At.3.b.Non mihi graue duxi reſcribere ad te de illius querimonijs.At.113.b.Reſcripſi ad Trebatium. At.117.a.Pompeio ſtatim reſcripſi,non me,&c. At.74. b.Cui rei fugerat me reſcribere. At.5.b.Vt epiſtolæ tuæ reſcriberem aliquid.At. 45. a. Ad primam hoc tibi ſcribo, &c.reſcribo,&c.Item:Eo ſerius ad tuam epiſtolam, cui ego ſtatim reſcripſeram,redditæ ſunt meæ literæ.At. 211. a.Antemeridianis tuis literis heri ſtatim reſcripſi, nunc reſpondebo ueſpertinis.At.205.b.Epiſtola,quam ad eum reſcripſeram.At.5.b.Eo factum eſt,ut epiſtolæ tuæ reſcriberem aliquid,breuitate temporis tam pauca cogerer ſcribere.Tuſ.209.b.Ex quo perſpicuum eſt,& cantus tũ fuiſſe reſcriptos uocum ſonis & carmina.At.251.b HS.CÇCC ſi in præſentia ſoluerimus,reliqua reſcribamus.Item: Scribere:id eſt,dare.)(.Reſcribere,id eſt,reddere.

Reſeco,as.exſeco,excido. Tuſc.218.b.Hæc reſecanda eſſe fatentur,euelli penitus dicunt nec poſſe nec opus eſſe.& 221.b.Nimia reſecari oportere. de D.128.a. Lingua inhærens ſcalpello reſecta liberatur.& In P.88.b.Reſectis palpebris uigilando necari.In C.106.b. Quæ reſecanda erunt,non patiar ad perniciem ciuitatis manare. de Am.99.a.Neq; id ad uiuum reſeco,ut illi qui hæc ſubtiliter diſputant.Att.16.b.Reſecare libidinem, & coercere iuuentutem.

Reſero,as.aperio. Off. 44.b. Non ita claudenda eſt res familiaris,ut eam benignitas aperire non poſsit: nec ita reſeranda,ut pateat omnibus.Or.213.b.Non auſi reſerare.ex Ennio.In A.209.a.Vt reſerare nos exteris gentibus Italiam iuberet.

Reſeruo,as.ſeruo,conſeruo.ad Brut.289.b. Omnino tempora integram tibi cauſam reſeruant. & Epiſt.78.a. Rem totam uobis integram reſeruaui. & 11.b. Vt integrum mihi de cauſa Campana ad ſuum reditum reſeruarem.pro Sex.Roſ.32.a.Si quid eſt quod ad teſtes reſeruet, ibi nos,&c. pro Cecin.290.a.Is teſtis expectatus & ad extremum reſeruatus,dixit,&c. & pro S. R. 43. b. Ad eam’ne rem uos reſeruati eſtis? pro Syl. 182.a. Quod ad tempus exiſtimationis partæ fructus reſeruabitur? contra Rul.63.a.Idcirco à iudicibus prætermiſſam putant, quod ſit ipſis reſeruata.pro Plan.261.b.Ego quoq;,inquam,ad ea te tempora reuocaui,ad quæ te ipſe ſeruaras. & ibi.Si te temporibus alijs reſeruaſti.pro Seſt.14. a. Atq; ille uitam ſuam ad reipublicæ ſtatum reſeruauit.pro Cæl. 50.a. Dij præſentis fraudis pœnas in diem reſeruant. de Pro. 79.a.Inimicitias in aliud tempus reſeruare.Quin.Fr.321. b.Minutio me & Labeoni reſeruabam.de Or.104.a.Philoſophorum autem libros reſeruet ſibi ad huiuſcemodi Tuſculani ocium.At.20.a.Hoc autem in congreſſum noſtrũ reſeruabo.Quin.Frat.310.b.Sed cætera,ut tu ſcribis,præſenti ſermoni reſeruentur,hoc tamen non queo differre. pro Mur.134.b.Aut ſuam operam accuſationi reſeruant. In V.252.a.Eſt certa lex,quo hoc reſeruetur. Orat.212.a. Vſum loquendi populo conceſsi, ſcientiam mihi reſeruaui.pro Fl.166.b.Nomen clariſsimum reipublicæ reſeruate.pro Seſt.9 . a. Quid hoc homine facias? aut quò ciuem importunum reſerues? At.12.b.Erras Clodi, non te iudices urbi,ſed carceri reſeruarunt.





Reſideo,des.ſedeo,cõſideo,aſsideo,deſideo,remaneo. de Finib.91.b. Sed reſideamus, inquit, ſi placet,itaq; fecimus. At.273.a.In oppido aliquo mallem reſediſſe. pro S. R.28.a. Reſidere,deinde ſpaciari. In Sal. 273.b. Omnia quæ commota fuerant,pace & ocio reſederunt. I.C.99. b.Nam ſi te interfici iuſſero,reſidebit in rep.reliqua coniuratorum manus. I.C.103.b.Periculum autem reſidebit, & erit incluſum penitus in uenis atq; in uiſceribus reip. pro Dom.225.b.Cum horum etiam tectis ac ſedibus reſidere aliquod bellum ſemper uideretur. pro Cor.55.b.Si ea lex quam nos haberemus,eadem in populo aliquo tanquam in fundo reſediſſet. de Sen.90.a.Cuius non in ſententia ſolùm,ſed etiam in nutu reſidebat autoritas. Tuſc. 171.a.In corpore mortui nullus reſidet ſenſus. & Ep.72. a.Si in morte ſenſus ullus reſidet. Q.Fr.295.b.Res geſtæ, in quib. nulla poteſt reſidere inertiæ ſuſpicio.& ad Brut. 289 a.Cum tantum reſideat intra muros mali.At.285.a. Cuius culpa in te reſidet. I.P.97.a.Si montes reſediſſent, amnes exaruiſſent.At.229.b. Vt ne quas inimicitias reſidere in familijs arbitretur. pro Deiot.145 a.Nemo unquam te placauit inimicus,qui ullas reſediſſe in te ſimultatis reliquias ſenſerit. pro Mil.111.a.Cur non antè occurrit?ne in uilla reſideret. At.14.a.Huius incommodi culpa ubi reſideat, facilius poſſum exiſtimare,quàm ſcribere. Ante.197.b. O miſera uitæ ratio, quæ tamdiu reſides in uoluptate. Ep.62.a.Si quid reſidet in te amoris erga me. Ep.184.b.Etiam nunc reſidet ſpes in uirtute tua. Ep.63. b.Facilè plus officij reſidere apud me patior. Tuſ.196.a. Cum timor animo reſediſſet. & Ep.112.b.Marcelli impetus reſederunt. Antequam.193.b.Quomodo ſpes ſalutis cæteris reſidebit?cum,&c.

Reſideor.condor,uel reſideo.l.Denicales.

Reſiduus,a,um.reliquus. Ep.150.b.Cupio nullam reſiduam ſolicitudinem eſſe.& 15.a.Cum illud odium,quod ego effudiſſe me omne arbitrabar, reſiduũ tamen inſciente me fuiſſet. contra Rull.77.b. Quid relatum,quid reſiduum ſit. pro Cluen.37.a.Locus ab iudicibus Fauſto Sylæ de pecunijs reſiduis non eſt conſtitutus. & ibid.Cauſa pecuniæ publicæ.

Reſigno,as.aperio,ſoluo.)(.Obſigno. At.176.a.Nã quòd literæ reſignatæ ſunt,habet, opinor,eius ſignũ Pomponia. pro Arch.187.a.Cum Gabinij leuitas & calamitas omnium tabularum fidem reſignaſſet.

Reſilio,lis.refugio. pro S.R.31.b.Scopulum offendis eiuſmodi, ut non modò ab hoc crimen reſilire uideas, uerùm omnẽ ſuſpicionẽ in uoſmetipſos recidere intelligas.

Reſipiſco,ſcis.ad me redeo,me colligo. Att.103.a.& pro Seſt.20.b.Cum primùm reſipuiſſet. Attic.57.b.Vix aliquando te autore reſipui.

Reſiſto,ſtis.repugno,obſiſto,obuiam eo,par ſum. At. 104.b.Serò reſiſtimus ei,quem aluimus contra nos. contra Rul.69.a. Vis tribunitia nonnunquam libidini reſtitit conſulari.& ibid.Obſtitit. pro Mur.144.a. Nihil eſt iam,unde nos reficiamus,aut ubi lapſi reſiſtamus. Ep.Cæteris iniurijs,quæ propoſitæ ſunt à Catone, facilè,ut ſpero,reſiſtemus.At.23.a.Reſtitit & peruicit Cato. de Or. 113.a. Conſilia,quibus illi Tribuno pleb.pro republica reſtitiſſem. pro Q.R.53.b.Reſiſtere & repugnare contra ueritatem.Ep.73.a.Fortiter reſiſtere dolori. Epiſt. 51.b. Sed opprimor interdum,& uix reſiſto dolori. Ep.60.b. Fratri tuo reipublicæ cauſa reſtiti. & 155.a.Reſiſtere hoſtibus.de Fin.117.b.Sed ego in hoc reſiſto. Tuſcul.224.a. Beata uita reſiſtet extra fores carceris. At.102.a.His ille rebus ita conualuit, ut nunc in uno ciue reſpublica ad reſiſtendum imbecilla ſit: quæ mallem tantas ei uires non dediſſet,quàm nunc tam ualenti reſiſteret. & 180.a.Non poſſum tanto dolori reſiſtere.Item: Qui prædonibus pares eſſe non potuerunt.

Reſoluo,uis.ſoluo,diſſoluo. I.A.265.a.Senatum quæ ſit antea pollicitus legionibus noſtris, ea ſummo ſtudio reipublicæ recuperata reſoluturum.aliter,re ſoluturum, aut perſoluturum.

Reſonans,tis. Q.Fr.298.a.Theatrum natura ita reſonans,ut uſq; Romam uoces referantur.

Reſono,as.perſono,percrepo.Tuſ.169.a.& 190.b. Cum uenenum obbibiſſet, reliquum ſic è poculo eiecit, ut id reſonaret.& Tuſcul. 182.a.Gloria uirtuti reſonat tanquam imago. pro Arch.189.a. Saxa & ſolitudines uoce reſpondent.de Clar.179.b.In uocibus noſtrorum oratorum recinit quiddam & reſonat urbanius. de D. 115.a. Iam neruos in fidib. alijs pulſis reſonare alios,&c. de N. 55.a. Sonus in fidibus teſtudine reſonatur,aut cornu. de N.56.a.Cornua,quæ ad neruos reſonant in cantibus.

Reſpecto, as. reſpicio. pro Seſt. 5.b. Verùm hæc ita prætereamus, ut tamen intuentes & reſpectantes relinquamus. pro Plan.268.a.Ne par ab his munus in ſua petitione reſpectent.de Sen.94.b.Animus uerò non me deſerens,ſed reſpectans in cœlum profectus eſt.

Reſpectus,ctus.ratio,religio. I.A.204.a.Itaq; cũ reſpectum ad ſenatũ & ad bonos non haberet,eam ſibi uiam ipſe patefecit ad opes ſuas amplificandas, quam uirtus liberi populi ferre non poſſet. Itẽ: Sin eſt in me ratio reip. religio priuati officij,&c.de Or.229.a.Craſſus parcebat aduerſarij dignitati,in quo ipſo ſeruabat ſuam. & ibi.Habere hominum rationem & temporum. de D.94.b.Fugientibus miſerabilem reſpectum incendiorum fore. ad Brut.90.b.Meus quidẽ animus in acie eſt,neq; reſpectum ullum quærit,niſi me utilitas ciuitatis fortè conuerterit.

Reſpergo,gis.aſpergo,perfundo,cõſpergo.I.V.256. a.Cum prætoris oculos prædonũ remi reſpergerent.I.A. 184.a. Quorũ ſanguine os uxoris reſperſum eſſe conſtabat.& de Or. 143. b. Simulachrum ſanguine reſperſum.

Reſperſio,onis. de D.118.a.Habes & reſperſionem pigmentorum.

Reſperſus,a,um.aſperſus. pro S.R.29.b.Penè dicam reſperſas manus ſanguine paterno uideant oportet.

Reſpicio,cis. retro aſpicio,uideo,cerno,rationem habeo,reputo, reſpectum habeo, iudicium de utilitate reip. habeo,perſpicio. Poſt.205.a.Ex ſuperioris anni caligine & tenebris lucem in rep.reſpicere cœpiſtis.Tuſc.229.a. Tam longè retro reſpicere non poſſunt. Ep.165.a.Cum uaſtitatem Italiæ reſpexerint. de D.90.b.Tum ei dux ille præcepit,ne reſpiceret. de Ar.243.b.Sed uecors repentè conſtitit,deinde reſpexit, & ſimul ad Cn.Lentulum Coſ. aſpexit. & de D.95.b.Reſpexitq;,& equum alacrem lætus aſpexit.de D.95.a.Et noctu ad oppidum reſpicientes, flagrantes onerarias uidebatis. pro Arch.185.b. Quoad longiſsimè poteſt mens mea reſpicere ſpacium præteriti temporis. ad Brut.90.b.Maiores partes animi te Caſsiumq; reſpiciunt.pro R.P.129.a.Cæſarem in tanta fortuna ſua,aliena reſpicere magnum eſt.de N.35.a. Epicurus non aptiſsimus ad iocandũ,minimeq; reſpiciens patriam. I.V.176.a.Saltem populi Romani commoda reſpicite, ſi ſocijs proſpicere non laboratis. pro Plan.278.b.Reſpicere ſalutem ſuam. Ep.150.b. & I.A.182.b.Reſpice quæſo aliquando rempub.Antoni. I.V.153.a.Cauere alicui,&

reſpicere eum. At.11.b.Niſi quis nos deus reſpexit. Attic.98.b.Niſi deus reſpexerit remp. At.281.b.Quod ipſum, ſi remp.cui ſuſceptus es,reſpicis,tibi iam iamq; faciendum eſt.de L.175.b.Reſpiciens ad opem ferendam. de Fin.81.a.b. Si adeundum erit uitæ periculum, ne tum quidem te reſpicies? & cogitabis,&c. Ep.27.b.Quod rogas,ut reſpiciam generum meum,adoleſcentem optimum,&c.

Reſpiratio, onis. interpunctio, interſpiratio, & illa quæ hic enumerat Cicero. Orat.201.b.Diſtincta alios & interpuncta,interualla,moræ, reſpirationesq; delectant. de N.31.a.Aer enim oritur ex reſpiratione aquarum, & earum quaſi uapor habẽdus eſt. de Vn.198.a.Neq; erant aere circũfuſa extrema mũdi,ut reſpirationẽ requirerẽt.

Reſpiro,as.ſpiritum duco,animum de cœlo duco,anhelo,uiuo,animum erigo,recreor. de N.53.a.Aſpera arteria excipit animã eam,quæ ducta eſt ſpiritu,eandemq; à pulmonib. reſpirat ac reddit.& 54.a.Animæ pars redditur reſpirando, pars concipitur cordis uentriculo. de Fin.100.a.& 120.b.Qui demerſi ſunt in aqua,reſpirare non poſſunt.de Fin.60.a. & pro Quint.60.b.Improbitas nunquam ſinit eum reſpirare, nunquam acquieſcere.& pro S.R.22.a.Reſpirare libere. Quin.Frat.319.b. Romæ reſpirandi locus non eſt. pro Quint.16.a.Alicui uix reſpirandi poteſtatem dare. Attic.110.b.Cum autem Dolobella uenit in mentem,paulum reſpiro. & 154.b. Accepi literas,& paulũ reſpiraui. pro Cluen.56.b.Hoc modo innocentiæ defenſio intercluſa reſpirat. Epiſt.79.b.Si ciuitas reſpirauerit,dignitate tua frui tibi licebit.pro Cluen. 60.a. Qui erigere animum,& paulum reſpirare à metu cœpit. de Ar.255.a.Reſpirare à metu cædis,emergere à fluctibus ſeruitutis,reuiuiſcere,&c. pro Seſt.19.a. Reſpiraſſe homines uidebãtur,nondũ re, ſed ſpe reip recuperandæ. pro Quin.9.b.Cupiditas atq; auaritia reſpiraſſet paululũ.pro Mil.110.b.Reſpiraui,liberatus ſum.I.A.218.a.Ne punctum quidẽ temporis oppugnatio reſpirauit. Parad.119.a.Tuæ tibi occurrũt iniuriæ,quæ te reſpirare non ſinunt. At.39.b.Reſpiraro,ſi te uidero.

Reſplendeo,des.refulgeo. de Fin.69.b.Reſplendeat his ueſtis.aliter,reſpondeat.

Reſpondeo,des.refero,reſponſum do,reſponſum reddo,reſcribo,renuncio, occurro, refuto, conuenio. dicam igitur ad ea quæ ſunt à te dicta, par eſſe, paria reddere uel facere. Att.10.b.a.Quæris ex me quid acciderit,&c. ego reſpõdebo tibi ὕστερον πρότερον ὁμηρικῶς.Ep.17.b. Quanquam qui iſtinc nunc ueniunt,partim te ſuperbum eſſe dicunt,quòd nihil reſpõdeas:partim contumelioſum, quòd malè reſpondeas. I.A.153.a.Reſpondere ad ea quæ quæſita ſunt. & In Vat.Reſpondere ad interrogata.Ep.57.b. Quo facilius quibus eſt iratus, reſpondere triſtius poßit. de Fin.93.a.Ego tibi reſpõdebo ad ſingula. & Or.217.a.Reſpondere ad ſingulas res. Att.251.b.Sæpe ij qui debent,non reſpõdent ad tẽpus. de Fat.141.b.Chryſippo primũ de ipſa rerũ contagione reſpondeamus. pro Cæl.41.a.Acutè arguteq; reſpõdere alicui.Att.89.a.b.Habes ad omnia, non ut poſtulaſti χρύσεα ἀντὶ χαλκείων, ſed paria paribus reſpondimus.At.89.a.Ecce autẽ alia puſilla epiſtola,quam non relinquã ἀναντιφώνητον. I.V.78.b.Videat quid de illis reſpõdeat,quos necauit.et pro Flac.157.b.De quo toto reſpõdit Hortenſius.pro Cl.27.b.Ego ad reſpondendũ ſurrexi. de Cl.175.b.Vt etiã pro Bruto reſpondeã. de Cl.179.b.Cuius orationi Cœpionis ore reſpondit Aelius. de Or.102.b.Cum uobis non grauatè reſpondero. ad Her.35.b.Non cõtra tenuiter & nugatoriè reſponſum? de Ar.247.b.Reſpõdere grauiter contra inimici contumeliam.& ibid.Refutare maledicta improborum. pro Mur.124.b.Primùm M. Catoni de officio meo reſpondebo. de Or.120.b.Aliquid alicui de iure reſpondere. Acad.6.a.Neq; hoc loco expectandũ eſt,dum de remo inflexo & de collo colũbæ reſpondeã. pro Mur.126.a.Alicui de iure conſulenti reſpondere. pro Plan.272.a. Quæris num iuriſcõſultus? quaſi quiſquã ſit,qui ſibi hunc falſum de iure reſpondiſſe dicat. de Cl.174.b.Rutilius magnum munus de iure reſpodendi ſuſtinebat. & 193.b.Q. Scæuola conſulentibus reſpondebat. Orat.210.a.Alteros enim reſpondentes audire ſat erat. pro Mur.130.b.Quæ conſuluntur,minimo periculo reſpondentur. de L.175.b.Facultas reſpondẽdi iuris.de Or.101.b. Multi in reſpondendo iure,autoritate plus quàm ingenio ualẽt. pro Cec.298.a.Aliud iudicari de iure,aliud reſponderi non oportet. I.C.109.b.Iam uerò urbes municipiorum reſpondebunt Catilinæ tumulis ſylueſtribus. de N.12.a. Vt omnia omnibus,paribus paria reſpondeant. Or.200.a.Vt uerba uerbis quaſi demenſa & paria reſpondeant. de Finib.144.a.Reſpondent extrema primis: id eſt,cõueniunt.de Ar.255.a.Dixit ſe uelle ædificare alteram porticum in carinis,quæ palatio reſponderet. Ep.26.a.Nam ea quæ ſperas,&c.ſcio cui epiſtolæ tuæ reſpõdeant. Or.207.b.Rhetoricã quaſi ex altera parte reſpondere Dialecticæ.Brut.At.277.b.Qui ueſtris paucorum reſpondeat laudibus.de Fin.91.a.Reſpondere maioribus ſuis.de Cl.175.a.& Tuſ.148.b.Reſpondere gloriæ maiorũ. Poſtquã.209.a.Quæ memoria,quæ magnitudo obſeruantiæ tot tantiſq; beneficijs reſpondere poterit? & Ep.63.b.Mutuè officijs non reſpondetur. Attic.273.a.Nihil minus hominis uidetur, quàm non reſpondere in amore ijs, à quibus prouocere. Ep. 256. a. Cui quidem ego amori, utinam cæteris rebus poſſem,amore certè reſpondebo,quo tamen ipſo tibi confido futurum ſatis.At.4.a.Tu modò uideto, ut par in hoc mihi ſis:id eſt,ut in hoc mihi reſpondeas. Ep.18.a.In omnibus tuis rebus,meis optatis fortuna reſpondit.Ep.19.b. Tua uirtus opinioni hominum reſpondet. Att.60.b.Vt poßim tibi aliquid in eo genere reſpondere. & 57.a.Q. Fratris liberalitati pro facultatibus noſtris reſpõdemus. Attic.228.b.Si bonitas tua reſponderit iudicio meo,gaudebo. Att.256.b.Si cui quid debetur,ut ſit unde par pari reſpondeatur. Q.Fr.298.b.Fac ut omnia tua facta atq; dicta noſtris rebus iſtinc reſpondeant. I.A.181.a.Reſpõdebis ne ad hæc? aut omnino hiſcere audebis? de Am.106.b. Vt noſtra in amicos beneuolentia illorum erga nos beneuolentiæ pariter æqualiterq; reſpondeat. de Leg.159.a. Non enim quærimus,quid de quaq; conſultatione reſpondeamus. de Vn.203.b.Reſpondent autem dextra dextris, &c. In Sal. 272. a. Nihil enim tam obſcœnum dicere potes,cui non ab initio pueritiæ omni genere facinoris ætas tua reſpondeat.

Reſponſio,onis. reſponſum.)( ἀναπολόγητος. I.V.244.b.Fuit iſta reſponſio quondã. pro Cor.62.b.In quo erat accuſatoris interpretatio indigna reſponſione, qui ita dicebat,&c.I.P.91.a.Is me reſponſione mimica homo promptißimus laceßiuit.

Reſponſu. pro Cluen.52.b.Videtis hæc quàm ſunt leuia genere ipſo,quàm breuia reſponſu?

Reſponſum,ſi.reſponſio. At.113.b.Hæc ex illius ad noſtra reſponſa reſponſis intelligentur.I.V.243.b.Ipſis autem tantis de rebus reſponſum nullum dediſti. pro Planc.226. a. Cum ſenatus impediretur, quo minus equitibus Romanis reſponſum redderetur. I.C.101.a.À me quoq; reſponſum tuliſti,me nullo modo poſſe.& de Or.105.b.Auferre reſponſum ab aliquo. I.C.112.b.Ex aruſpicum reſponſis.pro Mur.130.b.Reſponſa atq; decreta iuriſconſultorum. & de Or.107.a.Hominum peritorum reſponſa nobis cognoſcenda ſunt.

Reſpublica. politia,communis res. pro Cluent.59.a. Ep.108. b. Doleo ita communem rem eſſe dilapſam, ut, &c. pro Seſt.22.a. Res communem utilitatem continentes,quas publicas appellamus.de Or.152.a.Politici philoſophi appellati uniuerſarum rerum publicarum nomine uocabantur. Ep.146.a.Nihil ex omnibus rebus humanis eſt præclarius aut præſtantius, quàm de rep. bene mereri.de D.109.b. & Acad.8.a.À Platone philoſophiáq; dixeram, naturales eſſe conuerſiones rerum publicarum. I.V.136.a. Eo cenſu nullius ciuitatis reſp. potuit adminiſtrari. At.283.b.Hoc bello uictores quam remp ſimus habituri neſcio,uictis certè nulla unquam erit.Q.Fr.295.b. Quod fortaſſe aliquando uniuerſæ reip.noſtræ, nunc quidem profectò iſti prouinciæ contigit:id eſt,Aſiæ. Ep.14.a.Atq; hanc ille cauſam ſibi ait non attingẽdæ reip. fuiſſe. &,Capeſſere remp.l.Capeſſo.de In.42.b.Verſari in publicis rebus. Off.31.b. & pro S.R.19.a.Nondum ad rempublicam accedere. Ep.9.a.Rei totius publicæ ocium exoptandum eſt. Att.15.a.& 16.a.Quid dicam in publica re? de L.191.b.Summa reſpublica:id eſt,Romana.& ibi. Municipalis reſpublica. Q.Frat.295.b.Plato fore beatas reſpublicas putauit,ſi aut docti aut ſapientes homines eas regere cœpiſſent, aut qui regerent, omne ſuum ſtudium in doctrina ac ſapientia collocaſſent. Q.Fr.306.b.Qui iudicia impediuiſſet,eum contra rempublicam eſſe facturum. Offic.8.a.In quo ſi mihi obtemperatum eſſet,ſi non optimam, at aliquam rempublicam, quæ nunc nulla eſt, haberemus. Off.31.b.Nam & erudierunt multos,quo meliores ciues in rebus ſuis publicis eſſent. de L.170.a.Neceſſe eſt eam patriam charitate præſtare, qua reipublicæ nomen uniuerſæ ciuitatis eſt.

Reſpuo,is.aſpernor,repudio. Tuſc.178.a.& 207.b. Ergo id natura reſpuit.de Or.152.a.Guſtatus quod ualde dulce eſt,aſpernatur ac reſpuit. pro Planc.268.a.Sequeſtrem ne Plancium? reſpuerent aures, nemo agnoſceret, repudiaretur. Part.231.a.Quod aures reſpuunt,immutandum eſt. de Fat.149.a.Dicere aliquid,quod omnium mentes aſpernentur ac reſpuant. At.190.b.Nunc omnia reſpuo. & pro Cæl.45.a. & pro Mur.142.b.Calcitrat, reſpuit. pro Cec.295.b.Reſpuere aliquid,& pro nihilo putare. de N.30.b.Reliquiæ cibi,quas natura reſpuit. & At.117.a.Cæſaris interdicta reſpuẽtur. At.217.b.Aſpernari ac reſpuere aliquem.

Reſtinctio,onis.ſedatio.de Fin.66.a.Voluptas reſtinctionis ſitis in motu eſt.

Reſtinguo,guis.extinguo,ſedo,comprimo.)(.Inflammo,incendo. pro Quin.R.47.b. Ignis in aquam coniectus continuò reſtinguitur & refrigeratur.& I.C.111.a. Reſtinguere ignem uel incendium. & Top.225.a.Reſtinctus ignis. & Or.199.a.Reſtinctis animorum incendijs. pro Seſt.13.b.Animos hominum morte non reſtingui. de Fin.66.a.Reſtinguere ſitim. ad Brut.91.b.Repreßi impetum,ardorem reſtinxi. & de Fin.58.a.Reſtinguere ardorem uoluptatum. de Orat.103.a.Eorum qui audiunt mentes aut inflammare dicendo, aut inflammatas reſtinguere. de Nat.56.a.Eloquentia cupiditates iracundiaſq; reſtinguimus. At.206.b.Sermunculũ omnem aut reſtinxeris,aut ſedaris. Or.197.a.Nec ipſe Ariſtoteles cæterorum ſtudia reſtinxit. de D.93.b.Illa etiam tertia parte animi,in qua irarum exiſtit ardor,ſedata atq; reſtincta.

Reſtipulatio,onis.repromißio.pro Q.R.51.b.Recita iſtam reſtipulationem clarius.& ibidem: Quid enim reſtipulatio clamat? QVOD à Flauio abſtulero, partem dimidiam inde Roſcio me ſoluturum ſpondeo.

Reſtipulor,aris.repromitto.l.Stipulor.pro Q.R.51.a. Cur igitur decidit? & non reſtipulatur neminem amplius petiturum? & ibid. Hic porrò nunc reſtipulatur, quod iampridem ipſe exegit. Ibidem 54.a.Ex iuriſperitorum conſilio & autoritate reſtipulari ab aliquo:id eſt, uiciſſim ſponſionem ab aliquo rogare & petere.

Reſtituo,is.reddo,reficio,reſarcio,refero. I.V.217.a. Pollicetur ſibi magnæ curæ fore, ut omnia ciuitatibus, quæ cuiuſque fuiſſent,reſtituerentur. & pro S.R.37.b. Damnatus per arbitrum & rem reſtituit,& honeſtatem omnem amittit.pro Dom.228.a.Vt ſalutem redditam ſibi ac reſtitutam accipere debuit. pro Flac.161.b. Reſtituat uxorem,reddat filiam. de D.100.b.Templum eſt à ſenatu Iunoni ſoſpitæ reſtitutum.& Cel.45.b.Effregit fores,reſtituentur.Top.212.a.Reſtituere ædes quæ corruerunt.Epiſt.198.a.Vt ſtatua,quam turbo deiecerat,reſtitueretur.de D.128.a.Reſtituere ac corrigere deprauata. I. A. 171. a. Antonius Lenticulam de alea condemnatum reſtituit. pro Mil.108.b.Quæ fuiſſet igitur cauſa reſtituendi mei,niſi fuiſſet iniuſta eijciendi? pro Dom.230.b. Rurſus illi ſunt in ſuam priſtinam dignitatem reſtituti. I.V.68.b.Reſtitui in antiquũ ſtatum. I.V.238.a.& I.A.171.b.& pro Cluen.38.a. Condemnatos ambitus in integrum eſſe reſtitutos. Epiſt.5.b.Et niſi per te ſit reſtitutus,deſertum ſe atque abiectum fore. pro Flac. Prædia à noſtris magiſtratibus in integrum reſtituta. pro Cecin.291.b. Prætor aut uim fieri uetat, aut reſtitui factam iubet. & 289.a. Prætor edixit,ut unde deieciſſet,reſtitueret. pro R.P.129.b.Rabirij dignitas,ex qua illi nihil detrahi poteſt,quod non facilè reſtituat.Tuſcul.220.a.Cum Aiax Danais inclinantibus prælium reſtituit. pro S.R.28. b. Reſtitue nobis aliquando ueterem illam tuam calliditatem. Q.de Pet.208.a. Reſtituere gratiam alicui: id eſt,referre gratiam. Attic.5.b. De noſtro amico placando,aut planè reſtituendo. Attic.89.a.De Memmio reſtituendo,ut Curio cogitet,te audiſſe puto. & 157.b. Omnes qui lege Pompeia condemnati eſſent, reſtituerentur.

Reſtitutio,onis.contra Rul.68.a.Reſtitutio damnatorum. I.P.87.a.Nemini eſt triumphus honorificentius, quàm mihi ſalus reſtitutioq; perſcripta.

Reſtitutor,oris. pro Mil.109.a.P.Lentulus reſtitutor ſalutis.

Reſto,as,reſtiti.maneo,remaneo,reſideo,ſupero,ſuperſum,reliquum eſſe,reſiduum eſſe. At.120.b.At ſi reſtitero, idem fecero quod L.Flaccus: id eſt,ſi non diſcedam. pro Mur.143.a. Qui ab illo in ſpeculis relicti,in ceruicibus noſtris reſtiterunt. Off.74.a.Ita incolumis in patria Regulus reſtitiſſet. pro Lig.137.b.Ligarius poſt aduentum Vari in Africa reſtitit. pro Syl.181.a.Quæ tamen ei ſola in malis reſtiterũt:id eſt,ſtudia amicorũ.pro Quint.5.b.Illud etiam reſtiterat,quod heri fecerunt, ut te in iudicium adducerent. At.122.b.Vnum etiam reſtat amico noſtro ad omne dedecus,ut Domitio non ſubueniat. Q.Fr.318. a. Nihil ei reſtabat, præter balnearia. de D. 123.a. Reſtat etiã de Chaldæis. de In.76.a.Quid nobis ex eo genere reſtet,& quare reſtet,admonẽdũ uidetur.pro Mar.

135.a. Hæc igitur reliqua pars eſt, hic reſtat actus. de N. 34.b. Reſtat igitur, ut motus aſtrorum ſit uoluntarius. et pro Quin. 7.a. Reſtat ut aut, &c. Att. 282.b. Longa ſunt quæ reſtant, prætereunda tamen. I.C. 118.b. Qui ad Catilinam accipiendum Romæ reſtiterunt. Off. 54.a. Qui è diuiſione tripartita duas partes abſoluerit, huic neceſſe eſt reſtare tertiam.

Reſtrictè. anguſtè, ſtrictè. de Leg. 179.a. Hæc illi placent, ſed ego cætera non tam reſtrictè præfinio. de Finib. 73.b. Nec tamen cur id tam parcè tamq; reſtrictè faciant, intelligo.

Reſtrictus, a, um. parcus, auarus, tenax. Ep. 38.a. Cum natura ſemper ad largiendũ ex alieno fuerim reſtrictior. Off. 46.a. In iis tamen, qui, &c. reſtricti nullo modo eſſe debemus. At. 165.a. An exiſtimas illum in hoc genere Lentulum? aut reſtrictum? nemo eſt minus.

Reſupinus. ſupinus. de D. 89.b. Exin proſtratum reſupinum, &c. Accij.

Retardatio, onis. commoratio. I.A. 200.a. Vnde eſt adhuc bellum, niſi ex retardatione & mora?

Retardo, as. moror, remoror, moram affero, moram facio, moram & impedimentum infero. de N. 46.b. Stellarum motus tum incitantur, tum retardantur, ſæpe etiam inſiſtunt. de N. 35.a. Stellam tum antecedendo, tum retardando mirabiliter multa efficere. pro Pomp. 8.a. Vt eorum collectio diſperſa celeritatem perſequendi retardaret. Tuſc. 164.b. Siue retardabis, ſiue properabis. pro Pom. 6.a. Reprimere ac retardare impetus hoſtium. & I.V. 60.a. Vt animos iſtius et impetus retardaret. In Vat. 29.a. Vt ferocitatem iſtam tuam comprimerẽ, audaciam frangerem, loquacitatem retardarem. pro Pom. 11.b. & pro Cluen. 59.b. Sed hæ res, quæ cæteros remorari ſolent, non retardarunt. I.A. 211.a. Sed animi uires, corporis imbecillitas non retardauit. I.P. 96.a. Cum certi homines non ſtudium eius à me alienaſſent, ſed auxilium retardaſſent. Poſtquam. 209.a. Quem ad ſalutem meam uoluntas impulit, uis retardauit, autoritas ueſtra reuocauit. Ep. 72.b. Poſteriora autem tempora me à ſcribendo retardarunt. ad Heren. 6.a. Ne qua poſſit animum tuum defatigatio retardare. pro Arch. 188.a. À nullius me unquam tempore aut commodum, aut ocium abſtraxit, aut uoluptas auocauit, aut denique ſomnus retardauit. pro Seſt. 18.a. Excitauit illam ſuam non ſolutam, ſed ſuſpicione aliqua retardatam conſuetudinem bene gerendæ reip. At. 20.b. Alij ſimulatq; hoc noſtrum legerunt, neſcio quo pacto retardarunt. pro Pom. 8.a. Illum in proſequẽdi ſtudio mœror, hos lætitia retardauit. I.A. 226.b. Quem niſi in uia caducæ hæreditates retardaſſent, uolaſſe eum diceres. de Sen. 89.a. Ad agrum fruendum non modò non retardat, uerùm etiam inuitat atq; allectat ſenectus.

Rete, tis. plaga, laqueus. de Nat. 50.b. Vt in araneolis aliæ quaſi rete texunt, aliæ ex inopinato obſeruant.

Retego, gis. aperio, euoluo. Att. 59.a. Quare in hoc thecam nummariam non retexeris, in alijs eris cautior.

Retẽtio, nis. At. 210.b. & 212.b. bis. Sẽper Carneades πρὸς βολλὼ pugilis, & retentionem aurigæ ſimilem facit. Acad. 15.b. & 20. Ex his illa neceſſariò nata eſt ἐποχὴ: id eſt, aſſenſionis retentio. & 20.a. Illud certè opinatione & perceptione ſublata, ſequitur omnium aſſenſionum retentio.

Retento, as. ſuſtento, retineo. de D. 83.b. Quæ penitus ſenſus hominum uitasq; retentat. & 121.b. Namq; omnes memori portentum mente retentant. Poetæ.



Retexo, xis. diſſoluo, renouo. Acad. 23.b. Dialectica quaſi Penelope telam retexens. Ep. 180.a. An quod adoleſcens præſtiti, nunc ætate præcipitata commutem, ac me ipſe retexam. Ep. 174.b. Noui timores retexunt ſuperiora. de Fin. 144.b. Audeo dicere, inquit, non potes, niſi retexueris illa. I.V. 121.b. Omnino erant Metelli huiuſmodi, ut totam ſuam præturam retexere uideretur: id eſt, irritam facere. I.A. 166.b. Itaq; iam retexo orationẽ meã: id eſt, quod negabam, confiteor. de Orat. 123.a. Ea quibus antè exorſa, & potius detexta, propè retexantur.

Reticentia, tiæ. taciturnitas. I.A. 264.a. Off. 64.b. À iuriſconſultis etiam reticentiæ pœna eſt conſtituta. Offic. 29.b. Ex locutione.)(. Ex reticentia.

Reticentia. figura rhetorica. de Or. 162.a.

Reticeo, es. conticeo, obmuteſco. de Orat. 130.a. Hic cum Sulpitius reticuiſſet, inquit Craſſus, &c. Q. Fr. 299.b. Nihil nec temerè dicere, nec aſtutè reticere debeo. Ep. 59.b. Quæ ſtatueras tibi in ſenatu de mea laude eſſe dicenda, reticuiſti. ad Her. 20.a. Arteriæ reticẽdo acquieſcunt. pro Cluen. 18.a. Subterfugere reticendo, & obſcurare dicendo. I. Conuinco. I.A. 153.b. Non poſſum de utriuſq; noſtrûm errore reticere.

Reticulum, li. I.V. 241.a. Reticulum tenuiſſimo lino & minutis maculis plenum roſæ.

Retinens, tis. Quin. Frat. 201.b. Homo ſui iuris dignitatiſq; retinens. & pro Plan. 270.b. Homo nimium retinens equeſtris iuris.

Retineo, nes. obtineo, conſeruo, ſupprimo.)(. Dimitto. Att. 208.a. Quare niſi iam profecti ſunt, retinebis homines. de Leg. 160.b. Quin labebar longius, niſi me retinuiſſem. Ep. 6.b. Illum ſuſpicantem te ab ſe alienatum, illa epiſtola retinuiſti. Acad. 30.a. Quos natura ipſa in officio retinere non potuiſſet. & Off. 73.b. Qui retinẽdi officij cauſa cruciatum ſubierit uoluntarium. pro Q. 13.b. Cogitent ita ſe graues eſſe, ut ſi ueritatẽ uolent retinere, grauitatem poſſint obtinere. de D. 124.a. Ius augurum reip. cauſa conſeruatum ac retentum, & ius retinendæ maieſtatis. Off. 21.a. Ludendi eſt etiam quidam modus retinendus. de Am. 109.b. Retinent tamen charitatẽ in paſtores. Off. 41.a. Qui ſummos uiros cum infimis pari iure retineret. pro Cec. 297.a. Ea tametſi uerbis interdicti non concluditur, tamẽ ſentẽtia iuris & autoritate retinetur. pro Cl. 38.a. Pecuniã acceptã nomine iudicij retinere atq; ſupprimere. pro Cor. 61.a. Sui quemq; iuris, & dimittendi et retinendi eſſe dominũ. Tuſ. 148.a. Studia retenta animo, remiſſa temporibus. de Fin. 64.a. Qui mos à poſterioribus non eſſet retentus, Arceſilas eum reuocauit. Tuſ. 244.b. Sunt autem hæ de finibus, ut opinor, retentæ defenſæq; ſententiæ. I.V. 155.a. Retinere ius ſuum contra aliquẽ: id eſt, obtinere. Ep. 68.a. Etenim ordo ipſe annaliũ mediocriter nos retinet, quaſi enumeratione faſtorũ. i. delectat.

Retorqueo, es. reflecto. I.C. 104.b. Catilina retorquet oculos ſæpe ad hanc urbem. de Sen. 94.b. Quò quidem me proficiſcentem, non ſanè quis facilè retraxerit, & tanquam pilam retorſerit.

Retractatio, onis. reuocatio, recognitio. Tuſ. 244.b. Vt ſine retractatione liberè dicere auderẽt, ſapiẽtes eſſe ſemper beatiſſimos. At. 212.b. Conficies igitur & quidem ſine ulla dubitatione & retractatione. & I.A.*

Retractatus, a, um. limatus. At. 252.b. Idẽ σύνταγμα miſi ad te retractatius.

Retracto, as. iterum tracto, recognoſco, refrico. pro Mur. 137.a. Nunc tertius ille locus de criminibus ambitus à me



me retractandus eſt. Item: ἀρχαίτυπος crebris locis inculcatus & refectus, ſed tamen idem σύνταγμα miſi retractatius. At. 124.a. Sed hæc omittamus, augemus enim dolorem retractando.

Retraho, his. retro aut in contrariam partem traho, abſtraho, reuoco. pro Cæl. 51.a. Liciniũ cum iam manum ad tradendum pyxidem porrexiſſet, retraxiſſe. Ep. 70.a Non habeo certum, quæ te res hinc maximè retrahat. I.A. 207.a. Hic ita mœſtus redijt, ut retractus, non reuerſus uideretur. de Sen. 94.b. Quò quidem me proficiſcentem, haud ſanè quis facilè retraxerit, ne'ue tanquã pilam retorſerit. de Fin. 76.b. Scipio Annibalem in Africam retraxerit. & I.V. 268.b. À ſe retractũ eſſe, &c. pro Seſt. 10.b. Retrahere aliquem à repub. Part. 242.a. Genus hoc calliditatis & calumniæ retrahatur in odium iudicis.

Retribuo, is. rependo, refero. pro Quin. R. 52.a. Non mihi detraham, cum illis exactæ ætatis ſeueriſſimè fructum quem meruerunt, retribuam. Antequam. 192.b. Fidei conducit, in loco debitum retribuere. & 193.b. Retribuere quod debetis.

Retro. à tergo. de D. 90.b. Tum ei deus præcepit, ut pergeret protinus, quid retro atq; à tergo fieret, ne laboraret. Ep. 124.a. Retro ad alpes uerſus iter mihi incidit. de Som. 128 b. Orbes qui uerſantur retro contrario motu atq; cœlum. In Arat. Sed conuerſa retro cœli ſemper loca portat. de N. 65.b. Cum eadem uiciſſim retro commeant. Tuſ. 229.a. Tam longè retro reſpicere non poſſunt. Tuſ. 245.b. Vt omnia quæ ſine honeſtate ſint, lõgè & retro ponẽda cẽſeat. de Fi. 144.a. Vide rurſus retro, dato hoc dandum erit et illud. Part. 232.a. Et idẽ quaſi ſurſum uerſus retroq; dicatur. de Vn. 197.a. Viciſſim: id eſt, πάλιν αὖθις.

Retrorſum. retro. de N. 42.b. Deinde retrorſum uiciſſim ex æthere aer oritur.

Retruſus, a, um. recõditus. I.V. 77.b. Simulachra deorum iacent in tenebris ab iſto retruſa atq; abdita. & Q. de Pet. 211.b. Abditum & retruſum. de Or. 92.a. Hæc ſunt penitus in media philoſophia retruſa atq; abdita.

Retundo, dis. obtũdo. I.C. 111.a. Iidem gladios in rempub. diſtrictos retudimus. & pro Syl. 183.a. Cuius nuper ferrum retudi. pro Dom. 226.a. In me omnia, quæ ego quondam retuderam, coniurationis tela adhæſerunt. At. 261.a. In præſentia bellè iſte puer retundit Antonium. pro Cluen. 43.a. Cenſorij ſtyli mucronem multis remedijs retuderunt. Ep. 190.b. Retundere improbitatẽ alicuius. & 115.a. Quo facto retudit ſermones.

Retuſus, a, um. obtuſus. de D. 97.a. Aliæ quæ acuta ingenia gignant, aliæ quæ retuſa.

Reueho, his. refero. de Clar. 185.a. Sed ad paulo ſuperiorem ætatẽ reuecti ſumus, nunc ad eam, de qua aliquantum locuti ſumus, reuertamur. & I.V. 217.b. Diana Segeſtam Carthagine reuecta.

Reuello, lis, reuelli. refigo. I.V. 211.b. Reuelli clauſtra, effringi fores. & pro Mur. 132.a. Ianua, qua effracta & reuulſa, tota pateret prouincia. I.P. 84.b. Id autem templum ſublato aditu, reuulſis gradibus, armis tenebatur. I.A. 196.a. Niſi ſeptis reuulſis introiri non poteſt. I.P. 85.a. De corpore alicuius tela reuellere. Ep. 219.b. Tabulam in qua nomina ciuium inciſa erant, reuelli iuſſit. pro Cec. 298.a. Qui ius ciuile contemnendum putat, is uincula reuellit iudiciorũ. I.V. 205.b. Nec prius illam crucem, quæ fixa eſt ad portam, reuelliſtis. & Ep. 219.b. Reuellere tabulam fixam. Att. 79.a. Honorificiſq; uerbis omnes iniurias reuellimus ſuperiores.



Reuenio, nis. redeo. de Orat. 99.b. Cum miles domum reueniſſet, egiſſetq; lege in hæreditatẽ paternam. & 100.a. Cum poſtea Mancinus domum reueniſſet.

Reuera. reapſe, re ipſa. Ep. 32.b. Et reuera confirmata amicitia, & perſpecta fide commemoratio officiorum ſuperuacanea eſt. & I.V. 114.a. Etenim reuera, &c. pro Quin. 1.b. Aduerſarium habet Quintius uerbo Sex. Næuium, reuera huiuſce ætatis uiros fortiſſimos, &c. pro Cor. 56.a. Cuius igitur crimen eſt? reuera nullius, actione accuſatoris, eius unius, qui donauit. ad Her. 8.a. Hæc enim eo modo exponi, quo modo reuera geſta ſunt. Epiſt. 4.b. Qui nunc populi Rom. nomine, re autem uera ſceleratiſſimo latrocinio, ſi qua conabuntur agere, &c. I.V. 161.a. Cuius mortis cauſam fugitiui ſuſtinent, re quidem uera nemo dubitat, quin. pro Cluen. 28.b. Verbo ille reus, re quidem uera & periculo, & tota accuſatione Oppianicus. Att. 50.b. Cum reuera ita ſit, &c. In eo non tu quidem tota re, ſed temporibus errasti. I. Erro. I.A. 211.b. Milites præſidio ſunt, ſpecie conſuli, re & ueritate nobis. Parad. 117.a. Qui hæc commutabilia pecuniæ membra ſolo uerbo bona putauerunt appellanda, cum re ac factis longe aliter iudicauiſſent. pro R.P. 129.b. Sint illa magna, quæ re uera magna ſunt. pro Quin. 10.b. Hæc ille ſi uerbis nõ audet, re quidem uera palàm loquitur. pro Q.R. 50.b. Hanc rem oratione & opinione augere licet, re & ueritate mediocrem inuenietis. pro Dom. 227.b. Quando igitur eſt turpe? reuera quando eſt pœna peccati, opinione autem hominum, ſi eſt pœna damnati. I.V. 78.a. Nomine meum.)(. Reuera tuum. I.V. 74.a. Verbo poſcere.)(. Reuera poſcere. I.V. 177.b. Verbo & ſimulatione.)(. Reuera. pro Plan. 274.b. Temporis cauſa.)(. Reuera. pro Q.R. 50.b. Hæc quæ dico, cogitatione inter ſe differunt, re uerò copulata ſunt. de Fat. 144.b. Quod ſi minus uerbis, re cogitur confiteri. Parad. 122.b. Nec hoc eſt tam re, quàm dictu inopinatũ atq; mirabile. de Som. 131.b. Craſſus tum cognomine diues, tum copijs.

Reuerentia, tiæ. honor, obſeruantia. Off. 20.a. Adhibenda eſt igitur quædã reuerẽtia aduerſus homines, &c.

Reuereor, ris. uereor, colo, cultu quodam & honore dignor. de Or. 118.a. Dicam enim non reuerens aſſentandi ſuſpicionem. Att. 33.b. Sed mihi nil eſt moleſtius, quàm Statium manumiſſum, nec meum imperium, omitto imperium, non ſimultatem meam revereri ſaltem. ad Her. 29.b. Difficile eſt uirtutem reuereri, qui ſemper ſecunda fortuna ſit uſus. de In. 70.b. Obſeruantia, per quam ætate, aut ſapientia, aut honore, aut aliqua dignitate antecedentes reueremur & colimus. & 82.b. Per quã aliqua dignitate antecedentes cultu quodã & honore dignantur. Tuſ. 164.a. Multa aduerſa reuerens oratio.

Reuerſio, onis. reditus.)(. Profectio. I.A. 153.a. Exponam uobis breuiter conſiliũ & profectionis & reuerſionis meæ. At. 256.b. Reditu uel potius reuerſione mea lætati ſunt. de N. 46.a. Sol binas in ſingulis annis reuerſiones ab extremo contrarias facit. de Fin. 86.a. Cum omnium ſiderũ eódem unde profecta ſunt, fiat ad unum tempus reuerſio. de N. 64.b. Reuerſio & motus febrium.

Reuerto. tis. reuertor, remigro, reuenio, aduenio, recurro, refero me. pro Syl. 177.a. Reuerſionem facio. Att. 121.a. Ipſe ne quò inciderem, reuerti Formias. Tuſc. 249.a. Multi ſemel egreſſi, nunquam domum reuertêre. pro S.R. 21.b. Legati Ameriam re inorata reuerterunt. de D. 86.a. Itaq; perſæpe reuertit ex itinere, cum iam, &c. Ep. 84.b. Deinde ut in eam ciuitatem uiri boni, & nulla igno

minia notati non reuertantur, in quam tot nefariorum ſcelerum condemnati reuerterunt. & 39.a. Dicuntur omnes reuertiſſe. & 40.b. Epheſo Laodiceam reuertit. Ep. 161.a. Ad illum animum meum reuerti priſtinũ. & 141.b. Niſi ad ſuperiorem conſuetudinem reuertiſſes.

Reuertor, ris. reuerto, reuenio, redeo, refero me, reuerſionem facio, remigro. pro Mur. 145.b. Vnde cum honore diſceſſeris, eódem cum ignominia reuerti. At. 139.a. Ad propoſitum reuertar, feſtinationi meæ & breuitati literarum ignoſces. de D. 90.a. Diſcedo parumper à ſomnijs, ad quæ mox reuertar. pro Dom. 240.b. Sed ut reuertar ad ius publicum, &c. & pro S.R. 38.a. Vt ad me reuertar, &c. de In. 83.a. Vtilitas aut in corpore poſita eſt, aut in extraneis rebus, quarum tamen rerum multo maxima pars ad corporis commodum reuertitur.

Reuinco, cis. conuinco. pro Arch. 187.b. Quære argumenta, ſi qua potes: nunquam hic neq; ſuo, neq; amicorum iudicio reuincetur.

Reuireſco, ſcis. defruticor, renouor, reuiuiſco. de Pro. 76.a. Quæ quanquam ſunt abſciſſæ, tamen efferent ſe aliquando, & ad renouandum bellum reuireſcent. ad Her. 34.b. Reipublicæ rationes, quæ malicia nocentum exaruerant, uirtute optimatum reuireſcunt.

Reuiſo, ſis. inuiſo, iterum uiſo. Attic. 17.a. Reuiſe nos aliquando. & 19.b. & Epiſt. 17.b. At. 203.a. Quare cum poteris, reuiſes nos. pro Quin. 4.a. Hic cum rem Gallicanam cuperet reuiſere, &c.

Reuiuiſco, ſcis, reuixi. in uitam redeo, renaſcor. I.P. 94.a. Is ubi galli cantum audiuit, auum ſuum reuixiſſe putat. & Poſtquã. 204.b. Si reuixiſſent hi, qui hæc pené delerunt. ad Brut. 285.b. Sed ne patri quidem meo, ſi reuiuiſcat, conceſſerim. & de Fin. 119.b. Si reuiuiſcant illi, &c. I.A. 255.b. Vt facilius reuiuiſcat Pompeianorũ cauſa toties iugulata. pro Mil. 117.a. Qui ſi eadẽ lege reuiuiſcere poſſet, lata lex nunquã eſſet. Ep. 49.a. Vt ſpeciem aliquam uidear uidere, quaſi reuiuiſcentis reip. Ep. 88.a. Vt iam ſimul cum rep. neceſſariò reuiuiſcat atq; recreetur. de N. 45.a. Cum autem ſol illuxiſſet, tum ut reuixiſſe ſibi uiderentur. I.V. 268.b. Cum ex illorũ metu mortis, quaſi luce libertatis recreatus reuixiſſet. Att. 76.b. Aduentu noſtro reuiuiſcunt iuſtitia, abſtinentia tui Ciceronis. At. 90.b. Ciuitates ſuis legibus ſuetæ, αὐτονομίαν adeptæ reuixerunt. I.A. 209.b. Senatus ad autoritatis priſtinæ ſpem reuiuiſcit. de Ar. 255.a. Reuiuiſcere, reſpirare à metu cædis, emergere à fluctib. ſeruitutis. pro Seſt. 18.b. Res erat & cauſa noſtra eo loci, ut erigere oculos & uiuere uideretur. Parad. 123.a. Reuiuiſcat M. Curius, &c. Oct. 329.a. Templa, in quibus reuiuiſcẽte iam libertate, deinde rurſus oppreſſa, ſenatus nihil conſulitur.

Reuocatio, onis. Tuſcul. 197.b. Reuocatio ad contemplandas uoluptates. )( Auocatio à cogitanda moleſtia. I. A. 249.b. Receptui ſignum, aut reuocationem à bello audire non poſſumus.

Reuoco, as. retraho, deuoco, ſeuoco, deduco, detraho, refero. Ep. 143.b. Poſtea quàm de meo curſu reip. ſum uoce reuocatus. & 150.a. Equitatum reuocaui. pro Dom. 242.b. Vos qui maximé me repetiſtis atq; reuocaſtis. contra Rul. 87.b. Qui prouocati à me uenire noluerunt, reuocati ſaltem reuertantur. pro Mur. 129.b. Vnde tu me uocaſti, inde ibi ego te reuoco. de Pro. 71.b. Deducere & reuocare aliquẽ de prouincia. & 73.a. Illũ ex Gallia ſuis ſentẽtijs nõ detrahebãt. & 75.a. Nihil eſt, quod eũ de prouincia deuocẽt. Poſt. 209.a. Qui me à morte ad uitã, à deſperatione ad ſpem reuocauit. Ep. 107.b. Sed ſi morbum depulero, facilè (ut ſpero) illa reuocabo. de Cl. 195.b. Hortenſius reuocare ſe ad induſtriã cœpit. de Or. 153.b. Meq; ad meum munus penſumq; reuocabo. de Clar. 165.b. Ego me ad priſtina ſtudia reuocaui. de Clar. 194.b. Studium philoſophiæ nunquam intermiſſum, à primaq; adoleſcentia cultum & ſemper auctum, hoc rurſus ſummo autore & doctore reuocaui. Tuſc. 148.a. Retuli me ad ea ſtudia, quæ retenta animo, remiſſa temporibus, longo interuallo intermiſſa reuocaui. de Or. 127.a. Iudicum animos ad Q. Cepionis odium, à quo erant ipſi propter iudicia abalienati, renouabam atq; reuocabã. de Opt. 244.a. Ad quam eos quaſi formulam dicendi reuocent. pro Syl. 175.b. Animum incitatum ad ulciſcendam orationem tuam, reuoco ipſe. & Att. 283.a. &, Reflecto. I.C. 113.a. Reuocare aliquem à furore uel à ſcelere. pro Dom. 241.b. Identidem ſe ipſe reuocando, dubitans, &c. Ep. 85.a. Scripſi de te parcé & timidé, non reuocans me ipſe, ſed pené refugiẽs. pro Dom. 216.a. Nonnulli illam rem ad illam rationem coniecturamq; reuocabant, qui, &c. Acad. 13.b. Simulatq; ſe ipſe cõmouit, ad ſeq; reuocauit. Ep. 107.b. Reuocare uires amiſſas. Tuſ. 156.a. Reuocare mentem à ſenſibus. Att. 46.b. Reuocare aliquem à turpi cõſilio. I.A. 241.a. Quis reuocante & receptui canente ſenatu properet dimicare? de Fin. 73.b. Reuocare omnia ad ſcientiam. de D. 138.b Hæc ratione explicari, & ad naturam reuocari facilé poſſunt. de Orat. 112.b. Non omnia quæcunq; loquimur, ad artem & ad præcepta ſunt reuocanda. pro Cec. 292.a. Ad incertum reuocari poſſeſsiones omnium. Offic. 69.a. Hoc ego nihil inutilius puto, cum ad ueritatem cœpi reuocare rationem. pro S.R. 37.a. In minimis rebus etiã negligentia in crimen mãdati iudiciumq; infamiæ reuocatur. Att. 275.a. Quod ſenatus non cenſuit, id arroganter non præiudico, neq; reuoco ad arbitrium meum. Q. Fr. 300.b. Teſtor omnes deos, me hac una uoce à morte eſſe reuocatum, quod, &c. pro Cluen. 20.a.b. Eam non filij dolor, non filiæ mœror à cupiditate reuocauit. Off. 27.b. Danda igitur opera eſt, ut etiam ſi aberrare ad alia cœperit, ad hæc reuocetur oratio. de Amic. 107.b. Aliquis omnia ad ſuam potentiam reuocans.

Reuolo, as. retro uolo. de N. 51.a. Dux ipſe, quia non habet ubi nitatur, reuolat.

Reuoluo, uis. conuoluo, contorqueo. de N. 47.a. Draco ſubter ſupraq; reuoluẽs ſeſe. de Or. 121.a. Omnia ab homine ad cõmunes generũ ſummas reuoluentur. Acad. 6.a Ita imprudens eò quò minimé uult, reuoluitur. de Orat. 120.b. Nec quotiens cauſa dicenda eſt, totiens ad eius cauſæ ſepoſita argumẽta reuolui nos oportet. de D. 111.a. Primùm eódem reuolueris, nam, &c. & Tuſ. 150.b. Reuolui eódem. ad Her. 11.a. Neq; eódem identidem reuoluamur. & At. 212.a. Reuoluor identidem in Tuſculanum.

Reus, rei. ille unde petitur, qui cauſam dicit, qui lege aliqua tenetur, maleficus, qui aliqua culpa tenetur erroris humani. pro Mur. 133.a. I.V. 127.b. Si quis abſentem Stheniũ rei capitalis reũ facere uellet. & pro Plan. 270.b. Cur is abs te reus nõ eſt factus? Ep. 223.b. Vt Socrus adoleſcentis rea ne fiat. de Or. 125.a. Reos autem appello, non eos modò qui arguuntur, ſed omnes quorum de re diſceptatur. & 138.a. Reos appello, quorũ res eſt. pro Syl. 182.b. Parens tum Catilinæ reo de pecunijs repetũdis fuit aduocatus. Antequam. 193.a. Non citatur reus audaciæ, uirtutis reus citatur. de Ar. 253.b. Clodius cum propinquis ſuis decidit, ne reos faceret. & 254.b. Laudare reum. pro



pro Seſt. 10.b. Cum equeſter ordo reus à conſulibus citaretur. pro Mil. 108.b. Reus Milonis lege Plotia fuit Clodius, quoad uixit. Q. Fr. 323.b. Facere aliquem reum de ambitu. & pro Cl. 38.a. Qui cauſam de ambitu dixerũt. In C. 103.a. Leges, quæ de ciuiũ reorum ſupplicio rogatæ ſunt. Att. 275.b. Alienæ igitur culpæ me reum facis. At. 64.b. Domitius à Memmio reus. I. V. 258.a. Referre aliquem abſentem in reos. & In A. 171.a. Abſens in reos relatus. pro Q. R. 52.a. Petitor.) (. Reus. In V. 62.b. & pro Mur. 135.a. Reus nocens. Ep. 100.b. Ego omnibus unde petitur hoc cõſilij dederim, ut, &c. & de Or. 98.b. Illi unde petitur, &c. pro Mil. 109.b. Milo reus ad populum accuſante P. Clodio. & 110.a. Milo reus eſt præclari facti. & 111.a. Tota deniq; rea citaretur Hetruria, &c. pro Deiot. 151.b. Hic ras totam cauſam ſuſcipit, & criminibus illis pro rege ſe ſupponit reum.

Rex, gis. dominus. Off. 41.a. Apud Medos, ut ait Herodotus, fruendæ iuſtitiæ cauſa uidentur olim bene morati reges conſtituti. pro Seſt. 16.a. Rex ſedes cum purpura et ſceptro, & illis inſignibus regijs, præconi publico ſubijcitur. Of. 68.b. Ecce tibi qui rex populi Romani dominuſq; omnium gentium eſſe cõcupierit. pro Pom. 8.b. Regũ afflictæ fortunæ facilé multorum opes alliciunt ad miſericordiam, ut regale ijs nomen magnum & ſanctum eſſe uideatur. Ep. 183.a. Non regno, ſed rege liberati uidemur: interfecto enim rege, regios omneis nutus intuemur. pro R.P. 127.a. Regum hæc ſunt imperia, animaduerte & dicto pare, & præter rogitatum ſi querare: & illæ minæ, ſi te ſecundo lumine hic offendero moriere. & At. 117.a. Cæſaris interdicta, ſi te ſecundo lumine hic offendero, reſpuentur. de Fin. 105.b. Rectius enim appellabitur rex, quàm Tarquinius, qui nec ſe nec ſuos regere potuit.

Rex ſacrorũ. qui rebus ſacris præeſt. de Ar. 246.a. L. Claudius rex ſacrorũ. et pro Dom. 220.b. Rex ſacrorum.

Rex ærarij. qui ærario cuſtodiendo præeſt. contra Rull.

Rhadamanthus, thi. iudex apud inferos. Tuſ. 150.a.

Rhamnuſius Antiphon orator. à Rhamno opp. Græciæ. de Cl. 168.b.

Rheda, dæ. genus uehiculi. In A. 271.b. Sequebatur rheda cum lenonibus. & pro Mil. 106.b. Obuius fit ei Clodius expeditus in equo, nulla rheda, nullis impedimentis. & ibi. Cùm Milo cum uxore ueheretur in rheda penulatus, &c. At. 77.a. Hanc epiſtolam dictaui ſedens in rheda. At. 89.a. Hic Vedius uenit mihi obuiam cum duobus eſſedis, & rheda equis iuncta.

Rhedarius, rij. pro Mil. 106.b. Aduerſi rhedarium occidunt.

Rhegyum, gyi. urbs Calabriæ. Ep. 198.b.

Rhegini. pop. In V. 205.

Rhenus, ni. flu. In P. 97.a. Rheni foſſa gurgitibus illis redundans.

Rhetor, ris. orator, dicendi artifex & doctor, qui dicendi præcepta tradit, rhetoricus doctor. de Or. 92.a. de Or. 91.b. Qui rhetores nominabantur, & qui dicẽdi præcepta tradunt. In A. 168.b. Rhetor magiſter declamandi. & de Inuen. 43.a. Vis & artificium rhetoris. de Cl. 168.a. Conceſſum eſt rhetoribus mentiri, & in hiſtorijs, ut, &c. Quin. Fr. 320.b. Cicero noſter dum ego adſum, non ceſſauit apud rhetorẽ. Quin. Fr. 323.b. Pæonius rhetor, homo, opinor ualde exercitatus & bonus. Item: Quæ poteſt turpitudinis eſſe tanta defenſio? cupio audire, ut uideam ubi rhetoris tanta merces, ubi campus Leontinus appareat, I. A. 179.b. Quaſi rhetor ille te diſertũ facere poſſet. de N. 26.a. Nam neq; indeſertum Academicum pertimuiſſem, neq; ſine philoſophia rhetorem quamuis eloquentem. Of. 26.b. Contentionis præcepta rhetorum ſunt, nulla ſermonis. de Fin. 67.b. Quaſi uerò perpetua oratio rhetorũ ſolum, non etiam philoſophorum ſit. & 68.a. Latius loquũtur rhetores, dialectici autem compreſsius. Or. 202.b. Sed & Græcè ab eloquendo rhetor, & latiné eloquens dictus eſt. & de N. 26.a. Rhetor eloquens. Or. 205.a. Hanc hypallagen rhetores, Metonymiam grammatici uocãt. Or. 200.b. Plato exagitator omnium rhetorum. de Or. 150.a. Corax & Pamphilus rhetores. de In. 63.a. Magnus & nobilis rhetor Iſocrates.

Rhetorica, cæ. ars rhetorica, rhetoris ars, uis oratoria, oratoris facultas, ratio dicendi, copia dicendi & commoditas orationis. ad Her. 1.a. de In. 43.a. Artificioſa eloquentia, quam rhetoricam uocant. de Fin. 68.a. Zeno omnem uim loquendi in duas partes tributã eſſe dicebat, rhetoricam palmæ, dialecticam pugno ſimilem eſſe, quòd latius loquerentur rhetores, dialectici autẽ compreſsius. & ibi. Dicamq; ſi potero rhetoricè, ſed hac rhetorica philoſophorũ, non noſtra illa forenſi, quàm neceſſe eſt cum populariter loquamur, eſſe interdũ paulo hebetiorẽ. de Fin. 107.b. Scripſit artem rhetoricam Cleanthes, Chryſippus etiam, ſed ſic, ut ſi quis obmuteſcere cõcupierit, nihil aliud legat. de Or. 148.a. Inuenti ſunt, qui hanc exercitationem dicendi exagitarent, ut Socrates, &c. de Or. 123.a. Ariſtoteles in quodam libro expoſuit dicẽdi artes omnium ſuperiorum. Part. 230.a. Omnis doctrina dicendi. de Or. 85.a. De omni ratione dicendi. & 102.a. Qui de dicendi ratione ſcripſerunt. de Fin. 90.b. Artes rhetorum totæ ſunt forenſes ac populares. de Fin. 108.b. Et ſi ingenijs magnis præditi quidam dicendi copiam ſine ratione conſequuntur, ars tamen eſt dux certior quàm natura.

Rhetorica, orum. Rhetor res, ſiue præcepta. de Fat. 140.b. Mihi rhetorica ueſtra ſat nota ſunt.

Rhetoricè. rhetorico more, copioſè, ſplendidè, ornatè. de Fin. 67.b. Rhetorice igitur num mauis, quàm dialecticè diſputare? Tuſcul. 204.a. At quàm rhetorice, quàm copioſe, quas ſententias colligit, quæ uerba contorquet? de Cl. 168.a. Rhetorice & tragicè ornare aliquid. et de Fin. 95.b. Poteſt id quidẽ fuſe & copioſe, & omnibus electiſsimis uerbis grauiſsimiſq; ſententijs rhetorice & augeri, et ornari.

Rhetoricoteros. magis rhetor, uel maior orator. de Or. 158.b. Craſſum habeo generum, ne rhetoricotero' tu ſis. Lucilij.

Rhetoricus, a, um. de Or. 96.a. Et noſtro more aliquãdo non rhetorico loquamur. & 92.a. Quæ arte ſua rhetorici illi doctores complecterentur. & de N. 59.b. Exercitationes rhetoricæ. de Or. 109.b. & Or. 198.a. Rhetorici quidam libri, quos tu agreſtes uocas.

Rhodanus, ni. flu. Ep. 149. 150.

Rhodos. Inſula. At. 21. Off. 62.

Rhodij. pop. de Off. 62. pro Pom. 14.a.

Rhopographia. uirgultorum ſtirpiumq; deſcriptio, qualis ad ripas amnium eſſe ſolet, uel natura, uel arte facta. I. Ripula.

Rhythmus. uide Numerus.

Rhythmici, corum. qui ſtudioſè numeros ligant, quos muſici canant ad lyram, & omnino Rhythmici ſunt poetæ lyrici. de Or. 160.b. Nec ſunt hæc rhythmicorũ aut muſicorum acerrima norma dirigenda.

Ricinium,nij.palij genus,ſiue ueſtimentum quadratum.de Leg.182.a.Extenuato ſumptu tribus ricinijs purpuræ,& decem tibicinibus,tollit etiam lamentationis. & 183.a.

Rictus,ctus.os,præſertim minax,& hians. In Ver. 222.a. Rictus ſimulacri Herculis & mentum paulo attritius.

Rideo,es.riſum edo uel facio.In V.161.b.Ridere conuiuæ,cachinnari ipſe Apronius.Epiſt.106.a. Vereris ne, &c.rideamus γέλωτα σαρδώνιον. prouerbium. At.314. a.& pro Q.16.a.Riſi niuem atram,teq; hilari animo eſſe & prompto ad iocandum ualde me iuuat.Ep.22.b.Dediſti nobis,quem ſemper ridere poſſemus.de Ar.245.a.Cũ riſeritis inpudentiam hominis,tum à me de tota concione audietis.de Fin.146.b.M.Craſſus, quem ſemel ait in uita riſiſſe Lucillius,& ea re ἀγέλαστον uocatum. Att.230.a De hæreſi Veſtoriana,et de Pherionum more Puteolano, riſiſſe me ſatis,nihil eſt neceſſe me reſcribere.

Ridiculè.facetè,perridiculum,iocò. I.V.234.b. Theomnaſtus quidam homo ridicule inſanus. & ad Her.25.b. Ridiculè facere. Ep.140.b.Dicere aliquid ridiculè. et de Or.106.a.Colligere multa non modò acutè,ſed etiam ridiculè ac facetè.

Ridiculum,li.iocus,facetiæ. de Or.135.a.Sæpe etiam ſententioſè ridicula dicuntur.Or.105.a. Altero utetur in iacendo mittendoq; ridiculo.& ibi. Vitabit etiam ridicula quæſita,nec ex tempore ficta,ſed domo allata,quæ plerũque ſunt frigida.Item ibi.Ridiculum ſubobſcœnũ. Off.27. a.Per ridiculum dicere aliquid.

Ridiculus,a,um.iocularis.At.7. b. Facie magis quàm facetijs ridiculus.de Or.128.b.Inueni ridicula et ſalſa multa Græcorum.pro Ar.187. a.Eſt ridiculum ad ea, quæ habemus nihil dicere,quærere quæ habere non poſſumus. In V.64.a.Ridiculum eſt putare,&c.

Rigeo,ges. conglatio,congelo. Tuſ. 162.b.Quod aut frigore rigeant,aut urantur calore.

Rigidus,a,um.durus,erectus,rudis. de Nat. 21.b.Ibes ſunt aues excelſæ,rigidis cruribus,procero roſtro. & de Cl.170.b.Canachi ſigna rigidiora ſunt, quàm ut imitentur ueritatem.

Rigo,as.reſpergo.de D.84.b.Quæ paruos Mauortis ſanguine natos,Vberibus grauidis uitali rore rigabat. ad Her.25.b.Iſti cum ſe fontes eſſe dicant, & omnium rigare debeant ingenia,non putat,&c.

Rima,mæ.hiatus.Att.225.b.Tabernæ mihi duæ corruerunt,reliquæ rimas agunt.Or.220.a. Neq; inferciens uerba quaſi rimas expleat.

Rimor,aris.ſcrutor,inquiro.de D.107.a. Sed tamen id quoq; rimatur,quantum poteſt,Poßidonius.

Rirgor,ris.l.Subringor.

Ripa,pæ.de N.45.b.Liquores perlucidi amnium, riparum ueſtitus uiridiſſimi.de Cl.194.b.Fluuium extra ripas diffluentem coercere.I.A.165.b.Si ille ad eam ripam, quam conſtituerat,non ad contrariam naui ſe applicuiſſet.de D.02.b.Eodem equo aduerſam aſcendit ripam. & ibi.Ad quandam magni fluminis ripam.de Cl.169.b.Cum plebs prope ripam Anienis conſediſſet. de Leg.159.a.In uiridi & opaca ripa inambulare. pro Mil.115.b.Ripa lacus.

Ripula,læ.ripa.At.246.b.Hæc ρωπογραφία ripulæ, uidetur habitura celerem ſatietatem.l.Rhopographia.

Riſus,ſus.At.93.b.In quo tamẽ ille mihi riſum magis quàm ſtomachum mouere ſolet.de Or.130.b.Quo pacto concitetur riſus,quomodo exiſtat,atq; ita repentè erumpat,uiderit Democritus.& ibi.de riſu.I.A.174.a.Qui riſus hominum de te erat?tantam eſſe tabellam,&c. In A. 258.b.Lætitiæ riſus ſatis maximæ præclariſſimæq; pugnæ.In V.205.b.Riſus populi atq; admurmuratio omnium facta eſt.Ep.119.a.Poſt repulſam uerò riſus facit,ciuem bonum ludit,& contra Cæſarem ſententias dicit. Q.Frat. 311.b.In tabulam magni riſus conſequebantur. Ep.59.b. Viſa eſt oratio non iniucunda,& mediocris quidam riſus eſt conſecutus. de Cl.192.b. Equidem in quibuſdam riſum uix tenebam.& In V.161.a.Tenere riſum. Q.Fr.312.b. Memini miros riſus nos edere.Ep.106.b. Ridere γέλωτα σαρδώνιον.Tuſ.178.b.Captare riſum.

Ritè.rectè.de Vn.200.b.de N.12.a.Hunc deũ ritè beatum dixerimus,ueſtrum uero laborioſiſſimum. & 38.b. Quorum animi cum æternitate fruerẽtur, dij ritè ſunt habiti.de Fin.72.b.Quæ poteſt appellari rite ſapiẽtia.de D. 84.b.Veteres rite deos coluerunt.de Ar.249.a.Si Aedilis uerbo aberrauit,ludi non ſunt rite facti. pro Dõ.240. a.Is nihil rite,nihil caſtè,nihil more inſtitutoq; perfecit. ad Her.5.a.Teſtamentum ipſo præſente conſcribũt, teſtes rite affuerunt.de Leg.160.b.Ratio cum perfecta eſt, nominatur rite ſapientia.

Ritualis,le.de D.95.b.Rituales libri, hij erant Etruſcorum de ritibus & diſciplina ciuitatis.

Ritus, tus. mos, conſuetudo rata & firma. de Leg. 178.a.Deinceps in lege eſt,ut de ritibus patrijs colantur optimi.& 174.a.Ex ritibus patrijs optima colunto. de 66.b.Certæ tempeſtates populi Rom. ritibus conſecratæ ſunt.pro Dom. 240. a. Quibusnám uerbis,aut quo ritu eius domum conſecrares.de Am.102.a. Qui pecudum ritu omnia ad uoluptatem referunt.& In A.172.a. Erat ei uiuendum latronum ritu.de Leg.173.b. Quoq; modo & ritu fiant diſcunto.de Leg.175.a.Ritus familiæ patrumq; ſeruari.

Riualis,lis.æmulus,quaſi competitor. Q.Frat.327.a. Pompeius quàm ſe ipſe amans ſine riuali.pro Cl.31.b.Petere ædilitatem cum hominibus nobiliſſimis.

Riualitas,tis.Tuſc.221.b.Aemulatio,quæ riualitati ſimilis eſt.

Riuulus,li.de Or.119.a.& pro Cæl.41.b.

Riuus,ui.Top.223.b.Riuorum à fonte deductio.& de Fat.141.a.pro Cæl.41.a.Vt riuulus accerſitus & ductus ab ipſo capite.

Rixa,xæ.lis,turba,iurgium.In V.234.b. Ecce autem noua turba atq; rixa.pro Cec.287.b.Defenſor nimiũ litigioſus,concitus ad rixam.Ep.140.a.Academiæ noſtræ cũ eo magna rixa eſt.

Rixor,aris.iurgio contendo. de Or.131.a.Cum eſſet cum ea Tarracinæ de amicula rixatus.

Roboro,as.corroboro,confirmo,ſancio. Or. 201.a. Eloquentia educata nutrimentis epidictici generis,ipſa ſe poſtea colorat & roborat.Off.23.a.Cato grauitatem ſuã perpetua autoritate roborauit. & Ep. 187.b.Vt hæc autoritate tua roborarentur.

Robur,oris.quercus, ſiue duriſſimum lignum,firmitas,firmamentum,nerui.de D.127.a.In robore inſculptas fuiſſe priſcarum literarum notas. & b.Quis robur illud cecìdit,dolauit,inſcripſit.pro Pom.5.b. Altera pars, quæ multo plus firmamẽti ac roboris habebat. de D.132.a. Exercitus Cæſaris multum roboris habebat propter uetuſtatẽ.pro Dõ.226.b.Cũ iam à firmiſſimo robore copiarũ ſuarũ relictus eſſet.de Ar.248.a.Nec robore Gallos,nec calliditate



Pœnos ſuperauimus.pro Cæl.53.a.Cum autẽ paulum iam roboris acceſſiſſet ætati,in Africam profectus eſt. pro Cl 50.a.Cn.Tintinnius C.Mecœnas, illa robora populi Rom.pro Mur.137.b.Venio nunc ad Catonem,quod eſt firmamentum ac robur totius accuſationis.de Fin.127 a.Dummodo plus in uirtute teneamus firmitatis & roboris.pro Mur.142.a.Lacedæmonij qui quotidianis epulis in robore accumbunt.At.95.a. Auxilia ſanè bona Galata rum (hæc enim ſunt noſtra robora.)Orat.200.a. Verſaris in optimorum ciuium uel flore uel robore. pro Font. 297.b.Equites tantum habuerunt animi, tantum roboris,ut,&c.de Or.140.a.Virtutes quæ in animi magnitudine & robore poſitæ ſunt. & Tuſc.169.a. In animi robore,& magnitudine.Epiſt.78.a. Quantum in cuiuſque animo roboris eſt & neruorum.Epiſt.165.a. Nam & robur,& ſoboles militum interijt.contra Rul.85.b. Si paulum aſſumpſerint uetuſtatis ac roboris,non continebuntur.pro S.R.43.b.Meſſala,qui ſi iam ſatis ætatis ac roboris haberet ipſe pro S.Roſcio diceret.I.A.227.b.Alter uirtutis robore firmior quàm ætatis,cũ his profectus eſt.pro Mil.121.a.Milo eſt incredibili quodã robore animi ſeptus Of.4.a. Animi excelſi atq; inuicti magnitudo ac robur.

Robuſtus,a,um.fortis,ualens,potẽs,neruoſus,habens firmamentum & robur,multũ uel ſatis uiriũ habẽs,maximis corporis uiribus,lacertoſus.cõtra Rul.83.b.Robuſtus & ualens,& audax ſatelles.& I.C.108.b.Homo ætate cõfectus,exercitatione robuſtus.pro Pl.263.a.Non enim tribum tarentinam,ſed ſolidam & robuſtam, & aſſiduam frequentiam præbuerunt.pro Cæl.38.b.Vellem aliquis ex uobis robuſtioribus hunc maledicendi locum ſuſcepiſſet.I. A.172.a.Sed hæc quæ robuſtioris improbitatis ſunt omittamus.I.A.200.b. Malum inueteratum fit plerunq; robuſtius.de D.87.b.Res uetuſtate robuſtas calumniando uelle peruertere.Tuſ.220.a.Robuſta illa & ſtabilis fortitudo.I.V.62.a.In clamando uideo eum eſſe bene robuſtum. pro Syl.176.a.Nondum ſtatuo te ſatis uirium habere,ut, &c.& ibi.Quod ſi eſſes uſu atq; ætate robuſtior, eſſem, &c.At.135.b. Quanto & honor hic illo eſt amplior,eſt ipſe robuſtior.de Ar.253.b.Deinde iam robuſtus, &c. id eſt,grandior factus.& Off.14.a.Robuſtus animus. In A. 203.a.Cn.Pompeius ætate robuſtior.

Rodo,dis.corrodo,derodo,exedo.de D.120.b.Quaſi uerò quicquam interſit,mures noctem et diem aliquid rodentes,ſcuta an cribra corroſerint. & ibi. Quod clypeos Lanuuij mures roſiſſent. pro Cor. 67.a. Qui aliquem in cõuiuijs rodunt,in circulis uellicant,ubiq; carpunt.

Rogatio,onis.rogatus,obteſtatio,preces. Q.Fr. 319. b.Ego Curtium rogatione tua diligo.de Or.162.a. Rogatio & huic finitima percontatio.

Rogatio.lex eſt de quibuſdam,non omnibus,ſic dicta, quòd rogãdo pop.feratur.de Cl.172.b. T. Libo trib.pleb. rogationem in Galbam priuilegij ſimilem tulit. & pro Cor.61.b.Rogatio,quæ de Pompeio à Gellio lata eſt. pro Syl.179.b.Sylla illam rogationem de ſe ferri non uult.pro Cl.47.a.Diſſuaſio rogationis eius quæ contra coloniam Narbonenſem ferebatur.Poſt.200.a.Tribunitijs illi rogationibus ſunt reſtituti.pro Dom. 223.a.Si retulit falſum S. C.tum eſt rogatio,ſi nõ retulit,nulla eſt.pro Seſt.8.a. Promulgatur ab eodem rogatio de mea pernicie.& Att. 40. et 8.a.Promulgare rogationem.de Or.126.b. Tribuni ex templo pulſi,cum rogationi intercedere uellent. Q.Frat. 307.b.Perferre rogationem.

Rogatiuncula,læ.rogatio legis, per contemptum ſic appellata.pro Dom.223.b.

Rogatiuncula.interrogatiuncula.de Fin.57.a.Chryſippus quadam rogatiuncula delectatus,&c.

Rogator,oris.de N.28.a.Aruſpices reſponderunt,nõ iuſtum fuiſſe comitiorum rogatorem. & de D. 87.b.& 124.a.Qui rogator centuriæ fuiſſet.I.P.87.a.Vos rogatores,uos diributores,uos cuſtodes fuiſtis tabularum. Poſt. 210.a.Quando tot rogatores,&c. At.263.a.Quanquam hæc epiſtola non ſuaſoris eſt,ſed rogatoris.

Rogatum,ti.pro Flac.148.a.Is nunquam mihi ad rogatum reſpondet,& accuſatori pluſquam ad rogatum reſpondet.

Rogatus,tus.oratus.de Nat.5.a.Ad eum ipſius rogatu accerſituq; ueneram. & de Am. 96.a. Vt prodeſſem multis tuo rogatu.& Epiſt.95.b.Rogatu eorum,qui,etc. & 219.a.Rogatu meo impetrauit.Att.5.a.Et ego eius rogatu rogo.

Rogaſſint.pro rogauerint:id eſt,ſtatuerint.de L.185. b.Quod Tribuni plebem rogaſſint,ratum eſto.

Rogo,as.oro,precor,precario precor, quæſo, deprecor,obſecro,obteſtor,quæro,appello. Antequam. 197.b. Illud à uobis peto & rogo,ut,&c.& Tuſ.226.b. Aut rogandi ſunt,orandiq;,ut,&c.I.V.91.a.Rogat et orat, etc. I.V.55.b.Rogare & orare ne illos ſupplices aſpernarer. I.V.202.b.Profectò hinc natum eſt,malo emere quàm rogare.prouerbium.I.V.247.b.Quo tempore etiam ſi precario eſſent rogandi,tamen ab ijs impetraretur. I.V.214. b.Iſte petit à rege,& eum pluribus uerbis rogat,uti, &c. & 64.b.Ille ab Sardis rogatus ad cauſam acceſſerat. Ep. 37.a.Nihil addidi,niſi quod publicani me rogarunt. pro Flac.151.b.Te oro & obteſtor,ut,&c.Ep.49.a. Cæſar dixit, ſe ſenatui roganti de Marcello ne hominis quidem cauſa negaturum. Att.183.a. Cæſar ne rogari quidem ſe paſſus de illo.Off.60.b. Mos rogandi iudicis, quæ ſalua fide facere poßit.ad Her.25.b.Sed huius exemplũ aliunde rogabò,tibiq; oſtendam.Tuſ.151.b.Si te rogauero, nónne reſpondebis?& 246.a. & de Fin.144.a.Quid me iſtud rogas,inquam?Stoicos roga.& Or.197.a. Quod quoniã me ſæpius rogas,etc.de Or.162.b.Demoſthenes cũ rogaretur,quid in dicendo eſſet primũ,reſpondit,etc.I.V.31.a. Tum reſpondeto ad ea,quæ de te ipſe rogaro. I.V.203.b. Tametſi rogatus de Cymbea,tenetis memoria quid reſpõderit. At.7.b. Primũ ſcito me non eſſe rogatum ſententiã. Poſt.208.a.Quem in ſenatu tertio loco ſententiã rogaris. & Q.Fr.306.b.Racilius de priuatis me primũ ſentẽtiam rogauit. Att.151.a. Cæſar uolet,ut Coß.roget prætor,uel dictatorẽ dicat.Ep.202.a. Nunc à te illud primũ rogabo, ne quid facias,etc. At.229.a.Meo iure te hoc beneficiũ rogo. At. 163. a. Mi Plance rogo te atq; etiã oro,ſic medius fidius,ut,etc. At.286.b.Nos hi ſumus, de quorũ ſalute unus homo rogandus uideatur.Q.Fr.302.a. Hoc te ita rogo,ut maiore ſtudio rogare nõ poßim.Q.Fr.318.b. Taurũ de aqua per fundũ ducenda rogabo.et 325.b. Quod me de faciẽdis uerſibus rogas,incredibile eſt,etc. de Am. 108. b.Neq; rogemus res turpes,neq; faciamus rogati.

Rogare.eſt cum populo agere de ferenda rogatione, uel lege,uel Rogare,eſt legẽ ferre. At.50.b.Cũ lex abrogatur,illud ipſum rogatur,quomodo eã abrogari oporteat. pro Seſt. 15. a. Illo die mihi pernicies,Gabinio & Piſoni prouincia rogata eſt.I.C.103.a.Leges, quæ de ciuiũ reorũ ſupplicio rogatæ ſunt. & pro Dõ. 223. a.Hæc lex iure rogata eſt.pro Cec.303.b.Si quid ius non eſſet rogari,eius ea lege nihilum rogatum.pro Flac.152.a.Nos hic in mare ſuperum

ſuperum & inferum ſeſtertiûm ter & quadragies rogauimus. At. 9.b. De modô rogandi.

Rogus,gi.lignorum ſtrues,ad cadauera cremanda cõparata. de L.182.a.Hoc plus,inquit,ne facito rogũ, aſcia ne polito. de D.90.a.Calanus Indus,cum aſcenderet in rogum ardentem,inquit,&c. de N.77.a. Dionyſius in tympanidis,rogum illatus eſt. pro Q.18.b. Eum exiſtimatio bona uſq; ad rogum proſequatur. de Fin.106.a. Vſq; ad illum à Cyro extructum rogum. Tuſ.166.a. Metellum multi filij,filiæ,nepotes, neptes in rogum impoſuerunt.

Roma,mæ.contra Rul.85.a.Roma in montibus poſita & conuallibus,cœnaculis ſublata atq; ſuſpenſa. Antequam.196.b.Princeps omnium terrarum ciuitas. & ibid. Illuſtriſsimum orbis terrarum monumentum. de D.102.b. Certabant,urbem,Romam Remam ne uocarent.

Romanus,a,um. de Or.146.b. Suauitas ſermonis Atticorum & Romanorum propria.

Romulia tribus. contra Rul.81.b.

Romulus,li.Quirinus. In C.111.a.Romulum, qui hãc urbem condidit,ad deos immortales beneuolentia famáq; ſuſtulimus. de Leg.156.b.Romulus poſt exceſſum ſuum dixit Proculo Iulio,ſe deum eſſe,& Quirinum uocari,templumq; ſibi dedicari. I.C.115.a. Romulus, quem inauratũ in Capitolio paruum atq; lactentem,uberibus lupinis inhiantem fuiſſe meminiſtis. Off.60.b. Peccauit igitur, pace uel Quirini uel Romuli dixerim. de D. 102. b. Romulus augur. & ibi. Romulus pulcher.

Rorans,tis. de Sen.86.b. Pocula ut in Sympoſio Xenophontis minuta atq; rorantia.

Ros,roris.humor ille qui ſereno cœlo noctibus fluit. de D. 83.a. Cum primum gelidos rores aurora remittit, Quæ paruos Mauortis ſanguine natos. de D.84.b. Vberibus grauidis uitali rore rigabat.

Roſa,ſæ. I.V.241.a. Puluinus perlucidus melitenſi roſa farus. Tuſ.242.b. An tu me in uiola putas, aut in roſa dicere? & 199.b. Sertis redimiri & roſa.

Roſcius,ſcij.hiſtrio nobilis.)(.Statilius. pro Q.R.50.a. de Or.95.b. Roſcius hoc iamdiu eſt aſſecutus, ut in quo quiſq; artificio excelleret,is in ſuo genere Roſcius diceretur. de Cl.192.a. & de Or.95.a. Roſcium eſſe in ſcena. de Or.107.b. Noluit,inquiunt, hodie agere Roſcius,aut crudior fuit. & de L.158.a. de Roſcio.

Roſia, iæ.opp.Italiæ. Attic.62.b. Roſiæ uixi cum Axio,&c.

Roſtratus,a,um. de In.74.b. Roſtrata nauis.

Roſtrum,ſtri.os,os auis, deinde etiam aliorum quorundam animalium,& rerum.l.Fruſtrum. de N.21.b. Ibes aues excelſæ,rigidis cruribus,corneo proceroq; roſtro. et 50.a. Vnguium tenacitas,aduncitas roſtrorum. de D. 85. a. & 118.b. Sus roſtro humi A literam impreſsit. de N.50 b. Roſtrum in camelis. & I.A.388.b. Roſtrum canis. de L. 170.a. Hoc quaſi roſtro finditur Fibrenus.

Roſtra.templum,ſiue forum Romæ,ante curiam Hoſtiliam,in quo erat ſuggeſtum roſtris nauium captarum ornatum,ubi oratores conciones ad pop. habere conſuerant. At.283.b. Lepido ſtatuam in roſtris ſtatuimus. In V. 34.a. Cum Vectius perorasſet,deſcendiſſetq; de roſtris. I. P.80.b. Semper in roſtris curiã,in ſenatu populũ defendi.

Rota,tæ.orbis. In P.84.a. In quo ne tum quidem fortunæ rotam pertimeſcebat. In Arat. Hunc tangit rota feruida ſolis.

Rota.crux,patibulum. Tuſc. 233. a. In rotam beatam uitam non aſcendere.



Rotundè.concinnè,explicatè. de Fin. 107.b. Iſta ipſa quæ tu breuiter,regem dictatorem,diuitem ſolum eſſe ſapientem,à te quidem aptè & rotundè.

Rotundo,das.rotundum facio. de Vn.201.b. Cumq; ſimilem uniuerſitatis naturæ efficere uellet, ad uolubilitatem rotundauit.

Rotundus,a,um.globoſus,conglobata figura. de Nat. 61.b. Forma rotũda ullam negat eſſe pulchriorem Plato. & 49.b. Sunt enim rotunda,quibus formis minimè noceri poteſt. de Som.128.a. Stellæ globoſæ & rotũdæ. de Vn. 198.a. Deus mundum ea forma figurauit, qua una omnes reliquæ formæ concluduntur: & globoſus eſt fabricatus, quod σφαιροειδὲς Græci uocant, cuius omnis extremitas paribus à medio radijs attingitur,idq; ita tornauit, ut nihil fieri poſsit rotundius. de N. 35. a. Volubilis & rotundus deus. & de Or.159.b. Cœlum rotundum eſſe. Tuſ.242 a. Medius mundi locus,qui eſt idem infimus in rotundo. de Fin.72.b. Quadratum rotundum. de Cl.190. a. Verborũ apta & quaſi rotunda conſtructio. Or. 100. b. Thucydides perfectior,nec ſatis,ut ita dicam,rotundus.

Rubeo,bes.erubeſco,pudet. In V.146.a. Hærere homo,auerſari,rubere. ad At.240.a. Rubeo,mihi crede: ſed iam ſcripſeram,delere nolui.

Ruber,a,um. de Nat.20.b. Rubrum mare. ad Her.39. b. Hunc dico rubrum,breuem,incuruum, canum, ſubcriſpum,cæſium.rubrum: id eſt, ruſſum, quem ruffum alij uocant.

Rubicon,onis. I.A.206.b. Vt exercitum citra flumen Rubiconem,qui finis eſt Galliæ,educeret.

Rubor,oris. Tuſc.212.a. Ex quo fit, ut pudorem rubor conſequatur. de Nat.16.a. & ad Her. 27.a. Ille fuſus & candore mixtus rubor. Or.204.a. Fucati medicamenta candoris & ruboris omnia repellentur. de Orat.131.a. Præſtare ingenuitatem & ruborem ſuum uerborum obſcœnitate uitanda.

Rubrica,cæ.terra rubra. ad Heren.23.a. Rubrica delibutus.

Ructo,as.cruditatem exhalo. I.A.172.b. Cui ructare turpe eſſet, is uomuit. Tuſ.247.b. Confer ſudantes, ructantes,refertos epulis tanquam opimos boues. Ep.198.b. Ructans & nauſeans.

Ructus,ctus.cruditatis exhalatio, & ructus oris eſt, crepitus uentris. Ep.141.a. Stoici crepitus aiunt, æquè liberos ac ructus eſſe oportere.

Rudens,tis. de D.106.b. Sed eſt quaſi rudentis explicatio. & Tuſ.236.a. & Ep.112.b. Hic tibi clamor tonitruum,& rudentum ſibilus.

Rudere. quod aſinorum eſt nominatione factum. ad Her.33.b.

Rudimentum.ti. In Sall.272. a. Qui ne incipiens quidem peccare,minimis rebus poſuit rudimentum. In Sall. 273.a. An ulla alia putas eſſe rudimenta & incunabula uirtutis?

Rudis,de.imperitus,indoctus,impolitus,ignarus,inſcius,tyro,hebes,tardus,pinguis,ſtupidus,bardus. I.V.112 a. Tametſi Verres non prouinciæ rudis erat & tyro. & 126.a. Nos qui rudes harum rerum ſumus. & Ac. 1. b. Rudis rei militaris. pro Cor.64.b. C. Marius non rudis exemplorum. & pro Flac.149.b. Homines imperiti,rerum omnium rudes ignariq;. pro Seſt.13.b.a. Tam eram rudis? tam ignarus rerum? tam expers conſilij aut ingenij, &c? de Or.103.b. Orator nulla in re tyro ac rudis,nec peregrinus atq; hoſpes eſſe debet. I.A.208.b. & pro Mar.134.b.

Ignarus



Ignarus & rudis in rep. Ep.45.b. Rudis eſſe uidebar in cauſa. de Or.106.b. In communi uita non eſſe hebetem neque rudem. de Or.87.b. Sermo facetus & nulla in re rudis. de N.61.a. Rudem me diſcipulum atq; integrum accipe. Genus hominum rude,hebes,& impolitum.l. Impolitus. de Or.160.a. Rudis & indocta oratio. de Or. 85.a. Quæ pueris nobis inchoata & rudia exciderunt. de Clar. 191.b. Forma ingenij admodum impolita & planè rudis. de Or.88.b. C.Carbo ignarus legum,hæſitans,rudis in iure ciuili. de Or.99.a. In minoribus nauigijs rudem eſſe ſe confiteri. pro Pl.273.a. Has orationes ego ſcripſi rudis & ferus. de D.129.b. Epicurus hebes ac rudis. Q.Frat.313.a. Villa aperta ac ne rudis quidem etiam nunc. Poſt.207.a. Homo ſine ſenſu,ſine ſaporè,elinguis,tardus.

Rudis,dis.uirga,qua donabantur,qui uacationem ab aliquo munere accipiebant. Hinc pro uacatione ipſa ſumitur. I.A.174.b. Tam bonus gladiator rudem tam citò accepiſti. Oct.331.a. Qui ueteres gladiatores reliquias ludi Cæſaris ad rudem compuliſſet.

Rudius homo.id eſt,Ennius à Rudijs oppido,quæ fuit Ennij patria. pro Arch.190.a.

Ruga,gæ.ſunt cum cutis in ſenectute contrahitur. de Sen.90.a. Non cani,non rugæ repentè autoritatẽ afferre poſſunt. Poſt.207.b. Hic uos rugis ſupercilioq; decepit.

Ruina,næ.caſus,tempeſtas,procella,pernicies. de Or. 141.a. Hoc interim ſpacio conclaue illud concidit, ea ruina oppreſſus Scopas cum ſuis interijt. & de D.112. b. Ruina igitur oppreſſus eſſet. de D.116.b. Dij habitantes tanquam inter duos lucos,ſic inter duos mundos propter metum ruinarum. I.C.100.a. Prætermitto ruinas fortunarũ tuarum. & At.184.b. Quas omnes impendêre tibi proximis idibus ſenties. Itẽ: Magna ruina impendet. de Fin.144 a. Vtinam quidem id dicerent,iam ruinas uideres. pro Cl. 37.b. Non fuit illud iudicium,&c. ſed uis,ut ſæpe dixi,ruina atq; tempeſtas. de Leg.163.b. Si Academia inuaſerit in has rationes,nimias ruinas edet.

Ruinoſus,a,um.quod ruinam minatur. Off.62. b. Aedes malè materiatæ, ruinoſæ.)(.Domus bene & ratione ædificata.

Ruminatio,onis.recordatio. At.29.b. Ruminatio quotidiana.

Rumor,oris.fama. Ep.127.a. Ex Aſia nihil perfertur ad nos præter rumores de oppreſſo Dolobella, ſatis illos quidem conſtantes,ſed adhuc ſine autore. & 253.b. Rumores triſtiores,ſed ἀδέσποτοι. Ep.9.b. Rem te ualde bene geſsiſſe rumor erat. & 22.a. Perferret multa etiam ipſe rumor. pro Mur.132.b. Totam opinionem parua nonnunquam commutat aura rumoris. de N.62.a. Rumoribus,inquit,mecum pugnas,ego autem à te rationes requiro. pro Deiot.148.a. Graues rumores ſparſi ſunt. & ibi. At miſit qui rumores Africanos exciperent, & celeriter ad ſe referrent. At.253.b. Sed tamen rumoris neſcio quid afflauerat. I.P.91.b. Inanẽ rumorem aucupari. I.A.260.a. Rumorib. improbiſsimis diſsipatis. et Ep.127.a. Rumor rauus. Q.Fr.327.b. Rumor dictatoris iniucundus bonis.

Rumpo,pis.diſſoluo,diſcindo. In C.119.b. Cæſar adiungit grauem pœnam municipibus,ſi quis eorum uincula ruperit. & Tuſc.164.a. Nec tamen illa uincula carceris ruperit. In Vat.31.a. Vt aliquando iſta quæ ſunt inflata rumpantur. & de Diuin.115. a. Inflatas rumpi uerſiculas. pro Cor.57.a. Fœdera negligere,uiolare, rumpere. & ad Her.28.a. Rumpere fœdera. de Or.107.a. Conſtat agnoſcendo rumpi teſtamẽtum. Quin.Fr.328.a. Ego



his malis reip. quibus antea rumpebar, nunc ne moueor quidem.

Rumuſculus,li.leuis rumor. pro Cl.39.a. & de L.191 a. Imperitorum hominum rumuſculos aucupari.

Ruo,is.ruinam edo,præcipito, præceps agor uel feror. pro Pom.7.b. Ruere illa non poſſunt, ut hæc non eodẽ labefactata motu concidant. pro Mar.133. a. Vt ſine ulla ſpe ad interitum ruerem uoluntarium. Att.106.a. Ego bonos uiros ſequar,etiam ſi ruent. & 115.a. At illum ruere nunciant,iamiamq; adeſſe. pro Dom.241.b. In agendo ruere,& ſæpe peccare. de Fin.131.a. Quidam in mala ſcientes ruunt. de Fin.56.a. At id ne feræ quidem faciunt, ut ita ruant atq; turbentur,ut,&c.

Ruptus,a,um.irritus. de Or.99.a. Teſtamentum ruptum aut ratum.

Rurſum,& rurſus.denuò,iterum. pro Mur. 127.b. Quo loco ſi tibi ſumis,&c. facis ut rurſus plebs in Auentinum ſeuocanda uideatur. Attic. 117.a. Rurſus autem, &c. denique,&c. de Clar.168.b. Rem laudando augere. )(.Vituperando rurſus affligere: id eſt,contra. de Or.94. a. & Tuſ.158.a. Neq; rurſum eam totam,ſicut pleriq; fecit,repudiaui.

Rus,ris.locus extra urbem,ubi agri ſunt & uillæ,idcirco pro uilla capitur. pro Cl.47.a. Forte euenit, ut ruri in Priuernati eſſemus. & Off.74.a. Pater filium ab hominibus relegauit,& ruri habitare dixit. At.220.b. Atticam rure eſſe arbitror. Ep.76.b. Cum Tullius rure redierit,mittam eum ad te. pro S.R.40.b. Habet animi cauſa rus amœnum & ſuburbanum. Tuſ.248.a. Nec tam multa et raro uident cum in ſua rura uenerint. de Or.110.b. Rus ex urbe tanquam ex uinculis euolare. Inuiſere res ruſticas delectationis cauſa.l.Ruſticus. At.241.a. Rure iam redieram,quæris an ego,cum omnes caleant, ignauiter aliquid faciam? Off.52.b. Et ob eam cauſam urbe relicta rura peragrantes,ſæpe ſoli ſumus.

Ruſſus,a,um.ruber. de D. 120.a. Galli gallinacei,ut ait Ennius,fauent faucibus ruſsis,cantu plauſuq; premunt alas.

Ruſticanus,a,ũ.ruſticus. I.V.102.a. & 242.b. & At. 131.b. Homines ruſticani ex municipijs. & de Or. 105.b. Ruſticanus quidam,&c. Tuſ.186.b. C. Marius ruſticanus uir,ſed planè uir. pro S.R.25.b. Tamen ne hæc attenta & ruſticana uita,relegatio appellabitur?

Ruſticatio,onis. de Am. 115.b. Peregrinationes, ruſticationeſq;.

Ruſticatus,tus.ruſticatio. At.185.b. In ruſticatu garrire & ſcribere.

Ruſticè.importunè,duriter,inurbanè. Off.60. a. & At.198.a. Vrgent ruſtice ſanè,negant enim,&c.

Ruſticor, aris. ruri habito. de Orat. 110.a. & pro Arch.189.a. Lælius ſemper ferè cum Scipione ſolitus erat ruſticari.

Ruſticulus,li. pro Seſt.21.a.

Ruſticus,a,um.ruſticanus,agreſtis,inurbanus,inſuauium morum,difficilis.)(.Vrbanus. de Fin.80.b. de N.62. a. P. Vacienus homo ruſticus. & pro Seſt.23. a. Sunt municipales ruſticiq; Romani. I.A.129. b. Homines ruſtici & agreſtes. pro S.R.30. b. Vita ruſtica parſimoniæ magiſtra eſt. & 26.a. Vita ruſtica honeſtiſsima atque ſuauiſsima. Orat.204.b. Sermo non modò urbanorum,ſed etiam ruſticorum. Item: In ruſticis moribus,in uictu arido,in hac horrida incultaq; uita eiuſmodi maleficia non gignuntur. de Orat. 146. b. Ruſtica uox & agreſtis. & Ruſtica

aſperitas.

aſperitas.de Orat.90.b.Nicander Colophonius poeta,de rebus ruſticis ſcripſit.de Or. 106.b. Res ruſticas uel fructus cauſa,uel delectationis inuiſere.pro S.R.42.b.Homo imperitus morum,agricola & ruſticus.

Ruta,tæ.herba amara,& contra uenena ualens.l.Puleium.

Rutula.ruta.l.Menta.

Rutuli.pop.de Or.158.b.Nos ſumus Romani,qui fuimus Rutuli.Ennij.

Rutilus,a,um.coruſcus.de Som.128.b.Rutilus horribiliſq; Mars.& In Ar.Rutilum lumen.

Rutacæſa,ea ſunt quæ ſine ulla demolitione domus auferri poſſunt,ut lapides,ligna,ſubſellia,lecticæ, capſæ feramenta,reliquaq; ſuppellex.

Ruta, rutorum. de Or. 129. b.Dicet te cum ædes uenderes,ne in rutis quidem & cæſis ſoliũ tibi paternum recepiſſe. Part.239.b.Cum quæritur,quæ ſunt ruta cæſa. & Top.229.b.Rutis cæſis receptis in uenditione.

## S SA

S De N.47.a.Toru' draco ſerpit,&c. Or. 211. a. Magnu' leo tremulam quatiens è corpore flammam,Multi' modis, uas' argenteis, palm' & crinibus tecti fractis. Or.212.a.Qui eſt omnibus princeps,non omnibus princeps.

Sabazius deus.id eſt,Dionyſus,ſeu Bacchus. de L.177. a.l.Abazea.

Sabini.pop.Off.8.& In Vat.36.& pro Corn.61.

Sabinus,na.pro Corn.61.a.Fœdus Sabinum.

Saccus,ci.In V.95.b.Cum iſte coria,cilicia,ſaccos imperaret.

Sacellum,l.cella,templum priuatum. contra Rul.73. b.Sunt loca publica urbis,ſunt ſacella. & de D. 101.b.Ea exiuit in quoddam ſacellum,hominis capiendi cauſa.

Sacer, a, um. religioſus, conſecratus,habens religionem.)(.Profanus.In V.200.b.pro Dom.219.b. Arrogãs eſt de religione,de rebus diuinis,cerimonijſq; ſacris pontifices docere conari.Ep.208.b.Sarta tecta ædium ſacrarum locorumq; communium tueri.de In.50.b. Locus ſacer.)(.Locus profanus.de Leg.190.b.Signa ſacra & religioſa. de Clar. 169.a.Cum plebs montem Auentinum, qui Sacer appellatus eſt, occupauiſſet. pro Dom.220.b. Itaq; populus Romanus breui tempore neq; regem ſacrorum,neq; flamines,neq; ſalios habebit.contra Rul. 69.b. Quod per populum creari fas non erat,propter religionem ſacrorum.pro Dom.220.b.Ne quid de ſacrorum religione minuatur.& pro Flac.160.b.Iſtorum religio ſacrorum.pro Font.284.a.Qui cum omnium ſacris delubriſq; bella geſſerunt.pro Dom.234.b.Qui & ſacra priuata coluerunt,& publicis ſacrificijs præfuerunt.de Leg. 174.a.Sacrum ſacróue commendatum,qui clepſerit, rapſeritq;,parricida eſto.Item:Sacra priuata, ſacra gentilitia. pro Dom. 220. a. Quid ſacra Clodiæ gentis intereunt? pro Dom. 220. a. Nec amiſsis ſacris paternis in hæc adoptiua ueniſti.de Aruſp.251.b.Ne quis te ſacra illa tua facientem uidere poßit. Orat.210. a. Quibus uerbis ſacrorum alienatio fiat.de Leg.173.b.Sacrum committere,& ſacrum commiſſum expiare.l.Commiſſum.

Sacerdos,tis.miniſter publicus dei, ſanctißimo ſacerdotio præditus,qui uel quæ ſacris præeſt, antiſtes fani. In Ver.134.a.Cephaledi menſis eſt certus,quo menſe ſacerdotem maximum creari oportet.& 223.b.Sacerdotes Cereris atq; illius fani antiſtites,probatæ mulieres.pro Fon. 284.a.Virgo ſacerdos Veſtæ.In Ver.226.a.Præſto mihi ſacerdotes cum infulis & uerbenis fuerunt. pro Cor. 66. a.b.Sacra Cereris per græcas ſemper curata ſunt ſacerdotes.& ibidem.Sacerdos illa, quæ græcum illud ſacrum monſtraret & faceret. & Tuſc. 173.a. Sacerdos aduecta in fanum. pro Dom.240.b.Licinia uirgo ueſtalis, ſanctißimo ſacerdotio prædita.pro Dom.242. a. Sacerdotes deorum immortalium. & de Aruſp.250. a. Sacerdotem ab ipſis aris puluinaribuſq; detraxiſti.de Leg.173. b. Diuis alijs alij ſacerdotes,omnibus pontifices,ſingulis flamines ſunto. pro Dom.220.b.Itaq; populus Romanus breui tempore neq; regem ſacrorum,neq; flamines, neque ſalios habebit, neq; ex parte dimidia reliquos ſacerdotes. pro Dom.213.a.In iudicio ſacerdotum populi Romani. de Clar.176.a.Hic qui in collegio ſacerdotum eſſet, condemnatus eſt.In A.181.a.Sacerdos es tyranni. pro Dom. 235.b.Religioſus libertatis ſacerdos.et 234.a. Sacerdos caſtißimus.& In P.98.b.Popularis ſacerdos. pro Seſt.11.a. Sacerdos ſtuprorum.

Sacerdotium,tij.ſacerdotis munus. In Ver. 134.a.Itaque Iouis illud ſacerdotium amplißimum Theomnaſto datur.& ibidem.Cuius nomen exiſſet, is haberet ſacerdotium. contra Rul.69.b.Populus per religionem ſacerdotia mandare non poterat.& ibidem.Amplitudo ſacerdotij.& ibidem.Hoc idem in cæteris ſacerdotijs. pro Rab. 96.a.L.Flaccus,homo in ſacerdotio,cerimonijſq;, quibus præerat,diligentißimus. pro Dom. 213. a. Eligere amplißimos uiros ad ſacerdotia. pro Dom.220.b. In ſacerdotium uenire.& ibidem.Quia patritio non ſit locus, nõ uenire. pro Dom.240.b.Inire ſacerdotium. & ibid.Licinia uirgo ueſtalis, ſanctißimo ſacerdotio prædita. de Ar.248.b.Te appello Lentule, tui ſacerdotij ſunt tenſæ, curricula,præcentio,ludi. Epiſt.21. b. De ſacerdotio tuo quantam curam adhibuerim, cognoſces.Epiſt.42.a. Amplißimi ſacerdotij collegium. & 246.b. Sacerdotium deniq; cum conſequi poſſem,non appetiui.Att.119.b. & de D.99.a.& In A.175.b.& de Sen.90.a.Ciuis,qui in urbe ſua ſacerdotio ſit amplißimo præditus.At.276.b.Lex Domitia & lex Iulia de ſacerdotijs.pro Dom.234. a.b. Qui & ſacra priuata coluerunt,& publicis ſacerdotijs præfuerunt.de Sen.83.a.Metellus Pont.Max.uiginti & duos annos ei ſacerdotio præfuit.

Sacramentum,ti.ſolenne iuſiurandum. Epiſt. 110.a. Pugna ſi me amas,niſi arguta apparebunt, ut ſacramento contendas,mea non eſſe. de Orat.88.b. Agerent enim tecum lege Pythagorei,quibus cum tibi iuſto ſacramento contendere non liceret. pro Mil. 115. b. Iniuſtis iudicijs & ſacramentis fundos alienos petere. pro Dom. 228. b. Si Decemuiri ſacramentum in libertatem iniuſtum iudicaſſent,tamen quotieſcunque uellet quis, hoc in genere ſe rem iudicatam referre poſſe uoluerunt. & pro Cecin.303.b.Poſtea ſacramentum noſtrum iuſtum iudicarunt. Offic.8.b.Obligare aliquem ſecundo militiæ ſacramento, quia priore amiſſo iure pugnare cum hoſtibus non poſſet.

Sacrarium,rij.locus ubi res ſacræ reponuntur & aſſeruantur,cella.I.V.200.b. Erat apud Heium ſacrarium cum magna dignitate in ædibus. & ibid. Sacrarij religio. & 205.b.l.Armarium.Ep.203.a.C.Auianus, qui habitat in tuo ſacrario.pro Mil.118.a. Ante ipſum ſacrarium Bonæ deæ.I.C.107.a.Aquila illa argentea,cui Catilina ſacrarium



rium ſcelerum domi tuæ fecerat. & 102.a. Cui domi tuæ ſacrarium ſcelerum tuorum conſtitututum fuit.

Sacratus,a,um. pro Dom.221.a.Hoc uetant ſacratæ leges.

Sacrificatio,onis.de N.39.b.In dea Veſta,omnis precatio & ſacrificatio extrema eſt.

Sacrificium,cij.ſacrum,res diuina,ſacra.de Cl.169.b Cum M.Popilius ſacrificium publicum cum lena faceret, quod erat flamen Carmentalis. Att.238.a.& I.V.223.b. Cuius Laurentiæ uos pontifices ad aram in Velabro ſacrificiũ facere ſoletis.de Ar.246.a.Sacrificium, quod fiebat pro ſalute populi Rom. Att.7.a.Cum ſacrificium pro populo fieret. de Ar.251.a.Qui ſacrificia gentilitia illo ipſo in ſacello,ſtatuto loco,anniuerſaria factitarunt.& I. V.230.a. Anniuerſaria ſacrificia.de Ar.252.a. Sacrificiũ, quod fit incredibili cerimonia à populo Rom.de Ar.149 b.Vt illud ludorum epulare ſacrificium facerẽt.de In.64 a.Præbere hoſtias ad ſacrificium. pro Mil.110.a.Statuta ſacrificia.Tuſ.173.a.Solenne & ſtatutum ſacrificium.& de N.4.b.Solennia ſacrificia.I.A.199.a.Is neq; ſacrificijs ſolennibus factis,neq; uotis nuncupatis eſt profectus. I.A. 183.b. Certus dies non ut ſacrificij, ſic conſilij expectari ſolet.

Sacrilegium,gij.rei ſacræ furtum. In Sal.274.a.Non ita eſt,ſed abijt in ſodalitium ſacrilegij Nigidiani.

Sacrilegus, a, ũ.paricida.de L.178.a.Sacrilego pœna eſt,neq; ei ſoli,qui ſacrum abſtulerit,ſed etiam ei, qui ſacro commendatum.pro Dom.235.b. Imago meretricis à fure ſublata,à ſacrilegio collocata.& de Ar.251.a. Impurus & ſacrilegus. Sal.in Cic.270.b.Vxor ſacrilega,&c. de L.174.a.Sacrum ſacróue commendatum qui clepſerit rapſeritq;,patricida eſto.aliter,paricida.

Sacro,as.conſecro,dedico. de D.85.a.Quod patriæ uocis ſtudijs nobiſq; ſacraſti. Item:Deinde ſanctiones ſacrandæ ſunt, aut genere ipſo, aut obteſtatione & conſecratione legis,aut pœna,cum,&c.aliter,ſanctiones ſacratæ.de L.174.a.Ne quis agrum conſecrato: auri, argenti, eboris ſacrandi modus eſto.

Sacroſanctus,cta,ctum. pro Cornel.62.a. Sacroſanctum nihil eſſe poteſt, niſi quod per populum,plebem'ue ſancitum eſt. & 61.b.Sacroſanctum nihil eſſe poteſt, niſi quod populus, plebs'ue ſanxiſſet. & ibidem: Sanctiones ſacrandæ ſunt, aut genere ipſo, &c.In C.108.a. Ergo in uaſtatioee omnium tuas poſſeßiones ſacroſanctas futuras putas?

Sacrum,cri.ſacrificium.pro Cor.66.b.Sed cum illam quæ græcum illud ſacrum monſtraret & faceret, ex Græcia deligerent,tamen ſacra pro ciuibus ciuem facere uoluerunt.pro Cornel.66.a.Sacra Cereris ſumma maiores noſtri religione confici cerimoniaq; uoluerunt.&ibid.b. Sacra Cereris per Græcas ſemper curata ſunt ſacerdotes. de Nat.71.a.Dionyſius quartus,cui ſacra Orphica putantur confici.de L.174.a. Sacra priuata perpetua manento. de Leg.179.b.De ſacris hæc ſit una ſententia,ut conſeruentur ſemper,& deinceps familijs prodãtur,ut in lege poſui perpetua ſint ſacra. de Leg.173.a. Nec ulla uiciorum ſacra ſolennia obeunto.Conficere ſacra, & facere ſacra, & multa alia de ſacris.l.Sacer. Attic.16.b.Anniuerſaria ſacra. & ibid.Memmius Luculli uxorem ſuis ſacris uitiauit.

Sæpe.frequenter,frequens, magna ex parte, identidem,crebrò.de In.42.a.Sæpe & multum hoc mecum cogitaui,boni'ne an mali plus,etc.& pro Qu.1.a.M.Iunius in hac cauſa multum & ſæpe uerſatus. & 18.a. Sæpe ac diu,&c.de In.64.a.Semel ac ſæpius.pro Font.279.b.Semel atq; iterum,ac ſæpius. Att.139.a.Et ſi hoc effeci,ſæpe & ſæpius mihi facturus uideor.aliter, officium. Ep.221. a.Id ut re experiatur,iterum & ſæpius te rogo.pro Pom. 9.b.Teſtis eſt iterum ac ſæpius Italia. de Fin.73.a.Interdum uel potius nimium ſæpe. Epiſt.6.a.Quod antea tibi ſæpe ſignificaui.& ibid.b. Pompeiũ ſcis temporibus illis non ſæpe in ſenatu fuiſſe.& ad Her.19.a. Minus ſæpe. Offic.65.b. Quod & ſi ſæpe dictum eſt,dicendum tamen eſt ſæpius.

Sæpenumero. de Sen.77.b. Sæpenumero mirari ſoleo,&c.

Sæuitia,tiæ.crudelitas.Part.230.b.In iudicio aut ſæuitiam aut clementiam iudicis ſibi proponet orator.Of.37. b.Sed heris ſanè adhibenda ſæuitia in famulos,ſi aliter teneri non poſſunt.

Sæuus,a,um.ferus,crudelis.de Or.157.a. Vndiq; uenti erumpunt,ſæui exiſtunt turbines. de D.132.a.Vnde ſuperſtitioſa primum ſæua euaſit uox fera. pro Cæl.41.a. Medea amore ſæuo ſaucia.Tuſ.179.b.Sæua gens.

Saga,gæ.l.Sagio.de D.94.a.Ex quo ſagæ anus, quia multa ſcire uolunt.& 135.a.Sagarum ſuperſtitio.

Sagacitas,tis.calliditas,ſolertia.de N.58.a.& 56.b.et Tuſ.162.a.Canum incredibilis ad inueſtigandum ſagacitas narium.I.V.97.b.Qua eſt iſte ſagacitate in his rebus. & 206.b.Tuam tantam fuiſſe ſagacitatem.

Sagaciter.callidè. de Orator.104.a.Sagaciter peruestigare quid ſui ciues cogitent, &c. & de Orat. 125. b.Odoror quàm ſagacißimè poſſum,quid ſentiant, &c. Attic. 94. a. Illud præterea μυστικώτερον, tu ſagacius odorabere.

Sagatus,a,um. I.A.258.b.Deinde cras ſagati prodeamus.pro Font.280.b.Galli ſagati bracchatiq;.

Sagax,cis.callidus,acutus,prudens. Tuſc.241.a. Nihil eſt in homine ſagaci & bona mente melius.de D.84.a. Sagire enim, ſentire acutè eſt,ex quo ſagaces dicti canes. de Leg.160.a. Homo animal prouidum, ſagax, multiplex.I.C.101.a.Quem tu ad ſupplicandum ſagacißimum fore putaſti. Ep.157.b.Sagax ad pericula proſpicienda. de Fin.74.a.Mentem acrem,&c,&, ut ita dicam, ſagacem. de Diuin.85.a.Hoc adeò penitus cura uidere ſagaci, ocia.

Sagina,næ.cibus offáue ad ſaginandum apta. pro Fl. 149.b.Qui multitudinem illam non autoritate, ſed ſagina tenebat.

Saginari.ſic paſcere,ut pinguis aliquis fiat. pro Seſt. 20.a.Qui ab illo peſtifero ac perdito ciue iampridẽ reip. ſanguine ſaginantur.

Sagio,gis. de D.94.a.Sagire enim ſentire acutè eſt: ex quo ſagæ anus,quia multa ſcire uolunt, & ſagaces dicti canes. & ibi. Is igitur,qui antè ſagit quàm oblata res eſt,dicitur præſagire.

Sagitta,tæ.iaculum quod arcu iacitur.I.V.217.a.Sagittæ pendebant ab humero. & Ac.22.b.Configere aliquem ſagittis.

Sagittarius,rij.arcitenens,ſagittipotens. I.A.197.b. & Ep.245.b.& Att.79.b.Certum agminis locum tenebant barbari ſagittarij.

Sagittipotens,tis. In Arat.287.D. Menſe ſagittipotens ſolis cum ſuſtinet orbem.

Sagra,græ.fluuius.de Nat.27.a.Cum ad fluuium Sagram Crotoniatas locri maximo prælio deuiciſſent. &

62.a. De Sagra Græcorum eſt uulgare prouerbium, qui quæ affirmant, certiora eſſe dicunt, quàm ea quæ apud Sagram. prouerbium.

Sagulum, li. ſagum. I.P.91.a. Lictores togulis acceptis ſagula reiecerunt.

Sagum, gi. ueſtis militaris, index belli, ut toga pacis. I.V.254.b. Sagum ſumit, lucebat iam ferè. I.A.258.b. Propter cuius periculum ad ſaga iſſemus. & ibid. Ad ſagtire, & redire ad togas. I.A.220.a. Cum eſt in ſagis ciuitas. & 200.b. Tumultum decerni, iuſtitium indici, ſaga ſumi dico oportere.

Saguntum, ti. urbs Hiſpaniæ. I.A.199.b.

Saguntinus, na. pro Cornel. 59.a. Saguntinus propugnator.

Saitæ. pop. quidam Aegyptij. de N.21.b.

Sal, ſalis. de N.58.a. Sui ne putreſceret, animam ipſam pro ſale datam dicit eſſe Chryſippus. de Am.109.a. Verũ eſt illud quod dicitur, multos modios ſalis ſimul edendos eſſe, ut amicitiæ munus expletum ſit.

Sal, & ſales. urbanitas, facetiæ, ioci. de Or.117.b. Alter inuſitatum noſtris oratoribus lepôrem quendam & ſalem eſt conſecutus. de Or.128.b. Nullam artem eſſe ſalis: id eſt, facetiarum. Ep.137.a. & de Or.128.b. & I.A.164.a. Salis enim ſatis eſt, Sannionum parum. de Or.98.a. Vrbanitatis quidam lepos, quo tanquam ſale perſpergatur omnis oratio. de N.40.b. Salem iſtum quo caret ueſtra natio, in irridendis nobis nolite conſumere. Tuſ.239.a. Specimen humanitatis, ſalis, ſuauitatis, lepôris. Att.7.a. Literæ ſparſæ ſale humanitatis. Or.204.b. Sales, qui in dicendo mirum quantum ualent. Ep.134.a.b. Accedunt non Attici, ſed ſalſiores quàm illi Atticorum, Romani ueteres atque urbani ſales.

Salacia, ciæ. de Vn.201.b. Oceanus Salaciaq; cœli terræq; filij.

Salacon, onis. mollis, delicatus, qualis fuit Salaco Autolyci pater, qui hoc nomine malè audijt. uel inſolẽs, & ſuas opes admirans: quo uicio laborant diuites, ut Ariſt. in rhetoric. docet, quos ob id Salacones appellat. Tigellium igitur quendam, his de cauſis Salaconem Cicero appellare uidetur. Ep.107.a. Cognoſti meam cauſam, & iſtius Salaconis iniquitatem.

Salamin, inis. inſula & urbs. At.85.b. Scaptius incluſum in curia ſenatum Salamine obſederat.

Salamina, næ. Salamis. Tuſc.172.b.

Salaminius, a, um. pro Arch.189.b. & Tuſc.172.b. Salaminium trophæum.

Salamis, mis. Salamin. Off.15.b. Citeturq; Salamis clariſſimæ teſtis uictoriæ.

Salaria, riæ. uia quædam. de N.62.a.

Salax, cis. Attic.92.a. Leuis, libidinoſus, ſalax. aliter, ſagax.

Salebra, bræ. ſunt locorum offenſiones, ſeu loca aſpera, & inæqualia. Or.200.b. Alter enim ſine ullis ſalebris quaſi ſedatus amnis fluit. de Fin.71.a. Incidere in ſalebras. & 144.b. Hæret in ſalebra.

Salernum, ni. urbs. ad Her.40.a. Frater uenit ex Salerno. ſic enim legendum eſt, non Falerno.

Saliarem in modum cœnare: id eſt, opiparè, & apparatè. At.71.

Salictum, cti. locus ſalicibus conſitus. contra Rull. 73.b. Salicta ad Minturnas. & de D.89.a. Per amœna ſalicta.

Salientes. ſunt fontes tubis aut fiſtulis aquam fundentes, ſic dicti, quòd aqua aſcendens primùm, deinde etiam deſcendens ſaliat. Q.Fr.318.b. Mirifica ſuauitate uillam habebis, piſcina & ſalientibus additis.

Salij, orum. flamines martiales, ſiue Martis ſacerdotes. de D.86.b. Curia Saliorum deflagrauit. & pro Dom. 220.b. l. Flamen.

Salinæ, arum. loca ubi ſal fit. pro Pom.6.b. Publicanorum familiæ, quas in ſalinis habent. & de Nat.52.b. & Ep.110.a. Salinæ ab ora maritima remotiſſimæ.

Salmacis, dis. Off.12.b. Salmacida ſpolia ſine ſanguine & ſudore.

Salpini pop. contra Rull.80.

Salſamentarius, rij. qui ſalſamenta facit aut uendit. ad Her.41.a. Vt ſi ſalſamentarij filio dicas, quieſce tu, cuius pater cubito ſe emungere ſolebat.

Salſamentum, ti. quod ſale conditum eſt in diuturnum cibum & uſum. de D.132.b. De uino aut ſalſamento putes loqui, quæ euaneſcunt uetuſtate.

Salſè. facetè. de Or.134.a. Quæ ſalſè dicũtur. & 129.a. Salſiſſimè dicere aliquid.

Salſus, a, um. facetus. I.A.168.a. Salſus homo. & de Or.128.b. Multa ſunt ridicula & ſalſa Græcorũ. de Or. 129.b. & 132.b. Eſſe facetum atq; ſalſum. Ep.134.a. Accedunt non Attici, ſed ſalſiores, quàm illi Atticorum Romani ueteres atq; urbani ſales.

Saltatio, onis. de Finib.95.a. Actio hiſtrionis eſt, ſaltatio ſaltatoris. & pro Mur.127.a. Intempeſtiui conuiuij, multarum deliciarum comes eſt extrema ſaltatio. de Claris orat.185.a. Sextus Tytius tam mollis & ſolutus in geſtu, ut ſaltatio quædam naſceretur, cui ſaltationi Tytius nomen eſſet.

Saltator, oris. Of.30.b. Adde his, ſi placet, unguentarios, ſaltatores, &c. pro Mur.126.b. Saltatorem appellat L. Murenam Cato, maledictum eſt, ſi uerè obijcitur, uehementis accuſatoris. de Fin.95.a. Hiſtrioni actio, ſaltatori motus eſt certus datus. & pro Deiot.149.a. Si ſaltatorẽ auum habuiſſes.

Saltatorius, a, um. I.P.84.a. Cum illum ſuum ſaltatorium uerſaret orbem.

Saltatrix, cis. I.P.83.a. Cum illa ſaltatrice tonſa.

Saltem. at certè, at ſaltem, at certè, tamen. cont. Rull. 87.b. Qui prouocati à me uenire uoluerunt, reuocati ſaltem reuertãtur. At.129.a. Quare nunc ſaltem ad illos calculos reuertamur. & pro Fl.153.b. & de Fin.119.a. Fratres ſaltem exhibe. pro S.R.27.b. Verè nihil potes dicere, finge aliquid ſaltem commodè. I.P.84.b. At fuit inceſſus ſaltem Capua dignus. Ep.130.a. Atq; aliquo ſi non bono, at ſaltem certo ſtatu ciuitatis. et 252.a. Si non totum, at certe partem. & Or.209.b. Omnes, aut certe pleriq;. I.V.249.b. Maximè ſi minus ſupplicio affici, at cuſtodiri oportebat. de Fin.96.a. Quem efficere uolumus, aut quem quærimus certe. Ep.71.b. Quæ leuare dolorem tuũ poſſet, ſi minus ſanare potuiſſet. At.138. Eripe mihi hunc dolorem, aut minue ſaltem.

Salto, tas. de Or.150.b. Negarem poſſe eum ſatisfacere in geſtu, niſi palæſtram, niſi ſaltare didiciſſet. I.P.84.a. Cum collegæ tui domus cantu & cymbalis perſonaret, cumq; ipſe nudus in conuiuio ſaltaret, in quo ne tum quidem, cum illum ſuum ſaltorium uerſaret orbem, fortunæ rotam pertimeſcebat. pro Mur.127.a. Nemo enim ferè ſaltat ſobrius. I.C.109.b. Qui in cõuiuijs nudi ſaltare conſueuerunt. pro Deiot.148.a. Deiotarum in conuiuio nudum ſaltauiſſe. & Off.70.b. & 67.a. Luce palàm in foro ſaltare.



ſaltare. Or.219.a. Egeſias alterum penè Demoſthenem ſaltat, incidens particulas. & Parad.120.a. Mouere ſe extra numerum. )( Mouere ſe ad numerum.

Saltus, tus. campus, ager. pro Qu.4.b. Quintus de ſaltu agroq; communi ui detruditur. & 14.b. Quàm longè eſt hinc in ſaltum ueſtrum Gallicanum. de Sen.81.a. Nec enim excurſione, nec ſaltu uteretur, ſed conſilio & ratione. Epiſtol.114.b. Tuus porrò exercitus uix unum ſaltum tueri poteſt. Attic.25.a. Terentiæ ſaltum perſpeximus.

Salubris, bre. ſalutaris, incorruptus, ſanitatem afferens, utilis. de Or.135.b. Nec amœnum, nec ſalubrem locum cenſeo. & Ep.132. Gratulor Baijs noſtris, ſi quidem ut ſcribis, ſalubres repentè factæ ſunt. de D.107.b. Salubris' ne an peſtilens annus futurus ſit. & de D.97.a. Sunt partes agrorum aliæ peſtilentes, aliæ ſalubres. & Part. 233.a. Loci ſalubres. )( Peſtilentes. de D.93.b. Qui ſalubri & moderato cultu atq; uictu quieti ſe tradiderit. pro Dom.216.a. Dixi ſententiam reip. ſaluberrimam & neceſſariam. Or.205.a. Quicquid eſt ſalſum aut ſalubre in oratione, id proprium eſt.

Salubritas, tis. affectio quædam ſanitatem afferens. )( Peſtilentia. de D.114.b. de D.107.b. Quorum ex habitu & colore, tum ſalubritatis, tum peſtilentiæ ſigna percipi. de L.169.b. Ego uerò cum licet plures dies abeſſe, & amœnitatem & ſalubritatem hanc ſequor. cõt. Rul.85.a. Salubritas urbis, uel alicuius loci. de Cla.169.a. Eloquentia omnem illam ſalubritatem Atticæ dictionis, quaſi ſanitatem perdidit, ac penè loqui dedidicit. pro Mur.130.b. A iuriſconſultis ſalubritas quædam, ab oratoribus ſalus ipſa petitur.

Salubrius. aduerb. de Sen.89.a. Vbi enim potes refrigerari ſalubrius?

Salueo, ues. Ep.260.a. Vale, ſalue. At.62.a. Dionyſiũ iube ſaluere. & 63.a. Dionyſium uelim ſaluere iubeas. & 106.a. Alexim humaniſſimum puerum uelim ſaluere iubeas. At.91.a. Valebis igitur, & ualere Piliam & Cæciliã noſtrã iubebis, & ſaluebis à meo Cicerone.

Salum, li. mare. pro Cec.302.a. Hoc opinor optaret nõ in ſalũ, ſed in ipſam urbem, quam petebat, reſtitueretur. & Tuſ.205.a. Nec tam ærumnoſo nauigaſſem ſalo.

Saluo, as. ſalutem do, ſalutem fero uel affero, ſalutem reddo, ſaluum præſto, ſaluti ſum. I.P.96.a. Me poſſe iterum rempub. ſaluare, ſi ceſſiſſem: infinitam cædem fore, ſi reſtitiſſem.

Salus, tis. incolumitas. )( Pernicies. Ep.161.a. De meo ſtudio erga ſalutem & incolumitatem tuam, credo te cognoſcere ex literis tuorum. et At.34.a. Saluti, ſi me amas, conſule. de Or.111.b. Eadem facultate fraus hominum ad perniciem, & integritas ad ſalutem uocatur. de Ar.251.b. Qui medicis ſuis non ad ſalutem, ſed ad necem utitur. & Qu.Fr.305.a. & Att.179.a. Salus ab aliquo data. & de N.78.a. Aegrorum ſalus ab Hippocrate data. I.V.139.b. Is eſt nimirum Soter, qui ſalutem dedit. & de Orat.87.b. Dare ſalutem, liberare periculis. de Finib.89.b. Ferre opem & ſalutem indigentibus. pro Dom.240.b. Accipere ſalutem ab aliquo. de Orat.127.a. Ego qui multis ciuibus ſaluti exiſtimor fuiſſe. Epiſt.6.a. Et ſi minore in re uiolatur tua dignitas, quàm mea ſalus afflicta eſt. & 8.a. Multum intereſt, utrum laus minuatur, an ſalus deſeratur. Epiſt.93.b. Retinere ſalutem. Epiſt.111.a. Ego uerò multam ſalutem & foro dicam, & curiæ. Tuſcul. 246.a. Anacharſis Hannoni ſalutem. Attic. 60.b. Is miſit ad me ſtatim, qui mihi ſalutem nunciaret. Epiſt. 102.a. Salutem enim mihi uerbis tuis nunciauit. Attic.69.a. Dionyſio plurimam ſalutem. Attic.211.b. Illud accuſo, non te, ſed illam ne ſalutem quidem. Item: At tu & illi, & Pyliæ plurimam. Att.88.b. Filiola tua gratum mihi fecit, quod tibi diligenter mandauit, ut mihi ſalutem adſcriberes. & At.74.b. Pyliæ & puellæ Cæciliæ belliſſimæ ſalutem dices. & Ep.233.a. Tulliolæ ſalutem dic. Attic.276.a. Et fugæ portus erat in tuis caſtris, & ſubſidium ſalutis in tuo exercitu. & 253.a. Atticam cupio ſuauiari, ita mihi dulcis ſalus per te miſſa ab illa: referes igitur ei plurimam ſalutem. pro Dom.228.a. Vt lucem ſalutemq; redditam ſibi ac reſtitutam accipere debuit. Poſtquam. 201.a. Non dubitaui quin is me confectum conſularibus uulneribus conſulari medicina ad ſalutem reduceret. pro Syl.171.a. Municipium unde iterum iam ſalus huic urbi miſſa eſt. pro Muren. 130.b. A iuriſconſultis ſalubritas quædam, ab oratoribus ſalus ipſa petitur. pro Font.278.b. Salus ipſa, uirorum fortium innocentiam tueri non poteſt. pro S.R.43.a. Salus alicuius. )( Exitium alicuius. de Cl.165.a. Hic liber mihi ſaluti fuit.

Salutaris, re. ſalubris. de Sen.89.a. Cultura agrorum hominum generi uniuerſo eſt ſalutaris. de D.98.a. Stella ſalutaris ad ortus puerorum. & de Fin.104.a. Iupiter ſalutaris. Epiſt.37.a. Quo in capite ſunt quædam noua ſalutaria ciuitatibus. Tuſcul.222.a. Salutare remedium. & Ep.83.a. Salutare conſilium. & Oct.329.a. Remedium ſalutare. de Clar.166.a. Tractatio literarum mihi ſalutaris fuit. de Nat.9.b. Res utiles & ſalutares, deorum eſſe uocabulis nuncupatas. & 73.b. Ratio peſtifera multis, admodum paucis ſalutaris. & 32.b. Acceſſus ad res ſalutares, à peſtiferis receſſus. & 64.a. Mundo nihil pulchrius, nihil nobis ſalutarius. Attic.274.a. Salutaris ſeueritas uincit inanem ſpeciem clementiæ. de Natur.31.b. Salutaris & uitalis calor. pro Mil.105.a. Ciuis beneficus & ſalutaris. Attic. 139.a. Sic ergo habeto, ſalutares te mihi literas miſiſſe.

Salutariter. utiliter. de Cl.165.a. Quibus armis quemadmodum ſalutariter uterentur, non reperiebant. & Ep. 158.b. Nihil non ſalutariter cupio.

Salutatio, onis. perſalutatio, conſalutatio. de Cl.166.a. Grata ſalutatio. & ad Bru.91.a. Itaq; hæc ſcripſi ipſa in turba matutinæ ſalutationis. & Ep.108.b. Cũ enim ſalutationi nos dedimus amicorum. I.P.100.a. Quis te communi ſalutatione dignum putat? de Vn.195.a. Ac primum quidem tempus ſalutationibus, reliquum percunctatione conſumpſimus.

Salutator, toris. Quint. de Pet.210.b. In ſalutatoribus qui domum tuam ueniunt, ijs ſignificato, &c. & ibidem a. Deductorum officium, quod maius eſt quàm ſalutatorum.

Saluto, as. ſalutem dico, ſalutem nuncio, conſaluto, perſaluto. Att.51.a. Domus te tota noſtra ſalutat. & 60.a. Dionyſius te, omneſq; uos ſalutat. Attic.69.a. Illum ſalutaui, poſtea iuſſi ualere. & 227.a. Octauius, quem quidem ſui Cæſarem ſalutabant. I. A.171.b. Quam homines ex oppidis obuiam prodeuntes, non uero illo & inimico nomine, ſed Volumniam ſalutabant. I.C.100.b. Quis te ex hac tanta frequentia ſalutauit? In Ant.246.b. Salutare benignè, comiter appellare unumquenq;. & 168.b. Quem nunquam uiderat, ac ne unquam ſalutauerat. de Vn.195.a. Cratippus Epheſum uenit, mei ſalutandi & uiſendi cauſa. Attic.89.b. & 206.a. Paulo pòſt Cuſpius hic ſalutandi

cauſa,ſed manſit inuitatus.de Sen.90.a.Salutare,appeti, decedi,aſſurgi,deduci,reduci,conſuli. pro Pl.266.a.Cum ille eum ſalutaſſet,ut fit,dixiſſetq́;,quid agis Grani? reſpõdit,immo,&c. & de Cl.165.b. Quem poſtquam ſalutaui,quid uos inquam,&c.pro Fl.155.a. Qui ita eſt ambitioſus,ut nos quotidie perſalutet. pro S.R.27.b.Quod ſi luce quoq; canes latrent,cum deos ſalutatum aliqui uenerint,opinor ijs crura ſuffringantur.In Antonium 180.b. Anagnini obuiam ei deſcenderunt, ut iſtum tanquam ſi eſſet conſul,ſalutarent. Attic.236.a.Eram continuò Pyliam ſalutaturus.

Saluus,a,um.conſeruatus,incolumis,integer.I.V.66 a.Vt hæc quæ dixi retinere incolumia ac ſalua poßimus. At.162.a.Cæſar te ſaluum amplißimumq́; cupiet.& 143. a.Pompeius ueniet iratus,& ijs maximè,qui eum maximè ſaluum uolebant. & pro Plan.259.a.Qui me ſaluum uidere noluerunt.Ep.17.a.Vt poßimus ſaluum te ueniſſe gaudere.de D.92.a.Is pedibus ſuis ſaluus reuertit. de In. 83.a.Saluus & incolumis. Ep.197.b.Nullam partem ſanæ ac ſaluæ reip.guſtare potuiſti.et 94.a.Oro,obteſtorq́; te,ut nobis ſaluum conſerues. pro Pomp.14.b.Socios ſaluos præſtare poſſumus. pro Cluent.24.b. Vt id quod conceperat,ſeruaret, ut ſaluum parere poſſet. & In C. 116.b.Vt omnes ſalui conſeruaremini. Poſtquam.209. b.Rempub.ſaluam uelle.At.80.b. Te in Epeirum ſaluum ueniſſe uehementer gaudeo.Epiſt.3.b.Vt ne quid agi cum populo,aut ſaluis auſpicijs, aut ſaluis legibus poßit. pro Pomp.80.a.Atq; hæc omnia ſaluis populi Romani ſocijs, atq; integris uectigalibus geſta ſunt. pro Sex.R.19.a.Vtrum uis ſaluo officio facere potes. de Pro.78.b.Proſcriptionem illam ſaluis auſpicijs rogatam eſſe dicebant. & ibidem: Pernicioſißimæ res auſpiciorum religione conſeruata latæ.

Samarobrina,næ.oppidum in quo ſunt homines duri atque horridi, cui opponitur Tarentum molle. Epiſtol. 101.a.

Samarius exul.I.A.231.b.Prouerbium.

Samij.pop.I.V.86.a.

Samius,a,um. pro Mur.142.a.Atque ille ſtrauit lectulos,&c.& expoſuit uaſa ſamia. & ad Herennium 40.a. Nos ſamijs delectabimur. In V.86.a. de Nat.178. Samia Iuno.

Samnis,nitis. Off.49.a.C.Pontius Samnis. & Tuſc. 183.b.Samnis ſpurcus homo.

Samnium,nij.opp.At.259.a.Iter faciens in Samniũ, uenit Cales,manſit Theani.

Samothracia,ciæ.inſula. de Nat.24.b.78. In Piſonem 98.b.

Sampſiceramus. id eſt, Pompeius. Attic.30. a. 31.32.38.

Samus,mi.inſula & opp.I.V.216.a.Iuno Sami colebatur.& 86.a.

Sanabilis,le,quod ad ſanitatem reduci poteſt. Tuſc. 227.a.Animi ſunt eiuſmodi conſtituti,quaſi mala ualetudine,ſanabiles tamen.

Sanatio,onis.ſanitas,ſalus.Tuſc.216.b.Eorum igitur malorum in una uirtute poſita eſt ſanatio. & 222.b.Hæc eſt propria & certa ſanatio,ſi doceas,&c. & 191.a.Ad corporum ſanationem.

Sancio,cis,iui,& xi,itum,& ctum.fero,decerno, conſtituo,ſciſco,confirmo.pro Plan.268.a.Leges,quas ſenatus de ambitu ſanciuit.de Ar.251.a.Hoc ſi minus iure ciuili perſcriptum eſt, lege tamen naturæ & communi iure gentium ſancitum eſt,ut nihil,&c.pro Corn.61.b.Sacroſanctum nihil eſſe poteſt, niſi quod populus plébsue ſanxit.contra Rull.88.a.Genus id agrorum certo capite legis confirmatur atq; ſancitur.& ibid.b. At hoc Corneliæ leges non ſanciunt.pro Flac.160.a.Prætor ſanxit edicto, ne ex Aſia frumentum exportari liceret.contra Rull.89. b.Hæc quæ dubia ſunt,per uos ſancire uult.I.C.119.b.Cæſar digna ſcelere hominum perditorum ſancit: id eſt, decernit.I.C.120.b.Si quis de ſeruis ſupplicium quàm acerbißimum ſanxerit.de Fin.56.a.Vt dolore ſuo ſanciret militaris imperij diſciplinam. pro S.R.29.b.Solon de eo nihil ſanxit,quod antea commiſſum non erat. Poſt.200.b. & pro Seſt.8.a.Cum pactiones prouinciarum cum omnia,cum omnibus fœdera ſanguine meo ſancirentur. pro Seſt.8.a.Id fœdus meo ſanguine ictum ſanciri poſſe dicebant.Poſt.205.b.Vt ueſtram in poſterum dignitatem autoritatemq́; ſanciret.pro Plan.268.a.Noli obſeruantiam ſancire pœna. & de Leg.160.a.Sancire aliquid ſcriptis. Tuſ.164.a.Nec cerimonias uiolatas tam expiabili religione ſanxiſſent,niſi,&c.I.V.133.b. Leges in quibus eadẽ illa ſancta ſunt,& hoc amplius,&c.. At.276.b.& Tuſ.109. b.Nec quo minus id poſtea liceret,ulla lex ſanxit.At.154. b.Solon capite ſanxit, ſi quis in ſeditione non alterutrius partis eſſet.pro Dom.229.b.Qui de libertate ea iura ſanxerunt.I.V.227.a.Tamen in eo qui uiolaſſet, ſancire uos uelle oporteret.I.A.248.b.Vtrum igitur augurem populus libentius ſanciet Pompeium an Antonium? de Fin.86. a.Cum tam accuratè tamq́; diligenter caueat & ſanciat, ut Antinomachus,&c. ad Herenn.9.a.Quod poſteriori lege ſancitum ſit. Offic.64.a. Erranti uiam non monſtrare, quod Athenis execrationibus publicis ſancitum eſt. Offic.64.b. De iure prædiorum ſancitum eſt apud nos iure ciuili,ut in his uendendis uicia etiam dicerentur. In Ant.256.a. Nam quid erat aliud quod inter eos fœdere ac fide ſanciretur? Attic.236.a. Antonius circumibat ueteranos, ut acta Cæſaris ſancirent. In Anton.228. a. De quibus confirmandis & ſanciendis legem comitijs centuriatis ex autoritate noſtra laturus eſt. de Leg.193. a. Vt in ſuo uicio quiſque plectatur, uis capite, auaritia multa, honoris cupiditas ignominia ſanciatur. Off. 65.b.Hoc quanquam nulla lege ſancitur, neq; iure ciuili, naturæ tamen lege ſancitum eſt. de Am.103.a.Hæc igitur prima lex in amicitia ſanciatur, ut neq; rogemus res turpes, nec faciamus rogati.de L.174.a.Inceſtum pontifices ſupremo ſupplicio ſanciunto. & 183. a. Lege ſancitum eſt,ne quis,&c.

Sanctè.auguſtè. Quint.Frat.302.a. Cum te ſanctiſſimè gereres. & pro Quint. Roſc. 46.a. de Nat. 12.b. Piè ſanctéq; colere deum.de N.38.a.Auguſtè ſanctéq; conſecrare aliquem.

Sanctimonia,niæ.ſanctitas. pro Q.10.a. Quid mihi, inquã,cum iſta ſumma ſanctimonia? pro Rab.96.b. Mentes quæ ex hominum uita ad deorũ religionem ſanctimoniamq́; demigrarunt. pro Q.17.b.Habere domum clauſam pudori & ſanctimoniæ. ad Her.34.b.Omnis ſanctimonia nuptiarum.

Sanctio,onis.pro Corn.61.a.Sanctiones ſacratæ ſunt aut genere ipſo aut obteſtatione & cõſecratione legis aut pœna cum caput eius,qui cõtrà facit,conſecratur. & 62. b.pro Cor.62.b.Sanctio fœderis. ad Her.9.a. Plus ualet ſanctio permißione.

Sanctitas,tis.ſanctimonia,ſanctitudo. de N.1.b.Pietas,ſanctitas, religio, quæ omnia purè & caſtè deorum numini tribuenda ſunt.de N.24.a.Sanctitas eſt ſcientia colendorum deorum.Ep.46.b.Exiſtimant quaſi lumen aliquod elucere ſanctitatem tuam. & de Fin. 80.a. Tueri ſe ſanctitate ſua. pro Cæl. 44.a. Si matrem familias ſecus quàm matronarum ſanctitas poſtulat,nominamus. I.A. 186.b. Quod in iuuentute habemus illuſtrius exemplum ueteris ſanctitatis? Off.35.a.Deos placatos pietas efficiet & ſanctitas.Poſt red.212.a.Mecum deorum & hominum ſanctitates omnes & religiones affuerunt.

Sanctitudo,inis.ſanctitas.de Repub.li.4.Eoſdem terminos hominum curæ atq; uitæ, ſic pontificio iure ſanctitudo ſepulturæ.Nonius.

Sanctus,a,um. auguſtus,religioſus,caſtus,inuiolatus. de In.76.b.Præmia uirtutis ſancta & caſta eſſe oportet. & de L.185.b.Tribuni ſancti ſunto.I.A.245.b.Homo ſanctus & religioſus. de N.68.b.Achillem Aſtypalea inſula ſanctißimum colit. pro Rab.92.b.Qui caſtam concionẽ, ſanctum campũ, inuiolatum corpus omnium ciuiũ Rom. integrum ius libertatis defendo eſſe oportere.Poſt.202.a. Qua ſanctißimi homines pietate erga deos eſſe ſolent. pro Quin.4.b.Nullum eſt officium tam ſanctum atq; ſolenne, quod non auaritia comminuere atque uiolare ſoleat.pro S.R.30.a. Nihil eſſe tam ſanctum, quod non aliquando uiolet audacia. & 36.b. Ius ſanctum atq; integrum. pro Quint.1.b.Profectò nihil eſt iam ſanctum atque ſincerum in ciuitate. Tuſ.235.b.Ex hoc Platonis ſancto auguſtoq; fonte.Poſt.202.a.Numenq; ueſtrum æquè mihi graue & ſanctum, ac deorum immortaliũ futurum eſt. de Ar.246.a.Id ſemper omnibus ſanctum,auguſtum & religioſum eſſe uiſum eſt. pro Arch.189.a. Sit igitur ſanctum apud uos hoc poetæ nomen. I.A.245.b.Neq; apud te ſancta religio ſocietatis fuiſſet. Attic.115.b. Pecuniam de ſanctiore ærario auferre. Att.192.a.Me id multo magis mouet, quod mihi eſt & ſanctius & antiquius. pro Q.R.52.a.Vir natura ſanctus & religioſus. pro Fl. 161.a. Homines ſunt tota Aſia ſanctißimi frugalißimiq;. Ep.57.a.P. Nigidio uni omnium doctißimo & ſanctißimo.de Fin.104.b.Amor ſanctus. de Or.104.b.Cum eſſet ille uir exemplum,ut ſcitis innocentiæ,cum illo nemo neq; integrior,neq; ſanctior in ciuitate.

Sanè.nam herclè, oppido, ſanè quàm, ſatis, multum, ualde,porrò. de Fat.142.a. Stilpho Megaricus philoſophus,acutus ſane homo & probatus temporibus illis. & de Diuin.122.b.Non ſanè hoc quidem mirabile. pro Qu. 2.b.Res ruſtica ſanè bene culta. & contra Rull.68.b.Oratio ſane longa. & de Orator.133. Res ſanè difficilis. Epiſtol. 195.b. De Partici belli ſuſpicione, quod ſcribis, ſane me commouit.Epiſt.11.b.Sanè moleſte Pompeium id ferre conſtabat.& 33.b.Sanè autem uellem poſſe obſequi uoluntati tuæ. & Att.1.b.Sanè ſum perturbatus. Quin. Fr.311.b. Nam quod de Pompeio Caninius agit, ſane quã refrixit. & Epiſt.120.a.Sanè quàm literis tuis ſum commotus. & 49.b. & 112.a.Sane quàm eos ſermones repreßit.& 113.b.Sane quàm pro eo ac debui grauiter moleſteq; tuli.Item: Sanè quàm multis incutit metum. de N. 67.b.Dij mihi quidem ſanè multi uidentur. Attic.224.b. Quædam ſane peßima. ad Heren.39.b.Huic ſane magna eſt in mento cicatrix. de Clar.168.a.Themiſtocles,ut apud Athenienſes,non ita ſane uetus. de Leg.170.b. Sanè quidem hercule eſt ita, &c. Ac.26.b.Hæc ſint falſa ſane, inuidioſa certe non ſunt.ad Her.39.b. Age,inquit, duc tecum Soſiam,ſane deinde,&c. de Or.121.b. Nam hercle, inquit Antonius,&c.

Sanguinarius,a,um.ſitiens ſanguinẽ,crudelis,thrax. At.27.a.Hæc ſanguinaria iuuentus inimicißima eſt.

Sanguineus,a,um.de D.121.b.Imber lapideus aut ſanguineus.

Sanguinolentus,a,um.ſanguinè atratus.ad Her.36.b Sanguinolenta palma.

Sanguen.id eſt,ſanguis.de Fin.131.b.Non refugiat timido ſanguen.poetæ ueteris, ſic enim legit Nonius, non ſanguis.

Sanguis,nis.de N.54.a.Eoq́; modo ex his partibus & ſanguis per uenas in omne corpus diffunditur,& ſpiritus per arterias.& 11.b.Nec habet ſanguinem,ſed quaſi ſanguinem. de D.220.b.Nec enim ſanguis, nec ſudor niſi ex corpore eſt. Off.59.a.Membra quædam amputantur,ſi & ſanguine & tanquam ſpiritu carere cœperunt.de Or. 104.a.Ne iniquo iudicio exorbeatur ſanguis tuus. At.84 a.Sanguinem mittere quicquid poteſt detrahere. de Or. 137.b.Reliquæ duæ ſicuti ſanguis in corporibus,ſic illæ in perpetuis orationibus fuſæ eſſe debent.& Or.204.a.Etſi non plurimi ſanguinis eſt,habeat tamen ſuccum aliquem. & de Clar.167.b. Succus ille & ſanguis incorruptus. & 191.a. Sanguinem uerum deprauare, & uicioſum colligere. Poſtquam.207.b. Cognatio materna tranſalpini ſanguinis. pro S.R.29.a.Magnam uim, magnam neceßitatem,magnam poßidet religionem maternus paternusq́; ſanguis.

Sanies,ei.putridus,corruptus ſanguis aut humor. In P.88.b.Saxa ſpargens tabo,ſanie,ſanguine atro. Tuſcul. 171.b.Ennij.

Sanitas,tis.ſalus,ualetudo,bona ualetudo,integra ualetudo, integritas ualetudinis, corporis bona habitudo, corporis firma conſtitutio,firma corporis affectio. Tuſc. 215.b.Corporis temperatio,cum ea congruunt inter ſe, è quibus conſtamus,ſanitas eſt. pro Syl.183.a. Adeo'ne uobis alienus à ſanitate uideor?& de Opt.283.b.Qui incorrupta ſanitate ſunt.de Cl.169.a.Eloquentia omnẽ illã ſalubritatem atticæ dictionis quaſi ſanitatem perdidit.et 190. b.Sic oratoris uel ſanitate uel uicio pro argumento ad diluendum crimen uſi ſumus.de Clar.191.a.Inſulſitatem & inſolentiam tanquam inſaniam quandam orationis odi, ſanitatem autem & integritatem quaſi religionem & uerecundiam orationis probat. de N.78.a.Aegrorum ſalus non ab Apolline,ſed ab Hippocrate data. pro Cluent.31. a.Et ſimul eum ſaluti deſperare uetuit. In P.89.b. Suum quenq; ſcelus de ſanitate ac mente deturbat.I.A.238.a.Ego autem ueteranos tueri debeo,ſed hos quibus ſanitas eſt, certe timere non debeo.

Sannio,onis.ſcurra,qui omnibus modis riſum mouere nititur. de Or.132.b. Quid poteſt eſſe tam ridiculum quàm ſannio eſt? Ep.137.a.Salis enim ſatis eſt, ſannionũ parum.

Sano,as.curo,medeor,tollo,ad ſalutem reduco,ſanum facio, ſalutem do uel reddo uel reſtituo, libero, morbum depello.de N.74.a.Vomica Pherei Iaſonis, quam medici ſanare non potuerunt. de Fin.121.a.Sanare uulnera.Tuſcul.227.a.Citiuſq́; repentinus oculorum tumor ſanatur, quàm diuturna lippitudo depellitur. de D.236.b. Eius autem radiculæ uim eſſe tantam,ut Ptolemæum facilè ſanaret.& ibi. Qua radicula inuenta Ptolemæus ſanatus dicitur. pro Mar.134.b.Quæ quidem tibi nunc omnia belli uulnera ſananda ſunt, quibus præter te mederi nemo poteſt. pro Syl.182.a. Vt conualeſcere aliquando & ſanari ciuitas poſſet. & pro Milon.114.b.Rempub.ægram & laben-

labentem ſanare & confirmare. I.V.260.b. Auaritiæ uulnera crudelitatis remedijs ſanare. & At.77.a. Sanare uulnera, quæ ſunt impoſita prouinciæ. ad Br.287.b. Remp. deſperatam ſanari poſſe. I.C.108.a. Quos ego non tam ulciſci ſtudeo, quàm ſanare. & 106.b. Quæ ſanari potuerunt, quacunq; ratione ſanabo. de Or.136.b. Quæ ſanare non ppſſunt, exulcerant. pro Syl.172.a. Horum uoluntates nefarias nec ſanare potui, nec tollere. & I.C.118.a. Multa meo quodam dolore in ueſtro timore ſanaui. Ep.71.b. Quæ leuare dolorẽ tuum poſſet, ſi minus ſanare potuiſſet. Att.207.a. Valde me momorderunt epiſtolæ tuæ, eædem tamen ſanauerunt. Q.Fr.300.b. Thuſcenium, cuius cauſa ſanari non poteſt, non mitigaui?

Sanus, a, um. firmus, ualens, ualidus, ſalubris, ſaluus, cui ualetudo eſt, qui firmo corpore eſt, qui incorrupta ſanitate eſt, integer, ſanæ mentis. )(. Aegrotus, demens, furioſus. I.A.179.b. Quaſi medicus ille te ſanum feciſſet. & pro Seſt.26.a. Non ea eſt medicina, cum ſanæ parti corporis ſcalpellum adhibetur. Epiſt.197.b. Nullam partem ſanæ ac ſalutæ reipub. guſtare potuiſti. Or.205.b. Bacchari inter ſanos uinolentus uidetur. de Opt.243.b. Attici oratores ſani & ſicci. pro Seſt.23.b. Qui integri ſunt & ſani. Item ibi. Sani, & boni, & beati. de Cl.182.b. Nihil erat in eius oratione niſi ſincerum, nihil niſi ſiccum atq; ſanum. de Cl.169.a. Aſiatici oratores nimis redundantes, rhodij ſaniores & Atticorum ſimiliores. pro Seſt.7.b. Remp. capeſſere, bene ſanum non oportere. Off.70.b. Si quis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem, & eo medicamento ſanus factus fuerit. de L.188.b. Quod enim eſt tam deſperatum collegium, in quo nemo è decem ſana mente ſit. de D.128.a. Sanus homo: id eſt, ſanæ mentis. Of.71.a. & Ac.22.a. Aliquis ſanæ mentis. )(. Inſaniens. Sanus. )(. Furioſus. At.139.b. Literæ ſana mente ſcriptæ, quomodo in tanta inſania? At.151.b. Male ſanus: id eſt, inſaniens. Ep.181.a. Nondum firmo corpore eſſe.

Sapiens, tis. ſophos, bene ſanus, magni conſilij, diuina mente & conſilio præditus. Off.4.a. Qui maximè perſpicit quid in quaq; re uerißimum ſit, quiq; & acutißimè & celerrimè poteſt & uidere & explicare rationem, is prudentißimus & ſapientißimus ritè haberi ſolet. pro Cl.35.a. Sapientißimum eſſe dicunt eum, cui, quod opus ſit, ipſi ueniat in mentem: proximè accedere illum, qui alterius bene inuentis obtemperet. I.C.118.b. Miſera mors uiro ſapienti non poteſt accidere. de Am.96.b. Cato quaſi cognomen iam habebat in ſenectute ſapientis. & ibi. Vnũ accepimus Apollinis oraculo ſapientißimum iudicatum. de Am.96.a. L. Acilius apud patres noſtros ſapiens appellatus. & Off.41.a. C. Cælius, is qui ſapiens uſurpatur. de Or.155.a. Septem fuiſſe dicuntur uno tempore, qui ſapientes & haberentur & uocarentur. & de Fin. 65.b. Epicurus ſe ſapientem profiteri eſt auſus, nam Metrodorum non putant ipſum profeſſum: ſed cum appellaretur ab Epicuro, repudiare tantum beneficium noluiſſe. de D.121.a. Sæpius mulam peperiſſe arbitror, quàm ſapientem fuiſſe. Off.10.a. Quoniam uiuitur non cum perfectis hominibus, pleneq; ſapientibus, ſed, &c. & ibid. Homo non perfectus, nec ſapiens. de Orat.99.b. M. Bucculeius homo meo iudicio ſtultus, & ſuo ualde ſapiens. de Or.101.a. Vlyſſes uir ſapientißimus. I.P.93.a. Themiſta ſapientior. prouerbium. I.A.228.a. Quis ſapientior ad coniecturam rerum futurarum? At.128.b. Sapiens excuſatio. de D.98.b. De Tyreſia etiam apud inferos Homerus ait, ſolum ſapere, cæteros umbrarum uagari modo. de Orator.130.a. Craſſum cum Catulus nuper audiſſet, fœnum alios aiebat eſſe oportere. Epiſt.210.a. Μισῶ σοφιστὴν ὅστις οὐκ αὑτῷ σοφός. Offic.55.a. Sapientem Stoicorum more neminem reperiri.

Sapienter. ſcitè. )(. Temerè. Ep.7.a. Si cecidiſſet ut uolumus, omnes te & ſapienter & fortiter: ſin aliquid eſſet offenſum, eoſdẽ illos & cupidè, & temerè feciſſe dicturos. Poſt.231.a. Pontifices religiones ſapienter interpretando. I.A.192.a.b. Sapienter & conſideratè facere aliquid. pro Dom.228.b. Sapienter. )(. Fallaciter.

Sapientia, tiæ. prudentia, rerũ cognitio, philoſophia, lumen animi, ingenij, conſilijq;. )(. Temeritas. Tuſ.221.b. Sapientia eſt rerum diuinarum & humanarum ſcientia cognitioq;, quæ cauſa cuiuſq; rei ſit. & de Fin.57.b. Sic ſapientia, quæ ars uiuendi putanda eſt. & Ac.7.a. Off.31.a. Princepsq; omnium uirtutum eſt illa ſapientia, quam σοφίαν Græci uocant. Off.33.b. Sapientia eſt (ut à ueteribus philoſophis definitum eſt) rerum diuinarum, humanarũ, cauſarumq; quibus hæ res continentur, ſcientia. de Finib.110.a. Sapientia hominis cuſtos & procuratrix. & de In.43.a. Sapientia moderatrix omnium rerum. Tuſc.202.b. Sæpe eſt etiam ſub palliolo ſordido ſapientia. prouerbiũ. pro Mur.142.a. Peruerſa ſapientia Tuberonis, uel Stoicorum. I.A.247.a. Næ ego iſtam eruditam ſapientiam nõ audiam. de Cl.183.b. Scipionis genus eſt ex ipſius ſapientiæ ſtirpe generatum. Off.33.b. Quid enim per deos optabilius ſapiẽtia? quid præſtantius? quid homini melius? quid homine dignius? de Or.156.a. Habere ſapientiam iunctam eloquentiæ. & 155.b. Ariſtoteles rerum cognitionem cum orationis exercitatione coniunxit. Or.203.a. Sed eſt eloquentiæ, ſicut cæterarum rerum fundamentum ſapientia. Part.236.b. Prudentia, calliditas, quæq; grauißimo nomine ſapientia appellatur. de Or.148.a. Anceps dicendi faciendiq; ſapientia. de Or.147.b. Hanc cogitandi pronunciandiq; rationem uimq;, ueteres Græci ſapientiam nominabant. de Or.153.a. Sit ne in humano genere ſapientia. & pro Mur.131.a. Sapientia domina rerum. de Or.122.b Sapientia conſtituendæ ciuitatis. Offic.34.b. Hi uerſutos homines & callidos admirantes eorum maliciam, ſapientiam iudicant. de Leg.160.b. Ratio cum adoleuit atque perfecta eſt, nominatur ritè ſapientia. de L.168.a. Sapientia eſt mater omnium bonarum artium, à cuius amore Græco uerbo philoſophia nomen inuenit, qua nihil à dijs immortalibus uberius, nihil præſtabilius hominum uitæ datum eſt.

Sapientipotens. l. Bellipotens.

Sapio, pis. intelligo, ſapientia præditus ſum. Off.43.a. Quem intelligere & ſapere pluſquam cæteros arbitrãtur. & Tuſc.184.a. Non poſſum tantum uirum nihil ſapere dicere. de Fin.69.b. Nec enim ſequitur, ut cui cor ſapiat, ei non ſapiat palatus. de D.98.b. De Tyreſia etiam apud inferos Homerus ait, ſolum ſapere, cæteros umbrarum uagari modo. de D.125.a. Nihil eſt tam ualde uulgare, quàm nihil ſapere. & I.V.65.a. Hic planè nihil ſapit. de D.108.a. Qui ſibi ſemitã non ſapiunt, alteri monſtrãt uiam. Ep.108.a. Quanquam quis, qui aliquid ſapiet, nũc beatus eſſe poteſt. & pro Q.3.a. Romæ ſibi eſſe nummorum facultatem, quam ſi ſaperet, communem exiſtimaret. Att.224.a. Iſta coniuratio facilè opprimeretur, ſi recta ſaperet Antonius. Ep.17.b. Quàm iſtic, ubi ſolus ſapere uideare. & 232.b. Puer cum primùm ſapere cæpit. Oct.331.a. Si quid illæ maiorum noſtrorum reliquiæ ſepultæ ſapiunt. aliter, ſentiunt. Ep.99.a. & Off.64.b. Ex quo Ennius,



Ennius, ne quicquam ſapere ſapientem, qui ſibi ipſi prodeſſe nequiret.

Sapor, oris. quod guſtatu percipitur. pro Cæl.46.a. Qui non odore ullo, non tactu, non ſapore capiatur. Tuſ.200.a. Voluptates, quæ ſapore percipiuntur.

Sapor. ſal, urbanitas. de Clar.180.a. Tincam multa ridicule dicentem, Granius obruerat neſcio quo ſapore uernaculo. Poſtquam.207.a. Stipes Aethiops ſine ſenſu, ſine ſapore, elinguis, tardus.

Sappho. I. V. 229.b. Sappho in Prytaneo Syracuſis.

Sarcio, cis. curſu tarditatem corrigo. Ep.30.b. Vſuram longi temporis, qua caruimus, crebritate & magnitudine officiorum meorũ ſarciam. Ep.226.a. Deinde impudentia proſequor, ſed idem ſarciam.

Sarculus, li. inſtrumentum quo ſegetes ſarciuntur, id eſt, purgantur. de Fin.69.b. Cui nihil dum ſit, ius & ſarculos abſtulerit.

Sardanapalus. Att.161.b. Niſi fortè me Sardanapali uice in ſuo lectulo mori malle cenſueris. & de Finib.87.a. Sardanapalus rex Aſſyriæ.

Sardi, orum. pop. I.V.64.b. Ab Sardis rogatus. & pro Cor.63.a. Ep.107.a. Habes Sardos uenales, alium alio nequiorem: id eſt, Tigellium, & eius nepotem.

Sardianus, a, um. Quint. Fr.302.a. Plato quidam Sardianus Epicureus, qui Athenis ſolet eſſe multum. & Epiſt.224.

Sardinia, niæ, inſula. de Pro.72.a. Res in Sardinia cum maſtrucatis latrunculis geſta.

Sariſſa, riſſæ. haſtæ Macedonicæ. ad Her.34.a. Vt ſi quis Macedones, &c.

Sarmentũ, ti. I. V.90.a. Ligna & ſarmenta circundare, ignem ſubijcere cœperunt. de Or.116.b. Sicut in uitibus noua ſarmenta cultura excitantur. de Sen.88.a. Malleoli, plantæ, ſarmenta. de Seneᴄt. 88.a. Vitis putanda eſt ne ſylueſcat ſarmentis, & in omnes partes nimia diffundatur. & ibid. Sarmentorum aliorum amputatio, & aliorum immißio.

Sarracum, ci. genus uehiculi. I.P. teſte Q. lib.8. cap.3. Cùm tibi tota cognatio in Sarraco aduehatur. aliter, ſerracum.

Sartus, a, um. integer, incolumis. Antequam.194.a. Debetis quoque mihi proſpicere, qui hoc imperij domicilium numini deorum conſecratum, ſartum tectum ab omni periculo conſeruaui. Epiſt.222.b. Hoc mihi da, ut M. Curium ſartum & tectum, ut aiunt, ab omni detrimento conſerues. Epiſt.208.b. Sarta tecta ædium ſacrarum tueri. I.V.102.a.b. 103.a. Opus illud quamuis ſartum tectum integrumq; eſſet.

Sat. ſatis. de Seneᴄt.87.a. Tantum quantum ſat eſt. & de N.73.a. Qui non ſat habuit coniugẽ illexiſſe in ſtuprũ.

Satelles, tis. ſtipator, miniſter, adminiſter. contra Rul.72.b. Ianitores ducentos in annos ſingulos ſtipatores corporis conſtituit, eoſdem miniſtros & ſatellites poteſtatis. Att.224.a. Vides tyranni ſatellites in imperijs. pro Q.14.b. Adminiſtri & ſatellites Sex. Næuij. I.C.98.b. C. Manlius audaciæ ſatelles atq; adminiſter ſuæ. & I.V.152.a. Miniſter ac ſatelles cupiditatum. & 176.b. de Pro.70.a. Diligentißimus ſatelles ſcelerum, miniſter cupiditatũ. de Fin.72.b. Virtutes, quas tu ſatellites & miniſtras uoluptatis eſſe uoluiſti. & de In.42.a. Pernicioſißimæ ſatellites. de D.102.a. Hic Iouis altiſoni ſubito pennata ſatelles.

Satietas, tis. faſtidium. pro Mur.128.b. Hæc res multum affert hominibus ſacietatis ac faſtidij. I.V.256.a. Non metu aliquo affecti, ſed ſacietate exierunt. de In.56.b. Omnibus in rebus ſimilitudo eſt ſacietatis mater. de Or.124.b. Nec auditor deſatigetur ſimilitudinis ſatietate. & 151.b. Ab aliquo faſtidio quodam & ſatietate abalienari. & Or.214.a. Varietas occurrit ſatietati. At.246.a. Hæc ῥοπογραφία ripulæ uidetur habitura celerem ſatietatem. & Orat.209.a. Satietate affici. & ad Heren.31.a. Citò ſatiete affici. Ep.24.a. Mirum me deſiderium tenet urbis, ſatietas autem prouinciæ. pro Mar.135.a. Cùm naturam ipſam expleueris ſatietate uiuendi. de Sen.92.b. Omnium rerum ſatietas, uitæ facit ſatietatem. At.25.b. Satietas noſtri. )(. Deſiderium. de N.78.a. Quæ nam unquam ob mortem Myrtilli pœnis luendis dabitur ſatietas ſupplicij? Off.45.a. In quo tamen ipſo unà cum ſatietate memoria quoque moriatur uoluptatis. Ep.24.a. Atq; in primis me tenet ſatietas actæ prouinciæ. & 123.a. Sed eſt earum etiam non ſatietas, ſed quidam modus. de In.47.b. Cibi ſatietas, & faſtidium ſub amara aliqua re reuelatur. de D.85.b. Nec tuendi ſatietas capere poterat. Ep.19.a. Nec quiſquam eſt, quin ſatietate iam defeſſus ſit.

Satio, as. ſaturo, expleo, paſco, famem expleo, ſatietate afficio, ſatietatẽ affero, ſatietatẽ facio, ſatietate expleo, nec tuẽdi ſatietas capere poterat, ſatietate defeſſus. de Fin.70.a. Veniebat enim ad cœnam, ut animo quieto ſatiaret deſideria naturæ. & 91.a. Nec ſatiari poterat legendo. Q.Fr.304.a. Inimicorũ crudelitas nõdum eſt noſtra calamitate ſatiata. Par.116.b. Nunquã expletur, nec ſatiatur cupiditatis ſitis. Part.238.b. Explere cupiditates, ſatiare odiũ. de Fin.91.a. Erat ut ſcis in eo inexhauſta cupiditas legendi, nec ſatiatri poterat. Top.222.b. Nõ patiar te hinc non ſatiatũ diſcedere. pro Dom.225.a. Qui ne abſens quidem luctu meo mentes eorũ ſatiare potui. I.V.214.b. Ait ſe uelle illud etiam atq; etiam cõſiderare, nequaquam eſſe ſatiatum. de Or.161.a. Vt neq; hi ſatientur, qui audient, faſtidio ſimilitudinis. Or.218.a. Numerus ſatiat. & de Ar.253.b. Satiare libidines alicuius. de Sen. 87.a. Satiatus & expletus cupiditatibus. I. A.232.a. At in eius corpore lacerando cum animum ſatiare non poſſet, oculos pauit ſuos. de L.169.a. Equidem ſatiari non queo, &c.

Satio, onis. ſatus, ſementis. I.V.155.b. Iugera ſationum ſuarum profiteri. de Vn. 203.a. Poſt autẽ ſationem eam, &c. hic ſatio tranſlatum eſt uerbum ad res cœleſtes. Et alibi. Aequabilis ſatio.

Satis. ſat, ſanè. de Orat.203.b. Peccant, qui non uident quod eſt ſatis. pro Q.7.a. Cùm hominem nomino, ſatis mihi uideor dicere. et pro S. R.24.a. Hãc laudare pro dignitate nemo ſatis cõmode poſſet. Antequam.194.b. Nec ſatis eſt ne cui iniuriam facias, prouidere, ſi tamen. Off.63.b. Homo nec infacetus & ſatis literatus. de Fin.77.b. Siç à me ſatis teſtium eſt dictum. pro R. P.129.b. Satis multa, &c. Nimis multa, &c. de Clar.176.b. Hi dicebant de Republica, quod eſſet illis uiris & conſulari dignitati ſatis. Orat.218.a. Animo iſtuc ſatis eſt, auribus non ſatis. de Clar.174.a. Brutus cùm literis Latinis, tum etiam Græcis ſatis eruditus. Epiſt.60.b. Si me defendi contra fratrem tuum ſatis habeas, nihil me etiam num tecum de eo conqueri. ad Her.24.a. Nõ ſatis habent præcipere de artificio, ſed, &c. At.194.a. Sed puſillũ loci, ad hanc rem plus etiã ſatis. I.A.160.a. Mihi ferè ſatis eſt quod uixi, uel ad ætatẽ, uel ad gloriã. Par.117.a. Quæ uerbis ſubtilius quàm ſatis eſt diſputari uidentur: id eſt, quàm decet uel par eſt.

pro Quint.Roſ.46.b. Satis ſuperq; habeo quod mihi dederis pro Planc.279.a. Satis habeo à te. & Epiſt.183.a. Ego à te ſatis habeo. Att.141.a. Atque hoc in te ſatis habebit. Att.255.a. & Tuſ.172.a. Sed id ſatis ſuperq;. Ep.133.a, Sum auidus pluſquã ſatis eſt gloriæ. Off.12.a. Mihi iam ſatis ſuperq; dixiſſe uideor de aſiatico genere teſtium. de Nat. 26. a. Contra Epicurum ſatis ſuperq; dictum. I. V. 260.b. Pluſquam ſatis opus eſt doleo. At.97.a. Quare de hoc ſatis. Att. 85. a. Nec id ſatis efficitur in uſuram menſtruam. & ibid. Ea uix in fœnus Pompeij quod ſatis ſit, efficiunt. de Orat.124.a. Satis eſſe deberet, ſi, &c. pro S.R. 43.b. Si non ſatis habes explere, &c. niſi etiam, &c. & ad Her.23.b. Satis erit ſigni, quod, &c. Top.221.a. Libri ſatis multi. de Or.149.b. Si hæc ſatius eſſe putatis. & ibid. Si his contenti eſtis. de Cl.174.b. Nihil refert uidere, &c. niſi, &c. ne id quidem ſatis eſt, niſi, &c.

Satin'. pro ſatis ne. de N.23.b. Satin' eſt id ad illam abundantem bonis uitam beatiſsimam?

Satis accipio, pis. prædes accipio, ab aliquo caueo. )(. Satis do. pro Quint. 7. b. Si ueretur, ut res iudicio facto parata ſit, iudicatum ſolui ſatis accipiat, quibus à me uerbis ſatis accipiet, iiſdem ipſe quod peto ſatiſdet. I.V.99.b. Aut pro præde litis uindiciarũ, cum ſatis accepiſſet, ſponſionem faceret.

Satiſdatio, onis. uadimonium. Att. 68.a. Sunt aliquot ſatiſdationes ſecundum mancipium, in his Memmianorum prædiorum.

Satiſdato. id eſt ex ſatiſdationis formula. At.255.a. Hoc quod ſatiſdato debeo, peto à te ut ſolutum relinquas. & Satiſdato promittere, apud iuriſconſultos.

Satiſdo, a. prædes dare, & ut iuriſconſulti loquuntur, fide iubere, & uadimonio promittere. )(. Satis accipio. I. V. 105. b. Qui redemerit, ſatiſdet damni infecti. & ibid. Cùm ſibi ipſum iubet ſatiſdare Rabonium. & 121.a. Iudicatum ſolui ſatiſdaturos eſſe dicebant. Epiſt.216.a. Si quid tibi ſatiſdandum erit, ampliùs eo nomine non peti cures, ut ſatiſdetur fide mea. Item. Is poſtulat, ut procurator iudicatum ſolui ſatiſdaret, negat Alphenus æquum eſſe procuratorem ſatiſdare, quod reus ſatiſdare non deberet, ſi ipſe adeſſet. & ibid. A prætore poſtulat, ut ſibi Quintius iudicatum ſolui ſatiſdet. & ibid. Non recuſabat Quintius quin ita ſatiſdare iuberet. pro Quint.7.b. Si ueretur, ut res iudicio facto parata ſit, iudicatum ſolui ſatis accipiat: quibus à me uerbis ſatis accipiet, iiſdem ipſe quod peto ſatiſdet. & 8.a. Imò abs te ſatis accipiam, ego autem tibi non ſatiſdabo. pro Quint. Roſ. 50. b. Quid ita ſatis non dedit, amplius à ſe neminem petiturum. & ibid. Qui pro ſocijs tranſigit, ſatiſdat neminem eorum poſtea petiturum. & Att.4.b. Ille ſatiſdari abs te amplius non petit. Att.68.a. De ſatiſdando te rogo, ut ſatiſdes. At.261.a. Sed illi turpe arbitror, eo nomine quod ſatiſdato debeat, procuratores eius non diſſoluere.

Satisfacio, cis. impleo, placeo, morem gero, quod debeo ſoluo. pro Cor.55.a. Amici ſalutis meæ ſi minus ad referendam gratiam ſatisfacere potui, ad prædicandam & habendam certè ſatis ſum facturus. Off.21.a. Cum grauibus ſerijsq; rebus ſatisfecerimus. de Orat.102.a. Mihi uerò, inquit Mutius, ſatis ſuperq; abs te uidetur iſtorum ſtudijs eſſe factum. Att.78.a. Faciam tamen ſatis tibi, &c. & Satisfaciam utrique. & 69.b. De noſtra continentia & diligentia faciemus ſatis. I.V.264.a. Satis eſt factum promiſſo noſtro ac recepto. pro Cluent.23.a. Satis facere naturæ & legibus: id eſt, mori & exilio mulctari. Epiſt.143.



b. Satisfacere uitæ. & 144.a. Satisfacere amicitiæ. & 53. b. Me ſatis noſtræ coniunctioni amoriq; facturum. I. V. 177. b. Oportuit illum non antè ſibi ſatisfacere, quàm tu omnium exiſtimationi ſatisfeciſſes. Orat.206.b. Hiſtriones in diſsimillimis perſonis ſatisfaciunt. Att.36.b. Varro ſatis mihi facit. & 178. b. Quintus mihi per literas ſatisfacit. I.V.262.a. Satis officio meo factum eſſe arbitror. & 62.a. Satis facere cauſæ & officio ſuo. Top.229.b. Cumulatè ſatis facere alicui. & Att.141.b. Cumulatiſsimè ſatisfacere alicui. de Orat.99.a. Neque illum in hoc iure ciuili, ſatis illi arti facere poſſe, niſi dicendi copiam aſſumpſiſſet. Att.254.a. Is me in omni genere delectauit, in eoq; maximè in quo minimè putabam, ſatisfaciebat. I.A.293.a. Pansa aut morte, aut uictoria ſe ſatisfacturum reipublicæ ſpopondit. de Leg.157.a. Potes autem tum ſatisfacere in hiſtoria, cum ſit opus unum hoc oratorium maximè. Att. 25.a. & Orat.210.a. Satisfacere alicui quippiam petenti: id eſt, morem gerere. I.A.170.a. Nunquam te mihi pro tuis in me iniurijs ſatis eſſe facturum putabas. pro Flac. 156.a. Hermippus Fuſijs ſatisfacit & fidem ſuam liberat. de Fin.52.a. Quamobrem tandem non ſatisfacit? Ep.236. b. Satisfacere deo piè & caſtè. ad Her.27.a. Pueri tui modò me pulſauerunt, ſatisfacias oportet. I.V.92.a. Satisfacere publicè.

Satisfactio, onis. purgatio. At.58.b. Et aliquid ſatisfactio uidetur habere leuitatis. & Ep.101.b. Hic tu me etiam inſimulas, nec ſatisfactionem meam accipis.

Satisfit, bat. ſatis habeo. pro Pl.279.a. pro R.P.130. a. Vt omnium ſuſpicioni ſatisfiat. & Ep.27.a. Nam ad bellum quidem quî conuenit? præſertim contra eum cui ſpero me ſatisfeciſſe, ab eo, cui tamen ſatisfieri nullo modo poteſt. Ep. 218. b. Quanquam à te quidem cumulatè ſatisfit mihi, & omnibus meis. & 236.a. Vide quomodo ſatisfiat ei, cui ſcis me ſatisfieri uelle. I.A.169.b. Cæſar ad me ſcripſit, ut mihi ſatisfieri paterer à te.

Satius eſt. præſtat, melius eſt. ad Heren.32.b. Eſt cum non eſt ſatius, ſi, &c. & ibid. Non igitur ſatius eſt, &c. & de In. 74. b. Videbatur uel mori ſatius fuiſſe, quàm eſſe cum ijs. I.V.126.b. Mori ſatius eſt quàm turpiter uiuere. At.98.b. Video cum altero uinci ſatius eſſe, quàm cum altero uincere.

Sator, oris. ſeminator. de Nat.43.a. Omnium rerum ſator & ſeminator mundus eſt. & Tuſ.176.b. Tuq; cœleſtium ſator.

Satricum, ci. oppid. Att.318.b.

Satur, a, um. ſaturus, plenus. de D.96.b. Eſurientibus pullis res geri poterit, ſaturis nihil geretur. & Or.208. a. Satura ieiunè, grandia minutè dicere.

Saturatus, a, um. expletus. de D.93.b. Mens ſaturata bonarum cogitationum epulis. & pro Pl.263.a. Homines ſaturati honoribus.

Saturnalia, orum. Saturno conſecratus dies feſtus, qui XIIII. Cal. Ianuarij celebrabatur. Att.79.b. Hilara ſanè ſaturnalia. I.C.112.b. Alijs cædem ſaturnalibus fieri placebat. Att.221.b. Cæſar ſecundis ſaturnalibus ad Philippum ueſperi uenit.

Saturnius, a, um. de Som.128.b. Illa ſtella, quam in terris Saturniam nominant.

Saturnus, ni. Cœli filius. de Nat.38.b. Saturnus appellatus eſt, quod ſaturetur annis. & 70.a. Saturnus, quia ſe ſaturat annis. & 38. a. Vetus opinio eſt, exectum eſſe Cœlum à filio Saturno. de N.36.a. Saturni ſtella, Phænõ Græcè, XXX. ferè annis curſum ſuum conficit. de Nat.49.b. Summa



Summa Saturni ſtella refrigerat, media Martis incendit. & 68.a. Aether & Dies parentes, Cœlum, Saturnus, Iupiter. de Vn.201.b. Saturnus Phorcis et Ops fratres, Oceani & Salaciæ filij.

Saturo, as. ſatio, expleo. I.A.171.b. Antonius ſaturauit ſe ſanguine ciuiũ. de N.72.a. Saturnus, quia ſe ſaturat annis. & 38.b. Saturnus appellatus, quòd ſaturetur annis. de N.52.a. Nuper nati mammas appetunt, earumq; ubertate ſaturantur. In Vat.30.a. Dum odium, quod in bonos habebatis, ſaturare cuperetis. pro Dom. 222. a. Expleui animos inuidorum, placaui odia imperitorũ, ſaturaui etiam perfidiam & ſcelus perditorum. I.V.169.b. Vt aliquando expleti ac ſaturati diſcederent.

Satus, a, um. de Vn.202.b. Satis, & quaſi ſparſis animis, &c. & Tuſ.161.a. Terra obſecro te, aut ſata, aut concreta uidetur, tanta uis memoriæ? & 174.b. Non temerè nec fortuitò ſati creati ſumus.

Satus, tus. ſatio. Officior.24.a. Hoc Herculi Iouis ſatu edito potuit fortaſſe contingere. Tuſcul.177.b. Philoſophia præparat animos ad ſatus accipiendos. & de Finib. 140.b. A primo ſatu. de D.122.b. Herbam aſperam credo non humano ſatu, ſed auium congeſtu. de Senect.88.a. Vitium ſatus, ortus, incrementa. de D.99.b. Quædam etiam oriebantur, ex hominum pecudum'ue conceptu & ſatu. de Vn.201.b. Oceanum Saliciamq; Cœli ſatu Terræq; conceptu generatos editosq; memorant. & 202. a. Vos, qui deorum ſatu orti eſtis.

Satyrus, ri. beſtia de genere ſimiarum. I.V.231.a. Satyrus, qui apud Tarentinos in æde Veſtæ eſt. & de N.68. a. Nymphæ, paniſci, & ſatyri.

Satyriſcus, ſci. ſatyrus. de D.88.b.

Sauciatio, onis. uulneratio. pro Cec.203.a. Sauciatio, etc.

Saucio, as. conſaucio, uulnero. I.V.89.b. Ipſe Rubrius in turba ſauciatur, ſerui nonnulli uulnerantur. In Vat.31. b. Omnia tela ſic in te cõijcientur, ut nemo per tuum latus (quod ſoles dicere) ſaucietur. Att.236.b. Ille quem Brutus noſter ſauciauit.

Saucius, a, um. uulneratus. Tuſ.183.a. Videmus ex acie efferri ſæpe ſaucios. I.C.109.b. Gladiator ille confectus & ſaucius. pro Cæl. 41. a. Medea amore ſæuo ſaucia. Att. 278.b. Perterritos, inermes, ſaucios, non ſunt noſtri duces perſecuti.

Saxa rubra. locus. I.A.175.a.

Saxea moles. de N.44. Accij.

Saxetum, ti. locus plenus ſaxis. cõtra Rul.97.b. Quod eſt tam aſperum ſaxcetum, in quo agricolarum cultus nõ elaboret?

Saxulum, li. de Orat.101.a. Ithaca in aſperrimis ſaxulis affixa.

Saxum, xi. ſilex, lapis. de Fat.141.a. Ex ſpelunca ſaxum in crura eius incidit. pro Cec. 296.b. Glebis aut ſaxis aliquem de fundo præcipitem agere. & ib. Qui ſaxa iacerẽt. pro Dom.215.b. Saxis facta lapidatio eſt. I.P.88. b. Vt tu uſpiam ſaxis fixus aſperis, &c. Ac.25. b. E ſaxo ſculptus, aut ebore dolatus. At.230.b. De ſaxo in crucem.

Saxfragæ undæ. de Or.158. poetæ.

Scabellum, li. ſcamnum. pro Cæl.51.b. Deinde ſcabella concrepant, aulæum tollitur.

Scaber, a, um. Tuſ.196.a. Pectus illuuie ſcabrum.

Scabies, ei. de Leg.165.b. Nos uoluptatis blandicijs corrupti, quæ natura bona ſunt, quia dulcedine hac & ſcabie carent, non cernimus ſatis.

Scalæ, arum. I. A. 164. b. Negociumq; tranſegiſſes,



niſi ſe ſub ſcalas tabernæ librariæ conieciſſet. & pro Mil. 109.b. Cum ſe ille fugiens in ſcalarum tenebris abdidiſſet. l. Gradus.

Scalmus, mi. lignum id eſt in naui, quo nituntur remi, dum aguntur. de Orat.99.a. Qui duorum ſcalmorum nauiculam in portu euerterit. Att.253.a. Hæc ego conſcendens è Pompeiano tribui actuariolis decem ſcalmorum. aliter, ſcalmi uel ſcalmis. de Cl.182.a. Qui in littore ambulãs ſcalmum reperiſſet.

Scalpere. incidere, quod uulgò dicunt ſculpere. de N. 56.a.b. Itaq; ad pingendum, ad fingendũ, ad ſcalpendum, ad neruorum eliciendos ſonos ac tibiarum, apta manus eſt admotione digitorum.

Scalpellum, li. chyrurgi ferrum, quo quid ſcindit. pro Seſt. 26.a. Cùm ſanæ parti ſcalpellum adhibetur. de D. 128.a. Quorum linguæ ſic inhærent, ut loqui non poſsint, ſcalpello reſectæ liberantur.

Scamonea, neæ. herba. de D.83.b. Quid ſcamoneæ radix ad purgandum poſsit. & 118.a. Scamonea, ariſtolochiaq; radix.

Scamnum, ni. ſedes, ſcabellum. de D.102.b. Auſpicio regni ſtabilita ſcamna ſolumq;. Ennij.

Scando, dis. conſcendo. de Sen. 80. b. Cùm alij malos ſcandant, alij per foros curſent, alij, &c.

Scantia ſylua. contra Rul.61.b.

Scapha, phæ. linter ſeu nauicula quæ longis nauibus ſubſeruit. ad Heren. 4. a. Omnes in ſcapham conſcenderunt, & moderari nauim ex ſcapha. Att. 102.a. Σκάφος τῶν ἀτρειδῶν de In.81.b. Vſque adeò ut dominus nauis in ſcapham confugerit. & ibid. Gubernator nauis in nauem aufugit.

Scaphium, phij. ſcyphus, ſeu poculum in formam ſcaphæ nauiculæ factũ. I. V.208.a. Scaphia cum emblematis Lilybei empta.

Scateo, es. ſcaturio. Tuſ.163.a. Fontes ſcatere. poetæ.

Scaturio, ris. emanare, effluere, erumpere. Epiſt.113. b. Totus, ut nunc eſt, hoc ſcaturit.

Sceleratè. nefariè, per ſcelus. Antequam.195.a. & pro Syl.179.b. Sed quid ego plura de illorum aut in me maledictis, aut in uos ſceleratè loquar factis? I.C.102.b. Bellum ſceleratè ſuſceptum.

Sceleratus, a, um. conſceleratus, ſceleſtus, impurus, nefarius, improbus, capitalis, impius, ſcelere aſtrictus, ſcelere contaminatus, parricidijs contaminatus, & omni ſcelere coopertus. Att.151.a. Ego hunc impurum & ſceleratum puto. & I.C.108. b. Quæ mente ſcelerata & nefaria cupierunt. pro Mur. 139. a. Sceleratus & nefarius fueris, ſi, &c. de Fin. 103.b. Illa uox inhumana & ſcelerata. pro Cl.58.a.b. Conſcelerata mulier. de Ar.250.a. Brogigarus impurus homo & ſceleratus. & I.A.238.a. Ad facinus prædamq; natus.

Sceleſtus, a, um. ſceleratus. In Sal.273. Sceleſtus ciuis. & pro S.R.24.b. Sceleſtum ac nefarium facinus. & 28. b. Res ſceleſta, atrox, nefaria.

Scelus, ris. flagitium, facinus, fraus, atrocitas ſceleris. de Orat. 103.b. Qui animorum motus in iudicium mentibus concitent, ſcelus eos nefariũ facere. & pro Do.229. Facere ſcelera. pro S.R.22.b. Multa ſcelera & flagitia fieri. pro Seſt.16.a. Edere ſcelus in aliquẽ. et de. Ar.357.b. Infinita ſunt ſcelera, quæ ab illo in patriam ſunt edita. pro Seſt.24.b. Aſtringi ſcelere. & I.A.230.b. Suſcipere ſcelus. pro Mil.107.b. Facere aliquid ſceleris. pro Cluent. 58.b. Hoſtiæ cæſæ ad ſcelus perficiendum. Ep.10.a. Quæ prætermitti

termitti ſine nefario ſcelere non poſſunt. pro Cluen. 57. a. Infeſtum ſcelus & immane. ad Her. 26. a. Scelus nefarium & truculentum. de Am. 101. b. Scelus deteſtabile. I. P. 89. a. Conſcientia ſcelerum & fraudum ſuarum.

Scena, næ. cauea, fabula. pro Mur. 133. b. Ludorum elegantia & ſcenæ magnificentia. de Ar. 249. b. Omne ſeruitium permiſſu magiſtratus liberatum, in alteram ſcenam immiſſum. & ibid. Illi cum ludos facerent, ſeruos de cauea exire iubebant, tu in alteram ſeruos immiſiſti. de Or. 130. a. & 163. b. Miror eorũ impudentiam, qui agunt in ſcena geſtum inſpectante Roſcio. de N. 73. b. Scena referta eſt his ſceleribus. de Orat. 139. b. Maxima quaſi oratori ſcena uideatur concio. de Am. 114. a. In ſcena, in cõcione, in qua rebus fictis & adumbratis loci plurimum eſt. Att. 278. a. Nunc populo & ſcenæ (ut dicitur) ſeruiendum eſt. de Cl. 162. a. Roſcium eſſe in ſcena. pro Plan. 265. a. Omitto illa, quæ ſi minus in ſcena ſunt, at certè cum ſint prolata, laudantur. de Sen. 90. b. Idq́; tum in uita, tum in ſcena intelligi poteſt ex ijs fratribus qui in Adelphis ſunt.

Scenicus, a, um. de Or. 163. b. Geſtus ſcenicus uerba exprimens. Off. 23. a. Ne ſcenici pluſquam nos uideantur habere prudentiæ. pro Plan. 265. b. Scenicæ perſonæ, ut Mimi, Hiſtriones.

Sceptrum, ptri. uirga regis. pro Seſt. 16. a. & de D. 84. b. Rex ſedens cum purpura, & ſceptro, & inſignibus illis regijs.

Scheda, dæ. tabella, pagella. Att. 20. b. Enitere, ut ne qua ſcheda depereat.

Schedula, læ. Ep. 253. a. Hæc tertia iam epiſtola antè te oppreſſit, quàm tu ſchedulam aut literam. Vetuſti codices hic ſcidulam habent, & ad Atticum ſcidam, & rectè. nam Chariſius autor, & doctus, & bonus, & antiquus, ſcidulam à ſcindendo, ſiue ſchidulã ἀπὸ τοῦ σχίζειν dici aſſerit.

Schema, tis. de Clar. 190. a. Verborum & ſententiarum illa lumina, quæ uocant Græci σχήματα, quibus tanquam inſignibus in ornatu diſtinguitur omnis oratio. de Clar. 170. b. Sententiarum orationiſq́; formæ, quæ appellantur σχήματα. & 177. a. Sententiarum ornamenta, & conformationes. de Clar. 177. a. Σχήματα enim quæ uocant græci, ea maximè ornant oratorem, eaq́; non tam in uerbis pingendis habent pondus quàm in illuminandis ſententijs. Top. 223. b. Ornamẽta uerborum ſententiarumq́; quæ appellantur σχήματα. & Or. 204. b. Lumina, quæ græci quaſi aliquos geſtus orationis, σχήματα appellant. l. Ornatus.

Schœnoabatica. l. Embenetica.

Schola, læ. gymnaſium. Off. 52. a. Sed hoc de genere commodius à quibuſdam optimis uiris ad medium ianuæ ſedentibus, quàm ab ullis philoſophis ulla in ſchola diſputatur. & Orat. 205. b. È philoſophorum ſcholis tales ferè euadunt. de D. 114. b. Multa iſtiuſmodi dicuntur in ſcholis. de Orat. 89. b. Clamabunt credo omnia gymnaſia, atq́; omnes philoſophorũ ſcholæ, ſua hæc eſſe omnia propria. de Fin. 64. a. Primùm deprecor, ne me tanquam philoſophum putetis ſcholam uobis aliquam explicaturum: id eſt, uniuerſam alicuius ſectæ & ſcholæ doctrinam. I. P. 92. a. Homo ad perſuadendum concinnus, perfectus, politus è ſchola. de N. 8. b. Ex eadem Platonis ſchola Ponticus Heraclides. & de Or. 93. b. Qui cum in ſchola aſſediſſent, iuberent, &c. & ibid. Qui non græci alicuius loquacitatem ſine uſu, neq́; ex ſcholis cantilenam requirunt. de Fin. 145. b. Domi in ſchola definis. de Finib. 78. b. In Epicuri ſchola. Epiſt. 141. a. Habes ſcholam Stoicam. I. P. 92. b.



Vertes te ad alteram ſcholam. Tuſ. 149. b. Itaque dierum quinq́; ſcholas, ut Græci appellant, in totidem libros contuli. & ibid. Vt iam etiam ſcholas græcorum more habere auderemus: id eſt diſputationes. Acad. 20. b. At ille neſcio quis qui in illis ſcholis nominari ſolet, mille & octingenta ſtadia quod abeſſet, uidebat.

Scholion. reſponſio uel purgatio, uel defenſio, uel interpretatio breuior. Att. 256. a. Velim σχόλιον aliquod elimes ad me. & ib. ἀπολογισμὸν συντάξομαι. & ib. Quid iam opus eſt σχολίῳ.

Sciens, tis. prudens, gnarus, peritus, intelligens. de Or. 103. a. M. Scaurus uir regendæ reipublicæ peritiſſimus. & de In. 54. a. Nauis, quæ ſcientiſſimo gubernatore utitur. pro Pom. 9. a. Quis eo ſcientior unquam fuit? ad Her. 16. a. Tu ſcientior eris præceptorum artificio, nos alacriores ad reliquum perſequendũ pro S. R. 27. a. Is apertè calumniari ſciens uidetur. & pro Quint. 9. a. Qui nihil alteri ſciens incommodat. pro Syl. 183. b. Nullum à me ſciente facinus occultatur. pro Cluent. 44. a. Habebit igitur te ſciente & uidente curia malum ſenatorem. Epiſt. 125. a. Sciens prudens feci. pro Plan. 267. b. Plancius offendit ſciens neminem. Att. 163. b. Ne te ſciens prudensq́; eò demittas, unde, &c. pro Cor. 57. a. Vtrum inſcientem uultis contra fœdera feciſſe, an ſcientem?

Scienter. ſcitè, intelligenter, ſciens. )( Inſcienter. de Orat. 96. a. Iis quæ habeas, modicè & ſcienter uti. & 109. a. Scienter ac peritè dicere. & Orat. 214. a. Scienter uerſari in aliqua re. & de D. 99. b. Scienter interpretari aliquid. Off. 36. b. Iis quibuſcum congregamur, uti moderatè & ſcienter.

Scientia, tiæ. cognitio, intelligentia, doctrina, diſciplina, prudentia, ſtudium, rerum cognitio, uirtus. pro Pom. 13. a. Acad. 36. b. )( Inſcientia. de Nat. 1. a. Vt magno argumento eſſe debeat cauſam, id eſt, principium philoſophiæ eſſe ſcientiam. Offic. 4. b. Omnes ducimur & trahimur ad cognitionis & ſcientiæ cupiditatem. & 5. a. Omnis cogitatio, &c. aut in ſtudijs ſcientiæ cognitioniſq́; uerſabitur. de Orat. 153. a. Aut cognitio rei ſcientiaq́; perquiritur. Offic. 13. a. Scientia, quæ eſt remota à iuſtitia, calliditas potius quàm ſapientia eſt appellanda, ut inquit Plato. de Finib. 136. a. b. Innatus eſt in omnibus cognitionis amor & ſcientiæ. de D. 99. a. Nec quiſquam rex Perſarum poteſt eſſe, qui non antè magorum diſciplinã ſcientiamq́; perceperit. I. A. 223. a. Seruij Sulpitij in legibus interpretandis ſcientia. & Orat. 207. a. Dialecticorum ſcientia. de Orat. 86. b. Omnium magnarum rerum atq́; artium ſcientiam conſequi. & 89. a. Rerum maiorum ſcientia. de Fin. 130. a. Omnes artes in aliqua ſcientia uerſantur. Acad. 36. b. Artem ſine ſcientia eſſe non poſſe. ad Heren. 37. a. Certa ſcientia maleficij, non ſuſpicio. de Orat. 92. b. Cùm hæc omnia audirentur ab ijs, quibus non ſcientia eſſet tradenda, ſed exigui temporis, aut falſa, aut certè obſcura opinio. & 94. a. Res ab opinionis arbitrio ſeiunctæ, ſcientiaq́; comprehenſæ. & Ep. 94. a. Comprehendere aliquid ſcientia. de Or. 111. a. Oratoris omnis actio opinionibus, non ſcientia continetur. & ibid. Ars earum rerum eſt, quæ ſciuntur. & ibid. b. Res quæ mendacio nixa ſit, quæ ad ſcientiam non ſæpe perueniat. & ibid. Pertractandorum animorum ſcientiam ſi quis uolet magnam quandam artem dicere, non repugnabo. & 112. a. Ars, quæ faciendorum uerborum ſcientiam profiteatur. de Orat. 148. b. Scientiæ ſuauitas, qua nihil eſt hominibus iucundius. de Finib. 129. b. Herillus ſenſit nihil eſſe bonum præter ſcien-



-tiam. Or. 212. a. Scientiam loquendi mihi reſeruaui, uſum populo cõceſſi. pro Syl. 174. b. Cuius ſcientiã de omnibus conſtat fuiſſe, eius ignoratio de aliquo purgatio debet uideri. Off. 29. a. Modeſtia eſt ſcientia opportunitatis idoneorũ ad agendũ temporũ. de N. 24. a. Sanctitas eſt ſcientia colendorum deorũ. de D. 80. a. Chaldæi diuturna obſeruatione ſyderũ ſcientiam putantur effeciſſe, ut prædici poſſent futura. & 98. a. Si dij futura ſignificant, aliquas uias dant nobis ad ſignificationis ſcientiã. de N. 19. b. Miror in homine eſſe Romano tantã ſcientiam. & Ep. 97. b. Habere ſcientiã magnarum artiũ. Ep. 50. b. Qui in alienis morbis profitentur ſe tenere medicinæ ſcientiã, ipſi ſe curare nõ poſſunt. I. A. 162. a. Quo me teſte cõuinces? an chirographo? in quo habes ſcientiam quæſtuoſam. Off. 31. a. Prudentia eſt rerũ expetendarũ, fugiendarumq́; ſcientia. & ib. Prudentia eſt rerum diuinarũ atq́; humanarum ſcientia. de Or. 90. a. Promere aliquid ex aliqua obſcuriore ſcientia. & ib. Regionũ terreſtrium aut maritimarũ ſcientia. de Fin. 109. b. Viuere ſcientiã adhibentem earum rerum, quæ natura eueniunt. de D. 113. a. Certè igitur ignoratio futurorũ malorum utilior eſt quàm ſcientia. & 123. a. In prouidendis rebus eſſe augurandi ſcientiam. de D. 134. a. Muſæ legendi, ſcribendi, cæterarumq́; artium ſcientiam ſomniantibus non dabunt? de D. 135. b. Si ea dij nobis obijciunt, quorum neq́; ſcientiam, neq́; explanationem habeamus. pro Pom. 9. a. Scientia rei militaris. & de D. 87. a. Scientia auguratus. de Leg. 159. b. Iuris ciuilis ſcientia. )( Ignoratio iuris. Epiſt. 48. a. Tua ſcientia excellens ac ſingularis. l. Literæ.

Scilicet. uidelicet, nam, enim, nimirum, nempe, quippe, certè, profectò. Or. 207. b. Cognoſcet etiã rerum geſtarũ ordinem, maximè ſcilicet noſtræ ciuitatis. At. 99. a. Quis? tu ipſe ſcilicet. de Or. 129. a. Bona dicta non poſſunt teneri, hæc ſcilicet bona dicta, quæ falſa ſunt. & 150. b. Similiter nunc de oratore loquor, ſummo ſcilicet. pro Cæl. 48. a. Cùm ſcires quantum ad facinus aurum hoc quæreretur. ad necem ſcilicet legati. de D. 130. a. Negant enim id eſſe maieſtatis deorum, ſcilicet cauſas omnium introſpicere, ut uideant quid cuiq́; conducant. de Fin. 138. a. Sunt clariora indicia naturæ, maximè ſcilicet in homine. Epiſt. 167. b. Qua mente eſſet Antonius demonſtrauit, peſſima ſcilicet & infideliſſima. Epiſt. 160. a. Tu cogitas ut domi tuæ ſis, ſcilicet ne cum periculo ſtultus ſis. de Finib. 114. b. Me ſpecies quædam commouit, inanis ſcilicet, commouit tamen. Epiſt. 258. a. Suſpenſo animo expecto te primùm ſcilicet, deinde Marionem. de Orat. 154. b. Sed annulum quem haberet, ſe ſua manu confeciſſe, ſcilicet nimis hic quidem progreſſus eſt, ſed, &c. Top. 224. b. Ab adiunctis poſui exemplum, multa ſcilicet adiungi, quæ, &c. pro Quint. 10. a. Quid ad hæc Næuius? ridet ſcilicet noſtram amentiam. Att. 285. a. Arma quærenda putauimus, ſcilicet ut nouum dominum pateremur, an ut liberaremus rempub? de Fin. 120. a. Iſtis alio tempore reſpondebo, tunc ſcilicet cum tibi. Tuſc. 180. b. At uerò nos, docti ſcilicet à Græcia, legimus, &c. Epiſt. 5. b. Me in ſummo dolore, quem ex tuis rebus capio, maximè ſcilicet conſolatur ſpes, quod, &c. Att. 186. a. Lecta epiſtola tua de Atticæ febricula, ſcilicet ualde dolui. Tuſ. 250. b. Democritus luminibus amiſſis alba ſcilicet & atra diſcernere poterat, at bona & mala non poterat. Att. 58. a. De Lentulo ſcilicet ſic fero ut debeo. & ibid. b. Quo dolore eſſe debeo? quo ſum ſcilicet. de Orat. 114. a. Hæc ſcilicet fundamenta nota ſunt omnibus. Att. 174. b. Quid tu in eo potes? nihil ſcilicet. Att. 204. b. A te



literas exſpectabam nondum ſcilicet, nam, &c. Att. 213. b. Hortos quoniam hodie eras inſpecturus, quid uiſum tibi ſit, cras ſcilicet. & 282. a. Eſt ſcilicet utriuſque rei modus, ſicut reliquarum. Q. Fr. 301. b. Te rogo ne quid perſcribas contra Flauium, & Flauij cauſa, & ſcilicet Pompeij facies omnia. & 312. a. Et quanquam te ipſum ſcilicet maximè, tamen etiam literas tuas antè expecto. I. P. 92. b. Non facies fidem ſcilicet cum hæc diſputabis. de Sen. 82. a. Senes ſemper agunt aliquid & moliũtur, tale ſcilicet, quale cuiuſq́; ſtudium in ſuperiori uita fuit. Epiſt. 112. b. Quid alios putas? clamoribus ſcilicet maximis iudices corripuerunt. Off. 33. b. Illæ ſcilicet literæ forenſes & ſenatoriæ. Epiſt. 214. b. Peto à te tanto ſcilicet ſtudio, quanto intelligis debere me petere. Epiſt. 251. b. Vnus ſcilicet ille fructus, qui in te uidendo eſt, percipi literis non poteſt. pro Mur. 134. a. Tu interea Romæ ſcilicet amicis præſto fuiſti. Quint. Fr. 305. b. Si hoc perficies, ſcilicet mirabile quiddam aſſequêris. Epiſt. 122. b. & 139. a. Stomacho eſt ſcilicet Pompeius ita languenti, ut, &c. Epiſt. 106. a. Scilicet iſta quidem ſumma, ne ego, &c. I. P. 83. a. Ego iſtius pecudis conſilio ſcilicet aut præſidio niti uolebam? de D. 117. b. Scilicet ſi iſta Iupiter ſignificaret, tam multa fruſtra fulmina emitteret. pro Syl. 179. b. Scilicet is ſum, qui, &c. pro Quint. 15. a. Corrigeres hæc tu ſcilicet poſtea. I. A. 228. a. Scilicet hæc Panſa non uidit. Ep. 160. b. Scilicet id agitur, &c. At. 216. b. Id populus curat ſcilicet. prouerb.

Scindo, dis. cõſcindo, diſcindo, findo, diffindo. At. 45. a. Ne ſcindam ipſe dolorem meum. Tuſcul. 204. a. Scindere comam. Epiſt. 76. b. Hanc epiſtolam cur non ſcindi uelim, nulla cauſa eſt. Att. 216. a. Ego ita egi ut non ſcinderem penulam.

Scintilla, læ. igniculus. Antequam. 194. b. Illa conſpiratio conflata ita eſt reſtincta, ut nulla ſcintilla cõpareat incendij. Epiſt. 153. a. Vt ne qua ſcintilla teterrimi belli relinquatur.

Scintillula, læ. de Fin. 135. a. In pueris uirtutum quaſi ſcintillulas uidemus.

Scio, ſcis. habeo, teneo, cognoſco, cognitum habeo, non ignoro, non ſum neſcius, ſcientiam meam non fugit, me non præterit, ſcientia comprehendo, ſcientiam habeo, perſpectum mihi eſt, me non fugit, mihi cõſcius ſum, mihi certum eſt de aliqua re. I. V. 174. a. Id adeò ſciri facillimè poteſt ex literis publicis. At. 76. b. Euerſam in perpetuũ prouinciam nos inueniſſe ſcito. pro S. R. 34. b. Nondum lucebat, cum hoc Ameriæ ſcitum eſt. Att. 190. b. Sed ſcire certum uelim. de Or. 111. a. Ars eſt enim earũ rerum quæ ſciuntur, oratoris autem omnis actio, opinionibus non ſcientia continetur. de Or. 104. a. Nihil certum ſciri, nihil planè cognoſci ac percipi poſſe. de Cl. 177. a. Non tam præclarè eſt ſcire Latinè, quàm turpe neſcire. & de Fin. 76. b. Omnes qui Latinè ſciunt. & 67. a. Cùm Græcè ut uideor luculenter ſciam. Att. 37. b. Primùm illud te ſcire uolo, Sampſiceranum, &c. Epiſt. 188. a. Scire te uolo, &c. & 141. b. Volo te ſcire mi Pete, &c. de Orat. 115. a. & 128. a. Magnum eſt quoddam opus haud ſciam an de humanis operibus longè maximum, dicere, &c. & de Fin. 125. b. Quem haud ſcio an rectè dixerim, &c. Att. 252. a. Sed non uenerat quod ſciam. & pro S. R. 21. a. (Quod ſciam.) pro Syl. 174. b. Nam de cæteris certè ſciebat. & 179. b. De quo aliquid ſcire & exiſtimare potuiſſet. pro Syl. 174. b. Cum is qui de omnibus ſcieri, de Sylla ſe ſcire negauit. de Or. 90. a. b. Socrates dicere ſolebat, omnes in eo quod ſcirent ſatis eſſe eloquentes. & ibid. Neque ſi id optimè ſciat, ignarusq́;

naruſq; ſit faciundæ orationis, diſertè id ipſum poſſe, de quo ſciat dicere. de Orat. 90.a. De legibus inſtituendis, &c. Lycurgum ſciſſe melius quàm Demoſthenem. pro Mur.129.a. Ille tenet & ſcit, ut hoſtium copiæ arceantur. de Or.89.a. De quo ipſo, ſi quid ſcis, uelim ſcire. I. A.162.a. In quo ſcientiam habes quæſtuoſam. Epiſt.176.b. Etſi mihi conſcius ſum.

Sciſcitor, aris. ſcitor, quæro, percuntor. de N.5.b. Epicuri ex Velleio ſciſcitabar ſententiam. & 6.a. Ab utraq; autem ſciſcitor, cur, &c. & de Or.93.a. Cuius ſciſcitantur ſententiam. At.151.b. De Domitio (ut facis) ſciſcitare ubi ſit. & de D.96.a. Sciſcitari de aliqua re.

Sciſco, ſciſcis. ſancio, edico, ſcitum facio. pro Plan.266.b. Plancus primus legem ſciuit de publicanis. & pro Cor. 60.a. Vt ſi Gaditani ſciuerint nominatim de aliquo ciue Romano, ut is ſit ciuis Gaditanus. Off.61.a. Durius etiam Athenienſes ſciuerunt ut Aeginetis, qui claſſe ualebant, pollices præciderentur. pro Flac.149.a. Quæ ſciſceret plebs, aut quæ populus iuberet, &c. iuberi uetariq; uoluerunt. pro Dom.229.a. & iterum b. Hanc cognationem ſe Sedulius negat ſciuiſſe. de L.164.a. Non omnia iuſta ſunt quæ ſita ſunt in populorum inſtitutis atq; legibus. & 171.b. Multa pernicioſè ſciſcuntur in populis. de Pro.76.b. Sciſcere legem. I.A.157.b. Populus, quæ iure ſciuit, &c. de Leg.186.a. Creatio magiſtratuum, iudicia, populi iuſſa, uetita, cum ſciſcentur ſuffragia, optimatibus nota, plebi libera ſunto.

Sciſſus, a, um. de Or.163.a. Vocis genus fractū, ſciſſum.

Scitè. ſcienter, non inſcitè.)(. Inſcitè. de Fin.126.a. I.P. 92.b. Rationes ad ærarium retuli, ita perſcriptas ſcitè & literatè, ut ſcriba, &c. Att.235.b. Scitè dicere aliquid. Att. 250.b. Satis ſcitè hoc quidem. I.V.126.a. Statua ſcitè facta & uenuſtè. Epiſt.175.a. Et ille cui mandaui, ſatis ſcitè & commode tempus ad te cœpit adeundi. de Leg.163.b. Hæ rationes, quæ ſatis ſcitè nobis inſtructæ & compoſitæ uidentur.

Scitor, aris. ſciſcitor, quæro, Or.201.a. Sentiebam non te id ſcitari, qualem, &c. ſed quærere, &c.

Scitum, ti. iuſſum. de Orat.244.b. De hoc Cthesiphon ſcitum fecit, ut corona aurea donaretur. pro Cor.63.b. Cum Gaditanis ſcita ac iuſſa uoſtra comprobat. de Opt. 244.a. Lex erat Athenis, ne quis populi ſcitum faceret ut quiſquam corona donaretur, &c. pro Dom.239.a. Si tuus ſcriptor uacuo animo tibi iſta non ſcita, ſed portenta conſcriberet.

Scitus, a, um. elegans, lepidus. de N.19.b. Scito ſermone & Attico loqui. & pro Plan.266.b. Ego autē id quod mihi ſcitum eſſe uideatur, non aſpernor. Or.201.b. Scitum eſt enim, quod Carneades dicere ſolebat, Clitomachū, &c. de N.119.a. Vetus autem illud Catonis admodum ſcitum eſt, qui dicebat ſe, &c. de Or.164.b. Scitum eſt enim, cauſam conferre in tempus cum, &c. prouerb.

Scopæ, arum. Orat.220.b. Iſti, ut in prouerbio, ſcopas (ut ita dicam) mihi uidentur diſſoluere. Att.111.a. Scopæ diſſolutæ.

Scopuloſus, a, um. I.V.60.b. Intelligo quàm ſcopuloſo difficiliq; loco uerſor. & Orat.149.a. Mare inferum, Thuſcum, ſcopuloſum & infeſtum.

Scopulus, li. ſaxum. pro Rab.95.b. Nec tuas unquam rationes ad eos ſcopulos appuliſſes, ad quos Sex. Titij afflictam nauim uideres. pro S.R.31.b. Scopulum offendere. Ep.136.a. Fortunam tanquā fluctum à ſaxo frangi oportet. de Or.157.b. Syrtim patrimonij, ſcopulum libentius



dixerim. de Cl.170.b. Cùm neq; muſarum ſcopulos quiſquam ſuperaret, &c. Ennij.

Scopus. σκοπός. quo ſpectamus, propoſitum, finis propoſitus. At.250.a.b. Σκοπὸς hic eſt enim huic noſtro, nihil præbere. Att.125.a. Sed neutri σκοπὸς eſt ille ut beatiſſimus, uterq; regnare uult. pro Seſt.23.b. Quid eſt igitur propoſitum his reipublicæ gubernatoribus, quò intueri, & quò curſum ſuum dirigere debeant? id quod, &c. Q.F. 294.a.b. Ac mihi quidem uidetur huc omnia eſſe referenda ab ijs qui præſunt alijs, ut ij qui eorum in imperio ſunt, ſint quàm beatiſſimi. Ep.266.a. Mihi prora & puppis, ut in prouerbio Græcorum eſt, fuit à me tui dimittendi, ut rationes noſtras explicares. pro Rab.96.b. Nihil niſi ſempiternum ſpectat. Off.56.b. Hoc ſpectant leges, hoc uolunt, incolumem eſſe ciuium coniunctionem. Att.288.a. Cicero eò tendit, id agit, ad eum exitum properat, ut ſit illi Octauius propitius, &c. pro Dom.169.a. Nondū ad propoſitum mihi finem honoris perueni. Par.118.b. Quid enim ego laboraui? aut quid egi? aut in quo euigilauerunt curæ & cogitationes meæ? niſi ut, &c. pro Lig.140.a. Tua quid aliud arma uoluerūt, quid egit ille tuus inuictus exercitus, niſi ut, &c. de Or.96.a. Nihil prodeſt ſtudium peruenie̅di aliquò, niſi illud quod eò quò inte̅das, ferat deducatq; cognoris. & ib.b. Cōmonere aliquem, quò quidq; referat, & quò intuens ab eo quodcunq; ſibi propoſuerit, minus aberret. I.A.243.b. Cùm omnes actiones, omnes ſententiæ meæ peruenerint ad eum exitū, qui mihi propoſitus eſt. Par.117.b. Nihil aliud eis, præter officiū fortis & magni uiri propoſitum fuit. & ib. Quid egit Brutus in patria liberanda? quid reliqui item eiuſdem conſilij ſocij? quid ſpectarunt? quid ſecuti ſunt? Item. Cogito, cogitationem habeo, propono, ago, conſilium ſequor, ſpecto.

Scorpius, pij. nepa. de N.48.b. Vt ſeſe emerge̅s oſtendit ſcorpius altè, Poſteriore trahens flexum ui corporis arcum. In Ar. Scorpius infeſta præportans flebile acumen.

Scortator, oris. ſcortorū amator. I.C.169.b. Cùm hanc Catilina ſit habiturus ſcortatorum cohortem prætoriam.

Scortum, ti. meretrix, lupa. pro Mil.112.a. Clodius ſemper ſecum ſcorta, ſemper exoletos, ſemper lupas ducebat. de Ar.258.a. & 257.b. Quis unquā nepos tam liberè eſt cum ſcortis, quàm hic cum ſororibus uolutatus? I.A.169.a. Primo uulgare ſcortum, certa flagitij merces. I.C.106.a. In uino & alea commeſſationes & ſcorta quærere. pro Seſt.11.a. Mihi res erat cum ſcurrarum locupletū ſcorto.

Σκοτινὸς. l. Obſcuritas.

Scriba, bæ. librarius, ſcriptor. Ep.74.b. Ad ea quæ ſcripſiſti commodius poſſem de ſingulis ad te rebus ſcribere, ſi M. Tullius ſcriba meus adeſſet. & 75.a. Accepi librum meum à meo ſeruo ſcriba. contra Rul.72.b. Deinde ornat apparitoribus, ſcribis, librarijs, præconibus, &c. pro Syl. 175.b. Tibi familiari meo prius etiam edituri fuerunt iudicium ſcribæ mei, ſi uoluiſſes, quàm in codicem referrent. de Cl.192.a. Gratioſi ſcribæ ſint in dando & cedendo loco. I.P.92.b. Scriba, qui rationes ad ærarium retulit, &c. I.V.189.b. De ſcribis & ordine eorum multa. & 59.b. l. Librarius. l. Alexis.

Scribo, bis. conſcribo, exaro, literas do, mitto, literas de aliqua re mitto, literis conſigno, ſcriptis mando, prodo, literis prodo, literis cōſcribo, publicis monume̅tis cōſigno, memoriæ trado, monumenta prodo, memoriæ propago, monumentis mando, monumentis annalium mando, ſempiternis monumentis prodo, perſequor, ſcriptura perſequor, efficio, librum conficio, compono, pono, poſteritati pro-



pago, hiſtoriæ mando, chartis promo, in codicillos refero, literis memoriæq; mando, hominum memoriæ ſempiternæ trado, memoriæ poſteritatiq; prodo, literis conſecro, immortalitati trado uel mando uel commendo, trado, publicis literis cōſigno, quæ publicis pop. Rom. literis monumentiſq; cōſignata ſunt, memoriā publicā publicis literis cōſignatam nullam habemus. de L.193.a. & Ac.2. b. Clariſſimis monumentis teſtata cōſignataq; antiquitas, ſed ne literam quidem ullam facio niſi forenſem. Ep.16.b. Quod rogas ut mea tibi ſcripta mittam, quæ poſt diſceſſum tuum ſcripſerim, ſunt orationes quædam, &c. de Cl. 171.a. Scripſere alij rem uerſibus & luculentè quidē ſcripſerunt. & Ep.16.b. Scripſi etiam uerſibus tres libros de temporibus meis. & ib. Scripſi tres libros in diſputatione & dialogo. de Sen.88.a. Liber quē de rebus ruſticis ſcripſi, inquit Cato. I.V.258.b. Furius defenſionē ſuæ cauſæ ſcripſit. de Or.97.a. Caput autem quàmplurimū ſcribere, ſtylus optimus dicendi magiſter. de Or.92.a. Inſtituere ciuitates, ſcribere leges. Att.151.b. Aſperius de aliquo ſcribere uel loqui. & 95.a. Nulla res erat de qua ſcriberē. & 528. b. Pridie ſcripſerā eas literas quas, &c. de N.51.a. Eadem hæc auis ſcribitur conchis ſe ſolere complere, &c. pro Ar. 189.a. Cùm literam ſcripſiſſet nullā. Tuſc.250.a. Scribere lineam. de N.50.b. Legi ſcriptum eſſe auem quandā, &c. & de D.105.b. Scriptum eſt item, Socratem, &c. de Clar. 171.a. Hoc in Originibus ſcriptū reliquit Cato. de Or.99. a. Tabellæ quibus id ſcriptum ſit, quo decipiare. & I.V. 266.a. Scriptum eſt in eiſdem literis ἐλεηκὼθ νοαμ. I.V. 229.a. Multi Græci de ualuarum harū pulchritudine ſcriptum reliquerunt. At.85.b. His de cauſis credo Scaptiū iniquius de me aliquid ad Brutum ſcripſiſſe. At.215.b. Quod ad te de decem legatis ſcripſi, parum intellexit credo, quia διὰ σημείων ſcripſeram. de L.17.b. Neq; cum literis quibus ſcita ſcribuntur, aut oritur, aut occidit: id eſt, lex naturæ. de Ar.245.b. Reſponſum aruſpicum, in quo cum alijs multis ſcriptum etiam illud eſt, loca ſacra, &c. & 246.b. Cùm omnes ijdem ſcribendo adeſſent. Poſtquam. 205.b. Caput, &c. ne quis pedibus iret, ne ſcribe̅do adeſſet. & Ep. 248.a. Quod ſcribendo affuiſti. Att.143.b. Non autem in libris habemus Coſſ. à prætore creari ius non eſſe. Att.85. a. Libellus in quo eſt, Salminij, etc. de N.14.a. Protagoras in principio libri ſui ſic poſuit. I.A.179.b. Hoc literis mandatur, hoc memoriæ proditur. de Opt.244.a. bis. Scribere, pro eo quod eſt ſcitum facere uel legem ferre. Græcè, γράφειν.

Scriptio, onis. ſcriptura, ſtylus. de Clar.172.b. Nulla res tantum ad dicendum proficit, quàm ſcriptio. & 169. b. Lippitudo, quæ impedit ſcriptionem meam. de Orat. 109.a. Illud autem eſt huius inſtitutæ ſcriptionis ac temporis, neminem, &c. de Clar.188.a. Genus hoc ſcriptionis nōdum eſt ſatis latinis literis illuſtratū. Tuſ.251.b. A' Bruto impulſi ſumus ad philoſophicas ſcriptiones. Ep.132.a. Oratiunculam pro Deiotaro tibi miſi, quam uelim ſic legas, ut cauſam tenuem & inopem nec ſcriptione magnopere dignam. de In.45.b. Controuerſia ex ſcriptionis genere nata. & 55.b. Ex ſcriptione, quæ in literis eſt.

Scriptito, as. ſcribo. de Orat.117.a. Sed ne te quidem Antoni multum ſcriptitaſſe arbitror. Att.110. de Cl.189.

Scriptor, oris. de Or.97.b. Omnes bonarum artium ſcriptores & doctores legendi & peruolutandi. & Orat. 199.b. Vetuſtiſſimus ille ſcriptor & politiſſimus Lyſias. pro Arch.190.a. Multos ſcriptores rerum ſuarum magnus ille Alexander ſecum habuit. de Orat.92.b. Neminem



ſcriptorem artis ne mediocriter quidem doctum fuiſſe. de Cl.167.b. Scriptor ſubtilis atq; elegans. de Fin.49.a. Licinius Attilium ferreum ſcriptorem appellabat. pro Dom. 222.b. At qui tulit legum ſcriptor peritus, uelitis? iubeatis, ut, &c. & ib. hoc tu ſcriptore, Hoc conſiliario, &c. & 239.a. Si tuus ille ſcriptor uacuo animo tibi iſta non ſcita, ſed portenta conſcriberet. Ep.19.a. Domeſticarū rerum tuarum habes & ſcriptores & nuncios. At.190.b. Profectò illam conſecrabo omni genere monimentorum, ab omnium ingenijs ſcriptorum, & Græcorum, & Latinorum.

Scriptum, pti. ſcriptura, monumentum, literarum monumentum, monumenta annalium, monumentorū memoria. Ep.67.a. Ardeo cupiditate incredibili, nomen ut noſtrum ſcriptis illuſtretur & celebretur tuis. Off.33.a. Deinde ipſis ſcriptis actiones noſtras mandaremus. de D.84. a. Artis alicuius ſcripta ac monumenta uolutare. Tuſ.225. b. Maximè uerò omnium flagraſſe amore Rhegynum ibi cum apparet ex ſcriptis. Ep.16.a. Quod rogas ut mea tibi ſcripta mittam, quæ poſt diſceſſum tuum ſcripſerim, &c. de Or.126.a. Id quod à Platone in ſcriptis relictum eſſe dicunt. Epiſt.48.b. Scriptorum ſubtilitas atq; elegantia. & 68.a. In legendo ſcripto. de Cl.193.a. & Or.216.b. Quæ cōmentatus ſis, ea ſine ſcripto uerbis eiſdē reddere. pro Pl. 275.a. Oratio quæ propter eius magnitudinē dicta de ſcripto eſt. Ep.151.b. S. C. ita perſcriptum, ut à me de ſcripto dicta ſententia eſt. contra Rul.75.b. De ſcripto legis recitare aliquid. At.56.b. & de Cl.168.b. & I.A.225.a. De ſcripto dicere.)(. Memoriter recitare. de Clar.177.b. Craſſus multa contra ſcriptum pro bono & æquo dixit.

Scriptura, ræ. ſcriptum, ſcriptio, literæ. Epiſt.85.a. Cùm mendum ſcripturæ litura tollatur. & 148.a. Plura illi mandata uerbo quàm ſcriptura dedi. de Orat.97.a. Si ſubitam orationem commentatio uincit, hanc ipſam profectò aſſidua & diligens ſcriptura ſuperabit. Ep.256.a. Cum ea, quæ ſcriptura perſecutus es, ſine ſummo amore cogitare non potueris. Ep.85.a. Genus hoc ſcripturæ non modò liberum, ſed incitatum atq; latum eſſe debet. de In. 8.a. Sequi ſententiam legis.)(. Sequi ſcripturam. & ib. Ex ſcriptura aliquid ad ſuam cauſam conuertere.

Scriptura. item ratio eſt mancipum, id eſt, eorū, qui portoria, aut paſcua publica, aut decumas redimebant: unde magiſtri ſcripturæ & portus dicuntur, qui publicanorum nomine portoria, & uectigalia deſcribebant, & colligebant. At.76.a. Tu autem ſæpe dare literas tabellarijs publicanorum per magiſtros ſcripturæ, & portus, & noſtrarum diœceſum. I.V.143.a. In ſcriptura Siciliæ pro magiſtro eſt quidam L. Carpinatius. At.176.b. P. Terentius meus neceſſarius magnas operas in portu, & ſcriptura Aſiæ pro magiſtro dedit. Scriptura tamē pro eo uectigali etiā accipitur ſolo, quod è publicis paſcuis, aut pecoribus percipitur. I.V. act.3. & pro Pom. Nam cum hoſtium copiæ non longè abſint, etiamſi irruptio nulla facta ſit, tamen pecora relinquuntur, agricultura deſeritur, mercatorum nauigatio conquieſcit. Ita neq; ex portu, neq; ex decumis, neq; ex ſcriptura uectigal conſeruari poteſt. hic uides aliud eſſe portū, aliud decumas, aliud item ſcripturā.

Scrupuloſus, a, um. ambitioſus, religioſus. Tuſ.216.a. E' quibus tanquā è ſcrupuloſis cotibus enauigauit oratio.

Scrupulus, li. exiguus lapis eſt, qui in calceo latens interdum, pedem ledit. Inde ponitur pro re quæ nobis ſolicitudinem ac dubitationem affert. Eſt igitur ſcrupulus hic, ſuſpicio, ſolicitudo, dubitatio. pro S.R.19.b. Hūc mihi ex animo ſcrupulum euelle, qui me dies nocteſq; ſtimulat ac pungit.

pungit. & pro Cl. 33. b. Hic tum iniectus eſt hominibus ſcrupulus ac dubitatio. de Fin. 114. a. Scrupulum inquam abeunti. de Ar. 245. b. Sin ſcrupulus tenuiſſimus reſidere aliquis uidebitur, non modò, &c. Att. 16. b. Ac domeſticarum quidem ſolicitudinum aculeos omnes & ſcrupulos occultabo. At. 24. b. Numi potius reddantur quàm ullus ſit ſcrupulus. & 66. b. Illud cognitum eſt, neq; argenti ſcrupulum eſſe ullum in illa inſula: id eſt ne minimum quidē. & 75. a. Exime de illo domeſtico ſcrupulū quem nō ignoras.

Scrupi, orum. lapides quidam erant, quibus pro teſſeris inquodam ludo utebantur. de Or. 103. b. Pila bene & duodecim ſcrupis ludere.

Scrutor, aris. inquiro, excutio. Part. 130. b. Imò uerò ſcrutabimur & quæremus. I. V. 145. b. Scrutatus ſum quæ potui, & quæſiui omnia. de N. 67. b. Qui interiores ſcrutantur & reconditas literas. Q. Fr. 291. b. Scrutari omnes ſordes, excutere unumquenq; comitum. & pro S. R. 34. b. Non excutio te, non ſcrutor, ſi quid ferri habuiſti. de Or. 222. a. Scrutari locos ex quibus argumenta eruuntur. pro Dom. 221. a. Venio ad augures, quorum libros ſi qui ſunt reconditi, non ſcrutor. In Vat. 31. a. Cùm omnium domos furaciſſimè ſcrutarere. & de D. 114. a. Scrutari plagas cœli. Ep. 163. a. Qui locis omnibus diſpoſiti ſcrutantur tabellarios. pro S. R. 32. a. Deſinamus ea ſcrutari quæ ſunt inania, quæramus ubi maleficium eſt. In P. 93. L. Craſſus ſpiculis propè ſcrutatus eſt alpes, ut, &c.

Sculptus, ta. inciſus. Ac. 25. b. E ſaxo ſculptus aut ebore dolatus. aliter, ſcalptus.

Scurra, ræ. ſannio. I. V. 180. b. Quia ſcurris ſemper potius gladiator, quàm ſcurra appellatus ſit. pro Qu. 2. b. Facetus ſcurra. pro Qu. 10. a. Scurram multo facilius diuitem, quàm patrem familias fieri poſſe. de N. 20. a. Epicurus Socratem ſcurram Atticum fuiſſe dicebat. de Or. 131. b. Raritas dictorum diſtinguet oratorem à ſcurra. ad Heren. 27. a. Scurra exhauſto pudore, quæ ſe putaret nihil habere, quod de exiſtimatione perderet.

Scurrilis, lis. obſcœnus, qualis ſcurrarum eſſe ſolet. de Or. 131. a. Vitandum eſt oratori utrunq;, ne aut ſcurrilis iocus ſit, aut mimicus.

Scutatus, a, um. I. A. 180. a. Scutati milites: id eſt, qui ſcuta gerunt, ut haſtati, qui haſtis utuntur.

Scutella, læ. Tuſc. 200. b. Demus ſcutellam dulciculæ potionis.

Scutulum, li. de N. 17. b. Soſpita cum haſta & ſcutulo.

Scutum, ti. clypeus. Tuſ. 186. b. Ignauus miles abiecto ſcuto fugit quantum poteſt. de Or. 139. a. Abiecto uel reiecto ſcuto fugere. & Ep. 162. b. Reijcere ſcutum. pro Cec. 296. b. Qui ſcutis teliſq; parati ornatiq; ſunt. Att. 56. a. Homines cum ſcutis & gladijs eductis. de Or. 133. b. Marianum ſcutum Cymbricum. I. A. 197. b. Ne familiares ſi ſcuta ipſi ferrent, laborarent. de D. 110. b. Quaſi uerò quicquam interſit mures ſcuta, an cribra corroſerint.

Scilla, læ. alterum Siculi freti nauigātibus periculum. Eſt autem ſaxum ſiue ſcopulus, qui fluctuū appulſu & pugna, latrare uidentur. Hinc fabulæ de Scylla in canes marinos conuerſa, quæ appulſos laceret nautas. de Charybdi, uide ſuo loco. I. V. 265. a. Non Charybdim tam infeſtam, neq; Scyllam nautis fuiſſe arbitror. & ib. Quod multo ſe pluribus & maioribus canibus ſuccinxerit. de Ar. 258. a. Quis unquam poeta fingendo exprimere potuit tam eminentibus canibus Scyllā, tamq; ieiunis, quàm quibus iſtum uidetis Gelijs, Clodijs roſtra ipſa mandentem?

Syllæum fretum. pro Seſt. *



Scyphus, phi. poculum. I. V. 206. b. Iubet me ſcyphos ſigillatos ad prætorem afferre. & 212. b. Epiſt. 105. b. Illuſeras hæri inter ſcyphos.

Scyros inſula. Att. 74.

Scytale, les. At. 164. a. Habes σκυτάλην λακωνικήν. pro uerb. de Scytale: id eſt, epiſtola Laconica. uide Gell. lib. 17.

Scythes, thæ Tuſc. 246. a. Anacharſis Schythes. & I. V. 266.

Scythia, thiæ. regio barbara. I. P. 83. a. Quis hoc fecit ulla in Scythia tyrannus. & de N. 43.

Scythicus, a, um. Tuſ. 246. a. Scythicum tegmen.

Secedo, dis. recedo, ſemigro. I. C. 103. b. Quare ſecedant improbi, ſecernant ſe à bonis.

Secerno, is. ſeparo, diſtinguo, diſiungo. I. C. 103. b. Quare ſecedant improbi, ſecernant ſe à bonis. & ib. Muro deniq; ſecernantur à bonis. & 121. a. Hos ego excipio, & ſecerno libenter. Ep. 68. a. Vt à continentibus ſcriptis ſecernas hanc quaſi fabulam rerum noſtrarum. pro Syl. 167. b. Abs te quæro, cur me à cæteris principibus ciuitatis in hoc officio atq; in defenſionis iure ſecernas. de N. 50. a. Belluæ ſenſu ſecernunt, peſtifera à ſalutaribus. & 53. b. Ab eo cibo cum eſt ſecreta bilis, &c. de Or. 140. a. Illud tertium genus à præceptis noſtris ſecreuerā. I. A. 297. a. Nec enim ſecerni à fratre poterit. de Am. 113. b. Secerni blandus amicus à uero & internoſci poteſt adhibita diligētia. Or. 201. Secernere unum ab alio. & I. C. 192. a. Secerne te à bonis. Off. 19. b. Hoc ſecerni ab illo nō poteſt. Tuſ. 164. a. Secernere animū à corpore. Top. 223. a. Secernēda diſtinguere.

Seceſſio, onis. abſceſſio, diſceſſus. pro Mur. 135. b. Etenim ſeductiones teſtium, ſeceſſiones ſuſcriptorum animaduerti. pro Lig. 140. a. Seceſſionem tu illam exiſtimauiſti Cæſar, non bellum.

Secius. minus. ad Her. 4. b. Impedimento eſt, quo ſecius lex feratur.

Seclus, us. ſecretus. I. V. 240. a. Supplicium à libero ſpiritu & communi luce ſecluſum. de Dr. 121. b. Illuc eum rapiam ubi non ſecluſa aliqua aquila teneatur, ſed unde uniuerſum flumē erumpat. Tuſ. 163. b. Iis deuium quoddā iter eſt, ſecluſum à concilio deorum.

Seclum, cli. ſeculum. de Cl. 268. a. Vt Athenienſium ſecla numerantur. & 171. a. Multis ſeclis ante ſuam ætatem.

Seco, as. execo, reſeco, ſcapellum adhibeo. de N. 65. a. b. Omne corpus ſecari ac diuidi poteſt. Tuſ. 242. b. Si uratur, torqueatur, ſecetur. I. A. 217. a. In corpore ſi quid eiuſmodi eſt, quod reliquo corpori noceat, uri & ſecari patimur. & Tuſ. 186. b. C. Marius ruſticanus uir cum ſecaretur, uetuit ſe alligari, neq; quiſquam ante Marium ſolutus dicitur eſſe ſectus. & Off. 27. b. Vt ad urendum & ſecandum medici ueniūt. de Vn. 199. a. Atq; ita permixtū illud, ex quo hæc ſecuit, iam omne cōſumpſerat. Q. de Pet. 206. a. Qui uiuo ſtanti collum gladio ſecuerit. In Ar. Quæ uolat & ſerpens geminis ſecat aera pennis. de Or. 119. a. Atque iſti quidem cauſas in plura genera ſecuerunt.

Secretio, onis. diſiunctio. Tuſ. 263. a. Eſt enim interitus quaſi diſceſſus & ſecretio & diremptus earum partium, quæ, &c.

Secretò. clàm, remotis arbitris. Ep. 107. a. Secretò hoc audi, tecū habeto, ne Appellæ quidem liberto tuo dixeris. & 112. a. Neq; hæc incerta tamen uulgò iactantur, ſed inter paucos quos tu noſti, planè ſecretò narrantur. I. V. 223. b. Ex his quæritur ſecretò quid eſſet actum. Att. 106. b. Ab hora octaua ad ueſperum ſecretò collocuti ſumus.

Secretus, a, um. ſeparatus, ſeiunctus, ſecluſus. de N. 37. a. Ha=



a. Habent ſuam ſphæram ſtellæ inerrantes ab æthered coniunctione ſecretam & liberam. de N. 53. b. Succus ſecretus à reliquo cibo. de Or. 148. b. Illud etiam ſi eſt ueriſſimum, tacitum tamen tanquam myſterium teneant. At. 67. a. Epiſtolæ tuæ tantum habent myſteriorum, ut, &c. & pro Mur. 128. b. Enunciare myſteria. I. V. 161. a. Quin eo eſt occiſus, quod habere clauſa non potuerit ſua conſilia de Verre. At. 62. b. Hæc tu tecum habeto.

Secta, ctæ. familia, ſchola, diſciplina, certa quædam diſciplinæ formula, pars uel partes, factio, hæreſis, ſtudium, ratio uitæ, ratio philoſophandi. I. V. 273. a. Horum nos hominum ſectā atq; inſtitutionē proſequimur. de Cl. 175. a. Brutus ex uetere Academia philoſophorū ſectam ſecutus eſt. At. 274. b. Hoſtes omnes iudicati, qui M. Antonij ſectā ſecuti ſunt. pro Rab. 93. a. Quam tandē autoritatē, quam uocem, cuius ſectam ſequi uelles. pro Fl. 166. a. Quotus enim quiſq; eſt, qui hanc in repub. ſectam ſequatur. & pro Seſt. 23. a. Qui eorum ſectam ſequuntur. pro Cæl. 46. a. Qui hanc ſectam rationemq; uitæ ſecuti ſumus. Ep. 103. b. Qui Cæſaris ſectam atq; imperiū ſecutus ès. de N. 37. a. Omnis natura artifi cioſa eſt, quòd habet quaſi uiam quandam & ſectam quam ſequatur. de Or. 88. b. Philoſophorum ſectæ, familiæ, diſciplinæ. & Ep. 253. a. b. Hæreſis, ſecta, diſciplina. Ep. 202. b. Totam hominis rationem quam ſequitur in philoſophia, derideamus licet. pro Mur. 142. a. Fuit eodem ex ſtudio uir eruditus apud patres noſtros Q. Tubero.

Sectator, oris. conſectator, amator, æmulus. pro Mur. 140. b. Quid opus eſt, inquit, ſectatoribus? quæris, &c. & 141. a. Lex Fabia quæ eſt de numero ſectatorum. pro R. P. 126. a. Num Gabinij comes eſt uel ſectator?

Sectio, onis. conſectio. I. A. 172. b. Nemo fuit qui ad illud ſcelus ſectionis auderet accedere præter Antonium. I. A. 174. a. Appellatus es de pecunia quam pro ſectione debebas. de In. 58. a. Si dici poſſit ex hoſtibus equus eſſe captus, cuius prædæ ſectio non uenierit.

Sector, aris. aſſector, comitor. I. V. 143. a. Is prætorem circum omnia fora ſectabatur. & 234. b. Qui illic eiuſmodi eſt, ut eum pueri ſectentur. pro S. R. 31. a. Quid? ij ſerui ubi ſunt? Chryſogonum iudices ſectantur. pro Mur. 140. b. At ſectabuntur multi, doce mercede. & 141. a. Sectari aliquem totos dies. Q. de Pet. 210. b. Qui ſi ſectari non poterunt, neceſſarios in ſuos hoc munere conſtituant.

Sector, oris. qui proſcriptorum bona emit, uel qui quoque iure quaq; iniuria nomina de aliquo crimine defert, ut partem multæ, uel bonorum auferat. pro S. R. 31. b. Scimus per iſta tempora eoſdem ferè ſectores fuiſſe collorum & bonorum. pro S. R. 35. b. & I. A. 168. a. Sector, hoc eſt, qui bonorum Sex. Roſcij emptor atq; poſſeſſor eſt. I. A. 172. b. & 252. b. & Ep. 254. b. Antonius ſector Pompeij.

Seculum, li. ſeclum, multorum annorū ſpacium, ætas. de Fat. 145. b. An hoc falſum potuiſſet eſſe, ſi eſſet ſexcētis ſeculis antè dictum? de Or. 110. b. Seculis multis antè gymnaſia inuenta ſunt, quàm in his philoſophi garrire cœperunt. I. V. 216. b. Aliquot ſeculis pòſt Scipio Carthaginem cepit. & 228. b. Parietes, quorum ornatus tot ſecula manſerat. & Ac. 5. a. Nihil'ne tot ſeculis explicatum putamus? I. A. 170. b. Huius rei ne poſteritas quidem omnium ſeculorum immemor erit. & 191. b. Nihil ex omnium ſeculorum memoria tale cognoui. de Vn. 195. a. Cùm aliquot ſecula in Italia uiguiſſet. I. C. 106. b. Propagare multa ſecula reipublicæ. de Sen. 81. b. Serere arbores, quæ alteri ſeculo proſint. de N. 36. b. Sempiternis ſeculorum ætatibus non mutari. de D. 88. a. Nec ſeculorum reliquorum iudiciū per



timeſcere. Par. 123. b. Ego etiam ipſe fortaſſe in huius ſeculi errore uerſor. & I. A. 223. b. Huius ſeculi inſolentia.

Secum. At. 132. b. Quis eſt, tanta præſertim de re, quin uariè ſecum ipſe diſputet. de In. 78. a. Ipſum ſecum admirari aliquid. At. 71. a. Qui etiam à me petierat, ut ſecum, & apud ſe eſſem quotidie.

Secundarius, a, um. ſecundus, proximus. de In. 64. b. In hoc loco caput illud erit, ſi, &c. ſecundarium, ſi, &c. de Cl. 187. a. Q. Arrius, qui fuit M. Craſſi quaſi ſecundarius.

Secundò. aduer. iterum. * Semel hominem allocutus fueram, an ſecundò mihi redeundum eſſet, ignorabam.

Secundū. poſt, ex, pro, cōuenienter, κατά. Ep. 127. b. 128. a. κατὰ διώδορον κρίνειν. I. V. 71. b. Tres hi homines ex Cal. Ianuarijs non iudicabunt. & ibi. Ita ſecundum Cal. Ian. magnas accuſatoris minas ad noſtrum arbitrium eludemus. I. V. 72. b. Tua ratio eſt, ut ſecundum binos ludos mihi reſpondere incipias, mea ut ante primos ludos comperendinem. de Or. 108. b. Sed opinor ſecūdum hunc diē, nam ſatis multa hodie dicta ſunt. Quin. Fr. 321. a. Ille mihi ſecundum te & liberos noſtros ita eſt, ut ſit penè par. Att. 44. a. Spem oſtendis ſecundum comitia. Off. 35. a. Proximè, & ſecundum deos homines hominibus maximè utiles eſſe poſſūt. I. Vat. 31. a. Secundū ea, quæro, ſeruaris'ne, etc. Ep. 56. a. Duo uulnera accepit, unum in ſtomacho, alterū in capite ſecundum aurem. de Or. 164. b. In actione ſecundum uocem uultus ualet. & Or. 202. a. Vultus ſecundū uocem plurimum poteſt. ad Br. 90. b. Lepidus ſecundum fratrem affines habet quos odit proximos. At. 190. a. Secundum te nihil eſt mihi amicius ſolitudine. ad Her. 18. a. Si ſecundum principium confirmatione utamur. de D. 134. b. Quæ ei ſecundum quietem uiſa ſunt, cur ſecundum quietē uidere uideamur.

Secundum. pro. I. V. 269. b. Secundum arbitrium tuū teſtes dabo. At. 54. b. Quiſq; eorum multa ſecundum cauſam noſtram iudicauit. At. 54. b. Prætor ſecundum me decreuit. At. 264. b. Vt ea quæ Coſſ. decreuerunt ſecundum Cæſaris decreta, comprobes. pro Fl. 157. a. Qui ſententiā ſecundum Plotium ſe dicturum oſtendit. pro Q. R. 45. b. Secundum tabulas alicuius litem dare, & ſecundum aliquem iudicare. & 47. a. Secundum nos iudicari uolumus. de Ar. 251. a. Qui domum ſecundum fratrem ſuum iudicatam eſſe dicebat. ad Her. 8. a. À teſtibus dicemus ſecundum autoritatē & uitam teſtium. At. 68. a. Sunt aliquot ſatiſdationes ſecundum mancipium. I. V. 122. a. Quod iudicium ſecūdum Heraclium de compromiſſis factum erat. & 117. a. Iudicare de abſente ſecundum præſentē. I. V. 99. b. Ita ſecundum eum poſſeſſio daretur. & Top. 224. b. Dare poſſeſſionem ſecundum tabulas. At. 263. b. Coſſ. de conſilij ſententia decreuerunt ſecundum Buthrotios.

Secundum. conuenienter, congruenter, ex, κατά. de Fin. 130. b. Secundum naturam uiuere, & ex natura, uel ex uirtute uiuere. & 55. a. Neceſſe eſt quid aut ſecundum naturam aut contra ſit, à natura ipſa iudicari. l. Aeſtimo. de L. 182. b. Hæc habemus in duodecim tabulis ſanè ſecundum naturam, quæ norma legis eſt. de Sen. 91. b. Quid autem tam ſecundū naturam eſt, quàm ſenibus emori. Item. Omnia quæ ſecundū naturam fiunt, ſunt habenda in bonis. Q. Fr. 324. b. Teſtimonium ſecundum fidem & religionem grauiſſimè dicere. Off. 56. b. Cōtra naturam uiuere, ſecundum naturam uiuere. l. Viuo.

Secundum. ad, propè, uel propter. At. 130. a. Si Cæſar ſecundum mare ad me ire cœpiſſet. & 257. b. Legiones Macedonicæ quæ iter ſecundum mare ſuperum faciunt.

Secundus,a,um.alter. l. Primus. Or.201.b. Quoniam id ſecundum erat de tribus.& Ep.136.b.Quando tu ſecundum Oenomaum Accij mimum introduxiſti. & de Vn.200.b.Ad ſecundum ſupra terram ambitum. Off.8.b.Secundo eum obligare militiæ ſacramento, quoniam priore amiſſo iure pugnare cum hoſtibus non poterat. de Finib. 101.a. Quorum ordo proximè accedit ut ſecundus ſit ad regium principatum.

Secundus.proſper,ad uoluntatem noſtram fluens.)(.Aduerſus.pro Pom.8.b.Noſter exercitus prælijs uſus erat ſecundis.contra Rul.86.b.Nemo unquã tam ſecunda concione legem Agrariã ſuaſit.Tuſ.175.b. Vt uel ſi totã uelit uituperare, ſecũdo id populo facere poßit.At.18.a.Secunda cõcionis uoluntate.de N.76.b.& pro Pl.279.a.Nauis ſecundis uentis curſum tenens ſuũ.Ep.243.b. Habere uentos ſecundos.de D.86.a.Auſpicia,quæ alicui ſecunda euenerunt.At.22.b.Cæſar cuius nũc uenti ualde ſunt ſecundi. de N.78.a.Hominũ proſperitates ſecundæq; res. Off.18.b. Homines ſecũdis rebus effrenatos,ſibiq; præuidẽtes tanquam in gyrũ rationis & doctrinæ duci oportet.pro Syl.279.b.Et ſecundas fortunas amittere, & in aduerſis ſine ullo remedio permanere. pro Syl.181.a. Per quos res eius ſecundæ quondã erant ornatæ, nũc aduerſæ ſubleuantur. Q.Fr.321.a.Ego nullas δευτέρας φροντίδας in Cæſaris rebus habere poſſum. At.162.b. Omnia ſecundißima nobis, ad uerißima illis occidiſſe uidentur.pro R.P.129.a.Secundæ res alicuius.)(.Afflictæ fortunæ alicuius. Q.Fr.306.b. Clodium accuſaui multis & ſecundis admurmurationibus cuncti ſenatus.Off.18.b. Nam ut aduerſas res,ſic ſecundas immoderatè ferre leuitatis eſt.

Securis,ris.inſtrumentum quo arbores deijcimus & ligna ſcindimus. Q.F.313.a. Tenedia libertas, ſecuri tenedia præciſa eſt.prouerb. I.V.240.a.Quamobrem faſces prætoribus præferantur,cur ſecures datæ. & Q.Fr.292.a. Prætores cum faſcibus & ſecuribus lictores habuiſſe.I.V.91.b.Inſtat ut ſecuri feriãtur.I.P.97.b. Cùm miſer ille ſecuribus hoſpitis ſui ceruices ſubijcere geſtiret.& ibid. Tu Rabocetum ſecuri percußiſti.pro Mur.135.b. Quam te ſecurim putas inieciſſe petitioni tuæ? & pro Pl.274.a. Infligere ſecurim reipublicæ.

Securitas,tis.requies curarum,ipſum eſſe ſine curis. Tuſ.236.b.Qui autem illam maximè optatam & expeditam ſecuritatem (ſecuritatem autem nunc appello uacuitatem ægritudinis, in qua uita beata poſita eſt) habere quis poteſt? de Finib.229.b. Democriti ſecuritas,quæ eſt animi tanquam tranquillitas. Off.14.b. Vt tranquillitas animi adſit & ſecuritas. de N.12.a. Nos beatam uitam in animi ſecuritate ponimus.de Am.104.b. Caput eſſe ad beatè uiuendum ſecuritatẽ,qua frui nõ poßit animus, ſi tanquam parturiat unus pro pluribus.Ep.247.b.Vale,& inſtituto itinere ſecuritatem diligentiamq; ſocijs & reipublicæ præſta.At.65.a.Miram ſecuritatem uidebis, cuius plurimæ me herculè partes ſunt in tuo reditu.

Securus,a,um.ſine cura.pro Flac.150.b.Ep.159.b.Si Africanæ legiones uenerint,ſecuros uos ab hac parte reddam.& Flac.156.a. Securus Hermippus Tennum proficiſcitur.Att.203.b. De lingua latina,ſecuri es animi dices, qui talia conſcribis.

Secus.cõtrà,aliter.I.P.94.a.Rectè an ſecus nihil ad nos. et de Fin.99.b. Nobis aliter uidetur, rectè ſecúſne poſtea. Ep.80.b. Etſi idipſum nonnullis uideatur ſecus. de Orat.153.b.Sed paulò ſecus à me atq; ab illo partita ſunt.de Or.110.b.Itaq; illud quod dixi,&c. nõ dixi ſecus ac ſentiebã, de Cl.292.a.Nemo dicet ſecus.et Par.231.a.Lõgè ſecus.& Ep.54.a.Quod non multo ſecus fieret. pro Mur.126.a. Tecum agam ſerui non ſecus ac ſi meus eſſes frater.& pro Plan.259.b.Cuius ſalutem nõ ſecus ac meã tueri debeo. de N.67.b.Quem tractat non ſecus ac ſi eſſet imperator. & Ep.33.b.Non ſecus ac ſi te uidiſſem.pro Q.5.b. Cùm in altera re cauſæ nihil eſſet quin ſecus iudicaret ipſe de ſe,quod iudicium eſt grauißimum. Epiſt.35.a.De tuo in me animo iniquis ſecus exiſtimandi, uideris non nihil loci dediſſe.

Secutores.pro gladiatoribus. Att.111.b.

Sed.at,ac,quidem,certè,autẽ,uerùm,haud ſcio an,uerò. At.16.b.Nõ odio adductus,alicuius,ſed ſpe nõ corrigendæ ſed ſanandæ ciuitatis. Ac.17.a.Sed nõ de me,ut dixi,ſed de ſapiente quæritur.de Or.136.b.Sed ego non de præſtanti quadam & eximia,ſed propè de uulgari & cõmuni prudentia diſputo. de Ar.258.a. Sed tamen facilè tacentibus cæteris reticuiſſem,ſed hæc oratio omnis fuit non autoritatis meæ, ſed publicæ religionis. Ep.13.b.Sed uelle nõ ſolũ, &c.ſed etiam,&c.pro Rab.92.b. Non modò huius non ſunt,&c.ſed ne Romuli quidem, &c. ſed Tarquinij, &c. I.A.200.b. Expectabantur Cal.Ian.fortaſſe non rectè:uerùm præterita omittamus.de Or.94.a.Sed ſiue eſt ars ſiue non,nõ eſt quidem ea negligenda,utrũ intelligendum, &c.de Or.64.b. Sed ſunt quidam, &c. ſunt autem quidam,&c.de N.13.a.Erat autem difficile. Att.226.b. Rem non fecit deteriorem,haud ſcio an fructuoſiorem.

Sedatè.tranquillè,leniter.Or.205.a. Sedatè placideq; loqui.& Tuſ.183.b.Placidè & ſedatè ferre dolorem.

Sedatio,onis.tranquillitas, placatio. )(.Perturbatio. Off.19.a.Temperantia & modeſtia omniſq; ſedatio perturbationum animi.Tuſ.227.a.Sedatio ægritudinis. Tuſ.204.b.Quotidianæ neces ſedationem mœrendi afferunt. Tuſ.236.b.Perturbationes animi.)(.Sedationes animi.

Sedatus,a,um.tranquillus.Att.121.a.Hæc ſcripſi ſedatiore animo quàm proximè ſcripſerã. de In.81.b. Sedatis fluctibus & tempeſtate commutata. pro Cl.39.a. Falcula paulo ſedatiore tempore eſt accuſatus. Or.200.b.Alter ſine ullis ſalebris quaſi ſedatus amnis fluit.& 214.a.Iſocrates in transferendis faciendiſq; numeris ſedatior. ad Her.20.a. Sedata & depreſſa uox.

Sedecula,læ.ſedes.Att.60.b.In ſedecula ſedere.aliter, ſedicula.

Sed enim.etenim.pro Ar.186.b.Sed enim hoc nõ ſolum ingenij,ſed etiam naturæ atq; uirtutis. & pro Cæl.50.b.

Sedeo,es.aßideo.At.60.b.Maloq; in illa tua ſedecula ſedere, quàm in iſtorum ſella curuli. & de 101.b. Cùm uirgo ſtaret,& Cæcilia in ſella ſederet.I.A.169.a. Sediſti in quatuordecim ordinibus. de Or.155.a. In ſolio ſedens domi.& de Fin.79.a.Sedere in ſolio ornatu regali. At.201.b.Quid enim ſedere totos dies in uilla iſta? de Sen. 90.b. Cõſurrexere omnes,& ſenem illum ſeſſum recepere. pro Mil.111.b. Cùm Milo ueheretur in rheda penulatus, unà ſederet uxor.Ep.257.a. Si uenti eſſent, nos hic Corcyre nõ ſederemus.pro R.P.124.a. Modò uos in A. Gabinium iudices ſediſtis. & pro Cl.39.a. Sediſti'ne iudex in C.Fabricium? & ib. Cum poſt paucos dies ex ſubſortitione ſediſſet. Att.11.Qui mœſti inter ſui diſsimiles ſedebant.

Sedes,dis.ſella,ſolium,ſeßio,hemicyclus,ſubſelliũ,domicilium.de Or.87.a. Tum Craſſum puluinos popoſciſſe, et omnes in ijs ſedibus, quæ ſub platano erant, cõſediſſe dicebat.I.C.118.a.Hæc ſedes honoris,ſella curulis.de Or.144.b.Neq; uerba ſedem habere poſſunt,ſi rem ſubtraxeris. de Or.141.b.Omnibus rebus quæ ſub aſpectum ueniunt, ſedes opus eſt.de Fin.72.b.Vt ſola ponatur in ſummi boni ſede quàm quærimus.de Pro.76.a. Nam ſi ille aditus Gallis patuiſſet,nunquam hæc urbs ſummo imperio domicilium ac ſedem præbuiſſet.pro Mar.135.a. Qui ſedem ſtabilem & domicilium certũ non habet.Par.118.a. Voluptas mentem ex ſua ſede & ſtatu dimouet. cõtra Rul.85.b. Coloni Capuæ in domicilio ſuperbiæ, atq; in ſedibus luxuriæ collocati.pro Mur.144.b. Omni in ſede ac loco ferrum flammamq; metuamus. pro Cl.54.a. Sceleratorum ſedes atq; regio.& Ac.40.b.Sedes regionum & locorum. pro Syl.173.b. Vrbs hæc ſedes omnium noſtrûm, domicilium imperij.pro Ar.187.a. Is ſedẽ omnium rerum & fortunarum ſuarum Romæ collocauit. Antequã.196.b. Dij,qui ſedem Capitolij in ſaxo incolitis conſtitutam. Ep.204.a.Eorum domicilia,ſedes,rem,fortunas, tuæ fidei cõmendo. Solum uertere,hoc eſt,ſedem ac locum mutare. l. Solum. pro Cl.57.b.Aliquam ſibi domũ ſedemq; deligere.& contra Rul.57.a.Sedes hoſpitalis.I.V.110.a. Sedes ac domicilium collocare.contra Rul.64.a.Hæc ſedes urbis atq; imperij. de N.21.b.Hæc enim membra ſunt ſedes ac domicilium uitæ. I.P.90.b.Mihi ipſa Roma propè conuulſa ſedibus ſuis obuiam procedere uiſa eſt.

Seditio,onis.diſcordia,diſſenſio populi,uis,turba,impetus populi uel militũ,motus populi. At.273.b. Seditio, quæ facta eſt in legione quarta de Antonijs.& de D.91.a. Magna ſeditio in caſtris eius inter Pœnos & Siculos milites eſt facta.pro Cl.38.b.Incurſio ſeditionis,uis multitudinis,impetus tribunitius.pro Mur.144.a. Cõcitare ſeditionem & diſcordiã.Ep.164 b. Singulæ cohortes quandam ſeditionẽ fecerunt.& 166.b.Seditione facta.At.75.b. Seditio militũ ſedata ab Appio.de Or.119.b.Seditiones ornare & demonſtrare multos ſæpe impetus populi non iniuſtos eſſe.et 120.a.Multas ſeditiones eſſe factas & cõflatas. de Cl.169.b.Plebis cõcitatione & ſeditione nunciata.Att.154.b.Solon capite ſanxit,ſi quis in ſeditione non alterutrius partis eſſet.de Or.126.b. Omnia ſeditionum genera collegi.& ib. Nobiliũ diſſenſio & motus populi. & 127.a.Si quis pop. motus factus eſt. At.23.a.Seditione cõmota.

Seditioſè.pro Cl.18.a.Conciones ſeditioſè concitatæ. & 37.a.Populariter.et pro Mil.102.b.Seditioſè interrogari.

Seditioſus.turbulentus,popularis.de Or.113.a.S.Titius ſeditioſus ciuis & turbulẽtus.& 121.a. Quod ſeditioſus de turbulentis & malis ciuibus.I.A.157.b.Adhortari adoleſcẽtes ut turbulẽti,ut ſeditioſi,ut pernicioſi ciues eſſe uelint. de In.42.a.& In Vat.20.b. Seditioſa & tumultuoſa uita.

Sedo,as.ſedationem affero, reſtinguo,mitigo,mollio, comprimo,contraho.)(.Incito.I.C.110.b. Vt bellum inteſtinum ſine ullo tumultu aut motu ſedetur. & Att.206.b. Sermunculum omnem aut reſtinxeris, aut ſedaris. de D.93.b.Illa etiam parte animi in qua irarum exiſtit ardor, ſedata atq; reſtincta.de L.188.b.At aliquando incenditur, & quidem ſæpe ſedatur.I.A 169.a. Cùm tanta mala florentißimæ familiæ ſedaui,uel potius ſuſtuli.I.C.112.a.Tum interuentu Pontini pugna quæ erat commiſſa ſedatur. At.75.b.Seditio militum ab Appio ſedata.de Leg.167.a. Hæc controuerſia tota ſedari poteſt. Antequam.194.b. Vos quoque tribunitiam ſedate temeritatem. & I.A.153.a.Sedare diſcordias. Off.21.a. Appetitus omnes contrahendi ſedandiq; ſunt.de Orat.102.a. Quæcunq; in animis hominum motum res & cauſa poſtulet, dicendo uel excitare uel ſedare.de Or.86.b. In eorum qui audiunt mentibus aut ſedandis, aut excitandis.

Sed quid?quid tum? I.A.164.b. Sed quid?ego fauiſſe me tibi fateor.

Seduco,cis.abduco.At.53.a.Cùm hæc diſſeruiſſem,ſeducit me Scaptius,ait ſe nihil contradicere. & de Or.105. Sæpe audiui acceßiſſe ad Craſſum conſulendi cauſa quendam ruſticanum,qui cum Craſſum ſeduxiſſet,ad eumq; retuliſſet,reſponſum ab eo uerum magis,quàm ad ſuam rem accommodatum abſtulit.I.A.251.a. Niſi quod te Id. Martijs à debita tibi peſte ſeduxit. Epiſt.15.b. Cùm inimicum meum modò ſeuerè ſeducerent,modò familiariter amplexarentur.

Seductio,onis.pro Mar.125.b.Etenim ſeductiones teſtium ſeceßionem ſubſcriptorum animaduertebant.

Sedulitas,tis.officium,diligentia.Epiſt.121.a. Cornelij operam & ſedulitatem laudare poſſum.& 9.Idq; cum ſentiam,ſedulitate mihimet ipſe ſatisfacere poſſum, re quidem ipſa,&c.Epiſt.111.b. Nimium arguta ſedulitas.pro Cecin.287.b. Non neceßitudine aliqua, ſed ficto officio ſimulataq; ſedulitate coniunctus.pro Arch.190.b. Qui ſedulitatem mali poetæ duxit aliquo tamen præmio dignam. contra Rul.68.b. Finem feci offerendi mei, ne fortè mea ſedulitas aut inſidioſa aut impudens uideretur.

Sedulò.diligenter. At.44.a. Tu quidem ſedulò argumentaris quid ſit ſperandum,&c. & pro Cl.29.b. Hoc quanquam ſedulò faciebant,tamen, &c. & de Fin.93.a. de Fin. 66.a. Faciam omnia ſedulò,quæ te ſciam uelle.& 24.a.Sed tamen ſedulò fit & imprimis à Pathiſco.

Sedulus,a,um.officioſus,diligens. de Clar.180.b.Eloquentes uidebare non ſedulòs uelle conquirere.

Seges,tis.fruges nondum demeſſæ. Orat.201.b. Segetes fœcundæ herbas effundunt inimicißimas frugibus. & Tuſ.162.a. Segetes largiuntur fruges.& de Finib.146.a. Seges ſpicis uberibus & crebris.de Sen.88.b.Segetibus & pratis,& uineis,& arbuſtis res ruſticæ lætæ ſunt. I.V.151.b.Neque in ſegetibus,neque in areis,neque in horreis. Orat.204.b.Lætas eſſe ſegetes,luxurioſa frumenta.& de Or.157.a. Lætæ ſegetes. Tuſc.177.b.Et ſi in ſegetem ſunt deteriorem datæ fruges, ille tamen ſuapte natura enitent. pro Mil.108.a.b.Quid enim odiſſet Clodium Milo,ſegetem ac materiam ſuæ gloriæ.

Segeſta,tæ.oppidum peruetus in Sicilia. I.V.216.b.

Segeſtani.I.V.140.

Segeſtenſes.I.V.166.

Segnis,gne.iners. Att.126.a. Ego ſi cui adhuc uideor ſegnior,dum ne tibi uidear,non laboro.pro Font. 277.a. Ne ſegniores poſthac ad imperandum cæteri ſint. de Fin.56.a.& pro Dom.224.b. Nec me ſegniorem ad reſpondendum reddidiſti.

Segnicia,ciæ.inertia.de Cl.191.a.Vir ſine arrogantia grauis & ſine ſegnitia uerecundus.& de Fin.50.a. Inertiſſima ſegnicia.

Segnicies,ei.ſegnitio.de Or.100.a. Caſtigemus etiam ſegniciem hominum & inertiam.

Segregatus,a,um.ſecluſus.Tuſ.244.a. Beata uita ſola relicta,& comitatu pulcherrimo ſegregata.

Segrego,as.ſeparo.de N.56.a. Eloquentia nos à uita immani & fera ſegregauit. & de Fin.96.b. Qui uirtutem à ſummo bono ſegregauerunt.de Ar.249.b.Qui antea uoce præconis à liberis ſemouebantur, ij tuis ludis liberos à ſe ſegregauerunt.Off.58.a.In figura hominis feritas & immanitas belluæ,à communi tanquã humanitate corporis ſegregãda. I.A.200.a. Excluſit illũ à rep.diſtraxit,

ſegregauit ſcelus illius. pro Ar.186.a Aliquē à numero ciuium ſegregandum eſſe uel non eſſe. de Or.159.b. Iambum & Trochæū frequētem ſegregat ab oratione Ariſtoteles.

Seiugatus, ta. ſeiunctus. de D.95.a. Partem animi quæ ſenſum habeat, non eſſe ab actione ſeiugatam.

Seiunctio, onis. tranſitio, ornamentum uerborum. de Or.162.a. Et ab eo quod dictum eſt ſeiunctio.

Seiunctus, a, um. ſeiugatus. I.V.192.a. Defenſio remota ab utilitate reip. ſeiuncta à uoluntate legis.

Seiungo, gis. ſeparo, ſegrego, ſemoueo. de N.71.b. Fortunam nemo ab inconſtantia & temeritate ſeiunget. & Or.203.a. Orator ſeiunctus ab philoſophorum eloquentia. I.C.102.a. Dummodo tua calamitas à reip. periculo ſeiungatur. I.V.4.34.a. Quod me ex fortiſſimorū ciuium numero ſeiungendum non putaris. Epiſt.10.a. & 146.b. Si hoc tempore omni, quo ſeiuncti fuimus, & unà & Romæ fuiſſemus. & 67.a. Seiungere ſe ab aliquo. In Vat.32.a. Seiungam te ab illo, &c.

Selectio, onis. electio, ſecretio. de Fin.73.b. Vt eam rerum ſelectione exſpoliarent. de Fin.94.a. & 92.b. Selectio.)(. Reiectio. de L.188.b. Malorum enumeratio uitiorumq; ſelectio.

Selectus, a, um. electus. de N.18.a. Selectæ breueſq; ſententiæ. pro Cl.42.b. Prætores urbani iurati debent optimum quenque in ſelectos iudices referre. & I.V.115.a. Selecti è conuentu iudices.

Seleucia, æ. urbs in Antiochia. Ep.123. Cælij.

Seleuciana prouincia. Att. 67.

Seligo, gis. deligo, ſeiungo. Or.201.a. Nec uerò utetur imprudenter hac copia, ſed omnia expendet ac ſeliget. & 206.a. Quæ exempla ſelegiſſem, niſi, &c. de Fin.95.a. & 97.a. Illud autem ut feriat, quaſi ſeligendum, non expetendum. )(. Reijcere.

Sella, læ. ſedes. I.C.121.a. Nemo opifex inuentus eſt, qui non ipſum illum ſellæ atq; operis & quæſtus quotidiani locum ſaluū eſſe uelit. de D.105.a. Illo die, quo primùm in ſella aurea ſedit. I.C.118.a. Non deniq; hæc ſedes honoris, ſella curulis, unquam uacua mortis periculo fuit. I.V.127.b. & 178.a. Prætor palàm de ſella ac tribunali pronunciat, ſi quis, &c. & 100.b. & 101.b. & 177.a. Prætor properans de ſella exiluit. I.A.176.b. Sedebat in roſtris Cæſar, in ſella aurea coronatus.

Semel. pro Font.279.b. Galli pecuniam ſemel atq; iterum ac ſæpius inuitiſſimi dare coacti ſunt. pro Dō.228.b. Patria bis à me ſeruata, ſemel cum, &c. iterū cum, &c. de In.64.a. Semel & ſæpius, &c. At.69.b. Nullas adhuc literas acceperam, præter quæ mihi binæ ſemel in Tribunalo redditæ ſunt. aliter, ſimul. Att.228.b. Antonius ſemel induxit animū, ſibi licere quod uellet: id eſt, omnino. I.A.198.a. Cùm autem ſemel gladiū ſcelere imbuiſſet, nulla res ei finem cædendi afferret. l. Secundò.

Semen, nis. materia ſerendi. de Sen.87.b. Terra cum gremio mollito & ſubacto ſemen ſparſum excepit, primū id occatum cohibet, deindè tepefactū uapore & cōplexu ſuo diffundit & elicit herbeſcentē ex eo uiriditatē: quæ nixa fibris ſtirpiū ſenſim adoleſcit, culmoq; erecta geniculato, uaginis iam quaſi pubeſcens includitur. de D.107.a. In ſeminibus ineſt uis earū rerū, quæ ex his progignuntur. de D.115.a. Semina malorū, quæ in his medijs incluſa ſunt, in contrarias partes ſe uertere. de Sen.88.a. Terra, quæ ex fici tantulo grano, aut ex acino uinaceo, aut ex cæterarum frugum aut ſtirpiū minutiſſimis ſeminibus tantos truncos



ramosq; procreat. de D.128.a. Seminum uis, quæ ad gignendum procreandumq; plurimùm ualet. & 122.b. Ita ne cenſes? antè coronam extitiſſe quàm herbarū conceptum eſſe ſemen? pro S. R.26.a. Attilius ille ſua manu ſpargens ſemen. I.A.171.a. Vt in ſeminibus cauſa eſt arborū & ſtirpium, ſic huius luctuoſiſſimi belli ſemen tu fuiſti. ad Her.25.b. Triptolemus cum omnibus ſemen largiretur, &c. In Ar. Semina terræ mando. de Nat.42.a. Semen incidens in concipientem comprehendentemq; naturam. contra Rul.85.a. Aliquid ingenerari hominibus à ſtirpe generis ac ſeminis. & ibid. Virtus, quæ propria eſt Romani generis atq; ſeminis. de D.81.a. Quod Zeno in ſuis commentarijs quaſi ſemina quædam ſparſiſſet. I.C.103.b. Stirps ac ſemē malorum omnium. Off.38.b. Nec uerò unquam bellorum ciuilium ſemen & cauſa deerit, dum, &c.

Sementis, tis. ſatio. de Or.106.b. Nemo ignorat quid ſit ſementis ac meſſis, quid arborum putatio ac uitium. & I.V.175.b. Semente prohibita ac meſſe amiſſa. de Or.133.a. Vt ſementem feceris, ita metes. de N.75.a. Hanc igitur à dijs tantam arbitramur malorum ſementem eſſe factam? Att.140.b. Quod ſcribis moleſtè fero, in agro Sabino ſementem fieri proſcriptionis.

Semeſtris, ſtre. ſex menſium. At.161.a. Iam intelliges id regnum uix ſemeſtre eſſe poſſe.

Semianimus, a, um. exanimatus, ſemiuiuus. de D.102.a. Anguis ſemianimus. Ennij poetæ.

Semiaſſus, a, um. ſemiuſtus. Tuſc. 171.b. Heu reliquias ſemiaſſi regis.

Semicirculus, li. de Fin.138.a. Circulos aliquos, aut ſemicirculos conſectari.

Semidoctus, a, um. de Or.124.b. Hæc apud doctos ſemidoctus ipſe percurro.

Semiferus, a, um. de N.48.a. Corpore ſemifero magno Capricornus in orbe. & In Arat.

Semigro, as. ſecedo. pro Cæl.41.a. Cælius permittente patre ab eo ſemigrauit, conduxit in Palatio domum. & pro Cl. 40.

Semihora, ræ. pro Rab.91.b.

Semiliber, a, um. At.215.a. Obſecro abijciamus iſta, & ſemiliberi ſaltem ſimus.

Seminarium, rij. ſemen. Off.11.b. I.C.109.a. Qui ni pereunt, ſcitote hoc in rep. ſeminarium Catilinarium futurum. I.P.100.b. Ex illo fonte & ſeminario triumphorum arida filia laurea retuliſti. Off.11.b. Id autem eſt principium urbis, & quaſi ſeminarium reip. Item. Huc accedunt Veterani, ſeminarium iudicum tertiæ decuriæ.

Seminator, oris. ſator. de N.43.a. Omnium rerum ſeminator, & ſator, & educator, & altor eſt mundus. & 73.a. Seminator omnium malorum.

Semino, nas. ſero, ſemen ſpargo, ſementem facio, ſemina terræ mando. de L.156.a. Nullius agricolæ cultu ſtirps tam diuturna, quàm poetæ uerſu ſeminari poteſt. de Or.133.a. Vt ſementem feceris, ita metes.

Semiplacentinus, a, um. I.P.82.b. Cæſonius Semiplacentinus Caluentius.

Semiplenus, a, um. I.V.248.b. Decem naues ſemiplenæ.

Semiſomnis, ne. & Semiſomnus, ni. I.V.255.a. Cùm is etiam ſemiſomnis ſtuperet. & Ep.94.b. Cùm illi ſpectarent communes mimos ſemiſomni.

Semiſſis. aſſis dimidium, uel numi pars. pro Seſt.15.b. Vt remiſſis ſemiſſibus & trientibus, quinta propè uectigalium tolleretur. Ep.66.a. Simul uerò remiſſis homo cōtra





me arma tulit. & 63.a. Homini ſemiſſis magna copia eſt. aliter. Omnino ſemiſſium, uel ſemiſſibus. ad Her.4.b. Lex frumentaria de ſemiſſibus & trientibus.

Semita, tæ. trames. I.V.120.a. Qua uia modò exiuit, eadem ſemita reuertatur. & contra Rul.85.b. Roma in montibus poſita & cōuallibus, non optimis uijs, anguſtiſſimis ſemitis. de Pro.75.b. Semitam tantum Galliæ tenebamus antea. Of.45.a. Vt Oreſti nuper prandia in ſemitis decimæ nomine magno honori fuerunt.

Semiuiuus, a, um. Att.101.a. Parthi repentè Bibulum ſemiuiuum reliquerunt. I.P.86.a. Abiecti hominis, & ſemiuiui uox.

Semiuſtulatus, a, um. pro Mil.108.a. Cadauer P. Clodij infeliciſſimis lignis ſemiuſtulatum.

Semiuſtus, a, um. I.A.177.b. Ipſæ faces, quibus ſemiuſtum latus iſtius eſt.

Semoueo, es. ſecerno, remoueo. de Ar.249.b. Qui antea uoce prætoris à liberis ſemouebatur, tuis ludis non uoce, ſed manu liberos à ſe ſegregabant. de Or.144.b. Neq; res lumē habere poſſūt, ſi uerba ſemoueris. Ac.45.a. & de Fi.73.a. Strato ab ea diſciplina ſemouēdus eſt. & 73.b. À philoſophia ſemouendas putabo. & 129.a. Cæterorū ſententijs ſemotis.

Semper. omni tēpore, totos dies, dies omnes ac noctes, dies atq; noctes, dies nocteſq;, noctes & dies, in omni uita, dum hominum genus erit, in perpetuum, nunquam non, ab æternitate, omne tempus ætatis, hoc uigebit memoria ſeculorum omniū.)(. Ad quoddam tempus. Tuſc.159.a. Quod ſemper mouetur, id æternum eſt. Off.7.a. Commutatur officium, ut non ſemper ſit idem. de Or.93.a. Semper ego à genere hoc toto ſermonis refugi. de Cl.194.a. Ego hoc tempore omni noctes & dies in omnium doctrinarum meditatione uerſabar. Poſtquam.207.a. Qui dies totos de uirtute diſſerunt. de Or.123.a. Diem noctemq; eandem incudem tundere. & 108.a. Noctes & dies urgeri. & At.108.a. Dies nocteſq;. ad Br.90.b. Nunquam cogitationem dimitto cuius ſim filius. I.V.61.a. Qui in omni uita nihil aliud egi.

Sempiternus, a, um. æternus. de Nat.6.a. Plato dixit mundum fore ſempiternum. & 36.b. Nihil immutat ſempiternis ſeculorum ætatibus. I.C.122.b. Ignis Veſtæ perpetuus & ſempiternus. & de Som.128.b. Stellarum curſus ſempiterni. de Orator.124.a. Noſtra conſilia in ſempiternum tempus ſpectare debent. de Amic.102.b. Verè amicitiæ ſempiternæ ſunt. & Poſt.198.a. Sempiternam pœnam ſuſtinere. Epiſt.68.b. Sempiterna gloria. Att.226.b. Illi non heroes, ſed dij futuri quidem in gloria ſempiterna ſunt.

Semuncia, ciæ. I.V.213.a. Semuncia auri. l. As.

Senariolus. Tuſ.241.a. Tenebā enim quoſdā ſenariolos, quos in eius monumento eſſe inſcriptos acceperam.

Senarius. uerſus præſertim Iambicus, à ſex pedibus dictus. Or.215.b. Senarios et Hyponacteos effugere uix poſſumus. & ibi.a. Comicorum Senarij propter ſimilitudinē ſermonis ſic ſæpe ſunt abiecti, ut non nunquam uix in his numerus & uerſus intelligi poſſit.

Semurius, rij. locus. I.A.208.a.

Senator, oris. pater conſcriptus, patres. pro Pl.260.b. de Or.83.b Senatores, qui conſilio & prudentia regere remp. poſſint. & 103.a. Senator bonus, autor publici conſilij, rector reip. Poſt.210.a. Cum CCCCX. ſenatores eſſetis. pro Cl.50.b. Toga prætexta & ſella curulis ſe-



natorum. I.A.252.b. Is apertam curiam uidit poſt Cæſaris mortem, mutauit calceos, pater cōſcriptus repentè factus eſt. de Sen.88.b. In agris erant tunc ſenatores, id eſt ſenes. de L.192.a. Senatori tria iuſſa ſunt: ut adſit, nam grauitatem res habet cum frequēs ordo eſt: ut loco dicat, id eſt rogatus: ut modo, ne ſit infinitus.

Senatorius, a, um. pro Fl.155.a. Lyſanias adeptus eſt ordinem ſenatorium. Off.33.b. Literæ forenſes & ſenatoriæ. Tuſ.148.a. Senatorijs muneribus liberatus.

Senatus, tus. ordo ampliſſimus, ſummus ordo, conſiliū ſenatus, conſilium publicum, ampliſſimum conſilium, ſummum conſilium, ampliſſimus magiſtratus apud Lacedæmonios. de Sen.81.a. pro Dom.227.b. Senatus eſt ſummū populi Rom. conſiliū. & de Ar.257.b. Senatus princeps ſalutis mentiſq; publicæ. & pro Seſt.26.b. Senatus reip. cuſtos, præſes, propugnator. I.C.107.a. Senatum in ædem Iouis Statoris uocaui, rem omnē ad patres conſcriptos retuli. pro Syl.179.b. Cum in Capitoliū nos ſenatum conuocaſſemus. & Ac.36.a. Cum Diogenes & Carneades ad ſenatū in Capitolio ſtarent. & cont. Rull.64.a. de Or.143.a. Senatus frequens uocatu Druſi in curiam uenit. & ibi. Videndum ſibi eſſe aliud conſilium. Q.Fr.195.a. Ii quos S.P.Q.R. tuæ fidei commiſit. Att.85.b. Scaptius incluſum in curia ſenatum Salamine obſederat, ut fame ſenatores quinq; necarentur. Ep.46.a. Scripſiſſe te fruſtra in ſenatum, ſiue potius in conuentum ſenatorum eſſe uenturum. Ep.4.a. Senatus haberi ante Cal. Feb. per legem Puppiā non poteſt. & 3.b. Dimittere ſenatum. pro Fl.155.a. Lyſanias peculatus damnatus, & bona, & ſenatoriū nomen amiſit. & de Sen.85.b. Eijcere aliquem è ſenatu. I.C.99.a In hoc orbis terrarum ſanctiſſimo grauiſſimoq; conſilio. pro Flac.155.a. In ſenatum uenire. & ibi. In ſenatum peruenire. de Sen.81.a. Conſilium, ratio, ſententia, quæ niſi eſſent in ſenibus, non ſummum conſilium maiores ueſtri appellaſſent ſenatum. Qu.Fr.314.b. Tyrijs eſt ſenatus datus frequens. I.A.194.a. Antonius ſenatum, id eſt, orbis terræ conſilium delere geſtit. de L.189.b. Senatus eſt dominus publici conſilij. de L.190.a. Poteſtas in populo, autoritas in ſenatu eſt.

Senatuſconſultum, ti. decretum ſenatus, lex ſenatus, autoritas ſenatus ſcripta de aliqua re, principum decretum. Q.Fr.312.a. S.C. factum eſt de ambitu in Afranij ſententiam. & de Ar.245.a. Senatuſconſultum, quod contra illum pro religione factum eſt. Ep.6.b. Senatuſconſultum nullum extat, quo reductio regis tibi adempta ſit. Qu.Fr.308.b. Ad Apollinis S.C. factum eſt, ea quæ facta eſſent ad VI Iduum Febr. cōtra remp. eſſe facta. Ep.151.b. Ita enim S.C. eſt perſcriptum, ut à me de ſcripto dicta ſententia eſt. At.83.a. S.C. ut néue Salaminijs, néue qui eis dediſſet, fraudi eſſet. At.151.a. Cæſar uolet S.C. facere, uolet augurum decreta. I.P.83.a. Conſul edicit, ut ſenatus ſenatuſconſulto ne obtemperet. I.A.188.a. Antonius effugere feſtinās, ſenatuſconſultū de ſupplicatiōe per diſceſſionem fecit, cū factū eſſet antea nunquā. I.P.87.a. Iis uerbis ea de me ſenatus autoritas declarata eſt, ut nemini ſit triumphus honorificentius quàm mihi ſalus reſtitutioq; perſcripta. Ep.3.b. Autoritas ſenatus, cui cum Cato & Caninius interceſſiſſent, tamen eſt perſcripta. I.A.201.a.b. & 202.b. & 203.a.b. Formula ſenatuſconſulti de D. Bruto.

Senecta, ctæ. de Senect.82.a. ex Cæcil. Tum etiam in ſenecta hoc reputo miſerrimum, ſentire ea ætate eſſe odioſum ſe alteri.

Senectus.tis.propè acta iam ætas decurſaq;, ultimum tempus ætatis,maturitas ætatis,ingraueſcens ætas,exacta ætas,extrema ætas,exacta iã ætas,canicies, uetuſtas.Top. 223.b.Senectus eſt occaſus uitæ. & de Sen.77.b.Senectutem ut adipiſcantur omnes optant, eandem accuſant adeptam.& 88.b.Senectus eſt natura loquacior. de Fin.132. a.Homo confectus ſenectute.de Or.107.b.Subſidiũ belliſſimum eſſe exiſtimo ſenectuti ocium. de Cl.180.b. M.Fabius uixit ad ſummam ſenectutem.Ep.14.a.Populus Atheniensis propè iam deſipiens ſenectute. de Cl.189.a.Plena literatæ ſenectutis oratio.Or.213.b.Habet autem ut in ætatibus autoritatẽ ſenectus,ſic in exemplis antiquitas. de Cl.165.b.Cum oratio caneſceret, haberetq; ſuã quandam maturitatem & quaſi ſenectutem.pro Dom.237.a.Periores uetuſtas facit. de Sen.81.a.Temeritas eſt,uidelicet florentis ætatis,prudentia ſenectutis.At.257.a.Sed abeſſe hanc ætatem longè à ſepulchro uolo. I.A.219.b.Cum eſſet ſumma ſenectute & perdita ualetudine. de Sen.90.a. Apex ſenectutis eſt autoritas.

Senonenſe præliũ.à Senonibus Gallis,à quibus Aſdrubal cum exercitu cæſus eſt.ſic enim legendum eſt, non Senenſe. de Cl.171.a.

Seneſco,ſcis.ſenex fio.Tuſc.176.a.Atq; oratorũ quidem laus ita ducta ab humili uenit ad ſummũ, ut iam quod natura fert,in omnibus ferè rebus ſeneſcat,breuiq; tempore ad nihilum uentura uideatur.de Or.109.a.Laudem alicuius iam propè ſeneſcentem ab obliuione hominũ uendicare. de Orat.85.a. Senſim, & ſine ſenſu ſeneſcit ætas. de Diuin.115.a.Arbores ſimul cum luna ſeneſcentes tempeſtiuè cædi.Ep.107.b.Iam ſeneſcentis morbi remiſsio. de Or.127.a.Quo mihi plus ætatis accedit,eò,&c.id eſt,quo magis ſeneſco.

Senex,nis.grandis natu,maior natu,ætate confectus, exacta ætate,confectus ſenio uel ſenectute, ætate prouectus,planè grandis, admodum ſenex, ætate ſuperior, qui alium ætate præcurrit.pro Cæl.45.a.Triſtis ac decrepitus ſenex.& pro Seſt.7.b.Imbecillus ſenex. pro Seſt.7.a. Et quia ualet apud nos clarorum hominum ſenex de rep.meritorum memoria etiam mortuorum.de D.100. a.& de Sen.81.a. Senes,ſic enim Lacedæmonij conſilium publicum appellant.de Sen.84.a.Senex ſtultus,credulus, obliuioſus. In Ant.219.b. Qu.Mutius ſenex & debilis ueniebat in curiam. de Sen.81.b.Nemo eſt tam ſenex,qui ſe annum non putet poſſe uiuere.& 83.b.Illud uetus laudatumq; prouerbium quod monet, maturè fieri ſenem ſi diu uelis eſſe ſenex.& 94.a.Vt de me aliquid more ſenum glorier.

Senilis,le.pro Seſt.14.a. Senile corpus.& de D.119. a.Aliquis puerili ſpecie,ſed ſenili prudentia.de Sen.84.b. Senilis ſtultitia,quæ deliratio appellari ſolet.

Senior,oris. de L.171.a. Quæ uis non modò ſenior eſt quàm ætas populorum,ſed æqualis dei.

Senium,nij.ſenectus. de Vn.197.b.198.a. Vt unum opus totum atque perfectum abſolueretur, quod omni morbo ſenio'ue careret. pro Mil.105.a.Tota ciuitas confecta ſenio eſt.

Senſim.pedetentim,leniter.)(.Repentè. Tuſc.202.a. Senſim enim & pedetentim progrediens extenuatur dolor.Off.38.a.Senſim hæc conſuetudo & diſciplina minui cœpit.pro Cæl.42.b.Oratio ſenſim ac leniter accendit animos.I.A.167.b.Ille ſenſim dicebat, quod cauſæ prodeſſet,tu curſim dicis aliena.Or.199.a.Pòſt ſenſim incedens uidit,&c.exultauit audacius. de Or.117.b. & 159.b.Senſim obſcurari & euaneſcere.I.V.183.b.Non ſenſim atque moderatè ad iſtius amicitiam arrepſerat. de Or.107.a. Græci,qui uocem cubantes ſenſim excitent. de Fin.134.b. Progredientibus ætattibus ſenſim tarde'ue potius, quaſi noſmetipſos cognoſcimus. Off.24.b.Sin minus, ſenſim erit pedetentimq; mutatio facienda.Off.34.b.Conſuetudo ſenſim eò deducta eſt,ut,&c.

Senſum,ſi.ſententia,ſenſus animi.l.Senſus. de Or.87. Hoc uno præſtamus feris,quod colloquimur inter nos,& quod exprimere dicendo ſenſa poſſumus.& 147.b. Senſa mentis & conſilia uerbis explicare.

Senſus,ſus.intima cogitatio. de N.54.b.Senſus interpretes ac nuncij rerum, in capite,tanquam in arce mirificè ad uſus neceſſarios,& facti & collocati ſunt.Tuſc.158. a.Nos enim ne nunc quidem oculis cernimus ea quæ uidemus,neque enim eſt ullus ſenſus in corpore, ſed uiæ quaſi quædam ſunt ad oculos, ad aures, ad nares à ſede animi perforatæ. & ibidem: Eæ partes, quæ quaſi feneſtræ ſunt animi. de Natur.15.a.Epicurus omnes ſenſus ueri nuncios dixit eſſe. de Leg.161.a. Natura homini ſenſus tanquam ſatellites attribuit ac nuncios, & rerum plurimarum obſcuras & neceſſarias intelligentias enodauit, quaſi fundamenta quædam ſcientiæ.& contra Rull.67.b. Ii quibus natura ſenſum dedit.de Fin.108.a.Neq; ſenſuum fidem ſine ratione,neque rationes ſine ſenſibus exquiramus.Or.197.b.Quod neq; oculis, neq; auribus, neq; ullo ſenſu percipi poteſt.Or.214.a.Aures uel animus aurium nuncio naturalẽ quandam in ſe continet uocum omnium menſionem. de N.22.a.Speciem dei percipi cogitatione, non ſenſu.& 55.a.Senſu auditus etiam dormientes egemus,à quo cum ſonus eſt acceptus,etiam è ſomno excitamur.& ibi.b.Ad ſenſus capiendos & perfruendos multæ artes repertæ ſunt.de Fin.93.b.Fieri autẽ nõ poſſet,ut appeterent aliquid,niſi ſenſum haberent ſui.Tuſ.168.a.Habere ſẽſum alicuius rei.de N.65.b.Omne animal ſenſus habet,ſentit enim calida & frigida,& dulcia & amara,nec poteſt ullo ſenſu iucunda accipere & non accipere contraria.& 66.b.Si uoluptatis ſenſum capit, doloris etiam capit.pro Seſt.13.b.Animos hominũ ſenſusq; morte nõ reſtingui.pro Rab.96.b.Mortui ſenſu & uita carẽt.& 80 b.Et ſi non ero,ſenſu omni carebo. de Fin.75.b.Oculorũ ſenſus acerrimus.I.A.182.b.Stupor ſenſus.Tuſ.249.b.Etiámne ſi ſenſu carebit oculorum?ſi aurium?de Or.141.b. Senſus uidendi acerrimus.de N.34.a.Sidera animalia ſenſu acerrimo eſſe.I.V.157.a. Senſum expone,quem oculis animoq; accepit.de D.130.b.Is habet ſenſum oculorũ uera cernentiũ.Anteq.193.b.Vti cum ſpiritu ſenſum quoq; adimant iucunditatis.de Som.129.a.Senſus audiẽdi hebes. et ibi.Senſu audiẽdi carẽs.de D.95.a.Pars animi quæ ſenſum,quæ motũ,quæ appetitũ habet.de Vn.195.b. Omnia corporata ſenſus mouẽt,ſenſusq; mouẽtia quæ ſunt, eadẽ in opinatione conſidũt.deD.131.Qui humanos ſenſus amiſerit,diuinos aſſecutus ſit.& 110.a.Quæ ſenſibus percipiuntur,quæ ſenſu accipiũtur,quæ ſentiũtur.|et 97.b.Vt eũ uis quædã abſtraxiſſe à ſenſu mẽtis uideretur. de Or.141. b.Ea animis effinguntur noſtris,quæ ſunt à ſenſu tradita atq; impreſſa.de Or.161.a.Ea ſunt in cõmunib.infixa ſenſib.pro Cl.21.a.Quod in cõmunib.hominũ ſenſibus & in ipſa natura poſitũ atq; infixũ eſt.de Or.86.a.Quod longiſsimè ſit ab imperitorũ intelligentia ſenſuq; diſiunctũ. & ibi.In dicendo uicium à uulgari genere orationis atq;





à cõſuetudine cõmunis ſenſus abhorrere. & 91.b.Sed hæc erat ſpinoſa & exilis oratio,longeq; à noſtris ſenſibus abhorrebat,& 94.a.Oratio ad uulgarẽ popularemq; ſenſum accõmodata.& 114.b.Quæ uerſantur in conſuetudine uitæ,in cõmuni hominũ ſenſu. pro Dom.232.b.An ego poterã inficiari me eſſe hominẽ,& cõmunem naturæ ſenſum repudiare? pro Ar.191.b.Siue hæc à meo ſenſu poſt mortẽ abſutura ſunt,ſiue ad aliquã animi mei partẽ pertinebunt.pro Ar.189.a.Si ipſi hæc neq; attingere, neq; ſenſu noſtro guſtare poſſemus. pro Syl.179.a.b. Implorarẽ ſenſus ueſtros et uniuſcuiuſq; indulgentiã teſtarer in ſuos. pro Fl.166.b.Qui quoniã id ætatis eſt,ſenſum iam percipere poteſt ex mœrore patrio. pro Mur.142.a. Fouere hominũ ſenſus,delinire animos, adhibere uoluptates. de Or.122.a.de Am.108.a.Vultus ſenſum animi plerunq; indicat.)(.Fronte occultare ſententiã.Part.241.a.Penetrare ad ſenſum opinionemq; iudicis. Poſt.212.a. Caius mei ſenſus teſtis eſt hic idem,qui,&c.I.V.86.b.Ad ſpeciem.)(. Ad ſenſum & cogitationẽ.de Or.161.a.Tacito quodã ſenſu iudicare aliquid.de Sen.85.a.Senſim & ſine ſenſu ætas ſeneſcit.At.45.a.Senſus præſentis miſeriæ.)(.Recordatio præteritæ felicitatis.de Or.104.a.Dicendo ſenſus hominũ menteſq; pertractare.I.V.239.b.Ne cum ſenſu doloris aliquo ſpiritus auferatur.& 207.a.Sciebat iſtum in his rebus aliquẽ ſenſum habere,qui in cæteris nihil ſimile hominis haberet.At.55.b.Qui ſit hoc tempore aut mentis meæ ſenſus,aut omnino uitæ ſtatus. & 152.b.Tanta eius humanitas,is ſenſus,&c.de Pro.69.a.b.Præcipuũ illũ & propriũ ſenſum doloris mei à ſentẽtia dicenda amouebo. pro Cor.63.a.Gaditani ab omni ſtudio ſenſuq; Pœnorũ mentes ſuas ad noſtrũ imperiũ nomenq; flexerũt. de Ar.248. a.Nec deniq; hoc ipſo huius gentis ac terræ domeſtico natiuoq; ſenſu Italos ipſos ac Latinos ſuperauimus.& 256. b.Ad quem metũ ſi deorũ monitis non duceremur, tamen ipſi noſtro ſenſu coniecturaq; raperemur. Off.56.a. Si unumquodq; membrum ſenſum hunc haberet,ut putaret, etc.pro Cæl.50.a.Cum iã cæteris ex partib.oppreſſa mẽs eſſet,extremũ ſenſũ ad memoriã reip.reſeruauit. pro Pl. 266.a.Sed eũ dolorẽ hic tulit paulo apertius,cũ nimius ille ſenſus in alijs fortaſſe latuit. pro Seſt.7.b.Deniq; etiam ſermonis anſas dabat,quibus reconditos eius ſenſus tenere poſſemus. pro Mar.133.b.Noſtri enim ſenſus ut in pace ſemper,ſic in bello etiã cõgruebant.I.P.82.b.Odiũ incluſum nefarijs ſenſib.impiorũ.Ep.12.b.Vnus ferè ſenſus fuit bonorũ omniũ.& 10.a. De qua oſtẽdã paulo pòſt qui ſit ſenſus meus.Ep.9.a.Difficile eſt ſenſum in rep.præſertim rectũ et confirmatũ deponere. de Or.125.a.Hoc maximã habet uim,ſi eſt ſuauiter & cũ ſenſu tractatũ.et ibi. Senſu quodã et ratione dicendi. et 125.b. In cõmouẽdis iudicibus ijs ipſis ſenſib.ad quos illos adducere uolo,permoueor. de Or.164.a.Sentẽtiæ ſæpe acutæ,nõ acutorum hominũ ſenſus præteruolãt. de Cl.181.b. Oratio popularis ad ſenſum uulgi moueri debet.Or.104.b.Vultus quo ſignificãt ingenuè,quo ſenſu quodq; pronũcient.& 215.a.Oratio ad animorũ ſenſus exprimẽdos reperta.Ep.16.a.In hũc ſenſum allicior,etc.I.C.120.b.Ego enim de meo ſenſu iudico, nã, &c.At.288.b.Potuiſſem tibi aliquid de meo ſenſu perſcribere.pro S.R.40.a.Hæc ego pro me ipſo et animi mei ſenſu ac dolore pronũcio.pro S.R.44.b.Aſsiduitate malorũ ſenſum omnẽ humanitatis ex animo amiſimus.de Vn.196 b.Quod in cernẽdi ſenſum caderet. I.A.225.a. Quis eſt iſte tuus ſenſus?quæ cogitatio?Brutos ut nõ probes, Antonios probes?& 223.a.Si quis eſt ſenſus in morte.& 256.b. Si me rectis ſenſib.euntẽ dij adiuuerint.de Sẽ.92.a.Integra mente,cæteriſq; ſenſib.& ibi.b.Iã ſenſus moriendi, ſi aliquis eſſe poteſt,is ad exiguũ tẽpus durat.de Or.118.b. Tũ definitio & in ſenſum,et in mentẽ iudicis intrare non poteſt.At.237.b.Ego perſpexi omnẽ Hircij ſenſum.|& 241. b.Valde mihi placebat ſenſus eius de rep. At.278.a.Ne id ipſum carere omni ſenſu doloris,ſit miſerius q̃ dolere.pro Lig.138.b.Quid tuus ille diſtrictus in acie Pharſalica gladius agebat?cuius latus ille mucro petebat?quis ſenſus erat armorũ tuorũ?de Am.101.a.À natura mihi uidetur orta amicitia,applicatione animi cum quodã ſenſu amandi.& ibi.Beſtiæ ex ſe natos ita amant,& ab eis amantur,ut facilè earũ appareat ſenſus.& ibid.b.Deinde cũ ſimilis ſenſus extitit amoris,ſi,etc.Para.116.b.Vereor ne cui ueſtrũ ex Stoicorũ hominũ diſputationib.nõ ex meo ſenſu deprompta hæc uideatur oratio. de L.169.b.Quare ineſt neſcio quid,& latet in animo ac ſenſu meo,quod,&c. pro Mil. 109.b.Nihil tã flexibile q̃ uolũtas erga nos ſenſuſq; ciuiũ. & 115.a.Non ſum tã ueſtri ſenſus ignarus atq; expers,ut neſciã quid de morte P.Clodij ſentiatis.Q.de Pet.211.b.Cuius & frons,& uultus,& ſermo ad eorum quos conuenerit,ſenſum & uoluntatẽ cõmutandus eſt.Oct.331.a.Si non unà cum corpore ſenſus omnis uno atq; eodem conſumptus eſt igni.I.A.204.a.Qui ſenſum ueræ gloriæ reperit. Item: Omnes illius ſenſus cognitos habeo,nihil eſt illi republic.charius. de Amic.97.b.Moriendi ſenſum celeritas abſtulit.

Sententia,tiæ.ſenſus,mens,conſiliũ,uolũtas,ſignificatio,res,ſuffragium,argumentum. de Opt.243.a.Sententiarum totidem genera ſunt, quot diximus eſſe laudum: ſunt enim docendi acutæ,delectandi quaſi argutæ, cõmouendi graues.de Opt.243.b. Eſt uicioſum in ſententia, ſi quid abſurdũ aut alienũ,aut non acutum,aut ſubinſulſum ſit.ad Her.29.b.Sententia eſt oratio ſumpta de uita, quæ aut quid ſit,aut quid eſſe oporteat in uita breuiter oſtendit.de Or.95.b.Sententiæ philoſophorum.& 111.b. Acutæ crebræq; ſententiæ.& de Cl.190.a.Concinnæ acutæq; ſententiæ,& reconditæ exquiſitæq; ſententiæ. & Tuſc. 161.b.Sententiæ uberes. de Or.111.b.Huius eſt in dando conſilio de maximis rebus cum dignitate explicata ſententia.& 91.b.Non quo aperiret ſententiam ſuam, hic enim eſt mos Academiæ:ſed tamen hoc ſignificabat, eos, &c.

Rogare ſententiam, dicere ſententiam, ferre ſententiã,&c.Qu.Fr.306.b.Poſtea Racilius de priuatis me primũ ſententiã rogauit. Itẽ: Dixit enim ſeuerã,grauẽ,rep. dignã ſententiã,&c.Itẽ:Si quis eorũ qui pòſt rogati eſſẽt, grauiorẽ ſententiã dixiſſet,in eam ſe iturũ. Off.65.a.M. Cato ſententiam dixit. de Am.106.b. De quibus tres uideo ferri ſententias, quarum nullam probo. Item: Harum trium ſententiarum nulli prorſus aſſentior.Off.60. b.Cum uerò iurato dicenda ſententia ſit.de D.109.b.In libris ſententiã dicebamus,concionabamur.I.A.203.b.Sententiam loco prætorio dicere. Epiſt.156.b.Dicere ſententiam de aliqua re.Poſtquam.205.b.P.Lentulus nunquam dubitauit ſententiam de ſalute mea,& de rep.dignam dicere,cum à tribunis plebis uetaretur,cum præclarum caput recitaretur, ne quis ad uos referret, ne qui decerneret,ne diſputaret,ne loqueretur, ne pedibus iret,ne ſcribendo adeſſet. Item:Ego eam ſententiam dixi,cui ſunt aſſenſi ad unum. de Arch.246.b.Qui primi de hac domo ſententiam dixiſtis. de Fl.72.a.& Ep.3.a.Iudices ſententiam pronunciãt. de Or.105.a.Socrates damnatus eſt non ſolùm primis ſententijs,ſed etiam illis,quas,&c.pro Flac.

157.a.Dicere ſententiam ſecundum aliquem. de Cl.172.d. Conſules re audita amplius de conſilij ſententia pronunciant.pro Cor.62.a.De quo fœdere populus Rom. ſententiam non tulit.& In P.100.b.Tum tu ipſe de te ſententiã tuliſti,tu iudicium pronũciauiſti. I.V.107.b.Iudices cum de te ſententiam ferrent,&c. In V.224.b. Sententiam de aliquo per tabellam ferre.pro Cl.32.b.Palàm ferre ſententiam.ad Her.9.b.Lata ſententia.

Diuidère ſententiam,ire in ſententiam.Diuidere ſententiam,eſt de ſingulis referre ſeparatim,ſi ſententia duo plura'ue capita,de quibus ſingulis,ſeorſum conſultandũ eſt,complectitur. Ire autem in ſententiam,uel diſcedere, eſt alicuius aſſentiri ſententiæ. Nam cum ſenatus duobus modis fieret,aut ſingulorum exquiſitis ſententijs atq; ſuffragijs,aut per diſceßionem,id eſt ſenatoribus in duas partes diuiſis,in hoc altero genere,propoſitis duabus ſententijs,qui in utramuis inclinabant,in alteram partem diſcedebant,ibantq; pedibus.hinc pedarij ſenatores, quòd non uerbis ſententiam dicerent, ſed in alienam pedibus irent: hinc quoque facere diſceßionem, dicta eſſe uidentur. Ep. 3.a. & pro Mil.104.a. Diuidere ſententiam, ire in ſententiam alicuius,facere diſceßionem.Item:Frequentes ierunt in alia omnia. Qu.Fr.306.b.Ibatur in eam ſententiam.Ep.11.a.& At.53.b.Factum eſt S.C.in meam ſententiam.l.Pedarius.

Mutare ſententiam,manere in ſententia,& id genus alia.de Fin.55.b.Hanc ego cum teneam ſententiam , quid eſt,&c.pro Mur.139.a. Mutare ſententiam & decedere de ſententia. & At.135.a.Manere in ſententia. & 20.b. Permanere in priſtina ſententia. Epiſt.15.b.Permanere in una ſententia.Ep.13.a.Conſtare in ſententia. pro Qu. R.54.b.Perſtare in ſententia.& Off.23.a.Semper in propoſito ſuſceptoq; conſilio permanſit. Epiſt.28.b. Decedere de ſententia.de Fin.128.a.Diſcedere de ſentẽtia.de Fin. 62.a.Deſiſtere ſententia & de ſententia. & Tuſc.181. a. & 177.b.Deijci de ſententia. de D.125.a. Deterreri de ſententia.de Clar.175.a.Deduci de ſententia.& Tuſ.188. a.Deducere aliquem de ſententia.Epiſt.18.b.Deducere aliquem in ſuam ſententiam.& Att.257.a.Octauius uetera nos perduxit ad ſuam ſententiam. ad Her.23.b. Pluribus uerbis ad eam te hortari non eſt ſententia. de Finib.52.a. Quot homines tot ſententiæ. pro Mur.124.a. Vt noſtræ mentes & ſententiæ cum populi Rom.uoluntate ſuffragijsq; conſentiant.

De ſententia alicuius aliquid facere,&c. Epiſt.6.b. De ſententia alicuius ſcribere aliquid. Attic.40.a.Capere conſilium de ſententia alicuius. Attic.253.b.Coß.de conſilij ſententia decreuerunt,ſecundum Buthrotios.& 253. a.Cum ei præſcriptum eſſet,ne quid ſine Seſtij ſententia ageret. pro Cæl.52.a. Facere aliquid de ſententia atque autoritate alicuius.At.104.b.Nihil faciam niſi de ſententia tua.& 253.a.Nihil faciam ſine ſententia tua. pro Syl. 177.a.C.Memmius,cuius de ſentẽtia tota res geſta eſt.& 176.b.In hac rogatione non iudicum ſententiam,ſed legis uicium corrigebat.

In eam ſententiam aliquid diſputare, ſcribere, &c. Offic.26.a.Plura in eam ſententiam ab eiſdem contra uerecundiam diſputantur. Att.146.a.Multa diſputas huic ſententiæ conuenientia. & 158.b.Curionis ſermo eandem ferè ſententiam habuit.Epiſt.19.a.Scribere plura in eandem ſententiam.& Att.37.a.In eam ſententiam multa dixit. Quint.Frat.321.b. Sed etiam aliam in ſententiam de ſuburbio ſcribis. de Orat.209.a.Continenter unum uer-



bum non in eadem ſententia ponere.pro Deiot.148.a.Deiotarus de Domitio dixit uerſum græcum eadem ſententia,qua etiam nos habemus latinum,&c. In Verr.232.a. Incipit loqui Diodorus, cuius oratio hanc habet ſententiam,ſenatum,&c.& ad Her.18.b.Et quæ ſimiles ſententias habebunt. Att.193.a.Omnia ſcripta,quæ ſunt in eam ſententiam.Ep.146.a. Commemoratio tua paternæ neceßitudinis,cæterarumq; rerum,quæ ad eam ſententiam pertinebant,magnam mihi lætitiam attulerunt.Ep.98.a. Multa dici poſſunt in hanc ſententiam,ſed non neceſſe eſt. I.C.113.Recitatæ ſunt tabellæ in eadem ferè ſententia.Tuſ. 199.b.Quæ ſequuntur in eadem ſententia ſunt.Offic.54. b,Quod à Stoicis dicitur conuenienter naturæ uiuere, id habet hanc,ut opinor,ſententiam, cum uirtute congruere.de D.113.b.Hoc idem ſignificat Græcus ille in hanc ſententiam uerſus. pro Cornel.58.b. Sed totum hoc iudices in ea fuit poſitũ ſemper ratione atq; ſententia,ut, &c.

Ex ſententia,uel ex animi ſententia. Ep.21.b.Quoniam ſanè feliciter,& ex mea ſententia rempub.geßimus. At.49.a.Omnia ſunt ex ſententia.& 62.a.Itinere ex ſententia confecto.At.278.a.Omnia ex ſententia ſuccedunt. Ep.7.a.Ex ſententia gerere aliquam rem. & 153.b. Ex ſententia conficere negocium. Off.73.b. Quod ex animi tui ſententia iuraueris,&c.de Or.95.a.Nonnunquã ſummis oratoribus non ex ſententia dicendi euentum procedere.At.80.b.Te ex ſententia nauigaſſe gaudeo. de Or. 133.b.Ex animi ſui ſententia uxorem habere.

Sententia uarijs modis uſurpata. de Or.89.b. Verborum ſonitus inanis nulla ſubiecta nec ſententia, nec ſcientia.Or.113.b.& 135.b. Vt neſcias,utrum res oratione,an uerba ſententijs illuſtrentur. Or.213.b.Colligere ſententiam uerbis. de In.77.a.Vti uerbo uno pluribúsue in ea ſententia,in qua is,qui dicet accipiendum eſſe demonſtrabit.ad Her.41.a.Cum uerbum poteſt in duas plurésue ſententias accipi. de In.55.b.Scripto legis amiſſo,ſcriptoris ſententia conſiderãda eſt. pro Pl.267.b.Sed factum tuum à ſententia legis diſcrepat.& ibi.Fugiſti ſententiam legis, æquitatem omnem reieciſti. & Part.239.b.Significatio ſcripti:id eſt,ſententia.de Fat.146.a. Licet enim immutare,ut fati nomen non adiungas,& eandem tamen ſententiam teneas.de D.81.a.Qui totam de diuinatione duobus libris explicauit ſententiam.de D.139.b.Conferre cauſas, & quid in quanq; ſententiam dici poßit expromere. & ibi.Stoici acutißimè ſententias ſuas prudentißimeq; defendunt.de Or.122.a.Nihil aliud affirmare poſſum niſi ſententiam atq; opinionẽ meam.de N.26.a.Habere ſtabilem & firmam ſententiam de aliqua re. de Finibus 80.a. Certa ſententia & ſtabilis.Epiſt.49.b.In hac ſum ſententia,ut,etc.de Or.117.b.Demetrius omnium iſtorum mea ſententia politißimus.At.131.b.Non reperio ſcribendi ullam ſententiam.At.17.b.& 131.b.Argumentum & ſententia epiſtolæ.de Or.87.b.Sapientißimis ſententijs, grauibusq; uerbis ornata oratio & perpolita.de Orat.99.a. Quoniam ſententiæ atq; opinionis meæ uoluiſtis eſſe participes,nihil occultabo.Ep.4.a.Frangere ſententiam alicuius de aliqua re.At.154.a.Sed aliquando ſententiam terminemus.I.A.250.b.Eas literas dum recito,dumq; de ſingulis ſententijs breuiter diſputo,quæſo attendite. de Am. 108.b.Apertè uel odiſſe magis ingenuum eſt,quàm fronte occultare ſententiã. Q.Fr.309.b. Seſtius omnib.ſententijs abſolutus eſt.Q.Fr.312,b. S.C.factum eſt de ambitu in Affranij ſententiam. Off.9.a.Pyrrhi quidem de captiuis reddendis præclara ſententia eſt.& ibid.Regalis ſanè & digna



Acacidarum genere ſententia.Off.75.b.Si honeſtatem tueri ſententia eſt. de Am.96.a. Cuius diſputationis ſententias memoriæ mandaui.de L.164.b.Sententiæ iudicum.de L.168.a.Cuius præcepti tanta uis,tanta ſententia eſt,ut non homini cuipiam,ſed Delphico deo tribuatur. de Leg.171.b.In ipſo nomine legis interpretando ineſt uis ac ſententia iuſti & iuris colendi. de L.191.a.Ego in iſta ſum ſententia,qua te fuiſſe ſemper ſcio, &c. de L.191.b. Quæ lex hanc ſententiam continet,ut omnes leges tollat, quæ poſtea latæ ſunt.

Sententiola,læ.I.A.187.b.

Sententioſè.grauiter,ſcitè.Or.220.b.Sententioſè dicere.& 135.a.Sæpe etiam ſententioſè ridicula dicuntur. & de In.61.b.Oratio grauiter & ſententioſe habita.ad Her. 40.b.Sententioſè loqui.

Sententioſus,a,um.ſcitus.de Cla.195.b.Sententioſum & argutum genus dicendi.

Sentiens,tis.de D.115.b.Ad hoſtiam deligendam ducẽ eſſe uim quandam ſentientem atq; diuinam.

Sentina,tinæ. fundum nauis, ſiue ima interior pars. nam ut carina eſt ima pars exterior, & quaſi uenter, ſic ſentina interior aluus, & quaſi uenter eſt. quæ quia mali odoris eſſe ſolet,quòd in eam ſordes omnes confluant , idcirco pro peſtiferis hominibus capitur,ut exempla ſubiecta declarant. de Sen.8.b.Cum alij per foros curſent,alij ſentinam exhauriant. & Ep.134.b.I.C.99.b.Sin exieris exhaurietur ex urbe comitum tuorum magna & pernicioſa ſentina reipub. In Sal.274.b.Niſi fortè in ea te caſtra reieciſti,quò omnis ſentina rep.confluxerat.I.C.105 b.O fortunatam remp.ſi quidem hanc ſentinam huius urbis eiecerit.At.18.a.Exhaurire ſentinam urbis. cont.Rul. 80.a.Hoc enim uerbo uſus eſt,quaſi de aliqua ſentina loqueretur,id eſt uerbo exhauriendi.

Sentio,tis.ſenſu accipio,ſenſibus percipio, ſenſum alicuius rei capio,ſenſum ex mœrore patrio percipio, odore quodam ſuſpicionis aliquid ſentio, ſenſu guſto, ſenſum alicuius rei habeo,guſtum alicuius rei habeo,conſtrictum conſcientia teneo, intelligo, attẽdo,audio,exaudio.)(.Senſu doloris careo,ſenſum uoluptatis adimo.I.A.182.a.Quidam morbo aliquo & ſenſus ſtupore ſuauitatem cibi non ſentiunt. de N.54.b. Guſtatus,qui ſentire eorum,quibus ueſcimur,genera debet,in ore eſt. Ep.72.a.Nulla uideri miſeria debet,quæ non ſentiatur. pro Seſt.13.b. Animos hominum poſt mortem ſentire & uigere.Or.216.a.Ariſtoteles ait,pæane uti omnes,ſed ipſos non ſentire.Off.3.b Quæ aſpectu ſentiuntur. Orat.213.a.Meæ aures & curta ſentiunt,nec amant redundantia.de N.37.a.Hæc ipſa qui non ſentit uim deorum habere,nihil omnino ſenſurus uidetur.de Fin.61.b.Sentire uera de dijs immortalibus. de D.110.a.Quæ ſentiuntur,quæ ſenſibus percipiũtur, quæ ſenſu accipiuntur.pro Pl.266.a.Hic quod cum cæteris animo ſentiebat,id magis quàm cæteri uultu promptũ habuit & lingua.& pro Dom.214.b.De quibus habeo ipſe quid ſentiam,non habeo autem quid tibi aſſentiar. Item: Nec cum ijs ſentio,qui,&c.pro S.R.42.a.Fateor inſaniſſe,qui cum illis ſenſerim,tametſi inermis ſenſi.de In.43.a. Sentire cũ aliquo.)(.Diſſentire ab eo.pro Q.R.53.a.Hoc cum ſentit Saturius eſſe apertum,repugnare contra ueritatem non audet.pro Syl.183.a. Omnes de cõmuni ſalute apertißimè ſenſerunt.I.C.111.a.Qui omnia de republ. præclara atque egregia ſentiunt.& de Amic.112.a.De amicitia omnes ad unum idem ſentiunt. In C.121.b. In hac cauſa omnes ſentiunt unum atq; idem.Tuſ.149.a.Fieri enim poteſt ut rectè quis ſentiat,& id quod ſentit politè eloqui non poßit. de Orat.158.a.Non, ut dictum eſt,intelligitur,ſed ut ſenſum eſt. Attic.105.a. Dices,quid tu igitur ſenſurus es?non idem quod dicturus.Item : Sentiam enim omnia facienda,ne armis decernatur. de Am.115.b. Ego illum ne minima quidem re offendi,quod quidem ſenſerim.At.223.b.Neſcio cur non animo quoq; ſentiant.At. 284.a.Nam de cæteris rebus quid ſenſerim, quidq; cenſuerim,audiſſe te arbitror.



Seorſum.ſeparatim.ad Her.17.b.Seorſum hoc ab illo tractandum eſt.& Ep.119.b.Seorſum à collega puto mihi omnia paranda.

Separabilis,le.quod ſeparari poteſt. Tuſc.152.b.Nec animam à corpore ſeparabilem eſſe.

Separatim.ſeorſum,ſigillatim,præter cæteros. de N. 59.a.Dij ſeparatim ab uniuerſis ſingulos diligunt.& Ep. 27.b.Nihil accidet ei ſeparatim à reliquis ciuibus.& 208 a. pro Dom.240.b. Separatim ſemel,iterum cum uniuerſis. de Orator.115.a. & de Clar.182.a. Et ſi hæc nunquam ſeparatim facere didiciſſet. I.A.158.a.Hoc ſeiungi poteſt,ſeparatimq; perſcribi. pro Clu.31.a.Tamen de illo ſeparatim cognoſcite.de L.163.a.Separatim, articulatim,diſtinctè. Epiſt.209.a. & de In.47.b.Communiter.)(.Separatim. At.102.a.Ipſum Pompeium ſeparatim ad concordiam hortabor. de Or.85.b.Qui non aliqua in re una ſeparatim elaborarint,ſed omnia quæcunq; , &c. comprehenderint.

Separatius.aduer.diſtinctius. de In.81.b.

Separatus,a,um.remotus, diſiunctus. Tuſcul.quæſt. 216.a. Virtus ipſa per ſe ſua ſponte, ſeparata etiam utilitate,laudabilis. de Natur.7.b. Aperta ſimplex'que mens nulla re adiuncta. ad Heren.22.b. Nam utraque altera ſeparata minus erit firma. Attic.232.a.Iſta uerò, quæ tu connecti uis , aliud quoddam ſeparatum uolumen expectant.& de In.55.a.Separatum ab aliquo, & ſeparatum extra aliquod.

Separo,as.ſeiungo,diſtinguo,ſecerno,ſeuoco,diſtraho,diuello,diſtermino,diſcludo.)(.Coniungo. cont.Rull. 83.b.Cum illa duo maria pertenui diſcrimine ſeparẽtur. Ep.67.b.Qui omnes à perpetuis ſuis hiſtorijs ea quæ dixi bella ſeparauerunt. Of.19.b.Quod cogitatione magis à uirtute poteſt,quàm re ſeparari.

Sepelio, lis. humo, in ſepulchro condo, corpus terræ reddo,humo iniecta contego, ſepultura afficio , ad ſepulturam do,in ſepulchrum infero, tumulo mando, mortuũ in aliquem locum infero.de L.181.b.Mortuum in urbe ne ſepelito,ne'ue urito.& ibi.Non qui uritur ſepelitur, ſed qui humatur.Tuſc.171.a.Surge & ſepeli natũ. Ep.56.a. Vt in quo uellemus gymnaſio eum ſepeliremus, nobis permiſerunt.I.P.81.b.Hæc ſunt ô carnifex in gremio ſepulta conſulatus tui.pro Fl.164.a.Qui uos in complexu coniugum ueſtrarum trucidatos incendio patriæ ſepelire conatus eſt. pro Pom.9.b. Bellum aduentu Pompeij ſublatum atq; ſepultum eſt.

Sepes,pis.ſeptũ.de N.24.b.Loca ſylueſtribus ſepibus (denſa.

Sepia,piæ.piſcis. de N.51.b.Atramenti effuſione ſepiæ ſe tutantur.

Sepimentum,ti.uallum. de L.168.b.Atq; hæc omnia quaſi ſepimento aliquo uallabit differendi ſcientia.

Sepio,pis. munio, uallo. de Nat.54.b.Natura oculos membranis tenuißimis ueſtiuit ac ſepſit.et 55.a.Oculi excelſis undiq; partibus ſepiuntur.I.A.250.a.Antonius Mutinã operibus munitionibuſq; ſepſit.Ep.245.b.Oppidum ſex

ſex caſtellis caſtriſq; maximis ſepſi. pro Mil. 101. b. Qu in quam præſidijs ſalutaribus & neceſſarijs ſepti ſumus. Ep. 266. a. Philoſophiæ præſidijs ſeptus ſum. I. A. 196. a. Omnes aditus ſepti ſunt. pro Seſt. 22. b. Tum domicilia coniuncta, quas urbes dicimus, mœnibus ſepſerunt. de Or. 122. a. Vbi cum locum omnem cogitatione ſepſeris. de Or. 96. b. Inuenta ueſtire atq; ornare oratione, poſt memoria ſepire. de D. 83. b. Aetheris æterni ſepta atq; incluſa cauernis. At. 50. b. Nulla lex eſt quæ non ipſa ſe ſepiat. de Or. 88. a. Genus hominum prudentium conſilijs impulſum, ſe oppidis mœnibuſq; ſepſiſſe. At. 148. a. Populi Romani exercitus Cn. Pompeium circunſidet, foſſa et uallo ſeptum tenet. In Ant. 157. b. Forum ſepietur, omnes claudentur aditus. I. A. 244. a. Cum ſeptus ſis legibus, & iudiciorum metu, non ſunt omnia timenda.

Sepis, pis. I. V. 141. b. Ante ipſum ſepim.

Seplaſia, ſiæ. forum Capuæ, ubi unguentarij negociabantur. In Piſonem 84. b. At fuit inceſſus ſaltem Seplaſia dignus & Capua. & con. Rul. 85. a. In Albana & Seplaſia.

Sepono, nis. ſegrego, reſeruo. At. 184. b. Scio uenire nunc nihil poſſe, ſed ſeponi & occultari poſſunt. Or. 210. a. Vt ij, qui docerent, nullum ſibi ad eam rem tempus ipſi ſeponerent. de Orat. 155. a. Vt alius aliam ſibi partem, in qua elaboret, ſeponeret. & 98. Si ea ut dicis ſepoſita eſſent. de Orat. 86. b. Græci ſepoſuerunt à cæteris dictionibus eam partem dicendi, quæ, &c. id eſt, ſepararunt.

Sepoſitus, a, um. ſeiunctus, remotus. de D. 131. b. Quãobrem Sibyllã quidem ſepoſitam & conditam habeamus. I. V. 204. b. Quod celari oportebat, habebant ſepoſitũ ac reconditum. Qu. de Pet. 205. a. Eius facultatis adiumenta quæ ſcio eſſe ſepoſita, ut parata & prompta ſint, cura.

Septem. de Som. 129. a. Qui numerus omnium ferè rerum nodus eſt. de Am. 96. b. & 107. b. Nam qui ſeptẽ appellantur, eos qui iſta ſubtilius quærunt, in numero ſapientum non habent. & de Fin. 65. b. Bias, qui ſapiens habitus eſt unus è ſeptem. de L. 175. a. Thales qui ſapientiſſimus inter ſeptem fuit.

Septemaquæ. locus. At. 62.

Septemdecem. contra Rul. 69. b.

Septemuir. uel Septemuiri. I. A. 208. a. Septemuirûm acta ſuſtulimus. & I. A. 198. b. & 200.

Septemuiralis, le. At. 243. b. & 252. a. Lentonis Ceſennij ſeptemuiralis autoritas.

Septemuiratus, tus. I. A. 179. a.

Septenarius. uerſus genus, à ſeptem pedibus, ut ſenarius à ſex. Tuſ. 171. a. Cum tam bonos ſeptenarios fundat ad tibiam.

Septendecim. I. V. 261. a. Nos in ſeptendecim Siciliæ populis non eramus.

Septentrio, onis. ſtellæ ſeptem. Attic. 143. a. De ſeptentrione planè ita eſt. At. 138. b. Ex ea die fuere ſeptentriones uenti, naues quibus uſus non eſt, incendiſſe dicitur: id eſt, Eteſiæ. de N. 35. b. Sol curſum ſuum inflectit tum ad ſeptentriones, tum ad meridiem. Tuſ. 162. b. Ad ſtellas ſeptem. & Acad. 17. a. Sed ad Helicen & clariſſimos ſeptentriones. de N. 47. a. Stellæ, quas noſtri ſeptem ſoliti uocitare triones. & 48. a. Minorem ſeptentrionem Cepheus ſubſequitur.

Septenus, a, um. l. Binus.

Septies millies ſeſtertiûm. I. A. 178. b. & 196. a.

Septimum conſul. id eſt, ſepties conſul. de Nat. 76. a. Cur enim Marius tam feliciter ſeptimum conſul domi ſuæ ſenex eſt mortuus?

Septimus, a, um. Tuſ. 204. a. Aeſchines in Demoſthenem inuehitur, quòd is ſeptimo die poſt filiæ mortem hoſtias immolaſſet.

Septimusdecimus. pro Cl. 33. a.

Septingenti. Or. 207. b. Septingentorum annorũ memoria. & pro Q. 14. a. Septingenta millia paſſuum.

Septuageſimus, a, um. de D. 90. a.

Septuaginta. I. V. 174. b.

Septum, ti. munitio, ſepimentum. At. 66. b. In campo Martio ſepta marmorea ſumus facturi, eaq; cingemus excelſa porticu. pro Seſt. 20. b. Hunc adoriuntur alij gladijs, alij fragmẽtis ſeptorum & fuſtibus. pro Mil. 107. a. Cum ille ui in ſepta irruiſſet. I. A. 196. a. Niſi ſeptis reuulſis introiri in forũ non poteſt. I. A. 247. a. Quibus enim ſeptis tam immanes belluas continebimus?

Septus, a, ũ. ſtipatus, munitus. I. V. 243. b. Tutus, clauſus, ſeptus, munitus contra aliquem. de Ar. 247. a. Domus tot ſenatuſconſultis munita atq; ſepta. pro Seſt. 23. a. Qui ſtipatus ſemper ſicarijs, ſeptus armatis, munitus municipibus fuit. I. C. 123. b. Quod ſi, &c. firmiſſimo me muro ſeptum arbitrabor. de Ar. 249. b. Populus Romanus ſeptus & incluſus. Item: Ara, quam ſeptam uidemus. I. V. 249. b. Locus ſeptus undiq;. & de Or. 109. a. Regio quæ nullis terminis ſepta teneatur. & de Fin. 59. b. Septum undique uepribus ſepulchrum. Oct. 331. a. Gladiatores, quibus ille ſeptus omnia miſceret. Offic. 41. a. Nullis præſidijs ſepti multis afficientur iniurijs.

Sepulchrum, chri. tumulus, buſtum, monumentum. I. A. 223. b. Maiores noſtri ſtatuas multis decreuerunt, ſepulchra paucis: ſed ſtatuæ intereunt uetuſtate, ſepulchrorum autem ſanctitas in ipſo ſolo eſt. & ibid. Sepulchra fiunt ſanctiora uetuſtate. In Ant. 224. a. Vtiq; locum ſepulchro conſul pedes triginta quaq; uerſus deſignet, quo Seruius Sulpitius inferatur, quod ſepulchrum ipſius, liberorum poſterorumq; eius ſit. de L. 182. a. Lex ueſtibulum ſepulchri, buſtumq; uſucapi uetat. pro Arch. 190. a. Ennius in ſepulchro Scipionum putatur eſſe conſtitutus. pro S. R. 22. b. Cui de tanto patrimonio ne iter quidem ad ſepulchrum patrium relictum eſt. & 43. a. Nec ſibi quicquam paternum ne monumenti quidem cauſa reſeruauit. Tuſc. 153. a. Cerimoniæ ſepulchrorum. & 154. b. Quid ſepulchrorum monumenta, quid elogia ſignificant? de Sen. 81. a. Sepulchris enim legendis redeo in memoriam mortuorum. de L. 181. a. In eo ſepulchro regem noſtrum Numam conditum accepimus. de L. 183. a. Inferre aliquem in ſepulchrum. Ibidem: De ſepulchis autẽ nihil eſt apud Solonem amplius, quàm nequis ea deleat.

Sepultura, ræ. humatio, buſtum. In Verrem 263. a. Dico mercedem funeris ac ſepulturæ conſtitui nefas fuiſſe. Item: Cum ijdem buſtum in foro facerent, qui illam inſepultam ſepulturam effecerant. de D. 92. a. Simonides ignotum quendam mortuum uidit, eumq; humauit. & ibi. Ab eo quem ſepultura affecerat. Ep. 56. a. Ab Athenienſibus locum ſepulturæ intra urbem ut darent impetrare nõ potui. de Leg. 181. a. Antiquiſſimum ſepulturæ genus quo apud Xonophontem Cyrus utitur: redditur enim terræ corpus, & ita locatum ac ſitum, quaſi operimento matris obducitur. I. A. 163. b. Ad ſepulturam corpus uitrici ſui negat à me datum. & 264. b. Iiq; nec inhumati ſunt, nec diſperſis buſtis humili ſepultura cremati. de Sen. 92. b. Cuius interitũ ne crudeliſſimus quidem hoſtis honore ſepulturæ carere paſſus eſt.

Sepultus. humatus, ſitus, conditus, conſtitutus, quem humus iniecta contegit. de Leg. 181. a. b. I. C. 120. b. Cerno animo ſepultam patriam, miſeros atq; inſepultos aceruos ciuium. pro Arch. 190. a. Ennius in ſepulchro Scipionum putatur eſſe conſtitutus ex marmore.



Sepyra. urbs. Ep. 245.

Sequani. pop. At. 17.

Sequeſter, ſtris, ſtre. ad quem pecunia corrumpendi iudicij, aut tribuũ deponebatur, ut ſuffragia obtinerentur. Iuriſconſulti ſequeſtrem eſſe dicunt, apud quem plures eandem rem de qua controuerſia eſt, deponunt. ſed Cicero in hac ſignificatione non uſurpauit, quod ſciam. pro Cluen. 32. b. Res parum certa uidebatur, ſequeſter & confirmator pecuniæ deſideratur. & 22. b. Quo ſequeſtre in illo iudice corrumpẽdo eſt uſus. I. V. 73. a. Qui aut ſequeſtres aut interpretes corrumpendi iudicij ſolent eſſe. & 130. b. Sequeſter iſtius interpres, confector negociorum. pro Planc. 268. b. Doce id quod debes, per quem ſequeſtrem, quo diuiſore corrupta ſit. & pro Cæl. 40. b. Sodales ac ſequeſtres alicuius. pro Plan. 267. a. Cuius tu tribus uenditorem, & corruptorem, & ſequeſtrem Plancium fuiſſe clamitas. pro Cluen. 35. b. Sed quid opus eſt ad eam rem iudice ſequeſtre?

Sequor, ris. comitor, excipio, conſequor, inſequor, comes ſum, exequor, proſequor, conſilium, ratio. Or. 201. b. Oratio ita flexibilis, ut ſequatur quócunq; torqueas. I. C. 120. a. Cæſar hanc reip. uiam, quæ popularis habetur, ſecutus eſt. de Ar. 252. b. Pœna, quæ ſequeretur illud ſcelus. de In. 44. b. Nam eum eadem omnia incommoda ſequentur. de D. 112. a. Qui hæc prædicunt, quam rationem ſequantur, uides. & ibid. Qui hæreditatẽ uenturam dicunt, quid ſequuntur? de Or. 127. b. Tradenius etiã quæ nos ſequi in dicendo, quæq; maximè ſpectare ſolemus. Att. 127. b. Neq; ſi ego quid tu ſis ſecutus, non perſpicio, idcirco minus exiſtimo, te nihil niſi ſumma ratione feciſſe. Ep. 47. b Qui autoritatem & conſilium tuum non ſunt ſecuti, ſua ſtultitia occiderunt. Parad. 122. a. Sequi & colere leges. Off. 2. a. Sequimur igitur in hac quæſtione potiſſimũ Stoicos. Ep. 14. a. Idem ille Plato, quem ego autorem uehementer ſequor. pro Cec. 296. a. Perge porrò hoc idem interdictum ſequi, homines, &c. Or. 212. b. Qua tempeſtate Paris Helenam, & quæ ſequuntur. de Leg. 169. b. Ego uerò cum liceret plures dies abeſſe, & amœnitatem & ſalubritatem hanc ſequor. Off. 45. b. Panetius, quem in his libris ſecutus ſum, non interpretatus.

Sequitur. relinquitur, fit, conficitur, colligitur. quæ apta ſunt ad concludendum uerba. Parad. 116. b. Sequitur igitur, ut etiã uicia ſint paria. de N. 41. a. Quo conſtituto ſequitur, etc. Tuſ. 232. b. Aſſentior alterũ alteri cõſequens eſſe, ut quemadmodũ ſi quod honeſtũ ſit, id ſolũ ſit bonũ, ſequatur uitã beatã uirtute effici, ſic ſi, &c. de Fin. 69. b. Non enim ſequitur, ut cui cor ſapiat, ei non ſapiat palatus. de D. 130. b. Significant ergo, ne id quidẽ ſequitur. de Fat. 142. a. Vt enim & ingenioſi & tardi ita naſcãtur antecedentibus cauſis, &c. non ſequitur tamẽ, ut etiã ſedere eos, & ambulare principalib. cauſis definitũ ſit. & 144. b. Sequitur enim, ut ſi alia ab alia nunquam depellatur, ne contingat quidẽ alia aliã. & 145. b. Nec ſi omne enunciatum uerũ aut falſum eſt, ſequitur illico eſſe cauſas immutabiles et æternas. et 146. a. Si hoc uerũ nõ eſt, ſequitur ut falſum ſit. de Fat. 148. b. Qui ſi nõ ſint, &c. nõ ſequitur, ut ne appetitus quidem, &c. at hoc ſequeretur, ſi, &c.

Serapis. dea. de D. 134. a.

Serenans, tis. de D. 84. a. Luce ſerenanti. poetæ.

Serenitas, tis. ſerenum tempus, ſerena tempeſtas, cœlum ſerenum.)(Perturbatio cœli. de D. 128. a. Hæc igitur cum ſint, tum ſerenitas, tum perturbatio cœli, eſt ne, &c. I. V. 240. b. Nullus unquam dies Syracuſis tam magna & turbulenta tempeſtate fuit, quin aliquo tẽpore ſolem eius diei homines uiderint.

Serenus, a, um. ſerenans. de D. 125. b. Cum tonuit læuum bene tempeſtate ſerena. ex Ennio. ad Her. 39. a. Falſi amici ſereno uitæ tempore præſtò ſunt. Epiſt. 259. b. Auſtro leniſſimo, cœlo ſereno. Tuſ. 197. a. Tranquilla & ſerena frons.

Series, ei. contextus uel continuatio quædam rerum. de D. 106. b. Fatum eſt ordo ſerieſq; cauſarum. & de Fat. 144. a. Qui introducunt cauſarum ſeriem ſempiternam. Item: Mirabilis quædã continuatio ſerieſq; rerum. de N. 4. a. Eſt enim admirabilis quædam continuatio ſerieſq; rerum, ut alia ex alia, & omnes inter ſe aptæ colligatæq; uideantur. Acad. 6. b. Cætera ſeries deinde ſequitur maiora nectens, ut hæc, ſi homo eſt, animal eſt, &c. de Or. 114 b. Sine ulla ſerie diſputationum. de Leg. 166. b. Videtiſne quãta ſeries rerum ſententiarumq; ſit, atq; ut ex alio alia nectantur? Part. 242. b. Tanta ſeries artis eſt, & ſic inter ſe ſunt pleraq; connexa & apta, ut, &c.

Seriphos. inſula. de N. 18.

Seriphius, a, um. de Sen. 78. b.

Serius, a, um. grauis, uerus.)(. Iocoſus. Off. 27. a. Si de ſerijs rebus loquatur, ſeueritatem adhibeat: ſi de iocoſis, lepôrem. Off. 21. a. & 27. a. Cum grauibus ſerijſq; rebus ſatis fecerimus. l. Iocoſus. ad Her. 20. b. Sermo ſerius, & iocus liberalis. de Fin. 82. b. Qui cum ioca, ſeria, ut dicitur, qui cum arcana, qui cum occulta omnia.

Sermo, onis. locutio, mentio, oratio. Off. 22. b. Sermone eo debemus uti, qui notus eſt nobis, ne ut quidam græca uerba inculcantes, iure optimo rideamur. ad Her. 20. b. Sermo diuiditur in partes quatuor, dignitatem, demonſtrationem, narrationem, iocationem. de Or. 136. a. Cum mihi ſermo cum hoc ipſo Craſſo multis audientibus eſſet de te inſtitutus. & 141. b. Habetis ſermonẽ bene longum. de Ar. 251. b. De Alexandrinis uideo eſſe ſermonẽ. In Vat. 29. a. Nullus mihi omnino cum illo ſermo nulla unquam de re fuit. de Som. 130. a. Quid autẽ intereſt ab ijs qui poſtea naſcentur, ſermonem fore de te, cum ab ijs nullus fuerit, qui antè nati ſunt? & pro Flac. 149. a. Sermo eſt tota Aſia diſſipatus, Pompeium, &c. de Or. 93. a. Craſſus princeps eius ſermonis ordiendi fuit. At. 116. a Multus eſt ſermo, te iudicium iam de cauſa publica feciſſe. Ep. 10. a. Hac me mente fuiſſe, tu in noſtris ſermonib. collocutionibuſq; ipſe ſæpe uidiſti. Ep. 194. a. Cum mihi in ſermone iniecisſet, ſe uelle Aſiam uiſere. & 130. a. Feci ſermonẽ habitum in Cumano inter nos. & Att. 100. b. Sermo quem habuit de triumpho. & de Sen. 83. a. Cyrus in eo ſermone, quem moriens habuit, &c. de Or. 109. a. Habere ſermonem inter ſe de aliquibus rebus. de Sen. 77. b. Omnem autem ſermonem tribuimus Catoni ſeni. de Am. 96. a. Vt tanquam à præſentibus coràm haberi ſermo uideretur. & 95. b. Is expoſuit nobis ſermonem de amicitia habitum ab illo ſecum & cum altero genero Scæuola. & ibid. Incidere in ſermonem alicuius. & ibid. Incidere in mentionem alicuius. de In. 80. a. In ſermone quotidiano. de Or. 93. a. Inſperanti mihi cecidit, ut in iſtum ſermonem delaberer. & At. 212. a. Da te in ſermonem. Q. Fr. 298. a. Primus annus habuit de hac reprehenſione plurimum ſermonis. Offic. 26. b. Sermo in circulis, diſputationibus, congreſſionibus familiarium

liarium uerſatur. Off. Curandum eſt, ut eos quibuſcum ſermonem conferimus, & uereri & diligere uideamur. Off. 40. b. Habere quibuſcum familiares poßis conferre ſermones. I.V.256.b. Habere malos ſermones de aliquo. de In.63.b. Conferre ſermonem cum aliquo. Att.103.b. Sed hæc coràm, nam iſta multi ſermonis ſunt. de In. 120.a. Res in ore atq; in ſermone omnium cœpit eſſe. & Att.13. a. In ſermonibus: id eſt, in communi ſermone. & Ep.2.a. Nam cùm in ſermone quotidiano, tum, &c. & Acad.39. b. Sermo uulgaris. Ep.120.b. Sed nuncij uarios ſermones excitarunt. Ep.15.b. Perferre ſermonem alicuius ad aliquem. Ep.42.b. Maleuolis ſermonibus de aliquo credere. de Or.94.a. Fortuitò in aliquem ſermonem incidere. Ep. 136.a. Incidunt in ſermone uario multa. Ep.127.b. Dabimus ſermonem ijs, qui, &c. I.V.202.b. In ſermonem hominum, atq; in magnam uituperationem uenirem. de Fin. 49.a. Tractare aliquid græco ſermone. de N.19.b. Scito ſermone & Attico loqui. & 20.b. Sermo & oratio. Att. 103.a. Elegantia ſermonis Terentiani.

Sermocinatio. figura. ad Her.37.a. & 40.a. Sermocinatio eſt, cum alicui perſonæ ſermo attribuitur, & is exponitur cum ratione dignitatis.

Sermocinor, aris. ſermonem habeo, loquor. de In.68. b. In conſuetudine ſcribendi aut ſermocinãdi eo uerbo uti ſolent homines. I.V.104.a. Ait ſe cum iſto diligenter ſermocinaturam.

Sermũculus, li. At.206.b.l. Sedo. et pro Deiot.150.a.

Seró. tardè. At.165.a. I.V.269.b. Producã Coſſanos, qui te nunc ſerò doceant, iudices non ſerò. & Att.104.b. Serò reſiſtimus ei, quem aluimus contra nos. de Cl.168.a. Eloquentia ſerò prodijt in lucẽ. Ep.21.a. Lõgè abſum, audio ſerò. & 45.b. Serò enim uenerã. & 105.b. Domũ ſerò ueneram. pro Quin.7.b. De controuerſijs uult dijudicari ſerò, uerùm aliquãdo tamen. Or.212.a. Aliquãdo, idq; ſerò: id eſt, reſipui. Q. Frat.301.a. Hoc de genere nihil te nunc quidẽ moneo, ſerò eſt enim. de Am.97.b. Factus eſt Coſſ. II. primùm ante tempus, iterum ſibi ſuo tẽpore, reipublicæ penè ſerò. Att.115.a. Eo die alter cõſul uenit ſerò. ad Her.13.b. Serò atq; acto negocio ueniſti.

Serius. tardius. de Or.149.b. Ad myſteria biduo ſerius ueneram. I.C.98.a. Hoc ſerius à me factum eſt, &c. de In.51.a. Serius.)(. Ocyus.

Sero, ris, ſeui, ſatum. ſementem facio, ſemen ſpargo, ſemino. I.V.173.a. In iugere agri Leontini medimnum ferè tritici ſeritur. & infrà: Vt tantum decumæ ſit, quantum ſeueris. de N.52.a.b. Ager mollitus & oblimatus ad ſerendum. Antequam.192.b. Serere beneficiũ, ut metere poßis fructũ. Tuſc.154.b. Serere arbores, quæ alteri ſeculo proſunt. & de Or.134.b. Da mihi ex iſta arbore, quos ſeram ſurculos. de Clar.166.a. Seremus igitur aliquid tanquam in occulto & derelicto ſolo. de Leg.160.b. Materia ſerendi generis humani. de Sen.81.b. Serere, percipere, & concedere fructus. & ibid. Serere arbores. de Fat.145.b. Niſi ex æternitate cauſa cauſam ſerens hoc erit effectura. Tuſ. 177. b. Philoſophia præparat animos ad ſatus accipiendos, eaq; mandat his, & ut ita dicam, ſerit, quæ adulta fructus uberrimos ferãt. de Vn.303.a. Alios in reliquas mundi partes ſpargens quaſi ſerebat. At.235.a. Tertullæ nollem abortum, tam enim ſunt Caßij iam, quàm Bruti ſerendi. de Sen.89.b. Multæ etiam iſtarum arborum mea manu ſunt ſatæ. de Leg.156.a. Hæc quercus ſata eſt ingenio. & 160.b. Genus humanum ſparſum in terras atq; ſatum.

Serpens, tis. de N.50.b. Quædam ſerpentes ortæ extra aquam, ſimulatq; niti poſſunt, aquam perſequuntur. & de Ar.256.b. Iam iſta ſerpens, quæ tum hic deliteſcit, tum ſe emergit, illiſa morietur. Tuſ.235.b. Serpẽtes quaſdam, quaſdam eſſe grandientes: id eſt, beſtias. de D.90.b. Bellua uaſta, circumplicata ſerpentibus. In Vat.29.b. Repentè te tanquam ſerpens è latibulis, oculis eminentibus, inflato collo, tumidis ceruicibus intuliſti.

Serpiraſtræ. pro hominibus pernicioſis. At.103.a.

Serpo, pis. irrepo, progredior. de N.50.a. Alia animalia gradiendo, alia ſerpendo ad paſtum accedunt. ad Her.39.b. Iſte tanquã iubatus draco ſerpit. in Arat. Quæ uolat, & geminis ſerpens ſecat aera pennis. de Fin.134.b. Serpere anguiculos. de Sen.88.a. Vitis ſerpens multiplici lapſu & erratico. I.A.153.b. Cum ſerperet in urbe infinitum malum, idq; manaret indies latius. pro R.P.125.a. Serpet hoc malũ mihi credite longius, quàm putatis. Antequam.195.a. Ne calamitas remorata lõgius ſerpat atq; progrediatur, præcauete. & de Or.151.b. & I.V.65.b. Serpit malum conſuetudine peccandi. I.C.119.a. Latius opinione diſſeminatum eſt hoc malum, manauit per totam Italiam, obſcurè ſerpens multas prouincias occupauit. de Or.127.b. Ecce autem ſerpere occultè cœpiſti, nihil dum ſuſpicantibus alijs. I.V.65.b. Si hæc conſuetudo ſerpere ac prodire cœpit. & pro Mur.134.b. Serpit hic rumor. At.7.b. Sed uereor, ne hoc quod infectum eſt, ſerpat longius. & 230.b. Suſtuliſſe mihi uidetur ſimul ſationem deſiderij, quæ ſerpebat in dies. de Am.104.a. Serpit enim deinde res, quæ procliuis ad perniciem, cum ſemel cœpit, labitur. & 112.a. Serpit enim neſcio quomodo per omnium uitas amicitia.

Serra, ræ. inſtrumentum dentatum, quo ligna, & tabulæ uel tenuißimæ ſecantur. Tuſcul.250.b. Ne ſtridorem quidem ſerræ audiunt, tum cum acuitur.

Serrula, læ. pro Cluen.55.b. Serrula adunca ex omni parte dentium, & tortuoſa.

Sertum, ti. corona. Tuſc.199.b. Incendes odores? & ſertis redimiri iubebis & roſa? I.C.106.b. Sertis redimiti, unguentis obliti.

Seruator, oris.)(. Perditor. pro Dõ.233.a. Cicero ſeruator urbis. et pro Pl.281.a. Seruator mei capitis. l. Soter.

Seruiens, tis. At.286.b. A ſeruientibus abero. & I.A. 228.b. Vita nulla eſt ſeruienti. At.284.b. Preces ſeruientis aduerſus regem.

Seruilis, le. famularis. Antequam.197.a. Reſpublica metu eſt debilitata ſeruili. & pro Syl.177.b. Munus ſeruile. & I.P.79.b. Color ſeruilis. & 99.b. Veſtis ſeruilis. & de Orat.138.b. Seruilis percunctatio.

Seruiliter. abiectè, timidè. Tuſc.187.a. Ne quid ſeruiliter muliebritérue faciamus.

Seruilius. lacus Romæ fuit. pro S.R.33.a.

Seruio, uis. deſeruio, ſeruitutem ſeruio, ſeruitutem patior, præſtò ſum, conſulo, operam alicui do, lenocinor. de Orat. 100. a. Si quis apud nos ſeruiſſet ex populo fœderato, ſeſeq; liberaſſet. & I.A.209.a. Populum Romanum ſeruire fas non eſt. Att.112.a. Cato ipſe iam ſeruire quàm pugnare mauult. pro R.P.126.a. Alteri parêre & ſeruire. Top.223.a. Quorum nemo ſeruitutem ſeruiuit. de Am.111.a. Cupiditatibus quibus cæteri ſeruiunt, imperare. I.C.106.a. Qui aliorum amori flagitioſißimè ſeruiebat. de Pro.69.a. Sed ego in hac ſententia dicenda non parebo dolori meo, nec iracundiæ ſeruiam. pro Cæl. 54.b. Vt in alterius dolore uel pietati uel indulgẽtiæ ueſtræ ſeruiatis. pro Seſt.5. Sed agam moderatè, & huic tempori potius ſeruiam, quàm dolori meo. Tuſcul.155.b. Optimus quiſq; maximè poſteritati ſeruit. & pro Plan.261.a. Honores ſi magni non putas, noli ſeruire populo. pro Mar. 135.b. Serui etiã ijs iudicibus, qui, &c. Q. Fr.294.b. Alicuius cõmodis utilitatiq; ſeruire. & 295.a. Conſulere populorum commodis, & eorum utilitati ſalutiq; ſeruire. pro S.R.25.a. Rei familiari maximè ſeruire, & in prædijs colendis operæ plurimum ſtudijq; conſumere. de In.79. a. Seruire rebus ſuis & commodis. pro Plan.279.a. Reipublicæ ſeruiui ſemper, nunquam mihi. de Cl.187.a. Multorum obedire tempori, multorumq; honori uel periculo ſeruire. & pro Seſt.7.b. Seruire dignitati. Poſtquam. 202.a. Virtuti & gloriæ ſeruire. & Tuſc.229.b. Seruire pecuniæ. de Or.138.b. Seruiendum eſt breuitati uel uenuſtati. Or.214.a. Seruire numeris. & b. Compoſitio, quæ tota ſeruit grauitati uocum. & 219.b. Attici maximè numero ſeruientes. At.278.a. Ac mihi tum Brute officio ſolùm erat & naturæ, tibi nunc populo & ſcenæ, ut dicitur, ſeruiendũ eſt. Ep.263.b. Sed indulge ualetudini tuæ, cui quidem adhuc tu, dum mihi deſeruis, ſeruiſti non ſatis. I.A.62.a. Alienus tibi ſeruiet, tibi lenocinabitur. Attic. 221.a. & 75.b. Ac magis mihi iſti ſeruiunt, ſi obſeruare ſeruire eſt. & I.C.102.a. Spero meos omnes ſeruire laudi meæ. de Or.138.a. Aliquẽ uenuſtati uel maximè ſeruire. & 124.a. Seruiamus uectigalibus. Attic.120.b. & 159.b. Seruire tempori cum neceſſe ſit. & Ep.258.b. Seruire corpori. & 144.b. Seruire tempori. Q. Fr.299.a. Te rogo, ut ualetudini tuæ diligentißimè ſeruias. I.A. 219.b. Magnum eſt, perſonam in rep. tueri principis, quæ non animis ſolùm debet, ſed oculis ſeruire ciuium. Off.73.b. Cum tractaretur Atreus, perſonæ ſeruiendum fuit. Ep.72.b. Et conſtantiæ ſeruiendum. de Fin.130.b. Huius ætati & huic nunc hoc primùm fortaſſe audienti ſeruire debemus. At.69.b. Dionyſius mihi operam dat egregiam.

Seruire. cum ad ruſtica prædia uel urbana refertur, aliqua re grauari & obligari. contra Rul.89.a. Prædia omnia quæ ſeruiebant, non ſeruient. de Or.99.b. & Off. 65.a. Aedes Sergio ſeruiebant, ſed hoc in mancipio Marius non dixerat.

Seruitium, tij. ſeruus. de Ar.249.b. & I.V.237.b. & I.C.118.b. Omne ſeruitium in alteram ſcenam immiſſum: id eſt, omnes ſerui. pro Flac.164.b. Seruitia ſileant. pro Cæl.54.a. Incitare ad cædem ſeruitia. de L.189.a. Seruitia incitata. At.286.b. Neq; deſiſtam abſtrahere à ſeruitio ciuitatem noſtram: id eſt, à ſeruis, uel à ſeruitute.

Seruitus, tis. ſeruitium, famulatus.)(. Libertas. Antequam. 192. b. Omnibus graue ſeruitutis iugum eſſe debet in libertate educatis. & ibid. Qui à ueſtro corpore iugum acerbißimum repulit ſeruitutis. Parad.122.b. Seruitus eſt ſicut obedientia fracti animi, & abiecti, & arbitrio carentis ſuo. & 123.b. Durißima ſeruitus. Parad.123.b. Omnis animi debilitata, & humilis, & fracta timiditas, ſeruitus eſt. & pro Deiot.149.b. In dominatu ſeruitus ſit, in ſeruitute dominatus. I.A.220.a. Diutius ſeruitutẽ perpeßi ſumus, quàm captiui frugi & diligentes ſolent. Oct.331.b. Populus Romanus pro turpi ſtupro datus in ſeruitutem. I.P.97.b. Qui ſocios noſtros in ſeruitutem adduxerunt. & de Pro.71.a. Tradere aliquem in ſeruitutem alicui. & ibid. Iudæi & Syri nationes natæ ſeruituti. pro Dom.239 Ciuitas ſeruitute oppreſſa. I.P.82.b. Emori potius, quàm ſeruire præſtat. pro Mar.138.b. Seruire ſeruitutem. Att. 281.b. Repellere ſeruitutem à ſuis ciuibus. pro Cluent.21. b. & 221.a. Eſſe apud aliquem in ſeruitute, uel in ergaſtulo. Quin. Frat.318.b. Aquæ iure conſtituto, & ſeruitute illi fundo impoſita. Attic.285.b. Niſi fortè non de ſeruitute, ſed de conditione ſeruiendi recuſandum eſt à nobis. Offic. 16. b. Mors ſeruituti turpitudiniq; anteponenda eſt. I. A. 182.a. Seruitus eſt poſtremum malorum omnium, non modò bello, ſed morte etiam repellendum. I.A. 209.a. Aliæ nationes ſeruitutem pati poſſunt, populi Romani eſt propria libertas.

Seruo, as. conſeruo, aſſeruo, adſeruo, obſeruo, tueor, cuſtodio, teneo, non diſcedo, ſto, maneo, colo. Ep.141.a. Ego ſeruo & ſeruabo Platonis uerecundiam. Att.145.a. Volumen epiſtolarũ tuarum ſub ſigno habeo, ſeruoq; diligentißimè. pro S.R.33.b. Nihil mali eſt, canes ibi quàmplurimos eſſe, ubi permulti obſeruandi & multa ſeruanda ſunt. pro Rab.92.b. Ius libertatis defendendo ſeruari oportere. pro Cluen.24.b. Vt id quod conceperat, ſeruaret, ut ſaluum parere poſſet. de Am.101.a. Seruare amicitiam ſumma fide. & Off.19.b. Seruare decorũ. pro Plan. 262.a. Sed ſeruare neceſſe eſt gradum. Off.7.b. Officia etiam aduerſus inimicos ſeruanda. pro Cl.37.b. Iudiciũ in quo non modus habitus, non conſuetudo ſeruata. & 36.a. Seruare conſuetudinem. de Or.129.a. Parcebat enim aduerſarij dignitati, in quo ipſo ſeruabat ſuam. I.C.116.b. Ciues integros incolumeſq; ſeruari. I.A.213.a. Seruare pacem cum aliquo. Off.13.b. Seruare æquitatem. & Ep.28. a. Seruare leges. Ep.153.b. & 13.a. Si omnia mihi integra & ipſe & fortuna ſeruauerit. Tuſ.163.b. Seruare ſe integrum & caſtum. Att.263.a. Decreta Coſſ. quæ de Cæſaris actis interpoſita ſunt, non ſeruãtur. pro Arch.189.b. Vrbem ex omni impetu hoſtium ac totius belli ore ac faucibus ereptam eſſe atq; ſeruatam. pro Flac.160.b. Iudæi uicti, elocati, & ſeruati. At.31.b. & 56.b. & pro Dom.221. a. Seruare de cœlo. pro Plan.261.b. Ad ea te tempora reuocaui, ad quæ tute ipſe ſeruaras. Att.77.a. Paucis diebus habebam certos homines, quibus darem literas, itaque eò me ſeruaui. de D.101.b. Seruo & obſeruo, idem. & Off. 11.a. Tenere, ſeruare, & obſeruare idem.

Serus, a, ũ. tardus. Ep.21.a. Sera gratulatio reprehendi non ſolet. I.A.194.b. Vt magis exoptatæ Cal. quàm ſeræ eſſe uideantur. & de D.122.a. Tarda & ſera nimis.

Seruulus, li. pro Quint.4.b. & pro Cec.296.a.b.l. Prehendo.

Seruula, læ. famula. At.7.

Seruus, a, um. ſeruitium, famulus, puer, mancipium, ſeruiens, qui non eſt ſui iuris, qui libertatem perdidit, arbitrio ſuo carens.)(. Liber. pro Cor.59.b. Serui, quorum uis & fortunæ conditio infima eſt. & ibid. Seruos de rep. bene meritos perſæpe libertate, id eſt, ciuitate publicè donari uidimus. I.V.149.b. Hunc ſerui ancillæq; amant. At. 122.a. Pollucem ſeruum à pedibus meum Romam miſi. I. A.226.b. Neq; tam ſerui illi dominorum, quàm tu libidinum. & 87.b. Seruus cupiditatum. & Ep.12.b. Seditionum ſeruus & miniſter. Epiſt.13.b. Coſſ. ſeditionum ſerui ac miniſtri. pro Cluen.48.b. Legum idcirco omnes ſerui ſumus, ut liberi eſſe poßimus. Att.195.b. Serui, mancipia, pueri. pro Cæl.54.a. Supplex miſericordiæ alicuius. Itẽ: Supplex potentiæ alicuius. contra Rul.88.b. Prædia libera meliore conditione ſunt, quàm ſerua. Quin. Frat.293. a. Seruus egregiè fidelis. pro S.R.42.b. Ego ſeruum habeo nullum. Off.23.a. Vlyſſes contumelias ſeruorum ancillarumq; pertulit. Parad.122.b. Non enim ita dicunt eos eſſe ſeruos, ſicut mancipia, quæ ſunt dominorum facta nexu, aut, &c.

Seſamenus,na.à Seſamo oppido.At.82.a.

Seſelis,lis. de N.51.a.Ceruæ paulo ante partum perpurgant ſe quadam herbula,quæ ſeſelis dicitur. aliter,ſeſeli.

Seſqui ἡμιόλος,ſeſquiplex. Or.215.a.b.Pes qui adhibetur ad numeros, partitur in tria,ut neceſſe ſit, partem pedis aut æqualem eſſe alteri parti, aut altero tanto, aut ſeſqui eſſe maiorem. Ita fit æqualis dactylus, duplex iambus,ſeſqui pæan.

Seſquialter,a,um. ἡμιόλος,ſeſquiplex. de Vn.199.a. Deinde detraxit tertiā,quæ ſecundæ ſeſquialtera.& ibid. Seſquialteris interuallis,& ſeſquitertijs, & ſeſquioctauis ſumptis,ex his,&c.

Seſquimodius,dij.modius cum dimidio.I.V.196.b.

Seſquioctauus,a,um. ἐπόγδοος.de Vn.199.a.l.Seſquitertius.

Seſquiplex.ſeſquialter. Or.216.a.Modus aut ſeſquiplex,aut duplex,aut par.

Seſquitertius,a,um. ἐπίτριτος. de Vn.199.a.Ex his colligationibus in primis interuallis ſeſquioctauo interuallo ſeſquitertia omnia explebat. De hiſce proportionibus uide Perionij de optimo genere interpretandi utiliſſimos pariter & eruditiſſimos commentarios.

Seſſio,onis. ſitus genus unum. de N.20.a.Ingreſſus, curſus,accubatio,inclinatio,ſeſſio. de Fin.132.b.Quamobrem etiam ſeſſiones quædam contra naturam ſunt. Offic. 26.a.Status,inceſſus,ſeſſio,accubatio.

Seſſio. pro ſede, aut quouis loco, ubi quis ſedere poteſt.de Or.110.b.Porticus,palæſtra,& tot locis ſeſſiones. de Fin.*114.Cuius etiam illa ſeſſio fuit,quam uidemus.

Seſſio.pro conſeſſu.l.Pomeridianus.

Seſſito,as.inſideo.de Clar.169.b.Quam deam in Periclis labris ſeſſitauiſſe ferunt.

Seſſus.ſeſſio,uel ordo ſedentium. Ep.164.a.Herennium Gallū in quartumdecimū ſeſſum deduxit. Pollionis.

Seſtertiū,tij. & Seſtertius,tij. cuius hæc eſt nota,HS. I.V.118.b.Numerantur illa HS ducenta quinquaginta Syracuſis. & Att.179.b.Minutius XII.ſola curauit:id eſt, HS.& Ep.217.a.Ea pars eſt ad XXX.ſeſtertia.Ep.226 a. Nicēſes ei grandem pecuniā debent ad ſeſtertiûm octogies. I.A.241.b.Antonius ſeſtertium ſepties millies pecuniæ publicæ auertit. I.P.98.a.Seſtertium centies & octogies ex ærario tibi attribuit, Romæ in quæſtu reliquiſti. pro Flac.152.a. Nos hic in mare ſuperum & inferum ſeſtertium ter & quadrageſies rogabamus. Epiſt.76.a.HS centum millia. & ibid.b.HS centum.bis. & ibid.Omnem pecuniā apud publicanos depoſui,id fuit HS XXII. Ep. 76.b.Si mihi expenſa iſta HS centum tuliſſes. Off.64.a. Dixit ſe pluris æſtimare, addidit centum millia. & I.V. 75.b.Seſtertium millies. I.V.59.b.Pro frumento in modios ſingulos duodenos ſeſtertios exegit. pro Cluen.55.b. Ipſe armarij fundū execuit, & ſeſtertiorū & auri quinq; pondo abſtulit. pro R.P.130.a.Bona alicuius nummo ſeſtertio cuipiam addici.Orat.211.b.Seſtertium nummum, non nummorum.Offic.70.b.Cum teſtamento ſeſtertiûm millies relinquatur.& Parad.125.b.Capit ille ex ſuis prædijs ſexcenta ſeſtertia,ego centena ex meis.

Seſtertius dictus eſt, quaſi ſeſquitertius: ualet enim duobus aſſibus æris & ſemiſſe.Idem autem erat quod numus:etiam ſi utrunq; nonnunquam coniungatur. Seſtertium autem genere neutro, mille ſeſtertios ſignificat, hoc eſt,argēti aſſes duos(quas libras alij uocant) & ſemiſſem. Additur etiam ſæpenumero uerbū mille, aut aduerbium



alicuius numeri,hac formula: Mille ſeſtertiûm,uel millies ſeſtertiûm. & tunc ſeſtertiûm pluralis genitiuus eſt, pro ſeſtertiorum. Vbi uerò aduerbium adiunctum ſeſtertio eſt,intelligendum eſt centum:ut decies ſeſtertia,id eſt,decies centena. Colligamus igitur iſta,ut facilius cognoſci et retineri poſſint.

Mille ſeſtertiûm
Mille ſeſtertiûm numûm
Mille numûm
Mille ſeſtertij
} idē ſunt:id eſt, XXV.aurei numi,ſiue coronati.

Seta,tæ. de Orat.164.a.Natura equo & leoni ſetas, caudam,& aures ad motus animorum declarandos dedit. Tuſ.240.a. Gladium è lacunari ſeta equina appēſum demitti iuſſit.

Setinus ager.contra Rul.79.a.

Seu.ſiue.pro Quin.14.b.O fortunatū hominem,qui huiuſcemodi nuncios,ſeu potius pegaſos habet. & 5.b.& pro Cec.298.a.Seu rectè ſeu perperam facere cœperunt.

Seuerè.auſterè,Stoicè.pro Q.R.52.a.Seueriſſimè exacta ætas.& Off.27.a.& pro Mur.134.a.Seuerè dicere. & 136.b.& I.V.66.a.Lites ſeuerè æſtimare.

Seueritas,tis. grauitas, triſtitia, duritas.)(.Comitas, humanitas. Ep.199.b. Vt ſumma ſeueritas ſumma cum humanitate iūgatur. pro Mur.140.a.Si illius comitatem & facilitatē tuæ grauitati ſeueritatiq; aſperſeris. de Or. 130.b.Riſus triſtitiam ac ſeueritatem mitigat & relaxat. & 115.a. Iudex tum ad ſeueritatem, tum ad remiſſionem animi eſt contorquendus.pro Syl.185.a.Sic uos ſeueritatem iudiciorum, quæ per hoſce menſes in homines audaciſſimos facta eſt,miſericordia mitigate.Q.Fr.294.a.Seueritatem acerbam multis humanitatis condimentis mitigare.de Ar.250.a.Priſca illa ſeueritas ſacrificij.I.P.81.a. Seueritas cenſoria magiſtra pudoris & modeſtiæ. de Cl. 195.a.Laxare iudicū animos, atq; à ſeueritate pauliſper ad hilaritatem riſumq; traducere. Or.201.b.Duritas & ſeueritas,& quaſi mœſtitia oratoris.& 214.a.Oratores cum ſeueritate audiri,poetas autē cum uoluptate. Quin. Fr.293.a.Summa in iure dicendo ſeueritas. & I.C.121.a. Seueritas animaduerſionis. Acad.35.a. Ipſa ſeueritas & grauis & recta ratio mihi obuerſatur. de Fin.53.b. Adhibere ſeueritatem in aliquo. de Clar.173.a.Homo ipſa triſtitia & ſeueritate popularis. Attic.11.a.Xenocrates & Metellus Numidicus,ſeueritate clari. Att.12.a.Seueritas conſulatus mei. & ibid.Senatum ad priſtinam ſeueritatem reuocaui. de Cl.177.b.Craſſus in ſumma comitate habebat etiā ſeueritatis ſatis. Off.18.a.Et tamen ita probanda eſt manſuetudo atq; clementia,ut adhibeatur reip.cauſa ſeueritas.de Sen.91.a.Seueritatem in ſenectute probo, & eam,ſicut alia,modicam:acerbitatem nullo modo.

Seuerus,a,um.grauis,triſtis,auſterus,acerbus,uehemens,aſper,durus,ac penè agreſtis.)(.Diſſolutus, indulgens. Off.75.a.Qui nuper indulgēs in patrē,idē acerbus & ſeuerus in filiū.pro Cl.29.a.Iudex ſeuerus in facinoroſos. Tuſ.218.a.Imperia ſeueriora nulla eſſe putāt ſine aliqua acerbitate iracundiæ. de Clar.175.a.Tubero uita ſeuerus,& congruens cum Stoica diſciplina. de Or.135.b. Seuerus & triſtis uultus.& 129.b.Omniū grauiſſimū & ſeueriſſimū eſſe.I.V.231.a.Poſtea iudicia ſeuera Romæ fieri deſierūt.de Cl.195.b.Sentētiæ nō tā graues et ſeueræ, q̄ cōcinnæ et uenuſtæ.pro Pō.11.b.Nō poteſt eſſe ſeuerus in iudicando,qui alios in ſe ſeueros eſſe iudices nō uult. I.A. 187.a.Nū putatis ipſum retentū eſſe aliqua re triſti & ſeuera? de Cl.174.b. Triſte & ſeuerum genus dicendi





Seuoco,as.ſeparo,abduco,aufero.de N.63.a.Difficile eſt,mentē ab oculis ſeuocare. & Tuſ.163.b.Qui ſe à corporib.ſeuocauiſſent. & 164.a.Seuocare animū ab omni negocio. & de D.93.b.Cum eſt ſomno ſeuocatus animus à ſocietate corporis. Or.203.a.& 202.b.Ab his hæç eloquentia ſeuocanda eſt.pro Quin.2.b.Næuius de communi quicquid poterat,ad ſe in priuatā domum ſeuocabat.

Sexagena millia.I.V.247.a.

Sexagies.I.A.169.a.

Sex & quinquaginta. pro S.R.21.b.Sex & quinquaginta millia paſſuum.

Sexaginta.de Leg.182.b.

Sexagies. pro S.R.19.a. Bona quæ ſunt ſexagies. l. Centies.

Sexennium,nij.I.A.195.b.de D.101.a.At.85.

Sexcenteni.I.V.248.a.

Sexcenti,tæ,ta. I.V.132.b.Cn.Sextiū mille modiûm, ſexcentos prætere alios,&c. Att.94.a.Belli periculum, militum improbitas,ſexcenta præterea alia. de D.115.a. Sexcenta licet eiuſmodi proferre. Attic.33.b.Et ſexcenta ſunt.& 32.b.Ad annos ſexcentos. Attic.100.a.Venio ad epiſtolas tuas,quas ego ſexcentas uno tempore accepi.

Sexprimi.ut Quinqueprimi,& Decemprimi. de N. 74.b.Id quoq; L.Alenius fecit, cum chirographum ſexprimorum imitatus eſt.

Sextans,tis.ſextula:id eſt,duæ unciæ.Ep.217.a.

Sextarium,rij. mēſuræ nomen,cōtinetq; minas duas, ſeu cyathos duodecim. Offic.44.b.Si emere aquæ ſextarium mina cogerentur.

Sexdecim.pro Cluen.36.a.

Sextilis,lis.Auguſtus menſis.l.Quintilis. Ep.160.a. Si in ſextilem comitia.

Sextula,læ.ſextans.pro Cecin.288.a.l.As.

Sextumconſul.ut Septimumconſul.I.V.83.

Sexus,us. de In.50.a.Hominum genus in ſexu conſideratur,uirile an muliebre ſit.

Si.cum,ut,etiam ſi. pro Cec.294.b.Neq; uerò quicquam opus ſit uerbis, cum ea res,cuius cauſa uerba quæſita ſunt,intelligatur. & ibi.Sermo hercule familiaris non cohærebit,ſi uerba inter nos aucupabimur. Ep.6.a.Si uolo is eſſe,quem tu me eſſe uoluiſti. I.V.106.b.Hac conditione ſi quis,&c. de Or.91.a.Sed is,ſi quis eſſet,aut ſi etiā unquam fuiſſet,aut uerò ſi eſſe poſſit, tu eſſes unus profectò,qui,&c. Attic.122.a.Moriar,ſi magis gauderem,ſi id mihi accidiſſet. pro Syl.182.b.Conceditis,ut nobis libertatem retinere liceat,ſi minus dignitatem. & ibi. Graue ſi appetimus aliquid, ſi cum cæteri de nobis ſilent, nos ipſi non taceamus. pro Cl.18.b. Deinde ſi quam opinionem mentibus ueſtris comprehendiſtis, ſi eam ratio conuellet, ne repugnetis.& 20.b.Non timuiſſe ſi minus uim deorū, at noctē illam,&c. & 21.a.Atq; ea ſi obliuione non poſſet,tamen taciturnitate ſua tecta eſſe pateretur. pro Q. 14.a. Et me hercule ſi nihil diceret, tacito ipſo officio me moueret. de Or.111.b.Ergo id qui toto in genere fecerit, is ſi non planè artem, at quaſi artem quandam effecerit. & 144.a. Alicui ſi nequaquam parem illius ingenio, at pro noſtro tamen ſtudio meritam gratiam referre. Or. 206.a. Alicuius rei ſi nō perfectio, at conatus tamē,&c. de Or.114.b.Si minus ut,&c. at certè, &c. I.V.107.a. Hic uenit in iudicium,ſi nihil aliud,ſaltem ut,&c. At.110 a. Vt nihil aliud,hoc tamen profecit,&c. At.4.a.Id te ſcire uolui,ſi quid fortè ea res ad te pertineret.Q.Fr.300.b. Nihil reprehendo niſi iracundiam tuam, & ſi fortè raro



literarum miſſarum indiligentiam. At.209.b.Nitor orationis noſter,ſi modò eſt aliquis in nobis. At.261.b.Is malè intellexit,ſi quiſquam malè intelligit. Or.295.b.Is magnus orator eſt,ſi nō maximus.de Or.135.a.Vide,inquit, Scaure, mortuus rapitur, ſi potes eſſe poſſeſſor. contra Rul.75.b. Et mihi quæſo ignoſcite, ſi appello talē uirum ſæpius.de D.123.b.Dicito ſi paſcuntur aues.& ibi.Dicito ſi ſilentium eſſe uidebitur. Antequam.193.a.Non queunt, ſi maximè cupiāt.& pro Q.6.a.Si maximè uelim.de Fin. 49.a.Qui ſi hoc maximè placeat,tamen uolunt,&c. de N.13.a.Roges me quid ſentiam,nihil reſpondeam:id eſt,ſi roges.I.A.134.b.Aſſenſero:id eſt,ſi aſſenſero. & ibi.Negauero:id eſt,ſi negauero.Ep.106.a.Etenim ſi quid generis iſtiuſmodi me delectat,pictura delectat. At.10.b.Si unquam tibi uiſus ſum fortis, certè me tunc admiratus eſſes. At.54.a.Si unquam fuimus,&c.aut ſi unquam,&c.tum profectò. At.9.a.Si unquā mihi Epicheremata ſuppeditarunt,illo tēpore. Ep.90.a.Si quis eſt,&c.is ego ſum.Ep. 246.a.Si quiſquā fuit unquā,etc.ego profectò is ſum. pro Seſt.3.a.Si quis antea mirabatur, quid eſſet,quod,&c. ex hoc tēpore miretur potius,&c. de Cl.265.b.Si fuit tēpus ullū,cum,&c.tum profectò fuit. pro Mil.103.a.Si tēpus eſt ullū iure hominis occidēdi, quæ multa ſunt, certè illud eſt non modò iuſtū,ſed etiā neceſſariū,cum uis illata defenditur. I.A.221.a.Quod ſi cuipiā iuſtus honos habitus eſt in morte legato, in nullo iuſtior quàm in Ser.Sulpitio reperietur. Ep.222.b.Si ullā in amicitia ſpem habes,ſi,&c. ſi,&c.hoc mihi da atq; largire,ut,&c. Ep.184.a.Si abeſtis,&c.ſin,&c.pro Syl.179.b.& pro Seſt.29.b.Si,pro quia uel quoniam.de Am.112.b.Si aliquid,&c. & ibid.Si aliquem.Off.38.a.Noſtri imperatores ex una hac re maximam laudem capere ſtudebant, ſi prouincias, ſi ſocios æquitate & fide defendiſſent.

Si.cum in argumentatione uerſatur. de In.55.a.b.& deinceps. de Or.123.b.& 124.a. Top.221.b.222.a.225.a. Vt ſi peperit, uirgo non eſt. Si oportet ſapere,dare operam philoſophiæ conuenit.l.Connexum.

Sibilo,as.At.34.a.Populares iſti iam etiam modeſtos homines ſibilare docuerunt.ad Her.33.a.Vagire,mugire, murmurare,ſibilare.

Sibilus,li. pro Q.R.50.a.Erotes comœdus è ſcena nō modò ſibilis,ſed etiam conuicio explodebatur. Ep.112.b. Hic tibi clamor,tonitruum & rudentum ſibilus. I.P.93.b Da te populo,committe ludis,ſibilum metuis? At.33.a.Fuſium clamoribus & ſibilis conſectantur.

Sibylla,læ. de D.97.a.Nam terræ uis Pythiam Delphis incitabat,naturæ Sibyllam.& 87.b. Vaticinans per furorem,ut Sibylla Erithrea. de Ar.250.a.Hac uate ſuadente,&c.id eſt,Sibylla.De qua & eius ratione tota,uide Sibyllina oracula à Caſtalione meo è græco in latinum conum eleganter conuerſa.

Sibyllinus,a,um. I.V.225.b. Additum eſt ad libros Sibyllinos, à quibus inuentum,Cererem placari oportere. de D.80.b. Furoris diuinationes Sibyllinis maximè uerſibus contineri. I.C.112.a.Ex fatis Sibyllinis aruſpicumq; reſpōſis.de N.27.b.Ex Sibyllinis uaticinationibus. de Ar. 249.b.Sibyllinus ſacerdos.

Sic.eadem ratione,ita,item,quod,hoc modo, iſto modo,perinde,ſimiliter. de D.133.b.Siue ſic eſt,ſiue illo modo.Ep.229.a.Apud eum ſic fui,tanquam domi meæ. pro Plan.293.a. Huius præfectura plena eſt uirorum fortiſſimorum,ſic ut nulla tota Italia frequētior dici poſſit. Off. 51.b.Ipſa inter ſe corporis comparantur ſic,&c. & ibid.

Cum externis corporis hoc modo comparantur, &c. de Ar.245.a. Atq; hoc ſic moderetur & cogitet, ſi, &c. ſin, &c. Or.208.b. Omnis pars orationis debet eſſe laudabilis, ſic ut nullũ uerbum niſi elegans excidat. Or.218.a. Verborum ordinẽ immuta, fac ſic, cõprobauit filij temeritas. Item: Et ſic frangor ſæpe miſericordia. Ep.103.a. Sic ei te cõmendaui, ut grauiſſimè potui. et 114.b. Sic, &c. quomodo. I.A.169.a Vis'ne igitur te inſpiciamus à puero? ſic opinor. de Sen.82.a. Literas græcas ſic auidè arripui, quaſi diuturnã ſitim explere cupiens. Ep.156.a. Sic fit, ut, &c. ita ſit, ut, &c. de L.165.b. Illa quæ alijs ſic, alijs ſecus, nec iiſdem ſemper uno modo uidentur, ficta eſſe dicimus.

Sica, cæ. gladius. l. Percuſſor. I.C.100.b. Iam tibi extorta eſt ſica iſta de manibus. & 109.a. Pueri qui ſicas uibrare, & uenena ſpargere didicerunt. de N.74.b. Sicæ, uenena, peculatus.

Sicarius, rij. gladiator, graſſator. pro S.R.20.a. Homines ſicarij atq; gladiatores. I.V.77.b. Non ſicariũ, ſed crudeliſſimum carnificem in iudicium adduximus. de Fin. 75.b. Cum prætor quæſtionem inter ſicarios exercuiſſet. pro Cl.48.b. Quæſtio M. Pletorij & C. Flamminij inter ſicarios, C. Orchinij peculatus, mea de pecunijs repetundis. pro S.R.33.b. Qui inter ſicarios & de ueneficijs accuſabant. I.A.166.a. Si oſtenderis, quomodo ſis eos inter ſicarios defenſurus. de Orat.118.a. De ſicarijs, de ueneficijs, de peculatu inficiari neceſſe eſt.

Sicca, cæ. opp. At.255.

Siccine. pro ſic ne, uel an ſic. de Fin.56.a. Siccine eos (cenſes? &c.

Siccè. preſſè, ſubtiliter. de Opt.244.a. Atticè dicere: id eſt, quaſi ſiccè & integre.

Siccitas, tis. gracilitas. Q.Fr.318.a. Aqua ſanè bellè fluens, præſertim maxima ſiccitate. & contra Rul.80.a. l. Sipontinus. de Sen.83.a. Summa in eo eſt corporis ſiccitas. Tuſ.247.b. Siccitas conſequitur continentiam in uictu. de N.26.a. Siccitas orationis. & de Cl.191.b.a. Inopia, ieiunitas. ad Her.25.b. Siccitate areſcere.

Sicco, as. exhaurio. I.A.195.b. Ille paludes ſiccare uo(luit.

Siccus, a, um. ieiunus, ſobrius, preſſus. )( Vinolentus. Acad.22.a. Vinolentorum & furioſorum uiſa imbecilliora eſſe dicebas, quàm ſiccorum & ſanorum. de Opt.243. b. Attici oratores ſani & ſicci.

Sicilia, liæ. inſula. I.V.109.b. Cato ille ſapiens cellam penariam reipub. Siciliam nominauit.

Sicilienſis, ſe. de N.64.a. Fretum Sicilienſe. & Epiſt. 220.a. Quæſtura mea Sicilienſis. & I.V.70.b. Ei quoque negocio fiſci Sicilienſes minabantur.

Siculus. I.V.55.

Sicubi. ſi quo in loco. I.V.238.a. Atq; hæc ſicubi facta ſunt, ut, etc. & Tuſ.170.b. & At.250.a. & pro Cor.61.b.

Sicunde. ſi alicunde. At.114.b. Sicunde potes, erues.

Sicut. ſicuti, ut, æquè ut, itẽ ut, ita ut, ſimiliter atq;, tanquã, uelut. Tuſc.176.a. At.276.b. Hac in re ſcripſi ad eũ, ut tuo iudicio uteretur, ſicut in rebus omnibus. & Ep.65. a. Si me ſicut ſoles, amas. & 12.a. Si ab improbis ciuib. teneri remp. uiderẽ, ſicut & meis temporib. ſcimus, & nõnullis alijs accidiſſe accepimus. Itẽ: Me ſicut alterũ parentem & obſeruat & diligit. Ep.84.b. Ille me amplectitur ſicuti neminẽ. de Or.104.b. Quãuis ſcelerati fuiſſent, ſicut fuerunt. Ep.16.a. Quamobrẽ eius cauſam defendi in ſenatu, ſicut mea fides poſtulabat. Ep.40.b. Quanquã perſpexiſſes, ſicuti perſpicies, &c. Acad.28.b. Amaui hominẽ ſicut ille me. & 91.a. Sicut adhuc feci. & 44.a. Sicut tu optas. & de Or.113.b. Sicut mihi uidetur. Parad.122.b. Sicut ſapiens poeta dixit. Ep.70.b. Sin, ſicut hic dum eras, etiã doles, &c. Acad.30.a. Defendere aliquẽ ſicut caput & famã ſuã. de Or.147.b. Species alia magis alia formoſa eſt, ſicut hæc uis, quæ, &c. de Or.105.b. Quibus quidẽ in cauſis omnibus, ſicut in illa M. Curij, quæ, &c. fuit inter eos magna diſſenſio. Or.206.b. Sunt enim omnia ſicut adoleſcentis, non tam re quàm ſpe laudati. de Orat. 94. b. Nihil eſt quod cogat homines, ſicut in foro non bonos oratores, itẽ in theatro malos actores perpeti. de In.64.a. Hic locus eſt ſicut aliquod fundamentum huius conſtitutionis. de D. 132.a. Ita ut conſtantibus hominibus par erat. de In.76.b. Ita ut factitatum. & I.V.251.b. Ita ut Nico ille fugit. I.V. 246.b. Item ut, &c.

Sicyon, nis. urbs. At.7. Off.50.

Sicyonius, a, um. de Or.105.a. Calcei Sicyonij.

Sida, æ. urbs. Ep.33. & 193. Lentuli.

Sidicinus. At.89. & I.A.180.

Sidon, onis. urbs. At.44.b.

Sidonius Antipater. de Or.161.a.

Sidus, ris. ſtella, aſtrũ. Tuſ.241.b. Cũ ſidera uiderit innumerabilia cœlo inhærentia, cum ipſius mundi motu congruere, certis infixa ſedibus, ſeptem alia ſuos quoq; tenere curſus, multum inter ſe aut altitudine, aut humilitate diſtantia, &c. de N.8.a. Sidera quæ infixa cœlo ſunt. & de D.127.a. Sidera, quæ uocantur errantia. de Som.128. a. Illi ſempiterni ignes, quæ uos ſidera ſtellaſq; uocatis. de N.9.a. Signa ſideraq; cœleſtia. Tuſ.162.b. Forma cœli undiq; ſideribus ornata. de N.33.b. Sidera, quæ ex nobiliſſima puriſſimaq; ætheris parte gignuntur. & ibi. Sidera eſſe calida & ignea. de Fin.86.a. Cum omnium ſiderum eódem unde profecta ſunt, fiat ad unum tempus reuerſio. de N.57.b. Circuitus ſolis & lunæ, reliquorũq; ſiderum.

Sigæum, gæi. græcè σιγεῖον, promontorium. pro Ar. 190.a. Achillis tumulus in Sigæo. Ep.68.

Sigillatim. ſingillatim, ſingulatim. )( Generatim atq; uniuerſè. I.V.265.a. Antequam.196.b. Quibus ſigillatim ſæpe ſupplex ad pedes iacui. At.9.b. Ad pedes omnium ſigillatim accidente Clodio. I.V.158.b. Sigillatim de unoquoq; dicere. & 217.b. Sigillatim unicuiq; denunciabat. Tuſ.246.b. Hæq; uoluptates ſigillatim extenuantur, quarum genera non contemnunt.

Sigillatus, a, um. cruſtis & emblematis ornatus, ſignis ornatus. I.V.206.b. Iubet me ſcyphos ſigillatos ad prætorem afferre. & 210.a. Sigillata ſimulachra.

Sigillũ, li. ſignũ, emblema. I.V.211.a. Appoſuit patellã in qua ſigilla erant egregia. & ibi. Sigillis auulſis reliquũ argentũ reddidit. & 234.a. Tabulæ in quibus ſigilla perſcripta erant. Acad.21.b. Si in eiuſmodi cera centum ſigilla hoc annulo impreſſero. At.5.b. Plutealia ſigilla duo.

Signatus, a, um. conſignatus, cœlatus. I.V.248.b. Argentum factum atq; ſignatũ. Tuſ.161.a. Memoriam eſſe ſignatarum rerum in mente ueſtigia.

Signifer, ri. qui ſignum aut uexillũ præfert. de D.96. b. Cum ſignifer primi haſtati ſignũ non poſſet mouere loco. & 122.b. pro Syl.173.b. Cum Torquatus ſignifer eſſet iuuentutis. & I.V.124.b. Signifer in exercitu. pro Mur. 136.a. & pro Mil.119.a. Dux & ſignifer calamitoſorũ. pro Plan. 275.b. Qui cauſæ noſtræ duces & quaſi ſigniferi fuerunt. & At.22.b. Te ſignifero ac principe.

Signifer orbis: id eſt, Ζῳδιακός. l. Zodiacus.

Significantius. clarius. Ep.44.b. Tamen hac mihi affinitate nunciata non maiore equidem ſtudio, ſed acrius, apertius, ſignificantius dignitatem tuam defendiſſem.

Significatio, onis. ſententia, uis, notio, poteſtas, uirtus, ſignum. Part.239.b. Cum autem plura ſignificantur ſcripto propter uerbi aut uerborum ambiguitatem, ut liceat ei, qui cõtrà dicat, ſignificationem ſcripti eò trahere, quò expediat aut uelit. & 242. a. Vterq; enim hanc ſignificationem qua utetur ipſe dignam ſcriptoris prudentia eſſe defendet. de In.51.a. Tempus eſt pars æternitatis cum alicuius annui, menſtrui, diurni nocturniue ſpacij certa ſignificatione. Tuſ.192.a. Hæc res hanc habet uim. & Off.60. a. Hoc uerbum quid ualeat, non uident. de Fin.74.b. Neq; uident ſub hac uoce honeſtatis, quæ ſit ſubijcienda ſententia. ad Her.41.a. Verborum ancipites & multiplices poteſtates. contra Rul. 67. a. Sed mihi ad huiuſce uerbi uim & interpretationẽ uehementer opus eſt ueſtra prudẽtia. & de Or.132.a. Vim uerbi in aliud atq; cæteri accipiant, poſſe ducere. Or.209.b. Significatio ſæpe erit maior quã oratio. de Or.161.b. Præciſio, & plus ad intelligendum q̃ dixeris ſignificatio. & 133.b. Arguta etiã ſignificatio eſt, cum, &c. Ep.93.b. Ad me autem literas quas miſiſti quanquam exiguam ſignificationem tuæ erga me uoluntatis habebant, tamen mihi ſcito iucundas fuiſſe. pro Cl.24.a. Is cum teſtamentum mutare cuperet, in ipſa ſignificatione huius uoluntatis eſt mortuus. Q.Fr.298.a.b. Theatrũ Aſiæ ita reſonans uſq; Romam ſignificationes uoceſq; referantur. pro Pom.5.a. Qui una die tota Aſia, uno nuncio atq; una literarum ſignificatione ciues Rom. necãdos trucidandoſq; denotauit. de Or.122.b. Orator, qui quàm minimam artificij alicuius, deinde nullam græcarum rerum ſignificationem daret. & 125.a. Pudoris ſignificatio. I.A. 259.a. Sed quoniam ſignificatio ueſtra declarat quid ſentiatis, ad literas ueniam. Off.26.b. Ex quibus magna ſignificatio fit, non adeſſe conſtantiam. ad Her.41.a. Ita hæc cõſequenda, quæ conficiunt huiuſcemodi ſignificationem. & 28.b. Exclamatio cõficit ſignificationẽ doloris. de Cl.163. b. Geſtus ſententiam, non demonſtratione, ſed ſignificatione declarans. ad Her.40.b. Significatio eſt quæ plus in ſuſpicione relinquit, quàm poſitum eſt in oratione. Oct.329 b. Significatio ſenſus abſentium. de D.137.b. Valetudinis ſignificationes: id eſt, ſigna. de N.9.a. Rebus inanimatis per quandam ſignificationem, deorum eſſe tributa nomina. de N.59.a. Significationes rerum futurarum, quæ tum dormientibus tum uigilantibus portenduntur. de D.134.a. et 119.b. Diuina uis conſulens nobis, ſomniorum ſignificationes facit. Item: Quæ eſt enim iſta à dijs profecta ſignificatio, & quaſi denunciatio calamitatum? de D.82.b. Obſeruata ſunt hæc tempore immenſo & ſignificatione euentus animaduerſa ac notata. & ibi. Obſeruatis longo tempore ſignificationibus futura prænunciare. de Or.138.a. Omne principium rei totius quæ agitur ſignificationem habere debebit. Off.10.a. Aliquis, in quo aliqua ſignificatio uirtutis appareat. de Am.102. a. Facta ſignificatione probitatis. de Am.105.b. Si qua ſignificatio uirtutis eluceat.

Significo, as. noto, declaro, indico, oſtendo, demonſtro, deſigno, deſcribo, ſignificationem facio uel conficio, ſignũ do, ſignum oſtendo, documẽtum do, ſignum mitto, aliquid argumenti habeo, ſignum ſum, ſententiam ſignifico, uim uel ſententiam habeo, ſono, ſum. pro Cec.301.b. Videtis igitur hoc uno uerbo ſignificari res duas. & de In.77.a. Cum ſcriptum duas pluresúe res ſignificat. & de Fin.75.b. Res uerbis ſignificantur. de Or.147.a. Verba uſitata & propriè demonſtrantia ea, quæ declarari ac ſignificari uolemus. Tuſ.185.a. His ego plurib. nominibus unã rẽ declarari uolo, ſed utor, ut quàm maximè ſignificem, plurib. Tuſ. 167.a. Carere igitur hoc ſignificat, egere eo quod habere uelis, ineſt enim uelle in carendo. & ibi. Triſte eſt nomen ipſum carendi, quia ſubijcitur hæc uis, habuit quis, non habet. & 234.a. Huic uerbo, cum beatũ dicimus, ſubiecta ea notio eſt, &c. de L.191.b. Quæ lex hanc ſententiam continet, ut tollat, &c. & Tuſ.172.b. Hanc ſententiam ſignificare uidetur Laconis illa uox, &c. Tuſ.159.a. Præceptum Apollinis hoc ſignificat. & ibi. Præceptum Apollinis hanc habet uim. Ep.30.a. Accepi literas tuas, etc. quæ quo tempore te expectarem, mihi non ſignificabant. & At.118.b. Literæ breues, ſed beneuolentiam ſignificantes. Ep.69.b. Itaq; hoc ſæpius dicẽdum, tibiq; non ſignificandũ ſolũ, ſed etiam declarandum arbitror. pro S.R.27.b. Canes publicè aluntur in Capitolio, ut ſignificent ſi fures uenerint. Off. 27.b. Atq; etiam illud ipſum, quod acerbitatis habet obiurgatio, ſignificandum eſt, ipſius cauſa, qui obiurgatur, eſſe ſuſceptum. de L.174.b. Quod autem lex pietatem adhiberi iubet, ſignificat probitatem gratam eſſe deo. de Ar.256 a. Is hunc unum eſſe in hac ciuitate dignum huius imperij dicit, & ſignificat ſe illi amiciſſimũ. I.V.196.a. Hoc mihi ſignificaſſe atq; annuiſſe uiſus eſt. de Or.95.a. Hic omnes aſſenſi ſignificare inter ſeſe & colloqui cœperunt. de Or. 91.b. Non quo aperiret ſententiam ſuam, ſed tamen hoc ſignificabat, eos, &c. & 125.a. Facilitas ſignificandi. At.53. b. Significare gratulationem alicui plauſu maximo. de Cl. 192.a. Cum ſurgit is, qui dicturus eſt, ſignificatur à corona ſilentium. Q. de Pet.208.a. Significare parem uoluntatem erga aliquem. pro Fl.155.b. Non enim credo ſignificari iſto loco illum, qui ſe erigit, Heraclitũ. de Or.125.b. Tãtus dolor oculis, uultu, geſtu, digito deniq; iſto tuo ſingnificari ſolet. pro Pl.270.a. Nihil eſt de te detractum, ſed aliquid etiam de uirtute ſignificatum tua. & 275.b. Huius in periculo non dolorem meum ſignificarem? de D. 80. a. Omnes futura ſignificari cenſent. & ibi. Chaldæi ſtellis notatis, quid cuiq; ſignificaretur, memoriæ prodiderunt. de Ar.249.b. Periculum ex aliquo monſtro ſignificatum cauere. Off.28.b. Εὐταξίαν, quam interpretamur modeſtiã, quo in uerbo modus ineſt. & ibi. Εὐταξία in qua intelligitur ordinis conſeruatio. & ibi. Itaq; uidetur eadem uis ordinis & collocationis fore. I.A.173.b. Si dignitas ſignificaretur in nomine, dixiſſet aliquando, credo, auus tuus, ſe & conſulem & Antonium. de L.160.a. Ratio, poteſtas, mẽs, numen, &c. ſiue quod eſt aliud uerbum, quo planius ſignificem quod uolo. Q. de Pet.211.a. Primum id quod facis, ut homines noris, ſignifica ut appareat.

Signo, as. deſigno, conſigno, imprimo. de Fat. 149.a. Viſum obiectũ imprimit, & quaſi ſignat in animo ſuã ſpeciem. & Ac.18.b. Aliquid ſignari in animis noſtris. de L. 185.a. Aes, argentum aurumúe publicè ſignanto. & Ep. 217.a. Cũ ſignaretur argentum Apolloniæ. I.A. Signaq; ſignauit cœleſtia, &c. Or.202.b. Quanq̃ omnis locutio oratio eſt, tamen unius oratoris locutio hoc proprio ſignata nomine eſt. At.250.b. Signata iam epiſtola Formiani uenerunt. & 170.b. Accepi à te ſignatum libellum.

Signum, gni. nota, indicium, documentum, ueſtigiũ, monumẽtum, ſignificatio, inſigne. de In.52.a. Signũ eſt, quod ſub ſenſum aliquem cadit. & Ac.10. a. Proprium in communi ſigno notari non poteſt. Epiſt.83.b. Habeo alia ſigna, quæ obſeruem. & ibid. Notare ſigna ad diuinandum. Q.Fr.323.a. Occupationum mearum ſignum tibi ſit librarij manus. & At.131.a. Lippitudinis meæ ſignum tibi ſit librarij manus, et eadem cauſa breuitatis. de D.106. a. Poteſt accidere ut aliquod ſignũ dubiè datũ pro certo ſit ac-

ceptum.& 120.a.Hoc igitur per gallinas Iupiter tantæ ciuitati ſignum dabat? de D.120.b. Calliſthenes dixit deos gallis ſignum dediſſe cantandi. In A.190.b.Signum date populo Roma.uos non deeſſe reipub. & 201.b.Is maximum ſignum illo die dedit uoluntatis ſuæ,cum,&c. At.78 b.& Ep.177.a.Hoc magni amoris ſignum. & de Fin.91. b.Puerum dare ſigna pudoris & ingenij.In V.90.b.Satis ſigni dedit,ſe tacere non poſſe.pro Cl.40.a.Perinde quaſi non ſatis ſigni eſſe debuerit,&c.de Or.125.b. Signa doloris uultu oſtendere. de Or.124.a.Signa & notas oſtenderem locorum.de Ar.249.a.Hæc nobis & ſcelerum indicia oſtendit,& periculorum ſigna patefecit. pro Seſt. 14.a.Hoc ſummi in patriam amoris mei ſignum eſſe debet certiſſimum. pro Cec.305.a.Homo in utraq; fortuna cognitus multis ſignis,& uirtutis,et humanitatis. At.223. a.Bona ſigna conſentientis multitudinis.Att.223.b. Illa ſigna non bona,&c.ſigna bella. pro Cæl.39. b.Habuit ille permulta maximarum non expreſſa ſigna, ſed adumbrata uirtutum.pro Mar.131.a.Ergo his ad bene de omni repub.ſperandum quaſi ſignum aliquod ſuſtuliſti. I.P.87.a. Mei capitis ſeruandi cauſa Romam uno tempore quaſi ſigno dato Italia tota conuenit.de Ar.248.b.Vis innumerabilis ſeruorum in ſcenam ſigno dato irrupit. I.V.222.b. Signum quod erat notum uicinitati buccina datur.I.A.198 b.& pro Flac. 147.a. Ille furens infeſta iam patriæ ſigna inferebat.pro Font.283.b.Infeſtis ſignis inferri in hoſtem. de Am.* Habere quaſi ſigna quædam & notas,quib. eos, qui ad amicitiam eſſent idonei,iudicarent. Att.2.b.Signa ſunt ad Caietam expoſita. & 25.b.Neq; utar meo chirographo,neq; ſigno.de Or.102.b. Tum adiungeremus, de exercitu,de caſtris,de agminibus,de ſignorum collationibus.de Cl.184.a.Magna hæc immemoris ingenij ſigna.de D.138.b.Medici ſigna quædam habent ex uenis, & ex ſpiritu ægroti,multiſq; ex alijs futura præſentiunt.I.A.199. b.Legationis ultro miſſæ nomen ſignum eſſe timoris uidebatur.I.C.107.a.Signa militaria.et At.257.b. Aliquē ſuis ſignis legiones ducere.Ep.97.a.Signa tyrone & collectitio exercitu cum legionibus robuſtiſſimis contulit. & I.P. 9.a.Conferre ſigna cum hoſtibus. & At.96.a. Collatis ſignis decernere cum aliquo.de D.102.b.& 105.a.Mittere ſignū.pro Mur.133.a.Tempeſtates ſæpe certo aliquo cæli ſigno commouentur,ſæpe improuiſo,nulla ex certa ratione,obſcura aliqua ex cauſa concitantur. I.C.113.a.Tū oſtendi tabulas Lentulo,& quæſiui cognoſceret'ne ſignū, annuit.eſt uerò,inquam,notum ſignum,imago aui tui.& 112.a.Literæ omnes integris ſignis prætoribus tradūtur. ad Br.91.a.Nec ſignum tuum in epiſtola,nec dies appoſitus eſt.I.V.100.a.Tabulæ teſtamenti obſignatæ nō minus multis ſignis,quàm è lege oporteat.et 282.b. Obſignare literas publico ſigno.& 256.b.et pro Fl.153.b. Signū publicum.I.V.232.b.Literæ obſignatæ publico ſigno. I. V.213. a.Signum in creta,quo epiſtola obſignata erat.et At.171. b.Signum & manum meam requirent.& 145.a. Librum tuum habeo ſub ſigno, ſeruoq; diligentiſſime. & contra Rul.64.b.Horreum belli ſub ſigno clauſtriſq; poſitum.In V.200.a.Signum æneum,marmoreum,eburneū. de Or. 98.a.Signa ac tabulas propalàm collocare. Epiſt.106.a. Martis uero ſignum quò mihi pacis autor?de D.105.b.Si luna defeciſſet in ſigno leonis.de Som.130.b. Signis omnibus ad idem principium ſtelliſq; reuocatis. de In.54.a.Signorum ortus & obitus definitum quendam ordinem ſeruant.I.V.132.a.Signum,nota,ueſtigium.& 131.b. Signū, indicium,trophæum.



Silentium,tij.taciturnitas,reticentia. de Orat.98.a. Hæc cum Craſſus dixiſſet,ſilentium eſt conſecutū. & 156. a.Ipſe conticuit,& cæteris ſilentium fuit.I.P.86.a.Curiæ taciturnitas annua.& ibi. Silentium perpetuum iudiciorum.de Or.114.a.In eodem ſilentio multa alia oratorum officia iacuerūt.Q.Fr.306.a.Lupus egit eam cauſam,& auditus eſt magno ſilentio.de D.93.a.Tu tamen ſilentium fieri iuſſiſti.& ad Her.39.a.Facere ſilentium. Tuſ.185.a. Cum eos uideris excipientes grauiſſimas plagas & ferentes ſilentio.de Or.109.a.Laudē aliquo iā propè ſeneſcentē ab obliuione hominū atq; à ſilentio uindicare.Par.237. a.Silentio præterire aliquid.pro Syl.178.b. Ac ne hoc quidem mihi uidetur ſilentio prætereundum. & At.34.b.Silentio tranſire aliquid.I.A.248.b.Silentio prætermittere aliquid.de D.123.b.Id enim ſilentium dicimus in auſpicijs, quod omni uicio caret. At.76.b. De Partho ſilentium eſt.

Silenus,ni.de Sileno.Ruſ.39.b.

Sileo,les.taceo,reticeo,ſilentium facio,obmuteſco,ſilentio prætereo,ſilētio utor,tacitus prætereo,ſilētio prætermitto,tacitum aliquid prætereo.pro Syl.182.b. Si cum cæteri de nobis ſilent,non etiam nos ipſi taceamus, graue. & Poſt.204.a.Nunquam de me ſiluiſtis. & I. V.160.a. & de Cl.178.b.Silebitur de maximis illius factis. & 189. b.& de D.122.a.Silere de aliqua re. Ac.39.a. Silent enim diutius muſæ Varronis quàm ſolebant.& pro Fl.157.b.Siluerunt principes.de Leg.192.a. Ambitus nunc ſilet.)( Nunc fremunt arma.Tempus mutum à literis. l.Mutus. pro Flac.147.a.Ea res ſiletur,uox de quæſtura nulla miſſa eſt,muta eſt huius temporis accuſatio,præturæ iuriſdictio non attingitur. Part.237.a.& In A.248. a. Silere,ſilentio præterire,ſilentio præmittere. Att.33.b. Tu hæc ſilebis.

Silex,cis.lapis durus, è quo excuti ignis ſolet,uiuum uulgus uocat. de N.62.a.Ergo illud in ſilice tanquam ueſtigium ungulæ Caſtoris creditis eſſe?& Ep.115.a. Adhærere in ſilice.Tuſ.192.b.Nō enim ſilice nati ſumus.de D.126. a.Cum iuberetur certo in loco ſilicem cædere, perterritus uiſis id agere cœpit.

Silus,a,um.qui naſum bene extantem & repandum habet.)(.Simus.de Nat.17.a. Sili, flaci, capitones, frontones.

Simia,miæ.de Nat.20.b.Simia quàm ſimilis turpiſſima beſtia nobis.ex Enn.de D.122.b. Quid minus mirum, quàm illam monſtruoſiſſimam beſtiam urnam euertiſſe? ſortes diſſipauiſſe?

Simiolus,li.Ep.96.a.Hic Simiolus, animi cauſſa, me in quem inueheretur delegerat.Simius.Ep. 66.a. Simius, non ſemiſſis homo contra me arma tulit, & cum bello cepi.

Similis,le.conſimilis,parilis,æqualis,par,geminus,eiuſdem modi,germanus,inſtar,cui ſimilitudo eſt cum aliquo,qui ſimilitudinem gerit ſpeciemq; alicuius,qui ad aliquid habet ſimilitudinem,exprimens aliquem uel uita,uel conſuetudine,qui habent ſimilitudinē inter ſe,imitor.)(. Diſſimilis,diſpar,diuerſus.de N.56. a. Itaq; plectri ſimilē linguam dixere,chordarum dētes, nares cornibus ijs quæ ad neruos reſonant in cantibus. At.152.a.Nihil malo,q̄ & me mei ſimilem eſſe & illos ſui.Tuſ.155.a. Phidias ſui ſimilem formam incluſit in clypeo.In Sal.273.a. Tu par ac ſimilis ſceleſtorum ciuium.de N.57.a.Vita beata par ac ſimilis deorum.pro Cec.305.a.Nemo exiſtat niſi tui Sexte ſimilis,& ſtultitia,& impudentia,qui dicat,&c.de Clar. 169.a.Rhodij Atticorum ſimiliores.de Fin.101.a. Vt pau

pertatem



pertatem,ignominiam,ſimilia horum. & ibid. Vt gloriæ,diuitiarum,ſimilium rerū. At.210.a.Carneades προβολὴν pugilis,& retentionem aurigæ ſimilem facit. pro Q.R.34.a.Simillima & maximè gemina ſocietas hæreditatis eſt.Ep.187.b.Idq; eo facilius credebatur, quia ſimile uero uidebatur.In V.242.a.Filius ſimilis patri:id eſt,moribus.Tuſ.165.b. Africani fratris nepos, facie uel patris, uita omnium perditorum ſimilis.de D.120.b. Decoloratio quædam ſimilis ſanguini.pro Lig.138.a. Hæc ſunt prodigijs ſimilia.de D.122.a.Poſtremo quid ſimile habet paſſer annis.pro S.R.24.a.Eſt'ne hoc illi non ſimillimū? Or. 204.b.Aut ſimile eſt illi,unde transferas.At.278.a.Id amiſiſti cui ſimile in terris nihil fuit.Ep.139.a. Quid enim ſimile habet epiſtola,aut iudicio,aut concioni. ad Her. 39. a.b.Ibant in præliū corpore tauri ualidiſſimi,impetu leonis acerrimi ſimiles.Off.11.b. Viri boni moribus ſimiles.et pro Cl.26.b.Homines cùm forma, tum moribus ſimiles inter ſe.Item:Et ouorum inter ſe ſimilitudo.de Orat.117.a. & 162.a.& 148.a. Multi naturis differunt, uoluntate autem ſimiles ſunt inter ſeſe,& magiſtri. Acad.29. b. Democritus huic in hoc ſimilis,uberior in cæteris. In V. 192.a. Doceas oportet aliquid ab iſto ſimile æſtimatione atq; à cæteris eſſe factum. Att.24.a.Hoc ſimile atque ire in Salonium.de Fin.134.a.Ita ſimilis erit finis boni atq; antea fuerat. Epiſt. 6.a. Simillimamq; in re diſſimili tui temporis & noſtri quondam fuiſſe rationem.de Fin.123.a. Ecce aliud ſimile diſſimile.de Fin.100.a. Vtunturq; ſimili. & 101.b.Ab his hoc ſimile ponitur,ut enim inquiunt,&c.de D.135.b.Similes ſunt dij,ſi ea nobis obijciunt, quorum neque ſcientiam,neq; explanationem habeamus,tanquam ſi Pœni in ſenatu noſtro ſine interprete loquerentur.de Or. 100.a.Similiq; in genere,inferiore ordine. Epiſt. 237. a. Et me aliquando cum ſimilibus noſtri rempubl. defenſurum.Ep.238.a. Veſtri ſimiles fœminæ ſint ne Romæ.In Sall.272.a. Aequalem ac parem uerbis uitam agere. Ac. 29.b.Particulæ ſimiles inter ſe.de Orat.117.a. Aliquos inter ſe pares eſſe:id eſt,ſimiles.& Acad.31.b.Paribus in locis. de Orat. 128. a. Par atque una ratio eſt ſpei. Acad. 31.b.Eiuſdem modi.)(.Diſſimilis. & 21.b. Centum Alexandros eiuſdem modi. Attic.142.b.Feſtino enim, ſimillimus decurro,atq; curſu θέσεις meas commentari non deſino.Or.199.b.Nactus ſum etiam qui Xenophontis ſimilem eſſe ſe cuperet.pro S.R.38.a.Par eſt auaritia, ſimilis improbitas,eadem impudentia,gemina audacia. Off.24. b.Superioris Aphricani filius,nō tam potuit patri ſimilis eſſe,quàm ille fuerat ſui. de Sen.80.b.Simileſq; ſunt,ut ſi qui dicant,&c.& de Am.105. b. Nihil eſt appetentius ſimilium ſui,nihil rapacius,quàm natura,&c. de Leg.161. a.Nihil eſt enim unum uni tam ſimile,tam par,quàm omnes inter noſmetipſos ſumus.

Similiter.ſimillimè,ſimili ratione,item,idē,æquè,pariter,ſimili modo,eodem modo,uno & eodem modo,ſic. de Orat.162.a.Illa quæ ſimiliter deſinunt, aut quæ cadunt ſimiliter.Tuſc.214.a.Similiter cæteri morbi. & Acad.4.b. Similiter uos. pro Pom.8.a.Ita reputo,à nemine iſtorum L.Lucullum ſimiliter ex hoc loco eſſe laudatum. de Orat. 115.a.Similiter arbitror in hac arte,&c.& 150.b. & de Orat.98.a.Similiter nunc petes à Craſſo, ut, &c. & de Fat.145.b.Similiter ad motus animorum,&c.Offic.17.b. Qui ſimiliter faciunt,ut ſi,&c. Offic.18.a Similiter facis ut ſi,&c.& Tuſ.217.b.Similiter facit ut ſi quis, &c.et de Fin.69.a.Idq; ſi ita dicit,&c.dicit abſurdè, ſimiliter & ſi dicat,&c.In An.154.b. Nec illum ſimiliter atque ego e



ram,commotum eſſe uidi. contra Rul.63.a. Hic excipit Pompeium,ſimillime ut mihi uidetur, atq; in illa lege qua peregrini Roma eijciuntur,excipitur Glaucippus. Tuſc. 187.a.Vt enim corpus,&c.ſimillime animus,&c. Acad. 18.b.Similiter à nobis commemorari de antiquis philoſophis atq; ſeditioſi ciues,&c. de N.61.b. Tu autem qui id quæris,ſimiliter facis,ac ſi me roges,cur,&c. de Cl.186. a.Omnia ferè ut ſimiliter & uno modo dicerētur. & Of. 1.b.Eodemq; modo de Ariſtotele iudico.de In.54.b. Simili modo.Ac.12.b. Animi inaniter mouentur eodem modo rebus ijs quæ non ſunt,ut ijs quæ ſunt.de Fin.114.a. Vtrique idem faciunt,ut ſi,&c.

Similiter cadens, Similiter deſinens .ornamenta uerborum ſunt.ad Her.30.b.

Similitudo.cum eſt ornatus, eſt oratio traducens ad rem quampiam aliquid ex re diſpari ſimile. ad Heren. 38.b.

Similitudo.cū locus eſt argumenti.de Or.124.a.Top. 224.a. Vide ibi multa præclara.

Similitudo,nis.exemplar,forma,ſpecies,collatio,ſimile,imago.de In.56.b.Omnibus in rebus ſimilitudo eſt ſatietatis mater.& de D.120.a.Nonnunquam etiam errorem creat ſimilitudo. Or.133. b.Similitudo quæ aut collationem habet,aut imaginem.& 128. a. Sed eſt quædam in his generibus difficilis ad diſtinguendum ſimilitudo.de Cl. 170.a.Et quodammodo eſt nonnulla in ijs etiam inter ipſos ſimilitudo.& 177.b.Eſt quædam uobis cum illis ſimilitudo.de Fin.141.b.Gloria habet formam honeſtatis & ſimilitudinem.I.A.252.b.Omnes habent maximam ſimilitudinem inter ſe.Tuſ.165.b.Ea ſunt autem quæcunq; ſunt, quæ ſimilitudinem faciunt.ad Her.39.a.Non enim res tota toti rei neceſſe eſt ſimilis ſit,ſed ad ipſum ad quod conferetur ſimilitudinem habeat oportet.Tuſ.172.b. Arripere ſimilitudinem aliquam uirorum clarorum.Off.55.a.Quē ſimilitudinem quandam gerunt ſpeciemq; ſapientū. de N. 58.b.& Ep.106.a. Vt exerceamur in uenando ad ſimilitudinem bellicæ diſciplinæ.de Or.95.b. Vt ad hanc ſimilitudinem huius hiſtrionis,oratoriam laudē dirigamus.Or. 205.a.& de Or.157.a. Verbum per ſimilitudinem tranſlatum. & 107.b.Quoniam multa ad oratoris ſimilitudinem ab uno artifice ſumimus.de Diuin. 86. b.Quod ab eius litui,quo canitur,ſimilitudine,nomen inuenit. Orat. 197.b.Nec uero ille artifex cum faceret Iouis formam, cōtemplabatur aliquem è quo ſimilitudinem duceret. Orat. 202.b.Sophiſtarum diſtinguenda eſt ſimilitudo . & 109. b.Comparare ſimilitudines. & Tuſ.214.a. & de Inuen. 64.b.Conferre ſimilitudines,& ſimilitudinum collatio. pro Cl.26.b.Similitudo ſtudiorum ac naturæ multā uim habet ad coniungendas amicitias.In A.210.b. Nos ſtudiorum honeſtiſſimorum ſocietas ſimilitudoq; coniunxit. de Or.113.a.Hanc ſimilitudinem ſcribendi multi ſecuti ſunt: id eſt,annalium.& 141.a. Artis imago quædam & ſimilitudo.& 115.a.de D.116.b.Quanquam tu quidē non hoſtiarum caſum cōfirmas ſortium ſimilitudine,ſed infirmas ſortes collatione hoſtiarum.de Fin.128.b. Multa eſt diſſimilitudo in finibus bonorum & malorum.& 95.a.Eſt etiam huic alia cū illo diſſimilitudo.de Am.105.b.Similitudo illicit atq; attrahit ad amicitiam.de Leg.161.a.Eſt igitur homini cum deo ſimilitudo.de Vn.196. a.Nullius animantium deus in fingendo mundo ſimilitudinē ſecutus eſt. de N.33.b.Bene igitur Chryſippus,qui ſimilitudines adiūgens docet omnia in perfectis eſſe meliora,ut in equo q̄ in equulo,&c.de N.7.b.Parmenides commentitiū quiddam

corona

coronæ ſimilitudine efficit, Stephanen appellat.

Si minus. de Fat.144.b. Quod ſi minus uerbis, re cogitur confiteri. l. Sin.

Simonides Chius poeta, quem primum ferunt artem memoriæ protuliſſe. de Or.141.a.

Simplex, cis. uniuſmodi, apertus, ſolitarius, purus, credulus, antiquus.)(Cum aliquo coniunctus atq; connexus, iunctus, callidus, uerſutus. de Fat.146.a. Quædam ſunt in rebus ſimplicia, quædam copulata. de N.31.b. Solitarium & ſimplex.)(.Cum alio coniunctum atq; connexum. & de In.82.a. Simplex.)(.Iunctum. Or.204.a. Verba ſimplicia.)(.Verba collocata. Acad.44.a.b. Principes qualitates ſunt uniuſmodi & ſimplices, ex ijs autem ortæ, uariæ ſunt & quaſi multiformes. pro Font.278.b. Vnum eſt & ſimplex aurium iudicium. pro Syl.168.b. Simplex eſt officiũ, atq; una bonorum omnium cauſa. At.178.a. Cretio hæreditatis ſimplex. de In.83.b. Simplex & abſoluta neceſsitudo.)(Cum adiunctione. Ac.40.a. Illud uerum & ſimplex bonum. & Off.26.b. Quæ ſunt recta & ſimplicia, laudantur. At.159.a. Nihil ſimplex, nihil ſincerum. pro Cec.285.b. In cauſa aperta ac ſimplici. de Or.104.b. Ornatius dicere quàm ſimplex ratio ueritatis ferat. In V.181.b. Diſertiſsimum cognoui auum tuum, at te etiam apertiorem in dicendo: ille nonnunquam concionatus eſt nudus, tuum hominis ſimplicis pectus uidimus. pro Plan.263.b. Fidelis & ſimplex.)(.Fallax & eruditus artificio ſimulationis. Off.13.a. & Or.219.b. Vir bonus & ſimplicis ueritatis amicus. & Ac.28.a. O uirum ſimplicem, qui nos nihil celat. de Am.108.b. Simplicem prætereà, & communem, & cõſentientem amicum eligi par eſt. pro S.R.22.b. Homines antiqui, qui ex ſua natura cæteros fingerent, crediderunt. Off.76.b. Finis bonorum & malorum, qui ſimplex eſſe debet, ex diſsimilibus rebus miſceri & temperari non poteſt. de Sen.93.b. Animi natura ſimplex eſt, nec habet in ſe quicquam admiſtum diſpar ſui atq; diſsimile. & ibi. Quare nec diuidi poteſt, &c.

Simpliciter & ſingulari modo. apertè, ſincerè.)(.Dupliciter & bipartitò. ad Her.4.a. Ac.40.a. Illi enim ſimpliciter pecudis & hominis idem bonũ eſſe cenſet. pro Ar.191.b.192.a. Quæ de cauſa pro mea conſuetudine breuiter ſimpliciterq; dixi. Poſtquam.203.a. Mihi in ſententia ſimpliciter referenda fides non deerit. Offic.39.a. Si eſt ſimpliciter breuiterq; dicendum. de Inuen.63.b. Exponere aliquid ſimpliciter ſine ulla exornatione. Ac.28.a. Cum ſimplici homine ſimpliciter agerem, nec magnopere contenderem. de In.75.a. Simpliciter & ex ſua ui conſiderari. Ep.115.b. Ne parum ſimpliciter & candidè inimicitias poſuiſſe uideare. de Or.123.a. & 156.b. Si ſimpliciter dictum ſit.)(.Si coniunctè ſit elatum. Top.228.a. Aut ſimpliciter aut comparatè. Off.19.a. Viuere ſimpliciter, fideliter, uitæq; hominum amicè.

Simplum. Top.224.b. Vt duplum, ſimplum.

Simpulum, uel ſimpullum, li. uas fictile liquorẽ minutatim fundens, quo mulieres potiſsimum libabant in ſacrificijs. de L.191.b. Excitabat enim fluctus in ſimpulo, ut dicitur, Gratidius, quos pòſt filius eius Marius in Aegæo excitauit mari. prouerbium.

Simul. unà, pariter, communiter, cum, in unum. de D.115.a. Arbores cum luna ſimul ſeneſcẽtes tempeſtiuè cædi. I.V.215.b. Tui nominis æterna memoria ſimul cum templo illo conſecrantur. de In.48.a. Simul cum rebus ipſis. et Ac.39.b. Res, quas tecum ſimul didici. & Epiſt.245.a. Q. Frater mecum ſimul. & 259.b. Simul nobiſcum. pro Dõ.



216.b. Senatus autoritas mecum ſimul reducta eſt. Epiſt.126.a. Dummodo ſimul ſimus. de Clar.185.b. Q. Hortenſij ingenium ut Phidiæ ſignum ſimul aſpectũ & probatũ eſt. At.2.a. Demonſtraui hæc illi, ſimul & illud oſtẽdi, etc. & Ep.67.b. Et ſimul ſi, &c. At.10.a. Quæris ex me, &c. & ſimul ſcire uis, &c. & I.V.68.b. Simul in iure, &c. & 253.a. Simul quod, &c. pro Cor.66.b. Simul illud neſciebat, &c. Q.Fr.296.b. Simul & illud cogita, &c. Ac.14.a. & de Ar.243.b. & Ep.91.b. Itaq; ſimul experrecti ſumus, uiſa illa contemnimus. & Tuſ.210.a. & In V.89.b. & At.158.b. Simul ut accepi, &c. Item: Si omnia ſimul cõceſſeris. Item: Congerantur in unum omnia. l. Congero. de Sen.77.b. Sæpenumero mirari ſoleo cũ hoc C. Lælio, etc. At.73.a. Propter propinquitatẽ totos dies ſimul eramus iuncti. At.194.b. De uoluntate tua ut ſimul ſimus, non dubito. de Or.143.b. Et cum rep. pariter uixiſſe, & cum ea ſimul extinctum eſſe. de In.80.a. Alexandrum Phæreum uxor ſua cum ſimul cubaret, occidit. At.91.b. Qui ſcribis te interdum morderi, quod nũ ſimul ſis. de Or.121.b. Abijcere uoluntatem diſcendi ſimul cum ſpe perdiſcendi. de Ar.243.b. Simul, pro poſtquam.

Simul ac. de Or.119.a. Vt ſimul ac poſita ſit cauſa, habeant quò ſe referant. de N.22.b. & Epiſt.253.a. Quod ſimul ac mihi collibitum eſt, præſto eſt imago. In V.83. & 104.a. Simul ac primum ei occaſio uiſa eſt. & 118.a. Simul ac poteſtas primùm data eſt. Ac.15.b. Simul ac ſe ipſa commouit.

Simulachrum, chri. imago, forma, ſpectrum, idolum, effigies, ſpecies, exemplar. pro Ar.191.b. Statuæ & imagines non animorum ſimulachra ſunt, ſed corporum. Epiſt.68.b. Atq; illi artifices corporis ſimulachra ignotis nota faciebãt. de In.62.a. Zeuxis Helenæ ſimulachrum pinxit. In V.141.a. Effigies ſimulacrumq; Mithridatis. & 55.a. Simulacra ſanctiſsima deorum. pro Dom.235.b. Mulieris ſimulachrum è marmore. & ibi. Libertatis ſimulachrum in domo hac collocabas. de D.123.b. Hæc auſpicia quibus utimur, ſimulacra ſunt auſpiciorum, auſpicia nullo modo. Ep.143.b. Nec omnino ſimulachrum aliquod aut ueſtigium ciuitatis. Off.10.a. Simulacra uirtutis.

Simulatè. de N.59.b. Siue ex animo id fit, ſiue ſimulatè. & Q.Fr.292.a. Fictè aut ſimulatè loqui.

Simulatio, onis. ſpecies ſimulationis, ſpecies quædam aſsimulatæ uirtutis. Off.41.b. Qui ſimulatione & inani oſtentatione ficto non modò ſermone, ſed etiam uultu ſtabilem ſe gloriam cõſequi poſſe rẽtur, uehementer errãt. & 64.a. Ex omni uita ſimulatio diſsimulatioq; tollenda eſt. de Am.113.b. Simulatio omnium rerũ uicioſa eſt, tollit enim iudiciũ ueri, idq; adulterat. Q. de Pet.205.a. In paucorum menſium negocio ſimulatio poteſt naturam uincere. de Or.126.a. Nihil opus eſt ſimulatione & fallacijs. & de N.1.b. In ſpecie fictæ ſimulationis pietas eſſe nõ poteſt. Ep.14.a. Fronte ac uultu, quibus ſimulatio facillimè ſuſtinetur. Poſtquam.202.b. Qui per ſimulationem amicitiæ me prodiderunt. de Cl.169.a. Qui ſummam prudentiam ſimulatione ſtultitiæ texerit. pro Pom.16.b. Hoſtium ſimulatione contra ſocios exercitum mittitis. pro Syl.177.a. Gladiatores emptos eſſe Fauſti ſimulatione. contra Rul.69.a. & 72.a. Regis agrariæ ſimulatione atq; nomine. et Poſtquam.211.b. Ad ſpeciem & ad uſurpationem uetuſtatis. Off.71.b. Vlyſſes ſimulatione inſaniæ militiam ſubterfugere uoluit. I.A.213.b. Ne æquitatis ſimulatione fallamur. At.99.a. Quàm nõ eſt facilis uirtus, quã uero difficilis eius diuturna ſimulatio. Q.Fr.304.b. Is me ſumma ſimulatione



amoris inſidioſiſsimè tractauit. Offic.10.a. Talis ſimulatio uanitati eſt cõiunctior, quàm liberalitati aut honeſtati.

Simulator, oris. Quin. de Pet.211.a. Quibus rebus beneuolus & ſimulator dijudicari poſsint. Off.22.a. De Græcis autem dulcem & facetum, feſtiuiq; ſermonis, atq; in omni oratione ſimulatorem, quem Græci εἴρωνα nominauerunt, Socratem accepimus: contra Pythagoram & Periclem, &c.

Simul atq;. commodè, cũ. At.20.b. Alij ſimul atq; hoc noſtrum legerunt, neſcio quo pacto retardantur. & I.V.312.a. Qui ſimul atq; uenit, ſtatim, &c. & Epiſt.39.b. Simul atq; adeptus eris. & de Or.128.b. At.125.b. Simul atque aliquid audiero, ſcribam ad te. In A.219.b. Is quotidie ſimul atq; luceret, &c.

Simulatus, a, um. aſsimulatus, fictus, imitatione ſimulatus, fucatus, adumbratus, irritus.)(.Sincerus, uerus. Poſtquam.207.a. Cum eum præter ſimulatam irritamq; triſtitiam nihil commendaret. Off.41.b. Ficta omnia celeriter tanquam floſculi decidunt, nec ſimulatum quicquã poteſt eſſe diuturnũ. pro S.R.37.a. Cur meis commodis officio ſimulato officis? pro Cec.287.b. Fictum officium, et ſimulata ſedulitas. I.A.231.a. Complexus ſummæ beneuolentiæ indices extiterunt in amore ſimulato. At.140.a. * Homeri illa Minerua ſimulata Mentoris.

Simulo, as. aſsimulo, ſpecie ſimulationis oſtento. pro Pom.5.b. Mithridates Boſphoranis finitimis ſuis bellum inferre ſimulauit. & pro Cl.23.a. Ille ſe tamen, tum proficiſci ſimulauit. Ep.148.a. Multa & ſimulaui inuitus, et diſsimulaui cum dolore. de N.43.b. Multis partibus ſunt illa perfecta quàm hæc ſimulata ſolertius. Off.22.a. Solon quo reip. prodeſſet, furere ſe ſimulauit. cõtra Rul.68.a. Aliud occultè moliri, aliud ſpe & ſpecie ſimulationis oſtentare. de Or.125.a. In eoq; nihil eſſet niſi falſum & imitatione ſimulatum. At.223.b. Simulare.)(.Animo ſentire aliquid. & Ep.172.a. Tu enim à certo & uero ſenſu iudicas.

Simultas, tis. inimicitia. pro Cl.35.b. Cluentius cũ matre habebat ſimultates. & pro Plan.275.b. Is ſimultates, quas mecum habebat, depoſuit. pro Flac.163.a. An ſimultates neſcio quas cum libertis ſuis Flaccus exercet? Ep.115.b. Cum quo ſimultates tibi non fuiſſent. Att.228.b. Gerere ſimultatem cum aliquo. pro Pom.17.b. Multas ſimultates partim obſcuras, partim apertas ſuſcepi. Epiſt.45.b. & ad Her.17.a. & Att.33.b. Vetus noſtra ſimultas. Attic.52.a. Simultatem humaniſsime deponere. Quint.Fr.293.b. Ex quibus nonnullas ſimultates cum magna mea lætitia ſuſceptas habemus.

Simul ut. ſimulac. Tuſ.210.a. Simul ut uelle cœpiſſent.

Sin, uel ſi. Att.151.a. Si mihi ueniam quam peto, dederit, utar conditione: ſin minus, impetrabo aliquid à meipſo. Quin.Fr.311.a. Si perficiunt, optimè: ſin minus, ad noſtrum Iouem reuertamur. At.211.b. Ego ut cõſtitui adero, atq; utinam tu quoq; eodẽ die: ſin, (quid enim multa?) utiq; poſtridie. Offic.58.b. Sin autem id non ſit eiuſmodi, &c. id eſt, ſi. Ep.27.b. Si erit ciuitas, &c. ſin non erit, &c. Ep.184.a. Si abeſtis, &c. ſin, &c. & 251.b. Si potes, &c. ſin planè non potes, etc. pro S.R.41.a. Sin id actum eſt, ut, &c. tum uerò, &c. I.C.99.b. Educ tecum omnes tuos, ſi minus, quàm plurimos.

Sine. expers, uacuus. pro Seſt.19.b. Omnes certatim de mea ſalute ſine ulla uarietate dixerunt. Q. de Pet.209.a. Homo iners, ſine officio, ſine ingenio, cũ infamia, nullis ſeptus amicis. pro Cæl.54.a. Homo ſine re, ſine fide, ſine



ſpe, ſine ſede, ſine fortunis, &c. I.Vat.32.a. Dicam ſine cũctatione quod ſentio. de Or.105.a. Hæc enim ars ſine controuerſia magna eſt. de N.64.b. Chryſippus homo ſine dubio uerſutus. Off.55.b. Sine ullo errore, & abiecta omni cunctatione. At.169.a. Conſilium noſtrum ſpero uacuum periculo fore. Item: Vir expers conſilij & ingenij. Item: Remoto ioco, & extra iocum.

Singillatim. ſingulatim. de In.52.b. & 60.a. Singillatim unamquanq; rem attingere. & 61.b. In A.178.a. Ciuitas non ſingillatim, ſed prouincijs totis dabatur.

Singularis, re. unicus, maximè rarus, ſummus, inauditus, incredibilis, diuinus. de Vn.197.a. Singularem deus hunc mũdum atq; unigenam procreauit. de Or.99.a. Antonij incredibilis quædam & propè ſingularis & diuina uis ingenij. & 144.a. Incredibilis et ſingularis amor in aliquem. & At.231.a. Singularis & incredibilis uirtus. Ep.223.b. Singularis & propè incredibilis fides. Poſt.205.a. Singularis & præſtantiſsima uirtus P. Lentuli. pro Pom.4.b. Singularis eximiaq; uirtus Pompei. I.V.194.b. Sunt quædam in te ſingularia, quæ in nullum alium conuenire poſſunt. ad Her.15.b. Nõ uulgarè, ſed ſingulare maleficiũ. & 26.a. Singularis pœna. de In.76.b. Beneficiũ ſingulare.)(.Beneficiũ uulgare. I.C.119.a. Primũ quod mihi gratias egiſti ſingularibus uerbis, &c. contra Rul.85.b. Singularis homo priuatus, niſi magna ſapientia præditus, uix facilè ſeſe continet. pro Syl.167.a. Sed ita tulit caſus, ut tum cõmuni ambitionis inuidia, tũ ſingulari Antronij odio euerteretur. Ep.10.b. Communi officio, nõ aliquo ſingulari beneficio. de D.128.a. Qui animo atq; ingenio ſingulares. Ep.140.a. Animus ſingularis et opera præcipua. Ep.220.b. Ago tibi gratias ſingulares. Ep.6.b. Rutiliũ et fide & animo ſingulari. de Fin.138.a. Homo ſingulari nequitia præditus. & ad Her.18.a. Ab omnibus unicam maliciã cognoſci. de Cl.192.b. Summus & ſingularis uir.

Singulariter. unicè, ſimpliciter, & ſingulari modo.)(.Dupliciter & bipartitò. ad Her.4.a. I.V.132.a. Quem ego in quæſtura mea ſingulariter dilexiſſem.

Singulatim. ſingillatim. In V.66.a. Quæ ſingulatim & diu collecta ſunt, uno tẽpore uniuerſa perdere. & 62.b. Singulatim unicuiq; reſpondere. l. Diu. l. Singuli.

Singuli, orum. quiſq;, unuſquiſq;. de Or.162.b. Refert etiam qui audiãt, frequentes, an pauci, an ſinguli. Or.219.b. Sæpe ſingulis utendum eſt, plerunq; binis, nõ ferè ternis amplius. I.V.263.a. Vt nõ modò plures, ſed ne ſinguli quidem poſsint accedere. de Or.161.b. Veteres cum circuitũ uerborum facere non poſſent, terna aut bina, aut nonnulli ſingula etiam uerba dicebant. & ibid. Dixi de ſingulorũ laude uerborum, dixi de coniunctione eorum, &c. de In.67.b. Cùm ex ſingulis, tum ex coniunctis argumenta naſcuntur. contra Rul.66.b. Itaq; me nõ ſingulæ uoces præconum, ſed una uoce uniuerſus populus conſulem declarauit. I.C.121.a. Qui ſingulas uniuſcuiuſq; domos, & hoc uniuerſum reip. domicilium delere conati ſunt. Antequam.192.b. Beneficia, quæ ſingulis priuatimq; dãtur.)(.Vniuerſis. & 193.a. Neq; uerius à ſingulis quàm ab omnibus repetere officij præmium & fructum. & de Fin.73.b. Singula potius, quàm omnia. de Or.113.a. Pont. Max. res omnes ſingulorum annorum mandabat literis. Or.217.b. Duo extremi chorei ſunt: id eſt, è ſingulis longis & breuibus. de N.43.b. Quod efficitur in cœlo ſingulis diebus & noctib. & 46.a. Sol binas in ſingulis annis reuerſiones facit. et At.71.a. Quotidie uel potius in dies ſingulos breuiores literas ad te mitto. et 64.b. Singulis diebus uſq; ad Cal.

facere

facere aliquid:id eſt,quotidie.pro Mur.129.b.Qui ſingulis diebus ediſcendos faſtos populo propoſuit. de Cl.196.b.Vix ſingulis ætatibus bini oratores laudabiles conſtiterunt.de Or.85.b.Vix autem ſingulis ætatibus,ſinguli oratores tolerabiles inuenti ſunt.pro S.R.33.a. Etenim in ſingulis rebus eiuſmodi materies eſt, ut ſingulos dies poßis conſumere.de N.16.a.E gregibus epheborum,uix ſinguli reperiuntur pulchri.de Cl.183.a.Vt cauſæ ſingulæ defendantur à pluribus.Poſtquam.210.b.Vobis ſingulis, et egi, & agam gratias uniuerſis.pro Dom.222.a. Hoc ferre ciuitas poteſt? ut ſinguli ciues ſingulis uerſiculis è ciuitate tollantur.Poſtquam.202.b.Sic ulciſcar facinora ſingula, quemadmodum à quibuſq; ſum prouocatus. de N. 77.a. Dij nec agellos ſingulorum,nec uiticulas perſequuntur. de Or.109.a.Cæteræ ferè artes ſeipſe per ſe tuentur ſingulæ.Q.Fr.323.b.Comitiorum quotidie ſinguli dies tollũtur obnunciationibus.Ep. 259.a. Ego ſingulos Euripidis uerſus,ſingula eius teſtimonia puto. de Fin. 68.b.Illi ſingulis finibus utuntur.Ep.6.a.Difficile eſt dictu de ſingulis.Att.151. a. Cæſar legiones ſingulas poſuit Brunduſij, Tarenti,Siponti.Att.111.b.Sanè commodè Pompeius diſtribuit binos,ſingulis patribus familiarum. Quint.Frat. 316.b.Candidati HS. CCCC.in ſingulos apud M. Catonem depoſuerunt.In Ver.135.a.Deſcribebat Cenſores binos in ſingulas ciuitates. & 134. a.Lex eſt quæ in annos ſingulos Iouis ſacerdotem ſortito capi iubebat.In C.98.a. Creſcit in dies ſingulos hoſtium numerus:id eſt, quotidie. contra Rul.72. b. Stipatores ducentos in annos ſingulos conſtituit.& 82.a.Et in eo agro dena deſcripſit in ſingulos iugera.Ep.100.b.Singulæ,&c.binæ,&c. Offic.39.a. Singuli.)(.Vniuerſi,multitudo.Ep.87.b.& de Fin. 58.a. Singula.)(.Vniuerſa.de Leg. 175. b. Plures deorum omnium,ſinguli ſingulorum ſacerdotes ſunt. Attic.37.a.In dies ſingulos ſtudia hominum in nos augentur. de N. 59. a.Quæ ſi ſingula uos fortè non mouent,uniuerſa certè tamen inter ſe coniuncta atq; connexa mouere debebunt.& ibid.Nec uerò uniuerſo generi hominum ſolum, ſed etiam ſingulis à dijs immortalibus conſuli,& prouideri ſolet.& ibid.Dij ſeparatim ab uniuerſis,ſingulos diligunt. At.93. a.Scaptius centeſimis renouato in ſingulos annos fœnore,contentus non fuit.Offic.38.b.39.a.Quæ ſi pop.Rom. acciderunt,quid debent putare ſinguli?In A.205. a. Quã tam pecuniam militibus in ſingulos Cæſar pollicitus ſit, tantam dari placere. de Vn.202. b. Et ſingulos adiunxit ad ſingula.de Fin.96.b.Singula ſingulis addere.

Singultus,tus.gemitus,etiam ſi aliud eſt ſingultus, tamen propinqua ſunt.Poſtquam.199.b.pro Plan. 275.b. Non modò lachrymulam,ſed multas lachrymas & fletũ cum ſingultu uidere potuiſti.

Siniſter,a,um.de D.125.b. Quanquam haud ignoro quæ bona ſint, ſiniſtra nos dicere, etiam ſi dextra ſint, ſed certè noſtri ſiniſtrum nominauerunt,externi dextrũ.

Siniſtra,ſtræ.leua.de D.98.a.Cur à dextra coruus,à ſiniſtra cornix faciat ratum.& In A.207.b. Aſpicite à ſiniſtra,&c.

Sino,nis,ſiui,ſitum.permitto,patior,fero, locum do. pro Plã.277.b. Qui ſenatum ſenatui parêre non ſiuerũt. & Epiſt.78.a. Nec auertere à miſerijs cogitationem ſinunt.& de Fin.60.a.Improbitas nunquam ſinit eum reſpirare.pro Dom.231.b.Tu ſororem tuam uirginem eſſe non ſiuiſti.& In A.237.b.Non ſiuerunt. Quin. Fr.312.a. Cato concionatus eſt, comitia haberi non ſiturum. pro Seſt.23.a.Is accuſare eum non eſt ſitus. pro Cecin.297.



a.Non deieci,ſi non ſiui accedere.In C.99. b. Non feram, non patiar,non ſinam. de Nat.63.a.Nec mihi das reſpondendi locum.Item: Quid frumentum corrumpi pateris? Attic. 82. a. Nullos honores mihi niſi uerborum,decerni ſino.

Sinope,pes.urbs.In V.94.a.pro Pomp.7.b.

Sinueſſa,ſæ.urbs.At.152.

Sinueſſanus.Ep.196.At.258.

Sinus,nus.gremium,complexus.pro Pom.10.b. Maris omnes ſinus atq; portus.& In Ver.265.b.Illi qui ſinus quoſdam obſediſſe maritimos dicuntur.& 241.b. Vbi primum ex alto ſinus ad urbem inflectitur.At.255.a. Duo ſinus fuerunt,quos tranſmitti oportet.Tuſ.201.b. Tantum admonebo,quoniam hæc plauſibilia non ſunt, ut in ſinu gaudeant,glorioſè loqui deſinant.I.V.266.a. Cedo mihi ex ipſius ſinu literas.de L.183.a.Vt ſinus & gremiũ quaſi matris mortuo tribueretur.Q.Fr.314.a. Cæſar mihi credein ſinu eſt,neq; diſcingor.At.38.a. In ſinu ac familiaritate adoleſcẽtis.& pro Cæl. 50.a.E ſinu gremioq; patriæ abſtrahi.Ep.235.a.Iſte uerò ſit in ſinu ſemper & complexu meo.I.C.109.a.Poſtremum genus eſt de delectu Catilinæ,imò uero de complexu eius ac ſinu. I.V.81.b.Calumniatores de ſinu ſuo appoſuit.Tuſ.228.b.Confugere in ſinum alicuius:id eſt,tãquam in portum.de N.47.a.Et draco conficiens ſinus è corpore flexos.At.277.b.Bibulũ noli dimittere ex ſinu tuo.Itẽ:Aetolia procul à barbaris disiuncta gentibus, in ſinu pacis poſita, medio ferè Græciæ gremio continetur.

Siparium,rij.uelum quo ſcena obtendebatur, aulæũ. de Pro.72.a.Piſo cum Græcis iam in orcheſtra helluatur, antea poſt ſiparium ſolebat.

Sipontinus,a,um.à Siponte opp.cõtra Rul.80.a.Niſi mauultis in Sipontina ſiccitate collocari.

Si quando.de Or.97.a.Si quando in dicendo ſcriptũ attulerit aliquid.de In.69.a.Si quando hæc incidunt. & de Cl.195.a.Ex qua ſi quando opus fuerit,excitet,&c. de Am.100.b.Itaq; ſi quando extitit.

Si quidem.quoniam quidẽ,quippe ſi.de Cl.168.a.Vides ne quàm ſerò eloquentia prodierit in lucem? ſi quidem ante Solonis ætatem de nullo, ut diſerto memoriæ proditũ eſt.& Tuſ.148.b.Antiquißimum è doctis eſt genus poetarum,ſiquidem Homerus fuit ante Romam conditam.I.C. 105.b.O fortunatam remp.ſiquidem hanc ſentinam eiecerit.pro Fl.149.a.O morem præclarum, quem à maioribus accepimus,ſiquidem teneremus.et 154.a. O paſtores, &c.ſiquidem,&c. Epiſt. 132. a. & 43.b. Gratulor Baijs noſtris,ſiquidem ut ſcribis,ſalubres repẽtè factæ ſunt.Ep. 195.a.Robur & ſoboles militũ interijt,ſi quidẽ quæ nunciãtur uera ſunt.Or.204.b.Siquidem eorum eſt gemmare uites. At.84.a.Quare non οἴχεται tua induſtria,quod uereris,ſed præclarè ponitur,ſiquidem id egiſti, ut ego delectarer.Par.120.a.Etiam ne in minimis rebus? ſiquidem rerum modum fingere non poſſumus,animorum modum tenere poſſumus.

Si quò.At.118.b.Eas ſi quò ille miſit,in publico proponat uelim.

Sirenes,num.marina (ut eſt in fabulis) monſtra. de Finib.136. a. Quæ de Sirenum cantibus Homerus finxerit, neque enim uocum ſuauitate uidentur, aut nouitate quadam & uarietate cantandi reuocare eos ſolitæ, qui præteruehebantur: ſed quia multa ſe ſcire profitebantur,ut homines ad earum ſaxa diſcendi cupiditate adhæreſcerent.





Sis.Or.211.a.Sodes,pro ſi audes:ſis,pro ſi uis. pro S. R.26.a.Age nunc refer animum,ſis ad ueritatem.

Siſapon.locus.I. A.169.b.

Siſto,ſtis.exhibeo.At.52.a.Fac ut te ante Cal.Ian.ubi cunq; erimus,ſiſtas. & 169.b.Te uegetum nobis in Græcia ſiſte.I.V.198.a.Rempub.ſiſtere non poſſe. Off.61 a. Vas factus eſt alter eius ſiſtendi, ut ſi ille non reuertiſſet ad diem,moriendum eſſet ſibi ipſi. pro Q.5.a.Ita tamen diſcedunt, ut Idibus Septembribus P. Quintium ſiſti Sex. Alphenus promitteret.& ibid. Venit Romam Quintius, uadimonium ſiſtit. & 12.a. Alphenus promittit Neuio ſiſti Quintium.

Siſyphus,phi.perſona poetica, de quo homine Verg. Aen.6.lib.Tuſ.150.a.Siſyphus uerſat ſaxum.

Sitella,læ.ciſta in qua colligebantur ſuffragia. de N. 22.b.

Sittybæ,arum. membranulæ, ſeu lora corrigiæue librorum.Att.58.a.Bibliothecam mihi tui pinxerunt conſtructione & ſittybis.

Sitiens,tis.cupiens.Tuſc.231.b.Ego eo grauius ardentiusq; ſitiens uoluptates. & pro Plan.261.b. Deinde ſitientem me uirtutis tuæ deſeruiſti.

Sitienter.auidè.Tuſ.217.a.Nec ſitiẽter quid appetẽs.

Sitio,tis. Q.Fr.320.a.Ipſi fontes iam ſitiunt. & Or. 204.b.Gemmare uites, ſitire agros. I.P.92.b. Ipſe cum paucis ad portam ſitiens perueni. I.A.198.a.Etenim aderat L.Frater,qui ſanguinem noſtrum ſitiebat.Quin.Fr. 325.b.Nec honores ſitio,nec deſidero gloriam.

Sitis,tis. de Fin.56.b.Cũ cibo & potione fames ſitisq; depulſa eſt. & Tuſ.150.a. & 66.a.Siti enectus Tãtalus. Para.116.b.Nũq̃ expletur nec ſatiatur cupiditatis ſitis.de Sen.82.a.Literas græcas ſic auidè arripui,quaſi diuturnã ſitim explere cupiens.I.A.198.a.Ipſe interea declamauit ſitim quærens,hæc enim ei cauſa eſſe ſolet declamandi.

Situs,a,ũ.poſitus,locatus.I.V.225.a.Qui locus quòd in media eſt inſula ſitus, umbilicus Siciliæ nominatur : id eſt,nemus Ennenſium.& de N.9.a.Vim diuinam in natura ſitam eſſe. pro Dom.216.a.Spes ocij & concordiæ in meo reditu ſita uidebatur.Tuſ.235.a.Quid? tu in eo ſitam uitam beatam putas? Antequã.194.a.In eorum poteſtate ſita ſalus noſtra eſt.& Acad.10.b. Aſſenſio,quæ eſt in noſtra ſita poteſtate. pro Mur. 144.a. Huius rei poteſtas omnis in uobis ſita eſt iudices. Att.108.a.Si pugnandum eſt,quo tempore in caſu, quo conſilio in tempore ſitũ eſt. de D.86.b.Qui lituus ſitus eſt in curia Saliorum. Off.2.a In officio colendo ſita uitæ eſt honeſtas omnis. Ep.19.b. Vel quòd excelſo & illuſtri loco ſita laus tua ſit.pro Arc. 185.b.Huic profectò ipſi quantũ eſt ſitum in nobis,opem feremus. de Orat.114.a.Hæc enim ſita ſunt ante oculos. Tuſc.246.b. Obſcœnas uoluptates faciles, communes,in medio ſitas eſſe. & 148.b.Summam eruditionem Græci ſitam cenſebant in neruorum uocumq; cantibus.Acad.11. a.Vbi uirtus,ſi nihil ſitum eſt in ipſis nobis? de Fin.60.b. Eſt autem ſitum in nobis,ut,&c.de D.126.a.Eo loco,ubi nunc fortunæ ſita ædes eſt. de Fat.148.a.Si cauſa appetitus non eſt ſita in nobis, ne ipſe quidẽ appetitus eſt in noſtra poteſtate.de Leg.181.b.Hic eſt ille ſitus,&c. nam ſiti dicuntur hi qui conditi ſunt. de Leg.181.a.C.Marij ſitas apud Anienem reliquias dißipari iuſsit Sylla.

Situs,tus.poſitio. contra Rul.74.a.Vrbs & natura, & ſitu, & deſcriptione ædificiorum, & pulchritudine in primis nobilis.& D.137.a.Oppidorum ſitus. Tuſ.158.a. Terræ ſitus,forma,circumſcriptio. I.V.240.b.Syracuſarum hic ſitus atq; hæc natura eſſe loci cœliq; dicitur.Aca. 16.a.Eius loci,quem incolebant,ſitus. & 40.b.Sedes regionum & locorum. I.V.200.b. Ciuitas ſitu,mœnibus, portuq; ornata. & 227.b.De Syracuſis,nam & ſitu eſt communito,tum præclaro ad aſpectum.de N.57.a.Figura ſituſq; membrorum.& Acad.30.Situs partium corporis. Acad.6.b. Et ſitus earum rerum, quas intuemur,& interualla aut contrahimus, aut diducimus. de D. 128.b. Plus terrarum ſitus,quàm lunæ tractus ad naſcendum ualere. Q.Fr.317.b.Quos tu ſitus,quas naturas rerum & locorum,quem uerò ipſum imperatorem habes?



Situs,tus.illuuies,ſordes,ſqualor.Tuſ.196.a.Situ nidoris,barba pedore horrida.

Siue.ſeu,uel.pro Seſt.24.b.Venio ad comitia ſiue magiſtratuum,ſiue legum placet. de D.133.b.Siue ſic eſt,ſiue illo modo. At.120.a.Nil perturbatius hoc ab urbe diſceſſu,ſiue potius turpißima fuga. Q.Fr.300.b.Siue tua natura paulo acrior, ſiue quædam dulcedo iracundiæ, ſiue dicendi ſal,&c. de Leg.169.a.Nam illo loco libenter uti ſoleo, ſiue quid mecum ipſe cogito, ſiue aliquid ſcribo aut lego.

Smyrna,næ.urbs.pro Flac.161.a.Cur non Pergami? Smyrnæ? Trallibus?

Smyrneus,a,um.pro Arch.189.a.

Soboles,lis.propagatio,proles.Ep.165.a.Robur & ſoboles militum interijt. Off.11.b.Quæ propagatio & ſoboles origo eſt rerum publicarum. I.A.171.a.Omnis ſoboles iuuentutis. de Or.157.a.Proles,ſoboles,effari,nuncupari.de Leg.185.a.Cenſores populi,ciuitatis ſoboles,familias,pecuniaſq; cenſento. pro Mar.134.b.Propaganda ſoboles.

Sobriè. Offic.21.b. Parcè, continenter, ſobrieq; uiuere.

Sobrini,orum.qui quæue extra tribus, uel ſororibus, patruelibus,uel conſobrinis,uel amitinis generantur.Of. 11.b.Sequuntur fratrum coniunctiones poſt conſobrinorum ſobrinorumq;, qui cum una domo iam capi non poſſint,in alias domos tanquam in colonias exeunt.

Sobrius,a,um.ſiccus.)(.Vinolentus,ebrioſus. Acad. 24.a.& Tuſ.252.a.Or.205.b.Furere apud ſanos,& quaſi inter ſobrios bacchari uinolentus uidetur. I.V. 162.a. Homines ſatis planè frugi ac ſobrij.pro Cæl.53.a.Sobrius uir.& de Orat.121.a.Sobrius orator.

Soccus,ci. Græcorum calciamentum, ut calceus Romanorum : quo tamen etiam Romanæ mulieres utebantur. I.V.127.a. Conſularis homo ſoccos habuit & pallium.de Orat.154.b.Pallium quo amictus,ſoccos quibus indutus eſſet.

Socer,ri.uxoris meæ pater. pro Seſt.4.a. Ademit Albino ſoceri nomen mors filiæ.At.95.a.Ego dum Appium orno,ſubitò factus ſum accuſatoris eius ſocer.

Socialis,le.I.V.57.b.Hæc lex ſocialis eſt. & 111.b.Lege iudicioq; ſociali.

Sociatus,a,um.de Amic.111.b.Solitarius.)(.Coniunctus & ſociatus cum altero.

Societas,tis.conſociatio,coniunctio,communio, communitas, commercium, comitatus, pactio, fœdus, ordo. Off.4.b.Vt ſocietas hominum coniunctioq; ſeruetur. & de Fin. 107. a. Nati ſumus ad ſocietatem communitatẽq; generis humani.Of.5.a.Ratio,qua ſocietas hominum inter ipſos,& uitæ quaſi communitas continetur. Off.5.b. & 31. a. Defendere hominum inter homines ſocietatem. pro Dom.218.b.Hæc noſtra coniunctio, hæc conſpiratio

in repub.bene gerenda,hæc iucundiſsima uitæ atque officiorum omnium ſocietas.& ibid.Dirimere ſocietatem.de Clar. 165.b. Vir egregius coniunctiſsimus mecum conſiliorum omnium ſocietate. Off.12.a.Societas quæ cum repub.eſt unicuiq; noſtrûm. de N.50.b.Pinna cum Squilla quaſi ſocietatẽ init comparandi cibi. de Or.88.b.Miſſos facio mathematicos, muſicos, &c. quorum artibus iſta ueſtra dicendi uis ne minima quidem ſocietate coniungitur. pro Q.2.b.Facere ſocietatem omnium rerum cum aliquo. pro S.R.21.b.Coire ſocietatem. I.V.178.a.Sancta religio ſocietatis.pro Rab.95.a.Coire ſocietatem periculi cum aliquo,uel ſalutis,uel laboris.Epiſt.74.b.pro S.R. 34.b. Nullam ſocietatem neq; ſceleris, neque præmij cum ullo coiui. de Ar.253.b.Clodius nefarias cum multis ſcelerum pactiones ſocietatesq; cõflauit. I.C.104.a.Latrones ſcelerum fœdere inter ſe,ac nefaria ſocietate coniuncti.I. A.255.a. Inire ſocietatẽ omnium rerum cum aliquo. pro Quin.3.a.Nec ſocietas tibi quicquam debet,nec priuatim Quintius debuit. pro Mur.140.b.Quid ſi omnes ſocietates uenerunt? pro Plan.265.b.P.Craſſus maximarum ſocietatum autor,plurimarum magiſter. & pro Seſt.9.b. Societas uectigalium.pro Dom.242.a.Omnes ſocietates, omnes ordines. I.A.177.a.Nulla ſocietas optimis ciuibus cum importuniſsimo hoſte fœdere ullo cõfirmari poteſt. Off.11.b. Gradus ſocietatis hominum.Off.65.b.Societas, quæ latiſsimè patet,hominum inter homines.& ibi.Societas interior uel propior eorum,qui eiuſdem generis ſunt. & 62.b.Societas inter homines coniuncta. pro Q.14.a. Coire ſocietatem uoluntariam cum aliquo. Off.5.b.Deuincire hominum inter homines ſocietatem. de Fat.140. b.Cum hoc genere philoſophiæ, quod nos ſequimur, magnam habet orator ſocietatẽ.I.A.165.a.Vtinam Cn.Pompeij cum C.Cæſare ſocietatem aut nunquã coiſſes,aut nunquam diremiſſes. Amic.111.a.Quæ ſi quos inter ſocietas eſt, aut fuit, aut futura eſt, eorum eſt habendus optimus beatiſsimusq; comitatus. de L.160.b.Prima homini cum deo rationis ſocietas. & 161.a. Hominum ſocietas inter ipſos & coniunctio.& 184.a.Difficillima illa ſocietas grauitatis cum humanitate.

Socio,as.coniungo.pro Plan.275.a.Cum uel periculum uitæ tuæ mecum ſociare uoluiſſes. de Leg.162.a.Omne genus humanum inter ſe ſociatũ eſt. & pro Flac.150. b. Quid ſi teſtium ſtudium cum accuſatore ſociatum eſt? de Or.154.b.Sapientiam cum eloquẽtia ſociare. de Som. 127.b.Cœtus hominum iure ſociati.

Socius,a,um.conſors,particeps,gregalis. Ep.16.b. Me quidem certè tuarum actionum, ſententiarum,uoluntatum,rerum deniq; omnium ſocium comitemq; habebis. & 132.a.Cuius fugientis comes remp.recuperantis ſocius eſſe debeo.de Clar.168.a.Eloquentia pacis eſt comes omnium,ocijq; ſocia.pro Font.284.a.Vitæ ſocia uirtus,mortis comes gloria fuiſſet. & 283.a.Socius ac particeps fortunarum.& de Clar.165.a.Socius ac conſors glorioſi laboris.Att.232.b.Vulgò opinio hominum ſocium me aſcribit tuis laudibus. Ep.229.b.Titus & comes meus fuit illo miſerrimo tempore,& omnium itinerũ,nauigationum, laborum,periculorum meorum ſocius.de Or.105.b.Duæ artes inter ſe pares,& eiuſdem ſociæ dignitatis.& 90.b. Poeta oratori multis ornandi generib.ſocius ac penè par. de Or.87.a.M.Antonius homo & conſiliorum in repub. ſocius,&c. I.A.179.b.Quos ſocios ad epulas habere nemo uelit. pro Flac.146.a. L.Flaccus ſocius atq; adiutor conſiliorum periculorumq; meorum.& Att.179.a.Culpæ ſocius. Antequam.196.b.Teq; particeps connubij,ſocia regni regina Iuno. pro Dom.219.a.Fideliſsimus ſocius ad comparandam aliquam rem.& 223.b.Is mihi ſocius atq; amicus ſemper fuit.At.173.a.& pro Quint.2.b. Adiungere aliquem ſibi ſocium. Off.5.b.Qui iniuſtè impetum in quempiam facit, is quaſi manus uiolenter uidetur afferre ſocio.I.V.158.a.Socij putandi ſunt,quos inter,res communicantur. pro Quint.16.b.Edere ſibi aliquem ſocium. pro S.R.37.b.Qui ſocium fallit,in uirorum bonorum numero non eſt habendus. pro S.R.37.b.Nouem homines honeſtiſsimos, eiuſdem muneris, legationis, officij, mandatorumq; ſocios,induxit,decepit. I.A.169.a.Cum tu tamen nocte ſocia,hortante libidine,per tegulas admitterere. pro Mar.133.a.Semper mea conſilia pacis & ocij ſocia,non belli & armorum fuerunt.

Pro ſocio. formula iuris eſt, qua ſignificatur actio,iudiciùmq; ſocietatis,ſi quis ſocium fraudaſſet.pro Flac.155 a.Nicomedes qui & furti,& pro ſocio damnatus eſt.pro Quin.2.b. Arbitrum pro ſocio condemnari.

Socordia,diæ.ſtupiditas. ad Her.13.a.Philoſophia uitanda eſt,affert enim ſocordiam atq; deſidiam.

Socors,dis.ſtupidus.de Clar.186.b.Nam M.Glabrionem ſocors ipſius natura negligenſq; tardauerat. & de N.2.a.Homines non ſocordes.

Socrates,tis. de Fin.64.a.Socrates,qui philoſophiæ parens iure dici poteſt. & de N.59.b. Acad.41.b.Socrates princeps philoſophorum. de D.105.b. Eſſe diuinum quoddam,quod Socrates dæmonion appellat, cui ſemper ipſe paruerit, nunquam impellenti, ſæpe reuocanti. de Clar. 192.a. & de Orat. 104.b. Ironia illa, quam in Socrate dicunt fuiſſe. Offic.22.a. De Græcis autem dulcem & facetum, feſtiuiq; ſermonis, atq; in omni oratione ſimulatorem, quem εἴρωνα Græci nominauerunt, Socratem accepimus.

Socraticus,a,um. Off.21.a.Philoſophi Socratici. & Parad.116.b.

Socrus,crus.uxoris aut mariti mater.pro Cluen.24. a.Dinea,quæ tum ei mulieri ſocrus erat. I.V.113.a.Nihil de ſocru tua audiſti? & Att.138.a.Literæ Capuam allatæ ab Clodia ſocru.

Sodalis,lis.ſocius,etiam ſi ſodalis ferè in re leuiore eſt. Ep. 191.a. Ego qui & ſodalis, & familiariſsimus Dolobellæ eram. & Acad.29.b.At hoc Anaximandro populari,& ſodali ſuo non perſuaſit. de Orat.127.a.Ego pro meo ſodali, qui mihi in liberum loco more maiorum eſſe debet,decerno. de Sen.86.a.Primùm habui ſemper ſodales,&c.& ibid.b.Epulabar igitur cum ſodalibus omnino modicè. pro Plan.268.b. & de Nat.76.a.& I.V.95.a. Plancus in petitione habuit multos cupidos ſui, & gratioſos:quos ſi tu ſodales uocas,officioſam amicitiam nomine inquinas criminoſo.

Sodalitas,tis.coitio. pro Cæl.42.b.Fera quædam ſodalitas, & planè paſtoritia atq; agreſtis germanorum lupercorum,quorum coitio illa ſylueſtris antè eſt inſtituta, quàm humanitas atq; leges.Quin.Frat.309.a.ad Heren. 2.a.S.C.factum eſt, ut ſodalitates decuriatiq; diſcederent. I.V.98.b.Officia ſodalitatis ab aliquo flagitare. & pro Plan.266.b.Honeſta ſodalitas. de Sen.86.a.Sodalitates me quæſtore conſtitutæ ſunt.

Sodalitiũ,tij.ſodalitas. pro Plan.266.b.Lex Licinia, quæ eſt de ſodalitijs.In Sal.274.a.Non ita eſt, ſed abijt in ſodalitium ſacrilegij Nigidiani. ad Her.40.a.Venit in ædes quaſdam, in quibus ſodalitiũ erat eodem die futurum.

Sodes. Orat.211.a. Libenter etiam copulando uerba iungebant,ut ſodes,pro ſi audes:ſis,pro ſi uis. Att.103.b. Tarteſium mihi adeunti urbem, iube ſodes nummos curare.

Sol, lis.Phœbi fax,rota feruida ſolis, ſignum præpotens. de D.90.a. de N.39.b.Sol dictus eſt,uel quia ſolus ex omnibus ſideribus eſt tantus:uel quia cum exortus eſt, obſcuratis cæteris ſideribus ſolus apparet. de Vn.200.b. Deus ſolem quaſi lumen accendit ad ſecundum ſupra terram ambitum. de Orat.159.b.Videmus ſol ut circunferatur,ut accedat ad brumale ſignum, & inde ſenſim aſcendit in diuerſam partem. de N.35.b.Sol V.diebus,& LX. & CCC. quarta ferè diei parte addita conuerſionem conficit annuam. de N.35.b.Sol qui aſtrorum obtinet principatum.& Tuſ.162.a.Sol moderator & dux temporum. de Som. 128. b. Deinde ſubter mediam ferè regionem ſol obtinet, dux, & princeps, & moderator luminum reliquorum, mens mundi, & temperatio, tanta magnitudine,ut cuncta ſua luce luſtret & compleat.de N.46.a.Solis magnitudine multis partibus terra ſuperatur. Acad. 20.b. & 32.b. Solem Mathematici amplius duodeuiginti partibus confirmant maiorem eſſe quàm terram. de D. 110.a.Sol maiórne quàm terra ſit, an uerò tantus, quantus uideatur.In Arat.* Sol conſiſtens in capricorno conuertit curriculum.& ibid.Rota feruida ſolis. de N.18.b. De ſole & luna,eorumq; motu.& 30.a.Solis acceſſus diſceſſusq;. & 33.b. & 44.b. & 46.a.Solem eſſe calidum & igneum. de Som. 129. a. Sicut ſolem intueri nequitis aduerſum, eiusq; radijs acies ueſtra ſenſusq; uincitur. de N.70. b. Soles multi à Theologis proferuntur. & de D. 100.a. Cum duo uiſi ſoles, & tres lunæ, & cum ſol nocte uiſus eſt. & de N.28.b. Sol geminatus quo anno P. Africanus ſol alter extinctus eſt.de Som.127.a.Cum ætas tua ſeptenos octies ſolis anfractus reditusq; conuerterit.de Or. 162.b.His de rebus ſol me ille admonuit,ut breuior eſſem, qui ipſe iam præcipitans me quoq; hæc præcipitem penè euoluere coegit.& Tuſ.168.b.Occidente ſole. I.V.240. b.Nullus unquam dies tam magna turbulentaq; tempeſtate fuit, quin aliquo tempore ſolem eius diei homines uiderint. de Fin.69.b.Qui ſolem (ut aiunt) nec occidentem unquam uiderit,nec orientem.prouer. Att.217.b.Simul cum ſole experrectus ſum. de Som.126.b.Ago tibi grates ſumme ſol,uobiſq; reliquis cœlites. de Fin.63.b.Si ea quæ dixi,ſole ipſo illuſtriora & clariora ſunt. Off.38.b.Multa commemorarem nefaria in ſocios, ſi hoc uno ſol quicquam uidiſſet indignius. Item: Proceſſerat enim in ſolem & puluerem,&c.l. Vmbraculum. Attic.145.a.Sol exciďiſſe mihi è mundo uidetur. Sol aſſus.)(.Nitidus, unctus. At.188.a.& 108.b.Sol Lucretinus.

Solarium,rij. de N.43.b. Solarium uel deſcriptum, uel ex aqua,quo horæ declarantur. & pro Quint.10.b. Quintius non ad ſolarium, non in campo, non in conuiuijs uerſatus eſt. ad Her.27.a.Vt ne ad ſolarium quidem idoneus ſis.

Solatium,tij.conſolatio,fomentum. Epiſt.97.b.Vacare culpa magnum eſt ſolatium. & I.A.223.a.Cuius luctus nullo ſolatio leuari poteſt. & de Pro.72.a.Sed fruatur ſanè hoc ſolatio. I.V.231.a.Vt illi haberent hæc oblectamenta & ſolatia ſeruitutis.de Clar.165 b.Vos & præſentem me cura leuatis,& abſenti magna ſolatia dediſtis. & Att.65.a.Multa mihi dans ſolatia. Tuſcul.188.a.Hæc ſunt ſolatia,hæc fomenta ſummorum dolorum.pro Arch. 188.b.Hæc ſtudia rebus aduerſis perfugium ac ſolatium præbent. I.V.262.a.Reportare ſolatium ex aliqua re. contra Rul.82.a.Vectigal,&c.ſolatium annonæ.de Am. 97.a.Sed non egeo medicina,me ipſe conſolor, & maximè illo ſolatio,quod,&c. Ep.179.a.In maximo meo dolore hoc ſolatio utor,quod,&c.Att.58.a.Nos malo ſolatio, ſed non multo tamen conſolamur, quòd ipſius uicem minimè dolemus.

Soleæ,arum.crepidæ. de Ar.254.a.Soleæ muliebres.

Soleæ.id eſt,compedes. de In.81.a.& ad Her.5.a.Ligneæ ſoleæ in pedes inductæ ſunt.

Soleatus,a,um. I.V.253.b.Stetit ſoleatus prætor populi Romani cum pallio purpureo tunicaq; talari. & I. P.82.a.

Solennis,ne. quod cum quadam cerimonia conſecratum eſt,celebre,feſtum. I.P.90.b.Qui dies quaſi deorum immortalium feſti atque ſolennes ſunt aduentu meo celebrati. & Poſtquam 200.b.Lentulus de ſolenni religione retulit.& de Ar.247.b.Statas ſolenneſq; cerimonias pontificatu contineri. Tuſcul.173.a.Solenne & ſtatutum ſacrificium. pro Dom. 242. a. Nec inſtitutas cerimonias perſequi, nec ullum uerbum ſolenne potuit effari. pro Dom.238.a. Si Tribunus plebis uerbis priſcis & penè ſolennibus bona ciuis cuiuſpiam conſecrarit. I. V. 274. a. Omneſq; dij,qui ſolennes cœtus ludorum initis, uehiculis thenſarum. de Ar.248.b.Omnia ſolennia ac iuſta ludorum ſumma cum cerimonia ſunt ſeruata. pro Mur.124. a.Illa ſolennis comitiorum precatio. de N.4.b.Sacrificia ſolennia.de Or.161.a.Epulæ ſolennes.de Leg.185.a.Ludi ſolennes. & 177.a.Solenne ſacrificium & publicum. pro Quint.4.a.Nullum eſt officium tam ſanctum atq; ſolenne,quod non,&c. Att.104.b.Tantum igitur noſtrum illud ſolenne ſeruemus, ut ne quem iſtuc euntem ſine literis dimittamus:id eſt,conſuetum. de Leg.173.a Nec ulla uiciorum ſacra ſolennia obeunto.pro Mil.106.b.Iter ſolenne ante XIII. Cal.Februarij Miloni erat Lanuium ad flaminem prodendum.& 115.b.Expiare ſolennes religiones ſupplicio alicuius.

Solentinus.à Solente opp.I.V.129.a.

Soleo,es.ſolitus ſum,conſueui,non eſt meæ cooſuetudinis. de Orat.96.a.& 161.a.Ratio conſuetudinis meæ, qua quondam ſolitus ſum uti. & de In.42.b. Antipater ille Sidonius ſolitus eſt uerſus fundere ex tempore. & de In.42.b.de Am.107.a.Si prius quid Scipio reprehendere ſolitus ſit,edixero. I.P.81.b. Sed etiam hilarioribus oculis quàm ſolitus eras,intuente. de Ar.255.a. In Pompeium autorem (ut prædicare eſt ſolitus) conſiliorum ſuorum inuehi cœpit. pro Cluen.52.a.Cum quædam,ut ſolet,controuerſia eſſet orta.de Orat.91.a.Irriſit ille quidem,ut ſolebat,philoſophiam.& 93.a.Vt in conditionibus ſcribi ſolet.Epiſt.136.b.Quando tu ſecundum Oenomaum Accij, non ut olim ſolebat Atellanum, ſed ut nunc fit, Mimum introduxiſti. Epiſt.136.b.Solebam enim antea delectari oleis. pro Q.R.52.b.Qui mentiri ſolet,peierare conſueuit:id eſt, exilium. de Orat.113.b. Quod optimo cuique Athenis accidere ſolitum eſt. Off.28.a.Et maximè ſi aliquando alio domino ſolita eſt frequentari.

Solers,tis.ingenioſus,perſpicax,ſagax. de N.50.a.Solers ſubtiliſq; deſcriptio partium corporis.& 52.a.Prouida ſolerſq; natura. de Clar.186.a.M.Piſonis acumen in reprehendendis uerbis uerſutum & ſolers. de Nat.74.b. Quid hoc homine ſolertius? de Sen.88.b.Inſitiones,quibus nihil inuenit agricola ſolertius.

Solerter.ſagaciter.de Leg.161.a.Ratio naturam imitata,

tata, res ad uitam neceſſarias ſolerter conſecuta eſt.

Solertia, tiæ. ſagacitas, perſpicax prudentia, animorum incredibiles motus, celeritasq; ingeniorum. de N. 19. b. Nulla ars imitari ſolertiam naturæ poteſt. & 50. b. Quibuſdam beſtijs machinatio quædam atque ſolertia, ut in araneolis. & 12. a. Mundum uos negatis effici ſine diuina poſſe ſolertia. de D. 99. a. Chaldæi in Syria cognitione aſtrorum & ſolertia ingeniorum antecellunt. Off. 32. a. Sic homines natura congregati adhibent agendi cogitandiq; ſolertiam. de Opt. 24. a. Aliquem inſcium ſaciendi, cum aliqua ſolertia iudicandi, adhiberi ad probandum quippiam. de N. 54. b. Quis tantam ſolertiam perſequi potuiſſet in ſenſibus?

Solicito, as. afficio, ango, ſolicitum habeo, miſerum habeo. Attic. 16. a. Multa ſunt, quæ me ſolicitant agúntque. & de Orat. 136. a. Hoc me ſolicitare ſummè ſolet. de Finibus 59. b. Quæ ſemper animum excruciant, ſemperq; ſolicitant. de Seneƈt. 77. a. Quanquam certò ſcio, non ut Flamminium ſolicitari te Attice. Epiſt. 24. a. Sed tamen nihil me magis ſolicitat, quàm in illis moleſtijs non me ridere tecum. & 27. b. Ea cura me uehementiſsimè ſolicitat. Epiſt. 236. b. Omnes moleſtias & ſolicitudines, quibus te miſerrimam habui, depoſui.

Solicitudo, nis. angor, cura, metus, moleſtia, negocium.)(. Securitas. de Leg. 164. a. Solicitudo conſcientiæ uexat impios. & Tuſculan. 213. a. Solicitudo eſt ægritudo cum cogitatione. Tuſcul. 169. a. Nulla cura, nulla ſolicitudo reliqua eſt. Attic. 129. a. Nunc ſcitote me eſſe in ſumma ſolicitudine. & ad Brut. 91. b. Sine ſolicitudine eſſem. Item: Non minore nunc ſunt ſolicitudine, quàm tum erant ſtudio. de D. 137. a. Tibi autem de me cum ſolicitudine cogitanti ſubitò ſum uiſus emerſus ex flumine. pro Cluent. 53. b. & Epiſt. 175. a. Quicquid hoc tempore habet ſolicitudinis & negocij, id omne à matre conflatũ eſt. de D. 126. b. Stoici omnia cum ſuperſtitioſa ſolicitudine & miſeria credunt. contra Rull. 68. a. Solicitudo, in qua illis temporibus fuiſtis. Offic. 69. a. Angores, ſolicitudines, diurni & nocturni metus. & pro Cluent. 27. a. Solicitudo animi & timor. Attic. 81. a. Sed dices meipſum mihi ſolicitudinem ſtruere. de Clar. 196. b. Ex te duplex nos afficit ſolicitudo, quod & tu rep. cares, & illa te. Att. 95. a. Solicitudine prouinciæ tamen uel maximè urgebamur. de D. 139. a. Somnus eſt perfugium omnium laborum & ſolicitudinum. Attic. 281. a. Præ ſolicitudine ac ſtomacho multa ſcribere non poſſum.

Solicitus, a, um. anxius, ſuſpenſus, perturbatus, laborioſus, exercitus.)(. Securus, ſolutus, à cura liberatus. contra Rull. 65. Ciuitas ſolicita ſuſpicione, ſuſpenſa metu, perturbata ſeditionibus. & pro 232. a. Tota ciuitas ſuſpenſa & ſolicita eſt. & Attic. 33. a. Suſpenſo animo & ſolicito ſum. Attic. 59. a. Epiſtola tua ſolicitum me de Q. Frat. ualde leuauit. & 173. a. Sum ſolicitus de te, &c. Ep. 23. b. Mirificè ſum ſolicitus, quid nam de prouincijs decernatur. Attic. 38. a. Amor ſolicitus atque anxius. de Fin. 76. a. Anxio & ſolicito animo eſſe. Epiſt. 254. b. Animus ſolicitus.)(. Animus ſolutus. Epiſt. 26. b. Quæ non animum meum magis ſolicitum haberent, quàm tuum. Epiſt. 154. b. Solicitiorem certè hominem non ſuis contractis neminem puto fuiſſe. Epiſt. 96. b. Solicitum autem te habebat cogitatio tum officij, tum etiam periculi mei. Epiſt. 24. a. Solicitus eram de rebus urbanis. Attic. 138. b. Antea ſolicitus eram & angebar, quo uti conſilio poſſem. & 122. a. Quàm ſum ſolicitus quid futurum ſit. pro Cecin. 285. b. De quibus antea laborabam.)(. Nunc æquiſsimo animo ſum. Quint. Frat. 317. b. Magis ſum ſolicitus expectatione ea, quàm metu. de Seneƈt. 91. a. Quarta reſtat cauſa, quæ maximè angere, & ſolicitam habere ſenectutem debet. de Am. 106. a. In uita tyrannorum omnia ſemper ſuſpecta atq; ſolicita.



Soliditas, tis. firmitas, eminentia. de Vn. 197. b. Cum ſoliditas mundo quæreretur, ſolida autem omnia uno medio, nunquam duobus, ſemper copulentur. & de Fin. 52. a. Soliditas corporis indiuidui. N. 11. b. Non ſoliditate quadam, ſed imaginibus ſimilitudine perceptis. & 22. a. Nec ullam habent ſoliditatem, nec eminentiam.

Solidus, a, um. habens ſoliditatem, uerus, eminens. de D. 90. b. Alexander cum columnam auream uellet auferre, dubitauit utrum ſolida eſſet, an extrinſecus inaurata. & de Vn. 197. a. Nihil tangi poteſt, quod careat ſolido: ſolidum autem nihil eſt, quod terræ ſit expers. de N. 35. a. Duæ formæ præſtantes ſunt, ex ſolidis globus, ex planis circulus aut orbis. de Nat. 16. a. Species deorum, quæ nihil concreti habeat, nihil ſolidi, nihil expreſsi, nihil eminentis. de Nat. 45. b. Terra ſolida & globoſa. & de Fin. 52. b. Illa indiuidua & ſolida corpora. Tuſcul. 190. b. Res ſolida & expreſſa, non adumbrata. de Finib. 61. b. Non tam ſolido, quàm ſplendido nomine uirtutis. Top. 222. a. Paries directus, ſolidus, uel fornicatus. pro Planc. 236. b. A' corporibus ſolidis fluere imagines. pro Planc. 265. a. Hæc ſunt indicia ſolida & expreſſa, hæc ſigna probitatis. Attic. 85. a. Pompeius fortè cauet uſuræ, nec ea ſolida contentus eſt. de Orat. 152. b. Vt orator ſuauitatem habeat auſteram & ſolidam, non dulcem atque decoctam. Offic. 65. b. Sed nos ueri iuris, germanæ iuſtitiæ ſolidam & expreſſam effigiem nullam tenemus, umbra & imaginibus utimur. I. A. 204. a. Vera, grauis, & ſolida gloria. Item: Præceps & lubrica dominandi cupiditas. In Vat. 30. b. Solida laus, & uera dignitas. pro Seſt. 22. b. Solidam ueramq; laudem quærere. & Attic. 274. a. Solida ueraq; gloria. de Clar. 192. a. Solidum genus orationis. pro Planc. 263. a. Non enim tribum Tarentinum, ſed ſolidam, & robuſtam, & aſsiduam frequentiam præbuerunt. I. V. 58. a. At enim ſolidum id eſt, ut me Siculi maximè uelint: alterum illud, credo, obſcurum eſt, &c. id eſt ratum & firmum. I. P. 92. b. Quibus ex rebus nihil eſt, quod ſolidum tenere poſsis. de Fin. 63. b. Solida utilitas. pro R. P. 130. a. Ita bona ueneant, ut ſolidum ſuum cuique ſoluatur: id eſt, integrum.

Soliſtimus, a, um. augurij genus. de D. 123. b. Cum igitur offa iam cecidit ex ore pulli, tum auſpicanti tripudium ſoliſtimum nunciant. & 86. a. & Epiſt. 83. b.

Solitarius, a, um. ſolus, ſoliuagus, remotus ab oculis populi, uia inculta & deſerta ab omnibus.)(. Coniunctus & ſociatus cum altero. de Amic. 111. b. & de N. 31. b. Non ſolitarium neq; ſimplex, ſed cum alio coniunctum atque connexum. de Off. 40. b. Solitarius homo, atq; in agro uitam agens. de In. 57. b. Solitarium ac rarum iudicatum. de Am. 112. b. Natura ſolitarium nihil amat, ſemperq; ad aliquid tanquam adminiculum annititur.

Solitudo, nis. regio derelicta, locus deſertus, receſſus, ſeceſſus, uiduitas, inopia, derelictio. I. V. 227. a. Audiſtis quæ ſolitudo eſſet in agris, quæ uaſtitas, quæ fuga aratorum, quàm deſerta, inculta, & relicta omnia. I. P. 91. a. Tibi ſolitudo erat pro frequentia. de In. 50. b. Solitudo loci.)(. Celebritas loci. Epiſt. 26. b. Vt diſcederem fortaſſe in aliquas ſolitudines. & ad Heren. 2. a. Inopia, ſolitudo, calamitas.



lamitas. & pro Quint. 1. b. Inopia & ſolitudo alicuius. Attic. 194. b. Sed mihi ſolitudo & receſſus prouincia eſt. de Clar. 185. a. Tum erat ab oratoribus quædam in foro ſolitudo. In Ver. 271. a. Deſertiſsima ſolitudo. & de Som. 129. b. Vaſta ſolitudo. pro Cecin. 287. a. Ebutius iſte, qui iamdiu Cæſenniæ uiduitate & ſolitudine alitur. de Amic. 112. b. Si quis nos deus ex hac hominum frequentia tolleret, & in ſolitudine uſpiam collocaret. & ibid. Solitudo aufert fructum uoluptatum. de Orat. 101. b. Vt iſta ab ſolitudine domum meam uindicarem. de Orat. 121. b. Cum Craſſus ſe de turba, & à ſubſellijs in ocium ſolitudinemq; contulerit. Offic. 28. a. Ampla domus dedecori domino ſæpe fit, ſi eſt in ea ſolitudo. Offic. 31. a. Si ſolitudo tanta ſit, ut hominem uidere non poſsis, excedas è uita.

Solitus, a, um. uſitatus, uetus. de Am. 112. b. Illud à Tarentino Archita, ut opinor, dici ſolitum. & alibi: Solitum dicere, συνεργετικῶς ἀλλὰ παθητικῶς. de Clar. 191. a. Non inſolita adoleſcentibus gloria. Item: Aliquis capillatior quàm antè.

Soliuagus, a, um. ſolitarius. Off. 32. a. Soliuaga cognitio & ieiuna uideatur. Tuſc. 235. b. Earum ipſarum partim ſoliuagas, partim congregatas: id eſt, beſtias. de Vn. 198. b. Cœlum ſoliuagum, & uolubile, & in orbem incitatum.

Solium, lij. ſedes. de Fin. 79. a. Sedere in ſolio, ornatu regali. de Leg. 158. Vt more patrio ſedens in ſolio conſulentibus reſponderem. & 155. a. In ſolio ſedens domi. de Or. 129. b. Dicet te cum ædes uenderes, ne in rutis quidem & cæſis ſolium paternum recepiſſe.

Solium. labrum, cupa. I. P. 94. a. Græci ſtipati in lectulis, ipſe ſolus bibiturus, quæ eodem de ſolio miniſtrentur.

Sollicitatio, onis. inſtigatio. pro Cluent. 28. b. & 58. a. De ſollicitatione Diogenis. & Ep. 158. b. Hinc illæ ſollicitationes ſeruorum minis & promiſsis.

Sollicito, as. inſtigo, urgeo. pro Cluent. 27. a. Fabricius Diogenem ad uenenum Habito dandum ſpe & precio ſollicitare cœpit. et 37. b. Legio eſt ab eo ſollicitata in Illyrico. I. A. 229. a. T. Plancus, cæteri pares, ſollicitant homines imperitos. pro Cæl. 48. a. Sollicitare ſeruos alicuius ad aliquem necandum. I. C. 112. a. & 111. b. Precio ſollicitare animos egentium. Epiſt. 242. b. Se ſollicitatum eſſe, ut regnare uellet. Epiſt. 169. a. Sollicitare exercitum. I. A. 212. b. Non rurſus decuriabit improbos, non agrarios ſollicitabit. pro Deiot. 149. a. Seruum ſollicitare uerbis, ſpe, præmijs corrumpere.

Solœca, corum. At. 19. a. Lucullus de ſuis hiſtorijs dixerat, ſe quo facilius illas probaret Romani hominis eſſe, idcirco barbara quædam & σόλοικα diſperſiſſe.

Solœciſmus, mi. ad Her. 27. b. Solœciſmus eſt, cum pluribus uerbis conſequens uerbum ſuperiori non accommodatur, ὑποσόλοικον. Hom. 105. a. & 102. a. Att. 28. b. & 224. b. Nihil tam σόλοικον ἦ, etc. χρεὼ βουλῆς ἐμὲ καὶ σέ: id eſt, mihi & tibi.

Solon, onis. Offic. 22. a. Solon, qui ut reipublicæ prodeſſet, furere ſe ſimulauit. Attic. 154. b. Solon popularis tuus, qui capite ſanxit, ſi quis in ſeditione non alterutrius partis eſſet. & 282. a. Solon, qui & ſapiens unus fuit ex ſeptem, & legum ſcriptor ſolus ex ſeptem, is remp. duabus rebus contineri dixit, præmio & pœna.

Solonium, nij. Attic. 24. a. & 28. a. de Diuinat. 97. a. Cum educaretur in Solonio, qui eſt campus agri Lanuini.



Solor, aris. conſolor. In Vat. 34. b. C. Antonius hac una re miſeriam ſuam ſolatur, quòd, &c.

Solſtitialis, le.)(. Brumalis. de N. 66. b. Cur ſol ſe referat, nec longius progrediatur ſolſtitiali orbe, itemq; brumali. & de Vn. 200. b. Aſtra per cœlum penetrantia ſolſtitiali ſe & brumali reuocatione conuertunt. & Tuſcul. 168. b. Solſtitiali die.

Solſtitium, tij. cum ſol ultrà non progreditur: eſtq; duplex, hybernum alterum VIII. Cal. Ian. alterum æſtiuum VIII. Cal. Iulij.)(. Bruma. de N. 30. a. Solis acceſſum diſceſſumq; brumis ſolſtitijsq; fieri. & 36. a. In lunæ curſu eſt brumæ quædam & ſolſtitij ſimilitudo. de D. 127. b. In his locis poſt ſolſtitium canicula exoritur, apud Troglodytas ante ſolſtitium.

Soluendo. id eſt, habere uel non habere unde ſoluas. Off. 49. b. Is occultat gaudium ſuum, ne uideatur non fuiſſe ſoluendo. & I. A. 161. a. Nec tu ſoluendo eras.

Solùm. tantùm, modò. I. A. 175. a. Nos nunciationem ſolùm habemus, conſules etiam inſpectionem. Orat. 212. a. Recto caſu ſolùm Græcè loqui. de Orat. 126. b. Non ſolùm oratione, ſed multo etiam magis ui & dolore, &c. At. 128. b. Non ſolùm, &c. ſed etiam, &c. Epiſt. 60. a. & pro Mil. 113. a. Non ſolùm, ſed, &c. pro Mil. 113. a. Neque his tantùm, uerumetiam, &c. & ibi. Neq; ſenatui modò, ſed etiam, &c. Tuſcul. 192. b. Quaſi uerò atra bili ſolùm mens, ac non ſæpe uel iracundia grauiore, uel timore moueatur. de L. 166. b. Hi de re una ſolùm diſsident, de cæteris mirificè congruunt.

Solum, li. terra, fundamentum, & quicquid alicui rei ſubiacet. contra Rull. 79. b. Quod ſolum tam exile & macrum eſt, quod aratro perſtringi non poſsit? de Clar. 166 a. Seremus igitur aliquid tanquam in inculto & derelicto ſolo. pro Cor. 57. a. Vos mutæ regiones imploro, & ſola terrarum ultimarum. Top. 222. b. Solum ambitus ædium. Parad. 125. b. Aurata tecta, & ſola marmorea in uillis facere. de Clar. 188. b. Solum & quaſi fundamentum oratoris eſt locutio emendata & latina. Antequam. 196. b. Iupiter Opt. Max. cuius nutu ſola terrarum gubernantur. de Leg. 169. b. Quin ipſe quoque ſum ipſi uillæ amicior factus, atque huic omni ſolo, in quo tu ortus & procreatus es. I. C. 122. a. Patriæ ſolum omnibus charum eſt. pro Cor. 60. a. Qui ciuitatis alicuius ſolum ciuitatis mutatione uertiſſent. pro Cecin. 304. b. Qui uolunt pœnam aliquam ſubterfugere, eo ſolum uertunt: hoc eſt, ſedem ac locum mutant. Parad. 121. b. Mutare ſolum. pro Dom. 229. a. & pro Quin. 11. b. Quò uertendi, hoc eſt, mutandi ſoli cauſa uenerant. & 16. b. Vertere ſolum exilij cauſa. & I. A. 197. a. Exilij cauſa ſolum uertiſſe. I. V. 254. a. Cleomenes nauem in ſolo fluctuante reliquerat. Tuſ. 246 a. Mihi calceamentum eſt ſolorum callum. Epiſt. 143. a. Ibi loquor, quod in ſolum, ut dicitur. de N. 14. a. Abuteris ad omnia atomorum regno & licentia: hinc quodcunq; in ſolum uenit (ut dicitur) effingis atq; efficis. prouerbium eſt, is qui neq; quid dicat, neq; quid agat, attendit: ſed omnia de omnibus & loquitur, & efficit. Videtur autem à ſingulis ſumptum, qui quicquid in ſolum ſuum & rotam uenit, fingunt.

Soluo, uis. perſoluo, diſſoluo, pendo, dependo, appendo, numero, adnumero, repræſento, precium enumero, precium do, pecuniam do, ſatisfacio, reddo, confero, ære alieno exeo, uel me libero. In Ver. 186. a. Verres ciuitatibus pro frumento nihil ſoluit omnino. & pro Flac. 156. a. Reſpondet ſe omnem pecuniam Fuſcijs perſoluiſſe. pro

Spes, ei. fiducia, expectatio, cogitatio, firmamentum, perfugium, aura, alacritas, lux, cupiditas. )( Timor. Tuſ. 226.b. Spes eſt expectatio boni. At.179.b. Neq; ab ijs ipſis quicquã ad ſpem oſtenditur. I.C.109.b. Bona ſpes cum omnium rerum deſperatione cõfligit. ad Brut.91.b. Spes hominum egentium & perditorum imminet templis deorum. Att.49.b. & 254.a. Inijcere ſpem alicui de aliqua re. Att.247.a. Tantum ſpei habent ad uiuendũ, quantum acceperunt ab Antonio. At.182.a. Quod quidem nulla habeo in ſpe. At.121.a. Sed rurſus tam abiectam compoſitionis ſpem, non deſperatiſſimam eſſe puto. At.44.b. Poſtea quàm extenuari ſpem noſtram & euaneſcere uidi. & 70. a. Profectio tua ſpem meam debilitat. pro Rab.93.a. Qui libertatis ſpem propoſitam habent. At.177.a. Ne ſpes quidem ulla oſtenditur, fore melius. ad Her.10.b. Spes eſt, melius fore. contra Rul.81.b. Vrbani, quibus iſta agri ſpes et iucunditas oſtenditur. & 65.a. Spem improbis oſtendiſti, timorem bonis inieciſti. contra Rul.79.a. Suſpenſus et incertus, obſcura ſpe & cæca expectatione pendeo. & 65.b. Spe ducor, me poſſe, &c. Tuſcul.160.a. Magna me ſpes tenet iudices, bene mihi euenire, quòd mittar ad mortem. pro Cluen.19.a. Magna ſpes me tenet, hunc locum, &c. & I.A.261.a. Qua ſpe, ut uenire uelim, tenebuntur? At.89.a. De Egnatij nomine nec nulla, nec magna ſpe ſumus. At.93.b. Quo maiorem ſpem habeo, nihil fore aliter ac deceat. & At.237.b. Habere bonam ſpem de aliquo. At. 47.b. Literæ tuæ ſpem mihi magnam faciunt. & 112.b. Pompeius ſpem affert, ſe, &c. I.V.135.b. Afferre metum. )( Oſtẽdere ſpem. I.V.244.a. Ponere ſibi ſpem in aliqua re. &, Ponere firmamentum in aliquo teſte. At.211.b. Sed id quidem mihi in optima ſpe pono. pro Cluen 22.a. Cum ei filij recuperandi ſpes eſſet oſtentata. de N.62.a.b. Miſerum eſt, non habere ne ſpei quidem extremum & commune ſolatium. de In.76.b. Si tum, cum ſpes deſeruiſſet, opitulatus ſit. & At.115.a. Deficit enim non uolũtas, ſed ſpes. Ep.190.a. Si Syriæ ſpes eũ fruſtrata eſſet. At.172.a. Brutus eſt in ſpe magna. & 8.b. Teucri lentum negocium, ſed tamen eſt in ſpe. Att.126.a. Nunc autoritate & conſilio tuo in ſpe firmiore ſumus. de Or.87.a. Collocare magnam ſpem ſuæ dignitatis in aliquo. et I.V.68.a. Collocare ſpem in aliquo honeſto præſidio. I.V.74.a. Habere bonã ſpem de ſe. de Or.121.b. Abijcere ſpem faciendi aliquid. I.V.80. a. Præcidere ſpem alicui faciendi aliquid. Att.128.a. Dum in ſpe pax fuit. Attic.37.a. In eam ſpem adducor, ut, &c. pro Mil.120.a. O' ſpes fallaces. & Attic.20.a. Spes malorum. pro S.R.36.b. Pro re certa ſpem falſam domum retulit. Epiſt.20.a. Siue habes aliquam ſpem de republica, ſiue deſperas. & 256.b. Omnem ſpem tui diligenter curandi in Curio habeo. & 40.a. In te ipſo maximam ſpem habebam. Epiſt.183.a. Reipublicæ ſpes omnis in uobis eſt. de Fin.63.a. Erigi ſpe futurorum. Attic.150.a. & Epiſt. 126.a. Venire in ſpem. & 70.a. Teneri aliqua ſpe. Epiſt. 67.a. Rapi ad ſpem immortalitatis. de Fin.145.b. Ponere ſpem in aliquo. & Tuſcul.235.b. Reponere ſpem in aliquo. Epiſt.70.a. Te enim ſpes aliqua conſolatur. pro Planc. 280. b. Cum tibi uana quædam atque inania falſa ſpe inductus pollicebar. & 281.b. Quibus ego magno in metu meo ſubitò inducor in ſpem, uos, &c. I.V.34.a. Propter bonam ſpem, quæ de illo erat. pro Seſt.22.b. O' dij immortales, quem iam oſtenditis exitum nobis? quam ſpem reipublicæ datis? & Epiſt.62.a. Dare ſpem alicui. pro Syl.174.b. Qui negare noluit, quo plus ſpei Gallis daret. pro Seſt. 18. a. Fieri quædam ad meliorem ſpem inclinatio uiſa eſt. & 11.a. C. Marius ſpes ſubſidiumq; patriæ. I. A.169.a. Adoleſcẽs ſumma ſpe & animi & ingenij præditus. Orat.206.b. Adoleſcens non tam re & uoluntate, quàm ſpe & expectatione laudatus. de Nat.75.a. Patrimonia ſpe bene tradendi relinquimus, qua poſſumus falli. Attic. 119. a. In unius hominis quotannis periculoſe ægrotantis anima; poſitas omnes noſtras ſpes habemus. de Som.130.a. Nec in præmijs humanis ſpem poſueris rerum tuarum. Attic.121.a. Et quædam ſpes mihi quidem non magna, ſed in his locis firma. I.C.107.b. De ſpe conatuq; depelli. pro Planc.270.b. Alia te ratio ad ſpem huius opprimendi excitauit. & pro Dom.218.a. Pompeius ciuitatem ad ſpem libertatis & priſtinæ dignitatis erexit. Poſtquam.206.a. Quis enim ullam ullius boni ſpem haberet in eo, qui, &c. I.C.119.a. Eripit mihi ſpem, quæ ſola hominem in miſerijs conſolari poteſt. I.C.123.b. Si uis improborum ſpem meam fefellerit atq; ſuperauerit. pro Mur. 130.a. Itaque beneficij collocandi ſpem perdidiſtis. pro Flac. 146. b. Eſtis iudicaturi de ſpe bonorum omnium, ſi qua reliqua eſt etiam nunc, quæ fortiũ ciuium mentes cogitationeſq; ſuſtentet. & ibid. Totus ſtatus ciuitatis & ſpes omnium in ueſtra poteſtate & in hoc uno iudicio poſita eſt & defixa. pro Flac. 146.b. Salus noſtra, quæ ſpe exigua extremaq; pendet. Antequam.193.b. Quomodo ſpes ſalutis cæteris reſidebit, cum ciuibus præcluſa ſit expectatio incolumitatis? Epiſt.198.b. Ingredi in ſpem libertatis. & 8.b. Eximia ſpes. de Amic.100.a. Amicitia bona ſpe prælucet in poſterum. de In.56.a. Habere ſpem in fide alicuius. Attic.4.b. Omnem ſpem delectationis noſtræ in tua humanitate poſitam habemus. Attic.91.a. Magna in ſpe ſum, mihi nihil temporis prorogatum iri. Attic. 145. a. Spes quædam me obtentabat, fore ut aliquid conueniret. & ibid. Aegroto dum anima eſt, ſpes eſſe dicitur. Attic.170.b. Omnem ſpem habeo exiſtimationis priuatarumq; rerum, in tua erga me mihi perſpectiſſima beneuolentia. Orat.197.b. Spem infringi, & langueſcere iniuriam. Attic.248.a. Et quidem CCCC.M. certa, reliqua in ſpe. Attic.279.a. Spes omnis eſt in te. & ibid. Spes libertatis nuſquam. Quint.Frat.302.b. Vt cùm ſpe ſumma, maxima, tum maiore etiam animo ſperent, &c. Q. Frat.303.a. Quare magnum fac animum habeas, & ſpem bonam. pro S.R.42.b. Facis iniuriam Chryſogone, ſi maiorem ſpem emptionis tuæ in huius exitio ponis, quàm in his rebus, quas L. Sylla geſſit. Quint.Frat.327.a. Plura ponuntur in ſpe, quàm in pecunijs. Oct.329.a. Cedam uita, quæ quanquam ſollicita eſt, tamen ſi profutura eſt reipublicæ, bona ſpe poſteritatis me conſolatur. pro Mil. 107.b. Magna Clodio ſpes erat in Milonis morte propoſita. pro Mil.116a. In ſpem maximam, et quemadmodum confido, uerißimã adducti ſumus, hunc annum fore, &c.

pro Lig.142.a.Tu idem fer opem,qui ſpem dediſti. Q.de Pet.209.b.In optima ſpe eſſe debebis. I.A.186.a.Vt fortiſsimis militibus ſpes oſtendatur præmiorum. I.A.191.b.Frequentia ueſtrûm Quirites & alacritatem mihi ſummam affert reipublicæ defendendæ, & ſpem recuperandæ libertatis. & 202.b.Magnam ſpem in eius uirtute reſpublica reponit ocij,pacis,concordiæ.& 209.b.Senatus ad autoritatis priſtinæ ſpem reuiuiſcit. I.A.231.a.Populari agros non ad ſpem conſtituendæ rei familiaris, ſed ad præſentem paſtum mendicitatis ſuæ. Offic.75.b.Spes alicuius rei explorata. I.A.228.b.Magna ſpe & propè explorata libertatis cauſam ſuſcepimus. de Amic.107.a.Amici iacentem animum excitet, inducatq; in ſpem cogitationemq; meliorem. de Leg.175.a.Quoniam expectatione rerum bonarum erigitur animus, rectè à Colatino ſpes conſecrata eſt.

Sphæra,ræ. σφαίρα globus. de Nat.35.a.Duæ formæ præſtantes ſunt, ex ſolidis globus,ſic σφαίραν interpretari placet: ex planis circulus aut orbis,qui κύκλος dicitur. de N.37.a.Habent ſuam ſphæram ſtellæ inerrantes, ab æthera coniunctione ſecretã. de Fat.143.a.Si in ſphæra maximi orbes ſunt,medij inter ſe diuiduntur.Tuſ.161.b.& 241.a.Nam Archimedes lunæ,ſolis,quinque errantium motus in ſphæram alligauit. de N.53.b.De ſphæris Poſidonij & Archimedis. & 49.a.Id medium infimum in ſphæra eſt. de Or.157.b. Sphæram in ſcenam,ut dicitur,attulit Ennius.

Spica,cæ.de Fin.146.a.Seges ſpicis uberibus & crebris.de Sen.88.a.Viriditas herbeſcens,&c.cum è uaginis emerſerit, fundit frugem ſpicæ ordine ſtructam, & contra auium minorum morſum munitur uallo ariſtarum.

Spiculum,li.telum,ſagitta. I.P.93.a.L.Craſſus ſpiculis propè ſcrutatus eſt alpes,ut,&c. Ep.68.a.Epaminundas tum deniq; ſibi auelli iubet ſpiculum.

Spicum.ſpica.de N.47.b.Spicum illuſtre tenens ſplendenti corpore uirgo.

Spina,næ. de N.50.a.Animantes aliæ ſpinis hirſutæ, aliæ uillis ueſtitæ. In Arat.Illa uſq; ad ſpinam mergens ſe cærula condit. de Fin.124.a.Spinæ diſſerendi.& 107.b. Spinas uellere.

Spinifer,ri.Spiniferam ſubter caudam piſtricis adhæſit.In Arat.

Spinoſus,a,um.durus,aſper. Or.207.a.Poſtea Dialectici ſpinoſiora multa pepererunt. de Orat.91.b.Spinoſa & exilis oratio. de Fin.90.b.Subtile ac ſpinoſum diſputandi genus. Tuſc.151.b.Hæc enim ſpinoſiora prius me ut confitear cogunt, quàm ut aſſentiar.

Spirabilis,le.flabilis,animalis.Tuſ.156.b.Siue illi ſint animales:id eſt,ſpirabiles. & 163.a. Sed fac igneam, fac ſpirabilem.de N.29.b.Animum illum ſpirabilem ſumpſimus ab aere eo,quem ſpiritu ducimus.& 44.a.Hæc animalis ſpirabiliſq; natura,cui nomen eſt aer.

Spirans,tis.uiuus.pro Mil.119.a.

Spiratio,onis.de N.42.b.l. Aſpiratio.

Spiritus,tus.anima,inſpiratio & reſpiratio,halitus, flamen,animus,elatio animi. de Nat.53.a. Tribus rebus animantium uita tenetur,cibo,potione,ſpiritu. & ibid. Aſpera arteria excipit animam eam, quæ ducta eſt ſpiritu, eandemq; à pulmonibus reſpirat. & ibid. Os adiunctum naribus,ſpiritu augetur. & ibid.In pulmonibus ineſt raritas ad hauriendum ſpiritum aptiſsima. & 54.b. Anima quæ ſpiritu in pulmones ducitur,caleſcit primùm ab ipſo ſpiritu, deinde,&c. de Nat.29.b. Aer ille quem ſpiritu ducimus. & 46.a.Aer ſpiritu ductus,alit animantes.de Nat.49.a.Aer cœli tenuitate & calore temperatus, uitalem & ſalutarem ſpiritum præbet animantibus. de Nat.54.a. Sanguis per uenas in totum corpus diffunditur,& ſpiritus per arterias. Orat.206.b.& pro S.R.30.a. Quid eſt tam commune, quàm ſpiritus uiuis, terra mortuis? de Orat.108.a.Demoſthenes,cum ſpiritus eius eſſet anguſtior, tantum continenda anima in dicendo eſt aſſecutus,ut,&c. de D.129.a.In puero refert,ex qua affectione cœli primum ſpiritum duxerit. pro S.R.40.a.Spiritum quem ducimus,à deo nobis dari.& ad Herenn.34.b.Anhelans ex imis pulmonibus, præ cura ſpiritus ducebatur.& 40.b.Cum magno ſpiritu. de In.58.a.Si ſpiritum ducit,uiuit. Antequam.197.a.Liberè ſpiritum ducendi nullam habeo poteſtatem.Epiſt.143.b.Vt poſsimus ad id tempus reipublicæ ſpiritum ducere.de Orat.159.b. Animæ interclusio,& anguſtiæ ſpiritus.& ibid.Longiſsima eſt complexio uerborum, quæ uolui uno ſpiritu poteſt.Orat.219.b.Oratio,quæ ſpiritu pronunciantis debet inſiſtere. de Nat.30.a. Omnia uno diuino ac continuato ſpiritu contineri. & 65.a.Naturam uno diuino ſpiritu contineri .de Ar.257.b.Eodem tempore ſuſcipimur in lucem,& hoc cœleſti ſpiritu augemur. pro Arch.191.b. Cum uſque ad extremum ſpacium nullum tranquillum et ocioſum ſpiritum duxerimus. pro Seſt.20.b.Aliquis extremo ſpiritu exanguis & confectus. I.C.119.b.Eos frui uita & communi ſpiritu putat non oportere. pro Pom.10.a.Atque eos portus,quibus uitam & ſpiritum ducitis. pro Rab.93.a.Quem non modò foro, ſed etiam cœlo hoc ac ſpiritu cenſoriæ leges carere uoluerunt. I.C.100.a.Poteſt'ne huius uitæ hæc lux Catilina,aut huius ſpiritus cœli eſſe iucundus?cum,&c.I.V.259.b.Auferre ſpiritum ſine ſenſu dolori. & ibid.Excipere extremum ſpiritum alicuius. & Tuſcul.169.a.Ludere extremo ſpiritu. I.V.240.a. Supplicium à libero ſpiritu, & communi luce ſeclusum:id eſt,in carcere. de Orat.143.a.Lingua uel auulſa,ſpiritu ipſo libidinem tuam refutabo. de Orat.160.a. Vt nihil ſit ne ſpiritu quidẽ minimo breuius aut longius. pro Syl.172.a. Res geſtæ credo meæ me nimis extulerũt, & mihi neſcio quos ſpiritus attulerunt. contra Rul.85.a.Hunc regio ſpiritu cum uiderem, &c. Item: Flaminauenti. pro Mar.135.b.Vita corpore & ſpiritu continetur.In Piſ.83.b.Contaminatus ſpiritus. I.A.228.b.Non in ſpiritu uita eſt, ſed ea nulla eſt omnino ſeruienti. & ibid. Eum ſpiritũ, quem naturæ quis debeat, patriæ reddere. de Senect.82.b. Quorum uſq; ad extremum ſpiritũ prouecta eſt prudẽtia.In Arat.* & de N.45.b.Aram,quam flatu permulcet ſpiritus auſtri.de Orat.108.a.Demoſthenes ſumma uoce uerſus multos uno ſpiritu pronunciare conſueſcebat. Offic.58.a.Membra quædam amputantur, ſi & ipſa ſanguine, & tanquam ſpiritu carere cœperunt.

Spiro,as.ſpiritum duco, animam duco, uiuo, ducere animam de cœlo,cœleſti ſpiritu augeri. de N.79.a. Quæ deſeri à me,dum quidem ſpirare potero,nefas iudico.pro Seſt.15.a.Et ſpirante etiam republica ad eius ſpolia detrahenda aduolauerunt. & Q.Frat.303.a.Quædam effigies ſpirantis mortui. pro Dom.240.a.In uiui etiam ſpirantis caput buſtum imponere. de Clar.173.a.Hanc ob cauſam uidetur Lælij mens ſpirare etiam in ſcriptis, Galbæ autem uis occidiſſe. pro S.R.29.a. Non modò ſine cura quieſcere,ſed ne ſpirare quidem ſine metu poſſunt.

Spiſsè.ægrè,difficulter.de Clar.177.a.Spiſsè atq; uix, ut dudum,



ut dudum,&c.ſic nunc ad Antonium Craſſumq; peruenimus:id eſt,obſcurè ac uix.

Spiſſus,a,um.denſus,obſcurus.de Or.128.a.In utroq; genere & principia tarda, & exitus ſpiſsi ac producti eſſe debent. Attic.170.a.Omnia adhuc tarda & ſpiſſa.de Orat.156.a. Sed etiam ſi id eſt aliquanto ſpiſsius, aut ego ſum tardior,attamen diſcant,&c.Q.Fr.315.a.Scribebam illa πολιτικά,ſpiſſum ſanè opus & operoſum.

Splendeo,des.luceo,fulgeo,mico.pro Seſt.16.b. Virtus lucet in tenebris,ſplendetq; per ſeſe ſemper.

Splendeſco,ſcis. de Sen.82.b.Etenim canorum in uoce ſplendeſcit etiam neſcio quo pacto in ſenectute. Parad.116.a. Nihil eſt tam horridum, tam incultum, quod non ſplendeſcat oratione,& tanquam excolatur.

Splendidè.amplè,magnificè,illuminatè.de Clar.182.b.Id melius eſt,quod ſplendidius & magnificẽtius.& pro Quint.17.b. & de Sen.90.b.Magnificè & ſplendidè ornare conuiuium. de Fin.50.a.Quæ ſplendidè dicta ſunt. ad Her.30.b.Splendidè recipere aliquem. Of.1.b.Ornatè ſplendideq; dicere.

Splendidus,a,um.magnificus,delicatus. de Som.128.a.Splendidiſsimus candor. de Fin.61.a. Non tam ſolido, quàm ſplendido nomine uirtutis. de Clar.189.a. Cæſar ſplendidam quandam dicendi rationem tenet.& Or.212.b. Splendidiſsimis nominibus illuminatus eſt uerſus. pro Flac.156.b. Splendidiſsimus atq; ornatiſsimus uir. & de Fin.77.a.C.Plotius eques Romanus ſplendidus. Off.12.b.Splendidiſsimum uideri, quod animo magno elatoq; factum ſit. Parad.123.a.Reuiuiſcat M.Curius,cuius in ulla ac domo nihil ſplendidum fuit, nihil ornatum præter ipſum.

Splendor, oris. nitor, claritas, dignitas, deliciæ. pro Pom.11.b. Nunc imperij noſtri ſplendor illis gentibus lucet. pro Flac.151.b. In imperio atq; in publica dignitate omnia ad gloriam ſplendoremq; reuocanda ſunt. de Or.101.b.Q.Mutij ianua maxima quotidie frequẽtia ciuium & [illegible]ſsimorum hominum ſplendore celebratur. pro Cec.190.a.Falcula ſenator populi Romani,ſplendor ordinis. & pro Syl.167.a.Dignitatis ſuæ ſplendorem obtinere.et pro S.R.42.a.Equeſtris ſplendor.pro Cluen.59.a.Honeſti homines,& ſummo ſplendore præditi. Offic.14.a. Harum rerum duarum ſplendor omnis & amplitudo eſt in poſteriore. ad Heren.39.b.Gemmæ nitor,& ſplendor auri. pro Cæl.53.b.Si te ſplendor huius,ſi nitor offendit. & de Clar.175.b.Curioni ſplendor non defuit. pro Quint.10.b.Huius ſplendor omnis his moribus obſoleuit. de Clar.186.b. Actio eius habebat & in uoce magnum ſplendorem,& in motu ſummam dignitatem. & 187.b. & Or.212.b.Splendor uerborum.pro R.P.128.b.Splendor nominis.

Spoletinus,na.pro Cor.64.b.de Clar.189.b.

Spoliatio,nis.priuatio,direptio.pro Mur.145.a.Miſericordiam ſpoliatio conſulatus magnam habere debet. pro Seſt.13.a.In tanta ſpoliatione omnium rerum. & I.A.165.b.Spoliatio dignitatis. I.V.224.a.& contra Rul.62.b.Spoliatio templi nobiliſsimi.

Spoliator monumentorum Verres.I.V.218.b.

Spoliatrix,cis.pro Cæl.48.a.Venus ſpoliatrix.

Spoliatus,a,um.nudatus. I.P.87.b.Nunc meam ſpoliatam fortunam cum tua florente conferam.At.85.a.Nihil illo rege ſpoliatius,nihil egentius.

Spolio,as. exuo,nudo,denudo,orbo,priuo,diſpolio, ſpolia detraho,eripio,detraho. I.V.208.a.Apollonium omni argento ſpoliaſti, & depeculatus es. & pro Syl.180.b.Spoliare fana ſociorum.pro Planc.263.b.Eſt enim grauius ſpoliari fortunis, quàm non augeri dignitate. & pro Mur.145.a.Spoliatus omni dignitate. de Orat.105.a.Spoliare atque denudare aliquam artem ſuo ornatu. de Orat.121.b. Ornamento quodam ſeſe ſpoliatum uideret. pro Dom.224.b. Cum proſcriptionis metu me frequentia nudarent, uirorum bonorum præſidio ſpoliarent.In Ver.68.b.Idem monumenta antiquiſsima ſpoliauit,nudauitq; omnia. Tuſcul.213.a. Conturbatio ſanitate animum ſpoliat. de Clar.165.b.Cum forum uoce erudita ſpoliatum atque orbatum uideret. pro Cæl.46.b.Parcat iuuentus pudicitiæ ſuæ,ne ſpoliet alienam. pro Flac.158.b.Spolio.)(.Orno.

Spolium,lij.exuuiæ. pro S.R.42.b.Si ſpoliorum cauſa uis hominem occidere.& 43.a.Cruenta ſpolia cuipiam detrahere.pro Pomp.14.b.Cum hunc locum nobis maiores noſtri exuuijs nauticis, & claſsium ſpolijs ornatum reliquiſſent. Off.46.b. Aliorum ſpolijs ſuas opes augere. pro Cor.66.a. An ne de nobis trahere ſpolia fœderatis licebit,de hoſtibus non licebit? Tuſ.179.b.Nec quiſquam è noſtris ſpolia cepit laudibus. Offic.12.b.Salmacida ſpolia ſine ſanguine & ſudore.

Spondalia. eſt genus carminis ſeu cantus, à Spondæo (ut uidetur)appellatum.de Or.126.a.

Spondeo,des.promitto, ſponſionẽ facio.contra Rul.86.b.& pro Plan.268.b.Nulli populo Romano pro me maiores mei ſpoponderunt. Ep.11.b.Dependendum tibi eſt,quod mihi pro illo ſpopondiſti. At.189.b.Scire uelim quando dicar ſpopondiſſe, & pro patre án ne pro filio. & 190.b. Pro Cornificio ab hinc amplius annis XXV. ſpopondi. Attic.251.a.Egit autem pater & filius,ut tibi ſponderem,ſed ita ut tu crederes,cum ipſe cognoſces.pro Cec.286.a. Qui quod ſpopondit,qua in re uerbo ſe uno obligauit,non facit. Ep.150.a.Hoc tibi ſpondeo mi Cicero.pro Mur.145.b. & Ep.207.b. Promitto & ſpondeo uobis. pro Flac.166.b.Filius repetit eam,quam ego patri ſuo quondam pro ſalute patriæ ſpopondi dignitatem. Ep.355.b.Quod ego de me tibi ſpondere poſſum.Ep.211.a.Spondebo enim tibi,uel potius ſpondeo,in meq; recipio eos,&c.& ibi.Sic enim recipiunt,&c. At.173.b.Ea ſpondent,confirmant,quæ,&c.I.V.264.b.Vt aliquãdo ſpondere ſe diceret:id eſt,ſponſionem facere. At.289.a.Reip. quod ſpoponderis, quemadmodum ſoluas, niſi is dependi facilè patitur,pro quo ſpoponderis. & ibid.Magis enim illum,pro quo ſpopondi,quàm me obligaui. I.A.200.a. Quibus honores & præmia ſpopondiſti. I.A.263.a.Panſa aut morte,aut uictoria ſe ſatisfacturum reipublicæ ſpopondit.

Spondæus,æi. Or.218.a.Ne ſpondæus quidem funditus eſt repudiandus, & ſi quod eſt è longis duabus, hebetior uidetur & tardior.

Spongiæ. ſunt leuia quædã & mollia corpora, in quibus ineſt raritas,quæ in ſaxis marinis adnaſcuntur: ac, ſi Ariſt.credimus,ſentiunt. de N.53.b.In pulmonibus ineſt raritas quædam,& aſsimilis ſpongijs mollitudo.pro Seſt.20.a.E foro ſpongijs effundi ſanguinem.

Sponſa,ſæ. At.235.a.Sua cuiq; ſponſa,mihi mea.

Sponſalia,orum.ſponſio & repromiſsio nuptiarum, & quæ ad ſponſam ſponſumue ſpectant omnia. At.95.b. Certos homines ad mulieres miſeram, factis ſponſalibus. Q.Fr.309.b.Ad VIII.Iduum April. ſponſalia Craſsipedi dedi,cui conuiuio Quintus tuus defuit.

Sponſio,onis.omnis ſtipulatio promiſsioq;,ut Paulus Iuriſconſ.docet. I.V.264.b.Cogere eum cœpit,ſponſionem facere cum lictore,ni ſurtis quæſtum faceret. pro Cecin.293.b. Vt ſtatim teſtificati diſcederent,optimè ſponſionem facere poſſent, ni aduerſus edictum prætoris uis facta eſſet. I.A.177.b.P.Rubrius Q.Apronium ſponſione laceſsiuit,ni Apronius dictitaret,Verrē ſibi in decumis eſſe ſocium. & 178.a.Sponſio eſt,ni te Apronius in decumis ſocium eſſe dicat. pro Q.15.b.Sponſio quæ in uerba facta eſt,ſi ex edicto,&c.aliter,ni. pro Q.6.a.Negamus te bona poſſediſſe,&c.in eo ſpōſio facta eſt:id eſt,ni poſſeſſa non ſint.I.V.177.b.Sponſio ſit de capite & fortunis tuis.& 178.a.Facta eſt ſponſio HS.V.mil. pro Q.R.46.b. In ea pecunia legitimæ partis ſponſio facta eſt: id eſt, tertiæ partis.& ibi. Aliquem in anguſtiſsimam formulam ſponſionis includere. pro Q.R.47.a.Pecunia petita eſt certa,cum tertia parte ſponſio facta eſt.I.V.99.b.Sponſionem facere.& 122.a.Pœnis compromiſsisq; interpoſitis. pro Cec.289.a.Prætor interdixit,ut unde deieciſſet,reſtitueret.reſtituiſſe ſe dicit, ſpōſio facta eſt:hac de ſponſione uobis iudicandum eſt.pro Quin.R.47.a.Satis formulæ & ſponſioni feciſſe uideor. pro Cecin.302.b.Vincere ſponſionem. & pro Quin.15.b.Sponſione uincere. de Leg.178.a.Voti ſponſio,qua obligamur deo. ad Her. 31.b. Sed etiam inſuper ipſe grandi ſponſione uinctus eſt. Offic.67.a.Cum is ſponſionem feciſſet,ni uir bonus eſſet. & ibid. Ne aut ſpoliares fama probatum hominem, ſi contrà iudicaſſet,aut ſtatuiſſe uideretur bonum uirum aliquem eſſe.

Sponſor,oris.præs. Ep.92.a.De negocio tuo,quod ſponſor es pro Pompeio,ſi Galba conſponſor tuus redierit,non deſinam cum illo cōmunicare.& 98.a.Vel ſponſor humanitatis tuæ. pro Q.13.a.Cur cæteri ſponſores et creditores non cōuenerint. & I.A.207.b.Quotidie ſponſores & creditores L.Trebellij conueniunt.de Pro.78.a. Cn. Pompeius idem mihi teſtis de uoluntate Cæſaris, & ſponſor eſt illi de mea. Attic.207.a.Marcellus pro Magio ſponſor factus eſt. Attic.154.a. Sic ei probatum eſt, quod ad te ſcribo, ut ipſe crediderit, me ſponſorem accipere noluerit. Attic.5.a.Tulliola tuum munuſculum flagitat,& me ſponſorē appellat. & 6.a.Tulliola tibi diem dat,ſponſorem appellat. Attic.245.a.Sponſor promiſſorum alicuius. Attic.261.a. Sponſores appellare,uidetur habere quandam ἀνσωπίαν. & ibid.Poſſumus,ut ſponſores appellentur,procuratorem introducere.

Sponſus,a,um.pro Q.5.b.Ex ſponſo agere.

Sponſus,ſi. de In.72.a.Horatia ſponſi nomen appellans identidem.

Spontè.ultro, ſua natura, ſuapte, ui ſua, per ſe, à ſe, ſua uoluntate,ſuo iudicio. de In. 42.b. Part.241.b.Qui ſua ſponte & uoluntate aliquid faciunt.& Attic.249.b. Gaudeo id te mihi ſuadere, quod ego mea ſponte pridie feceram.de Leg.165.a.Vera & falſa ſua ſponte,non aliena iudicantur. I.V.113.a.Et quis Volcatio,ſi ſua ſponte ueniſſet,libellam unam dediſſet? I.A.192.b.Gallia ipſa ſua ſponte ſuoq; iudicio excitata. de N.32.a.Ignis per ſe ipſe ac ſua ſponte mouetur.Item: Suapte ui & natura moueri.de Orat.152.b.Si ſua ſponte,quò impellimus,inclinant. Epiſt. 6.b. Pompeius mecum ſæpiſsimè non ſolùm à me prouocatus, ſed etiam ſua ſponte de te communicare ſolet. Attic.5.b.Et ſi mea ſponte antea faciebam. Attic.96.a. Quintus filius ſuapte piè ſanè, me quidem certè multum hortante, ſed currentem animum patris ſui ſorori tuæ reconciliauit. de Orat.160.b. Ipſi pedes occurrent orationi, ipſi inquam ſe offerent, & reſpondebunt non uocati. Poſtquam.198.a.Sempiternam pœnam ſuſtinerem,mea uoluntate ſuſceptam.& I.V.59.a.Hoc tibi mea uoluntate concedam. I.A.215.a.Vt milites fiant ſine ui, ſtudio,ac uoluntate. pro Lig.138.a.& I.A.201.a.Nulla ui coactus, iudicio meo ac uoluntate. & I.V.231.a. Meo conſilio atq; iudicio.de Orat.117.b.Suapte natura facere aliquid.de Clar.177.a. & de Fin.133.b.& 82.a.Sua ſponte,per ſe,à ſe.de Clar. 182.b. A ſe commotus:id eſt,ſponte ſua.

Sportellæ,arum.in ſecundis menſis numerantur,alioqui multa alia ſignificant. Ep.138.b.Dediſcendæ tibi ſunt ſportellæ & artolagani.

Spuma,mæ.de N.71.a.Venus ſpuma procreata,&c. I.V.234.b.Cum ſpumas ageret in ore,arderent oculi,clamare cœpi,&c.

Spumatus,a,um. de D.82.b. Saxáq; canaſalis niueo ſpumata liquore.poetæ.

Spumo,as. ad Her.41.b.Iſte ſpumans ex ore ſcelus,et anhelans crudelitatem.

Spurcè.obſcœnè,turpiter,fœdè,flagitioſè. I.A.179.a.& ad Her. 2.a. Qui in illam miſeram tam ſpurcè, tam impiè dixerit. At.178.b.& I.A.230.b.Deinde perſcribit ſpurciſsimè,quas ob cauſas fecerit.

Spurcus,a,um.lutulentus,impurus,obſcœnus,turpis. Tuſ.183.b.Samnis ſpurcus homo.& pro Dom.218.a.Helluo ſpurciſsimus.de Or.244.b. Aeſernius non ſpurcus homo,ſed doctus & acer.Ex Lucil.

Sputatilicus, a, um. fœdus, ſpurcus, quaſi conſputa, uel ſputo digna. de Clar.188.b. Siſenna defendens, dixit quædam eius ſputatilica eſſe crimina. & ibid.Sputa quid ſit ſcio,tilica neſcio.

Sputum,ti.de Clar.188.b.l.Sputatilicus.

Squaleo,es.ſordeo, mœreo.)(.Niteo. pro Seſt. 9.b. Erat in luctu ſenatus,ſqualebat ciuitas. & pro Mil.105.a.Squalent municipia,afflictantur coloniæ.

Squalidius.aduer.de Fin.107.a.Sed uos ſqualidius,eorum uides quàm niteat oratio.

Squalidior,oris.horridior.Orat.207.a.Sed quia hæc ſua ſponte ſqualidiora ſunt, adhibendus erit in his explicandis quidam orationis nitor.

Squalor,oris.ſordes,ſitus,mœror. Ep.59.a.In luctu & ſqualore ſum. & 234. a. Mihi ante oculos uerſatur ſqualor ueſter. Attic.43.b.Ne illius luctum ſqualoremq; aſpicerem. pro Cluent.21.a.Mater ſqualore filij & ſordibus lætatur.& I.V.261.b. Aſpicite iudices ſqualorem ſordesq; ſociorum. pro Cluen.58.a.Spectaculum ſordiū atq; luctus,& tanti ſqualoris alicuius. pro Mur.144.b.Squalore ſordidus.

Squama,mæ.qua piſces uel ſerpentes teguntur.de N. 50.a. Animātium pluma alias, alias ſquama uidemus obductas.

Squamiferi piſces.In Arat.

Squamoſi corpore piſces.In Arat.

Squilla,læ.piſcis genus. de N.50.b.Pinna cum parua ſquilla,coit ſocietatem comparandi cibi.

St. interiectio, timoris index, aut ſilentium indicens. de Or.132.b. St,tacete,quid hoc clamoris eſt? poetæ. qua qua etiam Teren.in Phorm.uſus eſt.

Stabianum,ni.uilla.Ep.94.

Stabilimen,nis.firmamentum.de N.73.b.Regni ſtabilimen mei.Poetæ.





Stabilio,lis.firmo. pro Seſt.27.b.Qui hanc remp.ſtabiliuerunt. & de Fin.121.a. Stabilire remp.)(.Euertere remp.pro Mar.135.b.Sed niſi hæc urbs ſtabilita tuis conſilijs & inſtitutis erit,uagabitur modò nomen tuum,&c. I.C.122.b.Maximis laboribus fundatum imperium,plurima uirtute ſtabilita libertas. pro Seſt.25.b.Brutus,qui libertatem ciuibus ſtabiliuerat. & de Leg.168.b.Stabilire leges.de D 89.a.Semita nulla pedem ſtabilibat.

Stabilis,le.firmus,conſtans,immutabilis,qui in ſtabilitate eſt, immortalis,certus,perennis,perpetuus,proprius, habens aliquid ſtabilitatis, fundatus,& optimè conſtitutus.)(.Lubricus,incertus.de Amic.100.a.Nulla domus tam ſtabilis,nulla ciuitas tam firma eſt,quæ non odijs atq; diſsidijs poſsit euerti. I.A.169.a.Curio te in matrimonio ſtabili ac certo locauit. pro Seſt.16.b.En cur cæteri reges ſtabilem eſſe ſuam fortunam arbitrentur. de Or.95.b.Nihil tam ad diuturnitatem memoriæ ſtabile eſt, quàm id in quo aliquid offenderis.Or.218.a.Stabilis quidam,& non expers dignitatis gradus.pro Flac.166.a.Via præceps et lubrica.)(.Via plana & ſtabilis.de N.26.b.Non tam ſtabilis opinio permaneret,nec confirmaretur diuturnitate tēporis. de Am.110.a.Aliter enim amicitiæ ſtabiles permanere nō poſſunt. pro Mil.119.b.Vultus ſemper idem, uox,oratio ſtabilis,ac non mutuata.de N.26.a.Stabilis et certa ſententia.)(.Errans & uaga. pro Mur.135.b.Qui ſedem ſtabilē,& domiciliū certum non habet. Top.226.b.Stabile.)(.Incertum.de Vn.196.a.Res ſtabilis & immutabilis.Tuſ.236.a.Stabile & fixum permanens bonum.et 220.a.Robuſta & ſtabilis fortitudo. Acad.8.a.Decretum non modò non falſum, ſed etiam ſtabile, fixum, ratumq; eſſe debet. Off.2.a. Nulla officij præcepta firma,ſtabilia, naturæ coniuncta tradi poſſunt,niſi aut ab ijs,qui,&c.de Am.160.b. Amicitiarum ſua cuiq; permanet ſtabilis & certa poſſeſsio.

Stabilitas,tis.firmitas. pro Mur.134.b.Reſp.quaſſata multa amiſit præſidia ſtabilitatis ſuæ. de N.49.b.Stirpes ſtabilitatem dant ijs quæ ſuſtinent. Tuſ.236.a.Qui enim poterit aut conporis firmitate, aut fortunæ ſtabilitate confidere? de Am.108.b. Beneuolentiam non adoleſcentulorum more,ardore quodam amoris,ſed ſtabilitate potius & conſtantia iudicemus. de Fin.62.b.Quo loco uidetur quibuſdam ſtabilitas amicitiæ uacillare.& 67.b.Eſſe in motu.)(.Eſſe in ſtabilitate.de Fin.66.a.Nam reſtincta ſitis ſtabilitatem uoluptatis habet.& Tuſ.245.a.Hæ ſunt ſententiæ,quæ ſtabilitatis aliquid habeant.Tuſcul.236.a. Fortunæ ſtabilitas.

Stabulum,li.pro Seſt.5.b.Cū Catilina Italiæ caulas,et paſtorū ſtabula præclara cepiſſet.I.A.173.b.Huius in ſedibus pro cubiculis ſtabula,pro triclinijs popinæ ſunt.

Stadium,dij.curriculum,ſpacium.Off.60.a.Qui ſtadium currit,eniti & cōtendere debet quàm maximè poſſit,ut uincat. de Sen.83.b.Olympiæ per ſtadium ingreſſus eſſe dicitur Milo, cum humeris bouem ſuſtineret uiuum. Tuſc.187.a.Curſores in ſtadio exclamant,quàm maximè poſſunt.de Sen.94.b.Quaſi decurſo ſpacio à calce ad carceres reuocari.ad Her.24.b.Sic ut in ſtadium artis Rhetoricæ prodire non audeant.

Stadium.propriè menſura eſt centum uigintiquinq; paſſuum,hoc eſt,pedum ſexcentûm uigintiquinq;. Epiſt. 257.b.Is locus eſt citra Leucadem ſtadia CXX. de Finib. 124.a. Inde uario ſermone ſex illa à Dypilo ſtadia confeſimus.

Stagirites Ariſtoteles,à Stagira patria.Acad.42.a.

Stagna. de D.83.a.Abſurdoq; ſono fontes & ſtagna cietis.contra Rul.88.b.Lacus,ſtagna,&c.

Stans,tis.manens,quod in ſtabilitate eſt. pro Fl.160.b.Stantibus Hieroſolymis. Sal.in Cic.271.b.Aliud ſtans, aliud ſedens de rep.ſentis. de Fin.71.a.Summum bonum puer utra uoluptate dijudicabit? ſtante an mouente?

Statarius. qui ſtat, firmusq; ſtabilis permanet, quiq; in agendo uel dicendo,geſtu motu'ue utitur moderato. de Clar. 175.a. Volo enim ut in ſcena, ſic etiam in foro non eos modò laudari,qui celeri motu & difficili utantur, ſed eos etiam, quos ſtatarios appellant, quorum ſit ſimplex in agendo ueritas,non moleſta. de Clar.186.b.C.Piſo ſtatarius,& ſermonis plenus orator.

Statera,ræ.libra,trutina.de Or.123.a. Ad ea probanda,quæ non aurificis ſtatera, ſed quadam populari trutina examinantur.

Stataſſo.de Leg.175.a.Stataſſandi,&c.

Statiellenſes,ſium.pop. Ep.173.a.Ex caſtris,finibus Stati ellenſium.Bruti.

Statim. continuò, illico, mox, quàm mox, protinus, iam iamq;, quàmprimum, confeſtim,actutum, eueſtigiò, repentè,ſine ulla mora,nulla interpoſita mora, ſine recuſatione,abiecta omni cunctatione,primo quoq; tempore. I.A.191.a.& 192.a. Att.151.a.Sed tibi omnem illius ſermonem ſtatim mittam. Or.216.b.Antè enim circunſcribitur mente ſententia, confeſtimq; uerba concurrunt, quæ mens eadē ſtatim dimittit,ut,&c.de Ar.243.b.Haud poteſt grauioribus à me uerbis uulnerari, quàm eſt ſtatim in facto ipſo ab illo confectus & trucidatus.Orat.200.a. Itaq; hoc ſum aggreſſus ſtatim,Catone abſoluto.At.29.b. Literas ſcripſi ſtatim,ut tuas legerem.de Or.137.b.Malè ſe res habet,quæ ſtatim ut dici cœpta eſt,non melior fieri uidetur. Ep.14.b. De Vatinio autem reditus interceſſerat in gratiam per Pompeium, ſtatim ut ille prætor factus eſt. & 24.b.Meq; ab eo diligi ſtatim cœptum eſſe,ut ſimultatem depoſuimus.Att.191.a.Philippus ut me ſalutauit,ſtatim Romam profectus eſt.

Statio, onis. manſio, & locus in quo naues ac milites ad tempus tutò ſtare poſſunt. Ep.192.a. Vrbs,portus,ſtatio quæ extra urbem eſt. de Sen.92.a.Vetatq; Pythagoras iniuſſu imperatoris, id eſt,dei de præſidio & ſtatione uitæ decedere. Att.97.b.Athenis ſtatio mea nunc placet. l.Præſidium & Portus.

Statiua,orum.ſtatio. contra Rul.74.a.Vrbes,ſtatiua,portus.

Statiuus,a,um.firmus. I.V.241.b.Iſte nouus imperator pulcherrimo Syracuſarum loco, ſtatiua ſibi caſtra faciebat. I.A.244.a. Hæc mea cuſtodia eſt,hoc præſidium ſtatiuum.

Stator,oris.nuncius,tabellarius,apparitor. Ep.28.a Literas à te mihi ſtator tuus reddidit Tarſi ad XXI.Cal. Sext.& 155.b.Præſtò mihi fuit ſtator eius cum literis.& 30.a.Vt ad te ſtatores meos & lictores cum literis mitterem. I.C.107.a.Senatum in ædem Iouis ſtatoris uocaui.

Stator Iupiter dictus eſt,à ſiſto,quia ſtitit, id eſt,ſtare fecit Romanos in fugā à Sabinis uerſos, ut eſt apud T. Liuium lib.1. Antequam.196.b.Iupiter ſtator,quem uerè huius imperij ſtatorem maiores noſtri nominauerūt, cuius templum à Romulo uictis Sabinis in palatij radice cum uictoria eſt collocatum.I.C.99.b.Iupiter ſtator antiquiſsimus,cuſtos huius urbis. & 104.a.Iupiter,quem ſtatorem huius urbis atq; imperij uerè nominamus. de Fin. 104.a. Cum Iouem ſalutarem, hoſpitalem, ſtatorem

dicimus, hoc intelligi uolumus, ſalutem hominum in eius eſſe tutela.

*Statua,tuæ.* ſignũ,imago,forma,ſpecies,ſimulachrũ. de N.88.a.Statua Scipionis,quæ ad Opis per te poſita in excelſo eſt. Q.Fr.320.b.Ad Telluris quidem etiam tuam ſtatuam locaui. de Fin.57.a.Statua eſt in Ceramico Chryſippi.I.P.99.b.Illi ſtatuam iſtius perſimilem,quam ſtare celeberrimo in loco uoluerat, ne ſuauiſsimi hominis memoria moreretur,deturbant. I.A.202.b.Eiq; ſtatuam equeſtrem in roſtris ſtatui placet. & Attic.283.a.Lepido ſtatuam in roſtris ſtatuimus. & pro Seſt. 21.a. Statuere ſtatuam alicui in foro.pro Dom.219.b.Qui tibi ſtatuam in meis ædibus poſuit.pro Seſt.21.a.Ponere ſtatuam. Collocare ſtatuam. )(.Euertere ſtatuam. I.A.224.a.Vtique Coſſ. eam baſim ſtatuamq; faciendam, & in roſtris ſtatuendam locent.& 223.a.Statua ænea pedeſtris. pro Ar. 191.b. Statuæ & imagines non animorum ſimulachra ſunt,ſed corporum. Orat.206.b.Demoſthenis imago ex ære. pro Deiot.147.b. Signum æneum uel marmoreum. ad Heren. 25.b.Chares à Lyſippo ſtatuas facere non iſto modo didicit,ut Lyſippus caput oſtenderet Mironis, brachia Praxitelis, pectus Polycleti,ſed,&c. & I.V.137.b. Qui ſtatuis faciundis præeſſet. pro Dom.235.b.Eius ſimulachrum è marmore in ſepulchro poſitum fuit. pro Dom. 239.a. Q.Martius ſignum concordiæ fecerat,idq; in publico collocarat. & ibid.b.Libertatis ſignum poſuiſti. de Or.145.a. Vna fingendi eſt ars,in qua præſtantes fuerunt Myro,Polycletus,Lyſippus.de Clar.170.b.Canachus,Calamides,Myron,Polycletus. Off.68.a.Omnibus uicis ſtatuæ factæ ſunt,ad eas thus & cerei.

*Statuo,is.* conſtituo,delibero,decerno,ſancio.In Ver. 76.b. Iſte certè ſtatuerat & deliberauerat non adeſſe. Attic.117.b. Diem ex die expectabam,ut ſtatuerem quid eſſet faciendum. & 237.b.Ad ſummam arbitrum me ſtatuebat non modò huius rei, ſed totius conſulatus ſui. Attic.263.a. Conſulibus permiſſum erat,ut de Cæſaris actis cognoſcerent,ſtatuerent,iudicarent. pro Pom.9.a.Statuere modum diuturnitati imperij. pro Mil. 106. a. P. Clodius ſtatuit uexare rempublicam. Antequam.169.b. Statutum eſt atque decretum, omnia perpeti. Epiſt.47. a.Iam ſtatutum habeo,quid mihi agendum ſit. Attic.152. b.Ex illius ſermone ſtatuam, quid mihi agendum ſit. de Orat. 153.a. Quid de captiuo ſtatuendum ac ſentiendum ſit. de Orat.150.b. Non poſſum ſtatuere,utrum,&c.an &c.de Pro.71.a.Statuit ius non dicere,& in eo perſeuerauit. pro Cluent. 56.b. Mulier de amicorum ſententia ſtatuerat,ſatis eſſe quæſitum. pro Muren.130.a.Tot homines tam ingenioſos per tot annos etiam nunc ſtatuere non potuiſſe, rem an litem dici oporteret. Quint.Frat. 293.b.In rebus ſtatuendis & decernendis, &c. & Attic. 263.b.Res,quas Cæſar ſtatuiſſet,decreuiſſet,egiſſet. pro Syl. 176.b. Te enim exiſtimo tibi ſtatuiſſe, quid faciundum putares, & ſatis idoneum officij iudicem poſuiſſe. Attic. 258. a. Statueram enim recta Apia Romam. pro Dom. 234. b. Ius igitur ſtatuetis eſſe, uniuſcuiuſque ueſtrûm deos penates ſubiectos eſſe poteſtati tribunitiæ? de Orat.115.a. Mentes eorum,qui cum aliqua ſtatuendi poteſtate audiant,mouere poſſe. ad Herenn.17.a.Statuere ius æquabile in omnibus. pro Cec.291.a. Vel tenuiſsimarum rerum iura ſtatuere.Epiſt. 64.b.Quantum mihi tribuendum putes,ſtatues ipſe,&ut ſpero,ſtatues ex noſtra dignitate.Acad.3.a.Statuere quid ſit ſapiens,maximè uidetur eſſe ſapientis.Or.199.b.Statuere contra aliquem.

*Statuere.* iudicare,putare. Ep.69.b.Quam quidem laudem ſapientiæ ſtatuo eſſe maximam. & 71.b.Statui noſtræ neceſsitudinis eſſe,&c. de Clar.177.b.Craſſo nihil ſtatuo fieri potuiſſe perfectius.At.3.b.Qui in te ſatis cõſilij ſtatuebam eſſe. & 47.a.Quòd in meipſo ſatis eſſe conſilij decreueras. de Or.85.a. Quòd ego eruditiſsimorum hominum artibus eloquentiam contineri ſtatuam. pro Pom.4.a.Cum ſtatuerem nihil huc niſi elaboratum induſtria afferri oportere.I.V.178.a.Niſi hoc ita ſtatuiſſes,in re tam manifeſta quicquid dixiſſes, te deterius eſſe facturum.I.V.256.a.& 209.a.Cauſam ſibi dicendam eſſe ſtatuerat. Orat.197.b.& 87.b.Sed ego ſic ſtatuo,nihil eſſe, &c.de Orat.119.b. & contra Rul.74.a.Atq; ego ſic ſtatuo & iudico, neminem, &c. pro Seſt. 28.a. Quem ego deum ac parentem ſtatuo fortunæ ac nominis mei. pro Mur.131.b. Cum ille eſſet, ut ego mihi ſtatuo, talis, qualem te eſſe uideo de L.185.a.Plato è Titanum genere ſtatuit eos,qui,&c. Or.203.a.Tamen in ea licentiam ſtatuo maiorem eſſe,&c. pro Quint. 17.a. Si cauſa cum cauſa contenderet,nos noſtram perfacilè cuiuis probaturos ſtatuebamus.

*Statuere.* ponere,collocare.l.Statua. I.V.160.b.Statuitur Lollius in illo conuiuio. Att.284.a.Statuere documentum,ne quis,&c.pro Seſt.18.a.Quæ regio terrarum erat,in qua non regnum aliquod ſtatueretur? de In.71.a. Thebani in finibus æneum trophæum ſtatuerunt.I.V.118 b.Syracuſani ſtatuam poſtea ſtatuerunt. I.C.115.b. Statuere & collocare aliquam ſtatuam. de Leg. 183. b. Super terræ tumulum noluit quid ſtatui, niſi columellam,&c.

*Statura,ræ.* in humano corpore dicitur,quæ figura in Geometria appellatur.idcirco & ipſa ſtatura,figura dicitur:eaq; uel parua,uel magna, uel breuis, uel procera. I.A. 168.b. Velim mihi dicas, L. Tarſecius qua facie fuerit,qua ſtatura. & ad Heren.34.b.Parua ſtatura.de Fin. 132.a. & de In.51.b.Corporis figura,forma,& ſtatura. Tuſc. 159.a. Non enim præcipit, ut membra noſtra, aut ſtaturam figurámue noſcamus. ad Her.39.a. Forma,& ſpecies,& ſtatura appoſita ad dignitatem.

*Status,a,um.* ſtatutus,certus. de Ar.247.b.Statas ſolenneſq; cerimonias pontificatu contineri. Off. 8.b.Si ſtatus dies ſit cum hoſte,uenito.I.A.183.b.Certus dies non ut ſacrificij,ſic conſilij expectari ſolet.

*Status,tus.* conditio,fortunæ conditio, ordo,locus, caſus. Attic. 54. a. Tibi declaraui, aduentus noſter qualis fuiſſet,& quis eſſet ſtatus,atque omnes res noſtræ quemadmodum eſſent. Attic. 178. b. Quo in ſtatu ſim, uides. Epiſt. 8. b. Ex eodem de toto ſtatu rerum omnium cognoſces. pro Cluent.59.a.De totius municipij ſtatu,dignitate, commodiſq; omnibus ſententia fertur. pro Syl. 179. a. Status reipublicæ maximè iudicatis rebus continetur.& 173.a.Statum orbis terræ liberaui.pro Muren. 129. a. Omnia quæ ſunt in imperio & in ſtatu ciuitatis, ab ijs defendi putantur. & pro Flac.146.b. Totum ſtatum ciuitatis in hoc uno iudicio poſitum eſſe & defixum. de Aruſp.258.a.Hunc ſtatum,qui nunc eſt, qualiſcunque eſt,nulla alia re,niſi concordia retinere poſſumus. de Orat. 159. b. Hic ſtatus eſt huius totius mundi atque naturæ,rotundum ut cœlum, terraq; media ſit. Quint. Frat. 298. a. Si in medio ſtatu ſermonis ac prædicationis res eſſent tuæ,nihil abs te eximium poſtularetur. de N.8.a. Nihil ſemper ſuo ſtatu manet. Orat.197.b.Cætera labi, fluere, nec diutius eſſe uno & eodem ſtatu. Off.14.a.Res



acerbas ita ferre,ut nihil à naturæ ſtatu diſcedas. Parad. 118.a.Voluptas mentem ex ſua ſede et ſtatu dimouet.pro Clu.39.b.Declinare de ſtatu ſuo.& de Pro.77.b.Quamuis excipere fortunam malui,quàm de meo ſtatu declinare. Att.132.b.Secutæ ſunt epiſtolæ duæ, quæ me conuellerunt de priſtino ſtatu.Epiſt.78.a. Tamen illa quæ requiris,ſuum ſtatum tenent.& 46.a.Retinere priſtinum ſtatum.In V.110.b.Me de uitæ meæ ſtatu lachrymis ſuis deduxerunt.Or.208.b.Nos aduerſarios de ſtatu omni deiecimus.ad Her.29.a.Fortuna collocauit eum in ampliſsimo ſtatu.pro Cor.58.a.Conditio omnium noſtrûm,locus quo quiſq; eſt natus, fortuna in qua quiſq; eſt naſcendi initio conſtitutus.Item:Hunc uitæ ſtatum uſque ad ſenectutem obtinere.de Ar.258.a.Deteriore ſtatu ut ſimus, unus eſt inferior gradus.& ibi. Vt meliore ſimus loco ne optandũ quidem eſt.de D.127.a. Iis qui eodem ſtatu cœli & ſtellarum nati ſunt,eadem accidere. At.284.a. Tua nobis autoritate opus eſt ad collocandum aliquem ciuitatis ſtatum. pro Dom.222.b.Mihi nihil oberat præter conuerſionem ſtatus & inclinationem communiũ temporum.I.V.68.b. Reſtitui in antiquum ſtatum.contra Rul.61.b. Regũ ſtatus decemuiris donabantur.de Fin.70.b. Iſte non dolendi ſtatus.de Vn.203.a.Atq; is quidem conſtanter in ſuo manebat ſtatu. At.19.b.Nam neq; de ſtatu noſtræ dignitatis nobis eſt recedendum.At.95.a. Per fortunas confer te ad eam curam,ut de omni ſtatu meo cogites.& 141.a. Horũ artificijs effectum eſt,ut reſp.in hunc ſtatum perueniret. & 156.b.Quem uitæ ſtatum amiſerim cogito. Q.Fr.325. a.Liber de optimo ſtatu ciuitatis.pro Cec.293.a.Vis,quæ formidine animum perterritum loco ſæpe,& certo de ſtatu dimouet.Off.26.a.Status,inceſſus,ſeſsio. & 33.a.Atq; utinam reſp.ſtetiſſet,quo ſteterat ſtatu.I.A.210.a. Optimus ciuitatis ſtatus.Par.118.b.Vt in eo ſtatu eſſem, quem neq; fortunæ temeritas,neq; inimicorum labefactaret iniuria.de L.160.b.Agnationibus familiarium ſtatus diſtinguũtur.Or.202.a.Status erectus & celſus, rarus inceſsus nec ita longus.Att.88.a.Quam ſtatuam eſſe eiuſdem ſtatus,amictus,annulus,imago ipſa declarat.Tuſc.202.a.Eo erant uultu,oratione,omni reliquo motu & ſtatu, ut eos Argiuos diceres.Tuſ.207.a.

De Statibus Rhetoricis.uide Part.233.a.235.a.238.b. & de Or.118.a.& b.& 119.a.Item.Or.201.a.& 208.a. Item.Top.229.a.Refutatio accuſationis, in qua eſt depulſio criminis,Græcè στάσις, Latinè ſtatus uocetur.& 259. a.Status,& quaſi conflictio cũ aduerſario.pro Mil.104. a.Quid porrò quærendum eſt? factúmne ſit? at conſtat.à quo?at patet.uidit etiam in confeſsione facti, iuris tamen defenſionem ſuſcipi poſſe. pro Mil. 112.b. Quid opus eſt tortore?quid quæris?occideritne? occidit,iure an iniuria? nihil ad tortorem:facti enim in eculeo quæſtio eſt, iuris in iudicio. Ad diuiſionem ſtatuum.pro Cec.291.a.Ponere rẽ: id eſt,aperire ſtatum.l.Conſtitutio.

*Statutus,a,um.* Status.ta,tum.pro Mil.110.a. Dictatoris Lanuuij ſtatuta ſacrificia noſſe,negocij nihil erat. & Tuſc.173.a. Solenne & ſtatutum ſacrificium.de Ar.251. a.Qui ſacrificia gentilitia illo ipſo in ſacello ſtatuto loco anniuerſaria factitarunt. Epiſt.199.a.Neq; enim ſtatutũ quid in tanta perturbatione habere potuiſti. Ep.47.b.Iã ſtatutum habeo quid mihi agendum ſit:id eſt, cõſtitutum, & deliberatum.

*Stella,læ.* ſidus,aſtrum,formæ igneæ,flammæ, luces, fulgor,lumen.de Som.128.b.Orbis extimus,in quo infixi ſunt illi,qui uoluuntur ſtellarum curſus ſempiterni. de Sõ. 128.a.Hiſq; animus datus eſt ex illis ſempiternis ignibus, quæ uos ſidera ſtellaſq; uocatis,quæ globoſæ & rotundæ diuinis animatæ mentibus circulos ſuos orbeſq; conficiunt celeritate mirabili.& ibid.Stellarum globi terræ magnitudinem facilè uincunt.de N.49.b. Sunt autem ſtellæ natura flammæ.Tuſ.241.b. Sidera certis infixa ſedibus, & ſidera cœlo inhærentia.de N.8.b.& 36.b.Sidera cœlo infixa.& 46.b.Stellæ inerrantes. Tuſ. 161. a. Et aſtra tum infixa certis locis,tum errantia.de N.49.b.Vapores, quibus altæ renouatæq; ſtellæ et omnis æther, refundunt eoſdem.de Fin. 141.b.Vt ſtellæ in radio ſolis ſic bona corporis in uirtutum ſplendore ne cernuntur quidem,&c. Off.31.b.Dinumerare ſtellas.Tuſc.161.a. Qui errantium ſtellarum curſus,progreſsiones,inſtitutioneſq; notauit.de N.9.a. Signa ſideraq; cœleſtia. & de Som.128.a. Lunæ ſtella.& de Or.36.b.Iouis ſtella.de N.8.b.Stellæ uagæ.& de D.83.b.Stellarum motus curſuſq; uagantes. & 121.a. Stellæ traiectio.de N.35.b.Stellæ immutabilibus ſpacijs ab ortu ad occaſum commeant.de N.9.a.Heraclides errantibus ſtellis diuinitatem tribuit.de Vn.201.a. Ex quo genere ea ſunt ſidera, quæ infixa cœlo non mouentur loco, quæ ſunt animantia,eaq; diuina:ob eamq; cauſam ſuis ſedibus inhærent,& perpetua manent.

*Stellans,tis.* ſtellatus.de D.84.a. Luna ſtellanti nocte perempta eſt.& ibi.Nam pater altitonans ſtellanti nixus Olympo.poetæ.

*Stellatis,te.* cõtra Rul.83.a.& 64.b.Ager ſtellatis.

*Stellatus,a,um.* Tuſ.229.b.Stellatus Cepheus.

*Stellifer,a,ũ.* ſtelliger.de Som.229.a.Summus ille cœli ſtelliferi curſus,qui,&c.

*Stelliger orbis.* In Ar.389.

*Stephane,nes.* Parmenidis philoſophi deus, coronæ ſimilitudine.de N.7.b.

*Stercoro,as.* oblino, ſtercus per agrũ ſpargo et ſterno. de Sen.88.b.Homerus Laertem colentem agrum & ſtercorantem facit.

*Stercus,oris.* de D.92.b. Se interfectum in plauſtrũ à caupone coniectum eſſe,ut ſupra ſtercus iniectum: de Or. 157.a.Nolo ſtercus curiæ dici Glauciam.

*Στερητικά.* uide Contrarius.

*Sterilis,le.* nihil ferens.Quin.Frat.313.b. Videt enim hoc genere dicendi ſi utatur,in cæteris Februarium ſterilem futurum.contra Rul.85.a.Ager nihil ferens,niſi multa cultura & magno labore quæſitum.de Clar.166.a. Sic omnis fœtus repreſſus exuſtuſq; flos,ſiti ueteris ubertatis exaruit.

*Sterilitas,tis.* )(.Fertilitas.de Diuin.107.b. Quæ ſit uel ſterilitas agrorum, uel fertilitas futura. contra Rul. 80.a.Ager propter ſterilitatem incultus, propter peſtilentiam uaſtus atq; deſertus.de Ar.251.a. Sterilitas agrorum,inopia frugum.de D.89.a.Mula peperit, fœtus extitit in ſterilitate naturæ.

*Sterno,nis.* conſterno.l.Stratus.pro Cl.20.a.Lectum illum genialem,quem filiæ nubenti ſtrauerat, in eadem domo ſibi ornari & ſterni iubet.de L.182.b.Sternere lectos. & I.A.173.a.Conchyliatis periſtromatis ſeruorũ in cellis lectos ſtratos uideres.I.V.170.b.Imperauit ut in foro ſibi medio lecti ſternerentur.& ad Her.39.b. Vt domi lectuli ſternantur.pro Mur.142.a.Tubero rogatus eſt à Maximo,ut triclinium ſterneret,atq; ille ſtrauit pelliculis hœdinis lectulos punicanos.& I.V.169.a.Apronius triclinium in foro ſtrauerat.At.230.b.Dolobella columnam ſuſtulit, locum illum ſternendum locauit. Att.156.b.Is qui nos ſibi

quondam ad pedes ſtratos non ſubleuabat. In Ar. Ille Qui graui moriens conſtrauit corpore terram.

Sternutamentū, ti. de D. 126. a. Quæ ſi ſuſcipiamus, et pedis offenſio nobis & ſternutamenta erunt obſeruanda.

Sterto, tis. arctè & grauiter dormio. Ac. 23. b. Per me uel ſtertas licet, inquit Carneades, non modò quieſcas. de D. 135. a. Et cum ſtertentes uiderint, obijcere his quædam uiſa tortuoſa, &c. At. 56. b. Marcellus candidatus ita ſtertebat, ut ego uicinus audirem.

Stigmatias, tiæ. ſeruus compunctus notis Threicijs. l. compunctus. Offic. 38. a. Barbarus ſtigmatias, Græcè, ϛιγματίας.

Stilbon. Mercurij ſtella. de N. 36. b.

Stilla. læ. gutta. de Fin. 99. b. Stilla muriæ.

Stillicidium, dij. de Or. 99. a. Parietum luminum, & ſtillicidiorum iura. & Or. 203. b. & Top. 222. b.

Stillo, as. mano. I. A. 166. a. Ille qui ſtillantem præ ſe pugionem tulit, is à te honoris cauſa nominatur.

Stimulator, oris. pro Dom. 225. a. Seditionis ſtimulator & concitator tu fuiſti.

Stimulo, as. ſtimulū adhibeo uel admoueo, pungo, excito, incito, curam affero. pro S. R. 19. b. Hunc mihi ex animo ſcrupulū euelle, qui me dies noctesq; ſtimulat ac pungit. & Par. 109. a. Te conſcientiæ ſtimulant maleficiorum tuorum. pro Dom. 215. a. Fames ſtimulauit homines. Ep. 45. a. Nam ut uetus noſtra ſimultas antea ſtimulabat me, &c. ſic curā mihi affert, &c. pro Pl. 273. b. Nec uides iſtorum ipſorum charitate, ad huius ſalutem defendendā maximè ſtimulari me atq; excitari. pro Dom. 241. b. Qui aram in litore deſerto ſomnijs ſtimulatus aut religione aliqua conſecraſſet. At. 151. a. Me congreſſus Cæſaris ſtimulat, & primas eius actiones horreo.

Stimulus, li. aculeus, incitamentum. pro Arch. 191. a. Nunc inſidet quædam in optimo quoq; uirtus, quæ noctes & dies animum gloriæ ſtimulis concitat. Tuſc. 189. b. Stimulus doloris, fortunæ fulmen. pro Cæl. 39. b. Erant apud illum illecebræ libidinum multæ, erant etiam induſtriæ quidam ſtimuli & laboris. Epiſt. 14. b. Defendendi Vatinij fuit etiam ille ſtimulus, de quo, &c. pro Seſt. 5. a. Admouere ſtimulos alicui: id eſt, incitare illum. & Tuſcul. 198. Stimulos admouent, ignes adhibent. In A. 176. b. Num expectas dum te ſtimulis fodiam? hæc te lacerat, hæc cruentat oratio.

Stinguens. extinguens. In Ar. Quem neq; tempeſtas perimet, nec longa uetuſtas Interimet, ſtinguens præclara inſignia cœli. Priſcianus.

Stingui. in prognoſticis, teſte Priſciano. Vt cum luna means, Hyperionis officit orbi, Stinguntur radij cæca caligine tecti.

Stipatio, onis. pro Syl. 179. b.

Stipator, oris. apparitor, ſatelles. pro Dom. 215. b. Sergius armiger Catilinæ, ſtipator tui corporis. In V. 161. b. Apronius ſtipatores uenerios ſecum habebat. cōtra Rul. 72. b. Ianitores ex equeſtri loco ducentos in annos ſingulos ſtipatores corporis conſtituit, miniſtros & ſatellites poteſtatis.

Stipatus. uallatus, ſeptus. pro Seſt. 23. a. Qui ſtipatus ſemper ſicarijs, ſeptus armatis, munitus iudicibus fuit. & de Sen. 82. b. Senectus ſtipata ſtudijs iuuentutis.

Stipendiarius, ria, um. uectigalis. I. V. 56. a. Socij ſtipendiarijq; populi Rom. & 150. b. Vectigal, quod ſtipendiarium dicitur. de Pro. 71. a. Vectigales multos ac ſtipendiarios liberauit. pro Cor. 59. b. & de Leg. 192. b. Iis præmijs excluſos eſſe ſocios, quæ pateant ſtipendiarijs. In P. 101. a. Liberi populi. )( Stipendiarij.

Stipendium, dij. Ep. 179. a. Dare ſtipendiū militibus. & 8. b. Stipendium Cæſari decretum eſt. At. 75. b. Stipendium militibus uſq; ad Idus Quintil. perſolutum. pro Cæl. 39. a. Mereri ſtipendia. et de Or. 132. b. Cum aſellus omnes prouincias ſtipendia merentem ſe peragraſſe diceret. pro Mur. 126. b. Merere ſtipendia in bello. pro Cor. 67. b. Senatus uictorem exercitum ſtipendio affecit. pro Pom. 9. a. Partem militum, qui iam ſtipendijs confectis erant, dimiſit. Att. 287. b. Decernere triumphum ac ſtipendium alicui, & eum omnibus decretis ornare. de Pro. 74. a. Relatum eſt ad nos de ſtipendio exercitus. pro Cor. 63. a. Hiſpani agris ſtipendioq; mulctati. In P. 98. b. Quid ſtipendium militibus per omnes annos à ciuitatibus numeratū? de Sen. 87. a. Animum tanquam emeritis ſtipendijs libidinis, ambitionis, contentionis, inimicitiarum, cupiditatum omnium ſecum eſſe, &c.

Stipes, tis. truncus. Poſt. 207. a. Cum hoc homine, aut cum ſtipite Aethiope ſi in foro conſtitiſſes, nihil crederes intereſſe. de Ar. 244. b. Stipes ille, qui quorum hominum eſſet neſciremus, niſi ſe Ligurem ipſe eſſe diceret. I. P. 83. b. Qui quanquam truncus aut ſtipes, ſi ſtetiſſet modò poſſet ſuſtinere titulum conſulatus. In A. Hæc medium oſtendit radiato ſtipite malum.

Stipo, as. conſtipo. circumuallo. In A. 189. b. Antonius ſenatum ſtipauit armis. & 187. b. Aliquem multis telis ſtipatum eſſe. I. P. 94. a. Græci ſtipati, quin in lectulis ſæpe plures. pro Mur. 136. a. Catilina ſtipatus choro iuuentutis, uallatus iudicibus atq; ſicarijs. I. V. 220. b. Illum ſpoliatum ſtipatumq; lictoribus uideres. At. 16. a. Cum ad forum ſtipati gregibus amicorum deſcendimus. pro Mil. 101. b. Non uſitata frequentia ſtipati ſumus.

Stips, pis. pecunia, quæ uel in ærarium reponitur, uel dijs offertur, uel mendicis erogatur. de L. 174. a. Præter Ideæ matris famulos, eosq; iuſtis diebus, ne quis ſtipem cogitet.

Stipulatio, onis. eſt uerborum conceptio, quibus is qui interrogatur, daturum, facturumúe ſe id quod interrogatur, reſpondet, ſic eam Pompon. Iuriſcons. definiuit. pro Quin. R. 51. a. Stipulatione aliquem alligare. & de Orat. 118. a. Pacta, conuenta, ſtipulationes. pro Cec. 294. b. & ad Her. 9. a. Aut ſtipulationes aut pacti et conuenti formula. At. 259. a. Et ſi nondum ſtipulationes legeram, tamen rem pridie Iduum uelim conficias. de Leg. 181. a. Vt ea pecunia ex ſtipulatione debeatur.

Stipulatiuncula, læ. de Or. 99. a. l. Mihi.

Stipulator, oris. pro Q. 10. b. Cum à ſtipulatore tuo comparabuntur: id eſt, teſtes.

Stipulo, as, & Stipulor, aris. eſt poſtulare ſibi aliquid promitti ſolenni formula reſtipulādi. pro Q. R. 47. a. Reliquum eſt, ut ſtipulatum ſe eſſe dicat. et ibi. Stipulatus es? ubi? quo præſente? quis ſpopondiſſe me dicit? & ibid. Hæc pecunia neceſſe eſt, aut data, aut expenſa lata, aut ſtipulata ſit. & ibi iterum. de Leg. 181. a. Is cui legatum eſt, ſtipulatus eſt id ipſum quod legatum eſt.

Stirpitus. radicitus. Tuſc. 227. b. Stirpitus extrahere aliquid.

Stirps, pis. radix. de Fin. 126. b. Perſecutus eſt Ariſtoteles animantium omnium ortus, uictus, figuras: Theophraſtus autem ſtirpium naturas, omniumq; ferè rerum, quæ è terra gignerentur, cauſas atque rationes. de Fin. 134. a. Nō enim iam ſtirpis bonum quæreret, ſed animalis: id eſt, uitis.



uitis. & 132. a. Cum arborum & ſtirpium eadem penè natura ſit, quæ animalium. In A. 171. a. In ſeminibus cauſa eſt arborum & ſtirpium. de N. 42. b. Stirpes terræ inhærēt, animantes à reſpiratione aeris ſuſtinentur. de N. 51. b. Baccæ, quæ ex quaq; ſtirpe funduntur. & 52. a. Multæ & pecudes & ſtirpes ſunt, quæ, &c. de Nat. 46. a. Terram ſtirpium aſperitate uaſtari. & 42. b. Stirpes arte naturæ uiuunt et uigent. de Nat. 49. b. Stirpes ſtabilitatem dant ijs quæ ſuſtinent, & ex terra ſuccum trahunt. & 42. a. Arbores tantummodo per ſtirpes aluntur ſuas. Item: Quod ita eſſet ortum è terra, ut ſtirpibus ſuis niteretur. de N. 31. a. Quæ ipſa ex ſe generata ſtirpibus continentur. & Tuſc. 193. a. Ita radices ſunt altæ ſtultitiæ. de N. 58. b. Quarundam ſtirpium & herbarum utilitates longo uſu percepimus. In Ar. Quorum ſtirpes tellus amplexa prehendit. Or. 110. b. Omnium magnarum artium ſicut arborum altitudo nos delectat, radices ſtirpesq; non item, ſed eſſe illa ſine his non poteſt.

Stirps. pro genere, capite, & origine. pro Cæl. 54. b. Hic nunc primùm floreſcens firmata iam ſtirpe uirtutis. de Diuin. 139. a. Superſtitionis ſtirpes omnes eijciendæ ſunt. & In C. 103. b. Stirps ac ſemen malorum omnium. de Fin. 107. a. Differo eam partem, quæ eſt quaſi ſtirps huius quæſtionis. de Fin. 110. a. Qua ex ſtirpe orirentur omnia. de Am. 109. b. Qui aliquandiu propter ignorantiam ſtirpis & generis in famulatu fuerunt. de Leg. 169. b. Hic enim orti ſtirpe antiquiſſima ſumus. pro R. P. 122. b. Qua in familia laus aliqua fortè floruerit, hāc ferè qui ſunt eius ſtirpis, cupidiſſimè perſequuntur. contra Rul. 85. a. Non ingenerantur hominibus mores, tam à ſtirpe generis ac ſeminis, quàm, &c. de Clar. 183. b. Scipionis genus eſt ex ipſius ſapientiæ ſtirpe generatum. & de D. 84. b. O generoſam ſtirpem. Item: Ciuili generoſa ſtirpe profectus. de N. 37. a. Regiam contaminari ſtirpem. de Or. 99. b. Marcelli ab liberti filio ſtirpe Claudij, eiuſdem hominis hæreditatem gente ad ſe rediſſe dicebant. Item ibidem. In ea cauſa fuit oratoribus de toto ſtirpis ac gentilitatis iure dicendū. Tuſc. 192. a. & 208. b. & 235. b. Stirps, origo, progreſſio, radix. de Clar. 176. a. Naturale quoddam ſtirpis bonum degenerauit uicio deprauatæ uoluntatis. de Leg. 156. a. Nullius agricolæ cultu, ſtirps tam diuturna, quàm poetæ uerſu ſeminari poteſt. de Leg. 160. b. Repetam ſtirpem iuris à natura.

Sto, as. conſiſto, maneo, contentus ſum, conſentio. In P. 82. a. Pauliſper ſtetimus in illo ganearum tuarum nidore atque fumo. & Epiſt. 4. a. Cum in ſenatu pulcherrimè ſtaremus. In A. 162. b. Qui hoc ipſo tempore ſtant cum gladijs in conſpectu ſenatus. & In C. 100. a. Is in comitio ſtetit cum telo. de D. 96. a. Lyſandri ſtatuæ, quæ Delphis ſtabat, in capite corona ſubitò extitit. de Leg. 175. a. Ara uetus ſtat in Palatio Febris. de Som. 129. b. Vides eorum partim obliquos, partim auerſos, partim aduerſos ſtare nobis. Acad. 11. a. Antipodes aduerſis ueſtigijs ſtant contra noſtra ueſtigia. pro Syl. 127. b. Eos qui circum iudicium ſtabant audire nolebat. pro Fl. 149. a. Qui domi ſtare nō poterant. pro Cluen. 33. b. Homines, qui tum conſultò propè in occulto ſtetiſſent. & de Orat. 164. b. Stare occulte poſt aliquem. de Orat. 141. a. Iuuenes ſtare ad ianuam duos quoſdam, qui aliquem euocent. contra Rul. 68. b. Tamen ſi qui acutiores in concione ſteterant, ſuſpicabantur, &c. Acad. 34. b. & 36. a. Cum ambo ad ſenatum in Capitolio ſtarent. In V. 233. a. In Curia ſtatua tua ſtabat, & nuda in ea filij. & 140. a. Huius fornix in foro eſt, in quo filius nudus ſtat. In Ver. 88. a. Hæc duo ſigna, quæ ad impluuium tuum ſtant, & multos annos ad ualuas Iunonis Samiæ ſteterunt. ad Her. 24. b. Stare intra carcerem. pro Q. 6. Teſtificantur iſti P. Quintium non ſtetiſſe & ſe ſtetiſſe. ad Heren. 21. a. Stare in ueſtigio. Tuſc. 186. b. Qui ſtat: id eſt, qui in prælio non fugit. & Att. 279. a. Qui ſi ſteterit idem: id eſt, ſi non mutabitur. de Clar. 189. b. Qui auſi aliquando ſunt ſtantes loqui. de Clar. 192. a. Ad ſtantem iudicem dicere. Att. 246. b. Stetiſſe enim te fruſtra ſcribis. de D. 101. b. Cum uirgo ſtaret, Cæcilia ſederet. In A. 165. a. Reſpub. ſtaret, tu concidiſſes. Off. 53. a. Reſpub. euerſa. )( Reſpub. ſtans. de Or. 125. b. Inclinantem erigere. )( Stantem inclinare. Ep. 83. a. Me ſtante. & 13. a. Pro me ſtante. & 117. b. Per quos ſteterim. At. 110. a. Animaduertis quā ſine conſilio res ſtet. Off. 38. b. Itaque parietes urbis modò ſtant & manent, ijq; ipſi iam extrema ſcelera metuentes. Off. 33. a. Vtinam reſpub. ſtetiſſet quo cœperat ſtatu. Att. 78. a. Stamus animis, & conſilijs, ut uidemur, bonis utimur, ſperamus etiam manu. In V. 136. b. Is uidebat iſtius cenſum ſtare nullo modo poſſe. Or. 220. a. Iiſdem uerbis ſtāte ſententia. ad Her. 25. a. Contra hoc nulla ſtaret eorum ratio. de Cl. 176. a. Cum is contra populi ſtudium ſtetiſſet. de Cl. 190. a. Nemo contra perditos ciues à ſenatu & à bonorum cauſa ſtetit conſtantius. de In. 59. a. Stare à mendacio contra uerum. & ibi. A ſe potius quàm ab aduerſarijs ſtare. ad Her. 24. b. Probare rationem aliquam quod ab ea ſteterint uiri probatiſſimi. Ep. 127. a. Modò nobis ſtet illud, unà uiuere in ſtudijs. At. 45. b. Neq; adhuc ſtabat quo potiſſimum. de Fin. 58. b. Stare oportet in eo quod ſit iudicatum. Off. 71. a. Stare conuentis. At. 87. b. Extra quam ſi ita negocium geſtum eſt, ut eo ſtari non oporteat. pro Fl. 156. b. Prætor actionem ſe daturum negauit, re iudicata ſtari oſtendit placere. pro Cl. 37. b. Qui his rebus iudicatis ſtandum putat. At. 121. a. Alterius potius ſtare iudicio quàm ſuo. At. 193. a. Meo iudicio multo ſtare malo, quàm omnium reliquorum. pro Fl. 160. a. Si ſtatuimus ueſtro nobis iudicio ſtandum eſſe de nobis. Off. 74. a. Non enim Regulus ſuo iudicio ſtetit, ſed ſuſcepit cauſam ut eſſet iudicium ſenatus. pro Cluen. 45. a. Nec L. Gellij iudicio ſtetit Lentulus, neq; Lentuli exiſtimatione contentus fuit Gellius, & uterque cenſor cenſoris opinione ſtandum non putauit. Off. 7. b. Promiſſis ſtandum eſſe. At. 112. a. Omnes cupiebant Cæſarem ſtare conditionibus ijs quas tuliſſet. Tuſ. 144. a. & 188. b. Stare ſuis iudicijs, & ſtare iudicio ſapientum. de Fin. 58. a. Stare in eo quod ſit iudicatū. pro Rab. 96. b. C. Marius dedit fidem, ſed in fide non ſtetit. de Fin. 116. b. & de In. 80. a. Cum aduerſario ſtare. At. 24. b. Si in eo quod oſtenderat non ſtat, mihi placet, ea quæ malè empta ſunt reddi. At. 139. b. Literæ tuæ mihi quiddā quo ſtarem inſtillarunt. In A. 164. a. Cum in hac cella Concordiæ cum gladijs homines collocati ſtent. In An. 213. a. Equites Rom. qui frequentiſſimi in gradibus Concordiæ ſteterunt. & 221. b. Quorum ſtatuæ in roſtris ſteterunt, uſq; ad noſtram memoriam. de Leg. 156. a. Multo diutius commemoratione manent quàm natura ſtare potuerūt. In Sal. 273. a. At quanto meliore loco reſpub. ſtaret, ſi, &c. & 274. a. Salluſtius bis ad iudicis ſubſellia attractus extrema fortuna ſtetit.

Stoicè. ſeuerè, Stoicorum more. pro Mur. 141. b. Agit mecum auſterè & Stoicè Cato. & de Diuin. 110. a. Tu quidem, inquam, ſtoicè Stoicorum ſententiam defendiſti. Parad. 116. a. Stoicè, nullis oratorijs ornamentis adhibitis, dicere.

Stoicus,

Stoicus,a,um.pro Mur. 138.b. Fuit quidam ſummo ingenio uir Zeno,cuius inuentorum æmuli Stoici nominã tur.& ibi.Doctrina non moderata,nec mitis,ſed paulo aſperior & durior quàm aut ueritas aut natura patiatur. & ibi multa de Stoicis & eorum doctrina.Ac.33.b.Zeno, qui inuentor & princeps Stoicorũ fuit.de Or. 148. b. Ab Antiſthene,qui patientiam & duritiam in Socratico ſermone maximè adamauit,Cynici primùm,deinde Stoici.de Cl.175.a.Omnes ferè Stoici prudentiſsimi in diſſerendo. & ibi.Stoicorum in dialecticis omnis cura conſumitur. de Or.88.b.Stoici diſputationum ſuarum atq; interrogationum laqueis te irretitum tenerent.et Ac.28.a. Stoicorum dumeta.Tuſ.243.a.Vt iam à laqueis Stoicorũ recedamus. & 193.a.Stoici,qui breuiter aſtringere ſolent argumenta.& 195.a.Hæc dicuntur à Stoicis,concluduntur'q; contortius.de N.9.b.Chryſippus interpres ſomniorum Stoicorum.et 5.a.Q.Lucillius Balbus,qui magnos progreſſus habebat in Stoicis.& At.282.b.Brutus Stoicus. Ep.Habes ſcholam Stoicam.Stoici acerbi.l.Acerbus.

Stola,læ.ueſtis muliebris.In V.217.a. Dianæ erat admodum amplum ſignum cum ſtola.& In A.169.a. Sumpſiſti uirilem togam,quam ſtatim muliebrem ſtolam reddidiſti.& ibi.iterum.

Stolidus,a,um.ſtupidus.de D.132.b.Quanquam ſemper fuit,ut apud Ennium eſt,ſtolidum genus Aeacidarum. Topic.225.b.Quietum,nihil agens,& quodammodo ſtolidum.

Stomachor,aris,indignor,indignè patior,moleſtè fero,iraſcor.de N.20.a.Sed ſtomachabatur ſenex,ſi quid aſperius dixeram.At.264.b.Non dubito quin mirere atq; etiam ſtomachere,quod tecum de eadem re agam ſæpius. pro Plan.273.a.Huic ego ſtomachans faſtidioſe, inquam, &c.Epiſt.253.Si enim ſtomachabere habere & moleſtè feres,plura dicemus.Ep.160.a.Itaq; iucundiſsimis tuis literis ſtomachatus ſum in extremo.de Cl.196.a. Sæpe uidi iraſcentem & ſtomachantem Philippum.de Or.98.b.Dũ in campum properaret & ridens & ſtomachans Scæuola.de Or.133.b.Scipio cum ſtomacharetur cũ C. Metello, dixiſſe dicitur,&c.At.236.a.Amariorem me ſenectus facit,ſtomachor omnia.

Stomachoſè.iracundè.At.159.a.Reſcripſi ei ſtomachoſè ſi uis.aliter,ſtomachoſius.

Stomachoſus,a,um.iracundus.de Or.134.b. Me quidem hercle ualde illa mouent ſtomachoſa & ſubmoroſa ridicula.Ep.44.a.Stomachoſiores, quas meas literas dicis eſſe,non intelligo.de Cl. 186.a. Acumen ſæpe ſtomachoſum,nonnunquam frigidum.

Stomachus,chi.gulæ extremum,per quod, et in quod labitur cibus,& concoquitur.indignatio,ira. de N.53.a. Linguam ad radices eius hærens excipit ſtomachus, quo primùm illabuntur ea,quæ accepta ſunt ore: is utraq; ex parte tonſillas attingens,palato extremo atq; intimo terminatur.de N.51.a.Plataleam conchis ſe implere ſolere, eaſq; cùm ſtomachi calore concoxerit,euomere. Ep. 122. b.Eſſe ſtomacho languenti.& 258.a. Κακοςόμαχος. & 56.a.Accipere uulnus in ſtomacho.At.65.a. Locus ille animi noſtri ſtomachus ubi habitabat olim,concalluit,ut digerat multa cruda facilius.Quin.Fr.326.b. Epiſtola plena ſtomachi & querelarum.Att.252.b. Ne in me ſtomachum erumpant,cum ſint tibi irati. et 68.b.Hæc mihi maiore ſtomacho quàm ipſi Quinto fuerunt.I.V.118.b. Homo exarſit iracundia et ſtomacho.At.245.b.Nec tam animum me quàm ſtomachum habere arbitrantur.pro Mur. 130.b.Si mihi homini uehementer occupato ſtomachũ mo ueritis.Ep.12.a.Non illi quidem ut mihi ſtomachum facerent,quẽ ego funditus perdidi,ſed ut facere ſe arbitrarentur.Ep.26.b.Noſti ſtomachi mei faſtidium in dignitate hominum inſolentium.& 27.b.Ridere in ſtomacho.At.73. b.Ita.mihi uidetur non minus ſtomachi noſtro Cæſari feciſſe.& 93.b.In quo tamen illud mihi riſum magis, quàm ſtomachum mouere ſolet.



Strabo,onis,qui oculis eſt peruerſis.de N.17.a.Ecquos ſi non tam ſtrabones,at petulos eſſe arbitramur?

Strages,gis.clades. Poſt.205.b.Qua ſtrage nonnulli permoti magiſtratus paululum à mea cauſa receſſerunt. I.A.189.b.Ille autem quas fecit ſtrages?ubicunq; poſuit ueſtigia?& de L.188.a.Sed ille quas ſtrages edidit?de D.84 b.Stragem horribilẽ cædem'q; uereri.Att.10.b. Quas ego pugnas & ſtrages edidi?

Strangula ueſtis.ſtragulum.In V.213.a. Per trienniũ quæ iſti plena domo telarum ſtragulam ueſtem confecit, nihil niſi conchylio tinctum.& 81.b.& 112.b. & pro S. R.40.a.

Stragulum,li.periſtroma.Tuſ.240.a. Collocari iuſſit hominem in aureo lecto ſtrato pulcherrimè,textili ſtragulo magnificis operibus picto.

Strangulo,as.faucibus premo,ſuffoco.Ep.124.a.Cæſaris hoſpitem acceptis nummis comprehendit ac ſtrangulauit.& 140.a.Ille partem ſtrangulauit.

Stranguria,riæ.l.Dyſuria.Tuſ.185.a.Quamuis idem forticulum ſe in torminibus & in ſtranguria ſua præbeat.

Stratagema,tis.de N.62. b. Conſilium illud imperatorum fuit,quod græci ςρατήγημα appellant. At.69.a.Rufio noſter ſtratagemate alto percuſsit Veſtorium.

Stratoniceus Metrodorus.Ac.5.b.

Stratonicenſis Menippus orator.

Stratum,ti.periſtroma.Tuſ.240.a.Collocari iuſsit hominem in aureo lecto ſtrato pulcherrimè, textili ſtragulo magnificis operibus picto.aliter,ſtrato pulcherrimo.

Stratus,a,ũ.I.A.173.a.Lectus ſtratus conchyliato periſtromate.& ad Her.40.a.Triclinium ſtratum.Tuſcul. 206.b.Afflictus & ſtratus.Antequam.196.b.Quem ſinguli ſtratum atq; abiectum ſubleuaſtis.& At.156.b. Stratus ad pedes alicuius.de Or.144.b.Hoc eſt altius,quàm ut id nos humi ſtrati ſuſpicere poſsimus.

Stratus,uel Stratos,opp.in Maced.Off.13.

Strenuè.nauiter,fortiter.Q.Fr.309.b.& Att.259.a. Domus utriuſq; noſtrûm ædificatur ſtrenue. & Her. 20. b.Is tamen egit ſanè ſtrenue & agit.Ep.236.a.Sanè ſtrenue accepi tuas literas.pro Rab 96.a.Pro illis ſtrenue arma caperem. Att.255.a.Magis commodè quàm ſtrenue nauigaui.& ad Her.40.a.Puer ſatis ſtrenue & concinnè omnia comparat.

Strenuus,a,um.nauus,induſtrius.)(.Ignauus.At.241 a.Noli me tam ſtrenuum putare, ut ante nonas recurrã. In A.176.b. Vt cognoſceret te ſi minus fortem,attamen ſtrenuum.

Strepitus,tus.ſonitus,ſtridor.Top.225.a. Pedum crepitus,& ſtrepitus hominum.& de Cl.194.b.Strepitus fori.& contra Rul.87.b.& de L.160.a.Strepitus fulminũ. de Ar.248.a.In agro Latinienſi auditus eſt ſtrepitus cum fremitu.Ep.112.b.Hic tibi ſtrepitus,fremitus, clamor,tonitruum.At.220.b.Heri neſcio quid in ſtrepitu uideor exaudiſſe.& de N.43.b.Ingenti ſtrepitu.

Strepo,pis.rixor,iurgo.de D.86.a.Cum Achiui cœpiſſent inter ſe ſtrepere,&c.

Stricte,



Strictè,reſtrictè. de Am.107.a.Strictè obſeruare ne plus reddas quàm acceperis.

Strictim.compreſsius.de N.63.b.Quibus de quæſtionibus tu ſtrictim,noſtri multa ſolent dicere. pro Cl.23.b. Quæ copioſiſsimè dici poſſunt,breuiter à me ſtrictim'q; dicuntur.pro S.R.34.a. Videamus nunc ſtrictim,quæ, &c. At.21.a.Strictim attingere aliquem librum.

Strictus,a,um.diſtrictus.I.A.164.b.Cum tu illum gladio ſtricto inſecutus es.

Stridor,oris.ſtrepitus.Tuſ.250.b. Ne ſtridorem quidem ſerræ audiunt,cum acuitur.& 162.b.Horriſer aquilonis ſtridor,&c.& de D.82.a. Aut denſus ſtridor,&c. contra Rul.80.a. Veri ac fortis Tribuni pl.ſtridorem unum perferre non poſsit.

Strigilis,lis.inſtrumentum quo utebantur in balneis, ad corpora ſtringenda,abſtergenda, & polienda, quanquam & ad equos expoliendos huiuſce nominis inſtrumẽtum adhibeatur,ſed dentatum & ferreum, cum illud eburneum eſſet,ac ſine dentibus. de Fin. 113.a.Si ad illam ampulla aut ſtrigilis accedat.

Strigoſus,a,um.gracilis,tenuis,ſubtilis. de Cl. 170.a. Verum eſt certè genere toto ſtrigoſior:id eſt,habitu orationis minus opimo.

Stringo,gis.comprimo. Offic.74. b. Nullum uinculum ad ſtrigendam fidem iureiurando maiores arctius eſſe uoluerunt.In A.164.b.Cum tu illum gladio ſtricto inſecutus es.

Strophium,phij.faſcia breuis quæ uirginalem tumorem cohibet papillarũ.de Ar.254.a.P.Clodius à ſtrophio, à pſaltrio,&c.factus eſt repentè popularis. & In Clodiũ: Strophium accuratè præcingere.Nonius.

Structor,oris.miniſter ad cibos ſtruendos, menſam'q; inſtruendam comparatus.Quin.Fr.310.a.In aream tuam ueni, res agebatur multis ſtructoribus.At.223.a. Ecce autem ſtructores noſtri ad frumentum profecti inanes redierunt.

Structura,ræ.conſtructio,compoſitio, coagmentatio. de Opt.243.a.Verborum eſt ſtructura quædam.& de Cl. 167.a.Verborum quaſi ſtructura.Or.210.b.Vt fiat quaſi ſtructura quædam.

Structus,a,um.conſtructus.de Sen.88.a. Frugem ſpicæ ordine ſtructam.& Or.209.b.Res collocatæ,& quaſi ſtructæ ac nexæ. & Tuſc.155.b. Speluncæ ſaxis ſtructæ aſperis.

Strues,is.cuiuſcunq; rei conſtructus cumulus ſeu moles,ut lignorum. At.54.Strues Salinarum.

Struma,mæ.eſt tumor (inquit Celſus) in quo ſubter cõcreta quædam ex pure & ſanguine,quaſi glandulæ oriuntur.At.28.b.Deniq; Vatinij ſtrumam ſacerdotij διβάφῳ ueſtiant.pro Seſt.26.a.Hi medentur reip. qui execant peſtem aliquam tanquam ſtrumam ciuitatis.

Struo,is.molior.Oct.330.a. Aduerſus quos aciem ſtruis?de Or.158.b. Collocationis eſt componere & ſtruere uerba.& Or.220.a.Compoſiti oratoris bene ſtructam collocationem diſſoluere,permutatione uerborum. At.145. b.In poſterum bellum ἄσπονδον ſtrui exiſtimo. At.81.a. Sed dices meipſum mihi ſolicitudinẽ ſtruere. de Or.127.a. et de Cl.190.b.Ex his locis & odium in alios ſtruere diſcemus,& à nobis & à noſtris dimouere.pro Cl.55.a.Struere & moliri aliquid calamitatis cuipiam.Quin.Fr.327.a. Reliqua ad iacturam ſtruentur. aliter, reſeruentur. ad Her.14.b.Struere controuerſiam de nomine. & Ep. 85. b.Struere periculum ruinæ.



Studens,tis. pro Plan. 277. b. Hiſce ego auxilijs ſtudentibus atq; incitatis uti poteram.

Studeo,des.ſtudium uel operam do,ſtudium in aliqua re pono,faueo,cupio. de Or.85.b. Nemo ferè ſtuduiſſe ei ſcientiæ uehementius uidetur,quin quod uoluerit conſecutus ſit.& In V.61.a.& Ep.8.b.Si optimis à pueritia diſciplinis atq; artibus ſtuduiſſes.Or.200.b.In hoc orationum genere,cui nunc ſtudes.de Or.102.a.Nunc quibus ſtudendum rebus eſſet accepimus.de Or.108.a. Demoſthenes eius ipſius artis,cui ſtudebat,primam literam non poterat dicere.de Or.107.a.& de Leg.158.a.Si ab adoleſcentia iuri ciuili minus ſtuduerimus.de Clar.195.a.Studere literis, quibus fons eloquentiæ continetur.Poſt.207.a.Cum uerò literas ſtudere incipit,& helluo immanis cũ græculis philoſophari,tum eſt Epicureus. & de Fin.125.b. Vt id ipſum,quod ſtudet facere poſsit ornatius. & Epiſt. 109. b. Facilè cognoui ex tuis literis,quod ſemper ſtudui,in, &c. & In A. 208. b. Vnum ſentitis omnes,unum ſtudetis M. Antonij furorem extinguere.Orat. 205. b. At hic noſter ad hoc unum eſt natus,huic generi ſtudet uni. de Fin. 121. a.Studere laudi & dignitati. & de Diuin.94.a. Tum'q; uel maximè laudi ſtudent. de Or.129.b. Cui rei,cui gloriæ,cui uirtuti ſtudes?patrimonióne augendo?at,&c. ad Her.14.a.Si partes,quibus illi ſtudẽt lædantur. pro Mur. 142.b.Cur quenquam ut ſtudeat tibi,ut te adiuuet, rogas. pro Cæl.39.a.Multi boni adoleſcentes illi homini nequam atq; improbo ſtuduerunt.& b.Cælius ſtuduit Catilinæ iterum petenti. At.62.b.Pompeius Scauro ſtudet, utrũ fronte an mente dubitatur.I.A.16.a.Ego ſemper ocio ſtudui. de Fin.61.a.Cum ſerò ſentiũt fruſtra ſe aut pecuniæ ſtuduiſſe,aut imperijs,aut opibus,aut gloriæ.I.Sal.273.b.Quãtũ quiſq; reip.ſtuduit,tantum mihi fuit aut amicus aut inimicus.pro Cæl.42.b.Cælius ſtuduit præturæ.In C.97.b. Studere reb.nouis.ad Her.33.b.Stude uerũ inuenire.de N. 74.b.Parens difficilis qui te nec amet,nec ſtudeat tui.poetæ.At.210.a.Scire igitur ſtudeo quid egeris. Part.229.b. Studeo ex te audire,quæ,&c.pro S.R.42. b. Studeo facere aliquid.de Or.122.a.Ars demonſtrat, ubi ſit illud quod ſtudeas inuenire.& 93.b. Ego uerò, inquit, iſtis obſequi ſtudeo.Att.283.b.Nos Lepidum honore ſtuduimus à furore reuocare.In C.108.a.Quos ego non tam ulciſci ſtudeo quàm ſanare.Ep.179.b.Diſſenſionem naſcentem extingui ſummè ſtudui.de Cl.186.a.Gradus tuos, & quaſi proceſſus dicendi ſtudeo cognoſcere.Off.38.a. Noſtri imperatores ex hac una re maxima laudem capere ſtudebant. In Ar.Hoc caue te ponto ſtudeas committere menſe.de Clar. 183.a.Sed idem Aelius Stoicus eſſe uoluit,orator autẽ nec ſtuduit unquam,nec fuit.

Studioſè.cupidè,ſtudiò. de Cl.173.a. Studioſè audire aliquẽ.& At.262.b.Studioſè diligenter'q; curare aliquid. de Fin.98.b.Quare ſtudioſè attendo te.pro S.R.33.b. Nõ ſtudio accuſo,ſed officio defendo.In V.60.b. Libenter ſtudioſe'q; audire.de Or.132.a.Studioſè ludere.

Studioſus,a,ũ.cupidus,amans,obſeruans, qui literis delectatur,cui aliqua res in ſtudio eſt,qui ſtudio eſt alicuius, alicuius rei ſtudio præditus. I.V.132.a. Quẽ in prouinciæ exiſtimationis meæ ſtudioſiſsimũ cupidiſsimum'q; cognoui.At.120.a.Iſte reſtituendi mei q̃ retinendi ſtudioſior. & 50.a.Ego mei ſtudioſos habeo Dyrrhachinos. et de Cl. 170.a.& Epiſt.6.b. Habet enim certos ſui ſtudioſos,qui, &c.Acad.31.a.Democritus ſtudioſus nobilitatis.de Orat. 107.a.Vir dicendi ſtudioſus.& Ep.48.a.Studioſus doctrinarum.Ac.24.b.Homo & acutus ut Pœnus,& ualde ſtudioſus.

dioſus.de Opt.244.a.Suſcepi laborem utilem ſtudioſis. Q.Fr.323.a.Is ſummo ſtudio eſt Pæonis ſui præceptoris. & Tuſ.182.b.Quibus magis labor in ſtudio eſt quàm ocium. At.12.a.Studioſus ac fautor.Item:Attici noſtri te ualde ſtudioſum eſſe cognoui.

Studium,dij.cupiditas,beneuolentia,ſingularis uolũtas in aliquem,uoluntas in aliquem propenſa, animi uoluntas propenſa.de In.50.b. Studium eſt aſſidua ac uehemens ad aliquam rem applicata magna cum uoluntate occupatio:ut philoſophiæ,poetices, geometriæ, literarum. de N.3.a.Vt ſtudia cupiditatesq; honorum ambitionesq; ex omnibus ciuitatibus tollerentur.Item:Vnde hoc philoſophandi ſubitò ſtudium extitit.I.V.83.a.Cupiditas et ſtudium defendendæ ueritatis. pro Q.2. a. Alicuius ſtudio ac cupiditati morem gerere.At.140.b.Me ambitio quædam ad honorum ſtudium duxit.de Or.108. b. Incenſus ſtudio dicendi.& At.260.a.& Top.221.a.Cum cernerem te ardere ſtudio. de D.109. b. Quorum ſtudio legendi meum ſcribendi ſtudium uehementer indies incitatur. Off.13.a. Declaratur autem ſtudium bellicæ gloriæ,quod,&c.Tuſ. 241.b.Deinde ad inueſtigandum ueritatem ſtudio incitato. pro Pom.7.b.Cum claßis ſtudio inflammato ad Italiam raperetur.de Clar.163.b.Admirabili quodam ad philoſophandum ſtudio concitatus. Att. 6. b. Summum me eorum ſtudium tenet.& Acad.39. b. Teneri ſtudio alicuius rei.de Or.93.a.Ego qui ab ineunte ætate incenſus ſum ſtudio utriuſq; ueſtrûm,&c.& ibid.Quod ego non ſuperbia feci,neque quo tuo ſtudio rectißimo atq; optimo non obſequi uellem.Off.42.a.Iuuenes magna ſpectare, & ad ea rectis ſtudijs debent contendere.Att.260.a.Ardeo ſtudio hiſtoriæ.de Or.164.b.Studium flagrans. Acad. 17.a. Ardere ſtudio faciendi aliquid.de Fin.77.b. Ardenti ſtudio facere aliquid.de Or.91.b.Nobis ſtudium illud dicendi acerrimum defuit.et At.5.a.Efferri ſtudio in aliqua re. & de N.13.a.Sed elatus ſtudio longior fui. Quin.Fr.295. b.Qui omne ſuum ſtudium in doctrina ac ſapientia collocaſſent.de Cl.178.a.Adhibere multum ſtudij ad dicẽdum, & ad omnes bonarum rerum diſciplinas.de Fin.49.a. Ponere multum ſtudium in aliqua re. de Orat.90.a.Qui in his artibus cognoſcendis atq; tractandis ſtudium ſuum omne poſuerunt. Tuſc.229.b.Qui in rerum contemplatione ſtudia ponebant.Ep.48.a.Dare,ſtudium ſuum alicui largiri.de Or.102.a.Cohortatione alicuius concitari ad ſtudium cognoſcẽdæ uirtutis. Quin.Fr.295.b. Cui in doctrina, cui in uirtute atq; humanitate percipienda plurimum à pueritia ſtudij fuiſſet & temporis. In C.106.a.Diuerſa Catilinæ ſtudia in dißimili ratione.pro Plã.263.a.Hic habuit ſtudia ſuorum ardentia. & 261. a.Comitijs ædilitijs ſtudium eſt populi,non iudicium.de Cl.193.b. Ego autem iuris ciuilis ſtudio multum operæ dabam Quin. Scæuolæ. pro Quin.12.b.Studium partium.pro Font. 279. b. Aliqui ex ciuilibus ſtudijs atq; obtrectatione domeſtica inimici.& ibi.Cum ſtudiorum ſuorum obtrectationem ſuſtuliſſent.pro Cluen.32.b.Is uitia quæ ab natura habet, etiam ſtudio atq; artificio quodam malitiæ condiuit. pro Cor. 63.a.Gaditani ab omni ſtudio ſenſuq; Pœnorum mentes ſuas ad noſtrum imperiũ nomenq; flexerunt. de Am.104 b.Studium ſemper adſit, cunctatio abſit. de Or.108.b. Patris ſtudium in filijs erudiendis.de In.75.a.Pro meo ſtudio quod in uos habui ſemper. Att.113. b.Tua erga me officia plena tui ſuauißimi ſtudij. At.284.b.Studium tuũ curáq; de ſalute mea.In A.169.b.In illo apparatißimo ſpectaculo ſtudium populus Romanus tribuit abſenti.Epiſt.64.b. Tibi polliceor eximium & ſingulare meum ſtudium. & I.C.123.b.Pro meis in uos ſingularibus ſtudijs. pro Mur. 134.b.Hæc,amicorum ſtudia debilitant. & ibidem. Amici ſtudia deponunt.pro Rab.192.b.Cum tanto ſtudio C.Rabirius totius Apuliæ,ſingulari uoluntate Campaniæ uicinitatis ornetur. Attic.116.b.Te hortor pro tuo ſingulari perpetuoq; ſtudio in remp.ut,&c. Att. 277.b.Tibi omnes nauare operam & ſtudium uolunt. de Orat.240.a. Vellem Bruto tuum ſtudium nauare potuiſſes. & 245.a. Ex omnibus mi Dolobella ſtudijs in me & officijs, quæ ſumma ſunt,hoc ſcito mihi,&c.Quint.Frat.323.b.Cicero noſter ſummo ſtudio eſt Pœonij ſui rhetoris, &c. Epiſt. 10.b.Omnia in te ipſum ſumma & ſingularia ſtudia debeo.Quin.Fr.315. b.Te rogo,ut omnia tua ſtudia in eum conferas.At.Pompeius ſignificat ſtudium erga me nõ mediocre.pro Cæl.47.a.Studia delectationis,ut ludus,iocus, conuiuium.)(.Studia laudis,&c. Offic.21.a.Neque enim ad ludum & iocum facti eſſe uidemur, ſed ad ſeueritatem potius & ad quædam ſtudia grauiora atque maiora. de Leg.172.a.Plato ſtudij & delectationis,non reipub. cauſa ſcripſit leges.pro S.R.26.a.Studium colendi agri à patribusfamiliâs maximè laudatur. & ibidem. Studium, quod ad agrum colendum attinet. de Sen. 92.b.Sunt pueritiæ certa ſtudia. & 93.a.Sunt extrema quædam ſtudia ſenectutis. de Fin.125.a. Suo quiſque ſtudio maximè ducitur.Tuſcul.182.b.Lacænæ uirgines,quibus magis palæſtra,Eurotas,ſol,puluis,labor,militia in ſtudio eſt, quàm fertilitas barbara.& pro Sex.Roſc.41. b.Me in eo ſtudio eſſe confiteor. de Am.115.b.In ſtudijs cognoſcendi ſemper aliquid atque dicendi remoti ab oculis populi omne ocium tempusq; contriuimus.de Senect. 87. a. Studia doctrinæ pariter cum ætate creſcunt. & ibid. Si uerò habet aliquid tanquam pabulum ſtudij atq; doctrinæ, nihil eſt ocioſa ſenectute iucundius. pro Cæl.49.a.An ille uir illa humanitate præditus,illis ſtudijs,artibus, atque doctrina potuiſſet?&c.pro Cor.55.a.Viri literati ac ſtudijs doctrinisq; dediti.de D.109.b.Tum priſtinis orbati muneribus, hæc ſtudia renouare cœpimus. de Fat. 140.a.Hircius hic ſtudijs,in quibus nos à pueritia uiximus,deditus. de Orat. 87.b.Quare pergite adoleſcentes,& in ſtudium, in quo eſtis,incumbite. de Orat.99.b.Homo à iuris ſtudio non abhorrens. Attic.124.b.In ſtudijs ac literis noſtris conſumo omne tempus.de Orat.108.a.Hiſce ego cohortationibus Craſſe ad ſtudium & ad laborem incitandos iuuenes uehementer aſſentior: cætera quæ collegiſti ex uarijs & diuerſis ſtudijs & artibus,ab oratoris proprio officio atque munere ſeiuncta eſſe arbitror. & 107. b.In omni recto ſtudio atque humanitate uerſari. & 93.a.Totius huius uel ſtudij,uel artificij,uel facultatis diſputatio. de Leg. 187.a.Demetrius & doctrinæ ſtudijs, & regenda ciuitate princeps eſt.de Leg.177.b.Ciuitates totas malis ſtudijs malisq; doctrinis repentè euerti. Quint.Frat. 295.b.Nos ea quæ conſecuti ſumus, his ſtudijs & artibus eſſe adeptos,quæ ſunt nobis à Græcia traditæ.& 294.a. Vir optimarum artium ſtudijs eruditus.Or.200.a.In maximis occupationibus nunquam intermittis ſtudia doctrinæ. pro Arch. 186.a. Vir eruditißimis hominibus & liberalißimis ſtudijs affluens.ibidem. In ſtudijs humanitatis ac literarum uerſari.Orat. 85. b. Qui in artium ſtudijs liberalißimis ſunt doctrinisq; uerſati.Att.65. a. Retuli me ad literas & ſtudia noſtra.pro Cæl.42.a.& ibidem. Studium doctrinæ atq; humanitatis.ibidem. Adoleſcens rectißimis ſtudijs atq; optimis artibus præditus. pro Arch. 186. a.





Archias ſe ad ſcribendi ſtudium contulit. & 185.b.Ratio aliqua ab optimarum artium ſtudijs & diſciplina profecta.pro Mur.139.b.Cato recentibus præceptorum ſtudijs flagrans.& 130.b.Qui oratores euadere non poſſunt,ad iuris ſtudium deuenire. de Ar.247.b.Si cui fortè uideor pluſquam cæteri,qui,etc.uerſari in ſtudio literarum.Ep. 130.a.Exercere ſtudia literarum.de Fin.125.b.Vt aliquid ſuorum ſtudiorum philoſophiæ quoq; impertiat.et de D. 108.b.Cohortari aliquem ad ſtudium philoſophiæ. de Cl. 169.a.Extra Græciam magna dicendi ſtudia fuerunt.Of. 1.a.Quoniam in eo ſtudio ætatem conſumpſi. de Or. 86. a.Cæterarum artium ſtudia ferè reconditis è fontibus hauriuntur. & 85.a.Studia,quæ reconditis in artibus,& in quadam uarietate literarum uerſantur.Epiſt.9.a.Referre ſe ad ſtudia literarum.& de Or.85.a.Referre animum ad ſtudia,&c. Att.282.a.Euigilare in ſtudio.& de Orat. 146.b.Vacare ſtudijs.Top.221.a. Vterq; noſtrûm ad ſuũ ſtudium libros euoluebat. de Orat.86.b.Græci ocio ſtudioq; abundantes. & Epiſt.83.a. Plurimo doctrinæ ſtudio. Tuſcul.182.b.Quibus palæſtra,labor, militia in ſtudio eſt. de In.74.b. Voluntas & ſtudium ferè idem. Off.44.a. Studium & beneuolentia idem. Attic. 194. b.Voluntas, ſtudium, cupiditas. Poſtquam. 198. b. Et tum in ſtudijs ueſtris tanta animorum declarata eſt uoluntas,ut,&c.

Stultè.dementer,inſipienter,incautè.At.108.a.Stultè & incautè omnia agi uideo. & de Or.134.a.l.Stultus. Attic.205.a.Et ſi ſcripſeram ad te tunc ſtultè.de Leg.Stultè arrogans.

Stultitia,tiæ.fatuitas.Tuſ.192.b. Stultitiam enim cenſuerunt inconſtantiam,id eſt ſanitate uacantem.Tuſ.193 a.Ita ſtirpes ſunt altæ ſtultitiæ. & 206.b. Eſt proprium ſtultitiæ,aliorum uicia cernere, obliuiſci ſuorum. de N.6. b.Miſerius ſtultitia nihil dici poteſt. de Orat.95.a.Oratoris peccatũ ſtultitiæ peccatum uidetur, ſtultitia autem excuſationem non habet.& 156.a.Malo indiſertam prudentiam quàm ſtultitiã loquacẽ.de D.127.a.O delirationem incredibilẽ,non enim omnis error ſtultitia eſt dicenda.de N.77.a.Stultitia eſt, à quibus bona precamur, ab ijs dantibus nolle ſumere.pro R.P.126.a.Sed huius facti ſtultitiam,maior iam ſuperior ſtultitia defendit.

Stultus,ta,tum.fatuus,delirus,mente captus,male ſanus,demens,amens,nullius conſilij. Ep.140.b.Stultorum plena ſunt omnia.In An.187.b.Vt hominem ſtultum etiã magis infatuet,mercede publica.In P.92.a.O ſtultos Camillos,ò amentem Paulum.Or.203.b.Stulto ſapientis orationem affingere.de Or.134.a.Non ſtultum quaſi ſtultè cum ſale dicere aliquid. pro Font.278.b.Stultus auditor & credulus.)(. Sapiens iudex. de Sen.84.a. Senex ſtultus, credulus, obliuioſus. de Amic.114.a. Hæc eſt in fabulis ſtultißima perſona credulorum atq; improuidorum ſenum.

Stupefio,fis.de Or.147.b.In quo igitur homines exhorreſcunt?quem ſtupefacti dicentem intuentur?

Stupeo,es.In V.255.a.Confirmant ipſi ſe, cum is etiam tum ſemiſomnis ſtuperet.& At.108.a.Sed ſtupent omnes. de Som.128.b.Quæ cum intuerer ſtupens,quis inquam,&c.de Fin.80.b.Hæc cum loqueris, nos Varrones ſtupemus.

Stupeſco,ſcis.de Orat.152.a.Aſpicere,admirari,ſtupeſcere.

Stupiditas,tis.ſtupor,tarditas.I.A.175.b.In quo primum incredibilem ſtupiditatem hominis cognoſcite.

Stupidus,a,um.ſtupens,bardus.de Fat.142.a.Zophyrus phyſiognomon ſtupidum eſſe Socratem dixit & bardum.Parad.123.a.Actœnis tabula te ſtupidũ detinet. ad Her.40.a.Omnes ſtupidi timore obmutuerunt.

Stupor,oris.ſtupiditas.Tuſc.192.b.Immanitas in animo,ſtupor in corpore. In A.166.a.Sed ſtuporem hominis,uel dicam pecudis uidete.& 182.b.Qui morbo aliquo uel ſenſus ſtupore ſuauitatem cibi non ſentiunt.pro Dom. 232.b.Eamq; animi duriciam ſicut corporis,quod cum uritur non ſentit,ſtuporem potius quàm uirtutẽ putarem. de Ar.244.b. Si autem id non ſentit, periculum eſt,ne ſe ſtuporis excuſatione defendat. In A.186.b.Qui propter hæſitantiã linguæ ſtuporemq; cordis cognomẽ ex ignominia traxit. & I.P.79.b.Stupor debilitasq; linguæ, tarditas ingenij.I.A.173.a.Quis te tantus ſtupor oppreßit, ut non ſcias,&c.& 166.a.Eſto ſit in uerbis tuis hic ſtupor, quanto in rebus ſententijsq; maior?

Stupro,as.conſtupro,ſtuprum infero,ſtuprum offero,uim affero,pudicitiam eripio,ſtuprum cum aliqua facio.Epiſt.66.a.Qui tot ingenuas matresfamilias ſtuprauit. & de Fin.140.a.Virginius interfecit filiam,ne ſtupraretur.de Fin.78.b.Stuprata per uim Lucretia à regis filio,&c.pro Dom.238.a. Qui religiones omnes pollueris,aut ementiendo aut ſtuprando. de Ar.251.a.Puluinar quod ſtupraras.

Stuprum,pri.inceſtum,omniſq; lege uetita libido. Of. 59.b.Gyges reginæ ſtuprum intulit. & Parad.120.a.In aliquam domum ſtuprum inferre.In P.100.a.Clodius ſtuprum Bonæ deæ puluinaribus intulit.& de Ar.245.b.& de L.171.a.Sex.Tarquinius uim Lucretiæ attulit.de 140. a. Lucretia per uim oblatum ſtuprum uoluntaria morte luit. de N.73.a.Qui non ſat habuit coniugem illexiſſe in ſtuprum.& I.C.106.a.Quod nefarium ſtuprum non per illum.Antequam.195.b.A me luxuries ac ſtupra Caſſij pœnas repetunt.Poſtquam.306.b.Conſul proceßit ſomni,uini,ſtupri plenus.Tuſ.225.b.Stupra dico & corruptelas & adulteria,inceſta deniq;.pro Dom.234.b. Iſte, qui non ſolùm aſpectu, ſed etiã inceſto flagitio & ſtupro polluit cerimonias. Oct.331.b. Pop.Rom.pro turpi ſtupro datus in ſeruitutem.pro Mil.115.a.Clodius cum ſorore germana nefarium ſtuprum fecit.

Stylus,li.inſtrumentum,quo in tabulis ſcribebant ueteres.hinc factum eſt,ut ſtylus pro ſcriptione,uel dictione caperetur.Orat.97.a.Stylus optimus dicendi effector & magiſter.& ibi.Omnia ſub acumen ſtyli ſubeant neceſſe eſt.& 197.b.Stylus perfector dicendi ac magiſter. & de Cl.173.a.Etiam artifex,ut ita dicam,ſtylus.& Ep.107.a. Stylus dicendi opifex. de Or.160.b.Hanc ad legem cùm exercitatione,tum ſtylo,qui & alia & hoc maximè ornat & limat,formanda nobis oratio eſt.& ibi.Cõſuetudo illa ſit dicendi atq; ſcribendi.& 117.b.In ſumma ubertate ineſt luxuries quædam,quæ ſtylo depaſcenda eſt.Or.210. b.Sed tamen ſtylus exercitatus efficiet facilè hanc uiam componendi.de Clar.179.b.Orationes Attico ſtylo ſcriptæ.& 172.b.Dein cum ocioſus ſtylum prehenderat,flacceſcebat oratio.I.V.129.a.Vertere ſtylum in tabulis ſuis. de Ar.246.a.Cum cætera ſcelera ſtylo illo impuro Sext. Clodius conſcripſiſſet. Mucro ſtyli Cenſorij.l.Mucro.Ep. 85.a.Cum præſertim adhuc ſtyli pœnas dem.de Cl.173.b. Vnus enim ſonus eſt totius orationis,& idem ſtylus.

Styx,gis.fluuius.de Natur.68.a. Et illi qui fluere apud inferos dicuntur, Acheron, Cocytus, Styx, Phlegeton.

Suada,dæ. Latinè, Græcè πειθὼ. de Cl.169.b.Suadæq; medulla. Πειθὼ, quam Græci uocant, cuius effector eſt orator,hanc ſuadam appellauit Ennius.eius autem Cethegum medullam eſſe uult : ut quam deam in Periclis labris Eupolis ſeſsitauiſſe ſcripſit,huius hic medullam noſtrũ oratorẽ fuiſſe dixerit.& de Sen.87.b.M.Cethegus, quem rectè ſuadæ medullam dixit Ennius.

Suadeo,des.ſum autor,hortor,moneo, ſuaſor & autor ſum alicuius rei.Ep.204.a.Hæc eò ſpectant,ut te horter & ſuadeam:reliqua ſunt, quæ pertinent ad rogandũ. de Pro.78.a.Nam poſtea me ut ſibi eſſem legatus non ſolùm ſuaſit,ſed etiam rogauit. pro Arch.188.a. Niſi mihi ab adoleſcentia ſuaſiſſem,nihil eſſe in uita,&c. At.217.b. Tu quod ipſe tibi ſuaſeris,idem mihi perſuaſum puto.Ep. 21.a.Nemo eſt qui ſapientius tibi ſuadere poſsit te ipſo.& 97.a.Primùm cœpi ſuadere pacem.I.A.165.a.Duo tempora inciderunt,quibus aliquid contra Cæſarem Pompeio ſuaſerim. de Or.139.a.In ſuadendo nihil eſt optabilius quàm dignitas.At.123.b.Quo in ſuadendo plus autoritatis haberẽ.de Cl.172.b.M.Cato legem ſuadens,in Galbam multa dixit. & de Sen.80.a. Cum legem Voconiã magna uoce & bonis lateribus ſuaſiſſem.At.139.b.Quod ſuades, ut petam.&c. id iam pridem ago. & 180.a.De obuiamitione ita faciam,ut ſuades.129.a.Memini quid mihi ſuaſeris per Theophanem Culeonẽ.& 249.b.Gaudeo te mihi ſuadere,quod ego mea ſponte pridiè feceram. I.A.165. b.An ego C.Trebonio perſuaſi?cui ne ſuadere quidem auſus eſſem.pro Mil.110.b.Suadere rogationem.

Suaſio,onis.hortatio.)(.Diſſuaſio. Or.200.a.Tales ſuaſiones,qualem Iſocrates fecit panægyricum. & de Or. 139.a.Præcepta quæ de ſuaſionibus tradenda ſunt. pro Cl.47.a.Suaſio legis Seruiliæ.

Suaſor,oris.conſuaſor,autor,hortator.)(.Diſſuaſor. Of.74.a.de Or.139.a.Atq; huius deditionis ipſe ſuaſor et autor fuit. Att.256.a.& 263.a.Et ſi quamuis non fueris ſuaſor & impulſor profectionis meæ, approbator certè fuiſti. & I.A.154.b.Quanquam hæc epiſtola non ſuaſoris eſt, ſed rogatoris.I.A.166.b.Nihil intereſt inter ſuaſorem facti & probatorem.

Suauiloquens,tis.de Cl.169.b.Additur orator Cornelius,ſuauiloquenti ore Cethegus.Ennij.Item de repub.teſte Gellio.

Suauiloquentia,tiæ. de Cl.169.b.Tribuere ſuauiloquentiam alicui.

Suauior,aris.oſculor,ſuauium do.de Cl.169.a.L.Brutus,qui de matre ſuauianda ex oraculo Apollinis tam acutè coniecit.At.253.a.Atticam noſtram cupio ſuauiari,ita mihi dulcis ſalus uiſa eſt per me miſſa ab illa.

Suauis,ue.dulcis,conditus,iucundus. pro Corn.63.b. Comes,benigni,faciles,ſuaues,&c. I.V.152.b.Odor ſuauis & iucundus.)(.Teter.de Clar.168.a.Hic ſuauis uideri maluit quàm grauis,& ſuauitate ea,qua perfunderet animos,non qua perfringeret.

Suauitas,tis.ſuauitudo,dulcitudo,iucunditas. de Sen. 89.b.Suauitates odorum,qui afflantur è floribus. & Off. 75.b.Cõquirere ſuauitates undiq;.de Fin.56.b. Voluptas quæ ſuauitate aliqua naturam ipſam mouet.de Or.101.a. Mira quædam in cognoſcendo ſuauitas & delectatio. & 105.a.Quem omnes amare pro eius eximia ſuauitate debemus.& de Opt.243.b.Quædam ſuauitas coloris. Q.F. 318.b.Mirifica ſuauitate uillam habeo. de D.97.a. Reſponſum eſt ſingulari illum ſuauitate orationis fore. & pro Cæl. 41. b. Suauitas humanitatis. In Anton. 182. Quidam morbo aliquo & ſenſus ſtupore ſuauitatem cibi non ſentiunt. de Amicit. 108. b. Accedat huc ſuauitas quædam oportet ſermonum atque morum, &c. de Orat. 146.b. Suauitas ſermonis Atticorum & Romanorum propria.

Suauiter.dulciter,iucundè. de Or.146.b.Suauiter loqui.& de Cl 174.b.Solutè & ſuauiter dicere.Ep.256.a. Epiſtola copioſè & ſuauiter ſcripta. & de Fin.60.b.Et iucunda iucundè ac ſuauiter meminerimus. Ac.25.a. Video quàm ſuauiter uoluptas ſenſibus blandiatur.

Suauitudo,nis.ſuauitas.ad Her.20.a. Suauitudo pronunciationis.

Suauium,uij.oſculum. Attic.259.a.Atticæ,quoniam hilarula eſt,meis uerbis ſuauium des.

Sub.in,poſt. de N.45.a.Homines ſub terra habitantes,qui nunquam exiſſent ſupra terram. de Or.133.b.Gallus captiuus ſub nodis diſtortus,eiecta lingua,buccis fluẽtibus.contra Rul.89.a.Non paruum ſub hoc uerbo furtum latet.de Fin.81.a.Quod non ſub dubia utilitatis ratione effici ſolet.Poſtquam.204.b.Qui cum per ſe remp.lacerare non poſſet,ſub alieno ſcelere deleuit.de Vn.201.b. Nullo poſito ſub oculis ſimulachro.I.A.242.b.Sub nomine pacis bellum latet. de Am.132.b.Sed ille ſub Gnatonis perſona,&c.ad Her.39.a. Subijcere aliquam rem ſub aſpectu omnium.Top.225.b.Quod ſub ea cauſa ſubiectum eſt.pro Dom.223.a. Vt Cyprius rex ſub præcone ſubijceretur.de Fin.102.b.Prima illa,&c.ſub iudicium ſapientis & delectum cadunt.de Vn.197.b.Cœlum ſub aſpectũ & tactum cadit.de Vn.196.b.Quod in cernendi ſenſum caderet.& ibidem:Quæ ſub aſpectum cadunt. et 199.a.Sub intelligentiam cadens. Acad.19.a.Res ſubiectæ ſenſibus & ſubiectæ ſub ſenſus.de N.47.b.Et natos geminos inuiſes ſub caput arcti. Q.Fr.318.a.Vaporarium ex quo ignis erumpit,eſt ſub tectum cubiculi. & ibidem : Sub grande cubiculum.In Ant.64.a.Negociumq; tranſegiſſes, niſi ſe ſub ſcalas tabernæ librariæ conieciſſet. Quint.Frat.306. a. Senatus fuit frequentior, quàm putabamus eſſe poſſe menſe Decembri,ſub dies feſtos.Epiſt.114.a. Sed non ſtatim ſub mentionem & conuicium obtrectatorum.& 153. a.Sub eas ſtatim recitatæ ſunt tuæ:id eſt,poſt eas. de Or. 106.b. Qui eius artis arrogantia ſubnixi ambulant. Att. 141.b. Sub poſteaquam literas ad te dedi. Attic. 135.a. Ὑπὸ τὴν δείλην. id eſt,ſub crepuſculum ueſpertinum. de Clar.188.b.Cato ſonabat ſubagreſte quiddam,planeq; ſubruſticum.

Sub manu.id eſt, præſtò, in promptu, ad manum ut dicitur. Ep.147.a.Adiunxi hæc, &c. Vocontij ſub manu ut eſſent, per quorum loca fideliter mihi pateret iter. Planci.

Subabſurdus,da.de Or.134.a.

Subabſurdè. ibidem.

Subaccuſo,as.pro Pl.277.a.Nunc meũ diſceſſum quaſi reprehendere & ſubaccuſare uoluiſti. Item Att.256.

Subactio,onis.cultura,exercitatio.de Or.120.b.Subactio autem eſt uſus,auditio,lectio,literæ.

Subactus,a,um.mollitus,cultus,exercitatus.pro Font. 276.a.b.Galli à noſtris imperatoribus ſubacti & bello domiti.& 281.a.Victi & ſubacti populi.de Or.120.b.Subacto mihi ingenio opus eſt,ut agro nõ ſemel arato,ſed nouato & iterato. de Sen.87.b. Terra gremio mollito & ſubacto ſemen ſparſum excipit. & 89.b.Humus ſubacta atq; pura.

Subagreſtis,ſte.de Cl.188.b.Sonare ſubagreſte quiddam,pla-



neq; ſubruſticum.

Subamarus,a,um.de Fat.141.b.& de In.47.b.

Subarrogãter. Ac.28.b.Vereor ne ſubarroganter facias,ſi dixeris,&c.

Subauſculto,as.l.Auſculto.

Subciſiuus,a,um.dicitur uel tempus,uel opera,quæ à quotidianis & aſsiduis ſubtrahuntur, & raptim quaſiq; furtim ad alia accommodantur.de Orat.142.a.Quæ ego ſerò,quæ curſim arripui, quæ ſubciſiuis operis, ut aiunt. de L.157.b.Subciſiua quædam tempora incurrunt,quæ ego perire non patior.I.A.164.b.Nec amicis unquam defui,& tamen perfeci operis ſubciſiuis,ut meæ literæ nomini Romano laudis aliquid afferent.

Subcontumelioſè aliquem tractare.At.26.b.

Subſcriſpus.I.V.130.b.Videtis illum ſubcriſpo capillo,nigrum?l.Ruber.

Subdebilitatus,ta.At.172.

Subdifficilis,le. de Am.109.a.Exiſtit autem hoc loco quæſtio ſubdifficilis.

Subdiffido,dis.dubito,ſubdubito. Att.147.a.Quo die audiui illum tyrannum in concione clariſsimum uirũ appellari,ſubdiffidere cœpi.

Subdititius,a,um.fictus,ſubornatus.I.V.249.b. Subdititius archipirata.

Subditus,a, um. de Natur.31.b. Aquæ quæ efferueſcunt ſubditis ignibus. In Verr.78.b. Subditus in locum alterius.

Subdo,dis.ſubſtituo.Ep.156.b.Te rogo in Hircij locũ me ſubdas.& pro Dom.230.a.Quis in meum locum iudicem ſubdidit?

Subdoceo,ces.At.121.b.Ciceronesq; noſtros meo potius labore ſubdoceri,quàm me alium magiſtrum quærere.

Subdolè & uerſutè.de Cl.167.

Subdubitare.At.230.Ep.24.

Subduco,cis.ſubtraho,remoueo. Qu.Fr.324.a.Cato diruptis tabellis de circulo ſe ſubduxit.pro Dom.217.a.Cato quem tu non pro illius dignitate produxeras, ſed pro tuo ſcelere ſubduxeras. de Fin.115.b. Neq; intelligunt ſe rerum illarum fundamenta ſubducere.de In.80.a.Subducere id quo nititur aduerſariorum cauſa.Tuſc.183.b.Subduc cibum athletæ, ferre non poterit. Off.61.b.Claſſem Lacedæmoniorum quæ ſubducta eſſet, ad Gytheum clàm incendi poſſe.Ep.12.a.Subducere rationes.Item:Rationibusq; ſubductis ſummam feci cogitationum mearum. de Finib.77.a. Voluptatum ne calculis ſubductis prælium ineunt. Attic. 83. a. Subducamus ſummam. & ibidem: Aſsident,ſubducunt ad nummum,conuenit.de Natur.74. a.Inita ſubductaq; ratione nefaria ſcelera meditari. Att. 83.b. Hoc quid interſit ſi tuos digitos noui, certè habes ſubductum.

Subductio,onis.ſubtractio.de Or.120.b.

Subdurus,ra.Q.de Pet.212.a.

Subeo,bis.adeo, ingredior, ſuccedo, obijcio, excipio. pro Dom.227.b. Non peccato meo nomen exulis ſubeo, ſed re iudicata.pro S.R.23.b.Licet omnia in me pericula impendeant,ſuccurram atq; ſubibo. Antequam. 196.a. Quæ omnia mihi ſubeunda ſunt. & Att.280.a.b.Summa ſupplicia ſubeunda nobis ſunt. pro Quint. 10.a. Subire uultum ſuperbiſsimum inimici.ad Br.289.a.Subire famã temeritatis.& 234.b.Subire uituperationem. Att.129.a. Subire triſtitiam temporum. de Or.97.b.Subeundus uſus omnium,periclitandæ uires ingenij. de N.60.a.Ne quid inuidiæ ſubeatur aut criminis. pro Dõ.230.b.Subire uim & iracundiam populi incitati.Qu.Fr.324.b.Subire periculoſas inimicitias.Part.235.b.Subire periculum pro amico.& Off.17.a.Adire pericula. pro Mur.124.b.Ingredi pericula,ſubire tempeſtates reip.de Ar.252.b. Subire irã deorum. pro Dom.233.b.Eandem pœnam ego ſubibo et ſuſtinebo. de Pro.73.b.Vnum pro uniuerſis ſubire atque excipere tela.& 77.b.Quamuis excipere fortunam,ſubire uim,&c.de Or.97.a.Omnia ſub acumen ſtyli ſubeant & ſuccedant neceſſe eſt. In Piſonem 88. b. Subire ſempiternas fœdiſsimæ turpitudinis notas. & 98.a.Ciuitates etiam nefarias libidinum contumelias turpitudinesq; ſubierunt.

Subhorridus,a,um.horridulus.pro Seſt.7.a.

Subgrandis,de. Quint.Frat.318.a. Subgrande cubiculum.

Subiectio,onis.de Or.161.b.Rerumq; quaſi gerantur ſub aſpectum penè ſubiectio.ad Her.29.b.Subiectio rationis.& 11.a. & 31.b.Subiectio quæ eſt exornatio quædam uerborum.

Subiector teſtamentorũ.qui falſa pro ueris teſtamenta ſubijcit & ſupponit, ut in alienas hæreditates inuadat. I.C.105.b.

Subiectus,a,um.Tuſ.221.b. Mare eſt ſubiectũ uentis. de N.54.a.Oſſa,quæ ſubiecta corpori ſunt. de Fin.66.b. Subiectus infamiæ aut periculis. & 65.a.Quæ uis ſubiecta ſit uocibus.& 133.a.In his rebus quæ ſubiectæ ſunt ſenſibus. & 103.a.Eſtq; illa ſubiecta quaſi materia ſapientiæ.pro Quint.9.a.Subiectus ſub præcone. Ac.19.a.Res ſubiecta ſub ſenſus. Tuſc.212.b.Sub metum ſubiecta ſunt, &c.& 213.a.Quæ ſubiecta ſunt ſub metu. de Fin.67.a. Sed fortè dicitis,inuidioſum nomen eſt,& infamiæ ſubiectum. de Som.129.b. Hic autem alter ſubiectus Aquiloni, &c. Off.19.b. Quæ autem pars ſubiecta generi eſt,eam ſic definiunt,ut,&c. de Orat.101.b.Hæc tanquam aliqua materies oratoribus ſubiecta eſſe debent.& 96.b. His omnibus partibus ſubiecta ſunt quædam argumẽta propria. & 89.b.Verborum ſonitus inanis,nulla ſubiecta ſententia nec ſcientia.

Subiectus.obediens,qui in dominatu alicuius eſt.l.Dominatus.de D.209.b.Qui in alterius poteſtate eſt.ad Heren.29.a.Subiectus.)(.In ſua poteſtate. de N.41.a. Nulli naturæ eſt obediens aut ſubiectus deus.& ibid. Omnes res ſubiectas eſſe naturæ ſentienti. Parad.122.a. Omnes legibus ſubiecti eſſe debemus. ad Her.27.a. Et ingenuis ſub hoſtilem libidinem ſubiectis.Tuſ.228.b.Si uirtus eſt ſubiecta ſub uarios caſus.

Subigo,gis.in poteſtatẽ uel ditionẽ meã redigo,ſubijco,ſubiungo.l.Subactus. pro S.R.35.b.Africanus,qui ſuo cognomine declarat tertiam partem orbis terrarũ ſe ſubegiſſe.pro Cor.59.b.Populi quos armis ſubegimus,atq; in ditionem noſtram redegimus.I.C.117.a.Mihi uiuendũ eſt cum illis,quos uici ac ſubegi.pro Font.276.b.M.Fonteius hoſtes ſubegit.& ibi.Galli ſubacti & bello domiti. pro S. R.41.b.In iſto bello non recreatus,neq; reſtitutus,ſed ſubactus oppreſſusq; populus Romanus eſt.

Subigere.mollire,frangere,colere.de N.88.a. Cum terræ ſubigerentur foſsione glebarum. & contra Rul.83.a. Coloni glebis ſubigendis exercitati.

Subijcio,cis.ſubiungo,ſuggero. pro Mil.120.b.Cum omnes à ſuis inimicis faces inuidiæ meæ ſubijciantur. pro R.P.120.a.Tamen huic ordini ignem nouum ſubijci non ſiuiſti.de Or.102.a.Orator, qui ſcelus fraudemq; nocentis poſsit dicendo ſubijcere odio ciuium. pro Plan.271.a.

Subijcere fortunas innocentium ficto ſermoni. pro Dom. 234.b. Omnia ſubiecta eſſe libidini tribunitiæ. Off.37.a. Subijcere ſe imperio ac poteſtate alicuius. Or.200.b. Sæpe rem dicendo ſubijciet oculis. I.C.11.a. Tectis omnibus ſubiectos propè iam ignes circundatosq; reſtinximus. de In.43.b. Subijcere aliquam materiam arti. ad Her.36.b. Subijcere rationes omnibus partibus. de Fin.66.b. Omnes huic uerbo duas res ſubijciunt. & 65.a. Id eſt, quæ res huic uoci ſubijciatur. de Fin.74.b. Neq; uident ſub hac uoce honeſtatis, quæ ſit ſubijcienda ſententia. pro Cluent. 19.a. Ne ipſi quæ contraria ſunt taciti cogitationi ueſtræ ſubijciatis. Top.223.b. Formæ quæ cuiq; generi ſubijciuntur. de Som.128.b. Orbis extimus, cui ſubiecti ſunt ſeptem, qui, &c. ad Her.24.a. & 12.a. Subijcere exempla ſub ſingulos artis locos. ad Her.15.b.16.a. Subijcere ſe ſub poteſtatem alicuius. pro Dom.223.a. Vt Cyprius rex cum bonis omnibus ſub præcone ſubijceretur. ad Her.39.a. Subijcere aliquam rem ſub aſpectu omnium. & 17.b. Quæ ſubijciuntur ſub uocabulo recti. Opt.225.b. Quod ſub ea cauſa ſubiectum eſt. Or.205.a. Mutata, in quibus pro uerbo proprio ſubijcitur aliud, quod idem ſignificet. de Or.162.a. Et ad propoſitum ſubiecta ratio. de In.71.a. Subijcere & ſupponere rationem. & Part.231.a. de D.130.a. Et quidem cur ſic opinetur rationem ſubijcit. pro Syl.178.b. Iam uerò quod ſubijcit, illos, &c. pro Flac.157.a. Hic mihi quaſi miniſtrator aderat, ſubijciens quid in ſuos ciues dicerem. In Verr.240.b. Cupio mihi ab illo ſubijci, ſi quid prætereo. In A.259.b. Subijcere teſtamenta. l. Subiector. de Leg.179.a. Subijcere terram ferro: id eſt, ſubigere, colere.

Subimpudens. Ep.103.a.

Subinanis. ne. uanus. At.32.b.

Subinſulſus, a, um. de Opt.243.b. Eſt enim uicioſum in ſententia, ſi quid ſubinſulſum eſt.

Subinuidere. Ep.100.

Subinuiſus, a, um. pro R.P.129.a. Tum ſubinuiſum apud maleuolos Poſthumi nomen.

Subinuitare. Ep.95.

Subiraſcor, ris. Ep.161.a. Interdum tibi ſubiraſcor. et de Fin.66.b.

Subiratus. de Or.91. Ep.39.

Subitò. repentè, repentinò, continuò, ecce tibi. At.95. Ego dum in prouincia omnibus rebus Appium orno, ſubitò factus ſum accuſatoris eius ſocer. pro Dō.221.a. Tu auſpiciorum patronus ſubitò extitiſti. pro Pl.269.a. Conſul comitia habere cœpit, ſubito præter opinionem omnium. Ep.116.a. Properanti tabellario literas ſubitò dedi. de D.95.b. Alia autem ſubitò ex tempore coniectura explicantur. de Or.107.a. Vox & geſtus ſubito ſumi, & alicundè arripi non poteſt. de Or.97.a. Vtile eſt etiā ſubito ſæpe dicere, tamen illud utilius, ſumpto ſpacio ad cogitandum paratius atq; accuratius dicere. de N.3.a. Vnde hoc philoſophandi mihi ſubito ſtudium extitiſſet. & ibidem: Nos autem nec ſubito cœpimus philoſophari, nec, &c. Attic. 108.a. Subito cœpi conſilium ut exirem. pro Cæc.200.b. Cum ſubito ecce idem, &c. pro Fon.282.b. Bella ſubito atque improuiſa naſci. Octa.330.a. Subito iam proſtratam remp. extuliſti. pro Syl.182.a. Vita ſubitò fingi nō poteſt. At.28.a. Subito cum mihi dixiſſet Cæcilius quæſtor, puerū ſe Romam mittere, hæc ſcripſi raptim.

Subitus, a, um. repentinus, improuiſus. de Pro.78.a. Subita atq; improuiſa formido. & Q.Fr.305.b. Subita defectio Pompei. Tuſ.201.b. Omnia ſubita uideri maiora. At.145.b. Subitus diſceſſus & præceps profectio. ad Her. 3.a. Inſperatum incommodum, ſubita lætitia. Epiſt.203.a. Subitum eſt ei remigrare, &c. de Or.97.a. Subitā & fortuitam orationem commendatio & cogitatio facilè uincit. & ibi. Etiam ſi uehementiſſimè ſe in his ſubitis dictionibus exercuerit.



Subiungo, gis. ſubijcio, ſubiugo. de Ar.252.a. Video in aruſpicum reſponſis hæc eſſe ſubiuncta, ſacrificia uetuſta &c. de Or.103.b. Omnes artes oratori ſubiungere. Orat. 205.a. Ariſtoteles translationi hæc ipſa ſubiungit, & abuſionem. I.V.87.a. L. Mummius urbes multas ſub imperiū populi Rom. ſubiunxit. contra Rul. 86.a. Sub ueſtram iuriſdictionem orbem terrarum ſubiungeretis.

Sublatè. elatè. de Cl.182.b. Sublatè ampleq; dicere. & pro Dom.232. Nihil unquam de me dixi ſublatius, aſciſcendæ laudis cauſa.

Sublatio, onis. elatio. de Fin.66.b. Voluptas eſt ſublatio animi, ſine ratione, &c.

Sublatus, a, um. abrogatus, elatus, remotus, eiectus. l. Suſtuli. de Or.196.b. Veteres leges nouis legibus eſſe ſublatas. pro Pomp.9.b. Bellum aduentu Pompeij ſublatum atq; ſepultum eſt. de D.90.b. Amilcarem ab his uiuum eſſe ſublatum. de Nat.76.b. Deorum iudicio diſcrimen eſſe ſublatum. In V.254.b. Ignis è ſpecula ſublatus. & 201.a. Sublatis manibus. Sublatus.)(. Depreſſus. l. Depreſſus. contra Rull.85.b. Roma cœnaculis ſublata atq; ſuſpenſa. I.V. 78.b. Sublatus in crucem. Attic.143.a. Diſperſione enim Coſs. actio de pace ſublata eſt. & 276.b. Iampridem hoc ex noſtra conſuetudine ſublatum eſſe debet. Qu.Fr.294. b. Sublata Myſiæ latrocinia, cædes multis locis repreſſæ, oppidorum furta & latrocinia eſſe depulſa, remota illa calumnia. pro Sext.Roſc.19.a. Non modò ignoſcendi ratio, uerumetiam cognoſcendi conſuetudo de ciuitate ſublata.

Subleuo, as. leuo, eleuo. Antequam. 196.b.197.a. Quem ſinguli ſtratum & abiectum ſubleuaſtis. At.156.b. Alter qui nos ſibi ad pedes ſtratos ne ſubleuabat quidem. & 33.a. Hic ſtatus una omnium uoce gemitur, neq; uerbo cuiuſquam ſubleuatur. pro Syl.181.a. Subleuare res aduerſas alicuius. pro Cec.239.a. Non minus nos ſtultitia illius ſubleuat, quàm lædit improbitas. Qu. de Pet.205.a. Nominis nouitatem dicendi gloria ſubleuabis. Ep.59.a. & 61.a. Quē familiæ noſtræ dignitas debebat ſubleuare. pro Syl. 174.b. Cum negat ſe ſcire Caſſius, utrum ſubleuat Syllā, ſubleuat apud Gallos. pro Mur.125.b. Suum laborem hominum periculis ſubleuandis impartire. In A.213.b. Qui uicinos ſuos facultatibus ſuis ſubleuauit. In V.56.b. Subleuare cauſam inimici ſui. & 55.b. Defendere & ſubleuare homines. I.V.196.b. Subleuare miſeros.)(. Euertere. Tuſ. 218.b. Subleuare calamitates alicuius. Ep.113.a. Subleuare odia. & de Am.112.b. Vna illa ſubleuanda offenſio eſt. de Or.124.a. Foris aſſumuntur ea, quæ non ſua ui, ſed extranea ſubleuantur. ad Her.39.a. Subleuare mentum ſiniſtra: id eſt, ſuſtinere.

Subligaculum, li. tegumentum quo utimur in balneo, præſertim ad obſcœna tegenda. Off.26.a. Scenicorū mos tantam habuit à uetere diſciplina uerecundiam, ut in ſcena ſine ſubligaculo prodeat nemo.

Sublimè. altè. de D.122.b. Eaq; ſcuta, quæ fuerant ſublimè fixa, ſunt humi inuenta. & Tuſ.170.b. Nihil mea intereſt, humi ne, an ſublimè putreſcam.

Sublimis, me. altus.)(. Humilis. de N.46.a. Aer extenuatus in ſublime fertur. & Tuſc.156.b. & de N.54.b. Sonus



Sonus natura in ſublime fertur.

Subluceo, es. In Arat. Hunc retinens aries ſublucet corpore toto.

Subminiſtro, as. ſuggero. de In.43.b. Ariſtoteles, qui huic arti plurima adiumenta atq; ornamenta ſubminiſtrauit. Q.Fr.314.b. Quoniā tabellarios ſubminiſtras hodierni diei, res geſtas lupercalibus habebis. pro Cæl.41.b. Palàm in eum tela iaciuntur, clàm ſubminiſtrantur. pro Deiot.148.a. Deiotarus ſeſe expoliare maluit, quàm tibi pecuniam non ſubminiſtrare.

Submitto, tis. demitto.)(. Extollo. de Am.109.b. Vt hi qui ſuperiores ſunt, ſubmittere ſe debent, ſic quodammodo inferiores extollere.

Submoroſus, ſa. de Or.134.b. Ridicula ſtomachoſa, & quaſi ſubmoroſa.

Subnego, as. Epiſtol.104.b. Quod tibi propè ſubnegaram.

Subnixus, a, um. fultus, nixus. de Som.129.a. Duo quaſi cinguli terræ, cœli uerticibus ex utraq; parte ſubnixi. et de Or.109.b. Qui eius artis arrogantia ſubnixi ambulāt: id eſt, elati, ſublimes.

Subobſcœnus, na. Or.205.a. Subobſcœno ridiculo nō utendum oratori.

Submoleſtus. At.153.b. aliter, Moleſta.

Subobſcurus, ra. de Cl.167 a. & Or.197.b.

Subodioſus, ſa. At.3.b.

Suboffendo, dis. Qu.Fr.311.b.

Suborno, as. ſollicito, inſtruo. pro Qu.R.53.b. Falſum ſubornauit teſtem Roſcius Cluuium. & pro Cecin.298.b. Fictus teſtis ſubornari ſolet. & pro Clu.52.b. In Vat.29.b. Confeſſus es à te accuſatores eſſe inſtructos et ſubornatos. I.A.253.b. Apuleiana pecunia Brutum ſubornaſtis. pro Deiot.47.a. Medicū indicem ſubornabit, finget uidelicet aliquod crimen ueneni. Epiſt.158.a. Tu mi Cicero quod adhuc feciſti, idem præſta, ut nos ſubornes. ad Heren.22. b. In altero loco Aeſopum & Cimbrum ſubornare oportet. de L.168.a. Homo à natura ſubornatus in uitam uenit, plura inſtrumenta habet ad obtinendam ſapientiam. l. Exornare.

Subpudet, bat. Ep.126.b.

Subrancidus, a, um. uetuſtate corruptus, caro ſubrancida. I.P.94.a.

Subrauca uox. de Cl.177.a.

Subrepere ſub tabulas. pro Seſt.

Subrideo, des. pro Quint.R.48.a. Subridet Saturius ueterator.

Subridiculè. ridicule. de Or.132.a.

Subringor, eris. ſubiraſcor. canes enim ringūtur: id eſt, diducto ore, dentibus retectis, iram declarant. Attic. 58.a. Nec ij ſubringantur, qui uillam me moleſtè ferunt habere.

Subroſtrani. qui ſub roſtris in concionibus ſedebant infra ſenatores. Ep.112.a. Cælij.

Subruſticus, a, um. Or.212.a. Quod ſubruſticum uidetur. & Ep.67.a. & de Cl.188.a. l. Subagreſtis.

Subſcribo, bis. adſcribo, accuſationem alicuius cōprobo, ſubſigno. At.150.a. Cæſar mihi literas miſit, quarū exemplum ſubſcripſi. I.V.174.a. Numerus aratorum quotannis apud magiſtratus ſubſcribitur. de In.69.a. Quia parricidij cauſa ſubſcripta eſſet. pro Cl.42.a. Video errores animaduertiſſe in iudices quoſdam illius conſilij Iuniani, cum iſtam ipſam cauſam ſubſcriberent. & 45.a. L. Gellius in P. Popilium ſubſcripſit, quod is pecuniam accepiſſet. pro Cl.38.b. Statuæ, quibus ſubſcripſit, reges ab ſe in gratiam eſſe reductos. Qu.Fr.323.b. Gabiniū de ambitu reum fecit P. Sylla, ſubſcribente priuigno Memmio.



Subſcriptio, onis. perſcriptio, adſcriptio. I.V.172.a. Iugerum ſubſcriptio ac profeſſio. & 72.b. pro Clu.41.b. Subſcriptiones cenſorum. I.V.62.b. Qui ſubſcriptionem ſibi poſtularunt, cuicunq; uos delationem dediſſetis. Att. 88.a. In Serapionis ſubſcriptione Africani imago.

Subſcriptor, oris. adſcriptor, cauſidicus, qui dabatur accuſatori cuſtos, ne ei liceret fortè corrupto, præuaricari. I.V.62.a. At uenit paratus cum ſubſcriptoribus exercitatis. & b. Quid ſit ſubſcriptor & ſubſcriptio. Ep.116.b. Itaq; ſine ullo ſubſcriptore deſcendit, & Lucium reum fecit. pro Dom.223.a. Ille nouitius Ligur uenalis, aſcriptor & ſubſcriptor tuus.

Subſellium, lij. ſedes, iudicium publicum, forenſis exercitatio. de Cl.192.a. Locus in ſubſellijs occupetur, compleatur tribunal. pro Fl.150.b. Teſtes ex accuſatorum ſubſellijs ſurgunt. I.V.123.b. Petilius à ſubſellijs abire cœpit. & ibid. iterum. de Or.121.a. Cum ſe à ſubſellijs in ocium contulerit. Epiſt.108.a. Verſatus in utriſq; ſubſellijs optima & fide & fama. & 39.b. Longi ſubſellij iudicatio & mora. ad Heren.41.a. de Or.108.a. Is qui habitaret in ſubſellijs. & I.V.62.a. Alienus à ſubſellijs. pro R.P.128.a. Dicere ad ſubſellia. de Claris orat. 192.a. Subſellia grandiorem & pleniorem uocem deſiderant. In C.100.b. Subſellia erant etiam ſedes in ſenatu. & I.A.164.a. Cum inter ſubſellia noſtra uerſarentur armati. In A.198.a. Cum inter ſubſellia ſenatus uerſarentur latrones. In Sal.274. a. Salluſtius bis ab iudicis ſubſellia attractus extrema fortuna ſtetit.

Subſequor, ris. inſequor. de Or.163.b. Omnes hos motus ſubſequi debet geſtus. & ibi. Manus minus arguta digitis, ſubſequens uerba, non exprimens. de D.108.b. Totidē ſubſecuti libri Tuſculanarū quæſtionum. pro Deiot.145. b. Talibus nuncijs patebat ab oriente uia, nec ulli ueri ſubſequebantur. de N.48.a. Minorē ſeptentrionem Cepheus ſubſequitur. & 36.b. Stella tum anteuertens ſolem, tum ſubſequens. & 8.b. Speuſippus Platonem auunculum ſubſequens. de D.81.a. Quem ſubſequens unum librum Babylonius Diogenes edidit. I.A.251.a. Vt ſenatum funditus deleas, reliqui boni & locupletes omnes ſuum ordinem ſubſequantur. Adeſſe, inſtare, ſubſequi. l. Inſto. Ep.30.b. Mirificè ipſe ſuo ſermone ſubſecutus eſt humanitatem tuarum literarum. Ep.152.b. Ipſe cum legionibus ſubſequor. Part. 232.a. Quæ omnia plurimum ualebunt, ſi cum orationis genere conſentient, eiuſq; uim ac uarietatem ſubſequentur. de Or.159.a. Hanc ſententiam ſubſequitur modus & forma uerborum.

Subſideo, des. conſiſto. Att.76.a. Itaq; ſubſedi in ipſa uia dum hæc ſummatim tibi perſcriberem. In Sal.275.a. Quicquid impudicorum Cilonum, &c. fuit in urbe, ſicut in fretis ſubſederant. pro Mil.111.a. Cur non antè occurrit, ne in uilla reſideret? nec in eo loco ſubſedit, quò ille uenturus eſſet?

Subſidium, dij. auxilium, profugium. de Orat.107.a. Subſidium bellìſſimū eſſe exiſtimo ſenectuti ocium. de Or. 101.b. Hoc mihi ſubſidium iam inde ab adoleſcentia comparaui. & pro Q.1.a. Nam quo minus ingenio poſſum, ſubſidio mihi diligentiam comparaui. I.A.203.b. C. Cæſar Galliæ prouinciæ cum exercitu ſubſidio profectus eſt. At. 254.b. Subſidio currere, & ſubſidio uenire alicui. pro Font.283.a. Att.129.a. Domicium liberare cupio, neque

ſubſidio ire poſſum. pro Pomp. 10. b. Atq; hæc tria frumẽtario] ſubſidia reipublicæ firmiſsimis præſidijs claſsibusq; muniuit. In C. 106. a. Cum ſubſidia induſtriæ atque inſtrumenta uirtutis in libidine audaciaq; conſumerentur. At. 95. a. Bibulus ad me ſcripſit, ut ſubſidio uenirem. Qu. Fr. 309. a. Seſtius multis uulneribus acceptis, ſubſidio beſtiæ ſeruatus eſt.

Subſido, dis. ſubſideo. Ep. 86. b. A me conſiliũ petis, qui ſim tibi autor, in Sicilia'ne ſubſidas, an proficiſcare, &c.

Subſignari. pro Fl. *. Illud quæro, ſint'ne iſta prædia cenſui cenſendo, habeant ius ciuile ſubſignari apud ærarium, apud cenſorem poſsint.

Subſiſto, ſtis. pro Mil. 111. a. Sic Miloni, cum inſidiator eſſet, ſi illum noctu ad urbem acceſſurum ſciebat, ſubſiſtendum atq; expectandum fuit.

Subſortior, ris. l. Sortior. In Verr. 71. b. Subſortiemur in M. Metelli locum? & pro Cl. 36. b. Si ex lege ſubſortitus non erat, &c.

Subſortitio, onis. pro Cl. 36. b. & I. V. 108. a.

Subſterno, nis. conſterno. de N. 52. a. Aues nidos conſtruunt, eosq; quàm poſſunt molliſsimè ſubſternunt. de Vn. 199. b. Deus omne quod erat concretum atq; corporeum ſubſternebat animo.

Subſtituo, is. ſufficio, conſtituo. I. V. 184. a. Nunc pro te Verrẽ ſubſtituiſti alterum ciuitati. & 250. a. Tum iſte in corũ locum alios ſubſtituere & ſupponere cœpit. Q. de Pet. 210. b. Qui ſi ſectari non potuerunt, neceſſarios ſuos in hoc munere ſubſtituant. de D. 109. b. Philoſophiam nobis pro reip. procuratione ſubſtitutam putamus.

Subſtructio, onis. pro Mil. 111. b. Quo in fundo propter inſanas illas ſubſtructiones facile mille hominum uerſaretur. & 118. a. Aræ, quas ille cæſis lucis ſubſtructionum inſanis millibus oppreſſerat.

Subſtuli, ſti. l. Suſtuli.

Subſum, es. latêre, ineſſe, ſubiectum eſſe. Ep. 154. b. Si quid intra cutem ſubeſt uulneris. & pro Mar. 136. a. Quoniam ſubeſſe aliquid putas, quod cauendum ſit. de Fin. 13. a. Nullam uideo grauem ſubeſſe cauſam. Att. 52. a. Nulla ſpes ſaluti noſtræ ſubeſt. ad Her. 6. a. Nec firmamentũ exquiritur, quoniã non ſubeſt ratio. ad Her. 8. a. Non temerè fama naſci ſolet, quin aliquid ſubſit. de N. 74. a. Si his uicijs non ratio ſubeſſet. pro Q. 12. Ne qua ſuſpicio eſſe poſſet. & pro Clu. 26. b. In qua re nulla ſubeſt ſuſpicio. pro Milon. 109. b. Præſertim cum dies comitiorum ſubeſſet. & Epiſtol. 156. a. Subeſſe propinquis locis. de Orat. 86. b. Oratio quæ niſi ſubeſt res ab oratore percepta & cognita, inanis eſt. Off. 8. b. Cauſas omnino ſubeſſe tamen oportet, eaſdem, quas dixi paulo antè, iuſtas cauſas eſſe bellorum.

Subter. Tuſ. 152. b. Plato iram in pectore, cupiditatem ſubter præcordia locauit. & 228. b. Virtus omnia, quæ cadere in hominem poſſunt, ſubter ſe habet. de Orat. 144. b. Omnia quæ ſuprà ſubterq; ſunt, unum eſſe. de Nat. 47. a. Toruus draco ſerpit ſubter ſupraq; reuoluens ſeſe. & Subter præcordia. de Somn. 128. b. Deinde ſubter mediã ferè regionem, ſol obtinet. In Arat. Spiniferam ſubter caudam piſtricis adhæſit.

Subterfugio, gis. deuito. Ep. 203. b. Syllani temporis acerbitatem deorum immortalium benignitate ſubterfugi. In V. 67. b. Quoniam criminum uim ſubterfugere non poterat, procellam temporis deuitauit. & 68. b. Quod aut impudentiam eius ſubterfugit, aut ſacietati ſuperfuit. Offic. 71. b. Vlyſſes ſimulatione inſaniæ militiam ſubterfugere uoluit.

Subterraneus, a, um. At. 249. a.

Subterſeco, as. In Arat.

Subtilis, le. acutus, tenuis. de N. 50. a. Solers ſubtiliſq; deſcriptio partium. & de Or. 94. a. Si minus illa ſubtili definitione, at hac uulgari opinione eſſe ars uidetur. & de Cl. 204. a. Subtilis oratio. de Or. 117. b. Acutiſsimũ & ſubtiliſsimum dicendi genus. & de Fin. 90. b. Subtile ac ſpinoſum diſſerendi genus. pro Plan. 261. b. C. Serenus ſubtiliſsimus homo, fuit enim animi ſatis magni & conſilij. de Or. 94. a. Vir oratione maximè limatus & ſubtilis. & de Cl. 170. In docendo ediſſerendoq; ſubtilis. de Clar. 167. b. Lyſias ſubtilis ſcriptor & elegans.

Subtilitas, tis. tenuitas, gracilitas. Or. 204. a. Orationis ſubtilitas imitabilis quidem illa uidetur eſſe exiſtimanti, ſed nihil eſt experienti minus. Ep. 48. b. Scriptorũ tuorum ſubtilitas. Off. 40. a. Alia eſt illa cum ueritas limatur in diſputatione ſubtilitas. de Cl. 192. a. Eſt etiam in tanta arte huic minutæ ſubtilitati locus. & 170. b. Ea ſubtilitas quam Atticam appellant. & ibi. a. Subtilitas, tenuitas, gracilitas.

Subtiliter. acutè, acriter, tenuiter. pro Fl. 185. a. Subtiliter ac copioſè diſputare de aliqua re. Orat. 93. a. Verſutè ac ſubtiliter dicere. Or. 198. b. & 234. a. & de Am. 99. a. Ad uiuum reſecare.

Subtimeo, es. ſubuereor. I. A. 167. a. Nũquid ſubtimeſcene, &c.

Subtraho, his. ſubduco. de Or. 144. a. Neq; uerba ſedem habere poſſunt, ſi rem ſubtraxeris. pro Dom. 215. a. Nónne id agendum nobis fuit, ut materiẽ ſubtraheremus furori tuo. de D. 137. a. Cum autem hæc ſubtracta ſunt, tũ, &c. Off. 58. b. Subtrahere de commodis alterius. Qu. Fr. 311. b. Quo ego me libẽtius à curia & ab omni parte reip. ſubtrabo pro Mur. 143. b. Nolite mihi ſubtrahere uicarium meæ diligentiæ.

Subturpis, pe. de Or. 133. b.

Subturpiculus, la. At. 57. b. Subturpicula παλινῳδία.

Subuenio, nis. ſuccurro, ſubſidio uenio. de D. 92. b. Alter uiſus eſt illum alterum orare, ut ſubueniret, quod ſibi à caupone interitus pararetur. I. A. 201. b. D. Bruti opera reip. difficillimo tempore ſubuentum eſt. At. 260. b. Grauedini quæſo omni ratiõe ſubueni. & Ep. 149. b. Subuenire patriæ. pro Cl. 18. b. Subuenire alicui in aliqua re. & I. V. 208. a. b. Subueniſti homini iam collum in laqueum inſerenti. de Cl. 188. Circumuenior, inquit, iudices niſi ſubuenitis. At. 281. b. Subueni igitur per deos, &c. At. 15. b. Huic quoq; rei ſubuentum eſt, maximè à nobis. Ep. 20. b. A te peto, ut ſubuenias huic meæ ſolicitudini. Of. 35. a. Tecta uerò unde aut initia peneri humano dari potuiſſent? aut poſtea ſubuenire, ſi cecidiſſent? Att. 122. b. Vnum etiã reſtat amico noſtro ad omne dedecus, ut Domitio non ſubueniat. Att. 128. b. Non dubitaui quin Pompeius Domitio ſubuenturus eſſet. pro Clu. 31. b. Acrioribus ſalutis ſuæ remedijs ſubueniendum putauit. Off. 31. b. Subuenire & opitulari patriæ.

Subuereor, ris. ſubtimeo. Ep. 55. a. Venit mihi in mentem ſubuereri interdum, ne, &c.

Subuolo, as. euolo, auolo. Tuſ. 156. b. Sic hæ ſurſum rectis lineis in cœleſtem locum ſubuolant.

Suburbanitas, tis. I. V. 110. a. Populo Romano iucunda ſuburbanitas eſt, huiuſce prouinciæ, id eſt Siciliæ, quã ſuburbanitatem uocat: id eſt, quaſi prædium agrúmue ſuburbanum populi Romani.

Subur-



Suburbanus, a, um. pro S. R. 40. b. Habet animi cauſa rus amœnum & ſuburbanum. & Qu. Fr. 319. b. Fundus ſuburbanus. & de D. 122. b. Ager ſuburbanus. de Or. 91. a. Suburbanum gymnaſium. pro R. P. 126. b. Deliciarum cauſa & uoluptatis quoſdam in hortis aut ſuburbanis ſuis cum mitrella ſæpe uidemus.

Suburbanum, ni. prædium uel fundus prope urbem, fundus ſuburbanus, ſuburbium. At. 260. a. Malo enim eſſe in Tuſculano, aut uſpiam in ſuburbano. Q. F. 321. b. Suburbanum ſi quod inueniſſet, nõ dubitaturum eſſe emere. At. 197. b. 198. b. Cras igitur in Siciliæ ſuburbano. I. V. 86. a. In ſuburbana amicorum deportaſſes. Qu. Fr. 322. a. De Suburbano cura ut ſciam.

Suburbium, bij. I. A. 244. b. Qui terminalibus nuper in ſuburbium ire non ſum auſus.

Succedo, dis. alterius locum occupo, in alterius locum reponor, ſummittor, ſuccurro, ſubeo. I. A. 238. a. Nihil ſemper floret, ætas ſuccedit ætati. & de Clariſs. 172. a. Succedere alicui. et Ep. 32. a. Ep. 34. a. Quin niſi ego ſucceſſor eſſem, quẽ tu cuperes uidere, te antea quàm tibi ſucceſſum eſſet, deceſſurũ fuiſſe. I. A. 172. a. Antonius in Cn. Pompeij locũ hæres ſucceſsit. pro Fl. 153. a. Frater meus qui L. Flacco ſucceſsit. & 156. b. At. 280. b. Succedere alicui in patris locum. I. V. 174. a. Quinquaginta aratores ita uideo deiectos, ut his ne uicarij quidem ſucceſſerint. & 219. a. Succedam ego uicarius tuo muneri, ſuſcipiam partes tuas. Or. 206. a. Demoſthenes ſucceſsit magnis, & maximos oratores habuit æquales. & 200. b. Horum ætati ſucceſsit Iſocrates. pro Cor. 55. b. Etenim ei ſuccedo orationi, quæ, etc. At. 278. a. Omnia ex ſententia ſuccedunt. de D. 86. a. Omnia mihi ſecunda eueniũt. Ep. 245. b. Si perinde ut mereor, mihi ſucceſſerit. & 264. b. Cũ omnia uelles mihi ſucceſſa. Or. 205. b. Etiam ſi minus ſuccedet, magnũ tamen periculum non adibis. Q. F. 315. a. Si ex ſententia ſucceſſerit, bene erit opera poſita. de Or. 97. a. Omnia ſub acumẽ ſtyli ſubeant & ſuccedant neceſſe eſt. pro Dom. 236. b. Is tectum, quod imbris uitandi cauſa ſuccederet, nullum habebat.

Succendo, dis. accendo. I. P. 88. b. Sapientem in Phalaridis tauro ſuccenſis ignibus torreri.

Succenſeo, es. iraſcor. de Orat. 149. b. Vbi ego diutius eſſem moratus, niſi Athenienſibus ſuccenſuiſſem. Ep. 230. a. Ei te uehementer ſuccenſuiſſe audiui. Tuſ. 170. a. Nec uerò ijs, à quibus accuſatus ſum, habeo quid ſuccenſeam. pro Q. R. 252. b. Dij hominibus iraſci et ſuccẽſere ſolẽt. & Ep. 84. a. Macellũ cui maximè ſuccenſebat, reſtituit. pro Ar. 188. a. Quis mihi iure ſuccenſeat? ſi, &c. & 137. b. De Pompeio quid agam, cui (quid enim negem) ſuccenſui. pro Deiot. 150. b. Non enim iam metuo ne tu illi ſuccenſeas, ſed ne tibi illum ſuccenſere aliquid ſuſpicere

Succeſsio, onis. hæreditas. At. 287. b. Merces Antonij oppreſsi poſcitur in Antonij locum ſucceſsio Bruti.

Succeſſor, oris. uicarius, qui ſummittitur. pro Fl. 153. a. Cùm ſucceſſor aliquid immutat de inſtitutis priorum. & de Pro. 76. b. Ep. 34. a. Niſi ego ſucceſſor eſſem, quem tu cuperes uidere.

Succidia, diæ. porcus ſale cõditus. de Sen. 89. a. Iam hortum ipſi agricolæ ſuccidiam alteram appellant.

Siccinctus, a, um. munitus. contra Rul. 83. b. Carthago ipſa natura ac loco ſuccincta portibus, armata muris. In Ar. 254. a. Ser. Galbam eodem pugione ſuccinctum uidetis. & ad Her. 40. a. Gladio ſuccinctus.

Succingo, gis. I. V. 265. b. Quod multo ſe pluribus & maioribus canibus ſuccinxerit.

Succlamari. Epiſtol. 174. a. Succlamatum eſt, &c. Bruti.

Succlamo, as. Ep. 174. a. Succlamatum eſt, & frequenter à militibus.

Succreſco, ſcis. ſuccedo. de Or. 164. b. Non enim ille mediocris orator ueſtræ quaſi ſuccreſcit ætati.

Sucronenſis, ſe. à Sucrone flumine & opp. Hiſpaniæ. pro Corn. 55. b. Sucronenſe prælium.

Succumbo, bis. inferior ſum, uincor, cado. de Or. 154. b. Gorgia patrono philoſopho ſuccubuit orator. pro Pl. 276. b. Quæ cum ita ſint, ita ſuccumbam Laterenſis orationi tuæ in eo ipſo, in quo nihil poteſt eſſe nimium. Tuſc. 198. b. & Epiſt. 131. b. Cur ſuccumbis cædiſq; fortunæ? Off. 13. b. Nulli neq; homini, neq; perturbationi animi, neque fortunæ ſuccumbere. & pro Syl. 180. b. Non fortunæ ipſi ſuccumbere. pro Dom. 216. b. Succubuiſſem enim potius ipſe. At. 26. b. Sed certe non ſuccumbam ſuccumbentibus, nec uincar ab ijs, qui, &c. de Sen 84. b. Nec langueſcens ſuccumbebat ſenectuti. de Fin. 59. a. Succumbere doloribus. & Tuſ. 187. a. Succumbere animo. de Fin. 84. b. Turpe eſt uiro debilitari, dolore frangi, ſuccumbere. contra Rul. 80. a. Huic ſuccumbenti & iam oppreſſæ Syllanis oneribus, ſubuenire uult. pro Deiot. 150. b. Deiotarus nunquam ſuccumbat inimicis, ne fortunæ quidem.

Succurro, ris. ſubuenio, ſubſidio uenio, ſubſidio curro, opem fero, ſuccedo. pro Rab. 91. a. Ferre opem patriæ, ſuccurrere ſaluti fortuniſq; communibus. & de Or. 98. b. Laborantibus ſuccurrere, ægris mederi. pro Mil. 107. a. Serui domino ſuccurrere prohibebantur. de Or. 127. b. Res hoc poſtulat, ut eorum expectationi, qui audiunt quàm celerrimè ſuccurratur. aliter, occuratur. Att. 222. b. Vt quicq; ſuccurrit, libet ſcribere. pro Pom. 4. b. Lucullus ab eo bello diſcedit, huic qui ſuccurrat non ſatis eſt paratus. pro S. R. 23. b. Licet omnia in me pericula impendeant, ſuccurram atq; ſubibo.

Succus, ci. de N. 50. a. Stirpes ex terra ſuccum trahunt. l. Maturitas. Item. Succus is quo alitur ex inteſtinis & aluo ſecretus à reliquo cibo, permanat ad iecur per quaſdam, uias, &c. de D. 83. a. Naribus humiferum duxere ex aere ſuccum. At. 65. a. Amiſimus in Pomponi omnem nõ modò ſuccum ac ſanguinem, ſed etiam calorem & ſpeciem priſtinam ciuitatis. de Sen. 88. a. Vua & ſucco terræ & calore ſolis augeſcit. de Or. 117. a. Omnes tum retinebant illũ Periclis ſuccum, ſed erant paulo uberiore filo. & Or. 204. a. Etſi non plurimi ſanguinis eſt, habeat tamen ſuccũ aliquem oportet. & de Cl. 167. b. Succus ille & ſanguis incorruptus. de Or. 151. b. Calore quodam & ſucco ſuo.

Succuſſus, ſus. agitatio. Tuſ. 185. b. Pedetentim ite, ne ſuccuſſu arripiat maior dolor. poetæ.

Sucula, l. e. l. Hyades.

Sudo, as. ſudore mano. de Or. 129. a. Cùm ille diceret ſe ſine cauſa ſudare, minimè mirum, inquit, modò enim exiſti de balneis. Item. Vides me ſudare iamdudum laborantem, quomodo ea tuear, quæ mihi utenda ſunt. de D. 100. b. Quid cum Cumis Apollo ſudauit? & 120. b. Deorum ſimulachra ſudauiſſe. pro Seſt. 26. b. Sudandum eſt his pro communibus commodis.

Sudor, oris. pro Font. 276. b. Galli multo eius ſudore ac labore ſub populi Romani imperium ceciderunt. de Orat. 143. a. Cum latus ei dicenti condoluiſſe, & multum ſudorem conſecutum eſſe audiebam. de Or. 107. b. Stylus ille tuus multi ſudoris eſt. de D. 96. a. Herculis ſimulachrũ multo ſudore manauit. de D. 120. b. Nec enim ſanguis,

nec ſudor niſi in corpore eſt.

Sudum,di.ſerenum cœlum. Epiſt.163.b.Horologium mittam & libros,ſi erit ſudum.

Sueſco,ſcis,ſueui.conſueſco,aſueſco. de N. 48. a. Has Græci ſtellas hyadas uocitare ſuerunt. Ep.249.a. A te,id quod ſueui,peto,me defendas, &c. Epiſt.86.b. Qui mihi cum ſueſcent libenter polliceri,reſponderunt,&c.

Sueſſa,ſæ.op. Mela Sinueſſam uocat.I.A.185.192.249.

Sueſſanus.ad Brut.277.a.

Suetus,a,um.aſſuetus. At.90.b.Omnes ſuis legibus & iudicijs ſuetæ, καὶ αὐτονομίαν adeptæ reuixerunt.

Sueui,orum. At.226.a.Sueui.Francones, &c. aliter. Scænæ.

Suffectus,a,um.ſubſtitutus. Ep.66.a. Si Appij os haberem,in cuius locum ſuffectus ſum,tamen, &c.

Suffero,fers.fero,perpetior,haurio. Epiſt.50.a. Niſi hoc peius ſit hæc ſufferre & perpeti.& pro Font.284.a. Victoriæ atq; imperij pœnas ſufferre. de N.76.b. Quàm multas Piſiſtratus pœnas ſuſtulit.aliter,ſubſtulit.pro Cec. 304.a. Legis multa,quam ciues ſufferre non poterant. I. C.210.b. Vt improbus pœnam ſui ſceleris ſufferat. Antequam.197.a. Malui inimicorum cupiditati quàm reip.& legitimæ autoritati pœnas ſufferre.

Sufficio,cis.ſatis ſum,ſatis habere,ſuppedito.I.V.261. b. Paucorum cupiditati tum cum obſiſtere non poterant, tamen ſufficere aliquo modo poterant:nunc uerò iam adepta eſt non modò reſiſtendi,ſed etiam ſuppeditandi poteſtas.In Sal.274.a. Poſteaquam immenſæ gulæ impudiciſsimi corporis quæſtus ſufficere nō potuit.I.A.163.b. Quanquam nec ſcribæ ſufficere, nec tabulæ nomina illorum capere potuerunt. pro R.P.43.b. Satis habere.Si non ſatis habes explere,&c.& Quod illis eſſet ſatis.l.Satis. Sufficiin locum alterius. l. Suffectus. pro Mur. 143.b. Nam ne ſufficiatur conſul,non timent.& 144.b. Vnus erit conſul in ſufficiendo collega occupatus.Item. Sufficere lanam medicamentis quibuſdam. In Horten.

Suffigo,gis.affixus. I.P.88.a.Si te & Gabinium cruci ſuffixos uiderem.

Suffimentum,ti.odores incenſi. de L.163.b. Nam etiam ſine illius ſuffimentis expiati ſumus.

Sufflatus,ta.inflatus.ad Her.27.a. Nam graui figuræ quæ laudanda eſt,propinqua eſt ea,quæ fugienda eſt, quæ rectè uidebitur appellari,ſi ſufflata nominabitur. Loquitur de graui figura dicendi, quam paulo pòſt inflatam uocat.

Suffoco,as.faucibus premo,animam intercludo,comprimo,uocem includo.pro Mur.138.b. Qui gallum gallinaceum ſuffocauerit. Att. 140.a. Conſilium primum eſt ſuffocare urbem, & Italiam fame,deinde,&c. pro R.P. 130.b. Me dolor debilitat,includitq; uocem.

Suffodio,dis. de Ar. 251.a. A Sex. Serano ſanctiſsima ſacella ſuffoſa,incenſa,inædificata,&c.ſcimus.

Suffragatio, onis. eſt ipſa uoluntatum & animorum declaratio,quæ fit ſuffragijs.pro Dom.222.a. Facilis ſuffragatio pro ſalute.pro Mil.108.a.Hic ſuffragationē conſulatus perdidit.pro Mur.133.b. Vrbana ſuffragatio.& & ib.a.Suffragatio militaris.& pro Pl.262.a.& 268.a. & Ep.149.a.& 20.b.

Suffragator,oris.pro Mur.127.a. Tua nobilitas populo & ſuffragatoribus eſt obſcurior. & 134.b. & de Pet.210.ſæpe.

Suffragatorius,a,um.quod ſuffragijs declaratur, aut in ſuffragijs uerſatur. Quin.de Pet.209.a.Breuis & ſuffragatoria amicitia.

Suffragium,gij.punctum,tabella, uox, ſententia. de L.190.b. Suffragia in magiſtratu mandando aut de reo iudicando,&c. palàm ferre melius eſſet. & 191.a. Nihil eſt in ſuffragijs uoce melius.I.P.80.a.Me uniuerſa ciuitas non prius tabella,quàm uoce priorem conſulem declarauit. Off.37.b. Quis eſt,qui cum contra me ferebatur,inïſſe ſe ſuffragium confiteatur?Item.ibid.Ferre ſuffragium de ſalute alicuius.Item. Occulta de honore ſuffragia. contra Rul. 66.b.Itaq; me non extrema tribus ſuffragiorum, ſed primi illi ueſtri concurſus: non ſingulæ uoces præconum, ſed una uoce uniuerſus populus conſulem declarauit. I. V. 134. a. Cum ſuffragijs tres ex tribus generibus creati ſunt,res reuocatur ad ſortem. Attic.1.b. Videtur in ſuffragijs multum poſſe Galba. contra Rul.69.b. Vt unuſquiſque ſtudio & ſuffragio ſuo uiam ſibi ad beneficium impetrandum munire poßit.& ibid.Priuare populum ſuffragijs.& ad Her.9.b.Quæ capiunt ſuffragia populi.pro Mur.135.b.Confuſionem ſuffragiorum flagitaſti. I. A. 168. b. Tum uerò adhibes magiſtrum ſuffragio tuo & compotorum tuorum rhetorem. Poſt. 208. a. Iiſdem operis ſuffragium ferentibus. & Epiſt.181.b.Ego te ſuffragium tuliſſe audiui.& pro Dom.222.b.Perditos homines de capite alicuius ſuffragium ferre.Ep.250.a. Fieri conſulem cunctis ſuffragijs. pro Pl. 262.a. Suffragia per tabellam fieri ſolita. Item. Itaq; refert ut uniuerſus populus in Campo Martio ſuffragium de re Clodij ferat. I. A. 234.a.Populus Romanus Craſſo bellum gerendum dedit, id eſt,Suffragijs detulit.

Suffragor,aris.ſuffragium fero,faueo.)(. Aduerſor, refragor.I.V.272.b. Cui legi ueſtra dignitas uehementer aduerſatur, ei inſignis iſtius impudentia maximè ſuffragatur.de L.156.a. Mihi uideris fratrem laudando ſuffragari tibi. & I.V.58.a. Hortenſius tibi ſuffragatur: id eſt, auxilio eſt. Att.279.a. Nec deſtiti accuſare eius neceſſarios,qui eius cupiditati ſuffragari uidebantur. pro Mur. 141.a. Quorum ſuffragium tenue eſt,ſi ut ſuffragantur, nihil ualent gratia. pro Pl.259.a. Ei meorum temporum memoriam ſuffragari uidebam.pro Pl.262.b.Sed uide ne hæc ipſa, quæ deſpicis, huic ſuffragata ſint. Q.de Pet.209. a.Nemo ab ignotis hominibus nullis ſuffragantibus meritis honore afficitur.Ep.190.b.Suffragari laudibus cuiuſpiam. & 195.a. Ep. 146.a. Fortuna ſuffragante uideris res maximas cōſecutus. & 147.b. Suffragari pro aliquo. l.Suffragatio. Off.28. a. Domus ſuffragata domino nouo homini ad conſulatum putabatur.

Suffringo,gis.frango,perfringo.pro Seſt.27.b.Si canes luce latrent,opinor ijs crura ſuffringantur.

Suffuſus,a,um.reſperſus,perfuſus.de N.37.a. Aequabili calore ſuffuſus æther.Tuſ.152.a.Sanguis ſuffuſus cordi.Ep.16.a. Noui animum tuum,tum mihi amiciſsimum, tum nulla in cæteros maleuolentia ſuffuſum.

Suggero,ris.ſubijcio.de Or.119.a. Singulis generibus cauſarum argumentorū copiam ſuggerunt. & 139.a. de N.74.b. Atq; huic ſententiæ rationes ſuggerit. Suggerere uel ſubijcere aliquid cuipiam.l.Subijcio. de Finib.74.a.Si memoria defecerit,tuum eſt ut ſuggeras.de In.48.a. Cur tu his rebus ſumptus ſuggeris?de Or.118.b. Ambiguum explicatur,cum ea uerba quæ deſunt,ſuggeſta ſunt.I.A.173. a. Suggerebantur etiam ſæpe damna aleatoria.

Suggeſtum,ſti.roſtra,locus concionum,qui rectè concio etiam dicitur,alij autores plerique pulpitum uocant. de D.106.a.Neq; illud ſuggeſtum, in quo cauſam dixerit,



aſcendenti ſignum ullum datum,&c. Tuſc.239.b.Idemq; cum in communibus ſuggeſtis conſiſtere non auderet, concionari ex turri alta ſolebat.

Sugo,gis.haurio,idq; labris & ore,ut qui lac è mammis hauriunt. de Nat.50.a. Animalia alia ſugunt,alia uorant,alia mandunt. Tuſc.190.b. Errorem cum lacte nutricis ſuximus.

Sui,ſibi. Att.294.a. Nicias uehementer tua ſui memoria delectatur.de Fin.86.a. Item omnibus mēſibus dent ad eorum epulas,qui unà ſecum philoſophati ſint, ut & ſui & Metrodori memoria colatur.I.C.119.a. Vterque pro ſui dignitate & pro rerum magnitudine in ſumma ſeueritate uerſatur. de Vn.203.a. Imitantes genitorem & effectorem ſui.pro Syl.181.a. Hoſ ne tales uiros,tam cupidos ſui perire uoluit?de Vn.198.a.Ita ſe ipſe conſumptione & ſenio alebat ſui. At.152.a. Nihil malo quàm & me mei ſimilem eſſe,& illos ſui.& Or.208.a. Commendatio ſui. de Nat.16.b.Natura quaſi ſui lena.Tuſ.240.a.Dionyſius alterum interfici iußit, quia uiam demonſtrauiſſet interimendi ſui:id eſt,ſui Dionyſij. de Cl.173.b. Præſertim cum ille Qu.Scæuolam ſibi prætuliſſet:id eſt,Fannio.Or.206. a.Ne ipſe quidem mihi perſuaſiſſet,ut ſe dimitterem. pro Quint.4.b.Teſtificantur iſti P.Quintium non ſtetiſſe,& ſe ſtetiſſe. pro Mil. 115. b. Tamen quotieſcunque uellet quis hoc in genere ſe rem iudicatam referre, poſſe uoluerunt. At.321.a.& 320.b. Cùm ad illum ſcribas nihil te recordari de ſe, de epiſtolis illis,quas, &c. Att.248.a. Cùm ſibi negocium daret Antonius, ut eum dictatorem efficeret:id eſt,ſe. At.283.b.Quo ad te ſcripſeram,ut cum Camillo communicares,de eo Camillus mihi ſcripſerit,te cum eo locutum:id eſt ſecum. At.240.b. L.Cæſar ut ueniam ad ſe rogat in nemus,aut ſcribam quò ſe uenire uelim. pro Lig. 138.a. Atque hæc propterea de me dixi,ut mihi Tubero, cum de ſe eadem dicerem,ignoſceret.pro Lig.143.a. Non ſolum ſibi ipſos,ſed etiam reip. condonaueris. Tuſ. 239.b. Dionyſius inſtituit,ut filiæ barbam ſibi & capillum adurerent. Antequam.192.b. Qui chariſsimam ueſtram procreationem ſibi eſſe duxit:id eſt,ſuam. Tuſ.187.b. Sin erit ille gemitus flebilis ei qui ſe dederit, uix eum uirum dixerint: id eſt,gemitum. de Fin. 130. a. Bonus pater intelligit omnes æque filios ſe attingere,ad ſeq; pertinere, id eſt, ſe patrem. Att.55.a. Sui pro ei.de Ar.249.b. Id monſtrum ſibi ipſum eſt.

Sulcus.de D.119.a.Cum terra araretur & ſulcus altius eſſet impreſſus.

Sulmo,onis. Ouidij patria. At.129.a.

Sum,es.conſto,ualeo,ad precium relata. Parad. 125. a.b. Vt quiſq; quod plurimi eſt poßidet, ita ditiſsimus habendus eſt. Att.121.a.Scio quanti reipublicæ ſit. Off.50.b. Vt commodius putarent numerari ſibi quod tanti eſſet, quàm ſuum recuperare. I.V.192.a. In nullo loco frumentum tanti fuit,quanti iſta æſtimauit. I.V.191.b. Quanti Epheſi ſit frumentum,tantum dare in Phrygia.I. V. 191. a.Cum in Sicilia H S I I.tritici modius eſſet. & ib.Quanti frumentū eſſet. & 187.a. Quanti erat in Sicilia triticum. pro S.R.19.a. Bona huius quæ ſunt ſexagies,duobus millibus nummûm ſeſe emiſſe dicit Chryſogonus. pro Quin.R. 50.b.Ager nunc multo pluris eſt,quàm tunc fuit. pro Q. R.49. b. Is ex qua parte erat Fannij non erat H S L I I I. ex qua parte erat Roſcij amplius erat H S C C C L I I I.& ibid. Alter C C C L I I I.quod ſit in ſocietatem affert. Off. 70.b. Emere denario quod ſit mille denariûm. Epiſt.102. a. Audio Treuiros capitales eſſe, mallem auro, argento, ære eſſent.

Eſſe.pro uerſari,& manere,uel habitare. At. 124. b. Eſſe cum aliquo.Item. Dixit etiam alia quædam de ſeruulis ſuis,quare nobiſcum eſſe non poſſet,morem geßi,dimiſi à me.de Clar.19.a. Eram cum Stoico Diodoro qui cùm habitauiſſet apud me,cumq; uixiſſet,nuper eſt mortuus domi meæ. Epiſt. 57. b. Amplector eius familiariſsimos qui me admodum diligunt,multumq; mecum ſunt. & 77.a. Tamen erat nemo qui cum eſſem libentius quàm tecum, & pauci quibus cum eſſem æquè libenter.& ibid. Ponere diem cum aliquo. Epiſt.53.a. Nónne mauis ſine periculo domi tuæ eſſe,quàm cum periculo alienæ. Epiſt.22.a.Cum Athenis decem ipſos fuiſſem dies.& 86.b.Vt eſſes in Sicilia,quoad uelles. Q.Fr.302.a. Plato Midam Sardianus,Epicureus,qui Athenis ſolet eſſe multum. de Ar. 249. b. Si eſſetis uerſareminiq; nobiſcum.de Orat.111.a. Vos oro ut hic ſitis hodie.I.V.254.b.In publico eſſe nō audet.& 129. a.Non licet mihi eſſe Romæ.

Eſſe aliquid alicui cum aliquo pro accidere. uel negocium habere. pro Q.4. b. Alicui cum aliquo familiaritatem uel ſocietatem eſſe. I.A. 175.a. Mihi cum illa poſthac nihil erit.de D.103.a.Cùm ita ſolutus eſt animus,ut ei planè nihil ſit cum corpore.I.V.113.a.Quæſiuit à Gallis quid ſibi eſſet cum his. pro Cluent. 54. a. Quid huic cum Habito?nihil.In Ant. 226.b. Cum Vatinij legionibus quid erat Antonio. Att.190.b. Mihi ante ædilitatem nihil erat cum Cornificio?

Eſſe.cum genitiuo, pro pertinere, uel officium, rem, opusúe eſſe.Tuſ. 221. a. Libidinem laudare, cuius eſt libidinis?& ibid. Aegritudinem laudare, &c. quorum eſt tandem philoſophorum? pro Cluent.18.b. Non eſt noſtri ingenij,ueſtri auxilij eſt iudices,huic ſubuenire. Att.247.a. Meus diſceſſus deſperationis eſt, non legationis. Quint. Fr. 194. b. Eſt eius qui alijs præſit, eorum quibus præſit commodis utilitatiq; ſeruire.pro Pom.7.a. Erit igitur humanitatis ac ſapientiæ ueſtræ prohibere, &c.uidere,&c. Oct.329.b.M. Antonius uir ſapientis cōſilij fuit.de Cl.188. b.Cuius penes quos laus adhuc fuit,nō fuit rationis aut ſciētiæ,ſed quaſi bonæ conſuetudinis. At.275.a. Nihil mihi minus hominis uidetur eſſe quàm,&c. de Orat. 116. b. Clamare contrà quàm deceat, hominis eſt impudentis. & ibid.Quorum alterum diuinitatis mihi cuiuſdam uidetur, alterum humanitatis.I.V.207.a. Eſt boni iudicis facere cōiecturam,&c.de Fin.102.a.Eſt hominis ingenui, uelle, &c.Att.139.a. Boni ciuis & uiri puto, quouis ſupplicio affici,quàm,&c. Orat. 103. b. Muſicam philoſophi non eſſe.At.193.a.Fortis ægroti eſt accipere medicinam. pro R. P.124.b. Hic iam iudices ueſtri conſilij res eſt, noſtræ ſapientiæ,quod deceat,&c.Orat.203.a.Magni igitur iudicij & ſummæ facultatis eſſe debebit moderator ille huius tripartitæ uarietatis. Epiſt. 7. a. Eſt & tuæ & noſtri imperij, dignitatis, &c. Orat. 197.a. Suſcipere tantam rem uix arbitrabar eſſe eius, qui, &c. & de Finib. 86. a. Hæc non erat eius,qui,&c. Epiſt.71. b. Statui noſtræ neceßitudinis eſſe, &c. & 72. b. Non eſt iam grauitatis ac ſapientiæ tuæ.Epiſt.52.a. Magnæ eſt deliberationis,quæ ratio ſit ineunda nobis quieſcendi.pro Mur.143.b. Tuum eſt Cato uidere, &c. Att. 195. b. Fuit meum quondam rempublicam regere.pro Cor.91.b. Non enim meum dicere contra ius, &c. Attic. 151. b. Sed tu id quanti æſtimes,tuum iudicium eſt. Attic. 264. b. Tota poteſtas eius rei tua eſt. & ibid. a. Conſules quorum & lege & S. C. cognitio & iudicium fuit. de Finibus 93. a. Erat enim ſi cu-

ſi cuiuſquam certè tuum. Tuum conſilium eſt uel tui conſilij.l. Conſilium.

Eſſe cum datiuo.de Cl. 273.a. Hæc res P. Africano uituperationi fuit. I.V.239.a. Hæc res erit tibi crimini uel inuidiæ. At.86.b. Poſtrema tua pagina mihi magnæ moleſtiæ fuit. I.V.167.b. Hæ pecuniæ tibi fraudi & damnationi eſſe debēt. I.V.166.b. Sicilia tibi prædæ & quæſtui fuit. Off. 28.a. Aliter ampla domus dedecori domino ſæpe fit. Att.236.b. Clementiam Cæſari malo fuiſſe. ad Heren. 7.a. Hoc alijs quoque bono fuit. pro S.R.20.b. Quibus occidi Roſcium bono fuit. de In.54.a. Quæ ſigno ſunt omnia, ratione mundum adminiſtrari. de Cl.168.a. Iam tum erat honos eloquentiæ.

Eſſe.cum ablatiuo, idq; ſine præpoſitione. de D.88.b. Oraculum illud nunc minore gloria eſt. & ibid. Sic cum in tanta gloria non fuiſſet. de Orat.115.b. Annibalis nomen magna erat apud omnes gloria. Q.Fr.302.b. Cũ ſpe ſumma maxima, tum etiam maiore animo. pro Q.R.48.a. Hic capite & ſupercilijs ſemper eſt raſis. Epiſt.85.a. Qua in re ſingulari ſum fato. Att.26.b. Mira ſum alacritate ad litigandum. Epiſt.262.a. Incredibili ſum ſolicitudine. & 81.b. Sum magno dolore. de Or.124.a. Qua nos indulgentia in liberos noſtros eſſe debemus? Epiſt.234.a. Eſſe mirifico ſtudio in aliquem. & 34.a. Eſſe bono animo inter ſe. Ep. 254.b. Spero homines intellecturos quanto ſit omnibus odio crudelitas, & quanto amori probitas & clementia. Epiſt.93.b. Tu qui coniunctiſsima fuiſti mecum & ſententia & uoluntate. Orat.216.a. Trochæus eodem ſpacio eſt, quo Choræus. Or.215. b. Iambum nimis è uulgari eſſe ſermone.

Eſſe.cum ablatiuo, & præpoſitione in. de Am.115.b. Diutius in hoc deſiderio eſſe non poſſum. I.A.167.b. Magna in moleſtia ſum. Att.178.a. In eadem ſum uoluntate. I.V. 231. b. Cùm diutius in eo negocio curáq; fueram, ad Carpinatium reuertebar. pro Syl.174.a. Si hic eſſet in eodẽ ſcelere. I.V.202.a. Nõ modò ipſum in ære alieno nullo, ſed in ſuis numis multos eſſe, ſemperq; fuiſſe. I. V. 200. b. a. Eſſe in amore atque delicijs alicui. At.37.a. Eſſe in ſumma infamia ſceleris. At.127.a. In eadem opinione fui, qua cæteri omnes, te, &c. de D. 87. a. Cum uicini omnes ad unum de rebus ſuis referrent, erat in magno nomine & gloria. de Fin. 97.a. Timere, mœrere, in libidine eſſe, peccatum eſt etiam ſine affectu. de Fin. 91.b. Eſſe in principibus. pro S.R.31.a. In egeſtate, & in inſidijs uerſari. Ep. 91. b. Eſſe in decuronibus. Epiſt. 88.b. Quod eſt in uno te, quæ ſunt in fortuna. Eſſe in uitio aut uirtute. L.In. Et locis ſuis.

Eſſe.uarijs modis uſurpatum. pro exiſtere, conſtare, extare, haberi, numerari, cadere, conſiſtere, &c. de Orat. 123.a. Omne quod eloquimur fit, ut id aut eſſe dicamus, aut non eſſe. Top.222.b. Definitionum autem duo ſunt genera prima: unum earum rerum quæ ſunt, alterum earum quæ intelliguntur. Eſſe ea dico, quæ cerni tangiq; poſſunt, &c. non eſſe rurſus ea dico, quæ tangi demonſtrari ue non poſſunt, cerni tamen animo, atq; intelligi poſſunt, &c. de Orat. 109. a. Talem uerò exiſtere eloquentiam, qualis fuerit in Craſſo, non potuiſſe confirmo. Poſtquam.201.b. Cn Pompeius uir omnium qui ſunt, fuerunt, erunt, uirtute princeps. de Orat.132.b. Sæpe etiam uerſus interponitur, uel ut eſt, uel paululum immutatus. I. A. 153.a. Quæ credo eis fuiſſe futura communia. Quint. Fr. 317.a. Plus unus fuerit Cato, quàm omnes leges. Epiſt.25. a. Iam me Pompeij totum eſſe ſcis. pro Quint. Roſ. 53.b. Quod uniuerſæ ſocietatis eſſet. Item. Quod ſuæ partis



eſſet. Epiſt.230.a. Eſſe magni apud aliquem. Epiſt.252.b. Magni mihi erunt literæ tuæ. I.V.244.b. Fuit iſta reſponſio quondam. Att.82.a. Si erit ut uolumus. Tuſcul.233.a. Eſt ubi id iſto modo ualet. ad Heren.32.b. Eſt cum non eſt ſatius. Epiſt.234.a. Tutò eſſe, & Eſſe cum telo. Att.38.b. de Orat.134.a. Quid tibi eſt iſta mulier? uxor. Orat.198. a. Ab ijs qui dicendi numerabantur mapiſtri. de Opt.242. b. Omnes qui Attici numerantur. pro Mil.117.b. Si minus fortiſsimi uiri uirtus ciuibus grata cecidiſſet. Att.96. b. Sed nunciant melius eſſe ei. Att. 128.b. Ecquæ pacifica perſona deſideretur, an in bellatore ſint omnia. At.186.a. Ne uiuam mi Attice, ſi mihi non modò Tuſculanum, ubi certè ſum libenter, ſed μακάρων νῆσοι tanti ſunt, ut ſine te ſim totos dies. Quint. Fr. 291.a. Eſſe quócunque ueneris, & publicè & priuatè maximam lætitiam. Off.16.a. Quanquam hæc quidem res non ſolum ex domeſtica eſt ratione, attingit enim & bellicum, &c.

Summa, mæ. caput, genus, conſtitutio, numerus. de Orat. 123. a. Vera ne ſumma ſit unuſcuiuſque rationis. & 121.a. Communes rerum & generum ſummæ. de Finib. 113. b. Circunſpectis rebus omnibus rationibuſq; ſubductis, ſummam feci cogitationum mearum omnium. Epiſt. 12.b. Officior.12.b. Addendo deducendoq; uidere, quæ reliqui ſumma fiat. Att.83.a. Subducamus ſummam. ad Heren. 2. a. Si ſummam cauſæ breuiter exponemus. de In. 48.b. Summam alicuius rei dicere, non partes eius perſequi. pro Quint. Roſ.45.b. Non refert parua nomina in codicem? imò omnes ſummas. I.P.98.a. Quid auaritiæ, quæ criminibus infinitis implicata eſt, ſummam nunc explicem? generatim ea, quæ magis nota ſunt, dicam. I. A. 166.b. Sed tamen hæc eſt ſumma concluſionis meæ. Quint.Fr.328.a. Et in omni ſumma me ad ocium conuerto. de Som. 127. a. Cùm hi duo numeri naturali circuitu ſummam tibi fatalem confecerint. contra Rul.79.a. Cum ſummam tantæ pecuniæ nullo teſte ſibi ipſe ex ſua uoluntate confeciſſet. I.V.165.b.266.a. Remittere alicui de ſumma, uel de capite. Att.111.a. Reliqua patebant, & cum Terentiæ ſumma congruebant. Att.110.a. Sed etiam ad ſummam profectum aliquid puto. Att.168.b. At ille perpauca locutus, hanc ſummã habuit orationis, ut ſibi ignoſcerem, ſe, &c. pro Quint.5.b. In hoc ſumma iudicij cauſaq; tota conſiſtit. pro S. R. 33. b. Qui ſummam rerum adminiſtrat: id eſt, Imperator. Epiſt.155.b. Illud certè caui, ne reipublicæ ſnmma fallatur. I.C. 121. b. Equites, qui uobis ſummam ordinis conſilijq; concedunt. ad Brut. 91.a. Voluntas mea de ſumma reipublicæ ſemper eadem fuit, quæ tua. pro Cluent. 36.a. Cum ipſa pecunia quæ Staleno data eſt numero ac ſumma ſua, non modò quanta fuerit, ſed etiã ad quam rem data fuerit, oſtendat. de L.173.a. Leges autem à me edentur nõ perfectæ, nam hoc eſſet infinitum, ſed ipſæ ſummæ rerum ac ſententiæ. pro R.P.127.b. Neſcio utrum acceſsionem decumæ centeſima, an deceſsionem de ſumma fecerit. pro Lig.141. b. Quicquid dixi ad unam ſummam referri uolo, uel humanitatis, uel clementiæ, uel miſericordiæ tuæ.

Ad ſummã, In ſumma. id eſt, omnino, uno uerbo. Att. 222.a. Ad ſummam dic M.Tullij, &c. Officiorum. 30. a. Ad ſummam ne agam de ſingulis, &c. & de Finib. 119. b. Epiſt.238.a. Ad ſummam forti animo ſitis. Qu. Fr.317.a. In ſumma quatuor ſententijs ſenatores & equites damnarunt. Att.121.a. Summa autẽ Afraniũ cum magnis copijs aduentare. At.158.a. Iurabat ad ſummam amiciſsimũ mihi Cæſarẽ eſſe debere. At. 158. Rogaui ut ſi quid poſſet ex ea ſum-



ea ſumma detrahere. Att.222.b. Ad ſummam non poſſunt iſtæc ſic abire. Att. 237.b. Deinde ad ſummum arbitrum me ſtatuebat, non modò huius rei, ſed totius conſulatus.

Summanus, ni. Orcus, Pluto. de D.83.b.

Summarius, a, um. Att.155.a. Niſi fortè iſte ſummarius ei poteſt perſuadere, ut, &c. aliter. Summanus: id eſt, Cæſar.

Summatim. aceruatim, breuiter. de Fin.133.a. Summatim hæc erant de corpore animoq; dicenda. ad Heren.3. a. Si ſummatim, non particulatim narrabimus. At.79.b. Itaque ſubſedi in uia, dum hæc quæ longiorem orationem deſiderãt ſummatim tibi perſcriberem. de Orat.131.b. & pro Cluent.131.b. Nunc exponamus genera ipſa ſummatim. de Or.107.a. & 122.b. Ius ciuile ſummatim percipi ſine doctrina poteſt. Epiſt.161.a. A me pauca cognoſces, & ea ſummatim.

Summè. maximè, ſummopere. de Or.136.a. Hoc me ſollicitare ſummè ſolet. & pro Q.12.b. Sicut tu ſemper ſummè concupiſti. & Ep.52.b. & pro Q.14.a. Ab aliquo petere ſummè, & contendere, ut faciat aliquid.

Summergo, gis. demergo, deprimo. de D.95.b. Summerſus equus uoraminibus non extitit.

Summiſſè. remiſſè, demiſſè. de Or.128.b. Breuiter & ſummiſſe dicere. de Or.162.b. Aliàs contentius, aliàs ſummiſsius dicere. pro Pl.261.a. Summiſſè ſupplicare alicui. Off.18.b. Tanto ſummiſsius nos geramus.

Summiſsio, onis. remiſsio. )(. Elatio. Top. 227.a. Parium comparatio nec elationem habet, nec ſummiſsionem. Or.204.b. Summiſsio orationis. Off.29.b. Contentio uocis. )(. Summiſsio uocis.

Summiſſus, a, um. remiſſus, ſuppreſſus, humilis, abiectus, leuiter. )(. Se efferens. Off.25.a. Oportet æquo & pari iure cum ciuibus uiuere, neq; ſummiſſum & abiectum, neq; ſe efferentem. Orat.263.b. Summiſſus & humilis, conſuetudinem imitans. de Orat.125.a. Oratio placida, ſummiſſa, lenis. )(. Fortis, acris, uehemens. & 128.a. Intenta. Orat. 199.a. Summiſsius à primo dicere, deinde preſsius, pòſt audacius exultare.

Summitto, tis. ſucceſſorem mitto, ſupprimo, ſubijcio. I.V.97.b. Iſte ad pupillæ matrem ſummittebat. & 162.b. Summittebat iſte Timarchidem, qui moneret, &c. pro Pl. 264.a. Appellaui populum, tribubus ſummiſi me & ſupplicaui. de Cl.166.b. Tibi ætas noſtra cedit, faſceſq; ſummittit. I.V.62.a. Aliquantum remittere ex eo quod facere poſsis, & multum ſummittere. & de Or.152.a. Summittere aliquid. Epiſt.169.a. Summittere animum periculo. de Pro.70.b. Huic uos non ſummittetis? & Ep.156.a. Summittere exercitus aliquò.

Summopere. ſummè, maximopere. de In. 48.b. Quæ ſummopere uitare oportebit. de In.62.b. Cùm puerorum formas ſummo hic opere miraretur.

Summoueo, es. pro Q.5.b. Et interea noſtros aduocatos iubet acerrimè ſummoueri. pro Seſt.30.a. Magnitudine pœnæ maleficio improbos ſummoueri. de L.163.b. Academiam placere cupio, ſummouere non audeo.

Summus, a, um. ampliſsimus, perfectus, ſingularis, incredibilis, unicus, in quo omnia ſumma ſunt. )(. Infimus. de Or.108.b. Si homines non eruditi ſummam eſſent prudentiam atq; incredibilem eloquentiam conſecuti. Tuſ.184.b. Summum eſt, quo nihil ſit ſuperius. de Cl.192.b. Summus & ſingularis uir. pro Pom.11.a. Summus atq; perfectus imperator. Att.127. b. Nihil niſi ſumma ratione facere. & pro Q.10.a. Summa ſanctimonia. de Or.85.b. Summi ho-



mines ac ſummis ingenijs præditi. Ep.226.a. Summa hyeme. Ep. 13.b. Qui & ſumma uoluntate ceſſerit, & egregia animi alacritate abfuerit. pro Pl.273.a. Vt etiam ſumma reſp. mihi donata fuerit gerenda. pro Pl.262.b. Is qui eſt in ſumma ſacra uia. de D.90.b. Alexander eam buculã in ſummo columnæ collocauit. de D.87 a. Bacillũ incuruum & leuiter à ſummo inflexum. de Fin. 100.a. Summum aquæ. )(. profundum aquæ. de Or.104.a. Summũ bonũ in animo ne ſit, an in corpore, uirtute an uoluptate definiatur. de L.167.b. Summũ bonũ eſt, ex natura uiuere, id eſt, uita modica & apta uirtute perfrui, aut naturã ſequi, & eius quaſi lege uiuere, id eſt, &c. de Fin.68.a. Ariſtoteles uirtutis uſum cũ perfecta uitæ proſperitate cõiunxit. de Am.99.b. Diuitias alij præponunt, bonam alij ualetudinem, alij potentiam, alij honores, multi etiam uoluptates: belluarum hoc poſtremum eſt, illa autem ſuperiora, caduca & incerta. de L.266.b. Finis bonorũ quò referuntur, & cuius cauſa facienda ſunt omnia. Off. 59. a. Quod honeſtum ſit, id eſſe, aut ſolum aut ſummũ bonum. I.P.88.b. Qui mala dolore, bona uoluptate definiunt. de 163.b. Epicurei omnia quæ ſequantur in uita quæq; fugiant, uoluptatibus & doloribus ponderantes. & Off.76.a. Epicurus bona uoluptate terminauit, mala dolore. & ib. Epicurus ponit ſummum bonum in uoluptate. Off.75.b. Cyrenaici omne in uoluptate poſuerunt. Acad.32.b. Herillus in cognitione & ſcientia ſummum bonum ponit. de Am.111.b. Summum naturæ bonum. Tuſ.245.a. Opiniones de ſummo bono. I.A.160.a. Cum à ſummis medijs, infimis, cum deniq; ab uniuerſis hoc idem fit. de L.188.a. Omnia infima ſummis paria fecit.

Ad ſummũ, uel Summũ. pro quo inepti dicunt, ad plus. At.210.a. Expectabam hodie, aut ad ſummũ cras ab eo tabellarios. Ep.18.a. & 234. Bis ter'ue ad ſummũ. pro Q. 14.b. Biduo aut ad ſummum triduo, &c. Ep.77.a. Excepto uno, aut ad ſummum altero. pro Mil.103.b. Quatuor, ad ſummum quinq;. pro Mil.106.a. Triduo, ad ſummum quatriduo. At.201.b. Scies igitur cras, ſummum perendie. I.V.134.b. Eximunt unum diem, aut ſummum, biduum ex menſe. & 191. a. HS. II. ſummum HS. ternis.

Summuto, as. commuto. Or.205.a. Summutantur uerba pro uerbis. & 212.a.l. Hypallage.

Sumo, mis. aſſumo, ſuſcipio, arrogo, attribuo, aſciſco. de Cl. 171.a. Tu qui à Næuio uel ſumpſiſti multa, ſi fateris, uel ſi negas, ſurripuiſti. de L.157.a. Sume ad hãc rẽ tẽpus, quæ, &c. de In.65.b. Ducere, ſumere, trahere ſuſpicionem ex aliqua re. In Vat.34.b. Sumere inimicitias. Att.277.a. Sumere aliquem iudicem. Att.262.b. Hoc pro beneuolentia noſtra mihi ſumpſi, ut id à te peterem, quod, &c. Epiſt.98.a. Vide quid mihi ſumpſerim. Epiſt.212.b. Sumpſi hoc mihi, ut ſcriberem, &c. pro Planc. 259. a. Mihi non ſumo tantum iudices, neque arrogo, ut, &c. Quando etiam poſtulo. pro Syl. 183. b. Quid ergo? hoc tibi ſumis, dicet fortaſſe quiſpiam, &c. ego uerò mihi nil aſſumo, &c. ad Brut. 90.b. Cùm mihi tantum ſumpſerim, ut gubernacula reip. prehenderem. de Or.88.b. Quod uerò in extrema oratione quaſi tuo iure ſumpſiſti, oratorem, &c. pro S.R.34.b. Vnum hoc ſumo, quod mihi res manifeſta dat. de Finib.117.b. Sumere res non conceſſas, & ex illis efficere quod uelis. & Acad.11.b. Quæ autem ſumunt ut concludant, &c. de D.130.a. Sed cum bis ſumpſit quod uoluit, id tamẽ aſſumit, quod cõcedi nullo modo poteſt. de D.130.a. Hos uos Dialectici non facitis, nec ſolum ea non ſumitis ad concludendum, quæ ab omnibus concedantur: ſed

ſed ea ſumitis,quibus conceſſis,nihilo magis efficiatis quod uelitis.de N.63.a.Videre oportet Balbe,quid tibi concedatur,non te ipſum ſumere quod uelis. de Nat. 19.a.Beatos eſſe deos,ſumpſiſti,concedimus. de Fin.95.b. Quod enim efficiebatur ex his duobus, quæ erant ſumpta in eo, uides eſſe concluſum.de N.16.b. Arripere mihi uidemini, quaſi ueſtro iure,rem nullo modo probabilem.Off.52.b. Ille enim requieſcens à reipub.pulcherrimis muneribus,otium ſibi ſumebat aliquando.

Sūptio,onis.aſſumptio. de D.131.a.Sed demus tibi iſtas duas ſumptiones,ea quæ λήμματα appellant Dialectici.

Sumptuarius,a,um.de ſumptibus.At.206.a.Lex ſumptuaria. Tu uelim è Polluce cognoſcas rationes noſtras ſumptuarias.At.220.a.

Sumptuoſius.adu.I. C.108. b. Sumptuoſius inſolentiusq; ſe iactant.

Sumptuoſus,a,um.ſplendidus,magnificus, lautus. )(. Frugalis. Par.125.b. Venio iam ad ſumptuoſos, relinquo iſtum quæſtuoſum.Ep.141. a. Cœna ſumptuoſa.de Orat. 121.a.Quod ſumptuoſius de luxuria,&c. & pro Cl.32.a. Vir egens,ſumptuoſus.&c.Q.Fr.327.b.Ludi magnificentiſsimi,munus ſumptuoſum & magnificum. I.P.94.a. & de Leg.182.a.Nihil apud hunc lautum,nihil elegans,nihil exquiſitum,ne magnopere quidem quicquam, præter libidines, ſumptuoſum.

Sumptus,a,um.delectus.pro R.P.129.b.Vide hos quaſi ſumptos dies ad labefactandam illius dignitatem.

Sumptus,tus.impenſa,impēdium.I.V.204.b.Mamertini magnum ſumptū in Timarchidis prandium fecerunt. & At.76.b.Nullus ſit ſumptus in nos, neq; in legatos noſtros.& I.V.182.b.At habes ſumptum unde facias. Epiſt. 201.a.Facere ſumptum in rem militarem.Att.178.b.Conſideres uelim,ut ſit unde nobis ſuppeditentur ſumptus neceſſarij. de Off. 41.b. Pecuniæ collocandæ ratio eſt,quæ perpetuos ſumptus ſuppeditet, nec ſolum neceſſarios, ſed etiam liberales.Tuſ.247.a.Magnificentia & ſumptus epularum. Offic. 45. b. Noſtro quidem anno ſanè exiguus ſumptus ædilitatis fuit.& 28.b. Cauendum eſt etiam ſi ædifices,ne extra modum ſumptu & magnificentia prodeas.Quint.Fr.291.a.Prouinciam ſumptu exhauriri.pro S.R.29.b. Sumptus effuſi cum probro atque dedecore.& Epiſt.36.b.Sumptus legitimus,ſumptus infinitus. At.122. a.Tironem Curio cōmendas & ut petij, ſi quid opus erit, in ſumptum roges. & ibid. b. Sed eum uideo in ſumptum ab alijs mutuatum.& 245.b.Quare uelim cures, ut permutuetur Athenis, quod ſit in annuum ſumptum ei ſatis. Ep.36. b. Vt ſumptus egentiſsimarum ciuitatum minuerem.& 37. b. Minuere & remittere ſumptum.de In.73. a.Legatis Quæſtores ſumptum non dederunt. pro Q.R. 49.b.Sumptus nuſquam melius poteſt poni. I. V. 199. a. Impendere laborem & ſumptum ad incertum caſum. de In.76.b.Inſumere magnum ſumptū aut laborem in aliquam rem.Epiſt.138.b.Ad illam tuam lautitiam, ueterem dico cum mecum ſumptus habebas.At.75.b. Aduentus noſter ne minimo quidem ſumptui fuit. Att.76.a. Ita uiuam ut maximos ſumptus facio. At.81.b. Nullum teruntium, me obtinente prouinciam, ſumptum factum eſſe. & ibid. Hic facit,ut mihi excipiendus ſit cum teruncīū nego ſumptum factum.Brut.289.b. Impendent infiniti ſumptus in hos exercitus,quibus nunc defendimur. Off.45. a. In his immanibus iacturis,infinitisq; ſumptibus nihil nos magnopere mirari.Par.125.b.Ille ſumptus nō modò ad fructum, ſed etiam ad fœnus eſt exiguus.

Sunij.pop.de L.170.

Suo,is,ſui,ſutum.de N.56.b. Tegumenta coroporum uel texta uel ſuta.

Supellex,ctilis, inſtrumentum, ornamentum aulæ. I. V.125.b.Supellex ex ære elegātior Deliaca & Corinthia. & 208.a. Tu P. Cacurij ſupellectilem omnem abſtuliſti. & 223.a. In inſtrumento ac ſupellectili C. Verris. contra Rul.72.b. Deinde ornat mulis,tabernaculis,centurijs,ſupellectili.contra Rul.73.b.Multa in mancipijs,in pecore, auro,argento,ebore,ueſte,ſupellectili,cæteris rebus. Par. 117.b. Cogitatio ſupellectilis ad delicias. de Or.98.b. In oratoris uerò inſtrumento tam lautam ſupellectilem non uiderem.Orat.204.a. Oratoria quaſi ſupellex, ſupellex eſt enim quodammodo noſtra,quæ eſt in ornamentis, alia rerum,alia uerborum. I.A.173.a. Multa & tanta ſupellex,& magnifica multis locis,non illa quidē luxurioſi hominis,ſed tamen abundantis. Am.106.b. Amicos parere, optimam & pulcherrimā uitæ,ut ita dicā,ſupellectilem.

Super.ſupra.At.161.a.Sed ſuper hac re nimis.& 237. a.Simul cogites quid agendū nobis ſit ſuper legatione uotiua.& 255.a.Hac ſuper re ſcribā ad te Rhegyo. ad Her. 4.b.Paterfamilias uti ſuper familia ſua legauerit, ita ius eſto. de L.183.b. Demetrius ſuper terræ tumulum noluit quid ſtatui,niſi columellam,&c. Qu.Frat.320.b.Tectum quod ſuper conclauia non placuerat tibi eſſe multorum faſtigiorum.de Fin.77.a. Et uelle imprudentem ſuper eam aſsidere:id eſt,aſpidem.de L.180.b. Super dicebant quicquid cepiſſet,aſtriugi,rurſus ſacris liberantur.de N.26.a. Contra Epicurum ſatis ſuperq; dictum eſt.& pro Qu.R. 46.a.Satis ſuperq; habebo, quod mihi dederis. & de Ar. 247.b.Satis ſuperq; prudentes ſunt,qui,&c. de Or.102. a. Mihi uerò, inquit Mutius,ſatis ſuperq; abs te uidetur iſtorum ſtudijs,ſi modò ſunt ſtudioſi,eſſe factum.

Supera.ſupra.In Ar.Supera terras.

Superbè.contumaciter,arrogānter.pro Pom.5.b.Appellare aliquem ſuperbius. At.86.b. Contumaciter,arroganter. ἀκοινωνήτως.

Superbia,biæ.arrogantia,contumacia, intolerantia, inſolentia,faſtidium,animi,ſpiritus.Part.237.a. Magnitudinem animi ſuperbia imitatur in animis extollendis. & Ep. 102.b. Off.18. b. Superbiam,faſtidium,arrogantiam fugiamus.I.V.221.a. Illa tua ſingularis inſolentia,ſuperbia,cōtumacia.de In.61.a.In ſuperbiā et arrogantiam odium concitatur. contra Rul.64.b. Superbia nata Capuæ ex Campanorum faſtidio uidetur.& 85.b.Coloni Capuæ in domicilio ſuperbiæ, & in ſedibus luxuriæ collocati.de Or.93.a.Quod ego non ſuperbia,neq; inhumanitate faciebam,ſed me herculè iſtius diſputationis inſolentia, & eatum rerum inſcitia.

Superbiloqaentia,tiæ.Tuſ.216.b.poetæ.

Superbire.Ac.23.b.Si habes quod liqueat,neq; reſpondes ſuperbis,ſi non habes,ne tu quidem perſpicis.

Superbus,a,um.arrogans,inſolēs,imperioſus,elatus,inflatus,nō ferendus,ſe efferens, ſpe atq; animo inflatus, aſper,difficilis, grauis, qui faſtidio & cōtumacia effertur. Ep.101.b.Vtrū ſuperbiorē te pecunia facit,an quod te imperator cōſulit? At.93.b.Grauius aūt non contemnere ſe, & reges odiſſe ſuperbos. At. 121. a. Is ſuperbū ſe præbuit in fortuna,quam putauit noſtram fore.Item.Qui alicuius artis arrogantia ſubnixi ambulant.l.Subnixus.cōtra Rul. 85.a.Hunc Capuæ campano præſidio ac regio ſpiritu eum uiderem, Bloſios illos mihi uidebar uidere ac Iubellios. Item.Verbū incedēdi ad ſuperbiā accommodatū.l.Incedo.





Supercilium,lij.pars frontis extrema,oculos à fronte, pilis quaſi limite diſtinguēs. in ſuperciliorū motu, exiſtūt animi motus,præſertim arrogantiæ, grauitatis ac ſeueritatis,frontis nubecula.I.P.83.b.I.P.82.a. Altero ad frontem ſublato, altero ad mentem depreſſo ſupercilio. pro Qu.R.48.a.Ipſum caput & ſupercilia illa penitus abraſa,olere malitiam uidentur. Off.29.b. Superciliorum remiſsio aut contractio,mœſtitia,hilaritas, riſus. Poſt. 207. b.Hic uos rugis ſuperciliōq; decepit.pro Seſt.6.b. Tanta erat grauitas in oculo, tanta frontis contractio, ut illo ſupercilio tanquam Rhadamātus ille niti uideretur.de Pro. 70.b.Libidines,quas fronte & ſupercilio contegis.

Superficies,ei.quod ſupra ſolum ædificatum eſt. Att. 56.a.Superficiem areæ Coſſ.ex S.C.æſtimabunt.& 55.a. Superficiem ædium Coſſ.æſtimarunt.

Superfluo,is.redundo,affluo,effluo,abundo.de D.93. b.de Cl.194.b. Is redundantes nos & ſuperfluentes iuuenili quadam licentia repreſsit.

Superi,orū.cœlites.Top.228.b.Superidei.)(.Manes.

Superior,us.prior,qui excellit, qui aliquam præſtantiam uirtutis,ingenij,fortunæ conſecutus eſt. Epiſt. 29. b. Habes enim neminem honoris gradu ſuperiorē. & 204. b.Superior ordine,inferior fortuna. de Orat.105.b.Cum hic iuriſconſultus fuerit ſuperior diſceſſurus, ſi, &c. & Poſt.203.a.Superiorem eſſe contra improbos. de Orat. 128.a.Inuident homines & paribus & inferioribus & ſuperioribus.pro Cor.62.a.b.Ille populus in ſuperiori conditione cauſaq; ponitur,qui,&c.de Nat.74.b.Superiora de pecunia.)(. Poſteriora de inceſtu. I.V.259.a. Superius facinus nouo ſcelere uincere. de Nat.54. a. Omnis odor ad ſuperiora fertur.de D.119.a. Quid? idem non poterat deus hominibus diſciplinā ſuperiore ex loco tradere? I.V. 129.a. Dicere aliquid de loco ſuperiore. )(. Ex loco inferiore.& Tuſ.174.a. Atq; ita uelut è ſuperiore loco concionandum. de In.77.a. Ex ſuperiore & inferiore ſcriptura. Attic.264.b.& 159.a.& 152.a. Quæ ſuperioribus literis à te petij.de Fat.145.b. Prætereà ea uera dicimus, quorum ſuperiore tempore uera fuerunt inſtantia. I. C. 97.b. Quid proxima, quid ſuperiore nocte egeris. pro Dom.233.a.Vtriuſque temporis fructum tuli maximum, ſuperioris quod,&c. poſterioris quod,&c.de Ar.247.a. Negocium magiſtratibus eſt datum anno ſuperiore, ut curarent,&c. Tuſ.231.a.& 236.b.Sententia quæ erat ſuperioribus diebus agitata in Senatu. pro Planc. 269. a. Comitijs ſuperioribus eſt Plancus deſignatus Aedilis. pro Cor.60.a.Multi etiam ſuperiori memoria,&c. I.C.100. a.Cum morte ſuperioris uxoris nouis nuptijs domum uacuam feciſſes.pro Flac.151.a. Senatus nihil à ſuperioribus continuorum annorum decretis deceſsit. Or.218.a.Proximus ſuperior pes.de D.136.b.Cyrus ſuperior. & de Fin. 141. b. Superior Africanus,& poſterior Africanus. de Clar.185.a.Superior ætas.)(. Inferior ætas. de Fin. 95. b. Duorum autem è quibus effecta concluſio eſt, contra ſuperius dici ſolet.Epiſt.72.b.Superioribus temporibus nullas ad te literas miſi. de Am.113. b. Superior loco,fortuna, fama.de Sen.82.a. Senes ſemper agunt aliquid, tale ſcilicet,quale cuiuſq; ſtudium in ſuperiore uita fuit. Att.289. a.Hoc mihi iam in te placuiſſe, potes ex ſuperioribus literis recordari.Off.18.b.Philippum regem, rebus geſtis & gloria ſuperatum eſſe à filio, facilitate uerò & humanitate uideo ſuperiorem fuiſſe. & ib. Quanto ſuperiores ſumus,tanto nos ſummiſsius geramus.

Superlatio,onis.exuperatio.ὑπερβολή.de Or.162.a. Tum augendi minuendi'ue cauſa ueritatis ſuperlatio atq; traiectio.& Or.209.b. Sæpe ſuprà feret quàm fieri poſſit.ad Her.34.b.Superlatio eſt oratio ſuperans ueritatem alicuius, augendi minuendiue cauſa.

Superlatus,a,um.Par.234.a. Verba ſuperlata,id eſt, ſuperlatio.

Supero,as.uinco,excello,præſto,præpondero, ſuperior ſum,exubero,redundo. I. V.259. a. Nam ſi cum alijs certet,longè omnes multumq; ſuperabit. & Epiſt. 64.a. & 113.b.In quo etiā ſi multi mecū contendent, tamen omneis facilè ſuperabo. de Orat.90.b.Teq; in ijs ipſis rebus, quas abs te didicerit, dicendi arte ſuperabit. pro Planc. 260.a.Quærit enim qua ſe laude,qua uirtute Plancus ſuperarit.de Orat.67.a. Si ſubitam orationem commentatio facilè uincit, hanc ipſam profectò diligens ſcriptura ſuperabit.de Orat.101. a. Bibliothecas omnium philoſophorum unus mihi uidetur XII.tabularum libellus,& autoritatis pōdere,& utilitatis ubertate ſuperare.Ep.13. b. Superare aliquem grauitate & conſtantia. & Tuſ.148. b.Superare aliquem doctrina.Quint.Fr.289.b.Epiſtolas ipſa fama,ſua celeritate ſuperat. I. C.123.b. Si uis improborum ſpem meam fefellerit atq; ſuperauerit. Tuſ. 157.a. Quam regionem cum ſuperarit animus,&c. I. V. 192.b. Cùm emiſſes,quanti eſſet quod ſuperaret pecuniæ retuliſſes.de Or. 116. a. In diuiſione generum & deeſſe aliquam partē & ſuperare,mendoſum eſt.At.129.b.Quæ arma ſuperabunt,ea ſi Brunduſium iumentis deportaueritis, uehementer reipub. profueritis.de Finib. 134.a. & 135. a. De eo quod ipſis ſuperat,alijs gratificari uolunt. 220.a. Quintum delegabo,ſi quid æri meo alieno ſuperabit. Par. 125.b.Vter igitur eſt ditior, cui deeſt, an cui ſuperat? de Vn.199.a. Altera pari numero præſtās extremis,pariq; numero ſuperata.

Superſedeo,des.abſtineo,tempero.de In.49.a.Quod cum acciderit, omnino narratione ſuperſedendum eſt. & 16.a.Sunt qui putent poſſe complexione ſuperſederi. & 48.b. Verborum multitudine ſuperſedendum eſt. Ep. 47.a.Ita cenſeo facias,ut ſuperſedeas hoc labore itineris. & ad Heren.19.a. Commodè poterimus principiò ſuperſedere.Epiſt.118.b.Nam ſi mihi non dediſſet eas,&c. potuit ſuperſederi.ad Her. 11.a. Hæc cauſa, quod, &c. ideo non uiſa eſt ſuperſedenda. & ibid. Complexione ſuperſedendum eſt,ſi res breuis eſt.

Superſtes,tis.qui mortuo ſupereſt,ſaluus, incolumis. Quint.Fr.303.a. Vtinam te non ſolum uitæ, ſed etiam dignitatis meæ ſuperſtitē reliquiſſem.Ep.80.a.Cùm ſuperſtitem te eſſe reip.ne ſi liceat quidem uelis.Ep.137.a. Superſtitem alicui uiuere. pro Mur.130.a. Vtriſq; ſuperſtitibus præſentibus iſtam uiam dico inite.

Superſtitio,onis.nimia religio, uana uel inanis religio.)(.Impia fraus.de D.134.b. Omnis ſuperſtitio imbecilli animi atque anilis eſt.& de Nat.24.b. Superſtitio,in qua ineſt timor inanis deorum. de In.85. a. Superſtitio, quæ religioni propinqua eſt.& Part.237.a. Religionem ſuperſtitio imitatur.de D.139.a.Superſtitio fuſa per gentes oppreſsit omniū ferè animos atque hominum imbecillitatem occupauit.& ibid.Nec ſuperſtitione tollenda religio tollitur.pro Cluent.58.a. Pietate & religione & iuſtis precibus deorum mentes, non contaminata ſuperſtitione,nec cæſis hoſtijs placari.I.V.227.a.Tanta ſuperſtitio ex iſtius facto mentes omnium occupauit,ut, &c. pro Flac. 160. a. Huic autem barbaræ ſuperſtitioni reſiſtere ſeueritatis ſummæ fuit. de Fin. 61.a. Superſtitio, qua qui

eſt imbutus, quietus eſſe nunquam poteſt. pro Dom. 134. b. Anilis ſuperſtitio. & de D. 135. a. Sagarum ſuperſtitio. & de N. 40. a. Superſtitiones penè aniles. de D. 81. b. Impia fraude obligari. Item. Anili ſuperſtitione obligari. de L. 162. b. Qui canem & felem ut deos colunt, eadem ſuperſtitione qua cæteræ gentes conflictantur. de Cl. 191. a. Oratio nimia religione attenuata.

Superſtitioſè. de N. 78. b. Neq; id dicitis ſuperſtitioſè atque aniliter, ſed phyſica conſtantiq; ratione. & de D. 106. b.

Superſtitioſus, a, um. anilis, ſuperſtitione imbutus. de N. 40. a. Ita factum eſt in ſuperſtitioſo & religioſo, alterum uitij nomen, alterum laudis. de D. 126. b. Stoici omnia cum ſuperſtitioſa ſollicitudine, & miſeria credunt. pro Dom. 234. a. Nimirum eſſe ſuperſtitioſum non oportet. et de D. 64. b. Superſtitioſæ ariolationes. de D. 112. a. Anile & plenum ſuperſtitionis fati nomen ipſum. de D. 125. b. Imbecilli animi facilè ſuperſtitioſa iſta concipiunt.

Superſum, es. ſupero, reſto, reſtat, reliquum eſt. I. C. 116. b. Tantum ciuium ſuperfuturum putabant, quantum infinitæ cædi reſtitiſſet. de Or. 151. a. Duæ partes mihi ſuperſunt illuſtrandæ orationis. & 141. a. Sciunt cui reſponderint, quod ſuperſit. Ep. 166. a. Omnes, qui ſuperſunt de Hircij exercitu. & pro Mar. 134. a. Nulli de inimicis ſuperſunt. de Or. 118. b. In definitione, neq; abſit quicquam, neq; ſuperſit. Ep. 166. a. Nam neque deeſſe, neq; ſupereſſe reip. uolo. Epiſt. 226. b. Sed uereor ne iam mihi ſupereſſe uerba putes, quæ dixerã defutura. Or. 202. a. Orator motu ſic utetur, ut nihil ſuperſit in geſtu. I. V. 68. b. Quod aut imprudentiam eius ſubterfugit, aut ſatietati ſuperfuit. Att. 154. a. Quod ſupereſt, ſcribe quæſo quàm accuratiſſimè. Off. 33. b. Tantum erat philoſophiæ loci, quantum ſuperfuerat amicorum & reip. temporis.

Superuacaneus, a, um. ſuperuacuus, uſum non habens. Ep. 32. b. Et reuera confirmata amicitia commemoratio officiorum ſuperuacanea eſt. At. 252. a. Cùm enim tua cauſa fecerint omnia, uereor ne meas literas ſuperuacaneas arbitrentur. de N. 21. a. Quod ſuperuacaneum ſit, aut uſum non habeat. de N. 50. a. Vt nihil eorũ ſuperuacaneum ſit. de Sen. 89. a. Tum conditiora facit hæc ſuperuacanei operis aucupium atq; uenatio.

Superuacuus, a, um. inanis, redundans. de N. 19. b. Deſcriptio omnium corporis partium in qua nihil inane, nihil ſine cauſa, nihil ſuperuacuum eſt.

Superus, a, um. )( Inferus. Ac. 31. a. Nicetas cœlum, ſolem, lunam, ſtellas, ſupera denique omnia ſtare cenſet. & 32. a. Cogitare ſupera atq; cœleſtia. Tuſ. 161. a. Vt omnia ſupera, infera, media uideremus. In Ar. Supero conuertier orbe. de N. 54. a. Homo ſpectator ſuperarum rerum atque cœleſtium. In Ar. Cùm ſupera ſeſe ſatiauit luce recedit. & ib. Hic caput & ſuperas potis eſt demergere partes, Infera lumborum nunquam conueſtiet umbra.

Supinus, a, um. )( Pronus. de D. 105. a. Motus corporis pronus, obliquus, ſupinus. de Vn. 203. b. Supina etiam ora cernuntur depulſione luminum.

Suppar, ris. ferè par, uel æqualis. de Cl. 167. a. Huic ætati ſuppares, Alcibiades, Critias, Theramenes.

Suppeditatio, onis. affluentia. de N. 23. a. Suppeditatio bonorum, nullo malorum interuentu.

Suppedito, as. ſubminiſtro, ſufficio. Top. 226. b. Hic locus ſuppeditat oratoribus mirabilem copiam dicendi. de Orat. 128. b. Omnium rerum in contrarias partes facultatem ex iiſdem ſuppeditare locis. pro Ar. 187. b. Archias ſuppeditat nobis ubi animus ex hoc forenſi ſtrepitu reficiatur. de Am. 112. b. Suppeditare alicui omnium rerum, quas natura deſiderat, abundantiam & copiam. Ep. 68. a. Multam etiam caſus noſtri tibi uarietatem in ſcribendo ſuppeditabunt. At. 118. a. Si rem frumentariam tibi ex prouincijs ſuppeditari uis. de Fin. 78. b. Nec non ſuppeditabit nobis Atticus de theſauris ſuis, quos, &c. Epiſt. 104. a. An hoc ſignificas frigere te? ne chartam quidem tibi ſuppeditari? contra Rul. 72. b. Sumptum haurit ex ærario, ſuppeditat à ſocijs. & 83. b. Res quibus nos ſuppeditamur, eget ille. pro Rab. 97. a. Præcidere fiſtulas. quibus aqua ſuppeditatur alicui loco. I. V. 261. b. Paucorum cupiditati tum ſufficere poterant, nunc uerò iamadempta eſt ſuppeditandi facultas. Att. 226. b. Tibi eſt curæ, ut ei ſuppeditetur ad uſum & cultum copioſè. I. V. 263. a. Dicito rem frumentariam eſſe ſuppeditatam. & 110. a. Frumento ſuppeditato & mercibus ſuppeditandis. ad Her. 1. a. Vix ſatis ocium ſtudio ſuppeditare poſſumus. ad Heren. 22. b. Hoc modo naturæ ſuppeditabit doctrina. At. 235. a. Quod Ciceroni ſuppeditas, gratum. Q. F. 307. b. Creditores regis apertè pecunias ſnppeditant contra Lentulum. & 320. b. Domus ſuppeditat hortorum amœnitatẽ, terra fruges fert, & ut mater cibos ſuppeditat. de L. 183. b.

Suppedito. ſuppeto, non deſum. de Clar. 180. b. Cui de republica ſatis ſuppeditabat oratio. Tuſ. 249. a. Quocunque loco bona ſuppeditant, ibi beatè poſſumus uiuere. Att. 9. a. Si unquam mihi ἐπιχειρήματα ſuppeditarunt, illo tempore. Off. 3. a. Parare ea quæ ſuppeditent ad cultum & ad uictum, & ſibi & liberis. de Cl. 175. a. Miror illum cum & uita ſuppeditauiſſet, & ſplendor ei non defuiſſet, conſulem non fuiſſe. de Clar. 187. a. Cui ſi uita ſuppeditauiſſet, conſul factus eſſet. de Cl. 174. a. Carbo quod uita ſuppeditauit, in multis iudicijs eſt cognitus. I. A. 186. a. Cuius pater, ſi uita ſuppeditauiſſet, conſul factus eſſet. de Or. 154. a. In hoc campo oratori facilè ſuppeditat omnis apparatus ornatusq; dicendi.

Suppeditor, aris. ſuppedito. Att. 234. a. De Petulcidano nomine, quod mihi ſuppeditatus es, gratiſſimum eſt.

Suppedere. Ep. 140. b. Suppedit, flagitium eſt: iam erit nudus in balneo, non reprehendes.

Suppetit, bat. ſuppeditat. Epiſt. 250. b. Mihi ad remunerandum nihil ſuppetit præter uoluntatem. Part. 234. b. Ex quibus ad augendum permulta ſuppetunt. & I. V. 82. a. Vereor ne mihi uerba non ſuppetant. de Orat. 156. a. Inſcitia illius, cui res non ſuppetit, uerba non deſunt. Off. 39. b. Benefica uoluntate beneuolentia mouetur, etiam ſi res fortè non ſuppetit. Off. 36. a. Sed tamen ſi cui hæc ſuppetunt, adiuuant aliquantulum ad cætera. de Fin. 88. a. Cibi ſuppetunt nobis multo labore quærentibus. & Tuſc. 246. a. Vt ambitioni & quotidianis ſumptibus copiæ ſuppetant. Tuſ. 200. a. Namque regnum ſuppetebat mihi, ut ſcias, &c. Qu. de Pet. 205. a. Et ſi tibi omnia ſuppetunt, quæ conſequi ingenio aut uſu homines aut diligentia poſſunt. Tuſc. 183. b. Non poteſt hæc fari tantum dictis, quantum factis ſuppetlt laboris. pro Ar. 187. b. An tu exiſtimas ſuppetere nobis poſſe, quod quotidie dicamus in tanta uarietate rerum? de Fin. 51. a. Si uita ſuppetet. Off. 7. b. Illis ad largiendum ſuppetunt copiæ.

Supplanto, as. pede obiecto uel ſuppoſito aliquem ad caſum impellere. Off. 60. b. Supplantare eum qui cum certet, aut manu depellere non debet.

Supplementum, ti. quo aliquid ſuppletur, ut Legionem diminutam, additis qui deſunt militibus ſuppletur.





ergo qui adijciuntur, ſupplementum appellantur. Epiſt. 31. b. Cenſebant enim omnes ferè, ut in Italia ſupplementum meis & Bibuli legionibus ſcriberetur. ad Brut. 91. b. De ſupplemento autem non uideo quid fieri poſſit.

Suppleo, es. expleo. I. V. 202. a. Non te inſtruere domũ tuam uoluerunt in prouincia, ſed illum uſum prouinciæ ſupplere. de Orat. 118. b. Vt referendis præteritis uerbis id ſcriptum quodcunq; defendimus, ſuppleatur. pro Fl. 154. b. Non ſinunt, ſupplet enim ille neſcio quis, & priuatim dicit ſe dediſſe. I. A. 219. a. Cum ſex legionibus, inquit, biſq; ſuppletis ex D. Bruti exercitu, non modò ex delectu ſuo. Qu. F. 324. b. De bibliotheca græca ſupplenda, libris commutandis, &c. ualde uelim iſta confici. I. A. 242. a. Ponite ante oculos M. Antonium conſularem ſperantem conſulatum, Lucium adiungite. ſupple cæteros, imperia meditantes.

Supplex, cis. abiectus, iacens, proſtratus ad pedes. pro Dom. 236. a. Qui pro me patres cõſcriptos deprecari, & populo ſupplices eſſe uetuit. & I. P. 96. b. Cùm ſe Pompeius ſupplicem pro me profiteretur. Antequam. 196. b. Quibus ſigillatim ſæpe ſupplex ad pedes iacui. & ib. Aliquem ſupplicem à ſe abſterre & excludere. Att. 263. b. Nunquam putaui fore, ut ſupplex ad te uenirem. I. C. 122. b. Vobis ſupplex manus tendit patria cõmunis. pro Mur. 144. b. Is ueſter eſt ſupplex, ueſtram fidem obteſtatur, ueſtram miſericordiam implorat, ueſtram poteſtatem ac ueſtras opes intuetur. & pro Cl. 60. a. Leuate hunc ſupplicem ueſtrum. pro Font. 280. b. Qui animo demiſſo atq; humili ad opem iudicũ ſupplices inferioresq; confugiunt. pro Font. 284. a. Tendere manus ſupplices alicui, uel ad aliquem pro aliquo. Att. 297. a. Orat multis & ſupplicibus uerbis ut liceat. Or. 288. a. Viuat Herculè Cicero qui poteſt ſupplex & obnoxius. Tuſc. 163. b. Nec iudicibus ſupplex fuit. & pro Pl. 263. a. Multitudo ſupplex iudicibus. pro Cæl. 54. a. Supplex miſericordiæ alicuius. I. A. 176. b. At etiam miſericordiam captabas, ſupplex te ad pedes abijciebas, quid petens? ut ſeruires. pro Lig. 139. a. Quos petimus precibus & lachrymis, proſtrati ad pedes, &c. & ib. Tu nos iacentes ad pedes ſupplicum uoce prohibebis.

Supplicatio, nis. gratulatio dijs immortalibus, honor qui dijs immortalibus habebatur pro uictoria. I. A. 262. a. I. C. 114. a. Supplicatio dijs immortalibus pro ſingulari eorum merito meo nomine decreta eſt, his uerbis, quod urbem incendij, cæde ciues, Italiam bello liberaſſem. & ibid. Cæteræ ſupplicationes bene geſta, hæc una conſeruata republica cõſtituta eſt. de Pro. 74. a. Supplicatio quindecim dierum Cæſari decreta. & ib. Gratulatio dijs immortalibus. de Pro. 74. a. Primùm decem dierum eſt ſupplicatio decreta Cn. Pompeio, confecto Mithridatico bello. I. C. 116. a. Supplicatio ad omnia puluinaria decreta eſt. & pro Syl. 183. b. Cui uni togato ſenatus ſupplicationem decreuit. I. P. 80. b. Mihi ſenatus ſingulari genere ſupplicationis deorum immortalium templa patefecit. Ep. 247. b. Si triumphi prærogatiuam, putas ſupplicationẽ. Att. 99. a. Supplicatio quaſi triumphi prærogatiua. & 161. b. An cenſetis me decreturum fuiſſe, ut parentalia cum ſupplicationibus miſcerentur? Item. Vt cuius ſepulchrum nuſquam extet, ibi parentetur, ei publicè ſupplicetur. ad Brut. 91. b. Honos iuſtus & debitus dijs immortalibus decretus eſt. At. 96. b. Quorum uoluntatem in ſupplicatione ſum expertus. & 99. b. Cæſar gratulans mihi de ſupplicatione, triumphat de Catone. I. A. 259. Supplicationem decernitis de improbis & audacibus. & ibid. Gratæ uerò noſtræ dijs immortalibus gratulationes erunt.

Suppliciter. demiſſè. de Or. 92. a. b. Homo ita natus, ut & blandire & ſuppliciter inſinuare poſſit. At. 284. & pro Fl. 150. b. Agere gratias cuipiã ſuppliciter et demiſſè.

Supplicium, cij. cruciatus, pœna. de N. 76. a. Summo cruciatu ſupplicioq; Varius homo importuniſſimus perijt. pro S. R. 29. b. Solon nullum ſupplicium conſtituit in eum, qui parentem necaſſet. & 30. a. Conſtituere ſupplicium alicui maleficio. I. A. 250. b. Soluere ſuppliciũ alicui. pro Pom. 5. b. Aliquem uinculis & uerberibus atq; omni ſupplicio excruciatum necari. Antequam. 195. b. Serui qui ad ſuppliciũ uerberibus cæſi trahuntur. At. 123. a. Supplicia miſerrima & crudeliſſima perferre. Ep. 66. a. Meam animaduerſionem & ſupplicium, quo uſurus erã in eum, remitto tibi & cõdono. de Or. 130. b. Rapi ad ſupplicium ad facinus. de In. 72. b. & 73. a. Sumere ſupplicium de aliquo. )( Dare ſupplicium. & I. V. 127. a. & ad Her. 27. a. I. V. 249. b. Supplicio affici aliquem. de Or. 102. a. Scelus ac fraudem nocentis ſupplicio conſtringere. I. P. 88. b. Supplicium eſt pœna peccati. & ibid. Nullum eſt ſupplicium, quo non affici caſu aliquo etiam boni uiri forteſq; poſſint.

Supplico, as. deprecor, me ad alicuius pedes ſupplicem abijcio, manus alicui uel ad aliquẽ tendo pro aliquo. pro Dom. 236. a. Aliquem pro aliquo deprecari, & alicui ſupplicem eſſe. pro Mil. 121. a. Ego me plurimis pro te ſupplicem abieci. Poſt. 199. a. Multi pro Q. Metelli reditu uobis ſupplicauerunt. & Ep. 91. a. Amicis eius omnibus pro te libentiſſimè ſupplicabo. & 90. a. Quibus ego ſupplicare nõ deſtiti. de Or. 104. b. Nemo remp. implorauit, nemo ſupplicauit. pro Fõt. 281. a. Cũ amici & propinqui ſupplicẽt uobis, dubitabitis, &c. Poſt. 212. a. b. Supplicare alicui pro aliquo. pro Pl. 269. a. b. Proſternere ſe & fracto animo atque humili ſupplicare alicui. pro Pl. 261. a. Summiſſe me ſupplicare alicui. & Poſt. 200. b. & de N. 72. b. Vt ego illis ſupplicarẽ. Att. 285. a. Supplicato uindici illi quidẽ alienæ dominationi, non uicario. pro Font. 282. b. Præſertim cum tot res ſint, quæ ueſtris animis pro huius innocentis ſalute ſupplicent.

Supplodo, dis. pede terram percutio, plaudo. de Or. 104. b. Quid multa? pedem nemo in illo iudicio ſupploſit.

Supploſio, onis. de Or. 147. a. Vereor ne nihil ſim tui niſi ſupploſionẽ pedis imitatus. et 163. et ad Her. 21. a. Pedis dextri rara ſupploſione. de Cl. 177. a. Supploſio pedis.

Suppœnitet, bat. At. 111. a. Et hunc noſtrum copiarum ſuppœnitet.

Suppono, nis. ſubijcio, ſubiungo, ſuborno. I. V. 250. a. Tum iſte in eorum locũ alios ſubſtituere & ſupponere cœpit. & 251. a. Alium in ſuppoſiti locum ſupponere. pro S. R. 37. a. In mandatis operæ noſtræ uicaria fides amicorũ ſupponitur. de N. 50. b. Anatum oua gallinis ſæpe ſupponimus. de In. 44. b. Huic generi Hermagoras partes quatuor ſuppoſuit, deliberatiuam, &c. & 43. b. Nam ei tres partes ſupponimus. Att. 122. a. Deinde ſuppoſuit exemplum epiſtolæ Domitij. de In. 71. a. Subijcere & ſupponere rationem. de In. 70. a. Supponatur ab hæredibus hæc ratio, &c. pro Cl. 43. a. Qui ſuppoſita perſona falſum teſtamentum obſignauit. Par. 124. b. Si teſtamenta amicorum expectas quidem atq; ipſe ſupponis. & de L. 164. b. Supponere falſa teſtamenta. pro Seſt. 20. a. Gladiatores tu ſupponas. pro Deiot. 151. b. Hieras cauſam omnem ſuſcipit, & criminibus illis pro rege ſe ſupponit reum.

Supporto, as. clã importo. Ep. 190. a. Niſi quid nauib. Laodicenorũ ſupportarit, citò fame pereat neceſſe eſt.

Suppoſitus,a,um.ſubornatus.I.V.250.a.Vt ille ſuppoſitus facilè & libenter ſe illum,qui non erat, eſſe ſimularet.

Suppreßio,onis.pro Cl.33.b.Statuit ſibi ad eaſdem prædas ſuppreßionesq́; iudiciales reuertendum.

Suppreſſus,a,um.pro Syl.172.b.Suppreſſa uoce dicere de aliquo.Or.204.b.Voce & oratione ſuppreßior.

Supprimo,mis.retineo,occulto.Tuſ.207.a. Hæc igitur ſunt officia conſolantium, tollere ægritudinem funditus,aut ſedare,aut detrahere quàm plurimum, aut ſupprimere;nec pati manare longius.pro Cl.32.a.Capit hoc conſilium,ut pecuniam iudicibus polliceatur,deinde eam ſupprimat. & 33.a. Candidati quorum nummos ſuppreſſos eſſe putant. & 31.b. Quæ cum accepiſſet à pupillo,ſuppreßit.ad Brut.91.b.Audita res erat & peruulgata,quare ſupprimenda non fuit. pro Cl.38.a. Pecuniam acceptam nomine iudicij Safiniani retinuit, atq; ſuppreßit.

Suppudet,bat.Ep.253.a.Puto te iam ſuppudere,cum,&c.& 126.a.Sed quod eorum me ſuppudebat.

Supra.ſupera,ultra.de N.45.a.Homines ſub terra habitantes,qui nunquam exiſſent ſupra terrã.& 49.a. Mare quod ſupra terram eſt.de Or.144.b.Omnia,quæ ſuprà & ſubter ſunt,unum eſſe.Ep.142.b.Supra me Atticus, infra Verius. de Vn.20.b. Secundus ſupra terram ambitus. de Som.128.b.Supra lunam ſunt omnia æterna.I.V.164.b. De qua muliere uerſus plurimi ſupra tribunal ſcribebantur.& ib.Suprà adiecit Aeſchrio. At.288.a. Potentia, quæ ſupra leges eſſe uelit.de N.32.b.Ratio recta cõſtanſq; quæ ſupra hominem putanda eſt, deoq́; tribuenda. de L.178.a.Hæc commemoratio uereor ne ſupra hominis fortunam eſſe uideatur.de D.92.b. Se interfectum in plauſtrum à caupone eſſe cõiectum,& ſupra ſtercus iniectum. de D.87.a.Cotem illam defoſſam in comitio,ſupraq́; impoſitum puteal accepimus.Q.Frat.300.b. Ecce ſupra caput homo leuis,&c. de N.47.a.Draco ſubter ſupraq́; reuoluens ſeſe.Tuſ.238.a.A ſole exoriente ſupra Mæotis paludes. de N.53.a. Paulo ſuprà quàm ad linguam ſtomachus annectatur.Or.209.b.Sæpe ſupra feret quàm fieri poßit. de Or.162.a.Illa quæ ſuprà dixi.Top.224.a. Hoc eſt ſuprà quàm illud.& de N.53. Hoc eſt infrà quàm illud. Ep.231.a.b.Piſonis amor in omnes nos tantus eſt, ut nihil ſuprà poßit eſſe. At.209.a. Dialogos abſolui, neſcio quàm bene,ſed ita accuratè,ut nihil poßit ſuprà: id eſt, ultra. Oct.330.a.Supra ætatem,ſupra conſuetudinem, ſupra etiam mortalitatem tuam tibi ſunt omnia tributa.

Supraſcripſi,& ſupraſcriptus, a, um. pro Cl.49.a. Qui eorum?quorum? uidelicet, qui ſupraſcripti ſunt. & Ep.87.b.At illa polliceor,quæ ſuprà ſcripſi.

Supremus,a,um.ultimus,extremus. pro Mur.142.a. & I.A.159.b. Q.Maximus P.Africanum, ſupremo eius die laudauit.Tuſ.163.b. Supremus uitæ dies. de Sen.93.a. Supremo uitæ die. de L.174.a. Supremo ſupplicio afficere aliquem.

Sura,ræ.& cruris poſterior pars, & crus ipſum. In Ar.Iam dextrum genus & decoratam lumine ſuram. & Tuſ.219.a.Sura ac pulmonibus ſiſto.Lucilij.

Surculus,li.planta.de Or.134.b.Da mihi ex iſta arbore,quos feram ſurculos. & 153.a.

Surdaſter,ſtri. qui aures hebetiores habet, qui malè audit.Tuſ.150.b.Erat ſurdaſter M. Craſſus.

Surditas,tis.Tuſ.250.b. In ſurditate quid nam eſt mali? & ib.de ſurditate multa.

Surdus,a,um.qui ſenſu aurium uel audiendi caret, auribus captus.Tuſ.251.a.de D.110.a.Surdus uarietates uocum aut modos noſcere non poteſt. Tuſc.250.b.In his linguis,quas non intelligimus, ſurdi ſumus. pro Font.279.b.Satis erit,id quod dixi,non ſurdum iudicem huic muneri præeſſe.

Surgo,gis. Off.74.b. Pomponius ſurrexit è lectulo. & de In.64.a.Ille multo ante lucem ſurrexit. I.V.234.a. Prætor de ſella ſurrexit,atq; abijt. pro S.R.18.a. Ego potißimũ ſurrexi,qui nõ ſum cum iјs, qui ſedeant, cõparandus.I.A.244.a.Semel cecidi ſciens,ut honeſtißimè ſurgere poſſem.pro Cl.27.b.Ego ad reſpondendum ſurrexi. & de Orat.138.a.Surgere ad dicendum.Att.259.b. V. Iduum cum ante lucem de Sinuſſano ſurrexiſſem,ueni, &c.

Surripio,pis.clepere,furari,compilare. de Clar.171.a. Tu qui à Næuio uel ſumpſiſti multa, ſi fateris: uel ſi negas,ſurripuiſti.pro Dom.226.a. Qui ex eius cuſtodia per inſidias filium regis captiuum ſurripuerat. Ep.231.b. Dionyſius à Bibliotheca multos libros ſurripuit. de In.68.b.Surripere uaſa ſacra ex priuato.At.76.a. Surripere aliquid ſpacij ad ſcribendum.Off.60.b.In uita ſibi quenquam petere quod pertineat ad uſum,non iniquum eſt: alteri ſurripere,ius non eſt.Par.126.a. Virtus nec eripi,nec ſurripi poteſt.I.A.260.a.Parma ſurrepta.

Surrogo,as.ſubſtituo. Att.176.b. Statim enim Panſa collegam ſibi ſurrogaſſet.

Surſum.)(.Deorſum.de Vn.203.b.de N.42.b.Elementis ſurſum,deorſum,ultro citroq́; cõmeantibus. de N.54.b.Aures eo quòd omnis odor ad ſuperiora fertur,rectè ſurſum ſunt. Or.209.b. Cùm gradatim ſurſum uerſus reditur.Part.232.a.Et idem ſurſum uerſus,retroq́; dicatur.

Sus,ſuis.porcus.de N.58.a. Sus uerò quid habet præter eſcam?cui ne putreſceret, animam ipſam pro ſale datam dicit eſſe Chryſippus. qua pecude nihil genuit natura fœcundius.& de Fin.133.b.Non inſcitè illud dictum uidetur in ſue, animum illi pecudi datũ pro ſale,ne putreſcat. l.Putiſcere.de D.85.a. Sus roſtro humi a literam impreſſit. In Sal.272.a. Itaq; nihil aliud ſtudet,niſi ut lutulentus ſus quóuis uolutari.de Or.230.a.Docebo ſus(ut aiunt)Oratorem illum,&c.& Ep.138.a. Etſi ſus Mineruã. de D.87.a.Sus & uirilis & muliebris ſexus eſt.

Suſceptio,nis. de Fin.97.a. Sic ea quæ proficiſcuntur à uirtute, ſuſceptione prima, non perfectione ſunt iudicanda.de Fin.97.a. & Acad.43.a. Laborum dolorumq́; ſuſceptio,&c.

Suſcipio,pis.ſumo,capio,tollo,recipio,ſuſtuli.)(.Depono.I.C.111.b.Illi ſine mora negociũ ſuſceperunt.& At.235.b.Suſcipe cogitationem,quid nam mihi agendum putes. Att.133.a.Obſecro te Cicero,ſuſcipe curam & cogitationem dignißimam tuæ uirtutis,ut,&c. & 141.a. De his rebus rogo uos ut cogitationem ſuſcipiatis. Off.28.b. In omni actione ſuſcipienda tria ſunt tenenda, primum, &c.& ibid. Nec maior cura & opera ſuſcipiatur quàm cauſa poſtulet. pro Mur.142.b. Vt pro mea ſalute laborem periculumq́; ſuſcipias. & de Ar.245.a.Ille inimicitias ſuſcepit propter ſalutem meam.de Or.93.b. Gorgias qui magnum quiddam ſuſcipere ac profiteri uidebatur. & 94. Suſcipere ac profiteri magnum aliquod onus atq; munus.de Or.118.a.Offenſio uel negligentiæ ſuſceptis rebus,uel perfidiæ receptis. pro Q.14.a. Quod turpißimè ſuſceperas,perſeuerare & tranſigere non potuiſti. & 25.b.Tranſigere ſuſceptum negocium.& de Or.109.b.Conficere munus ſuſceptum.I.V.148.a.Suſcipere multum negocij. Tollere aliquid oneris. Et excipere magnos labores. Off.17.a. Qui periculoſas rerum actiones ſuſcipiunt. &





Att.226.b.Suſcipiam omnem iſtam actionem. Ep.40.a. Suſcipere officia & partes pro aliquo. pro Cecin.288.a. Suſcipere moleſtiam pro aliquo. & de Am.105.b.Capere angorem pro amico.de Am.111.a. Omnia alter pro altero ſuſcipiet. Ep.37.b. Ego autẽ cum hoc ſuſcepiſſem, &c. Att.89.a.In quo magnum odium Pompeij ſuſcepiſtis. pro Dom.234.b. Suſcipere religionem. de D.131.b. Libri Sybillæ ualeant ad deponendas potius, quàm ad ſuſcipiendas religiones.I.P.92.a.Põtinius religionibus ſuſceptis impeditur.de D.125.b.Hæc hominum errore ſuſcepta ſunt. Antequam.196.a. Exilium quod uirtute ſuſcipitur.& ibid. Mors,quæ ob remp.capitur.Poſt.198.a.Sempiternã pœnam ſuſtinerem mea uoluntate ſuſceptam. de D.526.a. Quæ ſi ſuſcipimus, & ſternutamenta nobis erunt obſeruanda. Att.67.a. Nunc ſuſceptam obiurgationem reprimam.I.V.237.b.Suſcipere ſcelus.& pro Cl.53.b.Suſcipere magnum facinus in ſe.I.V.218.a. Quo quidem ſcelere ſuſcepto inanis erat baſis. pro Cl.50.a. Suſcipere aliquid culpæ recuſando. pro Mur.126.a. Si nulla inertiæ,milla inhumanitatis culpa ſuſcipitur, ego uerò libenter deſino. & ib. Aliquid aut in Aſia ſuſceptum,aut ex Aſia deportatum flagitium.I.C.115.b. Dijs immortalibus ducibus hanc mentem uoluntatemq́; ſuſcepi.de Ar.258.a.Atq; ego hanc orationem tam triſtem non ſuſcepiſſem, niſi, &c. pro S.R.37.a.Suſcipere onus officij,quod te putes poſſe ſuſtinere.& recipere mandatum.pro Planc.270.a. Eum tenere curſum,quem à prima ætate ſuſceperis.& pro Pom.4.a. Meæ uitæ rationes ab ineunte ætate ſuſceptæ. pro Syl.172.b.Bellum cum aliquo ſuſceptum. & Att.139.a. Bellum crudele ab aliquo ſuſcipi.de N.38.a.Suſcepit autem uita hominum conſuetudoq́; communis, ut beneficijs excellentes uiros in cœlum tollerent.Top.228.b. & In.V.184.a.Poſt.198.b.Suſcipere liberos.In V.260.a.Qui à parentibus ſuſcepti educatiq́; ſunt. Epiſt.72.a. Cùm beatißimi ſint,qui liberos non ſuſceperunt. Att.196.b. Atque utinam ſuſceptus non eſſem. de Ar.257.b. In lucem ſuſcipi: id eſt,naſci. Att.281.b.Si rempublicam cui ſuſceptus es, reſpicis.pro Mil.104.a.Vim inter ciues ſuſceptam eſſe. I.P.88.b.Suſcipere æs alienum amicorum cauſa.Item. Suſcepta fraus.I.A.106.a. Suſcipere cogitationem ſobrij hominis pauliſper.I.A.186.b. Ipſe ex libertini filia ſuſcepit liberos. Am.115.b. Animo aut ſpe maiora ſuſcipere. de Vn.202.a. Vt igitur mortali generentur conditione, uos ſuſcipite ut illa gignatis,&c.

Suſcito,as.excito,incito, exſuſcito. pro Q.R.31.a. Te ab tuis ſubſellijs contra te teſtem ſuſcitabo. Antequã.195.a.Qui nouam rationem ſuſcitant, ueteres maiorum obterunt laudes.Ep.169.a.Suſcitare bellum ciuile. de Or.133.a.Iubebis igitur,inquit,te ſuſcitari?

Suſpectus,a,um.in quo ſubeſt ſuſpicio alicuius rei,ſolicitus,habens ſuſpicionem alicuius rei.pro Planc.270.a.de Am.106.a.In uita tyrannorũ omnia ſemper ſuſpecta atq; ſolicita.I.C.100.b.Si me meis ciuibus tam grauiter ſuſpectum atq; infenſum uiderem.Tuſ.190.a. Medicina animi multis ſuſpecta atq; inuiſa.Ep.18.a. Quanquam me nomine negligentiæ ſuſpectum tibi eſſe doleo.pro Q.2.b. Cùm ſæpe ſuſpectus Quintio Næuius fuiſſet. Off.71.a. Cùm filius patri ſuſpectus eſſet de nouerca.

Suſpendium,dij.I.V.177.a.Vt homines iniuriæ remedium morte ac ſuſpendio quærerent.

Suſpendo,dis.ceruices frango.I.V.159.b. Hominem corripi ac ſuſpendi iußit in oleaſtro quadã.& 176.b.Dioclem hominem locupletem ſuſpendiſſe ſe cõſtat. & de Or.134.b.Suſpendere ſe de ficu.pro Rab.92.b. Caput obnubito,arbori infelici ſuſpendito.Top.145.a. Opus,quod ita ædificatum eſt,ut ſuſpendi non poßit: id eſt,fornix.

Suſpenſus,a,um.incertus,ſolicitus,pendeo.pro Dom.232.a.Tota ciuitas ſuſpenſa atque ſolicita eſt.& Att.33.a. Suſpenſo animo ſolicitoq́; ſum. contra Rul.65.a. Ciuitas ſolicita ſuſpicione, ſuſpenſa metu, perturbata ſeditionibus. contra Rul.79.b. Suſpenſus & incertus obſcura ſpe & cæca expectatione pendeo.& pro Cluent.28.b.Suſpenſus incertusq́; uultus.pro Cluent.19.a. Ne diutius ſuſpenſa oratione mea expectatio ueſtra teneatur, aggrediar ad crimen,&c. & de Clar.182.b. Iudices oratione ſuſpenſos teneri. Att.154.b.Tu tuum conſilium & ſi non in longinquum tempus differs, tamen ſuſpenſum me detines. I.V.238.a. Cùm ſeruitiorum animos in Sicilia ſuſpenſos propter bellum fugitiuorum uideret. de Orator.105.b. Suſpenſo & occupato animo Craſſum tibi reſpondiſſe uideo.Epiſt.40.b.Suſpenſus expetatione rerum. & 258.a. Suſpenſo animo expecto,&c.Epiſt.171.b.Omnia ſunt ſuſpenſa propter expectationem legatorum. Epiſt.147.b. Tenere aliquem ſuſpenſum de aliqua re. Epiſt.69.b. Viuendi ſuſpenſas habere rationes.Tuſcul.189.b.Equi Pelopis,qui per undas currus ſuſpenſos rapuiſſe dicuntur. contra Rul.85.b.Roma cœnaculis ſublata atque ſuſpenſa. At.42.a.Maneo Theſſalonicæ ſuſpenſus, &c. Att.254.a. Exiſtimabam μετεωρότερον eſſe, & herculè erat, & maximè de ludis. I.A.209.b. Animus aberrat à ſententia ſuſpenſus curis maioribus.

Suſpicio,cis.aſpicio,ueneror, admiror. de Nat.26.b. Cùm cœlum ſuſpeximus,cœleſtiaq́; contemplati ſumus.& 35.b.Epicurus cœlum non ſuſpexit. & 61.b. Tuſ.242.a. Hæc ille intuens atque ſuſpiciens,uel potius omnes partes horaſq́; circunſpiciens,conſiderat,&c.de D.123.b. Ille autem nec ſuſpicit,nec circumſpicit. Acad.20.b. Piſces qui neque uidentur à nobis,& nunc quidem ſub oculis ſunt,neque ipſi nos ſuſpicere poſſunt. In Arat. de Ar.248.a.& de Som.126.b. Suſpicere in cœlum. Officior.34.a. Suſpicere uirtutem alicuius.Orat.205.b.Eloquentia,quam ſuſpicerent omnes: quam admirarentur, quam aſſequi ſe poſſe diffiderent.& de D.139.a. Aeternam naturam eſſe ſuſpiciendam admirandamq́; hominum generi. Ep.149.a Sic honores muneraq́; ueſtra ſuſpicio,ut,&c. de N.47.a.Eius cum totius eſt præclara ſpecies, imprimis ſuſpicienda eſt capitis figura.

Suſpicio, onis. coniectura, ſcrupulus, metus, ſcientia incerta,opinio.ad Heren.37.a.Att.126.b. Cum ad te literas miſiſſem, ſuſpicionem nullam habebam, te reipublicæ cauſa mare tranſiturum.& 253.b. Hæc nauigatio habet quaſdam ſuſpiciones periculi.de Orat.134.b.Salſa ſunt etiam, quæ habent ſuſpicionem ridiculi abſconditam.& ib. Quæ ſuſpicionem & crimen efficiunt. Epiſt.214.a. Deponere ſuſpicionem,quam de aliquo habeas. Epiſt.45.a. Ne cui ſuſpicionem fictè reconciliatæ gratiæ darem. de Ar.252.a. Multi ſunt in quos huius maleficij ſuſpicio cadat.& Attic.207.a. In quem ne ſi inſidijs quidem ille interfectus eßet,caderet ulla ſuſpicio.de Orat.139.a. Vitanda eſt ingenij oſtentationiſq́; ſuſpicio. Att.106.b. Suſpicionem mihi tua taciturnitas attulerat. & ad Heren.32.b. Occultè facere ſuſpicionem.pro Cæl.39.a. Quoad M.Cælij dare potuit ſuſpicioni locum. I.V.206.a. & I.A.155.a. Quos doleo in ſuſpicionem populo Romano uenire. & In Vat.29.a. Etiam ſi falſò ueniſſes in ſuſpicionem P.Seſtio.pro 42.a. Qui nõ modò à facto,ſed etiam à con-

ſcientiæ ſuſpicione abeſt. pro Cæl. 48. b. Poſſum omnes latebras ſuſpicionum peragrare dicendo. contra Rul. 65. a. Ciuitas ſolicita ſuſpicione, ſuſpenſa metu. Attic. 277. a. Audiuimus eum ueniſſe in ſuſpicionem Torquato de morte Panſæ. pro Flac. Decianus qui tibi in ſuſpicionem nullo ſuo delicto uenit. & ibid. Nunc facis ſuſpicionem. pro Cluent. 55. b. Omnis ſuſpicio in eos ſeruos commouebatur. & Epiſt. 27. a. Mouere ſuſpicionem alicui. I. V. 237. a. Leonidæ cuiuſdam familia in ſuſpicionem eſt uocata coniurationis. pro Cluent. 44. a. Non omnes in culpa ſunt ac ſuſpicione ponendi. pro Clar. 56. a. Noui quidam homines in ſuſpicionem uocati ſunt. pro Cl. 39. b. Cùm tam atrocis rei ſuſpicio eſſet iniecta. & contra Rul. 82. a. Tenuiſsima ſuſpicione hoſtium iniecta. pro Cluent. 54. b. Ea res ſatis firmam ueneni ſuſpicionem non habet, etſi eſſet ſuſpicioſum, tamen ad me non pertineret. pro Mil. I. A. 182. a. & 15. a. Incidere in ſuſpicionem regni appetendi. Quint. Fr. 292. a. Qui tibi nunquam in ſuſpicionem auaritiæ uenerit. I. V. 248. b. Iudex bonus eſſe nemo poteſt, qui ſuſpicione certa non mouetur. Antequam. 196. a. Expurgare, ſuſpicionem dimouere. pro Cluent. 32. b. Canutius qui quodam odore ſuſpicionis Stalenum corruptum eſſe ſenſiſſet. pro Quint. 12. a. & pro S. R. 23. a. In qua re nulla ſubeſt ſuſpicio. pro Planc. 260. a. Sed etiam largitionis recipienda ſuſpicio. de Orat. 123. a. Opinionem iſtorum ſtudiorum & ſuſpicionem artificij apud iudices oratori aduerſariam eſſe arbitror. pro Planc. 270. a. Quanquam ne id quidem ſuſpicionem factionis habuerit. de Orat. 119. b. Dicam enim non reuerens aſſentandi ſuſpicionem. & Att. 128. b. Fugere ſuſpicionem perfidiæ. contra Rul. 64. a. Hæc à me ſuſpicionibus & coniectura coarguuntur. de Nat. 14. a. Eſſe gentes immanitate ſic efferatas, ut apud eas nulla ſuſpicio deorum ſit. de Nat. 72. b. Hoc non modò comprehendere animo, ſed ne ſuſpicione quidem poſſunt attingere. Att. 127. b. Suſpicione aſſequi aliquid non poſſe. de Clar. 168. a. Suſpicio eſt, illum ueneno ſibi conſciuiſſe mortem. Quint. Frat. 295. b. In quibus non poteſt reſidere inertiæ ulla ſuſpicio. I. A. 159. a. Atque utinam ut culpam, ſic ſuſpicionem uitare potuiſſes. I. A. 235. a. At ſuſpicioni crimen, aut inuidiæ materiam dediſſe uidebimur. & 161. b. In eandem ſuſpicionem cadere collega tuus non poteſt.

Suſpicioſè. credibiliter, criminoſè. pro S. R. 27. a. Criminoſè & ſuſpicioſè dicere aliquid. & pro Deiot. 146. b.

Suſpicioſus, a, um. habens ſuſpicionem criminoſus. I. V. 250. b. Te conſcientia timidum ſuſpicioſumq; faciebat. Q. Fr. 292. a. Eſſe nimis durum & ſuſpicioſum in ſuos. Ep. 6. b. Etiam ipſo ſuſpicioſiſsimo tempore Caniniano. pro S. R. 21. b. Quod adhuc eſt ſuſpicioſum, res ipſa perſpicuum faciet: id eſt, dubium & obſcurum. Part. 240. a. Suſpicioſum crimen. & ad Her. 8. a. Rem perſpicuam non ſuſpicioſam uideri oportere. pro Fl. 160. a. Suſpicioſa & maledica ciuitas. & 147. b. Suſpicioſiſsima ciuitas. pro Cl. 54. b. Ea res ſatis firmam ueneni ſuſpicionem non habet, etſi eſſet ſuſpicioſum, tamen ad alios potius quàm ad Habitum pertineret. de Cl. 176. a. Qui ſuſpicioſius aut criminoſius diceret, audiui neminem. de Am. 108. b. Eſſe ſuſpicioſum, & ſemper aliquid exiſtimantem ab amico eſſe uiolatum.

Suſpicor, aris. opinor, puto, ſuſpicione aſſequor, ſuſpicione attingo, ſuſpicionem habeo. Att. 109. a. Scribe non modò ſi quid ſcies, aut audieris, ſed etiam ſi quid ſuſpicabere. Att. 201. a. Suſpicabar, uel potius intelligebã nihil eſſe, &c. Epiſt. 5. b. Valde ſuſpicor fore, ut infringatur hominum improbitas. At. 283. Suſpicor illud tibi non probari, quod, &c. Att. 280. b. Quod uelim temerè de illo ſuſpicati ſint homines. & 248. a. Nihil eram ſuſpicatus de tabulis. pro S. R. 37. b. Qui de eius ſcelere ſuſpicari nihil potuerunt. de Cl. 169. b. Tantummodo coniectura ducor ad ſuſpicandum. & ib. Ex monumentis ſuſpicari de aliquo. pro Syl. 176. a. Defendit eum de quo nihil eſt ſuſpicatus. de Or. 91. b. Nos in amicorum negocijs res ipſa antè confecit, quàm poſſemus aliquid de tantis rebus ſuſpicari. pro Cl. 23. a. Suſpicari aliquid mali. At. 121. b. Autoritate tua permotus, ut ſuſpicor, quid enim aliud putem? de Nat. 7. b. Deus, in quo neque figuram diuinam, neque ſenſum quiſquam ſuſpicari poteſt. & 8. a. Nec Protagoras quicquam uidetur de natura deorum ſuſpicari. Ep. 11. a. & 60. a. & de Fin. 93. a. Certi homines quos iam ſuſpicari debes. Or. 209. a. Verũ hæc uis, quam quærimus, quanta ſit ſuſpicemur, quoniam exempla non habemus. de Orat. 144. a. Vt maius quiddam de L. Craſſo, quàm quantum à nobis exprimetur, ſuſpicetur. de Cl. 192. b. Iis tu cõparas hominẽ Tuſculanum, nondum ſuſpicantem quale eſſet copioſè & ornatè dicere. pro Mil. 113. a. Ciues de rep. optime meriti, in quibus homines non modò res præclariſsimas obliuiſcuntur, ſed etiam nefarias ſuſpicantur.

Suſpirium, rij. gemitus, etiamſi ſit aliquid diſcriminis, utrumq; tamen doloris eſt indicium. Att. 16. b. Quem nemo aſpicere ſine ſuſpirio poſſet. & Tuſc. 225. a. Sine cura, ſine ſuſpirio.

Suſpiro, as. At. 16. a. Neminem habeo quo cum aut iocari liberè, aut ſuſpirare familiariter poſsim. & de D. 89. a.

Suſq; deq; id eſt, nõ laboro, non ſum ſolicitus. At. 224. a. Nam de Octauio ſuſq; deq;. Ep. 110. a. Trahantur per me pedibus omnes rei, non laboro.

Suſtentatio, onis. dilatio. de In. 80. b. Deinde utrum ſtatim fieri neceſſe ſit, utrum habeat aliquam moram, & ſuſtentationem.

Suſtento, as. ſuſtineo, nitor. de Pro. 71. b. Qui ſe etiam nunc ſubſidijs patrimonij aut amicorum liberalitate ſuſtentant. & Poſt. 206. a. Qui egeſtatem domeſtico latrocinio ſuſtentauit. & pro Cæl. 45. b. Egeſtatem alicuius ſuis ſumptibus ſuſtentare. Epiſt. 56. b. Quorum opibus caſus meos ſuſtentabam. & pro R. P. 123. a. Fide ſuſtentare amicos. Tuſcul. 160. a. Per animum ipſum tam naturã hominis uitam ſuſtentari, quàm uitis, quàm arboris. Tuſc. 157. b. In quo animus nulla re egens, aletur & ſuſtentabitur iiſdem rebus, quibus aſtra ſuſtentantur & aluntur. Ep. 82. a. Tu uelim te tua uirtute ſuſtentes. Epiſt. 95. b. Suſtentare ac tueri imbecillitatem ualetudinis. Att. 60. b. Literis ſuſtentor & recreor. pro Flac. 146. b. & de Clar. 196. a. Spes, quæ hominum mentes cogitationesq; ſuſtentat. & pro Mil. 121. a. Ea conſolatione ſuſtentor, quàm, &c. Item. Nunc me una cõſolatio ſuſtentat, &c. pro Mur. 124. b. Is cui reſp. à me una traditur ſuſtinenda magnis meis laboribus ſuſtentata. de Or. 105. b. Cùm is iuriſcõſultus fuerit ſuperior diſceſſurus, qui eſſet nõ iuris ciuilis ſcientia, ſed eloquẽtia ſuſtentatus. de D. 137. a. Animi uigilantium ſuſtentantur membris, & corpore, & ſenſibus: quæ cum ſubtracta ſunt, &c. pro Fl. 148. b. Noſter autẽ teſtis, ut ſe ipſe ſuſtentat, ut omnia uerba moderatur. Ep. 70. b. Suſtentare ſe conſcientia optimorum cõſiliorum. I. P. 98. a. Cùm ſuſtentare uix poſſes mœrorem tuum doloremq; deceſsionis. I. C. 119. a. Id malũ opprimi ſuſtentãdo & prolatando nullo pacto poteſt, quacunq; ratione placet cele-

riter



riter uobis iudicandum eſt. Quint. Fr. 310. a. Aedificationem arcani ad tuum aduentum ſuſtentari placebat. Att. 41. a. Me uix miſerè ſuſtento, &c. Att. 83. b. P. Valerium negat habere quicquam Deiotarus rex, eumq; ait à ſe ſuſtentari. Att. 144. a. Me adhuc tuæ literæ ſuſtentarunt. At. 156. b. Præclara conſcientia ſuſtentor. Qu. Fr. 308. b. Cato à Craſſo ſuſtentatur. Q. Fr. 326. a. Angor mi frater, noſtrum hoc tempus ætatis aut forenſi labore iactari, aut domeſticis literis ſuſtentari. Off. 51. b. Valetudo ſuſtentatur notitia ſui corporis.

Suſtineo, nes. ſuſtento, fero, tolero, tueor, corruere nõ ſino, fulcio, labentem excipio, contineo. de N. 77. a. Pateræ coronæq;, quæ ſimulachrorum porrectis manibus ſuſtinebantur. At. 138. b. Corpore uix ſuſtineo grauitatem cœli huius. At. 130. b. Neq; ſolum cum iſta copia tantam multitudinem ſuſtinere poteris. pro Qu. 11. b. Alicuius quotidianum conuicium ſuſtinere. de Or. 118. a. Tres perſonas unus ſuſtineo ſumma animi æquitate, meam, aduerſarij, iudicis. de Cl. 174. b. Rutilius magnũ munus de iure reſpondendi ſuſtinebat. pro S. R. 37. a. Suſcipere aliquod onus, quod ſuſtinere nõ poſsis. I. V. 193. b. Fungi ac ſuſtinere aliquid muneris in rep. & Ep. 24. a. Suſtinere onera in rep. At. 177. a. Nihil eſt mali, quod non & ſuſtineam & expectem. & de Cl. 156. b. Suſtine aliquem dolorem præter cæteros. Antequam. 193. a. Vt leuis ſit labor defenſori ſuſtinendus. I. C. 102. a. Vix molem iſtius iniuriæ ſuſtineo. I. C. 122. a. Omnis opera equeſtris, artificum frequentia ſuſtinetur, alitur ocio. pro Fl. 153. a. Eſt enim credo is uir iſte, ut ciuitatis nomen ſua autoritate ſuſtineat. Tuſ. 231. a. Ferre & ſuſtinere ſeruitutem. pro Dom. 233. b. Eandem pœnam ego ſubibo & ſuſtinebo. Poſt. 198. a. Sempiternam pœnam ſuſtinerem, &c. Ep. 14. a. Fronte ac uultu quibus ſimulatio facillimè ſuſtinetur. Ep. 62. b. Quæ, &c. omnibus meis uiribus ſuſtinebo. At. 43. a. Suſtinebimus nos, & ſpe qua iubes nitemur. & I. V. 150. a. Hac prouincia alimur & ſuſtinemur. Poſt. 206. a. Quorũ mentes anguſtæ & humiles magnitudinem tanti imperij ſuſtinere nõ poſſunt. pro Dom. 213. b. Hi tales uiri, qui non ſolùm conſilijs ſuis, ſed ſpecie ipſa dignitatem reip. ſuſtinent. & 242. a. Remp. in hac cauſa ueſtris ceruicibus ſuſtinetis. pro Cæl. 47. a. Fieri nõ poteſt, ut quiſquam tantum onus non modo agendo, uerumetiam cogitãdo poſsit ſuſtinere. de Am. 110. a. Tantum cuiq; tribuendum eſt, quantũ quiſq; poteſt ſuſtinere. Item ibi. Deferre aliquid ad alterũ quod ille non poſsit ſuſtinere. Ep. 145. b. Interim maximam hic ſolicitudinẽ curamq; ſuſtineo. Ep. 84. a. Quia non putat ſe ſuſtinere cauſas poſſe multorum. I. V. 161. a. Cuius mortis cauſam fugitiui ſuſtinent. & At. 101. b. Suſtinere culpã alicuius rei Ep. 185. a. Brutus enim Mutinæ uix iam ſuſtinebat. I. V. 78. a. Iudices ſuſtinebunt tantæ populi Rom. uoluntati reſtitiſſe ſuſtineant? Ep. 18. a. Suſtinere expectationem ſui concitatam. & 20. a. Suſtinere beneficia in ſe collata. & 21. a. Suſtinere officiũ. Ac. 13. a. Suſtinere ſe ab omni aſſenſu. Tuſc. 217. b. Suſtinere ſe. & Ep. 129. b. Meq; ſuſtinebam, ne, &c. & Ac. 23. b. Suſtinere equos. & Att. 210. b. Suſtinere currum. Or. 208. a. Quod cùm rapidè fertur, ſuſtineri nullo modo poteſt. Ac. 26. a. Cum ſe à reſpondendo, ut aut approbet quid aut improbet, ſuſtineat. & ibid. Qui de omnibus rebus cõtineat ſe ab aſſentiendo. At. 203. a. b. Suſtinenda eſt ſolutio nominis Cereliani, dum de Faberio ſciamus. i. differenda. At. 210. a. Sed arbitrabar ſuſtinere remos, cum inhibere eſſent remiges iuſsi. I. A. 212. a. O dij quis huius potentiam poterit ſuſtinere? & de Sen. 77. b. Onus Aetna grauius ſuſtineo. & 83. b. Cum humeris bouem ſuſtineret uiuum. At. 15. a. Laborem propter ambitionem ſuſtinere. Att. 155. b. Protinus ſuſtinui me in arcano fratris. Att. 234. a. Puto fore, ut me præſentem non ſuſtineat. Q. Fr. 209. a. Animus in maximis rebus gerendis & ſuſtinendis exercitatus. Off. 53. b. Suſtines enim magnã expectationem imitandæ induſtriæ noſtræ, magnam honorum, nonnullam fortaſſe nominis. de Sen. 84. a. Suſtinere munera. de Am. 108. a. Eſt igittur prudentis, ſuſtinere ut curſum, ſic impetum beneuolentiæ. pro Deiot. 150. b. Ille enim furoris mulctam ſuſtinuerat, hic erroris. Ep. 174. b. & pro Mil. 106. a. Totum hoc negocium ipſe guberno, et meis humeris ſuſtineo. & pro R. P. 129. b. Labentem excepit, corruere non ſiuit, fulſit, ſuſtinuit, re, fortuna, fide, hodieq; ſuſtinet.

Suſtuli, ſti. ſublatum. l. Sublatus. Att. 91. a. Salaminij nos in cœlum decretis ſuis ſuſtulerunt. de Nat. 75. b. Sol in currum Phaetontem filium ſuſtulit. & Tuſc. 219. b. Fortitudo Herculem in cœlum ſuſtulit. I. V. 77. b. Verres ciues Romanos in crucem ſuſtulit. pro Deiot. 149. a. Cum eum plures in equum ſuſtuliſſent, uix hærere in eo ſenex poterat. Ep. 98. b. Suſtulimus manus ego & Balbus. Ep. 262. a. Oculos paululum ſuſtulerunt. de D. 97. a. Quo aſpectu exterrita nutrix clamorem ſuſtulit. de L. 156. a. Orithiam Aquilo ſuſtulit. de Or. 159. a. Cum uerba iacentia ſuſtulimus è medio. Qu. Fr. 312. b. Suſtuliſſem: id eſt, hoſpitio accepiſſem. pro S. R. 20. a. Plus oneris ſuſtuli quàm ferre poſſum. I. A. 251. a. Qui ex eadẽ ſuſtulerit liberos. de D. 81. a. Xenophanes diuinationem funditus ſuſtulit. & I. A. 153. b. Dictaturam funditus de rep. ſuſtulit. & de D. 82. a. pro S. R. 30. a. Non'ne uidentur hunc hominem ex rerum natura ſuſtuliſſe? de N. 76. a. b. Varius Druſum ferro, Metellum ueneno ſuſtulerat. Off. 8. a. Maiores noſtri Carthaginem & Numantiam funditus ſuſtulerunt. Att. 243. b. Eam rem Seruilia ſublaturam ex S. C. ſe eſſe dicebat. Att. 39. a. Cæpionem de oratione ſua ſuſtulit, quem antea nominarat. & ibid. b. Hortenſius laudes noſtras in aſtra ſuſtulit. Ep. 13. b. Exemplum præclariſsimum uindicandæ ſeditionis de rep. ſuſtulerunt. Ac. 16. a. Sublata aſſenſione, omnem motum animorum ſuſtulerunt. Q. Fr. 306. b. Clamorem ſatis magnum ſuſtulerunt.

Suſurratio, onis. ſuſurrus. Ep. 111. a. De Cæſare crebri & non belli rumores, ſed ſuſurrationes ueniunt.

Suſurrus, ri. Tuſ. 248. a. Leuiculus ſanè noſter Demoſthenes, qui illo ſuſurro delectari ſe dicebat aquã ferẽtis mulierculæ, ut mos in Græcia eſt, inſuſurrantiſq; alteri.

Sutor, oris. qui calceos ſuit uel facit. pro Fl. 149. b. Sutores & zonarij.

Sutorius, a, um. Ep. 139. b. Sutorium atramentum.

Suus, a, um. I. A. 227. a. Animus Hortenſij dignus & ipſo & maioribus ſuis. pro Mil. 104. b. Quaſi Appius ille cæcus uiam munierit, ubi impunè ſui poſteri latrocinarentur. pro Seſt. 27. b. Hunc ſui ciues è ciuitate eiecerunt. de D. 124. b. Antiquiorem Deiotaro fuiſſe laudem quã poſſeſsionẽ ſuam. de L. 174. b. Suos deos aut nouos coli, confuſionem habet religionum. pro Q. 5. a. Alphenus utebatur populo ſanè ſuo. contra Rull. 76. b. Petere conſulatum anno ſuo. & ibi. Veſter honos ad mei temporis diem petitus. de Orat. 153. a. Placeátne à Carthaginenſibus captiuos noſtros redditis ſuis recuperari. de Clar. 165. a. Hortenſius è uita ceſsit ſuo magis quàm ciuium ſuorum tempore. & ibidem: Alieniſsimo reip. tempore. pro Syl. 180. b. Tamen illum ulciſcentur mores ſui. & ibidem: Huius ſi cauſa non mani-

manifeſtiſſimis rebus teneretur, tamen eum mores ipſius ac uita conuincerent. de Fin.108.b.Is poterit ſemper eſſe in diſputãdo ſuus.de Or.140.b.Sua cuiq; uirtuti laus propria debetur.& At.236.a.Suos quiſq; debet tueri.de Op. 243.a.Poematis tragici,comici, & reliquorũ ſuum quoduis eſt diuerſum à reliquis. de Orator.114.b.Qui profitetur eſſe ſuũ,facere aliquid. Ep.47.b. Aliquid atq; adeò multa addunt atq; afferunt de ſuo.& ibi.Abeſſe à ſuis.At. 204.b. Ariarates pedem ubi ponat in ſuo non habet. de Or.143.b.Craſſus ſuapte interfectus manu. de Nat.71.b. Minerua patrem dicitur interemiſſe, uirginitatem ſuam uiolare conantem.de Or.112.b.Quaſi nihil poſſit dici ſine præceptis ſuis:id eſt,eius.de In. 68.a.Hunc pater ſuus deduxit,&c.id eſt,pater eius. In Sal.274.b.Itaq; timens ne facinora eius clam uos eſſent,confeſſus eſt adulterium.At. 249.a.Vt ſpectem ludos ſuos: id eſt,illius. pro Qu.16.b. Defenſus à neceſſario ſuo:id eſt,illius.Ep.128.a.b.Cum ille ſcripſiſſet,&c.ſcripſerunt ad eum ſui,ne id faceret. de Am.97.b. Factus eſt Cos.II.primum ante tempus, iterũ ſibi ſuo tempore,reip.penè ſerò.

Sybota,orum.inſula.At.72.

Sylla,læ.Sulla.At.106.a.& 161.a.Sullanus.pro Qu. 14.a.Emiſti bona Sex.Alpheni,L.Sylla dictatore uendente.& pro S.R.22.a. Sylla felix.

Syllaturit.proſcripturit.At.145.b.

Syllaba,bæ.Parad.120.b.Si uerſus pronunciatus fuerit una ſyllaba longior aut breuior. de Or.160.a.Clauſulam longa ſyllaba terminari.& 105.b. Leguleius auceps ſyllabarum.

Syllabatim. Ac.30.a.Cum ſyllabatim Stoicus iſta dixerit.At.213.a.Dictare alicui ſyllabatim.

Σύλλαβος,ȣ. l.Index.

Syllanus,a,um. Sullanus.contra Rul.88.b. Qui nos Syllanos in inuidiam rapit.

Sylua,uæ. Att.190.a.Manè me in ſyluam abſtrudo denſam atq; aſperam.& de Orat.88.a.Genus humanum in montibus ac ſyluis diſſipatum.de D.104.a.Multos nemora & ſyluæ commouent.contra Rul.61.b.Sylua ſcantia.de Or.144.b.Locus in media ſylua maximè opacus et frigidus.Q.Fr.318.a.Palæſtra & ſylua uiridicata.

Sylua.materia,copia. de Orat.152.b.Sylua rerum ac ſententiarum comparanda eſt.& de Vn.50.a. Or.109. b.Hoc in genere (nam quaſi ſyluam uides) omnis eluceat oportet eloquentiæ magnitudo. Or.198.a.Omnis ubertas & quaſi ſylua dicendi ducta ab Academicis eſt. de Or. 153.a.Cui loco eſt omnis uirtutum & uiciorum ſylua ſubiecta.

Syluanus deus.de N.44.Accij.

Syluesco,ſcis.quaſi in ſyluam creſcere. de Sen.88.a. Vitis putanda eſt,ne ſylueſcat ſarmentis,& in omnes partes nimia fundatur.

Sylueſter,uel Syluestris,re.agreſtis. de N.24.b.Loca ſylueſtribus ſepibus denſa.& 52.b.Montes ueſtiti ac ſylueſtres.& 46.Vita ſylueſtrium.& de Leg.159.a.In ſpacijs ſylueſtribus.de In.42.a.In ſylueſtribus tectis.de Am.109. a.Locis delectamur montuoſis & ſylueſtribus. Tuſ.442. a. Non montiuagos & ſylueſtres curſus patiuntur. pro Cæl.42.b.Luperci,quorum coitio illa ſylueſtris,&c. de Clar.188.b. Cotta alia quadam inculta & ſylueſtri uia ad eandem laudem peruenerat.

Σύμβολον.l.Nota.

Sympathia,thiæ.quædam conuenientia & cõiunctio naturæ.de D.134.a.& de N.65.a.de D.137.b.Video ſympathian.& ibid.Continuatio coniunctioq; naturæ,quam ut dixi, συμπάθειαν uocãt,eiuſmodi ut theſaurus ex ouo intelligi debeat. de D.115.b. Cognatio naturæ,et quaſi cõcentus atq; conſenſus,quam συμπάθειαν Græci uocant. de D.137.b.Continuatio coniunctioq; naturæ,quã Græci uocant συμπάθειαν, ut theſaurus ex ouo intelligatur. l. Cognatio,& Concentus,& Coniunctio, & Cõuenientia.

Symphonia,niæ.concentus,cithara. I.V.170.b.Cum in eis conuiuijs ſymphonia caneret,maximiſq; poculis miniſtraretur. & 242.a.I.V.256.b.Reduci è conuiuio cum cantu & ſymphonia. pro Cæl.44.b.Accuſatores cantus & ſymphonias iactant. Ep.259.b.Symphoniam Liſonis uellem uitaſſes,ne in quartam hebdomadam incideres.

Symphoniacus,a,um.citharœdus, uel fidicẽ, ſeu tibicen.I.V.63.b.Symphoniacus ſeruus. & 248.a. Symphoniaci homines ſex. pro Mil.112.a.Milo tum caſu pueros ſymphoniacos uxoris ducebat.

Symphreatides.curiales,tribules.de L.170.a.

Συγκατάθεσις. l.Aſſenſio.l.Approbatio.

Συναγωγή l.Collectio.

Syncerè.candidè,uerè,ingenuè. At.46.a.Craſſi libertum nihil puto ſyncerè locutum.& 146.b.

Syncerus,a, um.purus, uerus, integer. pro Fl.159.a. & εἰλικρινής. Q.Fr.310.b. Epiſt.222.b.Hoc mihi da,ut M.Curium ſyncerum integrumq; conſerues. & de Clar. 191.b.Thucydides pronunciator ſyncerus & grandis etiam fuit.Or.199.a.Prudens ſyncerumq; iudiciũ.Off.36. a.Perſpicere quid in quaq; re uerum ſyncerumq; ſit.de Cl. 182.b.Nihil erat in eius oratione niſi ſyncerum, nihil niſi ſiccum atq; ſanum. pro Q.1.b.Nihil eſt iam ſanctum atq; ſyncerum in ciuitate. de D.113.a.Quo licet exiſtimare in alijs quoq; oraculis Delphicis aliquid nõ ſynceri fuiſſe. de Am.113.b.Syncerus,uerus.)(.Simulatus,fucatus.Att.159 a.Nihil ſimplex,nihil ſyncerum.

Synecdoche.l.Intellectio.

Synephebi.Cæcilij comœdia. de Senect.81.a.de Opt. 244.b.

Syngrapha,phæ.chirographum,cautio,parum inter ſe differunt.de Ar.150.b.Alterum putabo regem ſi habuerit,unde tibi ſoluat quod ei per ſyngrapham credidiſti. Ep.103.a.Tanquam enim ſyngrapham ad imperatorem attuliſſes,non epiſtolam,ſic pecunia ablata domum redire properabas. pro Mur.132.b.Pergitis ne uos tanquam ex ſyngrapha agere cum populo? ut quem locum ſemel honoris cuipiam dederit, eundem reliquis honoribus debeat? I.A.178.a.Syngrapha ſeſtertij centies per legatos facta eſt in gynæceo. I.V.206.b.Iſte Cybiram cum inanibus ſyngraphis uenerat.pro Dom.239.a.& de Ar.251.b. Facere ſyngraphas cum aliquibus. Att.*.Lex Gabinia de ſyngrapha,& de uerſura.

Synnada,dæ.uel Synnadæ,arum.opp.in Aſia.At.76. b.& 79.a.

Synnadenſis,ſe.At.82.

Σύνταγμα. l.Liber.

Σύνταξις. l.Compoſitio.

Syracuſanus,na.I.V.111.

Syracuſius.Phylliſtus hiſtoricus.de Orat.113.b.& de D.88.b.

Syracuſæ,arum.urbs Siciliæ. I.V.227.b.Deſcriptio Syracuſarum,&c.

Syria,riæ. pro Domo 217.b.Illa opima fertiliſq; Syria. & In Ant.238.a. Tanti eius nomen in Syria atque Phœnicia eſt.





Syriacus,a,ũ. Q.F.300.b.Syriacus & Cilicenſis prætor.& 314.b.Syriaci publicani.

Syrius,a,um.de N.67.a.Piſcem Syrij uenerantur.

Syrtis,tis.ſalebræ in mari, locaq; periculoſa, ubi fluctu trahente,modò arenæ dehiſcunt, modò in aggerẽ cumulantur.de Or.157.b.Syrtim patrimonij, ſcopulum libentius dixerim.

Syrus,a,um.de Pro.71.a.Iudæi & Syri nationes natæ ſeruituti.Syri uenales.l.Venalis.I.V.164.b.Solere aiũt barbaros reges Perſarum ac Syrorum, plures uxores habere,&c.

T TA

T Litera inſuauiſſima.Or.212.b.

Tabella.læ.literæ,codicilli.de Cl.174. a.Tabella data,quam legem L.Caſſius tulit. & de Amic.104.a.Videtis in tabella, quantam iam antea facta ſit labes, primò Gabinia lege,biennio aũt pòſt Caſſia. pro Fl.165.a.Cum tabella uobis dabitur iudices,nõ de Flacco dabitur ſolũ, dabitur de bonis omnib.pro Pl.262.a.Populo grata eſt tabella,quæ frontes aperit.hominũ mentes tegit, datq; eam libertatẽ,ut quod uelint faciant.I.P.100.a.An expectem dum de te quinq; & ſeptuaginta tabellæ diripiantur? I.V. 58.b.Tabella cerata cera legitima,non illa infami ac nefaria.de L.191.a.Non fuit latebra danda populo, in qua bonis ignorantibus quid quiſq; ſentiret,tabella uicioſum occultaret ſuffragium. I.P.80.a. Me uniuerſa ciuitas non prius tabella, q̃ uoce priorem conſulem declarauit.cont. Rull.66.b.Meis comitijs non tabellã indicem tacitæ libertatis,ſed uocẽ unam præ uobis indicem ueſtrarũ erga me uoluntatũ ac ſtudiorũ tuliſtis. I.C.113.a.Introductus Statilius cognouit manum & ſignum ſuum,recitatæ ſunt tabellæ.Tuſ.234.b.Tu quidem tabellis obſignatis agis mecũ,& teſtificaris quid dixerim aliquando aut ſcripſerim.

Tabella.pro uoti tabula,in qua pictum erat ex quo quis periculo euaſiſſet.de Nat.78.a.Nónne animaduertis ex tot tabellis pictis,quàm multi uotis uim tempeſtatis effugerint,in portum ſaluiq; peruenerint?

Tabellarius, a, um.tabellaria lex, de ſuffragijs liberè ferendis non uoce & apertè,ſed tabella.de Cl.174.a.Lex tabellaria à Gabinio primũ,deinde à L.Caſſio lata. & de Am.104.a.

Tabellarius,rij.nuncius qui literas fert.Ep.188.a.Scripſi ad te,tabellarios complures Romam miſi. de Pro.72. a.Alterum ſi tabellarij non ceſſarint,neceſſe eſt,&c. I.A. 175.a.Ianitor,quis tu? à Marco tabellarius. Att.7.a.Non inuenio fidelem tabellarium. & 131.b.Sed ſi dedita opera cum cauſa nulla eſſet,tabellarios ad te cum inanibus epiſtolis mitterem,facerem ineptè.

Taberna,næ.caupona.pro Cl.52.b.l. Caupo.de In.63 b.Cum ambo in quandam tabernã diuertiſſent, ſimul cœnare uoluerunt.Att.255.b.Tabernæ mihi duæ corruerũt, reliquæ rimas agunt.pro Dom.224.a.Cum edictis tuis tabernas claudi iubebas. & Ac.36. a. Occludi tabernas iubes.pro Cl.55.b.Tabernam illi inſtructam & ornatã Larini medicinæ exercendæ cauſa dedit. I.C.122.a.Leno quidam Lentuli concurſat circum tabernas, precio ſperans ſolicitare poſſe animos egentium.& ibi.Occluſis tabernis quæſtus minui ſolet.I.A.164.b.Taberna libraria.Qu.Fr. 326.b.Craſſipedis ambulatio ablata,horti,tabernæ.

Tabernaculum, li.caſtrenſe tectum, quod figi & reuelli,alioq; transferri poteſt.I.V.241.b.In ipſo ore portus tabernacula carbaſeis intenta uelis collocabat. & 253. b.Ponere tabernaculum in litore. At.76.b. & Ep.56.a. Multis locis ne tectum quidem accipio,& in tabernaculo maneo plerunq;.de Cl.167.b.Proceſſit enim non ut à militari tabernaculo,ſed ut è Theophraſti umbraculis.cont. Rul.72.b.Deinde ornat mulis,tabernaculis,centurijs,ſupellectili. de Or.150.a.Qui in una philoſophia quaſi tabernaculum uitæ ſuæ collocarunt.de D.87.a.Cum tabernaculũ uicio cepiſſet imprudens.& de D.124.a.Tabernaculum rectè captum.I.P.92.a.Si domus uacua non fuiſſet, in campo martio mihi tabernaculum collocaſſem.

Tabernarius,rij.caupo.pro Fl.149.b.Opifices & tabernarios,atq; illam omnem fecem ciuitatum,quid eſt negocij contitare? & pro Dom.215.b.Clodius cõcitator tabernariorum. Ep.115.b.Niſi ego cum tabernarijs & aquarijs pugnarem,ueternus ciuitatem occupaſſet.

Tabes,bis.macies. Tuſc.196.b.Sed ægritudo maiora quædam,tabem,cruciatum,afflictionem,&c.

Tabo.ablatiui tantum caſus.ſanies. Tuſc.171.b. Saxa ſpargens tabo.I.P.88.b.Ennij.

Tabeſco,ſcis.liqueſio,contabeſco,extabeſco. de N.31. a.Frigoribus dureſcit humor, & idẽ uiciſſim mollitur tepeſactus & tabeſcit calore.Tuſ.217.a.Qui neq; tabeſcat moleſtijs,neq; frangatur timore. Att.36.a.Pompeius tabeſcit dolore.& I.A.105.b.Ne patiantur deſiderio ſui Catilinam miſerum tabeſcere. At.30.b.Ocium quo nunc tabeſcimus. Att.52.a.Nobis in hac calamitate tabeſcẽdũ eſt.

Tabificus,a,um.quod tabem inducit. Tuſc.216.b. Vt hæ tabificæ mentis perturbationes ſunt,ſic,&c.

Tabula,læ.Off.70.a.Si tabulã de naufragio ſtultus arripuerit.At.67.b.Hæc una me ex hoc naufragio tabula delectat. de Cl. 188.b. Tabulas bene pictas collocare in bono lumine. de Or.98.a.Tabulas ac ſigna propalã collocare. de Fin.125.a.Imago Epicuri in tabulis,& poculis,& annulis.At.60.Tabulæ Dicæarchi:id eſt,de geographia. I. A.153.a.b.Ne qua tabula ullius decreti Cæſaris figeretur. & Ep.219.b.Tabulam in qua nomina eorum inciſa erãt, reuelli iuſſit. I.A.234.b.Quod ſi comitia placet in ſenatu habere,petamus,ambiamus,tabula modò noua detur nobis,ſicut populo data eſt.de Or.90.a.Decẽuiri,qui XII. tabulas perſcripſerunt. & 101.a. Bibliothecas omnium philoſophorum unus mihi uidetur XII.tabularum libellus,& autoritatis pondere & utilitatis ubertate ſuperare. pro S.R.22.b. Ille affirmabat ſeſe nomen Sext.Roſcij de tabulis exempturum.Off.50.b.Tabulæ nouæ quid habent argumenti? niſi ut emas mea pecunia fundũ, & eum tu habeas,ego non habeam pecuniam.I.A.207.b.Trebellius ſine tabulis nouis ſaluus eſſe non poteſt. I.A.233.b. Vindices tabularum nouarum nouam tabulam uidimus. At.83.b.Periculum eſt,ne res ad tabulas nouas perueniat. & 108.b.χρεῶν ἀποκοπάς. pro Q.4.b.Tum Næuius amicos corrogat, ut ad tabulam Seſtiam ſibi aſſint hora ſecunda poſtridie.Qu.de Pet.206.a.Amico Sabidio & Panthera,quod ad tabulam quos poneret,non habebat. At.236. b.Maximè autem expecto ecquid Dolobella tinniat,an in meo nomine tabulas nouas fecerit. Qu.Fr.311.b.Racilius tabulam proſcripſit.I.A.177.b.Inſpectantibus nobis toto Capitolio tabulæ figebantur.Parad.123.a.Actæonis tabula te ſtupidum tenet,aut aliquod ſignum Polycleti.

Tabulæ accepti & expẽſi.l.Codex.Top.222.a.In nominibus eſſe,& in tabulis deberi. pro Fon.276.a. Vnæ tabulæ proferãtur.I.V.88.a.& pro Cæl 40.b.Facere tabulas,conficere tabulas.I.V.106.a.Tabulæ & codex.& 88. a.Tabulæ accepti.& pro Q.R.45.b.Codex accepti & expenſi.

penſi. pro Fl.150.a.In tabulas quodcunq; commodum eſt referre.& ibi.Inferre rationes falſas. pro Syl.175.a.Ait me aliter ac dictum,in tabulas retuliſſe.pro Fl.155.a.Ciuitas conficientiſsima literarum.& 154.b.Literæ publicæ. In V.87.b.Tabulæ publicæ,& literæ publicæ.

Tabularium,rij.locus in quo tabulæ publicæ ciuitatis aſſeruantur.de N.74.b.Qui tabularium incenderit,at ſe Qu.Soſius eques Rom.feciſſe confeſſus eſt:qui tranſcripſerit tabulas publicas,id quoq; L. Alenus fecit.et pro Rab. 91.b.De peculatu facto,de tabulario incenſo.pro Cæl.54.a.Sext.Clodius,qui ædes ſacras, qui cenſum populi Rom. qui memoriam publicam ſuis manibus incendit. pro Ar. 187.b. Tabulæ publicæ Heraclienſium,quas Italico bello incenſo tabulario interiſſe ſcimus omnes.

Taceo,es.ſileo,reticeo,tacitum relinquo,ſilentio prætereo,conticeo,ſupprimo. de Or.94.b.Enunciabo apud nos quod ſemper tacui,& tacendum putaui.I.V.71.a.An me taciturum tantis de rebus exiſtimaſtis? At.18.b.Qui de rebus noſtris diu tacuerat. contra Rull.88.a.Vt doceam Rullum poſthac,in his ſaltem tacere rebus, in quibus de ſe taceri uelit.pro Seſt.11.b. Illi hominibus omnia timētibus tacendo loqui,non inficiando confiteri uidebantur.Antequam.195.a.Quorum improbitas me tacēte coarguitur improbitate uitæ.

Taciturnitas,tis.ſilentium. de In.53.b. Taciturnitas imitatur confeſsionem. Attic.106.b. Suſpicionem mihi maiorem tua taciturnitas attulerat. de Claris orator. 185.b. & Ep.5.b.Te arbitror malle ipſum tacere,quàm taciturnitatem noſtram experiri. pro Quint. Roſ.47. a.Pecuniam ſtipulatam non eſſe,taciturnitas teſtium concedit. In C.100.b.Vocis contumeliam expectas,cum ſis grauiſsimo iudicio taciturnitatis oppreſſus? In Piſ.86.a. Curiæ taciturnitas annua. & ibid.Silentium perpetuum iudiciorum.

Tacitè.ſilentiò.pro Q.9.a.Huic ne perire quidē tacitè obſcureq; conceditur.pro Pom.6.a.Hi uos, quoniā liberè loqui non licet,tacitè rogant.

Tacitus,a,um.mutus.I.C.101.b.Quid expectas autoritatem loquentium?quorum uoluntatem tacitorū perſpicis? pro Cæl.38.a.De dignitate Cælius notis tacitus facilè ipſe reſpondet.I.C.116.b.Nihil me mutuum delectat, nihil tacitum. Ac.2.b. Quaſi uerò clarorum uirorum tacitos congreſſus eſſe oporteat. pro Cec.295.a. Si uoluntas tacitis uerbis intelligi poſſet,uerbis non uteremur.pro Cl. 30.b.Tamen uocat me aliò iandudum tacita ueſtra expectatio.de Pro.77.b.Quo minus ſæpe aut interpeller à nōnullis,aut tacita exiſtimatione reprehendar. Epiſt.36.b. Sed hæc tacita mihi quodammodo relinquenda ſunt. pro Qu.14.a.Tacito ipſo ſtudio quod habebat erga propinquum ſuum,quemuis commoueret.de Orat.161.a.Omnes tacito quodam ſenſu ſine ulla arte aut ratione,quæ ſunt recta ac praua dijudicant. Orat.217.a.Sed aures tacito eum ſenſu ſine arte definiunt.pro Q.R.48.a. Tacita corporis figura coniecturam affert hominibus. de In.79.b.& 80. a.¶Quædam tacitis exceptionibus cauentur. pro Domo 225.b. Omnis improborum uis diu collecta & inueterata compreſſo odio atq; tacito erumpebat in actū. de Or. 148.b. Illud etiam ſi eſt uerißimum,tacitum tamen nunquam myſterium teneant. Attic.24.a.Cætera ſi reprehenderis,non feres tacitum.pro Mil.103.b.Tacitis & occultis occaſionibus. pro Mar.131.b.Hoc tacitus nullo modo præterire poſſum.

Tactio,onis.tactus.Tuſ.213.a.Voluptates oculorum, tactionum,odorationum & ſaporum.



Tactus,ctus.de N.54.b.Tactus toto corpore æquabiliter fuſus eſt, ut omnes ictus omneſq; nimios & frigoris & caloris appulſus ſentire poſsimus. Ac.6.b.Quid de tactu? & eo quidem,quem philoſophi interiorē uocant,aut doloris,aut uoluptatis? & 19.b.Tactus intimus. de Orat. 152.a. In tactu modus & mollitudinis & leuitatis. pro Cæl.46 a. Qui non odore ullo,non tactu,non ſapore capiatur. de Or.163.a.Voces ut chordæ ſunt intentæ, quæ ad quenq; tactū reſpondeant.de Vn.197.b. Qua ex coniunctione cœlū ita actū eſt,ut ſub aſpectū & tactū cadat. de N.33.b. Et is ſolis tactus eſt,ut non tepefaciat ſolū, ſed etiā comburat.de D.128.b.Plus terrarum ſitus, quàm lunæ tactus ad naſcendum ualere.aliter,tractus.

Tæda,dæ.fax. I.V.225.a.Ceres dicitur inflammaſſe tædas ex ignibus Aetnæ.& I.P.89.b. Furiarum tædis ardentibus. & Ac.22.b.Circunſtant cum ardentibus tædis. pro S.R.29.a. Agitari & perterreri furiarum tædis ardentibus.ad Her.38.b.Qui tædas candentes accipit. lege Palæſtra.

Tædet,bat.piget. I.V.72.b.Sunt homines,quos infamiæ ſuæ neq; pudeat,neq; tædeat.Ep.95.b. Nam me cùm antea tædebat,tum uerò,&c. At.76.b.Quid quæris? tædet omnium nos uitæ.pro Fl.166.a.Quod ſi talium ciuiū uos iudices tædet,oſtendite. Att.37.b.Tædet ipſum,uehementerq; pœnitet.Q.Fr.300.a.Pertæſum eſt enim leuitatis Græcorum.

Tages,gis.autor aruſpicinæ. de D.118.b.Tages quidam dicitur in agro Tarquinienſi cum terra araretur,& ſulcus altius eſſet impreſſus,extitiſſe repentè,&c.

Talaria,orum.calcei aligeri ſeu pinnati, quales Mercurio tribuunt poetæ.de N.71.b.Minerua,cui pinnarū talaria affigunt.& At.236.a.Quare talaria induamus. In Arat.Diuerſoſq; pedes uinctos talaribus aptis.

Talaris,re.ad talos uſq; demiſſus. I.V.242.a.Tunica talaris.& I.C.109.a.

Talarius,a,um.Of.30.b.Adde his ſaltatores,totumq; ludum talarium. Att.11.a.Non enim turpior unquam in ludo talario confeſſus fuit.l.Talus.

Talentū, ti.multa genera fuerūt, ſed hic Atticū intelligimus,quod aureis nūmis ſeu coronatis ſexcētis ualebat.I. P.98.a.C C.talenta tibi Apolloniatæ dederūt,ne pecunias creditas ſoluerent. pro Fl.163.a. Quinquaginta talenta Flacco dicit ſe dediſſe.& pro R.P.125.b.Decē millia talenta Gabinio eſſe promiſſa.Tuſc.246.a.Legati ab Alexandro quinquaginta Xenocrati talenta attulerūt, quæ erat pecunia temporibus illis Athenis præſertim maxima. At. 82.a.Cyprij talenta Attica C C.dabant.

Talis,le.huiuſmodi,eiuſmodi,eiuſdem modi,eius generis,id genus,huius exempli,perinde,ita,ſic. Of.42.a.Vt quales ſimus,tales eſſe uideamur.& ibi.Vt ſimus ij,qui haberi uelimus.de Or.92.a.Vt ipſis talis,qualem ſe ipſe optaret,uideretur.& pro Mur.131.b.Cum eſſet talis,qualē te eſſe uideo.de In.84.a.Vt nō tales quales antè habitæ ſint, habeantur.& Att.19.b.Et talis qualē eſſe eum ſcripſeras. pro Clu.48.b.Vir tali dignitate præditus. de Or.137.a. Non audeo dicere de talibus uiris,ſed tamē,etc. Acad.2.a. Ac uereor ne talium perſonarū imminuam gloriā. & 1. b.Tali ingenio præditus Lucullus. Ep.146.b.Talē te eſſe oportet,qui primùm te ſeiungas,&c.deinde,&c pro Q. 7.b. & I.P.80.b.Tot taleſq; uiri,&c. & Epiſt.246.b. Tale ac tantum iuſiurandum.de D.91.a. Xenophon Socraticus,qui uir & quantus,ſcribit,&c.id eſt, talis uir. In



In Vat.30.b.Honor talis populi Romani uoluntate paucis eſt delatus,ac mihi. Att.98.b.Accepi eiuſmodi literas, ut,&c.de Or.162.b.Sed hæc omnia perinde ſunt ut aguntur.pro Qu.R.50.a.Sic eſt uulgus,ex ueritate pauca æſtimat:id eſt,tale. de L.171.b.Omnem legem eſſe laudabilē, talibus quibuſdam argumentis docent. & de Vn.198.b. Idq; molitus eſt tali quodam modo.I.A.174.a.Quibus rebus tantis,talibus geſtis,cur,&c. Attic.257.b.Non equidem hoc diuina ui,ſed aliquid tale putaui fore. & 273.b. Ciuis talis, qualis & prudentiſsimus, & fortuna optima eſſe debet. Off.18.b.Tales enim nos eſſe putamus,ut iure laudemur.

Taliter.perinde,tali quodam modo.At.169.b.Audiueram nemini taliter licere.

Talpa,pæ. Ac.20.b.Quid talpa?num deſiderare lumen putas? Verg.Georg.1.Atq; oculis capti fodere cubilia talpæ.

Talus, li.os eſt prope calcaneum,quod extat quaſi rotundum in extremo pede. hinc os quatuor laterum, quo ludūt,talus appellatur,hinc quoq; ludus talarius.pro Cl.40.b.Illa uſq; ad talos demiſſa purpura. de D.85.a.& 118.a.Quatuor tali iacti caſu uenereum efficiunt. de Fin. 101.b.Ita iacere talū,ut rectè aſsiſtat. Item: Qui talus ita erit iactus,ut cadat rectus.de Sen.89.a.Ex multis luſionibus nobis relinquant talos,teſſeras. & de Or.148.a.Pila, teſſeræ, tali.de Or.151.a.Brulla talis præclarè ludens,Titius pila.

Tam.æquè,adeò,tam ualde,tam maximè neceſſarius. At.106.a.Quid opus eſt de Dionyſio tam ualde affirmare? & de Or.105.a.Tam uehementer.de D.125.a.Nihil eſt tam ualde uulgare,quàm nihil ſapere. Or.206.b. Nemo tam multa ne in Græco quidem ocio ſcripſit,quàm multa ſunt noſtra. Attic.121.b.Nunquam reo cuiquam tam humili,tam ſordido,tam nocenti,tam alieno,tam præciſè negaui,quàm hic mihi.de N.37.b.Melius erat non dari omnino,quàm tam munificè ac tam largè dari.pro Cæl.52.a Hic tam imbecillus quàm uidetis.de Cl.175.b. Vtinā Gracchus non tam fratri pietatem quàm patriæ præſtitiſſet.de D.82.a. Quorum neutrū tam facilè quàm tu arbitraris, conceditur.Q.Fr.Ego hæc tam eſſe quàm audio, non puto.de N.15.b.Quod tibi iam facilè credam,ſicut alteri nemini.Ep.53.a.Cum ita latè pateat eius poteſtas. Ep.166. a.Doleo,adeo & longo & infeſto itinere ad me ueniri.de Amic.112.a. Vituperanda eſt rei tam maximè neceſſariæ tanta incuria.

Tamen.attamen,ueruntamen,nihilominus,certè.pro S.R.27.a.Innocens eſt quiſpiam,ueruntamen quanquam abeſt à culpa,ſuſpicione tamen nō caret : tametſi miſerum eſt,tamen ei,qui hunc accuſet poſſum aliquo modo ignoſcere. Or.204.a.Itaq; eum qui audiunt, quamuis ipſi infantes ſint,tamen illo modo confidunt ſe poſſe dicere.Par. 238.a. Nemo enim eſt,quem non, ſi ipſa minus honeſtas, contumelia tamen & dedecus moueat. pro S.R.44.a.Illam priorem proſcriptionem,quæ facta eſt in eos,qui arma capere potuerunt,tamen ſenatus ſuſcipere noluit,nè, &c.Ep.3.b.Cui cum Cato interceßiſſet,tamen eſt perſcripta.pro Dom.223.a.Quid ſi pluribus de rebus uno ſortitu retuliſti? tamē ne arbitraris id te poſſe obtinere? de Ar. 247.b.Quanquam ſi me tantis laboribus perfunctum efferret aliquando ad gloriam,in refutandis maledictis improborum hominū,tamen animi quidam dolor, quis non ignoſceret? de Ar.254.b.Ego pro patria ſolus exarſi,ſic tamen,ut,&c.& ibi.Vt modò uendat illis,nec tamen ita, ut,etc.Ep.210.a.Et tamen nihilominus αἰὲν ἀριστεύειν. pro Cl.33.b.Tamen nihilominus putabant,&c. Ep.58.b. Tamen & ſi,&c.tamen,&c. & 144.a.Quæ nihilominus ut ego abſim,cōfici poſſunt.de Or.107.a.Neq; minus hæc tamen tua lenitas,etc.Q.F.313.b.Lucretij poemata lita ſunt multis luminibus ingenij,multæ tamen artis. Ep. 138.a.Tamen à malitia non diſcedis.pro Mar.133.a.Et ſi, &c.certè,&c.pro Cec.286.b.Tamen pro certè,uel profectò,uel ſaltem. pro Seſt.15.b.de Sen.82.b.Quod equidē non amiſi adhuc,& tamen uidetis annos meos.



Tametſi.etſi,quanquā.pro S.R.36.b.Tametſi uiciſſe debeo,tamen de meo iure decedā.I.V.113.a.Tametſi,&c. tamē,&c.Ep.32.a.& 58.b.& 229.b.Tametſi ſpero,&c. tamen faciam,&c.Ep.4.b.& 35.b.Tametſi mihi,&c.

Tanagræ,arum.oppidum.& Tanagræus,a,um.pro Dom.235.b.

Tandem.demum,aliquando,ad extremum.cont.Rul. 87.a.Perficiam ut iam tandem illi fateantur,&c. pro R. P.128.b.Quod genus tandem eſt illud oſtentationis? I.C. 104.b.Quanto tandem illū mœrore afflictū eſſe putatis? pro Cec.294.a. Cecinna utrū noluit tandē, aut nō potuit accedere.de N.22.a.Hoc per ipſos deos,quale tandem eſt? de Fin.77.b.Quomodo eum tandem laturū fuiſſe exiſtimas? pro Fl.151.a. Vtrum hic tandem cognitionē ueritatis fore putas,an,&c. de L.156.b.& Part.230.b.Quorſum tandem,aut cur iſta quæris.& Tuſc.191.b.Quónam tandem modo? Ep.181.a.Tandem aliquando Romæ eſſe cœpimus. pro Q.17.b.& I.C.101.a.& 104.b.Tandem aliquando poſſe conſiſtere,&c.Ep.239.b.Literæ iā tandem mihi redditæ ſunt à Cæſare.de Or.106.b.Quarū tandem,inquit Catulus?

Tandiu.uſq; eò.Ep.18.a. Ego te abfuiſſe tandiu à nobis doleo.& At.2.a.Abs te tandiu nihil literæ. Ep.132.a. Tibi aſſentātur tandiu dum ades. Tuſ.247.a.Corpus gaudet tandiu dū ſentit uoluptatē.& At.138.b.Tandiu dū lego.pro Fl.154.b.Qui ualuit tandiu dū huc prodiret.Off. 41.a.Is tandiu laudabitur,dum memoria rerum Rom.manebit.de Cla.165.a.Vixitq; tandiu,quā licuit bene uiuere. & 186.b.Ferā tandiu quā ferre potero.de Or.89.a.Verbi enim controuerſia tandiu torquet Græculos homines, etc. At.136.b.Ego tandiu requieſco,quandiu ad te ſcribo.

Tango,gis.contingo,attingo,tracto. Tuſc.187.a.Genu terram tangere. Ep.28.b. De præda mea teruncium nec attigit,nec tacturus eſt quiſquam.pro Cec.292.a.Verùm ita eſt uti dicis,te deiectum debeo intelligere etiam ſi tactus non ſis.& 294.a.Poteſt ne detrudi quiſquā,qui nō attingitur.Poſt.205.b.Tribuni ſanctiſsimum corpus non ſolùm tactum ac uiolatum manu,ſed etiam uulneratū ferro confectumq; uidiſtis.pro Dom.223.a.Lex cuius quanquiſq; partem tetigit,uoce,ſuffragio , &c.repudiatus eſt. Att.33.b. Minæ,quæ mihi proponuntur, modicè me tangunt. I.A.219.a.Et ne tangantur rationes ad Opis. pro S.R.32.a.Non omnia dicam,& leuiter unumquodq; tangam. Acad.34.b.Vbi Ariſtoteles iſta tetigit? de Or.112.b. Genus illud tertium quod à Craſſo tactum eſt. cont.Rull. 79.b. Idcirco apros nominare non poſſum,quia tangam nullum ab inuito.I.V.81.b.& At.85.b.Verres ſimul ac tetigit prouinciam,ſtatim,&c. pro Mil.111.a. Villa quæ uiam tangit.

Tanquam.quaſi,quodammodo,ac,iuxta ac,ut, loco, quemadmodū.de Cl.188.b. Aetatis illius iſta fuit laus,tanquam innocentiæ,ſic latinè loquendi.Or.201.a.Hæc magna ſunt,& tanquā animi inſtar in corpore.de Or.89.a. &

& 122.a.Oratorem in iudicia & conciunculas,tanquam in aliquod piſtrinum detrudi uidebam. I.A.180.b.Vt iſtũ tanquam ſi eſſet conſul ſalutarent. Att.85.a.Quod uideo tibi etiam nouum accidiſſe,tanquam mihi. Att.132.a.Ego tecum tanquam mecum loquor. Tuſ.172.a.Gloria uirtutem tanquam umbra ſequitur. Ep.18.a.Nam illò ſi ueneris,tanquam Vlyſſes cognoſces tuorum neminem. In Vat. 29.b.Repentè enim te tanquam ſerpens è latibulis intuliſti. de Or.122.b.Tanquam ad ſcopulum aliquem libidinis mentem appellere. de Cl.170.b.Nam Odyſſea latina eſt, ſic tanquam opus aliquod Dedali. pro Cec.296.b.Neminem reperies,qui tanquam arma militis inſpiciunda ſint, ita probet armatum.pro S.R.33.b.Qui tanquam ſi offuſa reip.ſempiterna nox eſſet,ita ruebant,&c. & Ep.27.a. Tanquam ſi res tua agatur. Epiſt.256.b.Is tam te diligit, quàm ſi uixerit tecum.de D.135.b.Similet ſunt dij,ſi obijciunt,&c.tanquam ſi Pœni,&c.de Orat.93.b.Quid mihi nunc uos,inquit Craſſus,tanquam alicui græculo quæſtiunculam ponitis? Ep.229.a. Apud eum ſic fui tanquam domi meæ.

Tanquam ſi.ut ſi.l.Tanquam. Ep.27.b.Tanquam ſi res tua agatur.

Tantalidæ,darum.de N.78.a.

Tantalus,li.Tuſ.150.a.Mento ſummam aquam attingens ſiti enectus Tantalus. Tuſc.216.b.Poetæ impendêre apud inferos ſaxum Tantalo faciunt.de Fin.61. Ob ſcelera animiq; impotentiam,&c.

Tanti.I.V.205.b.Fuit tanti mihi crede.& 169.b.Eſt tanti.& At.80.a.Fuit tanti.In Sal.273.b.Tanti me fugacem hi æſtimauerunt.I.C.107.b.Eſt mihi tanti ô quirites huius inuidiæ falſæ atq; iniquæ tempeſtatem ſubire,dummodo,&c.Off.68.a.Eſt ergo ulla res tanti,aut commodũ ullum tam expetendum,ut uiri boni & ſplendorem & nomen amittas.& At.30.a.Iuratus tibi poſſum dicere, nihil eſſe tanti. pro Mil.112.b.Id quidem nõ tanti eſt,quã quod, etc.pro Cæl.45.a.Is non putat tua dona eſſe tanti.pro Q. R.48.b. Tibi certè tanti non fuiſſet,ut ſocium fraudares. & ibi.Roſcio cur tanti fuerit,quæro. I.C.102.a.Sed non eſt mihi tanti.

Tantidem. In Sal.275.a.Tu C.Salluſti tantidem putas eſſe bis ſenatorem fieri,quanti bis conſularẽ. pro S.R. 37.b.Is uoluntatem municipũ tantidem,quanti fidem ſuã fecit. I.V.166.a.Coegit Segeſtanenſes à Docimo tantidẽ publicè accipere:id eſt,cõducere tantidem.& 192.a. Tantidem frumentum emere,quanti,&c.

Tantiſper.interim. pro Cec.290.b. Sed tantiſper de aliquo reo cogitaſſe. Ep.127.a.Tantiſper dum efferueſcat hæc gratulatio.& de In.81.a.Sed uideo quid efficiat,tantiſper hoc ipſum magni æſtimabo.

Tantopere.de Orat.98.a.Neq; enim tantopere,&c. quantopere,&c.pro Mur.129.a.& de Leg.189.b.Iſtud neſcio quid quod tantopere didiciſti.

Tantulus,a,um.tam paruus. At.8.b.Vt uix huic tantulæ epiſtolæ tempus habuerim. de Sen.88.a.Ex tantulo fici grano. pro S.R.37.a.Si ex eo tantulum in rem ſuam conuertiſſet.I.V.133.b.Quorum oratione ne tantulũ quidem commotus eſt. pro S.R.38.a. Is diſcipulus magiſtro tantulum de arte non concedit. de Leg.262.b. Si intereſſe quippiam tantulum modò potuerit. Tuſcul. 189. a.Tantulũ tamen eſt,ut,&c.Itẽ:Tantulũ, ne minima quidẽ re,partẽ aliquã,ex parte aliqua. de Am.115.b.Ego illũ ne minima quidem re offendi,quod quidem ſenſerim.

Tantùm.tantummodo,ſolùm. Parad.118.b. Nomen



tantũ uirtutis uſurpas,quid ipſa ualeat ignoras.pro Mur. 143.a.Nihil dicam arrogantius,tantum dicam,totos dies, &c.& pro Fl.153.a.Dixit tantum,nihil oſtendit. Qu.de Pet.209.b.Homines ruſticani nomine tantum noti. Ep. 13.b.Non dicam quid acciderit(multorum enim,&c.)tantum dicam,&c.I.V.135.b.Verrem tantum ſemper auaritia biante atq; imminẽti fuiſſe ingenio,& cogitatione nulla.de Or.104.b.Non tantum parum commodè,ſed etiam turpiter.I.V.99.b.Tantum quod hominem nõ nominat. & 175.a.Tantum quod aratoribus obſides non dedit.Ep. 105.b.Tantum ex Arpinati ueneram,cum,&c. At.14.a. Nec tantum proficiebam quantũ uolebam.At.89.b.Tantũ abeſt ut ego ex eo quo aſtricti ſumus laxari aliquid uelim.At.190.a.De fano illo,de quo tantũ quantũ me amas uelim cogites. At.249.a.Nec quiquã poſthac non modò tantum,ſed ne tantulum quidem præterieris. de Sen.87. a.Tantum quantum ſat eſt.Item:Tantum abeſt.Or.219.b Tantum abeſt,ne eneruetur oratio compoſitione uerborum,ut aliter in ea nec impetus ullus, nec uis eſſe poßit. Off.9.b. Id autem tantum abeſt ab officio, ut nihil officio magis poßit eſſe contrarium.

Tantummodo.modò,duntaxat. de N.41.a. Arbores tantummodo per ſtirpes aluntur ſuas.de Or.147.b.Neq; eum oratorem tantummodo,ſed hominem non putãt. pro Syl.172.b.Quæ omnia ſuppreſſa uoce dixit,tantummodo ut uos,qui ea probabatis,poſſetis exaudire.

Tantundem.de L.180.a.Qui tantundẽ capiat,quantum,&c.& Att.197.b.Tantundem populo dandum eſt. & Qu.Fr.304.b.

Tantus,ta,tum.tam multus,tam magnus,& id genus alia.de D.110.a.Sol maiór ne quàm terra ſit,an uero tantus quantus uideatur. de Fin.49.a. Sed tantum ſtudium tamq; multam operam ponendam in eo non arbitrantur. pro Pom.10.b.Quis unquam tam breui tempore tot loca adire? tantos curſus conficere potuit? Att.17.a.Ex ijs,quæ ſcripſimus, tanta etiam à me non ſcripta perſpicis. pro Cor.64.b.Si tanta bella legiſſet,quanta & geßit & confecit.I.P.90.a.Cum fines prouinciæ tantos haberet,quantos optauerat.I.A.208.b.Multas habui cõciones, nullam unquam uidi tantam,quanta nunc ueſtra eſt,de N. 44. b. b.Hi tanti ignes,tamq; multi.de N.29. a. Tam multæ res atq; tantæ.de Or.116.a.In tanta re,tamq; immẽſa. de Or. 88.b.Iſta tanta tamq; multa.& 145.b.Tot tantæq; res. I.V.74.b.Tot tantaq; uitia.de N.78.b. Vrbs tanta atque talis.& Ep.228.a.In hominem tantum atq; talem. Tuſc. 234.a.In his tot ac tantis malis.Ep.168.a. Dixi tanta contentione,quantum forum eſt.Ep.64.a.Tanta contentione decertaui,quanta nunquam antea. pro Cæl.53.b.Nequaquam enim tantum erat,quantũ homines loquebantur.At.106.b.Quid enim eſt tantũ in uno aut altero die? pro S.R.39.a.Si enim hæc liberè dicentur,non fuit tantus homo Sextus Roſcius in ciuitate,ut de eo potiſsimum conqueramur.Att.130.b.Tanta multitudo. & ibi.Quantas copias.Att.102.b.Tantum & plus etiam. Ep.211.b. Si intellexero has literas tantum, quantum ſcribens conſidebam,apud te pondus habuiße.At.35.b.Si me amas tantum quantum profectò amas. Epiſt.70.b. Tecumq; ero tantum,quantũ patietur utriuſq;ætas..I.C.114.b.Neq; tanto antè exitiũ ac fati diẽ,reip.denũciaßet.I.V.250.a. Cũ tanto plures abducti eſſent quàm relicti.aliter, Altero tanto. & 251.b.& de Orat.87.a. I.V.251.a.& pro Flac.150. b.Tanto pòſt. pro Mar.154.b.Cum in animis hominum tantæ latebræ ſint, tanti receſſus. Attic.106.a.Equitatus tantus,



tantus,quantum uolet.de Or.87.a.Tantus in iocando lepos. & pro Q.R.49.a.Qui tantas & tam infinitas pecunias repudiarit.

Tardè.ſerò.)(.Ocyus.Tuſ.215.b.At.76.a.Tardè tibi reddituro dabam,ſed amico homini. & 183.b.Tardè iter facere.& Ep.22.b.Quò propter longinquitatem tardiſſimè omnia perferuntur. Att.61.b.Te Roma profectum eſſe tardius quàm dixeras. Tuſc.164.a.Qui in compedibus corporis fuerunt,etiam cum ſoluti ſunt,tardius ingrediuntur. de N.36.a.Tardius moueri.)(.Celerius moueri. pro Q.R. 50. a. Tardè percipere.)(.Celerius arripere. pro Seſt. 8. a. Conſules, qui remp. nimis tardè concidere mœrerent. At.154.b. Sed ne tardius quàm uellẽ,reip.gratularer. pro Mil.111.b.Egreditur à uilla ſubitò,cur ueſperi? quid neceſſe eſt tardè? Ep.236.a.Tardè & incommodè nauigaui.de Pro.76.a.Et malit tamen tardius ad ſuorum laborũ fructus peruenire. Attic.41.b.Aut accedemus in Epeirum,aut tardè per Cãdauiam ibimus..pro Cec.286. a.At ea res,de qua,&c.tardißimè iudicatur.

Tardigradus,a,um. de D.136.a.Quadrupes tardigrada,&c.Pacuuij.l.Coclea.

Tarditas,tis.cũctatio,mora.)(.Celeritas.de Vn.200. b.Top.224.b.Celeritati tarditas contraria eſt. & Q.Fr. 315.b.Curſu corrigere tarditatem. Epiſt.156.b.Propter tarditatem ſententiarum,moramq; rerum. pro Rab.94. b. Qui cum ingredi uix poſſet, non ad inſequendum ſibi tarditatem pedum, ſed ad fugiendum impedimento fore putabat. pro Seſt.24.a.Ita ut nonnunquam cunctatione & tarditate utrunq; amittant. Ep.5.b.Sed noſti hominis tarditatem. I.P.79.b. & Orat.219.b.Tarditas ingenij, ſtupor debilitasq; linguæ.de N.4.a.Quod non Academiæ uicio,ſed tarditate hominum arbitror contigiſſe. de Or. 95.a. Aut æterna in te, aut certè diuturna ualebit opinio tarditatis. I.C.115.b.Sed tãta fuit operis tarditas,ut,&c. de Clar.178.a.Conſiderata tarditas. I.A.182.b.Certatim poſthac,mihi crede, ad hoc opus curretur,nec occaſionis tarditas expectabitur. Q.Fr.318.a.In Manliano offendi Diphilum Diphilo tardiorem. Off.26.b.Cauendum eſt, ne tarditatibus utamur in greſſu mollioribus.I.A.199.b. Iſta legatio moram & tarditatem afferet bello.I.A.206. b. Pleriſq; in rebus agendis tarditas & procraſtinatio odioſa eſt. I.A. 236. a. Iſta ſententia affert tarditatem ad Dolobellam perſequendum.

Tardo,as. tardum facio, moram & tarditatem affero,moram interpono,moror,cunctor,indormio,differo. Att.97.b.Scribe quæſo,nunquid putes reip.cauſa tardandum eſſe nobis.& ad Brut.288.b.Tardare & commorari te melius eſt. I.V.177.a.Cum eius animum non negligentia tardaret, ſed conſcientia frenaret. I.V.143.a. Vt omnium inimicorũ animos accuſatorumq; tardares. Ep. 98.a. Impedire profectionem meam uidebatur, aut certè tardare. Tuſcul.164.a.Minus tardabitur curſus animorum. I.A.235.b.Vereor ne exercitus noſtri tardentur animis. Att.96.b.Nos eteſiæ uehementißimæ tardarunt.& 109 b.Nec ſenatus eum tardabit. pro Cec.299.a.Et me ſimilis ratio pudoris à præſentis laude tardaret.Or.197. a. Vereor ne tardem ſtudia multorum, qui deſperatione debilitati,nollent,&c. de Clar.186.b.Nam M.Glabrionem ſocors ipſius natura negligẽſq; tardauerat. ad Brut. 90. b. Si ea quæ ex tempore ſuſcepta ſunt, ut agerentur, non tardata & procraſtinata eſſent. de D.84.b.Nec tardata diu ſpecies,multumq; morata,Conſule te tandem celſa eſt in ſede locata.



Tardus,a,um.longus,cunctator,parum efficax,ſerus, remiſſus, hebes,callipedes.)(.Citus,celer,incitatus,expeditus,uelox.de In.50.a.Velox an tardus. Att.149.a.Sed eo tardior ad diſcedendum fui,quòd,&c. & 102.b.In decedendo Bibulus erit,ut audio,tardior. Antequam.193.a. Non conuenit enim,cum ego ad promerendũ beneficium tam fuerim expeditus,uos ad referendã gratiam eſſe tardiores.de Or.107.b.Tardiores tibicinis modos,& cantus remißiores facere.de Orat.128.a.Principia orationis tarda.)(.Exitus ſpißi ac producti. Or.218.a.Spõdæus,quòd eſt è lõgis duabus,hebetior uidetur & tardior.Acad.44. b.Senſus hebetes,tardi,& pingues. de Fin.73.b.Vt tardã & languidam pecudem. Att.107.a.Omnia adhuc tarda & ſpiſſa. de Clar.187.b.C.Lẽtulus non tardus ſententijs, non inops uerbis fuit. Acad.24.a.Epicurus,quem iſti tardum putant.contra Rul.88.b.Quem ueſtrûm tam tardo ingenio fore putauit,qui,&c. de Orat.95.b.Tradere aliquid,uel etiam inculcare,ſi quis fortè ſit tardior. de Clar. 184.b.Tardus in cogitando. Tuſc.141.b.Ingenium eximium.)(.Tarda mens.de N.4.b.Quidam nimis indociles tardiq; ſunt.& de Fat.142.a.Ingenioſus.)(.Tardus.& de Or.119.a.Tardum ingenium. pro Cec.286.b.Iuris dubitatio tardiorem me facit ad iudicandum. Off.7.b.Vt cæteri ſint ad iniuriam tardiores.pro Cec.286.a.Quo delictum maius eſt,eo pœna eſt tardior. Poſtquã.203.a.Qui in ulciſcendo remißior fuit, & qui in beneficijs remunerandis eſt tardior. de D.118.a.Et redemptor non inopia aut inertia tardior fuit.de D.122.a.Tarda & ſera nimis, &c.de Sen.81.a.Aut etiam ſi ſis natura tardior.

Tarentum,ti.urbs.Off.79.

Tarentinus,na.At.78.

Tarichea caſtra.à Taricheis inſulis. Epiſt.188.a. Caßij.

Tarpeius,ia.ad Her.34.a.

Tarquinij,orum.opp.pop. Tuſ.249.a.Demaratus fugit Tarquinios Corintho.

Tarquinienſe municipium.I.V.286.& l.Tages.

Tarquinius,nij.pro Rab.92.b.Tarquinius ſuperbiſſimus atq; crudelißimus rex.

Tarracina,æ.opp.At.104.b.& Ep.106.

Tarracinenſis.pro S.R.50.

Tarraco,onis.opp.pro Cor.60.a.

Tarſus,ſi.urbs in Cilicia.ad Her.41.a.Ep.34. Attic. 76.I.P.98.b.

Tarſenſis.At.82.a.Ep.189.

Tarteſius & Tarteſij. pop.Hiſpaniæ.At.103.b.Off. 91.b.

Tauripylæ,arum.pop.Aſiæ.At.79.a.

Taurominium,nij.At.259.a.

Tauromitani.I.V.141.

Taurus,ri.mons.pro Seſt.16.a.pro Deiot.150.b.

Tartareus,a,um.Tuſ.179.b.Tartarea plaga.

Taurus,ri.I.V.217.a.Ille nobilis taurus, quem Phalaris habuiſſe dicitur.

Taxillus,li.talus.Orat.211.b.Literam X,è maxillis è taxillis conſuetudo elegans latini ſermonis euellit.

Taygetus.mons.de D.103.a.

Te.Att.191.a.b.Tute ſcis(ſi modò meminiſti)me tibi dixiſſe,&c.pro Dom.228.b.Quanquam ubi tu te popularem potes dicere?

Tectè.obſcurè.)(.Apertè.Att.9.a.& Or.219.b.Tectè declinare impetum aduerſarij.& Ep.140.a.Quod tu in epiſtola appellas ſuo nomine,ille tectius penem.

Tectorium, rij. calx ſiue cruſta inducta parieti aut muro, qua tanquam pauimento lapides teguntur, quo opus ſit pulchrius. I. V. 105. b. Columna, ex qua tectorium uetus deletum ſit, & nouum inductum. & Q. Fr. 318. a. Mihi erit curæ tectorium, ut concinnum ſit. de D. 120. b. Et humor allapſus extrinſecus, ut in tectorijs uidemus auſtro, ſudorem imitari poteſt. Att. 5. b. Præterea typos tibi mando, quos in tectorio atrioli poßim includere.

Tectoriolum, li. tectorium. Ep. 140. b. Bella tectoriola. dic ergo etiam pauimenta iſto modo, non potes.

Tectorius, a, um. de Leg. 183. a. Exornare ſepulchrũ opere tectorio.

Tectum, cti. pars domus ſumma, qua tegitur. Att. 76. b. Multis locis ne tectum quidem accipio, & in tabernaculo maneo plerunq;. pro Q. R. 50. b. Tum erat ager incultus ſine tecto, nunc eſt cultißimus cũ optima uilla. Parad. 118. b. Marmorea tecta, ebore & auro fulgentia. & Tuſ. 166. b. Tecta cœlata, laqueata. de Clar. 188. b. Firma tecta in domicilijs habere. contra Rul. 84. a. Tecto ac ſedibus ſuis aliquem recipere. I. C. 117. Vos in ueſtra tecta diſcedite: id eſt, domos. I. V. 341. a. Non modò extra tectum, ſed ne extra lectum quidem. Q. Fr. 318. a. Vaporarium, quod eſt ſub tectum cubiculi. Poſtquã. 199. b. Illi magnam partem tectis ac tenebris continebantur. At. 55. b. Diſturbata porticus Catuli, quæ reficiebatur, & ad tectum iam penè peruenerat. Q. Fr. 320. b. Abſolutũ offendi in ædibus tuis tectum, quod ſuper conclauia non placuerat tibi eſſe multorum faſtigiorum, id nunc honeſtè uergit in tecta ſuperioris porticus. Parad. 125. b. Aurata tecta in uillis & ſola marmorea facere. & de Leg. 169. a. Tecta laqueata.

Tectus, a, um. obſcurus.)(. Apertus. de Or. 136. a. Aliquem in dicendo eſſe tectißimum. Tuſ. 235. a. Beſtiæ abditæ, terraq; tectæ. de Fin. 76. a. Qui occultus & tectus dicitur, tantum abeſt ut ſe indicet, perficiet etiam, &c.

Tegeatæ. pop. de D. 88. a. aliter Taygetæ. ſed uerius eſt Tegeatæ.

Tegmen, nis. tegumentum. de N. 48. a. Lato ſub tegmine cœli. & 54. b. Palpebræ ſunt tegumenta oculorum. de D. 121. b. Qui platani in ramo foliorum tegmine ſeptos Corripuit pullos. Tuſ. 246. a. Scythicum tegmen.

Tego, gis. obduco, obnubo, obtendo, contego, uelo, operio, ueſtio, cõueſtio, occulto, defendo. Q. Fr. 292. b. Vniuſcuiuſq; natura tegitur, & quaſi uelis quibuſdam obtenditur. pro Seſt. 7. b. Etenim animus eius uultu, flagitia parietibus tegebantur. de Cl. 169. a. Qui ſummã prudentiam ſimulatione ſtultitiæ texerit. pro Rab. 95. a. Ignauiã ſuam tenebrarũ ac parietum cuſtodijs tegere. pro Q. 15. b. Id te admiſiſſe dicis, quod ne mẽdacio quidẽ poßis tegere. Tuſ. 230. a. Vt noſtrã ipſi ſententiam tegeremus. pro Cec. 303. a. Maiores uim armatã nulla iuris defenſione texerunt. de Or. 107. a. Maiores noſtri clarißimorũ hominum autoritate leges ac iura tecta eſſe uoluerũt. pro Cec. 296. b. Arma alia ad tegendũ, alia ad nocendũ. Ep. 42. b. Cum me armis texit ſuis. pro Pl. 259. a. Is meam ſalutem atq; uitã ſua beneuolentia præſidioq; texit. pro Seſt. 28. a. Patria, quam (ut leuißimè dicã) certè texeram. Ep. 228. a. Tegere & tueri aliquẽ. de D. 138. a. Is cum eſſet proiectus inhumatus, amica corpus eius texit ſuo pallio. I. P. 91. b. Triumphi nomine tegere ac uelare cupiditatem ſuam. de Leg. 191. b. Leges quæ tegunt omni ratione ſuffragium.

Tegula, læ. ſunt quibus tecta conſternuntur ad arcendas pluuias & alia incõmoda. pro Dom. 225. b. Nec illi cæmentis ac tegulis meorũ tectorũ ſe famẽ ſuam expleturos putabant. & I. V. 173. b. Exciſis arboribus, dẽptis tegulis. I. A. Cum tu tamen nocte ſocia per tegulas admitterere.

Tegumentum, ti. tegmen. de Fin. 132. a. Tegumentum corporis. & de N. 56. b. Tegumenta corporum uel texta uel ſuta. & 54. b. Palpebræ ſunt tegumenta oculorum. de Fin. 132. a. Pennarumq; cõtextu corporis tegumenta faciebat. pro Cæl. 47. a. Flagitiorum tegumenta quærere.

Tela, læ. Acad. 23. b. Dialectica quaſi Penelope telam retexens. I. V. 213. a. Domus plena telarum. de Orat. 164. a. Quanquam ea tela texitur, ut, &c.

Telephus, phi. pro Flac. 161. a.

Tellus, uris. de N. 70. a. Terra ipſa dea eſt, quæ eſt enim alia tellus? de Som. 128. a. Tellus neq; mouetur, & infima eſt. In Arat. Quorum ſtirpes tellus amplexa prehendit. At. 206. a. In Telluris: id eſt, in æde Telluris. Q. Fr. 320. b. Ad Telluris quidem tuam ſtatuam locaui.

Telmeſſus, ſi. urbs Cariæ. de D. 99. a.

Telmeſſes. pop. de D. 99. b. & 100. a.

Telum, li. iaculum, haſta, haſtile. de Or. 157. b. Telum manu fugit. & pro Quin. 9. b. Conijcere omnia tela in aliquem. pro Quin. 2. a. Cum etiam telum aduerſarius nullum iecerit. pro Dom. 221. a. Tela quæ ex illius actionibus in meũ corpus immiſſa ſunt. de Pro. 73. b. Tela omnia undiq; in patriã intenta. ad Her. 4. a. E corpore cruentum telum educit. de Or. 244. a. Non dubito, quin ea tela quæ coniecerit inimicus, quàm ea quæ collega patris emiſit, leuiora atq; hebetiora ſint. I. C. 112. a. Qui ex ædibus Cethegi, ſi quid telorum eſſet, efferret. pro Arch. 190. a. Cupere debemus, quò minus manuum noſtrarum tela peruenerint, eódem gloriam famamq; penetrare. I. C. 100. a. Omnes ſciunt, te ſtetiſſe in comitio cũ telo. I. V. 236. b. Edictũ, ut ne quis cũ telo ſeruus eſſet. At. 38. b. & In Vat. 33. b. Vectius confeſſus eſt ſe cũ telo fuiſſe. de Or. 102. a. Oratorem inter hoſtium tela incolumem uerſari. Ep. 102. b. Itaq; te commouere non curas, uſq; quaq; ſapere oportet, id erit telũ acerrimũ. de Am. 107. b. & 102. b. Nec mediocre telum ad res gerendas exiſtimare oportet, beneuolentiã ciuium. pro Mil. 103. b. Eſſe cum telo. & ibi. Habere telum.

Temerarius, a, um. nullius cõſilij, inconſideratus, præceps. pro Cec. 291. a. Ea ſunt & turbulẽta, & temeraria, & periculoſa. de In. 42. a. Cæca & temeraria cupiditas. Ep. 155. b. Indicabo temerarium meum conſilium tibi.

Temerè. inconſultè, inconſideratè, nulla ratione, ſine iudicio & modo, temeritate quadam, fortuitò, fortuitu. de Orat. 111. b. Pleriq; temerè & nulla ratione cauſas in foro dictitant. pro S. R. 23. b. Forſitan in ſuſcipienda cauſa temerè impulſus adoleſcentia fecerim. & 31. b. Roſcius de prædijs ſuis nunquã temerè diſceßit. pro Fon. 276. a. Audacter hoc dico, non temerè cõfirmo. de D. 132. a. Aliquid effutitum temerè. & de N. 10. b. Inconſultè ac temerè dicere aliquid. pro S. R. 19. b. Temerè dicto concedi non oportet. At. 162. a. Temerè & imprudẽter facere aliquid. de In. 54. a. Temerè & nullo conſilio regi. Ep. 57. a. Non ſcribo hoc temerè. de D. 85. a. Aſperſa temerè pigmẽta in tabula oris liniamenta effingere poſſunt. de N. 27. a. Idq; euenit non temerè, nec caſu. & 48. b. Corpora huc & illuc caſu & temerè cõcurſantia. Or. 215. a. & pro Syl. 169. a. Superior ætas numero caruit, niſi ſi quando temerè ac fortuitò. ad Her. 8. a. Non temerè fama naſci ſolet. Tuſc. 174. b. Non temerè nec fortuitò ſati & creati ſumus. Of. 20. a. Appetitus omnes cõtrahẽdi ſedandiq; ſunt, ne quid temerè, ac fortuitu, inconſideratè, negligenterq; agamus. I. A. 217. a. Omnino iraſci amicis non temerè ſoleo.





Temeritas, tis.)(. Sapientia. de Ar. 257. a. Plenus inconſideratißimæ ac dementißimæ temeritatis. de N. 71. b. Fortuna ab inconſtantia & temeritate ſeiungi non poteſt. pro Plan. 260. b. Populus non delectu aliquo aut ſapientia ducitur ad iudicandum, ſed impetu plerunq;, & quadam temeritate. & ibi. In uulgo non eſt cõſilium, non ratio, non diſcrimen. de D. 81. b. Omnibus in rebus temeritas non aſſentiendo, errorq; turpis eſt. de D. 126. a. Quibus in rebus temeritas & caſus, non ratio & conſilium ualet. Off. 10. b. Multi multa faciunt temeritate quadam, ſine iudicio uel modo. & 34. a. Temeritas, quæ à ſapientia dißidet plurimũ. I. C. 114. b. C. Cethegi furioſa temeritas. de In. 54. a. Exercitus, qui ſtultitia & temeritate alicuius adminiſtratur. ad Her. 13. a. Temeritate omnia regi. Off. 46. a. Temeritate remota, grauißima eſt liberalitas.

Temetum, ti. uinum, quod mentem tentet. Cic. de rep. apud Nonium.

Temo, onis. lignum protenſum in curru uel plauſtro, quo iugum continetur. de N. 47. b. Poetæ.

Temperamentum, ti. temperatio, ratio. de Leg. 189. a. Inuentum eſt temperamentũ, quo tenuiores cum principibus æquari ſe putarent.

Temperans, tis. continens, qui in omni libidine ſe continet, moderatus. At. 237. a. Cum hominem temperantem tantus improuiſò morbus oppreſſerit. pro Font. 282. a. Vir frugi, & in omnibus uitæ partibus moderatus ac temperans, plenus pudoris, plenus officij, plenus religionis. Parad. 19. b. An temperantem eum dices, qui in aliqua libidine ſe continuerit, in aliqua ſe effuderit?

Temperanter. continenter. Att. 136. a. Si hic temperantius egerit, conſideratius conſilium dabo.

Temperantia, tiæ. modeſtia, moderatio, frugalitas, conformatio & moderatio continentiæ & temperantiæ. Off. 71. a.)(. Luxuria, libido, immanitas. de In. 82. b. Temperantia eſt rationis in libidinem & in alios non rectos impetus animi firma & moderata dominatio. Part. 237. a. Temperantiam immanitas in uoluptatibus imitatur. de N. 67. a. Temperantia conſtat ex prætermittendis uoluptatibus. & de Fin. 141. a. Temperantia in prætermittendis uoluptatibus cernitur. Off. 19. b. Vt in eo moderatio & temperantia appareat cum ſpecie quadam liberali. Tuſ. 236. b. Temperantia eſt moderatrix omnium commotionum. Off. 4. a. Omnium quæ fiunt, quæq; dicuntur, ordo & modus, in quo ineſt modeſtia & temperantia. de Fin. 77. a. Modeſtia uel temperantia, quæ eſt moderatio cupiditatũ, rationi obediens. de Or. 131. b. Dicacitatis moderatio & temperantia. Ep. 16. a. Noui enim temperantiam & moderationẽ naturæ tuæ. Tuſc. 193. b. Temperantia, σωφροσύνη, moderatio, modeſtia, frugalitas. de Fin. 85. Temperantia pacem animis affert, & eos quaſi concordia quadam placat ac lenit. & ibid. Temperantia eſt, quæ in rebus aut expetendis, aut fugiendis rationem ut ſequamur, monet. de Fin. 49. a. Qui autem, ſi hoc maximè placeat, moderatius tamen id uolunt fieri, difficilem quandam temperantiam poſtulant, in eo quod, &c. Part. 236. a. Quæ uerò moderandis cupiditatibus, regendiſq; animi motibus laudatur, eius eſt munus in agẽdo, cui temperantiæ nomen eſt. Tuſ. 139. a. b. Summa fuit eius in uictu temperantia. Off. 75. b. Reſtat quarta pars, quæ decore, moderatione, modeſtia, continentia, temperantia continetur. Attic. 97. b. Quæ tua prudentia & temperantia eſt. Off. 19. a. Sequitur, ut de una reliqua parte honeſtatis dicendum ſit, in qua uerecundia, & quaſi quidam ornatus uitæ, temperantia, & modeſtia, omniſq; ſedatio perturbationum animi, & rerum modus cernitur. Off. 71. b. Altera in conformatione & moderatione continentiæ & temperantiæ cernitur.

Temperatè. temperãter. At. 197. a. Agere tẽperatè.

Temperatio, onis. temperamentum, moderatio, modeſtia. Tuſ. 152. b. Animus temperatione naturæ uiget & ſentit. Tuſ. 215. a. Corporis tẽperatio, cum ea congruunt inter ſe, è quibus conſtamus, ſanitas. & 162. a. Corporum temperatio. de N. 28. b. Cœli temperatio, fœcunditas terrarum. de D. 128. a. Hoc temperatio lunæ, cœliq; moderatio efficit. & ibi. Quæ à luna cæteriſq; ſideribus cœli temperatio fiat. de N. 31. a. Semina temperatione caloris oriri & augeſcere. de Som. 128. b. Sol mens mundi & temperatio. I. V. 223. a. Tu illius æris temperationẽ, tu operum lineamenta ſolus perſpicis? & Acad. 21. a. Eodem ære & eadem temperatione facere ſignum. Tuſ. 162. b. Commutationes temporum quadripartitæ ad temperationẽ corporis aptæ. de Leg. 172. b. Menſium temperatio, &c. & 186. b. Temperatio reip. & 189. b. Temperatio iuris. & Tuſ. 209. a. Temperatio ciuitatis. de Leg. 189. b. Sed præſtò eſt huius uicij tẽperatio. de Vn. 202. a. Deinde ad temperationem ſuperiorem reuertit, in qua omnem animum uniuerſæ naturæ temperans permiſcebat.

Temperator, oris. Or. 203. a. Moderator ille & quaſi temperator huius uarietatis.

Temperatus, a, um. temperans, moderatus, modicus. de N. 77. b. Vir iuſtus, temperatus, ſapiens. & Ep. 199. b. Temperati moderatiq; mores. Att. 183. a. Moderatione paulo minus temperatus. de D. 104. a. Si modò temperatis eſcis, modiciſq; potationibus eſt affectus. de D. 127. a. Perinde utcunq; temperatus ſit aer; ita pueros orientes formari. Off. 1. b. Aequabile & temperatum orationis genus. Or. 128. a. Nec eſt ulla temperatior oratio, quàm illa in qua aſperitas contentionis oratoris ipſius humanitate conditur, remißio autem lenitatis quadam grauitate & contẽtione firmatur. Or. 216. a. Oratio permiſta & temperata numeris. Or. 205. b. Orator medius, modicus, temperatus, mediocris. & 128. a. Nec eſt ulla temperatior oratio, quàm illa, &c. & 215. b. Nimis incitatus.)(. Temperatus.)(. Nimis tardus.

Tempero, as. moderor, temperationem facio, miſceo. de D. 100. a. Lycurgus, qui Lacedæmoniorum remp. temperauit. Ep. 26. a. Nam ea quæ ſperas Tulliæ meæ prudentia temperari poſſe, ſcio, &c. Or. 214. a. Hoc genus Iſocrates moderatius temperauit. de D. 127. b. Ortus & occaſus ſiderum, quorum ui cœlum modò hoc, modò illo modo temperatur. de N. 35. b. Solis tum acceſſus modici, tum receſſus, & frigoris & caloris modum temperant. Offic. 76. b. Quod ſimplex eſſe debet, ex dißimilibus rebus miſceri & temperari non poteſt. de N. 52. b. Eteſiarũ flatu nimij temperantur calores. Or. 202. b. Oculorum & hilaritatis & uicißim triſtitiæ modum res ipſæ de quibus agetur, temperabunt. Or. 206. a. At hæc interdum temperanda & uarianda ſunt. Tuſ. 161. a. Auribus magna oblectatio parta eſt, inuenta & temperata uarietate & natura ſonorum. de Vn. 198. a. Ea cum tria ſumpſiſſet, unam in ſpeciem temperauit. Or. 205. b. Si ſuam copiam cum illis duobus generib. non tẽperauit. de Som. 129. a. Sonus, qui acuta cum grauibus temperans, æquabiliter cõcentus efficit. Or. 216. a. In perpetua oratione hi ſunt inter ſe miſcendi & tẽperandi pedes. At. 58. a. Hominẽ in ſumma animi magnitudine multa humanitate temperatũ perdidimus.

pro Mar. 132.a. Temperare uictoriam. & Tuſc.148.a. Temperare remp.optimis inſtitutis & legibus. & Acad. 1.b.In conſtituendis temperandiſq; ciuitatibus.de L.173.b.Cœli fulgura regionibus ratis temperanto. de Am.108 a. Vt utamur quaſi equis temperatis ſic amicitijs, aliqua ex parte periclitatis moribus amicorum.Att.18.b.Sed ita temperata tota ratio eſt,ut reip.conſtantiam præſtem.I.A.244.b.Cuius immanitas naturæ,ne uino quidem permixta temperari ſolet.

Temperare.abſtinere.pro Cor.67.b.Noſtras inimicitias ipſi inter nos geramus, amicis noſtrorum inimicorum temperemus. I.V.112.a. Verrem nemini ulla in re temperaſſe. I.V.107.b.Te putet quiſquam cum ab Italia freto diſiunctus eſſes, ſocijs temperaſſe? pro Flac.155.a. Temperare ſibi. & Ep.147.b.Temperare ſibi in aliqua re. ad Her.11.b. Cui mirum uidebitur, iſtum à maleficio non temperaſſe?& 29.b.Eum ſibi in concionibus credis à mendacio temperaturum.

Tempeſtas,tis.tempus,procella,turbo,hyems,fluctus,uis.de Orat. 157.a. Qua tempeſtate Pœnus in Italiam uenit.& de D.96.a.Eadem tempeſtate. & Or.212.b.Qua tempeſtate Paris Helenam,&c. pro Lig.142.b.Tempeſtate abreptus eſt unus.Attic.157.a.Eaq; ipſa tempeſtate euerſa eſt reſp. quam ego XIIII.annis antè proſpexi. de N.69.b.Imbres,nimbi,procellæ,turbines, cæteræq; tempeſtates. pro S.R.40.a.Ventus uehemens,immoderata tempeſtas.I.V.220.a.Erat hyems ſumma,tempeſtas perfrigida,imber maximus.pro Seſt.13.a.Nauis reipub.fluitans in alto tempeſtatibus ſeditionum & diſcordiarum.I.V.240.b.Nullus dies tam magna ac turbulenta tempeſtate fuit,quin,&c. de In.74.a. Fluuius commotus magnis tempeſtatibus. Ep.129.a.His tempeſtatibus es propè ſolus in portu. Ep.259.a.Ibi propter tempeſtatem ad VI. Id.morati ſumus. pro Cec.302.a.Vt ſi qui ex alto tempeſtate ſubitò reiectus optaret,&c. pro Cluent.37.b.Non fuit illud iudicium, &c. ſed uis (ut ſæpe dixi) ruina,atque tempeſtas. pro Mur.133.a.Tēpeſtates ſæpe certo aliquo cœli ſigno cōmouentur, ſæpe obſcura aliqua ex cauſa concitantur.pro Seſt.24.a.Tempeſtas periculi: id eſt,metus. pro Seſt.27.a. Quos repētina aliqua uis & tēpeſtas perculit popularis. pro Dom.235.a. Nemo fuit,qui non me pro ſuis opibus in illa tēpeſtate defenderit. pro Dom.241 a.Tu procella patriæ,turbo & tēpeſtas pacis. pro Planc. 261.a.Qui hac populi tempeſtate iactamur & fluctibus. de In.81.b.Sedatis fluctibus,& tempeſtate iam commutata. I.C.102.a.Quanta tēpeſtas inuidiæ nobis impendeat. de N. 59.b. Si ſegetibus aut uinetis cuiuſpiā tempeſtas uenerit. de In.74.a.Nautas aduerſa tempeſtate in alto iactari.& Tuſ.228.b.Iactatus magna tempeſtate. Att.26.a.Ad lacertas captandas tempeſtates non ſunt idoneæ. de D.128.a. Alia Romæ, alia Tuſculani euenit ſæpe tempeſtas. Q.Fr.307.b.Tu uelim quamprimùm bona & certa tēpeſtate conſcendas.Q.Fr.310.b.Dummodo idonea tempeſtas ſit,ne omiſeris. & Ep.235.b.Nautæ tempeſtatem prætermittere noluerunt.de N.1.b.Tempeſtates,ac temporum uarietates,cœliq; mutationes. de In.42.b.Turbida tempeſtas.& de D.125.b.Cum tonuit læuum bene tempeſtate ſerena. de D.127.a.Tempeſtas cœli:id eſt,ſerena uel nebuloſa. de In.74.b.Cū magna in alto tēpeſtas eſſet. Parad.126.a.Virtus nec tempeſtatum nec temporū permutatione mutatur.de Or.85.a.Nam qui locus quietis & tranquillitatis pleniſſimus fore uidebatur, in eo maximæ moleſtiarum & turbulentiſſimæ tempeſtates extiterunt.



At.149.a. Pridie quinquatrus fuit egregia tempeſtas. de Or.148.a. Cum homines tempeſtatis cauſa opere prohibentur.pro Flac.152.b. Defendendi facilis eſt cautio,non ſolùm latibulis occultorum locorum, ſed etiam tempeſtatum moderatione & cōuerſione. Off.36.b.Procellæ,tempeſtates,naufragia,ruinæ,incendia.I.A.197.a.Hæc cauſa,cur lex tam egregia maximo imbri,tempeſtate,uentis, procellis,turbinibus,inter fulmina & tonitrua feratur.I.A. 210. b. Huius magnitudini animi tempeſtas eſt oblata formidoloſiſſimi temporis.I.A.214.a.Summi gubernatores in magnis tempeſtatibus nonnunquam à uectoribus admoneri ſolent.

Tempeſtiuè.opportunè,in tempore.de N.57.b.Tempeſtiuè demetere percipereq; fructus.

Tempeſtiuitas,tis.opportunitas. de Senect.83.b.Sua cuiq; parti ætatis tempeſtiuitas eſt data.

Tempeſtiuus,a,um.opportunus. Tuſc.172.a.Multa mihi ad mortem tempeſtiua fuerunt, quæ utinam potuiſſem obire. pro Pom.10.b.Pompeius Sardiniā cum claſſe uenit,nondum tempeſtiuo ad nauigandum mari.de N.52 b.Natura quàm tempeſtiuos dedit,quàm ſalutares omnibus animantibus ac ſtirpibus uentos eteſias?Off.35.b.Nec ex his tempeſtiuos fructus capere poſſemus. de Sen.78.a. Maturitas tempeſtiua.

Tempeſtiua conuiuia dicebantur,quæ ſtatis temporibus ac diebus ſodalitates agitabant,in quibus multa erat licentia,multus ſermo,ſed feſtiuus.nam ad omnem hilaritatem comparata huiuſcemodi conuiuia fuiſſe uidētur. pro Arch. 188. a. Quantum temporis alij tribuunt tēpeſtiuis conuiuijs. At.135.a.Multa in me in conuiuijs tempeſtiuis diſputantur. I.V.160.b.Statuitur Lollius in illo tempeſtiuo gladiatorum conuiuio. de Sen.86.b.Ego propter ſermonis delectationem tempeſtiuis conuiuijs delector. pro Mur. 127.a. Tempeſtiui conuiuij, amœni loci,multarum deliciarum comes eſt extrema ſaltatio.Ep.Quas enim cœnas & facere, & obire ſcripſit ad me Seſtius? quàm lautas?quàm tempeſtiuas?

Templum,pli.fanum,ædes,ædes ſacra, locus religioſus uel ſacer,cella,domus,cœli pars ſiue regio,auguris lituo definita atq; deſcripta ad augurium captandum.I.V. 222. a. Herculis templum ſanè ſanctum apud Agrigentinos,& religioſum. Ep.151.a. Venit Seruilius Ioui ipſi iniquus,cuius in tēplo res agebatur. de D.96.a.Cum in Herculis fano arma ſonuerunt.& ibi.In templo Herculis. de Leg.173.b.Templa liberata & effata habento.&,Effari templum.l.Effaris.de In.62.a.Templum & fanum idem. & ædes ſacræ.I.A.198.a. & 197.b.In cella Cōcordiæ collocari armatos,è templo carcerem fieri.At.226.a.In Telluris:id eſt,in templo Telluris.de Som.127.b.Deus is,cuius hoc templum eſt omne quod conſpicis.& de Leg.192. b. Cœli partes ſibi definitas eſſe traditas.Tuſ.158.b.Acherontia templa alta,orci pallida.de D.89.a.Ad cœli cœrula templa. pro Dom.239.b. Curia eſt ſedes ac templum publici conſilij. In Vat.33.b.In roſtris,in illo inquam augurato templo ac loco. pro Mil.119.a. Curia,templum ſanctitatis,amplitudinis,mentis,conſilij publici, caput urbis,ara ſociorum,portus omnium gentium.

Tempus, oris.tempeſtas,dies,ætas,memoria,maturitas,ſpacium,periculum. de In.51.a.Tempus autem eſt,id quo nunc utimur(nam ipſum quidem generaliter definire difficile eſt) pars quædam æternitatis cum alicuius anni, menſtrui, diurni, nocturni'ue ſpacij certa ſignificatione.de Vn.200.b.Siderum errores id ipſum eſſe, quod rite



rite dicitur tempus.de Nat.6.a.Tempus ſine mundi conuerſione effici non poteſt. pro Mur.141.a.Quod enim tempus fuit aut noſtra aut patrum noſtrorum memoria, quo hæc ambitio non fuerit? Att.151.b.Conſilia differs in tempus,cum ſciemus,&c.contra Rul.66.b.Veſter honos ad mei temporis diem petitus. pro Mur.134.b.Ea dicam uobis audientibus amiſſo iam tempore, quæ ipſi ſoli re integra ſæpe dixi.Off.33.b.Cum philoſophiæ multum adoleſcens temporis tribuiſſem. pro Dom.214.a.Quamdiu tempus turbulentum fuit. Ep.29.b.Tempora reip.turbulenta. Ep.149.b.Cuius rei non modò non præterijt tempus,ſed ne maturum quidem etiam nunc fuit.Ep.3.b.Nactuſq; tempus hoc magis idoneum,quàm antea, &c. & 34.b. Tempus anni idoneum. I.V.127.b. Satis fœliciter anni iam aduerſo tempore nauigaui. I.V.155.a.Ex tempore admoneri:id eſt,ut res fert. I.C.100.b.Nihil moliris,quod mihi latêre ualeat in tempore. de Or.124.a.Noſtra conſilia in ſempiternū tempus ſpectare debent. I.V. 225.a.Flores omni tēpore anni. de Or.124.b.Tempus eſt iam de ordine argumentorū dicere. At.114.a.Sed ſtomachari deſinamus,tempori pareamus.de Or.85.a.Fuit tempus,cum putarem,&c.&Ep.181.b.Veniet tempus,cum, &c.pro Pom.4.a. Omne meum tempus,amicorum temporibus tranſmittendum putaui: id eſt,periculis uel caſibus.Q.Fr.326.a.Hoc noſtrum tempus ætatis forenſi labore iactatur. pro Q.1.a.Diligentia quanta ſit,niſi tempus & ſpacium datum ſit,intelligi non poteſt.Q.Frat.320.a. At.75.b.Cum erit ſpacium,utrunq; dabo. & 76.a.Surripere aliquid ſpacij.At.278.b.Datum Lepido tempus eſt, in quo leuitatē eius experiremur.pro Cec.299.b.Si tempus feret. Q.Fr.295.b.Cuipiam in doctrina percipienda multum ſtudij fuiſſe & temporis.pro Quin.9.b.Poſt tempus in aliena re facere, quod ille in ſua re cum tēpus erat, non fecit.pro Cec.288.b.Quadriennium,hoc eſt, ex quo tempore fundus uenijt. Ep.54.b.Tempori cedere,id eſt, neceſſitati parêre,ſapientis ſemper eſt habitum. Ep.4.b. Eiuſmodi tempora poſt tuam profectionem conſecuta ſunt,ut,&c.Epiſt.71.a.& Tuſ.168.a. Niſi id uerbum in omne tempus perdidiſſem. Epiſt.174.b.In multa ſecula. Tuſ.242.a.Ab æterno tempore. de Fin.62.a.Ex infinito tempore.& 52.b.Ex æterno tempore.Ep.76.b.Vt ij accipiunt, quibus epiſtolæ per hæc tempora moleſtæ ſunt. & 71.b.& 94.b.Conſumere omne tempus in literis.Ep. 242.a.Ponere tempus in aliquo magno officio. Ep.52.a. Traducere tempus.Ep.64.b.In eadem reip.tempora incidimus.Ep.32.b.& ad Her.28.a. Ex quo tempore tu me diligere cœpiſti. Ep.71.b.Omne tempus unà fuiſſemus. Ep.5.a. A' me nullum tempus prætermittitur de tuis rebus & agendi & cogitandi. de In.58.a. Difficilia factu longi temporis indigent. Ep.64.a.Extitit tempus optatum mihi magis,quàm ſperatum. & 88.a.In temporum paruis inclinationibus. Ep.103.b.Neq; ætatis magis idoneum tempus,hoc ſi amiſeris, nullum unquam es reperturus. Orat.216.a.Tempus,interuallum,ſpacium in pede. ad Her.7.a.Tempus inſtans,præteritum,conſequens. & de Fin.96.a.Vita acta & conſequens. de Fin.63.b.Tempus futurum,poſterum,conſequens.Ep.72.b.73.a.Tempora priora & prima.)(.Poſteriora & proxima. I.V. 97.a.Iſte nullum temporis punctū uacuum peccato præterire paſſus eſt.Orat.207.b.Conſeruare & notare tempora. Offic.7.a.Sed incidunt ſæpe tempora,cum ea quæ, &c. I.V.217.a.Illo tempore Segeſtanis hæc ipſa Diana redditur. I.C.122.a.Atque illo tempore Lentulus,&c.de



Clar. 169.a. Quis Thebanum oratorem ſcit fuiſſe temporibus illis?I. V.251.a.Piratæ à quo tempore capti ſunt,domi tuæ fuerunt.I.V.88.a.Ab initio feciſſe,uel ex tempore aliquo.Antequam.196.a.Statutum in his temporibus ciuitatis omnia perpeti. pro Pom.15.b.Exercitum difficili reipub. tempore conficere. pro Cec.287.a.Temporibus illis difficillimis ſolutione. pro Seſt.3.b.In grauiſſimis temporibus ciuitatis. Ep.57.b.Triſtiſſimo meo tempore.pro Seſt.4.a.& I.V.65.a.Temporibus optimis. pro Cluent. 46.a.& In Ant.200.a. In illo tempore. pro Cluent.37. a.Optimis hercle temporibus,tum cum,&c. pro Font. 282.a.Illis optimis temporibus,cum,&c. pro Cor.59.a. In periculis,& aſperis temporibus,&c. & 61.b. Duris quondam temporibus,&c.Epiſt.64.b.Quo ex tempore memoria teneo,&c. Ep.50.b.Hoc tempore,& uno tempore.& 103.b.Diuerſis temporibus.& 50.a.Hiſce temporibus.& 48.a.A' primis temporibus. & 6.b.Temporibus illis.& 10.b.Primis temporibus illis. & 12.a.Meis temporibus accidit,&c. de Fin.125.a.Quodam tempore Metapontum ueni tecum.de In.42.b.Quodam tempore, &c.Top.221.a.Breui tempore:id eſt,breui temporis ſpacio. contra Rul.68.b. Concurrunt plures uno tempore librarij.I.C.119.b. Eos puncto temporis uiuere non oportere puto.Ep.82.b.Ne punctum quidem temporis.Epiſt. 131.b.Breui tēpore te ſum uiſurus. pro Mur.139.a.Temporis cauſa iraſci licet. Acad.28.b.Nec dico temporis cauſa,ſed ita planè probo. pro Flac.153.b. Aliquid temporis cauſa facere uel dicere. pro Q.R.53.b.Eos improbos temporis cauſa eſſe fingo.de Am.101.a.Qui ſimulatione amicitiæ coluntur temporis cauſa. pro Plan.274.a.Aliquem ea quæ de aliquo dicat,mentiri, & temporis cauſa fingere. pro Cluen.23.a.Vno tempore duas res audire. I.V. 104.b.Alieniſſimo tempore locare incipit.de Clar.165.a Hortenſius alieniſſimo reipub. tempore extinctus eſt, & ceſſit è uita ſuo magis quàm ciuium ſuorum tempore.Ep. 30.a.Tempus oportunum. Ep.175.a.Obſeruare tempus faciendi aliquid. Att.251.b.Sæpe ij qui debent,non reſpondent ad tempus.& 219.b.Ad tempus redire. I.V.104.b. Accurrunt tamen ad tempus tutores. pro Cæl.40.b.Ad tempus accommodare ſe alicui.Off.6.a.Perturbatio animi,quæ plerunq; breuis eſt,& ad tempus.Ep.149.a.Capere conſilium ad tempus. de In.72.a.Per idem tempus: id eſt,eodem tempore. At.130.b.Caſtra per anni tempus facere non poſſum.ad Her.4.b.Qui per id temporis quæſtor urbanus erat. Att.62.a.Heratini me ad ſua tempora duxerunt,ut agerem cauſam. pro Arch.188.a.A nullius me unquam tempore aut commodum, aut ocium meum abſtraxit.Off.71.a.Niſi fortè eam pecuniam in reip.magnum aliquod tempus contulerit. I.A.203.a.Summo & difficillimo reip.tempore. I.V.66.b.Summo reip.tempore.de Leg.157.a.Sumere tempus ad aliquam rem. Q.Fr. 313.a. Tantum ſumam à uobis temporis ad ſcribendum, quantum dabitis. Attic.8.b.Vt uix huic tantulæ epiſtolæ tempus habuerim.I.V.61.a.Omne tempus,quod mihi ab amicorum negocijs datur,in his ſtudijs conſumo.Att.7.b. Ponere tempus in aliquo loco.de Am.106.a.Colūtur autem ſimulatione amicitiæ duntaxat ad tempus.Ep.175.a. Scitè & commodè capere tempus adeundi ad aliquem. Part.232.b.Dicere aliquid ad tempus aptè. Att.34.a.Eiuſmodi ſunt ij uerſus, ut ab inimico Pompeij in tempus ſcripti eſſe uideantur. Att.120.b.Neceſſe eſt ſeruire tempori,& non amittere tempus,cum ſit datum. de Or.156. b.Aut ſi non potuerim tempus non perdere, cum tamen,

&c. At.285.a. Vereor ne in breue tempus dilata ſit abs te pernicies. Quin.Frat.292.b. Si quem fortè tui cognouiſti amantiorem quàm temporis. I.A.236.b. Neceſſe eſt interdum rerum temporibus potius parêre, quàm moribus.l. Ex tempore.

Tempore. id eſt, opportunè, uel in tempore, uel ad tempus. Epiſt.103.b. Ego enim renouabo commendationem, ſed tempore. I.V.134.b. Satis putabat ſe ad comitia tempore uenturum, ſi pridie ueniſſet. Offic. 63.b. Ad cœnam tempore uenit Cannius. Ep.168.a. Satis in tempore ad eos accedemus, ſi ualebunt.

Thempſa, ſæ. opp. I.V.244.a.

Thempſanus, na. I.V.243.b. & 244.a.

Tempus, oris. ad Her.41.b. At iſte Graccho percutit tempus.

Temulentus, a, um. uinolentus, ebrioſus. pro Seſt.7.a. Conſul temulẽtus. Poſt.207.a. Vox preſſa & temulenta.

Tenacitas, tis. de N.50.a. Quædã animalia unguium tenacitate cibũ arripiunt, partim aduncitate roſtrorum.

Tenax, cis. pro Cæl.45.a. Pater parcus & tenax. & pro Plan.270.b. Reſtrictum & tenacem eſſe.

Tendiculæ, larũ. laquei, retia. pro Cec.297.a. Aucupia uerborum, & literarum tendiculæ.

Tendo, dis, tetendi. eo, propono, extendo, porrigo. de D.109.a. Adhuc hæc erant, ad reliqua acri tendebamus animo. I.C.122.b. Vobis ſupplex manus tendit patria communis. de D.89.a. & de In.81.a. Tendebamq; manus ad cœli cœrula templa. pro Font.284.a. Tendere manus ſupplices ad deos, uel deis, pro aliquo. de Pro.71.a. Imperator dextram tendens, &c. pro Q.R.52.b. & de Leg.165.b. Tendere inſidias alicui. pro Fon.281.b. Non intelligunt ſe populo Rom. non metum belli, ſed ſpem triumphi tendere. de Vn.198.b. Animum autem ut in mundi medio collocauit, ita per totum tetendit. de Or.100.a. Propè cunctis ciuibus lucem ingenij & conſilij ſui porrigere atque tendere. At.254.b. Itaq; dubito an Venuſiã tendam, ibiq; expectem. I.A.226.a. Græcia tendit dextrã Italiæ ſuumq; ei præſidium pollicetur.

Tene, es. urbs in Peloponneſo, quam Mela Teneam uocat. At.90.a.

Tenebræ, arum. obſcuritas, caligo, nox. pro S.R.33.a. Qui tanquam ſi offuſa reipub. ſempiterna nox eſſet, ita ruebant in tenebris, omnia miſcebant. de N.45.a. Tenebræ Aetneorũ ignium finitimas regiones obſcurauerunt. contra Rul.74.b. Nunc tetris tenebris & caligine Alexandriam ſe peruenturos putant. pro Arch.188.a. Quæ iacêrent in tenebris omnia, niſi literarũ lumen accenderet. Poſtquam.205.a. Ex ſuperioris anni caligine & tenebris lucem in rep. reſpicere cœpiſtis. pro Dom.218.a. Quæ tu in illis reip. tenebris cæciſq; nubibus & procellis conſtituiſti. pro Deiot.149.a. Obſcuram familiam è tenebris in lucem uocare. Acad.16.a. Offundere tenebras uel caliginem alicui rei. Acad.30.b. Latent iſta omnia craſſis occultata & circunfuſa tenebris. Acad.5.a. Obducere tenebras rebus clariſſimis. de Fin.98.a. Homines ſolitudinem & tenebras nacti, &c. I.A.175.a. Primùm rediui luce, non tenebris, deinde, &c. Att.108.b. Quæſo quid agitur? mihi enim tenebræ ſunt.

Tenebricoſus, a, um. obſcurus. Acad.18.b. Eſſe ſenſus nec obſcuros dicit, nec tenebricoſos. In Vat.31.a. Illud tenebricoſum tẽpus ætatis tuæ patiar latêre. aliter, tenebricoſiſſimũ. I.P.83.a. Tu ex tenebricoſa popina extractus, &c. de Pro.70.b. Lateant libidines eius illæ tenebricoſæ.

Tenebricus, a, um. tenebricoſus. Tuſ.179.b. Tartarea tenebrica plaga.

Tenedius, a, um. Q.Fr.313.a. Tenedia ſecuris. Prou. et I.V.86. (67.a.

Tenedus, di. inſula. I.V.86.a. & Tenedi populi. de N.

Teneo, es. ſeruo, habeo.)( De manibus elabitur. de D.137.b. Draco cum radiculam ore teneret, locutus eſt. Off.65.b. Leges tollunt aſtutias, quatenus manu tenere res poſſunt, philoſophi quatenus ratione & intelligẽtia. Or.205.b. Tenere aliquid animo, uel manu comprehendere. I.A.187.a. Quem omnes certatim amamus, omnibus horis oculis, auribus, complexu tenemus. pro Dom.239.a. Tenere ciuitatem oppreſſam ſeruitute. Ep.7.a. Qui Ciliciam Cyprumq; teneas. Att.91.b. Tenere aliquem incluſum in curia. & ibid. Habere aliquem incluſum in curia. & I.V.270.b. Habere aliquem uinctum in cuſtodijs. I.A.188.b. Habere exercitum ad urbem. Ep.77.a. Neq; me res ulla alia Romæ tenet. de Clar.177.a. Tenere locum oratoris in ciuitate. Or.217.a. An numerus in tota oratione tenendus ſit. de Nat.76.b. Nauigare, & curſum tenere. Q.Fr.296.b. Iuris æquabilem tenere rationem. de Clar.183.b. Reliquæ partes ſuam uim & dignitatem tenent. de Cl.189.a. Cæſar ſplẽdidam quandam dicendi rationem tenet. pro Quin.11.b. Hic te, inquit, teneo. I.V.202.a. Num tanta difficultas eum rei nummariæ tenuit? tanta egeſtas, tanta uis oppreſſit? Or.109.b. Cum etiam nunc uiuam, illorum memoriam teneamus. Att.136.b. Italia tota armis præſidijſq; tenetur. Orat.217.b. Cum is qui audit ab oratore, iam obſeſſus eſt ac tenetur. In Ver.265.b. Qui ſinus quoſdam obſediſſe, aut aliqua promontoria tenuiſſe dicuntur. I.V.68.b. Verre prætore Siculi neque ſuas leges, neq; communia iura tenuerunt. Epiſt.238.b. Tenere aliquem ſecum. Ep.12.a. Tenere remp. Off.21.b. Tenere modum uoluptatis fruendæ. Q.Fr.321.a. Si ullam partem libertatis tenebo. pro Arch.186.b. Archias totam domum Hortenſiorum deuinctam conſuetudine tenebat. Off.28.b. In omni actione ſuſcipienda tria ſunt tenenda. & ibid. Tenere decus. de D.139.b. Tenebimus hanc conſuetudinem à Socrate traditam. Poſtquam.203.b. Vos qui apud me uim numenq; deorum tenetis. pro Planc.270.a. Tenere eum curſum, quem à prima ætate ſuſceperis. & ibid. Tenere æquabilem rationem iuris. In Vat.35.b. Quæ te tanta tenuit amentia, ut putares, &c. Poſtquam.198.a. Vt aliquando uos memoria mei, miſericordia, deſideriũq; teneret. Q.de Pet.213.b. Hoc & tenentur homines Romæ & alliciuntur. & ibi. Perge tenere iſtam uiam. Ep.24.a. Me mirum deſiderium tenet urbis, incredibile meorum, atq; in primis ſatietas actæ prouinciæ. Acad.39.a. Teneri ſtudio alicuius rei. de Nat.25.b. Si deus nulla gratia, nulla hominum charitate tenetur, ualeat. At.100.b. De triumpho nulla me cupiditas unquam tenuit. de N.11.a. Neque ira, neq; gratia teneri. I.V.80.b. Me tantum odium urbis tenet, ut forâs euolare cupiã. Att.110.a. Tenere ſe domeſticis finibus. & 258.a. Ab ea haſta ægrè me tenui: id eſt, abſtinui, continui. de Orat.161.b. Tenere rationem numerorum in oratione. pro Dom.243.a. Qui in mea ſalute principem ſemper locum tenuiſtis. Acad.36.b. Deinde ita teneri, ſi ſciens fallat. I.V.79.b. Manifeſtò teneri in rebus turpiſſimis. &, Teneri in manifeſto furto. pro Cec.292.b. Ebutius hoc interdicto non tenetur. & I.V.139.b. Teneri legibus. & de Aruſp.247.a. Teneri lege de ui. & pro Cluent.48.a. Ciuitas, quæ legibus tenetur. & ibid. Legibus aliquando non teneri: id eſt, aſtringi. Q.Fr.309.a.

Teneri



Teneri ea pœna, quæ eſt de ui. Parad.119.b. Quod nõn licet, id hoc uno tenetur, ſi arguitur non licere. de N.75.a. Dolum malum Aquilius tum teneri putat, cum aliud ſimulatum ſit, aliud actum. At.225.b. Iam tenetur ueniſſe cum maximis copijs Pacorũ Parthum. pro Syl.173.a. Cauſam reip. non tenes: id eſt, non intelligis. & de In.56.b. Probè teneo. Ep.86.a. Quibus rebus capiatur Cæſar, non tenes. de Fin.99.b. Quod idem Peripatetici non tenent. Tuſcul.241.a. Tenebam enim quoſdam ſenariolos, &c. Ep.12.b. Tenebam memoria nobis conſulibus ea fundamenta iacta confirmandi ſenatus, ut, &c. & 96.b. Quin etiam ipſum diem memoria tenebo. Or.222.b. Tenere aliquid firmum: id eſt, pro certo habere. Ep.175.b. Nõ tenebo te pluribus. de N.47.b. Anguitenens. At. Tenere uoluntatem alicuius At.242.a. Me conturbatum tenuit epiſtolæ tuæ prior pagina. & 245.a. Teneri non potui, quin tibi apertius illud idem his literis declararem. Of.37.a. Nihil aptius eſt ad opes tuendas ac tenendas, quàm diligi. In A.180.a. O tecta miſera quàm diſpari domino, &c. ſed tamen quàm à diſpari domino tenebuntur. Off.72.a. Iureiurando teneri. de Sen.84.b. Appius tenebat non modò authoritatem, ſed etiam imperium in ſuos.

Tener, a, um. mollis, tractabilis.)( Durus & quaſi ferreus. Or.201.b. Oratio mollis & tenera, & ita flexibilis ut ſequatur quócunq; torqueas. & de Cl.190.a. Nihil tam tenerum, nihil tam flexibile, nihil quod magis ipſius arbitrio fingeretur. & de Or.159.a. Tenerum, flexibile, quod facilè ſequatur quócunq; ducas. Tuſ.192.b. Sed eſt naturale in animis tenerum quiddam atq; molle. Ep.77.b. Verũ enim dicam, teneriore animo mihi uidebare. de Cl.168.a. Hic primus inflexit orationem, et eam mollem teneramq; reddidit. In P.98.b. Cum tuis teneris ſaltatoribus. At.228.b. Tenero animo eius perſuadere, non eſſe tradendas poſteris inimicitias. de Am.105.b. Virtus in amicitia tenera eſt, atq; tractabilis. & 109.a. Equis uetulis teneros anteponere ſolemus. de L.156.a. Procera & tenera palma. de L.165.b. Qui teneros & rudes cum acceperunt, inficiũt & flectunt ut uolunt.

Teneritas, tis. mollicies. de Fin.139.a. In primò ortu ineſt teneritas & mollicies quædam.

Tenedi. pop. de Nat.67.a. Tenedi Tenem conſecrauerunt.

Tennum, ni. oppidum, unde Tennites. Pro Fl.155.a.

Tennites, tis. pro Fl.155.a.

Tenor, oris. curſus, ratio. Or.198.a. Iſq; uno tenore (ut aiunt) in dicendo fluit. Iuris æquabilem tenere rationem. l. Aequalis.

Tentatio, onis. commotiuncula. At.169.b. Valetudinem tuam iam confirmatam eſſe, & à uetere morbo & à nouis tentationibus gaudeo.

Tento, as. attento, experior, periclitor, conor. Epiſt.253.a. Tento te, quo animo accipias. contra Rul.69.a. Tẽtare aliquẽ leuiter, quo animo ferat aliquid. I.V.262.b. Homines in prælijs belli fortunam tentare ac periclitari ſolent. & 236.a. Hæc eadẽ nunc ab illis defenſionis uia ratioq; tentatur. Or.209.a. Nullus modus eſt, &c. qui à me non tentatus ſit. At.286.b. Experiar et tentabo omnia. ad Her.39.b. Vt res propè manu tentari poſſit. de Or.109.b. Tu, quem ego omni ratione tentans ad diſputandũ elicere nũquam potui. & 93.a. Cum & per me ipſum egiſſem & per Druſum ſæpe tentaſſẽ. pro S.R.20.b. Nihil aliud hoc iudicio tentatur, niſi ut, etc. de L.168.a. Homo cum ſe ipſe proſpexerit, totumq; tentarit, intelliget, &c. pro Cl.54.a. Cum eſſent animi ſeruorum & ſpe & metu tentati. & 51.a. Video quanta quæſtio tentetur ab accuſatoribus. contra Rul.69.b. Rullus, qui tentauit (ut opinor) patientiam ueſtrã. Tuſ.169.b. Tentare prudentiã alicuius. pro Rab.91.a. In his rebus euertendis unius hominis ſenectus, infirmitas, ſolitudoq; tentata eſt. In C.102.b. Vt exul potius tẽtare quàm conſul uexare remp. poſſes. de D.87.a. Cuius cum tentaret ſcientiam auguratus, dixit ei, &c. de L.170.b. Hoc flumen ita frigidum eſt, ut uix pede tentare id poſſim. pro Cl.34.b. & 19.b. Iudicium pecunia eſſe tentatum non à Cluentio, ſed contra Cluentium. pro Seſt.43.a. Summa reip. in huius periculo tentatur. At.190.b. Habeo nihil tentatis rebus omnibus, in quo acquieſcam. de Ar.257.a. Mementote P.C. uerbo illo nefario tentatas aures ueſtras, & pernicioſam uiam audiendi conſuetudine eſſe munitam. pro Cæl.49.a. Domus illa, quæ tentata ſcelere iſto nefario dicitur, plena eſt integritatis. Tuſ.215.b. Animi ualentes morbo tentari non poſſunt, corpora poſſunt. I.V.97.b. Vtrũ admonitus an tẽtatus fecerit, neſcio. I.V.113.b. Vtrum aſſeueratur in hoc an tẽtatur? mihi enim res noua eſt. pro Põ.8.b. Nationes, quas nunq̃ pop. Rõ. neq; laceſſendas bello, neq; tentandas putauit. Of.37.a. Male enim ſe res habet, cũ q, uirtute effici debet, id tẽtatur pecunia.

Tenuiculus, a, um. Ep.138.a. Tenuiculus apparatus.

Tenuis, e. leuis, pauper, exilis, ſubtilis, parum locuples ad amplificandum. de Ar.253.b. Corpus noſtrum tenuiſſima ſæpe de cauſa conficitur. contra Rul.75.a. Autoritas tenuis, perſona leuis. de Or.98.b. Aliquem in minimis tenuiſſimiſq; rebus labi. & pro Cec.291.a. Perſequi tenuiſſima quæq;. ad Her.36.a. Huic pater non tenuiſſimũ patrimonium reliquit. pro Q.R.52.a. Inani & tenui ſpe te conſolaris. de Or.95.b. In artificio & opera quàm tenui & leui adhibere multam diligentiam. pro Dom.232.a. Vidiſſi uiciſſem tenues reip. reliquias, ſi uictus eſſem, nullas futuras. I.V.136.a. Tenuiſſimus.)( Locupletiſſimus. I.V.101.a. Verres tenuiſſimum quenq; contempſit. pro Mur.135.a. Commoti animi tenuium, exilium in ordinem noſtrum. pro Mur.141.a. Tenuiorum amicorum eſt iſta aſſiduitas. Par.240.b. Obſcurus & tenuis. et de L.189.a. Tenuiores: id eſt, pauperes. de Fin.78.b. Tenuis L. Virginius, unuſq; de multis. de N.54.b. Tenuiſſima membrana. et 34.a. Aer purus, tenuis.)( Craſſus ac concretus. Ac.17.a. Ratio ad tenue elimata. Acad.11.b. Tenuis & acuta diſtinctio. Att.48.b. Spes mea ſemper fuit tenuior q̃ literæ tuæ. de Orat.89.b. Tenui quodam et exiguo ſermone diſputare. de Or.93.a. Reſpondeo mihi dicendi aut nullam artem, aut pertenuem uideri. Off.45.a. Qui prohiberent iniuria tenuiores æquitate conſtituenda.

Tenuitas, tis. gracilitas, anguſtia, paupertas, ſubtilitas. de Cl.170.a. Quoſdam ualetudo modò bona ſit, tenuitas ipſa delectat. de D.114.b. Vbertas frugum.)( Tenuitas. Tuſ.159.a. Tanta eſt animi tenuitas ut fugiat aciem. Ep.264.b. Ex meis anguſtijs illius ſuſtento tenuitatem. & de Or.133.b. Tenuitas pro paupertate. de Fin.98.a. Limata quædam & rerum & uerborum tenuitas.

Tenuiter. anguſtè, preſſè. Or.201.a. Philoſophorum mos tenuiter diſſerendi. & ad Her.35.b. Nõ contrà tenuiter & nugatorie reſponſum? de In.68.a. Sed illæ tenuius, ſubtilius & acutius tractantur. ad Her.19.a. Sæpe ita tenuiter incidunt, ut, &c.

Tenus. tantum, uſq;. Ep.111.b. Illi rumores de comitijs Cumarum tenus caluerunt. In Ar. Tum Cepheus conditur ante Lumborum tenus, &c. Item: Et loca conuiſit

cauda tenus in fera piſcis. In A. Crateraq; tenus lucet mortalibus hydra. de Leg. 186. b. Nam ueteres uerbo tenus tractarunt, acutè illi quidem, &c. ſed, &c. Of. 21. b. Sunt enim quidam homines non re, ſed nomine. & Q. de Pet. 209. b. Homines ruſticani, nomine tantum noti. pro Deiot. 150. b. Antiochus à Scipione deuictus, tauro tenus regnare iuſſus eſt: id eſt, ad taurum uſq;.

Tepefacio, cis. calfacio. de Nat. lib. 2. Is ſolis tactus eſt, ut non tepefaciat ſolum, ſed etiam ſæpe comburat.

Tepefactus, ta. de Sen. 87. b. Terra ſemen tepefactum uapore & complexu ſuo diffundit, &c. & de N. 31. a. Glacies tepefacta mollitur, tepeſcitq; calore. Tuſ. 235. b. Alia uerno tempore tepefacta frondeſcunt.

Tepeſco, ſcis. de Nat. 31. a. Maria agitata uentis tepeſcunt.

Tepor, oris. moderatus calor. de N. 31. a. Tepor ex intimis maris partibus agitatione exercitatus. de Sen. 88. a. Vua ueſtita pampinis nec modico tepore calet, & nimios ſolis defendit ardores.

Τέρας, l. Monſtrum.

Tercenti, orum. In A. 185. a. Tercenti uiri.

Terdecies. HS. In V. 189. b.

Terentius. At. 103. a. Terentius cuius fabellæ propter elegantiam ſermonis putabantur à Lælio ſcribi.

Teres, tis. æqualis, rotundus. de Opt. 244. a. Qui teretes aures habent, intelligensq; iudicium. & Or. 199. a. Atticorum aures teretes & religioſæ. de Or. 161. a. Plena & teres oratio.

Tereus. Accij tragœdia. At. 252. 254.

Tergiuerſatio, onis. recuſatio. pro Mil. 111. b. Quid ergo erat moræ & tergiuerſationis? At. 159. a. Tergiuerſationem iſtam probo.

Tergiuerſor, aris. refugio. Quin. Fr. 51. a. Fannium inuitum & huc atq; illuc tergiuerſantem, teſtimonium contra ſe dicere cogo. Tuſcul. 244. a. Itaq; cum tergiuerſari non ſinent, ſecumq; rapient ad tormenta. pro Plan. 269. a. Quid taces? quid diſsimulas? quid tergiuerſaris? Of. 76. a. Atq; in his tribus generibus quoquo modo poſſunt, non incallidè tergiuerſantur. At. 98. b. Non eſt locus ad tergiuerſandum contra Cæſarem. pro Fl. 156. a. Hunc æſtuantem & tergiuerſantem iudicio ille perſequitur. Tuſ. 199. a. Quid tergiuerſamur Epicure? nec fatemur, etc. At. 109 b. An cuncter & tergiuerſer, & ijs me dem qui tenēt, qui potiuntur. At. 254. a. Brutus non ualde moratur, nō tergiuerſans, ſed expectans.

Tergo, gis. abſtergo. Par. 133. a. Qui tractant iſta, qui tergunt, qui ungunt, qui uerrunt, &c.

Tergum, gi. tota poſterior corporis pars. ſpina, alij dorſum uocant. de N. 51. a. Grues in tergo præuolantium capita reponunt. de N. 58. a. Boum terga non ſunt ad onus accipiendum figurata. & 21. a. Redundans aluo, tergo, poplitibus. & 48. a. Namq; ipſum ad tergum cynoſuræ uertitur arcti. Ep. 164. b. Manibus ad tergum reiectis. In Ver. 255. b. A latere, à tergo magnam partem urbis relinquere. In A. 189. b. Antonius à tergo, à frōte, à leteribus tenetur. de D. 90. b. Tum deus illi præcipit, ut pergeret protinus: quid retro atq; à tergo fieret, ne laboraret. pro Mil. 107. a. & 112. a. A tergo adoriri aliquem. & Ep. 261. a. Clodius à tergo hoſtem interclusum reliquit. Tuſ. 168. b. Senectus nos in curſu à tergo inſequens, nec opinantes aſſequitur.

Terinæus, æa. à Terina Brutiorum urbe. Tuſ. 173. b.

Terminalia, orum. Termino deo conſecrati dies. In A. 244. a.

terminus-i. Cicero 4 acad et 1 de orat e
limes ... termino / ... vix the ...

Terminatio, onis. finis, menſura, modus. Orat. 216. b. Quorum deſcriptus ordo aliàs alia terminatione concluditur. Or. 214. b. Verſus inuentus eſt terminatione aurium. de Fin. 130. b. Terminatio rerum expetendarum.

Terminatus, a, um. circumſcriptus, concluſus, finitus. Or. 198. b. Oratio non concluſa. )( Oratio terminata. de Fin. 38. b. Ipſa natura diuitias, quibus contenta eſt, parabiles & terminatas habet.

Termino, as. finio, determino, concludo, claudo, definio, regionibus aliquibus definio, regionibus circūſcribo, latina finibus exiguis ſanè cōtinentur. pro Ar. 190. a. Off. 7. b. Itaq; illarum fines, ſicut ipſi dixerant, terminaui. I. C. 117. a. Quorum alter finem ueſtri imperij, non terræ, ſed cœli regionibus terminaret. pro Ar. 191. a. Si quibus regionibus uitæ ſpacium circumſcriptum eſt, eiſdem omnes cogitationes terminaret ſuas. pro Cor. 57. a. Pompeij gloriæ domicilium communis imperij finibus terminatur. de N. 27. b. An Actij Nauij lituus ille, quo ad inueſtigandum ſuē regiones uineæ terminauit, contemnendus eſt? et 53. a. Stomachus ex utraq; parte tonſillas attinges, palato extremo atq; intimo terminatur. Or. 200. b. Vt pariter extrema terminentur, eundemq; referant in cadēdo ſonum. de Or. 160. a. Clauſulam longa ſyllaba terminari. & Or. 216. b. Cadere numeroſe terminariq; ſententiam. & At. 154. a. Sed aliquando ſententiā terminemus. Or. 216. b. In oratione uniuerſa comprehenſio clauſa & terminata eſt. pro Mar. 136. a. Sed unde eſt orſa, in eodem terminetur oratio. pro Cec. 289. a. Ingrediēs intra finē eius loci, quē oleæ terminabant. Tuſ. 161. a. Terminare rem iufinitā. et 184. b. Terminare modū magnitudinis. Par. 125. b. Non æſtimatione cenſus, ſed cultu atq; uictu terminatur diuitiarū modus. Off. 76. a. de Fin. 56. b. Epicurus, qui bona, uoluptate terminauit, mala dolore. Ep. 44. b. Annuo imperio terminato. de Sen. 94. a. Si iiſdem finibus gloriam meam, quibus uitam eſſem terminaturus. pro Mil. 115. b. Qui Ianiculo, & alpibus ſpem poſſeſsionum terminabat ſuarum.

Terminus, ni. finis, regio. de Or. 103. a. Craſſus mihi uiſus eſt oratoris facultatem non illius artis terminis, ſed ingenij ſui finibus immenſis deſcribere. & 91. a. Nullis terminis circumſcribere aut definire ius ſuū. Ac. 33. a. Eſt enim inter eos non de terminis, ſed de tota poſſeſsione cōtentio. pro Mil. 115. b. Cui nulli poſſeſsionū termini erant. In C. 173. a. Pompeij res geſtæ iiſdem quibus ſolis curſus regionibus ac terminis cōtinentur. pro Seſt. 18. a. Qui imperiū populi Rom. orbis terrarum terminis definiūt. de Sen. 92 a. Omnium ætatum certus eſt terminus, ſenectutis autem nullus eſt certus terminus. & pro Rab. 96. b. Longius q̄ uitæ tèrmini poſtulāt, cogitare. de Vn. 201. b. Quæ de deorum natura præfati ſumus, hunc habent terminum. de L. 167. b. Termini, quos Socrates pegit. I. A. 277. C. In Cod. Ger. Euellere terminos. pro Rab. 92. a. Regiones aliquanto latius excitare, quàm ipſius uicinitatis nomen ac termini poſtulabant. & pro Q. 6. a. & Ac. 33. b. Certos mihi fines terminoſq; conſtituam, &c.

Ternus, a, um. de Or. 161. b. Terna aut bina, aut ſingula etiam uerba dicere. & Or. 216. b. Ternæ autem ſunt utriuſq; partes uerborum, &c.

Tero, is. mollio, conſumo. Acad. 6. a. Iam enim hoc uerbum ſatis heſterno ſermone triuimus. de Finib. 93. a. Rerum nomina nouarum, quæ nunc conſuetudo diuturna triuit. In A. 200. a. Teretur interea tempus, belli apparatus refrigeſcent. de Or. 154. a. Terere omnem ætatem in nugis diſcendis.

Terra,



Terra, ræ. globus terræ, humus, tellus, gleba, ſolum, medius mundi locus. de N. 45. b. Terra locata in media mundi ſede, ſolida & globoſa, & undiq; in ſeſe nutibus ſuis conglobata, ueſtita floribus, &c. & de Or. 159. b. Terram mediam eſſe, ac ſua ui nutuq; teneri. Tuſ. 162. b. Tum globum terræ eminentem à mari fixum in medio mundi uniuerſi loco. Tuſc. 242. a. Vnde terra, & quibus librata ponderibus, quibus cauernis maria ſuſtineantur. Acad. 31. a. Videamus terráne penitus defixa ſit, & quaſi radicibus ſuis hæreat, an media pendeat. de N. 70. a. Terra ipſa dea eſt, & habetur, quæ eſt enim alia tellus? & pro Cl. 58. b. Terra, quæ mater eſt omnium. de Som. 128. a. Ille globus, quem in hoc templo medium uides, quæ dicitur terra. & ibi. b. Nā ea, quæ eſt media & noua tellus, neq; mouetur, & infima eſt, & in eam feruntur omnia ſuo motu pondera. contra Rul. 78. b. Pecunia tanta, quanta ſit in terris. Att. 278. a. Id amiſiſti cui ſimile in terris nihil fuit. de Nat. 10. a. Quæ natura fluerent atque manarent, ut aqua & terra, &c. de Am. 207. a. Ne quid excidat aut defluat in terram? pro Cec. 296. b. Qui ſaxa iacerent, quæ de terra ipſi tollerent. de N. 3. a. Qui terras incolunt in quibus aer craſſius eſt. In V. 265. a. Vbicunq; terram & gentium. Epiſt. 65. b. Terra mariq; conquirere aliquem. de In. 61. b. In terra hoſtili turpiter iacuit inſepultus. de Ar. 249. b. & Epiſtol. 14. b. Aliquid ex ultimis terris accerſitum. In Cic. 101. a. Si hic morari non potes, abi in aliquas terras. pro Dom. 227. b. Quid eſt enim in terris commune tantum tantulumúe cōſilium? quod, &c. de Aruſp. 248. a. Huius gentis ac terræ domeſticus natiuuſq; ſenſus. pro Plan. 280. a. Iter à Vibone Brunduſium terra petere contendi. contra Rul. 74. a. Mitylene, &c. quæ terræ noſtræ factæ ſunt. In V. 157. a. Vt hæ terræ ſolent, in quibus bellum acerbum eſt. In V. 225. a. Subitò nō longè à Syracuſis penetrauit ſub terras. de Leg. 183. b. Terra fruges fert & ut mater cibos ſuppeditat. At. 73. a. Neſciebam ubi terrarū eſſes. de Am. 98. a. Philoſophi qui in hac terra fuerunt. de Vn. 201. b. Iam uero terram altricem noſtram, quæ tranſiecto axe ſuſtinetur, diei noctiſq; effectricem, eandem cuſtodem antiquiſsimam deorum eſſe uoluit, eorum qui intra cœlum gignerentur. Q. Fr. 296. b. Nō ignoro quid ſocijs accidat in ultimis terris. pro Pom. 8. b. Mithridates non fuit eo contentus quod ei præter ſpem acciderat, ut illam poſteaquā pulſus erat, terram unquam attingeret. At. 8. a. Et huic terræ filio neſcio cui, &c. & Ep. 100. a. Terræ filius. & de Or. 132. b. Quibus nec pater nec mater ſit.

Terræmotus, tus. de D. 96. b. Magnos terræmotus in Liguribus totaq; Italia factos eſſe, ut multa oppida corruerint, multis locis labes facta ſit, terræq; deſcenderint, fluminaq; in contrarias partes fluxerint, atq; omnes mare influxerint. & 100. b. Apulia maximis terræmotibus conquaſſata eſt. de D. 87. b. Cum terræ ſæpe fremitus, ſæpe mugitus, ſæpe motus prædixerint. de N. 28. b. et I. C. 115. a. Animos terreri uaſtitate, peſtilentia, terræmotibus. de Ar. 258. b. Terræmotus horribilis eodem tempore in agro Piceno factus. & ibi. Cum ipſe mundus, cum agri terræmotu quodam nouo contremiſcunt. de D. 84. a. Aut cum ſe grauido tremefecit corpore tellus. Off. 35. a. Si tecta aut ui tempeſtatis, aut terræmotu, aut uetuſtate cecidiſſent. l. Puteus.

Terrenus, a, um. terreſtris. de N. 22. a. Beſtiarū, terrenæ ſunt aliæ, partim aquatiles. & 34. a. Humor marinus uel terrenus longo interuallo extenuatus. Tuſ. 157. a. Corpora noſtra terreno principiorū genere confecta. & 118. a. Tamen terrenis cōcretiſq; corporibus ſunt interſepta. Tuſ. 156. b. Terrena & humida ſuopte nutu in terram feruntur. & de D. 120. a. Decoloratio quædam ex aliquo cōtagione terrena poteſt ſanguini ſimilis eſſe.

Terreo, res. terrorem affero, terrorem infero, terrorem uel timorem iniicio, metum affero, metum mortis infero, timorem facio. de Leg. 164. a. Nō pœna, neq; metus, ſed turpitudo terrere debet ab iniurioſa uita. de Ar. 245. a. Qui omnia cæde incendijſq; terret. de Or. 92. b. Aduerſarios minaciter terrere poſſumus. pro Sex. R. 29. b. Suæ quenq; conſcientiæ animi terrent. pro Pl. 277. b. Terrere aliquem denunciatione periculi. de Ar. 245. a. Qui omnia cæde incendijſq; terreret. Ep. 27. a. & Tuſ. 201. b. Nec me iſta terrent, quæ mihi ad timorem proponuntur. I. P. 89. b Homines impulſu deorum terreri furiarum tædis ardentibus. Par. 118. b. Hunc tu hominem terreto, ſi quem eris nactus iſtiuſmodi minus.

Tertiò. aduer. pro Deiot. 146. a. Ille iterum, ille tertiò, auctionibus factis pecuniam dedit.

Tertiùm. aduer. de Diuin. 133. b. Iterum ac tertiùm iacere.

Terreſtris, ſtre. terrenus. In V. 249. b. Apronius terreſtris archipirata. & 235. b. Terreſtre præſidium. de N. 41. a. Res cœleſtes atq; terreſtres.

Terribilis, le. horribilis. Parad. 119. a. Mors terribilis eſt ijs, quorum cum uita omnia extinguuntur. & In A. 172. b. Pompeius, cuius uirtute terribilior erat populus Rom. exteris gentibus. pro Seſt. 6. b. Alter ô dij boni quàm teter incedebat, quàm truculentus, quàm terribilis aſpectu. Or. 205. a. Africa terribili tremit horrida terra tumultu. Ex Enn.

Terrigena, næ. de D. 136. a. poetæ. l. Coclea.

Terripauium. l. Tripudium.

Terripudium. l. Tripudium.

Territo, as. terreo. ad Her. 30. b.

Territorium. terra, ager. In V. 176. b. Vt florentis coloniæ territorium minueretur.

Terror, oris. minæ. de Fin. 132. a. Qui ſibi inecto terrore mortis horreſcunt. & In V. 92. b. Cauſam huius tanti terroris occultas. Tuſ. 213. a. Terror eſt metus concutiens, ex quo fit ut terrorem pallor & tremor & dentium crepitus conſequatur. de Pro. 78. a. Terror iniectus Cæſari de eius actis. de Cl. 168. b. Athenæ uim & terrorem Periclis timuerunt. pro Fon. 281. a. Alicuius minis ac terrore commoueri. Off. 74. b. Iurauit hoc terrore coactus Pomponius. pro Cec. 291. a. Armis, uiris, terrore periculoq; mortis repulit, fugauit, auertit, &c. pro Fon. 280. b. Aliquem uagari erectum paſsim toto foro cum quibuſdam minis & immani terrore uerborum. At. 96. b. Batonius miros terrores ad me attulit Cæſarianos.

Tertianus, a, um. de N. 64. b. Tertianæ & quartanæ febres, quarum reuerſio & motus conſtans eſt.

Tertius, a, um. de D. 133. b. Nonnunquam etiam iterū ac tertium. & Ep. 1. a. Sed ſi res coget, eſt quiddam tertiū. & 140. a. Nihil eſſe tertium.

Teruncius, tij. nummulus, quem Plin. triuncē uocat, et quadrantē, quod tres uncias continet, et libellæ pars quarta. de Fin. 99. b. In diuitijs Crœſi teruncij acceſsio. & Ep. 28. b. De præda mea teruncium non attigit quiſquam. aliter, Triuncium. At. 77. a. Sic in prouincia nos gerimus, ut nullus teruncius inſumatur in quenquam. At. 100. b. Fecit palàm te ex libella, me ex teruncia.

Teſſera, ræ. talus. de Sen. 89. a. Nobis ſenibus ex luſionibus multis talos relinquant & teſſeras. et de Or. 148. a.

Pila,

Pila,teſſeræ,tali.Item:Quid enim eſt ſors? idem propemodum quod micare,quod talos iacere,quod teſſeras: quibus in rebus temeritas & caſus,non ratio & conſilium ualet. de D.118.a. Quadringentis talis iactis centum uenereos non poſſe conſiſtere.

Teſſerula,læ.de Or.128.b.l.Emblemma.

Teſta,ſtæ.concha & uas fictile. de N.46.a.Belluæ ad ſaxa natiuis teſtis adhærentes.ad Her.25.b.& 41.a.Ipſe à uicinis cum teſta carbunculos corrogaret.

Teſtæ,arum.nauigij genus. Att.253.b.Et teſtis utemur.aliter,tectis,ut intelligas nauibus.Sunt autem naues, naues conſtratæ.

Teſtamentarius,rij. ſubiector teſtamentorum. l.ſuo loco.Off.66.a.Neq; enim de ſicarijs,ueneficijs,teſtamentarijs,furibus,peculatoribus hoc loco diſſerendum eſt.

Teſtamentarius,ia,um.ut Lex teſtamentaria. In V.98.a.

Teſtamentum,ti.ſuprema uoluntas. Vlp.autem, Teſtamentum(inquit)eſt uoluntatis noſtræ iuſta ſententia, de eo quod poſt mortem fieri uoluerimus.In V.98.b.Multi teſtamenta eodem modo fecerũt.& de Or.99.b.de Or.104.b.Facere teſtamentum in procinctu ſine libra atq; tabulis.de N.27.b.Ex quo in procinctu teſtamenta perierunt.de Ar.253.b.Clodius mortuorum teſtamenta cõſcripſit.de Or.106.a. Cõſtat agnoſcendo rumpi teſtamentũ. & 99.a.Teſtamentorũ ruptorum aut raptorũ iura. pro Cec.298.b.Cui filius agnatus ſit,eius teſtamentum eſſe ruptum.pro Cl.24.a.Mutare teſtamentum.Top.224.a.Tabulæ,quas is inſtituit,cui teſtamenti factio nulla eſſet. & Ep.105.a.Qui factionem teſtamenti non habuerit. de L.180.b.Cui plus legatum eſt quàm ſine religione capere liceat, is per æs & libram hæredem teſtamenti ſoluat.Par.124.b.Si teſtamenta amicorum expectas quidem,atq; ipſe ſupponis.& de L.164.b.Falſa teſtamẽta ſupponere.In A.259.b.Subijcere teſtamenta.& Par.125.a.et I.C.105.b. Teſtamentorum ſubiector.de L.180.a.Si in teſtamẽto deducta ſcripta non ſint.At.100.b.Eius teſtamẽtum de Tortorio Ciceronum ſignis obſignatum.At.106.b.Dolobellã uideo Liuiæ teſtamẽto,cũ duobus cohæredibus eſſe in triẽte.At.245.a.Ego teſtamentum compoſui,quod cum uoles obſignabis.In A.181.a.Antonius teſtamentum irritũ fecit. et ibi.In publicis actis nihil eſt lege grauius, in priuatis firmiſſimũ eſt teſtamentum.Of.70.b.Cũ teſtamento ſeſtertiûm millies relinquatur.pro Mil.110.b. Vnà fui,teſtamẽtum ſimul obſignaui cum Clodio. & ibi Teſtamentum palàm fecerat,& illum & me hæredem ſcripſerat.

Teſtatus,a,um.conteſtatus.pro Fl.151.b. Nihil religione teſtatum,nihil ueritate fundatum reperietur. Ep.181.a.Hæc quæ teſtata ſunt et illuſtria.In V.74.b. Huiuſmodi res,ita notas,ita teſtatas,ita manifeſtas proferam,ut,&c. & pro Mur.134.b.Aut teſtatam rem abijciunt,aut,&c. At.10.b.Nihil dixi pro teſtimonio, niſi quod erat notum atq; teſtatũ.Ep.15.b.Vt quaſi teſtata eſſet populo Rom. noſtra gratia.pro Cæl.51.a.Vt res eſſet multorum oculis teſtatior.Ep.18.b.et 75.b.Vt teſtatum apud animum tuũ relinquam,quid ſenſerim.Par.232.b.Si teſtata dici uidebũtur:id eſt,teſtimonijs firmata.

Teſticulus,li.teſtis.ad Her.22.b.Medicus teſticulos arietinos tenens.

Teſtificatio,onis.teſtimonium,formula teſtimonij.In V.221.b.Si eius rei teſtificatio tolleretur, cautũq; eſſet eos teſtimonium non eſſe dicturos.& 256.b.Vt ſiquãdo opus eſſet,hac uidelicet teſtificatione uteretur.de Cl.190.b.Chirographa,teſtificationes,indicia,quæſtiones rem manifeſtam deferre.& pro Mur.135.b.Ep.2.a.Cum ſumma teſtificatione tuorum in ſe meritorum.In A.225.b.His honoribus habitis Ser.Sulpitio repudiatæ legationis ab Antonio manebit teſtificatio ſempiterna.

Teſtificor,aris.teſtor,atteſtor, notum facio, teſtibus firmo,teſtimonium dico.de Or.129.a. Brute teſtificatur pater ſe tibi Priuernatem fundum reliquiſſe. In V.239.a. Hæc cum maximè ſumma hominum frequentia teſtificaretur,in uincula coniectus eſt.At.117.a.Sed uti in urbe retinenda tunc,ſic nunc in Italia non relinquenda teſtificabar ſententiam meã.Or.200.a.Teſtificor me recuſantem hoc feciſſe.& de Fin.65.a.Quippe qui teſtificetur,ſe,&c.At.15.a.Abs te aliquando teſtificata tua uoluntas fuit. et 123.b.Nã quod teſtificor me expertem belli fuiſſe,ſcripſi,&c. de Or.160.b.Quod eo ſæpius teſtificor,ut,&c. Ep.19.b. Et hoc quicquid attigi,non feci inflammandi tui cauſa, ſed teſtificandi amoris mei.& Tuſ.221.a.Vt ſæpe teſtificor. de Fin.75.b.Quaſi teſtificarere laudari honeſtatem, &c. In Vat.35.b.In faciendo quod fas non fuit, teſtificatus eſt ſe ſupplicationes illas non probare. contra Rul.72.a.Ad teſtificandam uictoriam noſtrã. pro Q.Teſtificantur iſti. P.Quintium non ſtetiſſe,& ſe ſtetiſſe. pro Cec.293.b.Vt ſtatũ teſtificati diſcederent.In A.206.b.Teſtificor,denuncio,antè prædico nihil eũ facturum,&c.ad Her.24.b.Nõ confirmandi,neq; teſtificandi cauſa,ſed demonſtrãdi. Ep.124.b.Nam deos,homines,amicitiamq; noſtrã teſtificor, me,&c.Tuſ.134.b.Tu quidem tabellis obſignatis agis mecũ,& teſtificaris quid dixerim aliquãdo, aut ſcripſerim.

Teſtimonium,nij.iudicium,iureiurando deuincta autoritas.pro Dom.240.a.Senatus mihi teſtimonium huius urbis conſeruatæ dedit. & de L.184.a. Quandoquidem tam præclarum mihi dediſti iudicij tui teſtimonium. pro Q.R.47.b.Dabit enim nobis iam tacitè uita acta in alterutram partem firmum & graue teſtimonium. Ep.68.b.69.a.Vt mihi non ſolum præconium tributum, ſed etiam graue teſtimoniũ impartitum eſſe uideatur. Ep.73.a.De tuo filio uereor,ne ſi nihil ad te ſcripſerim,debitũ eius uirtuti uidear teſtimonium non cepiſſe. pro Quin.R.46.a. A C.Fannio ipſo teſtimonium ſumo hanc pecuniam ei nõ deberi.de In.51.a.Teſtimonium & grauior quædam confirmatio.pro Font.280.a.Iupiter ille cuius nomine maiores noſtri ſanctam teſtimoniorum fidem eſſe uoluerunt. pro Fl.148.a.Teſtimoniorum religionem & fidem nunquam iſta natio coluit.& ibi.Vnde illud eſt?da mihi teſtimonium mutuum,totum illud Græcorum eſt. Quint.Fr.324.b.Teſtimonium ſecundum fidem & religionem grauiſſimè dicere.& pro Syl.183.a.Ego, qui teſtimonium de coniuratione dixi in alios. pro Sex.R.35.b.More maiorum comparatum eſt, ut in minimis rebus homines ampliſſimi teſtimonium de ſua re non dicerent. pro Q.14.a. & In V.141.b.Tuum teſtimonium quod in aliena re leue eſſet,id in tua quoniam contra te eſt,grauiſſimũ debet eſſe.pro Cec.303.a.Sunt in eã rem teſtimonia.pro Cec.289.a.In eas ipſas res,q̃ improbiſſimè fecit,teſtimonia ſumpſit. pro Cec.295.a.Exemplũ,quod teſtimonio ſit, nõ ex uerbis aptũ pẽdere ius.At.130.b.Cui rei teſtimonio ſunt literæ,quas Bruſſenus ad me miſit.pro Q.R.46.b.Eius rei ipſa uerba formulæ teſtimonio ſunt.pro Q.R.51.a.Alia certiora teſtimonia in cauſa habeo.Ante.193.a.Tot præclaris teſtimonijs monumentis uirtutis comparatis. ad Her.11.b.Cuius rei mors indigna Palamedis teſtimoniũ dat. In V.268.a.Dare teſtimoniũ:id eſt,dare teſtes. pro Pl.270.



a.Dicere teſtimonium de ambitu. I.V.95.b.Dicere teſtimonium in aliquem.de N.76.b.Dicere teſtimonium contra aliquem. pro Cæl.49.a.Religioſe dicere teſtimoniũ. de N.17.a.Petere teſtimonium ueritatis ab aliquo.Ac.20.b.Dicere falſum teſtimonium.pro S.R.35.a. & In V.78.b.Dicere aliquid pro teſtimonio.At.10.b. Neq; dixi quicquam pro teſtimonio,niſi quod erat notum atq; teſtatũ. pro Cl.45.a.Lentulus Popilium in ambitus iudicio pro teſtimonio diligentiſſimè laudauit. ad Her.24.a.Ridiculus ſit ſi quis in iudicio domeſtico pugnet,& ſui ipſius teſtimonio abutatur:ut enim teſtimonium,ſic exemplum rei confirmandæ cauſa ſumitur. & ibi. Hoc igitur intereſt inter exemplum et teſtimoniũ,exemplo demonſtratur id quod dicimus,cuiuſmodi ſit:teſtimonio eſſe illud ita,ut nos dicimus,confirmatur.Ep.153.b.Eſſe teſtimonio alicui. Epiſt.148.b.Habere teſtimonium alicuius rei.& 59.a. Habere teſtimonium uocis alicuius.de Cl.192.b.Si aſſeueremus, uide ne religio nobis tam adhibenda ſit, quàm ſi teſtimoniũ diceremus.In A.204.b.Tribuere teſtimonium uirtutis alicui.I.A.260.b.Is demum eſt mea quidem ſententia iuſtus triumphus ac uerus,cum optimè de rep. meritis teſtimonium à conſenſu ciuitatis datur.pro Mil.110.b.Legite teſtimonia teſtium ueſtrorũ,dixit C.Caſſinius,&c.

Teſtis,ſtis.teſtimonium,author,laudator, obſignator, conſcius.In V.178.a.Locupletiſſimus quiſq; certiſſimus teſtis eſt. & de Cl.195.a.Ab inferis locupletiſſimos teſtes excitare.& de Fin.78.b.Excitare teſtes ex monumentis annalium.Ep.6.b.Præterea quidam de conſularibus nemini poſſum aut ſtudij erga te, aut officij, aut amici animi eſſe teſtis.Ep.18.b.Graui teſte priuatus ſum amoris ſummi erga te mei.de Fin.63.b. Teſtis incorruptus atque integer. pro Q.13.b.Teſtis grauis.)(.Teſtis leuis. de Or.109.b.Teſtis uiuus & præſens.& pro Cec.290.a. & In Vat.29.a. Teſtis religioſus.de Or.94.a.Te mearum ineptiarum teſtem & ſpectatorem fortuna conſtituit. Antequam.195. Apud uos loquor,quos habui innocentiæ & uirtutis meæ teſtes.de Or.116.b.Stultitiæ ſuæ quàm plurimos teſtes domeſtico præconio colligere.pro Flac.154.b. Vt qui locuples teſtis ſanguinis ſui non fuerit, idem ſit grauis author iniuriæ publicæ.Poſtquam.201.b.Qui rerum mearum geſtarum autores,teſtes,laudatoreſq; fuerunt. de Pro.78.a. Cn.Pompeius idem mihi teſtis de uoluntate Cæſaris et ſpõſor eſt illi de mea. Off.60.b.Cum uero iurato dicenda ſententia ſit,meminerit deum ſe habere teſtem. de D.114.a. Hoc philoſophi non arbitror teſtibus uti, qui aut caſu ueri,aut malitia falſi fictiq; eſſe poſſunt. In A.163.a. Qui ſi negem,&c.quo me teſte conuinces?an chirographo? pro Quin.16.b.Id teſtibus planum faciam,qui & ſcire debẽt, & cauſam cur mentiantur,non habent. pro Q.R.45.b. Suum codicem teſtis loco recitare.pro Cecin.290.a.Duo præterea teſtes,P.Cæſennius author fundi,non tam authoritate graui quàm corpore.In V.210.a.Cum teſtes ex Sicilia dabo,quem uolet eligat.In V.214.a. De qua credo ſatis idoneum,ſatis grauem teſtem Q.Minutium dicere audiſtis.& 57.a.Deinde ſunt teſtes uiri clariſſimi, &c. pro Fon.277.b. Teſtis cupidus,iratus,cõiuratus,ab religione alienus.et ibi.a. & ad Her.22.b. Teſtis & cõſcius alicuius rei.pro Fl.147.a.De quibus uos teſtes alijs eſſe debetis, de ijs ipſi alios teſtes audietis?& b.De teſtibus refutandis. In V.274.a.Caſtor & Pollux arbitri & teſtes omnium rerũ forenſium.de Or.128.b.Tu mihi teſtis eſſe potes,nullã eſſe artẽ ſalis.In V.78.b.Producere teſtes ad iudices. In V.76.a.Dare teſtes in ſingulas res.pro Quin.13.b.In hãc ſponſionem teſtes dare oportebat.At.77.a.Dare tres augures qui dicant,&c.de Fin.77.b.Dare teſtes.& ibi.Sic à me ſatis teſtium eſt dictum. Ep.62.b.Pro ijs rebus nullam mihi abs te relatam eſſe gratiam,tu es optimus teſtis. Ep.140.b.Teſtes uerbum honeſtiſſimum in iudicio, alio loco nõ nimis.Off.15.b.Citeturq; Salamis clariſſimæ teſtis uictoriæ. pro Fl.152.b.Cuius rei cuncta teſtis eſt Aſia. In A.245.b. Quorum commoda,ut uos optimi teſtes eſtis,ſemper oratione firmaui.Item:Quorum teſtem non mediocrem, ſed haud ſcio an grauiſſimum Regulum nolite quæſo contemnere.& ibi.Teſtis locuples.pro R.P.130.a.Poſſum excitare multos reductos teſtes liberalitatis tuæ.

Teſtor,aris.teſtificor,teſtimonium do,teſtẽ uoco, uel adhibeo,teſtimonio ſum,denuncio,appello,imploro,teſtamentũ facio.de N.54.a.Venæ & arteriæ crebræ multæq; toto corpore intextæ uim quandam incredibilẽ artificioſi operis diuiniq; teſtãtur.pro Mur.143.a.Ego quod facio, me omnium ueſtrûm cauſa facere clamo atq; teſtor. pro Cor.63.a.Teſtantur & mortuos noſtros imperatores, ſe hoc ius eſſe uelle,ut ſibi,&c. In A.166.a.Is me potiſſimũ teſtatus eſt,ſe æmulum mearum laudum extitiſſe. Ep.11.b Ipſum meum fratrem teſtatus eſt,ſe egiſſe,&c.pro Q.12.a.Alphenus teſtatur omnibus audientibus,ſe,&c. & pro Cl.22.a.de D.108.a.Nunc illud teſtabor,non me pſychomantiam agnoſcere.pro Rab.96.b. Quapropter equidẽ teſtor,me putare,&c.Or.219.b.Sæpe enim hoc teſtandũ eſt.pro Syl.173.b.Atque hoc uos iudices teſtor, mihi,&c. pro Syl.179.a.Implorarẽ ſenſus ueſtros & uniuſcuiuſq; indulgentiam teſtarer in ſuos.pro Cl.58.b. Preces illius et uota cognoſcimus,quibus illa deos de ſuo ſcelere teſtatur. pro Syl.183.b.Deos teſtor,integro me animo ac libero P.Syllæ cauſam defendere. Ante.197.a. Teſtor deos deaſq; omnes immortales,ueſtraſq; maximè mentes,me,&c. & pro Cec.301.a.Ego omnes homines deoſq; teſtor. de Fin.78.b.Stuprata per uim Lucretia à regis filio, teſtata ciues,ſe ipſam interemit. de D.98.b. Clariſſimis momentis teſtata conſignataq; antiquitas,quẽ non mouet?In A.225.b.Laus Bruti nõdum autoritate publica teſtata eſt: id eſt, nondum de eius laude S.C.factum eſt.pro Syl.174.b.Recenti memoria ſenatus autoritatẽ huius iudicij monumentis publicis teſtatus ſum.In Sal.272.a.Eſt quædã calumnia, quam unuſquiſq; ueſtrûm teſtante animo ſuo fert de eo, qui falſum crimen bonis obiectat.At.123.b.Teſtatũ eſſe uolo de pace quid ſenſerim.de In.20.a. Poſſitne quiſquam de filij pupilli re teſtari:id eſt,teſtamentum facere.

Teſtudo,nis.animal,& locus fornicatus. de N.50.b. Beſtiæ aquatiles,ueluti crocodili,fluuiatiles teſtudines. de D.136.a.Nam Pacuuianus Amphion de teſtudine, &c. Quadrupes tardigrada,agreſtis,humilis, aſpera, capite breui,ceruice anguina,aſpectu truci,euiſcerata, inanima cum animali ſono.de Cl.172.a.Vſq; illum in quadam teſtudine cum ſeruis literatis commentatum fuiſſe. Q.Fr.318.a.Nunc hoc uel honeſtatem teſtudinis,uel ualde bonum æſtiuum locum obtinebit.

Teter,a,um.fœdus,flagitioſus.Off.52.a.In V.229.a. At uidete quanto hic tetrior tyrannus.et Q.Fr.314.a.Homo teter & fœdus.pro Seſt.6.b.Teter,truculentus, terribilis aſpectu.pro Cæl.40.a.Quis tetrior hoſtis huic ciuitati?de Pro.72.a.Immanis et tetra bellua.Tuſ.218.b.Tetra & immanis bellua.de Fin.84.b.Tetri cruciatus. I.C.99.b.Hãc tam tetrã,tam horribilem,tã infeſtam peſtẽ effugimus.de N.54.b.et At.259.a.Quæ tetri aliquid eſſẽt habitura.et Of.59.a.Tẽpeſtates,quib.nihil tetrius.Tuſ.172.a.

Quo

Quo nihil tetrius nec fœdius excogitari poteſt. In Vat. 30 b. Quanquam ſis omni diritate atq; immanitate teterrimus. & Ep. 56. a. Vir clariſsimus ab homine teterrimo occiſus eſt. Tuſ. 169. a. Teterrimus in aliquem. Att. 282. b. Tetrum enim ſpectaculum, oppreſſa ab impijs ciuitas opitulandi poteſtate præciſa. Quin. Fr. 311. b. Ei tres ſententiæ teterrimæ in conſilio defuerunt. Off. 49. b. Nullum uiciũ eſt tertius quàm auaritia.

Tetradrachma, morum. nummus quatuor drachmis æſtimatus. Ep. 189. b. Caſsij. l. Drachma.

Tetrarcha, chæ. qui quartam regni partem tenet. pro Dom. 225. a. & In Vat. 35. a. & pro Cor. 57. a. Att. 28. a. Qui prædia Tetrarchis dederunt.

Tetrarchia, chiæ. quarta regni pars. de D. 86. a. Deiotarus à Cæſare Tetrarchiæ regno mulctatus eſt.

Tetrè. fœdiſsimè. de D. 93. b. Facere multa impurè atq; tetre. & At. 262. a. Teterrime gerere ſe in prouincia.

Teucris. Tragœdiæ nomen. At. 6. b.

Texo, xis. detexo, pertexo, contexo, conficio, cõpono. de N. 50. b. Vt in araneolis aliæ quaſi rete texunt, aliæ ex inopinato obſeruant. & 56. b. Tegumenta corporum uel texta, uel ſuta. de Or. 164. a. Quanquam ea tela texitur, & ea incitatur in ciuitate ratio uiuendi, ut, &c. Ep. 27. b. Togam prætextam texi Appio, puto te audiſſe. Quin. Fr. 325. a. Sanè texebatur opus luculenter. Att. 66. b. Paulus Baſilicam texuit iiſdem antiquis columnis. Ac. 37. a. Quas plagas ipſi contra ſe Stoici texuerunt. Ep. 139. a. Texere epiſtolas quotidianis uerbis.

Textilis, le. textus. de L. 179. a. In delubris communibus textile, nec operoſius quàm mulieris opus menſtruũ. Tuſ. 240. a. Textile ſtragulum. & 179. a. Ipſe illigatus peſte interimor textili. In V. 200. a. Pictura textilis aut in tabulis. de L. 179. a. Color albus præcipuè decorus deo eſt, tum in cæteris, tum maximè in textili.

Textor, oris. pro Pl. 272. a. Si mancipium pro fabro aut pro textore emimus.

Textrina, næ. textoris officina. In Ver. 213. a. Nulla domus in Sicilia locuples fuit, ubi iſte textrinam non inſtituerit.

Textrinum, ni. textrina. In V. 224. a. Quod tamen oppidum iſti textrinum per triennium ad muliebrem ueſtẽ faciendam fuit.

Textus, a, um. de N. 56. b. Tegumenta corporum uel texta, uel ſuta.

Thaumas. Arcus pater. l. Arcus.

Theanum. opp. pro Cl. 23. a. 59. & contra Rul. 85.

Theatralis, le. pro Seſt. *. Theatrales conſeſſus.

Theatrum, tri. cauea. de Orat. 161. a. Si in his paulum modo offenſum eſt, theatra tota reclamant. de Diuin. 93. a. Idq; frequentiſsimo theatro, incredibili clamore et plauſu comprobatum eſt. Attic. 34. a. In theatro ac ſpectaculis. At. 209. b. Theatrum quidem ſanè bellum habuiſti. pro Cluen. 37. a. Gradus illi Aurelij tum noui, quaſi pro theatro illi iudicio ædificati uidebantur, quos accuſator concitatis hominibus complerat. pro R. P. 129. a. Multas equidem C. Cæſaris uirtutes cognoui, ſed ſunt certè hæ maioribus quaſi theatris propoſitæ, &c. de Clar. 163. b. Forum quod fuiſſet, quaſi theatrũ illius ingenij. In V. 243. a. Quæſturam meam, quaſi in aliquo orbis terrarum theatro uerſari exiſtimabam. Epiſt. 200. a. Familiaritas, quæ mihi cũ Lamia eſt, magno theatro ſpectata eſt. Tum cum, &c. de Am. 100. b. Qui clamores tota cauea nuper in noua fabula M. Pacuuij, &c.



Thebe urbs. de D. 96.

Thebani. de Fat. 141. de In. 71.

Theca, cæ. arcula in qua aliquid reponitur. In Ver. 211. b. Efferri ſine thecis uaſa. & Att. 59. a. Theca nummaria.

Thecula, læ. At. 140. a.

Themiſta. In P. 93. a. Themiſta ſapientior. prou.

Themiſtocles, clis. de Cl. 168. a. l. Poto.

Themiſtocleum exilium. At. 160. a.

Thenſa, ſæ. ſacrum uehiculum, & tota hoſtiarum aut ſacrificiorum pompa. In V. 274. a. Omnes dij, qui uehiculis thenſarum ſolennes cœtus ludorum initis. de Ar. 249. a. Si puer ille terram non tenuit, ſi thẽſam aut locum omiſit. In V. 149. a. Qui ex thenſarum orbitis prædatus eſt. et In V. 107. b. Via thenſarum & pompæ.

Theodectes, ctæ. Or. 213. b. Theodectes politus ſcriptor atq; artifex. Steph. in uerbo Φάσηλις.

Theogonia, niæ. de N. 9. a. Heſiodi Theogonia: id eſt, origo deorum.

Theologus, gi. rerum diuinarum periti. de N. 70. a. Iones tres numerant hi, qui Theologi numerantur. & ibi. b. Soles multi à Theologis proferuntur.

Theopomponio genere aut etiam aſperiore aliquid pangi. At. 26. a. aliter, Theopompino.

Theopompus, pi. hiſtoricus Iſocratis diſcipulus. de Or. 113. b.

Theopompeus, ea, um. Or. 217. a. Theopompeo more dicere.

Theophanes. ſcriptor rerũ Pompeij. pro Ar. 190. b.

Theophraſtus, ſti. Or. 202. b. Theophraſtus diuinitate loquendi nomen inuenit. & de Cl. 175. b. Theophraſtus in dicendo dulcis. & 180. a. Theophraſtus hoſpes. Ac. 45. a. & Tuſ. 133. a. De Theophraſto.

Theorema, tis. de Fat. 142. a. b. Percepta appello, quæ dicuntur Græcè θεωρήματα. Item: Sint igitur aſtrologorum percepta huiuſmodi: Si quis, uerbi cauſa, oriente canicula natus eſt, is in mari non morietur. hæc eſt uera & emendata lectio. lege Victorij caſtigationes.

Thermæ. opp. Siciliæ, ubi ſunt aquæ calidæ. In Ver. 125. b.

Thermitanus, na. In V. 125. b.

Thermopylæ, arum. locus in Græcia. Off. 13. a.

Theſaurus, ri. eſt (ut iuriſconſultus definit) uetus quædam depoſitio pecuniæ, cuius non extat memoria, ut iam dominum non habeat. Sic enim fit eius qui inuenit, quod non alterius ſit. Capitur autem præterea, pro rerum omnium precioſarum copia repoſita, aut pro loco in quo res ipſæ cuſtodiuntur. de D. 112. a. Qui theſaurum inuenturũ aut hæreditatem uenturam dicũt, quid ſequuntur? & 136. a. Reſpondit coniector, theſaurum defoſſum eſſe ſub lecto. At. 249. b. Tibi de gloria excudam aliquid, quod lateat in theſauris tuis. In A. 248. a. Seruus domini patrimoniũ circumplexus, quaſi theſaurum draco. et de Sen. 81. a. Obruere theſaurum alicubi. de Or. 86. b. Theſaurus rerum omnium, memoria. Par. 239. b. Qui illos locos tanquam theſauros aliquos argumentorum notatos habet. Ep. 172. b. Non ſi Varronis theſauros haberem, ſuſtinere ſumptum poſſem. de Fin. 78. b. Suppeditare alicui aliquid de theſauris ſuis. In A. 278. a. Vbi eſt ſepties millies ſeſtertiũm, quod in tabulis, quæ ſunt ad opis, patebat?

Theſus, ſei. de N. 78. b.

Theſis, ſis. Top. 227. b. Quod Græci θέσιν appellant, nos propoſitum poſſumus nominare. & de Orat. 153. a.

Omnem



Omnem ciuilem orationem in alterutro genere uerſari, aut definita controuerſia certis temporibus ac reis, hoc modo: Placeátne à Carthaginenſibus captiuos noſtros redditis ſuis recuperari: aut infinitè de uniuerſo genere quærentis, quid omnino de captiuo ſtatuendum ac ſentiendum ſit. atque horum ſuperius illud genus cauſam aut controuerſiam appellant, eamq; tribus, lite, aut deliberatione, aut laudatione definiunt: hæc autem altera quæſtio infinita, & quaſi propoſita conſultatio nominatur. Att. 142. b. Θέσεις meas commẽtari non deſino. At. 136. b. Sed tamen ne me totum ægritudini dedam, ſumpſi mihi quaſdam tanquam θέσεις, quæ & politicæ ſunt, & horum temporum. Orat. 201. a. Orator à proprijs perſonis & temporibus ſemper, ſi poteſt, auocat controuerſiam. latius enim de genere, quàm de parte diſceptare licet, ut quod in uniuerſo ſit probatum, id in parte ſit probari neceſſe. hæc igitur quæſtio à proprijs perſonis ad uniuerſi generis rationem traducta, appellatur Theſis. Parad. 116 b. Cum hæc quæ uocantur in ſcholis θετικὰ, ad noſtrum hoc oratorium transfero dicendi genus. Orat. 208. b. Κεινόμενον, ita dici placet, ut traducatur ad perpetuã quæſtionem, atq; ut de genere uniuerſo dicatur. & de Orat. 121. a. Perpetui iuris, & uniuerſi generis quæſtio. de Clar. 195. a. Nemo qui dilatare poſſet, atq; à propria ac definita quæſtione hominis ac temporis ad communem quæſtionem uniuerſi generis orationem traduceret. de Or. 121. a. Omnia neceſſariò ab homine & tempore ad communes rerum & generum formas reuoluentur. pro Flac. 147. a At læditur à teſtibus, antequam dico à quibus, dicam de genere uniuerſo. & ibi. b. Primùm dicam (id quod eſt commune) Græcos. pro Flac. 151. a. Quærendum eſt ergo de communi genere teſtium, dicit enim natio, &c. pro Flac. 147. a. Et hoc dico de toto genere Græcorum. de Or. 154 a. Vniuerſorum generum infinitæ quæſtiones. de Or. 115. a. Non mihi minus operis uidetur, de uniuerſis generibus rerum, quàm de ſingulorum cauſis dicere. pro Flac. 157. a. Ad ſingulos teſtes accedere, cum uniuerſo genere confligere. de Orat. 152. b. Θέσεις philoſophorum eſſe, cum antea eſſent oratorum. & 152. a. Θέσεις oratorum eſſe.

Theſmotes. Apollo. I. V. 228. a.

Theſpiæ, arum. opp. Siciliæ. I. V. 200. b. Cupido ille, qui eſt Theſpijs. & Ep. 213. a.

Theſpienſes, ſium. I. V. 231. a.

Theſprotia, iæ. Græciæ ora. At. 92. b.

Theſſalia, iæ. regio. pro Flac. 159. b.

Theſſali. pop. pro Cluen. *

Theſſalonica, cæ. urbs. At. 14. b. & de Ar. 251. b.

Theſſalonicenſes. pop. de Prou. 69. b.

Theutoni. pop. pro Pomp. 15. b.

Thoth, ſiue Thoyth, autore Suida. de N. 70. b.

Thraſimenus lacus. pro S. R. 33. de Clar. 169. b.

Thracius, a, um. de Pro. 79. b. Caſtra Thracia.

Thrax, cis. I. A. 207. b. Myrmillo Thrax. Item: Vt rex Ariobarzanes conſulem ueſtrum ad cædem faciendam tanquam aliquem Thracem conduceret.

Threijcius, a, um. Off. 37. b. Barbarus compunctus notis Threijcijs.

Thucydides, dis. de Or. 123. b. Poſt Herodotum Thucydides omnes dicendi artificio mea ſententia facilè uicit. de Clar. 191. b. Thucydides rerum geſtarum pronunciator ſincerus & grandis fuit, hoc forenſe concertatorium iudiciale tractauit genus: orationes, quas interpoſuit, eas ego laudare ſoleo, imitari neq; poſsim ſi uelim, nec uelim



fortaſſe ſi poſsim. Orat. 199. b. Thucydides autem res geſtas & bella narrat, & prælia grauiter ſanè & probè: ſed nihil ab eo transferri poteſt ad forenſem uſum & publicum. ipſæ illæ conciones ita multas habent obſcuras abditasq; ſententias, uix ut intelligãtur, quod eſt in oratione ciuili uicium uel maximum. de Opt. 244. a. Thucydidis quidam eloquentiam admirantur, id quidem rectè: ſed nihil ad eum oratorem, quem quærimus. & ibid. de Thucydide multa. Q. Fr. 314. b. Secutus ille capitalis, creber, acutus, breuis, penè puſillus Thucydides. Or. 220. a. In Thucydide orbem modò orationis deſidero, ornamenta comparent. At. 99. a. Ἐκβολὴ λόγου, ut ait Thucydides.

Thucydidius, a, um. Orat. 199. a. & de Opt. 244. a. Ecce autem aliqui ſe Thucydidios eſſe profitentur.

Thuribulum, li. acerra. I. V. 210. a. Num etiam de L. Papyrio thurybulum emiſti?

Thurij, orum. opp. At. 154. a.

Thus, thuris. Offic. 68. a. Omnibus uicis ſtatuæ factæ ſunt, ad eas thus & cerei. I. V. 218. a. Thura & odores incendere.

Thuſculanus, na. de D. 180. b. Thuſculanæ diſputationes. & alibi ſæpe.

Thuſculanenſis, ſe. Ep. 129. a. Equidem hos tuos thuſculanenſes dies inſtar eſſe uitæ puto.

Thuſculum, li. opp. de D. 128. a.

Thuſcus, a, um. Hetruſcus. de N. 28. a. An uos Thuſci & Barbari auſpiciorum populi Rom. ius tenetis? de D. 130. b. Cur enim Thuſcis potius quàm Latinis darent. de Or. 149. a. Mare inferum Thuſcum.

Thyamis flu. At. 100.

Thyeſteus, a, ũ. I. P. 88. a. Thyeſtea iſta execratio eſt.

Thyone, es. Bacchi mater. de N. 71.

Thyreum, ei. opp. Ep. 226. b.

Tibareni, orum. pop. Ep. 245.

Tibi. Acad. 30. b. Ecce tibi è tranſuerſo, &c. & Epiſt. 112. b. Hic tibi ſtrepitus. & 124. a. Nunc tibi milites, &c. & 126. b. At tibi repentè, &c. Attic. 114. b. Ecce tibi, III. Non. Febr. manè accepi, etc. pro S. R. 40. b. Alter tibi deſcendit de palatio & ædibus ſuis, &c. Ep. 119. a. & 118. b Eos tibi & rem de qua miſi, uelim curæ habeas. I. V. 93. a. & 107. b. & 129. b. Mihi eodem modo poſitum, quo tibi. Epiſt. 114. b. Item de pantheris, ut eos accerſas, cureſq; mihi ut uehantur. Att. 9. b. Hic tibi roſtra Cato aduolat. At. 27. b. Ecce tibi nuncius, pueros ueniſſe Roma. Off. 68. b. Ecce tibi qui rex pop. Rom. eſſe concupierit.

Tibia, biæ. fiſtula. de Or. 139. b. Tibicen ſine tibijs canere non poteſt. & 161. a. Vt epularum ſolennium fides & tibiæ indicant. de N. 30. b. Tibiæ modulatè canentes, et fidiculæ numeroſè ſonantes. de Clar. 181. b. Si tibiæ inflatæ non referant ſonum, tibicen eas abijciat. pro S. R. 41. a. Cantus uocum, neruorum, & tibiarum. Tuſc. 171. b. Cum tam bonos ſeptenarios fundat ad tibiam. ad Her. 34. Tibiæ nuptiales.

Tibicen, nis. qui tibijs canit. de Or. 130. b. Tibicen ſine tibijs canere non poteſt. de Clar. 181. a. Tibicen Antigenidas dixit diſcipulo ſanè frigenti ad populum, mihi cane et muſis. Acad. 6. b. Qui primo inflatu tibicinis Antiopam eſſe aiunt. & 21. b. Simul inflauit tibicen. de L. 182. b. Ad cantus & ad tibicinem proſequi laudes clarorũ uirorum. de Ar. 249. a. & de N. 30. b. Tibicen repentè conticuit. et 64. a. Tibicinis ſcientia. pro Dom. 238. b. Tibicen adhibebatur in conſecratione. Or. 216. b. Non ſunt in oratione tanquam tibicini percuſsionum modi, ſed uniuerſa com-

prehenſio,&c. pro Mur.129.b.Tranſit idem iuriſconſultus tibicinis Latini modo. I.V.165.a.Rhodius tibicen. & Ep.107.a.Bellus tibicen.

Tiburs,tis.à Tibure opp.ut Tiburs ager.de Or.129.a.In Tiburti. & 133.a.Villam in Tiburte habes. Tibur, græcè Τίβυρα.

Tignarius,a,um. de Clar.178.a. Faber tignarius:id eſt, qui domos ipſe fabricatur. nam tigni nomine omnis materia eſt, è qua ædificia cōſtant,cōtinetur, etſi tignum trabem ſignificet.idcirco Plaut. materiarium appellauit.

Tignium,ij.opp.At.111.

Tigurinus ager.pro Tullio.apud Quintil.

Timæus.hiſtoricus longè eruditiſſimus. de Or.113.b.

Timeo,es. metuo,horreo, extimeſco,pertimeſco,reformido,uereor,periculum meum me commouet, in metu ſum,timore afficior,metus animo obijcitur, mente uix conſto.)(.Mihi confido.pro Flac.147.a. Ep.5.a.Sed tamen in eiuſmodi rerum perturbatione quanquam omnia ſunt timenda,nihil magis quàm perfidiam timemus. Ep.88.a.Quotidie aliquid fit leuius & liberalius, quàm timebamus. pro Syl.178.a.A quo quidem genere iudices ego nunquam timui. Att.275.b.Itaq; timeo de conſulatu,me, &c. At.105.a.& 122.b.De rep.ualde timeo.&,Timere de honore ſuo.l.Pertimeſco.Q.Fr.305.a.Familiariſſimus quiſq; ſibi pertimuit. Att.194.a.Quid poſſem,timebam. Ep.172.b. Timeo quemadmodum hæc explicari poſſint. At.42.a.Nunc iſtic quid agatur,magnopere timeo. Tuſ.217.b.Aut ne opprimare,mente uix conſtes.At.81.a.Ne quid mihi prorogetur,horreo. Att.75.b.Magno timore ſum. Ep.168.b.Amici noſtri maximo timore de nobis afficiuntur.Tuſ.177.a.Metum animo obijci.Q.Fr.324.b.Sine timore ſum:id eſt,nihil timeo.

Timidè.ignauè, timido animo, dubitanter, diffidenter.)(.Fidenter.pro Q.9.a.& Ep.85.a.Timidè ac pedetentim ad aliquid agendum deſcendere. I.A.244.a.Timidè hoc dicam,&c.Tuſ.187.a.Ne quid abiectè,ne quid timidè,ne quid ignauè faciamus,&c.pro Cec.299.b.Nam ipſo præſente de eius uirtute timidius dicerem.de Fin.125 b.Tū ille timidè,uel potius uerecūdè. pro Syl.182.a.Quā quam à me de ea timidè modiceq; dicetur. pro Plan.264.a.Timidè dico,ſed tamen dicendum eſt. de D.122.b.Timidè fortaſſe ſignifer euellebat,quod fidenter infixerat.

Timiditas,tis.anguſtus & paruus animus.Part.237.a.Verecundiam timiditas imitatur. & de Fin.118.a. & Tuſ.238.b.Ex rebus enim timiditas,non ex uocabulis oritur.Tuſ.193.a.& de Fin.118.a.Quæ qui recipit,recipiat idem neceſſe eſt timiditatem & ignauiam. de Or.136.a.Cautio mea & timiditas in cauſis. pro Cluen.44.a.Supplicium in bello timiditati militis propoſitum eſſe. I.A.173.b.Tu ei bello propter timiditatem defuiſti. pro Cæl.45.a.Qui propter neſcio quam credo timiditatem & nocturnos quoſdam inanes metus tecum ſemper cubitauit. Parad.123.b.Omnis debilitata,& humilis,& fracta ſeruitus eſt.de Orat.109.b.Tu pudore à dicendo,& timiditate ingenua quadam refugiſti.

Timidus,a,um.ignauus,parum animi habens,nullius animi,circumſpectans omnia,quicquid increpuerit pertimeſcens,diffidens,imbellis,uecors,timidus,& omnia circumſpiciens pericula.pro Mil.120.a. pro Mar.134.a.Si in alterutro ſit peccandum, malim uideri nimis dimidus, quàm parum prudens. pro Seſt.10.b.Me timidū,nullius animi,nullius conſilij fuiſſe confiteor. Ep.103.a.Timidus in labore militari.Ep.176.a.& ad Heren.35.b.Timidum



atq; ignauum iudicari. I.A.244.b.Nemo me minus timidus,nemo cautior. I.P.95.b.Timidus ac tremens.& pro Cec.288.a.Homo timidus atq; imperitus. Offic.16.b.Ne imbelles timidiq; uideamur.pro Dom.224.b.Fac me timidum eſſe natura,quid,&c. At.115.b.Timidiſſimæ in oppidis conciones. Offic.75.b.Quæ timido animo,humili, demiſſo,fractoq; fiant,ea non eſſe utilia.

Timolus, uel Tymolus mons,quem Mela Tmolum,ſi integra lectio eſt,uocat.pro Flac.155.b.

Timon,nis. de Am.112.a.Si quis ea aſperitate eſt,& immanitate naturæ, ut cōgreſſus ſocietatemq; hominum fugiat atq; oderit,qualem fuiſſe Athenis Timonem neſcio quem accepimus. Tuſ.214.a.Vt odium in hominum uniuerſum genus,quod accepimus de Timone,qui μισάνθρωπος appellatur. & 214.b.Similiter definitur mulierum odium,ut Hippolyti & Timonis,generis humani.

Timor,oris.metus,formido.Tuſ.213.a.Timor eſt metus mali appropinquantis.& Ep.5.a.Et animos à minore cura ad ſummum timorem traduceret. Att.79.b.Noſtris animus acceſſit, hoſtibus timor iniectus eſt. & 247.a.Ciuitas perculſa magno timore. de Som.127.a. Aedes, inquit,animo,timorem omitte. I.A.77.b.Quanquam te bonum timor faciebat,non diuturni magiſter officij. Att.275.b.Vtinam inſpectare poſſes timorem de illo meum. contra Rul.65.a.Spem improbis oſtendiſti,timorem bonis inieciſti. de D.92.b.Tum ego contremui timore perterritus. Ep.23.b.Aeſtas quæ ſequitur,magno eſt in timore.Ep.154.a.Res quæ mihi facit timorem.Ep.168.b.Amici noſtri magno timore de nobis afficiuntur.Attic.175.b.Magno timore ſum.& Q.Fr.324.b.Sine timore ſum.At.75.b.Magno timore ſum, ſed bene paramus. Offic.37.b.Dionyſius quo cruciatu timoris angi ſolitus,qui,&c.

Timotheus,thei.muſicus.de L.177.b.Seuera illa Lacedæmon neruos iuſſit,quòd plures quàm ſeptem haberet in Timothei fidibus,inde demi.

Tinctus,a,um.imbutus. de Clar.183.b.Ergo illam patris elegantia tinctam uidemus. de Or.116.b.Sit enim mihi tinctus literis. de Or.119.b.Alterum quod totum arte tinctum uidetur.

Tincta,orum.de L.179.a.Color autem albus præcipuè decorus deo eſt, cùm in cæteris, tum maximè in textili.Tincta uerò abſint,niſi à bellicis inſignibus.

Tingo,gis.coloro,imbuo. de N.74.a.Tunica ſanguine centauri tincta.

Tinnio,is.At.236.b.Maximè autem expecto,ecquid Dolobella tinniat:id eſt,an afferat nummos.

Tireſias uates.de N.27.de D.98.

Tiretius pons.At.259.

Tiſſenſes.pop.I.V.166.

Tityus ſaltationis genus.de Cl.185.a.

Titanes,num.Gigantes.de L.185.a. Plato è Titanum genere ſtatuit eos,qui ut illi cœleſtibus,ſic hi aduerſentur magiſtratibus.l.Gigantes.

Titan,nis.ſol.In Arat.Quem cum perpetuo ueſtiuit lumine Titan.

Titillatio,onis.ſuauitas,motus. de N.23.b.Voluptates,quibus quaſi titillatio ſenſibus adhibetur.& Sen.86.b Non eſt uoluptatum tanta quaſi titillatio in ſenibus.

Titillo,as.moueo,ſed cum quadam ſuauitate. de Finib.57.a.Voluptas quæ quaſi titillaret ſenſus, ut ita dicā, & ad eos cum ſuauitate afflueret & illaberetur.& 60.a. Aut pluris eſſe contendat dulcedinem corporis, & titillantem ex ea re natam lætitiam, quàm,&c. & Tuſcul.





200.b.Niſi ſenſus,quaſi titillarentur uoluptate.Off.46.a. Aſſentatores populi multitudinis leuitatem uoluptate quaſi titillantes.

Titubanter.dubitanter.pro Cæl.40.b.Poſuiſtis enim, atq; id titubanter & ſtrictim,hunc,&c. ad Her.Titubanter & inconſtanter loqui.

Titubatio,onis.hæſitatio. ad Her.8.b.Vt ne paruula quidem titubatione & offenſione impediremur.

Titubo,as.hæſito,nec uox,neq; lingua conſiſtit. pro Flac.150.b. & pro Cæl.51.b. Teſtes,ſi uerbo titubarint, quò reuertantur,non habebunt. Att.28.b.Qui nihil titubarunt.de Or.160.b.Verſus debilitatur,in quacunq; eius ſit parte titubatum. pro Dom. 241. b. Furtim mente ac lingua titubante facere aliquid. Ep.187.b.Si quid fortè titubatum eſt,ut fit in bello. ad Her.7.b.Erubuiſſe,expalluiſſe,titubaſſe.

Titulus,li.index.I.P.83.b.Qui tanquam truncus atq; ſtipes,ſi ſtetiſſet modò,poſſet ſuſtinere tamen titulum conſulatus. Tuſc.234.a.Iidem dicant ſemper beatum eſſe ſapientem, quos ſi titulus hic delectat inſignis & pulcher, Pythagora, Socrate, Platone digniſſimus, inducant animum,&c.

Toga,gæ. I.P. 95.a. Toga pacis eſt inſigne & ocij. pro Seſt. 28.a. Cui ſuperior annus idem & uirilē patris, & prætextam populi iudicio togam dedit. & pro Cl.50.b.Toga prætexta,& ſella curulis.I.C.109.a.Socij Catilinæ uelis amicti,non togis. In Vat.34.a.In epulo cum toga pulla accumbere.& ibi.Cedo,quis unquam cœnauit atratus.I.V.212.b. Verres cum tunica pulla & pallio.I.A.169.a.Sumpſiſti uirilem togam,quam ſtatim muliebrem ſtolam reddidiſti. de Am.102.b. Pueri togam ſumentes, prætextā deponebant. At.107.a.& 80.b.Concio in qua erat accuſatio Pompeij,uſq; à toga pura.& 86.b.& 128.a.& 152.b.Dare togam puram alicui. I.V.99.a.Eripies igitur pupillæ togam prætextam.At.80.b.Quinto ſororis tuæ filio togam puram iubeo dari.l.Prætexta.

Togatam agere.id eſt,comœdiam.In Vat.30.

Togatus,a,um. de Or.94.a.Quaſi unus è togatorū numero. pro Syl.183.b. Cui uni togato ſenatus ſupplicationem decreuit. I.A.197.a.Græcus iudex modò palliatus,modò togatus. pro S.R.41.a.Magna caterua togatorum. At.141.b.Sibiq; ſatis eſſe dixit,ſi togatus officia urbana ſibi præſtitiſſem.

Togula,læ.I.P.91.a.At.17.

Tolerabilis,le.uendibilis,probabilis, non contemnendus,patibilis. de Sen.78.b.Moderati ſenes tolerabilem agunt ſenectutem. & At.87.Ergo Græci ſoluunt tolerabili fœnore. de Fin.76.b.Quem quidem uos cum improbis pœnam proponitis, impatibilem facitis, cum ſapientem ſemper boni plus habere uultis,tolerabilē.Att.283.b.Ignoſcere etſi in cæteris rebus tolerabile eſt,in hoc bello perniciofum puto. I.C.122.a.Seruus eſt,qui modò tolerabili cōditione ſit ſeruitutis,qui non,&c. de Or.103.b. Ac ſi iam placet,&c.tolerabilius eſt ſic dicere, ut boni oratoris ſit, &c.& ibid. Philoſophi,qui tolerabiliores motus eſſe uolunt,&c.de Or.85.b.Vix ſingulis ætatibus,ſinguli tolerabiles oratores inuenti ſunt. & de Cl.180.b. Orator ſanè tolerabilis. At.160.a.Regnum nemini tolerabile.

Tolerabiliter.toleranter.Epiſt.25.Quo tolerabilius igniculum deſiderij tui feramus. & de Fin.99.a. Etiam ſi dolores tolerabilius patiantur.

Toleranter. Epiſt.51.b.Ferre aliquid toleranter. & Tuſ.184.a.Toleranter dolorem pati.



Tolerantia,tiæ. Parad.120.b.Tolerantia rerum humanarum,contemptio fortunæ,&c.

Toleratio,onis. de Fin.84.b.Quæ nam alia toleratio eſt uerior?

Tolero,as.fero,patior,perfero, obduro, ſuſtineo,ſuſtento,haurio. At.14.b.Nobis inter nos noſtra ſunt uicia toleranda. & I.C.109.b.Niſi idcirco ſe facilius hyemem toleraturos putant. de D.121.b.Ferte uiri & duros animo tolerate labores.& Ep.103.b.Forti animo iſtam tolera militiam. Brut.ad At.285.b. At qui potuimus tolerare noſtram fortunam. Q.Fr.294.b.Sumptus & tributa ciuitatum ab omnibus tolerari æqualiter.Off.42.a.Omnia militari labore tolerando. Tuſ.178.b.Res ad patiendum tolerandumq; difficilis. de Fin.118.a.Dicunt illi dolorem eſſe difficilem toleratu.

Tollo,lis,ſuſtuli,ſublatum.aufero,detraho,deleo,extinguo,remoueo,de medio remoueo,eximo. de Or.124.a Auaritiam ſi tollere uultis, mater eius eſt tollenda luxuries.de Fin.56.b.& pro Seſt.23.b. Vt tollatur error omnium imperitorum.pro Seſt.10.a.Gradus eius templi tollebantur. Att.84.b.Alterius iniquè conſtituta & acta tollere. & ibid.a.Reſcindere conſtituta ab alio. Acad. 6.a. Hoc infirmat tollitq; Philo. de Fin.70.b.Cupiditas tollenda eſt,atq; extrahenda radicitus. pro Quin.12.b.Tollere funditus,ac delere memoriam alicuius rei. Ep.38.a.Tollere diſcordias ex amicitia. Ep.2.b.Vt exercitum religio tollat,te autorem ſenatus retineat. At.183.a.Vt mihi omnem dubitationem tolleret. I.V.201.b.Idcirco nemo ſuperiorum attigit,ut iſte tolleret? Att.219.a.Da negocium alicui,ut id nomen ex omnibus libris tollatur.pro Seſt.15.b.Vt cenſoria notatio de republica tolleretur. Q.Fr.296 a.In portorijs Italiæ tollendis. Epiſt.85.a.Cum mendum ſcripturæ litura tollatur.pro S.R.19.b.Vt deleatis ex animo ſuo ſuſpicionem omnem,metumq; tollatis. de L.175.a. Augures poſſunt à ſummis imperijs comitia tollere. pro Dom.222.a.Tollere aliquem è ciuitate. pro S.R.21.b.Tollere aliquem de medio. & ad Her.11.b.Tollere aliquem è medio. pro Cluen.22.a.Deinde ipſum Aurium tollendum interficiendumq; curauit. Orat. 217.b. Delere, tollere,auferre,detrahere. pro Dom.222.a.Si qua res illum diem ſuſtulit, tota cauſa ſublata eſt. pro Quint.2.b. Tollitur ab atrijs licinijs, atque à præconum conſeſſu in Galliam Næuius,& tranſalpes uſq; transfertur.I.V.155.b.Tollere frumentum de area. At.204.a.Cuius feſtinationem mihi tollis, quoniam de æſtate polliceris, uel potius recipis. Attic.212.a.Menda librariorum tolluntur.Quin.Frat.301.a.Tolle omnes,ſi potes,iniquas,tolle inuſitatas, tolle contrarias. Q.Fr.312. b. Sed mea factum eſt inuiſa uerecundia,ut te proficiſcens non tollerem. de Fat.142.a Vicia naturalia extirpari ac funditus tolli non poſſunt.

Tollere.extollere.pro Cec.296.b.Qui ſaxa iacerent, quæ de terra ipſi tollerent. I.V.148.a.Tollere aliquid oneris:id eſt,ſuſcipere.Of.71.a.Phaeton optauit,ut in currum patris tolleretur,ſublatus eſt inſanus. I.V.222.a.Clamor à fani cuſtodibus tollitur. de Orat.152.b. Augere aliquid,& tollere altius dicendo. de Ar.251.b.Tollam altius tectum,non ut deſpiciam,ſed,&c. Tuſ.235.b.Tollere ſe à terra altius.Acad.16.b.Tollere manus ob admirationem Ep.176.b.Quod diceret te dixiſſe laudandum adoleſcentem, ornandum, tollendum, ſe non eſſe commiſſurum,ut tolli poſſit.

Toloſa.urbs.I.V.272.

Toloſanum aurum.de N.74.b.prouerb.

Tondeo,des. Tuſ.239.b.Regiæ uirgines,ut tonſtriculæ tondebant barbam & capillũ patris.& ibi.Dionyſius ne tonſori collum committeret, tondere filias ſuas docuit.

Tonitrus,trus.& Tonitruũ,trui.aeris ſonitus,cœleſtis clamor.de D.117.a.Placet Stoicis eos anhelitus terræ, qui frigidi ſint,cum fluere cœperint,uentos eſſe: cum aũt in nubẽ induerint, eiusq; tenuiſsimam quamq; partem cœperint diuidere atque diſrumpere,idq; crebrius facere & uehementius, tum & fulgores,& tonitrua exiſtere. Ep. 112.b.Hic tibi ſtrepitus,fremitus,clamor,tonitruũ. de D. 116.b. Quòd homines tonitrua iactusq; fulminum extimuiſſent.I.A.196.a.Quæ porrò illa tonitrua? quæ tempeſtas? & ibid.Tonante Ioue,& propè cœleſti clamore prohibente.de Or.157.a.Cœlum tonitru contremit.

Tono,as.de D.139.a. Si fulſerit,ſi tonuerit,ſi tactum aliquid erit de cœlo.de N.39.a.Iupiter in cœlo fulgens & tonans.aliter,Iouem fulgere & tonare. de D.117.a.Ioue tonante & fulgurante,comitia populi habere,nephas. et I.A.195.b. Ioue tonante,cum populo agi fas non eſt. de D.125.b.Cum tonuit læuum.ex Enn. Orat.199.a. Pericles ab Ariſtophane poeta fulgurare,tonare, permiſcere Græciam dictus eſt.

Tonſillæ,arum. glandes ad radicem linguæ,quæ ſaliuam conficiunt. quanquã tonſillæ in homine,in ſue glandulæ teſte Plin.appellantur. de N.53.a.Stomachus ex utraq; parte tonſillas attingens, palato extremo & intimo terminatur.

Tonſor,oris.Tuſ.239.b.Dionyſius ne tonſori collum committeret,tondere filias ſuas docuit.

Tonſtricula,læ.Tuſ.239.b.l.Tondeo.

Tonſus,a,um.I.P.83.a.Cum illa ſaltatrice tonſa,&c.

Topiaria,riæ. Q.Fr.319.a.Topiariam facere.

Topiarium,rij.opus ex arbore aut frutice, uariè inflexis ramis, & uinctis ad ſpeciem decoremq; hortorum. Quin.Frat.319.a. Topiarium laudaui,ita omnia conueſtiuit edera.

Topica,orum. Ep.104.a.Inſtitui Topica Ariſtotelica cõſcribere.& Top.321.a.Ariſtotelis Topica quædam.

Topice,ces. Top.221.b.Inueniẽdi ars, quæ topice di(citur.

Topographia,phiæ.l.Ripula.

Toreuma,tis.opus torno factum. I.P.94.a.Toreuma nullum,maximi calices. I.V.134.b. Toreumata ſanè nota ac precioſa auferuntur. & 208.b.De hoc Verri dicitur,habere eũ perbona toreumata,in his pocula duo quædam,quæ Heraclea nominantur, Mentoris manu ſummo artificio facta.

Tori,orum.lacerti ipſi,ſeu lacertorum capita,in quibus eſt robur. Tuſc.179.b.O' pectora,ô terga,ô lacertorum tori. Orat.198.b.Aut addit aliquos ut in corona toros:id eſt,flexus ornamentorum grauiorum.

Tormentum,ti.cruciatus, ſupplicium,eculeus, carnificina.Part.234.a. Alij metu mortis uim tormentorũ pertulerunt.& de Fin.99.b.Vt in omnibus tormentis conſeruetur uita beata.pro Cl.55.a.Serui autoritate aduocatorum,& ui tormentorum adducti,in ueritate manſerunt. & ibi.Nulla uis tormentorum acerrimorum prætermittitur. pro Mil.112.a.Aliquem tormentis cogi, quippiam confiteri.& ibi.Quod tormentis inuenire uis,fatemur.I.A.231.b. Tum uerberibus ac tormẽtis quæſtionem habuit publicæ pecuniæ.& 232.a.Nec grauiora ſunt carnificum tormenta,quàm interdum cruciamenta morborum. pro Syl.182.a.Quæſtiones nobis ſeruorum & tormenta accuſator minitatur.& ibi.Tormenta gubernat dolor,& moderatur natura cuiuſq;.Ep.85.b.Calumnia timoris & cæcæ ſuſpicionis tormentũ. de N.76.b.Accepimus Zenonẽ in tormentis necatũ.Off.60.a.Sed tanquã tormenta quædam adhibemus,ut ſi,&c.I.A.231.a.Mortẽ naturæ pœnã putat eſſe, iracundiæ tormentũ atq; cruciatũ. I.A.232.a. Ponite ante oculos uincula, uerbera,eculeũ, carnificẽ tortoremq; Samarium. I.A.250.b.Antonius omnibus bonis cruces ac tormenta minatur.

Tormentum.machina omnis eſt, ſeu inſtrumentum quo iaculamur, impellimus: ut baliſtæ,telorum,& lapidum. Tuſ.187.a.l.Baliſta. & I.A.218.a.Antonius ante oculos legatorum,tormentis Mutinam uerberauit.

Tormina,num. dyſenteria: id eſt,inteſtinorũ grauis dolor & morbus. Tuſ.185.a.Quamuis Epicurus ſorticulum ſe in torminibus & ſtranguria ſua præbeat.

Torminoſus,a,um.Tuſc.214.b.Dicimus grauedinoſos quoſdam,quoſdam torminoſos, non quia iam ſint, ſed quia ſæpe ſint.

Torno,as.polio,quaſi torno facio.de Vn.198.a.Deus mũdũ ita tornauit,ut nihil fieri poſsit rotũdius.& in Ar.

Torpedo,nis.genus piſcis.de N.51.a.Atramenti effuſione ſepiæ,torpore torpedines ſe tutantur.

Torpeo,pes.l.Obtorpeo. de N.21.b.Epicurei deum feriatũ uolunt ceſſatione torpere. de D.122.a.Quidnam torpentes ſubitò obſtupuiſtis Achiui.

Torpor,oris.ſtupor.de N.51.b.l.Torpedo.

Torquatus,ti. Off.85.a.Hic T.Manlius is eſt,qui ad Anienem Galli,quem ab eo prouocatus occiderat,torque detracto Torquati cognomen inuenit.

Torqueo,ques.flecto,intorqueo. Acad.31.a.Cum terra circũ axem ſe ſumma celeritate cõuertat & torqueat. Or.201.b. Oratio ita flexibilis, ut ſequatur quócunq; torqueas.de L.161.b.Opinionũ uanitas torquet ac flectit imbecillitatem animorũ quócũq; cœpit. pro Cæl.40.a.Verſare ſuam naturã,& regere ad tẽpus,atq; huc & illuc torquere & flectere. ad Her.20.b.Torquere uocẽ à ſermone ſerio ad liberalẽ iocum. de L.177.a.& Off.26.b.Ceruices oculoſq; pariter cum modorũ flexionibus torqueant. & Acad.20.a.Vultus mutantur,ora torquentur.Itẽ:Torquere oculũ,& duas ex lucerna flãmulas uidere.pro Cec. 299.b. Verbo ac litera ius omne torqueri. de In. 67.b. Quod uterq; torquere ad ſuæ cauſæ commodũ debet.Contorqueri & conuolui.l.Conuoluo. de Vn.198.a.Mundus maxima una conuerſione,atq; eadẽ ipſe circum ſe torquetur & uertitur. de Or.196.a.Torquere haſtas amẽtatas. At.108.a.Equidem noctes dieſq; torqueor.Parad.119.a. Tuæ te libidines torquent.Ep.121.a.Acriter nos tuæ ſupplicationes torſerunt.de Fin.60.b.Stulti malorum memoria torquẽtur. & 67.a.Qui in dolore eſt,torquetur.At. 10.a. Apud R[illegible]dios liberi ciueſq; torquentur. pro Syl. 182.a.Vita P.Syllæ torqueatur,ex ea quæratur,&c. I.P. 99.a. Mitto aurum coronarium, quod te diutiſsimè torſit,cum modò uelles,modò nolles. & de Orat.99.a.Verbi controuerſia tamdiu torquet Græculos homines, &c. de Fin.99.a.Torqueri eculeo.

Torques, quis. colli ornamentum intortum, monile. I.V.190.a.Q.Rubrium phaleris & torque donaſti. Off. 75.a. & de Fin.53.b.T.Manlius,qui Galli torque detracto cognomen inuenit.

Torrens,tis. fluuius imbri creſcens,qui è montibus lapſus rapidè fertur. Acad.64.b.Cum fertur quaſi torrens oratio,multa cuiuſq; modi rapit. & ibi.Nuſquam orationem rapidam coerceas.





Torreo,res.exuro. de Som.129.b.Medium autem illum cingulum ſolis ardore torreri.I.P.88.b.Sapientem in Phalaridis tauro incluſum ſuccenſis ignibus torreri.

Torridus,a,um.peruſtus,aridus. cõtra Rul.85.a.Homo macie torridus,contemptus,abiectus.

Tortor,oris.carnifex. pro Cluent.55.Cum iam tortor,atq; eſſent ipſa tormenta defeſſa,quidã,&c.I.A.232. a. Ponite ante oculos uincula, uerbera, eculeum,carnificem,tortoremq; Samariũ. de Fin.113.a.Si ſapiens ad tortoris eculeum ire cogatur. & pro Mil.112.a.Quid opus eſt tortore.

Tortuoſus,a,um.flexuoſus,aduncus.de N.53.b.Eſt autem aluus multiplex & tortuoſa.& 55.a.Soni ex tortuoſis locis & incluſis referuntur ampliores.pro Cluen.55.a. Serrula adunca ex omni parte dentium, & tortuoſa. de D.135.a. Et cum ſtertentes uiderint obijcere his quædam uiſa tortuoſa & obſcura. de Am.108.b.Multiplex & tortuoſum ingenium. Acad.24.b.Tortuoſum genus diſputandi.

Tortus,tus. de D.121.b.Vidimus immani ſpecie tortuq; draconem Terribilem,&c. Tuſc.179.b.Hæc interemit tortu multiplicabili draconem.Poetæ.

Toruus,a,um.horribilis. de N.47.a.Toruu', draco ſerpit,&c.

Toſtus,a,um.exuſtus. Tuſ.200.a.Toſti alij ſtant parietes.

Tot.)(.Quot. de Or.121.a.Quot homines,tot cauſæ. At.59.b.Qui tot annos,quot habet Des.Coſ.fuit. de Ar. 247.a. De nullo opere publico tot ſenatus extant conſulta,quot de mea domo. pro Pom.13.a. Tot & tantas res, &c.quot & quantas,&c. I.V.111.b.Tot,& tãtæ,& tam graues ciuitates.pro Quin.2.a.Tot tantæq; difficultates. Tuſ.234.a.In his tot & tantis,quæ accidere poſſunt. pro Mur.138.b. Acceſsit his tot doctrina paulo aſperior. Parad. 118.b. Animus Reguli tot uirtutũ præſidio munitus, tantoq; comitatu uirtutis ſeptus. pro Cæl.51.b.An timebant,ne tot unum ſuperare poſſent?l.Tantus.

Totidem.par numerus.de In.82.a.de D.127.a.Patroclus & Euriſtenes gemini fratres fuerunt, at hi nec totidem annos uixerũt,anno enim uita Patrocli breuior fuit. Att. 90. b.Iſtum ego locum totidem uerbis à Dicæarcho tranſtuli. & pro R.P.124.a.Hoc totidem uerbis tranſlatum caput eſt. de Fin.85.b.Epiſtola,quam modò totidem uerbis interpretatus ſum.de Clar.196.a.Totidem quot dixit,ut aiũt,ſcripta uerbis oratio.& Acad.11.a.Totidẽ uerbis quot Stoici. Or.201.a.Quot,&c.totidẽ,&c.l.Quot.

Toties.)(.Quoties.uel Totiens.)(.Quotiẽs.I.V.138. a.et 143.b.de Or.107.a.Toties quoties præſcribitur.At. 109.b.Velim mihi ignoſcas, quòd ad te ſcribo tam multa toties.pro Mar.134.a.Quotiens,&c.totiens,&c.

Totus,a,um.omnis,cunctus,uniuerſus,omnes partes, plenus,integer,ſolidus,ex omni parte,corpus. pro Mil. 113.a.Tota reſp.omnis Italiæ pubes, cuncta populi Rom. arma. & de Vn.196.a.Vt tota oratio ſibi conſtet, & ex omni parte ſecum ipſa conſentiat. de Fin.88.a.Omne cœlum, totamq; cum uniuerſo mari terram mente complecti.Off.17.b.Alterum ut totum corpus reipub.curent,ne dum partem aliquam tuentur,reliquas deſerant.de Orat. 118.a.Vbi plus mali quàm boni reperio,id totum abiudico atq; reijcio. de D.109.a.Erit abundè ſatisfactum toti huic quæſtioni. de Or.111.a.Hoc totum quicquid eſt,ſiue artificium,ſiue,&c.& 129.a.Leue eſt enim totum hoc riſum mouere.de Ar.245.b.Gaudeo mihi de toto hoc oſtento,quod,&c.datam eſſe cauſam dicendi.I.V.145.a.Tantum agam de hoc toto nomine ſocietatis. At.226.b.Octauius uenit mihi totus deditus. de Clar.193.b.Totum ei me tradidi. & Ep.256.b.Ei te totũ trade. Q.Fr.307.a.Plautius totus noſter eſt.Ep.249.a.Vt & ſim totus ueſter,& eſſe debeam. I.A.240.a.Qui ſe totos & animis & corporibus in ſalutem reip.contulerunt.pro Cluen.32.b.Homo,qui eſſet totus ex fraude & mendacio factus. Off.55. a.Vulgus quid abſit à perfecto,non ferè ex toto intelligit: quatenus autem intelligit,nihil putat prætermiſſum.Att. 189.b.201.b.Totos dies ſcribo.& pro Mur.143.a.Totos dies atq; noctes de rep.cogito.Top.229.b.Totæ actiones, & perpetuæ actiones.)(.Partes orationis. Ep.86.a.Totum & omne.& de Fin.106.b.Totũ & uniuerſum.Top. 226.b.Tota.)(.Partes. de Orat.103.b.Quo in ſtudio hominum ingenioſiſsimorum totas ætates uidemus eſſe contritas. Att.254.a. Quintus præceptis meis commutatus eſt totus. de Vn.197.b.Vt unum opus totum atq; perfectum,ex omnibus totis atq; perfectis abſolueretur.de Fin. 42.b.Corporis bona alia ponebat eſſe in toto, alia in partibus.ualetudinem,uires,pulchritudinem,in toto:in partibus autem,ſenſus integros,& præſtantiam aliquam partium ſingularum.

Trabalis,le.robuſtiſsimus.I.V.246.b.Beneficium,ut dicitur,trabali clauo figere.

Trabs,bis.ad Her.12.b. Abiegnæ trabes.

Trachiniæ,arum. Sophoclis tragœdia.Tuſ.179.a.

Tractabilis,le.lenis,mollis,facilis,flexibilis. de Amic. 105.b.Virtus in amicitia tenera eſt atq; tractabilis.& At. 165.a.Nihil eſt eo tractabilius.

Tractabilis.quod ſub tactum cadit. de Vn.197.a.Corporeum & aſpectabile,itemq; tractabile omne neceſſe eſt eſſe,quod natum eſt.

Tractatio,onis.uſurpatio,uſus,tractatus. de D.110. a.Qui tibijs uti uolunt, earum tractationem accipiunt à muſicis. & de Orat.161.b.Vt hi qui in armorum tractatione uerſantur. Acad.2.b.Tractatio philoſophiæ optimo quoq; digniſsima eſt. de Clar.166.a.Tractatio literarum mihi ſalutaris fuit. Orat.202.a.Tractatio atq; uſus uocis in nobis eſt. de Orat.89.b.Orator tractationem orationis ſibi aſſumet. & 94.a.Quæ obſeruata ſunt in uſu & tractatione dicendi. de Orat.124.b.Tractatio autem uaria eſſe debet. & ibid.de tractatione. Or.216.b.Eſt enim in utroq; & materia & tractatio:materia in uerbis,tractatio in collocatione uerborum.Off.36.a Quæ in uſu & tractatione belluarum fiunt.

Tractatus,a,um.uerſatus. pro Arch.186.a.Perſona in iudicijs minimè tractata.

Tractatus,tus.tractatio. de Or.150.b.Qui ipſarum artium tractatu delectati,nihil in uita aliud agunt.

Tracto,tas. tango,attrecto, gero,accipio,uerſo,habeo, in manibus habeo, cum aliquo rationem alicuius rei habeo,afficio. de Or.90.a.Qui in his artibus cognoſcendis atq; tractandis ſtudium ſuum omne poſuerunt. de Or. 155.b.Euclides Geometriam tractauit. Tuſ.249.b.Vt ea quæ guſtemus,olſaciamus,tractemus,audiamus.de Orat. 147.b. Quæ omnia oratori tractata atq; agitata eſſe debent. Tuſc.242.a.Hæc tractanti animo,& noctes & dies cogitanti,exiſtit illa cognitio,&c. de Orat.145.a.Tractare res comicas tragicè. Orat.203.b.Grammatici hunc locum tractant in poetis, eloquentes in omni genere & parte cauſarum. Offic.53.b.Qui locus à Poſsidonio breuiter tractatus eſt in quibuſdam cõmentarijs. de Fat.140

b.Nec ea quæ nunc tracto, minuunt, ſed augent potius illam facultatem. & de Leg. 156. b. Tractare hiſtoriam. Acad.7.a.Tractare artem:id eſt,exercere. Orat.207.b. Orator habeat omnes philoſophiæ notos & tractatos locos.pro Quin.11.a.Tracta edictum. Tuſcul.220.a.Tracta diffinitionem fortitudinis. Offic.4.a.Quocirca huic quaſi materia,quam tractet,& in qua uerſetur, ſubiecta eſt ueritas. de Orat.119.a.Tractare argumenta. & ibid. Inuenire,excogitare. de Orat.124.b. Nequaquam ſatis eſt inuenire quid dicas, niſi id inuentum tractare poßis. Offic. 31. a. Tractare & contemplari res cognitione digniſſimas. de Senect.84.b.Ius pontificium & ciuile tracto.de Orat.99.a.Tractare atq; agere cauſas amicorum. pro Cor. 55.a. Aliquem omnia quæ facere uelit,facillime tractare. pro Plan.262.b.Contentio ueſtrûm,quæ tractari ſine contumelia non poteſt.de Ar.251.b.Cuius arbitrio ſicæ nunc omnes,atq; omnia uenena tractantur. de Clar. 165.b.Arma quæ tractare cœperam,& quibus me aſſuefeceram.pro Seſt.7.a.Clauum imperij tenere, & gubernacula reipublicæ tractare.Parad.123.b. Aliquis Matellionem Corinthium cupidißime tractans. Epiſt.231.b. Qui meam bibliothecam multorum nummorum tractauit. I. V.248.a. & Epiſt.28.a.Vt is eam pecuniam tractaret, quem ipſe præfeciſſet.I.V.145.b.Mihi uideor eorum conſuetudinem uſu tractandoq; cognouiſſe. de Finib.134.a. Tractare & tueri uites.pro Quin.R.48.a.Tractare perſonam alicuius in ſcena. Orat.205.b.Eloquentiæ eſt tractare animos,& omni modo permouere. Orat. 203.a. Nec omnis auditor eorundem aut uerborum genere tractandus eſt,aut ſententiarum. de Orat.111.b.Pertractare animos hominum,& captare eorum uoluntates. Quint. Frat.311.b.Tractare aliquem nimis aſperè. I.V.111.a.Liberaliter tractari ex cibarijs alicuius. & Epiſt.118.b.Me tractat liberaliter Curio, tu ſi te ita tractatum docuiſſes, &c.id eſt,malè acceptum. Attic.67.b.Cæſar Quintum meum, dij boni,quemadmodum tractat honore, dignitate,gratia,non ſecus ac ſi ego eſſem imperator.I.V.70.b. Commemorat quàm liberaliter eos tractaſſet etiam antea.pro Pom.5.b.Mercatores iniurioſius tractati. Epiſt. 4.a. Omnibuſq; rebus eum ita tractes, ut intelligat, &c. Epiſt.28.b. Quanquam quemadmodum tractare audiebam.& 119.a.Sic tu,inquit,Hirrum tractaſti. Epiſt.40. b.Qui à te tractatus eſt præſtãti fide.pro Cæl.38.a.Quod pater parum piè tractatus à filio diceretur.I.V.250.a.Vt is uictu cæteriſq; rebus quàm liberaliſsimè commodißimeq; habeatur. I.C.117.a.Deinde ita me in republica tractabo,ut,&c. ad Heren.31.b.An ad ſuam reuertetur antiquam uitam, alicubi honeſtè tractatam? Epiſt.209.a. Quo in munere ita ſe tractauit,ut,&c. id eſt,geßit. Parad.116.a. Cato cum ſententiam in ſenatu diceret, locos graues ex philoſophia tractabat. & de Leg.159.b.Explicanda eſt natura iuris, conſiderandæ leges, quibus, &c. tractanda iuſſa & iura populorum. de Am.108.b.Quæ omnia pertinent ad eam, quam iamdudum tracto, conſtantiam. Attic.80.b.Nicanor in officio eſt,& à me liberaliter tractatur. & 191.b.Hoc tu tractabis,ut tibi uidebitur. de Orat.92.b.Omnia quæ tractarentur ab oratoribus,dubia eſſe & incerta. Epiſt.103.a.& Attic.229.a.Liberalißimè atq; honorificentißimè tractari ab aliquo. Attic. 245. b. Id etiam ad dignitatem meam pertinet, eum non modò perliberaliter à nobis, ſed etiam ornatè cumulateq; tractari. Quint.Frat.304.b.Hortenſius me ſceleratißimè inſidioſißimeq; tractauit. I.A.162.b.Non tractabo illum ut conſulem, ne ille quidem me ut conſularem. Offic. 73.b. Cum tractaretur Atreus,perſonæ ſeruiendum fuit.

Tractus,a,um. Or.202.b.In concionibus tracta quædam & fluens petitur oratio.

Tractus,ctus.regio,copia.pro Plan.263.b.Totus ille tractus celeberrimus Venafrænus,ſe huius honore ornari arbitratur. de Or.127.a.Quæ hæſitatio tractuſq; uerborum. de Orat.113.b.Tractu orationis leui & æquabili perpoliuit illud opus. de D.128.b. Lunæ tractus. aliter, tactus.

Traditio,onis.Top.223.a.l.Abalienatio.

Trado,dis.do,dedo,doceo.pro S.R.22.a.Tria prædia uel nobilißima Capitoni propria traduntur.& ibi b.Prædia uacua alicui tradere. Ep.98.b.Totum deniq; hominem tibi trado,de manu (ut aiunt) in manum,&c.& 31. a.Tradere prouinciam alicui. de Or.104.b.Cui populus ipſe regendi ſui poteſtatem tradidiſſet.de Clar.193.b.Totum ei me tradidi:id eſt,Philoni. & Ep.256.b.Tradere ſe totum alicui. de In. 42.b. Tradere ſe in aliquod ſtudium quietum. Ep.70.b.Lachrymis & triſtitiæ te tradidiſti. de D.105.b.Tradere ſe quieti. & 93.b. Qui moderato uictu quieti ſe tradiderunt.Poſtquam.200.b.Tradere ſe autorem inimicis reip.Top.221.a.Tradere topica alicui.& Tradere & ponere præcepta.l.Præceptum.de Fin.104. a.Non facile eſt inuenire,qui quod ſciat,non tradat alteri. de Or.106.b.Virtutem hominibus(ſi modò tradi ratione poßit)inſtituendo & perſuadendo,non minis & ui ac metu tradi.de Or.93.a.Earum rerum,quæ quaſi in arte traduntur,inſcitia. de D.108.b.Si optimarum artium uias traderem meis ciuibus.pro Pomp.9.a.b.Cuius adoleſcentia ad ſcientiam rei militaris non alienis præceptis, ſed ſuis imperijs eſt tradita. de Pro.71.a.Tradere aliquẽ in ſeruitutem alicui. pro S.R.28.a.Quos traditurOS ſperabas,uides iudicare. Of.22.b.Qui ſe in Africa Cæſari tradiderunt. pro Syl. 184.a. Id metuit,cui honori integros fructus non ſit traditurus,ne æternam memoriam dedecoris relinquat. Attic. 228. b. Non eſſe tradendas poſteris inimicitias. de D.139.b.Tenebimus conſuetudinem à Socrate traditam. & pro Dom.219.b. Hoc eſt nobis à maioribus traditum. & de D. 102. b. Et traditus poſteris. pro Seſt.27.a. Ariſtides,qui iuſtißimus fuiſſe traditur: id eſt,dicitur,uel memoratur. de Clar.183.a.Iſocratem dixiſſe traditum eſt,&c. Tuſcul.229.a. Homerus Lycurgi temporibus fuiſſe traditur. de In. 62.b. & pro Quin. R. 45. b.Earum nomina multi poetæ memoriæ tradiderunt:id eſt,mandarunt. pro Mur.138.a. & Parad.120. a.Nam hoc memoriæ traditum eſt. de Leg.156.b. Sic enim eſt traditum. de Orat.148.b. Cuius uarios ſermones immortalitati ſcriptis ſuis Plato tradidit. de Orat. 91. b.Qui dicendi præcepta traderent. de Orat.92. b. Cum hæc omnia audirentur ab ijs,quibus non ſcientia eſſet tradenda, ſed exigui temporis aut falſa aut obſcura opinio. Epiſt.103.b.Sic te Cæſari commendaui & tradidi, ut grauißimè diligentißimeq; potui. Quint.Frat.308.b. Tradere ſe totum alicui. Offic.41.a. Lælius facilè bellum reliquis tradidit. I. A. 256. a. Quem ego iniuſtum uerißimis maledictorum notis tradam hominum memoriæ ſempiternæ.

Traduco,cis.tranſduco,confero,transfero,conuerto, abduco,auoco. de Pro. 73.b. Inimicitias in uiris fortibus non ſolùm extinxit reipublicæ dignitas, ſed etiam ad amicitiam conſuetudinemq; traduxit. Epiſt. 3. b. Vt mihi





uiderer animum hominis ab omni alia cogitatione ad tuã dignitatem tuendam traducere. de Leg.157. b.Ego uero animi pendeo,cum quid exorſus ſum,ſi traducor aliò. de Or.127.a. Tum omnem orationem traduxi & conuerti in increpandam Cepionis fugam.de Or.136.b. Et animos ad noſtram defenſionem conor traducere.) (. Abducere à contraria defenſione.Ep.5.a.Quæ animos à minore cura ad ſummum timorem traduceret. de Ar.249.a.Ludi ab lætitia ad metum traducti ſunt.& ibi. Qui ludos ad luctũ conferre uoluit.& ibi.Ludi penè ad cædem conuerſi ſunt. de Or.154.a. Adoleſcentes à minutis concertationibus, ad omnem uim dicendi traducendos puto. Or.201.a. Quæſtio à proprijs perſonis ad uniuerſi generis rationem traducta.de Cl.195.a.Iudices à ſe ueritate ad hilaritatem traducere.Or. 216.a.Traducere eos qui audiunt,in magnam admirationem.de N.10.a.Traducere partũ Iouis ad phyſiologiam. & * Accommodare fabulas poetarum ad ea quæ dicimus.pro Cl.48.a.Is traduxit me ad ſuam ſententiam.de Cl.175.a.Iidem traducti à diſputando ad dicendũ, inopes reperiuntur.de Fin.106.b.Traducere aliquem ad ſe.At.236.b.Sic homines traducere ad optimates paro. de In.74.a.Fluuius ita magnus factus eſt,ut eò traduci uictimæ nullo modo poſſent. pro Cl.45.b.Deinde iußit equũ traducere.Ep.52.a.Traducere tempus.Item:Vt antè commentemur inter nos,qua ratione nobis traducendum ſit hoc tempus. Att. 72.b.Summa abſtinentia munus hoc extraordinarium traducemus.de Sen.94.a. Vitam ocioſam & quietam ſine ullo labore & cõtentione traducere. pro Pl.265.b.O adoleſcentiam traductam eleganter.ad Brut. 285.b.Traducere uitam egrègijs factis.

Traductio,onis.pro Seſt.6.b.Traductio ad plebem furibundi hominis. de D.106.b.Sed eſt quaſi rudentis explicatio,ſic traductio temporis nihil noui efficientis,ſed primum quidq; replicantis.

Traductio.cum eſt exornatio uerborum, eſt quæ facit,ut cum idem uerbum crebrius ponatur,non modò non offendat animum,ſed etiam concinniorem reddat orationem,hoc pacto:Qui nihil habet in uita iucũdius uita,is cũ uirtute uitam non poteſt colere.ad Her.28.b.

Traductio.id eſt,Metonymia.de Or.138.a.Traductio atq; immutatio in uerbo.

Traductor,oris. At.28.a.Hic Hieroſolymarius traductor ad plebem.

Tradux,cis.ſtirps arboris,uel uitis aliò traducta.uiuiradicem appellant rei ruſticæ autores.de Sen.88.a. Malleoli,plantæ,ſarmenta,uites,traduces,propagines.

Tragicè.ſublatè,amplè.de Cl.165.a.Rhetoricè et tragicè ornare aliquid. de Or. 145. a. Res comicas tragicè tractare.

Tragicus,a,um.ut Tragici poetæ.de N.12.b. de Clar. 183.a.Grandis,& ut ita dicam, Tragicus orator. de Or. 129.b.Sed hæc tragica atq; diuina.In V.89.b.Tragico illo Oreſte,aut Athamante dementior.

Tragœdia, diæ. genus poematis grande, & magnis motibus concitatum. Hinc fit, ut tragœdia pro magnis motibus & flammis animorum ſumatur.de Or.103.b. & 104.a.Nec uerò iſtis tragœdijs tuis Craſſe perturbor. pro Mil.105.a.Nunc eiuſdem Appiæ nomen,quantas tragœdias excitat? de Orat.127.b.In paruis rebus adhibere non debemus has dicendi faces,neque tragœdias agere in nugis.Tuſc.225.b. At quas tragœdias effecit? Quin.Fr. 326.b.Quatuor tragœdias X V I. diebus abſoluiſſe cum ſcribas,tu quicquam ab alio mutuaris, & ηρέος quæris, cum Electram & Troadem ſcripſeris? & ibidem. Iſtas & Erigoniam mihi uelim mittas. In Ar. 233. a. Quorum alter commentatus eſt mimos, alter egit tragœdiam. de Senect.81.b.Sophocles ad ſummam ſenectutem tragœdias fecit.

Tragœdus,di.tragœdiæ actor.de Or.95. b. Vox tragœdorum,geſtus penè ſummorum actorum. Or. 206.b. Comœdum in tragœdijs,& tragœdum in comœdijs placere uidimus.

Traho,his. duco,allicio,haurio,rapio,libo. de D.98. a.Magnes lapis eſt,qui ferrum ad ſe allicit et trahit.de D. 103.a.& de N.31.a.Ex puteis iugibus aquam calidam trahi.de D.95.a.Animos hominum quadam ex parte extrinſecus eſſe tractos atq; hauſtos.pro Pom.7.a.Non poſſunt una in ciuitate multi rem atq; fortunas amittere, ut non plures ſecum in eandem calamitatem trahant.Antequam. 195.b.Serui,qui ad ſupplicium trahuntur.Off.4.b. Omnes ducimur & trahimur ad cognitionis & ſcientiæ cupiditatem.pro Arch.190.b.Trahimur omnes laudis ſtudio. & ibidem.Optimus quiſq; maximè gloria ducitur. de Cl. 166.b.Ab iſto initio tractus eſt ſermo.& ibid.Hinc Pomponi ductus eſt ſermo. Orat.207.b.Omnis ratio, quæ ad dicendum trahi poßit. de In. 65.b.Ducere,ſumere,trahere coniecturam ex aliqua re. pro Cor. 96. a. Trahere ſpolia de hoſtibus.de N.54.a. Nerui à corde tracti & profecti in omne corpus ducuntur.In Ver.263.a.Vacuũ tractum eſſe remum.Antequam.194.a.Nos hic tutam tranquillamq; pacem trahimus.pro Mil.106.a. Comitia tracta eſſe:id eſt,dilata.ad Her.2.b.Trahere aliquẽ in inuidiam.Ep.47.a.Nemini cõcedo,qui maiorẽ ex pernicie reipub.moleſtiã traxerit:id eſt,acceperit. I. A.192.b.Regio Martia,quæ à Marte traxit nomen.& 231.a.Corpus tractum & laceratum abiecit in mare.At.65. a. Per me iſta pedibus trahantur.& 160.a.Si trahitur bellum,quid expectem?& 252.a.Quinetiam iccirco trahebam, ut quàm diutißimè integrum eſſet.In A.164. a. Aliquid enim ſalis ab uxore mima trahere poteras.& 186.b.Qui ex contumelia cognomen traxit.

Trahere.extrahere,differre.pro Mil.106.a.Comitia tracta eſſe:id eſt,dilata.At.160.a.Si trahitur bellum,quid expectem?& 252.a.Quinetiam iccirco trahebam ut quãdiutißimè integrum eſſet.

Traiectio,onis.uel tranſiectio.ad Her.34.a. At.133.a. Cautior certè eſt manſio,honeſtior exiſtimatur traiectio. de D.80.a.& 111.b.et 121.a.Aſſyrij traiectiones motuſq; ſtellarum obſeruauerunt.Or.219.b.& ad Her.28.a.Traiectio uerborum.de Or.162.a.Tum augendi,minuendiue cauſa ueritatis ſuperlatio atq; traiectio.

Traijcio,cis.tranſeo.At.116.a.Et ſi terra quidem,quã poßim?ſi mari,quò traijciam?Poſt.202.b.Marius cũ parua nauicula traiectus eſt in Africam.Ep.149.a. Exercitũ Rhodanum traieci.& 150.a.Cum Rhodanum copias traieciſſem.& 154.a.Dũ Brutus copias traijceret. Ep.172. a.Si ſe alpes Antonius traiecerit.& 174.a.Si quo caſu Hiſaram ſe traiecerint.In Sal.275.a.Ex Africa tantũ hic exhauſit,quantum potuit aut fide nominũ traijci,aut in naues contrudi.de Fin.111.a.Murumq; iaculo traiecit. Or. 220.a.Traijcere uerba.l.Tranſgreßio.

Tralatio,onis.translatio.Ep.263.a. Vt ſit,quomodo Theophraſto placet,uerecunda tralatio.

Tralatitius,a,um.translatitius,tralatus.hoc uero caput ex quo ſuſpicio nata eſt, me exquiſiſſe aliquid in quo te offenderem,tralatitium eſt. & 115.a.Noſti enim hæc

tralatitia. At. 50. b. Alterum caput eſt tralatitium.

Trallis, ium. opp. At. 75. & contra Rul. 74. a.

Trallianus, a, um. pro Fl. 157. a. Or. 220. a. In Anton. 186. a.

Trames, tis. ſemita. In A. 244. b. Non idem in Apennini tramitibus potero facere? In A. 250. a. Egreſſus eſt non uijs, ſed tramitibus paludatus.

Trano, as. quaſi trans no, traijcio. de N. 31. a. Vis ignea, quæ tranat omnia. de Som. 129. b. Num cuiuſquam noſtrũ nomen aut Caucaſum tranſcendere, ut Gangen tranare potuit?

Tranquillè. placatè. Or. 205. b. Tranquillè & leniter. & Tuſ. 195. b. Trãquillè, placidè traducere uitam. At. 82. a. Velim tranquillè à Parthis.

Tranquillitas, tis. placatio. de Or. 85. a. Locus quietis & tranquillitatis pleniſſimus. pro Mur. 137. a. Qui remoti à ſtudijs ambitionis ocium ac tranquillitatem uitæ ſecuti ſunt. Off. 14. b. Vt tranquillitas animi adſit, quæ afferat dignitatem. de Fin. 129. b. Securitas eſt animi tanquam tranquillitas. In P. 81. a. Lex Aelia & Fuſia propugnacula, muriq; tranquillitatis atq; ocij. Acad. 25. a. Tranquillitas maris. At. 97. a. Nos longis nauibus tranquillitatem aucupaturi eramus.

Tranquillo, as. placo. de Fin. 59. a. b. Tranquillare animos. Top. 229. b. Vt aut perturbentur animi, aut tranquillentur.

Tranquillus, a, um. ſedatus, pacatus, placatus, lenis, omni perturbatione carens. At. 105. b. Cætera uidentur eſſe tranquilla, tranquilliſſimus autem animus meus. pro Cl. 46. a. Mare, quod ſua natura tranquillum eſt. de Finib. 63. b. Placata, tranquilla, quieta, beata uita. de Orat. 87. b. Pacatæ & tranquillæ ciuitates. Orat. 214. a. Iſocrates in faciendis uerbis tranquillus. Tuſc. 197. a. Tranquilla & ſerena frons. Epiſt. 51. a. Tranquillus animo. Off. 20. b. Appetitus ſint tranquilli, atq; omni perturbatione animi careant. de Sen. 92. b. Tranquillo animo eſſe, & tranquillo animo conſiſtere.

Trans. Att. 191. b. Cogito trans Tyberim hortos aliquos parare. & de D. 111. a. Si sciſſet ſibi trans Euphratem eſſe pereundum. pro Quin. 2. b. & 14. b. Næuius tranſalpes uſq; transfertur. pro Mil. 115. b. Domino trans ripam inſpectante. Epiſt. 26. b. Trans montem Taurum etiã de matrimonio eſt auditum. de In. 52. a. Ego eo ipſo tempore trans mare fui. de In. 74. b. Vt qui trans flumen eſſent, uidere poſſent.

Tranſactor, oris. In V. 122. b. Timarchides rerum omnium tranſactor & adminiſter.

Trãſactus, a, um. de Or. 110. a. Sed tranſactis iam meis partibus ad Antonium audiendum ueniſtis. Tuſ. 221. a. & ad Her. 7. b. Rebus iam tranſactis & præteritis.

Tranſalpinus, a, um. Ep. 134. a. Trãſalpinæ nationes. & Poſt. 207. b. Cognatio materna tranſalpini ſanguinis. & Offic. 38. b. Tranſalpina bella. & In Ver. 132. a. Aegritomanus tranſalpinus. & pro Mur. 145. a. Tranſalpina Gallia.

Traſcendo, dis. tranſeo. In C. 119. a. Hoc malum manauit non ſolum per Italiam, ſed etiam tranſcendit alpes. de Som. 129. b. Num cuiuſquam nomen aut Caucaſum tranſcendere potuit, Gangen tranare.

Tranſcribo, bis. excribo, deſcribo. de N. 74. b. Quint. Soſius, qui tranſcripſit tabulas publicas. pro Cluen. 25. b. Oppianicus teſtamentum in alias tabulas tranſcriptum ſignis adulterinis obſignauit. ad Her. 25. a. Si ueſtra manu ta-



bulas aut orationes totas tranſcripſiſſetis.

Tranſcurro, ris. prolabor. de Clar. 191. a. Alexander & Cyrus, qui ſuum curſum tranſcurrerant. ad Her. 34. b. Ne ſine delectu temerè uideatur in rem diſſimilem transcurriſſe.

Tranſenna, næ. feneſtra, cancelli. de Or. 98. a. Eam copiã quaſi per tranſennã prætereũtes ſtrictim aſpeximus.

Tranſeo, is. traijcio, tranſmitto, tranſcendo, tranſgredior, præteruehor, trano, permeo, delabor, deflecto, abeo, accedo, defluo, leniter facio. de N. 28. a. Cum Gracchus pomœrium tranſiret, auſpicari eſt oblitus. & de D. 87. a. Quod inauſpicatò pomœrium tranſgreſſus eſſet. In P. 92. a. & Or. 210. b. Cum mare uaſtiſſimum hyeme tranſibas. & At. 128. b. Horum ſtudiorum cauſa mare tranſiui. & 128. a. Pompeius mare tranſijt. At. 106. a. Cum legis dies tranſierit. Ac. 30. a. Quædam animalis intelligentia per omnia permeat & tranſit. Tuſ. 235. b. Nulla animans in alterius animantis uitam tranſire poteſt. At. 81. a. Iulia lege tranſita, ſemel tamen in diem. Ep. 126. a. Spero tamen, ſi te uiderim, & ea quæ premant, & ea quæ impediant, me facilè tranſiturum.

Transfero, fers. traduco, confero, remoueo, transfundo, reuoco, deporto, deriuo. de Or. 96. a. Sed ſi placet, ſermonem aliò transferamus. pro Mur. 135. a. Cum te de curriculo petitionis deflexiſſes, animumq; ad accuſandum tranſtuliſſes. pro Mur. 124. a. Cum omnis poteſtas deorũ immortalium aut translata ſit ad uos, aut certè communicata uobiſcum. pro Quint. 2. b. Tollitur à præconum conſeſſu in Galliam Næuius, & trans alpes uſq; transfertur. In A. 189. a. Ad ſe omnia ex hortis ornamenta tranſtulit. de Clar. 168. b. Totumq; ſe ad artes componendas tranſtulit. pro Mil. 106. a. Clodius reliquit annum ſuum, ſeſeq; in proximum tranſtulit. In V. 216. b. Hoc translatum Carthaginem, locum tantum mutarat. pro Dom. 225 b. Cum domus in palatio, uilla in Tuſculano, altera ad alterum conſulem transferebatur. de Fat. 143. b. Quid eſt, quod non poſſit ex connexo transferri ad coniunctionum negationem? & At. 252. b. Archetypus in macrocolla trãslatus. pro Quin. R. 46. a. Quin tabulas conficiunt menſtruas, penè rationes in tabulas transferunt. In V. 134. a. Hoc idem transfero in magiſtratus. de In. 67. b. Argumenta, quæ transferri in multas cauſas poſſunt. de Or. 138. a. Nec in alias cauſas poſſe transferri. l. Definitio. Epiſt. 70. a. Transferre animum ad aliqua. pro Font. 277. b. Transferre culpam in alios. & At. 250. a. Vt omnem culpam in te trãſferas. pro Seſt. 21. a. Tranferre crimen in aliquem. Acad. 13. b. Nihil de ſuo genere transferri in aliud genus poteſt. pro Syl. 182. a. In hunc igitur gregem uos P. Syllam reijcietis? in paricidarum numerum transferetis? de Fin. 67. a. Hanc iucunditatem transfer in animum. Or. 205. a. Translata ea dico, quæ per ſimilitudinem ab alio transferuntur. & 204. b. Cum uerbum aliquod altius transfertur. Orat. 256. b. Verbum transferri, & quaſi in alieno loco collocari. Or. 202. a. Transferre uerba apertius. pro Cl. 44. a. Nec eſt probandum, illos ad notationes cenſorias exemplum à conſuetudine militari tranſtuliſſe. de In. 49. b. Transferre aliquid ex philoſophia. de Leg. 182. a. Iam cætera translata ferè ſunt de Solonis legibus. Ep. 37. a. Vt de tuo edicto totidem uerbis trãſferrem in meum. de Or. 120. a. Delegare aliquod munus ad aliquem: id eſt, in eum transferre. Part. 241. a. Ea litera de accuſatore ſolet dari iudici: id eſt, transferri in iudicem. Tuſcul. 242. b. Iuſtitia nihil in ſuam domum inde deriuet: id eſt, transferat. At.



rat. Att. 90. b. Iſtum ego locum totidem uerbis à Dicæarcho tranſtuli. pro R. P. 124. a. Hoc totidem uerbis translatum caput eſt, quod fuit ante in lege Seruilia. de Or. 147. a. Non ualde productis ijs, quæ ſimilitudinis cauſa ex alijs rebus transferuntur. de Or. 148. a. Alij à regendis ciuitatibus totos ſe ad cognitionem rerum tranſtulerunt. At. 207 b. Totam Academiam ab hominibus nobiliſſimis abſtuli, tranſtuliq; ad noſtrum ſodalem. At. 208. b. Academicen illam σύνταξιν totam ad Varronem traduximus. Off. 3. b. Similitudinem natura, ratioq; ab oculis ad animum transferens. Off. 11. a. Quod ab Ennio poſitum in una re transferri per multas poteſt.

Transfigo, gis. configo, tranſuerbero. de D. 102. a. Ipſa feris transfigens unguibus anguem. et de Fin. 85. a. Trãsfixus haſta.

Transfuga, gæ. perfuga, qui ad hoſtes profugit. de D. 101. a. Non omnia illum transfugam auſum eſſe ſenatui dicere. Sal. In C. 271. b. Leuiſſimè transfuga, neq; in hac, neque in illa parte fidem habens.

Transfugio, gis. perfugio, profugio. pro Quin. 17. b. Ab afflicta amicitia transfugere, et ad florentem aliam deuolare.

Transfundo, dis. transfero. In A. 175. a. Omnem amorem abiecit illinc, atq; in hanc transfudit. Ep. 133. b. Libentius omnes meas laudes ad te transfuderim, &c.

Tranſgredior, ris. migro. de D. 87. a. Quod inauſpicato pomœrium tranſgreſſus eſſet. & Ep. 37. b. Taurum tranſgreſſus ſum. & 167. a. Tranſgredi alpes.

Tranſgreſſio, onis. tranſitus. In P. 97. a. Alpium uallum contra aſcenſum, trãſgreſſionemq; Gallorum. de Or. 162. a. Verborum concinna tranſgreſſio. ad Her. 34. a. Tranſgreſſio eſt, quæ uerborum perturbat ordinem peruerſione, aut tranſiectione, &c.

Tranſiectio, onis. l. Traiectio.

Tranſigo, gis. decîdo, pactionem facio, conficio, abſoluo, facio, perficio, gero. In V. 125. a. Qui cũ reo tranſigat, pôſt cum accuſatore decîdat. & pro S. R. 37. a. Tranſigere atq; decidere cum aliquo. pro Quin. R. 54. a. Tranſigere cum aliquo de aliqua re. In Ver. 104. b. Quod erat uix HS. quadringentorum millium, tranſigunt HS. ducentis millibus. At. 66. b. Cum priuatis non poterat tranſigi minore pecunia. pro Cl. 25. b. Itaq; Manilius rem cum Oppianico tranſigit, pecuniam ab eo accipit. pro Quint. R. 48. b. Is ſe ternis nummis, in pedem tecum tranſegiſſe dicebat. pro Q. 18. a. Tranſigere cum aliquo qualibet, dummodo tolerabili conditione. At. 24. b. Amabo te, cura ut cum Ticinio tranſigas. pro Q. R. 53. a. Hoc tu per nunciũ tranſigere potuiſti. In C. 114. a. Atq; illud quod faciendũ primum fuit, factum atq; tranſactum eſt. Or. 209. b. Vt cũ tranſegerit iam aliquid, definiat. & de In. 49. b. Tranſigere quæ poſita ſunt in partitione. de In. 51. a. Tranſigere multas res uno tempore. & ad Her. 7. a. Ad eam rem trãſigendam. & In V. 207. b. Quod uerbo tranſigere poſſũ. In Ver. 61. b. & In C. 121. b. Tranſigere, abſoluere, expedire unumquodq;. pro Quin. 13. b. Tranſigere ſuſceptum negocium: id eſt, conficere munus ſuſceptum. Epiſt. 209. b. Negocium conficiendum curas, ipſe ſuſcipias, tranſigas. In V. 124. a. Tranſacto aut dilato iudicio. & ad Her. 7. b. Tranſacto negocio, & re tranſacta. At. 3. a. Nos hic de C. Macro tranſegimus. & In V. 160. a. Tranſigere de aliquo. Att. 3. a. Tranſigere aliquam controuerſiam. de In. 77. a. Aliquid facilè tranſigi: id eſt, fieri. In Ver. 107. b. Prima actio VIII diebus à nobis tranſacta eſt. pro S. R.



37. a. Recede de medio, per alium tranſigã. & 43. a. Quæ domi gerenda ſunt, ea per Cæciliam tranſiguntur. Epiſt. 235. a. Sin ut ego metuo tranſactũ eſt, fac uenias. Ep. 114. b. Profecto aut tranſigetur aliquid, aut turpiter intercedetur. ad Her. 3. a. Verum hoc in exercendo tranſigetur. I. A. 164. b. Quidnám homines putarent? ſi tum occiſus eſſet, cum tu illum gladio ſtricto inſecutus es? negociumq; tranſegiſſes, niſi ſe abdidiſſet. At. 194. a. Prius enim rem tranſegit, quàm, &c. At. 194. a. Bene fecit Aulus Silius, qui trãſegerit, &c. pro Q. 3. b. & 4. a. Vt quoniam ſuſpicaretur de aliqua re fore controuerſiam, uideret ut quàm primũ tota res tranſigeretur, ſed res conuenire nullo modo potuit. Q. Fr. 307. b. et 308. a. Sed res multis querelis de rep. interponendis, nulla tranſacta eſt.

Tranſilio, lis. migro, prætereo. de Or. 157. b. Tranſilire ante pedes poſita. & de Fin. 115. a. Cum autem ad ſummum bonum uolunt peruenire, tranſiliunt omnia, &c. In A. 176. b. Sed ne rem unam pulcherrimam tranſiliat oratio, ueniamus, &c.

Tranſitio, onis. de Nat. 11. b. Imagines ſimilitudine & tranſitione perceptæ. de Cl. 170. a. Tranſitiones ad plebẽ. & Ep. 189. b. Qui ſpem ſæpe tranſitionis præbuit.

Tranſitio, onis. ſeiunctio, exornatio quædam. ad Her. 32. a. Tranſitio uocatur, quæ cum oſtendit breuiter, quod dictum ſit, proponit item breui quod conſequatur. & ibi. 3. a. Rem breuiter narrare poterimus, &c. & ſi tranſitionibus nullis utemur.

Tranſitus, tus. Tuſ. 239. b. Eiuſq; foſſæ tranſitum ponticulo ligneo coniunxit.

Translatio, onis. l. tralatio. de Or. 157. a. Translationes quaſi mutuationes ſunt, cum quod non habeas, aliunde ſumas. & 103. a. Vnius uerbi translatio aut inuerſio uerborum. Orat. 205. b. Iam cum fluxerunt, continuæ plures translationes, alia planè fit oratio: itaque genus hoc Græci appellant ἀλληγορίαν nomine rectè, genere melius ille, qui iſta omnia translationes uocat. de Or. 158. a. Verecunda debet eſſe translatio. & 157. b. De translatione. In Ver. 221. b. Nomen ſuum alicui ad translationem criminis commodare. Off. 9. b. Scyllæ & C. Cæſaris pecuniarum translatio à iuſtis dominis ad alienos, non debet liberalis uideri.

Translatitius, a, um. tralatitius. In V. 99. b. Et hoc uetus edictum translatitiumq; eſſe.

Translatiuus, a, um. de In. 69. a. & 45. a. Cum autem actio translationis aut commutationis indigere uidetur, conſtitutio translatiua appellatur.

Translator, oris. In V. 266. b. Translator quæſturæ.

Translatus, a, um. Or. 205. a. Translata uerba, quaſi ſtellæ illuſtrant orationem.

Tranſmarinus, a, um. quod trans mare eſt, uel inde petitum. In A. 236. a. de Or. 155. a. Tranſmarina & aduentitia doctrina. & contra Rul. 82. a. Tranſmarina uectigalia. In V. 244. b. Accerſere res tranſmarinas.

Tranſmiſſio, onis. traiectio. In A. 154. a. Quod ab urbe ea tranſmiſſio in Græciam laudabatur. At. 66. a. Nauigationem me herculè ualde timebam, recordans ſuperioris tuæ tranſmiſſionis.

Tranſmitto, tis. tranſeo. de N. 51. a. Grues cum maria tranſmittunt, trianguli formam efficiunt. At. 125. b. Lentulum antè puto tranſmiſſurum, quàm potuerit conueniri. & Quin. Frat. 312. a. Aiebant te prima nauigatione tranſmiſſurum. de Diuin. 119. b. Cæſar in Africam transmiſit. pro Pom. 10. a. Cum exercitus noſtri Brunduſio

tranſmi-

transmiserunt.pro Pom.4.a.Omne meum tempus amicorum temporibus transmittendũ putaui.de Fin.145.a.Cur maria transmisit? At.255.a.Pestanum & Vibonensem, utrunq; pedibus & equis transmisimus. pro Pom.12.a. Quis dubitat,quin hoc tantum bellum Pompeio transmittendum sit?

Transnumero,as.ad Her.39.b. Si hodie uis transnumerari.

Transpadanus,a,um.Ep.29.a.Off.69.At.69.73.

Transporto,as.traijcio,transfero.At.112.b. De pueris in Græciam transportandis tum cogitabam.& 129.b. Vt copiæ nauibus Dyrrhachiũ transportarentur. I.P.89 b.Macedonia,in quam tantum exercitũ transportaras. At.224.a.Quid eas quas Anius transportauit?

Trãstra.sedes in naui in quib.sedẽt remiges.I.V.263.

Transtyberini pop.At.194.a.

Transuectio,nis.Tuſ.150.a. Transuectio Achærõtis.

Transuehor.traijcior,transeo.de Fin.136.b.
Nam nemo hæc unquam est trãsuectus cærula cursu,
Quin prius astiterit uocum dulcedine captus.

Transuerbero,as.transfigo.Ep.95.a.& Tuſ.180.a. Cum præclara bestia uenabulo transuerberatur.

Transuersus,a,um.)(.Obliquus.In V.228.a. Vna uia lata perpetua,multæq; transuersæ Syracusis. At.68.a. Nunc uenio ad transuersum illum epistolæ tuæ uersiculũ. de Vn.200.a.Orbium motio transuersa.de Or.155.a. M. Manlius transuerso ambulans foro.Att.210.a.In omni uita sua quenq; à recta conscientia transuersum unguem nõ oportet discedere. & Acad.15.a. Ab hac mihi non licet transuersum,ut aiunt,digitum discedere. Att.240.a.& Acad.30.b.Ecce autem de transuerso L.Cæsar,ut ueniam ad se rogat.& ad Her.27.a.Ecce tibi è transuerso,&c. de Clar.196.b. Cuius in adolescentiam per medias laudes quasi quadrigis uehentem transuersa incurrit misera fortuna reipub.

Transuolo,as. Ep.163.b.Num etiam alpes poteram transuolare?Pollionis.& ad Her.31.a. Oceanum Macedonum gloria transuolasset.

Trapezophoros.statua erat pro tripode,ad mensam sustinendam. Epist.106.a.Quod tibi destinaras trapezophoron,si te delectat,habebis.

Trasimenus lacus.pro S.R.33.a. & de Cl.169.b.C. Flaminius,qui apud Trasimenum fuit interfectus.

Trebulanus ager.At.69.

Trecenti,æ,a.de Fin.85.a.

Tremebundus,a,um.tremens.pro Dom.240.b.& In Ar.Is postem tremebunda manu tetigit.ad Her.20.b.Tremebunda uox.

Tremefacio,cis.concutio.de D.84.a. Aut cum se grauido tremefecit corpore tellus.poetæ.

Tremefactus,a,um.concussus.Off.37.b. Quamuis enim tremefacta sit libertas,tamen,&c.

Tremo,mis.contremisco.Acad.13.a.Qui tremunt & exalbescunt obiecta re terribili.& Tuſ.219.b.Tremere toto pectore.& Quin.Fr.290.b.Tremo animo. de Orat. 135.a.Sapiens si algebis,tremes.In P.95.b. Timidus ac tremens.& 101.a.Horrens,tremens.Quin.Fr.322.b.Tremẽti uoci.Orat.205.a.Africa terribili tremit horrida terra tumultu.Ex Ennio.

Tremor,oris.Tuſ.213.a.& Ac.13.a. Terrorem pallor & tremor,& dentium crepitus consequitur. pro Fl. 148.a.Tamen id quod dixit,quanto cum pudore,quo tremore & pallore dixit?



Tremulus,a,um.crispus,radiatus.de N.47.b.Magnũ leo tremulam quatiens è corpore flammam. de D.84.a. Vidisti & claro tremulos ardore cometas.In A.Tum fixũ tremulo quatietur frigore corpus.de D.83.a.Haud modicos tremulo fundens è gutture cantus.poetæ omnia.

Trepidatio,onis.metus,commotio.pro Deiot.147.b Num quæ trepidatio?num qui tumultus?

Trepido,as.metuo.de Or.158.b.At Romanus homo, &c.corde suo trepidat.

Tres tabernæ.At.7.28.29.30.

Tres uiri.contra Rul.72.

Treuiri pop.Ep.102.

Triangulus,li.de N.51.a.Grues cum maria transmittunt,trianguli formam efficiunt. & ibid. Basis trianguli, quam grues efficiunt.de D.127.a.De triangulis & quadratis astrologorum.l.Quadratus.

Triarius,rij. At.132.a.*

Tribuarius,a,um.ad tribus pertinens, nã à tribu dicitur.pro Pl.268.b.In hoc sodalitiorum tribuario crimine. 266.b.Tribuaria res.

Tribulis,lis.curialis.pro Sex.Roſ.25.b. Possum multos proferre uel tribuleis,uel uicinos meos, qui, &c. & Quin.de Pet.209.b. Qui apud tribuleis suos plurimum gratia possunt. Attic.17.a.C.Herennius tribulis tuus est. & 13.a.Singulis tribulibus. In Vat.* Marsi & Peligni tribules tui. pro Plan.260.b.Tribules decuriare. Epist. 225.a.& 198.b. L. tribulis & municeps,& familiaris meus.

Tribunal,lis.propriè iudicis sella,puteal.In V.127.b. Prætor de sella ac tribunali pronunciat,si quis,&c. & de Or.98.b.Nobis in tribunali Quin.Pompeij prætoris urbani sedentibus.de Cl.192.a.Hoc oratori contingat, ut cũ auditum sit eum dicturum,locus in subsellijs occupetur,cõpleatur tribunal,&c.In Vat.33.a.Fecisti ante rostra pontem continuatis tribunalibus.Post.200.b.& pro Dõ.224 a.Aurelium tribunal.Ep.36.b.& 37.a.Pro tribunali. & In P.81.b.Pro tribunali Aurelio.

Tribunatus,tus.magistratus qui auxilij causa constitutus est.pro Q.11.b.& Antequam.197.a. de Or.87.a. Cotta,qui tribunatum plebis petebat. & pro Sest.20.b. Fretus sanctitate tribunatus.Q.Fr.316.b.M.Curtio tribunatum ab Cæsare petiui.

Tribunitius,a,um.de Or.120.a. Tribunitia potestas. & contra Rul.194.b.Tribunitius furor. & Q.Fr.316. b.Tribunitij candidati.In A.253.a.Tribunitius uir.

Tribunus,ni.quasi ephorus, apud Romanos populi defensor,& custos.Tribunus militum,magister militum. contra Rul.69.a.Tribunus plebis, quem maiores præsidem libertatis custodemq; esse uoluerunt.de L.187.a. Vt Lacedæmone ephori regibus oppositi sunt,sic apud nos cõsulibus Tribuni.pro Q.5.a. Appellantur tribuni,à quibus cum esset certum auxilium petitum,tamen, &c. pro Q. 5.a.& 11.b. Non est iudicio defendere, cum auxilium à tribunis petas. & ibidem. Ita tamen more & instituto, per eum magistratum,qui auxilij causa constitutus est. & 12.a.Quid si M.Brutus incercessit?uidetúrne intercessisse appellatio tribunorum,non more, sed auxilij causa? de Orat.126.b.Tribuni ex templo pulsi,cum intercedere rogationi uellent. Attic.279.a. Nemo Tribunus plebis,nemo alio magistratu autor extitit. pro Dom.224.a.Hæc furiosa uis uesani Tribuni plebis. de Pro.79.b.Si patritius Tribunus plebis fuerit,contra leges sacratas fuisse. At.11.a.& Quint.Fr.311.b.Tribuni ærarij,qui militibus pecuniam



pecuniam numerabant.& 317.a.Qui unà cum senatoribus & equitibus iudicabant.Ep.243.b. Quinq; cohortes sine legato,sine tribuno militum,deniq; etiam sine centurione ullo.Q.Fr.316.a.Hoc autem est eius quotidianum, se ne Tribunum militum quidem facere. pro Cluen.38.a. Qui M.Aemilio clarissimo uiro legati & præfecti & tribuni militares fuerunt.de Sen.83.a.Cum Tribunus militaris depugnaui apud Thermopylas.& de Am.113.b. Lex C.Papyrij de trib.pl.reficiendis.Ep.170.b. Cum Tribuni pl.edixissent,senatus adesset,ad XIIII.Calend.Ian. haberentq; in animo de præsidio Coſ.designatorum referre. de Leg.185.b.Plebes,quos pro se contra uim auxilij ergò diem creasset,Tribuni eius sunto. Acad.16.b.Tantum enim te modo monuit,ut caueres,ne quis improbus Tribunus plebis,quorum uides quanta copia semper futura sit, arriperet te,& inquireret, quî tibi constares, cum idem negares,quicquam certi posse reperiri, idem comperisse te dixisses.

Tribuo,is.do,impertio.Off.4.a.Hominum societatẽ tueri,& suum cuiq; tribuere.Item:O dij immortales, uobis enim tribuam,quæ uestra sunt, nec uerò possum meo tantum ingenio dare,ut,&c.pro Syl.168.b. & de D.81. a.Nec testimonio fidem tribui conuenit,nec defensioni autoritatem.pro Cæl.43.a.Tribuere silentium orationi alicuius.pro Cor.62.b.Tribuere beneficium, tribuere præmium,tribuere ciuitatem.de Som.131.a. Quis animis hãc naturam esse tributam neget?Quin.Fr.327.b. Pompeius Miloni nihil tribuit,omnia Guttæ.Or.202.a. & de Clar. 172.a.Vt non sine causa Demosthenes tribuerit primas et secundas & tertias actioni.de Clar.169.b. Tribuere suauiloquentiam alicui.de Or.156.a. Plus enim aliquanto attulisti,quàm tibi esset tributum à nobis ac denunciatum. de Or.89.a.Tamen huic ipsi multa tribuat & concedat necesse est.de Clar.192.a.Tribuere sapientiam eis, qui eã sibi arrogant.& Quint.Fr.295.b. Tribuere humanitatem alicui.de Or.112.b.Cui primum hunc honorem tributum puto.& Ep.69.a.Tribuere præconium alicui.de N. 1.b.Tribuere pietatem,sanctitatem,& religionem numini deorum. de Cl.181.b.Ille mihi beneuolentia credo ductus tribuebat omnia.At.154.b.et de Fin.79.a.Pater eius, cui semper uni tribui plurimum. Epist.213.b.Si ei tantum tribueris,quantum cui tribuisti plurimum. Epist.207.a. Cum ordini publicanorum semper libẽtissimè tribuerim. de D.138.b.Nihil prorsus somnijs tribuendum est. Offic. 16.a.Pompeius hoc mihi tribuit,ut diceret se frustra,&c. pro Pom.5.b. Initia illa præclara non felicitati eius, sed uirtuti:extrema autem hæc non culpæ,sed fortunæ tribuenda uidentur.Epist.46.a.Tantum tibi tribuo, quantum mihi arrogo. de Am.97.b. Tu autem quod tantum mihi tribuis,quantum ego nec agnosco,nec postulo, facis amice.Offic.21.b.Qui aliquid tribuunt uoluptati. & ibidem: Altera quæ propriè singulis est tributa. de Orat.150.a. Sed plus operæ foro tribuebat, amicis, rei familiari. de Am.98.a.Qui mortuis tam religiosa iura tribuerũt. pro Mil.119.b.Tribuere misericordiam alicui. Epist.55.b.& Off.12.b.Tribuere officium alicui.Ep.27.a. Quod illi tribuebatur ignauiæ,de nobis id existimari posse non arbitror.de Am.110.a.109.b.Tantum cuiq; tribuendum est, quantum ille quem diligas atq; adiuues, sustinere poſsit. At.246.b. Vt ergo in eiusmodi re tribues nobis paulum operæ.& 253.a.Hæc ego conscendens è Pompeiano tribui actuariolis decem scalmis.Off.10.a. Primum illud est in officio,ut ei plurimum tribuamus,à quo plurimum diligimur.& 33.b.Cum philosophiæ multum discendi causa temporis tribuissem.de Sen.90.a. Lacedæmoniæ plurimum tribuitur ætati.



Tribuere.pro distribuere,diuidere.de Clar.178.a.& Or.198.a.

Tribuere rem uniuersam in partes.de Fin.67.b.Omnem uim loquendi,in duas tributam esse partes.

Tribus,bus.curia.de Leg.185.a.Populi partes in tribus distribuunto.contra Rul.69.b. Triumuiri nunquam nisi per triginta quinq; tribus creati sunt. & In Ver.78. b.V.& XXX tribus. pro Mur.134.a.Multæ tribus, quæ ex municipijs Vmbriæ conficiuntur. pro Plan.167. a.Tribus Terentina,Volitinia,Lemonia,Crustumina. & In Ver.130.a.Palatina tribus.contra Rul.81.b. A Romulia tribu incipere,atq; ordinem tribuum negligere.de Or. 88.a.Romulia tribus rusticorum uidetur fuisse Tib. Gracchus libertinos in urbanas tribus transtulit.In Ver.70.b. Diuisores omnium tribuum noctu ad istum uocati. pro Cluen.42.b.In ærarios referri,ac tribu moueri. et de Or. 134.a.Censor centurionem quendam notatum tribu mouit.In A.234.a.Africanus duas tantum tribus tulit.et pro Plan.270.a.De ferendis tribubus,quid sit ferre tribum, et quid sortitio ædilitia.pro Pl.266.b. Tribum edi ab accusatore.& 267.a.Cum reo tribus ederentur.pro Cor.60.b. Vidi ego nonnullos ciues nostros Athenis in numero iudicum atq; Areopagitarum certa tribu, certo numero. At. 13.a.Qui nummos in tribu pronunciauerit si non dederit,impunè sit.& 23.a.Fauonius meam tribum tulit honestius,quàm suam Lucceius perdidit. In A.161.a. Aut tum cum es factus augur,unã tribum sine decurione ferre potuisses?In A.207.b.Num quisquam est uestrûm, qui tribũ non habeat?certe nemo.atqui illum quinq; & triginta tribus patronum adoptarunt.Tribus Aemilia,A.At.30. Aniensis.Ep.117.2.u.or.270.Crustumina.67.267.Lemonia.267.Metia.At.63.Narniensis.2.u.or.81. Oriculana.81.Palatina.1.u.or.124.Popilia.Ep.117. Pontina.At. 63.Pupinia.Ep.117.At.308.Quirina.Ep.117.Romilia. 1.u.or.70.Terentina.2.u.or.267.Veientina.267. Velina.At.63.Volitinia.2.u.or.267.

Tributarius,a,um.stipendiarius,uectigalis.In V.234 a.Tabellæ non commendatitiæ,sed tributariæ.

Tributim.per singulas tribus.pro Mur.140.a. Si gladiatoribus uulgò locus tributim esset datus.& 141.a. Spectacula tributim sunt data.& pro Fl.149.a.Tributim & centuriatim descriptis ordinibus.At.64.b. Scaurus populo tributim domi suæ satisfecerat.

Tributio,onis.distributio.de N.12.a. Eam esse naturam,ut omnia omnibus,paribus paria respondeant: hanc ἰσονομίαν appellat Epicurus:id est,æquabilẽ tributionẽ.

Tributum,ti.omne id appellatur,quod à subditis magistratibus tribuitur,et penditur.I.V.135.a. Siculi ex cẽsu quotannis tributa conferunt.& 169.a.Imacharenses tributũ ferre coegisti. pro Fl.150.a. Duæ rationes pecuniæ conficiendæ aut uersura,aut tributo.& ibi. Tributi confectio.& 155.b.Mẽsa publica numerat aut ex uectigali, aut ex tributo.Ep.35.a.Cum ad me aditum esset ab ijs,qui dicerent à se intolerabilia tributa exigi.ad Br.289.a.b. Tributũ,&c.centesima collatum,impendenti censu locupletum.I.A.178.a.Pecunia,quæ nos à tributis poſset uindicare.Ep.201.a.Vt optimè meritis militibus promissa soluãtur,quod fieri sine tributo posse non arbitror.At.84.b.et 85.a.Et tamen sic nunc soluitur tricesimo quoq; die talẽta Attica triginta,& hoc ex tributis.Q.Frat.294.b. Sumptus &

ptus & tributa ciuitatum tolerari æqualiter. Off.48.b. Danda eſt opera, ne tributum ſit conferendum. Of.49.a. Vnius imperatoris præda finem attulit tributorum.

Tributus,a,um. ut tributa comitia, quæ ex omnibus tribubus conſtabant. de Leg.193.a.

Tricalinum,ni. locus in Sicil. In V.237.a.

Tricæ,carum. impedimenta. Ep.115.a. Vt plus biennium in his tricis moretur. & At.161. Ep.115.

Tricenus,a,um. ad Her.22.a. Paulo plus aut minus pedum tricenum.

Triceps,tis. Orat.212.a. Tricipitem, non tricapitem dicimus. Tuſc.150.a. Triceps apud inferos Cerberus. & Or.212.b.

Triceſimus,a,um. Off.38.b. Triceſimo anno pòſt. & Epiſt.283.b. Triceſimo pòſt die. At.84.b. Triceſimo quoque die.

Tricies. In V.95.

Triclinium,nij. conclaue, cœnaculum. pro Mur. 142. a. Atq; ille rogatus, ut triclinium ſterneret, ſtrauit pelliculis hœdinis lectulos punicanos. & In V.160.b. Apronius triclinium in foro ſtrauerat. & 170.b. Imperauit, ut in foro ſibi medio lecti ſternerentur. & 145.b. Quinquaginta tricliniorum lecti. de Or.* Quãdo Galba de triclinio tuo exibis? cum tu, inquit, de cubiculo alieno. At.221.b. Triclinium, ubi cœnaturus ipſe Cæſar eſſet. At.222.a. Tribus triclinijs accepti οἱ περὶ αὐτὸν ualde copioſè.

Tricor,aris. nugor, nugas ago. At.244.b. Brutus Vectenum accuſat, tricatur ſcilicet. At.234.b. Publius tecum tricatus eſt.

Triduum,dui. pro Mil.106. b. Clodius reſpondit illũ triduo, ad ſummum quatriduo eſſe periturum.

Triennium,nij. de Cl.179.

Trierarchus. trieris, id eſt, triremis nauis præfectus. In V.86.

Triens,tis. aßis pars tertia. At.106.b. Dolobellam uideo Liuiæ teſtamento cum duobus cohæredibus eſſe in triente. & ibi Cum ſciemus quantum ſit in trientis triente. ad Her.4.b. Lex frumentaria de ſemißibus & trientibus.

Trieteris,dis. trium annorum ſpaciũ. de N. 71.a. Trieterides à Dionyſio quinto conſtitutæ putantur.

Trigeſimus,a,um. de Sen.80.b. & pro Fl.150. b. Cuius à morte iam tertius & trigeſimus eſt annus.

Trinundinus,a,um. tertiæ nundinæ. In A.195. a. Vbi promulgatio trinũdinum. Ep.261.a. Neq; ſe iam uelle abſente ſe rationem haberi ſui, ſe præſentem trinundinum petiturum. Item: Lex non iure lata dicebatur, niſi trinundino antè eſſet promulgata.

Trinus,a,um. In P.100.a. Nulla trinis æſtiuis gratulatio. Att.58.b. Caſu enim trinas acceperam. Trinundinum. l. Nundinum. Att.181. a. Tullia mea literas reddidit trinas.

Triones,num. boues. de N.47. a. Quas noſtri ſeptem ſoliti uocitare triones.

Tripartitò. aduer. ad Her.30. Top.225.

Tripartitus, uel tripertitus. ad Her.11. de In. 43. pro Seſt.23. Off.54.

Triplex, cis. Tuſcul. 152. b. Plato triplicem finxit animam.

Tripliciter aliquid commutare. ad Her.37.a.

Triplus,a,um. de Vn.199.a. Deinde inſtituit dupla et tripla interualla explere.

Triptolemus,mi. ad Her.25.b.

Tripudiare. ſaltare. pro Seſt.

Tripudium,dij. de D.123.b. Sed quia cum pulli paſcũtur, neceſſe eſt aliquid ex ore cadere, et terram pauire terripauium primò, pòſt terripudium dictum eſt, hoc quidẽ iam tripudium dicitur. cum igitur offa iam cecidit ex ore pulli, tum auſpicanti tripudimum ſoliſtium nunciant. & 112.b. Etiam ſi tripudium ſoliſtimum pulli feciſſent. de D. 86.a. Hoc quoq; quod dixi coactum tripudium ſoliſtimũ dicitis. & ibi. Tripudium fieri, ſi ex offa quid in ſolum caderet. & de N.27.b. Cum C. Flamminius tripudio auſpicaretur, pullarius diem prælij committendi differebat, quòd pulli non paſcerentur. Item: Cum cauea liberati pulli non paſcerentur.

Tripus,odis. inſtrumentum tribus pedibus conſtans, quo menſæ ſuſtinentur. Trapezophoros. de N. 67.b. Hercules, quẽ concertaſſe cũ Apolline de tripode accepimus.

Triremis, mis. nauis tres remorum ordines habens. In Ver. 244. b. Nauem maximam triremis inſtar ædificauit.

Triſticulus,a,um. de D. 101.a. Paulus filiolam ſuam animaduertit triſticulam.

Triſtificus,a,um. de D.82.b. Triſtificas certant Neptuno reddere uoces. & 84.b. Voces triſtificas chartis promebat Hetruſcis poetæ.

Triſtis,ſte. mœſtus, mœrens, dirus. )( Remiſſus, hilaris, bono animo. In V.206.b. Is triſtis & conturbatus domum redijt. & de D.93.a. Qui cum te triſtem uidiſſet, bono animo eſſe iußit. pro Cæl.40. a. Cum triſtibus ſeuerè, cum remißis iucundè. pro Mur.134. b. Vidéſne illum triſtem, demiſſum? iacet, diffidit, &c. de Or. 235. b. Seuerus ac triſtis uultus. de Clar. 174. b. Triſte ac ſeuerum genus dicendi. Att.116.b. Cum dediſſem ad te literas triſtes, & metuo ne ueras. de D.115.b. Cum triſtißima exta ſine capite fuerint, quibus nihil dirius uidetur eſſe. de D.100.b. Quod auſpicibus triſtißimum uiſum eſt. In P.86.a. Omnibus triſtißimis aliquem exeunte perſequi. de Fin.89.b. Maiores noſtri ærumnas triſtißimo uerbo nominauerunt. ad Brut.90.b. Triſtes de Bruto nuncij afferebantur. de Pro. 78.a. Medium illud triſtißimum tempus, &c. pro Mur. 134.a. Quid tua ſors? triſtis, atrox, &c. pro Quint. 10. b. Quintus natura triſti ac recondita fuit. Epiſt.23.a. Triſtia tempora. )( Secunda tempora. Epiſt.57.b. Tuorumq; triſtißimo meo tempore meritorum erga me memoriam conſeruabo.

Triſtius. Ep.57.a. Quo facilius quibus eſt iratior reſpõdere triſtius poſſet. de Sen.91. a. Adoleſcentes grauius ægrotant, triſtius curantur: id eſt, difficilius.

Triſtitia,tiæ. ſeueritas. )( Lætitia, hilaritas. At. 200. a. Hilaritatem illam, qua hanc triſtitiam temporum condiebamus, in perpetuum amiſi. & 128. a. Triſtitiam illorum temporum non ſubijſſem. Ep.38.b. Propter quandã triſtitiam temporum. de Am.108.b. Triſtitia autem, & in omni re ſeueritas abſit. de Cl.173.a. Homo ipſa triſtitia & ſeueritate popularis. de Or.115.a. Iudex tum ad triſtitiam, tum ad lætitiam eſt contorquendus. de N.46.b. Receſſus ſolis quaſi triſtitia quadam cõtrahit terram. de Or. 87.a. Vt cum lauti accubuiſſent, tolleretur omnis illa ſuperioris triſtitia ſermonis. Ep.70.b. Lachrymis & triſtitia te tradidiſti. de Or.130.b. Triſtitiam & ſeueritatem mitigare & relaxare. de Or.140.a. Acutè & hilarè dicto aliquem à triſtitia atq; ab acerbitate deducere. Off.8.b. Lenitate uerbi triſtitiam rei mitigante. & Poſtquam. 207.a. Simulata triſtitia. ad Her.21.a. Hilaritas. )( Triſtitia. )( Mediocritas uultus.

Tritia,



Tritia, uel Trittia. opp. At.90.a.

Triticum,ci. frumentum. Of.62.a. de D.96.b. & 122 b. Midæ dormienti formicæ tritici grana in os congeſſerunt. I.V.186.a. Sexaginta millia modiûm tritici.

Triton,onis monſtrum ex homine & piſce conflatũ. de N.16.b. Qualis ille maritimus Triton pingitur, natantibus inuehens belluis, adiunctis humano corpori. At.28.a Tritones piſcinarum. de hominibus quibuſdã hoc dicitur.

Tritonia armipotens, &c. id eſt, Pallas. Antequam. 196.b.

Tritus,a,um. decantatus, contritus, peruagatus, contemptus. de Cl.191.a. Via laudis, quam maiores eius ei tritam reliquerunt. & tritas uias relinquere. l. Indago. I.A. 154.a. Iter illud quod tritum in Græciam eſt. Ac.44. Verbum uſitatum ac tritum. Off.7.b. & 67.b. Tritum ſermone uel uetuſtate prouerbium. de D.110.b. Sic Sorites ſatis latino ſermone tritus eſt. pro Fl.160.a. Quid porrò in Græco ſermone tam tritum ac celebratum eſt? quàm ſi quis, &c. Item: Res trita, communis, & peruagata. Ep. 135.b. Habere aures tritas notandis generibus Poetarum. de Cl.175.b. Tritæ noſtrorum hominum aures, & eruditæ ciuitas.

Tritus,tus. de N.31.a. Lapidum conflictu atq; tritu ignis elicitur.

Triuium,uij. area in urbe, ſiue ſpacium quod ſe findit in tres uias, aut ubi tres uiæ concurrunt. cont. Rull. 62.a. In triuijs aut in cõpitis auctionari. & pro Mur.126.b. & de D.106.a. Arripere maledictum ex triuio.

Triumphalis,le. I.P.89.b. Prouincia, quæ fuerit ex omnibus una maximè triumphalis. In Sal.275.a. Bis triumphalem fieri. I.P.91.a. Porta triumphalis. & 92.b. Vehicula triumphalia.

Triumpho,as. triumphum ago, Capitolium curru inuehor, in Capitolium cum inſigni illa laurea inuehor. pro Mur.126.b. Sedere in equis triumphantium prætextati potißimum filij ſolent. & ibidem: Vt rebus communiter geſtis penè ſimul cum patre triumpharet. & 127.b. Pater amplißimè atq; honeſtißimè ex prætura triũphauit. pro Planc.272.a. Iis commißi ſunt magiſtratus, in quibus re bene geſta triumpharent. pro Pomp.15.b. Quid tam inauditum, quàm equitem Romanum triumphare? at Pompeius triumphauit. Epiſt.24.b. Spes triumphi in qua ſatis glorioſè triumpharem. de Pro.76.a. Is in Capitolium inuehi uictor cum inſigni illa laurea geſtit. pro Clu.20.b. Palàm exultare lætitia, & triumphare gaudio. At.152.a. Meum factum abs te laudari triumpho & gaudeo. Lætari, exultare, triumphare. l. Lætor. I.V.260.a. Lætaris tu in omniũ gemitu, & triũphas. At.11.a. Plus accuſatori dabatur, q̃ poſtulabat, triũphabat. I.C.104.b. Hoc ipſum in quo exultat & triumphat oratio mea. I.A.234.a. Africanus de Numantinis triumphauit. & 217.b. Ex tranſalpinis gentibus triumpharunt. Att.99.b. Cæſar triumphat de ſententia Catonis. pro Fl.152.b. Acinas pugil Olympionices, hoc eſt apud Græcos popè maius & glorioſius, quã Romæ triumphaſſe. Off.38.a. Vidimus ex ea urbe triumphari, ſine qua nunquam imperatores noſtri ex tranſalpinis bellis triumpharunt.

Triumphus,phi. corona laurea, laurus. uictoris ducis aut imperatoris pompa. pro Corn.56.b. Qui tot habuit triumphos, quot oræ ſunt terrarum. de Somn.127.a. Cum triumphũ egeris. & In V.256.a. Agere triumphum de aliqua re. Epiſt.40.a. Ages uictor ex inimicorum dolore triumphum. Offic.16.a. Pompeius dixit fruſtra ſe tertium triumphum deportaturum fuiſſe, niſi, &c. pro Mur.131.b. Triumphus M. Curij de rege Pyrrho. Epiſt. 66.a. Quaſi uerò nõ iuſtißimi triumphi in Dalmacia res geſſerim. I.V.249.b. Viuum tu illum ſeruabas, quem per triumphum credo, quem ante currum tuum duceres. & 251.b. Ducere captiuos per triumphum. In Vat.36.b. Omnes ita te oderunt, ut repulſam tuam triumphum ſuum duxerint. ad Heren.40.b. Vrbs trophæis ornata, triumphis ditata. Ep.247.b. Si triumphi prærogatiuam putas ſupplicationem. In P.92.a. Quid eſt quod confecto formidoloſißimo bello coronam illam lauream tibi tantopere decerni uolebas à ſenatu? In Ant.260.b. Is demum eſt mea ſententia, iuſtus triumphus ac uerus, cum bene de rep. meritis teſtimonium à conſenſu ciuitatis datur. In Piſ. 92.b. Diſſeres de triumpho, quid tandem habet iſte currus? quid uincti ante currum duces? quid ſimulachra oppidorum quid agendum? quid aurum? quid legati in equis, & Tribuni? quid clamor militum? quid tota illa pompa? quid uehi per urbem? &c.

Triumuiratus,tus. triumuirorũ munus. de Cl.*. Qui quidem in triumuiratu iudicauerit, contra P. Africani auunculi ſui teſtimonium.

Triumuir,ri. Or.211. Triumuiri capitales.

Trochæus,chæi. choreus uel chorius, cordax. de Or. 159.b. Cum ſint numeri plures, iambum & trochæum frequentem ſegregat ab oratione Ariſtoteles. & Or.216. a. Trochæus, qui eſt eodem ſpacio quo choræus, cordax ab Ariſtotele appellatur. Orat.215.b. Spondeus & trochæus, quòd alter ex longis conſtat, alter breuibus fit. & 216.a. Trochæus temporibus & interuallis eſt par iambo. – ᴗ, ᴗ –.

Trœzen,nis. opp. Off.61.b.

Troglodytæ, tarum. populus in Aethiopia. de Diuin.127.b.

Trogini pop. de D.125.

Troia,iæ. I.V.216.b. Aeneas fugiens à Troia. & de Am.110.a. Neoptolemus Troiam accepit.

Troianus,a,um. pro Mur.143.a. Intus eſt equus Troianus. & de D.125.b. & Ep.

Troicus,a,um. de Cl.168.a. Troicis temporibus. & 67.a. Troicum bellum.

Trophæum,phæi. indicium uictoriæ. I.P.99.a. Hic in Macedonia trophæa poſuit, quæ bellicæ laudis uictoriæq; inſignia & monumenta ſunt. & de Pro.79.b. Macedonia, quæ erat antea munita plurimorum imperatorum non turribus, ſed trophæis, quæ multis uictorijs erat triumphisq; pacata. pro Dom.233.a. Non eſt habitandũ in ea urbe, in qua trophæa de me uideam conſtituta. de In. 71.a. Thebani æneum in finibus ſtatuerunt trophæũ. pro Arch.180.a. Noſtra ſunt trophæa, noſtra monumenta. ad Heren.40.b. Vrbs trophæis ornata, triumphis ditata. & de Fin.86.b. In V.131.b. Signum cupiditatis, trophæũ neceßitudinis, indicium amoris. de In.55.b. & de Fin.86.b. Clarum & exornatum trophæum. Tuſc.172.b. Salaminium trophæum.

Trophoniana Charonis narratio. At.90.a.

Trophonius,nij. de N.69.a. An Amphiaraus deus erit & Trophonius? & 70.b. Mercurius is, qui ſub terris habetur idem Trophonius. de D.96.a. Cum apud Lebadiam Trophonio res diuina fieret.

Tropus,pi. modus. de Cl.170.b. Verborum immutationes, quos appellant τρόπους. de Or.157.

Trucidatio,onis. cædes, clades. I.A.193.b. Trucidatio

ciuium ante.& Q.Fr.306.b.

Trucido,as.pluribus uulneribus concido. I.C.121.a. Qui nos,coniuges,liberos noſtros trucidare uoluerunt. I.C.99.a.& de Ar.243.b.Quos ferro trucidari oportebat,eos nondum uoce uulnero.pro S.R.20.b.Ante oculos iudicum trucidari.Ep.60.bQui ſenatum trucidare uoluerunt.pro Pom.5.a.Qui una die ciues Romanos necandos trucidandosq; denotauit.

Truculenter.atrociter.contra Rul.68.b. Rullus truculentius ſe gerebat quàm cæteri.

Truculentus,a,um.terribilis aſpectu,trux,atrox.pro Seſt.6.b.Alter truculentus & terribilis aſpectu.de N.47.b.Aduerſum caput huic Helice truculenta tuetur.ad Her.26.a.Scelus nefarium & truculentum.

Trudo,dis.impello.At.13.a.de Ar.258.a.Quò ne trudamur dij immortales nos admonent.Tuſ.173.b.Trudi ad mortem. Att.56.a.Cum ſe ad ſupplicium præſens trudi uideret.

Trulla,læ.I.V.214.a.Erat etiam uas uinarium ex una gemma pergrandi.Trulla excauata cum manubrio aureo.& ibi.Trulla gemmea.

Truncus,ci.ſtipes.deOr.159.b.In arboribus truncus, rami,folia.& de N.50.a.Trunci obducuntur libro aut cortice.& de D.102.a.Truncus arboris. de Sen.88.a. Terra ex minutiſsimis ſeminib. tantos trũcos ramosq; procreat. In Arat.Denudat folijs ramos & cortice truncos. Tuſcul.208.b. Stirpes ægritudinis trunco euerſo omnes elidendæ ſunt.Orat.202.a. Non ad numerum articulus cadens, trunco magis toto ſe ipſe moderans, &c. pro Qu.R.49.b.Nemo illum ex trunco corporis ſpectabat, ſed ex artificio comico æſtimabat. de N.18.a.Qui poteſt eſſe in eiuſmodi trunco ſapientia? I.P.183.b. Qui tanquam truncus atq; ſtipes,ſi ſtetiſſet modò, poſſet ſuſtinere tamen titulũ conſulatus.

Trutina,næ.ſtatera. de Or.123.a. Ad ea probanda, quæ non aurificis ſtatera, ſed quadam populari trutina examinantur.

Trux,cis.truculentus,atrox.con.Rul.79.b.Horridus & trux tribunus pleb.de D.136.a.Ceruice anguina,aſpectu truci.de N.47.a.È trucibusq; oculis duo feruida lumina flagrant.

Tu.perſona tua. pro Rabir.92.b. Tu mihi etiam legis Portiæ,tu Gracchi,tu horum,&c.mentionem facis. l.Tute.

Tuba,bæ.buccina.I.C.107.a.Cum tubas & ſigna militaria ſcirem eſſe præmiſſa.pro Syl.170.a. Ille arma miſit,cornua,tubas,falces.& pro Mur.132.a.Tubarũ ſonus. ad Her.28.b.In bello ſonitum tubæ ferre non potes.

Tubus,bi.fiſtula.de L.169.b.Ductus aquarum, quos iſti tubos & euripos uocant.

Tuendus,a,ũ.Ep.14.a.Nunc à quibus tuendus fuerat, derelictus eſt. Ep.3.b.Ad tuam dignitatem tuendam.

Tueor,eris.tutor,conſeruo,ſeruo,cuſtodio,foueo,præſideo. de L.171.a.Ille cœlum atq; terras tuens & regens deus.At.15.b.Sic tueor ut poſsum illam à me conglutinatã concordiam.pro Pom.6.a.Quæ accepiſtis, tueri & conſeruare non poſſe. I.V.232.b.Vt quiſq; eis rebus tuendis conſeruandisq; præfuerat.Ep.44.b.Quomodo ea tuear, quæ mihi tuenda ſunt.& 72.b.Tuenda tibi eſt dignitas.I.C.117.a.Quæ geſsi in cõſulatu,priuatus tuebor atq; ornabo. contra Rull.67.a.Cogitatio tuendi conſulatus. I.C.123.b.Quæ quidem non minore labore tueor quàm comparo.Poſt.205.a.Non legum præſidio ſed parietum, uitam ſuam tuebantur.pro Seſt.11.a.Hæc ea conditione geſſeram,ut meum factũ ſemper omnes præſtare tueriq; deberent.de Or.99.a.Armis prudentiæ cauſas tueri atque defendere.pro R.P.129.a.Hunc Cæſar ſolus tuetur & ſuſtinet.de Cl.171.b.L.Paulus perſonam principis ciuis facilè dicendo tuebatur. de Sen.89.b.Xenophontis liber de tuenda re familiari. de Nat.69.a.Natio dea,quòd partus matronarũ tueatur.Att.170.b.Huius pecuniæ permutatione facilè fidem noſtram tuebere. Att.172.a.Luctum ut poſſum,tueor apud hos.pro Deio.147.b.Tueri fines ſuos ab excurſionibus hoſtium. At.35.a.Cæcilium quibus rebus poſſumus,tueor diligenter.Att.280.a.Quo magis amplexetur,ac tueatur iudicium ſuum

Tugurium,rij.caſa.pro Seſt.24.

Tuitio,onis.cuſtodia.Top.228.b.Tuitio ſui.

Tum.tunc,partim,modò.At.105.a. Niſi fortè illi tum arma dedimus,ut nunc cum bene parato pugnaremus.& de In.49.a.Tum cum:id eſt,tunc cum.pro Cl.55.b.& pro Mur.129.b.Quid tum inde?& I.V.88.b. Tum præterea.& 76.a.Deinde tum,&c. de In.68.a. & Poſt.203.a. Tum etiam:id eſt, præterea.Tum deniq;, &c. Ep.233.b.& de Or.137.b.de Or.116.b. Primùm, &c.deinde, &c. poſt,&c.tum ad extremum,&c.pro Flac.164.a.Cum alia multa certi homines, tum hoc uel maximè moliuntur, ut,&c.de Or.125.a.Animos iudicum conciliari ad beneuolentiam,cùm erga oratorem,tum erga reum. Qu.Fr.302.b. Cùm ſpe ſum maxima, tum maiore etiam animo. pro Mar.131.a.Cùm ſummo conſenſu ſenatus, tum præterea iudicio tuo grauiſsimo.Ep.55.a.Cùm in omni re, tum in hoc maximè negocio.de In.55.a.Ex his illud perſpicuũ eſt,approbationem tum adiungi,tum non adiungi.Attic.137.a.Scripſiſti epiſtolã ad me plenam conſilij, ſummæq; tum beneuolentiæ,tum etiam prudentiæ.& ibidem:Diſſero in utranq; partem tum Græcè,tum Latinè. I.V.130.a. Tum ſemper,tum in his rebus.de In.45.b.Tum,&c.tum,&c.tum,&c.tum,&c.tum,&c.deN.22.a.Beſtiarum terrenæ aliæ,partim aquatiles.& 8.b.Modò unum,tum aũt plures.de Am.98.a.& Top.233.a. Qui tum hoc, tum illud dicit.l.Cum.

Tumeo,es.turgeo,in tumore ſum.Tuſ.194.a.Sapientis animus nunquam turgeſcit,nunquam tumet. Att.223.b.Tument negocia.

Tumeſco,ſcis.turgeſco.de D.82.b.Inflatum mare cum ſubitò penitusq; tumeſcit.

Tumidus,a,um.turgidus, tumore præditus, inflatus. In Vat.29.b.Serpẽs inflato collo,tumidis ceruicibus. Tuſ.194.a.Membrum tumidum ac turgidum uicioſè ſe habet.

Tumor,oris.inflatio.At.224.a.Ne deſerere uiderer hũc rerum tumorẽ.& Tuſc.194.a.Num manus rectè affecta eſt,cum in tumore eſt? ad Her.27.a.Corporis bonam habitudinem tumor imitatur. & 7.b.Tumor,liuor. & 14.b. Mortuus,deformatus,tumore præditus.Tuſ.227.a.Repẽtinus oculorum tumor.

Tumultuor,aris.turbas facio,inquietus ſum. pro Cæl.45.b.Quid tumultuaris ſoror? quid inſanis? cõt.Rul.86.b Qui ſæpe & ſine caſa tumultuer.Off.16.b.Tumultuantẽ de gradu deijci,ut dicitur.ad Her.28.b.In ocio tumultuaris,in tumultu ſolus es ocioſus.

Tumultuoſiſsimè.pertumultuoſè, maximo tumultu.I.V.116.a.Quàm tumultuoſiſsimè aliquem adoriri.

Tumultuoſus,a,um.turbulentus. Ep.24.a.Ita tumultuoſæ conciones,ita moleſtæ quinquatrijs afferebantur. de In.42.b.Seditioſa & tumultuoſa uita.





Tumultus,tus.motus, trepidatio.I.A.200.b.Tumultũ decerni,iuſtitium indici,ſaga ſumi dico oportere.pro Deiot.147.b.Num quæ trepidatio? num qui tumultus? I.C.110.a.Vrbi ſine ueſtro motu ac tumultu ſatis eſſe præſidij prouiſum eſt.At.81.a.Quo autem die literæ Caſsij uictrices in ſenatu recitatæ ſunt,eodem meæ tumultũ nunciantes. I.A.214.b.Quid eſt enim tumultus,niſi perturbatio tanta ut maior timor oriatur,unde etiam nomen ductum eſt tumultus.& ibi.Poteſt eſſe bellum ſine tumultu, tumultus ſine bello eſſe non poteſt.

Tumulus,li.locus ex terra leuiter eminens. Antequã.196.b.Dij deæq; immortales,qui excellenti tumulo ciuitatis,ſedem Capitolij in ſaxo incolitis conſtitutam.I.V.254.b.Ignis è ſpeculo aut tumulo ſublatus prædonum aduentum ſignificabat.& I.C.109.b.Tumuli ſylueſtres. de D.84.a.Cum tumulos Albano in monte niuales. Tuſc.204.b. Quo magis eſt æquum tumulis mandare peremptos. pro Arch.190.a.Cum Alexander in Sigeo ab Achillis tumulum aſtitiſſet,inquit,&c. de Leg.181.b. Iniecta gleba tumulis & humatus eſt,& gleba dicitur. pro Mil.118.a. Albani tumuli atq; luci.de L.183.b. Demetrius ſuper terræ tumulum noluit quid ſtatui,niſi columellam. Att.227.b.Quæris utrum magis tumulis proſpectuq;,an ambulatione delecter?

Tunc.tum,illo tempore,per id tẽporis.ad Her.4.b.et At.6.a.& I.V.17.a.Temporibus illis.Off.67.b.I.A.211.b.Sed erat tunc excuſatio oppreſsis,nunc nulla eſt.& Of.68.a.de Am.97.b.Etiam tunc.

Tundo,dis.cædo,pulſo,uerbero.I.V.26.b.Cũ illi iacẽti latera tunderet. et ibid.Bacillo oculos alicui tundere.de Or.123.b.Eundem incudem diem noctemq; tundere.

Tunica,cæ.ueſtis breuior ſine manicis,uirorũ & Romanorum propria.quæ autem manicas haberet, non ſine probro geſtabatur.I.A.212.b.Verres cum tunica pulla et pallio.et 242.a.Iſte cum pallio purpureo tunicaq; talari. I.C.109.a.Manicatæ & talares tunicæ. de Or.126.b.Vt diſcinderem tunicam,& cicatrices oſtenderem. Tuſ.239.b.Cum pila ludere uellet,tunicamq; poneret,adoleſcentulo gladium tradidit.

Tunicatus,a,um. cont.Rull.85.a.Iam uerò qui metus erat tunicatorum illorum?& pro Cæl.39.

Turba,bæ.multitudo,conuentus hominum,uulgus,ſeditio,uis.I.V.69.b.Videt ad fornicem Fabianum in turba Verrem.& 104.a.Domus erat non meretricio conuentu,ſed prætoria turba referta. de N.9.b.Chryſippus magnam turbam congregat ignotorum deorum.de Or.137.b.Mediocria in mediam turbam atq; in gregem conijciantur.de Cl.175.b. In hac turba nouorum uoluminum. & 176.b.Turba patronorum & uulgus patronorũ. de Sen.94.b.Cum ex hac turba & colluuie diſcedam.& Tuſcul.237.b.Turba ſtultorum.pro S.R.33.b.Multa ſæpe imprudentibus imperatoribus uis belli ac turba molitur.In Ver.234.b.Ecce autem noua turba atq; rixa. & 242.a.Facere maximas turbas in caſtris. Attic.87.a. Magna turba eſt.Epiſt.84.b.Exponerem etiam quemadmodum hic & quanta in turba, quantaq; in confuſione rerum omnium uiueremus.

Turbatus,a,ũ.I.C.108.a.Turbata reſp.)(.Quieta.et pro Pl.261.a.Placare mentes turbatas.

Turbidè.turbulentè.Tuſ.214.a.Iactantibus ſe opinionibus inconſtanter & turbidè.

Turbidus,a,um.turbulentus.Tuſc.247.a.Cum aquã turbidam & cadaueribus inquinatam bibiſſet.Tuſ.165.a. Mens,quæ omni turbido motu ſemper uacet.Tuſc.216.a. Turbidi animorum concitatiq; motus. Epiſt.91.a.Si turbidiſsima ſapienter ferebas, tranquilliſsima lætè feras. In An.168.a.Homines cum in turbidis rebus ſunt,tamen interdum animis relaxantur.& de D,101.a.In turbidis rebus,&c.de In.42.b.Turbida tempeſtas.pro Syl.175.a.In quo ego tam ſubito & exiguo & turbido tempore multa diuinitus dixi.

Turbo,as.perturbo,obturbo,turbas facio,miſceo. de N.8.b.Ariſtoteles multa turbat à magiſtro Platone diſſentiens.& Q.F.322.a.Et ſimul ne quid ille turbet,uide.de L.188.a.Omnia infima ſummis paria fecit,turbauit, miſcuit.de Fin.56.a.At id ne feræ quidẽ faciũt,ut ita ruant atq; turbentur,ut earũ motus atq; impetus quò pertineant,nõ intelligamus. pro Clu.56.a.Mare quod ſua natura tranquillum eſt,uentorũ ui agitatur atq; turbatur.de Ar.254.a.Miſcere & turbare omnia. Qu.Fr.328.a.Ad te ne hæc quidem ſcribo,quæ palã in rep.turbantur.I.V.133.b.Non modò illa permiſcuit,ſed etiam in his turbauit. pro Syl.178.a. Si in Hiſpania turbatum eſſet.

Turbo,inis.coni figura inuerſa.lege Conus.lege Cylindrus.

Turbo,nis.uetus omnia turbans & inuoluens. de N.69.b.Imbres,nimbi,procellæ,turbines,cæteræq; tempeſtates. de Or.157.a.Vndiq; omnes uenti erumpunt,ſæui exiſtunt turbines.pro Cæl.54.b.Aliquem tanquam turbine aliquo aũt ſubita tempeſtate peruerti. pro Dom.241.a.Tu procella patriæ,turbo & tempeſtas pacis & ocij.et pro Seſt.8.a.Cum illi eſſent duo reip.turbines. Ep.198.a. Vt Minerua,quam turbo deiecerat,reſtitueretur. I.P.83.b.Qui maximis turbinibus ac fluctibus reip.nauem gubernaſſem. de L.186.a Turbaſsit,pro turbauerit.aliàs,turbaſsitur.

Turbulentè.pro Dom.241.b.Raptim & turbulentè facere aliquid:& Tuſ.222.b.Qui non turbulentè humana patiantur.

Turbulenter.turbidè. Ep.27.b.Nos nihil turbulenter,nihil temerè faciemus.

Turbulentus,a,um.turbidus. I.V.140.b.Magna & turbulenta tempeſtas. Epiſt.29.b.Tempora mihi quidem turbulenta uidentur fore.& In P.86.b. Meũ turbulentiſsimũ tẽpus tuo trãquilliſsimo præſtat. Or.202.b.Res placatæ & minimè turbulentæ.de Fin.53.a.Turbulenta concurſio atomorum. & de N.40.a.Errores turbulenti. pro Cecin.291.a.Ea ſunt & turbulenta & temeraria & periculoſa.de Or.113,a.Seditioſus ciuis & turbulentus. & 121.a. Turbulentus & malus ciuis. de Cl.174.a. Ciuis ut uita,ſic oratione turbulentus. Part.236.b.Graue,inſedatum, turbulẽtum. Attic.Regem mecum habui turbulentis in rebus.

Turgeo,ges.tumeo,inflatus ſum. ad Her.27.a.Oratio quæ turget & inflata eſt.

Turgeſco,ſcis.tumeſco.Tuſc.194.a.Animus ſapientis nunquam turgeſcit,nunquam tumet.

Turgidus,a,um.tumidus,inflatus. Tuſ.194.a.Membrum tumidum ac turgidum uicioſè ſe habet.

Turma,mæ.ordo militaris, & eſt equitum propriè. Attic.82.b.Appius noſter turmas aliquot equitum dederat Scaptio,per quas Salaminios coerceret. & Ep.244.b.Equitum turmæ.At.88.a.Turma auratarum equeſtrium. pro Mar.132.a.Nihil tibi ex iſta laude cohors,nihil turma decerpit.

Turmalis, male. equeſtris. de Orator.133.a. Tur

males ſtatuæ.

Turpè.turpiter. Att.113.b. Turpè pace nobis utendum eſt.

Turpiculus, la. ſubturpiculus. de Orat. 131. b. Iocus in turpiculis rebus & quaſi deformibus ponitur.

Turpificatus,ta.deformatus. Off.73.b.Deprauatio & fœditas turpificati animi.

Turpis,pe.inboneſtus,deformis,diſtortus, fœdus, inquinatus,infamis,flagitioſus, habens turpitudinē, nequā. Off.25.a. Luxuria cùm omni ætati turpis,tum ſenectuti fœdiſsima eſt. Off.25.b.Quod facere non turpe eſt modò occultè,id dicere obſcœnum eſt.In Ant.176.b. Quid hoc turpius?quid fœdius? Tuſ.198.b.Quid eſt autem nequius aut turpius effœminato uiro? Of.25.Partes corporis,quæ aſpectum eſſent deformem habituræ atq; turpem.ad Her. 2.b.Turpe genus cauſæ.pro Fon.281.a.Turpis & infamis uita. & pro S.R.29.b.Vita omnibus flagitijs inquinata. pro Sext.Roſ.26.b. Turpiſsimus & inboneſtiſsimus homo.At.88.a.Nunc uideo Metelli αὐτογόρησιν turpem.Attic.123.a.O rem turpem,& ea re miſeram. Attic.138.b. Hoc turpe & indignum putarent. Attic.143.b.Iſte omnium turpiſsimus,& ſordidiſsimus,idem eſt in repub. qui ſemper fuit.de Am.103.b.Neq; rogemus res turpes,nec faciamus rogati.

Turpiter.turpè,obſcœnè, nequiter.Att.139.b.Timeo ne quid turpiter faciam. & Tuſc.198.b.Quæ te turpiter & nequiter facere nihil patiatur. Att.93.b.Hortenſius filius fuit Laodiceæ cum gladiatoribus flagitioſè ac turpiter. Att.101.a.Cato in me turpiter fuit maleuolus. pro Mil.103.a.Turpiter perpeti.

Turpitudo,nis.deformitas,obſcœnitas,infamia,macula,flagitium,dedecus,labes, deformatio,deprauatio, fœditas.de Or.130.b.Locus & quaſi regio ridiculi turpitudine & deformitate continetur. & 131.a.Verborum turpitudinem & rerum obſcœnitatem uitare.de Fin.98.a.Niſi eos per ſe fœditate ſua turpitudo deterreat. de Ar.215.a. Sex.Seranus ſanctiſsima ſacella omni turpitudine fœdauit pro Dom.23.a. In illo pœna legitima turpitudinem nō habuit propter uim temporum.& Her.2.b.Si cauſa turpitudinem habebit.pro Font.281.b.Turpitudo,quæ à libidine aut à petulantia,aut ab audacia nata ſit. I.A.211.b.Quanta illa erit reipub.turpitudo, quantum dedecus,quanta labes? dicere in hoc ordine ſententiam M. Antonium conſulari loco.Off.73.b.Nullum eſt maius malum turpitudine, quæ ſi in deformitate corporis habeat aliquid offenſionis, quanta illa deprauatio & fœditas turpificati animi debet uideri.

Turpo,as.fœdo.Tuſc.166.b. et 200.a.Iouis aram ſanguine turpari.poetæ.

Turris, ris.propugnaculum, ſpecula.Tuſc.239.b.Dionyſius concionari ex turri alta ſolebat. de Pro.69.b.Macedonia,quæ erat antea multorum imperatorū, non turribus,ſed trophæis munita.

Turtur,ris,auis nota. de Fin.87.b.Turtures curſu & peregrinatione lætantur.

Tu te.tuipſe.Ep.9.a.Vt tu te mihi præcepiſti.Attic. 119.b.Et ut eſſet, à me eſt, (tu te ſcis) multo ante prouiſum.de Or.93.a.Nam me tibi negaſſe, tute paulo antè dixiſti. At.231.b.Quemadmodum tute ſcribebas.

Tutè.tutò.pro Rab.95.b.Qua in cauſa tute eſſe potuiſſes. & ad Her.37.b. At.117.b.Non quæro ubi tutiſsime ſit.& 125.b.Nam te hic tutiſsime puto fore. ad Her.18.a Eum tute uiuere qui honeſte uiuat. & ibid.b.Tute cau-



teq; agere aliquid.

Tutela,læ.fides,commendo. Eſt autem Tutela (ut Seruius Sulp. definiuit) ius ac poteſtas in capite libero , ad tuendum eum qui per ætatem ſuam ſe defendere nequit, iure ciuili data ac permiſſa. quæ definitio,quoniam pupillares modò tutelas comprehēdit , ſi generalem facere uis, ut etiam mulierum,& furioſorum tutelas contineat,à definitione tibi ſunt illa uerba remouenda : per ætatem ſuā. Attic.4.a.De tutela legitima , in qua dicitur eſſe puella, nihil uſu capi poteſt.pro Q.R.47.b.Fraudare pupillum, qui in tutelam peruenit. de Orat.99.b.Niſi poſthumus, antequam in ſuam tutelam ueniſſet,mortuus eſſet.et 126. a.Filius eius paruus,qui tibi in tutelam eſt traditus.et 99. a.Tutelarum iura. Offic.17.b.Vt enim tutela,ſic procuratio reipub.ad utilitatem eorum,qui commiſsi ſunt, non ad eorum quibus commiſſa,gerenda eſt. pro Flac.162.a. Nibil poteſt de tutela legitima ſine omnium tutorum autoritate diminui. de Pro.76.a. Quare ſit in eius tutela Gallia,cuius uirtuti,fidei,felicitati commendata eſt.de Finib.114.b. Vt omnia illa prima huius tutelis ſubijciantur, itaq; non diſcedit ab eorum curatione , quibus præpoſita uitam omnem debet gubernare. pro Seſt.17.b.In eius magiſtratus tutela reges atque exteræ nationes ſemper fuerunt.Off.64.a.Tutela XXII.tabulis erat uindicata. de Nat.70.b.Apollo is,cuius in tutela Athenas antiqui hiſtorici eſſe uoluerunt.pro Mur.129.a.Omnia hæc noſtra latent in tutela ac præſidio bellicæ uirtutis. de Fin.114.b. Nullam partem neq; animi neq; corporis uacuam tutela reliquerunt.& 104.a.Salutem hominum in Iouis eſſe tutela. de Or.93.b.Ac ne is pro quo ipſe diceret turpi tutelæ,iudicio,atq; omni moleſtia,ſtultitia aduerſarij liberaretur. de Or.104.b.Sulpitius Gallus duos filios ſuos paruos tutelæ populi commendauit.

Tutò.tutè,impune.At.116.a. Igitur iſtic me fac poſſe tutò,an etiam honeſte? & pro Seſt.20.a. & Ep.234.b. Vt à ſuis munitus tutò in foro eſſet.Epiſt.148.a.Nec mihi tutò in Senatum uenire licet.

Tutor.aris. tueor. de Nat.55.a.Genæ tutantur oculos ab inferiore parte ſubiectæ,leuiterq; eminentes. Ant. 196.a.Nihil acerbi mihi erit, quod rempublicam tutabitur. & de Som.127.b. Ad rempublicam tutandam. & pro Pomp.6.b.Vectigalia ad ipſas prouincias tutandas. pro Syl.178.b.Hunc tamen per uos tutari conſeruareq; cupiunt. I.A.191.b. Qui rempublicam patrimonio ſuo & tutatus eſt, & tutatur. & pro Seſt.33.a.Hic eſt ſe tutatus.

Tutor,oris.defenſor. de Orat.104.b.Q.Seruius Galba populum Romanum tutorem inſtituere ſe dixit filiorum ſuorum orbitati. & Epiſt.226.a.Inſtituere aliquem tutorem & ſecundum hæredem filio ſuo. pro Flac.162.b. Quæcunq; ſine tutore autore eſt dicta dos, nulla eſt. & pro Cec.298.a.Quod mulier ſine tutore autore promiſerit,non deberi. de Fin.140.a. Nos tutores miſimus regibus.pro Mur.130.a.Mulieres propter infirmitatem conſilij,maiores in tutorum poteſtate eſſe uoluerunt. pro Fl. 161.a.Tutor his rebus Græcorū legibus aſcribendus fuit. Poſtquam.200.a. Reſp.orba conſulis fidem tanquam legitimi tutoris implorauit. & 205. Cum reſp.non ſolùm parentibus perpetuis,uerumetiam tutoribus annuis eſſet orbata.de Ar.246.a.Caſtus tutor religionis. de Or.143. a.Parens bonus & tutor fidelis. I.A.207.b. Patronus & tutor. Att.195.b.Amo illum mortuum,tutor ſum liberis, totam domum diligo. de Clar.196.a. Orbæ eloquentiæ quaſi



quaſi tutores relicti ſumus.

Tutus,a,um.metu uel periculo uacuus,tectus,cautus, ſeptus,munitus,ſanctus,ſacroſanctus,ſartus tectus,incolumis,nibil inſidiarum habens,bonorum omnium præſidio munitus,in tuto locatus.pro Dō.235.a.Quæ maiores noſtri religionibus tuta nobis & ſancta eſſe uoluerūt.& ibi. Quid ſanctius,quid omni religione munitius,quàm ſua cuiq; domus? pro Pom.10.a.Quis locus tam firmum habuit præſidium,ut tutus eſſet?pro Cec.293.a.Fuge tutam uiam quærere.Antequam.194.a.Quò enim ſe ſatis tutum arbitrabatur præſidio?uirtutis & gloriæ? at, &c. & ibidem b.Qui hoc imperij domicilium numini deorum conſecratum,ſartum tectum ab omni periculo conſeruaui, & uos ut tutam tranquillamq; pacem traheretis mea perfeci uigilantia.Ep.163.a.Tutus ab inimicis.& de N.50.a.Tutus à calore & à frigore.I.V.243.b.Tutus,clauſus,ſeptus,munitus contra aliquē.de Ar.256.a.Quare cum dij immortales monent de optimatium diſcordijs, in tuto collocant Clodium.& Ep.184.a.Eſſe in tuto.I.C.123.b.Firmiſsimo muro ſeptum eſſe. pro Fl.152.a.Multi clariſsimi uiri,qui cùm prædonem nullum cepiſſent, mare tamen tutum præſtiterunt.

Tuus,a,um. Att.62.a.Tam longe à tot tuis,&c. de Or.88.b.Panætius ille tuus.

Tyba,bæ.urbs.Ep.240.

Tyberinus,a,um. pro Pomp.10.b. Ante oſtium tyberinum .

Tyberis,ris.Tybris.flu.quo Roma alluitur.At.191.b. Cogito trans Tyberim hortos aliquos parare.

Tybris,bris. In C.111.a.Vt Tybris inter eos & pons intereſſet.

Tyburs,tis.At.132.a.In Tyburti Lepidi.

Tyche,es.urbs Siciliæ.I.V.228.a.Tertia eſt urbs,quæ quod in ea parte Fortunæ fanum antiquum fuit,Tyche nominata eſt.

Tymbos.buſtum.de L.183.a.Buſtum puto appellari Tymbon.

Tyndarum,ri.urbs Sicil.I.V.262.a.

Tyndaritani,orum.I.V.140.b.

Tyndareus,rei.de Fat.147.a.

Tyndaridæ fratres.Caſtor & Pollux.Tuſc.154.a.de N.27.a.de Or.141.a.

Typus,pi.ſignū.Att.5.b.Præterea typos tibi mando. At.61.b. Τὴν παροῦσαν κατάστασιν τύπῳ δός.id eſt,præſentem ſtatum forma aliqua deſignato.

Tyrannicè.ſuperbè,crudeliter. I.V.172.b. Regiè uel potius tyrannicè.

Tyrannicus,a.um.de Leg.164.b.Leges tyrannicæ.et pro Dom.236.b.Priuilegijs tyrannicis irrogatis. & ad Her.15.b.

Tyrannio,onis.uiri nomen. Quint.Frat.306.b. & At.57.b.

Tyrannis,dis.dominatio, regnum, crudeliſsimus dominatus.At.104.b.Ex uictoria cùm multa mala, tum certe tyrannis exiſtet.Tuſc.186.a.Potius quàm conſcios delendæ tyrannidis indicaret.At.225.b. O dij boni uiuit tyrannis? & 120.b. Idem fecere quod in Cinnæ dominatione,& Marij tyrannide Philippus. Off.70. a. Occupare tyrannidem.

Tyrannoctonus,ni.uindex & oppreſſor dominationis.At.231.a.Suſtulit ſimulationem deſiderij,ne periculoſa noſtris tyrannoctonis eſſet.Item At.261.a.

Tyrannus,ni.ereptor libertatis, ciuitatis oppreſſor.



I.V.229.a.Imagines Siciliæ regum ac tyrannorū.& ibid. At uidete quanto hic tetrior tyrannus.& In Vat.33.b.Intolerandus tyrannus.Tuſc.239.a.Dionyſius Syracuſanorum tyrannus fuit is cum V & XX.natus annos dominatum occupaſſet,diu ſeruitute oppreſſam tenuit ciuitatem.pro Mil.108.b.Quo tandem animo hoc tyrannū tuliſſe creditis? I.A.249.b.Qui erant in eum tyranni. & pro Deiot.146.b.Eſſe tyrannū in aliquē. Off.37.b.Quē armis oppreſſa pertulit ciuitas.& ibid.Qui ui oppreſſos imperio coercet.& ibid.de tyrannis.I.A.115.a.Turpitudo coniungendi cum tyranno:id eſt,Cæſare.& ibi.Phalaris & Piſiſtratus. de N.76.b.Dionyſius & Apollodorus tyranni. de D.91.b. Vrbs ab Alexandro tyranno crudeli dominatu premebatur. Off.58.a.Nulla eſt nobis ſocietas cum tyrannis,ſed potius ſumma diſtractio.

Tyreſias,ſiæ.uates Thebanus.de D.98.b.De Tyreſia etiam apud inferos Homerus ait ſolū ſapere,cæteros umbrarum uagari modo.

Tyria purpura.I.V.265.& pro Fl.*

Tyrus.urbs.ibid.

Tyro,onis.nouus miles,rudis in aliqua re, qui aliquā artem diſcit.)(.Veteranus miles. Ep.158.b.Quantum autem in acie tyroni ſit committendum,ſcimus. & Tuſ.183. a.Aetas tyronum.I.A.238.b.Tyrones milites)(.Veterani milites. & 244.b.Cum eſſem tyro in Pompeij exercitu. pro S.R.21.a.Qui nuper ſe ad eum laniſtam contulit, qui cum ante hanc pugnam tyro eſſet, facilè ipſum magiſtrū ſcelere atq; audacia ſuperauit. I.V.62.a.L.Apuleius uſu atq; exercitatione tyro.& 112.a.Tametſi non prouinciæ rudis erat & tyro. de Or.103.b. Fateor enim oratorem, nulla in re tyronem ac rudem, nec peregrinum atq; hoſpitem in agendo eſſe debere.Off.8.a.In Pompilij exercitu Catonis filius tyro militabat.

Tyrocinium,nij.rudimentum. In Sal.274.a. At lapſus ætatis tyrocinio,poſtea ſe correxit,&c.

Tyrotarichus, chi.cibi genus, cuius rationem docet Apicius Cocus. Attic.231.a.Eo die in Pæti noſtri tyrotarichum imminebam. Attic.59.a. Multa me in epiſtola tua delectarunt, ſed nihil magis quàm patina tyrotarichi.& Ep.136.b.

Tyrrhenus,a,um.Thuſcus.ut Tyrrhenum mare. de D.84.a.Tyrrhenæ gentis aruſpex.

Tyſias,ſiæ.princeps & inuentor artis rhetoricæ. de In.62.b.& de Or.92.b.

## V VA

V Litera.interdū pro y uſurpatur,ut Sulla,pro Sylla:Sullanus pro Syllanus. Eadē maiuſcula ſignificat quinq;,id quod ſæpe legendo Ciceronē occurret. Att.125.a. 161.a.

Vacatio,onis.feriæ,ceſſatio,immunitas. pro Syl.172. a.Me neq; rerum geſtarum uacatio,neq; ætatis excuſatio uendicat à labore.& pro Cæl.43.b.Erat enim meum deprecari uacationem adoleſcentiæ,ueniamq; petere. de L. 158.a.Ego uerò ætatis potius uacationi confidebam. de N.12.a.Nos uitam beatam in omniū rerum uacatione ponimus.& I.V.147.b.Vacatio omnium rerū. de Cl.175.a. Vacationem augures,quo minus iudicijs operā dent, non habere.pro Fon.277.b.Falſum eſt ob uacationē precium datum,cum immunis nemo fuerit. In An.204.b.His liberiſq; eorum militiæ uacationem eſſe placet. & 200.a.

Delectum haberi ſublatis uacationibus. I.V.204.b Pro hiſce rebus uacatio data eſt laboris & ſumptus & militiæ et rerum omnium. Ep.129.a. Quæ ſtudia uacationem habẽt publici muneris. & Ac.30.b. & Att.17.b. Ne uacationes ualerent. de Leg.158.a. Nullam tibi à cauſis uacationem dari uideo.

Vacca, cæ. de Nat.16.b. Cur non geſtiret taurus equæ contrectatione? equus uaccæ? & ad Her.27.b.

Vaccus, ci. pro Dom.233.b. In Vacci pratis domus fuit M. Vacci.

Vaces. pro Pl.277.a.

Vacillo, as. nuto, labo, fluctuo. de Natur.22.b. Nec uerò exitum reperitis, resq; tota uacillat ac claudicat. & Offic.76.a. Iuſtitia uacillat uel iacet potius. de Finib.62.b. Quo loco uidebitur ſtabilitas amicitiæ uacillare. de Cl.184.a. Curio in utranq; partem toto corpore uacillans. Attic.186.a Vacillare memoria. In C.109.a. Partim etiam ſumptibus in uetere alieno uacillant. I.A.189.a. Antonius cum una legione, & ea uacillante L. fratrem expectat. Epiſt.262.a. Accepi tuam epiſtolam uacillantibus literulis.

Vaco, as. nihil ago, ceſſo, ocium habeo, ocium eſt, ocioſus ſum, uacuus uel expers ſum, liber ſum, careo, priuatus ſum. de N.1.b. An dij ab omni curatione & adminiſtratione rerum uacent. Ep.113.a. Hoc mihi iucundiſſimum uacanti negocium erat, tecum id ocij tempus conſumere. Ep.201.a. Quamuis enim occupatus ſis, ocij tamen plus habes, aut ſi ne tu quidem uacas, noli mihi moleſtiam exhibere. & de D.82.a. Ita tamen ſi uacas animo, &c. At.199.a. Scribes aliquid ſi uacabis. de D.109.b. Tantum huic ſtudio relinquendum, quantum uacabit à publico officio & munere. Off.3.a. Nulla uitæ pars uacare officio poteſt. & Or.216.b. Quare id uacare numero non oportet? Offic.27.b. Sic eiuſmodi motibus animus debet uacare. de Fin.97.b. Sapiens perturbationibus ſemper uacabit. Et, Vacandum eſt omni animi perturbatione. &, Vt ab omni animi perturbatione liber ſis. Off.26.b. Hiſtrionum nonnulli geſtus ineptijs non uacant. Ep.97.b. Vacare culpa magnum eſt ſolatium. & 18.a. Præſertim cum in quo accuſabar culpa uacarẽ. de L.186.a. Is ordo uicio uacato. Ep.53.b. Qui locus hoc dominatu uacat? Tuſ.188.b. Amplitudo animi una eſt omnium rerum pulcherrima, eoq; pulchrior, ſi uacet populo, &c. de N.37.a. Cæleſtem ordinẽ, qui uacare mente putat, is ipſe mentis expers habẽdus eſt. & 38.b. Natura æthera uacat ea parte corporis, quæ, &c. Tuſc.162.a. Animus & terra uacat & humore. & de Nat.7.a. Si ipſa mens conſtare poteſt uacans corpore. In An.238.b. Qui utriſq; armis uacant. de N.14.b. Nihil eſt quod uacet corpore, corporibus omnis obſidetur locus. de L.157.b. Vacare cura & negocio. & Tuſc.153.a. Vacans nomine. de Clar.190.a. Nullum tempus illi unquam uacat aut à forenſi dictione, aut à ſcribendo. Sal. in Cic.271.a. Cuius nulla pars corporis à turpitudine uacat. At.288.a. Quid noſtra refert uictum eſſe Antonium? ſi uictus eſt, ut alij uacarent, quod ille obtinuit? At.188.b. Tota domus uacat ſuperior. Att.221.b. Villa ita completa militibus erat, ut uix triclinium ubi cœnaturus ipſe Cæſar eſſet, uacaret. de N.5.a. M. Piſo ſi adeſſet, nullus philoſophiæ uacaret locus. de Or.146.b. Domicilium tantum in illa urbe remanet ſtudiorum, quibus uacant ciues. de D.82.a. Ego uerò, inquam, philoſophiæ ſemper uaco. Off.13.a. Ea animi elatio quæ cernitur in periculis et laboribus, ſi iuſtitia uacat, pugnatq; non pro ſalute communi, ſed pro ſuis commodis, in uicio eſt. de Senect.84.a. Senum ætas uacat muneribus ijs, quæ non poſſunt ſine uiribus ſuſtineri. pro Deiot.148.b. Deiotarus quicquid à bellis populi Romani uacabat, cum hominibus noſtris conſuetudines amicitiasq; iungebat.

Vacuitas, tis. indolentia. Off.15.a. Quo magis his & magnitudo animi eſt adhibenda & uacuitas ab angorib. de Fin.55.b. Vacuitas omnis moleſtiæ. & Tuſ.236.b. Securitatem nunc appello, uacuitatem ægritudinis.

Vacuus, a, um. inanis, expers, exhauſtus, nudus, ieiunus, liber. I.C.100.a. Cum morte ſuperioris uxoris nouis nuptijs domum uacuam feciſſes. & ibid.b. Ab euentu tuo iſta ſubſellia uacua facta ſunt. de Or.154.a. Poſſeſſio quaſi caduca & uacua. & pro S.R.22.b. Prædia uacua alicui tradere. & Par.125.a. Poſſeſſiones uacuæ. I.V.263.a. Remum uacuum trahi. Q.F.316.a. Nullum mihi uacuũ tempus oſtenditur. At.37.b. Cum uacui temporis nihil haberem. I.V.76.a. Habere dies uacuos. Antequam.194.b. Aures non obtuſæ criminatione, ſed uacuæ præbebuntur. de Cl.166.b. Itaq; hunc elegimus diem, cum te ſciremus eſſe uacuum. & ibi. Eſſe animo uacuo. & pro Dom.239.a. Vacuo animo facere aliquid. de Leg.158.a. Ego uero libenter quoniam uacui ſumus, dicam. At.199.a. Animum uacuum ad res difficiles ſcribendas afferre. pro Mar.133.b. Gladius uagina uacuus. Tuſ.192.a. His rebus mentem uacuam appellauerunt inſaniam. de D.114.a. Animus per ſomnum ſenſibus & curis uacuus. I.C.118.a. Hic locus nunquam uacuus mortis periculo atq; inſidijs fuit. Ep.58.b. Nihil inſidijs uacuum uideo. & 48.b. Vacuus moleſtijs. Antequam.195.b. Profectò iſtis hora nulla eiecto Tullio uacua periculo, aut periculi expectatione relinquetur. pro Dom.218.a. Nullus locus uacuus extraordinarijs faſcibus fuiſſet. At.169.a. Vacuum periculo conſilium. Ep.125.a. Oppidum uacuum à bello. de Fin.114.a. Locus uacuus ab omni turba. I.V.204.b. Vacuus, expers, ſolutus ac liber ab omni ſumptu, munere, moleſtia. Poſtquam.208.a. Vacuo à bonis atq; inani foro. de Ar.245.b. Mea domus ab iſta religionis ſuſpicione uacua atq; pura eſt. de Cl.194.a. Ab exercitationibus oratorijs nullus dies mihi uacuus eſt. de Fat.140.a. Quondam uacuo ab interuentoribus die. de D.93.b. Itaq; huic obijciuntur uiſa à mente ac ratione uacua. In V.200.b. Ciuitas ab his rebus ſanè uacua atq; nuda. & 82.b. Nulla hora uacua à furto ac ſcelere reperietur. de In.65.a. Si animus à talibus factis uacuus atq; integer erit. de N.14.b. De inanitate, id eſt, de eo quod uocant uacuum. Att.27.b. Inanis aliqua re utili: id eſt, uacuus. Q.F.304.a. Sin eris ab iſto periculo uacuus, ages ſcilicet, ſi quid. &c. & 324.b. Animus uacuus ab omni cura. 327.a. Plura ad te uacuo animo ſcribam, cum, &c. de Vn.197.a Nihil igni uacuum uideri poteſt.

Vada. locus inter Apẽninũ & alpes. Ep.174. Brutia.

Vada Volaterrana. locus. pro Q.4.a.

Vadimonium, nij. ſponſio ſiſtendi in iudicio ad certũ diem, quam deſerere non licet. I.V.155.b. Iura Siculorum, quæ habent à populo Rom. ne extra ſuum forum uadimonium promittere cogantur. & 264.b. Hominem iubet Lilybæum uadimonium Venerio ſeruo promittere. I.V.165.a. Promittunt Herbitenſes uadimonium Syracuſas. pro Q.4.a. Ego iam neq; uador amplius, neq; uadimoniũ promito. & ibi. Quintius cum cæteris quæ habebat, uadimonia differt. & ibid. Cum uadimonia ſæpe dilata eſſent. & ibid. Ex eo tempore res eſſe in uadimonium cœpit. & ibidem: Hic hominem in præſentia non uadatur, ita ſine



uadimonio diſceditur. & 8.a. Qui poſtea quoq; uadimonium miſſum fecerit. pro Quint.5.b. Venit Romam Quintius, uadimonium ſiſtit. & 8.b. Ad uadimonium non uenerat, & uadimonium ſibi ait eſſe deſertum. & 9.b. Obire uadimonium alicui. & 10.a. Vadimonium tibi cum eo nullum fuit. Att.26.b. Differre uadimonium cum aliquo. & Epiſt.22.a. Vadimonia dilata. pro Quint.10.b. Quo die uadimonium iſtuc factum eſſe dicis? Quint. Frat.316.a. Nemo fuit in tanta multitudine, qui uadimonium concipere poſſet. de Sen.81.a. Vadimonia conſtituta. & I.C.105.a. Decoctores qui uadimonia deſerere, quàm illum exercitum maluerunt.

Vado, dis. eo, iter facio, ingredior. Att.60.b. Ad eum poſtridie mane uadebã, cum hæc ſcripſi. ad Her.11.b. Cùm feras beſtias uideamus alacres & erectas uadere, ut alteri beſtiæ noceant. In Ar. Poſt hunc ore fero capricornus uadere pergit. Att.226. Lentulus Spinter hodie apud me, cras mane uadit.

Vador, aris. in ius uoco, ad uadimonium ſiſtendum uoco. I.V.153.b. Cùm Apronius ex Leontino uſq; Lilybæum aliquem uadaretur ex miſeris aratoribus. pro Q.4.a. Si iam neq; uadari amplius neque uadimonium promittere. & ib. Hic hominem in præſentia non uadatur, ita ſine uadimonio diſceditur. pro Q.11.a.b. Debere tibi dicis Quintium, procurator negat: uadari uis, promittit: in ius uocas, ſequitur: iudicium poſtulas, non recuſat.

Vadu. qua flumen tranſire, aut pedibus, aut equo poſſumus. pro Cæl.48.a. Sed emerſi iam è uadis, & ſcopulos præteruecta eſt oratio. de Or.211.a. Hoc motu radiantis eteſiæ in uada ponti.

Vafer, a, um. callidus. de N.18.a. Homo minimè uafer. & Off.63.a. Veterator, uafer. de Repub. lib. III. Nõ ſunt in diſputando uafri, non ueteratores, non malicioſi. de N.9.b. Chryſippus Stoicorum ſomniorum uaferrimus interpres. Att.19.a. Vafer ille Siculus Epicarmus.

Vafrè. callidè. I.V.135.a. Nihil uafrè, nec malicioſè fecit.

Vagè. diſperſè. ad Her.33.b. Quas exornationes idcirco non uage diſperſimus, ſed à reliquis ſeparauimus, quòd, &c. & 24.a. Res ſparſæ & uagè diſiectæ.

Vagina, næ. gladij theca. de In.63.b. Ille gladium è uagina eduxit. de N.33.a. Vt clypei cauſa inuolucrũ, uagina autem gladij, ſic, &c. pro Mar.133.b. Gladius uagina uacuus. I.C.98.a. S.C. incluſum in tabulis, tanquam in uagina reconditum. de Sen.87.b. Viriditas herbeſcens culmo erecta geniculato, uaginis iã quaſi pubeſcens includitur.

Vagio, gis. eiulare, puerorum infantium more plorare. de Sen.94.a. Si quis deus mihi largiatur, ut ex hac ætate repuereſcam, & in cunis uagiam. & de Fin.71.a. & ad Her.33.b.

Vagor, aris. euagor, uolito, paſſim uolito, erro. pro Seſt.22.a. Quodam tempore homines fuſi per agros ac diſperſi uagabantur. & de In.42.a. Cum in agris homines paſſim beſtiarum more uagabantur. & de D.98.b. Ceteros umbrarum uagari modo. pro Fl.152.a. Prædones toto mari diſperſi uagabantur. de D.125.a. Aues huc & illuc paſſim uagantes. contra Rul.73.a. Quácunq; uelis uagari. & 75.a. Vagari per orbem terrarum. I.A.231.b. Is nunc tota Aſia uagatur, uolitat ut rex. pro Font.280.b. Hi contrà uagantur læti atq; erecti paſſim toto foro. & de Or.100.a. Vagari magna cum caterua toto foro. & Att.225.a. Tota urbe uagari. ad Her.36.a. Volitare & uagari toto foro. pro Mar.135.b. Vagabitur nomen tuum longè atq; latè. Acad.17.a. Eo fit ut errem & uager latius. Tuſ.193.a. Deinde inſtituto noſtro uagabimur. de Or.102.b. Ne uagari & errare cogatur oratio. de Orat.160.b. Ne fluat, ne uagetur oratio. & 91.a. Eadem illa facultate uagari qua uelit. & 154.a. In hoc tam immenſo campo uagari liberè. Att.118.b. Vagamur egentes cum coniugibus & filijs. de Or.159.a. Vt uerba neq; alligata ſint, quaſi certa aliqua lege uerſus, neq; ita ſoluta ut uagentur. Att.258.a. Vtinam eum diem uideam, cum iſta oratio ita liberè uagetur, ut etiam in Siccæ domum introeat. Oct.329.a. In urbe milites uagantur. Off.349.a. Non enim ſumus hi quorum animus uagetur errore.

Vagus, a, um. errans, inconſtans, diſperſus incertus. Att.109.a. Itaq; uagus eſſe cogitabam. & 117.b. Dionyſio, dum exiſtimabam uagos nos forè, nolui moleſtus eſſe. pro Cluent.54.b. Aliquem uagum & exulem errare. Or.204.a. Solutum quiddam ſit, non uagum tamen, ut ingredi liberè, non licenter errare uideatur. de Nat.26.a. Errans & uaga ſententia.)(. Stabilis & certa. & de Orat.114.b. Pars quæſtionum uaga, libera, & latè patens. de Vn.201.a. Sidera quæ uaga et mutabili ratione labuntur. de Fin.138.a. Beſtiæ motus ſolutos ac uagos à natura ſibi tributos requirunt. ad Her.22.a. Loci præter modum ampli uagas imagines reddunt. I.A.242.b. Vt uitam inopem & uagam proſequamur. pro Mil.114.b. Vaga uolubiliſq; fortuna.

Valde. uehementer, admodum, mirũ uel maiorẽ in modum, egregiè, non mediocriter, per quàm, ſanè quàm, impenſè, magnificè, grauiter, in primis, etiam atq; etiam, ita. At.210.a. Inhibere illud, quod mihi ualde arriſerat, nunc uehementer diſplicet. Ep.9.b. Rẽ te ualde bene geſſiſſe rumor erat. de Ar.244.b. Cui deſtinatam iam laudẽ præripere ualde eſſet iniquum. de D.125.a. Nihil eſt tam ualde uulgare, quàm nihil ſapere. & At.106.b. Quid opus eſt de Dionyſio tam ualde affirmare? & 24.b. Valde hoc uelim, antequam proficiſcare cõficias, &c. & 9.a. Valde grauiter pertexuit hunc locũ. & 58.b. Epiſtola ualde bella eſt. & 59.a. Epiſtola tua ualde me leuauit. & 222.b. Valde uehementer eum uiſum & liberè dicere. & ib. Hic quicquid uolet, ualde uolet. de L.184.a. Tu uerò eum nec nimis ualde unquam, nec nimis ſæpe laudaueris.

Vale. fac, uel cura, uel da operam ut ualeas. Att.78.b. Etiam atq; etiam uale patrone, &c. Q.Fr.312.a. Mi frater uale. & 262.b. Da operã ut ualeas. Ep.258.b. Vale mi Tiro, uale uale & ſalue. Ep.257.a. Cura ut ualeas etiam atq; etiam Tiro noſter. Epiſt.254.a. Valebis igitur, meq;, &c. At.123.a. Πολλὰ χαίρειν τῷ καλῷ dicere. Epiſt.111.a. Ego uerò multam ſalutem & foro dicam & curiæ.

Valens, tis. robuſtus, fortis, firmus, ualidus, potens, ſanus.)(. Imbecillus. I.V.264.b. Lictores ualentiſſimi, & ad pulſandos uerberandosq; homines exercitatiſſimi. I.A.244.a. Semel circumſeſſus lectis ualentiſſimorum hominum uiribus cecidi ſciens. pro Cl.54.b. Statius quidã colonus homo ualens. contra Rul.83.a. Robuſtus & ualens, & audax ſatelles. pro Cæl.51.b. Imbecillus.)(. Valens. Ep.95.a. Cùm homo imbecillus à ualentiſſima beſtia laniatur. & 77.a. Quàm uiribus cum ualentiore pugnare. Acad.44.b. Nihil enim ualentius eſt à quo intereat. de Cl.170.a. Quanquam in Lyſia ſunt ſæpe lacerti, ſic ut fieri nihil poſſit ualentius. de Ar.258.a. Fuit quondam ita firma hæc ciuitas & ualens, ut iniurias ciuium ferre poſſet. pro Dom.220.b. Imberbis adoleſcentulus, bene ualens & meritus. de Vn.202.a. Nec fraus ualentior quàm conſilium meum. de Fat.142.a. Diodorus ualens Dialecticus.

At.238.a.Ibi bene ualentem uidi Pyliam.Ep.256.b.Malo te ſerò ualentem, quàm ſtatim imbecillum uidere. pro Cl. 23.a.Cùm puer hora X I. in publico ualens uiſus eſſet,ante noctem mortuus inuentus eſt.Item. Cum morbo alicui mederi uis,conſuetudo ualentis & natura corporis cognoſcenda eſt. Acad. 6.a. Senſus ſi ſani ſunt & ualentes,&c. At.102.a.Mallem Reſp.tantas ei uires non dediſſet,quàm nunc tam ualenti reſiſteret.Off.35.b.Quæ eſſet oblectatio ualentium?

Valentini.pop.I.V.243.b.

Valeo,les.poſſum,polleo,potens ſum, uim habeo, uires habeo, monumentum uel pondus uel autoritatem habeo,alicuius momenti putor, operor, proficio,momẽtum affero.de Fin. 60.b.Epiſt.8.a. Qui plus opibus,armis,potentia ualent. & 137. a. Fiet quodcunq; uolent, qui ualebunt:ualebunt autem ſemper arma. & de Ar.256.b. Opibus ualere. Att. 66. a. Domitius ualet amicis. & 257.b. Vereor ne ualeat Antonius. Att.61.b. Et quo animo Coſ. ferant hunc ὄχλον reſcribas ad me quàntum potes & uales. pro Dom. 216. a. Quaſi ego in iſto genere omnino quicquam,aut curatione aut poteſtate ualerem. de Clar. 169.a.Is longè plurimum ingenio ualuit.Ep.85.a.Quicquid autoritate ualebo & gratia,ualebo tibi. & 180.b. Non uercor,ne meæ uitæ modeſtia parum ualitura ſit in poſterum contra falſos rumores. Off.21. b. Videmus alios uelocitate ad curſum, alios uiribus ad luctandum ualere. de Clariſ.169.b. Dicitur etiam C. Flaminius ad populum ualuiſſe dicendo. I.C.101.a. Tu ad leges non ſolum negligendas,ſed etiam perfringendas ualuiſti. pro Cluent. 58. b.Omnes Larinates, qui ualuerunt, uenerunt Romam. I. C.117.b.Hæc res mihi ualet ad gloriam. pro Mur. 133. b. In hoc felicitatis fama ſermoq; ualet.pro Mur.138.a.Iudicium accuſatoris in reum pro aliquo præiudicio ualere. de Leg.161.b. Vna definitio in omnes homines ualet. Ep. 52.b. Ad conſolandum autem cum illa ualeant,&c. de Finib.108.a. Ex eo genere,quod ad diſſerendum ualet. Att. 67.a.Vtinam ualeat ad celeritatem reditus tuus.de Orat. 152.b.Hoc ualet ad agendum,&c.de D.128.b.Plus terrarum ſitus quàm lunæ tactus ad naſcendum ualere.de Clar. 177. a. Res ubi plurimum proficere & ualere poſſunt, collocari debent.pro Seſt.16.a. Ignari quid uirtus ualeret. de Orat. 110. a. Experiar ut ne Sulpitius plus quàm ego apud te ualere uideatur. de Clar. 176. b. Sp. Torius ſatis ualuit in populari genere dicendi. pro Cecin. 295. b. In uno ſeruulo familiæ nomen non ualet. & 302. a. Nam illud uerbum unde, in utramque rem ualet. Top. 229. a. Verba ne plus an ſententia ualere debeat. Officior.60. b. Hoc uerbum quid ualeat, non uident. de Nat. 60. b. Quod eò ualebat,ut,&c.pro Cecin.296.b. Quod etiam ſi uerbo differre uideatur, re tamen eſt unum & in omnibus cauſis idem ualet. & Top.223.b. Idẽ ualere.)(. Differre & diſtare.de Finib. 66. b. Quærimus uerbum latinum pro græco,& quod idem ualeat. Epiſt. 12. a. Præmia, quæ apud me minimũ ualent. & 55.a. Autoritas tua plurimum apud me ualet. de D.86.b. Aut ſi ualuit,id ualuit,ut peccatum in eo hæreat.& 132.b.Tamen intelligere potuiſſet,uincere te Romanos, nihilo magis in ſe quàm in Romanos ualere. de D.141.b. Vt ad quaſdam res natura loci pertinet, ad quaſdam autem nihil: ſic affectio aſtrorum ualeat ſi uis ad quaſdam res, ad omnes certè non ualebit. de Orat. 125. a. Hoc igitur exprimere,&c.mirum quiddam ualet uel maximam habet uim. Epiſt. 55. a. Valere in omnes partes. Epiſt. 94. a. Valere animo. pro



Deiot.144.b.Hoc ad uincendum ualet, uel ad uincendum graue eſt,uel ad dicendum leue eſt.Acad.22.a.Hoc contra te ualet.de Orat.138.a.Multa ante congreſſum fiunt, quæ non ad uulnus,ſed ad ſpeciem ualere uidentur.& ib.Quæ ualent contra falſam criminationem. Off.33.b. Qui ſemper aliquid inquirunt,quod ſpectet & ualeat ad bene beateq; uiuendum.de Fat.143.a. Quanquam hoc Chryſippo non uidetur ualere in omnibus. de Fin.132.b. Sed certè opus eſt ea ualere & uigere, & naturales motus uſuſq; habere.de Orat.95.a.Diuturna in eo ualuit opinio tarditatis.Poſtquam. 206.b. Legem Tribunus plebis tulit,ut lex Aelia & Fuſia ne ualerent.pro Dom.229.a.De agris ratum eſt,fuit enim populi poteſtas, de ciuitate non ualuit, &c.de Clar.171.a. Filius Scipionis ſi corpore ualuiſſet,in primis habitus eſſet diſertus.

Valere.ad ſanitatem morbos'ue relatum. Epiſt.93.a. Hic tui omnes ualẽt.& 70.b. Ego ualeo ſicut ſoleo,paulo etiam deterius quàm ſoleo.de Fin.73.b.Optime ualere.)(. Grauiſſimè ægrotare. Att.77.a. Si modò ualuiſti,& Romæ fuiſti. & 97. b. Credo te iam ut uolumus,ualere. & 61.b. Si melius uales,uehementer gaudeo. Ep.178.b. Nos hic ualemus rectè, & quo melius ualeamus operam dabimus.Att.100.a.Significant enim tuæ literæ, te prorſus laborare.& ibid.Quia indicabat te non ualere. Att. 213. b. Attica planè ualet.& 74.a.Cùm ego non bellè haberem. Att.189.b.Vt in malis rectè habeam. Qu.Fr.327.a. Cùm (ut ſpero)ſe Cicero noſter belle habebit.Ep. 130.a. Tullia noſtra rectè ualet, Terentia minus belle habuit,præterea rectiſſimè ſunt apud te omnia.& 262.a.Belle habere. Att. 58.b.Literæ,quibus erat ſcriptum Lentulo melius eſſe. & 96.b.Tironem grauiter ægrum Eſſeæ reliqui, ſed nunciant melius eſſe ei. & 231. b. Antè ſciui ei rectè eſſe, quàm non belle fuiſſe.& Tuſ.166.b.Pompeio melius eſt factum. Qu.Fr.318.a. Apud eum rectè erat.Epiſt.130.a. Rectiſſimè ſunt apud te omnia.Epiſt.256.b. Meliuſculè mihi eſt. & Att.223.b.Spero tibi iam eſſe ut uolumus. Epiſt.153.b. Frater meus laboribus aſſiduis concurſationibusq; confectus,grauiter ſe habet.Epiſt.155.b.Si rectè iſtic erit. Att. 92.a.Valebis igitur,& ualere Pyliam noſtram & Cæciliam iubebis, & ſaluebis à meo Cicerone. & 69. a. Illum ſalutaui, poſtea iuſſi ualere. Epiſt. 33. a. Valete mea deſideria ualete. Epiſt.258.b. Vale mi Tiro, uale uale & ſalue. Att.57.b.Sed ualeant recta conſilia. & de Nat.25.b.Si deus nulla hominum charitate tenetur,ualeat. Att.123.a. Πολλὰ χαίρειν τῷ καλῷ dicere.Att.97.b. Confido te iam ut uolumus ualere.de Am.100.a.Amici imbecilles ualent. Att.261.b.Quare iſta ualeant. Q.Fr.323.a.Valent pueri, ſtudioſè diſcunt, diligenter docentur.

Valetudo, nis. Off.51.b. Valetudo ſuſtentatur notitia ſui corporis & obſeruatione earũ rerum, quæ res aut prodeſſe ſolent,aut obeſſe,& continentia in uictu,omniq; cultu corporis tuendi cauſa & prætermittendis uoluptatibus.de D.134.a.& Off.35.a.Aeſculapius poteſt præſcribere per ſomnium curationẽ ualetudinis.& 97.b.Qui ualetudinis uicio furunt,& melancholici dicuntur.Ep.134. a. Ex literis tuis intellexi animũ meũ tibi perſpectum eſſe circa curam ualetudinis tuæ, quam tibi eſſe gaudeo. & 133. a. Multi ualetudinis cauſa in hæc loca conueniunt. & 138.a. Valetudo, quam intermiſſis exercitationibus amiſeram. de Clar.170.a. Quoſdam ualetudo, modò bona ſit,tenuitas ipſa delectat. Att.71.b. Me incommoda ualetudo,quã iam emerſeram,tenebat iam duodecimũ diẽ Brunduſij.& 105.b.Sed prorſus te commoueri incõmodo ualetudinis



tudinis tuæ uolo. de Clar. 176.a. Is ualetudine incommoda fuit. de Clar. 180.b. Is ſemper infirma atq; etiam ægra ualetudine fuit.& 165.b.Diuturna perturbatio totius ualetudinis. At.183.a. Scripſeras enim te quodam ualetudinis genere tentari.de Orat.101.a. In eius infirmiſſima ualetudine affectaq; iam ætate.& Epiſt.77.b.Iſtinc ne te moueas tam infirma ualetudine.de Orat.108.b. Nunc Scæuola paulum requieſcet, dum ſe calor frangat, & nos ipſi, quoniam id temporis eſt, ualetudini demus operam. Qu. Fr. 299.a. Te oro,ut ualetudini tuæ, ſi me & omnes tuos ualere uis,diligentiſſimè ſeruias. Poſtquam. 210.a. Quis quacunque aut ætate aut ualetudine eſſet, putauit, &c. pro Mur. 135.b. Quibus contra ualetudinis commodum laborandum eſt.pro Cluent. 27.a. Erat infirma ualetudine Habitus.Orat.204.a.& de Fin.78.a. Eſſe integra ualetudine.I. A.219.b.Cùm eſſet ſumma ſenectute & perdita ualetudine.de Orat.95.a.Valetudine impeditus non potui,&c.I.P.82.a. Vti excuſatione ualetudinis. Epiſt. 134. b.Tanta perturbatio ualetudinis tuæ.Epiſt.212.b. Aſclaponis medici ars mihi iucunda fuit, quam ſum expertus in ualetudine meorum. Epiſt.45.b. Propter ualetudinem domo non exeo. Epiſt. 153. b. Quod illa ualetudine magis conficere ſe quàm me tueri poterit.& 138.a. Amittere ualetudinem.Epiſt.179.b. Cùm eum obiurgarem quod parum ualetudini parceret. Epiſt. 79.b. Grauitas ualetudinis.& 95.b. Imbecillitas ualetudinis. & 94. b. Infirmitas ualetudinis.Tuſc.227.a. Mala ualetudo animi. 234. a. Et perdita ualetudo.de Fin.57.b.& de Opt.243.b. & Poſtquam.198.b.Bona ualetudo.de Fin.119.b.& 144.b.Valetudo.)(.Morbus. Quint.Fr.313.a. Marius & ualetudine eſt, & natura infirmior. & I.A.221.a. Si ad grauem ualetudinem dolor acceſſit. At.169.b.Valetudinem tuam iam confirmatam eſſe, & à ueteri morbo, & à nouis tentationibus gaudeo.Off.56.a. Si unum quodq; membrum ſenſum hunc haberet,ut poſſe putaret ſe ualere,ſi proximi membri ualetudinem ad ſe traduxiſſet. & de D. 137. b. Nonnullæ ſignificationes ualetudinis, ut hoc ipſum pleni enecti'ue ſimus ex quodam genere ſomniorum intelligi poſſe dicuntur.de Sen.84.a.Quàm fuit imbecillis P.Aſricani filius, quàm tenui aut nulla potius ualetudine? & ib. At id quidem non proprium ſenectutis eſt uicium,ſed commune ualetudinis.de Am.100.a.Valetudo opportuna eſt, ut dolore careas,& muneribus fungare corporis.

Validiſſimè.ſummopere,enixè.Cæl.Epiſt.113.a. Cùm pro amicitia ualidiſſimè fauerem ei.

Validus,a,um.ualens. Epiſt.258.b. Omnia uiceris,ſi te ualidum uidero. & in Arat. Validæ uires.de Fin.132.a. Videmus ea quæ terra gignit corticibus & radicibus ualida ſeruari.

Vallatus,a,um.ſtipatus.pro Mur.136.a. Catilina ſtipatus choro iuuentutis,uallatus iudicibus atq; ſicarijs.

Vallo,as.ſtipo. de Leg. 168. b. Cùm hæc omnia quaſi ſepimento aliquo uallabit diſſerendi ratione, &c. de Ar. 251.b.Ius legationis cum hominum præſidio munitum ſit, tum etiam diuino iure eſt uallatum. pro Arch. 189. b. Pontus & regijs quondam opibus, & ipſa natura regionis uallatus.

Vallum, li. propugnaculum, & munitio caſtrorum. At.79.b.Oppidum cinximus uallo & foſſa,& aggere maximo.& Epiſt.245.b.Oppidum uallo & foſſa circumdedi.I.P.97.a.Vallum alpium contra aſcenſum tranſgreſſionemq; Gallorum.de Sen.88.a. Et contra auium minorum morſum munitur uallo ariſtarum.de N.55.a. Munitæq;



ſunt palpebræ tanquam uallo pilorũ. Att.148.b. Foſſa & uallo ſeptum tenere aliquem. & Tuſ.182.b. Ferre uallum.

Valuæ,arum.templorum ianuæ. I.V.229.a.I.V.88.a. & 222. a. Hæc alia duo ſigna,quæ ad ualuas Iunonis Samiæ ſteterunt.pro Dom.237.b. Ibi enim poſtis eſt,ubi aditus templi eſt,& ualuæ ambulationis. de D.96.a. In templo Herculis ualuæ clauſæ repagulis ſubitò ſeipſe aperuerunt.I.A.181.b. Cùm ualuæ Concordiæ non patent.

Vaneſco,ſcis.euaneſco.de L.174.b.Labes nec diuturnitate uaneſcere,nec manibus ullis elui poteſt.

Vanitas,tis.inanitas.de Leg.161.b.Si deprauatio conſuetudinum,ſi opinionum uanitas non imbecillitatem animorum torqueret,&c.Tuſ.190.a.Vt uanitati ueritas cedat.Off.10.a. Talis autem ſimulatio uanitati coniunctior eſt quàm liberalitati.de D.108.a. Leuitate,uanitate, malitia excluſa diuinationem probo. Off. 63.a. Qui in uendendo orationis uanitatem adhibent. & de Am. 114. b. Blanda orationis uanitas. & ad Her. 12.b. Idq; comitate fit magis quàm uanitate. Part. 231.b. Attende uanitatem comitatis eſſe appoſitum.

Vanus,a,um. falſus,mendax, futilis,inanis,leuis. pro Pl. 280.b. Memini cum tibi uana quædam miſer atq; inania falſa ſpe inductus pollicebar.de D.88.a. Aruſpices uanos futileſq; eſſe dicamus, pro Q.4.b. Si ueritate amicitia colitur,qui amicum prodit,uanum ſe fateatur neceſſe eſt. pro S.R.38.a.Credere orationi uanæ alicuius. & ad Her. 12.b. Vana ratio:id eſt,falſa.

Vapor,oris.humor marinus uel terrenus extenuatus, expiratio,anhelitus terræ, afflatus ex terra. de N.31.b.a. Aer oritur ex reſpiratione aquarum,& earum quaſi uapor habendus eſt.& 49.b. Vapores,qui à ſole ex agris tepefactis,& ex aquis excitantur.de Sen.83.b. Terra ſemen tepefactum uapore & complexu ſuo diffundit,&c.

Vaporarium,rij.Q.Fr.318.a. Vaporiarum ex quo ignis erumpit eſt ſub tectum cubiculi.

Vapulo,as.cædor,uerberor. Ep. 112.a. Alius equitatum perdidiſſe, alius ſeptimam legionem uapulaſſe. Att. 30.a.Tum ſe omnium ſermone ſentiet uapulare.

Vardæi.pop.Ep.65.b. Vatinij.

Variatus,a,um.pro Mil.103.a. Aliquem reum uariatis iudicum ſententijs diuina ſententia eſſe liberatum.

Variè.diſſimiliter,diuerſè.de Cl.198.a. Numeri non eodem modo,ſed uarie cõcluſi. Att.132.a.Quis autem eſt, tanta quidẽ de re,quin uarie ſecum ipſe diſputet? pro Seſt. 23 a.Numerus huius generis latè & uarie diffuſus eſt. & de Fin.88.a.Varie abundans.de D.127.a. Eamq; uim uarie moueri ab his ſideribus,quæ, &c.

Varietas,tis.diſſimilitudo. de D. 127.b.de Fin. 66.a. Varietas latinum uerbum eſt, idq; propriè in diſparibus coloribus dicitur,ſed trãsfertur in multa diſparia: uarium poema,uaria oratio, &c. Off. 21.b.22.a. Vt in corporibus magnæ diſſimilitudines ſunt, ſic in animis exiſtunt etiã maiores uarietates. de Sen. 88. b. Florum omnium uarietas.pro Cor.61.a.Diſſimilitudo ciuitatum uarietatem iuris habet maximam.de D.110.a.Surdus uarietates uocum aut modos noſcere non poteſt. & 131.a. Varietas eſt propria fortunæ. de D. 97. a. Quæ omnia fiunt & ex cœli uarietate,& ex diſparili aſpiratione terrarum. pro Ar. 189.b.Bellum magnum & difficile, & in multa uarietate terra mariq; uerſatum. de Nat. 1. a. & 36. b. Qui deos eſſe dixerunt, tanta ſunt in uarietate ac diſſenſione conſtituti,ut,&c. & de Fin.66.a. Iouis ſtella multas efficit uarietates,et 80.b. Voluptas quæ faciat uarietatẽ uoluptatum.

tum.de Or.113.b. Diſtinguere hiſtoriam uarietate locorum.de D.127.b.Illi orbes uarietatem maximam habent, alijq; in alijs locis ſunt.Or.206.b.Eáq; eam, quam probo, habent uarietatem.de Cl.191.b.& pro Cor.55.b. Herculis ualuæ clauſæ repagulis ſubitò ſe ipſæ aperuerunt. Videat ne ignoret & gradus,& diſsimilitudines,& uim, & uarietatem Atticorum.

Vario,as. diſtinguo, uarietate diſtinguo, uarietatem facio.de Or.112.a. Oratoris eſt formare orationem eamq; uariare & diſtinguere,quaſi quibuſdam uerborum ſententiarumq; inſignibus.de Fin.56.b. Vt poſtea uariari uoluptas,diſtinguiq; poßit,augeri amplificariq; nõ poßit.Or.202.a. Ergo ille princeps uariabit & mutabit uocem.de Finib.127.a.In eo uariari inter eos uidetur. de D.137.a. Hæc ſcilicet in imbecillo remiſſoq; animo multa omnibus modis confuſa,& uariata uerſantur.

Varius,a,um.diſsimilis,diſpar,diuerſus,multiplex, diſtans,commutabilis, diſparilis, habens uarietatem, uarietate diſtinctus,in uarietate conſtitutus,multiformis.Acad.44.a. Principes qualitates ſunt uniuſmodi et ſimplices.ex his autem ortæ uariæ ſunt,& quaſi multiformes. & Att. 240.a.Noli putare tolerabiles horum inſanias,nec uniuſmodi fore. de Or.128.a. Multa & uaria & copioſa oratio.& 148.b.Variæ & diuerſæ & in omnem partem diffuſæ diſputationes. Orat. 198.a. Multiplices uarijq; ſermones.Acad.42.a.Plato quàm uarius & multiplex & copioſus fuit.pro Flac.147.a. Præturæ iuriſdictio res uaria & multiplex ad ſuſpiciones,& ſimultates. de Orat. 104.a.Quarum rerum fateor magnam multiplicemq; eſſe diſciplinam,& multas copioſas uariaſq; rationes. de Nat.1.a.Variæ & diſcrepantes ſententiæ. Orat. 201. b. Naturæ uariæ & uoluntates,multum inter ſe diſtantia effecerunt genera dicendi.& pro Cæl.40.a. Varia multiplexq; natura.pro Pom.9.b. Varia & diuerſa genera bellorum. I. V.245.b. Varium ius ac diſpar conditio. Off.14.a. Ferre ea,quæ uidentur acerba,quæ multa & uaria in hominum uita uerſantur. de Am.113.b. Aſſentatoris animus uarius, commutabilis,& multiplex.pro Cecin.*.In uario iure:id eſt, cùm iuriſconſulti de aliqua re contraria reſpondent. contra Rul. 82. a. Vectigal bellis infeſtum, fructibus uarium.de N.45.b. Varia genera beſtiarum,uel cicurũ, uel uel ferarum. de Fin.66.a.Variũ poema,uaria oratio,uarij mores,uaria fortuna, uoluptas uaria etiam dici ſolet. de N.76.b.Varius homo importuniſsimus.

Varices.uenæ cruribus & inguine tumeſcentes. Tuſ. 182.b.Cùm uarices ſecabantur C. Mario, dolebat.

Varro,onis. I.A.180.a. De Varrone. & Ep.172.b. & At.74.a.Varronis theſauri.

Vaſarium, rij. quid ſit, lege I.P.99.a. Vaſarij nomine, &c.

Vas,uadis.qui pro aliquo ſpondet,uel obligatur, præſertim in cauſa capitali: qui alicuius cauſam omnem ſuſcipit,& ſe pro illo ſupponit reum. Off.61.a. Vas factus eſt alter eius ſiſtendi,ut ſi ille non reuertiſſet ad diem, moriendum eſſet ſibiipſi. Tuſ.240.b. Quorum cum alterum uadem mortis accepiſſet,alter ut uadem ſuum liberaret,præſto fuit ad horam morti deſtinatam. de Fin.81.b. Vadem te ad mortem tyranno dabis pro amico?ad Br.289.a. Me pro adoleſcentulo reſp.accepit uadem.Att.91.b.An ſumptum poſcet uades Scaptius?

Vas,uaſis.I.V.214.a.Erat etiam uas uinarium ex una gemma pergrandi.l.Trulla.de In.77.a.Vaſa magnificè & precioſè cœlata. pro S. R. 40. b. Vaſa Corinthiaca



& Deliaca,in quibus eſt Authepſa ipſa. pro Mur.142.a. Atq; ille expoſuit uaſa Samia.I.V.211.b.Efferri ſine thecis uaſa.Tuſ.159.a.Nam corpus quidem quaſi uas eſt, aut aliquod animi receptaculum. I.V.209.a. Mouere caſtra ex loco, & colligere uaſa.

Vaſcularius,rij. qui uaſa ex metallo facit, præſertim ære,argento,auro.I.V.212.a.l.Cœlator.

Vaſtatio,onis.uaſtitas,depopulatio.I.C.108.a. Ergo in uaſtatione omnium tuas poſſeßiones ſacroſanctas putas?Ep.153.a.Qui Italiam à uaſtatione defendat.

Vaſtatus,a,um.pro Seſt. 15.a. Lex erat lata uaſtato ac relicto foro.

Vaſtificus,a,um.Tuſcul.179.b. Erimanthia uaſtifica bellua.

Vaſtè.de Or. 147.a. Aſperè,uaſtè, ruſticè, hiulcè loqui.)(.Preßè,æquabiliter,leniter. de Or.159.a. Verba ne aſperè concurrant,néue uaſtius deducantur.

Vaſtitas, tis. uaſtatio, ſolitudo. I. V. 227. a. Audiſtis quæ ſolitudo eſſet,quæ uaſtitas in agris, quàm deſerta, inculta & relicta omnia. de Nat.21.b. & contra Rul.80.a. Volucres, angues ex uaſtitate Libyæ uento Africo inuehi in Aegyptum.I.P.98.a.Fana uexata hanc tantam effecerunt uaſtitatem.de N.28.b.Animos terreri uaſtitate, peſtilentia,terræmotibus. pro Flac. 146.a. Cùm uaſtitatem à templis,delubris,urbe Italia depellebam. Epiſt. 165. a. Cùm uaſtitatem Italiæ reſpexerint.de Clar.166.b.Defendo iudiciorum uaſtitatem. Off.36.a. Cauſæ eluuionis,peſtilentiæ,uaſtitatis, belluarum etiam repentinæ multitudines.de D.90.b. Bellua immanis quácunq; incedebat,omnia arbuſta,uirgulta,tecta peruertebat. & ib. Deum reſpondiſſe,uaſtitatem eſſe Italiæ.

Vaſto,as.uaſtitatem infero,depopulor, diripio. Ep.172.b. Antonius decurſionibus per equites uaſtat ea loca, quæ incurrit.& 120.a. Quæ diripuiſſes ipſe, ut uiderentur ab hoſte uaſtata. Epiſtol.169.b. Multa caſtella cepi, multa uaſtaui. & 66.a. Regiones uaſtauit. I. V.174.a. Agros uaſtare atque exinanire. I.C.101.b. Hæc quæ iampridem uaſtare ſtudes:id eſt,urbem. I.C.103.a. Cum bello uaſtabitur Italia,uexabuntur urbes, tecta ardebunt. & 121.a.Vaſtare & diripere totam Italiam. de Arad. 250.a. Qui Peßimuntem ipſum ſedem matris deorum uaſtaris.de Nat.46.a.Homines non patiuntur terram immanitate belluarum efferari, nec ſtirpium aſperitate uaſtari. Att.134.a. Homo magis ad uaſtandum Italiam, quàm ad uincendum paratus.Oct.330.b.Qui uaſtares urbem incendio,Italiam bello.

Vaſtus,a,um.deſertus,immanis, magnitudine immani.contra Rul.80.a.Ager propter ſterilitatem incultus, propter peſtilentiam uaſtus atque deſertus. Part.233.a. Loci uaſti.)(.Loci coædificati.& de Som.129.a.Vaſta ſolitudo.Tuſ.243.b.Quæ Barbaria India uaſtior,aut agreſtior? de N.20.b. Elephanto belluarum nulla prudentior, at figura quæ uaſtior? de Nat.48.b. Quadrupes qua uaſta tenetur.de D.90.b.Bellua uaſta & immanis. I. P. 92.a.Cum mare uaſtißimum hyeme tranſibas.Or.211.a. Axilla ala factus eſt,fuga literæ uaſtioris.de Or.94.a. Quidam uultu motuq; corporis uaſti atq; agreſtes. ad Heren.27.b.Crebræ uocalium concurſiones,quæ uaſtam & hiantem orationem reddunt.

Vates,tis.fatidicus,mantis,diuinus ſacerdos. de L.173.b. Fatidicorum & uatum effata incognita interpretari. de N. 12.b. Aruſpices, augures, arioli, uates,coniectores. & de Ar.248.a. Libri uatum Apollinis. & 250.a. Hac uate



uate ſuadente:id eſt,Sybilla.de D.104.a. & de Cl.170.b. Quos olim fauni uateſq; canebant. de D.87.b. Sybilla Erithrea, Bacchis,Bœotius,Epaminundas Cres.

Vaticanus.Romæ mons. At.216.b.a.

Vaticinatio,onis.oraculũ.prædictio.Ac.27.a.Auſpicia, oracula,ſomnia,uaticinationes. & Part230.a. Vaticinationes & reſponſa ſacerdotũ,aruſpicum,coniectorum.& de Nat.27.b. Ex Sibyllinis uaticinationibus. de D.131. b. Hoc eſt artis & ſcientiæ,non uaticinationis & motus. At. 128.b. Quarum literarum uaticinationem falſam eſſe cupio.de Nat.59.a.Multa oraculis declarantur,multa uaticinationibus.& de D.95.a.Expoſui ſomnij & furoris oracula.de D.123.a. Sortes, quæ uaticinatione funduntur. l. Diuinatio.

Vaticinor,aris.diuino, inſanio, furo, futura præſentio. At.125.a. Γεροντοπίζω igitur noſter Attice, non ariolans,ut illa cui nemo credidit, ſed coniectura proſpiciens iam iamq; maiora magno tumultu, non multo inquam ſecus poſſum uaticinari, tanta malorum impendet Ἰλιάς. Ep.27.b.Sed ego fortaſſe uaticinor, & hæc omnia meliores habebunt exitus. Am.100.b. Empedoclem quidem carminibus græcis uaticinatum ferunt, quæ in toto mundo, &c.de 94.b.Vt uaticinari furor uera ſoleat. & Ep.27.b.Sed ego fortaßis uaticinor.de D.87.b.Vaticinans per furorem,ut Sybilla. & 129.a. Furore diuino incitatus animus futura præſentit.pro Seſt.7.b. Qui hæc dicerent,uaticinari atq; inſanire dicebant.

Vber,ris.mãma.de D.84.b.Martia,quæ paruos Mauortis ſemine natos,Vberibus grauidis uitali rore rigabat.

Vber,ris.fœcundus,ferax,fertilis,abundans,copioſus. Q.Fr.318.b. Multis locis aquam profluentẽ, & eam uberem uidi.de Or.94.a. Motus animi ad explicandũ ornandumq; uberes.de D.81.a.Ea Cleanthes paulo uberiora fecit.de Fin.146.a.Seges ſpicis uberibus & crebis. de N.57.b.Vberrimi lætißimiq; fructus uitium.& Tuſ.174.b. Fructus uberrimus. de Sen.89.a. Agro bene culto nihil eſt nec uſu uberius,nec ſpecie ornatius. Off.53.a. Nullus feracior in philoſophia locus,nec uberior, quàm de officijs. I.P. 100.b.Vbi illa uberrima ſupplicationibus triũphiſq; prouincia.Ep.67.b.Omnia uberiora futura ſunt.de N.86.a. Maiore delectatione,uberiore ſpe commoueri. Or.198.a. Periclem ab Anaxagora fœcundum atq; uberem fuiſſe. de Cl.196.b.Vir ornatus uberrimis artibus.& 175.a.Nemo plenior & uberior ad dicendum fuit.

Vberius & uberrimè.copioſè,affluenter. de N. 30.a. Vberius ac fuſius diſputare aliquid.& de D.109.b. Epiſt. 43.a. Vberrimè.

Vbertas,tis,abundantia,copia,magnitudo. Or.198.a.Omnis enim ubertas,& quaſi ſylua dicendi ducta ab Academicis eſt. & pro Cor. 55.a. Orationis ubertas,uarietas,copia. de N.52.a. Nuper nati mammas appetunt, earũq; ubertate ſaturantur.I.V.199.a. Vbertas in percipiẽdis fructibus,utilitas in uendendis. de Nat.77.b.I.V.199.a.Vbertas frugum & fructuum. pro Pom.12.b. Summa ubertas agrorum. Poſtquam.202.a. Frugum ubertas & copia.de N.58.a.Maxima ubertas & uarietas pomorum. & Tuſ.162.b. Ramos baccarum ubertate incurueſcere. de Nat.59.b.Satis à Socrate dictum eſt de ubertatibus uirtutis & copijs.de Orat.101.a. Bibliothecas omnium philoſophorum unus XII.tabularum liber & autoritatis pondere,& utilitatis ubertate ſuperat.de Or.89.a.Vbertas in dicendo.)(.Exilitas.pro Pom.6.b.Aſia fertilis eſt ubertate agrorum.



Vbi.quo loci.At.124.b.Ep.17.b. Vt ibi malis eſſe,ubi aliquo numero ſis,quàm iſtic ubi ſolus ſapere uideare. & 78.a.Nemo eſt,quin ubiuis,quàm ibi ubi eſt,eſſe malit. de Or.113.b.Quid eſt,inquit,Catule, Cæſar:ubi ſunt qui Antonium græcè negant ſcire? Tuſ. 233.a. Eſt ubi id iſto modo ualeat.pro R.P.128.b.Vbi terrarũ ſumus? de Or.106.a.Cumq; multa colligeres & ex legibus, & ex Senatuſconſultis,ubi,&c.id eſt,in quibus.I.V.89.b.& de Or.144.b. Vbi pro poſtquam & ſimul ut.pro R.P.128.a. Vbi ſemel quis peierauerit,ei credi poſtea non oportet. & I.P.94.a. Vbi galli cantum audiuit.

Vbicunq;.quocunq; in loco. Ep.73.b.78.a. Ep.19.b. & Ac.26.a.Etſi ubicunq; es, in eadem es naui. I. V. 265. Vbicunq; terrarum.

Vbiq;.de Fin. 65.a. Aut Epicurus quid ſit uoluptas, aut omnes mortales qui ubiq; ſunt neſciunt. Item.66.123. & At. 253.Item.Tuſ.155.a. & Acad.34.a.& de N.59.a. de D.127.b. & 135.a.& I. V. 201. b. & 230. b. Contra Rul.77.b.pro Cor.65.b.Item.I.A.226.b.& 262.a. Hæc autem particula cum nullo alio uerbo coniungitur, quàm cum uerbo eſt.uixq; ſine omnis aut quicquid, apud Ciceronem reperitur,ut in ſuperiore exemplo demonſtratur.

Vbiuis.Ep.78.a.Nemoq; eſt quin ubiuis,quàm ibi ubi eſt,eſſe malit.

Vbiuis nam.Att.*.

Vbiubi.pro ubicunq;. Tuſ.*.

Ve.uel.& Orat:203.b.Poeta peccat cum probam orationem affingit improbo ſtultóue ſapientis. I. A.261.a. Poſt hanc habitam concionem duabus tribúsue horis literæ uenerunt, &c.I.A.204.b.205.a. Vti C.Panſa A.Hircius conſules alter ambóue cognoſcerent. pro Flac. 148.b. Ne quid plus minúsue dicat. Orat.208.b. Per orationem inflammantem reſtinguentemúe concludere. de Nat.20.b. Beſtiæ quæ in rubro mari Indiáue gignuntur. I. A. 168. a. Qui albus atérue fueris ignorans fratris filium præterijt. Orat. 211. a. Suaues grauéſue ſententiæ. pro Cecin.296.a.Qui in Italia ſit,abſitúe reipublicæ cauſa.& ibid.b.Hominibus coactis armatis'ue. Orat. 218.b. Ne breuitas,&c.néue longitudo,&c. I.A.196.a. Lex de actis Cæſaris,&c. déue dictatura, &c. déue colonijs, &c. Epiſt. 14. b. Néue in hoc reo,néue in alijs quæras, &c. & de Orat. 158. a. Néue hoc,néue illud,&c. Att.123.b. Pro tuis rebus geſtis amplißimis, amplioribúsue quàm meis,quàm Africani.de D.112.a.Omnia quæ fierent futuraúe eſſent.& ibid. Omnia quæ fiunt, quæq; futura ſunt. Quint. Fr. 290. a. Rogo ne contrahas aut demittas animum,néue te obrui ſinas.de Sen.89.a.Quid de pratorum uiriditate,aut arborum ordinibus, aut uinearum oliuetorúmue ſpecie dicam? de Leg. 156.a. Cùm eam tempeſtas uetuſtaſúe conſumpſerit.& 182.b. Lex ueſtibulum ſepulchri buſtúmue uſu capi uetat.de Vn.197.a. Ἀναλογίᾳ cõparatio proportióue dici poteſt. Epiſtol. 70.a. Nullum membrum reipublicæ reperies, quod non fractum debilitatúmue ſit.Tuſ.156.b.Ne tam uegeta mens,aut in corde, cerebróue, aut in Empedocleo ſanguine demerſa ſit.

Vecors,dis.excors,bardus. pro Dom. 242.b. Sed uecors repentè ſine ſuo uultu, ſine colore, ſine uoce conſtitit.& a.Itaq; iſtius uecordißimi mentem cura metuq; terrebant.I.P.83.b.Cùm tu ô uecors,& amens,&c.

Vectigal,lis.portorium.pro Pom.6.b.Quo tandẽ animo eſſe exiſtimatis, aut eos qui uectigalia nobis penſitant,aut eos qui exercent atq; exigunt?& 4.b. Quorum magnæ res agũtur in ueſtris uectigalibus exercẽdis occupatæ.

patæ. Qu.Fr.296.b. Qui pendere ipſi uectigal ſine publicano non potuerunt. pro Font.278.a. Vectigal eſſe impoſitum fructibus noſtris dicitur. & ib. Exigere portorium, & inſtituere portorium. & contra Rul.77.a. Sicq; agro grande uectigal imponitur. pro Pom.7.a. Vectigalia neruos eſſe reipub. ſemper duximus. de Pro.70.a. Vectigal ac portorium Dyrrhachinorum totum in huius unius quæſtum eſt conuerſum. I.V.150.b. Cæteris prouincijs impoſitum uectigal eſt certum, quod ſtipendiarium dicitur. At.85.a. Ariobarzanes nullum ærarium, nullum uectigal habet. contra Rul.89.a. Ego pro aqua crebra uectigal pendam. & Q.Fr.296.b. Pēdere uectigal alicui. Qu.F.294.b. Iniquo & graui uectigali ædilitiorū Aſiam liberaſti. de Cl.176.b. Sp.Torius agrū publicum uicioſa & inutili lege uectigali leuauit. Item. Magnū uectigal eſt parſimonia. Par.225.b. Ex meo tenui uectigali aliquid etiā redundat. At.83.a. Atq; etiam minus eſt aliquanto in Scaptij nomine, quàm in uectigali prætorio. At.149.b. Habebit nō ille uectigal, ſed ciuium bona. At.191.b. Equidem iam nō egeo uectigalibus, & paruo contentus eſſe poſſum. Q.F.296.b. Exigere uectigalia. pro Pom.6.b. Itaq; neq; ex portu, neq; ex decumis, neq; ex ſcriptura uectigal conſeruari poteſt. Item. Qui uectigalia nobis penſitant.

Vectigalis, le. ſtipendiarius, tributarius, publicanus. I.V.165.a. Ita ciuitas una ſociorum duabus mulierculis uectigalis fuit. & 170.a. Ager uectigalis populo Romano ex parte decima. & contra Rul. 79.a. Agri uectigales. I.P.98.b. Is uectigalem prouinciam fecit ſingulis rebus quæcunq; uenirent, portorio impoſito. & de Pro.71.a. Vectigales & ſtipendiarios multos liberauit. I.V.94.b. Naues ex uectigali pecunia fecerat. Ep.162.a. Quod cū pertimuiſſet Dolabella uaſtata prouincia, correptis uectigalibus, præcipuè ciuibus Romanis omnibus crudeliſſimè denudatis ac deuenditis, celerius Aſia exceſſit. Quint. Fr. 296.b. Græci ſunt uectigales. I.A.172.a. Tradere equos uectigales alicui.

Vectio, onis. de Off.56.b. Effecimus etiam domitu noſtro quadrupedum uectiones.

Vectis, ctis. palus eſt ferreus, quo utuntur fabri ad multa. I.V.222.a. Demoliri ſignum ac uectibus labefactare conantur. & de N.5.b. Quæ ferramenta, qui uectis. de Nat. 121.a. Si anguis uectem circumplicatus fuiſſet.

Vector, oris. nauigans, qui uehit, & qui uehitur. Att. 28.b. Malè uehi malo alio gubernāte, quàm tam ingratis uectoribus bene gubernare. pro Seſt.12.b. Si id uectores negarent. de N.78.a. Vectores timidi aduerſa tempeſtate. & At.169.b. Naui eius, & ipſo cōuectore me uſurum puto. I.A.214.a. Summi gubernatores in magnis tempeſtatibus à uectoribus admoneri ſolent.

In naui ſunt:
- Nauarchus: id eſt,
- Dominus nauis
- Nautæ, remiges, nauicularij.
- Vectores, nauigantes.

Vectura, ræ. uectio. Att.2.b. Miſimus, qui pro uectura ſoluerent. & I.V.101.a. Vecturæ difficultas. & Ep.28.b. Vt & mihi & populo cautum eſſet ſine uecturæ periculo. At.246.b. Petij ab eo de mulis uecturæ, & uicis.

Vegetus, a, um. ſanus, firmus. ualens. At.160.b. Te uegetum nobis in Græcia ſiſte. Tuſc. 156.b. Ne tam uegeta mens in ſanguine demerſa iaceat. de D.93.b. Vt illa tertia pars rationis eluceat, & ſe uegetam ad ſomniandum acremq; præbeat.

Vehemens, tis. acer, fortis, ferox, incenſus, immoderatus, effrenatus, nimius, oratio contorta, acris, incitata, uibrans. In Vat.29.a. Nimium es uehemens feroxq́; natura. & pro Syl. 184.a. Ego, qui uehemens in alios, inexorabilis in cæteros eſſe uiſus ſum. de Orat. 125.a. Acri & uehementi quadam incitatione inflammari. de Clar. 172.a. Galba in meditando uehemens & incenſus fuit. de Orat. 138.a. Exordium dicendi uehemens & pugnax. de Orat. 113.b. Qui illum impetum oratoris non habeat, & uehemens minus ſit. & 127.a. Oratio uehemens & atrox. )( Lenitatis & manſuetudinis.

Vehementer. acriter, acerbè, aſpere, impenſè, ualde, longè, nimio opere, etiam atq; etiam, incredibiliter. )( Remiſſè. de Fin.143.a. Nam illud uehementer repugnat, eſſe beatum, & multis malis oppreſſum. Tuſ.220.a. Quæ uehementer, acriter, animoſè fiunt. ad Her. 33.b. Hoc genus & acrimoniam habet, & uehementiſſimum eſt. At.96.b. Nos eteſiæ uehementiſſimè tardarunt. de Or.97.a. Vehementiſſimè exercere ſe in aliqua re. At.39.b. Vehementius & acrius. & 104.b. Acerrimè: id eſt, uehementiſſimè & ardentius. At.210.a. Inhibere illud tuum quod mihi arriſerat, uehementer diſplicet. Att.261.a. De ſumma autem agi prorſus uehementer & ſeuerè uolo. I.A.217.a. Vehementer me agere fateor, iracundè nego.

Vehens, tis. qui uehitur. de Cl.196.b. Cuius in adoleſcētiam per medias laudes, quaſi quadrigis uehentē, tranſuerſa incurrit miſera fortuna reipublicæ.

Vehiculum, li. pro Mil.111.b. Quid horum non impudentiſſimum? ueſtitus an uehiculum? id eſt, rheda. & ibid. Cùm alter ueheretur in rheda penulatus. I.V.247.b. Illi tibi furtorum uehiculum comparauerunt: id eſt, nauem, qua furta ueheres. I.P.92.b. Vehicula triumphalia: id eſt, currus. At.164.b. Ego uerò uehiculo, ſi nauis non erit, eripiam me ex iſtorum parricidio.

Veho, is. de D.138.a. Curru quadrigarum uehi. & de Nat.78.a. Vehi in aliqua naui. & pro Mil.111.a. Vehi in rheda. I.V.259.a. Quod in eius quadriremi Cleomenes uectus eſſet. de N.16.b. Ille taurus qui uexit Europam. Tuſ. 164.a. Tanquam ratis in mari immenſo noſtra uehitur oratio. de N.17.a. & de Cl.196.b. Triton natantibus inuehens belluis. de Vn.203.b. Vt animal ſex motibus ueheretur. de D.137.a. Equus in quo uehebar, mecum unà demerſus, rurſus apparuit. I.P. 92.b. Vehi per urbem, conſpici uelle. I.A.171.b. Vehatur in eſſedo tribunus plebis.

Veiens, tis. pro S.R.25.b. An aliquem ex agro Veiente nominem. & de D.100.b. Veientes, &c.

Veij, orum. op. de D.100.b. Ex fatis, quæ Veientes ſcripta haberent, Veios capi poſſe.

Veiouis. Iouis acheruntius, qui nō iuuandi, ut Iouis, ſiue Iupiter ille alter, opt. max. poteſtatem haberet, ſed nocendi tantum ac uexandi. Idcirco appellabatur quidem Iouis, uerùm præpoſita ue particula, quæ priuat uerbum ea ui quam haberet, ſi ue præpoſitum non fuiſſet, ut in uecors, & ueſanus. Et, ut uno uerbo dicam, Veiouis, Orcus eſt, ad nocendum, è cœlo ſummo, ad impia tartara deturbatus. de N.72.a. Quid Veioui facies?

Vel. ue, ſeu, ſiue, aut. de Or.106.b. Cui noſtrûm non licet fundos ſuos obire? aut res ruſticas uel fructus cauſa uel delectationis inuiſere? Quint. Frat.315.b. Sunt iſta quidem uel magna, uel potius maxima. de Nat.85.a. In his uel aſperitatibus rerum, uel anguſtijs temporis. de Clar.187.a. Multorum uel periculo uel honori ſeruire. Att.20.a. A curia autē nulla me res diuellet, uel quod, &c. uel quod, &c. uel quod, &c. Att.9.a. Intellexi hominem moueri, utrum



utrum Caſſium inire tantum gratiam, &c. an eſſet tantas res noſtras, &c. id eſt, uel quod, &c. uel quod, &c. pro Planc. 260.a. Vel quod multo minus eſt ferendum. pro Lig.138.a. Cuius ego induſtriæ gloriæq; faueo, uel propter propinquam cognationē, uel quod, &c. uel quod, &c.

Vel. pro etiam. Vel mori ſatius eſt, quàm, &c. l. Satius. Epiſt.102.a. Quàm moroſi ſint qui amant, uel ex hoc potes cognoſcere. de N.58.b. Hoc mihi uidetur uel maximè confirmare, &c. de Orat.87.b. & 162.a. Hoc uno præſtamus uel maximè feris. Orat.205.a. Cùm id certè ſit uel maximè atticum. de Leg.188.b. Nam iſto modo uel conſulatus uituperabilis eſt. Or.205.a. Hoc in genere neruorū eſt uel minimum, ſuauitatis autem uel plurimum. Ac.23.b. Per me uel ſtertas licet, non modò quieſcas. Qu.Fr.305.b. Vel Lentulum, &c. de Or.119.b. Hæc ſunt omnia ingenij uel mediocris, exercitationis autem uel maximè. de Orat. 138.b. Vt ipſis ſententijs quibus proluſerunt, uel pugnare poſſint: id eſt, etiam.

Velabrum, bri. locus Romæ, ſiue olearium forum, ut Plautus indicat. Att. 283.a. Laurentiæ ad aram in Velabro ſacrificium pontifices facere ſolent.

Veles, tis. leuis armaturæ miles, & expeditus ad curſum. Ep.138.b. Me autem à te, ut ſcurram uelitem, malis oneratum eſſe, non moleſtè tuli. de Cl.189.b. Vt haſtæ uelitibus amentatæ traduntur, ſic, &c.

Velia, iæ. urbs. Att.256. Ep.104. I.V.128.

Velienſes. Ep.105. pro Cor.66.

Velificatio, onis. Ep.16.a. Cùm id poſſis mutata uelificatione aſſequi, ſtultum eſt, &c.

Velificor, aris. uela facio, auram popularem capto. Ep.120.b. Ne aut uelificatus alicui dicaris, aut, &c. cōtra Rul.65.a. Si quis ueſtrûm ſpe ducitur, ſe poſſe turbulenta ratione honori uelificari ſuo.

Velinus lacus. Att.62.

Veliuolans, tis. quod uelis uolat, ut nauis. mirificè igitur Vergilius mare ueliuolum appellauit. de D.94.b. Et fera ueliuolantibus nauibus compleuit manus litora.

Vellico, as. peruello. pro Cor.67.a. Qui more hominum inuident, in conuiuijs rodunt, in circulis uellicant, ubique carpunt.

Vello, lis, uelli, & uulſi. euello, peruello. I.V.212.b. Illa quæ uellerat ex patellis in aureis poculis illigabat. de Fin. 107.b. Spinas uellere.

Velo, as. obduco, tego. I.V.91.b. Triumphi nomine tegere & uelare cupiditatem ſuam. pro Dom.238 b. Tu tu, inquam, capite uelato, &c. bona illius conſeruaſti.

Velocitas, tis. pernicitas. Off.21.b. Videmus alios uelocitate ad curſum, alios uiribus ad luctandum ualere. Tuſc. 215.b. Velocitas corporis celeritas appellatur. & 237.a. Pernicitas & uelocitas. de Sen.80.b. Non enim uiribus aut uelocitatibus, aut celeritate corporum res magnæ geruntur, ſed conſilio & autoritate & ſententia.

Velociter. ocyus. de Som.130.b. Quibus exercitatus animus uelociter in hanc ſedem peruolabit.

Velſurus Iupiter. I.P.97.b.

Velum, li. integumentum, inuolucrum. Quint. Frat. 292.b. Multis ſimulationum inuolucris tegitur, & quaſi uelis quibuſdam obtenditur uniuſcuiuſque natura. I.V. 241.b. Tabernacula carbaſeis intenta uelis. I.C.109.a. Socij Catilinæ uelis amicti, non togis. pro Dom.218.a. Cùm ipſe archipirata cum grege prædonum pleniſſimis uelis nauigares. I.V.253.b. Cleomenes malum erigi, uela fieri, anchoras præcidi imperat. Tuſ.211.a. Vtrum igitur mauis? ſtatim ne nos uela facere? an quaſi è portu egredientes paululum remigare? & ibid. Quærebā igitur utrum panderem uela orationis ſtatim. Or.203.b. Nunc iam quō cunq; feremur, danda nimirum uela ſunt. de Or.125.b. Et ad id, unde aliquis flatus oſtenditur, uela do. Tuſc. 164.b. Quò utinam uelis paſſis peruehi liceat: id eſt, in portum. Tuſ.195.b. & Quint.Fr.315.b. Res tetra, deteſtabilis, omni contentione, uelis, ut ita dicam, remiſq; fugienda. Att. 10.b. Contraxi uela. Off.75.b. Cum his uelis equiſq;, ut dicitur, decertandum eſt. Prouerb.

Velut, & ueluti. ſicut. Tuſcul.176.a. de Nat.50.b. Beſtiæ quæ gignuntur in terra, ueluti crocodilli. de Fin. 89.a. Non elogia monumentorum hoc ſignificant? uelut hoc ad portam, &c. de Ar.145.a. Si conabitur, &c. eius conatum refutabo, uelut heſterno die, cum, &c. I.V.222.b. Velut in hac re. de Nat.2.a. Velut in hac quæſtione. & Tuſc. 230.b. Velut iſte chorus uirtutum, &c. de In.52.a. Velut apud Socraticum Aeſchinem. Tuſ. 175.a. Velut ex ea diſputatione. Tuſ.152.a. Velut in cantu, &c. ſic in corpore, &c.185.b. ter uſurpatum. Qu.F.321.b. Ideo multa coniecta ſunt aliud alio tempore, uelut hoc, T. Annius, &c.

Vena, næ. arteria. de N.30.a. Iam uerò uenæ & arteriæ micare non deſinunt. & 54.a. Sanguis per uenas in omne corpus diffunditur, ſicut ſpiritus per arterias. de N. 53.b. Vena quæ caua appellatur, hæc à iecore ad cor pertinet. & 54.a. In alterum uentriculum cordis ſanguis à iecore per uenam illam cauam influit. de D. 138.b. Medici ſigna quædam habent ex uenis & ex ſpiritu ægroti, multiſq; ex alijs futura præſentiunt. de Fat.143.b. Si cui uenæ ſic mouentur, is habet febrim. de Ar. 251.a. & I.P. 97.b. Incidere uenas alicui. de Nat.54.a. Nerui ſicut uenæ & arteriæ, à corde tracti & profecti, in corpus omne ducuntur. I.C.103.b. Periculum autem reſidebit & erit incluſum penitus in uenis atque in uiſceribus reipublicæ. de Finib.84.b. Cui uiperino morſu uenæ uiſcerum ueneno imbutæ tetros cruciatus cient. de Nat. 56.b. & 45.b. Venæ argenti, auri, æris penitus abditæ. de D.104.a. Reconditæ auri argentiq; uenæ. de Orat.104.a. Teneat oportet uenas cuiuſque generis, ætatis, ordinis: id eſt, abditas rationes.

Venabulum, li. uenatica haſta, telum uel ſpiculum. Epiſtol. 95.a. Cum præclara beſtia uenabulo tranſuerberatur.

Venafrum, ri. op. At.111. & 318.

Venafranus ager. pro Cl.58.a.

Venalis, le. quod ut uendatur expoſitum eſt. pro Qu. 2.b. Næuius qui uocem uenalem habuerat. & ibid. 4.a. Publicius, qui ex Gallia pueros uenales iſti adducebat. Q. Fr.324.b. Non enim hæc uenalia ſunt, quæ quidem placeant. Poſt.207.a. Cappadocem modò abreptum de grege uenalium diceres. de Orat.133.b. Syri uenales. & pro Dom.223.a. Ille nouitius Ligur uenalis aſcriptor & ſubſcriptor tuus. I.A.161.b. Cùm domi tuæ turpiſſimo mercatu omnia eſſent uenalia. & 185.a. Vt haberet omnia iura regni uenalia. contra Rul.89.b. Poſſeſſiones uenales ac proſcriptas hac lege uideo. I.A.132.b. Venalem in Sicilia iuriſdictionem habuit. & 180.a. Habere fidem uenalem. & 124.b. Proponere fidem uenalem. Off.49.b. Habere rempublicā quæſtui. de Or.106.b. Manlianæ leges uenalium uendendorum. In Sal.244.b. Salluſtius nihil in eo honore non uenale habuit, cuius aliquis emptor fuerit.

Venalitius, tij. mercator. Or.220.a. Diuitiæ, quibus omnes Africanos multi uenalitij mercatoreſq; ſuperarunt.

*Venaticus, a, um. quod ad uenandum ualet. ut canis uenaticus.* I.V.206.b.

*Venatio, onis.* At.253.a. *Venatio, quæ poſtridie ludorum Appollinarium futura eſt.* Off.44.b. *Prodigi, qui ludorum uenationumq́; apparatu pecunias profundunt.* de Sen. 89.a. *Tum conditiora facit hæc ſuperuacanei operis aucupium atq; uenatio.*

*Venator, oris.* Tuſcul.183.b. *Pernoctant uenatores in niue, in montibus uri ſe patiuntur.* de Nat.17.b. *Phyſicus, uenator naturæ.*

*Venatus, tus. uenatio.* Tuſc.247.a. *Labor in uenatu, ſudor, curſus ab Eurota.*

*Vendibilis, le. probabilis, tolerabilis.* I.V.97.b. *Illi bona res, huic uendibilis uidebatur.* contra Rul.73.b. *Herculanea uia uendibilis.* de Fin. 51.b. *Illa uendibiliora, hæc uberiora ſunt.* de Clariß. 180. a. *Gellius non tam uendibilis orator, quàm, &c. & ibid. b. Orator ſanè tolerabilis. &* 189.a. *Orator ſanè uendibilis. &* Am. 114.a. *Vendibilis oratio.*

*Vendico, as. libero, eximo, aſſumo.* pro Syl.17.b. *Itaq; ſe ex ſuſpicione tanti ſceleris & ex omni hominũ ſermone uendicauit. &* 173.a. *Sed me neq; honoris neq; ætatis excuſatio uẽdicat à labore.* de N.12.b. *Solutus & in libertatem uendicatus.* I.V.177.b. *Vendicare ſe exiſtimationi hominum. &* Att.64.a. *Vendicare ſe alicui & uendicare aliquem iudicijs.* Off.5.a. *Ortus noſtri partem patria, partem parentes uendicant.* Orat.202.b. *Cæterarum rerum partem aliquam ſibi quiſque uendicat.* Off.1.b. *Si id mihi aſſumo, uideor id meo iure quodammodo uendicare.* pro Ar.189.b. *Homerum Colophonij ciuem eſſe dicunt ſuum, Chij ſuum uendicant, Salaminij repetunt, Smyrnei ſuum eſſe confirmant.* pro Mil.109.a. *Vt etiam ſi id Milo feciſſet, cuncta ciuitas eam laudem pro ſua uendicaret.* I. C. 120.a. *Sed meorum periculorum rationes utilitas reipublicæ uendicat.* Par. 124.a. *In libertatem uendicare uult? minimè, quid, &c. aliter, uindicari.*

*Venditatio, onis. oſtentatio.* Tuſ.189.a. *Laudabiliora mihi uidentur omnia, quæ ſine uenditatione & ſine populo teſte fiunt.* de Am.112.a. *Virtus uenditatio quædam, atque oſtentatio eſſe dicitur.*

*Venditio, onis. abalienatio.* pro S.R.36.b. *Venditio bonorum. &* 39.b. *Proſcriptiones uenditionesq́; fieri.* I.P. 98.a. *Quod quaſi uaſarij nomine in uenditione mei capitis aſcripſeras.*

*Vendito, as. oſtento.* de Arad.243.b. & 255.a. *Cum is P. Tullioni nauaret operã, atq; ei ſeſe, cui totus uenierat, uenditaret. &* Att.134.a. & pro Syl.172.b. *Fallaciſsimè uenditare ſe alicui.* ad Her.15.a. *Venditare ingenium & oſtentare memoriam.*

*Venditor, oris. uenalitius.* Poſt. 206.a. *Mercatores prouinciarum ac uenditores noſtræ dignitatis.* Off. 62.a. *Vt ne quid omnino, quod uenditor norit, emptor ignoret.*

*Vendo, dis. alieno, abalieno, mancipio do, uenale habeo, uenditionem facio.* pro Quint. 3.a. *Eum non ita commodè poſſe ea quæ proſcripſiſſet, uendere.* Off. 62.a. *Vendere aliquid quàmplurimo. &* pro Seſt.15.b. *Vendere aliquid alicui grandi pecunia.* I. V. 175.a. *Cur igitur Metelle non ita magno uendidiſti? Item. Quod tu Bragitaro addictum pecunia tradidiſti.* Off.65.a. *Cum in uendendo eam rem ſciſſet, &c.* de Orat.106.b. *Manlianæ leges uenalium uendendorum.* Off.62.a. *Vendo meum non pluris, quàm cæteri, fortaſſe etiam minoris. & ibid. Quàm optimè uendere.*

*Veneficium, cij. uenefici artificium & crimen, cantio.* de Or.118.a. *De ſicarijs, de ueneficijs, de peculatu infitiari neceſſe eſt. &* pro Cl.18.a. *Quæſtio ueneficij.* de Cl. 184.b. *Idq; ueneficijs & cantionibus factum eſſe dicebat.* I.A.251.b. *Veneficum appellas eum, qui tuis ueneficijs remedia inuenit.*

*Veneficus, a, um. qui uenena ſpargit, ut homines tollat, qui cantionibus quibuſdã & malis artibus abutitur, ad ſuam libidinem explendam.* I.C.185.b. I.A.251.b. *Veneficum appellas eum, qui tuis ueneficijs remedia inuenit.* de In.99.a. & pro Seſt.11.a. *Cùm uenefici cuiuſdam nomen eſſet delatum.*

*Venenatus, a, um. ueneno illitus, peſtifer.* de Ar.255. b. *Vipera uenenata ac peſtifera. &* de D.136.a. *Cùm Ptolomeus telo uenenato ictus eſſet. &* pro Quint. 2. a. *Falſum crimen quaſi uenenatum telum iacere.* de Nat. 51.b. *Capræ confixæ uenenatis ſagittis.* ad Heren. 39.b. *Venenatus ſpiritus.* In exempl. Germanico. de N.51.a. *Pantheræ, quæ uenenata carne capiuntur, remedium habent: quo cum ſunt uſæ, non moriuntur.*

*Venenum, ni. peſtis, cantharides.* pro Cæl.50.a. *Vim ueneni aiunt Cælium eſſe expertum in ſeruo quodam ad rem ipſam parato, cuius perceleri interitu eſſet ab hoc comprobatum uenenum. &* 48.a. *Venenum quod Clodiæ necandæ cauſa paraſſe Cælium criminantur.* pro Cl. 53.b. *Oppinianicum ueneno eſſe necatum, quod ei datum ſit in pane per M. Aſellium.* I.C.109.a. *Qui ſicas uibrare & uenena ſpargere didicerunt.* pro Cluent.53.a. *Aliquem ueneno eſſe ſublatum, uenenum alicuius conſilio paratum, dare uenenum in mulſo.* Tuſc. 169.a. *Venenum biberunt Theramenes & Socrates. & ibid. Cùm uenenum obbibiſſet. & ibid. Præbere uenenum alicui. &* de Cl.190.a. *Parare uenenum alicui.* de Cl.168. a. *Fuit ſuſpicio, Themiſtoclem ueneno ſibi conſciuiſſe mortem.* de N.76.b. *Varius Metellum ueneno ſuſtulit.* pro S.R.35.a. *Occidere aliquem ueneno.* pro Cl.21.b. *Cluentius manifeſtò uenenum deprehendit.* pro Cl.27.a. & pro Cæl.49.b. *Dare uenenum alicui.* de N.74.b. *Tum hæc quotidiana, ſiccæ, uenena, peculatus.* I.A.233.a. *At hic nuper ſororis filio infudit uenenũ, non dedit.* At.35.b. *Sed ita lenibus uti uidebantur uenenis, ut poſſe uiderentur ſine dolore interire.* Or.208.b. *Cùm ſibi uenenis ereptam memoriam diceret.* pro Cl. 49. a. *Qui uenenum malum fecit, fecerit.* pro Cæl.50. a. *Veneni celeritas.* pro Cl.23.b. *Cui cum ipſe poculum dediſſet, ſubitò illa in media potione exclamauit, ſe maximo cum dolore mori. & ibid. Omnia præterea quæ ſolent eſſe indicia & ueſtigia ueneni, in illius mortuæ corpore fuerunt. & ib. Eodemq́; ueneno fratrem necauit.* I.A.251.b. *Nimirum rectè ueneficum appellas, à quo tibi præſentem peſtem uides comparatam. Item. Sumere cantharides.*

*Veneo, uenis. uendor.* pro Quint. 13.a. *Si ex edicto poſſediſti, quæro cur bona non uenierint.* Epiſt. 96.a. *Et mandaſti potiſsimum, cui expediret illud uenire quàmplurimo. & ibid. Quàm illud minoris ueneat.* Att.199.a. *Si horti uenibunt, quid fieri poßit cogitabimus. &* 79.b. *Mancipia uenibant ſaturnalibus treßis. aliter, ueniebant.* I.A.178.a. *Populis ueniebant immunitates.* Att.172.a. *Ex proximis literis cognoui prædia non ueniſſe.* de Fin.85.b. *Veneuntq́; ſcripta eius, &c.* I.V.164.a. *Primo anno uenierunt eius agri decumæ medimna* XVIII. de Ar. 243.b. *Cum is ei ſeſe, cui totus uenierat, uenditaret.* de Or.133.b. *Malo compilari quàm uenire.* ad Heren. 30.b. *Hic ueniſt à te, antequam Romam uenit.* At.1.b. *Si bona uenirent: id*



*eſt, uenderentur.* de In.58.a. *Prædæ ſectio non uenierit.*

*Venerandus, a, um. colendus.* contra Rul.85.a. *Non eos in deorum immortalium numero uenerandos à nobis & colendos putatis?*

*Veneratio, onis. honor, reuerentia.* de N.11.a. *Habet enim uenerationem iuſtam quicquid excellit.*

*Venereus, a, um.* de D.137.b. *Complexu uenereo iungi.* Tuſc.224.b. *Cùm fruuntur uenereis uoluptatibus.* de Sen.87.a. *Rebus uenereis uti.*

*Venereus, rei. iactus talorum quatuor, ubi omnes diuerſam faciem oſtendunt, diuerſaq; puncta Venerem uocabant, ſed hic intelligitur iactus.* de D.85.a. & 118.a. *Quatuor tali iacti caſu uenereum efficiunt.*

*Venerei. nomen familiæ ſeu gentis.* pro Cluent.26.a. *Vt in Sicilia permulti Venerei ſunt, ſic Martiales Larini in Martis familia numerantur.* I.V.160.b. *Mittit ad hominem Venereos. Item ibid. (Hoc quoq; attendite apparitores à Prætore aßignatos habuiſſe Decumanum) adducitur à Venereis atq; adeò attrahitur Lollius.*

*Veneror, aris. colo,* 70. a. *Deos auguſtè omnes ſanctéq; ueneramur.* de N.40.a. *Deos uenerari & colere debemus.* I.V.87.b. & 222.a. I.A.180.b. *Simulacra ex ſuis fanis ſublata in foro uenerabãtur.* Ep.85.a. *Cùm ignorit omnibus, qui multa deos uenerati ſint contra eius ſalutẽ.* Tuſ. 158.b. & 173.a. *Venerari aliquem ut deum.* de N. 24.b. *Dij quos colere, precari, uenerariq; ſolemus.* pro Pl.279. b. *Lapidem è ſepulchro uenerari pro deo.*

*Venia, niæ. licentia, impunitas.* I.V.264.a. *Hæc ſi tibi tuus parens diceret, poſſes ab eo ueniam petere? poſſes ut tibi ignoſceret poſtulare?* pro Pom.5.a. *Veruntamen illis imperatoribus laus tribuenda, quod egerunt: uenia danda, quod reliquerunt.* de In. 61. a. *Voluntario facinori ueniam dari non oportere.* contra Rul. 67. a. *Mihi errato nulla uenia, rectè facto exigua laus proponitur.* pro Rab. 91.a. *Ab Ioue pacem & ueniam peto, precorq́; ab eo, ut, &c.* pro Lig.142.a. *Delicti ueniam peto.* pro Mur. 139. a. *Fatetur aliquis ſe peccaſſe, & eius delicti ueniam petit, nefarium eſt facinus ignoſcere.* pro Syl.179.b. *Peterem ueniam errato L. Cæcilij ex intimis ueſtris cogitationibus.* I. A.220.a. *Cæteris autem ſi errorem ſuum depoſuerint, ueniam & impunitatem dandam puto.* Or.218.b. *Ab aliquo cui te purges, ueniam petere.* Par.241.b. *Ad eius facti deprecationem ignoſcendi petenda uenia eſt.* de Or. 126.a. *Vix mihi tenuis quædã uenia dabatur excuſationis, quod, &c.* de D.109.b. *Dabunt igitur mihi ueniam ciues mei, uel gratiam potius habebunt, quod, &c.* I.V.262.b. *Cur tu fortunæ illorum innocentium ueniam ac locum non dediſti?* pro Arch.186.a. *Quæſo à uobis ut in hac cauſa mihi detis hanc ueniã, ut patiamini, &c.* de Or. 87.a. *Sed cum, &c. dabis hanc ueniam mi frater, ut noſtros græcis anteponam.* At.83.b. *Dedi ueniam homini impudenter petenti: id eſt, conceßi quod petebat.* Orat.200.a. *Datur etiam uenia concinnitati ſententiarum.* pro Dom. 226. b. *Cn. Pompeius diutius furori ſuo ueniam daturum non arbitrabatur.* pro Cæl.43.b. *Deprecari uacationem adoleſcentiæ ueniamq́; petere.* de Pro.69.a. *Etiamſi paulo minus utilis nobis ſententia uideretur, ueniam tamen aliquam dolori meo tribueretis.* de Or.93.a. *Date nobis hanc ueniam, ut ea, quæ ſentitis de omni genere dicendi, ſubtiliter proſequamini.* Or.110.a. *Quis tam durus hanc mihi non daret ueniam? &c.* de Am. 107.b. *Eſt enim quatenus amicitiæ dari uenia poßit.* pro Lig.137.a. *Cum à te non ſolum liberationem culpæ, ſed etiam errati ueniam impetrauiſſent.* pro R.P.128.a. *Pace tua dixerim. &, Bona tua uenia dixerim.* de L.191.a. *Quare frater bona tua uenia dixerim, iſta ſententia obeſt ſæpißimè.* Off.69.b. *Hoc prouerbio, neq; Gygi illi poteſt uenia dari, neq; huic, &c.* At.85.b. *Impetraui à Salaminijs ut ſilerent, ueniam illi quidem mihi dederunt: id eſt, cõceſſerunt.* Q.F.320.a. *Cæſar tibi amantißimè petenti ueniam non dedit: id eſt, non conceßit.* I. P. 101.a. *Cui non apud ullum ordinem maximorũ ſcelerum uenia ulla ad ignoſcendum dari poteſt.* pro Font.280.a. *In bellis gerendis à dijs immortalibus pacem & ueniam petere.* ad Her. 28.b. *Veniam ad uos ſi mihi ſenatus det ueniam.* pro S.R.20.a. *Vos oro, ut attentè bonáq; cum uenia uerba mea audiatis.* de N.13.b. *Doleo te (bona uenia me audies) in tam leues, ne dicam ineptas ſententias incidiſſe. &* de D.85.b. *Bona hoc tua uenia dixerim.* de Or. 106.a. *An uerò (bona uenia huius optimi uiri dixerim Scæuolæ) tu, &c.* Off.45.a. *Veniam neceßitati dare.*

*Venio, nis. eo, aduenio, mano.* Q.Fr.297.a. *Omnes qui iſtinc ueniunt, commemorant, &c.* Off.74.a. *Is cum prima luce Pomponij domum uenit.* pro Fl.155.a. *Qui nunquam in ſenatum uenire potuit.* Epiſt.234.b. *Cùm inimici noſtri uenire dicentur, tum in Epirum ibo.* At.228.a. *Vtile eſt me illuc uenire.* Or. 216. b. *Iam à principio uidendum eſt, quemadmodum uelis uenire ad extremam.* I. A.161.a. *An ego nõ uenirẽ contra alienum pro familiari meo?* Att. 174.b. *Multos in Africam ueniſſe audio.* de N.40.a. *Quæ autem dea ad res omnes ueniret, Venerem noſtri nominauerunt.* de N.66.b. *Ad quem dolor ueniat, ad eundem neceſſe eſt interitum uenire.* pro Q.3.a. *Vt ad quem ſummus mœror morte ſua ueniebat, ad eundem quoq; ſummus honos perueniret.* I.V.143.a. *Venire in familiaritatem conſuetudinemq́; alicuius.* I.A.207.b. *Propter æs alienum uenire ad arma.* I.V.241.a. *Nonnunquã etiam res ad manus atq; ad pugnam ueniebat.* de Or.96.b. *Venire in controuerſiam.* pro Cl.51.b. *Quæ res in quæſtione uerſatur.* pro Mur.137.a. *Venire in periculum.* pro Q.9.b. *Non in eam turpitudinem ueniſſes.* pro S. R.33.a. *Is ad quem morte Roſcij diuitiæ uenerunt.* pro Cec.399.a. *Hæreditatem uenire alicui, & fundum ad aliquem teſtamento deuenire.* At.274.b. *Multos uiros bonos in Africam ueniſſe audio: id eſt, iuiſſe.* de Fat.145.b. *Tam eſt immutabile uenturum, cum uerũ eſt, quàm ueniſſe.* pro Deiot.145.b. *A Cn. Pompeio ad Deiotarum legati literæq́; uenerunt.*

*Venor, aris. aucupor.* de N.58.a. *Canum mira alacritas in uenando.* Ep.24.a. *De Pantheris, per eos qui uenari ſolent, agitur mandato meo diligenter.* At.256.a. *Bene igitur tu quod* ἀθανασίαν *uenaris.* Or.122.a. *Noſſe regiones intra quas uenere, perueſtiges, quod quæras.* ad Her. 24.b. *Venari laudem modeſtiæ in aliqua re.*

*Venter, tris. aluus.* de Or.133.b. *Non pecuniam cõſeruauit, ſed tanquam nudus nuces legeret, in uentrem abſtulit.* pro Mur. 136.b. *Etenim ſciebam Catilinam non latus, aut uentrem, ſed caput & collum ſolere petere.* de D.133. a. *Faba uenter inflatur.* pro Cæl. 46. b. *Vicium uentris & gutturis: id eſt, guloſitas quam uocant.*

*Ventilo, as. excutio, in manibus iacto.* pro Fl. 157.b. *Cuius lingua quaſi flabello ſeditionis illa tum eſt egentium concio uentilata.*

*Ventito, as. crebrò uenio.* de L.158.b. *Cùm ipſe etiam ad Scæuolam uentitarem.* de Pet.207.

*Ventoſus, a, um. leuis, inanis, uanus.* I.A.234.a. *Extra ordinarium ſemper imperium populare atq; uentoſum eſt.* Ep.172.a. *Ventoſißimus homo Lepidus.*

Ventriculus,li.de N.54.a.Cordis pars quædam,quam uentriculum cordis adpellant.& ibid.Cui ſimilis eſt alter uentriculus,in quem ſanguis à iecore per uenam illam cauam influit.

Ventus,ti.flamen,aura,flamina uenti,ſpiritus auſtri.de N.46.a. Aer effluens huc & illuc uentos efficit.de D.117.a.Placet Stoicis eos anhelitus terræ,qui frigidi ſint,cũ fluere cœperint,uentos eſſe.pro S.R.40.a.Ventus uehemens & immoderata tempeſtas. pro Cl. 46. a. Mare quod ſua natura tranquillum ſit,uentorum ui agitari atq; turbari. At.138.b.Ex ea die ſeptẽtriones fuere uẽti.Ep.243.b.Habere uentos ſecundos. Ep.20.b.Et eorum uentorum,quos propoſui,moderator quidam & quaſi gubernator.In Ar. Si grauis inciderit uehementi flamine uentus.pro Cl.33.b. Omnes rumorũ & cõcionum uentos colligere.de Cl.72.b. Cùm omnis motus animi tanquam uentus hominem defecerat.At.50.22.b.Cæſar,cuius nũc uenti ualde ſecũdi ſunt.

Venundo,as.Off.65.a. Cùm in uenundando rem eam ſciſſet,nec pronunciauiſſet emptori. aliter, uendendo, & rectius.

Venus,ris.uoluptas. de N.40.a. Quæ autem dea ad res omnes ueniret,Venerem noſtri nominauerunt.& 72.a.Venus,quia uenit ad omnia.& 71.a. Multas Veneres fuiſſe. de N.38.a.Sine Cerere & Libero friget Venus. & ib. Venus Lubentina.de D.85.a.& Or.197.a.Veneris Gnidiæ Coæq; pulchritudo.de Nat.36.b.Infima eſt quinq; errantium ſtella Veneris, quæ φωσφόρος Græcè,Latinè lucifer dicitur,cum antegreditur ſolem,cum ſubſequitur heſperos.ea curſum anno conficit,neq; longius à ſole duobus ſignis diſcedit.

Venuſia,iæ.op.Horatij poetæ patria. Att. 70. Tuſc. 167.b.

Venuſinus,na.*.259.

Venuſtas,tis.propriè pulchritudo muliebris. præterea lepor,gratia,ſuauitas. Off. 26.a. Venuſtatem muliebrem ducere debemus,dignitatem uirilem.& 19.b.Venuſtas & pulchritudo corporis ſecerni non poteſt à ualetudine.de N.40.a.Ex Venere uenuſtas dicta eſt.de Or.106.a. Dicendi uis ſumma feſtiuitate & uenuſtate coniuncta. & 159. b. Et reliqua, quæ hanc habent in ſpecie uenuſtatem,ut,&c.& ib.Capitolij faſtigium non uenuſtas,ſed neceßitas ipſa fabricata eſt. & ib. Vtilitatem templi faſtigij dignitas conſecuta eſt.Orat.202.a.Vultus multum affert, tum dignitatem tum uenuſtatem.I.V.265.a. Homo affluens omni lepôre & uenuſtate.de Or.96.b.Agere cum dignitate & uenuſtate.

Venuſtè.pulchrè,bellè,aptè,commodè.Ep.lib.8.Qua in re mihi uidetur illud perquam uenuſtè cecidiſſe.

Venuſtus,a,um.lepidus,feſtiuus. pro Dom.231.b. Et homo facetus inducis etiam ſermonem urbanum & uenuſtum.I.P.94.b.Græcus facilis & ualde uenuſtus,nimis pugnax eſſe noluit.Par.123.a.Sed obſecro te,ita uenuſta habeantur iſta,ut,&c.& de Cl.183.a. Geſtus & motus corporis ita uenuſtus,ut tamen ad forum,non ad ſcenam inſtitutus uideretur.de Cl.195.b.Sententiæ non tam graues & ſeueræ,quàm uenuſtæ & concinnæ.

Vepreculа,læ.pro Seſt.19.a.l.Nitedula.

Vepris.uel uepres,pris.ſpina, dumetum. Tuſ. 241. a. Cuius ſeptum undique uepribus & dumetis indagaui ſepulchrum.

Ver,ueris.uernum tempus.I.V.241.a. Veris initium non à Fauonio notabat,ſed cũ roſam uiderat,tum incipere uer arbitrabatur.Liuius.Dec.III.193.a.Primo uere exercitum moturus erat.de Sen.91.b. Ver tanquã adoleſcentiam ſignificat,oſtenditq; fructus futuros: reliqua tempora de metendis frugibus,aut percipiẽdis accõmodata ſunt.

Verax,cis.ueridicus.de D.88.a.Multis ſeculis uerax fuit id oraculũ.de D.93.b.Tum ei uiſa quietis occurrent tranquilla atq; ueracia.de D.132.b. Herodotũ cur ueraciorem ducam Ennio.Ac.20.a.Veraces ſenſus ſuos eſſe dicit.

Verbena,næ.herba quædam,aut etiam omnis herba, omneſq; frondes quibus in rebus ſacris utebantur. I. V. 226.a.Sacerdotes cum infulis ac uerbenis.

Verber,ris.uirga,flagellum. Antequam.195.b. Serui qui ad ſupplicium cæſi uerberibus trahuntur. I. V.168.a. Mitto uincla;mitto carcerem,mitto uerbera. I. P.97.b. Verberibus aliquem necare.pro Pom.5.b. Aliquem uinculis & uerberibus atq; omni ſupplicio excruciatum necari. I.A.231.b. Tum uerberibus ac tormentis quæſtionem habuit publicæ pecuniæ.de Nat.138.a. Cùm uerò paulum proceſſerint,luſionibus delectantur,ut ne uerberibus quidem deterreri poßint.

Verberatio,nis.pulſatio. Ep.267.a.

Verbero,as.cædo,pulſo, uirgis cædo, manus affero, uim & manus affero,manus infero.I.V.161.b.Videtis pendêre alios ex arbore,pulſari alios atq; uerberari, &c. & 258. b. Quæ cum diceret,uirgis oculi uerberabantur.& 264.b.Ad pulſandos uerberandoſq; homines exercitatiſſimus.Ep.266.a. Verberaui te cogitationis tacito conuicio.de Fin.123. a. Qui ſeruũ iniuria uerberat. & In Vat. 31.a.Verberare matrem.I.P.93.a.Os tuum ferreum ſenatus conuicio uerberari noluiſti.I.A.218.a. Antonius Mutinam tormentis uerberauit.

Verboſè.loquaciter,copioſè,multis uerbis. pro Mur. 129.b.Fundus qui eſt,&c.ſatis uerboſè. & Ep.147.a. & 97.b.Hæc ad te ſcripſi uerboſius.

Verboſus,a,um.multis in uerbis,loquax. de Or. 120.b.& pro Dom.219.b.Poteſt fieri ut res uerboſior hæc fuerit,illa uerior. Epiſt.97.b.Habes epiſtolam uerboſiorem fortaſſe quàm uelles. pro Mur. 131. a. Iſta ueſtra uerboſa ſimulatio prudentiæ.

Verbum,bi.nomen,uox,uocabulum.de Or.120.b.Neque enim quoties uerbum aliquod eſt ſcribendum nobis,toties eius uerbi literæ ſunt cogitatione conquirendæ. Top. 223.b.Verba ſunt rerum notæ.de Or.97.b. Verba cuiuſq; rei propria & ornatißima atque optima occupaſſe Ennium.l.Noſtras.Ac.44.a.Verbum uſitatum ac tritum.de Fin.94.a.Verba grandiora.Orat.203.b. Verba amplißima.Part.234.b.Verba grauia,plena,ſonantia,iuncta,facta,cognominata,non uulgata,ſuperlata.Or.204.a.Verba propria,uſitata,noua,priſca,inuſitata.et 215.a.Verba translata,facta,iuncta,& 205.a. Verba translata,immutata,mutata. de Opt.243.b. Verba inquinata, abiecta,nõ aperta, longè petita.de Cl.190.a. Verbum durum, inſolens,humile. pro Cor. 62.b. Verbum priſcum & inuſitatum. Or.199.a. Verba dura, odioſa & intolerantia. Or. 199. a. Demoſthenes nullum uerbum inſolens neq; odioſum ponere audebat.Or.203.a.Iudicium electioq; uerborum,poetarum & oratorum communia ſunt. de Cl.188.a.Verborum delectum originem eſſe eloquentiæ. ex Cæſare.de Or.112.a. Ars quæ uerborum aut faciendorum aut deligendorum ſcientiam profitetur. de Or.154.a.Rerum copia uerborum copiam gignit.de Or.122.a. Res atq; ſententiæ ui ſua uerba parient, quæ ſemper ſatis ornata mihi quidem uideri ſolent,ſi eiuſmodi ſunt, ut ea res ipſa peperiſſe uideatur. de D. 99.b. Portentorum uim,uerba ipſa prudenter à maioribus poſita declarant.I.P.93.b.Exiſtimatio,dedecus,uerba ſunt atq; ineptiæ.Ep.62.b.Nam me comperiſſe non audeo dicere, ne fortè id uerbum ponam, quod abs te aiunt falſò in me ſolere cõferri.Ep.71.a.Dicerem iucundius,niſi id uerbũ in omne tempus perdidiſſem. de N.25.a.Charum ipſum uerbum eſt amoris, ex quo amicitia.pro Cec.302.a. Cùm illud uerbum unde in utranque rem ualeat.& 296.a.Verbum familiæ.I.A.215.a. Res uerbo fieri interdum deterior ſolet.& 214.b. Quidam id uerbum remouendum arbitrabantur.& ib. Quidã ignari nõ modò rerum,ſed etiam uerborũ.Part.124.a. Quem enim intelligimus diuitem? aut hoc uerbum in quo homine ponimus?I.A.171.a.Cunctum ſenatum,omnẽ ſobolem iuuentutis,unoq; uerbo,remp. expulſam eſſe, & exterminatã: id eſt,ut uno uerbo dicam. Ep.263.a. Fideliter,cui uerbo, &c. Tuſ.234.a. Hoc uerbo cum beatum dicimus,ſubiecta ea notio eſt, &c. pro Dom. 234. a. Ex iſto ore religionis uerbum excidere poteſt?de Fin.80.a. Verbum uoluptatis non habet dignitatem.de Fin.65.a.Non intelligo quid ſonet hæc uox uoluptatis.de Fin.74.b. Sub hac uoce honeſtatis,quæ ſit ſubiecta ſententia.pro Arch.189.a.Sit igitur ſanctum apud uos hoc poetæ nomen.Tuſ.167.a.Triſte eſt nomen ipſum carendi.



Ad uerbum.uerbum è uerbo,totidẽ uerbis,eiſdem uerbis.de D.100.b. Quod ſomnium mirificè ad uerbum cum re cõuenit.Tuſ.199.b.Aut ea quæ modò expreſſa ad uerbum dixi de libro tollenda.de Fin.49.b. Latinæ fabulæ ad uerbũ de Græcis expreßæ. & Acad.34.a.Ad uerbum ediſcendus libellus.de Or.97.b. Ediſcere ad uerbum quàm plurima ſcripta.Ac.5.b. Aut ſi uerbum è uerbo uolumus comprehenſio,quam κατάληψιν illi uocant. Ac.9.a.Κατάληψις,quam uerbum è uerbo exprimẽtes,cõprehenſionem dicimus.de Fin.85.b. Epiſtola quam modo totidẽ ferè uerbis interpretatus ſum. Top.223.b. Ε'τυμολογίαι:id eſt, uerbum ex uerbo,ueriloquiũ.de Cl.196.a.Totidem quod dixit(ut aiunt)ſcripta uerbis oratio.de Opt.244.b.Verbum pro uerbo reddere. At.90.b.Totidem uerbis transferre aliquem locũ ab aliquo autore. & I.V.152.b. Recitare literas totidem uerbis. de Cl.193.a.Hortenſius,quæ commentatus eſſet,ea ſine ſcripto eiſdem uerbis reddebat. Ep. 37.a. Transferre totidem uerbis.

Verbo aliquid facere.)(.Re,&c.Ep.148.a.Plura illi mandata uerbo quàm ſcripta dedi.pro Fl.150.b.Teſtes ſi uerbo titubarint,quò reuertantur nõ habebunt. I.C.106.b.Quo uerbo ſi aſſequi poſſem,ipſos iſtos eijcerẽ, qui hæc loquuntur.I.V.122.a. Verbo promittere.)(. Re negare. Tuſ.151.a.Verbo premere aliquem.In Sal.273.b. Vbi rerum teſtimonia adſunt,non opus eſt uerbis.

Verba dare.decipere. At.246.a. Verba dari mihi facilè patior in hoc, neq; libenter præbeo credulum.

Verba facere uel habere. pro dicere.I.V.234.a.Facere uerba in ſenatu.de Cl.189.b.Qui nunquam uerbum in publico fecerunt.I.V.118.b. Facere uerba apud ſenatum.pro Pom.14.a. Permulta contra legem Gabiniam uerba feciſti. de D.117.b. Multa uerba feciſti,te,&c. pro Pl.263.a. Verbum nemo fecit.Q.F.322.b.Sicut Calidio uerbum pro eo facere non licuerit. I.A.187.b. Ad eos tamen ipſos qui aderant,ne uerbum quidem auſus eſt facere de Cæſare.Ep. 60.a.Multa de re uerba feci.& 117.a.Neq; uerbum de re facio.I.V.234.a. Antequam uerbum facerem,de ſella ſurrexit atq; abijt.Or.262.a. Verba facimus pro Buthrotijs. I.V.69.b. Propinquis qui aderant, uerbum nullum facit. de In.80.a.Habere uerba.& pro Mur.136.a. Voces quas habuiſſe in concione dicebatur.

Verbi cauſa,& id genus quædam.de Fat.142.a.Verbi cauſa.& I.V.134.b. Si quis uerbi cauſa oriente caniculæ natus eſt. Acad.23.b.Verbi gratia.& de Fin.131.b.Exempli cauſa,id nomen,&c.

Meis uerbis,meo nomine. pro Mur.130.a. Meis uerbis & meo nomine. Att.259.a. Atticæ quoniam hilarula eſt,meis uerbis ſuauium des. At.254.b. Tu Atticam quæſo cura,& ei ſalutem & Pyliæ, Tulliæ quoque uerbis plurimam.Ep.66.b. Cum Sura locutus ſum,ut ei meis uerbis diceret,&c.& 249.a.Si ei meis uerbis eris gratulatus.

Vercellæ,arum.urbs.Ep.176.b.Bruti.

Verè.reuera,ſcilicet,in ueritate.)(.Falſò,inaniter,fictè. pro S.R. 27.a. Verè nihil potes dicere,finge aliquid ſaltem commodè. Acad.10.b.Cùm ſit incertum,uerè inaniterne moueatur. pro Mur.125.b. Cùm graue eſt uerè accuſari in amicitia , tum etiam ſi falſò accuſeris non eſt negligendũ.pro Planc.272.b. Verè me Hercules hoc dicam. ſic tum, &c. de Orat.110.a. Sed tamen uerè dicam,mallem,&c.Off.54.b. Honeſtum quod propriè uereq; dicitur,in ſapientibus eſt ſolis. pro Dom.228.b. Maiores noſtri,qui non fictè & fallaciter populares , ſed uerè & ſapienter fuerunt. At.82.a.Non ὑπερβολικῶς, ſed uerißimè loquor.l. Verus. Quint.Fr.305.b. Ad me uerè omnia perſcribe. Quint.Fr.296.a. Si uerè cogitare uolumus. Att. 98.b.Pompeius uerè iudicat. pro S.R.42.a. Verè ac liberè loqui.Ep.196.b. Verè tecum agam,ut neceſſitudo noſtra poſtulat.pro Arch.190.a.Et uerè:id eſt, & rectè uel meritò,uel neq; iniuria.

Verecundè.pudenter. Top.221.a. & de Clar.172.a. Verecundè tu quidem ut omnia.de Fin.125.b. Tum ille timidè uel potius uerecundè.& Ep.96.a.Verecundè dubitanterq; recipere aliquam cauſam.de Or.99.a. Verecundius hac de re iamdudum loquor.

Verecundia,diæ.pudor,rubor, modeſtia, ingenuitas. Part. 236.b. Verecundia cuſtos eſt omnium uirtutum,dedecus fugiens,laudemq; maximè conſequens.& 257.a.Verecundiam timiditas imitatur.Off.19.a. Verecundia,& quaſi quidam ornatus uitæ.Off.20.a.Iuſtitiæ partes ſunt, non uiolare homines;uerecundiæ,non offendere.& 30.a. Hoc ſolum animal natum eſt pudoris & uerecundiæ particeps.de Fin.110.a.Cynicorum ratio eſt inimica uerecundiæ,ſine qua nihil rectum eſſe poteſt,nihil honeſtum.Off. 26.a. Scenicorũ quidem mos tantam habuit à uetere diſciplina uerecundiam,ut in ſcenam ſine ſubligaculo prodeat nemo. pro Quint.7.a. Homo timidus uirginali uerecundia. Epiſt.54.b. In externis locis minor eſt ad facinus uerecundia.Or.220.b. Verecundia negandi,ſcribendi impudentiam ſuſcepimus.Tuſ.243.a.Verecundia turpitudinis. Att.122.b.Malo Tironis uerecundiam in culpa eſſe,quàm illiberalitatem Curij.Att.224.a. Meam ſtultam uerecundiam qui uoluerim,&c. Att.279.a. Nihil exiſtimatio ciuium ualet , nihil poſteritatis uerecundia. Quint. Frat. 312. b. Mea factum eſt inuiſa uerecundia, ut te proficiſcens non tollerem. Quint.Frat.319.b. Cæſar meam in rogando uerecundiam obiurgauit. Offic.26.a. Pluraque in eam ſententiam ab eiſdem contra uerecundiam diſputantur.de Am.111.a.Maximum ornamentum amicitiæ tollit, qui ex ea tollit uerecundiam.

Verecundor,aris. uereor, erubeſco , pudore afficior. de Or. 131.b.Sp.Caruilius grauiter claudicans, & ob eam cauſam uerecundans in publicum prodire. de Or. 146.a. Cunctantem & quaſi uerecundantem incitare.

Verecundus,a,um.pudens.)(.Petulans. de Orat.141.b. Habetis ſermonem hominis, utinam non impudentis: illud quidem certè, non nimis uerecundi. & Epiſt. 111. a. Verecundus in loquendo.de Orat.158.a.Verecunda debet eſſe tranſlatio. Orat.204.a. Nec in faciendis uerbis erit audax, & in transferendis uerecundus & parcus, & in priſcis reliquisq; ornamentis demiſsior.Or.202.a.Oratio caſta,uerecunda,uirgo incorrupta.de L.166.a.Verecundus eſt qui ut bene audiat,erubeſcit, & pudet impudica loqui. I.A.169.b. Tu ante ea in te admiſiſti,quæ à uerecundo inimico audire non poſſes.

Vereor,eris.reuereor,extimeſco, nõnihil cõmoueor. I.A.245.b. Quid? ueteranos non ueremur? nam timeri ſe, ne ipſi quidem nolunt.de Fin.73.a. Quos non eſt ueritum ponere,&c.ad Heren.11.b. A quo ſupplicium uerebatur. Att.129.a. Quod ueritus ſum factum eſt. Att.223.b. Ac uereor Gallica etiam bella,ipſe Seſtius quò euadat. Quin.F.303.b. Quem meus Cicero & amabat ut fratrem, & iam ut maiorem fratrem uerebatur. Off.37.b. Maximeq; curandum eſt, ut eos quibus cum ſermonem conferimus, & uereri,& diligere uideamur. de Seneſt.84.b. Metuebant eum ſerui,uerebantur liberi. de Am. 111.a. Neque ſolum colent ſe inter ſe ac diligent, ſed etiam uerebuntur, nam maximum ornamentum amicitiæ tollit, qui ex ea tollit uerecundiam. de Leg.163.a. Quocirca uereor committere, ut non bene prouiſa principia ponantur.pro Mar.132.b. Vereor ut hoc quod dicam, non perinde intelligi auditu poſsit,atq; ego ipſe cogitans ſentio. Epiſt.68.b. Ac non uereor,ne aſſentatiuncula quadam aucupari gratiam tuam uidear.de Orat.135.b. Non uereor,ne quis iam in iſto genere me leuiorem putet.de Or.94.a. Perge uerò Craſſe, inquit Mutius: iſtam enim culpam,quam uereris,ego præſtabo.ad Heren.35.a. Quos aut uereri,aut metuere debemus.& 11.b.Vereri ſupplicium ab aliquo. Orat.197.a.Is qui uereretur reprehenſionem doctorum atque prudentium. pro Planc. 265. a. Is patrem ueretur ut deum. de Sen.94.a.Vos tamen deos uerentes memoriam noſtri piè ſeruabitis. At.203.a.Tironem habeo citius quàm uerebar: id eſt,putabam. At.152.b.Vereor quid agas. & de N.69. a. Qui ſi dij non ſunt,uereor quid agat Ino: id eſt, dubito, quæro,neſcio. Epiſt.120.b. Vereor quomodo hoc homines accipiant.de Clar.166.b. Vereor ecquod nam curriculum aliquando ſit habitura,&c. Att.105.b. Quod ſcribis eum in urbem introiſſe,uereor quid ſit:nam,&c.

Vereor ne: id eſt,uereor ut. de Am.107.a. Neq; enim uerendum eſt ne quid excidat. pro Syl. 179. b. In ipſa rogatione, ne per uim quid ageretur, quis tamen ueſtrûm Syllam uerebatur? de Orat.105.b. Veritus es,niſi iſtam artem oratione exaggeraſſes, ne operam perdidiſſes. Acad. 35.a. Vos autem mihi ueremini, ne labar ad opinionem, &c. At.248.a. Tum me collegi,uerens,quid,&c. contra Rul.65.a. Verendum crede nobis erit,ne,&c.Epiſt.78.b. Cuius tanti mali uereor ne cõſolatio ulla poſsit uera reperiri.& ib.Non uereor ne eum miſerum eſſe nefas ſit dicere: id eſt,non dubito quin.Ep.180.b.Non uereor, ne meæ uitæ modeſtia parum ualitura ſit in poſterum contra falſos rumores. Ep. 21. a. Non uereor, ne quid ſtultè facias. Ep. 30.a.Verebar ne id ita caderet quod etiam nunc uereor,ne antequam tu,&c.Ep.18.a. Non enim uereor ne nõ ſcribendo te expleam. Ep. 236.a. Quibus literis intellexi te uereri,ne ſuperiores mihi redditæ non eſſent.

Vereor ut. id eſt,uereor ne. Att.183.a. Videris uereri ut epiſtolas tuas acceperim. Epiſt.238.a. Vereor ut Dolobella ipſe ſatis uobis prodeſſe poſsit. Tuſcul. 185. a. Et tamen ueremur ut hoc natura non patiatur? contra Rul. 77.b.& I.C.131.b. Quod uos fœdus non iuſſeritis,uereor ut ſatis firmum ſit. de Orat. 88. b. Sed illa duo Craſſe,uereor ut tibi poſsim concedere. Att.85.b. Quod uereor tibi ipſi ut probem. At.113.a. Et tamen uereor, ut his ipſis contentus ſit. I.A. 203.b. Ne uerendum quidem eſt,ut tenere ſe poſsit,ut moderari,ne honoribus noſtris elatus intemperantius ſuis opibus utatur.de Am.98.a.Vereor ut idem interitus ſit animorum & corporum. pro Pl. 279.b. Metuo ut eam non poſsim ſuſtinere, &c. pro Dom. 224. a. Timeo ut poſsim,&c.

Vergiliæ,arum.ſtellæ ſeptem in dorſo Tauri,ſic dictæ quod uere oriantur.de N.48.a. Propter Perſei læuum genu Vergilias tenui cum luce uidebis.& In Arat.

Vergo,gis.inclinatus ſum. de N.49.a. Omnes partes terræ in medium uergentes. Q. Fr.320. b. Id tectum nunc honeſtè uergit in tectum inferioris porticus. Att. 255. a. Sed tamen proſpice quò iſta uergant. I.A.236.a. Ni Bruti auxilium ad Italiã uergere, quàm ad Aſiam maluiſſemus.

Veridicus,a,um.uerax,apertiſsimus.de D.101.a.Veridicæ uoces ex occulto miſſæ.pro Fl. Veridicas adiungis cauſas inimicitiarum,quod,&c.

Veriſimiles,le.ſimilis ueri,credibilis, probabilis,conſentaneus,ad ueritatem propenſus, quodcunque te maximè ſpecie ueritatis mouet. de Orat. 116.b. Narrationem iubent ueriſimilem eſſe, & apertam & breuem. pro S. R.36. a. & 25.a. Non enim ita diſputabo,ueriſimile eſt Roſcios hoc feciſſe. pro S. R. 38. b. Non eſt ueriſimile,ut Chryſigonus horum literas adamarit. de Clariſs. 170. b. Non ueriſimile eſt, quàm ſit in utroque genere diſtinctus Cato. pro Quint.R.48.b. Vtrunque ex utriuſque perſona ueriſimile uidetur. Acad.9.b.Volunt probabile aliquid eſſe,& quaſi ueriſimile.& de In.48.b.Veriſimile & probabile.Tuſcul.230.a.Quid eſſet ſimillimum ueri quærere. Epiſt. 185. b. Id autem eo facilius credebatur,quia ſimile uero uidebatur.

Veriſimilitudo. ſimilitudo ueri,probabilitas. Ac. 27. a. Cùm poſsit ſine aſſenſione ipſam ueriſimilitudinem ſequi.de Vn.196.a.& Part.233.b. Bene agi putat,ſi ſimilitudinem ueri conſequatur.

Veritas,tis.uerum,uera ratio,res.de In.82.a. Veritas eſt per quam immutata ea quæ ſunt,aut fuerũt,aut futura ſunt,dicũtur.de D.85.a. Nunquã perfectè ueritatem caſus imitatur. & Orat. 220. a. Veritas in occulto latet. pro Cæl.51.a.O magna uis ueritatis,quæ contra hominum ingenia, calliditatem, ſolertiam facilè ſe per ſe ipſam defendit.Off.69.a.Hoc ego nihil inutilius exiſtimo,cum ad ueritatem cœpi reuocare rationẽ.de L.156.a.Qui in iſto opuſculo nõ ut à poeta, ſed ut à teſte ueritatem exigunt. de Orat.104.b.Nec ornatius cauſam ſuàm dici uoluit, quàm ſimplex ratio ueritatis ferebat. Offic.40.a. Subtilitas illa cum ueritas limatur in diſputatione. Off. 3. b. Sunt alij ſimplices,aperti, ueritatis cultores, fraudis inimici. de Orat.97.b.Et illa commentatio incluſa in ueritatis lucem proferenda eſt. de Or.91.a. Vide ne plus ei tribuas quàm res,& ueritas ipſa concedat. Tuſc.230.b.231.a. Cùm animum ab iſta pictura imaginibusq; uirtutum,ad rem ueritatemq; traduxeris.de Orat.89.a.Græci contentionis cupidiores quàm ueritatis.& 116.a.Homines expertes ueritatis.Orat.219.b.Qui à forma ueritatis,& ab Atticorum regula abſunt.Par.117.a.Plus apud me uera ratio ualebit quàm uulgi opinio.Off.22.a.Cogitatio in uero exquirendo maximè uerſatur.& 3.b.Inquiſitio & inueſtigatio ueri,hominis propria eſt.Ep.225.a.Pro cauſæ ueritate. At. 52.a.Hæc ueritas etiam ſi iucunda non eſt, tamẽ mihi grata eſt.de Or.111.b.Qui actor in imitanda,quàm orator in ſuſcipienda ueritate iucundior? Off.13.a.Vir bonus et ſimplicis ueritatis amicus.



Vermiculatus,a,um.ornamentis,quaſi uermiculis aut teſſerulis uariatum & diſtinctum.de Orat.158.b.Emblema uermiculatum.& de Cl.190.a.Ex Lucil.Orat. 210.b. Quàm lepide lexeis compoſtæ,ut teſſerulæ omnes, Arte, pauimento,atq; emblemate uermiculato.

Verna,næ.ſeruus domi noſtræ ex ancilla,aut ſeruo natus.Ep.124.a.b.Bellienus uerna Demetrij.

Vernaculus,a,um.domeſticus. de Cl.180. a.l.Sapor. Ep.134.b. Antiqua et uernacula feſtiuitas.I.V.179.b.Domeſticum atq; uernaculum crimen.de Or.151.b.Quotidianæ & uernaculæ res.

Vernus,a,um.ueris.de Sen.91.a.Verni temporis ſuauitas.& Tuſ.235.b.Alia uerno tempore tepefacta frondeſcunt.In Ar.Vernum lumen.)(.Autumnale.

Verò.autem.de Or.90.b.91. a. Poeta numeris aſtrictior paulo,uerborum autem licentia liberior, multis uero ornandi generibus ſocius ac penè par: in hoc quidem certe propè idem,nullis ut numeris,&c. pro Cec. 286.a. Hoc reprehendendum fortaſſe minus, quærendum uero magis etiam uidetur,ideo quod,&c.de Sen.82.b.Non uerò tam iſti mortui ſunt,quàm tu nugator. de Leg.171.a. Sed uero intelligi ſic oportet,&c.& 170.b. Eſt uero ita, ſed,&c.I.C.113.a.Eſt uero inquam notum ſignum imago aui tui,&c.Tuſ.180.b.At uero nos,&c.Off.58.b. Minimè uerò,non enim,&c. de D.82.a.Dicitur iſtuc quidem à Cotta,& uerò ſæpius,ſed,&c. de D.112.b. Quod enim is qui diuinat prædicit, id uero futurum eſt. Att.263.a. Quod ſæpe præſens & illi oſtendiſti,& uero etiam mihi. pro Mur.135.a.Exturbare eum, qui & per ſe et per ſuos, & uero etiam per alienos defendatur. de Cla. 174. a. Et uero maximus ille Scipio uehemens fuit. & 179.Et uero fuit in hoc,&c. pro Clu.21.a.Sed ea uero ſic agit,ut,&c. Att.101.a. Illud tamen de Chryſippo, nam de illo altero, &c.Chryſippũ uerò,&c.Tuſ.180.b.Fuiſti ſæpe credo in ſcholis philoſophorum,A.uero ac libenter quidem.

Verrea.S.feſta Verri dicata. I.V.119.a.Verrea agere.& ibi.b. O Verrea præclara?

Verro,ris.eſt ſcopis quiſquilias, puluerem, & alias ſordes auferre,eijcere.Parad.123.a.Qui tractant iſta,qui tergunt,qui ungunt,qui uerrunt,&c.

Verrucoſus,a,um.qui uerrucis plenus eſt. eſt aũt uerruca,eminẽs in corpore carũcula,ſine pruritu.de Cl.169 b.Q.Max.uerrucoſus orator habitus eſt tẽporibus illis.

Verrunco,as.uerto. de D.90.a.Per propinqua hæc bene uerruncent populo. Accij.

Verſicolor,ris.dubio uarióue colore. de Fin. 94.a. Plum.. uerſicolores columbis.

Verſatus,a,um.tractatus,exercitatus, ſubactus. pro Q.1.a.Homo & in alijs cauſis exercitatus,& in hac multum & ſæpe uerſatus.

Verſiculus,li. Att.68.a.Nunc uenio ad tranſuerſum illum epiſtolæ tuæ uerſiculum. Or.203.a. Verſiculi comicorum. pro Dom.22.a.Hoc pati poteſtis ut ſinguli ciues ſingulis uerſiculis è ciuitate tollantur? pro Mil.115.a.Ne quid reſp.detrimenti caperet.quo uno uerſiculo ſatis armati ſemper conſules fuerunt.de L.172.a.Leges uno uerſiculo ſenatus puncto temporis ſublatæ.At.121.b. Scripto iam ſuperiore uerſiculo Heros mihi dixit, ſibi Murenam liberaliſsimè reſpondiſſe. At.281.a.Tribúſne uerſiculis his temporibus Brutus ad me?

Verſo,as.cõuerſo,uoluo,tracto. de Sõ.128.b.Orbes, qui uerſantur retro cõtrario motu atq; cœlũ.de Fat.149.a.Cylindrũ uolui & turbinẽ uerſari putes.Tuſ.150.a.Tũ illud quod Siſiphus uerſat ſaxũ,&c.de Fin.85.b.& 144.b.Verſare ſe huc & illuc. I.V.124.a.Itaq; æſtuabat dubitatione,uerſabat ſe in utrãq; partẽ.de N.12.a.Verſari circũ axem cœli admirabili celeritate. & 79.a.Deus uerſans cœlũ.Or.209.b.Verſare ſæpe multis modis eandem rem. pro Cæl.40.a.Verſare ſuam naturam & regere ad tempus.pro Cl.32.a.Ad omnẽ maliciam & fraudem uerſare mentẽ ſuam.hæc ſecum cogitare cœpit. de Sen.77.a.Cura,Quæ nũc te coquit & uerſat ſub pectore fixa.Or.199 b.Non ut in iudicijs uerſaret cauſas,ſed ut,&c.

Verſor,aris.uertor,uoluor,uolutor,obuerſor, tracto, nundinor,conſueſco,ſum. I.V.265.b.Verſabatur in Sicilia longo interuallo alter Phalaris. de Ar.258.a. Vt deus aliquis cœtus hominum adeat,uerſetur in terris.pro Fon. 280.b.Sic exiſtimatis eos hic ſagatos uerſari animo demiſſo,&c? I.A.280.a.Pueri ingenui cum meritorijs, ſcorta inter matresfamilias uerſabantur. I.A.164.a.Cum inter ſubſellia noſtra uerſentur armati. Poſt.206.a.Hoſtis intra mœnia uerſatus eſt. pro Mil.107.b.An uerò tu ſolus ignoras? tu hoſpes in hac urbe uerſaris? tuæ peregrinãtur aures,nec in hoc peruulgato ciuitatis ſermone uerſantur? At.160.a.Nec uerſari inter eos ſine dedecore potero. In C.99.b.Nobiſcum uerſari iam diutius non potes. de D. 104.a.Verſari cum aliquo.de Ar.249.b.Si eſſetis uerſareminiq; nobiſcum. Qu.Fr.302.a.Plato Epicureus, qui Athenis ſolet eſſe multum. I.C.104.b.Non enim iam inter nos ſica illa uerſabitur. pro Fl.160.b.Annos iam triginta in foro uerſaris.pro Cæl.38.a.Cælius iãdiu minus in foro nobiſcum uerſatur. I.V.175.b. Cum in ea prouincia magnæ fugitiuorum copiæ uerſatæ ſint.pro Cec.301.a.In meis caſtris præſidijſq; uerſaris. Qu.Fr.296.a.In aliqua prouincia cum ſummo imperio & poteſtate uerſari. de Orat.102.a.Orator incolumis inter hoſtium tela uerſari poteſt.pro S.R.21.a.Eo tempore Roſcius erat Romæ frequens,atq; in foro et in ore omnium quotidie uerſabatur. Or.200.a.Cum in Italiæ luce cognoſceris uerſariſq; in optimorum ciuium uel flore,uel robore. de In.42.b.Verſari in rep. Ep.*.Verſari in ſermonibus de rep. pro R.P. 126.a. Plato in maximis periculis inſidijſq; uerſatus eſt. Off.64.b. Perpaucæ res ſunt in quibus dolus malus non uerſetur.de L.175.a.Tum maximè & religionem,& pietatem uerſari in animis, cum rebus diuinis operã damus. & 190.b.Dicam Attice,& uerſabor in re difficili. At.38. a.In commemoratione earum rerum,quas geſsimus,deſirioq; uerſamur.de Or.123.b.Omni mente & cogitatione curaq; uerſor,ut odorer, &c.de Or.134.a. In omni tempore decet lepôrem humanitatemq; uerſari. de Or. 86.a. Dicendi ratio in medio poſita cõmuni quodam in uſu,atque in hominũ more & ſermone uerſatur. de Or.96.b. Cauſæ,quæ in iudicijs uerſantur aut deliberationibus. & 99.b.Nũ deſtitit uterq; noſtrũ in teſtamentorũ formulis, hoc eſt in medio iure ciuili uerſari? pro S.R.35.a.Nõ uerſatur ante oculos uobis in cæde Glaucia? et At.43.a.Verſabatur mihi ante òculos illud tẽpus, cũ, &c.I.C.120.b.Videor mihi uidere,&c.cerno oculis,&c.uerſatur ante oculos,etc.pro S.13.b.Mihi mors ob oculos uerſabatur. I.V. 265.a.Nunq̃ tibi hæc ſpecies in oculis animoq; uerſata eſt?

Ep.233.b.& de Fin.79.b.& I.V.254.b.Mihi ante oculos dies noctesq; uerſaris.I.V.241.b.Pudor,qui in magiſtratuum conuiuijs uerſari ſolet.I.V.226.a.Acerbiſſimum tota urbe luctum uerſari.pro Mur.144.b.Verſabitur in caſtris furor,in curia timor,in foro coniuratio. cont.Rull. 62.a.Agri in quibus ille bellum gerit atq; uerſatur. In V.157.b.Terræ,in quibus bellum acerbum uerſatum eſt. & pro Ar.189.b.Bellum magnũ atq; difficile, & in magna uarietate terra mariq; uerſatum. & Ep.79.b.Verſari in magna uarietate. de N.77.a.Inuita in hoc loco uerſatur oratio.pro Qu.5.b.Ingenia,quæ antea uerſabantur in ſalute atq; auxilio ferendo.I.V.171.b.In quæſtu ac compendio uerſari.I.C.119.b.Vterq; in ſumma ſeueritate uerſatur.pro Fl.164.a.Videtis in quo motu temporum,quanta in conuerſione rerum ac perturbatione uerſemur.pro Pl.267.b. In tenebris quàm in luce cauſam uerſari mauis. I.C.121.a.Largitionis uoluntas tum in rep.uerſata eſt,& partium quædam contentio.pro Mur.126.a.Quarũ partium una in reprehẽſione uitæ,altera in cõtentione dignitatis,tertia in criminibus ambitus uerſata eſt. Antequam. 194.b. Nos quorum & officia in remp. recentiſſima, & incommoda ob remp.frequẽtiſſima in familia uerſantur. Poſt.207.a. In omni parte corporis aliquam delectationem gaudiumq; uerſari. I.P.97.b.Iuuentus languet,nec perinde atq; debet in laudis & gloriæ cupiditate uerſatur.pro Pl.264.a.Minturnenſes coloni,quod C.Marium tecto receperunt,æterna in laude uerſantur.pro Mil.116 b.Vt in communi odio penè æqualiter uerſetur odiũ meũ. pro Pl.276.b. Cui non locus ille ubi quiſq; altus eſt, cum grata recordatione in mente uerſatur? Offic.42.a.Qui tanquam in clariſſima luce uerſantur,& qui in hominum ignoratione uerſantur.pro Cl.51.b. Quæ res in quæſtione uerſetur.At.280.a.Maximo in diſcrimine reſp.uerſatur.Ep.3.a.Verſamur in rebus exulceratis & exagitatis, &c.Or.201.a.Quod in controuerſia aut in contentione uerſatur. pro S.R.31.a. Qui in egeſtate & inſidijs uerſatur.pro S.R.32.Qui omni tempore in præda & ſanguine uerſabantur.At.25.a.Verſari in timore ruinæ.I.V 101 b.Iſtius iniquitas in ore uulgi & in communibus prouerbijs uerſabatur. contra Rull.66.b. Verſantur in animo multæ & graues cogitationes.de Fin.60.a. Verſari in animo alicuius. Acad.43.a.Bona quæ in animo atq; in ipſa uirtute uerſantur.Ac.10.a.Verſari in errore.de Nat.1.b. Verſari in ſummo errore,atq; in omnium rerum ignoratione.contra Rull.67.a.b.Verſatur enim magnus error. Ac.35.a.Verſari in uicinitate:id eſt,eſſe uicinum.Ep.252. b.Verſari in gemitu.de Fin.70.b.Verſari in magnis anguſtijs. Ep.56.b.Verſorq; in eorum naufragijs & bonorum direptionibus.& 96.b.Verſari in miſerijs.Epiſt.67.b.Si uno in argumẽto mens tua tota uerſabitur.de Ar.24.Verſari in ſtudio literarum.Ep.48.a.Verſari in artibus ingenuis.Ep.88.a.Verſari in ſtudijs & literis.& 92.a.Verſatus in rebus & uſu.Acad.227.b.De rebus in quibus uerſatur exercitatusq; eſt.pro Dom.220.a.Verſor in medio iure publico.pro Font.281.b.Homo in hac uitæ ratione uerſatus.pro Ar.185.a.Exercitatio dicendi,in qua me nõ inficior mediocriter eſſe uerſatum. de D.110.b. Res, quæ in philoſophia uerſantur.Of.4.a.Huic quaſi materia quam tractet,& in qua uerſetur,ſubiecta eſt ueritas. pro Qu.10.a. Non ad ſolarium,nõ in campo,non in conuiuijs uerſatus eſt. Or.208.a.Nam ipſæ quidem res in perfacili cognitione uerſantur.ad Her.27.a.Cui etiam nunc pædagogi lites ad auriculas uerſantur. Ep.113.b.Librum uerſari inter manus.I.A.215.a.Ergo illi nunc in pace uerſantur. At.72.b.Nondum enim in negocio uerſaris.Att.91.b.Tu cuius os ante oculos mihi ſolet uerſari.de Or.85.b.Mathematici magna in obſcuritate rerum,& recondita in arte, & multiplici ſubtiliq; uerſantur. de Or.87.a.Quæ quondam accepi noſtrorum hominum in diſputatione eſſe uerſata. de Or.107.b.In omni recto ſtudio atq; humanitate uerſari.At.239.a.In magnis uerſamur anguſtijs. Off.14. a.Ferre ea quæ uidentur acerba,quæ multa & uaria in hominum uita fortunaq; uerſantur. Off.30.b.Opifices omnes in ſordida arte uerſantur.

Verſura,ræ.eſt creditoris mutatio,ut cum quis alterĩ ſe obligat,ut uetus debitum diſſoluatur.hinc ſunt uerſurã facere,et uerſurã ſoluere:eſtq; aliud nihil quod etiã dicũt Latini,ab alio ſoluere,ſiue ab alio repræſentare. ſic enim fit uerſura, creditoriſq; conuerſio,& mutatio. At.261.b. Non modò magno,ſed iniquiſſimo fœnore uerſuram facere Aurelius coactus eſt.pro Fon.276.a.À quibus uerſuras tantarum pecuniarum factas eſſe dicunt? pro Fl.156. a.& Tuſ.150.a.Is negauit omnino uerſuram ullam feciſſe Romæ.I.V.146.a.Tabulæ ſocietatis,quæ ſignificabant eos homines uerſuram à Carpinatio feciſſe,qui pecuniam Verri dediſſent.& At.68.a.Quæ quidem ego uerſura facta ſolui uolo. Attic.251.b.Non modò uerſura, ſed etiam uenditione,ſi modò res coget,uindicabis. At.76.a.Vereor ne illud quod tecum permutuaui,uerſura mihi ſoluendum ſit. At.247.b.Verſuram ſcribis eſſe faciendam menſium quinq;. At.*Lex Gabinia de uerſura.

Verſus.præpoſitio.At.258.b.Verti igitur me à Minturnis Arpinum uerſus,&c. & de D.96.b. Cum Aretiũ uerſus caſtra mouiſſet. Ep.20.a.Cum te iam ex Aſia Romam uerſus profectum eſſe cõſtaret.Or.209.b. Cum gradatim ſurſum uerſus reditur.Part.232.a.Et idẽ quaſi ſurſum uerſus retroq; dicatur. Ep.179.b.Cum Brunduſium uerſus ires ad Cæſarem.

Verſus,a,um. pro S.R.35.b. Videte nunc quàm uerſa & mutata in peiorem partem ſint omnia.

Verſus,ſus.carmen,modus. In V.164.b.De qua muliere uerſus plurimi ſupra tibunal prætoris ſcribebantur. & 252.a.Verſus,qui in iſtius cupiditatem facti ſunt. pro Ar.190.b.Is Epigramma in eum fecit tantummodo alternis uerſibus longiuſculis. pro Deiot.148.a.b.Deiotarus de Domitio dixit uerſum Græcum eadem ſententia, quã nos etiam habemus latinum,Pereant amici dum unà inimici intercidant. de Or.132.b.Sæpe etiam uerſus interponitur.de Or.90.b.Ornatiſſimis atq; optimis uerſibus ſcribere de re aliqua.de Or.161.a.Verſus uarijs modis atque numeris fundere. de Orat.147.b. In ipſa oratione quaſi quendam numerum uerſumq; conficere. Or.203.a.Verſus orationis eſt uicium.& ibi.de uerſibus comicorũ. Ep.16.b.Scripſi etiam uerſibus tres libros de temporibus meis. Ac.7.a.Aut is qui fidibus utitur explere numeros & conficere uerſus poſſet? Or.215.b. Senarij Hyponactei, Anapeſtici, Ariſtophanei,anapæſti uerſus. Qu.Fr.325.b. Opus eſt ad poema animi alacritate. At.32.a.Primus uerſus epiſtolæ.pro R.P.125.a.Vt cum lex aliqua recitaretur primum uerſum attenderet,ſi,&c. de Or.108.a.Demoſthenes multos uerſus uno ſpiritu pronunciabat. de Or. 161.a.Antipater ille Sidonius ſolitus eſt uerſus hexametros,alioſq; uarijs modis atq; numeris fundere ex tempore. Q.Fr.325.b.Quod me de faciendis uerſibus rogas,incredibile eſt. Parad.120.b. Cum uerſus pronunciatus eſt una ſyllaba longior aut breuior.





Verſutè.callidè,uafrè,malicioſè.Or.198.b. Verſutè et ſubtiliter dicere.& de Cl.167.b.Subdolè & uerſutè.

Verſutiloquus,a,um.de Or.157.a.Verſutiloquæ maliciæ.& Or.212.b.Poetæ.

Verſutus,a,um.callidus,malicioſus,multiplex. de L. 160.a. de N.74.a.Chryſippus homo ſine dubio uerſutus & callidus.uerſutos appello,quorum celeriter mens uerſatur.& pro Qu.R.52.a. Homo callidus & uerſutus. de Or.116.b.Acutus animus atq; uerſutus.de Fin.75.b. Acutus,uerſutus,ueterator.de Cl.186.b.M.Piſonis acumen in reprehendendis uerbis uerſutum & ſolers. de N.75.a.Militia eſt uerſuta & fallax nocendi ratio.pro Cecin.301.a. Hoc ſi uobis uerſutius quàm mea conſuetudo defendendi fert,uidebitur,ſic exiſtimetis,&c.

Vertens,tis.glomerãs. de Sõ.130.a.Tum ille uere uertens annus appellatur.& pro Q.7.a.Anno uertente ſine cõtrouerſia.de N.36.b.Mercurij ſtella anno ferè uertente ſigniferũ luſtrat orbem.I.A.250.b. Apparuiſſe numen deorũ intra finem anni uertentis.In Arat.Annua conficiens uertentia tempora curſu.

Vertex,cis.polus. de Somn.129.b.Duo quaſi cinguli terræ maximè inter ſe diuerſi,& cœli uerticib.ipſis ex utraq; parte ſubnixi.de N.46.b.Extremuſq; adeo duplici de cardine uertex,Dicitur eſſe polus.de Som.129.b. Terra anguſta uerticib.laterib.latior.de D.82.b.Celſo è uertice mõtis.et.I.V.225.a.Ignes,qui ex Aetnæ uertice erũpũt. pro Q.R.48.a. Ab imis unguib.uſq; ad uerticẽ ſummum.

Verto,tis.torqueo,muto,conuerto. de N.45.b.Impetum cœli admirabili cum celeritate moueri uertiq; uidemus.& de Vn.198.a.Mundus maxima una conuerſione, atq; eadem ipſe circum ſe torquetur & uertitur.Ep.120. b.Sed quæcunq; acciderint intra fines hos uertentur.de L. 164.b.Verti rerũ naturam:id eſt,mutari.de N.65.b.Terra in aquam ſe uertit.pro S.R.28.a.Video uerſa eſſe omnia.& de D.115.a.Semina malorum in contrarias partes ſe uertere.I.V.129.a.Vertere ſtylum in tabulis ſuis. Off. 31.b.Cogitatio in ſe ipſa uertitur.I.P.92.b.Vertes te ad alteram ſcholam.I.A.174.b.Hærebat nebulo, quò ſe uerteret non habebat. de D.139.a.Superſtitio inſtat & urget, & quócũq; te uerteris perſequitur.pro Mur.145.a.Quò ſe miſer uertet? domũ ne? &c.In Sal.272.a. Quo me uertã patres conſcripti? &c.de D.89.a.Quo ſeſe uertant tantæ ſortes ſomnium. pro Dom.229.a. Quo uertendi, hoc eſt mutandi ſoli cauſa uenerant. & pro Qu.11.a.Vertere ſolum exilij cauſa.I.V.63.b.Ex illa pecunia maximã partem ad ſe uertit. & I.A.196.a. Antonius ſepties millies falſis perſcriptionibus donationibuſq; uertit. I.V.262.a. Non in ſupplicio crimen meum uertitur.At.132.a.Brunduſij autem omne certamen uertitur huius primi temporis.de Cl.177.b.In iure in quo illa cauſa uertebatur. I.V. 70.a.Omnia in unius poteſtate ac moderatione uertentur. Ep.99.a. Ne ſibi illæ uicio uerterent,quod abeſſet à patria. de Fin.146.b.Qui ſe fatentur uirtutis cauſa, niſi ea uoluptatem acciret,ne manum quidem uerſuros eſſe. de Cl.177.a. Sed hoc uicium huic in bonum conuertebat. de Fi.50.a.Si ſic uerterẽ Platonẽ,ut uerterunt noſtri poetæ fabulas.et,Cõuertere orationes Græcorũ.de Opt.244 a.Or.97.b.Vt ea quæ legerẽ Græcè,latinè redderem. de Fin.49.b. Fabulæ latinæ ad uerbum de græcis expreſſæ. & 50.a. Quæ ſplendidè dicta ſint, neq; ſint conuerſa de Græcis.de Or.159.a.Id ad omnẽ rationem, & aurium uoluptatem,& animorũ motũ,mutatur & uertitur.Of.17. a.. Callicratides,qui cum multa feciſſet egregiè, uertit ad extremum omnia.At.258.a.Verti igitur me à Minturnis Arpinum uerſus.pro Q.R.50.b. Vertit hic rationem, & id quod probare non poteſt,fingere conatur.

Vertumnus,ni.uel Vortumnus,deus uertendarum rerum,id eſt mercaturæ,ut Mercurius.I.V.107.b.Qui à ſigno Vertumni in circum maximum uenit.

Veruex,cis.mas inter oues caſtratus.de L.181.Quod ſacrificij genus Lare ueruecibus fiat.

Verùm.ſed.de Or.94.a.Sed ſiue eſt ars, ſiue non, nõ eſt quidem ea negligerda,uerũ intelligendum eſt,alia quædam eſſe maiora.& 121.a.Verũ hoc (ut dixi) nihil ad me. & 135.a.& 141.b.pro Dom.223.b.Eiectio nuſquam eſt, uerùm ſit.I.A.200.b.Sed expectabantur Cal.Ian.fortaſſe non recte,uerùm præterita omittamus.de Or.147.b.Verùm enim oratori,&c.

Verum enim.at enim. de Or.147.b.Verum enim oratori,&c.

Verumenimuero.I.V.192.a.Verumenimuero duodenos ſeſtertios exegiſti.

Veruntamen.ſed tamen.Epiſt.135.a.I.V.292.a.Hanc Cleon amabat,ueruntamen nõ audebat, etc. & 103.a. & 62.a.Ep.201.a.Non dubitabã equidem, ueruntamẽ, etc. & 9.a. Difficile eſt,&c. ueruntamen ipſe me confirmo. Tuſ.180.b.Et ſi,&c.ueruntamen,&c.de Orat.319.a.& 141.b.Hoc leue eſt,ueruntamen non inutile.I.V.57.b.& At.20.a.& 118.b. Veruntamen ſi qua reliqua ſpes eſt,etc. Ep.104.b.Vide quanti apud me ſis,etſi,&c.ueruntamen quod,&c.At.5.a.& I.V.148.b.Veruntamẽ pro inquã.de Fin.49.b.50.a.Verum opinor ſcriptorem tamen.Att.5. a.Veruntamen cum ibi eſſem.

Verus,a,um. ſincerus, ſolidus, expreſſus,germanus, certus,enucleatus,iuſtus,non fucatus ſpecie forenſi, ſed domeſticis inuſtus notis ueritatis.pro Pl.265.a.)(.Adumbratus,ſimulatus,fucatus. Ac.9.b.Intereſſe oportet ut inter rectum & prauũ,ſic inter uerum & falſum.& de Orat. 123.a. Ars diſſerendi,& uera ac falſa iudicandi. de Orat. 111.b.Cum plus uno uerum eſſe non poſſit.I.V.234.a.Inter hunc & illum uerum & germanũ Metellum multum intereſt.Or.220.b. Neq; quicquam adhuc inueni firmius quod tenerem,quàm illud quod mihi ſimillimũ ueri uideretur,cum illud ipſum uerum in occulto latêret. Off.36. a.Perſpicere quid in quaq; re uerũ ſincerumq; ſit.de Am. 100.a.De uera & perfecta amicitia loquor. pro Fl.159. a.Aſpiciãt hos laudatores Flacci ex uera atq; integra Græcia. contra Rul.71.a.Comitia uera.)(.Comitia adumbrata ad ſpeciem atq; ad uſurpationẽ uetuſtatis.de Am.113.b Verus,ſincerus.)(.ſimulatus,fucatus.Itẽ:Vera maledicendi facultas.pro Mur.141.b.Cato negat uerũ eſſe, allici beuolentiam cibo. Anteq.193.a.Neq; uerius eſt à ſingulis repetere officij fructũ quã ab omnibus. & Att.274.a.Iuſtæ gloria,qui eſt fructus ueræ uirtutis honeſtiſſimus.Item:Solida ueraq; gloria. Orat.198.b.Vel utrius, ſi uerũ quærimus,potius expers. & de Cl.188.a.Verum quidem ſi audire uolumus,orator,&c. Att.283.a.Si uera fateri uolumus.& 200.b.Si uerum ſcire uis.Qu.Fr.317.b.Dic mihi uerum,num aut res, aut χαρακτὴρ non delectat? Oct.330 b.Verum enim dicam utinam,&c.At.42.b(Dicam enim quod uerum eſt) Att.26.b.Herculè uerùm ut loquamur, ſubcontumelioſè,&c.Ep.141.b (Licet enim uerum dicere) At.61.a.Vt uere loquamur.& de Or.97.a.Quod(ut uere dicam) maximè facimus.de Or.110.a.Sed tamen(uere dicam)mallem,&c.At.52.a. Vt uere ſcribam. & ibid. Itaq; hoc tibi uerè affirmo. I.V.272.a. Et uere,ut dicam, &c.

&c. At.43.a.Vt tibi confiteor.Item:Indicabo tibi. Off.3.b. Quod uerum ſincerumq; eſt,id eſt naturæ hominis aptiſſimum. Off.60.b.Tantum dabit amicitiæ,ut ueram amici cauſam eſſe malit.I.A.204.b. Vera,grauis & ſolida gloria.)(. Præceps & lubrica dominandi cupiditas. Off.65.b.Sed nos ueri iuris germanæq; iuſtitiæ ſolidã & expreſſam effigiem nullam tenemus, umbra & imaginibus utimur.de L.171.b.Aſſentior frater ut quod eſt rectũ, uerũ quoq; ſit,nec unquã aut oriatur,aut occidat.& 191.a.Cum aliquid uerum & rectum eſſe dicitur. In Sal.274.b.Salluſtius in eo honore,non æquum & uerum duxit nihil quod facere collibuiſſet.

Veſanus,a,um.uecors,inſans.pro Dom.213.b.Homo ueſanus & furioſus. & 224.Hæc furioſa uis ueſani trib. pleb.& de D.132.a.Veſanus remex.

Veſcor,ris.utor,paſcor. de N.37.b.Dij nec eſcis,nec potionibus ueſcuntur. Tuſ.246.a.Lacte,caſeo,carne ueſcor.de N.58.b.Sus eſt ad ueſcendum hominibus apta. de Fin.66.a.Veſci ijs rebus,quæ dulcem motum afferunt ſenſui. & 84.a.Veſci naſturtio. de N.39.b.Eſt enim omne quo ueſcuntur homines penus. Or.199.b.Quæ eſt in hominibus tanta peruerſitas ut inuentis frugibus glande ueſcantur.de Fin.138.b.Veſci uoluptatibus paratiſſimis.

Veſer,ris.flu.Off.75.de Fin.53.

Veſica,cæ.folliculus in quo urina colligitur.de Fin.85.a.Tanti aderant morbi ueſicæ & uiſcerum,ut,&c.

Veſicula,læ.de D.115.a.Inflatas rumpi ueſiculas.

Veſpa,pæ. de Fin.134.b.Veſpas aculeis uti uidemus. aliàs,Nepas legitur in ueteri codice & emendato.

Veſper,ris.prima nox. Att.177.b.Ad VIII.Iduum Martij ueſpere.In Arat.Hunc tegit obſcurus ſubter præcordia ueſper.

Veſpera,ræ.I.C.103.b.Si accelerare uolent,ad ueſperam conſequentur.& de Fin.91.b.Ad ueſperam.

Veſperi uel ueſpere,occidente ſole, tardè. At.116.a. Quinto Iduum Feb.ueſperi è Philotimo literas accepi. de Or.109.b.& At.220.a.Heri ueſperi.Ac.39.a.Pridie ueſperi.pro Mil.111.b.Egreditur è uilla ſubito, cur ueſperi? quid neceſſe eſt tarde?

Veſpertinus,na,num. de Nat.36.a.Stella ueſpertinis temporibus deliteſcens,tum matutinis rurſum ſe aperiẽs. & I.A.188.a.At.211.b.Antemeridianæ literæ, & ueſpertinæ literæ.

Veſperus,ri.extremũ tempus diei.Att.190.a.Cumq; mane in ſyluam me abſtruſi, non inde exeo ante ueſperũ. de Am.97.b.Cum ſenatu dimiſſo domum reductus ad ueſperum eſt,&c.& I.A.175.a.Atq; ibi perpotauit uſq; ad ueſperum.& Tuſc.247.a.Ab hora octaua ad ueſperũ ſecretò collocuti ſumus. Item: Vſq; ad ueſperum contentius ambulare. Att.27.b.Epiſtolam cum à te auidè expectarẽ ad ueſperum,ecce tibi,&c.de D.105.b.Vt ea ipſa die domum ad ueſperum redijt. de Or.87.a.Vſq; ad extremum tempus diei collocuti ſunt inter ſe.

Veſta,ſtæ. de Nat.39.b. Veſtæ nomen à Græcis, ea eſt enim,quæ ab illis ἑςία dicitur,uiſq; eius ad aras & focos pertinet.de L.175.b.Cumq; Veſta,quaſi focus urbis(ut Græco nomine eſt appellata,quod nos propè idem Græcum nomen interpretatum tenemus) conſpecta ſit, ei colendæ uirgines præſunt,ut aduigiletur facilius, ad cuſtodiam ignis.pro Fon.284.a.Veſta mater,& ignes illi ſempiterni nocturnis uigilijs ſeruati.I.C.122.b. Ignis Veſtæ perpetuus & ſempiternus.

Veſtalis,le. de L.173.b. Virgines ueſtales in urbe cuſtodiunto ignem foci publici ſempiternum.



Veſtibulum,li. προπύλαιον. Att.89.b.I.V.141.b.In primo aditu ueſtibuloq; templi.& de Or.138.a.In ædibus & templis ueſtibula & aditus.de Ar.251.a. Aedem Telluris priuato ueſtibulo contineri. pro Cec.291.b. Non modò limine tectoq; ædium ſuarum,ſed primo aditu ueſtibuloq; prohibere quempiam.et pro Cæl.50.b.Nam ſi eſſent in ueſtibulo balnearum,non laterent. pro Mil.105.a.Inſidiator erat in foro collocatus,atq; in ueſtibulo ipſo ſenatus.Or.201.b.Veſtibula nimirum & aditus ad cauſam faciet illuſtres.I.V.271.a.Veſtibulum Siciliæ. & de L.182.b.Veſtibulum ſepulchri.

Veſtigo,as.indago,ueſtigijs odoror. Poſt.207.a. Hi uoluptates omnes ueſtigant atq; odorant. de Or.123.b.Et cauſas rerum ueſtigabimus. & 151.a.Aliquid,quod cum deſidioſa delectatione ueſtiges.

Veſtigium,gij.reliquiæ,ſignum,nota,monumentum. pro Cec.292.b.Cum pedem intulero,atq; in poſſeſſionem ueſtigiũ fecero,tum excludar.I.A.153.a. Tu extra munitiones tuas ueſtigiũ ubi imprimas non habes. & pro Cec. 299.b.Imprimere ueſtigium in aliquo loco. Orat.198.a. Curricula in quibus Platonis primùm ſunt impreſſa ueſtigia.de N.62.a.Veſtigium ungulæ equi Caſtoris in ſilice. pro R.P.130.b.Vt in hoc foro ueſtigium facere liceat. de Or.143.a.Veſtigiũ illud in quo ille poſtremũ inſtitiſſet.et 145.b.& ad Her.21.a.Stare in ueſtigio.Ac.31.a.Antipodes aduerſis ueſtigijs ſtant contra noſtra ueſtigia.de N.35.b.Stellæ nunquam curſus ſui ueſtigiũ inflectunt.I.V.212.a Verrem in luto uoluptatũ totius corporis ueſtigijs inuenimus.de Or.93.b.Perſequi ueſtigia alicuius. pro Cl.24.b.Conſequi aliquẽ ueſtigijs.de Clu.193.b. Vt uidere poſſis quemadmodũ in ſpacio Q.Hortenſiũ ipſius ueſtigijs perſecuti ſumus.I.V.147.a.Vt omnes mortales huius auaritiæ non ſolùm ueſtigia,ſed etiam cubilia uidere poſſint.de Fin.125.a.Quacũq; ingredimur in aliquã hiſtoriam, ueſtigium ponimus.I.A.189.a. Ille aũt quas fecit ſtrages? ubi cunq; poſuit ueſtigia? Tuſ.161.a.Memoriã eſſe ſignatarũ rerũ in mente ueſtigia. pro Seſt.5.b.Veſtigia alicuius non preſſa leuiter ad exigui prædicationem temporis,ſed fixa ad memoriã omniũ ſempiternã. de N.9.b.Deus ille quem mente noſcimus,atq; in animi notione tanq̃ in ueſtigio ponimus.I.P.84.a.Eodẽ in templo,eodẽ et loci ueſtigio et tẽporis.Q.F.303.a.Non uidiſſes fratrẽ,quem reliqueras,ne ueſtigiũ quidem eius,nec ſimulachrũ,ſed quandã effigiem ſpirantis mortui.I.V.99.a.Veſtigiũ iſtius in foro non eſſet relictũ.de Or.88.a.Quid in Numa Pompilio? nũ quod eloquẽtiæ ueſtigiũ apparet? pro Cor.57.a. Extare ueſtigia:id eſt,apparere.de D.137.a.Inerant enim in utriuſq; noſtrũ animis uigilantium ueſtigia.Ep.58.a. Ne ueſtigiũ quidem ullum eſt reliquũ nobis dignitatis. ad Her.7.b.Si ueſtigium rei fuerit.pro Cl.23.b.Indicia & ueſtigia ueneni.pro Qu.R.53.b.Saturius aliud fraudis in eodem ueſtigio diuerticulum reperit.I.V.212.a.Leuiter preſſo ueſtigio perſequi aliquid.

Veſtimentum,ti.ueſtis,ueſtitus. pro Mil.106.b.Milo domũ uenit,calceos & ueſtimenta mutauit.pro Fl.161.a. Affers purpuram tyriam,in qua tibi inuideo, quòd unis ueſtimentis tandiu lautus es. de L.183.a.Sex Aelius dixit ſe ſuſpicari,leſſum genus aliquod eſſe ueſtimẽti lugubris. ad Her.7.b.& 40.Cruor in ueſtimentis.

Veſtinus ager.contra Rul.79.a.

Veſtio,ſtis.tego,obduco,cõueſtio. At.28.b.Deniq; etiã Vatinij ſtrumam ſacerdotij διβάφῳ ueſtiant. de N.50.a. Animantes aliæ corijs tectæ,aliæ uillis ueſtitæ. Tuſ.163.a. Multitudo pecorum ad corpora ueſtienda.pro S.R.43.a. Quaſi uerò neſcias hũc ali & ueſtiri à Cælia,&c.& ibid. Niſi hoc indignum putas,quod ueſtitum ſedere in iudicio uides.I.V.223.b.His tabulis interiores templi parietes ueſtiebantur.de N.54.b.Natura oculos membranis tenuiſſimis ueſtiuit ac ſepſit. de Vn.198.b.Deus animam circundedit corpore,& ueſtiuit extrinſecus. de N.52.b. Montes ueſtiti ac ſyluestres. de N.45.b.Terra ueſtita floribus.de Or.96.a.Inuenta ueſtire atq; ornare oratione.de N.48.a.Quẽ cum perpetuo ueſtiuit lumine Titan.de Cl.190.a. Reconditas exquiſitasq; ſententias mollis & pellucens ueſtiebat oratio.de Fat.147.a.Hoc modo uiator bene ueſtitus cauſa craſſatori fuiſſe diceretur,cur ab eo ſpoliaretur.



Veſtis,ſtis.ueſtitus,ueſtimẽtum. Poſt.206.b.Cum uos ueſtem mutandam cenſuiſſetis,cunctiq; mutaſſetis. & Q. Fr.308.a.Veſtem tum filius mutauit. & Poſt.200.b.pro Seſt.8.b. Hac mutatione ueſtis facta, omitto,&c. de D. 105.a.Cæſar cum purpurea ueſte proceſſit. & 116.a.Cæſar ueſtitu purpureo excors,&c. pro Cæl.45.a.Diſcidit ueſtem,reſarcietur. In Piſ.99.b. Veſtis ſeruilis. I.V.261.b. Eſt Sthenius hic cum hoc capillo atque ueſte domo ſua expilata.I.A.173.a.Precioſa ueſtis, lauta ſuppellex. con. Rul.73.b.In pecore,auro,argẽto,ebore,ueſte ſupellectili. de Or.98.a. Non explicata ueſte, neq; propoſito argento.In Ver.224.a. Quod tamen iſti textrinum per triennium ad muliebrem ueſtem conficiendam fuit.In V.144.b.Veſtis ſtragula.& ibi.Veſtis Melitenſis.I.V.265.b.Veſtis lintea.

Veſtitus,a,um.I.P.92.b.Ipſe cum hominibus XV.male ueſtitis ad portam peruenit.& pro Cæl.50.b.Homines calciati & ueſtiti.Tuſc.241.a.Sepulchrum ſeptum undique & ueſtitum uepribus & dumetis.ad Her.38.b.Cum citharœdus prodierit optimè ueſtitus, palla inaurata indutus,&c.

Veſtitus,tus.ueſtimentum,ornatus. pro R.P.127.a. Is crudelitatem regis in togatos ueſtitus mutatione uitauit: nam & ſoccos habuit,et pallium more Græcorum.de In.48.a.Veſtitu nimio indulges. de Fin.79.a. Voluptas pulcherrimo ueſtitu & ornatu regali in ſolio ſedens. At. 7.b.Vir muliebri indutus ueſtitu. pro S.R.42.b.Veſtitũ, quo tectus eram,tibi dedi.contra Rull.68.b.Veſtitus obſoletior,corpus incultum & horridum.pro Seſt.6.b.Veſtitus aſper noſtra hac purpura plebeia ac penè fuſca. pro Seſt.9.b.Subito edicunt conſules,ut ſenatores ad ſuum ueſtitum redirent.& 10.a.Veſtitum mutare. In An.242.a. Cuius ſcelere in hac ueſtitus fœditate ſumus. pro Qu.9.a. Victus ueſtitusq; neceſſarius.de Cl.196.a.Veſtitus orationis.de N.45.b.Riparum ueſtitus uiridiſſimi.& 58.b.Veſtitus denſiſſimi montium.

Veteranus,a,um.ueterani milites dicebantur,qui uiginti annos militauerãt.I.A.154.a.Veterani,qui appellabantur,ad ſpem nouarũ prædarũ incitabantur.& 184.a C.Cæſar firmiſſimũ exercitũ inuictiſſimo genere ueteranorũ militum cõparauit.Tuſ.183.b.Veteranus miles.

Veterator,ris.I.V.155.a. Homo callidus et ueterator. & de Cl.171.b.& 180.b. Q.F.314.b.Dionyſius eſt ueterator magnus.de Fin.75.b.Acutus,aſtutus,ueterator.

Veteratoriè.uafrè,uerſutè,callidè,ſubdolè.Or.205.b. Acutè & ueteratoriè dicere.

Veteratorius,a,um.fallax,doloſus,malicioſus. In V. 105.a.Nihil ab iſto tectum,nihil ueteratorium expectaueritis.de Cl.189.a.Splendida quædam & minimè ueteratoria dicendi ratio.& 186.b.Et eam accurationẽ citius ueteratoriam, quàm oratoriam diceres.



Veternus,ni.morbus inſaniam inducens,& pigros homines faciens,& ſomniculoſos, λήθαργον Græcè nominant.accipitur etiam pro hydrope,ſiue aqua intercute. Epiſt.25.a.Erat in eadem epiſtola ueternus ciuitatis, gaudebam ſanè,& noſtrum amicum congelaſſe lætabar ocio.& 115.b.Veternus ciuitatem occupauit.

Veterrimus,a,um. peruetus, antiquiſſimus.l. Vetus. de N.10.a.

Vetitum,ti.de L.171.a.Et hæc & alia iuſſa,& uetita populorum.

Veto,as.prohibeo,abſterreo.)(.Iubo,cogo. de Orat. 117.a.Lex peregrinũ uetat in murũ aſcendere.& I.P.90 a.Quod omnes leges pleniſſimè uetant. Ac.28.b.Tu me rebus incognitis aſſentiri uetas.Ep.70.a.Rationes à te collectæ uetabant me reip.penitus diffidere. & pro Cl.31.b. Et eum ſaluti deſperare uetuit.de Am.112.a.Acta agimus, quæ uetamur ueteri prouerbio.

Vetulus,a,um.de Fin.133.b.Arbor & uetula, & nouella. At.214.a.Mulier uetula ſanè et multarũ nuptiarũ. & pro Q.5.a.Gladiator uetulus.de Am.109.a. Equis uetulis teneros anteponere ſolemus.

Vetus,ris.antiquus,priſcus,quod uetuſtatem fert.pro Cec.293.b.Hoc iam uetus eſt, & maiorum exemplo multis in rebus uſitatũ.de Or.98.b.Vetus et uſitata exceptio. At.261.a.Paterna magna,& uetus & iuſta neceſſitudo. Ep.121.a Amicitia peruetus mihi cum eo eſt. Tuſc.183.a. Exercitatus & uetus miles.I.V.216.b.Segeſta eſt oppidũ peruetus in Sicilia.de Cl.168.a.Themiſtocles ut apud nos perantiquus,ut apud Athenienſes nõ ita ſanè uetus. pro Seſt.6.b.Veteres uexatores ætatulæ deſpiciens.I.A.203.b.Maiores noſtri ueteres illi admodum antiqui, leges annales nõ habebant.& de Or.100.b.Primũ quia ueteres illi,&c.de Am.109.a.Veterrima quæq;(ut ea uina quæ uetuſtatem ferunt)eſſe debent ſuauiſſima.de Vn.201.b.Credendum eſt ueteribus & priſcis,ut aiunt,uiris.

Vetuſtas,tis.antiquitas,ſenectus. pro Dom.237.a.Peritiores uetuſtas facit.& de Or.111.b.Hiſtoria nuncia uetuſtatis. Att.225.b.Hæc nõ uidentur habitura uetuſtatem. de In.42.a. Res ab noſtra memoria propter uetuſtatem remotæ.de Or.101.a.Verborum priſca uetuſtas. & ibid. b.Vetuſtatis exempla oratori nota eſſe debent.pro Deio. 150.b.Hæc nulla unq̃ uetuſtas obruet,nulla unq̃ delebit obliuio. de Or.106.b. Veteres leges aut ipſas ſua uetuſtate cõſenuiſſe,aut nouis legib.eſſe ſublatas. con.Rul.85.b.Sed certè ſi paulũ aſſumpſerint uetuſtatis ac roboris, nõ cõtinebũtur.de Cl.191.b.Nimia uetuſtas nõ habet eam,quam quærimus,ſuauitatẽ,nec eſt iã ſanè tolerabilis.I.A.186.a. Municipiũ uetuſtate antiquiſſimũ.ad Her.24.b.Viri iam ſatis omnib.uetuſtate probati. de Sẽ.91.a.Vinũ uetuſtate coaceſcit. de D.132.b. Vinũ uetuſtate euaneſcit. de Am. 109.a.Magna eſt enim uis uetuſtatis & conſuetudinis.

Vetuſtus,a,um.uetus,antiquus. Ep.219.a. Cum Demetrio mihi uetuſtum hoſpitium eſt.& 83.a.Ratio uetuſtæ diſciplinæ. pro Clu.18.b. Opinio tam penitus inſita, tam uetuſta. de Cl.172.a.Sed multo tamen uetuſtior & horridior ille quàm Scipio.

Vexatio,nis.magna & infeſta quædam agitatio uel iactatio.I.C.101.a.Tibi uexatio direptioq; ſociorũ impoſita fuit.& 118.a.& 120.b.Tuſ.213.a. Afflictatio eſt ægritudo cum uexatione corporis.

Vexator,oris.exagitator.de Ar.255.a.Is crudelis uexator

xator reip.fuit. & I.A.188.b.Direptor & uexator urbis.pro Seſt.6.b.Veteres uexatores ætatulæ ſuæ deſpiciẽs. pro Mil.108.a.Milo uexator furoris Clodij.

Vexatus,a,um.exagitatus.I.A.188.a.Camutius à quo erat honeſtiſsimis cõtentionibus & ſæpe & iure uexatus.

Vexillum,li.ſignum. I.A.179.b. Vt uexillum uideres & aratrum circunduceres. & 168.a. Vexillo opus eſt, conuolabunt. Orat.211.a.X literam è uexillo & paxillo conſuetudo euellit.I.A.200.a.Qui ſi Romã redierit, nunquando perditis ciuibus uexillum,quo concurrant, deſuturum putatis?

Vexo,as.agito,exagito,uexator ſum,diripio, populor,infeſtum reddo,inſulto,male habeo,miſerum habeo. I.C.103.a.Cum bello uaſtabitur Italia,uexabuntur urbes,tecta ardebunt.I.V.174.a.Prouincia populata atq; uexata.I.V.87.a.Quæ oppida tu diripienda & uexanda curaſti.& 95.b.Spolianda ac uexanda. Ep.23.b.Interea cum meis copijs omnibus uexaui Amanienſes hoſtes,&c. pro Seſt.3.a.Qui omnia diuina & humana uexarunt, uiolarunt,perturbarunt,euerterunt. pro Dom.225.a. Vxor mea,quam uexauiſtis,raptauiſtis, omni crudelitate laceraui ſtis.pro Dom.213.b.Quæ te tanta pœna tuorum ſcelerũ uexat?ut arbitrere,&c. pro Q.18.a.Multis uexatus contumelijs,multis iactatus iniurijs.& pro Seſt.17.a.Cato Piſonem uerbis uexauit. pro Fl.156.b.Aliquẽ probris omnibus maledictiſq; uexare. Tuſc.233.a. Vexatur idem Theophraſtus et libris,& ſcholis omnium philoſophorũ, quod,&c.de L.164.a.Solicitudo uexat impios. pro Mil.106.a.P.Clodius ſtatuit omni ſcelere uexare remp.

Via,uiæ.iter, anguiportus.uia tamen propriè eſt iureconſultis,qua uehiculum ire poteſt. I.V.222.b. Via qua Aſſoro itur Ennam. & de Fin.99.b.Via quæ eſt hinc in Indiam.I.V.228.a.Cæteræ urbis partes una uia lata perpetua multiſq; tranſuerſis diuiſæ priuatis ædificijs continentur.I.V.191.a. Video quot dierum uia ſit. pro Cecin.289.b.Dare uiam alicui per fundum ſuum. Att.259.b.& 260.a.Longulum ſanè iter & uia inepta. I.A.231.a. In Syriam patebat uia certa neq; longa.Ep.149.a.Viennam equites mille uia breuiore præmiſi.Q.Fr.318.a.Ex eo loco recta uitularia uia profecti ſumus in Suffidianum. Att.143.b.Curſare huc & illuc uia deterrima. pro Plan.280.a.Qui antequam de meo aduentu audire potuiſſent, aliquorum dierum uiam,in Macedoniã,ad Planciumq; perrexi.de D.86.a.Itaq; reuertit ex itinere cũ iam progreſſus eſſet multorum dierum uiam. de D.101.b. Via noua Romæ. & pro Pl.262.b. Via ſacra Romæ,ad quam itur à fornice Fabiano. de Fro.69.b.Via illa noſtra, quæ per Macedoniam eſt uſq; ad Helleſpontum militaris. de Fin.125.a.Declinare de uia ad dextram.Ep.237.b.Dare ſe in uiam.Item:In uiam quod te des hoc tempore,nihil eſt.pro Fon.277.b.Munire uiam & munitiones uiarum.I.P.88.a.Obſeſsio militaris uiæ.de N.53.b.Viæ ab inteſtinis ad iecur ductæ ac directæ. I.A.172.a. Quis neſcit,ueniſſe eam tot dierum tibi uiam gratulatum?& 243.b.Tres uiæ ſunt ad Mutinam,à ſupero mari Flaminia, ab infero Aurelia, media Caſsia.Att.75.b.Nunc iter conficiebam,æſtuoſa & puluerulenta uia. Off.12.b.Erranti uiam monſtrare. de Sen.78.a.Volumus ſanè,tanquam aliquam uiam longam confeceris,qua nobis quoq; ingrediendum ſit, iſthuc quò perueniſti,uidere quale ſit.

Via.ratio,forma,inſtitutum.Or.207.a.Quæ res duplicem habuit docendi uiam,&c. de D.129.b. Dij dant nobis uias ad ſignificationum ſcientiam. Ep.57.b. Et me in ipſius conſuetudinem inſinuabo, & certè omnes uias perſequar,quibus putabo ad id quod uolumus, perueniri poſſe.de Cl.168.b.Via & arte dicere.de N.42.a.Via progredi.de D.108.b.Optimarum artium uias tradere ſuis ciuibus.Off.20.a.Officium,quod ab eo ducitur hanc primũ habet uiam,quæ deducit ad conſeruationem naturæ. pro Mur.135.b. Hæc omnia tibi accuſandi uiam muniebant, adipiſcendi obſepiebant.Qu.Fr.292.b.Græci omnes uias pecuniæ norunt,omnia pecuniæ cauſa faciunt. Quin.Fr.301.b.Via iuris eiuſmodi eſt,ut,&c.de Fin.60.b. Via uiuendi ſimplex,& aperta, & directa. I.C.120.a. Cæſar hanc reip.uiam,quæ popularis habetur, ſecutus eſt. Or.197.b.Inuſitatas uias indagare,tritas relinquere. de D.109.a.Qui ſibi ſemitã non ſapiunt, alteri monſtrant uiã. I.A.240.b.Quod ſi erratum eſt,ſpe falſa & fallaci redeamus in uiam.de L.164.a. Deducere in uiam. pro Mur.130.a.Inire uiam.Redire uiam.de L.159.b. Hi non iuſtitiæ,ſed litigandi tradunt uias.Off.41.a.Hæc uia ad gloriam proxima eſt,& quaſi compendiaria. de Cl.191.a.Vt eam uiam laudis eſſe duceret rectiſsimam, quam maiores eius ei tritam reliquiſſent.Item:Quod ſi ita putas, totam ignoras uiam gloriæ.Item:Ignoras uerum iter gloriæ.

Viaticũ,ci.uiæ impenſa,atq; itineris ſubſidiũ.At.197.a.Velim uideas et quid inſtrumẽti et quid uiatici ſatis ſit. At.114.a. et pro Pl.264.a.Q.Ticinius uiaticũ ſe negat habere.Ep.184.b.Legato tuo uiaticum eripuerunt. Att.58.a.Viaticũ Craſsipes præripit.& 123.a. Ad Philotimũ ſcripſi de uiatico. In.247.b.Video mihi opus eſſe uiaticũ. de Sen.91.a.Poteſt quicq̃ eſſe abſurdius, q̃ quo minus uiæ reſtat, eò plus uiatici quærere.

Viarius,a,um.ad uiã quod attinet.Ep.116.a.Lex uiaria.Cælij.

Viator,oris.quicunq; iter facit.pro Mil.112.a. Non ſemper uiator à latrone,nonnunquam etiam latro à uiatore occiditur.At.29.a.Niſi quid ex prætereunte uiatore exceptum eſt,ſcire nihil poſſumus.Q.Fr.315.b.Faciam quod uiatoribus,cum properant,ut,&c. In Vat.33.a.& pro Fon.282.a.Miſiſti uiatorem,qui M.Bibulum domo ui extraheret.de Sen.89.a.Qui à uilla in ſenatum ſenatores accerſebant,uiatores nominati ſunt. Att.146.b.Quod cũ è uiatore quodam eſſet auditum,miſi,&c. de Fat.147.a. Hoc modo uiator bene ueſtitus cauſa craſſatori fuiſſe diceretur,quod ab eo ſpoliaretur.

Vibo,onis.opp.At.40.255.& pro Pl.279.b.

Vibonenſis.At.255.

Vibro.as.tractare,agitare,micare.de Or.138.b.Samnites,qui uibrãt haſtas ante pugnã,quibus in pugnãdo nihil utũtur.et Of.38.b.Vibrare haſtã.I.C.109.a.Qui ſicas uibrare & uenena ſpargere didicerũt. Or.220.a.Demoſthenes cuius nõ tam uibrarent fulmina illa, niſi numeris contorta ferrẽtur. & de Cl.196.a.Oratio incitata & uibrans.Ac.36.b.Mare cũ à ſole collucet,albeſcit & uibrat.

Vicanus,ni.qui in uico habitat.deD.108.a.Vicani aruſpices.pro Fl.147.

Vicarius,a,um.ſucceſſor, qui uicem alterius obtinet, uel in eius locum ſuccedit,qui pro aliquo in aliquo munere conſtitutus eſt. Q.de Pet.210.b.pro Syl.172.a.An hoc regnum appellabitur?cuius uicarius qui uelit eſſe,inueniri nemo poteſt,longè abeſt regni ſuſpicio. & Att.285.a. Vicarius alienæ dominationis.In V.219.a. Succedam ego uicarius tuo munere,ſuſcipiã partes tuas.Ep.265.b. Itaq; do te uicarium,tu eum obſeruabis. pro Cec.296.a.Procurator penè dominus & alieni iuris uicarius. pro Muren.143.b.Nolite mihi ſubtrahere uicarium diligentiæ meæ.





pro S.R.36.b. In his operæ noſtræ uicaria fides amicorũ ſupponitur:id eſt,in mãdatis. I.V.167.a.Vicarius ſeruus maiori ſeruo ſeruiens.Item:Hic Diogenetus uicariũ nullum habet,nihil omnino peculij.& 95.a.Peculia omnium uicarijq; retinentur. I.V.174.a.Quinquaginta aratores ita uideo deiectos, ut ijs ne uicarij quidem ſucceſſerint. I.A.240. a. Quod ſi in bello dari uicarij ſolerent, libenter me,ut Brutus emitteretur,pro eo includi paterer.

Vicatim.per ſingulos uicos. pro Dom.239.a.Seruorum omnium uicatim celebratur tota urbe deſcriptio. & pro Seſt.10.a. Cur uicatim ſerui omnes conſcriberentur, &c. At.56.a.Vicatim ambire,ſeruis apertè ſpem libertatis oſtendere.

Vicem.fortunam,ſortem. pro Dom.214.b.Mihi uni neceſſe eſt,& meam & aliorum uicem pertimeſcere.Ep.176.b. Valde & meam & ueſtram uicem timeam neceſſe eſt.At.279.b.Reipub.uicem doleo. & 133.a.Vt meam uicem doleres,cum me uideres derideri. At.58.a.Nos malo ſolatio conſolamur, quòd ipſius uicem minimè dolemus. & Ep.59.b. An illius uicem(credo)doles? Ep.197.b.Reſpublica,in qua tuam uicem ſæpe doleo, quòd nullam partem per ætatem ſanè & saluè guſtare potuiſti.I.V.99.a. Nos ſi alienam uicem pro noſtra iniuria doleremus, ueſtigium iſtius in foro non eſſet relictũ. At.92.b.Sed me hercule Curionis & Pauli meorum familiariũ uicem doleo. Ep.10.a. Quanquã ille noſtram uicem ultus eſt ipſe per ſeſe. pro Seſt.5.a.Recito uicem officij præſentis,teſtimonium præteriti temporis.

Vice,uel uicem.pro loco.At.161.b.Niſi fortè me Sardanapali uice in ſuo lectulo mori malle cenſueris. de Leg.175.a.Si fingenda nomina uice poetæ,&c. Poſtquã.203.b.Vos qui apud me uim & numen deorum tenetis. de L.180.a. Nulla eſt perſona, quæ ad uicem eius qui è uita emigrauit,propius accedat,quàm hæres.

Vicenus,na.I.V.* 117.

Viceſimus,a,um.uigeſimus.Ep.198.a.Altero & uiceſimo die. & de Fin.86.a.& Q.Fr.321.a.Viceſimo die lunæ.At.b.Viceſima erat uectigal quoddam.

Vicetini.pop.Ep.176.Bruti.

Vicies.aduerb. Att.lib.4.Aeſtimarunt HS uicies.& lib.2.Bis & uicies.& pro Cluen.*

Vicinia,niæ.uicinitas. Tuſc.155.b.Inde in uicinia noſtra auerni lacus.

Vicinitas,tis.uicinia,propinquitas. I.V.222.b.Signũ quod erat notum uicinitati,buccina datur. pro Cl.45.a. Cur in iſtam uicinitatem meretriciam te contuliſti? pro S.R.41.a.Cantu neruorum tota uicinitas perſonat. pro S.R.21.a. Sex.Roſcius Amerinus fuit non modò ſui municipij,uerùm etiam eius uicinitatis facilè primus. & ibid. Hic præter cæteros in ea uicinitate eam partem cauſamq; defendit. pro S.R.26.a.In Vmbria,atq; in ea uicinitate. pro Cluen.20.a. Sed etiam regionis illius ac uicinitatis facilè primus.pro Plan.263.a.Iam municipia coniunctione etiam uicinitatis uehementer mouentur.Off.46.b.In uicinitatibus & confinijs. pro Cluen.27.b.Mihi cum eo uicinitas & magnus uſus eſt. Poſtquã.398.a.Amicitiæ,conſuetudines,uicinitates.& de Fin.140.a.Vicinitas cum ciuibus.deIn.50.a.Vicinitas totius regionis.Acad.35.a.Verſari in uicinitate.Ep.71.a.Cum forum commune ſit, uicinitas non requiritur. At.73.a.Propter uicinitatem totos dies ſimul eramus iuncti. pro Plan.263.a.Scire enim hoc propter uicinitatẽ facilè poſſum. de Clar.178.b. Artium ſtudiorũq; quaſi finitima ſocietas. de N.54.b.Nares non ſine cauſa uicinitatẽ oris ſecutæ ſunt. pro Rab.92.a.Cum ſingulari uoluntate Campaniæ uicinitatis ornetur.

Vicinus,a,um. propinquus, finitimus,proximè accedens ad aliquid. At.122.a.M.Lepidus uicinus noſter. & 30.b.Vicinus proximus.& 215.a. & I.C.109.a. & Off.63.b.& Q.Fr.300.b.Interior uicinus.pro S.R.25.b.Poſſum multos proferre uel tribules uel uicinos meos, qui, &c. pro Syl.178.a. & ad Her.27.a.Cum cæteri deficerent finitimi ac uicini.Or.207.a.Dialectica uicina & finitima Rhetoricæ. Or.198.b.Eſt autem quidam interiectus intermedius uicinus amborum.Off.73.a.Fides in capitolio uicina Iouis Opt.Max. I.V.85.a.Latona grauida,& iam ad pariendum uicina.

Viciſsim.pariter,inuicem. Cæſ.37.a. Acad.31.a.Vos ab illo irridemini,& ipſi illum uiciſsim eluditis. de N.30.a.Terram uno tempore florere, deinde uiciſsim horrere. Item: Oculorũ & hilaritatis & uiciſsim triſtitiæ modum res ipſæ temperabunt. de Fin.105.a.Quod iuſtum eſt,honeſtum eſt:uiciſsimq; quod honeſtũ eſt,iuſtum eſt. de D.82.a.Si ſint ea genera diuinandi uera,eſſe deos:uiciſsimq; ſi dij ſint,eſſe qui diuinent. de Fat.140.b.Mutuari ab aliquo,& ei uiciſsim reddere aliud quidpiam. de Nat.65.b. Cum eadem uiciſsim retro commeant.& 42.b.Deinde retrorſum uiciſsim ex æthere aer oritur. & 26.a.Te audire uiciſsim uellem. pro Cæl.45.a.Redeo nunc ad te Cæli uiciſsim. Ep.34.a.Hoc ego meo facto delector,eſt enim, &c.conſidera nunc uiciſsim tuum. de N.60.a.Præbebo me tibi uiciſsim attentum contra Stoicos auditorem. Att.252.b.Veruntamen expecto quid ille tecum,quid tu uiciſsim.de Sen.86.b.Refrigeratio in æſtate,& uiciſsim in hyeme ignis hybernus. & 89.a.Vbi enim potes æquè caleſcere apricatione,uel uiciſsim umbris refrigerari.In Sal.273.a. Non enim me ſperaſti mutuam tibi gratiã relaturum, ut uiciſsim tuos compellarem.

Viciſsitudo,nis.commutatio,uarietas quædam.Tuſc.242.a.Quæq; ex alio in aliud uiciſsitudo atq; mutatio.et 162.a. Viciſsitudines dierum & noctium, commutationeſq; temporum quadripartitæ. & de In.54.a.Diurnæ nocturnæq; uiciſsitudines. Ep.68.a.Nihil eſt aptius ad delectationem lectoris, quàm temporum uarietates, fortunæq; uiciſsitudines.de Or.164.a. Ad actionis ſuauitatem quid eſt uiciſsitudine et uarietate & cõmutatione aptius? pro Mur.142.b.Pop.Romanus diſtinguit rationem officiorum & temporum, uiciſsitudinem laboris ac uoluptatis. de Am.105.b.Nihil eſt remuneratione beneuolentiæ, nihil uiciſsitudine ſtudiorũ officiorumq; iucundius. Part.241.b. Altera ad uiciſsitudinem referendæ gratiæ pertinet.de Or.161.a. Pedes aut choreos aut heroos aut alternos eſſe oportet, nam horum uiciſsitudines efficiunt, ut, &c.de Ar.248.a.Vix quiſquam arte ulla rerum ordinem ac uiciſsitudinem perſequi poteſt. de N.51.a.Ea uiciſsitudo in omni curſu conſeruatur. & 12.a.Qui rerum uiciſsitudines ordineſq; cõſeruet. & 42.b.Viciſsitudine elementorum mundi continuata natura eſt.& 45.b.Impetus cœli conſtantiſsimè conficiens uiciſsitudines anniuerſarias. de Leg.172.b.Dierum noctiumq; uiciſsitudines.Off.27.a Viciſsitudine nonnunquam utendum putet.

Victima,mæ.hoſtia. de In.74.a. pro Fl.164.a.Quã poteſtis P.Lentulo mactare uictimam gratiorem? & de Fin.77.b.Seq; è continenti genere tertiam uictimam reipublicæ præbuit.

Victor,ris.fœlix in bello gerendo.Ep.54.b.Multa enim uictori eorum arbitrio per quos uicit, etiam inuito

facienda ſunt. pro Pom.9.b.Ille ipſe uictor L.Sylla. & I.P.82.b.Cn.Pompeius gentium uictor.& de Ar.255.b.Ille externorum bellorum hoſtiumq; uictor. de D.120.a.Galli uicti ſilere ſolent,canere uictores.& ibid. Galli uictores alacritate & quaſi lætitia ad canendum excitantur. I.A.172.b.Cæſar Alexandriam ſe recepit fœlix.

Victoria,riæ.palma,triumphus,trophæum,res bene geſta.)(.Offenſio. pro Mar.132.a.Victoria,quæ natura inſolens atq; ſuperba eſt.& Att.283.a.Facilius in timore benigni,quàm in uictoria grati reperimur.pro Cæl.41.a Qui ex reip. cauſa ſibi glorioſam uictoriam conſecutus eſt. At.278.b.Quodammodo uictoria excidit è manibus. pro Pom.9.a.b.Cuius adoleſcentia ad ſcientiam rei militaris,non offenſionibus belli,ſed uictorijs:non ſtipendijs,ſed triumphis eſt erudita. pro Mur.126.b.Finem ſtipendiorum patris uictoriam & triumphum fuiſſe. pro Pom.5.a Vt ab illo inſignia uictoriæ, non uictoriam reportarent. de Pro.71.b. Literæ quæ rē bene geſtā in bello nunciarēt.

Victoriatus,ti.genus numi.pro Fon.278.a.Nulchalone ſerene umbibinos & uictoriatos mille. & ibid.Terno uictoriatos.

Victoriolas aureas Dionyſius ſine dubitatione tollebat.de N.77.a.

Victrices literæ recitatæ. At.81.

Victrix,cis. Att.278.a.Erat uictrix reſpublica cæſis hoſtibus. & pro Cluen.20.b.Mater uictrix filiæ,non libidinis. pro Seſt.29.b.Manus illa Clodiana in cæde ciuium iam ſæpe uictrix. Tuſcul.174.a.Oraculum erat datum,ſi rex interfectus eſſet,uictrices Athenas fore.

Victurus,a,um.I.A.189.a.Is dixit,niſi qui uiciſſet,uicturum eſſe neminem.

Victus,a,um. ſuperatus,ſubactus,conuictus, fractus. pro Fon.281.b.Victi & ſubacti populi. & Attic.274.a. Exercere iracundiam in ſuperatos.

Victus,ctus.pro Q.9.a. Victus ueſtituſq; neceſſarius. & de Or.105.a.Vt ei uictus quotidianus in Prytaneo publicè præberetur. At.195.a.Nunc planè nec uictū ullum, nec uitam colere poſſum. Tuſ.240.b.Dionyſius omni cultu & uictu humano carebat.Off.12.a.& de Fin.83.b.Vita uictuſq; communis in amicis uigent maximè.Off.35.b. Hominum uita plurimum diſtat à uictu & cultu beſtiarum.& de In.42.a.Victus ferinus. de D.93.b.Qui ſalubri & moderato cultu atq; uictu quieti ſe tradiderit. Tuſ.247.a.b.De parſimonia Lacedæmoniorum & Perſarum in uictu. de Clar.173.a.C.Tuditanus omni uita atq; uictu excultus atq; expolitus. Off.3.b.Parare ea quæ ſuppeditent ad cultum & ad uictum,&c.de Am.112.a.Qui paruo contentus,tenui uictu cultuq; delectatur.

Vicus, ci. pars urbis ex multis domibus conſtans, & inter eas area & uia,angiportus. pro Dom.224.b.Cum conſcriberes ſeruos ex omnibus uicis concitatos.pro Mil.113.b. Nullum in urbe uicum, nullum āgiportum eſſe dicebant,in quo Miloni non eſſet conducta domus. Ep.233.a.Scribis te uicum uenditurum.pro Pom.4.b.Bithiniæ uicos complures exuſtos eſſe. Item: Cobiamacho,qui uicus inter Toloſam & Narbonem eſt. & Ep.245 a.Fugerana,quæ fuit non uici inſtar,ſed urbis. At.76.b.Concurſus fiunt ex agris,& uicis,& ex domibus omnibus. Off.68.a.Omnibus uicis ſtatuæ factæ ſunt. At.81.b.Omnibis uicis tranſire legem.

Videlicet.nimirum,ſcilicet,nam,enim. de Or.154.b. Aut ſi eſt uictus,eloquentior uidelicet fuit Socrates. pro Cl.44.a. Maiores noſtri ſtatuerunt,ut ſortitione in quoſdam animaduerteretur,ut metus uidelicet ad omnes,pœna ad paucos perueniret. Or.207.a.Ariſtoteles dicit rhetoricā quaſi ex altera parte reſpondere dialecticæ,ut hoc uidelicet inter ſe differant,&c.pro Cl.49.a.Qui eorum, quorum? uidelicet qui ſuprà ſcripti ſunt. de Orat.126.a. Quamobrem hoc uos doceo Sulpiti, bonus ego uidelicet magiſter,ut poßitis,&c. de In.42.a.Quidam magnus uidelicet uir & ſapiens. de Or.129.a.Sapiens uidelicet homo cū primis noſtræ ciuitatis. Tuſ.248.a.Sed apud alios loqui uidelicet didicerat,non multum ipſe ſecum.& 177.a.Te natura excelſum quendā uidelicet & humana deſpicientem genuit. Ep.39.a.Vix tandem legi literas dignas Appio, plenas humanitatis, aſpectus uidelicet urbis tibi tuam priſtinam urbanitatem reddidit. de Fin.71.a. Hoc natura uidelicet uoluit.et 141.a.Hac uidelicet ratione.de L.172.a. Quos imitatus Plato,uidelicet hoc quoque legis putauit eſſe,perſuadere aliquid,&c. de L.171.b.Quæq; ita compoſita ſancitaq; eſſent, eas uidelicet leges nominarunt.de L.174.b.Caſtè iubet lex adire ad deos, animo uidelicet,nec tollit caſtimoniam corporis. pro Q.7.a.Huic moleſtus eſſe uidelicet noluiſti.I.V.139.a.Licebat enim uidelicet legibus. de In.63.b.Cū ille alter,uidelicet qui nummos habebat,&c. pro Pl.279.b.Nihil uidelicet eſt eorū: id eſt,quidem. Att.281.b.Videlicet cum illam epiſtolā ad me dabas,nondum erat tibi id notum. de Or.138.b.Videlicet illa, nam is poſtquam, &c. quàm longa eſt narratio? pro Seſt.9.b.Videlicet eijciet quē uolet? Ep.267.a.Nam quæ parcius frater perſcripſerat,uerecundia uidelicet & properatione,ea tu ſine aſſentatione,ut erant, ad me ſcripſiſti. Ep.264.a.& 263.a.Libros cōpone,uidelicet cum Metrodoro lubebit,quando eius arbitratu uiuendum eſt. de Fin. 120. b. Stoici hæc uidelicet uiderunt. & 11.a.Hæc uidelicet eſt correctio philoſophiæ.

Videns,tis. pro Quin.9.a. Huic acerbißimum uiuo uidentiq; funus ducitur. prouerb.

Video,es.cerno,conſpicio,perſpicio,prouideo,aſpectu ſentio,aſpectu percipio,ſenſum uidendi uel oculorum habeo, ante oculos mihi uerſatur uel obuerſatur, ſed quē accepi ipſe oculis animoq; ſenſum,hunc uerè apud uos,ut potero,planißimè exponam.I.V.157.a.Prouideo,conſidero.Acad.20.b.At ille neſcio quis, qui in ſcholis nominatur,mille & octingēta ſtadia quod abeſſet,uidebat.Acad. 20.b. Ego Catuli Cumanam ex hoc loco regionem uideo, Pompeianum non cerno.pro Mur.145.a.Quæ uerò miſeranda ſunt,ea & mihi ante oculos uerſantur, & uos uidere ac perſpicere poteſtis.de N.99.a.Vt eum oculū,quo bene uideret,amitteret. de Vn.197.a.Nihil igni uacuū uideri poteſt.Q.Fr.313.a.Apud Anitium uidebimus,ut paratum ſit. pro Cl.53.b.Quicquid mali per hos annos Cluentius uidit,id omne à matre eſt conflatū. Tuſ.177.a.Videre licet quoſdam,&c.I.V.214.b.Videre & perſpicere aliquid oculis. Ep.80.a.Quē ego tam uideo animo,quàm ea quæ oculis cernimus. de Orat.135.a. Vide,inquit,iſta Scaure,ſi potes eſſe poſſeſſor. Ep.256.b Videbis quid Lyſoni,quid medico placeat. I.V.271.b.Vide etiā atq; etiam ac conſidera quid agas.Acad.16.a.Vide quæſo etiam atq; etiam,ne,&c. & 17.a.Caue ne capiaris, ne fallaris uide. & Tuſc.193.b.Videamus,ne,&c. & 184.a.Vide ne non ita ſit.I.V.66.b.Prouide ne,&c.Ep.112.b.Vide modò,inquis,&c.At.189.a.Sed Septimium uide.& ibi.Procuratores Cornificij uidebis. I.A.201.a.Quid concupiſcas,tu uideris:quid concupiueris,certè habebis. Att.26.a.Sed id quoq; uidebimus.At.274.a.Sed de hoc tu uideris. de Am.





97.a.Quàm id rectè faciam,uiderint ſapientes.At.94.a Sed hoc fortuna uiderit,quoniam conſilio uti non licet.& 60. b. Sed de illa ambulatione fors uiderit, aut ſi quis eſt qui curet deus. pro Cæl.44.b. Sed uidero hoc poſterius. pro Q.10.a.Quid mihi cū iſta ſumma ſanctimonia? uiderint,inquit,iſta officia boni uiri.de Orat.106.b.Quæ ars quàm ſit facilis,illi uiderint,qui,&c. deinde etiā tu ipſe uideris,qui,&c. de N.61.b.Quàm ſimile iſtud ſit,tu uideris.At.151.b. Sed tu id quanti æſtimes,tuum iudiciū eſt. de Or.94.b. Ferè nemo eſt, quin acutius atq; acrius uicia in dicente,quàm recta uideat. At.130.b.Sed diligētius nobis eſt uidendū,ne diſtracti, pares aduerſarijs eſſe non poßimus.de Sen.94.b.Nō'ne uobis uidetur animus is,qui plus cernat & longius,uidere ſe ad meliora proficiſci? ille aūt cuius obtuſior ſit acies,non uidere? de Am.103.b.Sed loquor de ijs,qui ante oculos ſunt,quos uidemus. pro Mil.116.b. Cogitationes noſtræ quæ uolunt ſic intuētur, ut ea cernimus,quæ uidemus.

Videor,eris. cōpareo, ſpeciē offero, ſpeciē habeo uel præ me fero.de In.83.b. Atq; etiā hoc mihi uideor uidere, eſſe quoſdā,&c.I.V.61.b.Videre iam uideor,&c. At.15.b.Obiurgaui ſenatū,ut mihi uiſus ſum, ſumma cū autoritate.& 16.b.Vt mihi uidebar,&c. I.C.120.b. Videor mihi hanc urbē uidere ſubito uno incēdio concidentē.& ibi. Cerno animo,uerſatur ante oculos. Ep.49.a.& 134.b. Vt ſpeciē aliquam uiderer uidere quaſi reuiuiſcentis reip. Off.53.b.Tertiò ſi id quod ſpeciē haberet honeſti, pugnaret cū eo quod utile uideretur. contra Rul.84.b.Hæc conſilia M.Bruto reprehēdenda uiſa ſunt.pro Q.10.a.Quid eſt quod hac tandem de re uobis poßit uideri? Or.203.a. Itaq; uideo uiſum eſſe nōnullis,Platonis locutionē,&c. de Or.119.b.Si quid eſt in me,quod iam ſperare uideor,quoniam,&c.& 112.a. Nunc Catulo audiente uideor debere non tam pugnare tecū,quàm quid ipſe ſentiā, dicere. Att.78.a.Quia conſilijs ut uidemur bonis utimur.& Ep.257 a.Si uideris tibi me poſſe conſequi. Att.132.a.Cuius ſocius uideor eſſe debere. Ep.9.a.Neq; id facio(ut fortaſſe quibuſdā uideor)ſimulatione.& 57.a.Cū cæteris(ut quidem uideor)tum ipſi mihi diſpliceo.Ep.57.a.& ibi.Videor mihi perſpicere,&c.de N.13.a. Videor audiſſe de L.Craſſo, &c.deCl.166.b.Videor iam te auſurus eſſe appellare.de Or.113.Sicut mihi uidetur,quantum iudicare poſſum.At.98.b. Videre mihi uideor tantā dimicationē, quāta nunq̄ fuit.& 213.b.Hortos quoniā hodie cras inſpecturus,quid tibi uiſum ſit,cras ſcilicet.Off.58.b.Induxit eam quæ uideretur eſſe,non quæ eſſet,repugnantiā.de Sen.77.a.Nunc autē mihi uiſum eſt, de ſenectute aliquid ad te ſcribere. de Am.98.b.Quo in genere ſperare uideor amicitiā noſtrā, &c. & 99.a.Sic enim mihi perſpicere uideor,ita natos eſſe nos,&c. At.195.b.Puero de mancipijs,quæ tibi uidebitur attribuas. de N.13.a.Sæpe de L.Craſſo uideor audiſſe,cum te togatis omnibus anteferret.Item alibi ſæpißimè, nam nullum uerbum crebrius à Cicerone uſurpatur, & præſertim in clauſulis.

Viduitas,tis.pro Cec.287.a.Ebutius iſte iamdiu Cæſenniæ uiduitate ac ſolitudine alitur.

Viduus,a,um. pro Cec.287.b.Cognitor uiduarum.et Tuſ.180.a.Sic ipſe uiduus peſtes excipio anxias.Poetæ.

Vienna,næ.urbs Galliæ.Ep.149.a.Planci.

Vietus,a,ū.imbecillus,languidus.de D.116.a.Poſſum ſuſpicari contractū aliquo morbo bouis exile, & exiguū, & uietum cor fuiſſe.de Sen.78.a. Neceſſe fuit eſſe aliquid extremū,& tanquā in arborum baccis maturitate tempeſtiua quaſi uietum & caducum.



Vigeo,es. uiriditatē quandā habeo, floreo, flagro,in gratia ſum.)(.Iaceo,obſoletus.de N.42.b.Stirpes arte naturæ uiuunt & uigent.& 66.b.In omni rerum natura id uiuere,id uigere,quod caleat. Tuſ.235.b.Neq; enim eſt ullum,quod non uigeat interiore quodā motu.de Som.130.b.Animus eſt qui uiget,qui ſentit,qui meminit,&c. pro Mil.118.a.In nobis eſſe quiddā quod uigeat, quod ſentiat, &c. & de D.104.a. Viget enim animus in ſomnis. pro Seſt.13.b. Animus poſt mortē ſentit & uiget. Tuſ.160.b. Niſi animus antequā corpus intraſſet,in rerū cognitione uiguiſſet.de D.94.a.Iacet enim corpus dormiētis,ut mortui,uiget aūt & uiuit animus.& 95.a.Ea pars animi tum maximè uiget,cum plurimū abeſt à corpore.Tuſc.171.a. Siue occiderit animus,ſiue uigeat.de Fin.130.a.Omnium rerū quæ natura uigeant,ſimilē eſſe finē. Tuſ.156.a.Multaq; ſecula poſtea ſic uiguit Pythagoreorū nomen,ut nulli alij docti uiderentur,&c.deN.4.a.Hæc in philoſophia ratio contra omnia diſſerēdi,uſq; ad noſtrā uiguit ætatē. Tuſ.175.a.Philoſophia doctißimorū contentionib.diſſenſionibuſq; uiguit. At.57.a.Nos animo duntaxat uigemus. Ep.110. b. Gregalibus illis,quibus te plaudēte uigebamus amißis. & 112.a.Tui politici libri omnibus uigent. Tuſc.174.a.Vigere in ore. Orat.218.a.Qui numerus uiget in primo,iacet in extremo. I.A.238.b.Nihil ſemper floret, diu legiones Cæſaris uiguerunt,nunc uigent Panſæ. pro Cæl.39.b.Flagrabant uicia libidinis apud illum,uigebant etiā ſtudia rei militaris.Tuſ.188.b.Apud quos uenandi et equitandi laus uiget.pro Cæl.52.a.Vigeant apud iſtā mulierem uetuſtate.de Or.153.a.Nunc Philonē in Academia maximè uigere audio.de Or.88.b.Vigebat auditor Panætij illius tui Mneſarchus. Tuſ.174.a.Armodius in ore & Ariſtogiton uigent. Tuſ.206.b.Quādiu inſit,& uigeat, & habeat quandā uiriditatē.de Or.141.a.Qui memoria uigent,ſciunt quid,&c. & de Fin.132.b.Valere & uigere. Off.12.a.Interdum etiam obiurgationes in amicis uigent maximè. de Or.86.a. Athenis ſtudia eloquentiæ uiguerunt. Offic.25.a.Vt eorū & in bellicis,& in ciuilibus officijs uigeat induſtria. pro Mil.188.a.Veſtræ tum aræ uiguerunt,ueſtra uis ualuit.pro Mar.133.b.Vita quæ uigebit memoria ſeculorum omnium.

Vigeſimus,a,ū.uiceſimus.Ep.236.a.Vno & uigeſimo die.& 198.a.Altero & uiceſimo die.pro Pom.5.a.Ab illo tempore annum iam tertium & uigeſimum regnat.

Vigil,lis. I.V.222.a.Clamor à uigilibus & fani cuſtodibus tollitur.

Vigilans,tis.acer,attentus.cōtra Rul.61.b.Tribunus plebis uigilans & acutus. & pro S.R.41.b.Vigilans,& bonus,& fortis uir. & pro Cæl.53.a.Vigilans,ſobrius,et induſtrius uir. At.126.a. Vigilans homo & induſtrius.

Vigilanter.Ep.242.a. Vt uigilanter ſe tueretur.

Vigilantia,tiæ.l.Attentio. Antequā.194.b.Et uos ut tutam pacē traheretis,mea perfeci uigilantia. & I.V.235 b.212.b. Siciliā uirtute eius & uigilantia ſingulari eſſe ſeruatam. At.124.a.Cæſar horribili uigilantia plenus.

Vigilia,liæ.excubiæ. Tuſc.218.a.Cui non ſunt auditæ Demoſthenis uigiliæ?& Parad.116.b.Quoniam illud maiorum uigiliarū munus in tuo nomine apparuit.I.V.222.a. Præcipitur ædilibus, ut noctu uigilias agerent ad ædes ſacras. & I.P.82.b.Me ſtante & manēte in urbis uigilia. I.A.153. a. Manendū mihi ſtatuebā quaſi in uigilia quadā conſulari & ſenatoria, nec uerò uſquam diſcedebā, nec à rep.deijciebā oculos. I.C.112.a.Interim tertia ferè uigilia

exacta,ſit in eos impetus.pro Mil.114.a.Si capitolinæ cohortes,ſi excubiæ,ſi uigiliæ,ſi delecta iuuētus contra Milonis impetū armata eſt.I.C.98.b.Illam coloniā meis præſidijs,cuſtodijs,uigilijsq́; muniui.de In.51.a.Diei et noctis & uigiliæ & horæ.I.A.212.b.Idcirco in hac cuſtodia tanquàm in ſpecula collocati ſumus, ut populum Romanum uacuum noſtra uigilia redderemus.

Vigilo,as.uigilias ago,excubo,in uigilia maneo. I.C.112.a. Tardiſsimè autem Lentulus,credo quòd literis dandis præter conſuetudinem proxima nocte uigilauerat. et de Som.126.b.Vigilare ad multam noctem. I.A.208.b. Quamobrem Quirites quantū potero excubabo,uigilaboq́; pro uobis. & pro Plā.271.a. Vigilandū eſt ſemper, multæ inſidiæ ſunt bonis. Q.Fr.315.b.Properando etiā citius,quàm ſi de multa nocte uigilaſſent,perueniūt quò uolunt.Itē:Peruigilare unā noctē.l.Peruigilo. de D.137.a. Animi cum ſuſtinentur mēbris, & corpore, & ſenſibus, omnia certiora cernūt,cogitāt,ſentiunt: id eſt,cū uigilāt.

Viginti.de Or.149.b. Annos natus unum & uiginti. & pro Plan.278.b.Viginti dies. I.A.182.b. Annos propè uiginti.

Vilis,le. uulgaris, contemptus,abiectus,humilis,plebeius,leuis,communis,contritus,de populo,unus de multis, Myſorum ultimus,omnium infimus & ſordidiſsimus, homo nullo numero,paruus,anguſtus animus & paruus, aliquis uita contēpta & ſordida.)(Precioſus. Q.Fr.296.a.Semper putaui honores,ſi uulgares eſſent,uiles:ſi temporis cauſa conſtituerentur,leues. & Off.70.a.Seruulus uilis.pro Seſt.14.a.Quod beneficiū à me haberetis,cūpro uobis ea quæ mihi uilia eſſent, reliquiſſem? de Fin. 83.b. Non minor uoluptas percipitur ex uiliſsimis rebus,quàm ex precioſiſsimis. Ep.104.b.Quanquam Velia non eſt uilior quàm Lupercal.Tuſ.248.a.Quotidie nos ipſa natura admonet, quàm paucis, q̄ paruis rebus egeat, quàm uilibus. pro Flac.166.a.Etiā ſi honos noſter uobis uilior fuiſſet, ſalutem certè charam futuram putaui. pro S.R.30.a. Nihil tam uile neq; tam uulgare eſt,cuius,&c. I.V.192.b.Frumentum quoniam uilius erat,ne emiſſes. I.A.243.b.Vobis tamen uilis eſſe ſpiritus meus non debet.

Vilitas,tis.)(.Caritas.pro Pom.12.b.Vilitas annonæ ex ſumma inopia & caritate rei frumentariæ conſecuta eſt. & pro Dom.216.a.Subitò illo die cariſsimam annonam nec opinata uilitas conſecuta eſt. I.V.199.a.Vilitas in uendendis fructibus,ubertas in percipiēdis. & 196 b.Vilitas annonæ.)(.Caritas annonæ.

Villa,læ.domus extra urbē ruriúe ædificata. de Leg.169.b.Sed antiquo more parua erat uilla, ut illa Curiana in Sabinis. Att.30 b.Baſilicam habeo,non uillam frequentia Formianorum. de Or.133.a.Villam in Tiburte habes, cortem in palatio.pro Dom.225.b.Domus in palatio,uilla in Tuſculano. Ep.92.a.Domus eſt,quæ nulli uillarum mearum cedat. & 166.a.Frumēta aut in agris,aut in uillis ſunt.pro S.R.25.a.Eſſe in agro,& ali ad uillā. pro Q.R. 50. b. Tum erat ager incultus ſine tecto, nunc eſt cultiſsimus cum optima uilla.& ibi.Qui ager uillam non habuit. At.157.b. Præterijt uillam meam Curio,iuſsitq́; mibi nunciari,mox ſe uenturum.& 195.a. Vltra Silianā uilla eſt,quam puto tibi notam eſſe,uillula ſordida & ualde puſilla.Q.Fr.312.b.& 313.a.Sed hominem infirmum in uillam apertam,ac ne rudem quidem,inuitare nolui.& 317.b. Aqua non longè à uilla bellè ſanè fluens.Off.28.b.L.Luculli uillarum magnificentia.

Villicus,ci.cuſtos uillæ. pro Cluen.52.a.Habiti uillici rem domini priuatamq́; poſſeſsionē defenderent. de Or.106.b.Si mandandum aliquid procuratori de agricultura,aut imperandum uillico ſit. I.V.173.b.& 174.a.Dominus uillico delectetur. & At.231.a.Cuſtos ac uillicus.& Tuſ.226.b.& Ep.265.a.Villicus procurator. Q.Fr.318.b.Nicophorum uillicum tuum ſanè probaui.

Villula,læ.At.123.b.Volo circum uillulas noſtras errare.& 195.a.Villula ſordida & ualde puſilla.

Villus,li pilus. de N.50.a.Animantium aliæ corijs tectæ ſunt,aliæ uillis ueſtitæ. & 58.a.Ouium uillis homines ueſtiuntur.

Vinaceus,a,um.de Sen.88.a. Acinus uinaceus.

Vinarius,a,um.I.V.214.a.Erat etiam uas uinarium ex una gemma pergrandi. & pro Fon.277.b. Cognoſcite nunc de crimine uinario.

Vincio,cis.colligo,conſtringo. Tuſ.185.b.Si ſe lachrymis dedet, uinciatur & conſtringatur amicorū cuſtodijs, pro Dom.117.b. Tu liberos populos L.Piſoni uinctos cōſtrictosq́; tradidiſti.& de Ar.249.a.Seruorum multitudini S.P.Q.R.uictum ipſo conſenſu, & conſtrictum ſpectaculis,atq; impeditum turba & anguſtijs tradidiſti. In Arat.Orbes uincti inter ſe,& nodis cœleſtib. apti.de Vn.201.b.Aliquid uinctum diſſoluere.pro Mur.134.a.Omnia quæ delapſa iam fluxerunt, ſeueris legibus uincienda ſunt. de Ar.245.a.Non modò uincere,ſed etiam uincire aliquem. I.V.270.b.Facinus eſt uincere ciuē Romanum. At.114.b.Loca occupare,uincire præſidijs. de Or.160.b.Membra orationis ſunt numeris uincienda. & Or.213.a.Antiqui graues quidem ſententias reperiebant, ſed eas haud uinciebant,haud explebant.pro Deiot.147.b.Cum igitur eos uinciret,te ſolutum Romam mittebat?

Vinclum,li.I.V.160.a.& Tuſc.185.b.Mitto uincla, carcerem,uerbera,&c.l.Vinculum.

Vinco,cis ſupero,deuinco, expugno, ſuperior diſcedo,obtineo,frango,rem bene uel placatè gero,prælijs ſecundis utor,uictoriā ab aliquo reporto, ſubigo, atq; in ditionē meam redigo,prælijs frango,domo,prælijs fœliciſsimè decerto,ſecundū præliū facio,copias hoſtiū fundo,depulſis ac diſsipatis copijs ſuperior ſum contra improbos, litē uel cauſam obtineo,prætereo,præcurro,præſto,præpondero. I.C.117.a.Mihi uiuendū eſt cum illis quos uici ac ſubegi.Off.14.a.Non eſt conſentaneum,qui metu non frangatur,eum frangi cupiditate,nec qui inuictum ſe à labore præſtiterit,uinci à uoluptate.Parad.120.b.Sapiētis animus nunquam uincitur nec expugnatur.I.A.189.a.Is dixit,niſi qui uiciſſet,uicturum eſſe neminem. Or.314.a. Hos ille moderatione,non inuentione uicit.pro Q.R.43.b.Cognitor ſi fuiſſet tuus,quod uiciſſet iudicio,ferres tuū. de Or.90.a. Aſclepiades eloquentia uincebat cæteros medicos. & 97.a. Si ſubitam & fortuitam orationem facilè uincit, hanc ipſam profectò aſsidua & diligens ſcriptura ſuperabit. & 127.a.Ita tua Sulpiti eſt à nobis tum accuſatio uicta.pro Deiot.148.a.Vincere cauſam.& I.V.112.b Obtinere cauſam.pro Cec.302.b.Vincere ſponſionem.et pro Quin.15.b.Vincere ſponſione. de Som.128.a.Stellarum globi terræ magnitudinem facilè uincebant.Tuſ.238 b.Proinde ita parent ſe in uita,ut uinci neſciant.Ep.48.b Vno te uicimus. Tuſ.186.b.Vincere,& ſuperiorem diſcedere.Att.252.a.Manus dediſti.& Q.Fr.300.b.Autepo nere ſe alicui. Attic.122.b.Malo me cum Pompeio uinci, quàm cum iſtis uincere. pro Deiot.146.a.Tanto ille ſuperiores uicerat gloria,quanto tu omnibus præſtitiſti.de Clar.188.a.Quo enim uno uincebatur à uicta Græcia.





Vinctus,a,um.conſtrictus,colligatus.I.V.155.a.Equites uincti Apronio traditi ſunt.& 221.b.Ei te uinctum aſtrictumq́; dedemus. Tuſ.180.a. Aſpicite religatum aſperis uinctumq́; ſaxis.Or.216.a. Vinctum.)(.Diſſolutum.

Vinculum,li.uinclum,nodus. Att.89.b.Dixerim me uel plurima uincla tecum ſummæ coniunctionis optare, & ſunt amoris arctiſsima,tantū abeſt,ut ex eo quo aſtricti ſumus,laxari aliquid uelim. & Acad.16.a. Aſtrictus uinculis.pro Plā.264.a.Aliquē cum alio uinculis & propinquitatis & magni amoris eſſe coniunctū. I.V.239.a. Cum hoc de pecunia clamaret,in uincula coniectus eſt.& de Or.104.a. Corpora uinculis conſtricta. & I.C.119.b. Rumpere uincula. & de Fin.106.a.Inijcere uincula alicui. contra Rul. 63.b.Italiam omnibus uinclis deuinctam & conſtrictam tenere.pro Pom.5.b. Aliquem uinculis,et uerberibus,atq; omni ſupplicio excruciatum necare. pro Cec.298.a. Qui ius ciuile contemnendū putat, is uincula reuellit non modò iudiciorum, ſed etiam utilitatis, uitæq́; communis. Off.74.b. Nullum uinculum ad ſtringendam fidem iureiurando maiores arctius eſſe uoluerunt. & de Vn.213.a.Non ijſdem uinculis,quibus ipſi erant colligati.

Vindemiola,læ. At.5.b.Vindemiolas meas eò reſeruo: id eſt,ad Attici bibliothecam emendam.

Vindex,cis.ultor,præſes,cuſtos. de In.75.a.Difficile eſt ab eo,qui peccatorum uindex eſſe debet,ut ignoſcat impetrare.de N.68.b.& I.C.110.b.Furiæ ſpeculatrices, & uindices facinorum & ſceleris & pro Flac.158.a.Carcer uindex ſcelerum. & pro Syl.172.a.Curia uindex temeritatis.& Ep.65.a.Vindex coniurationis eſſe uolo. Q.Fr.311.a.Cato uindex gladiatorum & beſtiariorū.Att.284.b. Supplicatio uindici illi quidē alienæ dominationis, non uicario. de Or.126.b.Prouocatio patrona illa ciuitatis,et uindex libertatis. I.A.166.a.Brutus uindex libertatis.& contra Rul.71.a.Cuſtos & uindex cupiditatum. At.23.a. Vindex æris alieni. de Leg.173.a.Qui ſecus ſaxit,deus ipſe uindex erit.At.286.a.Vindex atq; oppreſſor dominationis. & 287.b. Vindex illius mali autor extitit alterius fundamentum,radices habituri altiores. Oct.330.a.Extitiſti tu uindex noſtræ libertatis. de L.192.a.Habeat ſanè populus tabellam quaſi uindicem libertatis.

Vindicatio,onis.de In.82.b.Vindicatio eſt,per quam uis & iniuria,& omnino quod obfuturum eſt,defendendo aut ulciſcēdo propulſatur.& 70.a.Ac naturæ quidem ius eſt,&c. ut religio,pietas,gratia,uindicatio, obſeruantia,ueritas.& ibid.b.Vindicatio eſt, per quam & contumeliam defendendo aut ulciſcendo propulſamus à nobis.

Vindiciæ,arū. formula eſt, qua rei controuerſæ poſſeſsionem petimus, uindicamus nobis & aſſerimus, dum lis ipſa decidatur.& omnino uindiciæ ſunt,fiduciæ,uel ut iuriſconſulti loquuntur,fiduciaria poſſeſsio:lis autem uindiciarum, eſt de huiuſmodi poſſeſsione, uindicatione, uel aſſertione controuerſia. I.V.99.a. Aut prædæ litis uindiciarum cum ſatis accepiſſet,ſponſionē facere.& pro Mil.115.b. Iniuſtis uindicijs ac ſacramētis alienos fūdos petere

Vindico,as.punio,caſtigo,ulciſcor,libero,aſſero.I.V.148.b.Omnia poſtremò quæ uindicaris in altero,tibi ipſi uehementer fugienda ſunt.& 266.a.Si qua natio feciſſet aliquid in ciuē Romanū eiuſmodi, nónne publicè uindicaremus?pro Syl.170.b.Neq; me arbitrabar ſine ſummo ſcelere poſſe,quod maleficiū in alijs uindicaſſem,idem in illorum ſocio,cum ſcirē,defendere? de Am.104.b.Talis conſenſio omni ſupplicio uindicāda eſt.pro S.R.20.b.Quàm acerrimè maleficia uindicare.Ep.156.a.Neq;hoc aut uindicaret Lepidus,aut ſanaret. I.V.263.a.Fateor in milites noſtros ſæpe eſſe uerè ac uehementet uindicatum : id eſt, animaduerſum.& 192.a. Facinus in nullo etiam uindicatum.& 239.a.Si quid uindicatū ſeuerè eſt. Off.22.b.Ille, qui T.Gracchi conatus perditos uindicauit. Att.13.b.Te ualde uindicaui:id eſt,ultus ſum. Off.64.a.Dolus malus legibus erat uindicatus.de In.72.b.Peccata iudicijs uindicari. pro Q.5.a.Vehementer uindicare aliquod facinus. Ep.123.b.Diſcordiæ,quas ius et ferrū uindicabit.de L.177 b. Grauiter olim iſta, grauiter uindicabat uetus illa Græcia.pro Mil.105.a. Hominū cōſilia,non exitus rerū legib. uindicantur.Itē:Præſertim cum unus eſſet,qui poſſet ſe de abſente uindicare.Ep.13.b.Vindicare ſeditionē.ad Her.1 b.Vindicare maleficiū. At.286.b.Vindicare rēp.i.ulciſ

Vindicare.liberare,aſſerere. At.101.a.Ego iſtos e ros non addixi, præſertim cum adeſſet nemo, à quo cle uindicarentur. pro Mur.130.a.Sed án ne tu dicis,l cauſa uindicaueris? de Or.88.b. Agere cū aliquo leg& uindicare. pro R.P.126.b.Vt ſe aliquādo ad ſuos uindicaret. pro Fl.154.b. Dubitabitis quin ab hoc ignotiſsimo Phryge nobiliſsimū ciuem uindicetis? pro Rab.9 . An ſeruos ſuppliciorū metu, dominorū benignitas u uindicta liberat,nos à mortis terrore neq; res geſtæ, eq; noſtri honores uindicabunt?de Cl.196.a.et 183.b. ū fœlicitas ipſius ab omnib.miſerijs morte uindicauit. Ep.20.a.& 163.b.P.Scipio,qui ex dominatu T.Gracchi priuatus in libertatem remp.uindicauit. Ep.20.a.Qui ſit remp.afflictam in ueterē libertatē ac dignitatē uindicaturus. Tuſ.184.b. Magnitudo doloris,à qua me breuitas tēporis uindicabit. de Fin.58.b.Sapientia,quæ nos à libidinū impetu,& formidinum terrore uindicet.de Or.109.a.Laudem aliquorum iam propè ſeneſcentem ab obliuione hominum atq; à ſilentio uindicare.de Or.107.a.& 101.b.Senectutem à ſolitudine uindicari iuris ciuilis ſcientia. & 103.a. Vt iſta ab ſolitudine domum meam uindicarē.Item : M.Scaurus, qui ſi audierit hanc autoritatem grauitatis ſuæ uindicari à te Craſſe,iam credo huc ueniat,&c. de Or.121.b.Me tamen iſta oſcitans ſapientia in libertatem uindicabit. I.A.178.a.Pecunia,quæ nos poſſet à tributis uindicare.de Cl.173.b. Cn.Carbo morte uolūtaria ſe à ſeueritate iudicum uindicabit. Q.Fr.305.a.Te innocentia tua & miſericordia hominum uindicat hoc tempore à moleſtia.Q.Fr.319 b.Teq́; item ab eo uindico & libero.

Vindicta,ctæ.libertas,ſiue prætoris uirgula,qua ſeruis donare ſe libertatem ſignificabat, cum ea caput ſerui tangebat.pro Rab.93.b.Seruos à ſuppliciorum metu dominorum benignitas una uindicta liberat. Top.22.b.Neque cenſu, neq; uindicta, neq; teſtamento liber factus eſt.

Vinea,neæ.locus uitibus conſitus. contra Rul.79.b. Iugera CCC.ubi inſtitui uineæ poſſunt. & de D.87.a.& de Senect.88.b.

Vinea.bellica machina,& propugnaculum.Ep.245.b.Aggere,uineis,turribus oppugnaui. I.A.217.b.Conductæ uineæ ſunt,pugnatur acerrimè.

Vinetum,ti.uinea. de N.77.b.Vineta & olineta.& de L.173.b.Vineta & uirgeta,&c. de N.59.b.Si uinetis cuiuſpiam tempeſtas nocuerit.

Vinitor,oris.uinearum cultor. de Fin.134.a.An ea quæ per uinitorem uitis antea conſequebatur, etiam per ſe ipſam curabit?

Vinolentia,tiæ.ebrietas.de Inuē.64.a.Vt amor,iracundia,ægritudo,uinolentia. I.A.179.a.Quid furioſam uinolentiam tuam proferam? Tuſcul.251.& 214.b.Ne

ſobrius in uinolentiam uinolentorum incidat.

Vinolentus,a,um.ebrius,temulentus, uini plenus.)(. Siccus,ſobrius.Or.205.b.Furere apud ſanos,& quaſi inter ſobrios bacchari uinolentus uidetur. Acad.14.a.Ne uinolenti quidem hoc faciunt.contra Rul.61.a.Vtrũ hæc uobis uidentur conſilia ſiccorum, an uinolentorum ſomnia? Tuſ.251.a.Aut ne ſobrius in uinolentiam uinolentorum incidat.I.P.82.a.Vinolenta medicamina.

Vinũ,ni.de N.73.b.Vinũ ægrotis quia prodeſt rarò, nocet ſæpiſſimè,melius eſt non adhibere omnino. de Am. 109.a.Veterrima quæq; (ut ea uina quæ uetuſtatẽ ferũt) eſſe debent ſuauiſſima.de Sen.91.a.Vt non omne uinũ,ſic non omnis ætas coaceſcit uetuſtate. de D.132.b.De uino aut ſalſamento putes loqui,quæ euaneſcũt uetuſtate.Tuſ. 2..b.Leuia uina nihil ualent in aqua.Off.70.b.Qui uinum fugiens uendat ſciens,debeat ne dicere. de Cl.191.b. Vt ſi quis falerno uino delectetur,ſed eo nec ita nouo,ut proximis conſulibus natum uelit:nec rurſus ita uetere,ut Opimium aut Anitium conſulẽ quærat.de Fin.69.b.Quibus uinũ defuſum è pleno ſit œnophoro.Ex Lucil. de N. 38.a.Fruges Cererẽ appellamus,uinum autem Liberum. Poſt.206.b. Conſul ſomni uiniq; plenus. de N.75.b.Sumere uinum modicius.& Miſcere mulſum.l.Miſceo.

Viola,læ.flos.Tuſ.242.b.An tu me in uiola putas,aut in roſa dicere?

Violenter.iniuriosè,& per uim. Off.5.b.Manus uiolenter afferre alicui.

Violentia,tiæ.uis,impetus,uis maior.Antequã.194. a.Noſtrorum inimicorum uis atq; uiolentia. & ibid.b.Si uiolentiæ impetu opprimimur,decedam,&c.pro Quin. 8.a.Adhibere uim ueritati.I.A.244.b.Noui hominis furorem,noui effrenatam uiolentiam. & de Sen.92.a.Sic uitam adoleſcentibus uis aufert,ſenibus maturitas.

Violentus,a,um.qui uim affert. pro Cluen.49.b.Populus Rom. ſua ſponte pacatus, hominum ſeditioſorum uocibus ut uiolentiſſimis tempeſtatibus cõcitatur. de Fin. 141.b.Sic nimis uiolentum eſt,nulla dicere. I.A.173.b. Quamuis ſis,ut es,uiolentus & furens. de Ar.254.b.& 255.a.Alicuius furentes atq; uiolenti impetus. I.A.158.a. Opes uiolentas,& minimè ferendam potentiam concupiſcere.I.A.198.a.Homo uehemens & uiolentus.

Violo,as.lædo,offendo,polluo,macula afficio,imminuo,religionẽ ex aliquo loco eripio.pro Dom.234.a.Ep 230.a.Niſi quid in ea re exiſtimas uiolari exiſtimationẽ tuam. & 6.b.Et ſi minore in re uiolatur tua dignitas.& pro Q.13.a.Violare exiſtimationẽ alicuius. de Fin.97.a. Violare parẽtes.& Ep.13.b.Ad rẽp.uiolandã.At.120.b. Is in nobis uiolãdis putabit ſe aliqd habere populare.Att. 151.b.Præterea te ipſum quodãmodo hic uiolauit,cum in me tam improbus fuit.de Ar.245.b.Qui ſacra Bonæ deæ, quæ uiri oculis, ne imprudẽtis quidẽ aſpici fas eſt, nõ ſolũ aſpectu uiri,ſed etiã flagitio ſtuproq; uiolauit. Poſt.205. a.Optimi Trib. pleb. ſanctiſſimũ corpus non ſolũ tactum aut uiolatũ manu, ſed uulneratũ ferro confectumq; uidiſtis.pro S.R.36.b.Violare atq; imminuere ius & officiũ. I.A.160.b.Violare amicitiã. de N.71.b.Violare uirginitatem alicuius. pro Rab.91.b.Violare loca religioſa.& I.V.274.b.Sacra ab iſto polluta & uiolata. pro Cl.58. Quæ uiolata ſunt,expiari ſolere. de Ar.249.b.Deformatum,inquinatũ,peruerſum,conturbatũ.& ibi.de pollutis et uiolatis ludis.At.147.b.Iudicaui te eo bello uiolari. Parad.120.a.In patris uita uiolãda multa peccãtur.l.Sãctus

Vipera,ræ.anguis. de Ar.255.b.Vipera illa uenenata atq; peſtifera.

Viperinus,a,um. de Fin.84.b.Viperinus morſus.& Tuſ.178.b.

Vir,uiri.fortis,homo. Tuſ.186.b.Ita & tulit dolorẽ ut uir,& ut homo maiorẽ ferre ſine cauſa neceſſaria noluit. pro Cæl.39.b. Cum is iam ſe corroborauiſſet,ac uir inter uiros eſſet. Q.Frat.313.b.Sed cum ueneris,uirum te putabo: ſi Salluſtij Empedoclea legeris,hominem non putabo. pro Flac.157.a.Si ciuitas per uiros bonos graueſq; homines querelas ad uos detuliſſet. de Fin.114.b.Vir dignus memoria.Ep.6.b.Vir excellens.& 18.b.Vir clariſſimus.& 20.b.Vir bonus,memor,gratus. Tuſ.184.b.Appellata eſt enim ex uiro uirtus. & ibid.Si uirtutis compotes,uel potius ſi uiri eſſe uolumus.Ep.113.b. Quindecemuir.Acad.34.Quinqueuir. Att.135.b.In quinqueuiratu. Ep.164.a.Quatuoruiratum ſibi prorogauit.

Vireo,res.uiride eſſe,frondeſcere.Tuſ.235.b.Itaq; & arbores,& uites, & ea quæ, &c. alia ſemper uirent,alia hyeme nudata,uerno tempore frondeſcunt.

Vires,rium.uis,nerui,lacerti,robur,latera,facultas. de Or.97.a.Pleriq; in hoc uires exercent ſuas.Att.102.a. Nolim reſp.tãtas tibi uires dediſſet. pro Põ.11.b.Eximia uis remigũ.Ep.125.a.Omni ui te retinuiſſẽ. Ep.52.a.Viribus ac lacertis pugnare. Or.204.a.Eſſe plurimi ſanguinis,habere aliquẽ ſuccũ,nõ carere illis maximis uiribus.de Opt.243.b.Quidã uires,lacertos,ſanguinẽ quærũt. Ep. 176.a.Colligere uires. de Or.106.a.Amẽtatas haſtas oratorijs lacertis uiribuſq; torquere. I.A.200.b.Experietur cõſentientis ſenatus neruos atq; uires. Off.57.a.Vt excellas etiã pulchritudine & uiribus.pro Cæl.50.a.Vir maximis uiribus. Ep.62.b.Quæ omnib.meis uiribus ſuſtinebo. Tuſ.191.a.Omnibus opibus uiribuſq; elaborandũ eſt, ut, &c.& 195.a.Omnibus uirib.atq; opibus repugnare alicui. de Sen.82.b.Quod homini naturaliter inſitum eſt,eo uti decet:& quicquid agas,agere pro uiribus.pro Seſt.26 b.pro uirili parte.pro Cor.67.a.Si quæ ab hoc pro facultate huius, pro loco facta, grata uobis eſſe debent. Q.de Pet.213.b.& 210.a.Planè ſic cõtende omnib. neruis ac facultatib. ut,&c.pro Dom.235.a.Pro ſuis opib.defendere aliquẽ.de L.157.a.Antipater habuit uires agreſtes et horridas.Para.118.b.Virtus maximas uires habet. de Sen.83. b.Nec uos quidẽ T.Põtij cẽturionis uires habetis.& 82.b. Neq; nunc uires deſidero adoleſcẽtis, nõ plus quam adoleſcens uires tauri,aut elephãtis deſiderabam.de Or.101.b. Iam me uires deficere cœperũt.I.A.244.a.Semel circumſeſſus lectis ualentiſſimorũ hominũ uirib.cecidi ſciens. de Sen.80.b.Nõ enim uiribus,aut uelocitatibus,aut celeritate corporũ res magnæ gerũtur,ſed cõſilio,& autoritate, & ſentẽtia. Q.de Pet.210.a.Ex ea copia coniectura fieri poterit,quantũ ſis in campo uiriũ et facultatis habiturus.

Virga,gæ.flagellum.pro Rab.92.b.Portia lex uirgas ab omnium ciuium Rom. corpore amouit, hic miſericors flagella retulit.I.V.163.a.Virgis ad necẽ cædi. pro Flac. 149.b.Cæſus eſt uirgis Cynicus ille Athenagoras,qui,etc. de D.92.a.Seruus per circum cùm uirgis cæderetur,furcam ferens ductus eſt.

Virgetum,ti.locus uirgis conſitus ad illigandas uites, qualis eſt Amerina ſalix.de Leg.173.b.Vineta uirgetaq;.

Virgilius,lij.At.203.a.

Virginalis,le.de D.94.b.Virginalis modeſtia.et pro Quin.7.a.Homo timidus uirginali uerecundia. I.V.201. Duo ſigna uirginali habitu atq; ueſtitu. Tuſc.179.b.Heu uirginalem me ore ploratum edere.





Virginitas,tis.caſtitas,caſtimonia.de N.71.b. Minerua patrem dicitur interemiſſe,uirginitatem ſuam uiolare cupientem.

Virgo,nis.pro Dom.231.b.Tu ſororem tuam uirginẽ eſſe non ſiuiſti.de Cl.196.a.Domi teneamus eloquentiam ſeptam liberali cuſtodia,tueamurq; ut adultam uirginem caſtè.& Or.202.b.Virgo caſta,uerecunda,incorrupta.In C.112.b.Poſt uirginum abſolutionem.& de N.47.b. Spicum illuſtre gerens ſplendenti corpore uirgo.

Virgula,læ.Of.32.a.Si omnia nobis,quæ ad uictũ cultumq; pertinent, quaſi uirgula diuina(ut aiunt)ſuppeditarẽtur. I.A.218.a.Virgula ſtantẽ circũſcripſit,dixitq;, etc.

Virgulta.ſunt uirgæ & aliæ ſtirpes paſſim enaſcentes.pro Cæl.46.a.Via deſerta & inculta, atq; intercluſa iam frondibus & uirgultis.& de D.90.b.Omnia arbuſta & uirgulta peruertere.

Viriaticum bellum,quod contra Viriatum Luſitanum geſtum eſt.de Cl.172.a.

Viridicatus,a,um.uiridibus cõſita.Q.Fr.318.b.Palæſtra & ſylua uiridicata.

Viridis,de.habes uiriditatem.I.V.85.a.Ignẽ ex lignis uiridibus atq; humidis fieri iuſſit.& 157.b. Campi collèſq; nitidiſſimi uiridiſſimiq;.de D.83.a.Lentiſcus ſemper uiridis.de L.159.a.In uiridi & opaca ripa inambulare.

Viriditas,tis.Tuſ.206.b.Quamdiu inſit & uigeat,et habeat quandam uiriditatem.de Pro.75.a. An laurea illa magnis periculis parta amittit longo interuallo uiriditatem?de Sen.89.a. Pratorum uiriditas.de Sen.87.b. Terra ſemen tepefactum complexu ſuo diffundit & elicit herbeſcentem ex eo uiriditatem. de Am.97.b. Senectus aufert eam uiriditatem,in qua etiam tunc erat Scipio.

Virilis,le.fortis,uiri.de Or.105.a.Sic illam orationem diſertam ſibi & oratoriam uideri,fortem & uirilem non uideri.& 163.b.Fortis ac uirilis laterum inflexio. & Or. 202.a.Virilis uox.pro Seſt.4.b & At.184.a.Aliquid doloris uirilis habuiſſe.Tuſ.195.a.Fortis,& ut ita dicam uirilis oratio.de Fin.74.b. Vereretur,q; quicquã dicere aut facere,quod parum uirile uideatur.At.249.a.Sed tamen nonnullos interdum iacit igniculos uiriles.

Virilis.uires.I.V.219.a. Eſt aliqua mea pars uirilis, quod eius ciuitatis ſum,quam ille claram reddidit.et 149. b.Plus etiam quàm pars uirilis poſtulat,oneris ſuſcepi. pro Seſt.26.b.Hæc qui pro uirili parte defendunt,optimates ſunt.I.A.247.b.Tũ me eius beneficio pluſquã pro uirili parte obligatum puto. pro S.R.41.a.Ego nobilitatem pro illa tenui infirmaq; parte defendi.

Viriliter.fortiter.Off.19.b.Quod uiriliter animoq; magno fit,id dignum uiro & decorum uidetur. & Tuſc. 189.a.ad Her.27.a.Viriliter ſeſe expedire.

Viritim.per ſingulos uiros,in uiros ſingulos.de Clar. 169.b.C.Flamminius trib.pl.legem de agro Gallico & Piceno uiritim diuidendo tulit.& de Sen.79.a. Tuſ.201.a. Nolim mea bona tibi uiritim diuidere liceat, ſed ſi facias partem,petam.

Virtus,tis.rectus actus,bonitas,probitas,fortitudo,uis, uires,ars,facultas,integritas,perfecta mens:id eſt,abſoluta ratio. Tuſ.236.a.de In.82.a.Virtus eſt animi habitus naturæ moderationi cõſentaneus.Tuſ.216.a. Virtus eſt recta ratio.& ibi.Virtus eſt affectio animi cõſtans conuenienſq;,laudabiles efficiẽs eos,in quib.eſt,&c.& 184.b.Appellata eſt enim ex uiro uirtus.& ibi.Virtus à uiris nomẽ eſt mutuata.& ibi.a.Virtus eſt recta animi affectio.de N. 67.a.Virtutis diuiſio quadripartita. Par.236.b.Virtutẽ in duas partes diuidi,prudentiam & temperantiam, iuſtitiam autem & fortitudinem eſſe ſub temperantia. Item: Virtus ferè omnis in tribus rebus uertitur, quarũ una eſt in perſpiciendo quid in quaq; re uerum ſit,etc.alterum cohibere motus animi turbatos,quos,&c.tertium ijs,quibus cum congregamur uti moderatè & ſcienter. de Or.140. a.Vera laus uni uirtuti debetur.& ibi.Virtus eſt per ſe ipſa laudabilis,& ſine qua nihil laudari poteſt. de N.77.b. Virtutem nemo unquam acceptam deo retulit. & rectè: propter uirtutem enim iure laudamur,& in uirtute gloriamur.pro Ar.191.a.Virtus nullã mercedem laborũ periculorumq; ſuorum deſiderat,præter hanc laudis & gloriæ.pro Mil.120.b.Ex omnibus præmijs uirtutis ampliſſimum præmium eſt gloria.de Or.104.a. Virtus et ſemper & ſola libera eſt,quæ etiam ſi corpora capta ſint armis et conſtricta uinculis,tamen ius ſuum atq; omnium rerũ impunitam libertatem tenet.I.A.193.b.Omnia alia falſa,incerta ſunt,caduca,mobilia:uirtus eſt una altiſſimis defixa radicibus,quæ nulla unquam ui labefactari poteſt.Ep.133 b.Nihil eſt enim mihi crede uirtute formoſius, nihil pulchrius,nihil amabilius.Tuſ.236.b.Omnes uirtutis cõpotes beati ſunt.pro Seſt.16.b.Ignari quid uirtus ualeat, quæ in tempeſtate quieta eſt,et lucet in tenebris, et pulſa loco manet tamẽ,atq; hæret in patria,ſplẽdetq; p ſeſe ſemper, nec alienis unq̃ ſordibus obſoleſcit.de Cl.191.a. Honos eſt præmiũ uirtutis,iudicio ſtudioq; ciuium delatus ad aliquẽ. de Or.106.b.Legibus & præmia propoſita ſunt uirtutibus, & ſupplicia uicijs.& ibi.Virtutẽ hominibus (ſi modò tradi ratione poſſit)inſtituendo & perſuadendo, non minis & ui ac metu tradi. Ep.92.a. Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν Ἀθάνατοι, &c.de Or.102.a.Socrates dicebat perfectum ſibi opus eſſe,ſi quis ſatis eſſet concitatus cohortatione ſua ad ſtudium cognoſcendæ uirtutis. pro Ar.191.a.Nunc inſidet quædam in optimo quoq; uirtus,quæ noctes & dies animum gloriæ ſtimulis concitet. Ante.193.b.Si dulcis eſt gloria conſequere uirtutem, noli abijcere labores,petere honorem.Poſt.201.b.Dixit ſe nõ cõmiſſurum ut uirtutem animi non haberet, quam nunq̃ perdidiſſet.de Or.91.b.Spinoſam & exilem orationẽ eorum eſſe,qui dicunt,qui unam uirtutem habeat, eum omnes habere.Off.40.a.A me ipſo ſæpe diſputatum eſt, qui unam haberet,omnes habere uirtutes.& ibi. Nunc ita ſeiungo,quaſi poſſit quiſquam,qui non idem prudens ſit, iuſtus eſſe.Tuſ.182.a.Virtutem ſi unam amiſeris, & ſi amitti uirtus non poteſt,ſed ſi unam confeſſus fueris te non habere,nullam eſſe te habiturum.de Or.147.b.Omnes uirtutes ſunt æquales & pares,ſed tamen eſt ſpecies alia magis alia formoſa.de Cl.177.b.Omnis uirtus eſt mediocritas,ut uetus Academia dixit.pro Mur.139.a.Virtutes omnes mediocritate quadam eſſe moderatas. Off.5.a. Virtutis laus omnis in actione conſiſtit.et de N.23.a.Virtus actuoſa eſt, deus autem ueſter nihil agens.At.99.a. Quàm non eſt facilis uirtus,quàm uerò difficilis eius diuturna ſimulatio.de N.1.b.Virtutes in ſpecie fictæ ſimulationis ineſſe nõ poſſunt.de D.124.b.Virtus,quæ uetat ſpectare fortunam,dũ præſtetur fides.pro Pl.271.b. Is gloria maximè excellit, qui uirtute plurimùm præſtat.Off.10.b. Qui uirtutibus his lenioribus erit ornatus,modeſtia,temperantia, iuſtitia:hæ enim bonum uirum uidentur potius attingere.pro Mur.129.b. Alijs ego te uirtutibus continentiæ, grauitatis,iuſtitiæ,fidei,cæteris omnibus, conſulatu digniſſimum ſemper iudicaui.Epiſt.53.a.Pro tuis maximis clariſſimiſque uirtutibus.& 73.b.Virtus eximia alicuius. L. Piſo,

qui tanta uirtute atq; integritate fuit, ut, &c. Poſtquam. 205.a. Singularis & præſtantiſsima uirtus P. Lentuli. & pro Dõ. 221.a. Vir ſingulari uirtute præditus. de Cl. 176. a. Is uirtute animi atq; uita fuit bonus autor in ſenatu. pro Rab. 95.b. Virtus & honeſtas, & pudor cum Coſs. eſſe cogebat. pro Fõt. 284.a. Vitæ ſocia uirtus, mortis comes gloria fuiſſe. At. 286.b. Durior eſt conditio ſpectatæ uirtutis, quàm incognitæ. Par. 117.a. Quod rectum & honeſtũ, & cum uirtute eſt. de Vn. 198.b. Animus & ortu, & uirtute eſt antiquior corpore. Epiſt. 144.b. Virtute duce, comite fortuna. pro Cl. 25.b. Non ille honorem à pueritia, nõ ſtudia uirtutis, non ullum exiſtimationis bonæ fructum unq̃ cogitarat. pro Pom. 11.a. Non ſolum bellandi uirtus in ſummo imperatore quærenda eſt, ſed multæ ſunt artes eximiæ huius adminiſtræ comiteſq; uirtutis, ac primũ innocẽtia, &c. temperantia, &c. facilitas, etc. ingenium, humanitas, &c. de Or. 119.b. Alterum eſt in quo oratoris uis illa diuina uirtuſq; cernitur. Q. Fr. 295. b. In uirtute atq; humanitate percipienda. Off. 23.b. Philoſophia, ius ciuile, eloquentia, cæteræq; uirtutes. de Or. 89.a. Dicendi uirtus ſine rerum ſcientia extare nõ poteſt. Or. 200.a. Tempora inimica uirtuti. & 199.b. Admirabilis fama uirtutum incredibilium alicuius. In V. 110.a. Ea patientia, uirtus, frugalitaſq; eſt, ut, &c. de Cl. 170.b. In Catonis orationibus omnibus omnes oratoriæ uirtutes reperiuntur. de Orat. 131.a. Eſt autem hæc huius generis uirtus, ut, &c. pro Plan. 261 b. Vir ſine uirtute & ingenio. pro Plan. 276. a. Non dicã miſer (natura enim abhorret à uirtute uerbi) ſed, &c. de Leg. 165.a. Nam nec arboris, nec equi uirtus, quæ dicitur, in quo abutimur nomine, in opinione ſita eſt, ſed in natura. de In. 76.b. Præmia uirtutis & officij ſancta & caſta eſſe oportere. & ibi. Ob egregiam uirtutem. de Or. 91.b. Virtutes ipſas eſſe inter ſe æquales & pares, ita qui eſſet eloquens, eum uirtutes omnes habere, atq; eſſe ſapientem. Q. Fr. 291.b. Nequaquam ſatis eſſe, ipſum has te habere uirtutes, ſed eſſe circumſpiciendum diligenter. & 297.a. Omnes de tua uirtute, integritate, humanitate commemorant. In P. 91.b. Iuſta gloria, qui eſt fructus ueræ uirtutis honeſtiſsimus. In A. 201.a. Nec enim ullam mercedem tanta uirtus deſiderat, præter hanc laudis & gloriæ, qua etiã ſi careat, tamen ſit ſe ipſa contenta. In A. 261.b. Excellentium hominum uirtus imitatione, non inuidia digna eſt. et ibid. Vt curſu curſus, ſic in uiris fortibus uirtus uirtute ſuperatur. de Leg. 161. a. Virtus nihil aliud eſt, quàm in ſe perfecta, & ad ſummum perducta natura.

Virus. uenenum. de Am. 112.b. Tamen is pati nõ poſſit, ut nõ acquirat aliquem apud quem euomat uirus acerbitatis ſuæ. In Ar. Hic ualido cupidè uenantem perculit ictu, Mortiferum in uenas figens per uulnera uirus.

Vis, uim, ui. uires, uiolentia, impetus, nerui, tori, poteſtas, natura. pro Dom. 241.b. Magna uis eſt in deorũ immortalium numine. de N. 78.a. Vis omnis ac poteſtas deorum. & pro Cl. 20.b. Vis deorum. Tuſ. 251.a. Magnũ uerò effeciſti, ſi cantharidis uim conſecutus es. In A. 153.b. Dictatura, quæ uim iam regiæ poteſtatis obſederat. de Or. 92.a. Demoſthenem ſummam uim habuiſſe dicendi. et 99.a. Antonij incredibilis quædam & propè ſingularis & diuina uis ingenij. de Or. 119.b. Alterum eſt in quo oratoris uis illa diuina uirtuſq; cernitur. & 101.a. Patria, cuius rei tanta eſt uis, tanta natura, ut, &c. de Or. 107. b. Illud uereor ne maiorem uim ad deterrendum habeat, quàm ad cohortandum. pro Cec. 296.a. Eandem uim habet æquitatis ratio ad eum reſtituendum, qui ui deiectus eſt. Off. 36.b. Magna uis eſt in fortuna in utranq; partem, uel ad ſecundas res uel aduerſas. Off. 42.a. Et ſi in eo ipſo eſt maxima uis, ut ſimus ij, qui haberi uelimus. pro Cæl. 50.a. Vim ueneni aiunt Cælium eſſe expertum in ſeruo quodam ad rem ipſam parato, cuius perceleri interitu eſſet ab hoc comprobatum uenenum. de D. 116.a. Ego enim poſſum uel neſcire, quæ uis ſit cordis ad uiuẽdum. de D. 118.a. Radices, quarum cauſam ignoramus, uim & effectum uidemus. de D. 96.a. 95.b. Quod oſtentum habuit hãc uim, ut Dionyſius paucis poſt diebus regnare cœperit. et 115.b. Ad hoſtiã deligandã ducem eſſe uim quandã ſentientem atq; diuinam, quæ toto conſuſa mundo eſt. pro Cor. 62. a. Quod adiunctũ eſt, id habet hanc uim, ut ſit ille in fœdere inferior. Of. 59.b. Hæc eſt uis huius annuli & huius exempli, ſi nemo, &c. de Or. 100.b. Definitionibus quam uim res habeant, eſt exprimẽdum. Or. 207.a. Rei uim ac naturã explicare. de Or. 90.b. Vim uniuerſam ac propriã oratoris definire & 96.b. Omnis uis ac facultas oratoris in quinq; partes diſtributa eſt. et 86.a. Vis dicendi Athenis inuenta eſt. & 85.b. Penè infinita uis ac materia artium. At. 54.a. Doloris magnitudo uim quandã nobis dicendi dedit. pro Mur. 124.a. Si illa ſolennis comitiorum precatio tantã habet in ſe uim & religionem, quanta, &c. de D. 80.b. Cũ magna uis uideretur eſſe in monſtris interpretandis ac procurandis in aruſpicum diſciplina. de N. 7.a. Mẽtis infinitæ ui ac ratione deſignari & confici omnia. pro Rab. 94.a. Is animi uim & infirmitatem corporis oſtẽdebat. pro Cec. 297. a. Inermes, qui uim haberent armatorum ad nocẽdum. de D. 127.b. Vim cœleſtem, ad eos qui in terris gignũtur pertinere. de Or. 94.a. Naturam ad dicẽdum uim afferre maximam. et 98.a. Vis incitatioq; orationis. In A. 204.a. Cæſar omnem uim ingenij, quæ ſumma fuit in illo, in populari leuitate conſumpſit. Off. 66.b. 67. a. Si uir bonus hanc habeat uim, ut ſi concrepuerit, poſsit in locupletium teſtamenta nomen eius irrepere, hac ui non utatur. pro Plan. 280.b. Si uitam mihi ſors ademiſſet, aut uis aliqua maior reditum peremiſſet. Tuſ. 226.b. Aut rogãdi ſunt, ut ſi quã habent ulciſcendi uim, differant in tempus aliud. et ibi. Tãta uis fuit pœnitendi. Or. 219.b. Aliter in oratione nec impetus ullus, nec uis eſſe poteſt. Ep. 10.a. In te potiſsimum fractam illam & debilitatam uim ſuam contulit. Ep. 7.a. Ea res tantam habet uim, ut, &c. & 65.a. Habere uim fœderis. de Or. 159. b. Terram mediam eſſe ac ſua ui nutuq; teneri. de Fin. 59.b. Vis & natura rerum. pro Syl. 182.a. Vita ipſa ex ui ſua naturaq; facillimè perſpicitur. pro Cor. 59.a. Poſtremò hæc uis eſt iſtius & iuris & uerbi, ut fundi populi beneficio noſtro, non ſuo iure fiant. et ibi. Sed totum hoc in ea fuit poſitum ſemper ratione atq; ſententia, ut, &c. pro Dom. 224. a. Quæ eſt quaſi alia uis, quæ ſententia Ceciliæ legis, niſi hæc, ne populo, &c. Ep. 80.a. Quæ uis inſit in his paucis uerbis, ſi attendes, intelliges, &c. pro Cec. 296.a. Aequitate intellecta nihil ad rem pertinet, quæ uerborum uis ſit ac nominum. Orat. 203. b. Sine re nulla uis uerbi eſt. Quin. Fr. 303.b. Quædam infinita uis lachrymarum & dolorum. & 309.a. Lexq; de ijs ferretur, ut qui non deceſsiſſent, ea pœna quæ eſt de ui, tenerentur. Off. 24. a. Ad hanc rationem maximã uim natura habet, fortuna proximã. de D. 138. a. Id enim celeritas ſignificat & uis equorum. de Am. 98.b. In animorũ conſenſione omnis uis amicitiæ eſt. Parad. 122.b. Cui quidem, quæ maximam uim habere dicitur, fortuna ipſa cedit. de L. 159.a. Quantam uim rerum optimarum mens humana contineat. & 184.b. Magiſtratus hæc eſt uis, ut præſit præſcri-



batq; recta. pro Mil. 104.a. Nulla uis unquam eſt in libera ciuitate ſuſcepta inter ciues, non contra rẽp. pro Mil. 113.a. Magna uis eſt conſcientiæ iud. & magna in utranq; partem. pro Mil. 114.b. Magna in hoc certe uis & incredibilis animus, & non unius uiri uires iudicantur, ſi quidem, &c. & 118.a. Qui nullam uim cœleſtẽ exiſtimat, numenq; diuinum. pro R. P. 127.a. Ergo aderat uis, (ut ait poeta ille noſter) quæ ſummas frangit infirmatq; opes. & 129.b. Hanc uim frigorum hyememq; nos uix ſuſtinemus. pro Mar. 132.a. Nulla eſt tanta uis, tanta copia, quæ nõ ferro ac uiribus frangi poſsit. pro Seſt. 11.b. Vim ui repellere. & pro Mil. 103.a. Vt uim illatam defendere. Att. 36.b. Et eo magis uis nobis timenda eſt. Antequam. 194.a. Cũ noſtrorũ inimicorũ uim atq; uiolentiã proſpiciat. Att. 55.a. Facere uim alicui. pro Cec. 285.a. & 289.a. Ex conuentu uim fieri oportebat. Off. 74.a. et I. C. 101.a. Adhibere uim alicui. & ibi. b. Inferre uim & manus alicui. At. 143.b. & I. V. 234.b. Afferre uim alicui. & 88.b. Afferre uim matribus familias. pro Cec. 296.b. Si reperientur ita parati ut uim corpori ac uitæ potuerint afferre. Ep. 14.a. Vim neque parenti neq; patriæ afferre oportere. pro Cec. 289. a. Prætor interdixit de ui hominibus armatis. Ep. 116.b. Lex Plotia de ui. de Fin. 78.b. Stuprata per uim Lucretia. Ac. 29.b. Rationes quæ uim afferunt in docendo. pro S. R. 33.b. Multa ſæpe imprudentibus imperatoribus uis belli ac turba molitur. pro Cl. 38. b. Incurſio ſeditionis, uis multitudinis, impetus Tribunitius. pro Q. 9. a. Vi ac neceſsitate coactus & inuitus hoc feci. pro Mur. 136.a. Catilina Sulpitio uim denunciabat. In C. 123.b. Si uis improborum ſpem meam feſellerit. At. 108.a. Decem annos non tibi à ſenatu, ſed à te ipſo per uim & factionem datos. I. V. 155.a. Cohibitio tollẽdi niſi pactus eſſet, uim adhibebat pactioni. Ep. 101.b. Vadunt ſolida ui.

Vis. copia, multitudo. Tuſ. 246.a. Magna uis auri & argenti. Ep. 104.a. Maxima uis ranũculorum. In V. 230. b. Vis maxima uaſorum. & 224.b. Magna uis eboris. Q. Fr. 326.b. Magna uis aquæ. de Ar. 148.b. Vis innumerabilis collecta ſeruorum. de Som. 127.b. Quem ut uidi equidem uim lachrymarum profudi. de Pro. 69.b. Vim argenteam dederat præclaro imperatori noſtro, ut exhauſtas domos replere pòſſent. pro Pom. 11. b. Eximia uis remigum. & 125.a. Omni ui te retinuiſſem.

Viſcera, rũ. inteſtina. de Fin. 84.a. Tanti aderant morbi ueſicæ & uiſcerum. & de N. 29. b. Terrena ipſa uiſcerum ſoliditas. I. Vat. 31.b. Tela in tuis pulmonibus & uiſceribus adherebunt. Tuſ. 214.a. Permanat in uenas & hæret in uiſceribus id malum. & ibi. Cum hic feruor tanquam in uenis medulliſq; inſederit. In C. 103.b. Periculum autẽ reſidebit, et erit incluſum penitus in uenis atq; uiſceribus reip. Tuſ. 233.b. Metrodorus, qui omne bonum in uiſceribus medulliſq; condidit. pro Dom. 238.a. Is extruxit uillam in Tuſculano uiſceribus ærarij. Att. 86. a. Sed noli me putare ἀγκελεύσματα illa tua abiecisſe, quæ mihi in uiſceribus hærent. de Or. 138.a. Hæc non extrinſecus alicunde quærenda, ſed ex ipſis uiſceribus cauſæ ſumenda ſunt. In A. 159.a. Qui in medullis pop. Rom. ac uiſceribus hærebant. & 262 b. Cæſar Antonij crudelitatem nõ ſolum à iugulis noſtris, ſed etiam à membris uiſceribuſq; auertit.

Viſceratio, onis. crudæ carnis diſtributio, quæ ſolenni ritu fiebat. Off. 44.b. Prodigi qui epulis & uiſcerationibus, & gladiatorum muneribus pecunias profundunt.

Viſcus, ſci. de N. 55.a. Beſtiolæ in ſordibus tanquam in uiſco inhæreſcunt.



Viſendus, a, um. ſpectandus, magnificus. In Vat. 35.a. Epulum omni apparatu ornatuq; uiſendo.

Viſio, onis. uiſum, ſpectrum. de N. 23.a. At quàm licenter fluentium frequenter tranſitio fit uiſionum. & de D. 133.b. Animos externa et aduentitia uiſione pulſari. de N. 42.b. Neq; uiſionem, neq; auditum, neq; ſonum ſine aere fieri poſſe. Ac. 9.b. Viſio ueri falſiq; communis à quibuſdã putatur. Tuſ. 184.a. Falſaq; eius uiſione ac ſpecie moueri homines dico uehementius.

Viſito, tas. de Fin. 147.a. Is cum podagræ doloribus arderet, uiſitaſſetq; hominem Carneades et triſtis exiret, mane quæſo, inquit, &c.

Viſo, ſis. inuiſo, uiſito. Tuſ. 288. a. Sed cum audiſſet eũ grauiter eſſe ægrum, uoluit tamen nobiliſsimum philoſophum uiſere. quem cum uidiſſet, & ſalutauiſſet, honorificiſq; uerbis proſecutus eſſet, dixit, &c. Ep. 141.a. Sed tamen conſtitui ad te uenire, ut & uiderem te, & uiſerem, & cœnarem etiã. Ep. 95.b. Poſthac ad ludos uenies, noſq; uiſes. Tuſ. 229.b. Qui nec plauſum nec lucrum quærerẽt, ſed uiſendi cauſa uenirent, ſtudioſeq; perſpicerent, quid ageretur & quomodo. de Vn. 195.a. Cratippus Epheſum uenit, mei ſalutandi & uiſendi cauſa. In V. 249.a. Ex oppidis uiſendi cauſa conuenirent. At. 195.b. Velim aliquãdo puerũ uiſas. & 196.a. Quod puerũ inuiſis gratũ. & 25.a Iampridem cupio Alexandriam reliquamq; Aegyptũ uiſere. At. 3.a. Viſere aliquem lõgo interuallo. Off. 29.a. Domus Cn. Octauij uulgò uiſebatur. pro Pom. 15.b. Eam rem populus Rom. nõ modò uidit, ſed etiam ſtudio omni uiſendã putauit. & 11.b. Quæ cæteri tollenda arbitrabãtur, ea ſibi ille ne uiſenda quidẽ exiſtimabat. de Opt. 245.a. Quid enim tam uiſendum aut audiendum fuit, quàm, &c. Tuſc. 157.b. Cum laxati curis ſumus, ſpectare aliquid uolumus & uiſere. In V. 201.a. Meſſanam ut quiſq; noſtrûm uenerat, uiſere ſolebat. In C. 200.b. Cupido ille, propter quem Theſpiæ uiſuntur, nã uiſendi alia cauſa nulla eſt. Tuſ. 157. b. Inſatiabilis cupiditas ueri uiſendi.

Viſum, ſi. uiſio, ſomnium. de D. 139.a. Caſus multa mirabilia in ſomniorum uiſis effecit. & 104.b. Viſa ſomniantium. de Fat. 149.a. Viſum obiectum imprimit, et quaſi ſignat in animo ſuam ſpeciem. et 137.b. Viſum eſt enim tale obiectum dormienti, ut id, etc. de D. 134.b. Si deus iſta uiſa nobis prouidendi cauſa dat, cur non uigilantibus potius dat quàm dormientibus? Ac. 46.a. Senſus iunctos eſſe cenſuit è quadam quaſi impulſione oblata extrinſecus, quam ille φαντασίαν, nos uiſum appellamus. de D. 92.b. Deinde cum ſe collegiſſet, id uiſum pro nihilo habendum eſſe duxit. & 93.b. Tum ei uiſa quietis occurrent ueracia. & ibi. Huic omnia uiſa obijciuntur à mente ac ratione uacua. & Tuſ. 160.b. Viſa ſomniorum. Top. 227.b. A dormientibus multa ſignificata uiſis.

Viſus, ſus. ſpecies. de Nat. 4.b. Multa ſunt probabilia, quæ quanquam non percipiantur, tamen quia uiſum habent quendam inſignem & illuſtrem, his ſapientis uita regitur. mendoſè legitur, uiſum; uſum legendum eſt.

Vita, tæ. ſpiritus, anima, uſura huius lucis, uitæ curriculũ, curſus uitæ huius, ſpiritus cœli, curriculũ uiuendi, huius uitæ lux, communis ſpiritus, caput, uictus. pro Seſt. 13. b. Vita breuis eſt, curſus gloriæ ſempiternus. & pro Rab. 96.b. Exiguũ nobis uitæ curriculũ natura circumſcripſit. & de Som. 127.b. Veſtra uerò quæ dicitur uita, mors eſt. I. V. 107.a. Incertum eſt quàm longa noſtrûm cuiuſq; uita futura ſit. de N. 53.a. Tribus rebus animantium uita tenetur, cibo, potione, ſpiritu. Tuſc. 160. a. Tam natura uita hominis

hominis ſuſtentatur, quàm uitis, quàm arboris. de L.162. a. Vita expetitur, quia nos in quo nati ſumus continet. & Poſtquam.204.a. A parentibus uita nobis tradita eſt. Antequam.193.b. Non enim peto ut mihi detis uitam, ſed datam repeto, ut reddatis. pro S.R.23.b. Per ſummum dedecus uitam amittere. ad Her.38.a. Amiſit uitam, at non perdidit: amiſit animam, potitus eſt gloria. In A. 167.b. Nec frangor animo propter uitæ cupiditatem, quæ me manẽs conficeret angoribus, dimiſſa moleſtijs omnibus liberaſſet. pro Cl. 53.b. Illa, quam tum uiuebas, non erat uita. In A. 228.b. Non in ſpiritu uita eſt, quæ nulla eſt omnino ſeruiẽti. Q.Fr.305.b. Ego uitam, quo ad ſpes erit, retinebo. & 304.a. Diutius in uita eſſe non poſſum. & ibi. In tam turpi uita commorari. de Or.111. b. Hiſtoria uita memoriæ. At.161 a. Tempus eſt nos de illa perpetua iam, nõ de hac exigua uita cogitare. & ibi. Longum illud tempus cũ non ero, me magis mouet, quàm hoc exiguum, &c. & de Ar. 191.a. In hoc tã exiguo uitæ curriculo, tã breui. pro Rab. 96.b. Mortui ſenſu & uita carent. pro Q.9.a. Mors honeſta ſæpe uitam turpem exornat, uita turpis ne morti quidem honeſtæ locum relinquit. In C.119.b. Eos frui uita & communi ſpiritu putat non oportere. At.195.b. Nunc planè nec uictum, nec uitam ullam colere poſſum. & ad Her.28.b. Colere uitam cum uirtute. de Fin.125.a. Illum locum ubi Pythagoras uitam ediderat, ſedemq́; uidi. de Or. 127.b. Docuit enim iam nos longa uita, uſusq́; rerum maximarum, &c. de Sen.89.b. Is uitam ad centeſimum annũ perduxit. Att.80.a. Ego in uita mea nulla unquam uoluptate tanta ſum affectus, quanta afficior hac integritate. de D.113.a. Quo cruciatu animi putas eum uitam acturũ fuiſſe. pro Plan.380.b. Si uitam mihi ſors ademiſſet. Tuſ. 168.b. Nam reor, non illis ſi uita longior daretur, poſſet eſſe iucundior. et 187.b. Cum unà cum ſanguine uitam effluere ſentiret. ad Her.31.b. Neq; erat, quò uitam produceremus. de Or. 85.a. Eum uitæ curſum tenere potuerũt, ut, &c. ad Br.286.b. Quibus enim hæc uita factis potius traducatur? In A.223.b. Vita ſanctiſsimè honeſtiſsimeq́; acta. Antequam.193.a. Non obeſt mihi turpis et nocens, ſed honeſtiſsimè & laudatiſsimè acta uita. de Clar.174.b. Scauri libri de uita ipſius acta. & Off.4.a. Parare res, quibus actio uitæ continetur. de Cl.174.a. Carbo quod uita ſuppeditauit, eſt in multis iudicijs cognitus. & de Fin.51.a. Si uita ſuppetet. & Ep.158.a. Si mihi uita contigerit. pro Syl. 181.b. Fœdiſsimam uitam ac miſerrimã degere. & de Fin. 56.a. Degenda uita. Off.12.a. Vita uictusq́; communis in amicis uigent maximè. de Am.99.a. Vita communis. de Or.104.a. Aliquid à communi uitæ conſuetudine, atq; à ciuitatum moribus abhorrere. Off.40.b. Homo ſolitarius atq; in agro uitam agens. & de Fin.104. a. Agere uitam in ſolitudine. & Tuſc.154.a. Agere æuum in cœlo. Epiſt. 50.a. Agere ætatem cum aliquo. pro R.P. 26.a. Vita ruſtica honeſtiſsima atque ſuauiſsima. de In.42.a. Cum homines in agris paſsim beſtiarum more uagabantur, & ſibi uictu ferino uitam propagabãt. I.V.132.a. Viuere uitam tutam. & pro Cl.21.b. Vitæ periculum & capitis inſidias uitare. de N.12.a. Deus hominum commoda uitasq́; tuetur. de Fin.83.b. Vita uicioſa & flagitioſa. pro Q.17.b. Vita horrida atq; arida mihi cordi eſt. de Or.143.b. Cum ferro uita eſt erepta. pro Mur. 132. b. Illum uita expulit: id eſt, occidit. & de Sen.92.a. Auferre uitam alicui. Ep.18.b. Diſcedere à uita. & 71.b. Manere in uita. de Sen.92. a. Vitã deſero. Tuſ.187.b. Cum unà cum ſanguine uitã effluere ſentiret. Ep.142.a. Si in hac adminiſtratione uita mihi ponẽda ſit, præclarè actum mecum putem. Ep.4.b. Profundere uitam pro amicis. & 71.b. Omnibus telis fortunæ propoſita eſt uita noſtra. Epiſt.72.a. Iniqua conditio uitæ. de Fin.58.a. Amariſsima uita. Ep.2.a. Vitam mihi eſſe acerbam putẽ. de Fin.96.a. Vita acta, & uita cõſequens. Top. 227.b. Vita conſtans & probata. Tuſ.180.b. Vita umbratilis & delicata. & de Fin.82.b Vita beata. pro S.R.32.b. Sic uita hominum eſt, ut nemo ad maleficium ſine cauſa accedat. pro Mar.135.b. Vita corpore et ſpiritu continetur. I.A.161.b. Quod eſt aliud beneficium latronum? niſi ut cõmemorare poſsint, ijs ſe uitam dediſſe, quibus non ademerint. & 172.a. Fac me à te habere uitam, quia à te non ſit erepta. & 211.a. Is æquum putauit, uitam, quam populi Rom. uotis retinuiſſet, pro libertate pop. Rom. in diſcrimẽ adducere. Itẽ: Principio quis poteſt eſſe uita uitalis, ut ait Ennius, qui nõ in amici mutua beneuolẽtia cõquieſcat?

Vitalis, le. quod uitam præſtat, ſalutaris. de N.30.b. Caloris natura uim in ſe habet uitalem. & 31.b. Salutaris & uitalis calor. et de D.84.b. Vitali rore: id eſt, lacte. & 115. a. Fiſſum familiare & uitale tractant. de D.84.a. Luce ſerenanti uitalia lumina licuit. In Arat. & Vitale flamen. de Am.99.b. Quis poteſt eſſe uita uitalis, ut ait Ennius, niſi qui, &c?

Vitatio, onis. fuga. I.A.188.a. Quæ uitatio oculorum, lucis, urbis, fori? quàm miſera fuga? quã fœda? de Fin. 129. a. Vitatio doloris. & ad Her.16.b. Vitatio periculi.

Vitellus, li. oui pars rubra, in qua reſidet uita pulli. de D.136.a. Tum ille, Nihilne de uitello?

Viticula, læ. de N.77.a. Dij nec agellos ſingulorum, nec uiticulas perſequuntur.

Vicioſè. uicio. ut lex uicio lata.)(.Lex rectè lata. I.A. 196.a. Leges uicioſè per uimq́; tulit. & de Fin.73.a. Sed ille, ut dixi, uicioſe. Tuſ.194. a. Membrũ tumidum ac turgidum uicioſe ſe habet.

Vicioſitas, tis.)(.Virtus. Tuſ.215. a. Vicioſitas eſt habitus, aut affectio in tota uita incõſtans, & à ſe ipſa diſſentiens. & 216.a. Virtutis contraria eſt uicioſitas. ſic enim malo quàm malitiã appellare eam, quam Græci κακίαν appellant. nam malitia certi cuiuſdam uicij nomen eſt, uicioſitas omnium.

Vicioſus, a, um. multis uicijs flagitijsq́; coniunctus, deprauatus, corruptus, multis affectus uicijs, quod in uicio eſt, quod uicioſe ſe habet. de Fin.83.a. Vicioſa & flagitioſa uita. In A.196.a. Collega, quem ipſe fecit ſua nunciatione uicioſum. contra Rul.69.b. Vnum erat quod mihi uicioſum uidebatur, quod, &c. de D.91.b. Integri corporis, nõ uicioſi eſt diuinatio. & Off.24.b. Natura uicioſa. de Fat. 142.b. Vicioſam naturam ab eo ſic edomitã & compreſſam eſſe, ut, &c. Q. de Pet.213.b. In hoc maximè uicioſa eſt ciuitas, quod, &c. de Cl.191.a. Is metuens ne uicioſum colligeret, etiam uerum ſanguinem deprauabat. de N.75.b. Si qui audirent, uicioſi eſſe diſceſſuri. de Cl. 188.b. Vicioſum & corruptũ.)(.Purum & incorruptũ. pro S.R.24. b. Vita uicijs omnibus flagitijsq́; dedita. de D.86.a. Itaq; ſiniſtra dum non exquirimus, in dira & in uicioſa incurrimus. At.9.b. Ille alter uno uicio minus uicioſus. In A.176. a. Vicioſus conſul.)(.Saluis auſpicijs creatus.

Vitis, tis. de N.50.a. Vites clauiculis adminicula tanquam manibus apprehendunt. et de Or.106. b. Arborum putatio atq; uitium. & de Sen.88. a. Vitis ſerpens multiplici lapſu & erratico. In Arat. Quam uiridi conueſtit tegmine uitis.

Viciũ, cij. uicioſitas, prauus actus, turpis actio, prauitas animi,



tas animi, labes animi, morbus animi, animi uel corporis prauitas uel deformitas.)(.Sanitas, uirtus. de Or. 106.b. Legibus & præmia propoſita ſunt uirtutibus, & ſupplicia uicijs. de Fin.98.b. Turpes actiones, quæ oriuntur è uicijs: quas enim Græci κακίας appellant, uicia malo quàm malicias nominare. & ibi. Omni uirtuti uicium contrario nomine opponitur. At.32.b. Bellum eſt ſua uicia noſſe. de Or.94.b. Ferè nemo eſt quin acutius atq; acrius uicia in dicente quàm recta uideat. & ibi. Fingendus eſt nobis detractis omnibus uicijs orator, atq; omni laude cumulatus. Or.299.b. Id eſt in oratione uiciũ uel maximum. de Or. 137.a. Vicia aut incommoda, quæ ſint in aliquo. & ibi. Exprobrare aliqua uicia in aliquo. de D.127.b.a. Multi naturæ uicium exercitatione ſuſtulerũt. de Or.131.b. Delabi in aliquod uicium. & ibi.a. Si aduerſarij in aliquo inſigni ad irridendum uicio reperiantur. & ibi. Deformitas & corporis uicium. de Or.116. a. In quo uiciũ eſt ſi prætermittatur, &c. in quo mendoſum eſt, &c. in quibus non decet, &c. de Cl.190.b. Oratoris uel ſanitate, uel uicio ad diluẽdum uti. pro Cl.32.b. Quiq́; ea uicia quæ ab natura habeat, etiam ſtudio atq; artificio quodam maliciæ condiuiſſet. In A.169.a. Qui fortunæ uicio, non ſuo decoxiſſet. de D.104.b. Male coniecta falſa ſunt, non rerum uicio, ſed interpretum inſcitia. de Ar.257.a. Qui aliquando honorem uicio ciuitatis, non ſuo, nõ ſunt aſſecuti. de D.117.a. Comitiorum ſolum uicium eſt fulmẽ, quod idem omnibus rebus optimum auſpicium habemus. de D.86. a. Vt P. Claudius eiusq́; collega L. Iunius claſſes magnas perdiderunt, quod uicio nauigaſſent. & de N.28.a. Conſules uicio creatos eſſe. de D.97.b. Qui ualetudinis uicio furunt. pro S. R. 26. a. Summam laudem alicui uicio & culpæ dare. Ep. 99.a. Ne ſibi uicio uerterẽt, quod abeſſet à patria. Ep.179.b. Vicio mihi dant, quòd, &c. & 27.a. Quod illi tribuebatur ignauiæ. Tuſ.193.a. Quoniam conſidens mala conſuetudine loquendi in uicio ponitur. Tuſ.224.a. Eodem uicio eſt effuſio animi in lætitia. & ibi. Eademq́; leuitate cupiditas eſt in appetendo. de Fin. 131. b. Et ſi hoc quidem eſt in uicio, diſſolutionem naturæ tam ualde perhorreſcere. Of. 5.b. Is tã eſt in uicio, quàm ſi patriã deſerat. de L. 190.b. Concipere uicium. Ac.13.b. Huc ſi perueneris, me tibi primũ quidq; concedente, meũ uicium fuerit. Ep.135.a. Si nihil eſt in parietib. aut tecto uicij, cætera mihi probabũtur. Top.222.a. Si ædes exeſæ corruerũt, uiciumue fecerunt. et ibi. Quod fornix uicij fecerit. Off.63.a. Venditorem eius rei quam uendat, uicia narrare. In A.176.a. Id agitur obuenit uicium; quod tu iam futurum eſſe prædixeras.

Vito, as. deuito, euito, fugio, effugio, declino, deteſtor. de Orat.139.a. Vitanda eſt ingenij oſtẽtationisq́; ſuſpicio. & de Oro.78.b. Vitare uituperationem. Oct.329.b. Quis non morte proprium periculum uitet? Ep. 69.a. Hæc nos uitare cupimus, etc. ſi recipis cauſam noſtram, uitabimus. Or.219.b. Gladiatores multa uitanda faciunt cautè, & petendo uehementer. In C.100.a. b. Ego tuas petitiones ita coniectas, ut uitari poſſe non uiderentur, parua quadam declinatione, & (ut aiunt) corpore effugi. Par.235.a. & At.128.a. Fugere, uitare, declinare aliquid, etc. de N.25.b. Inuidiæ deteſtandæ cauſa: id eſt, uitandæ.

Vitricus, ci. matris meæ maritus, qui me non genuit. In V.103.b. C. Muſtius uitricus pupilli. & de Cl. 186.b. D. Syllanus uitricus tuus. et pro Mur.141.b. At.243.b. Vitricus quidem nihil cenſebat.

Vitrum, tri. pro R.P. 129. a. Merces fallaces chartis & linteis & uitro delatæ. & Ep.123.b.

Vitularia uia. Q.Fr.318.a. Ex eo loco rectà uitularia uia profecti ſumus in Fuſidianum fundum.

Vitulinus, a, um. ex uitulo. de D.119.a. An tu, inquit, carunculæ uitulinæ mauis quàm imperatori credere? & Ep.138.b. Aſſum uitulinum.

Vitulus, li. bos iunior. de D.115. b. An cenſes eundem uitulum, ſi alius delegerit, ſine capite iecur inuenturum? de In.74.a. Vitulum alicui deo immolare.

Vituperabilis, le. uituperandus. de L.188.b. Nam iſto quidem modo uel conſulatus uituperabilis eſt. & de Fin. 98.b. Quod uituperabile eſt, &c.

Vituperatio, onis. reprehenſio, ignominia. de Pro.78 b. Quod ad uitandam uituperationem ualet. & At. 228. a. Cadere in aliquam uituperationem. & 256.b. Effugere uituperationem. de Cl.173.a. Eaq́; res P. Africano uituperationi fuit. In A.244.a. Culpæ reprehenſionem & ſtultitiæ uituperationem reprehendere. de Ar.255.b. Meq́; nõ nulla uituperatione tarditatis meæ facto ſuo liberauit.

Vituperator, oris. reprehenſor. de Nat. 3.a. Inuidus uituperator. & Epiſt. 97. b. Si quando in uituperatores meos incidiſſes. Tuſc.175.b. & de Fin. 49.a. Nos autem uniuerſæ philoſophiæ uituperatoribus reſpondimus in Hortenſio.

Vitupero, as. uicio do, crimini do, culpæ do, culpo, deformo, de dignitate uel autoritate alicuius detraho, in maledicti uel criminis loco obijcio, maledictis alicuius gloriam dignitatemq́; uiolo. de Aruſp.254.b. & ibidem. Impuriſsimi hominis uoce uiolari.)(.Laudo, orno, maximis laudibus effero. pro Mur.138.a. Ego tuum conſilium Cato uituperare non audeo. & Quin. Fr.311.b. Pompeius in amicitia P. Lentuli uituperatur. de Fin.84.a. Syracuſanæ menſæ, quæ à Platone grauiter uituperantur. de Or.140. b. & contra Rul.67.a. Improbum notari ac uituperari. Ep.68.a. Cum et reprehendes ea, quæ uituperanda duces. ad Her.14.b. Veluti qui rhetoricam uituperant propter alicuius oratoris uituperandam uitam.

Viuo, uis. ſpiro, reſpiro, uigeo, ſum, in uita ſum, in uita commoror, inter uiuos numeror, uitam ago, uitam tracto, uitam dego, ætatem ago, ætatẽ dego, æuũ ago, uitã uiuo, uita fruor, uitam & ſpiritũ duco, uita & communi ſpiritu fruor, uitam colo, uita manet, uita ſuppetit, uita ſuppeditat, lucẽ intueor, uitam propago, dũ anima exuperabo mea, is propè centum confecit annos, uitã ad centeſimũ annum perduxit, multos dies in uita celeberrimos lætiſsimosq́; uidi. I. A.177.a. Cũ latronibus non ſolum de die, ſed etiã in diẽ uiuere. & 199.a. Qui in horam uiuunt. et Tuſ. 234.b. Viuere in diẽ. I.P.94.a. Eſt quidam Græcus, qui cũ iſto uiuit. & ibi. Vt prorſus unà uiueret. At.95.b. Decreueram cum eo ualde familiariter uiuere. de Or. 143.b. Cõiunctiſsimè uiuere cũ aliquo. At.211.b. Cum ita ſimus affecti, ut non poſsimus planè ſimul uiuere. pro Cl. 53.b. Illa quam tum ille uiuebat, non erat uita. & de Fin.133.b. & Tuſ.160.a. Viuere uitam. de Cl.175. a. Vixitq́; tamdiu, quã licuit bene beateq́; uiuere. In V.132.a. Tutiorem uitam ſeſe meo præſidio uicturos eſſe arbitrantur. de Or. 104.b. Sãctiſsimè uiuere. & Ep.53.a. Quietè & libere uiuere. & de Fin.104.b. Viuere è natura. de Fin.96.b. Id eſt beate uiuere, honeſtè: id eſt, cum uirtute uiuere. & ibi. Cũ ſcientia uiuere. Ep.137.a. Viuere de lucro. & 142.b. Viuere in literis. pro Mar.134.a. Satis diu uel naturæ uixi uel gloriæ. I.A.247.a. Si nõ ſpiritu, at uirtutis laude uiuemus. de N.6 a. In omni rerũ natura id uiuere, id uigere q, caleat. et pro Seſt.24.b. Viuere ac ſpirare. de Fin.133.b. Itaq; & uiuere

uitem & mori dicimus, arboremq́; & nouellam & uetulam, & uigere & ſeneſcere. & Tuſ.160.a. Vitem & arborem etiam dicimus uiuere. Quin.Fr.320.a. Quod me cohortarit ad laborem, &c. faciam equidem, ſed quando uiuemus? Att.236.b. Sed mihi quidem βεβίωται. de Clar. 180.b. Titus Aufidius uixit ad ſummam ſenectutem. I.A. 189.a. Niſi qui uicerit uicturum eſſe neminem. de Or.117 b. Tamdiu genus illud dicendi ſtudiumq́; uixit. de Or.85.a. Qui in optima rep. cum uitæ curſum tenere potuerunt, ut, &c. pro Quint.7.b. Numerari inter uiuos. Epiſt.158. a. Si mihi uita contigerit. de Sen.87.a. Secum eſſe, ſecumq́; (ut dicitur) uiuere. Att.156.b. In laude uiuere. & 235.b. Viuere & habitare cum aliquo. & Quin.Frat.311.a. Viuo paulo liberalius quàm ſolebam. de Sen.81.a. Num igitur ſi ad centeſimum annum uixiſſet, ſenectutis eum ſuæ pœniteret? & ibid. b. Nemo eſt tam ſenex, qui ſe annum non putet poſſe uiuere. de Sen.91.a. Quis eſt tam ſtultus, quamuis ſit adoleſcens, cui ſit exploratum ſe uſq; ad ueſperum eſſe uicturum.

Viuitur. Off.10.a. Viuitur non cum perfectis. de Fin. 58.a. Sapientia eſt una, qua præceptrice, in tranquillitate uiui poteſt.

Viuus, a, um. ſpirans. pro Q.9.a. Non modò ex nnmero uiuorum exturbari, ſed etiam ſi fieri poſſet infra mortuos mandari. & 7.b. Numerari inter uiuos. & 9.b. Huic acerbiſsimum uiuo uidentiq́; funus ducitur. de Am.99.a. Neq; id ad uiuum reſeco, ut illi qui hæc ſubtilius diſputãt. pro Seſt.16.b. Ille uiuus (ut aiunt) et uidens publicatus eſt, &c. pro Mil.119.a. Viuus & ſpirans.

Viuum, ui. ſors, & pecuniæ caput quod dicitur. pro Flac.163.b. De lucro dat, nihil detrahit de uiuo.

Vix. uix dum iam, ægrè. In P. 85.b. Gabinius collegit ipſe ſe uix, ſed tamen collegit, &c. Parad.116.b. Quæ uix in gymnaſijs Stoici probant. de Or.85 b. In dicendo excellentes uix paucos proferre poſſumus. Ep.39.a. Vix tandẽ legi literas dignas Appio. pro Quint. 1.a. Qui ut ſumma haberem cætera, temporis quidem certe uix ſatis habui, ut rem tantam. &c. Ep.130.a. Mihi uero cũ his ipſis uix, his autẽ detractis ne uix quidem. At.50.b. Vt uix, aut omnino non poßit abrogari. & de N.30.a. Aut uix aut nullo modo corrumpi. At.97.b. Sauſtium ſine meis literis ad te uenire, uix erat rectum.

Vix dum. At.136.a. Vix dum epiſtolam tuam legerã, cum, &c. & In C.99.a. Hæc ego omnia uix dum iam cœtu noſtro dimiſſo comperi. Ep.185.a. Cum tu uix dum triginta dies in Syria fuiſſes.

Vlceratus, a, um. exulceratus. de Fat.147.b. Philoctetes ulceratus ſerpentis morſu in inſula Lemno relictus eſt.

Vlciſcor, ris. uindico, punio, perſequor, pœnam repeto, iniurias meas perſequor, gratiam refero, malè meritis refero quod debeo, expetere pœnas domeſtici ſanguinis. de Or.87.b. Arma, quib. uel tectus ipſe eſſe poßis, uel prouocare improbos, uel te ulciſci laceßitus. pro S.R. 29.a. Qui patris ulciſcendi cauſa ſupplicium de matre ſumpſerunt. ad Her.3.b. Me ulciſci parentem negant oportuiſſe. pro Rab.93.a. Et ſimilis uiri tu ulciſceris patris mortem, atq; ille perſequeretur fratris. Ep.183.b. Reſpub. adhuc ulta ſuas iniurias eſt per uos. At.150.b. Perſequi pœnas alicuius. At.148.a. Odi hominem & odero, utinam ulciſci poſſem, ſed illum ulciſcentur mores ſui. pro Syl.180.b. Tamen eum mores ipſius conuincerent. In V.58.a. Vt per alium te ipſum ulciſcantur laborant. & de In.73.a. Vlciſci inimicum. At.274.b. Quos quidem omnibus ſententijs ulciſcor & perſequor. de In.64.a. & de Opt.244.a. Si inimici ulciſcendi cauſa factum eſt. In C.108.a. Quos ego nõ tam ulciſci ſtudeo, quàm ſanare. Ep.10.a. In eis uero ulciſcendis, quos, &c. & ibid. Quanquam ille uicem noſtram ultus eſt ipſe per ſeſe. Ep.197.a. Neq; enim hæc à te non ulciſcenda ſunt, etiam ſi non ſint dolẽda. de Or.153.b. Aequúmne ſit ulciſci iniurias etiam propinquorum. & Poſtquam.203.a. Vlciſcendæ iniuriæ facilior ratio eſt, quàm, &c. In V.110. b. Iniurias ſuas per uos ulciſci ac perſequi ſtuduerunt. In A.206.a. Quo omnes acrius grauiusq; incumberent ad ulciſcendas reipublicæ iniurias. Poſt.202.b. Sic ulciſcar facinora ſingula, quemadmodum à quibuſque ſum prouocatus. Item: Vlciſci iniurias. )( Remunerare beneficium. de In.72.b. Vlciſci peccata peccatis, & iniurias iniurijs. In V.90.b. Si nefarium ſcelus ui manuq́; ulti eſſent. In C.116.a. Vltus eſt huius uictoriæ crudelitatem poſtea Sylla. de Or.103.b. Punire dolorem: id eſt, ulciſci.

Vltio, onis. uindicta. ad Her.22.b. Iam domi ultionem reges Atridæ parant. Part.241.b. De ulciſcenda iniuria. & ibid. Quod in beneficio gratia, in iniuria ultio nominatur.

Vlcus, ris. plaga. pro Dom.215.a. Et tu in hoc ulcere tanquam unguis exiſteres. de N.22.a. Quicquid horum attigerit, ulcus eſt.

Vllus, a, um. aliquis. In V.121.a. Debebat Epicrates ullum nummum nemini. pro Cl.38.b. Cluentij nummus nullus iudici datus ullo ueſtigio reperitur. de Or.107.a. Non poſſum negare, prodeſſe ullam ſcientiam oratori. & 94. a. Non mihi uidetur ars oratoris eſſe ulla. Quin.Fr.321.a. Si ullam partem libertatis tenebo. Att. 111.b. Cum cæteræ mulieres ulla dignitate diſceſſerint. de Am.93.a. Nec ullo caſu poteſt contingere, ut ulla intermißio fiat officij. contra Rul.73.a. Ratum ſit, quod finitor uni ulli à quo miſſus erit, renũciauerit. pro Fl.156.a. Neminem tamen adeò infatuare potuit, ut ei nummum ullum crederet. I. A.178.b. Omnino ullius rei nemo fuit emptor, cui defuerit hic uenditor. de Fin.100.b. Quam ſi non ullã eſſe diceremus, &c. id eſt, non aliquam. Off.41.a. Iuſtitiæ tanta uis eſt, ut nec illi quidem qui maleficio & ſcelere paſcuntur, poßint ſine ulla particula iuſtitiæ uiuere.

Vlterior, us. )( Citerior. de Pro.76.b. Vlterior Gallia. )( Citerior Gallia. pro Pomp.283.a. Vlterior Hiſpania.

Vltimus, a, um. poſtremus, extremus, ſummus. de N. 36.b. Luna, quæ omnium ultima eſt. & de D.127.b. Cœlũ ipſum, quod extremum atq; ultimum mundi eſt. de L.157. b. Ab ultimis temporibus ſcribendi exordium capio. de In. 62.b. Omnium, quicunq; ab ultimo principio huius præceptionis uſq; ad hoc tempus expoſitis copijs. & ad Her. 3.a. Si non ab ultimo initio repetere uolemus. de Pro.78.a. Tempus proximum, medium, ultimũ. pro Ar.185.b. Pueritiæ memoriam recordari ultimam. de Ar.249.b. Aliquid ex ultimis terris accerſitum. At.288.a. Hæc mihi uidentur Ciceroni ultima eſſe in malis. de Sen.128.a. Luna ultima cœlo, citima terris. de In.62.b. Ab ultimo principio huius præceptionis uſq; ad hoc tempus.

Vltor, oris. uindex, punitor. Ep.23.a. Vltor inimicorum. de Clar.189.b. Publius noſtrarum iniuriarum ultor, ſalutis autor. & pro Syl.183.b. Ego ille coniurationis inueſtigator atq; ultor. Poſtquam.211.b. Tribunitij ſanguinis ultores. In P.84.b. Piſo præuaricator Catilinæ quondam, nunc ultor.

Vltrà



Vltrà. ſuprà. At.95.a. Vltra Silianam uilla eſt, quam puto tibi notam eſſe. de In.59.a. Remotum eſt, quod ultrà quàm ſatis eſt, petitur. de D.85.b. Diuinatio coniectura nititur, ultra quam progredi non poteſt. I. A.155.a. Quis unquam ſenatorem tanto damno coegit? aut quid eſt ultra pignus aut mulctam? de In.48.a. Longum exordium eſt, quod plurib. uerbis aut ſententijs ultrà quàm ſatis eſt, producitur. Tuſ.151.b. Vltrà enim quò progrediar, quàm ut probabilia uideam, non habeo. & ad Her.38.b. Procurrere ultrà quàm amicus ſentire poßit. Tuſ.176.a. Nec ultrà quàm id quod ueriſimile occurrit, progredi poſſumus. & 217.a. Sed adhibent modum quendam, quem ultra progredi non oporteat. de Vn.196.a. Si probabilia dicentur, nil ultrà requiratis. At.238.a. Oratio ſcripta elegantißimè, ut nihil poßit ultrà.

Vltrix, cis. uindex. pro Dom.235.b. Hæc ultrix afflictæ ciuitatis reipublicæ ſpolijs ornabitur?

Vltro. non quæſitus, ſponte. I.C.116.a. Qui ſpem imperij ultro ſibi à patricijs hominibus oblatam neglexerunt. Tuſ.255.b. Omnia ei ultro pollicitus ſum. pro Flac. 159.a. Illum autem non modò recipiebãt, ſed etiam ultro uocabant. pro Plan.264.a. Vltro offerre ſe alicui. &, Vltro polliceri. pro Quin.13.b. Næuius, qui cum ultro ipſe deberet, &c. Ep.105.a. & 100.a. Si ad eum ultro ueneris, &c. & de Fin.77.a. Vltro ad mulierem uenit.

Vltro citroq́; huc & illuc, uiciſsim. l. Citro. I.V.271.a Qui ultro citroq́; nauigant. & pro S.R.28.a. Poſtea homines curſare ultro & citro non deſtiterunt. Acad.44.a Vltro citroq́; uerſari. de Am.112.a. Nam implicati ultro & citro, uel uſu diuturno, uel etiam officijs repentè, &c. Off.12.a. Beneficia ultro citroq́; data & accepta de Som. 126.b. Multis uerbis ultro citroq́; habitis, ille nobis conſumptus eſt dies. de N.42.b. Elementis ſurſum deorſum, ultro citroq́; commeantibus.

Vlubræ, arum. opp. Ep.105.

Vlubranus. Ep.101.

Vlulans. Or.199.a. Inclinata ululantiq́; uoce more Aſiatico canere: id eſt, miſerabili & abſona, qualis ſolet eſſe canum & luporum miſerè ululantium.

Vlyſſes, ſis. ſapientiſsimus uir. de Or.101.a. Off.23.a. Quàm multa paſſus eſt Vlyſſes in illo diutino errore, cũ mulieribus (ſi Circe & Calypſo mulieres appellãdæ ſunt) inſeruiret, &c. & 71.b. de Vlyſſe.

Vmbilicus, ci. propriè in media uentri planitie eſt, quaſi punctum in circulo. idcirco medium cuiuſq; rei ſignificat. de D.132.a. O ſancte Apollo, qui umbilicũ terrarum certum obſides. I.V.225.a. Qui locus, quòd in media eſt inſula ſitus, umbilicus Siciliæ nominatur.

Vmbilici. lapilli ſunt nitidi, politi, in umbilici noſtri modum collecti, & à natura facti. de Or.110.b. Conchas & umbilicos Lælius & Scipio relaxandi animi cauſa ad Lucrinum legebant.

Vmbini, orum. genus nummorum in Gallia Narbonenſi. l. Victoriatus.

Vmbra, bræ. de Or.87.a. Nam me hæc tua platanus admonuit, quæ non minus ad opacandum hunc locum patulis eſt diffuſa ramis, quàm illa, cuius umbram ſecutus eſt Socrates. de D.112.a. Vmbra terræ eſt meta noctis. de Or. 158.a. Ne cõtagio mea bonis umbráue obſit. I.P.91.b. Omnes umbras etiam falſæ gloriæ conſectari. Off.65.b. Sed nos ueri iuris, germanæq; iuſtitiæ ſolidam & expreſſam effigiem nullã tenemus, umbra & imaginib. utimur. pro Mur.127.a. In quo luxuriam reperire non potes, in eo te umbrã luxuriæ reperturũ putas? de Or.152.a. Sed habeat tamẽ admiratio illa umbrã aliquã et receßũ, quo, &c. pro R.P.129.a. Vmbrã equitis Rom. & imaginẽ uidetis. Att. 247.b. Iſte qui umbras timet, ad cædẽ ſpectat. de D.98.b. Cæteros umbrarũ uagari modo. Acad.6.b. Multa uident pictores in umbris & in eminẽtia, quæ nos non uidemus.

Vmbraculum, li. locus frondibus tectus, ut ſolis ardorem repellat. ponitur pro ocio. de Clar.167.b. Proceſſerat enim in ſolem & puluerem, non ut è militari tabernaculo, ſed ut è Theophraſti umbraculis. de L.187.a. Phalerius ille Demetrius mirabiliter doctrinam ex umbraculis eruditorum, ocioq́; non modò in ſolem atq; puluerem, ſed in ipſum diſcrimen aciemq́; perduxit.

Vmbratilis, le. quod in umbra ocioq́; uerſatur. Tuſc. 180.b. Vita umbratilis & delicata. de Or.97.b Educenda præterea dictio eſt, ex hac domeſtica exercitatione & umbratili medium in agmen, in puluerem, in clamorem, in caſtra atq; aciem forenſem, & ex literis aliquid in aſpectum lucẽq; proferre. Or.202.b. Oratio philoſophorum mollis & umbratilis.

Vmbria, briæ. regio Italiæ. de D.99.b. & pro S.R. 26.a. & pro Mur.134.a.

Vmbrifer, a, um. de D.85.a. Inq; Academia umbrifera, &c. & 121.b. Sub platano umbrifera.

Vmbroſus, a, um. opacus, umbrifer. Q.Fr.318.b. Ego locum æſtate umbroſiorem uidi nunquam.

Vnà ſimul, pariter, communiter. At.108.a. Si in Italia Põpeius conſiſtit, erimus unà. & pro Mil.108.a. Cum eſſem unà cum eo in turba. At.113.b. Mulieres in Formiano eſſe uolui, & unà Cicerones. de Or.88.b. Qui cum illis unà ipſum illum Carneadem diligentius audierat. de Fin. 86.a. Qui unà ſecum philoſophati ſunt. de Fin.81.b Si id non probares, quo minus ambo unà necaremini, num precarere, &c. I.V.55.a. Is ſi mei conſilij cauſam rationemq́; cognouerit, unà & id quod facio, probabit, & in hac cauſa putabit, &c.

Vncia, ciæ. aßis pars duodecima. Q.Fr.378.b. In quibus in uncijs, &c.*

Vncinatus, a, um. aduncus. Acad.30.b. Humatis uncinatiſq; corporibus.

Vnctio, onis. palæſtra, luctatio. de Or.110.b. Philoſophum omnes unctionis cauſa relinquunt.

Vnctor, oris. aliptes. Ep.104.a.

Vnctura, ræ. unctio. de L.182.a. Hæc præterea ſunt in legibus de unctura, quibus ſeruilis unctura tollitur.

Vnctus, a, um. delibutus, oblitus. I.A.185.b. Antonius eo die nudus, unctus, ebrius cõcionatus eſt. Att.188.a. Pro iſto aſſo ſole, &c. à te nitidum ſolẽ unctumq́; repetemus. de Clar.171.b. Iam enim erat unctior quædam ſplendiorq́; conſuetudo loquendi.

Vncus, ci. inſtrumentũ incuruum, quo utimur ad multa. I.A.153.b. Vncus impactus eſt fugitiuo illi, &c. pro Rab.93.b. Vindicare aliquem à uerberibus, ab unco, à crucis deniq; terrore.

Vnda, dæ. fluctus. pro Plan.262.a. Campus atq; illæ undæ comitiorum ſic efferueſcunt quodam quaſi æſtu, ut ad alios accedant, ab alijs recedant. Tuſ.189.b. Equi Pelopis, qui per undas currus ſuſpenſos rapuiſſe ferũtur. I.A. 226.a. O ſpectaculum non modò hominibus, ſed undis ipſis & littoribus luctuoſum. I.A.257.b. Prius undas flammamq́;, ut ait poeta neſcio quis.

Vndans fretum. de N.44. Accij. id eſt, fluctuans.

Vnde. ex quo, à quo, &c. pro Cec.302.a. Hoc uerbum

unde, utrunq; declarat, & ex quo loco, & à quo loco. ad Her.3.a. Si inde incipiemus narrare, unde neceſſe erit. de Fin.130.b. Quærimus autẽ non quæ ſit beata uita, ſed unde ſit. contra Rul.78.a. Vnde iſte amor tam repẽtinus? de Ar.250.b. Alterũ putabo regem, ſi habuerit unde tibi ſoluat. Ep.233.b. Hem mea lux, unde omnes opẽ petere ſolebant. de Sen.79.b. Quaſi diuinarẽ illo extincto, fore unde diſcerem neminem. & de Or.90.b. De ea re melius dicet, quàm ille ipſe, unde didicerit. I.V.99.b. Dum eſt, unde ius ciuile diſcatur. pro S.R.30.a. Qui eum necaſſet, unde ipſe natus eſſet. Off.22.a. Atheniẽſes, unde fruges ortæ putantur. I.V.154.b. Ille unde ablatũ eſt, iudicio ſuũ recuperare poteſt. Ep.100.a. Omnibus unde petitur hoc conſilij dederim, ut, &c. de Or.135.a. Poteſt fieri, ut is unde te audiſſe dicis, iratus dixerit. pro Syl.180.b. Verbũ, unde aliquis poſſit offendi. de Cl.165.a. Eloquẽtia, unde longè abſum. I.A.257.b. Moueri ſedib. huic urbi melius, atq; in alias ſi fieri poſſit, terras demigrare, unde Antoniorũ nec facta, nec nomen audiat, quàm, &c. I.V.147.a. Vt mihi reſponderet ubi eſſet, quis eſſet, unde eſſet. de Fin.122.b. Nam bonũ ex quo appellatum ſit, neſcio. Tuſ.152.a. Alijs cor ipſum, animus uidetur, ex quo excordes dicuntur. de Fin.76.a. Tenuit permagnã Sextilius hæreditatẽ, unde ſi ſecutus eſſet illorũ ſententiã, ne nummũ quidẽ unũ attigiſſet. At.65.a. Nõ recordor unde ceciderim, ſed unde ſurrexerim. de L.160.b. Vnde etiã uniuerſus hic mundus, &c.

Vndelibet. ad Her.39.b. At iſtud quidem facilè fuit undelibet inuenire.

Vnde. numeris præpoſitum, unum detrahit à quouis numero.

Vndeuiginti. de Cl.185.b. Is undeuiginti annos natus erat eo tẽpore. & Acad.20.b. Solẽ amplius duodeuiginti partib. maiorẽ eſſe quàm terrã. & Tuſ.239.a. Duodequadraginta annos tyrannus Syracuſanorũ fuit Dionyſius.

Vndequinquageſimus. pro Pom.10.b. Vndequinquageſimo die.

Vndeuigeſimus. de Senect.80.a. Anno undeuigeſimo poſt eius mortem hi Coſſ. facti ſunt.

Vndiq; ex omni parte, ex omni genere. de D.80.a. I.V.135.a. Concurritur undiq; ad iſtũ Syracuſas. Tuſ.245.a. Vita undiq; bonis referta. & de Fin.141.b. Honeſtas undiq; perfecta & abſoluta. & de N.33.a. Mundus perfectus undiq; eſt. de Or.100.b. Paſſim carpere, & colligere undiq;. & 151.a. Res undique exquiſitæ, collectæ, accerſitæ, comportatæ. de Fin.131.a. Hominis natura undiq; perfecta. At.161.b. O rem undiq; miſerã. I.V.249.b. Locus ſeptus undiq;. pro Pom.9.a. Sicilia multis undiq; cincta periculis. pro Seſt.25.a. Qui omni ex genere orationem aucupatur, & omnes undiq; floſculos carpit. I.A.181.a. Aut undiq; religionem tolle, aut uſquequaq; conſerua. de Vn.195.b. Mũdus eſt undiq; corporatus. de Fin.130.b. Viueue ex hominis natura undiq; perfecta, & nihil requirẽte.

Vngo, gis, xi, ctũ. perungo. I.V.218.a. Matronas Dianam unxiſſe unguentis, cõpleſſe coronis & floribus, thure, odoribusq; incenſis. Parad.123.a. Qui tractant iſta, qui tergunt, qui ungunt, qui uerrunt, qui ſpargunt, &c. At.222.a. Cæſar unctus eſt, accubuit.

Vnguentarius, rij. qui unguenta conficit uel uendit. Off.30.b. Adde his ſi placet unguentarios, ſaltatores, totumq; ludum talariũ. & At.220.a. Plotius unguentarius.

Vnguentum, ti. odorum uariorum permiſtio addito oleo, uel balſamo, aut alio pingui liquore, deliciarum cauſa & luxuriæ, interdum etiam ualetudinis comparata. Tuſc.240.a. Aderant unguenta, coronæ, incendebantur odores. I.V.160.b. Cum interea Apronius caput atq; os ſuum unguento perfricaret. I.A.207.b. Non te illius unguentorum odor, non uini anhelitus in eam cognitionem adducebat, ut, &c. de Or.152.a. Vnguentis minus diu delectamur, ſumma & acerrima ſuauitate cõditis, quàm his moderatis: & magis laudatur quod terram, quàm quod crocum olet. Poſt.206.b. Ille unguentis oblitus irriſit ſqualorem ueſtrum. I.C.105.b. Qui nitent unguentis, qui fulgent purpura. pro Seſt.6.b. Cõſul unguentis affluens calamiſtrata coma. pro Cæl.43.a. Qui unguenta ſumpſerit, qui Baias uiderit. I.V.218.a. Matronas Dianã unguentis unxiſſe, cõpleſſe floribus, &c. de N.55.b. Vnguentorum cõpoſitiones, & conditiones ciborum. Acad. lib.2. Quibus etiam Alabaſter plenus unguenti putere uidetur. Nonius.



Vnguiculus, li. de Fin.143.b. Integritas unguiculorum omnium. Ep.6.a. A' teneris (ut Græci dicunt) unguiculis. prouerb.

Vnguis, guis. de N.50.a. Quædam animalia unguium tenacitate cibum arripiunt. pro Q.R.48.a. Ab imis unguibus uſq; ad uerticem ſummum. pro Dom.215.a. Et tu in hoc ulcere tanquam unguis exiſteres. At.210.a. In omni uita ſua quemq; à recta cõſcientia trãſuerſum unguem non oportet diſcedere.

Vngula, læ. de N.62.a. Ergo illud in ſilice ueſtigium ungulæ Caſtoris equi credis eſſe? & in Arat. Vngula equi. Tuſ.187.a. Omnibus ungulis, ut dicitur, contentioni uocis aſſeruiunt.

Vnicè. ſingulariter. Orat.197.a. Nam & negare ei, quem unicè diligerem, durum admodum uidebatur. I.C.113.a. Auus tuus, qui amauit unicè patriam. Epiſt.64.b. Quos ego ambos unicè diligo. Q.Fr.312.a. Quoſdam ueniſſe dicebant, qui te unicè laudarent. Ep.209.b. Præcilium tibi commendo unicè.

Vnicus, a, um. unus, unigena. I.* Vt nemo unquã unici filij mortem magis doluerit. pro S.R.25.a. Quæramus quæ tanta uicia fuerint in unico filio. Ep.49.a. Quod erat unicum ſolatium in malis. Poſt.206.a. Si Q. Metellus illo tempore conſul fuiſſet unicus. pro Q.7.a. Vnica liberalitas. & de Sen.90.a. Elogium unicum. ad Her.23.a. Si egregiã pulchritudinẽ, aut unicam turpitudinem eis attribuemus. & 18.a. Vnica malitia, & unica nequitia. et 23.a.

Vnigena, næ. unicus. de Vn.197.a. Singularem deus hunc mundum atq; unigenam procreauit.

Vniuerſalis, le. uniuerſus, abſolutus. ad Her.13.a. Nam in huiuſmodi rationibus non uniuerſali, neq; abſoluta, ſed extenuata ratione expoſitio cõfirmatur. aliter, uniuerſa. Varro De lingua lat.1104. & 50. Vniuerſalis cauſa.

Vniuerſè. generatim, generaliter. I.V.265.a. Nã quid ego de cæteris ciuium Romanorũ ſupplicijs ſigillatim potius quàm generatim atq; uniuerſè loquar? Att.69.a. In Cumano cũ eſſem, uenit ad me noſter Hortenſius, cui deposcenti mea mandata, cætera uniuerſè mãdaui, illud probè, ne pateretur, etc. At.125.a. Nec tam irruptio pertimeſcenda, quæ, etc. quàm uniuerſè interitus. aliter, uniuerſæ.

Vniuerſitas, tis. uniuerſum, mundus. de N.59.a. Licet enim contrahere uniuerſitatẽ generis humani, eamq; gradatim ad pauciores, poſtremò deducere ad ſingulos. de N.10.a. Vniuerſitas rerum, qua omnia continentur. & 24.b. In uniuerſitate rerum. & ibid. In eodẽ uniuerſo. de Vn.195.b. Atq; illum quidem quaſi parentem huius uniuerſitatis inuenire difficile eſt. de Vn.202.b. Atq; ita quaſi in currum uniuerſitatis impoſuit. de Vn.197.a. Si totum uniuer-



ſitatis corpus planum & æquabile explicaretur.

Vniuerſus, a, um. totus, omnis, infinitus, confuſus, communis, perpetuus. Acad.18.b. Qui loquitur de uniuerſis, nihil excipit. quid enim poteſt eſſe extra uniuerſa? de N.10.a. Communis rerum natura, uniuerſa atq; omnia continens. de N.25.a. & Tuſ.162.b. Imagines ingẽtes, tantæq; ut uniuerſum mundũ complectantur. & de Fin.88.a. Vniuerſum mare. & de N.24.b. In eodẽ uniuerſo. I.V.143.a. Ergo ab uniuerſa prouincia, generatimq; à ſingulis eius partibus diligitur, &c. de In.50.a. Non incommodum uidetur, quandã ſyluam atq; materiã uniuerſam atq; permiſtam & confuſam exponere omniũ argumentationũ. pro Quin.17.a. Bonorũ poſſeſſio ſpectatur nõ in aliqua parte, ſed in uniuerſis. de Or.86.b. Ex illis rebus uniuerſis eloquentia cõſtat, quibus in ſingulis elaborare permagnum eſt. Att.235.a. Καθολικὸν θεώρημα. pro Flac.153.a. Vniuerſus & cõmunis. de Or.122.a. Genera uniuerſa. de Or.121.a.b. Perpetui iuris & uniuerſi generis quæſtio. Item: Generũ uniuerſæ quæſtiones. Reuocari ad genus & naturam uniuerſam. Ad uniuerſi generis diſputationẽ referri. Cõmunes rerũ & generũ ſummæ. de Or.115.a. Non mihi minus operis uidetur de uniuerſis generibus rerũ, quàm de cauſis ſingulorũ dicere. & 119.a. Vel ſeparatim de genere uniuerſo dicere, uel de ſingulis hominibus. de Or.121.a. Reuocari ad genus & ad naturã uniuerſam, reuolui ad cõmunes rerũ & generũ ſummas, referri ad uniuerſi generis diſputationẽ. de Or.152.b. Loci cõmunes, qui de uniuerſa re tractari ſolent. & ibi. Ancipites diſputationes, in quibus de uniuerſo genere in utranq; partẽ diſſeri copioſè ſolet. de Cl.169.a. In uniuerſa eloquentia.) (. In aliqua parte dicendi. Or.207.b. Genus uniuerſum in ſpecies certas partiri ac diuidere. & de Cl.178.a. Tribue rem uniuerſam in partes. de Or.90.a. Vniuerſam ac propriã oratoris uim definire. de N.60.b. Tibi permitto reſpondere, ne mihi malis de ſingulis rebus quærenti, &c. an uniuerſam audire orationẽ meam: id eſt, perpetuã. I.V.66.a. Quæ ſingulatim collecta ſunt, uniuerſa perdere. I.A.160.a. Cũ à ſummis, medijs, infimis, cũ deniq; ab uniuerſis hoc idem fit. pro Pom.10.a. Maria omnia tum uniuerſa, tum in ſingulis oris omnes ſinus atq; portus. pro Q.R.52.a. Eſt tuæ arrogantiæ uitæq; uniuerſæ uox. de Or.123.b. Vnde uniuerſum flumen erumpat. Poſt.204.a. Quis poſſit ueſtra in nos uniuerſa promerita non dicam complecti orando, ſed percenſere numerando? & pro Dom.240.b. Bis à me ſalutem accepit, ſeparatim ſemel, iterũ cum uniuerſis. Of.43.b. Quæ in multitudine cum contentione habetur oratio, ea ſæpe uniuerſam excitat gloriã. pro Seſt.3.b. In hac confuſa atq; uniuerſa defenſione. Off.57.a. Eandẽ eſſe utilitatem uniuſcuiuſq; & uniuerſorum. I.P.93.b. Fac huius odij tanti ac tam uniuerſi periculum, ſi audes. de N.59.a. Quæ ſi ſingula uos fortè non mouent, uniuerſa certè mouere debebũt. & ibi. Nec uerò uniuerſo generi hominum ſolùm, ſed etiam ſingulis à dijs immortalibus conſuli ſolet. & ibi. Dij ſeparatim ab uniuerſis ſingulos diligũt. de Or.138.a. Nihil eſt deniq; in natura rerum omnium, quod ſe uniuerſum profundat, & quod totum repentè euolet. Of.10.b. Vniuerſi generis humani ſocietas. Off.22.b. Contra naturam uniuerſam nihil contendendum eſt. & de L.160.b. Vniuerſus mundus. de L.159.a. Complectenda in hac diſputatione tota cauſa uniuerſi iuris eſt, ac legum, ut, &c. & de Vn.196.b. Siue in ſingulis, ſiue in uniuerſo genere cernatur. In Sal.274.b. Si illud elogium pro lege palàm uniuerſis recitarem. Ep.72.a. Non facilè exhauriri poſſe tibi dolorem uniuerſum puto. Epiſt.87.b. & de Fin.58.a. Singula.) (. Vniuerſa.



Vniuſmodi. non uarius.) (. Multiformis. At.140.a. de Vn.198.b. Materia ſemper eſt uniuſmodi, ſuiq; ſimilis, et eiuſdem naturæ. Acad.44.a. Vniuſmodi: id eſt, ſimplex.

Vnquam. omni memoria. Or.200.b. Iſocrates præſtat omnibus, qui unquã orationes attigerunt. de Ar.252.b. Quod ſacrificium nemo unquam adijt, nemo niſi P. Clodius omni memoria uiolauit.

Vnus, a, um. ſolus, ſingularis, idem. de D.115.a. Phyſici, qui omne quod eſſet, unũ eſſe dixerunt. & de Or.144.b. Omnia quæ ſuprà & ſubter ſunt, unum eſſe, & una ui atq; una cõſenſione naturæ conſtricta eſſe. I.C.114.b. Ille erat unus timendus ex his omnibus. I.C.121.a. In hac cauſa omnes ſentiunt unum atq; idem. pro Flac.159.a. Lacedæmonij iam multos annos unis moribus, nunquam mutatis legibus uiuunt. pro Syl.168.b. Simplex eſt officiũ, atq; una bonorũ omniũ cauſa. Off.41.a. Confugiunt ad unum aliquem uirtute præſtantem. de Am.111.a. Alterius animum cum ſuo commiſcere, & efficere penè unum ex duobus. & 113.b. Vt unus quaſi animus fiat ex pluribus. de D.128.b. Exitus quidem omnium unus & idem fuit. de Som.131.a. Anima eſt una ex omnibus, quæ ſeſe moueat. pro Plan.276.a. Is enim unus fuit de magiſtratibus, qui, &c. de Pro.73.b. Vnum pro uniuerſis ſubire atq; excipere pericula. de L.170.a. Fibrenus rapidè dilapſus citò in unum confluit. de D.81.a. Xenophanes unus, qui deos eſſe diceret, diuinationem funditus ſuſtulit. de D.126.b. Panætius, qui unus è Stoicis Aſtrologorũ prædicta reiecit. I.A.167.a. Sed unam rem uereor, ne non probes. I.A.223.a. Si omnes iuriſconſulti in unum conferantur, cum Ser. Sulpitio non ſunt cõparandi. Parad.118.b. C. Marius, qui mihi in ſecundis rebus unus ex fortunatis hominibus, in aduerſis unus ex ſummis uiris uidebatur. pro Cec.396.b. Hoc etiã ſi uerbo differat, re tamen erit unum, & idem in omnibus cauſis ualebit. pro Quin.13.b. Vnum tamen hoc cogitent, ſe, &c. pro Quin.12.b. Vnum illud dico, ſi propter, &c. pro Quin.14.a. Plura non dico, cum eo, &c. pro Pom.5.b. Ab unis hoſtium copijs bellum geri. pro S.R.19.a. Non electus unus, qui maximo ingenio: ſed relictus ex omnib. qui minimo periculo poſſem dicere. I.C.108.a. Quib. præcipiendum uidetur, unum ſcilicet & unum, quod cæteris. pro Cec.296.b. Si tu ſolus, aut quiuis unus, &c. pro Clu.22.a. Filius, quem tantum unũ ex multis fortuna mihi reliquum eſſe uoluit. Ep.253.a. Quanquã qui cum loquor? cũ uno fortiſſimo uiro, qui, &c. Acad.2.a. Panætius unus omnino comes fuit. ad Her.25.b. Nemo unus: id eſt, ſolus. ad Her.36.a. Colligere & conferre omnia in unum. de In.56.a. Conducere multa in unum. de In.42.a. Compellere aliquos diſperſos in unum locum. de In.60.a. Vnum in locum cogi, & ſub unum aſpectum ſubijci. ad Her.33.b. Eiuſdem unius aut plurium uerborum iteratio. Ep.153.a. Ego eam ſententiã dixi, cui ſunt aſſenſi ad unum. pro Mil.114.a. Deinde dixit, ſe gladio percuſſum eſſe ab uno de illis, ne indicaret. pro Font.276.a. Vnæ tabulæ proferantur. pro Fon.278.b. Vnum eſt & ſimplex aurium iudicium. pro S.R.28.b. Cum multæ cauſæ conueniſſe unum in locum uidentur. de Or.93.a. Cum te unum ex omnib. ad dicendum maximè aptum cognoſſem. de Or.85.b. Qui nõ aliqua in re una ſeparatim elaborarunt, ſed omnia cõprehẽderunt. Or.208.a. Duplices loci, uni, &c. alteri, &c. I.V.199.a. Vnæ decumæ. At.232.b. Adductus ſum tuis & unis & alteris literis. I.V.254.b. Vna atq; eadem nox erat. & Or. 209.b.

209.b.Eadem & una res. de In.62.b.Nobis non unũ aliquod propoſuimus exemplũ. & ibid.Vni alicui certo ſeſe addicere. Q.F.289.b.Superiorib.literis nõ unis,ſed pluribus,&c. de Or.137.a.Vicia,quæ ſint in aliquo iudice uno uel pluribus. Oct.331.a.Cõſumptus uno atq; eodem igni. Or.136.a.Siue plura ſint,ſiue aliquod unũ.pro Clu.23.a. Vno tẽpore duas res audire. de Or.156.a.Quid unum excellat ex omnibus.At.182.a.Eſt aũt unũ, quod mihi ſit optandũ,ſi quid agi de pace poßit. de L.168.b.Vna mœnia. de Cl.173.b.Vnus enim eſt ſonus totius orationis,& idem ſtylus.Q.F.297.a.In tuis ſummis laudib.excipiã unã iracundiam.Oct.330.a. Militib.ueteranis in unum cõductis. I.A.196.b.Si hoc genus in unũ redigatur. Am.112.a.De amicitia omnes ad unũ idem ſentiunt.de Vn.195.b.Quod unum ſemper atq; idem eſt.I.V.194.a.Data tibi pecunia eſt,una,qua frumentum tibi emeres in cellam:altera,qua, &c.de Clar.184.b. In quacũq; una,&c.& nullá ue una, &c. de Clar.172.a. Vnum quaſi comperendinatus medium diem fuiſſe. contra Rul.73.a.Vnus ullus:id eſt,unus aliquis.I.A.224.b.Vnus aliquis.

Vnuſquiſq;,ſinguli.Off.57.a.Eandem eſſe utilitatem uniuſcuiuſq; & ſingulorũ.I.C.121.a.Qui ſingulas uniuſcuiuſq; domos,& hoc uniuerſum reip.domicilium delere conati ſunt. pro Syl.179.a.b.Vniuſcuiuſq; indulgentiam teſtarer in ſuos. Parad.117.b. Ponite ante oculos unumquemq; regum,&c.de N.73.a. & de Or.23.a.Sentit domus uniuſcuiuſq;. de Or.113.b.& 141.a.Propriè de unoquoq; dixit. Tuſc.176.b.Quid in unaquaq; re ueriſimile eſſet inuenire. I.V.217.b.Sigillatim unumquemque appellare. I.V.230.b.Quæ hoſpites ad ea quæ uiſenda ſunt, ducere ſolent,& unumquicque oſtẽdere,&c.de Fin.103. b.Et unumquemque noſtrûm eius mundi eſſe partem. & pro S.R.26.a.Vnuſquiſque ueſtrûm.ad Her.32.b.Vtrũq; ad unumquodque. pro S.R.32.a.Neque omnia dicam,& leuiter unumquodque tangam.

Vocabulum,li.nomen,uerbũ,uox.de Ar.249.b.Qui ludi ne uno quidem uerbo appellãtur latino, ut uocabulo ipſo Matris magnæ nomine religio ſuſcepta declaretur. de D.80.a.Chaldæi non ex artis,ſed ex gẽtis uocabulo nominati. de In.50.a.Nomen eſt,quod unicuique rei datur, quo ſuo quæq; proprio ac certo uocabulo appellatur. de L.163.b.Rebus nõ mutatis immutare uocabula.de L.182. b.Nomen neniæ, quo uocabulo etiam græcos cantus lugubres nominant. pro Cec.294.b. Rem aliquã ſuo certo ac proprio uocabulo nominare.de Or.157.b.Cũ res ſuũ nomen & propriũ uocabulũ non habet. de Or.217.b.Ab alijs ijdem pedes,alijs nominantur uocabulis.I.P.99.a.Vocabula tantum pecuniarũ,& genera mutabas. de N.9.b. Res utiles et ſalutares deorum eſſe uocabulis nuncupatas.

Vocabulum.pro notatione,etymologia,& uocabuli explicatione.de Or.123.b.bis.

Vocalis,le. de Or.204.a. Habet enim ille tanquam hiatus concurſu uocalium molle quiddam. & ad Her.27. b.Crebræ uocalium cõcurſiones, quæ uaſtam & biantem orationem reddunt.Item: Nemo tam ruſticus eſt,qui uocales nolit coniungere. de Clar.187.a. Addamus huc etiã, ne quem uocalem præteriſſe uideamur,C.Coſconium: id eſt,habentem uocem.

Vocatus,tus.accerſitus.de Or.143.a.Senatus uocatus Druſi in curiam uenit.

Vociferatio,onis.uox quædam effrenatior,clamor.I. V.267.b. Antè de L.Herennio uociferatio commouebat? pro Cluen.23.b.In ipſo ſermone hoc,& uociferatione. ad Her.20.a.& 21.a.Muliebris uociferatio. pro S.R.20.b. Vociferatione accuſatores in iudicijs uti ſolent.

Vocifero,as. uociferor, clamo,clamorem edo,exclamo. I.V.119.b.Si hoc uociferare uelim,quàm indignum ſit,&c.& 208.b.Minitari & uociferare palàm.

Vociferor,aris.uocifero. pro S.R.20.a.Nec ſatis liberè uociferari poſſum,&c.pro R.P.125.b.Quid uociferabare decem millia talenta Gabinio eſſe promiſſa.

Vocitor.uocor.pro R.P.125.a.Demetrius,qui Phalereus uocitatus eſt.

Voco,as.appello,arceſſo,adduco. de N.70.b.Hunc Aegyptij Thoyth appellant, eodemq; nomine anni primus menſis apud eos uocatur. & Acad.5.b.Comprehenſio,quam κατάληψιν illi uocant.de Or.155.a.Septẽ fuiſſe dicuntur uno tempore, qui ſapientes & haberentur & uocarẽtur. At.94.a.Hunc ego patris cauſa uocaui ad cœnam.& pro Mur.141.a. Ad prandium uulgò uocati.Ep. 161.a.Cum ſenatũ ad XIII. Cal.Ian.Trib.pl.uocauiſſent. Ep.147.b.Quarum rerum ſpe ad laudem me uocaſti. At. 41.b.Quod me ad uitã uocas.& 198.b.Quòd me à mœſtitia uocas,multum proficies,&c.At.41.b.Et te in eundem luctum uocem. de L.158.b.In longum ſermonem me uocas.de Or.139.a. Ad mentes iudicum permouendas,& ad utilitatem noſtram uocandas.pro Deiot.149.a.Is ueſtram familiam in lucem è tenebris uocauit. de Or.111.a. Eadem facultate & fraus hominum ad perniciem, & integritas ad ſalutẽ uocatur. pro Rab.94.b. Cum ad arma conſules ex ſenatuſconſulto uocauiſſent. I.C.99.b. Nunc iam uitam omnium, Italiamq; totam ad exitium uaſtitatemq; uocas. pro Cec.287.a. In partem mulieres uocatæ ſunt. pro Mil.109.a.Milo Clodium ad iudiciũ bis,ad uim nunquam uocauit.I.A.171.a.Ne me apud milites in inuidiam uoces. de L.171.a.Lex uim habet ad rectè facta uocandi,& à peccatis auocandi.de Orat.106.a.Cauſæ quæ omnino in iudicium uocari non ſolent. & pro Cor.68.b. Vocari in iudicium de aliqua re. pro Mur.129.b.Ibi ego te ex iure manu conſertum uoco. pro Quin.11.a.Vocare aliquem in ius.de Orat.135.b.In diſceptationem aut controuerſiam uocari. pro S.R.24.b.Vocare aliquem in crimen.I.V.262.b.Vocari in crimen & inuidiam.pro Seſt. 27.a. Qui claros uiros in inuidiam aliquam uocauerunt. & pro Rab.94.b. Detrahere de aliquo, & eum in inuidiam uocare. pro Cec.297.b. Aucupia uerborum in inuidiam uocant. I.V.237.a. Vocari in ſuſpicionem coniurationis.& pro Cluen.56.b.Noui quidam homines in ſuſpicionem uocati ſunt.pro Pom.6.a.Vocari in periculum et diſcrimen. & Ep.119.a.Vocari in eandem conditionem. Offic.17.b. Vocare aliquem in odium aut inuidiam falſis criminibus.

Vocontij.pop.Ep.157.Planci.

Vocula,læ. de Or.152.a.Flexiones in cantu,& falſæ uoculæ. & Ep.27.a.Sed incurrit hæc noſtra laurus non ſolùm in oculos,ſed etiam in uoculas maleuolorum. Attic. 37.b.Recreandæ uoculæ cauſa,hæc ambulans dictaui.

Volaterræ.urbs.pro S.R.21.b.

Volaterrani.I.V.287.Ep.203.At.18.

Volaticus,a,um.inconſtans.At.212.b.Ô academiam uolaticam & ſui ſimilem modò huc,modò illuc.

Volatilis,le.uolucer. de N.56.b.Veſcimur beſtijs & terrenis,& aquatilibus,& uolatilibus.

Volatus,tus.lapſus uolucrũ. de N.46.a.Aer uolatus auium ſuſtinet. & de D.80.b.Volatib.auium,cantibuſq; declarari res futuras. & 85.b.Aquilæ admonitus uolatu.

Volitinienſes.pop.pro Plan.267.

Volito,as.uagor. de Or.110.a.Aues paßim ac liberè uolitant.& 99.a.Volitare in foro,hærere in iure. contra Rul.77.b. Volitat enim ante oculos iſtorum regis filius. de Or.118.a.& ad Her.36.a.Volitare & uagari toto foro. contra Rul.86.a. Volitare per gentes & per regna, &c. & pro Flac.154.a.Homo uolitãs gloriæ cupiditate.

Volo,as.pennis aera ſeco. I.A.226.b.Quẽ niſi in uia quidam retardaſſent,uolaſſe eum,non iter feciſſe diceres. In Arat. Quæ uolat, & ſerpens geminis ſecat aera pẽnis.

Volo,uis.uoluntas eſt,uoluntatẽ habeo,uoluntas mea fert,non nolo,ſententia eſt,ſtudeo,cupio. Q.Frat.319.a. Quamobrem ea te cura liberatum uolo.& pro Cluen.57 b. Nihil eſt mali, nihil ſceleris, quod illa non filio uoluerit,optauerit,cogitarit,effecerit.Att.120.a.Nulla eſt ſedes,quò concurrant ij,qui remp.defenſam uolunt.& Ep. 207.b.Vt eam per te quàm maximè defenſam & auctam uelis.In Vat.35.a.Volo uti mihi reſpondeas,&c. de Clar. 183.a. Sed is Stoicus eſſe noluit, orator autem nec ſtuduit unquã,nec fuit.pro Dom.219.a.Quid ſibi iſte uult? I.V. 135.b.Quid uis facere quãuis callidè ſolebat. & ibi.Quãuis audacter,quamuis impudẽter. Ep.190.a.Volo uos bene ſperare.& 148.b.Volo omnes de me bene ſperare.At. 139.a.Antonio quàm iam eſt uolo peius eſſe.At.39.b.Volam illum ſcire ex te,me id feciſſe,&c. Att.175.a.Per eos qui noſtra cauſa uolunt,ualentq; apud illũ,diligentißimè contendas opus eſt.de L.190.b.Ita me hercle attendi,nec ſatis intellexi quid ſibi lex,aut quid uerba iſta uellent.Ep. 132.b.Velle cauſa alicuius. Ep.229.b.Omniũ cauſa,quos commendo,uelle debeo.Ep.70.b.Si quid noſtra cauſa uis. pro Plan.271.b.Ego illi omnia malo,quàm mihi.At.239. a.& 262.b.Dolobellæ cauſa & cupio & debeo.Q.de Pet. 205.b.Vt intelligant,qui debent cauſa tua referendæ gratiæ,& qui uolunt,obligandi tui tempus ſibi aliud nullum fore. At.96.b.Sed planè uolo his magiſtratibus, quorum uoluntatem in ſupplicatione ſum expertus. Ep.36.a.Sin autem es φιλαίτιος,illud non perficies,quo minus tua cauſa uelim,hoc aſſequere,&c.Ep.213.a. Varro magnopere eius cauſa uult omnia.& 224.a.Te ipſius cauſa uehementer omnia uelle.& 263.b.Valde enim eius cauſa uolo.pro Dom.219.b. Plura dixi, quàm opinio tulerit aut uoluntas mea.& pro Pom.17.b.Si noſtra uoluntas feret.

Volſci.antiqui Italiæ populi. At.144.Off.8.pro Cor. 61.a.

Volubilis,le.in orbem incitatus. pro Mil.114.b.Vaga uolubiliſq; fortuna. & de Vn.198.b.Cœlum uolubile, & in orbem incitatum.& de N.35.a.Volubilis & rotundus deus. pro Fl.156.b.Homo uolubilis,& præcipiti quadam celeritate dicendi.& ad Heren.21.a.Celeriter uerba conficere, ut uim uolubilem orationis uociferatio conſequi poßit.de Clar.174.a.Appij uolubilis, ſed paulo feruidior erat oratio.& ibid.Canorus orator & uolubilis.

Volubilitas,tis.uolubilis motus,cõuerſio.de Fat.149. a. Qui protruſit cylindrum,dedit ei principiũ motionis, uolubilitatẽ autem non dedit. de Vn.201.a.& de N.35.b. Deus cœlum ad uolubilitatem rotundauit.& de D.111.b. Mundi uolubilitas. pro Plan.272.a.Fortunæ uolubilitas: id eſt,inconſtantia. de Or.86.b.Linguæ uolubilitas.Or. 201.b. Verborum uolubilitas.

Volubiliter.celeriter,incitatè. Orat.217.b.& 218.a. Fundere orationem uolubiliter.

Volucer,uel Volucris,cre.uolatilis,penniger,aerius, ales.de N.21.b.Volucres angues ex uaſtitate Libyæ uento Africo inuehi in Aegyptum.Tuſ.235.b.Natura beſtias uolucres cœlo frui libero uoluit. de Or.110.b.Volucres uidemus procreationis & utilitatis ſuæ cauſa fingere & conſtruere nidos. Acad.20.b. Quædam uolucres uident longius. de Clar.195.b.Genus dicendi uerbis uolucre atq; incitatum.pro Syl.184.b.Ô falſam ſpem,ô uolucrem fortunam. & pro Quint.14.b.O nuncium uolucrem.pro Plan.271.a.Nihil tam uolucre,quàm maledictum. de D. 84.a.Aſtrorum uolucres motus. & 121.a.Vbi tam teneros uolucres matremq; peremit. Am.111.a.Beſtiæ uolucres,agreſtes,natantes.

Volumen,nis.liber.At.245.a.Euolui uolumen epiſtolarum tuarum.& Ep.263.a.Referre epiſtolas in uolumina. Ep.291.a. Non enim te epiſtolis,ſed uoluminibus laceſſerem. Ep.35.a.Legati mihi uolumen à te plenum iniquißimæ querelæ reddiderunt. Tuſ.191.b.Quoniam duobus ſuperioribus de morte & de dolore dictum eſt,tertius dies diſputationis hoc tertium uolumen efficiet. ad Her. 6.a.Quoniam ſatis huius uoluminis magnitudo creuit,in altero libro exponemus,&c. de D.132.a.Chryſippus totum uolumen impleuit oraculis falſis,&c. Ep.135.b.Cæſar uolumina iam confecit ἀποφθεγμάτων.de Or.101.a. Omnia hæc non ita multis literis aut uoluminibus magnis continentur. pro S.R.55.a.Veniat modò,explicet ſuum uolumen illud,quod ei Erucius conſcripſit.de N.10.b.Cuius rationis uim & utilitatem ex illo cœleſti Epicuri de regula & iudicio uolumine accepimus.

Voluntarius,a,um.uerus,ad arbitrium,ad libidinem, quod inquinatè loquentes,Spõtaneum dicunt. Eſt autem uoluntarium id,quod in ſua quiſq; poteſtate poſitũ ſciens agit,nec eũ ignorat, in quo uerſetur actio, nec quo quaſi inſtrumento rem agat,nec finẽ ipſum.Huius contrarium eſt inuitum,fictum,ſimulatũ. Q.R.47.a.Illa fuit oratio neceſſaria,hæc erit uoluntaria. & Ep.15.a.Voluntaria quadam obliuione. de Clar.173.b.Carbo morte uoluntaria ſe à iudicũ ſeueritate uindicauit. I.A.252.b.Eſt etiam Aſinius quidam ſenator uoluntarius,lectus ipſe à ſe. pro Mar.133.a. Vt ſine ulla ſpe ad interitum ruerem uoluntarium. Off.6.b.Nam hoc ipſum ita iuſtum eſt,quod rectè fit,ſi eſt uoluntarium. de Fat.145.a.Eſſe quendã motum animi uoluntarium. I.A.209.a.Fuit aliquis fatalis caſus, ut ita dicã,&c.nunc ſi quis,&c.erit uolũtarius. I.V.233. a.Nemo erat uolũtarius laudator præturæ tuæ. ad Brut. 91.a. Multi ad te eunt uolũtarij.& Antequã.194.b.Si tamen ſunt uolũtarij inimici,qui,&c.de N.34.b.Reſtat igitur,ut motus aſtrorũ ſit uoluntarius.de Fin.133.a.Virtutes animi non uoluntariæ.)(.Voluntariæ.de Fin.78.b.Caſus uoluntarius.& de In.91.a.Voluntarium facinus.

Voluntas,tis.mens,animus,ſenſus,ſtudiũ,arbitrium, libido, impetus quidam animi, ſedulitas, animi uoluntas propenſa,uoluntas in aliquem propenſa. pro Mur.132.b Nihil obſcurius uoluntate hominũ. At.194.b.De uoluntate tua ut ſimul ſimus, uel ſtudio potius & cupiditate nõ dubito. pro Plan.176.a. Voluntas grata in parentes. de Or.106.a.Defendere teſtamenta ac uoluntates mortuorum.de Or.136.b.Habe uoluntatem nocendi in iracũdia. At.178.b.In eadem ſum uoluntate.ad Br.10.a. Voluntas mea de ſumma reip.ſemper eadem fuit.pro Qu.17.b.Ad uoluntatem loqui:id eſt,aſſentari. Qu.de Pet.211.a.Commutare uultum & ſermonem ad ſenſum & uoluntatem alterius.pro Pom.13.a.Pompeij uolũtatibus omnes ciues aſſenſerunt. contra Rull.65.b.Erras ſi ſenatum hæc probare putas,populum autem eſſe in alia uoluntate.contra

Rul.87.b.Vt eam uoluntatem, quam ſemper habuiſtis erga me,retineatis. Ep.87.b.Vt ad eam uoluntatem,quam tua ſponte erga Cecinnam habiturus eſſes, tantus cumulus accedat,&c. I.C.115.b.Dijs immortalib. ducibus hanc mentem uoluntatemq; ſuſcepi. I.C.121.b.Tum etiam maiore populi Rom. ad communes fortunas conſeruandas uoluntate. I.P.89.b.Hoc accidit præter optatum meum, ſed ualde ex uoluntate.pro Mur.136.b. Magna eſt comitijs conſularibus repentina uoluntatum inclinatio, præſertim cum incubuit ad uirũ bonũ. pro Flac.148.a.Cum Græcus teſtis proceſſit ea uoluntate,ut læderet. Antequã. 192.b.Illic enim animi uoluntas propenſa comprobatur. pro Seſt. 18.b. Eos uoluntatẽ ſemper eandem, libertatem eandem non ſemper habuiſſe. de Fin.78.a.Sua uoluntate, nulla ui coactus. I.V.184.b.Longius quàm uoluntas fuit, digreſſus ſum. I.V.233.b.Is eandem uoluntatẽ ſuſcepit erga illos,quam ego ſemper habuiſſem. cõtra Rul.77.a.Ex ſua uoluntate facere:id eſt,arbitratu ſuo. pro Fon.282.a. Quantam uoluntatem habent ad hunc opprimendum:de Or.148.a. Aliqui impetu quodam mentis & uoluntate ſi miles.pro Pom.17.b.Si ueſtra uolũtas feret. At.55.a.Vix tamen ei de mea uoluntate conceſſum eſt. de In.62.b.Hoc mihi uoluntatis accidit,ut ſcriberem,&c. Ep.59.b. Tribuere alicui uoluntatem mutuam.Ep.25.a.Eſſe bona uoluntate erga aliquem.Ep.60.a.Mutuum in amicitia eſt, cum par uoluntas accipitur & redditur.contra Rul.66. b.Tua erga me uoluntas & ſtudium. de In.74.b.& pro Flac.147.b.Volũtas & ſtudium. pro Syl.169.a.Animus eximius in remp.At.41.a.Voluntas tua mihi ualde grata eſt.de Or.121.b.Abijcere uoluntatẽ faciendi aliquid. Att. 142.b. Et quonam modo poſſem uoluntate eius nullam reip.partem attingere. At.136.b.Qui ſe contra huius uoluntatẽ aiebat poſſe. I.A.248.b.Mea perpetua atq; conſtans uoluntas in remp. Ep.220.b.Voluntas,quam erga illum habes. pro Mil.109.b.Nihil tam flexibile,quàm uoluntas erga nos,ſenſusq; ciuium.pro Lig.138.a.M.Cicero defendit alium in ea uoluntate non fuiſſe, in qua ipſe fuit. At.273.a.Occultæ hominum uoluntates,multiplicesq; naturæ. pro Rab.92.a.Cum tanto ſtudio C.Rabirius totius Apuliæ, ſingulari uolũtate Cãpaniæ uicinitatis ornetur.

Voluo,uis.uerto,uerſo,torqueo,in orbem torqueo.de Fat.149.a.Turbinem uerſari,& cylindrum uolui putes. & de Som. 128.b. Illi qui uoluuntur ſtellarum curſus ſempiterni.de Orat.159.a.Longiſſima eſt complexio uerborum,quæ uolui uno ſpiritu poteſt.Orat.210.b.Quo melius cadat aut uoluatur oratio. de Clar.187.a. Celeriter uerba uoluens & 190.b. Facilè ſoluteq; uerbis uoluere ſententias.de Clar.193.a.Voluendi ſunt libri Catonis.

Voluptarius,a,um.amœnus.de Fin. 56.b.Diſciplina uoluptaria,delicata,mollis.)(.Grauis, continens, ſeuera. & de Or. 148.b. Voluptariæ diſputationes Ariſtippum delectabant. I.P.94.b.Sic ſuos ſenſus uoluptarios omnes incitauit.I.P.88.b.Iſti tui uoluptarij.At.194.a.Voluptariæ poſſeſſiones.& de Fin.97.a.Elatio uoluptaria.Tuſc. 245.b. Ordiamur ab eo,quem mollẽ, quem uoluptarium dicimus.& 178.b.Epicurus homo uoluptarius.

Voluptas,tis.iucunditas, fructus iucunditatis,lætitia. de Fin. 65. b. Omnes enim iucundum motum, quo ſenſus hiarent,græcè ἡδονὴν,latinè uoluptatem uocant.& ibi. a.Voluptatem hanc ſentiunt eſſe omnes,quam ſenſus accipiens,iucunditate quadã perfunditur. & 56.b.Voluptas eſt, quæ ſuauitate aliqua naturam ipſam mouet, & cum iucunditate quadam percipitur ſenſibus. & 66.b.& 67. a.Ep.80.b.In eo autẽ uoluptas omnium latinè loquẽtium more ponitur,cum percipitur ea,quæ ſenſum aliquẽ moueat iucunditas.Ep.80.b.Voluptas eſt iucundus motus in ſenſu. de Fin. 66.b. Verbo uoluptatis omnes qui ubique ſunt,qui latinè ſciunt,duas res ſubijciunt, lætitiam in animo,commotionẽ ſuauem iucunditatis in corpore. de Fin. 56.b. Omne id quo gaudemus,uoluptas eſt : ut omne quo offendimur,dolor.Part.227.b.Voluptas boni naturã fallaciter imitando adulterat. de Sen.86.a.Plato eſcam malorum uoluptatẽ appellat. de Sen.85.a.In uoluptatis regno uirtus non poteſt conſiſtere.& ibi.Voluptatis auidæ libidines temerè & effrenatè ad potiundũ incitantur. de L.162.a.Voluptate capimur omnes,quæ etſi eſt illecebra turpitudinis,tamen habet quiddam naturalis boni: lenitatis eſt enim & ſuauitatis. & 165.b.Quæ penitus in omni ſenſu implicata inſidet imitatrix boni uoluptas, malorũ autem mater omnium.de Sen.85.a.Nullam capitaliorem peſtem, quàm corporis uoluptatem hominibus à natura datam.de Or.152.a.Omnibus in rebus uoluptatibus maximis faſtidium finitimũ eſt.Off.76.a.Omnis uoluptas honeſtati eſt cõtraria.Tuſ.232.a.Xerxes præmium propoſuit,qui inueniſſet nouam uoluptatem. Off.33.a.Nec me angoribus dedi, nec rurſum indignis homine docto uoluptatibus. pro Mur.142.a.Tu gubernacula reip.petas fouendis hominum ſenſibus,& deliniendis animis,& adhibendis uoluptatibus. Ep.63.b.Ex literis tuis cepi incredibilem uoluptatẽ.& 31.b.Capere magnam & perpetuam uoluptatem ex aliqua re. pro Plan.259.a.Capiebam animo non mediocrem uoluptatem,quod,&c. & Cl.177.b. Itaq; cepi uoluptatem, tam ornatum uirum fuiſſe in noſtra rep. de Or.101.a.Percipietis enim ex cognitione iuris illam lætitiam & uoluptatem,quod,&c.de Fin.66.a. Eſt'ne quæſo ſitienti in bibendo uoluptas? de Clar.181.a. Dulci oratione,& quaſi uoluptate quadã perfundi.Poſt. 198.a. Incredibili, qua nunc fruor, lætitiæ uoluptate caruiſſem.de Fin.53.b.Percipere uoluptatẽ corporis ex aliqua re. Acad. 6.b. Dolere.)(.In uoluptate eſſe.de Fin.56. b.Eſſe in magno dolore uel uoluptate. Ep.22.b.Ego uoluptatem habui nimiã. de Fin.54.a.Recta & honeſta quæ ſint,ea facere ipſa per ſe lætitiã:id eſt,uoluptatẽ. At.39.b Ea res mihi ſummæ uoluptati fuit.Off.21.b.Sed ſi quis eſt paulo erectior, quamuis uoluptate capiatur,occultat & diſſimulat appetitũ uoluptatis propter uerecundiam: ex quo intelligitur,corporis uoluptatẽ non ſatis eſſe dignam hominis præſtãtia. Off.40.b.Voluptates blandiſſimæ dominæ ſæpe maiores partes animi à uirtute detorquent.

Volutatio,onis. I.P.97.a.b.Scelera tua non ueſtigijs odorãtes ingreſſus tuos,ſed totis uolutationibus corporis & cubilibus perſecuti ſumus.

Voluto,as. de Som.131.a. Eorum animi corporibus elapſi,circum terram uolutantur.In Sall.272.a.b.Itaque nihil aliud ſtudet, niſi ut lutulentus ſus, cum quouis uolutari. ad Her.31.b.Cum pueri tibi ad pedes uolutarentur. de Aruſp.257.b.Quis unquam tam liberè eſt cum ſcortis, quàm hic cum ſororibus uolutatus? de Ar.253.b.Clodius in domeſticis eſt germanitatis ſtupris uolutatus.& ad Heren.28.a.Non in omni dedecore uolutatus es?pro Seſt.28 a.& ad Her.31.a. Frater uolutatus eſt ad pedes inimicorum. Ep.127.b. Volutari in omni genere ſcelerum. & I. V.212.a.Volutari in luto. Q.Fr.314.b. Ad Platonem & Ariſtotelem redeo,in quibus te uideo uolutatum. de Or. 146.a.& At.74.b.In ueteribus ſcriptis ſtudioſè & multum uolutatus.de Or.97.b.Peruolutare libros.

Vomer,



Vomer,ris.ferrum in extremo aratro. In A. 179.b. Vt aratrum circumduceres, cuius quidem uomere portã Capuæ penè perſtrinxiſti.

Vomica,cæ.ulcus. de Nat. 74.a.Nec prodeſſe uoluit Phereo Iaſoni,is qui uomicam eius aperuit, quam medici ſanare non potuerant.

Vomitio,onis. de Nat.51. a. Vomitione canes aluos curare.

Vomo,mis.eijcio. pro Deiot.147.b.Cum te uomere poſt cœnam uelle dixiſſes.de Fin.79.b.Aſoti, qui in menſam uomant.I.P.84.a.Conuiuium in quo nemo poteſt dicere utrũ iſte plus biberit,an uomuerit,an effuderit. Ep. 236.b. χολὴν ἄκρατον noctu eieci.I.A.172.b. Cui ructare turpe eſſet,is uomens fruſtis eſculentis uinum redolentibus,totum tribunal impleuit.

Vorago,nis.gurges,charybdis.de D.95.b. Summerſus equus uoraginibus nõ extitit.I.P.88.a.Vos geminæ uoragines ſcopuliq; reip.pro Seſt.25. a. Gurges & uorago patrimonij.I.V.152.a.Immẽſa aliqua uorago aut gurges uiciorũ.de Or.157.b.Charybdim bonorum, uoraginẽ potius dixerim.In Sal.274.b.Ea pars quo tanquam in unam uoraginem cœtus omniũ uiciorum exceſſerat. I. A.232.b. Habet ſecum L.Fratrẽ,quem gurgitem? quam uoraginẽ? quid eum non ſorbere,quid nõ haurire cogitatione, cuius ſanguinem non bibere cenſetis?

Vorax,cis.gurges,helluo,ganeo.I.A.173.a. Quæ charybdis tam uorax,tot res tam cito abſorbere potuiſſet?

Voro,as.de N.50.a. Animalia alia ſugunt, alia uorãt, alia mandunt.At.60.b.Nos hic uoramus literas cum Dionyſio.

Votiuus,a,um.quod uoto fit,uel ſuſcipitur. de D.91. b.Ludi uotiui.& At.55.a.Votiua legatio.& 237.a.

Votum,ti.uoti ſponſio,qua obligamur deo. At.201.b. Ego me maiore religione,quàm quiſquam fuit ullius uoti, obſtrictum puto.pro Mil.109.b.Vos & omnes boni uota faciebatis,ut Miloni uti uirtute ſua liceret. pro Cl.58.b. Nocturna illius ſacrificia, ſceleratasq; preces, & nefaria uota cognoſcimus.I.C.108.a.Facere uota cõtra remp. uel contra aliquem.de Ar.250.a.Noſtri imperatores maximis & periculoſiſſimis bellis huic deæ uota fecerunt, eaq; in ipſo Peſſimunte ad illam ipſam principem aram perſoluerunt.I.V.228.b.Verres,qui Veneri ac Cupidini uota deberet,is Mineruæ templum ſpoliare conatus eſt.Att.190. b.Sed iam quaſi uoto quodam & promiſſo me teneri puto.de Nat.79.a.Iidem etiam uota ſuſcipi dicitis oportere, nempe ſinguli uouent.de N.78.a.Nónne animaduertis ex tot tabellis pictis quàm multi uotis uim tempeſtatis effugerũt.de N.9.a.Deus nihil ſentiens,nunquã nobis occurrit, neq; in precibus,neq; in optatis,neq; in uotis.pro Pl.280. a.Eorũ preces & uota de meo reditu audiui. I.V.242.b. Nũcupare uota pro imperio,etc.Ep.85.b.Nemo eſt quin uota uictoriæ ſuæ fecerit. Ep.96.b. Quotidie uota facimus,ne intercaletur.& Tuſ.228.b.Vereor ne non tã uirtutis fiducia nitendum nobis ad ſpem beate uiuendi, quàm uota facienda uideantur.At.134. a. De aliquo ægro uota facere.de L.178.a.Voti ſponſio,qua obligamur deo. Att. 243.a.Vota dijs ſoluere.de L.174.a.Sanctè uota reddũto. I.V.265.a.Nocturna uota cupiditatũ:id eſt, quæ fiũt pro cupiditatibus.Ep.236.b.Cui quidẽ tu adeò pie et caſtè ſatisfacias:id eſt, Apollini et Aeſculapio.I.A.185.b.Antonius ea uota,quæ nunquam ſolueret, nuncupauit. & 211.a.Is æquum putauit,uitam,quã populi Romani uotis retinuiſſet,pro libertate populi Rom.in diſcrimen adducere. In A.227.b.Quorum uotis iudicauit ſe à morte reuocatum. pro Mil.116.a.Vota enim feceratis,ut in eos ſe potius mitteret,quàm in ueſtras poſſeſſiones.

Voueo,ues.uota ſuſcipio,uota facio,uota nuncupo. de D.87.a.Qui cũ ſues paſceret, una ex his amiſſa uouiſſe dicitur,ſi recuperaſſet,unam ſe deo daturum. de N. 68. a.Templa Nympharum publicè uota & dedicata. de Cl. 171.a.Ludi quos Salinator Senenſi prelio uouerat. In V. 228.b. Marcellus duo templa dedicaturum ſe Romæ uouerat. At.25.b.Quid optamus à dijs immortalibus?quid uouemus?de N.77.b.Voui decimam Herculi. de Fin.140.a. Noſtri imperatores pro ſalute patriæ ſua capita uouerũt. de In.74.a.Nautæ uouerũt ſe dianæ uitulũ immolaturos.

Vox,uocis.ſonus,uerbum.Or.202.a. Mira eſt quædã natura uocis,cuius quidem è tribus omnino ſonis, inflexo, acuto & graui, tanta ſit & tam ſuauis uarietas perfecta in cantibus.& ibi.Contenta uoce atrociter dicere, & ſummiſſa leniter,& inclinata grauiter, & inflexa miſerabiliter.& ibi.Orator omnis ſonorum,tum intendens, tum remittens,perſequetur gradus.& ibi.Vox dulcis & clara. & de Cl.186.a.Vox ſuauis et canora.de N.55.b. Vocis genera permulta,canorum,fuſcum,lene,aſperũ,graue, acutum,flexibile,durum.Item: Voces ut chordæ ſunt intentæ, quæ ad quenq; tactum reſpondeant,acuta,grauis,cita,tarda,magna,parua,mediocris,leuis,aſpera,contracta,diffuſa,continenti ſpiritu,intermiſſo,fracta,ſciſſa, flexoſono, attenuata,inflata.Or.199.a. Inclinata atq; ululanti uoce more Aſiatico canere.de Cl.192.a.Subſellia grandiorem & pleniorem uocem deſiderant. de Or.96.a.Neminem uoce pleniorem,aut ſuauiorẽ mihi uideor audiſſe. de Or. 126.a.Vox ad miſerabilem ſonum inflexa. de Or.146.b. Mollis uox ut muliebris aut quaſi extra modũ abſona, atque abſurda.& ibi.Ruſtica uox atq; agreſtis.de Cl.177.a. Vox permanens,uerum ſub rauca natura. de Or.108.a. Vocis contentio.)(.Vocis remiſſio.de Orat.107.a.Græci quotidie antequã pronuncient,uocem ſenſim cubantes excitant,eandemq; cum egerunt, ſedentes ab acutiſſimo ſono uſq; ad grauiſſimum ſonum recipiunt, & quaſi quodã modo colligunt.& ibi.Vox quæ una maximè eloquẽtiam uel commẽdat,uel ſuſtinet.de Or.164.b. Curſus uocis per omnes ſonos.& Or.202.a.Vocis flexiones. de Or. 94.b. Quidam lingua hæſitantes,& uoce abſoni.et ibi. Linguæ ſolutio,uocis ſonus.& Tuſ.251.a.Inanis uocis ſonus. Off. 27.a.Sed cum orationes indicem uocẽ habeamus, in uoce autem duo ſequamur,ut clara ſit,ut ſuauis,utrunq; omnino à natura petendum eſt:uerùm alterũ exercitatio augebit,alterũ imitatio preſſè loquentiũ & leniter. & ibi. Sine contentione uox,nec languens,nec canora. Or. 210.b. Verbaq; ſint quàm ſuauiſſimis uocibus.de D.110.a.Surdus uarietates uocum aut modos noſcere nõ poteſt. Ac. 42.b. In lingua etiam explanata uocum impreſſio. de Fin.65.a. Non intelligere quid ſonet hæc uox uoluptatis:id eſt, quæ res ei ſubijciatur.I.V.270.Hæc uox, ciuis Romanus ſum. Or.212.a.Verbum,uox,ſonus. At.29.b. Ζώσης φωνῆς μᾶλλον ἐνέργειαν ἔχει. Or.212.b.Rerum uerborumq; iudiciũ prudentiæ eſt,uocum & numerorum aures ſunt iudices. pro Plan.266.a.Quæ enim unquam fuit Plancio uox cõtumeliæ potius,quàm doloris.de Sen.80.a.Cum legem Voconiã magna uoce & bonis lateribus ſuaſiſſem.de Or.89. a.Qui omnes una uoce repellebant,&c. Quin.Fr.298.a. b.Theatrum ita reſonans,ut uſq; Romam uoces referantur.pro Seſt.12.a.Vocem pro me ac pro rep. nemo miſit. pro Cæl.49.a.An aliquã uocẽ putatis ipſam cauſam pro

ſe et ueritatem poſſe mittere? pro Cl.36.a.Hodie primùm ueritas uocem contra inuidiam miſit. pro Fl.147.a.Vox de quæſtura nulla miſſa eſt.pro Fl.147.b.Quæ eſt unquã iacta non ſuſpicio,quæ,etc.ſed iracundiæ uox aut doloris? pro Mur.136.a.Voces,quas habuit,&c.Or.202.a.Actio eſt quaſi corporis quædam eloquentia,cum conſtet è uoce atq; motu.& ibi.Vocis mutationes totidem ſunt quot animorum,qui maximè uoce commouentur.

Vpis.uel ut Macrobius uult,Opis, Dianæ tertiæ nomen. ſic eam Græci paterno nomine(pater enim eius Vpis traditur)appellant.de N.71.a.

Vrania,niæ.de D.83.b.Vrania muſa.

Vrbanè.de Fin.57.a.Facetè & urbanè aliquem irridere.

Vrbanitas,tis.ſal.de N.41. a. Vir noſtrorum hominũ urbanitate limatus.de Or.98.a.Libandus eſt etiam ex omni genere urbanitatis facetiarum quidam lepos. At. 100. b. Αὐτόχθων in homine urbanitas.Quin.Fr.312.b. Vt aliquando ſubtilitatem ueteris urbanitatis & humaniſſimi ſermonis attingerem.pro Cel.38.b.Maledictio autẽ ſi petulantius iactatur,conuicium:ſi facetius,urbanitas nominatur.Epiſt.99.a.Tu modò deſideria urbis & urbanitatis depone.

Vrbanus,a,um.nõ inurbanus,facetus.pro Dom.231. a.Et homo facetus inducis etiam ſermonem urbanum & uenuſtum.In V.79.a.Homo lautus & urbanus. Ep.37.a. Hominem non ſolum ſapientem,uerum etiam (ut nunc loquimur)urbanum.

Vrbanus.qui in urbe habitat.Ep.183.a.Manabat enim illud malum urbanum,& ita corroborabatur,ut ego ocio diffiderem urbano.de Fin.80.b.Vrbanus.)(.Ruſticus.de Ar.257.a.Quos non ſolum alieni,ſed etiam ſui uicini,tribules,urbani,ruſtici repulerunt.

Vrbinas,urbinatis.I.A.243.a.

Vrbs,bis.terra,tecta & templa urbis.contra Rul.74 a.Vrbs & natura,& ſitu,& deſcriptione ædificiorum, et pulchritudine in primis nobilis.& 81. a. Capua urbs ampliſſima atq; ornatiſſima.Ac.34.b. Ariſtoteles non dubitaſſet,quin & prætor ille eſſet & Roma urbs, & eam ciuitas incoleret.& ibi.Nec hæc urbs,nec in ea ciuitas. I.C. 110.a.Vrbs pulcherrima,florentiſſima, potentiſſimaq;.et In A.154.a.Vrbs mihi coniunctiſſima.pro Seſt.22.b. Domicilia coniuncta,quas urbes dicimus, mœnibus ſepſerũt. de D.116.a.Vrbem philoſophiæ(mihi crede) proditis,dũ caſtella defenditis.At.209 b.& 216.a. De urbe augenda, quid promulgatum ſit nõ intelligo pro Fon.276.b. Vrbs Maſſilia.& I.C.109.b.Vrbes Coloniarum ac municipiorum.de D.118.a.Ariſtologiæ radix.& 83.b. Scammoneæ radix.

Vredo,nis.morbus ſtirpes adurens.de N.77.a.Nec ſi uredo aut grando quippiam nocuit, id Ioui animaduertendum fuit.

Vrgeo,es,urſi.incumbo in aliquo,premo, impello.cõtra Rul.61.a.Ne urbem hanc alia urbe premere atq; urgere poſſitis.pro Fl.150.a. Qui nullo impellente fallebant, eos urgente Lælio religioſos fuiſſe putamus? pro Pl.269. a. Etiam atq; etiam inſto,urgeo, inſector. de Fat.143.b. Qui mortifero morbo urgetur.de Sen.77. a. Onus aut iã urgentis,aut certè aduentantis ſenectutis. de Orat.110.a. Sin tibi id minus libebit,non te urgebo. pro Plan. 260. a. Quærit enim Laterenſis, atque hoc uno maximè urget, qua uirtute,&c.de Som.129.a.In quo qui inſiſtunt,aduerſa nobis urgent ueſtigia.Quin.Fr.308.a.Vrgere illi, ut loco nos mouerent.Q.Fr.328.a.Illum neq; urſi,neq; leuaui. & Ep.164.b.Lepidus urſit me. de Or.108.a.In uno aliquo opere noctes & dies urgeri.de Or.88.b.Vrgerẽt philoſophi,&c.inſtaret Academia,&c.At.215.b. Vrge, inſta,perfice.Or.209.b.Interrogando urgere.pro Fon.283 a.Galli inſtant atq; urgent ſummo cum ſtudio. de N.20.b. Vt eundem locum diutius urgeam. de D.117.b.Sed urges me meis uerſibus.At.60.b.Vrgere aliquem.de Fin. 123.b. Vrgent tamen,& nihil remittunt.Ac.31.b. Vrgebor iam omnium ueſtrûm conuicio.Tuſ.233.a.Malis omnibus urgeri.Ep.99.b.Quin tu urges occaſionem iſtam.& 115.a. & 253.a.Sed non urgeo.de Fin.143.b.Non pugnem,&c. illud urgeam,&c.Ep.134.b.Romæ cum ſum & urgeo fõrum,ſenatuſconſulta ſcribuntur,&c. At.92.a.Sed lucet, urget turba,feſtinat Philogenes.& 95.a.Solicitudine prouinciæ,tum uel maximè urgebamur.Off.43.b. Subuenire alicui,qui potentis alicuius opibus circumueniri urgeriq; uideatur. Off. 60. a. Vrgent ruſticè ſanè, negant enim poſſe,& in eo perſtant.Off.65.a.Ius Craſſus urgebat,æquitatem Antonius.pro Mil.112.b.Sed quæſtiones urgent Milonem,&c.

Vrina,næ.humor,qui ex renibus ueſicaq; profunditur.de Fat.141.a.Vt in urina,ut in unguibus.

Vrinari.ſub aqua natare liberè,& emergere cum uelis.Acad.Nonius.

Vrios Iupiter:id eſt,imperator.In V.250.a.

Vrna,næ.hydria.de D.122.b.Simia urnã euertit,ſortes diſſipauit.Q.Fr.311.b.Senatorum urna copioſè abſoluit,Equitum adæquauit, Tribuni ærarij condemnarunt. In Vat.36.a.Quæſitorem ui de tribunali deturbare, urnas delere,ſubſellia diſſipare.

Vrnula,læ.Par.117.b.Vrnula fictilis.

Vro,ris.aduro,cõburo.pro Dom.232.b.Duritia corporis,quod cum uritur non ſentit. & Off.27.a.Sed ut ad urendum & ſecandum medici ueniunt,ſic,&c. Tuſ.242. b.Si uratur,torqueatur,ſecetur. Tuſc. 183.b.Pernoctant uenatores in niue,in montibus uri ſe patiuntur. Quin.Fr. 314.a.Frigus impendebat maximum, quo periculũ erat, ne Appio ſuæ ædes urerẽtur.Tuſ.191.b. In corpore,ſi qd eiuſmodi eſt,quod reliquo corpori noceat,uri et ſecari patimur.de L.181.b.Mortuũ in urbe ne ſepelito, neue urito.

Vſitatè.de Fin.122.b.Vſitate loqui.

Vſitatus,a,um.peruulgatus,ſolennis.I.V.110.b. Si humano modo,ſi uſitato more peccaſſet.I.A.260.a.Vſitatus et peruulgatus honos.et de Or.98.b.Vetus atq; uſitata exceptio.et Ep.56.b.Genus literarũ uſitatũ.Ac.44.a.Verbum uſitatũ ac tritum.pro Cec.293.b.Hoc iã uetus eſt, et maiorũ exemplo multis in rebus uſitatũ. Att.284.b.Non ſolum enim uſitatum,ſed etiam quotidianũ eſt,audire,etc. Res uſitata paucis.I.Inuſitatus.de Fin.90.b.Niſi uocabulis uterentur nobis incognitis,uſitatis ſibi. de N.69.a. Sed illud nomen ueterum literis uſitatius.

Vſpiam.alicubi.)(.Nuſquam.de Am.112. b. Si aliquis nos deus in ſolitudine uſpiam collocaret.et I.P.88.b.Vt tu uſpiam ſaxis fixus aſperis,&c. de Fin. 146.a.Si auenam uſpiam uideris.de In.80.b.Quod uſpiã eſt.)(. Quod nuſquam eſt.de L.164.b.Siue eſt illa lex ſcripta uſpiam, ſiue nuſquam.At.109.b.Inde utrum conſiſtere uſpiam uelit, an mare tranſire,neſcitur.et 276.a.Si ubi conſiſtat uſpiã, Dolobella habet.

Vſquam.uſpiam.At.115.a.Nullus uſquam delectus noſter,dux nuſquã eſt.& 285.b.Neq; uſquã exul eſſe poſſũdum,&c.pro Mur.130.b.Prudentia,quæ neq; extra Ro-



mam uſquam,neq; Romæ quicquam ualet. pro Fl.156.b. Is,cui nullus uſquam conſiſtendi locus.de D.137.b.Nec mihi magis uſquam uideor,quam cum in curia ſenatũ uideo, ſomniare.Of.33.a.Nec eſt uſq̃ cõſilio aut autoritati locus.

Vſq;.aſſidue,ad,uſq; ad,iam,iam inde,iã uſq;. Ep.196. a.Mihi quidem uſq; curæ erit quid agas, dum quicquid egeris ſciero.et de Cl.172.a.Vſq; illum domi fuiſſe.I.V.225. b.Sacerdotes uſq; Ennã profecti ſunt.& At.250.b. Quintus uſq; Puteolos uenit.I.V.146.b.Erãt acceptæ pecuniæ à C.Verrutio,ſic tamen ut uſq; alterum,r,literæ cõſtarent integræ.Q.Fr.291.a.Theatrum ita reſonans,ut uſq; Romã uoces referantur.At.77.a.Appius profectus eſt Tharſum uſq; Laodiceam.pro Fl. 155.b. Hanc legationem non accepit à ſuis ciuibus,ſed uſq; Thymolo petiuit. pro Q.2. a.Tranſalpes uſq; transferri.I.P.90.b. A Brunduſio uſq; Romam,uidi,&c. de N.19.b.Vſq; à Thalete enumeraſti ſententias philoſophorum.At.107. a. Accuſatio Pompeij uſq; à toga pura.& ibi.Ab hora octaua ad ueſperum.pro Seſt.25.a.Tantus ex omnibus ſpectaculis uſq; à Capitolio plauſus excitatus eſt.In Vat.33. a. Quod Augures omnes uſq; à Romulo decreuerunt.& pro Cæl.44. b. Bona paterna & auita,& uſq; à nobis repetita,&c. pro Cl.58.a. Aliquem uſq; à mari ſupero Romam proficiſci.Or.216.b Iam à principio uidendum eſt,&c.In Ar.& Top.224.a. Vſq; à prora.Vſq; à capite arceſſere.de In.62.b.et de Or. 92.b.Vſq; ab principe illo atq; inuentore Tyſia.I.V.94. a.Vſq; ab Dianio,quod in Hiſpania eſt. de D.80.a.Vetus opinio eſt iam uſq; ab heroicis ducta temporibus, uerſari, etc.& de Cl.169.a.Ab ultimo principio huius præceptionis uſq; ad hoc tempus.pro Ar.185. b. Inde uſq; repetens, &c.id eſt,à pueritia. At.9.a.Clamores uſq; iſthinc exauditos puto.de Sen.91.b.Nec ſapienti uſq; plaudite uiuendũ.I.V.69.a.b.Vſq; ad eum finem,dũ iudices reiecti ſunt. de Or.113.a.Ab initio rerum Romanarum uſq; ad P. Mutium pontificem.de Or.97.b.Ad eum finem:id eſt,uſq; ad eum finem.de N.53.a.Aſpera arteria ad pulmones uſque pertinet.I.A.162.a.Ex Cal.Ian.ad hanc horam uigilaui.

Vſq; adeò.pro adeò.& uſq; dum,pro donec,uel tantis per dum,&c.de In.81.b. Poſtea tempeſtas ipſos quoq; iactare cœpit,uſq; adeo,ut dominus nauis in ſcapham confugerit.Oct.329.b.Quis huic urbi uſq; adeo eſt inimicus, ut iſta diſſimulare poſſit? pro Seſt.11. a. Vſq; adeo,&c. quoad,&c.ad Her.7. b. Vſq; adeo præmeditatum fuiſſe, ut,&c.In V.78.b.& At.248. b. Duces prædonum domi tuæ,uſq; dũ per me tibi licuit,tenuiſti.pro Q.12.a.Res tacuit uſq; dum inueniretur,&c.Ep.147.a. Vſq; mihi temperaui,dum,&c.

Vſq; eò.pro adeò,uel uſq; ad eum finem. Or. 206.a. Vſq; eò moroſi ſumus,ut nobis non ſatisfaciat ipſe Demoſthenes.In V.127.b.Neq; ſe uſq; eo eſſe ſtultũ,ut, &c. pro S.R.22.a.Quod Amerinis uſq; eo uiſum eſt indignum, ut fletus gemitusq; tota urbe fieret.pro S.R.28.a.Vſq; eo animaduerti iudices eum iocari,antequam Chryſogonum nominaui.pro Q.6.b.Næuius uſq; eo feruet auaritia,ut,etc. pro Q.55.a.Inferiorem ſe eſſe patitur,dũtaxat uſq; eo ne inimicorum crudelitati dedatur.pro Q.17.b. Iſta ſuperiora eſſe ſentit,non uſq; eo tamẽ,ut,etc.pro Ar.190.b. Qui præſertim uſq; eo cuperet,ut,&c. pro Seſt.24.b.Vſq; eo non fuit popularis,ut patrimonium ſolus comeſſet. pro Q.R.45.b.Vſq; eóne te diligis? Tuſ.196.a. Vſq; eo regno carere non poterat. Acad.6 b.& In V.79.b. Multa facimus uſq; eo,dum aſpectus fidem faciat ſui iudicij. Ep. 112. a.& 113.a.& 114.a.Vſq; eo ut ego misererer eius eſuriei. Ep.116.b.Totum Sempronium uſq; eo perago, ut Neſtorium quoq; interponam.In V.164.b.& contra Rul.89. b.Vſq; eo quoad,&c. Top.223.a. Vſq; eo perſequi dum proprium efficiatur. pro Deiot. 145. b. Quæ cum ita eſſent,tamen uſq; eo ſe tenuit,quoad à Cn. Pompeio ad eum legati uenerunt.

Vſquequaq;.ubiq;,omnino.I.A.181.b.Aut undiq; religionem tolle,aut uſquequaq; conſerua.In V.237.b. Nolite uſq;quaq; quidem quærere. de In.70.a.Ne aut nuſquã aut uſquequaq;.Ep.102.b.Vſquequaq; ſapere oportet.& 124.b.Vſquequaq;,inquis,ſe Pomitij malè habent? de Fin. 146.a.Vſquequaq;.)(.Ex maxima parte. Att. 60.a.Hic quoq; loquebatur,& opinor uſquequaq;.

Vſtus,a,um.Ep.210.a.l.Peruſtus.

Vſucapio,pis.uſu meum facio.)(.Vſu amitto. pro Fl. 162.a.At.4.a.De tutela legitima in qua dicitur eſſe puella,nihil uſucapi poteſt.& ibi.Hæreditas uſucapta eſt. de L.182.b.Lex buſtum uſucapi uetat.ad Her.33.b. Aut uſu tuum feciſſe:id eſt,fundum.de Ar.251. a. Nihil mortales à dijs immortalibus uſucapere poſſunt.

Vſucapio,onis.ius eſt poſſidendi quæſitum continuatione temporis legè definiti.Top.222.b.Si uſucapionẽ definias.& de Or.99.a.Vſucapionum & tutelarum iura. de L.167.b.Vſu capionem XII.tabulæ inter quinq; pedes eſſe uoluerunt.pro Cec.299.a.Vſucapio fundi,hoc eſt,finis ſolicitudinis,ac periculum litium,non à patre relinquitur,ſed à legibus.

Vſura,ræ.fœnus,fœnerationis fructus.cõtra Rul.87. b.Paruam exigui temporis uſuram bonæ de me opinionis poſtulo.In C.103.a.Vnius uſuram horæ alicui ad uiuendum dare.Ep.30.b. Vſuram lõgi temporis, qua caruimus intermiſſa noſtra conſuetudine,&c.ſarciam. Tuſ.168.b. Natura dedit uſuram uitæ tanquam pecuniæ,nulla præſtituta die.Tuſ.164.b.Stoici uſuram nobis largiuntur tanq̃ cornicibus,diu manſuros aiunt animos, ſemper negant. pro R.P.130.b.Vos obſecro huic optimo uiro uſuram huius lucis ne eripiatis.& pro Syl.184.a. Lucis ne hanc uſuram eripere uis? In V.251.a.Cur piratis lucis uſuram tam diuturnam dediſti? de Sen.87.b.Terra nunquam ſine uſura reddit quod accepit,ſed aliàs minore, plerunq; maiorẽ cum fœnore.pro R.P.128.b. An cũ credebat inductus uſuris id agebat,ut haberet quàm plurimum? & In C.108.a. Certare cum uſuris fructibus prædiorum.I.V.186. a. bis. Magiſtratum à publicanis pecuniam pro uſuris auferre. At.193.a.& 194.b.Pendere uſuram ei,à quo emeris. At. 148.b. Viri boni uſuras perſcribunt.Ep.224.b. Des operam ut uſuræ Cluuio conſeruentur. At.85.a. Confeceram ut ſoluerent centeſimis ſexennij ductis cum reuocatione ſingulorum annorum. At. 85.b. Conſiſtere uſura debuit, quæ erat in edicto meo.At.194.b. Reliquæ pecuniæ uſuram Silio pendemus. At.84.b.83.a. Pompeio ſoluuntur triceſimo quoq; menſe talenta attica XXXIII. nec id ſatis efficitur in uſuram menſtruam.& ibi.Fortè cauet uſuræ.Anatociſmus.l.Anatociſmus.

Vſurpatio,onis.uſus frequens,tractatio,mẽtio. de Cl. 187.b.Conſolari ſe cùm conſcientia optimæ mentis,tũ etiam uſurpatione & renouatione doctrinæ.I.V.270.a.Mẽtione atq; uſurpatione ciuitatis morã aſſequi.contra Rul. 72.a.Comitia uera.)(.Comitia adumbrata ad ſpeciem, atque ad uſurpationem uetuſtatis.

Vſurpo,as.dico,utor,occupo.de Vn.201.b. Iupiter, Iuno & reliqui,quos fratres inter ſe agnatosq; uſurpare atq; appellare ſolemus. pro Mar.131. b. Idq; libẽter crebris uſurpare

uſurpare ſermonibus ſoleo, omnes, &c. Par.122.a. Præclare eſt hoc uſurpatum à doctiſſimis, &c. dictum eſt igitur ab eruditiſſimis, &c. I.A.167.a. Si quis uſurpet illud Caſſianum, cui bono fuerit. Poſt.212.b. Qui deſideriũ mei nominis renouari, & rerum geſtarum memoriam uſurpari coegit. de Am.101.b. Quis eſt qui non C. Fabricij cum charitate aliqua & beneuolentia memoriam uſurpet. I.A.153 a. Græcum etiam uerſum uſurpaui. At.282.a. Atq; ut Solonis dictum uſurpem, qui, &c. Off.41.a. C. Lælius, is qui ſapiẽs uſurpatur. At.101.a. Itaq; uſurpaui uetus illud Bruti, ut ferunt, Pr. etc. I.V.269.a. Vſurpare nomen ciuitatis. de Fin.89.b. In ea quam ſæpe uſurpas, tranquillitate. Ep.72.a. Conſolationes, quæ ſunt à multis uſurpatæ. Tuſ.135.a. Apud Platonẽ ſæpe hæc oratio uſurpata eſt, ut nihil præter uirtutem diceretur bonum. Ep.140.a. Vſurpata, duplex cubile: id eſt, mulier. de Am.97.a. Nec enim ab iſto officio, quod ſemper uſurparam, cum ualerem, abduci debui. I.V.246.a. Iura ſua quotannis uſurpare ac ſemper retinere. I.V.262.a. Aliquid ex bonis alicuius uſurpare. contra Rul.69.b. Paucas tribus ad uſurpãdam libertatem uocare. de Or.149.b. Aut nõ eo nomine uſurpãdum, quo arguatur. I.C.119.b. Hoc genus pœnæ in improbos ciues ſæpe uſurpatum eſt. I.A.173.b. At quam crebrò uſurpat & Conſul & Antonius. Par.118.b. Nomen tantum uirtutis uſurpas, quid ipſa ualeat ignoras. pro Mil.105.a. Appia quæ antea ſilebatur, nunc crebro uſurpatur.

Vſus, ſus. exercitatio, tractatio, conſuetudo, familiaritas. pro Cor.64.a. Aſſiduus uſus uni rei deditus, & ingenium & artem ſæpe uincit. de Or.127.b. Docuit enim iam nos longa uita, uſusq; rerum maximarum, ut teneremus, &c. de Or.86.a. Vſus frequens, qui omnium magiſtrorũ præcepta ſuperat. et pro R.P.124.a. Vſus eſt magiſter optimus. I.V.62.a. Vſus exercitatioq; forenſis. & Or.202.a. Tractatio & uſus uocis. de Or.94.a. Quæ obſeruata ſunt in uſu ac tractatione dicendi. de Or.93.b. Qui non Græci alicuius quotidianam loquacitatem ſine uſu, neq; ex ſcholis cantilenã requirunt. de Or.97.b. Subeũdus uſus omniũ. pro Cl.35.a. Vir magna prudentia, uſu & exercitatione præditus. pro Seſt.5.a. Mirificus uſus alicuius in re militari. I.A.225.a. Vſum in rep. magnum habere debes. Ep.210 b. Valet ingenio, habet uſum. I.V.145.b. Mihi uideor eorum conſuetudinẽ uſu tractandoq; cognouiſſe. de Fin.90. b. In omni arte cuius uſus communis uulgariſq; ſit. Ac.46 a. Nec uirtutis uſum modò ut ſuperiores, ſed habitum per ſe eſſe præclarum. de Or.122.a. Si modo uſum rerum percallueris. Or.212.a. Vſum loquendi populo conceſſi, ſcientiã mihi reſeruaui. Q.Fr.299.b. Cum ad tuam ſummã prudentiã tantus uſus acceſſerit. de Or.101.a. Omnia ſunt poſita ante oculos, collocata in uſu quotidiano. & 86.a. Dicẽdi ratio in medio poſita cõmuni quodam in uſu atq; hominum more & ſermone uerſatur. de N.43.a. & 21.a. Mundi partes nec ad uſum meliores, nec ad ſpeciem pulchriores potuerũt eſſe. & 60.a. Quod ſuperuacuum ſit, aut uſum nullum habeat. Item: Membrorum uſum nullum habere. At.104.a.b. Tyronem propter modeſtiã malo ſaluum, quàm propter uſum meum. de N.56.b. Arborũ confectio magnos uſus affert ad nauigia facienda. Off.3.b. Expetũtur diuitiæ ad uſus uitæ neceſſarios. et 25.b. Quarũ partiũ corporis, uſus ſunt neceſſarij, eas neq; partes, neq; earum uſus ſuis nominib. appellãt. pro Mur.130.a. Carmẽ cũ cæteris rebus abſurdũ, tũ uero nullo uſui. Ep.210.b. Apollonius multis in reb. mihi magno uſui fuit. At.1.b. Ille fuit mihi magno uſui in multis reb. At.2.b. Maximo te mihi uſui fore uideo. Off.2.b. Præcepta quibus in omnes partes uſus uitæ confirmari poſſit. Off.28.a. Domus finis eſt uſus. Of.35.b. Nam qui principes inueniendi fuerunt, quem ex quaque bellua uſum habere poſſemus, homines certè fuerunt. Off.36.a. Conciliare ſibi animos hominum, et ad uſus ſuos coniungere. de Am.96.b. Cato multarum rerum uſum habebat. & 101.b. Ii quibus cum uſu coniuncti eſſe poſſunt. de L.158.a. Id autem incognitum eſt, minusq; in uſu neceſſarium. de L.161.a. Pecudes partim eſſe ad uſum hominũ, partim ad fructum, partim ad ueſcendum procreatas. Of.19.a. Non excludentes amicos ab uſu rei ſuæ familiaris. Top.222.a. Vſus enim, non abuſus legatus eſt. Tuſ.212.a. Libido opinio uenturi boni, quod ſit ex uſu iam præſens eſſe atq; adeſſe. pro S.R.21.a. Eſt mihi cum eo domeſticus uſus & conſuetudo. pro Pl.259.b. Tamen id eſſet in tanto uſu noſtro, tantaq; amicitia coniunctum. Ep.213.b. Nã & inter noſmetipſos uetus uſus intercedit, & Atticus noſter maiorem etiam mihi cum Coſſinio conſuetudinẽ fecit. Ep.223.a. Coniunctus magno uſu familiaritatis. pro Cl.27.b. Mihi cum eo uicinitas & magnus uſus eſt. & Ep.142.a. Cum illo ſummus mihi eſt uſus.

Vſus eſt. pro opus eſt. de Fin.131.a. Mihi ſic uſus eſt, tibi ut opus eſt facto face. Tuſ.210.a. De cæteris ſtudijs alio loco dicemus, ſi uſus fuerit. Off.19.a. Et reip. impartientis ſi quando uſus eſſet.

Vſus fructus, ctus. ius eſt, autore Vlpiano, alienis rebus utendi fruendiq;, ſalua rerum ſubſtantia. Top.222.a. Non debet ea mulier, cui uir bonorum ſuorum uſumfructum legauit, cellis uinarijs & olearijs plenis relictis, putare id ad ſe pertinere: uſus enim, non abuſus legatus eſt. & ibi. Si ædes [illegible] corruerunt, quarum uſusfructus legatus eſt, hæres reſtituere non debet. & ibi. Seruus cuius uſusfructus. pro Cec.287.a. Vſumfructum omnium bonorum ſuorum alicui legare. pro Cec.288.b. Vſus eius & fructus fundi teſtamento uiri fuerat Cæſenniæ.

Vſu uenire. uenire uſu, uſu accidere, uſu euenire. de N.13.a. Quod in illo mihi ſæpe uſu uenit, idem modò cũ te audirem, acciderat. At.117.a. Nũc uenit idem uſu mihi, quod tu tibi ſcribis. & de Or.100.a. Quid quod uſu memoria patrum uenit? pro Q.8.b. Quid poteſt miſerius aut acerbius uſu uenire? pro Q.R.50.a. Quod item nuper in Erote comœdo uſuuenit, qui, &c. & Off.55.a. Quod in poematibus uſu euenit. de Sen.78.b. Nam ſi id culpa ſenectutis accideret, eadem mihi uſu uenirent. In V.256.a. Anteq̃ hoc uſu ueniret. ad Her.7.b. Dicet cũ præmeditatum fuiſſe, quid ſibi eſſet uſu uenturum. Ep.38.a. Cum præſertim mihi uſu uenturum non arbitrarer, ut ego quoq; abſens à te defendendus eſſem. de Fin.50.b. Sed ex eo credo quibuſdam uenire uſu, ut abhorreant à latinis. pro S.R.25.a. Erucius mihi uſu uenit in cauſa optima.

Vt, uti. quo, ſicut, quomodo, quemadmodum, ſimiliter atq;, pro eo ac, perinde ut, æque ut, item ut, tanq̃, ac, dum, qui, quod genus, quaſi, quare, quamuis, quantũ. de Or.94 b. Eſt igitur oratori prouidendum, non uti illis ſatisfaciat, quibus neceſſe eſt, ſed ut illis, quibus libere liceat iudicare. de Ar.247.a. Negocium magiſtratibus eſt datum, ut curarent, ut ſine ui, mihi ædificare liceret. At.139.b. & Ep.53. b. Reliquum eſt igitur, ut tibi, &c. ut ſim, &c. ut me, &c. At.103.a. Nõ igitur hoc ut oppido præpoſui, ſed ut loco. At.109.b. Vt igitur ita perturbato ſcribe aliquid. de Op.244.b. Aliquem improbum ut optimũ laudari. Ep.169.a. Fortaſſis ea re minaciter agis, ut nos terreas. In V.229.b. Propè ut, &c. At.240.b. Etiam ut, &c. id eſt, etiam ſi. Ep.143.



Ep.143.b. Non modò ut, &c. Ep.172.a. Vt non, quo minus. At.33.b. Me tueor, ut oppreſſis omnibus non demiſſe: ut tantis geſtis rebus, parum fortiter. et 278.b. Fortuna ut in ſecundis fluxa, ut id aduerſis bona.

Vt eſt. ut nunc eſt, & id genus alia. At.196.a. Et ut nũc eſt, manſuræ uidentur. de Cl.168.a. At hi quidem ut populi Rom. ætas eſt, ſenes: ut Athenienſium ſecla numerãtur, adoleſcentes debent uideri. & ibid. Themiſtocles, ut apud nos, perantiquus: ut apud Athenienſes, non ita ſanè uetus. de Cl.173.b.174.a. L. Cælius ut temporibus illis ualde doctus. Ep.164.a. Cõſtitui ut nunc eſt, proficiſci. At.204.b. Quomodo nunc eſt. Q.Fr.298.a. Exorabilis iracũdia (ut in malis) acerbitati anteponenda eſt. Q.Fr.323.b. Non deſino (ut fit in amore) ea quæ minimè uolo cogitare. pro S.R.24.a. Homo (ut erat furioſus) reſpondit, &c. I.P.92.a. Dices enim, ut es homo facetus, &c. pro Cl.22.a. Interim Oppianicus, ut erat, ſicut ex multis rebus cognoſcetis, ſingulari ſcelere, corrupit, &c. pro Mur.136.a. Atq; ille, ut ſemper fuit apertiſſimus, non ſe purgauit, ſed indicauit. In A.217.b. Ego ſine iracundia dico, ut omnia, nec tamen ſine dolore. I.V.59.a. Ille quidem, ut eſt genus hominum nimis ſuſpicioſum, &c. I.V.89.a. Ille, ut erat in primis inter ſuos copioſus, cõuiuium comparat. At.36.b. Ille, ut nunc ſe habet, admirabili gloria eſt. de N.67.b. et At.133.a. Vt nũc quidem eſt, & quomodo nunc quidẽ eſt. Ep.184.a. Nõ nihil, ut in tantis malis, eſt profectũ. Tuſ.172.a. Multa colligit Chryſippus, ut eſt in omni hiſtoria curioſus. de Orat.108.b. Quos tũ, ut pueri refutabamus. Ep.196.a. Quod ſi, ut es, ceſſabis, laceſſã. Tuſ.246.a. At Diogenes liberius, ut Cynicus. & 151.a. Homo acutus ut Siculus. Of.65.b. Tũ Pythius, ut Argentarius, qui eſſet apud omnes ordines gratioſus. Off.64.a. Hoc quidem ſatis luculenter, ut ab homine perito definiendi. pro Fl.157.b. Ciuitas prudens, ut ego ſemper exiſtimaui, & grauis, ut ipſi exiſtimari uolunt. de Sen.79.b. Multæ etiam, ut in homine Romano literæ. de Cl.169.b. Dimiſi eum à me ut magiſtrum puerorum, non libenter, ut hominem ingratum, non inuitus. Item: M. Popilius ut erat lena amictus, ita uenit in concionem. Q.Fr.318.a. Mihi ut eſt, magis placebat. Ep.54.b. Nam adhuc et factum tuum probatur, & ut in tali re, etiam fortuna laudatur. Ep.54.a. Deinde non habet, ut nunc quidem eſt, id uicij res. At.189.b. Pro malis rectè habebã: id eſt, ut in malis. pro Ar.191.b. Pro mea conſuetudine.

Vt. pro poſtquã, uel ubi, uel cum. I.V.70.a. Imo uerò ut quiſq; me uiderat, narrabant. de Cl.166.b. Vt illos libros de rep. edidiſti, nihil à te ſanè poſtea accepimus. Att.112.a. Vt ab urbe diſceſſi, nullum intermiſi diem, quin, etc. I.V.220.a. Vt primùm in illud oppidũ uenit, &c. & 69. a. Vt primum è prouincia redijt. Att.3.b. Vt primũ à tuo digreſſu Romã ueni. de Or.110.b. Qui ſimul ut increpuit, philoſophũ relinquunt. & de Fin.71.b. Simul ut ortũ eſt. I.V.206.b. Qui ſimul ut me uiderũt, inquiũt, etc. I.V.211. a. Ille cõtinuò ut uidit, nõ dubitauit tollere. At.101.a. Is ut me ſalutauit, ſtatim Romã profectus eſt. et pro Cl.31.a. Vt primũ, &c. ſtatim, &c. Of.74.b. At ille ut ingreſſus eſt, confeſtim gladiũ diſtrinxit. pro Q.10.b. Statim ut Romã redijt, &c. At.18.b. Vt ſemel conſecutus ſum, &c. non deſtili, &c. de Cl.169.a. Vt ſemel exiuit, omnes peragrauit inſulas. Ep.60.a. Vt primum, &c. ſtatim, &c.

Vt. pro quamuis, uel etiam ſi. Ep.13.a. In quo ut iam ſit in ijs culpa, qui me non defenderunt, non minor eſt in ijs, qui reliquerant. Item: Et ſi accuſandi ſunt qui, &c. magis etiam reprehendendi, qui, &c. At.193.b. Nam quid de me dicam? cui ut omnia contingant quæ uolo, leuari non poſſum. pro Q.1.a. Qui ut ſumma haberem cætera, temporis quidem certè uix ſatis habui, ut, &c. de D.93.b. Qui ut rationem non redderet, tamen, etc. At.110.a. Qui ut nihil aliud, hoc tamẽ profecit, dedit illi dolorem. pro Cor.62 b. Quod ſi iam ita eſſet, ut eſſe non poteſt, tamẽ, &c. de D.123.a. Etenim ut ſint auſpicia, quæ nulla ſunt, hæc certè, &c. de In.82.b. Vt nihil adiungatur emolumenti. & pro Q.14.b. Vt ſtatim de iure aliquis cõcurrerit. contra Rul.64.b. Vt circumſpiciamus omnia quæ populo grata ſunt, nihil tam populare quàm pacem reperiemus. Off.57.a. Vt excellas etiam pulchritudine & uiribus.

Vt. cum admiratione quadam. At.36.a. Vt ille tũ humilis, ut demiſſus erat. pro Fl.148.b. Noſter autẽ teſtis, ut ſe ſuſtentat, ut omnia uerba moderatur. pro Seſt.8.b. Qua ſuperbia cœnũ illud ampliſſimi ordinis lachrymas repudiauit, me ipſum ut cõtempſit. At.101.a. Cæſar quomodo exultat uictoria. de Fin.139.b. Vt illi efferũtur lætitia cũ uicerint, ut pudet uictos, ut ſe accuſari nolũt, ut cupiũt laudari.

Vt cum ſuperlat. & ita, etc. de Sen.90.b. Vt quiſq; ætate antecellit, ita ſententiæ principatũ tenet. de Or.95.a. Vt in quoq; oratore plurimũ eſt, ita maximè is pertimeſcit. de Or.94.b. Vt quiſq; optimè dicit, ita maximè dicendi difficultatẽ pertimeſcit. de Or.137.b. Vt quenq; eorum minimũ putant, ita eum primũ uolunt dicere. de In.48.b. & ad Her.3.b. Vt quodq; primũ geſtum erit, ita primũ exponetur. Off.4.a. Vt quis maximè perſpicit, &c. is ſapientiſſimus haberi ſolet. de 108.b. Vt maximè potui. de Orat.124.a. Hæc ut breuiſſimè dici potuerũt, ita à me dicta ſunt.

Vt. cum ita ſine ſuperlat. de D.105.a. Omne animal ut uult, ita utitur motu ſui corporis. Or.216.b. Non item in oratione ut in uerſu extat numerus. de Off.43.b. Non tamen ut hoc fugiendum, ita habendum eſt religioni contrarium. Q.Fr.323.b. Nihil unquam ita expectaui, ut cum hæc ſcribebã, tuas literas. I.A.221.a. Vt igitur alia, ſic hoc Panſa præclarè. de N.39.a. Euripides ut multa præclarè, ſic hoc breuiter. I.V.120.b. Sed ut in illo, &c. item in hoc, &c. contra Rul.65.a. Ita gerere conſulatum, quo uno modo grauiter geri poteſt. de Or.86.a. Vt in cæteris, &c. in dicendo autem, &c.

Vt. ut ſi, tanquã, tanquã ſi, quaſi, quomodo, quemadmodũ.) (.Ita, ſic, tam, tãtum, item, eodẽ modo, ſimiliter. de L.170.b. Nullum frigidius flumen attigi, ut uix pede tentare poſſim. At.78.a. Ego tui Bruti rẽ ſic ago, ut ſuam ipſe non ageret. de D.85.a. Credo aliquam non diſſimilem figuram, ſed certe nõ talem, ut eam factam à Scopa diceres. de Am.113.b. Quãta illi fuit grauitas? ut facilè populi Rõ. ducẽ diceres. pro Mil.112.a. Ille tum ſecũ habebat neminẽ, niſi ut uirũ à uiro lectum eſſe diceres. I.V.202.a.b. Veriſimile non eſt, ut ille homo tã locuples religioni pecuniã anteponeret. de N.12.b. Tanta imbueremur ſuperſtitione, ſi uos audire uellemus, ut aruſpices nobis eſſent colendi. At.201.b. Bene facis cum id efficis, mihi crede, perinde ut exiſtimare tu non poſſes. Or.218.a. Hoc dichoreo tantus clamor concionis excitatus eſt, ut mirabile eſſet. de Cl.176. a. Vt facilè cerneres eum degenerauiſſe. Tuſ.202.a. Eò enim erãt motu et ſtatu, ut eos Argiuos eſſe diceres. de Cl.180.a. Gellius non tã uendibilis orator, quàm ut neſcires, quod ei deeſſet. de Cl.186.b. Sed eam ut citius ueteratoriã quàm oratoriã diceres. Ep.195.b. Equidem ſic iam obdurui, ut ludis Cæſaris noſtri æquiſſimo animo uiderẽ T. Plãcum, audirem Laberij & Publij poemata. Ep.75.a. Ita accepi librum à meo ſeruo ſcriba, ut eũdem acceperim à fratre tuo.

tre tuo.Ep.71.b.Tantum cepi doloris,ut conſolatione ipſe egerem.Tuſ.149.b.In hanc exercitationem ita nos ſtudioſè operam dedimus,ut iam etiam ſcholas græcorũ more habere auderemus,ut nuper tuum poſt diſceſſum tentaui,&c.Ep.213.b.Mihiq́; ita fidelis,ut ſi eſſet à me manumiſſus.Ep.104.b.Rufio ita deſiderabatur,ut ſi eſſet unus è nobis.Ep.25.b.Eius negociũ ſic uelim ſuſcipias, ut ſi eſſet res mea.Ep.230.b.Tanta mihi cum eo neceſſitudo eſt, ut ſi mea res eſſet,non magis laborarem.Ep.27.b. De Dolobella ſuadeo,ut uideas,tanquam ſi res tua agatur. In P. 80.b.Sed omitto ut ſit factus uterq; noſtrûm.pro S.R.38. b.Non eſt uerìſimile ut Chryſogonus horum literas adamarit.& ibi. Non eſt uerìſimile ut diligentiam cognorit eorum.Ep.117.a. Senatuſconſultum eſt factũ in eam partem,ut placeret,&c. pro Cec.296.a.Cum ſibi propoſuerint,ut ſiue ita ſit,ſiue non,ut diſtinguant,&c.At.7.a. Mihi non eſt notum,ut quiſq; in Epirum proficiſcatur. Off. 41.b.Adiuncto uerò hoc,ut ijdem etiam prudentius haberẽtur,nihil erat,&c.Off.42.b.In eo ipſo uis maxima eſt, ut ſimus ij,qui haberi uelimus,&c.Ep.119.a.Vt uideo cauſa hæc integra in proximum annum transferetur,& quãtum diuino, relinquendus tibi erit,qui prouinciam obtineat.Ep.136.b.Vt olim ſolebat,ut nunc fit. pro Cec.289.a. Vt eſt conſuetudo.pro Fl.154.a.Vt dicitur,ut apparet.In A.173.a.Patrimonium tam amplum ut illud fuit.Or.117. a.Vt multos ſæpe uidi,qui,&c. In V.120.a.Queri cum multis,ita ut fit,cœperunt.etc.Ep.140.a. Sed ut dico,placet Stoicis.

Vt.cum uerbis timendi.de Am.98.a. Vereor ut idem interitus ſit animorum & corporum.& pro Dom.224. b.Timebam ut poſſem,&c.pro Q.14.b.Tamen ne uereris,ut poſsis,&c.At.94.a. Quoniam tu abfuiſti, uereor ut ſatis diligenter actum ſit,&c.At.85.b. Quod uereor tibi ipſi ut probem.& 113.a. Vereor ut his ipſis contentus ſis.pro Cl.53.b.Quid metuebat?ut oppugnaretur à perdito?an ne accuſaretur à condemnato? pro S.R. 26.a.Hoc uero eſt,quod ferri non poteſt,ſi, &c. ut parum miſeriæ ſit,quod alijs coluit,non ſibi, niſi etiam quod omnino coluit,crimini fuerit.Or.202.a.Vt iam non ſine cauſa, &c. At.221.b.Vt enim quicq; ſuccurrit,libet ſcribere.At.246 a.Tu uero facis ut omnia,quod Seruiliæ non deſis,& Bruto.At.97.a.Dixit ſe audiſſe ut nihil eſſet incommodi.Off. 16.a.Demetrius Phalereus orator parum uehemens,dulcis tamen,ut Theophraſti diſcipulum poſsis agnoſcere. de L.169.b.Hanc uides uillam,ut nũc quidem eſt, lautius ædificatam.& Am.97.a.Qualis,ut arbitror, nemo unquã erit,& ut confirmare poſſum,nemo certè fuit.

Vt.pro uelut,ueluti,ſicut,cum aliquid exempli cauſa ſubijcitur.& pro quod genus.de D.137.b. Nonnullæ ualetudinis ſignificationes,ut hoc ipſum pleni enectiue ſimus, &c.quodam genere ſomniorum intelligi poſſe dicuntur. de In.82.a.Vt amicitia,bona exiſtimatio.& ibi.Quod genus,amicitia,bona exiſtimatio eſt.& 83.a.Quo in genere eſt,gloria,dignitas.ad Her.9.b. & 10.a. Quod genus,ut in ius eas cum uoceris.& ibid.Quod genus,id quod argẽtario obtuleris expenſum,&c. & ibid. Quod genus,M. Druſus prætor,&c.ad Her.14.b.Quod genus,ſi quæratur,&c.

Vtcunq;.quomodocunq;,perinde utcunq;.Or.202.a. Orator utcunq; animum audientis commoueri uolet, ita certum admouebit uocis ſonum.Poſt.203. a. Neq; id reip. repetere utcunq; neceſſe eſt.Off.27.b.Sed utcunq; aderũt res.de Fin.126.b.Vtcunq; res poſtulabit.

Vtendus,a,um.In V.117.b. Huic omnia bona utenda ac poßidenda tradiderat.

Vter,a,um.de Fat.140.b.Quoniam utriuſq; ſtudij noſtra poſſeßio eſt,hodie utro frui malis,optio tua ſit. de In. 80.b.Deinde utra lex iubeat aliquid,utra permittat. & ibi.Vtra lex iubeat,utra uetet.de D.132. b. Vtrum igitur eorum accidiſſet,uerum oraculum fuiſſet. pro Rab.92.a. b.Quamobrem uter noſtrûm tandem Labiene popularis eſt?tu ne?an ego?pro Seſt.22.a.Horum utro uti uolumus, altero eſt carendum.de Cl.181.b.Aderant multi alij,tamẽ utrum de his potius,dubitaſſet aliquis,quin alterũ nemo. Or.120.b.Reperiam,qui dicat aut ſcribat,utra uoles lingua.At.248.a.Quid ad hæc Panſa?cum utro erit, ſi bellũ erit?Part.241.a.Vter fortius pugnabit, is uincat neceſſe eſt.Q.Fr.314.b.Sed utros eius habueris libros, (duo enim ſunt corpora)an utroſq; neſcio.pro Mil. 107.b. Ab utro inſidiæ factæ ſint incertum eſt.et 106.a.Vter utri inſidias fecerit.pro Cl.39.b.Vter igitur facilius hoc faceret? iſne, &c?an ille,&c.de In.67.a.An huius & illius,et utrius potius.Ep.19.a.Vtro me minus deceat uti,non intelligo. & 5.a.Quorum utrum minus uelim,neſcio.de Fin.71.a.Summum bonum puer utra uoluptate dijudicabit? ſtãte an mouente?Ep.35.b.Incertum eſt utra uia. de Or.168. a.Sanè dubitare uiſus eſt Sulpitius,utrius oratio propius ad ueritatem accederet.Off.8.b.Cum Celtiberis cum Cymbris bellum gerebatur,uter eſſet,non uter imperaret. Attic. 6.a. Aut ei moleſta erunt,in utro culpa erit. de Diuin.137.b. Poteſt hoc eſſe falſum,poteſt uerum,ſed utrum ſit, non eſt mirabile.

Vtercunq;.Ep.81.a.Ita parati eſſe dicuntur,ut utercunq; uicerit,non ſit mirum futurum.& At.285.b.In hoc bello utracunq; pars uicerit,tamen perituri ſumus.

Vterlibet.pro Q.15.a.Vtrumlibet elige,&c.

Vterq;,aq;,umq;.uteruis,ambo,quiſq;. de N.54.a.Sãguis per uenas in omne corpus diffunditur et ſpiritus per arterias,utræq; autẽ crebræ, multæ toto corpore intextæ ſunt.ad Her.32.b.Cum eorum de quibus dicimus aut utrũque, aut unumquodq; certo concluditur uerbo.de Ar.256 b.& Ep.172.b.Horum uterq; cecidit uictus.& ad Her.6. b.Quarum utrunq; peßimum eſt.Off.1. a. Nos utriq; & Socratici & Platonici eſſe uolumus.Q.Fr.309.b.Domus utriuſq; noſtrûm ædificatur ſtrenuè.de Or.152.a. A quibus utriſq; ſummittitur aliquid. At.143.a.b.Non eſt tuæ fidei,ut contra alterutrum,cum utriq; ſis maximè neceſſarius,arma feras.de In.54.a.Eorum controuerſiã non incõmodum uidetur,cum utrorũq; ratione exponere.At. 98. b.Vtriuſq; accepi literas eiuſmodi,eodẽ tẽpore.& ibi.Me autẽ uterq; numerat ſuũ.At.128.a.Gallus Fabius amãtißimus utriuſq; noſtrũ.ad Her.22.b.Nã utraq; altera ſeparata minus erit firma. ad Her.52.b.Vtrũq; aut unũquodq;. At.228.a.Multa mihi ueniunt in mentem in utranq; partem.de Or.182.b.Ancipites diſputationes in quibus de uniuerſo genere in utranq; partẽ diſſeri copioſè licet. de Fin. 126.b.Dicendi exercitatio in utranq; partẽ ab Ariſtotele inſtituta.Ac.31.b.Nam utraq; in parte multa dicuntur. Off.36.b.Magna uis eſt in fortuna in utranq; partẽ, uel ad ſecundas res uel aduerſas.pro Mil.113.a. Magna uis eſt conſcientiæ in utranq; partem.Off.40.b.Qui in utranq; partem magno animo ſunt.Or.216.b. Ternæ autem ſunt utriuſq; partes,uerborum,&c.collocationis,&c. & ibi. Sed in utroq; frequẽtiores ſunt & liberiores poetæ:id eſt, in uerbis & in collocatione. In Sal.274.b. Quo uſus eſt quiſq; eorum,cum de duobus loquatur.

Vteruis.



Vteruis.At.101.b.Vtriuſuis rei me adiutorẽ uelim eſſe. & pro S.R.19.a.Vtrũuis ſaluo officio facere poteris. de Sen.83.b. At minus habeo uirium quàm ueſtrûm uteruis.

Vti.ut.de Or.92.a.Vti qui audirent, &c.& I.V.65. b.Putant fore uti ſi,&c. pro Dom.224.a.Nihil aliud niſi uti,ne quid,&c. pro S.R.19.a.& de Or.94.b. Non uti ſatis,&c.ſed uti ne,&c. Ep.202.b Is ad me literas miſit, uti te ſibi placarem.

Vtica,cæ.urbs. pro Lig.137.b.Vticenſis, & Vticenſes,cùm alibi ſæpe,tum.I.V.255.pro Cor.65.

Vtilis,le.fructuoſus,commodus, accõmodatus, frugifer,ſalutaris,ex uſu eſſe,quod uſui eſt,quod habet utilitatem,quod alicui opus eſt,quod multas habet opportunitates,quod lucro eſt,quod expedit uel cõducit,cui bono fuiſſet,quod maximè intereſt,ita tempora reip.ferunt. de N. 9.b.Res utiles ac ſalutares. & Off.64.a.Quod utile ſit, quodq́; expediat.con.Rul.68.b.Ea lex uobis accõmodata atq; utilis eſt. Att.276.a.Tu ſi arbitrare utile fore, & è rep.eſſe,perſequere Dolobellam bello. & Ep.207.a. È rep.non eſt.Ep.130.b. Sic enim facillimè quod tibi utilißimum erit,conſilij capies.& I.C.101.b. Vita utilißima.de In.42.a. Is mihi & ſuis ei publicis rationibus utilißimus ciuis fore uidetur.& ibid.Inutilis ſibi. Offic.57.b.Homo ad nullam rem utilis.& ibid.Homo ad nullam partem utilis.& de Senect.89.b.Ad multas res perutiles ſunt Xenophontis libri.

Vtilitas,tis.emolumentum,fructus,quæſtus,lucrũ,opportunitas,commodũ,cõmoditas,uſus,res,ratio.de N.19. b.Nec hoc conſiderant,quæ ſit utilitas,quæq́; opportunitas in homine membrorũ.& 37.a.b.Natura conſultrix et prouida utilitatũ opportunitatumq́; omnium.At.104.a. Tyro mirabilis utilitatis fructum mihi præbet.de Or.94. b.Artes in quibus non utilitas quæritur neceſſaria,ſed animi libera quædam oblectatio.pro Mur.129.a.Ars militaris pergratam utilitatem habet.de Or.127.b.Referre omnia ad utilitatẽ ſuam & omnia facere cauſa ſua. Off.69. b.Male etiam Curio,cum cauſam Tranſpadanorum æquã eſſe dicebat:ſemper autem addebat,uincat utilitas. Q.Fr. 294.b.Alicuius cõmodis utilitatiq; ſeruire. Off.16.a.In quo non minorem utilitatẽ afferũt,qui togati reip.præſunt,q̃ qui bella gerunt.Itẽ:Prodeſſe,utilitatẽ afferre idẽ. Off.60.b. Nec tamen noſtræ nobis utilitates omittendæ, alijsq́; tradendæ,cũ his ipſi egeamus: ſed ſuæ cuiq; utilitati,quod ſine alterius iniuria fiat,ſeruiendũ eſt.pro Ar.188 a. & de Fin.82.a.Ex literis afferre aliquid ad cõmunem fructum.Off.35.b.Capere uſum ex aliqua re.

Vtiliter.commodè,cum utilitate.)(.Inutiliter.Of.18. a.Iracundiam utiliter à natura datam.& 36.a.& Ac.34. b.Quæ fiunt utiliter ad hominum uitam.

Vtinachi.pop.I.P.99.a.

Vtinam.dij faxint,uelim,&c. At.46.a. Atq; utinam ipſe Varro incumbat in cauſam.de N.75.a.Vtinam ut illa anus optat,ne in nemore,&c. Att.139.a. Me miſerum, quod tu uoluiſti,unà fuiſſemus:id eſt,utinam. Att.220.b. Quod utinam,iterum autem utinam,tuo tamen cõmodo.

Vtiq;.omnino.At.57.a.Quo die uenies,utiq; cum tuis apud me ſis. & 68.a.Quæ quidem ego utiq; uel uerſura facta ſolui uolo.& 71.a.Vtiq; explicatũ ſit illud,&c.At. 228.a. Minuſculam uillam utiq; Quinto traditurus ſum. Antequam.196.a.Vtiq; ſiue hinc abiero, ſiue hic ero oppreſſus,ea maneat opinio,&c. Att.72.b. Annum quidem utiq; teneto. At.72.a.Id unis literis datis,quæ ad me utiq; perferantur,conſequere. & 203.a.Expecto te à Peduceo utiq;.de D.133.a.Faba Pythagorei utiq; abſtinuerunt. At. 200.b.Hoc quidẽ utiq; perficies,etc. & 207.b.Illud utiq; ſcire cupio.& 41.b.Vtiq;,&c.aliter,Vitæq;.At.57.b. Ipſe uero utiq; fac uenias. Att.89.a.Vtiq; ad me tabellarios mittas.At.151.a.Quid cenſeas mihi faciendũ, utiq; ſcribito. Att.211.b.Ego ut conſtitui,adero,atq; utinã tu eadem die.ſin(quid enim multa?)utiq; poſtridie. Att.220.b.Olij mittas laudationem,Olij utiq;:nam illam legi,uolo tamen guſtare.At.259.a.Romam utiq; ſtatim ueni.

Vt non.quin. pro Cor.64.a.Poteſt igitur iudices L. Cornelius condemnari?ut non C.Marij factum cõdemnetur? I.A.260.a.Cui uiginti his annis ſupplicatio decreta eſt,ut non imperator appellaretur?

Vtor,ris.uſurpo,frequẽto,adhibeo.Tuſ.198.b.Quod utendũ acceperis.reddito.de N.22.a.Vtatur ſuis bonis oportet,& fruatur,qui beatus futurus eſt.& 57.a.Quibus rebus fruimur atq; utimur.pro S.R.40.a. Cõmoda quibus utimur, lucemq́; qua fruimur, ſpiritumq́; quem ducimus,à deo nobis dari atq; impartiri uidemus.pro Cl.21.a Statuit ſibi nihil grauius faciendũ, quàm ut illa matre ne uteretur.I.V.117.b.Huic omnia bona utenda ac poßidenda tradiderat.At.193.a.Ne Silius quidẽ quicquid utitur.i. pecunia. Antequã.195.a.Conſularis homo non minimis facultatibus uſus.At.119.b.Cum in ea urbe ſummis honoribus imperijsq; uſus ſit. de In.61.a.Homines honore uſi. pro S.R.30.a.Ne beſtijs quoq; immanioribus uteremur. Att.1133.b. Vtrum turpe pace nobis,an miſerè bello eſſet utendum.pro Deiot.149.a.Bene armis,optimè equis uti. At.120.b.Vt iam placatis utamur fluctibus. I.A.226.a. Vſus eſt ipſe incredibili patientia.I. A.224.b.Oratio,qua recitatis literis uſus es.Qu.Fr.298.b.Non eſt tibi his ſolis utendum æſtimationibus ac iudicijs, qui nunc ſunt hominum,ſed his etiam,qui futuri ſunt.Off.10.b.Ea quæ acceperis utenda,maiore menſura iubet reddere Heſiodus. In A.177.a. Antonius Cæſari regnum detulit, Cæſar uti noluit.At.100.a.Brunduſium uenimus uſi tua facilitate nauigandi. & Epiſt.236.a.Cum aduerſis uentis uſi eſſemus. cont.Rul.88.a.Criminatione in me uſus eſt.At.254.a.Lucius multum utitur Bruto. & Ep.209.b.Luceio Tityone familiarißimè utor.Ep.4.b.Trebanio multos annos utor ualde familiariter.Epiſt.5.a.Vtor ad omnia Q.Selicio. de Cl.190.b.Vti aliqua re ad faciendum aliquid.Tuſc.153.b. Autoribus quidam ad iſtam ſententiam quam uis obtineri,uti optimis poſſumus. de Fin.49.b. Vt propemodum iuſtioribus utamur illis,qui,&c.ad Her.9.a.Deinde exẽplorũ à uoluntate & contra ſcriptũ iudicatorũ enumeratione utemur. & ibid.Cum hæc erunt conſiderata,ſtatim noſtræ legis expoſitione, recitatione, collaudatione utemur. pro Cæl.39.b.Exercitatione,ludoq́; campeſtri uti. pro Mar.131.a.Vti ſilentio: id eſt,ſilere.Top.226.b.Vtẽs ratione.)(.Rationis expers.

Vt plurimũ.potißimũ.de L.176.b.In bello et ſuſcipiẽdo & gerendo & deponendo ius ut plurimũ ualet, & fides.

Vtpote.quippe.At.39.a.Ea nos,utpote qui nihil contemnere ſolemus,non pertimeſcebamus. & 71.b. Incommoda ualetudo qua iam emerſeram,utpote cum ſine febri laboraſſem. I.A.200.a. L.quidem frater eius,utpote qui peregrè depugnauit,familiam ducit.

Vt primum.ſimulac primũ. Ep.151.b.& I.V.104.b.

Vtpote.Aſin.Ep.164.b.

Vt quid.cur,quare.At.106.a.Depugna,inquis,potius quàm ſeruias,ut quid?

Vtrinq;.ab utraq; parte.Ep.81.a.Vtrinq; magnæ copiæ

Vtrobiq;.in utroq; duorum,uel in utraq; parte. Ep. 163. Non licet mihi nullius partis eſſe, quia utrobiq; magnos inimicos habeo.de N.41.b.Eadem ueritas utrobique eſt:id eſt,in dijs & hominibus.

Generatio. ortus, procreatio.

Geſta.res geſtæ.

Geſticulor.geſtum ago.

Glorifico.gloria afficio. Tuſ.155.a.

Gracilis. tenuis, ſtrigoſus,ſubtilis,exilis, exiguus.

Grandiuſculus. grandior.

Gratitudo. gratia, gratus animus, animus memor, memoria, uoluntas grata in aliquem, grata animi beneuolentia,pietas. Att. 142. b. Plus apud me ualere beneficij gratiam quàm iniuriæ dolorem uolo.Part.241.b. Altera uis æquitatis,&c. & ib. Gratia in malo ponitur. I. A.263.b. Grata eorum uirtutẽ memoria proſequi, qui pro patria uitã effuderunt. Poſt.192. b. Liberale officium eſt ſerere beneficium, ut metere poſsis fructum. Poſt. 203. a. Neque æquum tempore & die memoriam beneficij definire.pro Planc. 276.a.Cupio me & gratum eſſe & uideri. hæc eſt enim ima uirtus non ſolum maxima, ſed etiam mater uirtutum omnium reliquarum. pro Planc. 279.a. Quid eſt enim pietas?niſi uolũtas grata in parentes? & ibid. Hæc priuatim officiorum memoriam & gratiam quærunt. I.A.263.b. Eſt autem fidei pietatiſq; noſtræ, declarare fortiſsimis militibus, quàm memores ſimus quamq; grati. Epiſt. 9.b. Nullam partem tuorum meritorum, nõ modò referenda,ſed ne cogitanda quidem gratia conſequi poſſum. Epiſt. 9. b. Cætera, quæ ad te pertinebunt, cum etiam plus contenderimus quàm poſſumus, minus tamen faciemus quàm debemus.

Greſsibilis.gradiens.

Groſſo modo.pingui Minerua.

Guloſitas.uitiũ uentris & gutturis.pro Cæl.46.b.

Guloſus.de Fin.83.b. Vixit ut Gallonius, loquitur ut frugi ille Piſo.

Gutto.mano. de D. 96. a. Herculis ſimulachrũ multo ſudore manauit.

HAeredito. hæreditas ad me uenit, & hæreditas mihi ab aliquo uenit.

Hebe.iuuentus.

Hei.Hei mihi nõ poſsum hoc ſine lachrymis commemorare.

Hermaphrodytus. Angrogynus.

Hiſtoriographus.hiſtoricus.

Horoſcopus. de D.126. b. Chaldæis in prædictione & in notatione cuiuſque uitæ ex natali die minime credendum eſt.

Hortulanus. olitor.

Hoſpitor. hoſpitio accipio,tecto recipio. pro Cluẽt. 53.b.& 54.a.& 84.a.Tecto ac ſedibus ſuis recipere. pro Cluent.52.b. Domo recipio, domum meam recipio. Inuito eum per literas, ut apud me diuerſetur.

Hypocriſis. ſimulatio uirtutis,uenditatio quædam atque oſtentatio.de Am.112.a.

Hypocrita.eruditus artificio ſimulationis. Offic. 9.a. Qui cum maxime fallunt, id agunt, ut boni uiri eſſe uideantur.

Hypothetica.connexum.

Hypophora.pro Cl.30. b.Sed ego occurram expectationi ueſtræ,nam, &c. pro Cl.30.b.Vocat me iandudum tacita ueſtra expectatio,quæ mihi ob loqui uidetur.

IEiuno.cibo me abſtineo.

Ieiunium inædia.

Ignauiter.ignauè.

Ignominioſè. per ignominiam.

Ignominioſus. contumelioſus, ſordidum ad famam, cum ignominia coniunctum, maculoſus.

Ignorãter. per ignorantiam, inſcienter. Ac.5.b.

Illæſus.incolumis,inuulneratus,inuiolatus.

Illegitimus. nullum habens ius.pro Dom.238.

Illyria.Illyrium.

Imaginatio. cogitatio. pro Cor.64.b. Exiſtat ergo ille uir parumper cogitatione ueſtra, quoniam re non poteſt.

Imaginor.cogito,fingo, ſuſpicor, cogitatiõe depingo uel fingo,animo comprehendo, ſuſpicione attingo, coniectura informo,ſpeciem alicuius rei cogito, animo fingo, in notione animi repono,cogitatione & mente cõplector, cogitatione aſſequi nõ queo, inprimere aliquam notionem in animo. de Nat. 22.b. De imaginibus ad animum peruenientibus. Acad. 10.b. Nihil enim agens animal, ne cogitari quidem poteſt,quale ſit. Acad. 40. a. Quod quale ſit, negat Epicurus ſe nec ſuſpicari quidem.de D.137.a. Quæ eſt enim forma tã inuſitata, tam nulla, quam non ſibi animus poſsit effingere,ut quæ nunquam uidimus,ea tamen formata habeamus.contra Rul. 77.b. Volitat enim ante oculos iſtorum regis filius.

Immeditatè.proximè. l. Proximè.

Immediatus. proximus. Or.212.b.l. Proximus.

Immeritus. iniuſtus.)(. Meritus.

Immoror.inſiſto,hæreo, habito, in aliqua re longior ſum.

Impatienter. intoleranter.

Imperfectè.præciſè.

Imperitia.inſcitia,ſtultitia.

Impetuoſus. uiolentus, uehemens,furens.

Impinguo. lætifico.

Importantia. pro Cæl. 48. b. Rem tanti ſceleris ignotis ſeruis non eſſe credendam.I.A.236.a. Apollonia magna urbs & grauis.

Impoſsibilis. ἀδύνατος, quod fieri non poteſt. Att.1. a. Vt mihi uideatur non eſſe ἀδύνατον, Curium obducere.de Orat.135.a.Sæpe etiam quæ fieri non poſſunt optantur. & 139. b. Si quid fieri poſsit, aut non poſsit, aut etiam neceſſe ſit. de Fat. 142. b.Ergo illud,morietur in mari Fabius, ex eo genere eſt, quod fieri non poteſt. Oct. 329.b. Si nulla ratione publicis incommodis mederi queat. Quintil. 96. b. Impoſsibilia aggrediuntur. pro effectis. Vlp. Iureconſul. Nec pœna rei impoſsibilis committetur.

Impoſtor.planus.

Impræmeditatus.imparatus.

Imprecatio. execratio, preces. Exierunt malis ominibus atque execrationibus duo paludati, &c.

Imprecor. precor, execror,male precor,alicui peſtem exopto, triſtibus ominibus perſequor.)(. Sic exire à patria ut omnes ſui ciues ſalutem, incolumitatem, reditum precentur. Item. Hiſce ominibus Catilina cum reip. ſalute & cũ tua peſte ac pernicie proficiſcere. l. Omen Quintil. Imprecamur debilitates,naufragia,mortes.

Impropero. exprobro.

Improprius. ἄκυρος.

Impubis. impuber.

Inæqualis.inæquabilis.

In animo.animum alicui do,animum augeo, multum animi affero, cupiditatẽ do, incendo.

Inanis gloria. falſa gloria.I.P.91.b.

Incantamentum.cantio. de Cl.184.b.

Incaſſum. fruſtra.

Inceſſanter. nullo puncto temporis intermiſſo.

Inclinatus. procliuis, applicatus.de Fin.113.b. Omne animal applicatum eſt ad ſe diligendum.

Incœnis.incœnatus.

Incogitabilis. in cogitationem non cadens.

Incogitans.incõſiderans.

Incogitantia.inconſiderantia.

Incombuſtilis.lituus Romuli.

Incommoditas. incommodum.

Incompetens.pro Cl.23. a. Auditis de eo in quem iudices non eſtis.

Incompoſitus.incondita oratio.

Incomprehenſibilis. incomprehenſus.

Inconſideratio. inconſiderantia,inconſulta ratio.

Incontinens.intemperãs.

Incorporeus. )(. Corporeus.

Incorrigibilis.inſanabilis.

Incrucio.decuſſo,hoc modo X.

Inculpo.in culpa pono.

Incurabilis.inſanabilis,deſperatus quod curationẽ recipere nõ poteſt.Tuſ.208.a.

Indago. indagatio.

Indebitus.l.Iniuſtus.

Indeſinenter. nullo puncto temporis intermiſſo.

Indigeſtio.cruditas.

Indigeſtus.crudus.

Indigus.indigens.de Or. 126.a.

Indiſpoſitus. crudus.

Indiuiſibilis. indiuiduus.

Indomabilis. qui imperium recuſat.

Indubitanter. non dubitanter,ſine dubitatione,ſine ulla dubitatione, pro certo, uero.

Indubitatus. certiſsimus, exploratiſsimus, quod non habet dubitationem, perſpicuus.

Indubius. certiſsimus.

Induſtrioſè.induſtriè.

Inebrio.uino obruo, ebrium facio.

Ineffabilis. ἄφατον. Att. 206.a.

Ineloquens.infans.

Inemẽdabilis. inſanabilis.

Inenarrabilis. ἀδιήγητος. Att.206.a.

Inexcuſabilis. nihil habens excuſationis.

Inexpertus.inexercitatus, nullo uſu.pro Cor.57.b.

Inextinguibilis.infinitum odium. pro Cor. 67.b.

Infallanter. pro certo, uero.

Infelicito. miſerum habeo.

Inferioritas.inferior ordo. de Am.109.a.

Infernus.ſceleratorũ ſedes atq; regio.Oct.33.a. Aliquis noſtrûm, qui proximus in illam æternam domũ diſceſſerit.In Arat.389.*.Hinc ſe inferni de partibus erigit hydra.aliter, infernis è partibus.

Infeſto. infeſtum reddo.

Infinitiuus.ut definitiuus.

Infirmiter.infirmè.

Inflatiuus. habens inflationem.

Influxus.tactus lunæ. de N.36.a. Multaq; à luna manant & fluunt,quibus, &c. Ep.132.a.Cœlum exterã uim ſuam alicui dimittere.

Infortunium. aduerſa uel incõmoda fortuna,acerbitas. de In.76.a. Qui propter fortunam,non propter malitiã in miſerijs ſunt.

Infraſcribo. ſuppono, ſubſcribo. At.127.a. Earum qúe literarum exemplũ ſubſcripſeras.

Infrigido.refrigero.

Infumibulum. uaporarium.

Ingeniculor.I.V.262.a. Illa mihi ad pedes miſera iacuit.

Ingluuies. inſaturabile abdomen.

Ingratitudo. ingratus animus. At.136. a. Ego ingrati animi crimen horreo. & 140. a. Ἀχαριςίας crimen ſubire non audeo.

Inintelligibilis. intelligẽtiæ noſtræ uim ac notionem fugiens.

Iniurior. iniuriam alicui infero uel facio,male mereo, iniuriam ſtupri in aliquem infero,iniuriam alicui impono.

Inobediens. non obediẽs. de L.185.a.

Inopinans.nec opinans. pro Plan.267.a.Ignarus, inſcius.

Inopinatè.nec opinatò. I.A.175.a.

Inopinus.inopinatus.

Inordinatè. immoderatè.de Vn.203.b.

Inquantum.quia, quatenus, ex ea parte quatenus, ob id ipſum quia, in eo in quo,&c.ad priuatum dolorem.l.Quatenus.

Inſalutatus. omnes nos ἀπροσηγορήτους reliquit. Attic.123.a.l.Expers. Epiſt. 44.b.& Attic.101.a. Quæ inſciente me facta ſunt.

Inſenſatus.ſtupidus,communi naturæ ſenſu carẽs,ſtipes Aethyopi ſine ſenſu, ſine ſapore,elinguis,tardus.

Inſenſibilitas.ſtupiditas, ſtupor.

Inſenſibiliter. ſenſim & ſine ſenſu ætas ſeneſcit. de Senectut. 85. a. & Tuſculan. 165.b.

Inſenſitiuus. ſenſum non habens.

Inſido.inſideo.

Inſolitè. inſolenter.

Inſolubilis.inexplicabilis.

Inſta=

Inſtabilis. lubricus, uarius, commutabilis, uolubilis, uagus. pro Mil. 114.b. Vide quàm ſit uaria uitæ cõmutabiliſq; ratio, quàm uaga uolubiliſq; fortuna.

Inſtabilitas. uolubilitas.

Inſtans. ad punctum temporis: id eſt, ut aiunt, in inſtanti. Tuſ. 165.b.

Inſtitor. propola, qui mercatur à mercatoribus quod ſtatim uendat. Off. 30.b.

Inſufficienter. exiguus.

In tantum. uſq; eò.

Intellectus. intelligentia, mens, ratio, mens ſimplex, id eſt, intellectus agens, qui dicitur.

Intelligibilis. quod in noſtram intelligentiam cadit, ſubintelligentiã cadens, quod ratione ſapientiaq; cõprehenditur, quod intelligentia & ratione comprehenditur. de Vn. 195.b. 196.a.

Intentio. ſcopus, propoſitum.

Interfectio. occiſio, cædes.

Internus. interior.

Interpretamentum. interpretatio.

Interſtitium. interuallũ.

Intertexo. intexo.

Intitulo. inſcribo.

Intrepidus. qui magno animo & erecto eſt.

Intricatus. nec caput nec pedes. Ep. 109.b.

Intrinſecus. interior, inteſtinus. Acad. 13.a.

Inualidus. irritus, nullus, interfectus.

Inuerecundia. impudentia.

Inuicẽ. inter ſe, uiciſsim. alius alium, ultro citroq;, ultro & citro. de Fin. 91.b. Sæpiuſq; iſta loquemur inter nos, agemuſq; communiter. Off. 5.b. Vt ipſi inter ſe alij alijs prodeſſe poſsint. Antequam. 195.b. Non patiar ut opera mea manus inter uos conſeratis, cædeſq; ciuium inter ſe fiat. Cæſ. 37.a. Hirurſus inuicem anno pòſt in armis ſunt, illi domi remanent. Hirtius. 109.b. Cum diſpoſitis turmis inuicem rari præliabantur. Quint. 96.b. At hæc Cicero pugnare inuicem oſtendit.

Inuiolabilis. ſanctus, ſacro ſanctus.

Inuiſibilis. quod fugit aciem. )( Quod in cõſpectum cadit. Tuſc. 185.b. Aſpectabilis, ſpectabilis. Tuſcul. 159.a. Tãta eſt animi tenuitas, ut fugiat aciem. de Vn. 199.b. Animus autem oculorum effugit obtutum. de Vn. 204.a. Animus ſenſum omnem effugit oculorum. Off. 95.b. Annulus Gygis.

Inundatio. proluuies.

Iratè. iracundè, cum ira. Of. 27.b. Per irã. Tuſ. 226.b.

Iris. arcus ſpecies. de N. 69.b.

Irrationabiliter. ἀλόγως. At. 145.a. Faciet omnino malè, & ut ego exiſtimo, ἀλόγως. & 220.b.

Irrationalis. rationis expers, à mente ac ratione uacuus. de D. 97.b.

Irreconciliabilis. inexpiabilis.

Irreligioſus. ab religione remotus, nihil habens religionis, impius.

Irrequietus. ſolicitus, laborioſus, exercitus.

Irritamentum. inuitamentum, illecebra.

Irrito. irritum facio. I. A. 235.a.

Itineror. iter facio, ambulo.

Iucundor. iucunditas mihi eſt ex aliqua re, in uoluptate ſum.

Iudicator. exiſtimator, æſtimator, iudex.

Iunctura. commiſſura, iunctio, coniunctio.

L

Abium. labrum.

Laboratus. textile ſtragulum magnificis operibus pictum, & plenum artis argentum.

Lacteo. lactens.

Lacto. Quæ paruos Mauortis ſanguine natos Vberibus grauidis uitali rore rigabat. de D. 84.b.

Lanatio. laniatus.

Lapido. lapidibus cædo, lapidationem facio, lapidibus appeto & percutio. Off. 61.b. Athenienſes Cyrſillum lapidibus obruerunt.

Lapillus. calculus.

Laſciuio. exulto.

Laſſo. languefacio.

Laſſus. defatigatus, languens uel languidus. Ter. 7. b. Animus laſſus, cura confectus ſtupet.

Lauacrum. lauatio.

Laudabiliter. cum laude. Off. 42.b.

Laureo. laureatus.

Lenimentũ. leuamentum.

Lento. laxo.

Lepidulus. lepuſculus.

Letalis. funeſtus, mortifer.

Leuatiuus. habens leuationem doloris.

Libraria. bibliotheca, taberna libraria.

Licitè. bonis & honeſtis rationibus.

Licitor. liceor, auctionor.

Ligatus. conſtrictus, uinctus, alligatus. )( Solutus. Off. 74.a. Aliquẽ uinctũ hoſtibus dare. pro Seſt. 6.a. Clodium uinctũ auſpicijs, alligatum more maiorum, cõſtrictum legum ſacrarum cathenis, ſoluit ſubitò conſul, &c.

Lignamen. materia.

Ligonizo. paſtino, fodio.

Liguria. Ligures, in ſolitudine Aegyptiorum. de D. 113.a.

Linearitér. ad lineam.

Lineus. linteus.

Liquiditas. liquor. )( Cõcretio.

Litigatio. concertatio.

Litigium. rixa.

Locum tenens. legatus, præfectus, uicarius, præfectura.

Logica. logice.

Lucroſus. quæſtuoſus.

Luctificus. luctũ afferẽs.

Lupanar. luſtrum.

Luridus. ſqualidus.

Luror. ſqualor.

Luſcioſus. luſciſcus, qui oculos hebetiores habet.

Luſor. alcator, colluſor.

Luſorius. alcatorius.

Luſus. luſio.

Lutoſus. luteus uel lutulentus.

Luxus. luxuria, luxuries. diffluere luxuria, delicatè ac molliter uiuere. pro Mur. 127.b. Turpe conuiuium, amor, comeſſatio, libido, ſumptus. & 142.a. Profuſæ epulæ, priuata luxuria.

M

Acero. conficio.

Macilentus, grandi macie præditus.

Macor. macies.

Macreſco. extabeſco.

Macrologia. ponere longam orationem in aliqua re.

Macrobius. de Sen. 89. b. M. Valerius Coruinus. & 91.b. Arganthonius CCX. uixit annos.

Madefacio. perfundo, reſpergo, imbuo.

Magnanimiter. Tuſ. 238. b. magno animo.

Magnificens. magnificus.

Maledicens. maledicus.

Maledicentia. procacitas linguæ morbus procacitatis, petulantia.

Malefactor. malemeritus. ad Her. 17.a.

Maleuolens. maleuolus.

Male uolo. malum uolo alicui. pro Cl. 57.b. Nihil eſt enim mali, nihil ſceleris, quod illa non ab initio filio uoluerit, optauerit, cogitarit, effecerit.

Malignus. qui prauo animo eſt. Att. 7.b. Malitioſus.

Manifeſto. apertum & manifeſtum facio. pro Cluẽt. 28.b. Ep. 242.b. In medium profero. Palàm facio uel profero, planum facio, aperio, enuncio, edo, diuulgo. Apertum ſuum ſcelus ante omnium oculos ponere. de Leg. 195.b. Patefacio, profero, in uulgus indico, foràs effero. I. A. 225.b. Doleo efferri hæc foràs, & ad populi aures peruenire. de Leg. 186.a. In conſpectu pono. Tuſcul. 189.a. In luce colloco. Omnia benefacta in luce ſe collocari uolunt.

Mantica. Off. 29.b. Fit enim neſcio quomodo, ut magis in alijs cernamus, quàm in nobiſmetipſis, ſi quid delinquimus.

Marceſco. putreſco.

Marcidus. putridus.

Marito. colloco, in matrimonium colloco, cum aliquo coniuncta. ad Her. 13.b. Cur ne huic locabas nuptijs?

Maſculinus. uirilis.

Maſtico. mando, cõficio.

Mechanicus. ſordidus, illiberalis. Off. 30.b. Illiberales autem & ſordidi quæſtus mercenariorum omniũ, quorum operæ, non quorum artes emuntur.

Mediator. ſequeſter.

Medico. medicamenta fucati ruboris.

Medicor. medeor, medicinam affero, medicinam adhibeo, curo.

Meditatè. cogitatè, meditatus.

Meduſa. μοί μοι γοργείην καὶ φαλλώ. &c. At. 140.a.

Melioro. melius facio. Tuſ. 148.a.

Mellioreſco. melior fio.

Menda. mendum.

Menſor. metator, decẽpedator.

Menſurator. metator, decempedator.

Merda. cibi reliquiæ, quas natura reſpuit.

Meretricor. palàm me in meretricia uita colloco. pro Cæl. 47.b.

Meredior uel meredio. meredianum ſomnum capio.

Meſſana. Mamertini.

Metaphora. quantos aceruos facinorum reperietis? pro Syl. 181.b.

Methodus. in omnibus quæ ratione docẽtur & uia. Or. 207.b. de D. 98.a. Si dij futura ſignificãt, aliquas uias dant nobis ad ſignificationis ſcientiam.

Microbius. pro Mar. 135. b. Animus tuus nunquam his anguſtijs, quas natura homini ad uiuendum dedit, contentus fuit.

Minera. uena.

Minimi facio. in minimis pono. Epiſt. 54.a.

Minutim. minutatim, exiguè, exiliter, κατὰ λεπτόν. Att. 33.a.

Miraculoſus. portentoſus.

Miraculum. miracula, oſtentum, prodigium. de D. 121.a. Nec ſi id factum eſt, quod fieri potuit, portentum debet uideri. pro Lig. 138.b. Hæc non modò mirabilia ſunt, ſed etiam prodigijs ſimilia. de D. 121.a. Si quod raro fit, id portentum putandum eſt, ſapientẽ eſſe portentum eſt. Item. Multis ſæpe in difficillimis rebus præſens auxilium eius oblatum eſt. I. V. 225.b. Multa ſæpe prodigia uim eius numenq; declarant. Ep. 123.b. Scis Appium hic oſtenta facere de ſignis & tabulis.

Miſanthropos. Hominum aſpectum lucemq; uitare. pro Syl. 181.a. l. Timon.

Miſſa. res diuina.

Modifico. l. Modificatus.

Mœchor. adulteror.

Moleſto. ſolicitum habeo, male habeo, ſolicito, exerceo, uexo, moleſtum facio, moleſtiam affero.

Mollifico. mollio.

Monarchia. regale ciuitatis genus. de L. 187.a. Off. 33.a. Cum dominatu unius omnia tenerentur.

Mucus. humor.

Multoties. ſæpe. de Or. 126.a.

Murator. faber.

Mutio. hiſco.

Mutuitas. mutuum in amicitia.

Mutuo. mutuum do, utendum do, commodo, mutuatus, παθητικῶς. l. Mutuatus.

Myrrha. Pallantes filiam Mineruam amaſſe, & ab ea necatus dicitur. de Nat. 71.b.

N

Atatus. natatio.

Natiuitas. ortus, dies natalis.

Nauci facio. nauci habeo.

Naumachia. bellum uel prælium nauale.

Neceſsito. neceſsitatem affero.

Negatiuus. negans.

Neotericus. recens.

Neutralis. medius, indifferens.

Nigredo. nigror.

Nititditas. nitor.

Niuoſus. niualis.

Nocuus. infeſtus, pernicioſus.

Nomenclatura. nomenclatio.

Nominatiuus. rectus caſus. Or. 212.a.

Notandus. attendendus. de In. 46.b. Notatione dignus.

Notarius. ſcriba, librarius.

Notus. ſpurius.

Notomia. medici, qui iſta aperta & patefacta uiderũt. Tuſ. 158.a.

Nouiter. nuper.

Nouum. nuncius.

Nubiloſus. nebuloſus.

Nullibi. nuſquam, nullo loco. Ep. 91.b.

Nuncupatio. προσφώνησις. At. 207.b. Varro mihi nunciauerat magnam ſanè προσφώνησιν.

Nutricius. educator.

O

Bæratus. ærati milites. At. 11.a.

Obiectio. de Orat. 139. a. Neq; reprehendi, quæ contrà dicũtur poſſunt, niſi tu confirmes: neq; hæc confirmari, niſi illa reprehendas. & 137.a. Pòſt ut rem probemus, noſtris præſidijs confirmandis, contrarijs refutandis. & ibid. Aduerſariorum adiumenta confirmare. Or. 201.b. Infirmare & excludere contraria. & 208.a. Sua confirmare, aduerſaria conuertere. de Or. 92.b. Quod contrà dicatur, refellere. De inde contraria refutare.

Obiectũ. res obiecta ſenſibus, quod ſenſu percipitur. pro Cæl. 46.a. Qui aſpernetur oculis pulchritudinem rerum, qui excludat auribus omnem ſuauitatem, qui non odore ullo, non tactu, non ſapore capiatur. Ac. 6.b. Oculi pictura tenẽtur, aures cantibus. & ib. Multa de ijs, quæ ſenſibus percipiuntur.

Obiter. ἐν παρόδῳ. Att. 80.a. & 83.b. ὁδοῦ πάρεργον. Q. Fr. 328.a. ἐν παρέργῳ. I. V. 62.b. Quoniã non conſulto, ſed caſu in eorum mentionem incidi, quaſi prætereiens ſatisfaciam uniuerſis. de Clar. 182.b. Aliquis prætereiens de Oratore ſæpe iudicat.

Oblatio. liberalitas.

Obliteratus. in litura.

Obſidium. obſidio.

Obſtinatè. præfracte, pertinaciter, cum pertinacia.

Obſtupefactio. obſtupefactus.

Obtenebro. obſcuro, tenebras uel noctem offundo, perſtringo.

Obuiatio. ἀπάντησις. obuiãtio, occurſatio. Attic. 134.a. Quas fieri cẽſes ἀπαντήσεις ex oppidis? & 259.a. Mirifica ἀπάντησις, &c.

Obuio. ἀπαντάω, occurro, obuius ſum, alicui me obuiam fero.

Occurſus. ἀπάντησις. l. Obuiatio.

Odoramentum. odores, odoratio.

Odoramentarius. Vnguentarius.

Olfactus. odoratus.

Omnifariam. in omnes partes aliquem fallere. pro Seſt. 7.a.

Omnifarius. cuiuſque modi.

Omnimode. omni ratione. l. Obuallo. Omnibus modis. l. Vario. Tuſ. 203.b.

Omnimodus. cuiuſq; modi. Orat. 205.a. Omni modo permouere aliquem.

Opacitas. locus opacus.

Ophtalmia. morbus oculorum.

Opprobro. probrum infero.

Oratoria. rhetorica, ratio dicendi, doctrina dicendi, ſtudium eloquentiæ, oratoria, dicendi uis, ſtudium dicendi, dicendi uirtus. de Or. 83.a. & 111.b. Vſus dicendi. & ibid. Laus facultatis dicendi. & 115.a. Siue ratio, ſiue exercitatio dicendi. & 91.b. Eloquentiam ex bene dicendi ſcientia conſtare. & ibid. Ratio dicendi & uia & facultas dicendi. & 149.b. Si illam preclaram et eximiam ſpeciem oratoris perfecti & pulchritudinem adamaſtis. Diſputandi ratio & loquendi. Part. 137.a. De oratoria facultate.

Ordinariè. )( Extra ordinem.

Ordinarius. legitimus.

Ordinatus. habens ordinem.

Originale peccatũ. illud natiuum malum, uicioſitas. Tuſ. 190.b. Vt penè cum lacte nutricis, errorem ſuxiſſe uideamur.

Oſtentator. glorioſus, uanus.

Ouo. ouans.

P

Acificè. cum pace. Tuſ. 244.b.

Pædico. qui pueros amat turpiſsimè.

Palleſco. palleo, exalbeſco,

expalleſco.

Palliditas.pallor.

Pallidus.decolor, exanguis, ſine colore.

Pannus.ueſtis. pro Seſt. 6.b. Veſtitus aſper noſtra hac purpura plebeia, ac penè fuſca. Hor. Fides albo uelata panno.

Papyrus.charta.

Paradiſus.hortus.hortulus.de Som.127.b.Omnibus, qui rectè uixerint, certũ eſſe in cœlo ac definitum locum, ubi beati æuo ſempiterno fruantur. I.A.264.a. Illi ad inferos pœnas paricidij luent, uos uerò piorum eſtis ſedem & locum conſecuti. de Som. 130.a. Hic locus in quo omnia ſunt magnis & præſtantibus uiris. & 128.a. Ea uita uia eſt in cœlum. & 130.a. Ad hanc ſedem & æternam domum cõtueri. de Am. 97. b. Vt ex tam alto dignitatis gradu ad ſuperos uideatur potius quàm ad inferos perueniſſe. de L.173.a. Olli quos in cœlũ merita uocauerunt, Hercules, Liber, &c. & ili. Olla, propter quæ datur homini aſcenſus in cœlũ, mens, uirtus, &c. de L.183.b. Deinceps dicit eadem illa de immortalitate animorũ, & reliqua poſt mortem tranquillitate bonorum, pœnis impiorum. de Sen.93.a. Ego patres ueſtros uiuere arbitror, & ea quidem uita, quæ eſt ſola uita nominãda. Tuſ. 153.a. Animos cum è corpore exceſſerint, in cœlum quaſi in domiciliũ ſuum peruenire. & 145.a. Romulus in cœlo cum dijs agit æuum.

Parcitas.parſimonia.

Paroxiſmus. cõmotiuncula, tentatio.

Particularis.præcipuus, ſingularis, τὸ κατὰ μέρος. At.211.a. Or.201.a Vt quod in uniuerſo ſit probatum, id in parte probari ſit neceſſe.

Particulariter.præcipuè.

Paruifacio.in paruis uel minimis pono. Ep.54.b. Nullo loco habeo, pro nihilo habeo, pro nihilo puto.

Paſcuum.paſcua.paſtus pecudum.

Paſsio. affectio animi, motus animi. de Vn.202.b. Animi quidã dolor. de Or. 124.b. De affectionibus. pro Mar.135.b. Sine amore et cupiditate, rurſusq; ſine odio & inuidia iudicare.

Paſsiuus. παθητικός. patibilis.

Paſtino.fodio.

Pathicus. puer emptus libidinis cauſa, puer meritorius, qui turpiter patitur, exoletus, peni deditus.

Patrocinor. adſum pro aliquo, cauſis præſtò ſum. de Cl.195.b.

Pauefacio. pauorẽ affero.

Pauidus.pauens.

Pauperies.paupertas.

Pauſa.reſpiratio.

Peculor. depeculor. peculatum facio.

Penſionarius. uectigalis

Peremptorius. Ar.245. a. Feciſſem ut ei ſtatim tertius à prætore dies diceretur.

Perpendiculariter. ad perpendiculum, ad lineam, rectis lineis, ad pares angulos. Tuſ.156.b.

Pertingo.pertineo.

Pertranſeo. permeo.

Peſſundo.obtero, protero, conculcò.

Pharus.pro Mar.131.a. Ergo his omnibus ad bene de omni rep. ſperandũ quaſi ſignum aliquod ſuſtuliſti.

Philoſophaſter.minutus philoſophus. de D.93.b. & de Sẽ.95.a. Plebeius philoſophus uel minorum gentium.

Phlegma.pituita.

Phlegmaticus.pituitoſus.

Phyſiognomia.l.Phyſiognomon.

Phyſiognomus. phyſiognomon.

Pignero.oppignero.

Piſcatio.piſcatus.

Planctus.plangor.

Planeta.aſtrum, uel ſtella errans, ſtella uaga, ſidera quæ uocantur errãtia. de D. 127.a. de Som.128.b. Septẽ illi orbes, qui uerſantur retro contrario motu atq; cœlum. de N.36.a. Quinq; errantium conuerſio. de Orat. 159.b. Eadem ſpacia quinq; ſtellæ diſpares motu curſuq; conficiunt. de N.36.a. Quinque ſtellæ, quæ falſò errãtes uocantur. & ibid. multa de ſtellis uagis. & 46.b. de D. 83.b.84.a. Et ſi ſtellarũ motus curſusq; uagantes Noſſe uelis, qua ſint ſignorum in ſe de locatæ, Quæ uerbo & falſis Graiorum uocibus errãt, Re uera certo lapſu ſpacioq; feruntur. de D.127.b. Luna, Mercurij ſtella, Veneris ſtella, ſol, Martis ſtella, Iouis ſtella, Saturni ſtella. & ibi. Luna, Sol, Lucifer, Mercurius et reliqui, etc. de Vn.200.a. Tuſ.161.a. & 241.b.242.a. Tum illa non re, ſed uocabulo errantia.)(.Infixa.

Planitudo.æquor, planicies.

Plantarium.planta, ſeminarium.

Planto. ſerere arbores. de Sen.81.b. de L.156.a. Seminare ſtirpes. contra Rull. 79.b. Facere oliuetum in aliquo loco, inſtituere uineam alicubi.

Pleonaſmos. occultæ inſidiæ. I.C.104.b.

Pleureſis.Pleuritis. lateris dolor. de Orat.143.a. Craſſus lateris dolore conſumptus.

Plico.complico.

Plurimus.plurimum.

Podager.podagricus.arthricus.

Pœnitẽdus. ἀμεταμέλητος. At.101.b. & 102.b. Ego illi, quod de ſua ſententia deceſſerit, pœnitendum puto.

Populoſus. frequens, ut frequens municipium.

Poſsibilis. δυνατός, quod in noſtram poteſtatẽ cadit. contra Rul.78.b. Velim fieri poſſet, ut me, &c. de Fat. 140.a. De eo quod poſsit fieri aut nõ poſsit, obſcura quæſtio eſt, quã περὶ δυνατῶν appellant. Att.120.b. Poteſt fieri quod ſit in multis quæſtionibus, ut, &c. & Ep.230 a. Poteſt fieri ut fallar. Quintil.90.b. Δυνατὸν, quod noſtri poſsibile nominant: quæ ut dura uideatur appellatio tamen ſola eſt.

Poſsibilitas.facultas, uires, uis. Off.67.a. Si dares hanc uim M.Craſſo, ut poſſet, &c.

Potentia.pro facultate, quã Græci δύναμιν dicũt.

Potator.uinitor.

Potentia eſſe, eſſe poſſe.

Practica.uſus, experientia. de L.158.b. Id autem incognitum eſt, minusq; in uſu neceſſarium. Item: Aſsiduus. uſus uni rei deditus, & ingenium & artem ſæpe uincit. pro Cor.64.a. Vſus eſt magiſter optimus. Off.31.a. Cognitio contemplatioq; naturæ mãca ſit, ſi nulla actio rerum conſequatur. ad Her. 16.b. Multarũ rerũ memoria, & uſus compluriũ negociorum.

Practicus.experiẽs, uſu peritus, agitatus, exercitatus, conficio. de Or.91.b. In An.225.a. Magnum uſum in aliqua re habens. pro Corn. 67.b. Aliquis rerum uarietate atq; uſu ipſo iam perdoctus. At.32.a. ὁ πρακτικὸς βίος. & 27. Κατὰ τὸ πρακτικόν. pro Cl.35.a. Vir magna prudentia, uſu atq; exercitatione præditus.

Præcedo.præcurro, antegredior.

Prædicari apud philoſophos. Tuſc.222.b. Inuidia, nõ ſolum in eo qui inuidet dicitur, ſed etiam in eo cui inuidetur.

Præfoco.ſuffoco.

Præmio. præmijs afficio, præmium do, præmium tribuo amplis uel maximis præmijs afficio, magnis præmijs ab aliquo donari, ad præmia legis uenire.

Præſentaneus. præſens.

Prætextum.hypotheſis. l.Hypotheſis.

Prætextus.nomen, ſimulatio, ſpecies, per ſimulationẽ iniuriæ, per cauſam inopũ. pro Dõ.215.b. Cato per beneficium Cyprum relegatur. I.P.91.b. Multi cupidiores prouinciæ triumphi nomine tegunt ac uelant cupiditatem ſuam. Offic.60.b. Et tamẽ muri cauſam oppoſuit ſpeciem honeſtatis nec probabilem, nec ſatis idoneam.

Præualeo.præſto.

Prauè.perperam.

Prepon.l.Decorum.

Primatus. principatus.

Principaliter. προηγουμένως.

Principior.inſtituo.

Priuatiuus.priuans.

Pri

Priuis.orbus, inops, nudus, caſſus, uacans.

Probiter.probè.

Proceriter.procerius.

Procliuiter. procliuius.

Proculco.conculco, protero.

Prodigalitas.effuſio, profuſio.

Prodigaliter. prodigè.

Prodigo. effundo, profundo, conſumo, diſsipo, dilapido, exhaurio, minuo, pecuniam in aliquam rem conijcio. Off.45.a. Iacturam patrimonij facio, rem familiarem dilabi ſino, patrimonium effundo.

Profectus.magnus, progreſſus in aliqua ſcientia. l. Progreſſus.

Profeſſor. magiſter alicuius artis.

Profunditas. craſsitudo.

Progenero.propigno.

Prolongo. traho, differo, profero, proueho, produco, prorogo, propago, diem profero, tempus dirimo, amplius pronuncio, longum facio. pro L.160.a.

Propalo.in medium profero, diuulgo, palàm profero, palàm recito.

Propatulus. promptu.

Properanter. feſtinanter, properans.

Propere.feſtinanter.

Properus. præpoperus.

Prophaſis.l. Prætextus.

Proportionaliter. pro rata portione.

Prorſum.prorſus.

Proſa.ſoluta oratio, uerba ſoluta. de Or.159.a. Verſus in ſoluta oratione propemodum abhibendos eſſe. & Orat.214.a. Iſocrates uerbis ſolutis numeros prius adiunxit. & 215.a.

Proſtituo. corpus palàm ad omnes libidines diuulgo. & uulgo. Poſt.206.a. de Ar. 257.a. pro Cæl.47.b. Mulier, quæ domum ſuam patefecit omnium cupiditati, palàmq; ſeſe in meretricia uita collocauit. & 45.b. Mulier uulgata omnibus, mulier quæ ſe omnibus peruulgaret. Suetonius hoc uerbo utitur.

Protector. Poſt. 205.b. P. Lentulus parens ac deus noſtræ uitæ, fortunæ, memoriæ, nominis.

Proteruè.petulanter.

Proteruia. proteruitas.

Prouentus. fructus. Ep. 127.b.

Proximior.interior, uicinus.

Puellaris.uirginalis.

Pullatus.atratus.

Pulmentarium.pulmentũ.

Pulpamentum. Qu.Fr. 326.a. & κρέος quæris.

Pulpitum. ſuggeſtum, pons.

Punitus.mulctatus.

Puriter.purè.

Puſillanimitas.timiditas, animus puſillus. Epiſt.29.a. Anguſtus animus & demiſſus. I. P.91.b. Anguſtus animus & paruus, imbecillitas. Att.281.a. Infirmitas animi, egeſtas animi, anguſtiæ pectoris.

Puſillanimiter. timidè. Off.75.a. Quæ timido animo, humili, demiſſo, fractoq; fiunt, ea non eſſe utilia.

Puſillanimus. timidus, qui paruo animo eſt. Att.7. b. & 217.a. Animi parum habens, uel nihil. pro Arch. 191.a. An uero tam parui animi eſſe uidemur omnes, qui, &c. Poſt.206.a. Aliquorum mentes anguſtæ & humiles. I.A.261.a. Qui nimis ieiuno & anguſto animo eſt.

QVadrum. quadratum.

Qualis qualis. cuiuſque modi, cuiuſmodicunq;, qualicunque.

Qualitercunq;. perinde, utcunq;.

Quiditas. l. Eſſentia. l. Vis. l. Notio.

RApinor.rapio.

Ratifico. ratum facio.

Rationabilis. εὔλογον. Att.206.a. Eſt εὔλογον, idq; eram ſuſpicatus. & 236.b. εὔλογον.

Rationabiliter. probabiliter, certa ratione. de D.111. b. Probabili coniectura & ratione dicere aliquid.

Rauceſco.raucus fio.

Raucitas.uox obtuſa.

Rebellio defectio, alienatio.

Rebellio.defectio, alienatio, perduellio.

Rebellis.qui à rep. deficit, perduellis. I. C. 103. a. Nunquã in hac urbe hi, qui à rep. defecerunt, ciuium iura tenuerunt.

Rebello. à rep. deficio uel deſciſco, à rep. retrahor.

Receptor. receptator.

Redditus.fructus, uectigal. Par. 125.b. Capit ille ex ſuis prædijs ſexcẽta ſeſtertia. & 124.b. Tibi ex tuis poſſeſsionibus tantum reficitur, ut ex eo tueri ſex legiones poſſis. At.171.a. Fructus prædiorum. Parad.125.b. Ille ſumptus non modò ad fructum, ſed etiam ad fœnus eſt exiguus. & ibid. Ex meo tenui uectigali aliquid etiam redundabit. Quint.Fr.296.b. Aſia parte aliqua ſuorũ fructuum pacem ſibi ſempiternam redimat atq; ocium.

Reduplico. conduplico.

Refocillo.reficio, recreo.

Regaliter.regificè.

Regiſtro.in publicas tabulas refero. l.Renũciatio. I. V.94.a.

Relatiuus. quæ ſub eandem rationem cadunt, ut locare, conducere. Top. 224. b. Quæ cum aliquo conferuntur.

Remordeo. morderi eſt melius conſcientia.

Ren.renes.

Repudium. repudiatio.

Repulſio. repulſa.

Reſpectu. ad priuatum dolorem, ad rationem reip.

Reſplendeo.reluceo.

Reſtauro, reſarcio, reſtituo.

Reſuſcito. recreo, excito, ab inferis reuoco, ab Acheronte excito, uitam reſtituo, à mortuis excito. pro Mil.119.b.117.a. Reuiuiſco.

Reuelo.enuncio, indico, profero, aperio, illuſtro, patefacio. Enũciare commiſſa, indicare conſcios.

Reuolutio. replicatio, circulus, orbis, rotundus ambitus, conuerſio.

Rhetoricor. Att.246.a. Ranæ enim ῥητορεύουσιν.

Ridicularis.iocularis, ridiculus.

Ringo.ſubringor.

Riſibilis. qui habet naturam ut ridere poſsit.

Rixoſus. cõcitus ad rixã.

Robuſtè.neruoſè.

Robuſtitas. gladiatoria totius corporis firmitas.

Rubedo.rubor.

Ruditas.infirmitas ingenij, ſtupiditas, ſtupor.

SAeuio. ſæuitiam in aliquem adhibeo, ſæuitiam in aliquem exerceo, crudelitatem in aliquem adhibeo.

Salarium. merces, præmium.

Salutifer. ſalutaris.

Saluator.ſoter.

Seruator. conſeruator.

Sanè.ſalubriter.

Sapidus.conditus.

Satiatus.ſaturatus, ſatietate defeſſus.

Satum.ſeges.

Scabo.perfrico.

Scabroſitas. ſpinæ diſſerendi.

Scalpo.perfrico. Et tu in hoc ulcere tanquam unguis exiſteres. pro Dom.215.a.

Scibilis. quod ſcientia cõtinetur. l.Opinabilis.

Scintillo.igniculos iacio.

Scrupuloſè. nimis exiguè & exiliter ad calculos reuocare amicitiam.

Sculptor.fictor.

Seceſſus. receſſus; locus remotus, ſolitudo, latebra. de Am. 115.b. Remotus ab oculis populi.

Secretè.ſecretò.

Sectatio. aſſectatio.

Sectatrix. conſectatrix.

Secundò. ſecundo loco, de D.133.b. Maximè fuit optandum, ut, &c. ſecundo loco, ut, &c. tertio ut, &c. de N.289.a.

Securè.ſine cura.

Senſatus.ſentiens.

Senſibilis.habens ſenſum.

Separatio. diuortium, diſsidium.

Septentrionalis.aquilonalis, ſub axe poſitus, ad ſeptẽ ſtellas. aliter, aquilonaris.

Sequax. Ac.18.a. Erant qui illum gloriæ cauſa facerent ſperare, etiam fore, ut qui ſe ſequerentur, Antiochij uocarentur.

Seriò.)(.per iocum, per ludum, per ridiculum, ioci cauſa, ridiculè.

Serua.ancilla, famula.

Sforciare.uim adhibere.
Sigillo. ſigno, obſigno.
Significatum. uis, notio, ſententia, poteſtas, ſignificatio.
Solamen.ſolatium.
Solummodo. duntaxat. Par.116.a.
Somnolentia. ſopor, languor.
Somnolentus. ſomni plenus, ſomniculoſus, grauibus oculis. Poſt.206.b.
Sonoritas. canorum illud, &c. de Sen.82.b.
Sonorus.canorus.
Sopio. conſopio. l. Sopitus.
Sparſim.fuſè.
Specialis. Præcipuus.)(. Generalis.Off.19.b.
Specialiter. ſpeciatim, nominatim. At.173.a. Non nominatim, ſed generatim proſcriptio eſt informata.
Sperma.ſemen.
Spira.ſed eſt quaſi rudentis explicatio.
Spiſsitudo. frequentia.
Spontaneus.uolūtarius.
Spurcitia. lues.
Sputo.l.Conſputo.
Stadiodromus. qui ſtadium currit.
Statuarius. fictor, qui ſigna fabricat. de Clar.182.b. Polycleti Doryphorum ſibi Lyſippus aiebat eſſe magiſtrum.
Sternutatio. ſternutamentum.
Stipendio.conduco.
Subalterno.ſubiungo, ut omnes artes oratori ſubiungere.
Subhaſto. præconi ſubijcio.
Subiugatus. qui in dominatu alicuius eſt, ſubiectus.
Subiugo.ſubigo, bello domo, iugum ſeruile impono.
Sublimitas.excelſitas.)(. humilitas.
Sublimiter.ſublimè. Argumenta aut ex ſua ſumi ui atq; natura, aut aſſumi foris.
Sufficienter. ſatis commodè.
Sumptum.ſumptio.
Superabundo.ſupero, ſuperfluo, affluo, effluo, abundo.)(. Deſum.
Superbio.efferor, faſtidio & contumacia efferor, animos effero. in Sal. 275.a. At egregia facta maiorum tuorum te extollunt. & ibid. Verum ut opinor, honores tui te faciunt inſolentē. pro Syl. 172. a. Res geſtæ credo meæ me nimis extulerunt, ac mihi neſcio quos ſpiritus attulerunt. Sal. in Cic. 270. b. At puto ſplendor domeſticus tibi animos tollit. legitur tamen ſuperbio, ſemel.
Superciliosus. qui uultu importuno eſt.
Superfluitas.redundantia.
Superfluus. ſuperuacaneus, ſuperuacuus, redundans, quod ſuperſit. Superſum.
Superimpleo. cumulo.
Superioritas.excellētia, præſtantia.
Superuiuo.ſuperſum.
Suſtentaculum. fundamentum, baſis.
Syllogizo. raciocinor.
Syllogiſmus. ratiocinatio, ratio. de Orat.123.a. Verá ne ſumma ſit cuiusq; rationis. de D.121.a. Illa igitur ratio concluditur, &c. & 129.b. Concluſio rationis ea probanda eſt, in qua ex rebus non dubijs, id quod dubitatur efficitur. Acad.8.a. Argumenti concluſio, quæ eſt Græcè ἀπόδειξις, ita definitur ratio, quæ ex rebus perceptis ad id quod non percipiebatur adducit.
Symbolū.collecta. Top. 123.b. Ariſtoteles σύμβολον appellat, quod eſt latinè nota.
Syncope. Or. 211.b. Si & plenum eſt, ſit imminutum.

Tabularius uel tabellarius. cuſtos tabularū, & tanquam quæſtor. Att. 168.a.
Tantillus. ne punctum quidem temporis oppugnatio reſpirauit. Item. Ne minimam quidem moram interpoſuiſti, quin, &c.
Tangibilis. tractabilis, res quæ ſub tactum cadit.
Tardatio. tarditas. procraſtinatio, mora, commoratio.
Tegmentum.tegmen, uel tegumentum.
Temo. clauus, gubernaculum:
Tempeſtuoſus. turbulentus.)(. tranquilliſsimus.
Tenaciter. pertinaciter.
Tenebroſus. tenebricoſus, cæcus.
Tentamentum.tentatio.
Tepiditas.tepor.
Terrefacio. terrorem affero.
Terreus.terrenus.
Terriculum. terrificus.
Teſtatio.teſtificatio.
Textus. ſcriptum. contra Rul. 75.b. Recitare auctionem populi non de ſcripto legis.
Theoricè. Off.31.a. Cognitio contemplatioq; naturæ manca quodammodo ſit, ſi nulla actio rerum conſequatur. & ibid. Cupidus in perſpicienda cognoſcendaq; rerum natura. & ibid. Tractare contemplariq; recognitione digniſsimas. At.23.b. Θεωρητικὸς βίος.
Thermæ. τὰ θερμά.
Tinctor.infector.
Tolerans.proferens.
Tonſtrix. tonſtricula.
Tonus.ſonus.
Tormento. excrutio.
Tornator.l.Mentor.
Toxicum.uenenum.
Tranſactio. deciſio.
Transfodio.transfigo.
Transformo. conuerto. pro Syl.141.b. Belluæ quædam illæ ex portentis immanes ac feræ forma hominum indutæ extiterunt. de D.121.b. Abdidit & duro formauit tegmine ſaxi. aliter, firmauit. Off. 68.a. Nihil inter eſt, utrum ex homine ſe conuertat quis in belluam, an in hominis figura immanitatem gerat belluæ.
Tranſmigratio animarum. de Vn.203. a. 202. b. Qui autem intemperatè uixerit, eum ſecundus ortus in figuram muliebrem transferet: & ſi ne tum quidem uiciorum finem faciet, grauius etiam iactabitur, & in ſuis moribus ſimillimas figuras pecudum & ferarum tranſferetur: neque malorum terminum prius aſpiciet, quàm illam ſequi cœperit conuerſionem, quam habebat in ſe eiuſdem & unius ſimul innatam & inſitam.
Tranſmutatio.l.de Nat. 42.b.
Tranſmuto. conuerto, transfero.
Trecenti.tercenti.
Tredecim. pro S.R.21. b. Fundi decem & tres. & 35.a. Fundi tres & decem.
Trepidus. tremens, horrens.
Triplico. & duplico.
Triuncium. Ep.28.b. teruncium.
Tropicus. ſolſtitialis orbis, brumalis orbis. de N.66. b. de Vn.201. a. Aſtra per cœlum penetrātia ſolſtitiali ſe & brumali reuocatione conuertunt.
Tyrannicida. uindex & oppreſſor dominationis, tyrannoctonus, qui tyrannum necauit. pro Milon. 117.a. lis, qui tyrannos necauerunt, deorum honores tribuuntur.

Vacuo.uacuum facio, nudum inanemq; relinquo.
Vacuum. inanitas.
Vagabundus.uagus, qui ſedem ſtabilem & domicilium certum non habet. pro Mar. 135.b.
Valenter. Cæl. Epiſtol. 77.a.
Valor. precium, æſtimatio. de Fin. 99.b. Vis authoritas, momentum, uirtus. de 53.a. Res magni precij.
Vanè.inaniter.
Vappa. uinum fugiens.
Vaticinium. uaticinatio.
Vbertim.uberius.
Vecordia. ſtupor cordis.
Vegetatiuum. quod uiget, quod uiuit.
Vehementia.acrimonia.
Velox.concitatus, incitatus, excitatus, uolucer.
Venenoſus. uenenatus.
Ventoſitas. faba uenter inflatur, quòd habet inflationem magnam is cibus.
Verifico.conuinco.
Veriloquus.ueridicus.
Verſificor. condere poema, pangere uerſus, facere uerſus, conficere uerſ... , canere.

Vi=

Vituperandus. uituperabilis, qui in uicio eſt.
Vituperiū. opprobriū.
Viuacitas.uiriditas.
Vlcero.exulcero.
Vlterius. longius.l. Progredior. l. Profero. l. Proueho.
Vltio. pro Cec.291.b. Actio iniuriarum doloren imminutæ libertatis iudicio pœnaq; mitigat.
Vltroneus.uoluntarius. In A.252.b. Eſt etiā Aſinius quidā ſenator uoluntarius, lectus ipſe à ſe.
Vnanimis, uel Vnanimus. concors, conſentiēs. de Ar.246.a. Meam domū omni religione una mēte omnes liberauerunt. pro Mar. 133.b. Noſtri ſenſus ut in pace ſemper, ſic in bello etiam congruebant. I.P.86.b. M. P. Lentulus conſentiente populo Rom. atq; una uoce reuocauit. I.A.192.b. Omnes mortales una mente conſentiunt, arma contra illam peſtem eſſe capienda. et ibi. Vt uos una mēte unaq; uoce dubitare uos negatis. de Ar. 147.b. Fateor me una atq; conſtanti aruſpicū uoce eſſe permotum. & 264.a. Senatus una uoce ac mente reſtiterat. de Sen. 90.a. Cuius de laudibus omnium eſt fama conſentiēs. de Am.98.b. Voluntatum, ſtudiorum & ſententiarum ſumma conſenſio. de Am.112.a. De amicitiæ utilitate omnes uno ore conſentiunt. & ibi. De amicitia omnes ad unum idē ſentiūt. Item: An dum beſtiæ loquantur expectamus? hominum conſentiente autoritate contenti non ſumus? Virg. lib.7 Tu potes unanimes armare in prælia fratres.
Vnanimitas. conſentiēs uoluntas, unus cōſenſus omnium nationum.
Vnanimiter. una mēte, uno ore. pro Fon. 283.b. Omnes uno animo te atq; una uoce defendunt. In P.80.b. Populus meum iuſiurandū una uoce et conſenſu approbauit.
Vncinus.uncus.
Vncus.uncinatus.
Vndecunq;.ex omni parte, undiq;.
Vniformis. uniuſmodi, ſuiq; ſimilis et eiuſdem naturæ, cōſtans, perpetuus. Tuſ. 234.b.
Vnio.concordia.
Vnio, nis. in unū cōduco, cōgrego. pro Dom.226. b. Vis oriens & congregata.)(. Iam diſtracta & extincta.
Vniuerſaliter. generaliter.
Voluptuoſus. uoluptarius, iucundus.
Vomitus.uomitio.
Voracitas. abdomē, edacitas.
Vrſa. arctos minor. In Arat.

Zona.cingulus.

F I N I S.

# E R R A T A.

Col.1.uerſu 27. φιλιππίζειν. 18.48.N.5. & accerſituq;. 30.59. celeritate. 41.57. atq; adducta. 71.40. continent. 87.6. Agere diem feſtum, id eſt celebrare. tranſpoſitum eſt. & 20. ſylueſtre. 95.26. alias alleuatur, aut eleuatur. 97.6. Alſium. At.*.99.52. receptaculū. 108.49. Amphictyones. & 50. Amphictyonas. 112.42. qui anaces. 117.30. lis. animans. 119.19. eſt ex illis. 132.15. Apparo. 148.34. Rhegij. 172.51. Aſylum. 200.41. Bauli. & 42. Baulis. 201.16. bellator. 219.3. Caia, iæ. & 6. Acus. & 40. uincirentur pedes faſcijs. 232.3. nauis pars ima. uenter nauis. 233.2. Carneadius. & 61. mare. I.A.175.a. 238.63. metu magno. 296.8. cōſumptus. 339.15. Cōcupitus. 558.5. genere. 334.31. poteſt. aliàs elui. & 384.30. dele nō. 411.46. Cōtortulis cōcluſiūculis, 436.34. ſunto. 462.44. Seſt.22.b.328.7.8. At.63. totum illum locum transfer ad ſequens uerbum, hoc modo. 65.a. locus ille, &c. ubi habitabat. 593.35. ad tempus. 724.16. finis fides, in. 732.53. dedecore. 781.32. Gortinius. 714.24. Radiorum. 740.60. li. paruus ſaccus quo obuoluebatur caput parricidarum, ne cœlum capti pòſt aſpicerent. 755.47. arationes. glandiferæ. 795.39. Argolicum. 807.19. Hermæ. 823.62. ut. 824.5. Hidrus. 824.30. poeta. 840.1. fulgor. 871.24. cæruleæ. & 63. Sedatè. Or.876.1. perceptus. 893.19. eum. 899.61. gis. ingero. 954.3. inteſtatò. 964.29. πανηγυρίζω. 969.56. Irrogo. 981.48. coniungo. 994.43. Lacedæmonius, a, um. 1015.40. leuidenſæ. 1031.16. fit. 108.58. miſereúe. 1135.49. l. Mophuheſtia. 1149.58. l. gnarus. 1182.23. intellexti. 273.46. aduer. 1296. peculiatus. Pollionis. & 12. dele pellionis. 1334.10. es. 1337.62. Pertracto. 1346.14. l. Amor. 588.36. Drepanitanus. 1353.36. --ᵕ. 1375.61. poſsidendi, fortunæ, 1429.37. Problema. 1449.33. proluſio. 1454.54. ratiocinationis. 1467.25. de In.80.b. Tyranno occiſo, quinq; eius proximos cognatione, magiſtratus necato. 1571.19. fruticor. 1574.35. Rhetoris ars, 1594.27. corruptúsue. 1547.15. ſarriuntur. 1618.48. ſegnitia. 1620. ſemiſsis. 1642. 50. dele conum. 1771.11. naues tectæ, naues. 1795.23. Tranſuerſus, obliquus.)(. rectus. 1798.35. Ocriculana. 1813.27. Vadum.

## SERIES CHARTARVM.

α β a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t u x y z. A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z. Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vu Xx Yy Zz. Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm. Omnes terniones, præter β & Mmm duerniones.

BASILEAE, PER IOANNEM
*Heruagium, anno Salutis humanæ* M.D.XLVIII.
*Menſe Martio.*

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

